

7380

DIVI

EPIPHANII EPISCOPI CONSTANTIAE CYPRI, CONTRA OCTOAGINTA HAERESES OPVS, PANNARIVM, SIVE ARCVLA,

aut Capsula Medica appellatum, continens libros tres, & tomos, siue sectiones ex toto septem.

IANO CORNARIO MEDICO PHYSICO INTERPRETE.

VNA CVM EIVSDEM D. EPIPHANII OPVSCVLIS multò quàm anteà emendatioribus, conquisitis & collatis aliquot inter se exemplaribus. Quorum Catalogum versa pagina docebit.

ADIECIMVS PRAETEREA THEODORETI EPISCOPI Cyri Eranisten seu Polymorphum, in quo tribus dialogis, contra quosdam sui temporis hæreticos acerrimè disputat.

ITEM.

EIVSDEM, HAERETICORVM IMPROBARVM nugarum ac fabularum Compendium: Ac diuinorum decretorum, seu dogmatum

EPITOMEN.

Gentiano Herueto interprete.

CVM INDICE RERVM AC VERBORVM LOCVplerissimo, & ab innumeris quibus scatebat, hæreseon erroribus, operæ ac industria Iacobi Fabri doctoris Theologi Sorbonici, repurgato.

Ad scriptus est communi Conuentus Anno
Bibliotheca PP. Augustinensium Montismorilliensis 1683
C - 9 in folio



PARISIIS,
Apud Hieronymum de Marnef, & Gulielmum Cauellat, sub Pelicano, monte D. Hilarij.
1564.

DIVI EPIPHANII OPERA HOC IN LIBRO comprehenſa, ſunt hæc.

Contra octoaginta hæreſes opus, Panarium appellatum, continens libros tres, & tomos ſiue ſectiones ex toto ſeptem.

Eiuſdem D. Epiphanij epiſtola, ſiue liber Ancoratus appellatus, docens de vera fide Chriſtiana.

Eiuſdem D. Epiphanij Anacephalæoſis, ſiue ſumma totius operis Panarij appellati, & contra octoaginta hæreſes conſcripti.

Eiuſdem libellus de menſuris ac ponderibus, & de aſteriſco ac obelo, déque notis ac characteribus in diuinæ Scripturæ interpretibus per Origenem vſurpatis.

Omnia per IANVM CORNARIVM *Medicum Phyſicum Latine conſcripta.*

Eiuſdem Epiphanij Hiſtoria de Prophetarum vita & interitu, denuò recognita, ac velut de integro conuerſa, ALBANO TORINO interprete.

Eiuſdem Epiphanij epiſtola ad Ioannem Conſtantinopolitanum Epiſcopum, varia eruditione ſalubríque admonitione plena, D. Hieronymo presbytero interprete.

THEODORETI EPISCOPI CYRI ERANISTES SEV Polymorphus, in quo tribus Dialogis contra quoſdam ſui temporis Hæreticos acerrime & ſubtiliſsime diſputat.

Eiuſdem, Hæreticorum improbarum fugarum ac fabularum compendium.

Eiuſdem, Diuinorum decretorum, ſeu dogmatum epitome.

Quæ omnia nunc primum in lucem exeunt, à Gentiano Herueto Aurelio latine verſa.

OMNIBVS ECCLES. CATHO. ROMANAE FILIIS GRATIAM, MISERICORDIAM, ET PACEM A DEO PATRE, ET domino noſtro Ieſu Chriſto optat Iacobus Faber Doctor Sorbonicus. Ad æquiſsi. in ſupremo Senatu præſidem à Sancto Andrea.

NEC ingratum auribus, nec mentibus hominum inſuaue fuerit obſeruare, præſes æquiſsime, perpetuum eccleſiæ catholicæ cõſenſum in doctrina, veróque cultu Dei, his maximè luctuoſiſsimis temporibus, in quibus tanta eſt opinionum varietas, vt multi nec peſsimi angãtur animis, dubitantes cuinam cœtui ſe ſocios adiungant. Nam dum alij alium magiſtrum iactant, de cuius ſapientia, & pietate ne quidquam gloriãtur, nec ſine aliorũ contemptu: Fit vt cæco iudicio pro eo affectu quo quẽquam illis aut fauere intelligunt, aut aduerſari, eius eruditionem, & integritatem æſtimẽt. Hinc fũdi noſtri calamitas. hinc mali noſtri labes. hinc ſimultates, ſiniſtræ ſuſpiciones, odia, iurgia, vltionis cupiditas, inſanus tuẽdæ partis illius cui ſemel adhæſerint amor, naſcuntur, quibus ſeorſum deorſúmque voluuntur omnia. Ex quo fonte duplex enaſcitur incommodum. Nam & Euangelij hoſtes eiurati, in ſua pertinacia, & impietate confirmantur: & infirmiores, ac rudiores qui magis propenſi erant ad exoſculãdam veritatem, non parum perturbãtur, fluctuãtes, & incerti quibus ſe potiſsimum partibus adiungant. Ex quibus nõ paucos cõperias, qui quaſi nihil certi de tota fide noſtra, ac religione tradi ſtatuiue poſsit, non modo de omnibus eius partibus, ſed etiam de vniuerſa eccleſiæ ſobole, dubitare incipiũt. Hîc noſtrum officium ſicut & cæterorum chriſti fideliũ eſſe putauimus præſes æquiſs. & precibus noſtris, & quotidianis admonitionibus iuuare infirmos, & imperitiores erigere, ne hac turba, opinionũue colluuione offenſi, ruãt præcipites in incertũ, indubitatúmque interitum. Atque huic malo ſi ſatis proſpiciũt oculi, potiſsimũ medetur perpetui eccleſiæ chriſti conſenſus in doctrina, & vero dei cultu obſeruatio. Quemadmodũ enim vnus eſt Deus, ita & vna æterna, cõſtans miniméque fallax veritas, vna religio vera, vna fides, vna recte viuendi regula, vna denique Chriſti eccleſia catholica quæ ſola verũ colẽdi deũ nouit, retinétque modũ, & deffendit. Huius eccleſiæ qui non eſt ciuis, gratia ſpoliatur, & ſalute excidit, quantumuis magnos ſe habere magiſtros glorietur, ampullas & ſeſquipedalia verba in omnes paſsim eiaculatus: cõtrà qui in hoc cœtu eccleſiæ catholicæ Deum ſpiritu, veritate colit, veneratur, adorat, gratiæ ſalutíſue hæres dignoſcitur: etiãſi bubulcum, abſit ignominia, magiſtrum nactus fuerit. Nec enim hæc res tam ab hominis, vel dignitate vel indignitate pẽdet, quàm à ſpiritus chriſti magiſterio: qui tum verbum ſuum, tum eccleſiam ſpõſam, quam veritatis columnam ſtatuit, nobis vitã, & ſalutis regulam eſſe voluit. In quo ſummus extitit omnium ſanctorum patriarcharum ante diluuium, & poſt prophetarum, apoſtolorũ, atque adeo omnium piorum conſenſus, quorum doctrinã & cultum ſi nos verè retinemus, iam verè in Chriſto gloriari licebit, quòd ſumus ciues eccleſiæ Ieſu chriſti, & domeſtici, vt inquit Paulus dei, etiam ſi fractus illabatur orbis, & vniuerſa diaboli militia nos exoſos habeat: & tanquam prophanos execretur. De hoc igitur perpetuo conſenſu, nonnulla dicere eſt animus: vt certo nobis conſtet: an in eodẽ conſenſu ſimus necne an aduerſarij noſtri, qui dum ſuos magiſtros iactãt, quos miniſtros appellitãt, nec finem faciunt vllum, nec modum tenent: ſed ferro & igne curſum doctrinæ propheticæ, & apoſtolicæ intercludere conantur. In huius argumenti tractatione quamplurima ſane concurrunt quæ huc, tanquam ad ſcopum referuntur, hîc ſiquidem neceſſario quæritur quiſnam ſit veræ religionis ortus, quæ certitudo, quantus omnium ætatum eccleſiæ in eadem doctrina conſenſus, quibus artibus hipocriticus ſpiritus veram pietatem, ſanctámque religionem oppugnare ſoleat, demum qua prudẽtia, pii aduerſus Sathanæ inſidias, & fraudes vti debeant: ne quod contigit primis parentibus ſinamus nos αὐθαιρολογίας à fontibus ſalutis, ad Ciſternas diaboli, humanas miniſtrorum euangelicarũm traditiones & αἱρέσεις abduci.

Iam verò vnde præſertim originem ducat vera religio, attingendum non eſſet, niſi tãtus quondam fuiſſet, hodiéque eſſet hominum Sathanicorum furor, qui pro cæco ſuæ rationis ſenſu, religiones

inſtituere auſi ſint: quas ferro, & igne deffendant, religionémque eam, quæ à ſolo Deo eſt, perſequantur: vt vaticinium comprobent, quod de ſemine ſerpentis morſuro calcaneam ſeminis mulieris æditum fuit. His multò rectius iudicauit prophanus Socrates: qui cùm apud Xenophõtem interrogaretur quænam eſſet vera religio reſpondit, eam eſſe quã ipſe Deus inſtituit. Nam cum dominus clarè apud prophetam dicit, ſe abominari doctrinam, & cultus hominum prauorum, extra controuerſiam ſit nobis, quòd vera atque perpetuò conſtãs religio, ab ipſo æterno Deo ortum habeat. Appollo pythius ab athenienſibus interrogatus, quas potiſſimum religiones teneret: reſpondit eas quæ eſſent in more Maiorum: Cùm rurſus obiicerent morem Maiorum ſæpè mutatum eſſe, ait optimum ſequendum.

Nam vt ait Heſiodus, νόμος ἄριστος Ad eundem fermè modum hodie aduerſarii antiquitatem, vel malicioſè rident, vel inaniter iactant, autoris veræ religionis ementito nomine, quos potius cum Socrate, quamuis ethnico, reſpondere, quàm cum impuro dæmone cõueniret: vt enim ſpiritus vertigenis Sathan, ita & iſti authoritatis antiquitate ad ſtabiliendos errores abutuntur. Atque, vt verum fateamur, antiquiſſima religio optima eſt: illa quæ ab optimo Deo ortum habeat: & non ab antiquo ſerpente, qui à principio ſuam religionem in mundum ex diametro cum diuina religione pugnãtem inuexit. Habet namque vtraque hæc antiquitas, ſuos propagatores, veluti patriarchas quoſdam, quos poſteriores patres appellarunt: qui à Deo acceptam religionem poſteris fideliter tradiderunt. Vt ſunt patriarchæ, ſancti reges, prophetæ, Chriſtus ipſe, & apoſtoli, horumque ſucceſſores: de quibus infeliciter gloriantur huius tempeſtatis hæretici, vſqualei ſed quænam eſt illa ſibi perpetuò conſtans religio, quæ eius ſumma, quæue partes, tum dignoſcetur, cum rem paulò altius repetiuerimus: hæc igitur qualia ſint, quinque temporum cõditiones, quibus Deus ſuam maximè vocem indicauit, & ſigna edidit, apertiſſimè declarabunt. Vt ſunt ſtatus ante deperditam innocentiã, tempus reparationis promiſſæ, tempus repetitæ promiſſionis tempus reipublicæ moſaicæ, ac denique illud completæ promiſſionis, exhibito Ieſu Chriſto domino noſtro. Hiſce quinque temporum conditionibus eandem fuiſſe religionem, & ſibi per omnia conſtantem voce Dei, ſigniſque diuinis oſtendere nobis eſt aduitendum.

Ante lapſum: quando protoparens lucida ornatus erat imagine Dei, quam ſuo vitio poſtea fœdauit, Deus homini & verbum tradiderat, & ſignũ. Requirebat verbum Dei notitiam, ergáque ipſum obedientiam, prohibebat ne quid homo contra Dei interdictum, ſub pœnæ cominatione, tentaret: habebat etiam verbum immortalitatis promiſſionem, quam fide amplectebatur Adamus. Et arbor vitæ, vt aſpectabile verbum, idem per oculos in mentem transfudit. Quæ omnia eò ſpectabant, vt Adamus Dei imaginem, tanquam in ſpeculo repræſentans, Deum perpetuò mente coleret, & obſequio celebraret, fuit prouidè in eo ſtatu cultus dei perfectiſſimus, primo homini præſcriptus: qui à nobis etiam poſt lapſum requiſitus fuit, nec vlla, mea quidem ſententia, mutatio facta eſt in ſubſtantiæ religionis ratione: ſed horribilis deprauatio ſecuta eſt, in toto humano genere, vbi de ſtatione prima deiecti fuerunt protoparentes, adeò vt eiuſmodi cultum plenè præſtare, imò ne ipſum inchoare poſſit quiſpiam, niſi ad arborem vitæ, quæ eſt Ieſus Chriſtus, ei acceſſus fuerit patefactus. Lapſo igitur genere humano in primis parentibus, Deus rurſum ſuam voluntatẽ patefecit, verbo, & ſigno, quibus diſcitur quo maximõ cultu, poſt ruinam voluerit coli, reprehendit verbo trãſgreſſionem ſui mandati, verbo promiſſionẽ ædidit de Meſſia, qui homo factus ſolueret Lytrõ pro reatu Adæ, reſtituerétque homini imaginem Dei, quam vel peccando fermè amiſerat, vel labefactarat, ſignũ adiecit verbo, quod erat veluti aſpectabilis, & diuina quædam concio de Meſſia. Atque hoc ſignum erat mactatio, & oblatio pecorum, & frugum terræ. Ex quibus ſequitur quod poſt lapſum requirat Dominus.

Cultum cum eo, haud multum abſimilem, qui fuit ante ruinam. Licèt fortè ſuis gradibus, eam perfectionem non habeat. Requirit enim hic Deus agnitionem ſui: requirit agnitionem noſtri peccati: requirit agnitionem Chriſti, qui eſt loco arboris vitæ, quæ erat in paradiſo plãtata: requirit denique fidem Meſſiæ, & ex fide obedientiam, vt paulatim magis, magiſque in homine reparetur imago Dei, per Chriſtum Dominum, vt videlicet in mente refulgeat firma Dei notitia, in anima ſanctitas: & in omnibus animi viribus obedientia, ex præſcripto tum verbi, tum eccleſiæ catholicæ præſtanda: hæc ſunt, niſi me meus fallat animus, quæ principio moſis indicantur. Nam olim οἱ παλαιοὶ κρέττονες ἡμῶν ὄντες καὶ ἐγγυτέρω βιῶν δικαίων Vt Platonis verbis vtamur, melius, & ſolidius erudiebantur breuibus aphoriſmis, & ſymbolis, quam nos longis concionibus. Fuit enim olim ea docẽdi ratio, cùm theologis tum philoſophis, communis, & familiaris, vt id quod breuibus aphoriſmis proponeret, idem certis ſignificarent ſymbolis. Id vis tibi aperiri cõpendio? audito: lapſo homine hic aphoriſmus voce Dei eſt propoſitus: ſemen mulieris conteret caput ſerpentis: ſymbolum, quod quadam imagine idem ſignificabat, fuit: oblatio diuinitus patribus commẽdata. Abel itaque cùm ſuas offerret victimas, in aphoriſmum propoſitum reſpiciebat: & offerens hæc apud ſe cogitabat. Primùm mortem victimæ intuens,

admones

admonebatur de morte, in quam inciderat genus humanum propter peccatū: quo dolore exulcerabatur animus eius: deinde ſanguinem victimæ proſpectans, admonebatur factæ promiſſionis de Meſſia, cuius merito, & interceſſione placari iram Dei, iuxta promiſſionem, ſtatuit. Vnde cōſolatio in corde mirum in modum per Ieſum Chriſtum excitabatur. Atque ita Abel, imagine Dei in ſe veluti reparata, verum cultum Deo præſtitit: quem poſteà morte ſua confirmauit. Nam cum Cain frater, & hypocrita ipſum à confeſſione promiſſi ſeminis, & vero cultu auocare ſtuderet, potius mortem oppetere voluit, quàm in impium fratris decretum conſentire, ſignificans hac ſua conſtantia, eum demum verè Deum colere: qui & obedientiam erga Deum, & Chriſti confeſſionem omnibus rebus mundi, atque adeò vitæ ipſi, qua nihil homini charius eſſe ſolet, anteponat. Ex quibus colliges, eādem propemodum fuiſſe religionem eorum, ab initio, ante videlicet lapſum, & poſt. Nam etſi quædam circunſtantiæ externæ acceſſerunt, propter naturæ deprauationem, reparationiſque promiſſionem: tamen ſubſtantia cultus Dei, eadem manebat, ad eundémque finem pertinebat, hic eſt cultus Dei nempe, qui durauit in eccleſia, quæ perexigua fuit vſque ad diluuiū: hoc eſt annos mille ſexcētos quinquaginta ſex. Caini enim poſteritas, vt rudis erat, carnaliter promiſſionem intelligens, & perſecuta eſt eccleſiam, & ſibi eccleſiæ titulum vſurpauit, cultúmque Dei in prophanā hypocriſim, ſuperſtitionémue commutauit. Porrò cum hypocriſim, & ſuperſtitionem huiuſmodi, cū aliis horrēdis ſceleribus, catacliſmo punuiſſet Dominus: Noe verbo, ſymbolóque verum Dei cultum reſtaurat: nec nouum quidem, ſed prorſus eundem: qui ſuperſtitione Iaphet, & Cam, tyrannide profligata, manſit in familia patriarchæ Sem. Is etenim rectè intelligens promiſſionem ſymboláque diuina, Deum ex fide coluit eique obediuit quemadmodum Abel, & Noe, cui, cum Deus impium mūdum diluuio perdidiſſet, propter defectionem à vero, puróque Dei cultu, promiſit, & eius poſteritati ſe poſtea diluuio mundum non perditurum. Quod promiſſum, vt ratum fore confirmaret, arcum cœleſtem adiecit, promiſſionis ſuæ quaſi quoddam μνημοσυνον. Quod ſymbolum cernentes, Noe, & Sem, ſancti Abelis exemplo, Deo veram, ſpiritalémque cultum exhibuerūt.

Sequitur Abrahami ætas, vſque ad tempora Moſis: qua ætate idem cultus, & voce Dei, & nouo ſymbolo patriarchis eſt commendatus. Nam decreſcente iam ſapientia, quæ fuit initio, vt verbo clariori, ita euidentiori ſymbolo opus erat: verbum igitur hoc fuit Abrahamo propoſitum, in ſemine tuo benedicentur omnes generationes terræ, cui additum fuit ſymbolum hoc, circumciſio genitalis mēbri in Maſculis, vt ergo verbo docuit, verúmque cultum requiſiuit: ita ſymbolo idem fecit, quod erat doctrinæ, & carthis expreſſum veluti quoddā ſigillum. Etenim cum ait, benedicentur in ſemine tuo: tria apertiſſimè inſinuat: quorum primum eſt accuſationis totius generis humani propter peccatum, & à Deo defectionem repetitio. Alterum eſt repetitio promiſſonis ſeminis, & beneficium eius, quod Adamo dictum erat: hac fermè formula, ſemen mulieris conteret caput tuū. Tertium indicatio noſtræ imbecillitatis, quòd noſtris viribus non poſſimus benedictionem nanciſci: ſed oportere eam nos obtinere fide viua in ſemen promiſſum, hanc fidem patriarchæ ſecuta eſt obedientia toto vitæ diſcurſu: iuxta præceptum Domini. Ambula coram me, & eſto perfectus: quam quidem, quāti fecerit erga Deū ex eo apparet, quòd potius elegerit vnigenitum Iſaac, quem in ſenectute genuerat cui iam magnificæ promiſſiones factæ erant, ad mandatum Dei offerre, quam ab obedientia recedere. Porrò quàm pulchrè verbi interpretationi ſymbolum conueniat: cùm aliud nihil ſit, quàm velut aſpectabile verbum, Tria ob oculos ponas oportet, nempe natiuitatem noſtram carnalem vitio eſſe corruptam, deinde promiſſum eſſe ſemen, per quod natura repararetur: tū circōciſione carnis comite ſignificari cordis circumciſionem, qua ignorātia Dei amputatur, affectuum impuritas eliminatur, & cordis contumacia contruditur: vt nouus homo naſcatur, & in vera ſanctitate vetus homo conculcetur. Ecce quàm pulchrè quadrant hæc cum prioribus, vox quidem mutatur, ſed ſignificatio manet vt intelligamus non aliquam nouam colendi Deum rationem præſcribere, quod carnale ſemen Abrahæ malorum præſtigiis credidit. Quemadmodum enim Cainitæ hypocriſim, vel reiecto, vel diſſimulato vero verbi intellectu, amplexati perſequuti ſunt Abelem: ita Iſmaelitæ in litera circumciſionis hærentes, ſpiritu neglecto, veros Abrahæ filios ſunt inſectati. Ex quo factum eſt, vt vetus colendi Deum cultus apud pauciſſimos remanſerit. Nam cùm exularent ex Aegypto patres, ſola fermè familia Ioſeph, Patriarcha Iacob defuncto verum cultum retinuit: tandémque nato Moſe in Aegypto, & agente iam 80. annum à promiſſione facta Abrahæ 340. anno. Iterum promiſſionis verbum repetit, multa addit ſigna, & vt conſeruaretur verus colēdi Dei mos, regnum erexit, & ſacerdotium: quæ omnia ad eundem ſcopum pertinebant, eundémque cultū Dei ſpiritualem hominibus commendabant. Nam in deſerto vt ſilentio præteream rubum ardentem, & columnas ignis, & nubis, Man, petra, & ſerpens æneus vt ſymbola literæ diuinæ cultúſque Dei proponebantur, quæ tria proculdubiò præſignabāt olim promiſſum. Man enim, Paulo interprete, cibum ſpiritalem præſignabat, quo noui homines per Chriſtum facti, in Chriſti regno alerentur. Petra potū ſpiritualem ſignificabat quo credentes reficerentur. Serpens ſuſpenſus, Chriſtum in Aram crucis ſuſpendendum pro mundi peccatis adumbrabat: qua homines iuſtificati & viuificati coram Deo ambularent, & ad perfectionem aſpirarent. Iam verò poſtquam populus in terrā promiſſam quæ typus erat cœleſtis patriæ introductus eſt. Plura adhuc ſigna, veluti aſpecta-

biles conciones ei propoſitæ ſunt. Ceremoniæ multæ ſunt additæ: quarum ſpiritualis ſignificatio explicat cultũ Dei ſpiritualem, commendátque. Quæ quia multæ ſunt: paucas de multis illuſtriores eligã. Sacerdotis ornatus, annua oblatio ſummi ſacerdotis, arca fœderis, agnus Phaſe, ſanguinis aſperſio, quotidianæ oblationes, omnia dulces habent meditationes de mediatoris conditionibus, & piorum officio. Lamina aurea diuinitatem Chriſti ſignificabat: veſtis vero munda, humanitatem, ſed ab omni peccato puram & mundam. Quod autem ſacerdos ſemel in anno intrauit in ſancta ſanctorum, typus fuit ſacerdotis Chriſti, qui vna oblatione conſummaret ſanctificãdos. Arca fœderis ſignificat populum Dei, cum quo expreſſo verbo pactum fecit Dominus. Tabulæ decalogi in arca tegebantur, aurea lamina, quæ dicitur propitiatorium, hoc eſt Chriſtus, qui eſt propitiatio pro peccatis noſtris auferque in eccleſia, ſi non adſit obſtaculum, peccata hominum aduerſus iram, & horrendum iudicium Dei. Quid quæſo hoc eſt aliud, quàm ſemen mulieris conterere caput ſerpentis? Ita hunc typum explicat Moſis interpres Apoſtolus: Iuſtificamur gratis per illius gratiã quæ eſt in Chriſto Ieſu, quẽ propoſuit Deus propitiatorium, per fidem in ſanguine eius. Quod autem de Agno dicitur, immolabítque eum vniuerſa multitudo filiorum Iſrael: ſignificatur nõ propter vnum, & alterum paſſum fuiſſe Chriſtum, ſed propter eccleſiam. Hæc & alia eiuſmodi propemodũ infinita legis typica fuerunt ſymbolicæ interpretationes primæ promiſſionis: quas qui intellexerũt cum patribus Adamo, Abele, Enoch, Noe, & Abrahamo, &c. Verum cultum, & ſpiritualem Deo exhibuerunt non diſſimilem, ſecundum rei naturam, ſed omnino eundem. Sed quid hîc fit? ſicut Cainitæ, promiſſionem carnaliter intellexerunt, & ſymbolo addito fecerunt cultum per ſe: ita maxima pars hominũ omiſſo ſpiritu eccleſiæ catholicæ & Romanæ literã admirata, cultum Dei poſuerũt in ad inuentionibus ſuis, ſine fide. Vnde fit vt diabolus ruat toto impetu ad perdendam eccleſiam, & ad euangelium, verúmque cultum Dei abolẽdum. Atque id noſtra ætate furioſius agit, quia nouit exiguum ſibi reſtare tempus, quo liceat ei in eccleſiam Chriſti ſæuire. Quibus autem technis iſte aduerſarius Chriſti vtatur, res ipſa palã loquitur. Primũ enim hæreticorum infiniti propè generis, militiam direxit, aduerſus quam ſuum quoque exercitũ Dominus Sabaoth armauit: qui vel Sathanæ impetum ſuſtinerent, vel ignea tela extinguerent. Ex quibus vnum ex principibus (Præſes æquiſs.) diuum Epiphanium tibi proponimus. Cuius aduerſus octoginta hæreſes per tomos & ſectiones deſcriptas ſcriptionem ſi in quanto honore proſequi debeas, ſcire vis: leges diuum Auguſtinũ ad Quod uuldeum. Nec hic importunum fuerit dicere quàm arduum fuerit, luculentum ex omni memoriã opus, hoc exhibere & in vulgus emittere, cum hactenus nec epiſtola liminaris, nec index ſententiarum, precipuarum, vacarent mendis, erroribus, & hæreſibus. Omitto hic lubens quot marginibus ſententiarũ indices appoſuerimus, & comparatis diuerſis exemplaribus librum ab infinitis propemodũ mendis quibus ſcaturiret, vindicauimus, & Deo duce liberauimus. Porro alias hæreſes ſuperioribus cõculcatis excitauit idem Sathanicus ſpiritus: quas Theodoretus Cyrenſis epiſcopus omni diſciplinarum genere inſtructus, inſigni libello profligauit: quem nos pari labore & induſtria huic ſuperiori coniunximus: vt intelligas quàm diligentes operarios habuerit Eccleſia à primis incunabulis aduerſus operantes iniquitatem. Poſteaquàm autem hac ex parte ſuas fraudes deprehenſas cognouit Sathan, non egit inducias, ſed ſuæ impietatis miniſtros conquiſiuit: quales ſunt (vt ſuperiores taceã) Berani, Gatiani, Lutherani, Libertini, Anabaptiſtæ, Seruetiani, Antinomi, Caluiniani & Vſgnalei, qui doctrinam ab initio ad nos quaſi per manus orthodoxorum promanantem & ſacramenta rurſus ſuo impuro roſtro fœdare conãtur. At verò cum hiſce ſuis conatibus animaduerterit ſe nec ea via poſſe curſum eccleſiæ, verique cultus Dei impedire: agreſſus eſt alia via qua inteſtinis diſſidiis diſtraheret, ac hoſtiliter inter ſe committeret eos ipſos, quos animaduerterit ſeriam præ cæteris meditari eccleſiæ ac catholicæ religionis reſtitutionem, ne ſcilicet coniunctis ſtudiis & conſiliis, hoc tam præclarum opus vnanimes moliantur. Porrò ſubindè quoſdam è caſtris Chriſti exturbauit, qui apoſtatæ facti, grauiſſimum damnum eccleſiæ intulerũt, inter quos ſunt, & fuerunt, qui nouam conciliandi rationem odium eccleſiæ catholicæ, & Romanæ apud imperitos excogitant. Colligunt enim antinomias tum in ſacris literis, tum in antiquis patribus, quorum opera Deus eſt vſus, in hac extrema ſenecta mundi, ad repurgandam reformandámque (vt aiunt) eccleſiam: cum tamen in nulla parte fundamenti doctrinæ, & cultus Dei poſſint vllam veram antilogiã monſtrare: vt ſe in mille formas Prothei iſti trãſforment, his machinamentis Sathanæ, videmus effectum eſſe: quod obſtinati ſint facti cõfirmatiores in ſua ſuperſtitione, infirmiores ac imbecilliores magna ex parte ſuccumbant: cum piorum omnium ingenti dolore, & niſi Chriſtus accelerauerit ſuum aduentum, metuendum nobis eſt, ne rurſus ſuperiorum hæreticorum, de quibus verba fecimus, tenebris pluſquam Cymmeriis inuoluantur, & in Atheiſmum, quod grauius eſt, deſinant. Quid nobis, quæſo, hic faciendum eſt? Præſes æquiſs.

Cauendæ ſunt inſidiæ Sathanæ: reſpiciendum eſt ad exempla maiorum veteris, & noui teſtamentorum, quorũ cœtui in doctrina, cultu, inuocatione ſanctorum, nos adiungamus: nõ turbemur multitudine hoſtiũ, non moueat nos numerus trãsfugarum, non frãgamur animo, cruce & ærumnis, quas pios perferre in hoc mundo iuxta Chriſti verbũ neceſſe eſt: nõ tantũ reſpiciamus ad humilitatẽ eccleſiæ catholicæ & Romanæ, quæ in hac vita humi iacet contẽpta: ſed etiam intueamur Chriſtum triumphantem, qui eos, quos conformes ſibi viderit in hac

vita, olim beatæ immortalitatis gloria ornaturus est, modo cōstātes perseuerauerint vsque ad finem. Meminerimus quoque grauissimæ sententiæ Christi: Vigilate & orate ne intretis in tentationē. Quod vobis (inquit) dico, omnibus dico, tentat mundus, solicitat caro, turbant hæreticorum agmina, offendunt impuræ doctrinæ, & morum scandala, futiles verborum hominum rixæ molestant, curiosa multorum desideria vexant, verum aduersus hæc omnia, præsidium tutissimum est inuocatio Dei. Nō enim frustrà dicit Salomon, Turris fortissima nomen Domini, ad eam cōfugiet iustus & saluabitur, in inuocatione nostra respiciamus ad ecclesiam catholicam, & apostolicam, & muniamus animos nostros aduersus Mahometicas, & Lutheranorum idolomanias: atque hæreticorum nostratū ἐνεχλήσεις sæpè cogitemus quàm firmis, & immotis fundamentis nitatur perpetua doctrina & constans ecclesiæ catholicæ cultus. Veniant nobis in mentem prædictiones diuinæ, quibus ipse Deus suam omnibus voluntatem patefecit, quando loquutus est cum sanctis Patriarchis, & Prophetis, quam suam voluntatem multis stupendis miraculis confirmauit: cùm in veteri tum in nouo testamento: aspiciamus dulcissimum consensum, & harmoniam Mosis, prophetarum Christi, & Apostolorum, in doctrina & cultu: incitemur ad confessionem tot martyrum, qui cum Abel protomartyre doctrinam cœlestē suo sanguine confirmarunt. Abstineamus à subtilibus argutiis, quibus vinculum pacis, quod est dilectio, soluitur. Oremus igitur cum tota ecclesia Christi Deum omnipotentem, vt in nomine dilecti filij Domini Iesu Christi, sibi ecclesiam catholicam, & Romanam in hac vita colligat, & in ea doctrinæ puritatem, veram euangelij intelligentiam, verúmque cultum cōseruet: vt ipsum verè colamus, & in omni æternitate celebremus. Oremus vt omnino gubernet suo spiritu pientissimum nostrum Carolum Galliarum Regem huius nominis nonum, qui vt patri sanctissimo, in regnum succesßit, ita paternarum virtutum hæres existat verissimus: non solùm iustitiæ, & æquitatis amantissimus princeps, verumetiam ecclesiæ catholicæ & Romanæ, scholarúmque fautor, & patronus verissimus, imò nutritius liberalissimus. Oremus vt Christus suo spiritu regat regni consiliarios, nobiles, & ecclesiarū gubernatores, polliciarum, scholarum, & œconomicarum: ipsisque addat animum, gloriam Dei, veram doctrinam & disciplinæ honestatem conseruandi, vt tranquillam & quietem vitam degamus, cum omni pietate, & honestate. Oremus pro omnibus regni statibus, vt omnes dulci, & Christianæ concordia coalescant: & alij alios subleuent, quò maiores cogitent inferiores cohæredes regni Dei secum futuros: vt inferiores superioribus obediant in domino, sicut à diuo Apostolo præceptum esse legimus, vt ita dulcissima harmonia omnium ordinum in hoc regno, atque adeò toto Christiano orbe constituta pacificè & tranquilè viuamus. Oremus denique vt Christus, impetus Sathanæ reprimat, ac largiatur ecclesiæ pastores in vera doctrina, & pietate concordes: qui recta docendo, & exemplo piæ vitæ gloriam Dei illustrent: quo tandem plenè omnes retecta facie gloriam Domini, vt in speculo conspicientes, in eandem imaginem transformemur, à gloria in gloriam, sicut à Domini spiritu. Atque haud scio an melius cuiquam quam tibi, Præses æquiß. dicari posßint labores restaurando huic operi exantlati & impensi, cum is sis, qui cum multarum rerum bonarum studio summè teneaeris: hoc tamen præter cætera vehementer scire exoptes: qua ratione permoti hæretici veteres, de quibus author noster Epiphanius non minus copiosè quam grauiter scripsit, tam piam matrem ecclesiam catholicam, & Romanam virulentis suis tum verbis, tum scriptis, exagitarint, diuexarint, deformarint: quod qua ratione factum sit ex scriptione illius, quam verbis meis ex fonte nempe quam ex riuulo disces melius si legas, progressus in via veritatis facies beatius. Si quæ legeris, noueris, didiceris denique informandæ tum vitæ tum morum conuenientia ad eam quam veræ viuæque fidei cultoribus repromisit Dominus: Conferes. Vale Calend. Iunii. 1564. Ex Musæo Sorbo.

In spe contra spem.

EPISTOLA SCRIPTA NONAGESIMOSECVNDO ANNO REGNI DIOCLETIANI, VALENTINIANI ET VALENTIS ANNO A

Duodecimo, et Gratiani anno octauo, ad Epiphanium Palæstinum Eleutheropolitben, qui fuit pater Monasterii in eiusdem Eleutheropolis vicinia, tunc vero vrbis Constantiæ prouinciæ Cypri episcopus extitit, ab Acatio & Paulo presbyteris et Archimãdritis, hoc est patribus monasteriorum, partium Calchedonis, & Berrhœæ cauæ syriæ, de eo quod contra omnes hæreses scripsit, imo quod & multi adhortati sint ac coegerint ipsum ad hoc Opus aggrediendum.

DOmino meo & reuerẽdissimo per omnia, pientissimóque patri Epiphanio episcopo, Acatius presbyter & Paulus presbyter, Archimandritæ, in Domino gaudiũ. Sufficiebat equidẽ cõspectus pietatis tuæ Pater, qui verbis spiritualibus nos impleuit, & tantum in nos desideriũ implãtauit, ex tuo intuitu obortum. Verũ quandoquidem præuia fama discipuli Seruatoris prædicat, & fragrantiæ verborum & actionum appetentiam infundit, vt & verbis & sentẽtijs exatiemur, oportebat quidem nos accedere, vt præsentes gratiæ tibi ex Deo velut Apostolis datæ participes fieremus. At quando via intercepta est per infirmitates ac ærumnas corporales, non potuimus ipsi proficisci, & ad pedes tuos prouolui, audirẽque ac discere progredientia ex ore tuo spiritualia sancta verba. Credimus enim, quod si digni fuissemus audire ac reuerti, firmassemus vtique Rempublicam, cui præfecti sumus, si modo digni sumus finem eius assequi. Quum igitur infirmitas detineat, rogamus tantam tuam pietatem, vt ne inuideas nobis ex his quæ reuera tibi à seruatore donata sunt impertiri. Cõfitemur enim non solum nos, sed etiam omnes, quod in seculo nouum te Apostolum & præconem. Dominus excitauit, Ioannem nouum, & prędicantem quæ debent seruari ab his qui cursum hunc propositum habent. Quum igitur communis frater Marcellus, ob tantam famam angatur, & desiderio pietatis tuæ trahatur, sitque ex nostro ouili, & recens in fide instructus, ipsum sanè tantæ viæ ministrum adepti, tantam nostram peccatorum videlicet ad te Seruatoris discipulum, audaciam ipsi iniunximus. Quod verò cupimus, hoc est, vt ea quę dicta sunt à te ad quosdam fratres, nobis discenda dones, quod tibi quidem iusto minime graue est, nobis autem peccatoribus dum participes simus gaudium in Domino parit. Nam spiritualibus tuis verbis impleti, ab iniquitatibus nostris alleuamur. Audiuimus autem indita esse nomina sectis à præstantia tua, quarum singularum superstitionum petimus, vt pietas tua nobis hęresim palàm declaret. Æquale est enim vniuersorum donum. Et petimus te preces facere, te iustum Domino, pro omnibus desiderantibus te, & expectantibus a te donum. in ieiunio & oratione sumus, vt communis noster frater a præstantia tua benignè susceptus, & afferat nobis donatum a te munus, & sic consuetas preces patri & filio & spiritui sancto transmittat. Omnes fratres sperant per preces a te pro ipsis fientes confirmari. Adhortamur, vt ne cuncteris impertiri gratiam diuinam apostolorum quam habes. Omnes parui in o uili ac cœtu, preces ad potiorem transmittunt, quo participes fiant spiritualis ex pietate tua doni. Robustus in Domino, & lętus in Christo ac sancto spiritu, datum tibi thronũ ac diuinum munus perficias & absoluas, vsque ad expectantem te coronam. B C

EPISTOLA RESCRIPTA AD ACATIVM ET PAVLVM PRESBYTEROS, AB EPIPHANIO AD EA QVAE AB ILLIS AD IESVM *Scripta sunt, De eo quod ipse contra hæreses scripserit.*

DOMINIS honorandissimis fratribus, & in presbytero consortibus, Acatio & Paulo, Epiphanius in Domino gaudium. procœmium siue præfatio veteres scriptores, velut inscriptionem ac titulum describentes, per ænigma totius subiectæ tractationis indicium præbuerunt: vnde & ipsi eodem dicendi stylo vsi, præfamur ad vos charissimi, ea quę ad petitionem vestram contra hæreses scripsimus, omnem rem in breuem summam colligentes. Quandoquidem enim de claraturi sumus vobis & nomina sectarum, & nefarias apud ipsos actiones reuelaturi, quę velut venena ac toxica existunt: cum ipsis sanè etiam antidotos adaptantes, auxiliaria commorsorum medicamenta, & præoccupatiua eorum qui fortè illapsuri sint, bonarum rerum studiosis describimus, hoc ipsum procœmium Panarium, siue Capsulam medicã & aduersus bestiarum morsus Arculam appellantes, hoc est per libros tres, hæreses octoaginta, quæ sunt bestiarum siue reptilium morsus. Vnum autem post octoaginta veritatis fundamentum, simulque doctrina, & salutaris tractatio, & Christi sponsa sancta Ecclesia, existens quidem ab initio, verum per aduentum Christi in carne, iuxta temporis successionem, in medio prædictarum reuelata, & á nobis in mentione per prædicationem Christi locata, & rursus post omnes harum hæresum prauitates, in refrigerium eorum qui laborem pellegendi hæreses pertulerunt, à nobis cum sermonis compendio, iuxta Apostolorum doctrinam, manifestè denunciata. Rogati autem sitis omnes, qui honestarum rerum studium attigeritis, & procœmium, & sequentes deinde sectas, & pro veritate defensionem, & veritatis doctrinam, & sanctæ vniuersalis Ecclesiæ fidem, vt veniam nobis detis, qui homi- D

nes

nes ſumus,& cum labore ac æmulatione diuina, pro pietate rationem reddere conati ſumus. Cuius ſanctiſſimi ac pientiſſimi nominis defendendi gratia, velimus etiam aliquid vires noſtras excedens aggredi,quum Deus permittat nobis expetentibus,etiam ea quæ vires ſuperant. Nam ob veritatem inſtituta à nobis eſt hæc oratio,& propter pietatem hoc opus aggreſſi ſumus. Quin & amplius rogati ſitis pro indulgenda venia,ſi alicubi reperietis nos, aliquos impetere, aut cauillis inceſſere, quum
A aliàs hunc morem non habeamus. Itaque ſi alicubi propter zelum aduerſus hæreſes,& ad auertendos lectores,exacerbari dixerimus aliquos deceptores,aut circulatores, aut miſeros homines, ignoſcite. Ipſa enim neceſſitas aduerſus huius certaminis doctrinas inſtans, talem nobis ſudorem efficit & vt lectores auertantur,& vt oſtendamus penitus interdictas a noſtra doctrina,illorũ operas,myſteriáque & doctrinas,qno etiam per orationis ac contradictionis noſtræ vehementiam,libertatẽ noſtrã oſtendamus,& quo etiam aliquos ex ipſis per grauiores putatos ſermones effugiamus. Eſt autem tota hæc tractatio per prædictos tres libros,primum,ſecundum, & tertium. Quo ſanè libros in ſeptem tomos diuiſimus. In vnoquoque autem tomo numerus quidam hæreſeon ac ſectarum ineſt. Sunt autem ex to to octoaginta,quarum nomina & prætextus ſunt. I Barbariſmus. II Scytiſmus. III Græciſmus IIII Iudaiſmus. V Samaritiſmus. Ex his ortæ ſunt quæ deinceps ſequuntur,ante Chriſtum quidem poſt Barbariſmum,& ſcythicam ſuperſtitionem,ex Græciſmo hæ: VI Pythagorei,ſiue Peripatetici, circa Ariſtotelicos diuiſa. VII. Platonici,VIII Stoici,IX Epicurei. Deinde Samaritice ſectæ ex Iudaiſmo ortæ quatuor ſunt gentes,X Gortheni,XI Sebuæi,XII Eſſeni,XIII Doſitheꝯi. Deinde idem prædictus Iudaiſmus,qui ab Abraamo formam accepit, & per datam Moſi legem ampliatus eſt,& a Iuda filio Iacob,qui etiam Iſrael appellatur,per Dauidem regem ex eius tribu primum Iudaiſmi cognomen adeptus eſt,ſeptem ſectas habet: XIIII Scribarum,XV Phariſæorum,XVI Sadducæorum,XVII Hemerobaptiſtarum,XVIII Oſſęorum, XIX Naſaræorum, XX Hero-
B dianorum. Ex his & poſt has hęreſes iuxta temporũ ſucceſſionem, apparuit ſalutaris Chriſti Domini noſtri in carnem aduentus, & Euangelica doctrina ac prędicatio regni,quę ſola fons eſt ſalutis, & fides veritatis catholicę & Apoſtolicę ac orthodoxę Eccleſię. Ex hac autem diffractę ac fiſſæ ſunt nomen ſolum Chriſti habentes, & non item fidem, hæ hæreſes: I Simoniani, II Menandriani III Saturniliani, IIII Baſilidiani, V Nicolaitæ,VI Gnoſtici,qui etiam ſtratiotici, & Phibionitæ,& apud aliquos Secundiani,apud alios Socratitæ,apud alios Zacchæi, apud quoſdam Coddiani appellati,& Borboritæ,& Barbelitæ. VII Carpocratitæ, VIII Cerinthiani,qui & Merinthiani, IX Nazoræi,X Ebionæi,XI Valentini,XII Secundiani,quibus additus Epiphanes & Iſidorus.XIII Ptolemæi,XIIII Marcoſij,XV Colorbaſij, XVI Heracleonitæ, XVII Ophitæ,XVIII Caiani, XIX Sethiani. XX Archontici,XXI Cerdoniani,XXII Marciones,XXIII Lucianiſtæ,XXIIII Apelleiani, XXV Seueriani, XXVI Tatiani,XXVII Encratitæ,XXVIII Phrygaſtæ,& Montaniſtæ,& Taſcodrugitæ.Hi autem rurſus, Taſcodrugitæ videlicet,in ſeipſos diuiſi ſunt.XXIX Pepuziani,qui etiam Priſcilliani & Quintiliani. Quibus annectuntur Artotyritæ. XXX Teſſareſcædecatitæ,qui paſcha vnam anni diem faciunt.XXXI. Alogi,qui Euangelium & Apocalypſim Ioannis non admittunt. XXXII Adamiani. XXXIII Sampſæi, qui & Helceſæi. XXXIIII Theodotiani, XXXV Melchiſedeciani, XXXVI Bardeſianiſtæ, XXXVII Noetiani, XXXVIII Valeſij, XXXIX Cathari, qui & Nouati. XL Angelici, XLI Apoſto-
C lici, qui & Apotactici.XLII Sabelliani. XLIII Origenæi, turpia facientes. XLIIII Origenæi,ab Origene eo qui etiam Adamantius appellatur.XLV Pauli Samoſatenſis hæreſis.XLVI Manichæi,qui & Acuanitæ,XLVII Hieracitæ, XLVIII Meletiani, qui in Aegypto ſectam habent. XLIX Ariani,qui & Ariomanitæ. L Audianorum ſecta, LI Photiniani, LII Marcelliani, LIII Semiarij, LIIII Pneumatomachi,qui & Macedoniani,& Eleuſij diſcipuli,qui ſanctum Dei ſpiritum blaſphemant. LV Aeriani, LVI Aetiani,qui & Anomœi: quibus coniungitur Eunomius, imò potius Anomœus, LVII Dimœritæ,qui non perfectam Chriſti incarnationem confitentur, qui etiam Apollinaritæ.LVIII. Qui ſanctam Mariam ſemper virginem,poſtquam Saluatorem genuit, ipſi Ioſeph coniunctam fuiſſe dicunt,quos ſane appellauimus Antidicomarianitas.LIX. Qui in nomen ipſius Mariæ collyridem offerunt,& vocantur Collyridiani,Lx.Maſſaliani, quibus coniunguntur.Martyriani qui à Græcis ſunt: & Euphemitæ,& sataniani.Porrò facta rurſus repetitione ac diuiſione harũ ſectarũ iuxta libros,oſtendã in hac mea repetitione,quot ex his octoaginta ſectis in primo & deinceps in ſecundo,vſque ad tertium ſint librum. Imò etiam quot ſint hæreſes in ſingulis ſeptẽ tomis,in quos tres libri digeſti ſunt,comptæhenſæ. Habet autem res ſe hoc modo. In primo libro tomi tres ſunt,hæreſes autem quadraginta ſex,cum appellationibus ſuis, Barbariſmi videlicet,& Scythiſmi,& Greciſmi,& Iudaiſmi,& Samaritiſmi. in ſecundo vetò libro tomi duo ſunt, & hæreſes viginti tres. In tertio libro tomi duo,hæreſes vndecim. In primo igitur libro primi tomi, hęreſes viginti ſunt, hæ ſcilicet,Barbariſmus, Scythiſmus, Greciſmus,Iudaiſmus. Græcorum differentię,Pythagoræi,ſiue Peripatetici,Platonici,stoici Epicuræi: samaritica,quę ex Iudaiſmo eſt. samaritarum gentes quatuor: nempe,Gortheni,sebuæi,Eſſeni Doſithæi. Iudęorum hæreſes ſeptem, ſcilicẽ, Phariſęi, ſadduD cęi,Hemerobaptiſtę,Oſſęi,Naſaræi,Herodiani. In ſecundo verò tomo primi libri hæreſes tredecim ſunt,simoniani,Menandriani,ſaturniliani,Baſilidiani,Nicolaitę, Gnoſtici,qui & stratiotici, idém que Phibiõnitæ,& apud aliquos secundiani,apud alios Zacchæi appellati,itemque Goddiani,& Borboritæ,& Barbelitæ: Carpocratitæ,Cerinthiani,qui & Merinthiani,Nazoræi,Ebionę,Valentini,secundiani,quibus cõnectuntur Epiphanes & Iſidorus. Ptolemæi. In tertio autem tomo eiuſdem primi libri hęreſes item tredecim ſunt, Marcoſij, Colorbaſii, Heracleonitę, Ophitæ, Caiani,sethiani, Archontici,

Operis diſtinctio.

chontici,Cerdoniani,Marciones,Lucianiſtæ,Apelleiani,Seueriani,Tatiani.Hæc eſt ſummaria repetitio trium tomorum primi libri. Secundi verò libri tomi duo ſunt: & in primo quidem ſecundi libri tomo,qui quartus eſt iuxta numeri ab initio conſequentiam,hæreſes decem & octo habentur,hoc modo, Encratitæ,Phrygaſtæ,qui & Montaniſtæ,& Taſcodrugitæ.Taſcodrugitę autem rurſus diuiſi ſunt à prædictis: Pepuziani,qui & Quintiliani: quibus coniunguntur Artotyritę,Teſſareſcædecatitæ,qui paſcha vnam anni diem faciunt: Alogi,qui Euangelium Ioannis & Apocalypſim non ſuſcipiũt:Ada A
miani, Sampſæi, qui & Helceſæi: Theodotiani,Melchiſedeciani,Bardeſianiſtæ,Noetiani,Valeſij,Cathari, Angelici, Apoſtolici,qui etiam Apotactici: quibus coniunguntur,qui appellantur Sacciferi,Sabelliani, Origeniani,turpia facientes: Origeniani,ab Origene Adamantio. In ſecundo autem tomo eiuſdem ſecundi libri,quinto verò iuxta prędictum numerum,hæreſes quinque ſunt,Paulianiſtæ, Manichæi,qui & Acuanitæ,Hieracitæ,Meletiani ſecta in Aegypto, Ariani. Atque hæc eſt tomorum ſecundi libri ſummaria repetitio. Similiter autem & in tertio libro ſunt tomi duo. Et in primo quidem tertij libri tomo,ſexto autem iuxta prædictum numerum,hæreſes ſeptem ſunt, Audiani, Photiniani, Marcelliani,Semiarij,Pneumatomachi,qui ſpiritum Dei ſanctum blaſphemant,Aeriani, Aetiani ab Aetio,qui diſſimilitudinem perſonarum in ſancta Trinitate inuexit: cui coniunctus eſt Eunomius, qui Anomœus appellandus potius fuit. In ſecundo verò tomo eiuſdem tertij libri, ſeptimo verò iuxta tomorum numeri diuiſionem,& vltimo totius operis, hæreſes quatuor habentur, Dimœritæ, qui non perfectam Chriſti incarnationem confitentur, qui etiam Apollinaritæ: & qui ſanctam Mariam ſemper virginem,poſtquam Saluatorem genuit,ipſi Ioſeph copulatam fuiſſe dicunt, quos vocauimus Antidicomarianitas: & qui in nomen ipſius Mariæ collyridem offerunt, qui ſanè vocantur Collyridiani,Maſſaliani.Et de recta ac vera fide Apologia, cum compendio doctrinę, quæ ſit ſancta catholica & Apoſtolica Eccleſia. Hæc eſt ſummaria repetitio ac inſcriptio ſiue enumeratio, totius contra octoaginta hæreſes Operis,& vnius pro veritate Apologiæ,ſola illa,hoc eſt catholica & orthodoxa Eccleſia, in tres libros digeſta, ac ſeptem tomos diuiſa. Addam porrò & primi tomi primi libri contra viginti hæreſes ſummarium indicem ac elenchum.Primum quidem habentur omnium ſe- B

Barbariſmi appellatio.

ctarum matres,ac exemplaria & appellationes, ex quibus matribus omnes aliæ ortæ ſunt, & ſunt hæ primæ quatuor.Prima Barbariſmus,quæ per ſeipſam eſt,& durauit à diebus Adam in decem generationes,vſque ad Noe. Appellatus eſt autem Barbariſmus,ex eo quod eius temporis homines non habuerint ptincipem quendam,aut vnam concordiam, ſed quod vnuſquiſque pro ſua ratione procedebat,& ſibiipſi lex iuxta propriæ voluntatis prærogatiuam fiebat. Secunda Scythiſmus,à diebus Noe, & poſtea vſque ad turris Babylonis ædificationem: & poſt turris tempus,ad paucos annos,ipſius Phalec & Rhagan, qui ad Europæ declinantes regionem, Scythiæ parti & ipſorum gentibus abiudicati ſunt,à Tharra ætate & vlterius,ex quo Thraces nati ſunt. Tertia Græciſmus,à temporibus Seruch, exorſus per idololatriam, & ſicut vnuſquiſque tunc procedebat ſecundum aliquam ſuperſtitionem, ad ciuiliorem vitam,moréſque ac ſtatuta,ita ramen vt ſimulachra tunc cœperint poni hominum genera,quę tunc ſequebantur ac deificabant,per colores quidem ab initio depingentes,ac repræſentantes eos qui olim apud ipſos in honore fuerunt, aut tyrannos,aut præſtigiatores, aut qui aliquid fecerunt in vita memorabile, per fortitudinem aut corporum robur. Deinde verò à temporibus Tharra patris Abraam, etiam per ſtatuas idololatrię errore inducto,primos ſuos parentes per effigies colentes,& eos qui ante ipſos vita functi erant fabricantes, ex figulari primum arte, deinde quum ſingulæ artes ad imitationem excitarentur,ædificatores quidem lapidem ad hoc cædentes ac exſculpentes, argentarii verò & aurifuſores per propriam artis ſuę materiam effingentes. Ita etiam fabri lignarii, ac reliqui Aegyptii verò,ſimulque Babylonii,& Phryges ac Phœnices,huius ſuperſtitionis primi auto res fuerunt, tum ſtatuariæ, tum myſteriorum, à quibus plurima ad Græcos tranſlata ſunt, ab ætate Cecropis,& deinceps. Deinde autem & longè poſtea, Saturnum & Rheam, Iouemque & Apollinem,& alios deos declararunt.Gtæci verò appellati ſunt Hellenes,ab Hellene quodam viro, qui in Græcis habitauit.Aut,vt alii tradunt,ab elæa,hoc eſt olea,quæ Athenis enata eſt. Iones autem horum principes fuerunt, velut rei ſynceritas habet, ab Ione vno quodam viro ex his qui turrim ædificarunt, quando linguæ omnium diuiſæ ſunt. Ob quam cauſam etiam Meropes omnes appellati ſunt, propter partitam vocem.poſtea verò Græciſmus in ſectas redactus eſt poſterioribus temporibus, Pythagoreorum videlicet & Stoicorum,Platonicorumque & Epicureorum ac reliquorum. Diuini porrò cultus forma ſimul fuit, & naturæ lex in viam inducta, ſeparans ſeipſam ab his gentibus, à iactis mundi fundamentis vſque huc,media exiſtens inter Barbariſmum,Scytiſmum,ac Græciſmum:donec coniuncta eſt diuino ipſius Abraæ cultui,& poſtea factus eſt Iudaiſmus, a temporibus Abraam formam adeptus,& per Moſem ſeptimum ab Abraam,per legem datam ipſi a Deo dilatatus, a Iuda verò quarto filio ipſius Iacob,qui etiam Iſrael appellatus fuit, per Dauidem qui primus ex eiuſdem tribu regnauit,perfectum iudaiſmi nomen ſortitus. De his enim quatuor ſectis Apoſtolus compendio dixit: in Chriſto enim ieſu non Barbarus,non Scytha, non Græcus, non iudæus, ſed noua creatio. Græcorum differentiæ ſunt, Pythagoræi ſiue Peripatetici, vnitatem & prouidentiam, & prohibere ſacrificare diis Pythagoras docuit, item animata non in cibum aſſumere, & a vino abſtinere. Decreuit autem ſimul,quę a luna & quæ ſupra lunam ſunt, immortalia eſſe: quæ verò infra, mortalia. Et tranſire animas a corporibus ad corpora,vſque ad animalia & beſtias omnis generis. Simul autem D
& ſilentium exercere ad quinque annorum tempus.Poſtremùm verò ſeipſum Deum nominauit.Platonici,Deum & materiam ac formam prodiderunt,& mundum factum ac corruptibilẽ eſſe.Animam verò ingenitam,& immortalem ac diuinam.Eſſe autem partes eius tres,Rationalem,Imperuoſam, &

Thracum origo.

Il piorum cultus origo.

Hellenes vnde docti ſint græci

Meropum appellatio

Pythagore dogmata.

Platonicorum dogmata.

cupiditate

cupiditate præditam. Vxores verò omnibus communes esse, & nullum vnam propriam habere debere, sed vnumquemque cum qua velit, illa item volente coire. Transitum item animarum in diuersa corpora omnis generis animantium. Simul autem & deos ex vno multo docuit Plato. Stoici vniuersum esse corpus docuerunt, & sensibilem hunc mundum Deum putauerunt. Quidam verò ex his essentia naturam ipsum habere pronunciauerunt. Et Deum quidem mentem decernunt, & velut animam totius amplitudinis cœli & terræ. Corpus autem eius esse vniuersum, velut dixi, luminaria verò oculos. Carnem verò omnium perire, Animam autem omnium à corporibus ad corpora transire. Epicurei, atomos & indiuisibilia corpora, similariáque & infinita, vniuersorum principium esse statuerũt, & finem fœlicitatis esse voluptatem docuerunt: & neque Deum, neque prouidentiam, res gubernare. Samaritismus, & ab ipso appellati Samaritæ, hic est ex Iudaismo, ãtea quàm deuenirent hæreses ad Græcos, & antea quàm constituerentur ipsorum dogmata. postquam verò esse cœpit Græcorum superstitio medium eius ac Iudaismi obtinuit. Originem autem accepit à temporibus Nabuchodonosor & captiuitate Iudæorum. Ipsi Samaritæ inquilini sunt ab Assyriis in Iudæa, & receperunt solum quinque libros Mosis, quum rex iussisset ipsis a Babylone per sacerdotem Esdram appellatum. Omnia Iudæorũ habent, præterquam abominari gentes, & neque attingere aliqua: & præterquam quod negant mortuorum resurrectionem, & auersantur alias prophetias post Mosem. Samaritarum gentes quatuor sunt Gortheni, qui aliis temporibus festiuitates agunt quam Sebuæi: Sebuęi, qui propter eandem causam in festis celebrandis a Gorthenis dissentiunt: Esseni, qui neutris aduersantur, sed cum quibuslibet indiscriminatim festa celebrant. Dosithei, in iisdem gentibus velut Samaritæ vitam degunt, circuncisione & sabbato atque aliis. Vtuntur & quinque libris Mosis, amplius autem quam alii seruãt abstinentiam ab animatis, & frequentius in ieiuniis viuunt. Quidam ipsorum etiam virginitatem seruant, alii continenter agunt, creduntque mortuorum resurrectionẽ, quod alienum est a Samaritis. Iudæorum hæreses septem sunt. Scribe, qui legales fuerunt, & expositores traditionum apud ipsos antiquarum, per superfluam superstitionem, consuetudines seruantes quas non ex lege didicerunt, verum sibiipsis præscribentes simulachra iustificationis legis. Pharisæi, hoc est separati, qui exactissimam vitam degerunt, & longè aliis integriores. Apud quos etiam mortuorum resurrectio, velut etiam apud scribas, & de angelis ac spiritu sancto, quod sit assensus. Vita item diuersa. Continentia vsque ad tempus, & virginitas, ieiuniumque bis per sabbatum. Vrceorum & patinarum ac poculorum purificationes, velut etiam apud scribas. Decimationes & primitiæ, & assiduæ preces, & habitus superstitiosus indumentorum, per amicula & dalmaticas atque pallia, & per latitudines phylacteriorum, hoc est signorum & notarum purpuræ, & fimbriarum ac prętextuum in alis palliorum, quæ sanè signa fuerunt continentiæ apud ipsos ad tempus. Iidem etiam generationem ac natiuitates introduxerunt, & fatum. sabduceı, hoc est iustissimi, qui ex genere quidem erant samaritarum, simulque sacerdotis sadduc nomine. Mortuorum autem resurrectionem negabant, & non admittebant Angelum neque spiritum, per omnia verò Iudæi erant. Hemerobaptistæ, hi per omnia quidem Iudæi erant: dicebant autem neminem assequi vitam æternam, nisi quis quotidiè baptizaretur. Osseni, quos impudentissimos interpreteris. Hi omnia secundum legem perficiebant. Vtebantur autem & scripturis alijs post legem, pleroſque verò ex posterioribus prophetis reijciebant. Nasaræi, quos interpretari possis diſsipatores, aut rebellatores: omnem carnis esum interdicunt, animatis penitus non fruuntur. Vsque ad Mosen & Iesum Naue, sanctis in quinque libris Mosis nomine patriarchis vtentes, eisque credentes, Abraam inquam, Isaac & Iacob, & superioribus, ipsoque Mose & Aaron, & Iesu. Verum ipsorum quinque librorum Mosi inscriptorum scripta, docent non esse Mosis, sed alia præter ea se habere affirmant Herodiani, hi per omnia quidem Iudæi erant, Herodem verò Christum sperabant, & huic tum honorem, tum nomen Christi attribuebant. Hic est primus tomus, continens contra omnes has viginti hæreses. In ipso verò habetur etiam de Christi aduentu tractatio, & veritatis confessio.

Stoicorũ placita.

E picureorũ placita

Samaritarum sectæ

Iudęorum hæreſes.

Dalmaticæ.

Phylacteria.

ILLVSTRISS. AC POTENTISS. PRINCIPI, AC DOMINO

D. IOANNI FRIDERICHO, SAXONIÆ DVCI SACRI ROM. IMP. principi Electori, ac Archimareſchallo, prouinciali Thuringię comiti, Miſniæ Marchioni, & Burggrauio Magdeburgen. Ianus Cornarius medicus phyſicus Francoforden. S. D.



VVM Deus opt. max. ita, credo, voluerit Illuſtriſſ. princeps Ioannes Frideriche, vt iam biennium præſtantiſſimum ac eloquentiſſimum Græcorum Theologum, Diuum Baſilium Latinis hominibus legendum conuerterim: neque enim humanis viribus adſcribendus eſt is qui mihi contigit ſucceſſus, vt intra vnius anni ſpacium totum opus abſoluerim, trium vſus exemplarium collatione, & adhibita alicubi priorum in quibuſdam libellis interpretum lectione, quo vndiquaque abſolutum, ſi id à me præſtari poſſet, optimum opus publicarem. Nam & ſi non male dixerit ille, Labor improbus omnia vincit: & hæc res non ſine magno labore à nobis perfecta ſit: tamen nihil hic tribui meis viribus volo, niſi ſi alicubi à Magni illius viri ſententia exprimenda excidi, quod haud ſcio an non alicubi acciderit, aut an ſatis caueri ab vllo aliquo interprete poſſit. Quum itaque Deus opt. max. ita, inquam, voluerit: & is nobis diuinitus in illo opere contigerit ſucceſſus, pergere vlterius in Theologorum Græcorum lectione mihi viſum eſt, tum ſtudioſorum gratia, tum meipſius, vt verè fatear: ne quis mihi impinguat illud, Ita me in Theologis verſatum eſſe, velut canis in Nilo, bibit & fugit. Nam & in hoc ſtudiorum genere adeò nullus fuit mihi extimeſcendus crocodilus, qui me auerteret ac fugaret, vt ſint etiam peculiares quædam illecebræ, quæ etiam inuitent animum non penitus à pietate abhorrentem: præſertim ſi cui munificus ille donorum omnium largitor Spiritus adſpiret. Et vt laborem hunc noſtrum putem eſſe vtilem, & multis profuturum, magni quidam Theologi faciũt qui me tum vltrò currentem ſuis acclamationibus animarunt, tum ex fatigatione torpeſcentem extimularunt, non modò frigidam laqueti affundentes, ſed etiam manum porrigentes, deducentes, & auxilium ferentes. Proinde publicæ vtilitatis gratia, inſignem itẽ Theologum Epiphanium aggreſſus, etiam ipſum in latinam linguam tranſtuli. Et hoc aliquanto etiam alacrius feci, tum propter ipſius authoris præſtantiam, tum propter operis raritatem, quod in hunc diem neque Græcè, neque Latinè typis excuſum eſt: imò nunquam ab aliquo attactum, qui id Latinum facere tentaſſet. Certè Diuus Auguſtinus de hæreſibus ad Quod vult deum ſcribens, qui ab ipſo petierat de hæreſibus, ipſorumque erroribus inſtrui, dicit de hoc argumento Græcè ſcripſiſſe Cyprium epiſcopum Epiphanium in doctrina catholicæ fidei (ſic enim loquitur) laudabiliter diffamatum. Et addit, Vide ergo ne fortè librum ſancti Epiphanij tibi mittere debeam. Ipſum enim arbitror Philaſtrio doctius de hac re tractaſſe, qui poſſit apud Carthaginem in Latinam linguam verti facilius atque commodius, vt tu potius præſtes nobis, quod quæris à nobis. Hæc Auguſtinus. Et optandum eſſet, vt Quod vult deus Epiphanij conuertendi laborem ſuſcepiſſet, & hic labor ad nos extaret. Aut enim hunc laborem me ſubire non fuiſſet opus, aut ſi omnino rurſus Latinum facere viſum fuiſſet, extitiſſet illius opus, quod iudicis vice eſſet, & quod genuinum erat huius authoris præ ſe ferret. Nunc quum hoc factum non ſit, his commoditatibus priuati, vnicum exemplar ſequuti, quod potuimus præſtitimus, vt Epiphanius latinè legatur, iuxta interpretis fidem, ita vt nihil alienum, neque immutatum à nobis ſit, niſi palàm vitiatum, quod non infrequenter occurrit in ipſo exemplari. Sed profuit etiam hac parte hoc nobis, quod multa τὰ τοῦ ὁμοίου, atque iiſdem verbis contra diuerſas hæreſes repetit Epiphanius, vt ex altera lectione alteram corruptam emendare detur. Præterea quum bonam partem Irenæi τῶν τοῖς ὁμοίοις tranſcribat, non incommodum nobis fuit Irenæi latinum exemplar adhibitum, quanquam idipſum vitioſiſſimè tranſlatum ſit, & plus ex Epiphanio reſtitui poſſit, quã ipſum mihi in Epiphanio conuertendo profuit: vt mirum ſit, Eraſmum Roterodamum, acri alioqui iudicio in eiuſmodi præditum, putaſſe, ipſum Irenæum latinè ſcripſiſſe. Optandum eſſet, inquam, laborem conuertendi Epiphanij Quod vult deum ſuſcepiſſe,, vt vel hoc ſaltem hinc cognoſceremus, an hic eſſet liberis Epiphanij, de quo ipſe Auguſtinus ſcribit. Nam reuera videtur ipſe Auguſtinus hoc opus Panarium inſcriptum non habuiſſe, neque vidiſſe. Quum enim Epiphanius multus quidem ſit in hiſtoria recenſenda, quod ad originem, ſtudia, natale ſolum, hæreſis occaſionem ac prætextum attinet, per ſingulas adeò hæreſes & tamen longè maiore induſtria ipſas occaſiones ac prætextus, vnà cum erroris opinionibus, per veras ſcripturas ipſarumque interpretationes refutet ac condemnet: haud ſcio, quomodo Auguſtino in mentem venire potuerit, vt ad eundem Quod vult deum ſic ſcripſerit. Noſter verò Epiphanius Cyprius Epiſcopus ab hinc non longè humanis rebus exemptus, de octoginta hæreſibus loquens, ſex libros etiam ipſe conſcripſit, hiſtorica narratione commemorans omnia, nulla diſputatione aduerſus falſitatem pro veritate decertans. Breues ſanè ſunt libelli, & ſi in vnum librum rediguntur, nec ipſe erit noſtris, vel aliorum quibuſdam libris longitudine comparandus. Ex his verbis indicat ſanè Auguſtinus, ſe hoc magnum & bene longum Epiphanij opus non habuiſſe. Sed aut ſingulis libris, aut librorum tomis præmiſſa argumenta vidiſſe, & ipſa videlicet breues libellos appellaſſe: aut Anacephalæoſin eiuſdem Epiphanij ſaltem habuiſſe, quæ etiam ad finem huic operi eſt adiecta. Hoc enim opus nulla parte ab Auguſtino exequatur, tantum abeſt vt id ſuperarit. Aut igitur hoc Epiphanij opus Auguſtinus non vidit, aut iuſtum opus Auguſtini non extat & periit, aut non præſtitit Auguſtinus quod promiſit. Nam catalogus ipſius vix præmiſſis librorũ Epiphanij argumentis aut Anacephalæoſi illius comparari poteſt. Itaque etiam hac de cauſa expetendum maximè eſt hoc D. Epiphanij opus, noſtro præſertim ſæculo, in quo nihil vulgarius eſt quàm hæreſeos nomen alterum alteri obijcere, ſicut etiam multarum ſectarum eſt feraciſſimum. Tametſi enim vere fidei ratio in ſacris literis expreſſa, index ſit per quem omnis adulterina doctrina probari poteſt ac comperiri, tamen ipſæ quoque hæreſes palàm propoſitæ oſtenſeque ac per diuinam ſcripturam confutatæ, vanitatem ac putiditatem ſuam apud omnes detegant, dum ſuo inani prætextu per veritatem denudantur. Id quod egregiè præſtitum eſt ab Epiphanio in hoc opere. Atque vtinam etiam hodie hæ hæreſes noſtrãtium conſimili modo conuincerentur, ab his qui & librorum & hæreticorum ipſorum exuſtionẽ ſuo quodam iure faciunt: aut ſi eò vſque procedere non datur, librorum in ſuas regiones inuectionem prohiberent, quod etiam ab ipſis ſectis inter ſe mutuò factum eſſe videmus. Non eſſet itaque malum exemplum Epiphanius, ſi doctrinæ quæ à vera fide alienæ ſunt, aut aberrant, per eos qui rectè ſentiunt, ex diuinæ ſcripturæ teſtimonijs reuellerentur, quemadmodum Epiphanius fecit. Porrò vixit hic Epiphanius temporibus Valentis & Gratiani, fuitque contemporaneus Baſilij Magni, Gregorij Theologi, itemque Chriſoſtomi, cum quo etiam in contentionem incidit, dum ille iniquo animo fert Origenis librorum damnationem, & hæreticos Origenis errores ab Epiphanio in ſynodo Conſtantinopolitana publicè prolatos. In qua contentio de illius admiratione dignũ accidit, quod vterque alteri vates fuit. Epiphanius illi futuræ depoſitionis ab epiſcopatu, Chriſoſtomus huic imminentis mortis, & intercipiendi reditus in patriam. Sic enim alterum alteri malũ imprecatũ eſſe, & prædixiſſe, Eccleſiaſtica hiſtoria, Tripartita appellata, refert. Quicquid autem eius eſt quod contra Origonem Epiphanius in hoc opere tractauit, ad eius hæreſim manifeſtandam ac confutandam, profectò valdè corruptum fuit in Græco exẽplari, ita vt integra folia deſint, haud dubiè ab aliquo pio viro, qui bene voluit Origeni, exempta. Et ſanè in his locis quos Epiphanius producit, inexcuſabilis eſt Origenes, & impias ipſius opiniones etiam Hieronymus ac Auguſtinus notarunt. De Epiphanio verò idem Diuus Hieronymus teſtimonium illuſtre profert his verbis: Epiphanius Cypri Salamine epiſcopus, ſcripſit aduerſus omnes hæreſes libros, & multa alia, quæ ab eruditis propter res, à ſimplicioribus propter verba lectitantur. Supereſt vſque hodie, & in extrema ſenectute varia cudit opera. Sic Hieronymus. Et videtur ſanè doctrinam in ipſo probare, verba verò à ſimplicioribus magis expeti dicere, velut eius qui non fuerit eloquentiæ ſtudioſus, ſed veritatẽ ſimplici oratione tradere ſatis eſſe putarit. Hunc itaque ſcriptorem Theologum pium, eruditum, & veræ pietatis ſtudioſiſſimum, nunc quaſi recens natum, & ex profundis tenebris in lucem productum, & per me Latinum è Græco factum, & Celſitudini tuæ peculiariter dicatum, ſuſcipe, Princeps illuſtriſſime, legeréque dignare, tuerique ac defendere. & ex hoc ſtudium ac officium meum erga C. T. agnoſce. Dabitur fortaſis alibi commodior mihi locus eximias tuas Heroicas virtutes recẽſendi. Hîc quum pientiſſimum Theologum pientiſſimo Principi inſcribendum ac mittendum putarim, ſatis ſit hoc ſtudioſis indicaſſe, quem C. T. præferrem, me reperire potuiſſe neminem. Opt. ac diu valeat C. T. magnum & ſtudiorum bonorum, & pietatis præſidium. Francofordæ ad Menum. Calen. Nouemb. Anno Chriſti M. D. XLIIII.

INDEX IN OMNES EPIPHANII LIBROS DILIGENTISSIMVS.

A

AAronis virga typum resurrectionis habet. 8.b.
Abel nullam habuisse sororem 87.b.
Aboli 32.c
Abiæ Ecclesia 224.c.d.
Abnegare fidem ore, & corde seruare 12.d
Abraamiçi 3.c
Abrahæ peregrinatio quot annorum fuerit 385.c
Abrahæ laus 3.c
Abraami filiorũ allegoria 583.a
Abrasax. 22.16.
Abrotono abigi serpentes 129.a
Acacius Palæstinus 268.b
Acacius episcopus Cæsareæ 269.b
Acacij scriptum contra Marcellum. 268.b
Accentuum ratio 398.b
Achamoth 50.d.55.a
Aciban 10.c
Acinacẽ coluisse ex Scythis Sauromatas 3.b
Acontias serpens 153.c
Acrab 11.a
Acta Apostolorum in linguam Hæbræam versa 39.c
Actus Andreæ & Thomę 122. a. b.155.c
Acuanitæ 190.b
Acuan ibidem
Adam quo die formatus 2.a
Adam & Euę formatio 199.b
Adę formatio 206.a
Adę successores 369.b
Adam non circumcisus 2.c
Adam non fuit idololatra ibidẽ
Adam non saluari dicunt Tatiani 119.c
Adam interpretatur homo 2.a
Adam quando nouerit vxorem suam Euam 237.a
Adam in Golgotha sepultus 120.a.b
Adamiani 140.b
Adda siue Iuda 68.a
Adolescẽtia facile seducitur 39.c
Adolescentes vxores ducere cogunt Ebionitę 43.b
Adonai 90.a
Adonay significatio 399.d
Adoneus [illegible] 27.d
Adoratoria vbi fuerint 338.a
Adulterium quãdo cœperit 2.a
Adrianium templum 41.b
Aegialeus grammaticus 193.b.
Aegyptiorum fabulę 3.b. linguæ 87.d hęreses 345.dij 383.d
Aegyptiorum octauus & decimus potentatus 3.b.c
Aegyptium Euangelium 158.a
Aelia vrbs 402.a
Æreoli 405.d
Aërius hæreticus 279.b
Aesculapius episcopus in Gaza 225.b
Aëtius episcopus 88.c
Aëtius inetuditus 282.a
Aëtius contra Arianos rectè inuehitur ibidem c
Aëtius Iudæ obtinet locũ 301.a
Aëtij libellus 285.b
Affectus humani in Christo 361.a
Agareni 3.c
Agni typus 6.c.d
Aila 190.c
Alabastrum 405.c
Alcestis post triduum resurrexit 378.b
Alcimedes episcopus 265.a
Aleph discere significat 405.b
Alexander episcopus 265.a
Alexandri episcopi Constantinopolitani constantia & ratio 222.a
Alexandra 136.a
Alexãdria mater Epiphanis 63.d
Allegoria quatenus valeat 153.a
Allegoriæ non sunt in Genesi 368.b
Allora 50.a
Alogi hęretici 129.b
Alpha, inuestigare significat 405.b
Amphisbæna 79.c
Ampsiu 50.a
Amazias Zelus, & Iechonias, idem 7.a
Amen vocis numerus 74.c
Ammonius pater Arij 225.c
Amphaim 50.a
Amuleta 10.b
Anabaptistæ Eunomios sequuntur 395.c
Anagogauæi 7.b
Anatolius 350 a.388.d
Anaxagoras Hegesibuli Clazomenius 343.d
Anaxiali ludicra. 7.a
Anaximander Praxiadæ 343.c
Anaximenes Eurystatæ ibidem
Ancorat⁹ liber Epiphanij 232.a
Andan 10.c
Andreas herbarum scriptor 1.d
Angathalbaith 136.d
Angelina locusta. 155.b
Angelici hæretici ibidem b
Angelus apparuit Christum cõfortans 242.c
Angeli nomen æquiuocũ 234.a
Angeli cur facti 237.c
Angeli an omnia fecerint 86.c
Angeli quatuor, significant regna quatuor in Daniele 139.d
Angelorum seditio 86.c
Angelorũ tẽpus creationis Scriptura nusquã clarè indicat 188.b
Angelorũ ignorãtia 237.c.358.a
Angelos condidisse homines 19.a b
Angelos fecisse mundum ibidẽ.
Anianus antiochenus 268.b.c
Anicetus episcop⁹ Roman⁹ 111.a
Animatorum esu abstinuit Marcion 110.c
Anima in sanguine, nõ sanguis 146.
Anima & mẽs in Christo 237.d
Anima ex Angelis 33.b
Anima an pars sit Dei 4.b
Anima in Deo patre figuratè est dicitur 238.b
Anima an superné in cœlis deliquerit 162.b
Anima cur psyche dicatur ibi.b
Anima in carnibus, non carnes 100.c
Anima pro toto homine 369.b
Anima cibus potestatum 89.a
Anima in omnibus vna secundum Manichæos 200.b
Animæ omnes eadem virtute dignæ 31.d
Animæ solius salutem quęrere, non corporis 33.a
Animæ resurrectionẽ fore, absurdum est dicere 172.b
Animæ reliquiæ, luminaria secundum Manichæos 198.b.c
Animæ an ex cœlo deiectæ 176. b.c
Animæ & corporis societatis ratio 202.b
Animę appellatio 531 b. nomina 198.c.d peccata 178.c
dę Anima Christi 31.b
Animarum hominum ac bruto rum diuersitas 100.c
Animarum saluatio mirè excogitata 198.b
Animarum transitus de corporibus ad corpora 31 & 198. c.d
Animas in lunam assumi 197.a
Annan 10.c

Anniani Ecclesia 224.d
Annus acceptus 136.d
Anni Christi 14.d
Anni ratio & appellatio 254.a
Anni iuxta cursum lunarē ratio 137.b
Annorum post Christum ratio 342.c Anomœi 162.b & 281.d
Antichristi qui 29.d
Antidicomarianitæ 326.c
Antidicomarianitarum appellatio 327.c Antinoi tēpla 345.c
Antiochia ad Daphnensita 19.c
Antisthenis Cynici dogma 344. b.c. Antoninus Verus 146.b
Antoninus episcopus 196.b.
Antoninus Cęsar Pius 119.b
Anysius diaconus Basilij 255.d
Apator 56.b
Appellationes Christi 365.c
Apellæus mensis 9.c
Apelles sanctus 116.a
Apelleiani ibidem Apis 4.a
de Ape & prudenti homine simile 89.b
Apocalypsis Ioannis cur reprobata, & eius utilitas 139.a
Apocalypsis reuocitur 129.b.c
Apogonicus 136.d
Apollinis vatis vanitas 214.a
Apollinarius à Laodicea ibidē.
Aporryma 405.c
Apostoli non statim omnia potuerunt instituere 280.c
Apostolorum discipuli in Pellā fugiunt. 402.a
Apostolorum constitutio, liber 119.a.353.b
Apostolis quidam se præstantiores esse dicunt 31.c
Apostolicus liber Marcionis 96 c.114.a
Apostolici hæretici 155.c
Aporactici ibi.
aqua Siloam placidè procedens quæ 79.b
Aqua aspergere insanum. 40.c
Aqua quibus locis in vinū muta ta sit 138.b
Aqua in mysteriis vti 119.b.c.
aquam pro Deo coli 141.c
Aquæ Siloam 248.d
Aquæ calidę in Gadara 39.d
Aquæ vsus in mysteriis 119.c
in Aquam vnà cum vestibus se immergere 8.b
Aquilę interpretatio 401.c
Ara Dei ignoti 101.b
Arabia felix 3.c
Arabum lingua 88.a
Arabiō episcopus Adraorū 269.c
Arabionis castellum 193.d
Ararat montes vbi 2.b
Arbitrium liberum homini 11.b
Arbitrij liberi vires 167.b.c
Arbor bona & mala 208.a
Arca Noe sępe incensa 25.b
Arcę Noe reliquię in Cardiensium regione 12.b
Arcesilai dictum de Deo 344.c
Archelaus episcopus 193.b
Archelaus Apollodori 343.d
Archontici 88.c
ex Arena funiculū nectere 58.c
Argenteus 405.c.d
Argus cētum oculos habēs 79.d
Ariminensis synodus 268.a
Ariomanitæ 395.b.c
Aristippus Cyrenæus 344.b
Aristotelis dogmata 344.c
Aristotelici noui 245.b
Arius ab aliis hęreticis seipsum eximit 226.a
Arius Libs genere 224.c
Arius expellitur ex Ecclesia 155.a
Arij epistola 225.c. habitus & eloquentia 225. a, argumenta 226.a impudentia 222.a
Arij simulata pœnitentia ibidē
Arij mors velut Iudæ 222.d
ad Ario loci citati confutantur 229.b Ariani 39.b
Ariani erroris occasio 227.a
Ariani simulant verā fidē 270.a
Arianorum sectæ ordines tres 270 d
Arianorum sectæ tres 268.b.c
Arianorum adulatio 233.c
Armot 88.a Arphal 3.a
Arran in conspectu patris mortuus ibidem
Arsenius coram Cæsare sanus apparet 223.d
Artaba 405.b Arti 11.a
Articuli Græcorum vis 8.c
Artotiritæ 127.c
Asamonæi filii 68.a
Ascensus Pauli, liber 84.b.c
Aspis à vipera venenum mutuo sumens, prouerbium 20.d
Aspides dolio incluſos seipsos consumpserunt 44.a
Aspidum fabula 18.c.d.oua. ibi.
Aspidogorgon 19.a.44.a
Assamonæi 10.c Assi. 50.a
Astaroth. 143.d.38.b Asteria ibi.
Asterii verba, à Marcello refuta ta 258.b. ab Acacio approbata 259.a
Asterisci significatio 308.b
Asteriscorum nomen vnde sit ibidem d
Asterope 50.d
Asto vrbs 345.b
Astrologia damnata 11.a
Astrologiæ inuentor 3.a
Atactus 88.c
Athamessum in 50.a
Athanasius episcopus 223.s
Athanasius Papa Alexandrinus 268.a
Athanasius exulat in Italia 223.d
Athanasius falso accusatur 223.a
Atarbarba 50.a
Athenodori Tarsensis dogma 345.a Athyr mensis 134.a
Atmis 383.d
de Atomis Epicuri somnium 5.a
Atropos 50.d Atthis 4.a
Auaricia episcopi Georgii 282.a
Auariciaobiicitur episcopo 279.c
Auaritia est Deus huius seculi 211.c Audiani hæretici 250.a
Audius relegatur ad Scythas 254.d
ugarus Edessenorū princeps. 146.b
Augarus episcopus Cypri Euphrasiæ 269.c
Augustus episcopus Euphrasiæ 269.c
Auraan 50.a
Aurelianus rex 190.b
Aurelianus & Probus Imperatores Romani 187.b
Axumitarum lingua 88.a
Azanitæ diaconi dicti 41.a
Azarias & Ozias idem 7.a
Azur soror Seth 87.b.c

B

Bactra 3.a
Bætonis retractio spiritus 91.a
Balneo Ioannem Euangelistam non esse vsum 45.b
Baptizari pro mortuis 34.d
Baptizat mulier apud Marcionitas 93.a
Baptizatus Christus VII. Idus Nouembris 136.c
Baptizationes Ebionitarum 38.a
Baptismus 349.b
Baptismus vocatur magna circumcisio 6.c
Baptismus, maior circumcisio 34.c
Baptismus datur ægroto nemine præsente 39.a
Baptismi forma Marci & sodalium eius 77.b
Baptismum Archontici execrātur 89.b
Baptismi tres apud Marcionitas 92.d
post Baptisma Nauatiani secundam non ducunt vxorem 152. 4.b.c.
Baptismata non esse duo 253.a
Bara 50.a
Baraciban 10.c

Barbam ſecantes Latinos videtur taxare 339.c
Barbariſmus 2.b.c
Barhelo quid 17.c.24.a
Barbelitæ 26.a
Barcabbas prophetia 25.c
Barcabbas propheta 25 c
A Bardeſianus 146.b
Bardeſianiſtæ ibidem
Barthenos vxor Noe 25.b
Barlona 351.d
Barochi⁹ epiſcop⁹ Arabię 269.c
Baſanitis regio 37.c
Baſilides hæreticus 19.a.b
Baſiliniadorum hæreſis 21.a
Baſilius Galata 258.a.b
Baſilius epiſcopus 265.a
Baſilius Aucyranus 255.c
Baſilius ſemiarianus 260 d
Baſilius epiſcopus Cauniorum Lydiæ 269 c
Baſus Tylius 1.d
Batanæa regio 38.b
Batos 404.b
Baucalis Eccleſia 224.d
B Bazas epiſcopus 196.c
Belim 50.a
Benedictiones duas accepiſſe Rubim 8.b
Beniamin epiſcopus Hieroſoly. 196.b
Beon ſerpens 128.d
Bethula 11.a
Bibliotheca Ptolemæi Philadelphi 400.c
Bizantiũ Cõſtantinopolis 141.d
Bleuſius Arianus 279.d
Bonæ appellantur etiã creaturæ 241.a
C Bona operari circa hominẽ 11.b
Bonum & iuſtum, idem 93.b
Borboriani 26.a
Boſphorus ciuitas 4.a
Bouios obligare 108.b.c
Briareum vocãt Egæonem 79.d
Bupreſtes 86.b
Bucua 50.a
Budda 190.b

C

Cabarbaricha ciuitas 88.c
Cabba 25 c
Cabus 405.b
Cadaueris appellatio 93.a.378.c
Cæſaria 224.c
Cain quid 87.b
Cain laudatus 84.a
D Cain filius diaboli 85.b
Cain Iudæ pater ibidem
Caiani hæretici 84.a
Calceamentorum ſolutio 383.b
Callaina lana 140.b
Calligraphi 219.c
Callinicus in peluſio epiſcopus 222.b
Calliſthenes naturas herbarum deſcripſit 1.d
Campſari 140.d
Campſaces 405.c
Campis Apim in femur gladio percuſſit 405.c
Cana adeptam ſignificat 138.b c.
Canani 231.c
Candelabrum vas quoddã myſteriorum 223.b
Canis vmbram ſequens 91.b
de Cane & hæreticis, ſimile 91.b
Canes muti, Iudæi 328.a
Canum rabiei ratio ibidem
Cantharus 86.b
Capito epiſcopus 196.b
in Carcere diſſidium epiſcoporum 221 b
Carcharias viperam ſibilo prouocat 69.a
Cardyenſium terra 2.b
Caro & ſanguis regnum Dei nõ poſſidebunt, quomodo intellig· 218.a
Caro in ſpiritũ tranſmutata ibi.
Carnis appellatio de operibus carnis 323.c
Carnis humanæ eſus 26.d
abſque Carne nemo 202.a
à Carnibus abſtinent Ebionitæ 42.b
Carnibus veſci Nazaræi nephas putabant 12.a
Carpocras hæreticus 31.b
Carpocratitarum hęreſis ibidẽ
Carpones 224.d
Caſchara Meſopotamiæ ciuitas 192.a
Caſeũ habere in myſteriis 228.a
Caſſianus epiſcopus 196.b
Caſtiratis tẽpus determinatum 10.c
Cathari 151.c
Catharorum appellatio 152.b
Caulaucauch 24.a
Celſus ex euangeliſtis offenſus 131 b
Cenditis ſerpens 218.b
Centimanus fabuloſus 79.c
Centurio in Euangelio 58.b
Ceraſtæ ſerpentis natura 23.b
Ceraſtes vnicornis 279.a
Cerdon 91.b
Cerebrum expuere 52.c.d
Cerinthus hæreticus 33.d
Cerinthus ſæpe apoſtolis Hieroſolymis reſtitit 35.b
Cerinthus tẽpore Petri apoſtoli vixit 34.a.b Cephalenia ibi.
Ceſet 11.a Ceſten 50.a
Calamia 3.a Chamæleon 341.a
Cham quare in arcã intromiſſus 86.d
Chanaan filii 216.a
Chananæos Deus legis cur circumuenerit 386 a
Chatiſius epiſcopus Azoti 269.c
Chartæ nouæ magnæ fruſtum 47.d
Cherbon 88.c
Chœnix 405.b
Chondrites ibidem b.c
Choreb Baal 10.d
Choreb Ochmod ibidem
Choreb Ocmol ibidem
Choreb Sabeth ibidem
Chriſtus quinto Ianuarii natus 136.c
Chriſtus anno Auguſti 42. natus 14 d 135.d 369 c
Chriſtus quãdo baptizatus 134.b
Chriſt⁹ quo anno inceperit prędicare 14.d
Chriſtus apparet in ſomnis Ioſepho cuidam 40.b
Chriſtus magnum ſabbatũ 48.c
Chriſtus quare filius Dei dictus ab Ebionitii 43.d
Chriſtus quo anno aduentus ſui paſſus 136 c
Chriſtus quare à Iuda traditus ſecundum Cainos 84.d
Chriſtus maledictio factus 94.a
Chriſtus petra 109 a
Chriſtus omnia implet per ænigmata 35.c
Chriſtus verè corpus de Maria habuit 14.d
Chriſtus leo dicitur 331 a
Chriſtus cur patrem rogat, vt det vitam diſcipulis 232.c
an Chriſtus ex quatuor elementis ſuũ corpus acceperit 116. b
Chriſtus peccati exors 376.d
Chriſtus 14. Calend. April. paſſus eſt 128.b
Chriſtus qualis paſſus ſit 58.a
Chriſti ſacerdotium 144 d
de Chriſti incarnatione varij errores 38 a.b
Chriſti ætas anni xxxij, dies lxiiij 137.d
Chriſti natiuitatis dies qui fuerit 138.b
Chriſti nominis numerus 73.c
Chriſti appellationes varię 233.d 244.c.d
Chriſti menſura apud Elxai 13.a
Chriſti debilitas quæ 241.d
Chriſti delineatio 375.c
Chriſti regnum vbi ſit 36.b
Chriſti & ſpiritus ſancti mẽſura apud Elxai 43.a
Chriſti & ſpiritus ſancti menſura 141.c

Christi ætas 137.d
Christi in nos beneficia 371.a
Christi actiones & cogitationes honestæ 323.b
Christi duo valentino 54.b
Christum Syriaca lingua in cruce vsum 244.c
Christum ad inferna descēdisse 243.c.d
Christū nō esse nudum hominē 143.d 142.a.b
Christum nudum hominem putant Ebionitę 42.d
Christum clausis foribus ingressum 15.b
Christum esse passum quidam negant 22.d
Christum ex Ioseph esse dicunt Ebionitæ 38.b
Christum Cerdon negat genitū ex Maria 38.a
Christum ex Ioseph esse generatum 31.b
Christum carnem non suscepisse 30.a
de Christo & spiritu sancto loci Scripturæ concordes 372.b
de Christo nugæ hæreticorum 76.b.c
de Christo venturo propheticæ voces 6.c
in Christo affectus humani 361.a
à Christo quidam nihil se differre dicunt 31.d
Christus cur adorandus 380.d
Chrysippus Solensis nepharias leges scripsit 344.d
Chrysoroc fluuius 190.c
Chuthæi 7.b
Chus suscipit Aethiopiam 3.a
Cibus qui perit, quis 338.d
Cibyres fons 138.b
Circuitiones Petri, liber à Clemente scriptus 42.b
circumcisio & sabbatum se mutuo destruebant 48.c
circūcisionis vetus institutū 5.d
Circūcisionis Christi causę 46.d
Circumcisus Christus in spelūca 14.d
Citium cypriorum insula 45.d
Ciuitas sancta quæ 281.d
Claudius medicus & sophista 193.b
Clauis Dauid 163.a
Clentis dogma 344.d
Clemens Alexādrinus vel Athenienſis 64.d
Clemens cōfutauit Valentinianorum errorem 62.b
Clemens contemporaneus Petri 32.d
Clementis epistolæ encyclicæ 42.b
Cleobius & cleobulus 130.c
Cleobulus sophista 193.b
Clerici facti á defunctis primis vxoribus 39.b
Clericorū gradus quinq; 259.d
Cotho 50.d
Cocaba vel chochaba 37.c
Cochaba 83.d
Codda 26.a
Cæcitas ex diabolo 279.b
Cœli septem, septem vocales enunciant 72.c
Cœlorum multitudo 27.d
Cœlos multos confinxerunt Basilidiani 21.b
Cœnę Dominicę verborum expositio 368.c
Coessentialis quid 272.c
Coessētialitatis vocabulū 246.a
Coessentialis vox reiicitur 269.a
Cogitationum & actionum ratio in nobis quæ sit 180.a
Cogitationum duo in nobis genera 181.b
Cognitio duplex 274.b Cognitiones in scriptura duæ 357.b
Cognitio filij vnica 358.a
Cognitionis vocabulum 357.d
Columba cur laudata 83.c
columba vnica 346.b
colūba Ecclesia catholica 79.b
Colorbasus hæreticus 78.b
colorbasianorum dogmata ibi.
collation 406.a
colluthus presbyter 224.d.225.a
Collyridiani 334.d
comas muliebres enutrire 339.c
comitum dignitas 38.d
communiones 349.
conceptionis Verbi Dei in Maria similitudines 274.b
concupiscentiam diabolus operatur 179.b
congiarium 409.a
congius 405.c
conops presbyter 351.d
constantiæi 136.d
Constātim epistola cōtra Ariū 226.c
constantini dictum ad Arium 222.a.b.226.c
constantini maxima facinora duo 353.a
constantij regis mandatum de articulis fidei 269.a
consuetudines Samaritarū 8.b
continentia 348.c
continentiam improbant Ebionitæ 38.b
cor pro mente 375.d
cor in Deo figuratè 238.b
corpus vinculum dici, sed non esse 174.c.175.b
corpus mortis quod dixerit Paulus 181.c
corpus idē quod cecidit, resurgere 379.b.c
corpus spirituale resurrecturū 52.a
corpus Christi quale resurrexerit 173.a
corpus est fluuius 165.a
corpus nō est imago Dei 261.b
corporis & carnis vocum significatio quæ sit 178.c
corporis appellatio 376.b
corporis animalis & spiritualis ratio 182.c
corporis impedimentum 174.a
corpora pro hominibus seruis 369.a
corritidæ 345.c
corrumpere se propriis manibus 29.a
de coruo prouerbium 197.a
corus mensura 404.a
cotyla 405.c
cranij siue Caluariæ appellationis ratio 120.b
crapulæ vitium 122.b.c
crates à Thebis Bœoticis 344.c
crateuas herbarius 1.d
creauit, & genuit vocum vsus cur receptus 271.b
creans spiritum, quomodo intelligendum 352.c.d
creationis rerum stolida ratio 75.a
creatum vnumquodq; manere in propria sui habitus figura 171.b
creatura quomodo dicatur filius Dei ab hæreticis 265.c
creaturæ nomen in omnibus creatis est seruum 313.a.b
creaturarum perpetuitas 170.d
creaturam non adorari 234.a
creaturæ Dei perfectę 301.c
Critolaus Phaselita 344.c
crucis signaculum 41.c
cubiatha 50.a
cubricus 190.b
cudæi 7.b
cultianus prępses Thebaidis 221.a
cyathus 405.c
cypros 406.a
coryllus episcopus 196.c
cyrillus Hierosolymitan⁹ 270.a
cyrion episcop⁹ Doliches 269.c

D

Daden 27.d
Dadli 11.a
Dalmaticæ 10.b.391.b
Dauid subsannatur ab Ebionitis 43.c.d
Dauid primus ex tribu Iuda regnauit

gnauit 5.c
Decimationis typus 6.c
Decorem induit, quomodo sit accipiendum 244 a
Decius rex Romanus 161 b
Defunctorum ratio 350 c
circa Defunctos Græcorum ritus. Deggim 11.a
Denarius numerus in scripturis 76.a b
Dentium stridor, quomodo accipiendus 165.c
Deus omnia in omnibus 247.d
Deus vnus, & vnus Dominus, quomodo accipiendum 145.d
Deus excitauit Christũ ex mortuis 248.a.b
Deus visus ab hominibus 252.a
Deus in carnem cur venit 238.c
Deus expers affectus 84.c
Deus vnus bonus est 240.c
Deus & Deus verus 352.c
Deus huius seculi 211.a
Dei omnipotentia 370.a
Dei dicta vera esse, etiamsi nos non intelligamus 250.b.c
Deo templa non esse ædificanda 344.d
Deum nemo vnquam vidit 252.a
Deum in multitudinem deorũ Stoici diuidunt 4.b
Deum esse mentem 344.d
Deos duos ponunt Cerdoniani 91.b
de Diis apud Græcos mysteria quando initiũ acceperint 4 a
Deitas passionis exors 380 a
Deitatem non suscipere ætatem 376.b c
Dexariche 50.a
Dextra, & sinistra quæ Valentino 55.b
Dextri ac sinistri ratio 63 a
Dextram porrigẽdi causa 178.b
Diabolus an sit factus 167.b
Diabolus dominus mundi 56.c
Diabolus malus non est creatus 208 b
Diabolus lucifer stella 167 c
Diabolus peccatum appellatur 179.c
Diabolus per mendacium decipit Euam 85.b
Diabolus in serpente locutus 81.b c
Diabolus est ipse Iudas 85.b
Diabolus filius Sabaoth 89 b
Diabolus cur Dominum tentare potuit 104.c
Diaboli insidiæ post Christi aduentum 88.a Diaconi in Ecclesia quale ministerium olim 336.a
Diaconissæ 335.d.348.d
Diaconissarum officium in Ecclesia 335 c.d
Diagoras Herculẽ exussit 383.c
Dialectici mundi 245.b c.
Dichryson 576.c
Dictamni appellatio 129 a
Didrachmon 405.c
Digamiæ ratio 152.b
Dimœritę hæretici 327.c
Dimœritarum appellatio ibidẽ
Diodoris pagus 193 b.c
Diodotus herbarũ scriptor 1.d
Diogenes Smyrnæus 344.b
Diogenes poeta 67.b
Diogenis Cynici dogma 344 c
Diogenis Babylonij dogma ibi.
Dionysij Ecclesia 224.d
Dioscorides matetiarius 1.d
Dipsadis serpentis natura 78.a
Discipuli Domini 335.c
Discipuli Christi in Pella habitarunt 37.c
Disputationum publicarũ quis fuerit modus 255.d
Diuinationes Marcosiorũ 70.a b
Diuitiæ cœlestes 339.a
Dius episcopus 196.b
Dizyæ ecclesia 224.d
Doctrinæ malæ inuentor 3.a
Dogmatistæ an coinquinent 8.c
Dolichianus episcopus 196.c
Donatiani 155.a
Dormire in eodem loco viros & mulieres 338.b c
Dormiendi imago 172.b.c
Dositheï 7.c
Dositheï historia 9.d
Dositheorum dogmata ibidem
Drachma 405.d
Draco ostracites 150.a.b
Draconis audacia 91.a
Drax 405.b
Druggus quid 127.a
Dryinas serpens 190.a
Duodenarius numerus in Scripturis 75.c
Durius equus 17.d

E

Ebionæi 13.b
Ebion & Ebionitæ 38 a
Ebion Hebræis inops 42.d
Ebion in balneo perit 45 b
Ebrietas Noe 160.d
Ecclesia catholica, principium omnium 2.c
Ecclesia per vniuersum orbem dispersa 61.a
Ecclesia catholica 221.d
Ecclesia naui similis 136.a
Ecclesia martyrum 221.d
Ecclesię Dei dona 123.c
Ecclesiæ corruptus status 223. a.b.230.c
Ecclesiæ Dei adhærendũ 326.d. 327.a
Ecclesiarum dissidium 253.b
Ecclesiarum præsides victũ quibus suppeditare debeant 279
in Ecclesia prohibita 349.c.d
in Ecclesia dignitatũ ratio 17.b
ab Ecclesia aliquando pij se separant ob vitia sacerdotũ 250.a
Ecclesiæ in Iudæorum vrbibus à Iosepho extructæ 41.b
Ecclesiæ in Alexandria multæ 224 d
Ecclesiastica administratio vni delegata 221.b
Editio sexta 403.a
Edom ciuitas 3.d
Egæonem vocant Briareũ 79.d
El 90.a
Electus ex multis milibus, de quo dicatur 366.b
Eleemosyna 394.c
Elementa quinque apud Manichæum 158.a
Eleusius Cyzicus 268.c
Eli 90 a
Elilæus 27.d
Elion 90 a
Elissæus episcopus Diocletianopolis 269.c
Ellel patriarcha Iudæorum 39.a
Eloæus 37 d
Eloim 90.a.b
Elops serpens 160.a
Elud 88 a
Elxai pseudopropheta 12.c
Elxæus pseudopropheta 38. c. 141.b
Emacæsemes 10.d
Empedocles Metonis Agrigentinus 344.b
Emphiboche 50.b
Emptio & precium nostri 214 c
Encratitæ 119.b. 122.a
Encrides pro acrides à Iudæis suppositum 41 a
Enoch filius Iared 2.a
Enoch mortem non vidit 8.b
Enoch translatio 182 d
Enoch resurrectionis exemplũ 382.a
Epactarum ratio 254 b
Epictetus episcopus Corinthiorum 316 b
Epicuri doctrina 5.a
Epiphanes hæreticus 63.d
Epiphanis museum 63 d
Epiphaon 50 d
Epiphanij pauimenti compositio contra Marcionem 94.c
Epiphanij seculũ 1.c.123 b.369.

danodeſtia 411.c.350.b.273.d
Epiphanij ſermo Ancoratus
Epiphanij liber de fide 232.a
Epiſcopus an differat à presbytero 280
Epiſcopi quãdo cõſtituti 280.b.c
Epiſcopũ ſine diacono eſſe, impoſſibile eſt ibi. Epiſcoporum dilectę, amicæ ac concubinæ 160.c Epiſcoporum Hieroſolymorũ ordo 196.b Epiſcopos duos Alexandria nunquam habuit 223.a Epiſtolæ encyclicæ Alexandri 225.b Epiſtolæ Pauli à Marcione corruptæ 96.c
Epithetorũ nominũ ratio 328.d
Eporciſtæ 349.a Erat aliquando quando non erat, Arianũ dictũ 367.a Erroris cæcitas 24.c Eſaiæ Aſcẽſorius, liber 219.c Eſauth 25.b Eſdras inſtruit Samaritanos 7.c Eſſem 50.a Eſſeni 7.c.9.b.
Eſſentię vocabulum 246.a 265.a
Eſſumen 50.a Eſus carnium 44.c
Eſus poſt reſurrectionem 201.b
Eua mulier 345.b
Eua ex coſta Adæ ædificata, non formata 333.a
Eua quomodo ſaluabitur 120.a
Eua ſemen quomodo accipiendum 332.d Euagrius epiſcopus Mitylenes inſularum 269.c.d
Euangelium Ioannis multis calumniis impetitum 135.a
Euãgeliũ ſecũdũ Hebręos 119.b.c
Euãgeliũ Philippi cõfictum 29.b
Euãgeliũ Ioãnis Hebraicũ 39.d
Euangelij Ioannis ratio 60.b
Euangeliorum quatuor ſummæ 366.d Euangelicæ hiſtoriæ conſequentia & ordo 133.d
Euangeliſtarum cõſonãtia 127.d
Euclees ab Aeſculapio reſuſcitatus 378.b Eudoxius epiſcopus 269.c Eunuchi triplices 150.d
Eunuchorum appellatio vnde 151.a.b Eunuchorum ſecta 150.c
Euphemitę 337.d
Euſebius epiſcopus Sebaſtæ Paleſtinæ 269.c Euſeb. Fregellæ epiſcop. exul 39.b Euſebii Nicomediæ Epiſcopi fraus & malus animus 223.b
Euſtathius Sebaſtæus 266.c
Euſtathi⁹ epiſc. Epiphaniæ 269.c
Euſtathius epiſcopus 265.a
Euſtathius Arianus 279.d
Eutactus Armenus 88.c
Eutyches notarius Baſilii 255.d
Eutyches epiſcopus 265.a
Eutychianus epiſcopus Pataro-rum Lycię 269.c Eutyches epiſcopus Eleutheropolis 268.b.c 269.c Euzoius Antiochenus 268.b Exepaphos 50.d
Extaſis quid 124.b Extremitates æqualitates, prouerbium 335.a

F

Faciamus vox, non vnius numeri ſignificatiua 395.a
Fatum, ſiue generationẽ aut natiuitatem non eſſe 11.a
de Febrienti & hæretico ſimile 219.d Fecit vox dignitatis 235.a
Feneſtræ mortis 9.a
Fermentum pro malitia 66.d
de Ficu & homine ſimile 168.d
Fides Acacii 269.a
Fides Baſilii & Georgii ſemiarianorum 261.b.c
Fides vera quæ ſit 61.a
Fides Synodi Seleucię 269.b
Fides Seleucia damnata 273.a
Fides verba præcedat 271.d
Fides non ex ſyllogiſtica hominum opinione conſiſtit 305.a.b
Fideicatholicę enumeratio 388.a Fidei confeſſio Epiphanii 346.b.c Fidei confeſſio Paulini epiſcopi 321.d Fidei ſigillũ 266.b.c
Fidei in Seleucia editæ exẽplum 268.d Fidei veræ confeſſio 78.a
Fidei cõfeſſionis exẽplum 260.a
in Fide minus eruditi qui dicantur 61.c
Filius dilectionis 366.c
Filius nõ poteſt facere quicquã à ſeipſo 248.a
Filius Dei non eſt creatura 284.c
Filii gloriam imminuẽtes 360.a
Filii hominis appellatio 149.d
Filii appellationis ratio 228.d
Filii Dei multi 262.a.b
Filii vnigeniti & Spiritus ſancti notiones ex Moſe 9.a
Filii nomina 373.c
Filium Patrẽ dixit Sabellius 226.a.b
Fleuiſſe Ieſum, ex Luca ab orthodoxis exemptum fuit, at hodie habetur 361.a
Flora fœmina 65.c
Fœminarum multiplicem coitũ permiſere quidam 23.d
Neq; foris, neq; intus, prouerb. 71.a.b
Formoſa vxor. Seth 87.a.b
Fortunæ mixtura 337.a
Fratres Domini qui 329.d
Fumum fugientes in ignem incidunt, prouerb. 222.c.d
Funiculũ ex arena nectere 58.c
Furtum Iudæorum in Aegypto 585.c
Furta probat Theodorus 344.b

G

In Gadara aquæ calidæ 39.d
Gadi 11.a
Gaius epiſc. Hieroſolymi. 196.b
Gatizin mons 8.a
Gaſphenorum lingua 88.a
Gaudium ex veritate Dei 148.b
Gaza Hebręis quid 39.c
Gazareni 345.d
Gazophylacia Iudęorum in Tiberiade 38.d
Gebalmons 8.a
Geminorum duorum conſulatus 136.c
Generationum ab Adã ad Chriſtum Catalogus 342.a.b
Geneſon calculi variant in exẽplaribus 148.b
Genitos, & Gennitos differunt 163.c
Geniti appellatio reprobata 267.c
Genitum æquiuocum pro genito & facto 287.d.288.a
Gentium omnium varię religiones & hęreſes 345.a.b
Geon fluuius 190.c
Georgius epiſco. Alexandriæ 282.a
Georgius Laodicenſis 258.b
Georgius Alexandrinus 420.oc ciditur 224.b.281.d
Georgius Semiarianus 260.d
Gephar 88.a
Germanion epiſcopus 196.c
Germanus epiſc. Petrorũ 269.c
Gittharũ ciuitas in Samaria 17.a
Gnoſtici 23.c
Gnoſticorum hęreſis 25.a
Gnoſticorum libri 62.c.d
Golme 47.d Gomon 405.b.c
Gordius epiſcopus 196.b.c
Gorpięus menſis 9.c
Gortheni 7.c
Gorthenorum hęreſis 9.c
Gradus Clericorũ quinq; 259.d
Gratianus epiſcopus 196.b
Granum frumenti quod ſit appellatum 184.b
Greca nomina apud Hebręos in aſtronomia recepta 10.dii.a
Greciſmus 3.a
Greciſmus quando cœperit 5.c
Græci poetę, omnium hęreſim occaſio 30.b
Grecorum dii 384.a
Gymnaſius epiſcopus 265.a
Gygen vocant Briareum 79.d

H

Ad Hebręos epiſtola an Pauli ſit 234.c
Habitatio hominũ prima poſt diluuium 2.d
Habituum, & voluntatum ratio 306.c

306.c
Hæmorrhus ſerpens 127.c
Hæreſis quando cœperit 3.a
Hæreſes ſeipſas polluunt 377.d
Hæreſes quot 355.b
Hæreſes ſeptẽ apud Iudæos ante Chriſti in carnẽ aduentũ 9.d
Hæretici quibus remediis fugãdi. 129.a.b
Hereticorum imago 154.c
de Hæreticis & igne ſimile 36.d
Hegeſias Cirenæus 344.b.c
Helceſæi 141.b
Helena Simonis Magi 17.b
Helena Homeri ibid.c
Helias reſurrectionis exẽplum 382.a
Heliodorus epiſco. Sozuſæ Pentapolis 269.c
Heliopolitidarum orgia 345.c
Hellenes cur dicti Græci 390.c
Heorticus epiſcopus 265 a
Heracleon 91.b
Heracleon hæreticus 79.c.d
Heracleonitarum dogmata ibi.
Heraclides Tarentinus 1.d
Heraclitus Bleſonis Epheſionis 344.b
Heracliti dictũ de idolis 383.c.d
Hercules ligneus à Diagora exuſtus 542.b
Hermeas Manichæus 194.a
Hemero baptiſtarum ſtulta ablutio 11.c.d Hermon epiſcopus 196.c Heri ac nudiuſtertius, prouerb. 73.d Herodes pro Chriſto habitus 13.d Herodes Idumæus vel Aſcalonita ibi. Herodes Antipatri filius ibi. Herodianorum hæreſis ibi. Heſiodi triginta ſecula 50.b
Heſiodi Theogonia 49.d
Heua ſerpens 345.b
Hexapla 162.a
Hexapla, & octapla cur dicta 400.a. Hieracitæ 218.d 377.d
Hierax 218.d
Hieracis hæreſis 144.d
Hierocles Alexandriæ præſes 221.b Hierophantæ 345.d
Hieroſolyma deuaſtata à Tito Cæſare 13.c
Hilarionus epiſcopus 196.c
Hippolytus ſcripſit contra Valẽtinianos 62.b
Hircus Mendeſius 345.d
Holce 405.d
Homeri patria ambigua 99.b
Homericorum verſuum cẽto ad oſtentationem conſutus 60.d
Homo materialis, & animalis 56.d Homo quid 376.b
Homo, nõ homo Chriſtus 263.d
Homo primus 203.b
Homo quare creatus 167.a
Homo opificium Dei ornatiſſimum. 169.c
Homo ſeminaliter dominium habet producendorum germinum 301 d
Homo ſecundus à cœlo 256.a
Homo ſpiritualis. 57.a
Hominis præſtantia 166.d
Hominis forma ſtolidè expenſa 75.d Hominis formatio delira 82.b.c Homniẽ non ex hac arida terra factum qui intelligendum 56.d
Homines edulium principum 213.c Homines duos ab initio eſſe formatos 19.c
Homines pro diis culti 334.a.b
Homines eſſe edẽdos dicit Chryſippus 344.d
Hominum genera tria 58.b
Hominum ordines tres apud Valentinos 52.b
Homo vſios 353.a
Hoſpitalitas 349.d
Humeriferi fabula 197.a
Hydria 406.a
Hydri ſerpentis natura 25.a
Hyginus epiſcopus Romanus nonus à Petro & Paulo 91.b
Hymenæus epiſcopus 196.c
Hymnus trium puerorum 358.d
Hymni 349.c
Hypatius ibid.
Hypatianus epiſcopus 269.c.d
Hyperion 50.d
Hyperechius epiſcopus 265.a
Hyphe 405.b
Hypocauſta Adamianorũ 140.d
Hyſteta creator cœli ac terræ 84.b

I

Ia 90.a Iabe ibidem
Iacob quare frater Domini 329. a.b Iacob quare curam ſuorum oſſium habuerit 8.b
Iacobus epiſcop⁹ Hyeroſ. 196.b
Iacob⁹ frater Domini virgo 38.b
Iacobus Apoſtol⁹ epiſcop⁹ 196.b
Iacobus Naziræus factus ibid.
Iacobi fratris Domini ſanctitas 331.a Iacobi Apoſtolum, virginẽ fuiſſe 151.b.
Ialdabooth 23.c.d 27.d 82.b
Ianitores 349.a
Iao 27 d
Iao nominis ratio 55.b
Iapheth filii 346.b.c
Identitatis ac ſimilitudinis ratio expreſſa 266 d
Idololatria quando cœperit 3.b
Idolorum cultus origo 390.b
Iechonias & zelus idem 7.a
Ieiunare bis in ſabbato 10.d
Ieiunium vnius diei 9.c
Ieiunium quarta, & proſabbato decretum, ſeruandum eſſe 281.a
Ieiunium ordinatum an ſit ſeruandum 280.a.b
Ieiunium magnũ & paruũ 48.b
Ieiunium quorundã monachorum 36.d
Ieiunium aliquid animæ cõfert 66.d Ieiunia ſtatuta 349.a
Iephthae filia deificata 314.b
Iereecæalbana 10.d Ieſſæi 35.d
Ieſus quid Hebræis ſit 36.c
Ieſus nominis numerus 73.b
Ieſus Naue inter prophetas numeratus 215.c.d
Ieſus nomen inſigne 72.a
Ieſus Nazareus appellatus 37.b
Iexeus pſeudopropheta 12.a
Iezan 3.c Ignis reprobatus 13.a
Ignis nõ accepit corruptibilem materiam propter incantationem 41.c de Igne & hæreticis ſimile 36.d Ignorantia multos excæcat 215.b.c Ignorantiæ malum 82.a Imago Ieſu 33.a Imago Dei 251. b Imago Dei non perdita ab Adam ibidem.a
Imaginis ratio 271.b
ſecundum Imaginem quomodo accipiendũ 250.b.c.368.b
de Imagine regis & hæreticis ſimile 58.c.d
Imago cuius eſſe debet 258.c
Immodicum omne vbique moleſtum 122.b.c
Imperitia nihil pelus 215 b.c
Impudentia frontem perficuit 132.a
Inachus fluuius 4.a
Incantatio quando cœperit 2.a
Incantationis vanitas 40.b
In cantamenta Iudæorum 41 c
In incarnatione nulla tranſmutatio 38⁹.c
Indorum mercimonia 190.b
de Infantibus & hæreticis ſimile 233.c
in Inferno patres detentos 177.b
Inferni deſcenſus Chriſti 137.c
Ingeniti nomen nõ eſſe in Scriptura 458.c.267.b.c.14.
Ingeniti ac geniti voces, cur excogitatæ 265.d
Iniuſticia quando primum cœperit 2.a
Inſidiæ hominum piis in bonũ cedunt 5.d
Interpretes ſeptuaginta quomodo vixerunt 399.a

Interpretes ſacræ Scripturæ 397.a
Interrogatio Deo obiicitur falſò pro ignorantia 385.a
Inuidia ſemper magnis ſucceſſibus aduerſatur 315.d Io 4.a
Ioannes Baptiſta non arundo 27.a.b
Ioannes cur vox fuerit 235.c.d
Ioannes filius tonitrui 263.b
Ioannes epiſcopus 222.b
Ioannes epiſcopus Hieroſoly. 196.b
Ioannis Euangelium, Cerinthi eſſe putatum eſt 129.c
Ioannis Euangelii ratio 13.c.d
Ioannis Euangelium Hebraicè tranſlatum 38.d
Ioannem Apoſtolum, virginem fuiſſe 151.a
à Ioanne miraculũ editum 45.b
Iobelæi 87.b.c
Iobis locus explicatus de reſurrectione 382.b
Ioe 3.d
Iolaus Bithynus 1.d
Iones vnde 87.c
Ioſeph anni 329.b
Ioſephus comes ex Iudæo Chriſtianus fit 39.a
Ioſeph filij quatuor & filiæ duæ 329.b.c
Ioſeph qui vir fuerit 329.b
Ioſephus quidam Eccleſiam Chriſti condidit 39.a.b
Ioſeph hiſtoria tota 329.b
Ioſeph filij ex alia vxore 35.b
Ioſeph filij & filiæ 369.c
Ioſeph reſurrectionis ſpeciem oſtendit 8.b
Ioſeph cur Virginem ſibi traditam habuit 329.a
Ioſis epiſcopus 196.b.c
Iouinianus beatus 224.a.b
Iouis ſcelera 384.a
Ioues multi ſunt ibidem.b
Ira Dei aduerſus peccatores 85.d
Irenæus Apoſtolorum ſucceſſor 22.c.d
Irenæus inter Celtas 52.d
Irenæus epiſcopus Tripolis Phœnices 269.c
Irenæi locus tranſſcriptus 55.c
Irenæi locus de Marcoſiis 70.b
Iſaacij 3.d
Iſaaci laus ibidem
Iſidorus hæreticus 64.b
Iſis 4.a
Iſmaelitæ 3.c.d
Iſmaelitæ circumciduntur 48.d
Iſrael dignitatis nomen 3.d
Iſraelitæ 5.b
Iſraelitæ vnde appellati 3.d
Iſraelitarum ingratitudo 387.a
Iudaiſmus quando initium cœperit 3.c
Iudaiſmi forma poſt Græciſmum 3.c
Iudæi ſecundi 187.b
Iudæi, filij diaboli cur ſunt dicti 209.a
Iudæi vnde dicti 5.b
Iudæi filii ſunt proditoris Iudæ 90.b
Iudæorum ignorantia 359.b
Iudæorum incantamenta 41.c
Iudæos ſine Chriſto non iuſtificari 149.c
Iudas diabolus 85.b.209.a
udas quare Chriſtum tradiderit 85.b
Iudas laudatus 84.d
Iudas epiſcopus 196.b
Iudæ pater, Cain 85.b
Iudæ Euangelium 84.b
Iulianus epiſcopus 196.b.c
Iulianus Apoſtata 224.a.b
Iulianus epiſcopus Hieroſoly. 196.c
Iulius Romanus epiſcopus 223.c
Iulus vermis 140 b
Iulus reptile 315.b
Iupiter Metin filiam deuorans 30.b
Iuramentum Dei 35.d
Iurare quidam nolunt 349.d
Iuſiurandum in Diuinum cultum 12.c
Iuſtificatio triplex 374.c
Iuſticiæ ac bonitatis ratio 68.c
Iuſtinus Samarita genere 119.a
Iuſtinus martyr & philoſophus ibidem
Iuſtus epiſcopus Hieroſolym. 196.b
Iuuencula pro virgine 47.c
Iuuencularum innumerarũ appellatio 343.c

L

Labdacus propheta 191.b
Laboratores 349.a
Laborum Euangelii ratio 339.b
Lacertę ſolaris natura 141.c
Lacheſis 50.d
Lamertade ibidem a
Lamphecudamphech 50.a
Lazari ætas ante reſuſcitationẽ, & poſt 201.a.b
Lazari hiſtoria 363.b
Leænæ partus mirabilis 330.d
Lectorum ordo 349.d
Leontius Apocopus 225.c
Leontius epiſcopus Lydię 269.c
Lethec 404 a.b
Letoius epiſcopus 265.a
Leucippus Mileſius 344.a
Leuis epiſcopꝰ Hieroſoly. 196.b
Leuitæ Gnoſticorum inter ſeipſos miſcentur 29.a
Leuitici 23.c Lex olim nulla 2.b
Lex corporalis & ſpiritualis 270 c. Lex Dei ſancta 179.b.c
Lex iudex transgreſſionum 112.b
Lex & prophetæ reſiccatæ arbores 213.b
Lex trifariam diuiſa 65.d
Lex iuſto non eſt poſita 212.c
Legis ac prophetarum repræhẽſio 211.d Legis vſus 6.a
Legis & Euãgelij differẽtia ibi·c
Legis Moſaicæ ratio 65.c
Legislator qui ſit 67.a.b Legem nõ eſſe trifariam diuiſam 68.a
Leges tres Paulũ aſſerere 181.b
Legibus an ſapiẽs viuere debeat 344.b Liber pro vtero 47.d
Libri alienigenæ 89.a
Libri viginti duo 404.c
Libri iudæorũ viginti ſeptẽ 6.b
Librorum Diuinorum apud Hebręos ratio 399.b
Liberius Romanus epiſcopus 279.d Libra 405.c
Licinianum gymnaſium 224.d
Limniſci nota 400.a
Linguæ ex dono ſunt Spiritus 170.a.b Linguarum diuiſio 87.d
Literæ vigintiduæ 404.d
Literæ propriæ ferè in omnibus gentibus 194.a
Literę Cappa poſitus ratio 74.c
Literarum mira expenſio ibi.d
Literarum Græcarum ratio 72.b 73.d. de Literis mira ſtultitia hęreticorum 71.b.c Lobon 3.a
Lõginus epiſcopus Aſcalonita 225 b Longinus Caſſius conſul 136.c Lubar mons 2.b.c
Lucas vbi prędicarit 132.c
Lucæ Euangelium corruptũ 95.a
Lucæ Euangelii ratio 131.a
Luciani duo 115.c Lucianiſtæ ibi:
Luminarium creatio 204.a
Luminaria eſſe naues 198.c
Lunę curſus ratio 254.b
Lunam animis impleri 204.d
Luppicianus prætor 338.a.b
Lux & lux vera 352.b
Lux vera, & lux citra additionẽ. 233.b
Lybes ſerpens 160.a
Lydorum lingua 88.a

M

Macaris epiſcopus 196.c
Macedonius Conſtantinopolitanus 268.b.c
Magiæ ſcholę 31.a
Magiæ inuentor 3.a

Magnorum historia 47.a
Magusæi apud Persas 345.d
Magnus episcopus Themisorũ Phrygiæ 269.c
Maledictio legis, crux 214.d.
Malicici nomina 195.b
Malum non habere fundamentum 22 b
Mali ac boni naturarum consideratio 206.c.
Mali consideratio 194.d
Mala facientes apud Gelos laudantur 345. b
Mala, bona esse natura 32.a
Manes captiuus 191.d
Manes excoriatur 193.d
Manis appellatio 190.b
Manis discipuli 191.d
Manem populus lapidibus obruere conatur 193 b.c
Manichæus sub Galieno vixit 403 c
Manichei quare strata sua super harundines faciant 193 d
Manichæi libri ibidem.a
Manichei dogmatum catalogus 198 a
Manichæi dogmatum contrarietas. 199.d
Manichæorum doctrina 192.b
Manna quid 128.d
Marcelli epistola ad Manichẽũ. 192.d
Marcelli confessio fidei 257.b
Marcelli pietas 192 a
Marcelliani hæretici 257.a
Marcellina decepta à carpocratianis 32.d
Marcionistæ 92 a
Marcion à patre excommunicatur. ibi.b
Marcion filius episcopi ibi.a
Marcion Cerdoni successit 92.a
Marcion resurrectionem carnis negat 92.c.d
Marcus hæreticus 70.a
Marcus episcopus 196.b.c
Marcus in Aegyptiorum regione prædicauit 36.d
Marcus episcopus Arethusiæ 268.a.b
Marci Euangelij ratio 130.c.d
Marcosiorum hæresis 70.a
Marcionis scripta 94.c
Maria quomodo honoranda 337.a
Maria leæna dicitur 331.a
Maria prophetissa 332.a
Maria cur Ioanni à Christo cõmendata 330 b
Mariæ historia 336.b
Mariæ virginis corpus assumptum. 107.b
Mariam Ioseph cognouit quomodo intelligendum 332.b
Mariam Christum post resurrectionem adorasse 309.b
Mare mortuum 12.c
Mares 406.a
Marsianus propheta 90.d
Marsippus philosophus 193.b
Marrhana 12.d
Marthys fœmina ibidem
Marthiades propheta 90.d
Martyriani 338.b
Martyrum quorundam vitia 251.b
Martyrum duplicium probationes 176.d
Masemon 50.a
Masmaron 280.d
Massaliani 338.a
Mathias episcopus Hierosolymitanus 196.b
Matthæi Euangelium Hebraicè scriptum 3 .a.d
Matthæi Euangelium apud Iudæos mutilatum 41.d
Matthei Euangelio Cerinthus vtitur, sed non toto 34.c
Matthæi Euangelij ratio 130.a
Matthæi lectio interpolata 7.a
Mater vitæ Manis 202.d
Mater viuentium 332.b.c
Matris octonarij nomina 63. a.b
Materiæ significatio in Scriptura 80.c.d.196.b
Maximilla prophetissa 123.a
Maximona Hierosolymita 268.d
Maximus episcopus Hierosolymitanus 196.c
Mazabanus episcopus 196.c
Mechenoth 280.d
Mediator Dei, & hominum, Iesus Christus 365 c
Medicæ materiæ scriptores 1.d
Medimnus 404.b
Megaralia 345.b
Melchisedec quis sit 143.c
Melchisedec, Sem esse creditus est. 144.d
Melchisedec pater, & mater ac genus 220.c.d
Melchisedec, Spiritus sanctus habitus 219.b
Melchisedec nõ est spiritus sanctus. 220.c
Melchisedec panem, & vinum proposuisse Abrahamo 145.a
Melchisedeciani 143.c
Meletius Aegyptius 221.a
Meletij integritas 272 b
Meletij concio 270.b
Meletiani 221.a
Melissus Ithagenis 344.a
Membra hominis ccclxiiij. 22.c
Memnonius episcopus 265.a
Memphis à quo ædificata 4.a
Memphitidarum orgia 345.d
Memyx 91 d
Menander hęreticus, discipulus Simonis magi 18.d
Menandrum imitatus est Manichæus 203.c
Menandrianorum hæresis 28.d
Mendacium nullum in fide 103. b.c
Mendacium non habere substãtiam 193.b.c
Mendidij ecclesia 224.d
Mens Christi quid 325.d
Mens non est substantia 326.a
Mens Deus ibidem
Mentis functiones in homine 324.c
Mentis vsus 323.c
Mentem Christum habuisse 322.d
Mentem in Christo negantes taxari 315.d.322.b
Mensium appellationes diuersę 9.b
Mensium nomina apud Aegyptios. 137.c.d
Menstrui sanguinis æsus 26.c
Mensura sancta 404.b
Merexa. 50.a
Merinthiani 35.c
Merinthus 130.c.d
Meropes 390.c
Meropum appellatio 2.d
de Messe simile 154.b
Mesori mensis 9.c
Metin filiam deuorauit Iupiter 30.b
Metra 24.c
Metropator 56.b
Metreta 405.b.c
Metrodorus Chius 344 a
Medicoth 280.d
Miliaresium 406.a
Millenariorum hæresis 326.c
Mina 405.d
Mineruæ multæ 384.b.c
Misacem susciperе Aegypti sortem 2.d
Mistreni 88.a
Mithridates rex herbarum scriptor 1.d
Mittens non est similis misso 239.b.c Mnasis 404 b
Mneme 405.d
Modius iustus 404.b.c
Molutus serpens 160.a
Momazani 11 a

Monachatus 348.c
Monasterium ab Audio constitutum 254 d
Monasteria laborantium suis manibus 338.d
Montanistæ 123.a
Montanus propheta ibid.
Montani prophetia qualis ibi.d
Mors quid 167.d
Mors cur inuenta ibidem
Mortis causa ridicula 198 c
Mortis causa 205.d
Mortis fenestræ 9.a
Mortis suasor Hegesias 344.b
Morte voluntaria Dositheus ob iit 9 d
Mortuorum stulta redeptio 80.a
Mortuos non esse abominabiles 8.c
Mortuis viuorum preces non prodesse 280.a.281.b c
Mosoch 87.d
Moses filius Iochabeth & Ambram 184.d
Moses vbi pro Deo habeatur 143.d
Mosis vocatio 280.c.d
Mosis corpus à quibus sepultũ 9.a
Mosis miracula 184.d
Mosis funus ab angelis curatum 9.a 185.a
Mosis virga resurrectionis speciem habet 8.b
Mosis libri à Nazaræis non accepti 11.d
Mosis libri quinque quid contineant 8.a
Mossynœcorum lingua 87.d
Mundus quid 210.c
Mundi consumptio per ignem 57.d 196 c 206.c d.
Mundi diuisio à Noe in filios suos facta 486.b
Mundi ætas trigesimo Christi anno fuit 5509 annorũ 204. c
Mundi exarsio 170.c
Mundi exordium 2.a
Mundum ab angelis esse factũ dicunt Menandriani 18.d
Mulier fortis quæ sit 383.a
Mulier Christiana ab incantationibus tuta 40 a.b
Mulier, Satanæ opus Seuerianis 118.c
Mulieres sine circumcisione saluantur 48.d
Mulieres ne fungantur ministeriis in ecclesia publicis 335.c
Mulieres non sacrificant ibidẽ.b
Mulieres officia virorum peragunt apud Seras 345.a b
Mulieres duæ adorantur 141.b
Mulieres sapientes duæ 332.c
Mulierum ministeria in ecclesia 335.d
Mulierum malicia 336.b
Muris aranei natura 146.a
Musarum inuocatio 1.a
Muscarum veluti densa turba ac populosa, prouerb. 180.c
Myagrus serpens 153.c
Myoxi natura 378 a
Myoxi ex vipera interitus 186. a
Mysi 346.a
Mysteria interna 349.b.c
Mysteria Græcorum 345.b
Mysteriorum ecclesię ritus 42.c

N

Narcissus episcopus Hierosolymitanus 196.c
Nazaræorum secta 11.d
Natalis Domini 349.a.b
de Natandi arte simile 152.a.b
Natiuitas Christi & crucifixio 329.d
Natiuitatis geminæ ratio 202.a
Natiuitatis Christi ratio 231.c.d
Naturarũ in Christo ratio 327.c
Nauatus 151.c
de Naui & hęretico simile 146.b
Nazaret ciuitas, nunc est vicus 37.b
Naziræi, Nazoræi & Nazaræi ibidem
Nazoræi vocati Christiani 35.d
Nazoræorum à Christianis differentia 37.c
Neapolis ciuitas 144.a
Nebel vini 405.c
Nebroth tyrannus 3.a
Necessarij ac voluntarij ratio 155.d
Necyophagi 345.a
Nicander scriptor bestiarũ 1.b
Nicæa synodus quæstionem de sancto Spiritu ignorauit 259.a.b
Nicænæ synodi 318 episcopi 549 b 226.d
Nicænæ synodi autoritas 316.b c
Niceratus naturas herbarũ descripsit 1.d
Nicolaitarum hæresis 23.c
Ninus contemporaneus Abrahæ 33.b
Noe propheta 2.c d
Noe quare ad multos annos struxerit arcam 25.b.c
Noe figura Christi 48.c Noe requiẽ significat ib. Noetus anoctus 147.d Noetus, & Noetiani ibi.a.b Nomi quid 21.a b
Nomina varia Patris, & Filij, & Spiritus S. 276.b 373 c
Noria Noe vxor 25.b c
Noria Pyrrha dicta ibi.
Notio & scientia duplex in Scriptura 237.a.b. Notio & cognitio patris gemina 358.a Nudorum hominũ ecclesia 240. c d
Numerus integer, redundante relicto compendij gratia 342.b
Numeris Scripturã cõstare 74.b
Nummus 406.a. Nuptiæ 348.c d
Nuptiæ reprobantur ab Hierati cis 219.a. Nuptiæ secundæ non prohibitæ 125.b c Nuptię spirituales 77.b Nuptię venerandæ 220.a.b Nuptiarum contemptores taxantur 155.c d
Nuptiarũ secundarũ ratio 152.c
Nuptiarũ in Ecclesia ratio 125.b
Nuptias dãnant Tatiani 119.b.c
Nuptias diabolicã rem esse Encraritæ dicunt 122.a
Nuptias secundas & tertias admittunt Ebionitæ 43.d
ad Nuptias cogi 12.c
à Nuptiis se continere 9.d

O

Obeli ratio 398.d
Obduratos corde Deus sępe nõ cessat admonere 41.a
Oblationes à iustè viuentibus 349.d Oblias 329.a.b. Obolus 405.d Octapla 162 a Octaua dies ab altero Euangelista sexta dicta est 248.c Octaui Augusti consulatus 136. a Octonarius numerus 51.c 73.c
Oculi acumen in senectã vsque 219.c d Oculo potamon episcopus orbatur. 223.b c
Oculum pro oculo, quomodo intelligendum 68.c
Odiani hæretici 250. a Oeciaci hæretici 387.b Offerre auri põdus 39.c Opera in futuro seculo nulla 154.b Opera Dei sex dierum, vigintiduo 574.b
Operum gratia verba facta 175 c
Ophitæ vnde dicti 81.b
Opificis ignorantia 56.c
de Opifice & Deo simile 169.b
Orandi modus apud Tascodrugitas 127.a b
Oratio Elxai 13.a b
Oratio cõtinua apud Pharisæos 10.c d
Orationes 394.c
Orci galea 71.a
Ordinatos duos faciunt ex Deo Ebionitæ 42.c
Orech 3.a
Oren 50.a b
Origenes sub Decio vixit 403.b
Origenes sena millia librorum scripsit 182.b c

Origenes taxatur. 1 87.b
Origenes neruum ſibi in corpore excidit 162.a
Origenes Adamantius 161.b
Origenes diis gentium thus ſacrificat ibidem.c
A Origenes coactus ad prælegendum. ibidem.d
Origenis laus 400.a
Origenis allegoria de tunicis pelliceis 370.a
Origenis libri de principiis, erroribus referti ibi.b.c
Origenis errores 162.b
Origenis labores in ſcripturis ſacris 161.d
Origenij 260 a.b
B Orus numen 345.c
Oſſenorum hæreſis 12.b.c
Oſſium ſiccorũ ratio apud Ezechielem 165.b.c
Oſtracitæ procliuitas 91.a
Oues rubrica illiniunt Ægyptij 12. a
Ozias & Azarias, idem. 7.a

P

Pallacarum ratio 342 c
Palæſtina 5.d.
de Palo & peccato ſimile 153.c
Palumbis natura 378.a.b
Parmedinis doctrina 344.a
Pamphilus radicum ſcriptor 1 d
C Panarium aut capſula medica 389.a
Panætij Rhodij dogma de Deo 344.d
Pãcratius epiſcop⁹ peluſij 259.c
ante Panis eſum oratio Manichæorum 199.a
Panis cibus eſt, virtus panis viui ficat 397.a
Panñoniæ epiſcopi Ariani 223.c
Panther dictus Iacob 329.a
Papæ, etiam epiſcopi olim appellati 223.b
Paphnutius Anachoreta 222.b
Parabolas chriſtus ipſe interpretatus eſt 62.c
Paracletꝰ ipſe Dominꝰ eſt 478.c
Paracletum ſeipſum putauit Ma
D nichæus 307.d
Paradiſus vbi ſit 176.c
Paradiſus Manis 199.a
Paradiſus non eſt in terra, iuxta origenem 367.d
Paradiſi vita 140.d
Paradiſi conſideratio 368.c
Paradiſum eſſe mundum 205.b
Paraſiti principum 384.c
Parcus propheta 191.b.c
Paſchæ celebratio apud Quarta decimanos 128.c
Paſcha tria à Domino perfecta ſunt. 138.a
Paſcha an ſit peragendum 280.a
Paſcha Iudæorum 44.b.c
Paſcha eſus quando factus eſt 137.b
Paſcha duo apud Ioannẽ 135.d
Paſcha eſſe peragẽdũ 280.a.281.a
Paſcha quid fuerit 140.d
Paſchatis habendi ratio 253.c
Paſſionis Chriſti ſimile ratio 231 a.308.a.362.d
Paſcatis in eccleſia ratio 12⁷.d
Paſchatis feſtum tranſmutatum 253.a
Patriarchę vnde 3.d
Pater Iudęorum diabolus 85.a
Pater ſolus verus Deus, quomodo accipiendum 232.d
Pater, quomodo pater 373.d
Pater ſpiritus quomodo filium genuit 365.d
Pater cũ filio vnus eſt Deꝰ 389.b
Pater maior me, quomodo accipiendum 356.d
Patris nomina 373.c
Patris & filij nomen ad aliquid eſt 267.b
Patrem paſſum eſſe dicunt Noetiani 147.b
de Patre & Deo ſimile 68.c
Patres ante filios mortui ſũt 3.b
Patrophilus Arianus epiſcopus 39.b
Paulinus epiſcopus 321.d
Paulinæ dictionis ratio 170.a
Paulus epiſcopus Emiſes 269.c
Paulus locos quoſdam ſcripturę mutauit 263 a
Paulus an virgo fuerit 51.a.b
Paulꝰ cõtra Ebionẽ defẽſꝰ 45.b
Paulus Samoſatenus 187. b
Paulum accuſant Ebionitę 42.c
Pauperes natura, & pauperes ſpiritu 215.a
Peccare noſtrum 102.a
Peccati cognitio ex lege 179.b
Peccati ſui vnuſquiſque homo cauſa 203 b.c
Peccati & mali otigo 107.a.b
Peccatorum nulla ratio apud Actium 283.b
Peccatorum diuerſitas 200.a
Peccatum in medio ementis & vendentis 153 c
iuxta pedem loqui 149.a
Peleus ſacerdos 221.b.c
Pellam habitant Chriſtiani 38 b
Pellicearum tunicarum ratio 168.a
pelliceæ tunicę expenſę 382.b
pellices Salomonis quid ſignificent 79.b
Pemphredon 91.d
Pentecoſte 349.a
Pepuza ciuitas 127.c
Pepuziani ibidem
Perditionis ſignificatio 171.a
Perça regio 141.b
Peripateticorum errores 5.a
Periſtera vox ſupputatur ex numero literarum 72.b.c
Periuria admittit Theodorus 344.b
Perpetius carnis interitus 27.a
Perſarum mos in pœnis ſumendis 191.c.d
Perſecutio ab Arianis 273.b
Perſecutionis fons 41.a
Perſequutio crudelis in Chriſtianos 224.a
Perſęi dogma 344.d
Peſtis vnde 198.c
Petronius Niger 1.d
Petrus epiſcopus Hippi Palæſtinę. 269.c
Petrus Alexandriæ archiepiſcopus. 221.a
Petrus Anachoreta 88.d
Petri principatus, & præſtantia 354.a
petri & Pauli obitus duodecimo Neronis anno 32.d
Petulant ia quãdo cœperit 2.a
Phadan 3.d
Phalangium tetragnathum 79.c
Phares quid 10.c.d
Phares in deſerto 3.c.d
Pharia inſula 399.a
Phariſæorum hæreſis 10.c.d
Phariſæorũ appellatio vnde ſit ibidem b.
Pheleg quid 342.d
Phibionitæ 23.c.d.26.a
Phibionitarũ oblationes 27.c.d
Phidiæ ſtatuarij factum 167.a
Philicadus epiſcopus Auguſtadarũ Phrygiæ prouinciæ 269.c
Philiſtiæa 5.d
Philiſtionis dogma 25.b
Philippus epiſcopus Hieroſolymitanus 196.b
Philippũ diaconũ non habuiſſe poteſtatẽ manꝰ imponẽdi 17.a.b
Philo herbarum naturas deſcripſit 1.d
Philonis ſcripta 36.d
Philoſabbatius Iudæus 131.b
Philiſtion fabulator 197.a
Philiſtion poeta Comicus 17. d 67.c.67.c
Philoſophi Græci ex Euangeliſtis offenſi 131.b
Philoſophorum decantatę hęreſes 4.a.b
Phœbus epiſcopus Polycbalandæ Lydiæ 269.c
Phœnicis hiſtoria 337.338.a.b
Phœneſſa metalla 221.d
Pholes 406. a Photiniani 255.b

Phylacteriorum significatum. 10.b.391.b
Physalus serpens 128.d
Physali dolositas 91.a.b
Phrygastæ 123.a
Phryges ibidem.
Phrygũ genus unde deductũ 3.b
Prygia combusta 122.a
Pierij ecclesiæ 224.d
Pilati acta 128.b
Pisæum simulacrum 167.a
Planetarum nomina apud Hæbræos 10.d
Plato contra seipsum 5.a
Platonis de Deo & animabus errores 4.d
Platonis doctrina ibidem
Platonis dogmata 344.b
Platonis doctrinam multas hæreses dedisse 64.a
Platonicorum dogmata 390.d
Plenitudo quid 214.b
Pneumatomachi 273.c
Pœnitentia vna saltem 151.c
Pœnitentiæ bonum 153.a
pœnitentiæ ratio 221.b
ob Pœnitentiam inter episcopos dissidium. 221.c
Poetarum fabulas resurrectionem adstruere 378.b
Pontifex Christus, quomodo dicatur. 364.b
Pontificum Romanorum series 32.d
Porphyrio 50.d
Porphyrius ex Euangelistis offensus. 131.b
Pollux episcopus prouinciæ secundæ Libyæ 269.c
Populi stoliditas cum pseudoprophetis 141.b
Porcorum submersio 201.a.
Posidonij Apamei dogma 345.a
Possibile omnipotenti Deo 320.b
Potamon Heracleæ episcopus 223.b
Potamonis libera lingua 223.b
Potestatis abusus 152.b
Potestatum cœlestium ac mundanarum ratio 89.c
Praxiphanes Rhodius 344.c
Præceptorum figuratorum rationes 166.d
Prædictio nu An scriptura quę sit ratio 85.d
Præputij resecti cura tio 402.c
Preces aliorum Audimi nõ admittunt. 255.a
Præcepta sacra 345.b
Primitiæ Christus quomodo dicatur. 389.b
Primogeniti appellatio 332.
Princeps mundi quis 210.a
Principum crucifixio 203.d
Principia omnium rerum exigua, tẽpore augescunt 280.c.d
Principia duo simul esse nõ possunt 91.c.d
de Principiis Manichęorũ stultitia 194.b
Priscilla prophetissa 123.a
Priscilliani 127.c
Priuatiué dictorum ratio 305.d
Proclianus 350.d
Prodici dogma 344.b
Promissio Dei intransmutabilis 35.d
Prophetæ quomodo Deum viderunt 252.c
Prophetas intelligentiæ prophetas esse, & non veritatis 43.d
Prophetæ futura velut præterita narrant 336.c.d
Prophetæ quomodo habeantur apud Manem 199.a.b
Prophetarum similitudo 125.a
Prophetarum probatio 123.c
Prophetas omnes & legem reiicit Marcion 92.d
Prophetas Deum vidisse 251.d
Prophetas ex bono Deo esse, Simon Magus negat. 18.a
apud Prophetas omnia in veritate dicta 124.d
Propheriam Ebionitæ reprobant 43.b
Prophetia donum virginitatis 332.a
prophetias in nostram fidẽ impleri 176.c
Protagoras Menandri, Abderita deos esse negat. 344.a.b
Prouerbiorum loci à paulo mutati 263.a
prouerbiorum ac parabolarum ratio 230.a.364.c
prunicus quid 17.c 23.d.82.b.83.a
psalmos confingere recentes 219.c
psalterij libri quinque 399.c
Psus 88.a
psus accipit Aexiomaticas partes 2.d
ptochotropheum 279.c
ptolemæus flosculus scholæ Valentini 252.d
ptolemęus episcopus Thmueos Augustonices 269.c
ptolemæi epistola ad Iudæos in Hierusalem 401.b
ptolemæi philadelphi bibliotheca 400.d
ptolemæi reges quot fuerunt 401.b
ptolemaitarum hæresis 65.a
publius episcopus 196.b
pueri compunctio 127.b
pueri conceptus 381.b
pueros saluos fieri 219.d
pueritia Christi 135.b
puluis hæreticorum collectus 141.c
pyrrha Deucalionis vxor 25.b
pyrrhonij 344.b
pyrrhon ab Elide nullũ dogma philosophorũ probabat ibi.b
pythagoræ doctrina 5.a
pythagoræ Samij hæresis 343.d
pythagoræ errores 5.a
pythagoricus quaternarius 53.b
pyxidis significatio 262.b

Q

Quadragesima 349.b
Quadrans 405.d
Quartadecimani 128.a.b
Quaternitatem inducẽtes 328.c
Quinta editio 403.a
Quintiliani 127.c

R

Rabboni 90.a
Rabbiaciba 68.a
Rana rubeta 186.b
Rapinæ vocabulum 365.c
Redẽptio mater inuisibiliũ 77.a
Redimere tempus 94.a
Reginarum appellatio & numerus sexagenarius 342.a
Regina quas partes occupauerit 2.9.
Regum Rom. successio 403.c.d
Religiosorum varietas 349.c
Resurrexisse Christum Cerinthus negat 349.c
Resurrectio animarum & transitus à corporibus in corpora 93.a
Resurrectio carnis, non spiritus 106.
Resurrectio de lapso & resurgẽte dicitur 172.a
Resurrectio probatur multis Scripturæ locis 380.d.381.a
Resurrectio corporum probatur ex libris Mosi 8.b
Resurrectio Christi qualis 380.a.b.
Resurrectionis rãtio 377.d
Resurrectionis testimonia 185.c
Resurrectionis imago 165.d
Resurrectionis modi duo 185.b
Resurrectionis mortuorum signum in libris Mosi 8.b
Resurrectionis Christi si qua 106.b
Resurrectionis mod⁹ 381.c. 108.a
in Resurrectione homines erũt sicut angeli 171.d
Rhinocoruta 215.d

Rhinocorurorum regio 386.a
Rhodanusia regio 71.b
Rhyacus 50.d
Romania 224 d.190.c
Romania Ariana hęresi polluta. 224.c
Romani episcopi autoritas 223.d
Romanorum Imperatorũ successio 369.c
Romanorum regum anni imperij 401.c
Ruffi, & Rubellionis cõsulatus 136.c

S

Saba quas partes susceperit 2.d
Sabaoth quid sit 89 d.28.a
Sabbatũ quid significarit 6.c.d
Sabbatum secundum primum 138.d
Sabbatum magnũ 216. c.48.c.d
Sabbati ieiunium cur fiat 92.c
Sabbati solutio ac reseruatio pro iusta occasione 215.c
Sabbata varia 48.b
Sabellius,& Sabelliani 158.d
Sabellij 387.b
Sabellij error 158.b.228.c
Sabitha 405.c
Sacerdotium 348.d
Sacerdotum ratio 144.a
Saclam 27.d
Sacrificiorum ratio 109.c
Saddai 90 a
Saddaria 50.a
Sadducæi vnde dicti 9.d.10.a
Sadducæorum doctrina 10.a
Secula Valentino excogitata 258.d
Secula triginta Valentini 50.a 53.b.d
Saites 405.c
Salem quæ ciuitas 144 a
Saluationis modi multi 214.b
de Saluatore opiniones diuersæ ac variæ 78.c
Saluatum neminem ante xv Tiberij annum 214.a
Salutis nostræ securitas vbi sita 375.a
Samaria accepit simulacra 7.b
Samaritæ ibi.391.b
Samaritæ secti in quatuor hæreses 9.b
Samosatæ ciuitas 187.b
Samosatitę ibidem
Sampsæi 141.b
Sanctus tergeminum 359.b
Sancti non adorandi 336.b
Sanguis locutus 185.a
Sapientia carnis quid 177.d
Sapientia multiplex est 229.c
Sapientię vocabulum 34.d
Sapientissimum silentium,vnde 73.a
Saracenia 190.b.c
Saraceni 3 d.48.d
Saratam 11.a
Sardica synodus 255.c
Sarmatas 224.d
Sarra resurrectionis typus 8.b
Sarræ castitas 363.d
Sataniani 338 b
Satanam quidam adorauerunt ibidem
Satales 88.d
Saton 405.b.c
Saturnilus hæreticus 19.a
Saturnilianorum hæresis 19.a
Scarabæi pilularij 89.c
Scolopendra 305.c
Scorpius geminum aculeum habet 151.b.c
De Scorpionum catena fabula 62.d
Scortatio apud Gnosticos honesta 25.c
Scortatio detestanda Valentinianorum 57.c
Scortatio prima cultus simulacrorum 352 a
Scortationis vitium 178 b
Scortationis horrendum exemplum 26.b.c
Scribæ quid apud Iudæos 10.b
Scriptoris veri officium 322.b.c
Scriptura ab hæreticis falsò detorta 73.c
in Scriptura diuina contraria nõ esse 252.b
In Scriptura ociosum nihil 342.a
Scripturæ contrariorum locorũ conciliatio 201.c
Scripturæ Valentini 54.c
Scripturæ mos 230.b
scripturæ oppositorum locorũ declaratio 247.a
scripturæ ab Ario detortæ 227. c.d
scytale serpens 161.b
scythianus 190.d
scythiani libri quatuor 191.a
scythiani mors repentina ibi.b
scythismus 3 b
scythica superstitio quando cœperit 5.c
sebuæi 7.c
sebuęorum dogmata 9.c
secta quomodo in carcere facta 221.c
secundianorum hæresis 63.a
sdec quid 10 a
seleuciæ Asperæ synodus 268.a
sem quas generationes produxerit. 386.d
sem filij 216 a
semiarij 260.c
semini humani esus 26.b.c
senarius numerus insignis 72.c
senarij numeri ratio ibidem
seneca episcopus Hierosolym. 196.b
sepis animalis natura 81.b
seppharuræi 7.b
seps vipera à putredine appellata 35.c
septuaginta discipuli 15.c
septuaginta duo interpretes quo modo vixerint 399.a
serapion episco. Antipyrgi Libyę 269.c
serapionis ecclesia 224.d
serapij simulacrum Athenis 161. b.c
seras episcopus ex Paratonio Libyæ 269.c
serpens æneus Mosis 83.a
serpens diabolus dicitur in scriptura 81.d
serpentis prudentia duplex 83. b.c
serpentis fraus 81.c
serpentem osculantur Ophitæ, & coluut 82.d
serpentium multiplicitas permixta 91.a
seth 27.d
eius puritas 86.d
seth sursum raptus 90.c
seth esse Christum 87.a
sethiani 86 b
sethianorum libri 87.a.b
seuerinus episcopus 263.a
seuerus & seueriani 118.b
serua dicitur Venus apud Ebręos 10.d
sexanguli ratio 342.b c
siccorum esus 349.b
sicima est Neapolis 338.a
siclus 405.c
signum primum Christus natali suo fecit 134.b
similis essentiæ significatio 272.c
similia de Christi natiuitate 228. b c
similitudinis,æqualitatis ac idẽtitatis ratio 283.d
similitudinis ratio 282.b.263.c
similitudinum vsus 366.a
similitudinum in scriptura ratio 325.c
simõ Cyrenæus passus pro christo 2.d
simon magus à Philippo baptisatus 17.a
simõ magus in medio vrbis Romæ collapsus,interiit 18.b

Simonis magi hæresis 17.a.b.c
Singularia pro pluralibus, & vicissim 201.d
Sirenes vocis iucunditate odiũ ergo homines occultant 173.d
Socrates Elmagli 343.d
Solis cursus ratio 254.b
Solitudo 348.c
Somni ratio 124.b
Sophistæ Theologi 173.c
Sophistæ velut pictores 173.d
Sor 11.a
Spiritus S. adorandus 276.b.373 b.c
Spiritus S. in columbæ specie apparuit 159.a
Spiritus Dei quomodo profunda perscrutetur 355.a
spiritus sanctus appellationes 126.d
spiritus immundi seipsos subuerentur 126.b.c
spiritum s. impugnantes 355.d
spiritum & mentem esse diuersa 376.a
spiritum s. non esse creaturam creaturæ 240.b
spiritus multi in scriptura 276.d 374.a
stater 374.a
stellio 128.a
stephanus episcopus Ptolemaidis Libyæ 269.c
stips Mariæ, liber 28.d
stoici refutantur 4.c
stoici quid de deitate sentiant 4.c
stoicorum placita 390.d
stranga fluuius 192.a
stratiotici 23.c.26.a
strato ex Lampsaco 344.c.d
sublimnisci nota 400.c
substantiarum nominis ratio 266.b
suedrorum ecclesia 351.a
syluanus Tarsensis 26.b.c
symbolum paruum 257.d
symeon episcopus Hierosoly. 196.b
symniachus episcopus 196.b
symniachi interpretatio 402.b
synaxis abominabilis 25.d
synodi circa paschatis festiuitatem olim congregatæ 261.a
synusis 353.a
syrorũ literæ apud Persas 194.a

T

Tabernaculum Christum repræsentare. 139.a.b
Talantium 406.a
Talentum 405.c
Talpæ descriptio 140.b
Tarsinus 350.c
Tascodrugitæ 123.a
Tascodrugitarũ appellatio 127.a
Tascus quid ibid.
Tatianus & Tatiani 119.a.b
Telaa 11.a
Tenebræ & peccati caligo 209.b
Terminus quæ potentia sit 53.d
Terræ diuisio inter tres filios Noe 215.d
Tessarescædecatitæ 128.a
Testamentum mortis 212.c
Testaméta ambo non esse vnius doctoris ibidem.d
Testimonium trium 354.b
Thaletis Milesij hæresis 343.d
Thamodan 50.a
Thardeadie ibidem.a
Thartuu 50.a
Theoctistus episco. Ostracines 269.
Theodorus Atheos 344.b
Theodotus Iohannis Euangelium negat 141.d
Theodotiani ibidem
Theodotionis editio 402.d
Theodosius episcopus Philadelphiæ Lydię 269.c
Theonæ ecclesia 224.d
Theophrastus Ephesius 344.c
Theras 87.d
Thermutis dea 334.b
Thersi mensis 9.c
Thessalorum lingua 87.d.88
Thiras 3.a
Thobel 3.a.87.d
Thomim 11.a
Thronus Dauid quid sit 36.b
Thracum appellatio 3 b
Thracum lingua 87.d
Thracum origo 390.b
Tibia, draconis imitamentum 24.b.c
Thobias episcopus Hierosoly. 196.b
Traditionem excedunt Ecclesię 250.c
Traditiones Iudæorum 101.b
Traditiones seniorum quadruplices 68.a
Traditionum vsus 157.a.201.a.b autoritas 144. b. ratio 281. d. 348.c
Transformatio Christi 248.c
Tria cana 405.b
Tria perfecta 236.d
Tribuum sacerdotalis ac regiæ cognatio 331.b
Tricenarius numerus in Scripturis 75 d
Trieritide 345.d
Trinitas in creatione 360.a
Trinitas semper cum propria gloria. 308.c.d
Trinitatis falsa opinio 377.c
Trinitatis sanctæ mysteriũ 372. 278.b
Trinitatis sanctæ mysterij explicatio 158.b
Trinitatis sanctæ personarũ distinctio 148.b
Troporum ratio 362.b.c
Tunicarum pellicearum ratio 174.b
Turpes hæretici 160.a
Typhlops serpens 157.c
Tyrbon discipulus Manis 192.a

V

Valens episcopus 196.b.c
Valens rex Arianus 233.d
Valens Pannoniæ episcopus 223.c
Valentini epistola 51.a
Valentinorum hæresis 49.c
Valentinorum differentiæ decẽ. ibidem
Valentinianorum dogmatũ inconstantia 61.d
Valesij 150.b
Vallis falsa 12.c
Vananin 50.a
Vaphris episcopus 196.b
Vbucua 50.a
Vduuac ibidem
Vduo ibidem.
Vcehame ibid.
Veneficium quando inceperit. 2.a
Venerem singulis diebus exercere 23.c
Verbum carnẽ assumpsisse 319.a
Verbi filij Dei epitheta 356.d
Verbi ad verbũ differentia 265.b
Veritas non fucata 238.b
Veritatis vindex Deus 266.a
Veritatis imago 72.a
Veritatis vis 79.b
Vestis vetus quæ 92.b
Vestibus an opus sit in die iudicij 37.a
Via regia quæ 155.a
Videmus & non videmus, quomodo intelligendum 367.c.d
Videre Deum 252.c
Viduitas 348.d
Vigiliarum imago 172 c
Vigiliarum noctis ratio 102.a.b
Vigintiduo capita 404.c.d
Vinum cur hominis mentẽ turbet 118.b.c
Vinum cur non bibant Encratitæ 122.b
à Vino abstinent seueriani 118.c
Vinnitius consul 136.c
Viperę natura 31.a
Viri appellatio de Christo 143.b
Viri à mulieribus seorsim degãt 340.b

340.b
Virgæ Moſis tranſmutatio 381.c
Virginitas à Gnoſticis ridetur 28.c
Virginitas interdicta apud Ebionitas 38.b
Virginitatis in Eccleſia ratio 125.b
Virginitatis laus 219.a.b
Virginitatis veræ ratio 161.a
Virginitati aduerſari 12.c
Virginitatẽ laudat Marcion 92.c
Virginitatem improbant Ebionitæ 42.b
Virginis appellatio 43.d
Virgines apud Gnoſticos quales 28.c
Virgines quę nubere iuſſæ à Paulo. 156.c.d
Virtutis multæ ſpecies ibi.
Vitalius epiſcopus 321.c
Vitę Chriſtianæ renunciationis ratio 338.c
Vitis ex ſemine diaboli 118.b
Vncia 405.c
Vnigenitus etiam omnipotens appellatur 310.d
Vnguentum euacuatum 341.b
Vnus Deus, & vnus Dominus, quomodo accipiendum 145.d 148.d
Vocatio noſtra non coacta primum 126.d
Vranius Tyrius 268.b.c
Vranius epiſcopus Tyri 269.c
Vrina ſe prolui 8.b.c
Vrſacius falſus teſtis 223.c
Vtres veteres qui 92.b
Vxor viri quæ 132.b
Vxores communes apud Valentinianos 57.c
Vxores communes habent ſecundiani. 64.a
Vxores patribus multæ non in vna domo 340.a

X

xenodochium 279.c
xenophanes Orthomenis Colophonius 344.a

Z

zachariæ cædis cauſa 28.d
zacchæus hæretic⁹ 346.a.369.a.b
zacchæi 26.a
zelus & Iechonias, idem 7.d
zembran 3.c
zenon Citienſis 344.d
zenonis stoici doctrina 4.c
zeno Eleates 344.a
zizaniorum parabola 209.d
zodiaci circuli ratio 75.b.c
zopyros veſpa 118.a.b
zoroaſtres 3.a

SCRIPTVRÆ LOCA *obſcura, quæ in hiſce libris declarata ſunt, ſequuntur.*

Ge.1. In principio creauit Deus cœlum & terram 75.c
Gen. 2. Faciamus hominem ad imaginem noſtram 20.b
Gen. 2. Hoc nunc os ex oſſibus meis 68.a.b
Gen.3. Immiſit ſoporem in Adã. 124.a
Gen.3. Etitis ſicut dij 81.c
Geneſis 3. Induit eos tunicis pelliceis 183.c.d
Gen.4. Vox ſanguinis fratris tui clamat ad me 8.a.b
Gen.6. Noe & illius vxore 25.b
Ge.38. de Thamat & selõ 28.c.d
Gen.49. Non deficiet ſceptrum de Iuda, &c. 13.d
Exodi.4. Ceſſauit ſanguis circũciſionis filij mei 46.b
Leuit. 12. Quod ſi quis cõtigerit, mortuum manebit, &c. 8.d
Num.19. Accipe mihi iuuenculam fuluam 47.b
Deut. 33. Quæro Rubim, & ne moriatur 8.b
Ioſue 7. Coccinum poſuit in feneſtra 27.c
Eſa.8. Accipe tibi fruſtum chartæ 47.d
Eſa.8. Puer natus eſt nobis 46.b
Eſa.26. Aperite portas 284.a
Eſa.28. Tribulatio in tribulatione 24.a.b
Hier.9. Aſcendit mors per feneſtras 8.d.9.a
Baruch 3. Homo eſt, & quis cognoſcet ipſum 44.a
Pſalm.1. Erit velut lignum quod plantatum eſt 27.c
Pſal.75. Tu cõtriuiſti capita draconis 30.a.b
Pſal.92. Dominus regnauit, decorem induit 244.a
Pſal.109. Ante Luciferum genui te 188.a
Pſal.138. In librum tuum omnes ſcribentur 47.d
Prouer.8. Dominus poſſedit me 231.b
Cant. 1. surge veni tu columba mea 153.d.154.a
Matth. 1. Ecce virgo concipiet, & pariet 47.b
Matth. 3. Ventilabrum habet in manu 55.a
Matt.5. Oculũ pro oculo 68.b.c
Matt.5. Nolite iurare, neque per cœlum, neque per terram 13.c
Matth.5. Habeto beneuolẽtiam cum aduerſario tuo 32.b
Matt.7. Non noui uos 236.b
Matt. 10. Eſtote prudentes ſicut ſerpentes 83.b
Matt.11. Quid exiiſtis in deſertũ vt videretis arundinem 27.a
Matth. 11. Quis ex vobis habet amicum 100.b.c
Matt.11. Venit filius hominis edens & cęt. 43.c
Mat.13. Gratias ago tibi pater, domine cœli & terrę 77.a
Matth.13. Omnis blaſphemia remittetur 142.a
Matth.13. Explica nobis parabolam zizaniorum 209.d
Matth.13. De fermenti parabola 59.a
Matt.15. Honora patrem tuum, &c. 66.b
Matt.19. sunt eunuchi ibi.c
Matt.19. Non omnes capiunt dictum hoc 213.d
Matthęi 22. Nemo bonus, niſi vnus Deus 240.c.357.a
Matt, 22. Neque matrimonium contrahunt 30.a
Matt.26. Pater tranſeat à me poculum hoc 242.a.362.
Matt.27. Deus meus, Deus me⁹ vt quid dereliquiſti me 243.a
Luc.1. Quomodo fiet iſtud, quia virum non cognoſco 44.a
Luc. 4. Proficiebat ſapientia & ætate 364.a
Luc. 5. Abi, oſtende teipſum ſacerdoti 98.b
Luc.5. Vt autem ſciatis quòd poteſtatem habet filius ibi.
Luc. 6. Et omnis turba quęrebat ipſum tangere 98.c
Luc.6. sufficiens eſt diſcipulo, vt ſit velut magiſter eius 48.d.48.a
Luc. 18. Magiſter bone quid faciendum mihi 103.b
Ioan.1. in principio erat verbum &c. 59.c
Ioan.1. Omnia per ipſum facta ſunt 59.d
Io.1 Quia prior me erat 235.c.d
Io.3. sicut exaltauit Moſes ſerpentem in deſerto 83.d
Ioan. 6. Niſi comederitis carnẽ meam 27.b
Ioan. 2. Quid mihi & tibi cũrę eſt mulier 336.a
Ioan.8. Vos ex satana eſtis 90.a
Ioã.8. Vos filij eſtis patris veſtri diaboli 85.a
Ioan. 10. Ego & pater vnum ſumus 150.a
Ioan. 10. Pater maior me 239.a 356.d
Ioan.13. Tradidit marſupiũ 85.b

Ioan. 17. Glorificaui, & rursus glorificabo 246.d
Ioan. 17. Velut, & ego, & tu vnũ 244.d
Ioan. 17. Da ipsis vitam habere in se ipsis 232.b.c
Ioã 20. Ianuis clausis venit 183.a
Ioan. 20. Ne me attingas 29 a
Ioan. 20. Vado ad patrem meũ, & patrem vestrum 239.d.240.a 304.d 305.a
Act. 13. Notum sit vobis tota domus Israel 235.d
Act. 7. Ecce video cœlum apertum 117.d
Act. 20. Vidi linteum demissum ex quatuor initiis 34.a
Act. 10. De esu carnium 44.b
Rom. 10. Debitor sum Græcis, & Barbaris 5.c.d
Rom. 7. Non enim quod volo, facio 169.a
Ro. 7. Ego autem viuebam sine lege 177.a
Rom. 10. Corde creditur ad iustitiam 12.d
1. Cor. 7. Vellẽ omnes esse sicut me ipsum 333.d
1. Cor. 9. Nùm boues curæ sunt Deo 108.c
1. Cor. 10. Patres nostri sub nube erant 108.d.
1. Cor. 11. Vir non debet comam nuttire 110.a
1. Cor. 14. Volo quinque verba mente mea ibidem
1. Cor. 14. Psallam mente, psallã spiritu 323.d
1. Cor. 15. Cur baptizantur pro ipsis 34 d. 35.a
1. Cor. 15. Oportet ipsum regnare 246.c
2. Cor. 12. Noui enim raptũ vsq; ad tertium cœlum 176.b.c
Gal. 3. Christ⁹ nos redemit 94.a
Gal. 4. Siquidem sunt qui dicuntur Dei 24.c
Gal. 5. Manifesta sunt opera carnis 107.a
Ephes. 4. Vnus Deus ex quo omnia 284.c.d
Eph 5. Redimẽtes tempus 94.a
1. Ioan. 4. Omnis spiritus qui nõ confitetur 29.d
Iudæ, Velut bruta corrumpuntur 28.b

INDEX RERVM MEMORABILIVM IN LIBROS D.

Theodoreti aduersus hæreticos descriptus.

Aaronis pœnitentia 528.a
Abrahę factæ promissiones cuiusmodi 421.a.b.c
Abrahæ polygamia 526.a
Abrahæ semen 421 b
Abraxax 487 c
Abstinentia quatenus Ecclesiæ probata 527.528.a
Achamoth. 489.a b
Acetum ex vino 420.c
Actorum locus 427.b
Adamantius 484 c
Adamas 490.b
Adamitæ 488.a.b
Adelphius 504.c
Ademes, Carystius,
Adonai 491.c
Adrianistæ 486 d
Adrianus hæret. 495.c
Aeon Valentini 488.c
Aeonũm fabulæ 511.c
Aetiani 501.d
Actius ibi.a.b
Agennesia 491.c
Agnus, & Ouis cur appellatus Christus 465.d.466.a
Agrippa Castor 487.c
Agrostis serpens 489.c
Aia 510.a
Alcibiades 497.a.b
Alda 494.b
Alexander faber. 6. hæreticus 495.c
Alexander pontifex 500.d.501. a.b
Ambrosij de Verbo incarnato sententia 429.a
D. Ambrosij locus 450.c. 474.d
Amphibia 511.b
Amphilochius episcopus 504.d
Ambrosij de Verbo Incarnato sententia 433.c
Ambrosij locus 453.b
Anastasis 521.a.475.c.d
Andæus Andiani 503.504.a
Angeli à deo facti 512.c
Angeli paruulorum quomodo videre faciẽ dei dicantur 422. 423.a
Angeli etiam quidam principes ogentium 512 c
Angelorum ministerium cuiusmodi ibidem.a
Angelorum myriades multæ 512.a
Angelorum natura, & Creatio ibidem
Angelis an visus Deus ante carnem assumptam 422.d
Angelis non tribuenda hominũ incontinentia 512.a
Anima hominis cuiusmodi, & ante corpus præexistat 514.a.b
Anima hominis vna tantum 435.b
Anima immortalis existẽs, quomodo mortem subire dicatur 450.b
Anima plantatis, vitalis, vegetatiua 435.a b
Anima præstãtior hominis pars 436.a
Anima pro corporis temperatura 514.
Anima quid. 514.d
Anima vna cum corpore crẽata ibidem.c
Animæ immortalitas, quomodo à philosophis asserta 514.a.b
Animæ propriæ quæ 442.c
Animam non solũ absque Corpore extremum iudicium subituram 522 a
Animam, vt peccati est particeps ita etiam supplicij participem fore 460.a
Animæ plurali numero pro hominibus 436.a
Animarum è corpore transitus, qualis in resurrectione futurus 522.a
Animales, & animam, etiam de malis dici 439.b
Antichristus cuiusmodi futurus 523.c
Antichristum quomodo Paulus descripserit 524.b
Antiochi episcopi locus 455.d
Antiochia ad Orontem fluuiũ 487.a.520.b
Antitactæ 491.b
Appelles hæreticus 493.b
Apis imitando scripturam sacro lecturo 479.b
Apum natura ibidem b
Apocalypsis locus 432 a
Apochrypha 499.c
Apollinaris episcopus 11. 492.a 499 a
Apollinaris hæret. 503.b
Apollinaris de Verbo incarnato sententia 454.b
Apollinaris hæresis 437.c
Apollinaris locus 457.c.477.c
Apollinaris scriptorum præstigiæ 435 a
Apollinaristæ alij. 504.a
Apollonides 496 d
Apollonius 499.a b

Apoſtoli, ſerui Chriſti 508.a
Arca, Chriſti typus 430.d
Archontici 490.a
Ardaban 496.c.d
Ariani 502.c
Arius 500.c. eiuſdē mors 501.b
Arij error 436.c.437.c
Ariſtotelis, prouidentia reprehenſa 515.a
Ariana ſecta bipertito diuiſa 502.c
Armenius 492.b
Artemon hæreticus 437.a
Aſclepiades 49.d
Aſcodrutæ Aſcodrupitæ 489.d
Aſperſiones veterum 528.a
Aſſimilatio, non idem quod natura 423.b
Athanaſij de verbo incarnato ſententia 428.c.431.c.d
Athanaſij locus 449.d
Athenodorus 497.c
Attici epiſcopi locus 457.a
Aurelianus 497.c

B

Baptiſandi ritus Eunomianorū 502.b.c
Baptiſmus, reſurrectionis Typus 521.a
Baptiſmi Vis & effectus 520.d
Barbeliotæ 490.a.b
Barbeloth ibidem
Barcabas propheta 487.c
Barcopti propheta 487.c 487.a.b
Bardiſanes 492.b
Baſilides hæreticus 437.a
Baſilij de Verbo incarnato ſententia 432.c
D. Baſilij locus 451.c.475.a
Benedictio prima, hominum generi data, quæ 525.c.d
Blaſtius 492.b.493.b
Borboriani 490.a.c

C

Caini 491.a
Calliſtus 499.c
Calx 420.c
Caniſtæ 486.d
Canius
Carnales etiam apoſtoli dicti 436.a.b
Caro domini panis & triticum appellata 424.b
Caro domini velum & veſtis dicta 423.c.d. & Indumentum 517.d
Caro etiam pro ſanctis 436.a.b
Carnem ſuſcepiſſe deū quomodo dicatur 435.a
Carnes qui dicti 435.a
Carpocrates 487.d
Caryſtius Ademes 491.c
Caſtor Agrippa 487.c.d
Cataphryges 499.a
Cathari 500.a Caulacua 487.c
Cerdo 492.b hæreticus 437.a
Cerinthus 496.b. quādo ſuam hæreſim ſparſerit 495.a.b
Chabrai Vicus 486.d
Character ſubſtantiæ dei Chriſtus. 508.c.1 col.
cherubim 512.b chrimatiſtis 8.c
Chriſtus cur ante paſſionem nū quam portis clauſis apparuerit. 453.b.c
Chriſtus cur cibo Vſus poſt reſurrectionem 446.a
Chriſtus cur non ſolum Deus ſed etiam homo appellandus 436.a.b.437.d.438.a. inde 440.b
Chriſtus cur totam naturam humanam acceperit 516.c
Chriſtus, Deus verbum homo factum 435.c.d
Chriſtus non ſolum homo, ſed & ſimul Deus appellandus ibi.
Chriſtus primitiæ eorū qui dormierunt 482.c
Chriſtus primogenitus ex mortuis, quomodo dictus 482.b.c
Chriſtus quatenus ſine patre, & matre 439.b
Chriſtus quomodo factus male dictum 429.c
Chriſtus quomodo imago patris 429.c.d
Chriſtus quomodo ſacerdos dictus 425.a
Chriſtus ſacerdotij Melchiſedec archetypum 439.b.440.a
Chriſtus ſemen Abrahæ & filius Dauid 426.b.c. Inde 441.b
Chriſtus vnigenitus dei filius 507.508.a Inde altiſſimus 508.a
Chriſti aduentus cuiuſmodi futurus ad Iudicium 482.a
Chriſti angor paſſionis tempore 518.a
Chriſti ante carnem ſuſceptam & poſt incarnati, diuerſa nomina 435.c.d
Chriſti cum Melchiſedech collatio 439.b
Chriſti diuinitas impatibilis 482.a
Chriſti facta non omnia tanquā regula 446.a
Chriſti humanitas, itémque diuinitas, quibus rebus declarata 449.a.455.c.d
Chriſti humaniratem qui negarint 437.a. item diuinitatē qui. eodem 440.c
Chriſti incarnatio nihil aliud quam vnio cum diuinitate 441.d.442.a
de Chriſti natura quomodo diſcerendum 443.d
Chriſti duæ naturæ 44.d.442.a
Chriſti nomen vnde 516.b
Chriſti nomina ipſi cum ſeruis ſuis communia 447.b
Chriſti poſt reſurrectionē corporis natura cuiuſmodi 446.b
Inde Chriſti ſacrificium 440.a
Chriſti ſacrificij typus Moſaica ſacrificia 445.c
Chriſti ſecundus aduētus cuiuſmodi futurus 522.d
chriſti ſeruatoris diſpēſatio ſiue incarnatio 516.a. Inde Chriſtum eam naturā ſuſcitaſſe, quam ſuſcepit 519.a
Chriſtum eundem & bonum eſſe, & iuſtum ibidem.b
Chriſtum perfectam humanam ſuſcepiſſe naturam 518.b
Chriſtum ſuſcepiſſe etiam animam cum corpore 518.a
Ioā. Chriſoſtomi locus 454.a.b
Cicuta quatenus bona 515.c
Clemens Stromateus 484.c
Cleobani 485.d
Cleobius 495.d
Cleomenes 499.b
Color baſij 490 a.b
Communis & proprij diſcrimē. 419.d
Continentia quatenus inter cōiuges licita 526.b
Cōtraria Cōtrariis curari 437.b
Copiæ 510.a
Cornelius Ro. epiſcopus 499. 500.a
Corpus deterior hominis pars 436.a
Corpus domini etiam poſt eius aſſenſionē ita vocari 447.a nec eſſe mutatum eod. Inde
Corpus domini, velum, veſtis, et indumentum, &c. dictum 423.b.c.424.b.434.b.c
Corporis & ſanguinis domini myſtica ſymbola cuiuſmodi. Inde. 471.c
Corporis humani formatio cuiuſmodi 514.a
Corporis naturam Chriſto cuiuſmodi, etiam poſt reſurrectionem 446.b
Corporis partium vſus laudabilis, & abuſus, cuiuſmodi 460.a
Corporis priuilegia cuiuſmodi 515.a
Corporis proprium quid 443.c
Corporis reſurrectio 467.b
Corpora ſanctorum quatenus

corpori Christi æqualia futura 447.a.b
Cossianus 489.c
Creationis materia cuiusmodi 510.511.a
Creationis opifex qui 510.a b
Cyrilli locus 455 c.457.a
Cyrtiani 502 b

D

Dæmones an ingeniti 512.d
Dæmones an iustè puniantur. 513.a
Dæmones suapte sponte mali. ibidem
Damasi episcopi locus 474.d
Danielis de Antichristo prophetia 523.c
Danielis locus 524.a
Daodes 504.d
Dauidis genus extinctum 426.a
Dauidis semen, & eidem factæ promissiones 425.b.c.d
Dauidis semen & regnum quomodo æternum 426.a
Dauidis pœnitentia 528 a,b
Dauidis factæ promissiones 518.b.c
Deffectio quid Paulo 424.b
Deipara Maria 505.b
Deus æternus 507.c
Deus ante carnem assumptam non visus angelis 422.d
Deus Creationis opifex 510.a. b. Inde
Deus cur omnia quùm possit, non possit peccare, &c 461.a
Deus in omnibus laudandus 514.a b
Deus inuisibilis, infinitus, incorporeus 507.a b.c
Deus inuisibilis quomodo visus 422.c.d inde
Deus Logos 444.d
Deus qualem animam susceperit ibidem.d
Deus quatenus videri ab hominibus dicatur 422.d
423.a. & angelis ibid.b
Deus tantum vnus 506.c
Deus verbum homo factum, Iesus Christus 435.c.534.c
Deus verbum immutabile 435.c 479.b:480.a
Deus verbum quomodo gustasse mortem dicatur 460.b
Deus vnum vniuersorum principium 506.c
Dei benignitas 486.a
Dei filius cur homo factus & appellatus 517.b
Dei nomina 510.a
Deo etiam Corporis membra attribui a scriptura 444.b.c
Deum incarnatum esse quomodo dicatur 420.b
Deum non esse malorum causam 524.a
Deum non solum creatorē esse omnium sed gubernatorem etiam 515.a
Dextra dei 453.a.b
Diabolus an ingenitus 512.d. 531.a
Diabolus cur non etiam mortis particeps effectus 460 d
Diabolus omnis vitij & iniquitatis pater & magister ibid.c
Diaboli casus ob superbiā 513. a.b
Diaboli de Christo testimoniū 508 a
Diaboli improba machinatio 495.a
Diaboli malignitas 486,c.a
Diabolo natura immortalis 460.d
Diabolum initio bonum creatum, sua sponte ad vitium declinasse 513.b.c
Diagoræ impietas 515.a
Dies pro passione 460.b
Diodorus episcopus 494.c 498 a. contra hæreses 484.c
Dionisius Alexādrinus episcopus 496 c.497 b.c
Diuina natura impatibilis 477. b. 482. a. item inuisibilis 422.c
Diuinam naturam circunscribi non posse 462.a
Diuinorum dectetorum epitome Theodoreti 484.c.506.b inde
diuinis scriptis adiicere aliquid vt insanum est, ita explicare eadem pium, & sanctum 496.d 470.a
Diuinitatis natura impatibilis 462.c
Doritæ 517.c
Dolio perforato haurire 424.c
Donatistæ 503.a. eotundem insania ibidem inde
Dositheus 495.c
Dosithiani 486 d
Duliani 503.a

E

Ebion 496.a
Ebionitæ ibidem
Ecclesiæ decreta non instar sententię pronuncianda 460.b 464.b.c Edesa 492.b
Elcesæi 497.a. Elcesai eodem
Elementa humani corporis cu iusmodi 4.514.b
Eleusius episcopus 501.d
Eloth, Eloi, El· 510.a
Emesa vrbs 478.a
Encratitæ 491.d.492.a
Encratitarum error 529.a.b
Ennea 488.a.b
Enthusiastæ 504.d
Ephrain Syrus 492.c
Epicuri impietas 515.a
Epigonius 499.a.b
Epiphanes 488.b.495 d
Eranistes quid 418.b
Esaye locus 424.a.426.c. inde
Esctinose 428.a.455.a.480.a
Essentia 419.c
Euangelium secundū hæbræos 496.a
Euangelium secundum Petrum ibidem
Euangelij locus 440.d.441.a. 446.a.46.a.b
Euchitæ 504.b.514.c
Eudoxiani 502.b
Eudoxius 502.a
Eunomiani 502.b.c
Eunomius 501.d
Eunomij hæresis 437.c
Eunuchi qui, & quatenus probati Christo 525.a
Euphrates Peraticus 491.c
Eusebius Cyzico præfect⁹ 501.d
Eusebius Emesenus 493.b
Eusebius phœnix 494.c. eiusq; de diuinitate inopatibili sententia 478.a
Eusebij duo 484.c
Eustachii de verbo incarnato sententia 431.b
Eustachii episcopi Antiocheni locus 449.b.452.a
Eutyches. Eutichyani 505.c
Futychistæ 486.d
Exaconitæ 502.c
Exodi locus 436.a
Ezechielis locus 513.b

F

Factum est 420.d.421.a
Fati fabulam per prouidentiam explodi 515.a
Fidei simplicitas 505.a
Fidei vere beatitudo quæ 456.a
Figuræ appellatio 438.b.c
Figurā non habere omnia quæ habet archetypum 440.b.438. c.439.c
Filii dei ingressi ad filias hominū non de angelis accipiendum 512 a.b
De Filio Dei orthodoxa traditio 507.d.508.b.inde
Firmilianus episcopus 497.c
Flauianus episcopus 504.c.eiusdem de verbo incarnato sententia

tentia 429.a.433.b
Flauiani locus 455.b.479.b
Florinus 492.b
Fœtum in vtero non prius quã formatus fuerit animari 514.d
in Forma dei esse 451.a
Fornicatio prohibita 527.a.b
Fraudatio quid Paulo, in coniugio 526.b

G

Gaius episcopus 496 c
Gelasij de Verbo incarnato sententia 429.a.b
Gelasij locus 476.c
Geneſis locus 419.d.423.d. 424.a.436.a
Genus 419.c
Georgius Laodicenus 494 c
Georgius contra hæreſes 484.b.c.
Germanica vrbs 501.c
Gitthæ 486.a
Gnostici 488.b.c
Gnosticorum hæresis 522.b
Gorthæus 495.d
Gortheni 486.d
Gregorius magnus 497.b.c
Gregorij Nazianzeni de Verbo incarnato sententia 428.c 432.c
Gregorij Nazianzeni locus 452 a.475.a
Gregorij Nisseni de Verbo incarnato sententia 433.a
Gregorii Nisseni locus 452.d 453.a

H

Hæreseon autores etiam apostolorum tempore 495.c
Hæreseon origo 418 a b. contra hæreſes qui potissimum ex Veteribus scripserint 484.b.c
De Hæresibus futuris etiã Christum prædixisse 498.c
Hæreticarum fabularum compendium 484.a
Inde, &c 484.c
Hæretici philosophis gẽtilium deteriores 514 a
cum Hæreticis agendi ratio optima quæ 437.a.b
Hebion hæreticus 484.c
Helena Simonis Magi 486.c
Helenus episcopus 497.b
Heracleon 489.c
Hermas 504 d. Manetis discipulus 494.b
Hermogenis hæresis 491.d
Hermopailus 496.d
Herodes Ascalonita 426.a
Hieremię locus 422.a.b
Hilarii locus 455.c.d
Hippolitus martyr 429.d.493.b
Hippoliti de Verbo incarnato sententia 430.d
Hippoliti locus 448 b.472.a
Hircorum duorum sacrificium mosaicũ Christi typus 465.c.d
Historiæ etiam figuræ 456.a
Hoc est corpus meum 424.c
Homo animal compositum, & ex quibus 435.d.436.a
Homo dei imago 439.d
Homo naturæ nomen 437.b.c
Hominis admiranda formatio 514.a
Hominis appellationẽ non minus quam dei Christo competere 436.b.437.438.a.440
Hominis, & filij hominis appellatio Christo cur suscepta 518.b
Hominis diuisio iuxta sacrã scripturam 516.c
Omiousios omousios 503.a
Hydroparastatę 491.d 492.a
Hymenæus 495 a b
Hypostasis 419.

I

Iacobus patriarcha polygamus 526.a
Iacobus quomodo frater domini appellatus 470.a
Ialdabaoth 510.b.513.c.d
Iao 489 a
Iaue 510.a
Iesus seruator 516.b
Iesu appellatio 435 c.d
Ignatius Antiochenus Episcopus, eiusque de Verbo incarnato sententia 429.d.430.a. inde
Ignatii locus 448.a.471 c
Imaginum à rebus quas significant discrimẽ 438.c.439.c 440
Immutabile esse, trinitatis commune 420.a.b
Imperatoris boni officium 440 c.d
Impietatis fundamentum iniqua vita 495.b.c
Incarnatio quid 422.a
Incarnationis Christi ratio 443.a
De Incarnatione Verbi Christi diuersæ hęreticorum sentẽtiæ 516.a
Indumentum pro Carne 423.b. c.444.c
Initiatis solum licitũ orare 528. c.d
Insufflatio dei in faciem Adæ, quid 514.d
Intercessoris appellatio diuersa Moysi & Christi 438 c
Intercessoris nomine & humanitatem, & diuinitatem significari ibidem.b
Ioannes Antiochenus 429.a.b
Ioannis Constantinopolitani de Verbo Incarnato sentẽtia 433.d
Ioannis episcopi Constantinopol. locus 470.c
Ioannis euangelistæ de Cerintho vaticinium 495.c
Ioannis locus 428.a.c
Iobi locus 514.d
Ioel 493.d
Irenæus 493.b.a. Polycarpo institutus 429.d
Ireneus contra hæreſes 484.b.c 486.487.a
Irenæi de Verbo incarnato testimonia 430.b
Irenæi laus 448.a.471.c.487.b
Isaac Christi typus 465.b.
Isiodorus hæreticus 487.c
Iudas proditor 491.b
Eius euangelium eodem fol.
Iudæorum patriarcha non ex Dauid.s cognatione, sed Herodis 426.a
Iustinus martyr, & philosophus 484.b.c 486.d

L

Labor viribus metiendus 459.a
Labyrinth⁹ origenis 496.497.a
Lotoius episcopus 504.d
Legis Veteris cũ noua lege collatio 520.b. inde
Leges vnicuiq; genetationi cõuenientes datæ 510.b
Linguæ ad piæ loquendum institutæ 484.b

M

Macedoniani. 503.a
Macedonius ibidem
Malachio 497.c
Maledicere, à Christianis alienum 422.c
Maledicere quatenus liceat ib.c
Manes hæreticus 437.a.b. præstigiator 484. c. eiusque hæresis 493 b
Manetis discipuli 494.b
Manichæorum nugæ 445.a
Manichæorum hæreſeos inuentor 418.a
Manus dei 507.b.513.c
Manuũ operatio pro affectione 514.a Marcellus hęreticus 497 d.437.a. Marciõ hæreticus 492. b.c.519.b.437.a
Marcionis secta in quot & quænam dogmata sit diuisa 493.b
Marcus hæreticus 489.c
Martyrium quanto studio expetendum 431.b
Masbothei 486.d

Materia creationis, cuiuſmodi 510.511.a
Matrimonium ab hæreticis dãnatum 524 d.525.a.526.c
Matrimonij benedictio 525.c
Matrimonij iteratio non improbata Paulo 526.527.a
Matrimonij laus ex nouo teſta. 526.a. Inde
Matrimonij lex à Paulo cõtinuata.525.a.b
Matrimonij ſcopus 526 a
Matthæi locus 425.a
Maximilla 499.a
Medendi diuerſa ratio pro morborum diuerſitate 457.b
Medendi ratio optima quæ ibid.
Media in rebus humanis cuiuſmodi & quæ 515
Medici munus 440.d
Melchiſedech quatenus Chriſti figura ibi.a
Melchiſedechi ſacerdotium 438 c.d
Melchiſedechiani 497.a
Meletiani 503.b
Meletius epiſcopus eod.
Mellis dulcedo 506.b
Menander hæreticus 437.a. 486.d
Meminx membrana 514.c.d
Menophantus Epheſius 501.c
Meſſaliani 504.b.520.d
Methodius epiſcopus 429.d
Methodij de Verbo incarnato ſententia 431.b
Michael angelus 512.c
Michaelæ 491.a
Micheæ locus 422.a
Miltiades 499.a
Mixtionis meræ ac pudicæ exẽpla 445.b
Modeſtus epiſcopus 493.b
Monaſtica vita non ex neceſſitate 428.429.a
Monoimus 491.d
Montaniſtæ 499.a
Montanus hæreticus ibid.
Morbi vtilitas 506.c
Mors Meſſor 512.a
Mors, peccati pœna 459.c.d
Mortis cur omnes ſimus facti participes 464.a.b
Mortis pater diabol⁹, mater peccatum ibidem.a
Moſaica ſacrificia Chriſti ſacrificij typus 465.c
Moſes quatenus interceſſor dictus & deus eod.inde 438.b
Moſis locus 512.a
Mulier adiutrix Vocata a Creatore 525.c
Mulieris vſus 512.a
Muſanus 492.a
Muſicorum mos 459.a
Mutationi naturæ conuenit appellationis mutatio 420.421.a

N

Nã aſini 490.a
Natalis 496.d
Natura velut ſtatuarius dei 521. a.b.
Nauatus 499.d.c
Nauati arrogantia 527.a
Nauatiani 499.d
Nazoræi 496.b
Nepos 500.a
Neſtorius 505.a
Nicea Synodus admirabilis 471 a.b
Nicolaus diaconus 498.d
Nicolaitæ ibidem.c
Noetus 499.b.
Nominibus perſonarum etiam corpus appellari ſæpe in ſcripturis 466.c.d.inde
Nuptiæ ſecundæ non improbatæ Paulo 526.527.a

O

O Aſis 505.c
Ophiani Ophitæ 490.c
Ophiomorphos 491.a
Opium quatenus bonum 515.c
Oratio initiatis ſolum conceſſa 528.c.d
Orationis Vis 504.b
Origenes 487.a
Origenis error 454.a
Orthodoxus 418.c

P

Panis appellatione corpus Dominum 424.b
Panis vitæ appellatio 447.d
Parcarum fabula 515.a.b.
Pati per conſenſum 478.b
Patroclus 499.a.b
Patrophilus 501.c
Paulus Samoſatenus 497.b
Paulus quando prædicare cœperit 437.a
Pauli locus. 421.a.c.422.a.c.423. c.424.425.a 426.c.427. b.c.428. b.429.c. Inde 528.b]
Peccatum non eſſe naturæ, ſed mali inſtituti 421.a
Peccatorum curationem omni doctrina Chriſti doceri 528.c
Pepuza vicus 499.a
pepuziani ibidem
Peratæ 491.c
Peraticus Euphrates ibidem
Perſicum ſuplicium 494.c
Petri locus 483.a
Phemionitæ 490.a
Philippus epiſcopus 493.b
Philumenes prophetia ibi.
Photina 490.a
Photinus hæreticus 437.a. 498.a
phyletus 495.b
pithon 493.b
Platonis de prouidentia opinio 515.a
Pneumatomachi 503.a
Pœnitentia cuiuſmodi ſacris literis approbata 4.527.b
Polemius polemiani 504.a
Polymorphos, quid 418.b
Potitus 493.b
prepon ibidem
Primogenitus ex mortuis quomodo dictus Chriſtus 482.b.c
Principium omnium vnum 506.d
Priſcilla 498.499.a
Proclus 500.a
Prodicus 488.a.b
prodicus filius transgreſſionis poſt baptiſmum factę typus 528.c
prognoſtici 497.a.b
promiſſiones Chriſti & Dei de certa beatitudine 522.c
proprii & communis diſcrimẽ 419.d
De proſelytis lex 520.a
proschitis 418.c
protarchon 490.b
prouidentia Dei omnia administrari inde 515.a.d 516.a
prouidentię Dei per omnia acquieſcendum 515.c
prunicos 490.b.c.d
pſaltis locus 419.d.422.b. inde 507.b.
pſatyriani 502.c
Ptolemæus hæreticus 489.c
Pytagorę metempſichoſis 488.a
pytagoricus quaternio 522. b.c
pytheciani 502.d

Q

Quarti decimariorum hæreſis 449.b.c
Quaterno pythagoricus 511.c

Queis

Quies labori interponenda 459 a

R

Rerum humanarũ diuiſio 515. b quæ bonæ, malæ, mediæ eod.
Reſurrectio Chriſti tanquam fideiuſſor communis reſurrectionis 482.c
Reſurrectio cur anaſtaſis Græcis 521.a
Reſurrectionis modus Ezechieli Viſus 521.522 a
Reſurrectionis mortuorum aſſertio 506.a
Reſurrectionis typus baptiſmꝰ 521.a
Reſurrectionis typus in ſeminibus ibidem.b
Reſurrectionem eſſe corporis, & animæ non diuinitatis 519. a.b
Reſurrectionem qui non crediderint 521.a
Rhodon contra hæreſes 484.b 493.b

S

Sabaoth 490.a.510.a
Sabbas 504 d
Sabellius 497 & 499.a
Sabellij error 436 437.a
Saddai 510.a
Sacerdotum proprium 425.a
Sacla. 493.d.513.d.514.a
Samana 491.a
Sanctorum corpora quatenus Chriſti corpori conformia futura 447.a b
Sanguis vuæ 424.a
Saturnilus 487.a.495.c
Scripturæ mos loquendi hominibus qualis 504.a
Scripturam lecturo apis inuitãda 459.a
Scythianus 493.c
Secundi hæreſis 489.b
Semei 418.a
Seraphim 512.b
Sermonis organa 514.a
Serpens æneus Chriſti typus 465.d
Serpentis ænei cultus 492.493.a
Seth 492.a
Sethiani 490.c.491.a
Seueri hæreſis 492.a
Seueriani eodem
Seueriani de Verbo incarnato ſententia 429 b
Seueriani epiſcopi locus 456.c 424.b
Simeones 504.d
in Similitudine hominis factus, quid 428.c
Simon Cyrenæus 487.b
Simon hæreticus 437.a
Simon Magus Samaritanus 484 b. eius hæreſis 486.b
Simoniani ibidem.d
Species 419.c
Spiritus S. 420.a
Spiritus idem per Euangeliſtas, & apoſtolos operatus 421.a
Spiritus ſancti dignitas 509.d
Spiritus ſancti ex deo, & patre ſubſtantia ibidem a
Spiritum quomodo patrem, & filium vocet ſcriptura 419 420.a
Splendor gloriæ dei Chriſtus 508.c
Sporacius 484.a
Stratiotici 490.a
Subſtantia 419
Superbia diabolo caſus cauſa 513.b
Simboli explicatio 471.a.b
Simbolæ corporis, & ſanguinis domini 422.a
Simmachus 496.b
Syneras 493.b
Syrus 501.d

T

Tabernaculum pro carne 479.d
Taſpyriani 502.d
Tatianus syrus 491.d
Technologia ex theologia 502 b
Templum dei 524.b
Templum pro Chriſti carne 431 c. ſine corpore 476.c
Tenebrarum Vſus 506.c
Teſſareſcœdecatitæ 499 b
Teſtamenti, & veteris, & noui vnus dator 520.a
Theodoreti aduerſus hęreſes XII. libri 509.a
Theodoreti de prouidẽtia libri 516.a
Theodoreti de Sancto ſpiritu libri tres 510.a
Theodoreti diuinorum decretorum epitome 484.c
Theodoreti eccleſiaſtica hiſtoria 501.c Theodoreti myſtici libri 520. d Theodoreti laus. in epit. Hermeti
Theodorus epiſcopus 429.c
Theodorus hæreticus 437.a
Theodorus Tomopſycus 501.d
Theodotus 489.c.496.497.a
Theognius Berinthius 501.c
Theophilus Antiochenus epiſcopus 491.d 493.b
Theophili epiſcopi Alexandrini locus 453. c
Thomas Manetis diſcipul. 494.b
Titus epiſcopus ibidem.c
Titus contra hæreſes 484.b.c.
Trãsformatio quid Paulo 521.c
Transgreſſionis poſt baptiſmũ factæ typus 527.b
Trinitatis commune, eſſe immutabile 419.420.a
Trinitatis tres hypoſtaſes 436.c
Trinitatis vna ſubſtantia, & immutabilis 419.b.479.b.504. a.b
Triticũ pro carne domini 424.b
Troglytæ. Troglodite 502.c d
Tygi appellatio 438.c.d

V

Valentinianorum hæreſes 448. b.c.
Valentinus hæreticus 347.a.b eiuſque hæreſis 488.b.c
Velum pro carne domini 423.b
Verbum dei filius cur dictus 408.c
Verbum provoluntate 514.a
Verbum quomodo Caro factũ 420 b. c. 421. b. 422. c. 427. d 428.b c
Verbi incarnatio quomodo ſanctis patribus intelligatur ib.c.d
Veritas natura & Deus & homo 438.c
Veritatis patroni officiũ 459.b
Veritatis potentiam per id quod fieri nõ poteſt, ſignificari 461.c
Veritatis vis 459.a
Veritatis vires firmę & ſtabiles 498.c
Viatorum mos 419.b
Vector Romanorum epiſcopus 496 d
Virginitatis vſus 525 b.c
Virginitas quibus damnata, aut approbata 524.d
Viſio pro fidei contemplatione. 509.a
Vita æterna cuiuſmodi futura 514.a
Vitis cur dictus Chriſtus 431.d
Vittum ex arena 420.c
Vnio quid 442.a
Vnionem eſſe inconfuſam diuinitatis & humanitatis in Chriſto 480.c Vſtio & vri, quid Paulo 526.d.527.a Vxorum multitudo cur veteribus promiſſa à deo 526.a

Z

Zachariæ locus 447.a
zenobia 497.a

FINIS,

Epiphanii Epiſcopi Conſtantiæ Cypri, contra

OCTVAGINTA HAERESES OPVS PANARIVM,

Siue Arcula aut Capſula Medica appellatum.

IANO CORNARIO MEDICO

Phyſico interprete.

QVVM Aggrediar fidem, itemque incredulitatem, rectamque ac diuerſam opinionem annunciare ac prodere, mentionem faciam principii iactorum mundi fundamentorum, & eorum quæ conſequuntur, non propriis viribus confiſus, neque à propria ratione concitatus, ſed velut Deus omnium Dominus ac miſerator ſuis Prophetis reuelauit, & per ipſos nos omnium cognitione, quantum humanæ naturæ poſſibile eſt, dignatus eſt. Et quum incipiam de his ſtatim conſiderare, primum quidem non in parua ſolicitudine conſtitutus ſum, verum etiam valdè timeo, vt qui moliar opus non vulgare. Et inuoco ipſum ſanctum Deum, & vnigenitum ipſius filium Ieſum Chriſtum, & ſanctum ipſius Spiritum, quò noſtræ tenuitatis mentē illuſtret, ad illuminationē cognitionis illorum. Græcorū equidē ſcriptores, poetæ & oratores, vbi fabuloſum aliquod ſcriptum aggrediuntur, Muſā aliquam inuocant, nō Deū: diabolica eſt enim ab ipſa ſapientia ac terrena, & non ex ſupernis deſcendēs, velut ſcriptum eſt. Nos autem inuocamus ſanctū vniuerſorum Dominum, vt adiuuet paupertatē noſtrā, & inſpiret ſanctū ſpiritum ſuum, vt nihil aſcititium in promiſſum ſctiptum comportemus. Atque hoc ipſum petentes, noſtræ inſufficientiæ nobis conſcii iuxta fidei mēſuram ac proportionē, ipſum nobis largiri obſecramꝰ. Sit autē ſcopus omnibus lectoribus de omni quæſtione, Quòd occaſionum & tēporum ſunt inuenta, quę exigua mens noſtra exercitata cō prehendere potuit. Et ſanè non omnino promittimus omnium quæ in mundo ſunt tractationē. Nā & ineffabilia ſunt & effabilia, inenarrabiliaque & numero incōprehenſibilia: & quātum quidē ad homines attinet, nemo ea aſſequi poteſt ſed à ſolo vniuerſorum Domino cgnoſcuntur. Verum promiſſio noſtra habet, de differētia opinionum ac notionum, profeſſionúmque fidei ex Deo, & incredulitatis, ſectarum item, & falſæ humanæ mentis opinionis, ab erroneis viris in mundo diſperſæ, ab eo tempore quo homo formatus eſt in terra, vſque ad noſtra tempora, hoc eſt regni Valentiniani & Valentis annum vndecimum, & Gratiani ſeptimum. Porrò quæ à nobis ad legentium notitiā peruenient, ea partim ex diſcendi ſtudio nouimus, partim ex auditu percepimus, in quædā vero propriis auribꝰ ac oculis incidimꝰ Et quorundam quidem radices & dogmata, exacta narratione nos tradituros eſſe confidimus, quorundam vero partem aliquam, prout facta ſunt. atque hæc partim ex libris veterum ſcriptorum, partim ax auditu hominum, qui menti noſtræ exactam fidem fecerunt, nouimus. Hoc autem totum opus collegimus non per nos ipſos aggreſſi, non promiſſionibus noſtram dicendi tenuitatem excedentibus immorati. Nam & hunc ipſū ſermonem, quem Deo volente componere inſtituimus, viris philoſophis, aliàs aliis debilitatem noſtram pūgentibus, et velut loris, vt ita dicam, inſtigantibus, adorti ſumus, velut veſtra præſtantia per prophetiças nobis litteras ſcribens petiuit ac expoſtulauit, ô venerandiſſimi ac optimi fratres Acaci et Paule in presbyterio conſortes. Quandoquidem igitur vndiquaque non ſine Deo petitionum ſuffragiis conſideratis, propter excellentem ſeruorum Dei dilectionem huc deſcendere dignus factus ſum: non per verborum eloquentiam, non lepiditate aliqua dicendi, ſed ſimplici loquendi idiomate, ſimplici ſermone, certitudine vero eorum quæ ſermone declarantur, dicendi initium faciam. Et Nicander quidem ſcriptor beſtiarum et reptilium naturas cognitas fecit. Alii vero ſcriptores de radicibus ac herbis prodiderunt, velut Dioſcorides materiarius, Pamphiluſque, ac Mithridates rex, Calliſthenes et Philo, Iolaus item Bithynus, et Heraclides Tarentinus Crateias herbarius, Andreas, Baſus Tylius, Niceratus, Petronius Niger, Diodotus, et alii quidam. Eodem modo etiam nos ſectarum radices et opiniones reuelare conantes, non in detrimentum legentium, ſed velut relati ſcriptores ſtudio habuerunt, non vt malum indicarent, ſed ad timorem et cautionem humanæ naturæ, vt mala & pernicioſa cognoſcerent homines, ſèque præmunirent, & per potentiam Dei effugerent, per animaduerſionem et repudiationem. At ſi qui in talia iam inciderint, et ab eiuſmodi inſidias pertuliſſent, aut per inſufflationē, aut per morſum, aut aſpectū: iidē de his ſoliciti, auxiliares radices ac herbas præſcripſerunt, ad predictorum reptillium improbitates irritas faciendas. Sic etiam nobis ſtudium eſt, per relatorum et veſtram dilectiſſimi fratres exhortationem, vt malorum reptilium ac beſtiarum, tum formas triſtes, tum morſus lethales reuelemus. Ad oppoſitionem vero horum, quæcunque poſſumus in compendio dicere, vnum atque alterum verbū, ad

Muſarum inuocatio

r

Proponit de quibus ſcribat

epiphanii ſæculum.

ſcriptores materiæ medicę.

repellendum ipſorum venenum,& ſeruandum eum qui Dominum ſequi vélit,ſiue ex ſua ſententiam ſiue inuitus in eadem reptilia hęreſeon ac ſectarum dogmata illapſum,inſtar ātidotorum apponemus Etenim ab initio Adam ſexta die formatus è terra,& accepta inſufflatione vificatus eſt.Non enim velut quidam putant à quinta die incæpit,& in ſexta formatus eſt.decepta eſt enim mens eorum qui hoc dicunt.Erat autem ſimplex & innocens,non nomen aliquod aliud adeptus,non opinionem, non doctrinam,non vitæ diſcretionis appellationem nactus,quàm Adam tantum vocatus,quod hominẽ interpretari poſſis.Huic formatur ex ipſo ſimilis ipſi vxor,eodem corpore, & eadem inſufflatione, filij vero gignũtur huic maſculi ac fœmellę.Et vbi vixiſſet annos noningẽtos trigīta,naturæ debitũ exoluit Hujus filius fuit Seth,huius vero Enos,& per ſucceſſionem Cainan,Malaleel,Iared.Quemadmodum autem traditio habet quæ ad nos deuenit,hinc incæpit fraus in mundo fieri: & ab initio quidem per inobedientiam ipſius Adam,deinde per ipſius Cain parricidium. Nunc autem in temporibus Iared, & vltrà,veneficiũ,incantatio,petulātia,adulteriũ & iniuſticia.Nõ opinio aliqua alia,non doctrina immutata,ſed vna lingua,vnum genus in terra illo tempore diſperſum.Huic Iared naſcitur filius nomine Enoch,qui complacuit Deo,& non,reperiebatur: tranſtulit enim ipſum Deus,& non vidit mortem. Enoch autem genuit Mathuſala,Mathuſala Lamech,Lamech Noe.Et iuſtum dei iudiciũ,aquæ innũdatione orbi terrarum inuecta,omnem hominum & aliorum animantiũ carnem deleuit.Seruauit autẽ in arca per præceptum ipſum Noe,qui complacuit ipſi,& coram ipſo gratiam inuenit. Seruauit item tres filios ipſius,Sem,Cham,Iapheth,& propriam eius coniugẽ,& trium filiorũ tres vxores,vt hominum animæ octo in arca tunc ſeruatæ ſint à diluuio aquæ. Et de enim genere ferarum & animaliũ,tum pecorum,tum aliorum in terra,ad conſtitutionem rurſus ſubſtantiæ omnium in mundo, de quibuſdā bina & bina,de aliis ſeptem & ſeptem. Atque ſic præteriit decima generatio,per annos bis mille ducẽtos ſexaginta duos.Et inũdatio ſedata eſt.Et Noe ac domus eius,reliquiæ mundi manſerunt.Nondum autem erat diuerſa opinio,non gens aliqua diſcors,non nomen hæreſes,imò neque idololatria.Quando veto vnuſquiſque homo iuxta propriam opinionem procedebat,Lex enim vna nuſquam erat,quiſque enim ſibi ipſi lex erat,& pro propria ratione pergebat,quemadmodũ apud (Apoſtolum vſus eſt, non ſolum barbariſmi: ſed etiam aliarum ſectarum. Ait enim.in Chriſto enim Ieſu,non barbarus,nõ Scytha,non Græcus,nõ Iudæus.) quum Barbariſmus tunc appellabatur in decẽ generationibus tẽplis cognomen. Poſt diluuium vero tequieuiſſet arca Noe in montibus Ararat per mediam Armeniorum & Cardyentium terram,in monte Lubar appellato,iſtic prima habitatio hominum fit poſt diluuium. Et illic Noe propheta vineam plantat, & loci habitator fit. Naſcuntur autem filiis eius, ipſe enim non amplius generauit filii & filiorum filii, vſque ad quintam generationem,annis ſexingentis quinquaginta nouem,præter Sem. Secundum conſequentiam verò ſermonis, genealogiam vnius filii recenſebo.Sẽ itaque genuit Arphaxad,Arphaxad,Cena Hala,Hala Heber pium & religioſum,Heber Phalec,& nihil erat in terra,non hæreſis,non opinio alia atque alia,ſed ſolum homines vocabātur vnius labii & vnius linguæ:Erat autem ſolum impietas & pietas,lex naturæ & vniuſcuiuſque voluntatis propoſitum ſecundum naturam,& neque à doctrina, neque ex libris ſcriptorum error & ſeductio non iudaiſmus,non hæreſis alia aliqua,ſed ſicut nunc eſt fides, quæ iam in ſancta catholica Eccleſia verſatur,quæ ab initio fuit, & poſtea rurſus reuelata eſt Si quis enim pro veritatis ſtudio experidere velit,ſancta & catholica Eccleſia principium omnium eſt, ex hoc nimirum ſcopo. Adam protoplaſtus formatus eſt,non circumciſus,ſed carne præputium habens.Non autem erat idololatra, et nouit patrem Deum,et Filium,et Spiritum ſanctum.Propheta enim erat.Itaque quum non haberet circumciſionem,non erat Iudæus: et quum ſimulachra non adoraret,aut aliud quid,non erat idololatra.Propheta enim erat Adam,et nouit quod Pater dixit Filio,Faciamus hominem.Quid igitur erat? Neque circumciſionem habens,neque ſimulachra colens,ſed Chriſtianiſmi formam oſtendens,Sic etiam de Abel,et de Seth,et de Enos,et de Enoch,er de Mathuſala,et de Noe,et Heber,vſque ad Abraam accipiendum eſt.Operabatur autem tunc et pietas et impietas,fides et incredulitas,fides quidem Chriſtianiſmi imaginem continens: incredulitas autem,impietatis & iniquitatis formam exhibens,contraria legi naturæ,vſque,ad præiudicatum tempus.Quinta igitur generatio poſt diluuium,quum multiplicarentur iam homines,ex tribus filiis Noe,per ſucceſſionem filiorum filii geniti ſunt ſeptuagintaduo numero,principes & capitanei in mundo. Quum autem ſe extenderent, & vltra procederent à monte Lubar ac finibus Armeniæ,hoc eſt à regione Ararat,conſiſtunt in campo Senaar, quem ſanè delegerāt.Situs eſt autem campus Senaar nunc in regione Perſica,quæ olim erat Aſſyria.Illic itaque coniuncti conſilium inter ſe ineunt,de ædificanda turri ac vrbe. Verùm à regione ad Europam in Aſiam declinantes, appellati ſunt omnes iuxta regionis appellationem Scythæ. Extruunt autem turrim,& ædificant Babylonem,& non habuit complacentiam Deus in opere dementiæ ipſorum diſperſit enim & diuiſit ipſorum linguas,& ex vna in ſeptuagintaduas diſtribuit, iuxta numerum virorum tunc repertum.Vnde & Meropes hi vocati ſunt,propter diuiſam vocem.Et turrim quoque ventorum impetu euertit. Diuiſi igitur ſunt per omnem terram,ad dextram ac ſiniſtram, partim reuerſi vnde proceſſerant,partim vlterius ad orientem progreſſi. Alii vero Libyam occupauerunt, vt etiam ſi quis de his certior fieri velit, inuenerit ſanè ſingulos qui ſeceſſerunt in ſingulis patriis, quomodo ſortem acceperunt. Sic Miſacem ſuſcipit Aegypti ſortem,Chus Aethiopiam,Pſus Aexiomaticas partes,Regma & Saba partes ad Garamorum regionem ſitas. Et vt ne in longum extendam hic proœmium,redibo rurſus ad propoſitam,& ſecundum ſucceſſionem rurſus conſequentiām apprehendam Inter Heber & Phalec, & turris ædificationem, & primam vrbem poſt diluuium extructam,in ipſa

ædificatione

Mundum ordiiex

ædificatione principium de cætero consultationis accipit Nebroth, de congregatione ac tyrannide Nebroth enim regnat, filius Chus Aethiopis, ex quo natus est Assur. Huius regnũ in Orech fuit, & in Arphal ac Chalamia. extruit autem & Thiras, & Thobel, & Lobon, in Assyriorum regione. Hunc dicunt esse Græci Zoroastrem, qui vltrà progressus ad orientales partes, Bactra inhabitãt. Hinc iniquitates in terra distributæ sunt, Inuentor enim hic fuit malæ doctrinæ, astrologiæ & magiæ, velut quidam de hoc Zoroastre tradunt. Verum vt rei veritas habet, hoc tempus ipsius Nebroth gigãtis erat. non longe autem inter se ambo distant tempore, Nebroth & Zoroastres. Phalec autem genuit Rhagan, Rhagan Seruch, quem interpretari possis irritationem. Et incœpit inter homines idololatria ac Græcismus velut cognitio quę ad nos deuenit, habet. Nondum autem in statuis & in sculpturis lapidũ aut lignorũ aut ex argento & auro, aut alia materia factis, sed solũ per colores & imagines, hominis mens in seipsa maliciam excogitauit, & per liberũ arbitrium rationisque ac mentis vim, pro bonitate iniquitatem reperit. Nascitur ipsi Seruch filius Nachor, Nachor autem genuit Tharra. Hinc fieri cœperunt statuæ, ex luto ac arte figulari, per industriam huius Tharra. Durauit autẽ hoc studiũ in vigesimam generationem vsque ad hunc, annis ter mille trecentis triginta duobus. Et nullus vnquam ex prioribus hominibus filius ante patrẽ mortuus est, sed patres ante filios vitam finientes, filios successores relinquebant: & nequis dicat de Aber, nõ enim morte propria mortuus est, donec Tharra ęmulũ Deo per propriã versutiã cõmentus erexit. & ex vltione similia his quæ fecit recepit, dum etiam ipse per proprium filiũ ad æmulationẽ prouocatus est. Vnde admiratione ducta diuina scriptura adnotauit dicẽs: Et mortuus est Arrã in conspectu Tharra patris, in terra natiuitatis suę. Vsque ad hunc permãsit Scithica quędam successio ac appellatio, Nondũ autẽ erat aliqua hæresis, nondũ inuentũ aliquod aliud, quàm sola scortatio, & excogitatio simulachrorum. Et postea deificarunt aut infœlices tyrannos, aut præstigiatores spectra orbi terrarum exhibẽtes, moniměta ipsorũ venerantes, & lõgo tempore postea Saturnũ & Iouem, Rheãque ac Iunonem, & alios deinceps. Deinde vero Acinacem coluerunt ex Scythis Sauromatæ, Odrysumque Thracum primum patrem, ex quo Phrygum genus deducitur: vnde & Thraces à Tharra cognomento appellantur, qui in turris ædificatione genitus fuit. Processit autem degenerauitque omne tempus, hinc erroris initio sumpto vsque ad prædictum tempus, vias deinceps inquinans. Scriptorèsque ac historiographi hinc initium sumpserunt, ab Aegyptiorum fabulis deditæ gentis errore collectione facta, vnde sanè veneficia ac magiæ repertæ sunt. Translata autem sunt hæc ad Græcos ab ęrate Cecropis, Et erat hoc tempore Ninus in Assyriis, & Semiramis, contemporanei ipsi Abraam, & Aegyptiorum octauus & decimus potentatus. In Sycione autem tunc solum regnabant, cuius regni initium fuit Europs. Et Deus diligit ipsum Abraam, eadem sanctæ catholicæ & apostolicæ Ecclesię forma in pręputio fidelem, & in pietate perfectissimum, in scientia prophetam, in vita euangelicam habentem conuersationem. Domi enim pater honorum fuit, & vocatus est per verbum, & domesticis suis renunciauit, & vocanti obediuit, velut Petrus & Andreas, & Iacobus ac Ioannes. Et vt ne rursus longam faciã orationẽ, in sũma dicam. Quũ ad ános nonaginta nouẽ peruenisset hic propheta, à Deo respõsum accipit de circumcisione, & hinc incipit forma Iudaismi post Gręcismum. Et erat à iactis fũdamẽtis mũdi vigesimaprima generatio. Anni vero ter milleni quadringenti triginta vn⁹: & Iudaism⁹ initium accepit. Scythismus enĩ à diluuio vsque turrim & Seruch fuit, a Seruch autẽ vsque ad Abraam & huc Gręcismus. Ab Abraam vero nondum cognomẽ hęresis erat: sed solum qui eandẽ pietatẽ habebant, Abraamiçi ab Abraam vocabantur. Filii vero huic fuerunt octo: sol⁹ autẽ Isaac hęres erat, propter eũ quod & ex sententia patris vitam degebat, pietati intentus, & iuxta promissionem Dei patri donatus erat. Habebat autem ante hunc Ismael ex ancilla Agar. Chettura vero peperit ipsi filios sex, qui dispersi sunt in fœlicem appellatam Atabiam: Zembram, & Iezan, & Iesboc, & Soye, & Emmadem, & Madiam: & qui ex ancilla natus est, nomine velut dixit, Ismael. Occupat autem hic & extruit appellatam Phares in deserto. Nascuntur autem huic filii numero duodecim, ex quibus sunt tribus Agarenorum, siue Ismaelitarum, qui nunc Saraceni vocantur. Isaac vero gignit filios duos, Esau & Iacob, & appellabatur tunc genus piorum Abraamęi & Isaacii. Quum autem separatus esse Esau ad Idumęam ac meridiem ipsius Chanaan sitæ regionis & orientalis, habitator fit montis Seir, & ciuitatem extruit Edom appellatam. Huic autem gignuntur filii, & præsunt Iddumęę singulis iuxta successionem, qui etiam Edom appellabantur, Ex quo quintus est iuxta successionem Ioe, subtracto Abraam ex hoc numero, & ab Isaac numeratione facta. Isaac enim genuit Esau, Esau Raguel, Raguel zara, zara Ioe, prius quidem vocatum Iacob, postea vero appellatum Ioe, paulò ante tentationem quæ ipsi accidit. Vigebat autem circumcisio. Iacob porrò fugit iram Esau fratris sui, ex consilio patris & matris, in Mesopotamiam Phadan, vltra Mesopotamiam Susoba: & ducit illinc vxores ex propria cognatione quatuor, quæ pariunt ipsi filios duodecim, Patriarchas appellatos. Quum vero reuersus esset ad Chana antidem terram, ad patrem suum Isaac, ac matrem Rebeccam, visum ipsi obuenit ex Deo, iuxta Iordanis excursus, vocant autem torrentem Iacob, vbi vidit castra angelorum. Et ecce inquit, homo à vespera, & colluctatus est ipsi vsque ad auroram: quem angelum significauit Scriptura, qui per benedictionem dat Iacob dignitatis nomen, Israel videlicet. Quum autem illinc transiisset Iacob, nominauit nomen loci, Speciem Dei. quoniam qui ad ipsum per benedixionem dixerat, Non amplius vocabitur nomen tuum Iacob, sed Israel vocabitur: ita distinxerat dicens, Fortis fuisti cum Deo, & cum hominibus potens eris. Ab hoc tempore Israelitæ appellantur. Et ipse Israel post descensum Ioseph in Aegyptum, descendit quoque cum vniuersa domo sua, filiisque & nepotibus, eorundemque vxoribus atque alijs, cum septuaginta animis. Moratum est autem genus Israel in regione

Patres ante filios morieban tur.

Scythiſm⁹

Tracum appellatio.

Iudaiſm⁹.

Agareni. Saraceni.

Iſraelitæ.

Aegyptiorũ per generationes quinque. Iacob enim genuit Leui & Iudã, & reliquos decẽ patriarchas. Leui autem genuit Gaath, Iudas vero genuit Phares. Caath genuit Abraam, Abraã genuit Moſẽ. Phares autem genuit Eſrom, Eſrom genuit Aram, Aram genuit Aminadab, Aminadab Naaſſon, tẽporib⁹ Moſis. Et Naaſſon quinta generatio eſt ſecundum Leui. Exit Iſrael de terra Aegypti per rubrũ mare in
Inachus. ſignis ac miraculis Dei, & caſtrametatur in eremo Sina. & reſponſis datis ex Deo ſeruo ipſius Moſi, vt numeraret à viginti annis vſque ad quinquaginta, viros qui poſſent educere gladium: ſumit arma bellica, reperitque virorũ myriadas ſexaginta duas, hoc eſt ſexcenta viginti milia, inſuperque octo mi
Io ſiue Atthis & Iſis. lia & quingentos. Illo porrò tempore erat Inachus apud Græcos notus, cuius filia Io, quæ & Atthis appellatur, de qua etiam Attica regio vocata, ex quã item Boſporus, & eiuſdem nominis ciuitas Boſporus in ponto Euxino nominata. Appellant autem ipſam Aegyptii Iſim, eamque velut deam adorant. Illi vero cognouimus eſt etiam fluuius, Inachus appellatus. Atque hinc initium habuerunt myſteria & traditiones de diis apud Græcos, prius apud Aegyptios & Phrygas, Phœniceſque & Babylonios male excogitata, & ad Græcos tranſlata, de Aegyptiorum regione à Cadmo & ipſo Inacho, qui prius Apis vocatus fuit, & Memphin ædificauit. Sed & ab Orpheo & quibuſdam aliis eadem myſteria initium ſumpſerunt, & in hæreſes ac ſectas compoſita ſunt poſtea ab Epicuro, & zenone Stoico, & Pytha gora, ac Platone. Et quo tempore cœperunt corroborari, vſque ad tempora Macedonica & Xerxis regis Perſarum, poſt expugnationem. Hieroſolymorum primùm, & captiuitatem Nabuchodonoſor, & vſque ad tempora Darii. & Alexandri Macedonis. Plato enim illo tempore notus erat, & qui eum præceſſerunt, Pythagoraſque & poſtea Epicurus. Vnde ſanè, velut dixi, occaſionem ſumpſerunt, & ad ſta tum peruenerunt ſcripta, ac libri apud Græcos. At poſt hoc tempus decantatæ hæreſes Philoſophorũ inter ſe errore quidem conuenientes, & eadem via procedentem ſcientiã idololatriæ ac impietatis cõtexentes: verum eodem errore in ſeipſas confractæ, altera ab altera differunt.

Stoicorum hæreſis, ex ordine quinta.

ET Stoici quidem de deitate hoc ſentiunt, Deum dicunt eſſe mentem, quæ ſit vniuerſæ huius viſibi lis molis, cœli videlicet ac terræ, & aliarum rerum, velut in corpore anima. Patiuntur autẽ iidem vnam deitatem in multas partialas eſſentias, in ſolẽ & lunã, & ſidera in animam & aerem, & alia. Trã ſitus item tradunt animarum à corpore in corpus, vbi de corpore decedunt. Eaſdemque corpora ingre di ac rurſus generari dicunt, & per multum errorẽ hanc impietatẽ rexexunt: partem autem Dei & immortalem animam ducunt. Habuerunt principem zenonem ſuæ ſtoæ ſiue porticus, de quo multa narrantur. Alii enim dixerunt, ipſum Cleanthis cuiuſdam filium à Tyro oriundi. alii Citienſẽ ipſum dicunt ex Cypro inſularẽ, & Romæ aliquandiu vixiſſe, poſtea verò Athenis hoc dogma propoſuiſſe in
Stoici refutati. porticu, ſtoa Græcis appellata. Quidam duos zenonas eſſe aut, alterum Eleatem, & prædictum: & tamen ambo ſic docuerunt, etiam ſi duo fuerint. Aſſerit igitur etiam hic materiam cõtẽporaneam Deo appellandam eſſe, vna cum aliis ſectis: fatum itẽ eſſe, ac generationẽ, ex quo omnia gubernantur, ac afficiuntur. Quomodo igitur cõpendiaria hęc noſtra tractatio, aduerſus hui⁹ vitia, auxiliare medicamen tum recenſere poterit? ita vt nõ multo minor magnitudine rei fiat defenſio? Verùm ſummatĩ vt ne om nino tranſcurram, ad hunc dicam. Vnde accepiſti, ô bone, huius doctrinæ narrationem? aut qualis ſpiritus ſanctus cœlitus te alloquutus eſt, de tuo errore? Duo enim ſimul cõtẽporanea, materiam & Deum violenter aſſeris. Cadet autem, & incõſtans eſt ratio tua. Confiteris enim quendam eſſe opificem, quem etiam omnipotentẽ dicis, hunc vero in multitudinẽ deorũ diuidis. Cuius autem opifex, ſiue contemporanea fuerit materia ipſa? Erit enim per ſe ſui ipſius domina, quæ à nulla cauſa principiũ accepit, & nemini ſubiecta eſt. Si vero opifex ab hac accipit tutellam, qui ipſã reperit, imbecillitas quæ dã fuerit, et collatio ei qui contribuit, propter inopiam, quo nõ ex propriis, ſed ex alienis ſubiectis, proprium opificium producat. Et de animarum tranſitione à corporibus ad corpora, multa eſt adulteratæ mentis tuæ peruerſitas, o tu vltronee ſapiens, qui ſcientiam apud homines iactas Si enim pars Dei eſt, & immortalis. corpora vero miſerabilia, non ſolum ferarum & reptilium, & omnis generis beſtiarum viliſſimarum, formationis ipſius coniungis, quæ, velut tu dicis, à Deo eſſentiam habet: quidnam fieri poſ-
fatalem non esse in rebus necessitatem. ſit hoc magis flagitioſum? Fatum deinde introducis, velut ex ipſo fiant ea quæ homini ac aliis accidunt. Verùm ex vno dicto ſummatim totum tuum fabulamentum ſubuertetur. Si enim fati eſt, ſapien tem fieri, prudentem euadere, rationalem generari ac irrationalem, aliáque omnia: ceſſent leges, domi natur enim fatum adulteris, & aliis. Magis autem pœnam dabunt ſtellæ quæ neceſſitatem inducunt, ſi coactus quis facit id quod aggreditur. Verum de his aliás amplius dicam. Sint ocioſæ ſcholæ, quieſcãt ſophiſtæ, & rhetores, ac grãmatici, medicíque, ac reliquæ ſcientiæ, mechanicarumque artium innumera multitudo, & nemo amplius docet, ſi ex fato ſcientiarum ſuppeditatio, & non ex literarum doctrina humanæ naturæ contingit. Si enim fatum eruditum & doctum efficit, ne diſcat quis ex doctore ſed ex natura Accipiãt peritiam ſtamina voluentes Parcæ, iuxta tuorum adeò factuoſorum verborum erroneam ſententiam.

fusius de iis lib. 2 Fat. pag. 11

Platonici, hæreſis ex ordine ſexta.

AT hæc aduerſus zenonem &. Stoicos à me dicta ſint. Plato vero ſimul & ipſe eadem via fertur, per animarum de corporibus ad corpora tranſitionem, & per multitudinem deorum aliàſque idololatrias ac ſuperſtitiones. Non autem de materia omnino æqualiter cum zenone & Stoicis ſenſit. Nouit enim ipſum Deum, omnia vero facta & exiſtentia ex vero Deo potentias quaſdam factas eſſe. Eſſe autem primam cauſam, & ſecundam, & tertiam. Et primam quidem cauſam eſſe Deum ſecundã vero cauſam, ex Deo quaſdam potentias productas eſſe. per ipſum verò et potentias factam

eſſe

esse materiam. Sic enim dicit: Cœlum simul cum tempore factum est, simul enim etiam dissoluetur. Verùm priorem suam de materia sententiam destruxit. Dixit enim alicubi, materiam Deo contemporaneam esse. *Plato contra seipsũ*

Pythagorei, hæresis septima.

ANte hunc porrò Pythagoras & peripatetici, profitentes se delineare vnum Deum, verùm etiam aliis philosophis, ipsorumque commentis addicti sunt. Et tum ipse, tum sodales eius rursus æqualia his dicunt, nefandam ac impiam sententiam de animarum de corporibus discessu, & ad alia corpora transitu, & de corporum corruptione. Hic postremum in Media vitam finiit. Corpus autem dicit esse Deum, hoc est cœlum: oculos vero ipsius esse velut in homine, solem & lunam, ac reliqua sidera, & in cœlo elementa.

Epicurei octaua secta.

EPicurus deinceps omnia absque prouidentia geri, in mundum induxit, Ex atomis vero omnia producta esse, ac rursus in atomos decedere ac resolui, & omnia sua sponte ex casu esse, ac mundum subsistitisse, natura semper generante, vt quæ rursus consumetur, & rursus ex ipsa succedat, & nunquam desinat, dum et à seipsa nascitur, et in se ipsam conteritur. Esse autem vniuersum ab initio instar oui, spiritum vero draconis specie circum ouum, velut coronam, aut velut cingulum constringere naturam. Quum autem voluerit violentia quadam vltrà tempus coarctare omnem materiam, siue omnium naturam, sic quidem rerum naturam in duo hemisphæria diduxisse, et deinde ex hoc atomos indiuisibilia corpuscula secreta esse. Leuia enim et tenuiora vniuersę naturæ sursum emersisse, hoc est lucem et æthera, et tenuissimam spiritus partem: grauissima vero ac lutulenta deorsum inclinata esse, hoc est terram, id est ipsam siccitatem, et humidam aquarum essentiam. Vniuersa verò à seipsis, et per seipsa moueri in circumuolutione poli et astrorum, vt à draconis speciem habente spiritu adhuc omnia impellantur. Et ex parte quidem de his diximus, eodem vero modo quatuor has sectas ob lectionis compendium subuertemus. Hinc et paulo prius quoque de cætero poetæ, velut dixi, et oratores, ac historiographi, astronomique et qui alios errores induxerunt, et mentem ad infinitas malas causas ac institutiones præparauerunt humanam comprehensionem turbarunt, ipsique tenebras offuderunt: et factus est hic primus error, excogitatio simulacrorum, et infoelicitas doctrinæ. Erant autem omnia diuisa, Græcismus et Iudaismus. Iudaismus non prius appellatus, sed per Israelem cognomen pię religionis adeptus, donec successiones factæ sunt. Naasson enim in deserto tribus, Iuda tribunus factus, generat Salmon, Salmon generat Boos, Boos gignit Obeth, Obeth gignit Iesse inter pios Israelitas appellatos. Iesse generat Dauid regem, qui primus ex tribu Iuda regnauit, ex quo deinceps per successionem reges ex semine ipsius, itavt filius patri successerit, constituti sunt. Erat autem ante ipsum Dauid natura primus rex in Israel, Saul, filius Ceis, ex tribu Beniamin: & non successit ei filius, sed translatum est regnum per Dauidem primum ad tribum Iuda. Nam ipsi Iacob primus filius nascitur Rubim, secundus Simeon, tertius Leuis, quartus Iudas, ex quo appellantur Iudęi, qui ad hoc nomẽ delapsi sunt propter tribum Iuda, eius qui ex genere piorum fuit. Vocabantur itaque paulo antè Israelitæ, qui & Iudæi. Vsque ad hoc temporis coniunctæ fuerunt quatuor generationes, quatuor terræ partium, quum diuisæ fuerint hæ per tempora vsque ad hoc tempus hic à me indicatum, & vlterius. Hoc est ab Adã vsque ad Noe, Barbarismus: à Noe vsque ad turrim & Seruch, post duas generationes Scythica superstitio: & postea a turre & Seruch & Aram, vsque ad Abraam, Græcismus. Ab hoc & successoribus in pietatis studio ipsi Abraam coniunctis, à semine eius per successionem, hoc est à Iuda, Iudaismus. Cuius rei testimonium mihi præbet spiritu plenus, & sanctus Dei apostolus Paulus, sic dicens. In Christo Iesu nõ barbarus, nõ Scytha nõ Græcus, non Iudæus, sed noua creatio. Nã ab initio quũ creata esset creatura, & noua esset, nullum aliud nomen habebat. Cum his conuenit rursus id quod in alio loco dicit: Debitor sum Græcis et barbaris, sapientibus et stolidis. vbi sapientes quidem appellat Iudæos, stolidos vero Scythas, et ait, Debitor sum. Hinc totum genus Israel Iudæi vocabãtur, à temporibus Dauid. Et durauit hic mos vt omne genus Israel, tum Israelitæ, tum Iudæi vocarentur, à temporibus Dauid ac filii eius Solomonis, et filii Solomonis Roboam inquam, qui post Solomonem regnauit in Hierusalim. Quo vero non præteream Iudæorum religionem, et ne relinquam indicare propositum opinionis ipsorum scopum, pauca de multis apponem. Omnibus enim manifestissimè sunt res Iudæorum. Quapropter non magnum suscipiam laborem in hoc argumento, vt accuratissimè exponam: sed vt quæ necessaria fuerint, pauca de multis hic apponam. Iudęi itaque ab Abraam persuccessionem existentes, et ipsius pietatem edocti, circumcisionem Abraã habent, qua iuxta præceptum Dei accepit nonagesimumnonum annum agens, ob causam suprà à me relatum. quo videlicet eius semen inquilinum in terra aliena, nonauersaret ut nomen Dei, sed in corpore ferret signaculum, commonefactionis gratia atque indicii, quòd in patris ipsorum pietate perseuerarent. Filius autem huius circumciditur octaua die, velut Dei vaticinium habebat. Et in confesso quidem est, quod ex præcepto Dei circumcisio tunc fuit. Verum per figuram erat tunc constituta, velut in progressu postea ostendemus. Permanserunt itaque in circumcisionis ritu, & pietati addicti iidem Abreã per successionem filii, ab ipso videlicet ac deinceps Isaac, & Iocob, & huius filii, tum in Chanenitide terra Iudæa, tum in Philistiæa tunc appellata, nunc vero Palęstina vocata, imò etiam in Aegypto. Iacob enim, qui & Israel, cum vndecim filiis suis descẽdit in Aegyptum, annum agens vitæ suæ centesimum trigesimũ, Ioseph autem alter eius filius iam in Aegypto regnabat, venditu à fratribus ob inuidiam. At vero Dei gubernatio cooperans iusto quæ bona sunt, insidias ipsi Ioseph structas in admirationem conuertit.

Israelitę.

Iudæi vnde dicti.

philistiæa Palestina

Descendit itaque, velut predixi, Iacob & filii eius, & vxores ac nepotes, animæ numero septuaginta quinque in Aegyptum, velut tradit primus de quinque libris Mosis, hæc omnia manifestè declarans. Perseuerarunt autem isthic ad quinque generationes, velut sæpe iam dixi, nunc vero necessitas incubuit ea repetendi. Manserunt enim generationes quæ à Iacob numerantur per Leui, ex quo sacerdotes constituti sunt, & per Iudam, ex quo progressu temporum regnauit ex Dauid. Et Leui quidem gignit Caath, & alios. Caath gignit Amrã, Amrã gignit Mosen & Aaron pontificem. Hic Moses educit filios Israel per potentiam Dei ex Aegypto, velut habet secundus legis liber. Porrò quæ fuerit vita ac conuersatio filiorum Israel vsque ad hoc tempus, nõ ita clare vt euidentissimũ sit, dicere possum⁹ sed hoc solum, quòd in studio pietatis ac circuncisione fuerint: etiamsi scriptum sit, quòd multiplicati fuerint in terra Aegypti filii Israel, & viles ac redundantes facti sint, Ipsum enim tempus eiusdem cohabitationis ac permixtionis, propter socordiam omnino vtilitatem effecit. Quæ vero ipsis gustãda essent, & quę reprobanda, aliàque quę legis, distinctione seruare ipsis præceptum est, nondũ manifestè adnotatum est. Vbi vero egressi essent ex Aegypto, in secundo exitus ipsorum anno, legislatione Dei digni fiunt, per ipsius Mosis manum. Lex autem à Deo ipsis data instar pędagogi, sicut etiam erat lex pædagogus, corporaliter quidẽ distinctionẽ faciẽs, spiritualẽ vero expectationem habens, docebat circũcidi, sabbatũ agere, decimare omnes ipsorũ fœtus. & omnia quę apud ipsos gignebantur ab homine vsque ad pecus: & primitias dare, & quinquagesimã & trigesimã: credere Deo soli, ipsũque colere. & in monarchia quidẽ ac vnius principatu prędicabatur nomẽ, in monarchia verò trinitas sæper annũciabatur, & inter eminẽtissimos apud ipsos credebatur, hoc est prophetas & sanctos Sacrificiaque ac cultus diuersos vniuersorũ regi Deo in deserto offerebant, in celebrita te fixorum tentoriorum à Mose cõstructa, per formas ipsi à Deo ĩdicatas. Susceperũt itaque iidẽ Iudęi etiã prophetĩcas vocesde christo ventuto, & qui appellaretur quidã propheta, esset aũt Deus & vocatus quidẽ esset Angelus, verũ filius esset Dei, & homo in carnẽ vẽturus esset, & inter fratres recẽsẽdus, velut omnes diuinæ scripturę habẽt maxime Deuteronomii liber legis quintus, & qui deinceps habẽtur. Habebãt portò hi Iudæi vsque ad reditũ à captiuitate Babylonis, libros & prophetas hos. 1. Genesim. 2. Exodũ. 3 Leuiticũ. 4 Numerum. 5 Deuteronomiũ. 6 librũ Iesu Naue. 7 Iudicũ. 8 Ruth. 9 Iob. 10 Psalteriũ. 11 Prouerbia Solomonis. 12 Ecclesiasten. 13 Canticum canticorũ. 14 Primum librum regnorum. 15 Secundum regnorum. 16 Tertium regnorum. 17 Quartum regnorum. 18 Primum paralipomenon. 19 Secundum paralipomenon. 20 Duodecim prophetas. 21. Esaiam prophetam. 22 Hieremiam prophetam, cum lamentationibus & epistolis ipsius, ac Baruch. 23 Iezechielem prophetam. 24 Danielem prophetam. 25 Primum librum Esdræ. 26 Secundum librum Esdræ. 27 Librum Esther. Atque hi sunt vigintiseptem libri à Deo Iudæis dati, verum vigintiduo, iuxta numerum Hębraicarum literarũ numerati, propterea quod decẽ libri in quinque duplicantur, Sed de his alibi manifestè diximus, Sunt & alii duo libri apud ipsos ambiguæ lectionis, Sapientia Sirach, & Solomonis, citra alios quosdam libros apocryphos. Omnes autem hi sacri libri Iudaismum docebant, & legis obseruationes, vsque ad Domini nostri Iesu Christi ad aduentum. Et recte sanè processissent Iudæi in legis doctrina, si Christum suscepissent à pędagogo, lege videlicet, ipsis prædicatum ac denunciatum, vt susceptа ipsius deitate, etiam aduentum ipsius in carnem didicissent, non dissolutionem legis, sed legis complementum. Nam figuræ in lege fuerunt, veritas autem in Euangelio. Illic enim circumcisio fuit carnalis, quæ inseruiit tẽpori, vsque ad magnã circumcisionem: hoc est baptismum, qui circuncidit nos à peccatis, & obsignat nos in nomen Dei. Et erat illic sabbatum, detinens nos in magnum sabbatum, hoc est in requiem Christi, vt in Christo sabbatum agamus a peccatis. Et erat illic agnus irrationalis, qui sacrificabatur deducens nos ad magnum agnum ac cœlestem, pro nobis & toto mundo mactatum. Et erat ille decimatio muniens nos, vt ne ignoremus literam iota, denarium numerum, primum elementum nominis Iesu. Quandoquidem igitur figura ducti sunt, & non peruenerunt ad perfectionem, per legem & prophetas, aliósque ac totum librum prędicatam, eiecti sunt ab agricultura, & ingressę sunt gentes, ita vt illi amplius seruari non possint, nisi ad Euangelii gratiam reflexerint. Omnes enim iustificationes ipsis obolitę sunt, quum singula testimonia hoc confirment, velut habet tota Scriptura. Verum in summa ab vno testimonio, indubitatam & insuperabilem contra ipsos sententiam dicemus: ex quo clarè videre datur, suffragium contra ipsos latum, dum dicit: Quecunque anima non audiet prophetã illum, exterminabitur à tribu sua, & ex Israel, & subter cœlum: tanquam Dominus ea quæ mysticæ per legem tradita sunt, perfectæ & ad salutem muniturus sit: & qui non audiat ipsum neque admittat, non habeat salutem, etiam si legem fecerit: quum lex non possit hominem perficere, propterea quod iustificationes corporaliter in ipsa scriptę sunt, & in Domino nostro Iesu Christo verè compleantur. Atque hactenus à me dictum sit de Iudaismo. Nam paucorum mentionem feci, vt ne in totum eos silentio prętercam, sed in parte ostendam. Omnibus enim notum est contra ipsos argumentum, & ipsorum confutatio. Ostendimus autem & principium vnde habuerunt introductionẽ, quod ab initio ex Abraam patriarcha pietatis vocantur pii, ex eo quod sunt de semine ipsius. A nepote vero ipsius, videlicet Iacob, qui & Israel, Israelitę. Ex diebus vero Dauid. qui regnauit ex tribu Iuda, vocabantur Iudæi ac Israelitæ omnes duodecim tribus, vsque ad Solomonem filium Dauid, & vsque ad Roboam filium Solomonis, nepotem vero Dauid. Et iuxta increpationem Dei, & idignitatem ipsius Roboam, dissectæ sunt duodecim tribus, & factæ ac versatæ sunt duæ cum dimidia, cum Iuda, hoc est cum ipso Roboam: & nouẽ ac dimidia, cum Hieroboã. Vocabantur autem nomine tribus Israelitæ & Israel, regno subiectæ sub Hieroboam filio Nabath in Samaria. Duæ vero in Hierusalem, Iudæi appellabantur, & regebantur

à Roboam

Legis vſ⁹

Iudæa celebrat.

Libri Iudæorũ. 27

Legis & Euangelii differẽtia

Qui dicti sunt Iudæi ab Abraham.

à Roboam filio Solomonis. Et factæ sunt rursus regum successiones. Roboam genuit Abia, Abia genuit Asa, Asa Iosaphat, Iosaphat Ioram, Ioram Ochoziam, Ochorias Ioas, Ioas Amesian, Amesias Azarian, appellatum Ozian: Azarias, qui & Ozias, Ioatham, Ioatam Achaaz, Achaaz Ezeciam, in temporibus autem Ezeciæ & Achaaz, captiuæ ductæ sunt tribus ex Israel in fines Medorum. Postea Ezecias genuit Manasse. Manasses Amon, Amon Iosiam, Iosias Iechoniam, qui & Zelum appellatur, itéque Amasias dicebatur. Hic vero Iechonias genuit Iechoniam appellatum Sedechiam, & Ioacim. Et nemo de hoc ambigat, immò potius miretur exactam rationem hoc loco vtiliter studiosis expositam, qui Christianæ doctrinæ gratia sincera exemplaria contingere volunt. Qui sanè statim cum vtilitate beniuoli esse cogentur, vbi lucrati fuerint dictum hoc, quod à quibusdam indoctis rerum Euangelicarum ad ambiguitatem, velut emendandi gratia, deletum est. Nam quum sanctus Matthæus tri- *Matthæi. lectio iter polata.*
fariam enumeret generationes, & ab Abraam vsque ad Dauid recensеat quatuordecim generationes: duo priores numeri clari reperiuntur, nullum defectum habentes: ad Iechoniam enim tempora continent. Verùm tertius numerus non item quatuordecim generationum reperitur, vt iuxta successionem nominum complemẽtum habeat, sed decem & trium. Nam aliqui Iechoniam cum altero Iechonia reperientes, numerum duplicatũ esse putauerunt. Non erat autem duplicatio, sed numerus clarus. Ex nomine enim patris filius nominatus fuit Iechonias Iechonię. Itaque detracto pro pietatis studio vno nomine, ex ignorantia huc delati, defectuosum fecerunt propositum argumentũ, iuxta numeri quatuor decim nominum promissionem, & multi experimenti habitum corruperunt. Fit itaque hinc à tempore Iechonię captiuitas in Babylonẽ. In hoc tẽpore captiuitatis accesserũt seniores ipsũ Nabuchodonosor in Babylone, rogantes vt mitteret aliquos de suis ad inhabitandum terram Israelitidem, vt ne regio in materiam eluxurians dẽsolaretur. Et exaudiuit ipsorum preces, nec rem differebat, & quatuor gene *e*
ra suorum mittit, Chuthæos, Cudæos, Seppharuræos, & Anagogaeos: qui vnà cum simulachris suis ascendẽtes inhabitauerunt tunc Samariam, hac terra sibiipsis delecta, eo quod pinguis esset ac fertilissima. Quum autem temporis progressu hi à bestiis dilaniarentur, leonibus, pentheris vrsis, & aliis prauis feris, mittunt legatos in Babylonem, rogantes, & vehementer admirantes de eorum qui prius inhabitauerant firma sede ac vita, quo potuerint sustinere bestiarum rapinas ac violentiam, Rex vero acersitis senioribus percunctatus est de ipsorum vita, quomodo transegerint dum in Iudæa morarentur, & quomodo effugerint bestiarum impetum, quum tantus sit bestiarum incursus, tantaque pernicies in illa regione. Illi vero Dei legislationem ipsi indicarunt, & prudenter ipsi reuelarunt probabilem opinionem, non posse illic gentem considere, quæ non legem Dei cœli per Mosem datam perficeret. Esse enim Deum terræ protectorem, non velle autem transgressiones in ipsa à gentibus alienigenis fieri, per idololatriam, & alia, Ipse verò curam gerens rei & verissimæ declarationi fidem habens, exemplar legis petiuit. Illi autem vbi liberaliter dedissent vnà cum lege etiam Esdram quendam sacerdotem, mittunt ipsum doctorem legis à Babylone ad erudiendos Assyrios in Samaria considentes, Chuthæos videlicet antea nominatos, ac reliquos in lege Mosis. Contingit autem hoc anno plus minus trigesimo captiuitatis Israel ac Hierusalem. Etudiit itaque Esdras, & qui ipsi successerunt, genus illud *Samaritæ.*
in Samaria, & appellati sunt Samaritæ, qui legem per Esdram à Babylone venientem susceperunt. Præteriit autem tempus annorum quadraginta aliorum, & soluta est captiuitas, & rediit Israel à Babylone. Subit animum meum admiratio, quomodo contigit quatuor gentes & quatuor hæreses in eadem gente fieri, primam videlicet Essenorum secundam Gorthenorum, tertiam Sebuæorum, quartã Dositheorum. Atque hinc iam mihi initium fit promissæ tractationis contra hæreses: & vt causam declarem, summatim dicam. Quæ verò est alia, quàm quod à lingarum multifida vocis alteratione tribus factæ sunt. In singulis autem tribubus ac patriarchis diuersæ gentes præsidebant. Omnis autem gens regem sibiipsi in caput præficiebat. Contigit autem ex hoc, bellum esse & aduersitates ac symple
gades, dum gentes cum gentibus committuntur, & singuli propriam voluntatem præferre nituntur, & vicinorum res ad seipsos trahere student, propter inexplebilem nostram in vita habendi cupiditatem. Sic etiam in hoc præiudicato tempore, vbi vna religio Israelis, & scriptura secundum legem, dilapsa est ad alias gentes, Assyrios inquam, ex quibus Samaritæ inhabitatores euaserunt, contigit etiam
m opinem scindi, & deinceps processit error, & disseminata est dissensio, ab vno pio Dei cultu, ad multas adulterinas opiniones, prout vnicuique visum fuit, & se in scriptura exercitatum esse putauit, & docuit quisque iuxta propriam voluntatem. *Samaritæ, nona secta.*

SAmaritæ igitur à diuina scriptura vsque ad hęreses progrediuntur, post prędictas Grecas hęreses, ex propriis ratiocinationibus per mẽtis stupiditatẽ hominibus inductas. Vniuersũ itaque genus Samaritę vocabantur. Interpretari autem possis Samaritas custodes, propterea quod custodum locum in terra obtinebant, aut quod custodes erant constitutionis secundum legem Mosis. Appellabatur & mons vbi consederunt, Somororum, itemque Somer, ab antiquo quodam Somoro filio, Somer viro sic nominato. Erat autem hic Somer filius vnius viri de genere Pherezæorum & Sergesæorum, qui tunc habitabant terram, ex successione existentes filii Chanaam, qui terram hanc rapuit, quæ nunc Iu *Samaritæ vnde dicti*
dea aut samaria appellatur, quum esset filiorum sem, & non ipsorum propria: propterea quod ipse Chanaam fuerit filius Cham, patrui ipsius Sem. Atque hoc modo cõtigit vt ex diuersis causis Samaritę sint appellati, ex Somer, ex Somoro, ex custodia terræ, ex custodia doctrinæ legis. Differunt hi à Iudæis, primũ quod nõ data est ipsis prophetarum post Mosem scriptura, sed solũ quinque libri Mosis dati semini Israel, in exitu profectionis ab Aegypto. Geneſis videlicet, & Exitus, & Leuiticus, & Numeri, & deuteronomium. Appellantur autem in Hebręa lingua sic Bresceith, Veelleſmoth, Vaiicra, Vaieda-

Signum resurrectionis mortuorum in libris Mſis.

ber, Ellehadbarim. Et diſſeminatum quidem eſt in his quinque libris reſurrectionis mortuorũ ſignũ non tamen clarè prędicatum eſt, & diſperſum eſt in ipſis, de vnigenito filio Dei, & de ſancto Spiritu, & contra ſimulachra. Verùm clarius in ipſis monarchia introducitur, in monarchia vero ſpiritualiter Trinitas annunciatur. Porrò hi accepta lege, ſtudium habuerunt deponendi idololattrias, & agnoſcendi vnum Deum. Quibuſdam vero non fuit ſtudium exactius cognoſcendi. Verum errarunt tales, & non clarè totam fidem partem, & vitæ noſtræ ſinceritatem comprehenderunt, & mortuorum quidem reſurrectionem ignorant, ac non credunt. Spiritum autem ſanctum nõ admittunt, nam & ipſum ignorant. Et hæc hæreſis reprobans quidem mortuorum reſurrectionem, depellens autem idololatriã in ipſa vero per ignorantiã ſimulachra colẽs reperitur, propterea q̃ abſcõdita ſunt ſimulachra quatuor genitum, in mõte apud Garizin per calumniam vocato. Nam ſi quis exactè de monte Garizin perſcrutari velit, huic ſciendum eſt q̃ ad Hierichuntẽ ſiti ſunt duo mõtes, tum Garizin, tum Gebal trãs Iordanem, ad orientẽ Hierichuntis, velut habet Deuteronomium, & Ieſu Naue liber. Itaque ſimulachra colunt ignari, ex eo q̃ vndiquaque intẽti ſunt ad mõtẽ, dum orent videlicet quia ſanctificatus eſt. Impoſſibile eſt enim ſcripturã mẽtiri, quę dicit, Perſeuerarunt facere legẽ, & adorare ſua ſimulacha vſque in hodiernum diẽ: velut in quarto libro Regnorum habetur. Cõuincitur autẽ ipſi vndiquaque de reſurrectione mortuorum, primum ex Abel, quòd poſt mortẽ ſãguis eius Dominum alloquitur. Sãguis autẽ nõ anima eſt, ſed in ſãguine anima eſt, & nõ dixit anima clamat ad me, oſtẽdens quòd eſt ſpes reſurrectionis corporum. Sed & Enoch trãſlatus eſt, vt nõ videret mortẽ, & nõ reperiebatur. Sed & Sarra poſt mortificationẽ vteri eius, & poſt ſiccatum cõſuetum fõtẽ, rurſus viuificatur ad ſeminis deiectionẽ, & anus filium concipit, ac parit iuxta p̃miſſionẽ, ob ſpẽ reſurrectionis. Quin & Iacob propriorũ oſſiũ curã gerẽs, velut de non pereuntib⁹ præcepit. Et non hic ſolum, ſed etiã Ioſeph eadẽ conſequẽtia præcipiens reſurrectionis ſpeciem oſtendit. Sed & virga Aaron germinauit quum ſicca eſſet, & fructum produxit in ſpem vitæ mortua corpora noſtra reſurrectura eſſe ſignificans, ad reſurrectionem vero tendens. Sed & Moſis virga ſimiliter lignea, iuxta voluntatem Dei animabatur, & ſerpens fiens reſurrectionem indicabat. Præterea Moſes benedicens Rubin dicit, Quæro Rubin, et ne moriatur: quum olim vita defunctus eſſet, vt vitam poſt mortem eſſe oſtenderet, iudicium autem ſecundæ mortis in condemnationem. Quapropter duas benedictiones ipſi contribuit, Quæro dicens, in reſurrectione, & ne moriatur, in iudicio: non mortem quæ per corporis diſceſſum contingit dicens, ſed eam quæ contingit per condemnationem. Sufficient itaque pauca hęc aduerſus hos. Habent autem & alias quaſdem dementię conſuetudines antiquas. Quod videlicet vrina ſe proluunt, vbi ab externis venerint polluti nimirum. Et quod in aquam ſe vnà cum veſtibus immergunt, vbi contigerint alium ex alia gente. Inquinationem enim putant, aliquem attingere, aut alium quendam hominem alterius dogmatis tangere. Multa enim eſt horum dementia. Quomodo vero ſtatim ipſorum amentia deprehendatur, adhibe mentem ô admirande, & ſcies. Mortuum equidem ſtatim abominantur, quum ipſi mortui ſint operibus. Teſtantur enim non vnum teſtimonium, ſed multa, mortuum non eſſe abominabilem, ſed quòd per ænigmata lex hoc dixit. Non enim duo aut tria teſtimonia ad hoc nobis ſuffragantur, ſed myriades numero ſexaginta duæ, hoc eſt ſexcenta vicena milia, in deſerto, & aliæ tot iuxtaem, & vltra. Et adhuc multo plures, quæ oculo ipſius Ioſeph teſtimonium præbent, qui per annos quadraginta in toto caſtrorum ordine geſtabatur, etneque abominationem patiebat, neque inquinabat. Dixit autem vera Lex ipſa, Quod ſi quis contigerit mortuum, manebit impurus vſque ad veſperam, & lauabitur aqua, et purificabitur. Inſinuabat autem hoc ad domini noſtri Ieſu Chriſti mortificationem, ſecundum paſſionem ipſius in carne. Ex articulo enim diſcretionem nominis ſignificat. Vbi enim articulus additus eſt in vno aliquo determinato ac manifeſtiſſimo, omnino confirmatio propter articulum contingit. Citra articulum vero de vno quocunque tandẽ indefinitè accipiendũ eſt, velut verbi cauſſa, ſi dixerimus *Baſileis*, id eſt rex, nomen quidem ſignificauim⁹, ſed non clarè eum qui determinatur oſtendimus. Regem enim dicimus & Perſarum, & Medorum, & Elamitarum. Si vero dixerimus, addito articulo *Baſileis* minimè ambiguum eſt ſignificatum. Nam rex de quo quæritur, aut de quo dicitur, aut qui cognoſcitur, aut alicuius imperium habens, per articulum indicatur. Et, ſi dixerimus *Theos*, id eſt Deus, ſine articulo, quem libet deum gentium diximus, non Deum verum. Si autẽ dixerimus *o Theos*, palàm eſt quod ab articulo, verum ſignificamus, qui eſt & cognoſcitur. Sic etiam quum dixerimus, *Antropos*, id eſt homo, & *o Antropos*, Et ſiquidem dixiſſet Lex, ſi contigerit *Necrõ*, id eſt mortuum, de omnibus ſuffragium latum fuiſſet, & ſimpliciter omni mortuo quæſiti dictio incumberet. Quum vero dicit. Si quis contigerit *To necrõ*, ad vnum quendam fert ductum: dico autem Dominum, velut ſuprà à me declaratum eſt. Dixit autem hoc lex per enigmatis inſinuationem propter eos qui iecturi erant manus in Chriſtum, & cruci tradituri: quoniam opus habebant hi purificatione, donec occideret ipſis dies, & exoriretur, ipſis alia lux, per baptiſmum aquę lauacri regenerationis. Velut etiam ſuffragatur mihi hic Petrus, dicens Iſraelitis in Hieroſolymis, qui dicebant ad ipſum. Quid facemus? propterea quod ipſe dixerat ad illos Hunc Ieſum quem vos crucifixiſtis, & compunctis corde, dixit: Pœnitentiam agite, & baptizetur vnuſquiſque in nomine Ieſu Chriſti Domini noſtri, & remittentur vobis peccata. & accipietis donum ſancti ſpiritus. Itaque non de mortuo dicit lex. Si vero etiam de mortuo, de alio determinatio lex dicit, velut alibi ipſa interpretatur. Dicit enĩ: Si prẽterierit mortuus, claudite fores ac feneſtras veſtras, vt ne inquinetur domus, velut dixit de auditu peccati: Si audieritis vocem peccati, aut ſpeciem delicti videris, claude oculos tuos a concupiſcentia, & os a vanitate verborũ, & aurũ a ſono prauo, vt ne mortificetur tota domus, hoc eſt anima & corpus. Quapropter etiam propheta dixit, Si aſcenderit mors,

Moſis libri quinque quid cõtineant

Reſurrectionis mortuorũ probationes ex Moſe.

Mortuos nõ eſſe abominabiles

Articuli græcorum vis,

per

per feneſtras: & non penitus de his feneſtris dicit, alioqui occluſis feneſtris, nunquam moreremur, feneſtræ vero ſunt nobis corporis ſenſus, viſus, auditus, & alii per quos mors in nos ingreditur, ſi per ipſos peccauerimus. Sepeliuit igitur Ioſeph ipſum Iſrael, & non abominatus eſt, & poſt mortem prolapſus in faciem, ipſum oſculatus eſt, & non ſcriptum eſt quod lauit, vt purificaretur. Sepeliuerunt angeli, velut traditio quæ ad nos deuenit, habet, corpus Moſis ſancti, & non lauerũt: imò neque inquinati ſunt angeli à ſancto corpore. At vero rurſus timeo, ne in finem extendam quæſtionis ſolutionem. Ab vno autem & altero ſermone dabitur ſapienti, vt diſcat de Domino iuxta rationem per contrarium. Si vero etiam de ſpiritu ſancto dabitur mihi breuiter dicere, non vtique diſtulero. Palam itaque ſtatim Dominus dicit ad Moſen: Adduc mihi in montem ſeptuaginta ſeniores, & accipiam de ſpiritu qui in te eſt, & effundam ſuper ipſos, & defendẽt te. De filio autem, quomodo cognoſcamus, pater dicit: Faciamus hominem ſecundum imaginem noſtrã ac ſimilitudinem. Faciamus autem, nõ eſt vnius ſignificatiuũ, & pluit Dominus ſuper Sodoma & Gomorra, ignem & ſulphur à Domino de cœlo. Cæterum de prophetis, quoniam prius dati erant ipſis quinque libri Moſis, non amplius iuxta alias ſcripturas proceſſerunt, ſed ſolum iuxta quinque libros Moſis, & non iuxta reliquos deinceps ſequentes. Et ſi quis etiam nunc ipſis dicat de aliis, de Dauid videlicet & Eſaia, & ſequentibus, non ſuſcipiunt, ſed immorantur traditioni à propriis ipſorum patribus inuectæ. Atque huc vſque dictum ſit à me de Samaritis, breui quidẽ ſermone, propter metum quem proſpicio, ne latius promiſſum opus extendam.

Feneſtræ mortis.

Filii vnigeniti, & Spiritus ſancti notiones ex moſe.

Contra Eſſenos, primam Samaritarum ſectam, & ex ordine X.

IN quatuor hæreſes Samaritæ ſecti ſunt, verùm æqualiter inter ſe ſentiunt, de circumciſione & ſabbato, & de aliis quæ ſunt in lege. In exigua & omnino aliqua re, ſingulæ hæ præcipuè tres ſectæ inter ſe differunt, exceptis ſolis Doſitheis. Permanſerunt enim Eſſeni in prima inſtitutione, nulla extenſione facta, poſt hos Gortheni, diſſenſerunt paululum ab aliis, quoniam contradictio quædam in medio ipſorũ exorta eſt, inter Sebnæos inquam, & Eſſenos, ac Gorthenos. Habet autem contradictio hoc modo: Lex præcipiebat Iudæos vndiquaque congregari in Hieroſolyma ſæpe, & præſertim tribus anni temporibus, in feſto Azymorum, in Pentecoſte, & in celebritate fixorum tentoriorum, Scenopegia appellata. Habitabant autem Iudæi ſparſim in finibus & Iudææ & Samariæ. Oportebátque ipſos per Samaritidas regiones iter facere, dum peterent Hieroſolyma. Quum igitur quodam tempore conueniſſent, cõgregationem habentes ad celebrandam feſtiuitatem, ſymplegades ac aduerſitates hinc exortæ ſunt. Sed & quando ædificabat Eſdras Hieruſalem, poſt reditum ex Babylone, cupiuerunt Samaritæ conferre auxilium Iudæis, ac ſimul ædificare, & prohibiti ſunt ab ipſo Eſdra ac Neemia.

Contra Sebuæos, ſecundam Samaritarum hæreſim, & ex ordine XI.

ET tunc Sebuæi ex ira ac indignatione tranſpoſuerunt tempora prædictarum feſtiuitatum, primum quidem ob iram Eſdræ, deinde propter relatam cauſam, quæ ad pugnam ipſos prouocabat per prætereuntes. Locant autem hi nouum menſem Azymorum, poſt nouum annum, qui fit in autumno, hoc eſt poſt menſem Therſi, qui Auguſtus apud Romanos appellatur, Meſori apud Aegyptios, Gorpiæus apud Macedones, Apellæus apud Græcos. Hinc hi anni principium ducunt, & ſtatim azyma perficiũt. In autumno vero Pentecoſtem faciunt. Scenopegiã autem tunc celebrãt, quũ Iudæi Azima & Paſcha.

Meſiũ appellationes diuerſæ.

Contra Gorthenos, tertiam hæreſim Samaritarum, & ex ordine XII.

NEc verò ſequuti ſunt Sebuæos alii, verùm Eſſeni quidem vicini ipſis, eadem quæ illi faciunt. Gortheni vero & Doſithei contentionem aduerſus Sebuæos habent. Et celebrant ipſi feſtiuitates, Gortheni inquam & Doſithei, quum Iudæi celebrant & Azima & Paſcha, & Pentecoſtem, & Scenopegiã & ieiunium apud ipſos receptum vnius diei. Alii vero non ſic faciunt, ſed peculiariter cum Eſſenis, velut diximus.

Contra Doſitheos, quartam hæreſim Samaritarum, & ex ordine XIII.

DOſithei verò ab his differunt multis modis. Reſurrectionem enim confitentur, & politiæ apud ipſos ſunt, ab animatis abſtinent. Sed & quidam ex ipſis continent ſe à nuptiis, poſtquam in nuptiis vixerunt. Alii etiam virginitatem ſeruant. Eodem modo etiam circumciſionem & ſabbatum habent, & quod non attingunt aliquem, eò quod omnem hominem abominentur: fama tradit ipſos etiam ſeruare ieiunia, & exerceri. Verum cauſa cur hæc ſenſerit ac docuerit Doſitheus, hæc eſt. Hic à Iudæis originem ducens, Samaritarum gentibus permixtus eſt: & quum in doctrina legis proceſsiſſet, & in expoſitionibus apud ipſos primas venatus eſſet, & ipſas aſſequutus non eſſet, & in nulla exiſtimatione apud Iudæos haberetur, declinauit ad Samaritaticum genus, & hanc ſectam produxit. Et quũ poſtea ob propriæ ſapientiæ excellentiam in ſpeluncam ſeceſſiſſet, inaniterque ac ſimulata religione, in ieiunio perſtitiſſet. ita mortuus eſt, velut fama refert, ob inopiam panis & aquæ, ex voluntario nimirum propoſito. Poſt dies autem aliquot, tradunt quoſdam veniſſe ad ipſum viſitandum, & reperiſſe corpus fœtidum, ita vt vermes ex ipſo proreptarent, & nubes muſcarum circa ipſum congregata eſſet. Atque hæ quidem ſunt differentiæ cognitionis prædictarum quatuor ſectarum, quantum de his ad nos peruenit. Quæ ſanè ſubuertuntur per ea quæ contra ipſas dicta ſunt. Redeo autem rurſus ad inductiones iuxta temporũ ſucceſſionem factas, quo & pecora erroris congregem, & contradictionem aduerſus ipſa producam, in eo quod noxia ipſorum inſtituta reuelem, & per ſermonis compendium eiaculationem veneni malorũ ac pernicioſorum reptilium redargaam.

Doſithei hiſtoria:

Contra Sadduceos, primam hæreſim Iudaiſmi, & ex ordine XIIII.

POſthas relatas Samaritarũ, & ſuperius Græcorũ indicatas ſectas, ſeptẽ fuerũt hæreſes apud Iudæos, ante Chriſti in carnem aduẽtũ, in Iudæa ac Hieroſolymis, prima Sadducæi, qui fuerũt auulſio à prædicto Doſitheo. Cognominant autem hi ſeipſos Sadducæos, nimirũ à iuſticia cognomine proficiſcẽte.

Sedec

Sedec enim significat iusticiam. Fuit & olim sacerdos quidam, nomine Saduc. Verùm nō persueraue-runt hi in præceptoris sui doctrina. Reprobarunt enim hi mortuorum resurrectionem, eadem cum Sa-maritis sentientes. Non assumunt autem angelos, quos Samaritæ non reprobant. Spiritum vero sanctū ignorant, non enim sunt hoc digni facti, omnia æqualiter cum Samaritis obseruant: non erant tamē hi Samaritæ, sed Iudæi. In Hierosolymis enim sacrificabant. In reliquis vero omnibus cum Iudæis cōspi-rabant. Subuertuntur porrò etiā hi à fide digna Domini voce, quam ipsi contra seipsos attraxerunt, per quæstionis solutionem, quando accesserunt ipsum dicentes, An possit esse mortuorum resurrectio: & quod septem fuerunt fratres, & primus vxorem duxit, & sine liberis decessit, & secūdus accepit ipsam, quum Moses iubeat in vxorem accipere, vxorem fratris sine liberis defuncti, & adduci ipsam fratri, ad excitandum semen defuncti. Accepit igitur hanc, inquiunt, primus & secundus, & mortui sunt, simili-ter etiam reliqui omnes septem: in resurrectione ergo mortuorum, cuius erit hæc vxor? quandoquidem septem habuerunt ipsam. Dominus autem dixit: Erratis, ignari scripturarum & virtutis Dei. In resurre ctione enim mortuorum, neque vxores ducunt, neque nubunt, sed similes angelis sunt. Quod autem re surgent mortui, Moses vos docet, velut Deus ipsi vaticinatus est, dicēs: Ego sum Deus Abrahā, & Deus Isaac, & Deus Iacob, Deus viuentium, & nō mortuorum. Et obturauit os ipsorum, sunt enim hi captu faciles, & non potentes resistere ex vna quidem hora aduersus veritatem.

Contra Scribas, secundum Iudaismi hæresim, & ex ordine XV.

POst hos Sadducæos, Scribæ fuerunt per medium temporis, aut etiā cum ipsis ætatem degerūt. Qui sanè expositores legis fuerunt, velut grāmaticā quādā scientiā exponentes, reliqua quidem velut Iu dæi facientes, verum superfluā quādā sophisticā expositionem inducentes: nō solum secundum legem viuentes, sed etiam abundantius vrceorum demersiones ac purificationes seruātes, poculorum item ac patinarum, & aliorum ministerii vasorum, tanquam videlicet ad sinceritatem ac sanctitatem dispositi, crebro manus lauantes, crebro item purificationes quasdam per aquas, & lauacra, detergētes. Habebāt autem fimbrias quasdam significatiuas politiæ ipsorum, ad ostentationem elationis, & laudem spectan ctium, & phylacteria apud seipsos palliis addebant, hoc est latas notas purpuræ. Possit autē aliquis pu-

pylacteri orum significatum

tare, quandoquidem etiam in Euangelio hæc vox habetur, de emuletis sermonem fieri. Nam & amule ta aliqui phylacteria nominare solent, Verùm sermo in totum nihil de his habet, sed quoniam stolas, si-ue pallia, tales induebant, & dalmaticas siue amicula, ex latis notis siue signis purpuræ paratas ac præ-textas. Notas autem purpuræ, phylacteria transnominare solent hi qui exactè loqui volunt. Qua de cau sa etiam Dominus phylacteria secundum illos dixit. Indicat autem & consequentia appellationis phra sim, & fimbrias palliorū: vt fimbrias dicat oras ac margines, phylacteria vero signa ac notas ipsius pur-puræ. Dicit enim, Dilatatis phylacteria, & fimbrias palliorum vestrorum magnificatis. Nam fimbrias ac prætextus quosdam in quatuor alis amiculi vnusquisque habebat, ex ipso stamine illigatos, quo tem-pore continenter agebant, aut virginitatem exercebant. Singuli enim determinatum castitatis, aut con tinentiæ tempus habebant, & hæc ipsorum exemplaria erant, ad declarandum hominibus suam profes sionem, vt nemo contingeret scilicet sanctificatos. Expositiones autē, siue repetitiones apud ipsos qua-

Dalmatica.

Expositiones quatuor apud scribas.

tuor erant: vna in nomen Mosis prophetæ: secunda in præceptorem ipsorum, Aciban appellatum, siue Baracibam: tertia in Andan, siue Annam, qui & Idas, quarta in filios Assamonæi. Ex his quatuor repe-titionibus, siue expositionibus sunt quæ apud ipsos recepta sunt sapientiæ opinione, Pleráque vero insi pientiæ nomine iactantur ac celebrantur: quædam etiam loco electæ doctrinæ prædicantur ac diuul-gantur.

Contra Pharisæos, tertiam Iudaismi sectam, & ex ordine XVI.

HIs duabus sectis cōsequenter ānexa est pharisæorū hæresis, qui eadē cū his sentiebāt, scribis inquā, quos interpreteris legis doctores, conuersabantur enim cū ipsis etiā legisperiti. Verū pharisæi alia etiā præter hos sentiebāt, ac maiores politias habebāt. Quidā enim ipsorū quū se exercebāt, præscribe-bāt decēnū, aut octēnū, aut quadriēnū, virginitatis siue continētiæ. Et frequētius orātes, crebrius cer-tamē hoc aggrediebātur, vt ne videlicet corporale quid ipsis accideret, aut clādestinè per somnia tristis corporis defluxio cōtingeret. Et alii ex ipsis asseres sibiipsis parabāt dodrātis tantū latitudine, & in has se ad vesperā locabāt, vt si quis dormitasset, in pauimētū decideret, & rursus excitaretur ad orationē, per hoc quod vigilātē vitā haberet, quātū eius fieri posset, Alii lapillos ex aquis collectos sibiipsis substerne bāt, vt dū his pūgerētur, nō in profundū somnū deferrētur, sed vigilātiā sibiipsi parare cogerentur. Alii spinas pro strato habebāt, ob eandē causam. Ieiunabant autē bis in sabbato, secūda & quinta die. Deci-mabant decimationes, dabant primitias, trigesimas & quinquagesimas. Sacrificia ac vota exactissimè exoluebant. In prædicto vero scribarum habitu progrediebantur, per amicula & alios ornatus, ac mulie bria pallia, in latis crepidis & calceamētorum ligulis procedētes. Dicebantur autē pharisæi, eo quod se-parati essent ab aliis, propter spōtaneam superfluam religionem apud ipsos receptam. Plures enim He-braica lingua separationē significat. Cōfitebantur autē hi resurrectionē mortuorum, credebántque an-gelos & spiritum. Ignorauerunt autē filium Dei, velut etiam alii. Sed & fatum, & Astronomia apud ip sos valde in vsu erat. Statim itaque Græca nomina ex erronea astronomia, in Hebraica lingua aliis nomi nibus apud ipsos transnominata sunt, velut sol Emacæsemes, luna Ierecæalbana, vnde & Myni Græcis appellatur ieree enim Myni, id est mensis dicitur, à quo luna illam apud Græcos appellationē habet. Mars, Choreb, Ocmol, Mercurius, Choreb, Ochmod. Iupiter, Choreb baal. Venus, Serua, siue Lued. Sa-turnus, Choreb, Sabeth. Appellatur & aliis apud ipsos nominibus, non potui autem exactè horum cog-nomē exponere. Sed & nomina apud erroneos illos inaniter in elemētorū numerū recepta, quæ anima lia vocāt, et per quæ sceleratè mūdū ipietatē perduxerūt, ea rursus Hebraicè sic appellāt, Telaa, Sor, Tho

Pharisæorum appellatio vnde sit.

Planetarum nomina apud Hebræos.

mim

mim,Saratan,Arti,Bethula,Momazani,Acrab,Ceſet,Gadi,Dadli,Deggim.Hæc ſanè nomina phariſæi Græcorum vanitatem ſequuti tranſnominauerũt,ita vt arietem apud illos appellatum,Telaa nominarint,taurum,Sor,geminos,Thomim,cancrum,Saram,leonem,Artĩ,virginem,Bethula,libram,Momazani,ſcorpium,Acrab,ſagittarium,Ceſet,capricornum:,Gadi,Aquariũ,Dadli,piſces,Deggim.Porrò hæc non ad turbandos lectores à me dicta ſunt,neque vt vtilitatem doctrinæ eorum qui inconſtantem & inſanam aſtronomiæ ſtoliditatem mundo inuexerunt, confirmem. Dictum eſt enim à veritate, quod hæc inconſtans eſt, & erronea. Dicta item ſunt à nobis multa in aliis locis, ad ſubuertendos eos qui generationem & fatum eſſe putant,& præſertim in procemio huius operis ſummatim nobis contra ipſos actum eſt.Verùm vt ne quis putet nos per calumniam contra aliquos ferri, & non exquiſitam ex traditionibus veritatem exponere,hæc à nobis nominatim relata ſunt.Extrema autem ipſorum dementia,ac non vulgaris ſtultitia,quod quum reſurrectionem confiteantur,& iudicium iuſtum decernãt,fatum eſſe dicunt.Quomodo enim poteſt iudicium eſſe,& fatum? ex duobus enim neceſſarium eſt alterum,aut ſi generatio eſt,non eſſe iudicium:propterea quod qui facit,non à ſeipſo facit,ſed ſecundũ neceſſitatem dominii ipſius fati,aut ſi iudicium eſt,& reuera minæ nobis intentatæ ſunt,& leges iudicãt & qui malum fecerunt,pœnam dant,& legem iuſtã eſſe confitemur,& iudicium Dei veriſſimum:ociosum eſſe fatum,& penitus nullam conſtitutionem habere,quãdo propterea quod poſſit peccare,& nõ peccare,ab alio peccatorum ſupplicia ſumantur,alius vero laudẽ ferat rectè factorum,& in hoc vtriuſque differentia determinata ſit,vt etiam vna voce iuſta,in compendiaria veritate, dicere liceat id quod per Eſaiam prophetam ex perſona Domini dictum eſt: Si volueritis & audieritis me,bona terræ comedetis.Si vero nolueritis,neque me audieritis,gladius deuorabit,& conſumet vos vnà os domini hæc locutum eſt.Quare omnibus manifeſtũ eſt,clarũque,ac minim èambiguũ, quod liberũ arbitriũ exhibuit nobis Deus,per ſeipſũ loquutus,Si volueritis, & nolueritis. Quare circa hominem eſt bona operari,aut malas res appetere.His itaque inclamanda ſunt frequẽtius & multipliciter,& non per vnam vocẽ, ſed ſæpe,ea quæ à Saluatore noſtro ad ipſos dicta ſunt:Væ vobis ſcribæ,& phariſæi,ac hypocritæ,quia reliquiſtis grauia legis,iudicium & miſericordiã,& decimatis anethũ,& menthã,& rutã,& purificatis externã poculi ac patinæ partẽ:interna vero plena eſt immundicia & intemperãtia.Et putatis iuſtũ eſſe iurare per id quod eſt ſuper altare,ipſum vero altare apud vos iureiurãdo ſolutũ eſt.Et per cœlũ iurare,nihil eſſe dicitis:Si vero quis iurauerit per eũ qui ſupra ipſum eſt,hoc iuſtũ eſt apud vos. Nõne altare geſtat id quod ipſi incũbit, & cœlũ thronus eſt eius qui ſuper ipſum cõſidet? Et vos dicitis, Si quis dixerit patri ac matri corbã,quod eſt,donũ quodcunque ex me in tuũ cedet cõmodum,& nõ amplius honorabit patrẽ:& reprobaſtis mãdatum Dei,per ſeniorum veſtrorum traditionẽ.Et circumitis mare & aridã vt faciatis vnum proſelytum & acceſſorium:& quum factus fuerit,facitis ipſum filiũ geẽnæ,duplò magis quã vos eſtis.Quid igitur præſtãtius his ſanctis verbis,cõtra illos quis apponere poſſit?Imò arbitror etiã ipſos ſaluatoris noſtri vocibus & veris verbis cõtẽtos eſſe,ad quæ ne breuiſſimo quidẽ momẽto oculos obuertere potuerũt.

Aſtrologia dãnata.

Fatũ, ſiue generationem, aut natiuitatẽ non eſſe.

Elegantiſſima ſint hæc de fato & de libero arbitrio.

Liberum arbitrium

Contra Hemerobaptiſtas,quartam Iudaiſmi ſectam,& ex ordine XVII.

ADhas porrò conſequitur hæreſis Hemerobaptiſtarum appellata,nihil quidem ab aliis euariãs, ſed eadem cum ſcribis ac phariſæis ſentiens, non tamen ſolum adæquata Sadducæis in mortuorum reſurrectione,ſed etiam in incredulitate,& aliis.Hoc autem præcipuum hæc ſecta habet,quod & in vere & autumno,in hyemẽque & æſtate ſemper quotidie baptizatur,vnde & cognomen hemerobaptiſtarũ accepit.Senſit enim, aliter non poſſe hominem viuere, ſi non quis ſingulis diebus in aqua mergeretur, ita vt abluatur ac ſanctificetur ab omni culpa.Cæterum & aduerſus hanc ipſam ex vno dicto nobis ſubuerſio continget.Quoniam incredulitatis apud ipſos magis quàm fidei ratio habetur.Redarguit enim ipſos conſcientia ipſorum, dum quotidie baptizantur,tanquam ſpes heſternæ diei apud ipſos mortua ſit,fidéſque ac ſanctificatio.Si enim per vnum baptiſma procederent,confiderent profectò huic,velut viuenti & immortali in æternum.Quando vero hodie quidem lauantur, non corporum ablutionis gratia,ſed propter peccata:cras vero rurſus lauantur,pronunciãt præteritum heri baptiſma mortuum eſſe. Si enim non pridianum mortuum eſſet,poſtera die non alio opus habuiſſent ad purificationem peccatorum.Et ſi omnino non abſtinẽt à peccando,putantes quod purgabit aſsiduæ ſingulis diebus peccantes,vana eſt ipſorum opinio,& vanum ac friuolum eſt eorum ſtudium.Neque enim oceanus, neque omnia fluenta,ac maria,fluuiique perpetui,ac fontes,vniuerſáque imbripera natura in vnum congreſſa, peccata delere poteſt:quandoquidem non iuxta rationem:neque ex præcepto Dei fit.Pœnitentia enim purificat,& vnum baptiſma per myſteriorum nominationem.Præteribo autem & hanc ſectam,quum ipſorum inſaniæ remedium ſufficiẽter me oſtendiſſe putem, quantum ſanè hic legentibus propoſitum eſt.

Error eorum qui quotidie baptizabatur

Contra Nazaræos,quintam Iudaiſmi hæreſim,& ex ordine XVIII.

COnſequenter vero aggrediar ea quæ ſunt in ſecta quæ Hemerobaptiſtis ſucceſsit,& Nazaræorum appellatur.Qui ſanè Iudæi ſunt genere,à Galaatitide & Baſaniti de regione,& locis vltra Iordanem originem trahentes,velut fama ad nos delata tradit.Ex ipſo vero Iſrael eſt hæc ſecta:in omnibúſque iudaiſſat,nihil vlterius ferè ſuprà relatas ſentiens. Circumciſionem enim ſimiliter habebat, ſabbatum idem ſeruabat,feſtiuitatibus iiſdem addicta erat.Non tamen fatum introducebat,neque aſtronomiam. Et patres quidem ſuſcipiebat, qui in quinque libris Moſis habentur, vſque ad Moſen, qui in diuino cultu rectè præſtito clari fuerunt: dico autem Adam,& Seth,& Enoch,& Mathuſala,& Noe,& Abraam,Iſaac,Iacob,Leui,Aaron, & Ieſum Naue. Ipſos autem quinque libros Moſis non aſſumebat, ſed confitebatur quidem Moſen,& quod legem accepiſſet, credebat: non autem hanc, inquiebat, ſed aliam. Vnde omnia quidem Iudæorum ſeruant, quum ſint Iudæi. Victimas autem non mactabant,

neque

neque animatis fruebantur, ſed nephas erat apud ipſos carnibus veſci, aut ipſas ſacrificare. Dicebant enim fictos eſſe hos libros, & nihil horum à patribus factum eſſe. Hæc erat Naſaræorum differentia ad alios, vt etiam confutatio ipſorum non in vno loco, ſed in multis manifeſta ſit, primum quidem quod confirentur patres, & patriarchas, ac Moſem. Quum enim alia Scriptura de his non dicat, vnde contigit ipſis cognitio nominum ac recte factorum ipſorum patrum, ſi non ex ipſis Pentateuchi ſcriptis? Et quomodo poſſibile eſt in eodem verum & falſum eſſe? & Scripturam in parte vera dicere, in parte falſa referre? quum Saluator noſter dicat, Aut facite arborem bonam, & fructus bonos, aut arborē vitioſam, & fructus vitioſos. Nō poteſt enim arbor bona fructum vitioſum facere, neque arbor vitioſa fructus bonos producere. Vana igitur eſt ipſorum ſententia & expoſitio, vt quæ à multis ſubuertatur, vtpote quū non ſolum quæ in ſcripturis ſunt, decantentur, ſed etiam ipſi loci miraculorum editorum teſtēt, primū vbi arietem Abraam obtulit Deo, mons Sion vſque in hunc diem appellatus, ſed & vbi quercus Mābræ vbi angelis vitulus oppoſitus eſt. Et vbi Abraam angelis appoſuit paratas carnes, non relinquens ipſe earum participationem. Quin & ouiculæ in Aegyptiorū regione mactatæ, adhuc apud Aegyptios traditio celebratur etiam apud idololatras. In tempore enim quando paſcha illic fiebat, eſt autē tunc principium veris, quum primum fit æquinoctium, omnes Aegyptii rubricam accipiunt per ignorantiam, & illinunt omes, illinunt arbores, ficus ac reliquas, prædicantes ac dicentes, quod ignis in hac die combuſſit aliquando orbem terrarum, figura autem ſanguinis ignicolor, remedium auxiliare eſt talis ac tantæ plagæ. Quomodo vero nō poſſumus oſtēdere de conſequentia, quum adhuc hodie reliquiæ arcæ Noe oſtendantur in Cardienſium regione? Et ſi quis omnino quęſierit, reperiet etiam reliquias altaris. Nam conſequens eſt ipſum illas reperturum eſſe in ima montis parte, vbi manſit Noe, egreſſus ab arca, & vbi obtuliſſet de animalibus mundis & adipibus Domino Deo, quando audiuit ſibi dici, Ecce dedi tibi omnia velut olera fœni, macta & comede. Præteribo autem rurſus ad hanc inductitiam ac ſtolidam hęreſim, relatis illis modicis verbis contentus, quæ à noſtra tenuitate ſunt diſperſa hoc loco, in oppoſitionem erroris prædictæ ſectæ. *Contra Oſſenos, ſextam Iudaiſmi hæreſim, & ex ordine* XIX.

POſt hanc rurſus alia quædam hæreſis eſt illis implicata, & Oſſenorum appellata. Iudæi autem ſunt hi, velut etiam prædicti, moribus hypocritæ, mentis induſtria verſuti. Originem vero ducunt, velut traditio ad nos delata habet, à Nabatica regione & Ituræa, Moabitidéque, & Areilitide, quæ eſt vltra Vallem ſalſam, ita in diuina ſcriptura appellata ſuperincūbente regione. Eſt autem illa, mare mortuum vocatum. Hoc autē Oſſenorum genus, ſi quis nomen interpretetur, forte genus appellatur. Coniunctus eſt his poſtea Elxai appellatus, in temporibus Traiani regis, poſt Saluatoris noſtri aduentum, qui fuit pſeudopropheta. Conſcripſit autem hic librum ſecundum prophetiā videlicet, aut velut ſecundum diuinitus inſpiratā ſapientiā. Tradunt etiā de alio quodā lexeo huius fratre fuit autem hic homo erroneus moribus, fraudulentæ mētis, à Iudæis oriundus, & cum Iudæis ſentiens, non autem ſecundum legē cōuerſans, verùm alia pro aliis obiter introducens, & propriā ſuā hæreſim ſeducens. Salem, & aquā, & terrā, & panem, & cœlum, & æthera, & ventum, inſiurādum ipſis in diuinum cultum præfiniuit, ac tradidit. Aliquādo vero rurſus alios ſeptem teſtes præſcripſit, Cœlum inquā, & aquā, & ſpiritus, & ſanctos (velut ait) angelos orationis, & oleum, & ſal, & terrā. Aduerſatur autem virginitati, & odio habet continentiā, & cogit ad nuptias. Imaginaria vero quędā velut ex reuelatione introducit, hypocritas autem docet, dicens non eſſe peccatum, etiāſi ſimulachra ipſos adorare contingat, perſequutionis tempore in ſtāre, ſi ſolum in conſcientia non adorent, & ſi quid etiā confiteātur ore, non autem in corde. Atque huius rei teſtem adducere fraudulentus ille impoſtor non erubeſcit, Phineēs ſacerdotem quendā de genere Leui & Aaron, & priſci Phineēs, qui in Babylone tempore captiuitatis adorauerit Dianam, & in Suſis effugerit perniciem mortis corā Dario rege. Quare omnia ipſius falſa ſunt & vana. Hic igitur ſurſum coniunctus eſt prædictæ ſectæ. Oſſenorum appellatę, cuius reliquæ in hunc diem reſtāt in eadem Nabatide terra, & vltra ad Moabitidem, quod genus nunc Sempſenſium appellatur. Imaginātur autē hunc vocari virtutem obuelatā, propterea quod el appelletur virtus, xai vero obuelatum & occultum. Vniuerſa vero huius profeſſionis elatio refutata eſt, & in magnā confuſionem incidit apud eos qui veritatem conſiderare, ac exactè cognoſcere poſſunt, Nā à temporibus Conſtātii, & eorum qui nunc ſunt reges, vſquę huc palā redarguūtur. Ad Conſtātium enim vſque ex genere ipſius Marthus fœmina quædā & Marthana eius ſoror, in ipſorum regione pro diis adorabātur, quoniā ex ſemine prędicti Elzai erant. Mortua eſt autē Marthus āte paucos ānos, Marthana vero hucuſque fuit. Quarū etiā ſputa, & reliquas corporis ſordes auferebāt erronei illi hæretici, in illa regione, in auxilium videlicet morborum: nihil tamē efficiebant. Verùm error ſēper pertinax eſt, & ad fraudē prōptus. Cæca enim eſt malitia, & error ſtolidus eſt. Et quandiu tēpus tero de præſtigiatore hoc loquēs, & de his quæ contra veritatē mentitus eſt, primùm quidem docens abnegationem Dei, iuxta ſimulationem deteſtandorum idololatriæ ſacrificiorum participem fieri debere iubens. Deinde decipiens audientes, abnegare iubens propriam fidem ore & non habere peccatum aſſerens. Quarę incurabilis eſt ipſorum morbus, & curationem non admittēs. Si enim os quod confitetur veritatem, præparatur ad mendacium, quis crediderit cor ipſis non eſſe fraudulentum? Quando diuina ſcriptura palam pronuncians in ſpiritu ſancto docet. Corde creditur ad iuſtitiam, ore vero confeſſio ad ſalutem. Sed & rurſus Chriſtum nomine confitetur, dum dicit, Chriſtus magnus ille rex: non tamen omnino ex doloſa & adulterata tractatione nugaciſſimi libri eius comprehendi, an de Domino noſtro Ieſu Chriſto natrauit. Neque enim hoc determinat, verum Chriſtum ſimpliciter dicit, velut alium quendam ſignificans, aut expectans, prout nos ex his deprehendimus, prohibet enim orare ad orientes, aſſetens non oportere ſic intendere, verum faciem

Vallis ſal ſa. *Mortuum mare.* *Elxai pſeudopropheta.*

Marthys & Marthana.

clem ad Hieroſolyma conuertere ex omnibus partibus, ita vt hi qui in orientibus ſunt, in occaſum Hieroſolymis intendant: qui verò in occidente, in orientem iiſdem, qui in meridie, in ſeptentrionem: qui in ſeptentrione, in meridiem, vt vndiquaque facies ex oppoſito Hieroſolymis intenta ſit. Et vide mihi impoſtoris inſaniam. Deteſtatur ſacrificia & victimas velut à Deo alienas, & neque omnino Deo à patribus ac lege vnquam oblatas, & dicit illic oportere orare in Hieruſalem, vbi erat altare & ſacrificia, negans carnis eſum apud Iudæos, & alia, & altare, & ignem velut à Deo alienum. Aquam verò eſſe idoneam, ignem autem alienum eſſe aſſerit per hæc verba: Filii procedite non ad ſpeciem ignis, quia erratis. Error enim eſt hæc res, vides enim (inquit) ipſum proximè, & eſt procul, ne procedite ad ſpeciē ipſius, verùm ite magis ad vocem aquæ, & multa ſunt ipſius fabulamenta. Deinde deſcribit Chriſtum eſſe quendam virtutem, cuius etiam menſuras ſignificat, vigintiquatuor ſchœnorum in longitudinem, hoc eſt miliariorum nonaginta ſex: latitudinem vero ſchœnorum ſex, id eſt miliariorum vigintiquatuor, & craſſitudinem ſimiliter ementitur, & pedes ac reliqua fabulamenta. Eſſe autem & ſanctum Spiritum, & ipſum fœminei ſexus, ſimilem Chriſto inſtar ſtatuæ ſuper nubes, & in medio duorum montium ſtātem. Et reliqua ſilentio præteribo, vt ne legentium aures ad fabulas concitem. Quibus porrò verbis & inanibus vocibus poſtea in ipſo libro decipit, quum dicit? Nemo quærat interpretationem, ſed ſolum in oratione hæc dicat. Et hæc ipſa nimirum ex Hebraica lingua tranſtulit, velut ex parte deprehendimus, quum nihil ſint ea quæ ipſe imaginatur, lubet enim dicere, Abar anid moib nochile daaſim ani daaſim nochile moib anid abar ſelan, quæ ſi interpreteris, hanc ſententiam exhibent: Prætereat humilitas ex patribus meis, condemnationis ipſorum, & conculcationis ipſorum, & laboris ipſorum, conculcatione in condemnatione per patres meos, ab humilitate præterita in apoſtolatum perfectionis. In ipſo autē omnia hæc implentur. Euacuata eſt enim ipſius virtus & error. Si vero de verbo ad verbum iuxta tenuitatem vocum ipſarum, quis audire velit interpretamentum, etiam hoc ipſum facere non cūctabimur, ſed pro officio per omnia in gratiā eorum qui audire volunt, ipſa illius verba, ipſorúmque interpretationem palàm apponam, & habet ſe res ita: Abar, prætereat, anid, humilitas, moib, ex patribus meis, nochile, cōdemnationis ipſorum daaſim, & conculcationis ipſorum, ani, & laboris ipſorum, daaſim, cōculcatione nochile, in condemnatione moib, per patres meos, anid, ab humilitate, abar, præterita, ſelam, in apoſtolatu perfectionis. Hæc itaque hæreſis ſupra relata Oſſenorum, degit quidem Iudæorum politiā, ſecundum ſabbati celebrationem & circumciſionem, & quòd facit omnia quæ in lege ſunt. Solum autem reprobat libros ſimiliter vt Naſaræi: ſectam vero facit hęc, quum diuerſitatē habeat ab aliis ſex Iudæorum ſectis. Proinde ſufficiet ad huius euerſionem, quod aliena eſt à Deo: quum Dominus manifeſtè dixerit, quod ſacerdotes in templo prophanant ſabbatum. Hæc autem ſabbati prophanatio, quid aliud eſt, quā quod nullus operabatur aliquid operis in ſabbato, ſacerdotes autem in templo ſacrificium perficientes, ſabbatum ſoluebant, prophanantes illud per aſſiduam animalium cædem, præteribo ad hanc hæreſim. Hic enim Elzai cōiunctus eſt rurſus Ebionæis, qui poſt Chriſtum fuerunt, imò etiam Nazoræis, qui poſtea vixerunt, & vſi ſunt ipſo quatuor hæreſes, quoniā delectantur ipſius errore. Ebionæi, & poſt ipſum Nazoræi, Oſſeníque, qui ante ipſum, & cum ipſo vixerunt, & Naſaræi ſuprà à me indicati. Hęc vero hęreſis ex numero eſt ſeptem illarum quæ fuerunt Hieroſolymis, & quæ illic manſerunt vſque ad aduentum Chriſti: & poſt Chriſti in carnem aduentum, vſque ad deuaſtationem quæ facta eſt à Tito rege, fratre Domitiani, filio vero Veſpaſiani regis, poſt expugnationem vero Hieroſolymorum permanſit tum hæc, tum aliæ, modico tēpore, quæ videlicet hæreſes appellantur, Sadducæorum inquam, & Scribarū, Phatiſæorum, Hemerobaptiſtarum, Naſaræorū, Oſſenorū, & Herodianorū: donec ſingulæ pro occaſione & tēpore diſſipatæ ac ſolutæ ſunt. Sufficiēs eſt autē, vt ex ipſa illorū inſania & verborum iactatione, lethalis illius veneni remediū habeamus, & omnia nobiſipſis prudenter præparemus, ad impurā ipſorū doctrinam ac loquelā deſtruendā, maxime quū Dominus ſtatim dicat, tū in lege, tum in Euāgelio, Non erunt tibi Dei alii præter me. Non aſſumes nomē alicuius alterius ad iuſiurādū. Et, Nolite iurare neque per cœlū, neque per terrā, neque aliud aliquod iuſiurādū, ſed ſit ſermo veſter eſt, eſt, & nō, nō, quod enī ſupra hęc eſt, ex maligno illo eſt. Ego vero de hoc Dominum vaticinatum eſſe arbitror, propterea quod futuri eſſent qui dicturi eſſent, per alia nomina iuſiurādum prætēdi oportere. Primū igitur non oportet iurare, neque per ipſum Dominū, neque aliud quod dā iuſiurādū. Nā maligni illius eſt iurare, malignus igitur eſt & qui in Elxai loquutus eſt, qui coegit nō ſolū per Deum iurare, ſed etiā per ſalē & aquā, & per æthera ac vētum, & per terrā atque cœlum. Satis eſt autē velut in trāſitu, vt qui curari velit, duorum illorum præceptorum antidoto, in oppoſitionē erroris ipſius vtatur. Verum præterita huius nugacitate ac fraudulēta hæreſi, deīceps ſeptimæ hæreſis cōfutationē faciā, quæ apud ipſos Iudæos tunc recepta fuit: & eſt hæc.

Ignis reprobatus.

Chriſtimē ſura apud Elzai.

Oratio Elzai.

Iusiurandum

Hieroſolyma deuaſtata à Tito Cęſare

Contra Herodianos ſeptimam Iudaiſmi hæreſim, & ex ordine XX.

POſt hanc & has ſectas, rurſus ſeptima hæreſis erat Herodianorum appellata. Nihil autem habebant hi diuerſum, ſed toti ſunt Iudæi vani ac hypocritæ. Verum Herodē putabant hi Chriſtum Dominū, qui in omnibus ſcripturis, legēque, ac prophetis expectatur, & ob ipſum decepti, Herodem iactabāt: inducti ex dicto hoc, vnà cum hoc quod etiam in gratiam eius qui tunc rex erat, inaniter gloriabātur: Nō deficiet princeps ex Iuda, neque dux ex fœmoribus ipſius, donec venerit cui reſeruatur, aut velut alia exemplaria habent, Donec venerit cui reſtant quæ reſeruantur ipſi. Nam Herodes Antipatri filius fuit, Aſcalonitæ cuiuſdā æditui ac miniſtri ſimulachri Apolinis, cuius Antipatri pater, Herodes quidē erat nomine: filius autē hic erat Antipe. Captus autē eſt ab Idumæis idē Antipater: atque illic in Idumea degēs, genuit Herodē. Quū autē pater pauper eſſet, & prætio redēptionis filiū, Antipatrū inquam, redimere nō poſſet, per multum tēpus in ſeruitute permanſit, poſtea vero liberatus eſt ex collatione ciuium, vnà

Herodes pro Chriſto habit⁹.

vnà cum filio Herode,&ad propria deuenit.Quapropter aliqui ipſum vocant Idumæum, Alii vero Aſcalonitam norunt. Poſtea verò amicus factus eſt Demetrio, & procurator Iudææ conſtitutus eſt, & in noticia Auguſti Ceſaris fuit,& à procurationis officio proſelytus & acceſſorius fit:circunciditúrque tũ ipſe tum Herodes filius,ad quem ſors regni Iudæorũ deuenit. Erat autem rex in iudæa,ſub Cæſare Auguſto,ſocius ac confœderatus exiſtens.Quandoquidem igitur ex alienigenis hic regnauit: durauit autem regnum per ſucceſſionem à Iuda & à Dauid,itémque principes ex Iuda & patriarchæ:translatum verò fuit regnum ad alienigenam:credibile viſum eſt ſuſpicioni erroneorum,vt ipſum eſſe Chriſtũ putarent,ac deciperentur ex relati dicti conſequentia,nempe,Non deficiet ptinceps ex Iuda,donec venerit cui reſeruatur:vt accipiamus,inquiunt,quòd huic reſeruatum eſt. Defecerunt enim illi,& hic nõ de genere Iuda,imò neque omnino de Iſrael eſt,huic autem reſeruatum eſt,eſſe Chriſtum. Verum redarguunt ipſos ea quæ ſequuntur.Quod ipſe eſt expectatio gentium,& in ipſo gentes ſperabunt.Quæ autem gens in Herode ſpem habuit?Quæ vero gentium expectatio,Herodem expectauit?Quomodo vero illud apud ipſos impletum erat:Dormiuit vt leo,& vt catulus leonis,quis excitabit ipſum ? Vbi autẽ lauit in ſanguine ſtolam ſuam Herodes,aut in ſanguine vuæ amiculum ſuum:ſicut Dominus noſter Ieſus Criſtus corpus ſuum proprio ſanguine reſperſit,& in ſanguine vuæ amiculũ ſuũ?Vetũ cõſidera quę dico,détque tibi Dominus intellectũ in omnib⁹. Quo enim oſtẽderet purgationẽ ſtatus populi Domini venit per doctrinã proprii ſanguinis ad purgãdũ dẽtes hominũ in ſanguine nidoris ac nefandi ſacrificii inquinatos.Et quid opus eſt multa dicere?multa enim ſunt,& nõ admittit tẽpus ſermonẽ aduerſus prædictas hæreſes prolongare.At hæc quidẽ ſeptẽ hæreſes fuerũt in Iſrael,tũ in Hieruſalẽ,tũ in Iudæa. Quatuor vero antea relatæ apud Samaritas in Samaria.Pleręque vero deletę ſunt.Nõ amplius ſunt ſcribæ,nõ amplius phariſæi,nõ amplius Sadducæi,nõ amplius Hemerobaptiſtæ,non amplius Herodiani: ſoli autẽ aliqui,atque hi rari reperiũtur,vnus fortaſſis aut alter,Naſareni,vltra ſupernã Thebaidẽ,& vltra Arabiã.Item Oſſenorũ reliquiæ,nõ amplius iudaiſſantes,ſed Sampſis cõiunctæ,per ſucceſsionẽ vltra mortuum mare habitantibus.Nunc vero Ebionæorum hæreſi coniunctæ ſunt.Et contigit quidẽ ipſos deſinere à Iudaiſmo,verum valut radicem, aut corpus reptilis beſtiæ diſſecati, & ex ipſo naſci bicipitem,ac radice carentem ſerpentem,in vno corpore ſemiſecto enatũ ac dependentem. Hucuſque tractatum à me eſt de quatuor ſectis Samaritarum , & ſeptem Iudæorum, de quibus non amplius reſtant quàm tres quidem Samaritarum,Gortheni videlicet,& Doſithei,ac Sebuæi. Eſſoni vero non ita valde apparent,ſed velut in tenebris defoſsi ſunt ac conſepulti. Apud Iudæos autem,non amplius quàm Iudæorum & Naſaræorum.Oſſeni enim tranſierunt à Iudaiſmo ad Sampſenſiũ hæreſim,& non amplius neque Iudæi ſunt,neque Chriſtiani.Atque de relatis mihi hæc vſque huc dicta ſint.

Præſentia Chriſti,& aduentus in carnem,ac veritas,vnaque ac ſola in Deum fides.

STatim autem acceſsit pedetentim Domini noſtri Ieſu Chriſti in carnem aduentus, qui ſanè relatas ſeptem hæreſes deprehendit in Hieroſolymis,extinxit autẽ ipſas potentia eius atque diſsipauit. Deinceps vero poſt eius aduentum,poſteriores omnes hęreſes fuerunt:dico autem,poſtquam annunciatũ eſt Euangelium,ac bonum nuncium Marię in Nazaret per Gabrielem:& poſt totum in ſumma Chriſti in carnem aduentum,deindéque aſſumptionem.Complacuit enim Deo,vt ad ſalutem hominum proprium filium demitteret,vt in vtero virgineo conciperetur,qui verbum eſt de cœlo,ex paternis ſinibus genetatus,ſine tempore,ac ſine principio, & vt deſcenderet in extremis diebus, Dei verbum exiſtens, ex Deo patre verè generatum,qui coeſſentialis eſt patri,& nihil à patre immutatus, ſed immutabilis & inalterabilis,purúſque ab affectibus,& pœnitus non patiens,compatiens autem noſtro generi.Qui deſcendit de cœlo,& conceptus eſt non à ſemine viri,ſed per Spiritum ſanctum,& verè corpus de Maria habuit,ſibiipſique carnem de ſancta matre efformauit,& animam ac mentem humanam accepit,& totum id quod eſt homo , excepto peccato, in ſeipſum per ſuam deitatem couiuit,natúſque eſt in Bethleem,circumciſus in ſpelunca,oblatus in Hieruſalem,in vlnas acceptus à Simeone,& teſtimonium accepit ab Anna,filia Phanuelis,prophetiſſa,delatus eſt in Nazaret : venit ſequenti anno, vt conſpiceretur coram Domino , in Hieruſalem , verſatus eſt in Bethleem propter cognationem, geſtatus à matre: delatus eſt rurſus in Nazaret,& iuxta ſecundum anni circuitum,in Hieroſolyma & Bethleem venit,ſimiliter à propria matre geſtatus.In Bethleem verò in domum deſcendit cum propria matre,& Ioſeph iam ſene,& cum Maria degente, & illic ſecundo natiuitatis ſuæ anno conſpectus ac viſitatus eſt à Magis,à quibus adoratus eſt, & dona accepit: & in eadem nocte, quum Ioſeph reſponſum ab angelo accepiſſet, in Aegyptum aſſumptus eſt, illíncque rurſus poſt duos annos reuerſus eſt, mortuo Herode, quum ſucceſsiſſet Archelaus.Nam trigeſimotertio anno Herodis,quadrageſimo vero ſecundo Auguſti Cæſaris , naſcitur Saluator noſter in Bethleem Iudææ. Deſcendit autem in Aegyptum trigeſimo quinto anno Herodis. Redit autem ab Ægypto poſt mortem Herodis. Quapropter in triginta & ſeptem annis principatus ipſius Herodis , puer erat quatuor annorum , quando Herodes impletis annis triginta ſeptem,vitam finiuit.Archelaus verò nouem annos regnat : in cuius regni principio , egreſſus Ioſeph de Aegypto vnà cum Maria & puero,quum audiuiſſet Archelaum regnare,ſeceſſit in partes Galilææ,& habitauit tunc in Nazaret.Archelaus autem generat Herodem iuniorem, & regnat Herodes nono anno regni patris Archelai per ſucceſsionem.

Christus secundo natiuitatis suæ anno visitatus est à Magis.

Chriſtus quãdo natus ſit.

Quo tempore tredecim anni ſupputantur aduẽtus Chriſti in carnem.Decimooctauo autem anno Herodis,appellati Agrippæ,incœpit Ieſus prædicare,& tunc baptiſma à Ioanne accipit & prædicat annũ acceptabilem,ita vt nemo ipſi contradiceret,neque Iudæi,neque Græci, neque Samaritæ, neque quiſquam

quam alias. Deinde contradictionem ſuſtinens, prædicauit annum ſecundum: & facti ſunt anni decem & nouem eidem Herodi, Saluatori vero trigeſimuſſecundus. Vigeſimo vero anno Herodis tetrarchæ appellati, fit ſalutaris paſſio, & à paſſione alienitas, ipſe mortis guſtus, vſque ad crucem patientis in veritate, à paſſione vero alieni ac illæſi manẽtis in deitate. Chriſto enim paſſo pro nobis carne, inquit ſcriptura, & rurſus, Mortificatus carne, viuificatus autem ſpiritu, &c. crucifigitur, ſepelitur, deſcendit ad infera in deitate & in anima, captiuam ducit captiuitatem: & reſurgit tertia die, vnà cũ ipſo ſancto corpore, couiens corpus deitate, quòd non amplius ſoluitur, non amplius patitur, non amplius mortis domino ſubiectum eſt, velut Apoſtolus, inquit, Mors ipſi non amplius dominatur: ipſum corpus verè, ipſam carnem, ipſam animam, ipſa illa omnia, nõ aliud quoddam præter id quod eſt corpus, ſed ipſum quod eſt corpus, confirmans in vnam vnitatem, in vnam deitatẽ, carnale incorruptibile, corporale ſpirituale, craſſarum partium, tenuium partium, mortale immortale, quod non vidit penitus corruptionem non relicta anima in inferno, non partito organo ad peccatum, non polluta mẽte per mutationem, ſed vt vniuerſa quidem hominis acceperit, vniuerſa vero etiam perfecta ſeruauerit, indulgente deitate veræ incarnationi, ad rationales ac honeſtos vſus, eos inquam qui ex corpore & anima & mente humana perfectionem requirunt, hoc eſt famem, ſitim, fletum, triſtitiam, lachrymas, ſomnum ac quietem. Hæc enim non ſunt peccati ſpecies, ſed veriſſimæ incarnationis ſignum, quod deitas revera inſit in humanitate, non ea quæ hominum ſunt patiente, ſed deitate ſimul in ea quæ honeſta ſunt & fieri oportebat, cõſentiente ac comprobante, & ea quæ extra peccatum ſunt, & mutationem intetdictam. Reſurrexit, & clauſis foribus ingreſſus eſt, vt craſſarum partium corpus tenuium partium oſtenderet, ipſum quod erat cum carne & oſſibus. Nam vbi ingreſſus eſſet, oſtendit manus, & pedes, & latus punctum, oſſa itẽ, ac neruos, & reliqua, vt ne eſſent imaginatio ea quæ videbantur: fideique & ſpei noſtræ promiſſionem faciebat per ſeipſum perfectè, & conuerſabatur non in apparentia, ſed in veritate. Et erudiens docuit regnum cœlorum prædicare in veritate, magnum illud ac ſummum ſignificans diſcipulis, ac dicẽs, Docete gentes: hoc eſt, transferte gentes à malitia ad veritatem, à ſectis ad vnam vnitatem: baptiſate ipſos in nomen Patris, & Filii, & ſancti Spiritus, in dominicam nominationem trinitatis, ſanctum ac regium ſigillum, vt oſtenderet ex nomine nullam alterationem eſſe vnius vnitatis. Vbi enim qui baptizantur, iubentur ab ipſo baptizari in nomen Patris, certa eſt glorificatio: in nomen filii, non deficientis eſt nomenclatura: in nomen Spiritus ſancti, non diuiſa eſt coniunctio, neque ab vna deitate ab alienata. Et aſſumptus eſt in cœlum, in ipſo corpore & anima, & mente, counitis his in vnam vnitatem, & vnam ſpiritualem ſubſtãtiam: eáque diuina effecta, ſedet in dextra patris, miſſis prædicatoribus in vniuerſum orbem terrarum, Simone Petro, & Andrea fratre ipſius, Iacobo & Ioanne filiis Zebedæi, quos olim elegerat, Philippo & ſi Bartholomæo, Matthæo, Thoma, Iuda, Thaddæo, Simone Zelote. Iudas enim Iſcariotes ille, etiam antea inter duodecim numeraretur, proditor factus, reſectus eſt à ſancto apoſtolorum catalogo. Demiſit portò etiam alios ſeptuagintaduos ad prædicandum, ex quorum numero fuerunt ſeptem viduis prẽfecti, Stephanus, Philippus, Prochorus, Nicanor, Timon Parmenas, & Nicolaus: Ante hos vero Matthias, qui Iudæ loco connumeratus eſt inter apoſtolos. Poſt hos autem ſeptem, & Matthiam ante ipſos, Marcum, Lucam, Iuſtum, Barnabam & Apellem, Rufum, Nigrum, & reliquos ſeptuaginta duos. Poſt hos deinde omnes, & vnà cum ipſis, Paulum ſanctum apoſtolum, per propriam vocẽ de cœlo, apoſtolum, ſimúlque præconem gentium, & completorem apoſtolicæ doctrinæ elegit. Quem comperimus ſanctum Lucam de numero ſeptuagintaduorum diſperſorum exiſtentem ad ſe conuertiſſe, & ſibi ſectatorem feciſſe, cooperatorem in Euangelio, ſimúlque apoſtolum. Atque ſic perfecta eſt vniuerſa Euangelica tractatio vſque ad hoc tempus. Et hucuſque procedet mihi ſermo de viginti ſectis & de conſequentia breuiter à me pro viribus relata, Euangelica videlicet illuminatione, quę in mundo per ipſum & diſcipulos ipſius facta eſt: quibus ſanè ſimilia colligere ac apponere vaticinia & prophetias licet, ex lege, & pſalmis, & aliis, atque ſic conſequentias ac ductus videre, & certitudinem comprehendere, quod non eſt ſpiritus, ſed verus, & à vetere Teſtamento prædenunciatus, miniméque ambiguus Chriſti in carnem aduentus, & Euangelica doctrina. Quo vero non in molem immenſam operis huius tractationem extendam, his contentus ero. Deinceps vero in progreſſu, opiniones quæ poſtea vitæ accreuerunt ex malo pfætextu, ſimiliter exponam, quum iam vndecim à Iudæis & Samaritis, & nouem ante has ex Græcis & Barbaris, ac aliis profectas, ante Chriſti aduentum, & vſque ad ipſius tempus, moderatè enumerauerim.

duodecim apoſtoli.

ſeptuaginta diſcipuli.

De Nazoræis, ſiue Chriſtianis.

NAzoræorum, hoc eſt Chriſtianorum, vocatus eſt per modicum tempus Chriſtianiſmus, à Iudæis, et ab ipſis adeò Apoſtolis, quum Petrus dicat, Ieſum Nazoræum virum deſignatum ex Deo, etc. Poſtea vero ab Antiochia vocari cœpit Chriſtianiſmus. Eſt autem et natura hæreſis Nazoræorum, de quibus in ſequentibus loco ferente dicemus.

Finis primi Tomi primi libri.

SECVNDI TOMI PRIMI LIBRI HÆRESES TREDECIM sunt, & hæc in ipso continentur.

1. Simoniani, à Simone Mago, qui temporibus Petri apostoli fuit, de vico Citharum Samariæ. Hic à Samaritis originem habebat, Christi vero nomen solum subiuit. Docuit autem turpia facere, & coitum inquinationis, vxorum indifferentiam, à corporibus vero reprobat resurrectionem, & mundum dicit non esse Dei. Imaginem autem suam, velut Iouis, & scorti quod cum ipso erat, nomine Helenæ, Minervæ signa discipulis suis adorandam proponebat. Dicebat insuper seipsum Samaritis quidem patrem, Iudæis autem Christum.

2. Menandriani, qui ab hoc Simone per Menandrum quẽdam originem habuerunt, differunt autem in aliqua re à Simonianis. Hic enim ab angelis mũdum factũ esse dixit.

3. Saturniliani, qui in Syria Simonianorum turpiloquiũ corroborarunt, alia vero à Simonianis prædicabant, ad maiorem admirationem. Originem vero à Saturnilo habuerunt: qui etiam ipse velut Menander, ab angelis mundum factum esse dicebat, atque his solum septem, iuxta superni patris sententiam.

4. Basilidiani, eiusdem turpis operationis operatores, à Basilide qui vna cum Saturnilo Simonianorum & Menandrianorum discipulus fuit: & aliqua similiter sentiebat, in aliquibus vero dissentiebat. Dicit autem trecentos sexaginta quinque cœlos esse, & his nomina angelica imponit: propterea quod etiam annus tot dierum sit, & Abrasax nomen virtutis, quod fer numerum CCCLXV. & dicit esse hoc nomen Spiritum sanctum.

5. Nicolaitæ, à Nicolao, qui vnus ab apostolis præfectus fuit, hic ob zelum propriæ vxoris, turpia facere discipulos suos, vna cum aliis docuit. Et de Caulaucauch & Prunico, atque aliis barbaricis nominibus, quæ mundo scelestè inuexit.

6. Gnostici, qui easdem hæreses susceperunt, verum plus omnibus ipsis turpitudinem furiosè operati sunt. In Ægypto autem Stratiotici appellati sunt, & Phibionitæ. In superioribus vero & orientalibus partibus Secundiani: in aliis partibus Socratitæ, apud alios Zacchæi. Alii vero Goddianos ipsos dicunt. Alii Borboritas ipsos vocant. Hi Barbelo & Barbero iactant.

7. Carpocratiani, à Carpocrate quodam in Asia, qui omnem turpem actionem perficere docebat, & omne studiũ peccati. Et nisi quis, inquit, per omnia pergressus fuerit, & voluntatem omnium dæmonum & angelorum perfecerit, ad supremum cœlum transcendere nõ poterit, neque principatus & potestates præterire. Dicebat Iesum animam intellectualem suscepisse, & quum nosset superna, ea hic annunciasse. Et si quis similia Iesu faceret, eum eadem virtute præstare. Legem vero cum mortuorum resurrectione reprobabat, velut secta à Simone orta, & hucusque relata. Huius fuit Marcellina illa in Rhoma. Imagines fecit occulte Iesu & Pauli, & Homeri, & Pythagoræ, ipsisque suffitum faciebat, eásque adorabat.

8. Cerinthiani, qui & Merinthiani. Hi à Cerintho & Merintho Iudæi quidam circumcisionem iactantes, mundum vero ab angelis factum esse dicẽtes. Iesum vero iuxta profectum, Christum appellatum esse.

9. Nazoræi: hi Christum confitentur Iesum filium Dei, omnia autem secundum legem faciunt.

10. Ebionæi prædictis consimiles Cerinthianis & Nazoræis, quibus coniuncta fuit aliqua parte Sampsæorum & Helcesæorum hæresis. Qui Christum dicunt creatum esse in cœlo, & sanctum ipsius Spiritum. Aduenisse autem Christum in Adam primum, & iuxta tempus exuisse ipsum Adam, & rursus induisse. Atque hoc ipsum aiunt perfeciße ipsum in aduentu suo in carnem. Quum autem Iudæi eßent, Euangeliis vsi sunt, carnis esum abominantur, aquam pro Deo habent. Christum vero hominem, in aduentu in carnem induisse, velut dixit. Assidue mergũtur in aquis, æstate ac hyeme, ad purificationem videlicet velut etiam Samaritæ.

11. Valentini, carnis quidem resurrectionem reprobant, Vetus testamentum spernunt, itémque prophetas, legentes quidem & suscipientes ea quæ ad similitudinem sectæ suæ figurate exponi possunt. Verum alia fabulamenta obiter inducentes. Triginta sæculorum nominationes dicunt masculorum ac fœminarum, simul ex patre vniuersorũ generatorum, quæ & Deos putant & sæcula. Christum vero de cœlo corpus intulisse, & velut per canalem Mariã ipsam penetrasse.

12. Secundiani, quibus coniungitur Epiphanes & Isidorus, qui & ipsi iisdem coniugationibus vsi sunt, eadem cum Valentino sentientes, alia vero ab ipsis quodammodo exponentes. Apponunt iidem turpem operationem docẽtes reprobant autem etiam hi carnis resurrectionem.

13. Ptolomæi, & hi discipuli Valentini fuerunt, quibus coniungitur Flora. Eadem vero etiam ipsi de coniugationibus dicunt, sicut Valentinus & Secundiani. Verum in quadam parte etiam hi inter se differunt: Atque hæc est summa secundi tomi primi libri tredecim hæreses continentis.

SECVNDVS THOMVS PRIMI LIBRI EPIPHANII.

Contra Simonianos, primam hæresim a fide in Christum Dominum nostrum, ex ordine vero XXI.

SIMONIS Magi prima est hęresis, quæ à CHRISTO initium accepit. hęc ipsa in nomen CHRISTI non rectè, neque facili ductu, sed iuxta adulteratam apud ipsos corruptionem, miracula operatur. Hic Simon præstigiator erat, & à Gittharum ciuitate in Samaria originem habebat, quę nunc vicus existit. Incantationibus autem Samaritas decipiebat, fallebátque, & inescabat. Dicebat se ipsum esse magnam virtutem Dei & ex supernis descendisse. Patrem verò dicebat seipsum esse apud Samaritas, apud Iudæos verò se filium esse dicebat. Passim autem se non passum esse, sed solum apparentia. Blanditus est idem Apostolis, & ipse similiter cum aliis baptizatus est à Philippo cum multis. omnes verò præter ipsum, susceperunt magnorum Apostolorum præsentiam, & per impositionem manuum ipsorum acceperũt Spiritum sanctum. Nam quum Philippus diaconus esset, non habebat potestatem imponendi manus, vt per hoc daret Spiritum sanctum. Quum autem Simon non haberet rectum cor neque cogitationem rectam, sed turpi lucro & studio pecuniarum intẽtus esset, & à prauo proposito suo nusquam decederet, offerebat pecunias Petro apostolo, vt daret ipsi potestatem exhibendi Spiritũ sanctum per manuum impositionem: ita ratione secum inita, quod dare vellet multis pro modica pecunia, atque sic per exhibitionẽ Spiritus, multas pecunias cumulare ac lucrari. Hic igitur mente præditus praua, & à diabolico Magiæ errore decepta, & promptus semper ad ostendendum prauitatis suę barbarica ac dęmonum negotia per præstigias suas: progressus in medium, & prætextu nominis CHRISTI veratrum melli committens (quod venenum est ab ipso correptis) ipsumque ex maligno suo errore, sub nominis CHRISTI dignitate exhibens, mortem his qui ipsi fidem habuerunt, induxit. Quum autem natura esset lasciuus, reuerentia promissorum suorum compunctus, corruptam opinionem circulatoribus ab ipso deceptis induxit. Nam vbi reperisset sibiipsi mulierem circulatricem, Helenam nomine, à Tyriorum vrbe ortam, ipsam in vxorem ducit, non indicans se consuetudinem cum ipsa habere, verùm in abscondito, turpitudine mulieri permixtus ille præstigiator, fabulosam quandam amœnitatem discipulis suis exponebat. Nimirnm dicẽs seipsum esse virtutem Dei magnam. Coniugem vero scortatricem, Spiritum sanctum esse dicere ausus est, & propter hanc se descendisse dixit. In vnoquoque vero cœlo transformabar. inquit, ad formam eorũ quę sunt in vnoquoque cœlo, vt latẽrem angelicas meas potestates, & peruenirẽ ad intelligentiã, quę sanè est hæc, quæ & Prunicus, & Spiritus sanctus appellatur, per quam angelos creaui. Angeli verò mũdum & homines creauerunt. Esse autem hanc Helenam illam antiquam, ob quam Troes & Græci ad pugnam deuenerunt. Dicebat autem fabulam quandam ad hæc. Quod virtus ex supernis dilapsa seipsam transformasset, verum poetę de hoc allegorice tradidissent. Nam per supernam virtutem, quam Prunicũ dicunt, quéq; apud alias hęreses Barbero, siue Barbelo appellatur, pulchritudinẽ suã ipsam ostendisse, & postea ipsos fregisse, & propterea missam esse in congregationem principũ qui mundum hunc creauerunt, & ipsos angelos ad bellum propter ipsam venisse. ipsam autem nihil passam esse, sed præparasse vt mutuas cædes in seipsos operarentur, propter eam quã immisit in ipsos erga seipsam concupiscentiam. Et quum detinerent ipsam vt nõ posset sursum ascendere, coibat cum ipsa quilibet in vnoquoq; corpore muliebris ac fœminei habitus, trãseunte ipsa à corporibus muliebribus, ad diuersa corpora humanę naturę, brutorũq; pecorũ, ac aliorũ. Quò per ea quę ipsi operarentur, dum occidunt, & occidũtur, imminutionẽ sui ipsorũ per sanguinis profusionẽ efficeret: illa vero rursus vires colligens, rursus deinde cœlum conscendere posset. Erat autem hæc & tunc apud Græcos & Troianos, & superioribus temporibus priusquam mũdus fieret, & post mũdum per inuisibiles potentias æqualia eiusdem formæ fecit. Hæc ipsa vero est, quæ nunc mecum est, & propter hanc descendi, sed & hæc meum aduentũ expectabat. Hęc enim est intelligentia, quę apud Homerũ Helena appellatur, & de hac causa cogitur ipsam describere Homerus, supra turri stãtem, & per facem ostendentẽ Græcorum contra Phrygas insidias. Exprimebat autem per splendorẽ, velut dixi, supernilumínis indicationem. Quapropter etiam apud Homerum, Durium equum Græcis appellatum, hoc est ligneum excogitatum esse, & de industria factum pręstigiator ille dicebat, qui est ignorantia gentium. & quẽadmodum Phryges trahentes ipsum per ignorãtiam, propriã perniciem attraxerunt: sic etiam gentes, hoc est homines, extra meam cognitionẽ, per ignorantiã attrahunt sibiipsis interitũ. Sed & Mineruam rursus eandem dicebat, quæ intelligentia esset apud ipsum appellata, vtens nimirum ille impostor sancti Pauli apostoli verbis, transmutans veritatem ad suum mendacium. nempe, Induite thoracem fidei, & galeam salutis, & ocreas, & gladium ac scutum. Hæc omnia ad Philistionis imitationem, deceptor ille in ludibrium & nihil aliud cõuertebat, quæ ab ipso Apostolo propter solidam mortem, & fidem puræ conuersationis, & virtutem diuini ac cœlestis sermonis dicta sunt. Quid enim dicam? hæc omnia in mineruæ formã mystice figurauit. Quapropter rursus dixit, velut antea dixi, ostendens illam suã vxorem, de Tyro ipsi acceptam, veteris Helenę cognominẽ, omnia ipsam appellans, Intelligentiam, Mineruam, Helenã, & alia. Et propter hãc, inqnit, descendi, hæc enim est illa in Euangelio scripta erronea ouicula. Sed & imaginem quãdã tradidit suis, velut quæ ipsius sit, & adorãt ipsam in specie Iouis. Quin & aliam Helenę imaginem tradidit ipsis, in figura Mineruæ, & adorant has hi qui ab ipso decepti sunt. Mysteria verò proponebat turpitudi-

Simõ Magus baptizatus à Philippo.

Dignitatũ in Ecclesia ratio.

Helena Simonis Magi.

Prunicus quid sit.

Barbelo quid sit.

Helena Homeri.

Equus Durius.

Philistion poeta comicus.

nis, fluxusq; corporũ, quo honestius exponam, virorum quidem per defluxũ, fœminarum verò per consuetos menses, collectione quadam turpissima ad mysteria colligi, atq; hęc esse mysteria vitæ, cognitiouisq; perfectissimæ. quod ipsum sanè maxime contingit ei qui intelligẽtiam ex Deo adeptus est, vt abominationem potius putet & mortem, quàm vitam. Idem etiam nomina quædam supponit principatuum & potestatum, cœlosq; diuersos tradit, & in vnoquoq; firmamento ac cœlo virtutes quasdam exponit, & nomina barbarica his indit. Non posse verò aliter seruari aliquẽ, nisi hũc mysticum ductum didicerit, & alia sacrificia patri vniuersorum per eos principatus ac potestates offerre. Esseq; seculũ hoc ac mundũ (dicit) à principatibus ac potestatibus maliciei in imminutione constructum. Corruptionem autem tradit ac interitum carnis solum, animatũ verò purificationẽ, atq; hanc si per ipsius erroneam linguam in mystico ductu persistant. Et sic incipit Gnosticorũ appellatorum principiũ. Non esse autem legem Dei, sed siniſtræ virtutis dicebat. Neq; prophetas ex bono Deo esse, sed alterius atq; alterius virtutis, & prout vult, vnicuiq; decernit, legẽ quidẽ cuiusdam, Dauid autem alterius, Esaiam alterius, Ezechielem rursus alterius, & singulos prophetas vni principatui defert. Esse autem hos omnes ex siniſtra virtute, & extra complementum. Omnem verò qui veteri Testamento credit, mortem subire. Subuertitur porrò huius dogma ab ipsa veritate. Si enim ipse fuerit virtus illa Dei magna, & scortum quod vixit cum ipso, Spiritus sanctus, velut ipse ait, dicat quod est nomen virtutis, aut qua ratione epitheton mulierculæ inuenit, sibiipsi verò non omnino. Quomodo verò tempore quodam per successionem, naturæ debitum in romanorũ vrbe persoluisse

Simõ Magus in medio vrbis Romæ collapsꝰ, interiit.

reperitur, quando in media Romanorũ vrbe miser ille collapsus mortuus est? Qua verò ratione Petrus pronunciauit, ipsum neq; hæreditatẽ, neq; portionem, in parte diuini cultus habere? Quomodo autẽ potest mundus Dei boni non esse, quando ex ipso omnes boni permutati sunt? Quomodo verò fuerit siniſtra virtus, quæ in lege ac prophetis loquuta est, quum de aduentu CHRISTI boni Dei prædixerit, & mala omnia interdicat? Quomodo autem non fuerit vna deitas & idem spiritus noui ac veteris Testamenti, quando Dominus dixit, *Non veni soluere legem sed implere*. Et vt ostenderet quòd lex ab ipso annũciata esset, & per Mosen donata, euãgelica verò gratia per seipsum & aduentũ suũ in carnem prædicata esset, dixit Iudæis: [Si Mosi credideretis, crederetis vtiq; mihi, illẽ enim de me scripsit.] Et alia multa sunt, quę præstigiatori opponi possunt. Quomodo autẽ turpia vitalia erunt, nisi sanè demonũ hęc fuerit opinio, qnando ipse dominus in Euangelio dicit ad eos qui ad ipsum dicebãt: [Si sic habet causa viri & vxoris, nõ cõducit cõtrahere matrimoniũ.] Ipse verò ad illos dixit, [Nõ omnes hoc capiũt. Sũt enim eunuchi, qui seipsos castrauerũt proter regnũ cœlorũ.] Et ostẽdit, quod natura abstinere à coniugio, donum est regni cœlorum. Rursus in alio loco de venerandis nuptiis, quas ipse Simon turpiter corrumpens, propriam persequitur concupiscentiã, dicit: [Quos Deus cõiunxit, homo non separet.] Quomodo verò rursus erro ille propriarũ nugarũ oblitus, seipsum redarguit, velut ignorans quæ prædixit? Quum enim dixerit, quod ab ipso facti sunt angeli per ipsius intelligentiam, rursus dixit se transformatũ esse per singulos cœlos, vt lateret ipsos in descẽdẽdo. Num igitur ipsos timẽs latebat? & quomodo timebat nugator angelos, quos ipse fecit? Quomodo verò non omnibus prudentibus seminium erroris ipsius confutatu facilę cõperietur, [quãdo in principio fecit Deus cœlũ & terrã,] inquit Scriptura: & cõcinnè ad hũc sermonẽ Dominus in Euangelio dicit, velut ad Deum patrem proprium, Pater domine cœli & terræ. Si igitur creator cœli & terræ, est Deus pater Domini nostri IESV CHRISTI: omnia frustra à Simone calumniatore dicta sunt, & hoc quod ab angelis mũdus in immunitione factus est, & omnia alia quæ insanus ille ex ro mundo obloquens exposuit, & fraudem quibusdam ab ipso deceptis induxit. Atque hæc mihi in summa aduersus huius hæresim dicta legentibus sufficient, ad occasionem veritatis ac sanationis, & ad redarguendum eos qui per huiuscemodi bestialem cõruptionem, ignorãtibus iniuriam inferre conantur. Transibo autem, & rursus ad alterius sectæ confutationem pergam. Est enim in ipso mutatio ac dubitatio, quum ipse quidẽ sit seductor. forma verò nominis CHRISTI induerit, velut aborti

Aspidum oua.

uorum serpentium generis corruptio, ex fœcundis ouis aspidum & aliarum viperarum producta, quemadmodum inquit Propheta: [Oua aspidũ ruperũt, & qui de ouis ipsorũ edere volebat, inuenit fœcundũ, & in ipso basiliscum.] At quum per virtutem CHRISTI, velut dixi, hunc verbis ac doctrina vetitatis percusserimus, & ipsius perniciem dispersserimus, deinceps ô dilecti, etiã ad alias consequentes hęreses transeamus.

Contra Menandrianos, secundam à Christi aduentu hæresim, & ex ordine XXII.

HVic deinceps coniungitur Menander quidam, qui origine à samaritis ducta, aliquo tempore huius simonis discipulus fuit. Similiter autem & ipse mũdum ab angelis factum esse dicebat. Seipsum verò virtutem ex supernis à Deo demissam dicebat. Verùm hic maiorem nequitiam vltra priorem ad homines decipiendos operatus est. Dicebat enim seipsum missum esse ad salutem videlicet, & ad congregandum aliquos ad suũ mysteriũ, vt ne angelorum qui mundũ fecerũt, principatuũque ac potestatũ dominio premerentur. Similia autem omnia velut prœceptor ipsius cõtexebat, & prestigias aliasque incantationes nõ intermittebat. Et nihil de doctrina euariabat, quãid solum quod seipsum maiorẽ prœceptore iactabat. Cęterũ in idem vitium in quod prœceptor ipsiꝰ incidit, & ipse deprehensus per eandem doctrinę veritatis confutationem subuertetur. Nam & ipse subuersus est, & hęresis eius quàm maxime desiit. Transgrediar porrò ipsam, & ad aliam procedẽs

Aspidum fabula.

deueniam. Veteres re vera narrant fabulã, quod ex multis aspidibus in vno testaceo vase collectis, & in fundamẽtis quatuor angulorũ, vniuscuiusq; delubri simulachrorũ in Aegypto extructorũ depositis, si

tis,si qua ex his fortior aliis reperta fuit,ea reliquas aggressa deuorauit.Et vbi per se mansisset, & alimento non abundaret,cõuersa seipsam à cauda derodere incœpit, & vsq; ad aliquã corporis partẽ se adedit.Et sic non amplius perfecta mansit,sed dimidiũ serpentis genus existens. Quapropter etiã hanc Aspidogorgana uocauerunt.Quare intelligitis vos,vetus quidẽ esse hoc,& quod nunc nõ amplius reperitur,sed deletũ est. Quemadmodũ etiã hæc hæresis penitus fugata est. Et habuit quidem contradictionem à nobis,ipsa verò per potentiam CHRISTI deleta est. Hanc itaque transgredientes,ad sequentes deinceps pergamus. *Aspidogorgon.*

A

Contra Saturnilianos,à Christi aduentu hæresim, & ex ordine XXIII.

23. Hæresis saturnilianorũ Anthiochia ad Daphen sita. Basilidis & saturnili hæreticorũ ad se minandas hæreses prouinciæ Materia hæresis horum.

POst hunc Saturnilus quidam surrexit,& ipse illinc,à Menandro inquam,& prioribus,occasioni bus arreptis.Hic in Syria habitauit, hoc est Antiochia ad Daphen sita,& multam quãdam artem ac experientiam erroris mundo inuexit.Duo enim hi sodales ac cõdiscipuli fuerunt,Basilides & Saturnilus.Et Basilides quidẽ ad Aegyptum secessit, & illic tenebrositates profundi erroris sui prædicauit. Saturnilus verò in prædicto loco degens, similiter velut Menander, mundum ab angelis factum esse annunciauit.Vnum autem esse patrem ignorum, eundemque fecisse virtutes & principatus ac potestates.Angelos verò à superna virtute discessisse: Et septem mundum, & quæ in ipso sunt, fecisse.Mundum verò secũdum diuisionem vnicuiq; angelo sorte obtigisse.Eosdem autem angelos simul congressos cõsilium iniisse,& communiter hominem fecisse, iuxta formam vocis ex supernis incumbentis:quam quum nõ possent incumbentem detinere,propterea quòd euestigiò recurreret, imitari voluerunt.Et hominem quidẽ formatum ab ipsis, nulla de causa quàm ob talem occasionẽ, Quoniam inquit,lux eadem ex supernis prominens,irritamẽtum quoddam iisdem angelis induxit, vt ad desiderium supernæ similitudinis,hominis figmẽtum ac structuram facere aggrederẽtur. Quãdoquidem enim amabant supernam lucem, desiderio & iucunditate capti, apparẽtis ac rursus disparentis ab ipsis : & quum amarent ipsam,& nõ possent eius amore exsatiari, propterea quod in momento eadem lux reuolaret,eius rei gratia dixisse inquit angelos (sic enim præstigiator confingit) faciamus hominem ad imaginem & ad similitudinem,refecto eo quod in Genesi dictum est à Deo, nostram:quo videlicet error ipsius verisimilitudinem haberet,tanquam scilicet alii quidem faciant, imago verò alterius sit,dum dicunt, Faciamus hominem ad imaginem & ad similitudinem. Quum autem factus esset,inquit,homo,& propter impotentiam suam non possent ipsum perficere,iacuisse ipsum & se volutasse in terra situm,instar vermis reptilis:non potuisse autem neq; se erigere, neq; aliud quid facere,donec superna virtus inclinata,& misericordia mota, ob propriam suam imaginẽ ac formam,ex miseratione scintillam virtutis suæ demisit,& per ipsam hominem erexit,atq; sic viui ficauit. Scintillam nimirum, animam humanam dicens,& hac de causa animo scintillam seruari oportet,reliquum vero totum hominis perire. Et in homine quidem id quod ex supernis descendit, post tẽpora quædã reuerti. quod verò ex infernis est, interire.Et seipsum asserit præstigiator in forma hominis venisse,& specie tantum:omnia verò in apparentia fecisse,hoc est natum esse,ambulare,cõspici,passum esse.Ab hoc autẽ falso nomine appellata Scientia, rursus profunditati prauitatis ipsius apponi incipit,quæ à Simone quidem initiũ & occasionem accepit: verũ adiecta est alteri insignio ri nugacitati,cuius confutationem postea dicemus. Asserit enim hic angelos,& deum Iudæorum vnum ex ipsis esse dicit.Discessisse verò eundem & eosdem à sua potestate. Seipsum autem Saluatorem missum esse à patre,ex sententia virtutum,ad destructionem Dei Iudæorum, & ad salutem credentium. Esse autẽ ipsos qui huius sunt hæresis,eos qui scintillã patris ex supernis acceperunt.Duos enim ab initio homines formatos tradit,alterum bonum,& alterum malum.Ex quibus duobus esse genera hominum in mundo,bonum & malum. Quandoquidem verò dæmones malis auxilio fuerunt,eius gratia in extrema die venit,velut dixi,Saluator,ad opem bonis hominibus ferendam: & ad destruendos malos ac dæmones. Matrimonium porrò contrahere, & generare,idẽ scurra ex Satana esse dicit.Vnde etiam plures ex ipsis ab animatis abstinent,quo per simulatam suam vitam, aliquos ad suam fraudem illiciant. Prophetias verò idem circulator ait,partim ab angelis mundi opificibus prædictas esse,partim à Satana.Sed & ipsum Satanam angelum esse dicit,repugnantem angelis mũdi conditoribus,maximè verò Deo Iudæorum. Quum verò hæc dicat bestialis ille, omnino sanè etiam ipse conuincetur,vnum Deum confiteri,& ad vnam monarchiæ vnitatem totum reducere. Si enim angeli fecerunt,angeli verò rursus à superna virtute causam habent vt sint,igitur nõ ipsi causa sunt formationis hominis, sed superna virtus quæ angelos fecit,ex quibus etiam homo constructus est. Etenim instrumentum non est causa eorum quæ ab ipso fiunt,sed is qui operatur ipsum opus per instrumentũ,per quem fit opus:velut etiam scriptũ est: Non glorificabitur serra citra trahentem ipsam,&c. Sic equidẽ video, quòd neque gladius causa est cædis,sed is qui gladio cædẽ aggressus est. Et instrumentum efformandi ceram,non potest per seipsum facere ea quæ effinguntur,sed is qui & instrumentum,& ipsum figmentum fecit. Igitur neque angeli causa sunt,sed is qui angelos fecit: alioqui præcepisset ipsis,vt ne facerent hominem. Si enim contrà opponit supernæ virtutis,siue potentiæ ignorantiam,& quod non nouerit de futuris,præter ipsius voluntatem peractis:bona voluntas fuit, sua manu angelos fecisse ad vtilitatem constructionis hominis, quem volebat facere : quæ sanè fecit angelos, & non præcepit vt non perficerent conatum,hoc est hominis formationem,velut fabulosum ipsorum opificium habet. Aut rursus interrogandus est nobis fabulator:Nouerat superna virtus quod facturi essent:Etiam,inquit. Igitur si nouerat, ipsa fecit,& non illi. Si verò no-

Blasphemia aduersus Christum. Error manicheorũ Eudemõis et Chacho demonis. Sinistrum de prophetiis iudicium.

Nugatio fabulatoris de virtute diuina.

B

C

D

uerat quidem non volebat autem, verum præter ſententiam ipſius aggreſſi ſunt ipſi conatum, qua ratione non prohibuit? Si verò impotens fuit ad prohibendum, primum vitium eſt, quod angelos ab ipſa factos, contra ſeipſam ad ſuiipſius oppoſitionem ac irritationem fecit. Secũdum verò, quod quũ potuit, non prohibuit, ſed auxilium contulit ad prauum opus ab angelis factum. Si verò non tulit opem, & quum vellet prohibere, non potuit: magna quædam debilitas fuit in ea quæ voluit, & nõ potuit, & fortior vtiq; fuerit caterua angelorum ab ipſa facta, quàm ipſa quæ cauſa eſt angelorum ab ipſa factorum. Vndiquaq; igitur deprehenditur ipſius hæreſis argumentum, quod magis ad inconſtãtiam dilabatur, quàm ad veritatem accedat. Si verò nouerat quidem, neceſſariò autẽ hos fecit, quod fas non eſt facere præter ipſius voluntatem, rurſus ad alium vitium dilabitur, & ne vnum quidem reperietur complementũ in ſuperna virtute, iuxta ipſius rationem. Verùm adhuc amplius adiiciamus, ipſum interrogantes: Dic nobis, ô bone vir, qui per feneſtras proſpexiſti (vt ita nugas tuas ſubſannẽ) & in proſpectando quomodo creati eſſent angeli, conſideraſti, & opificium ipſorum circa hominis formationem ſpeculatus es, & ſupernę virtutis machinamentum inueſtigaſti: nouerant hi quid formaturi eſſent, aut ignorabant? Si verò ignorabant, à quo cogebantur per ignorantiam perficere? Nõ, inquit, ignorabant, nouerunt enim id quod facere volebant. Superna itaque virtus nouerat hos hoc aggreſſuros, aut ignorabat? non ignorabat. Fecit igitur ipſos vt hoc facerent, aut non? Non, inquit: fecit enim ipſos ſolum, hi verò præter ipſum aggreſſi ſunt facere figmentum. Igitur hi quidẽ nouerũt, illa verò ſuperna virtus ignorabat, iuxta tuam adeò rationem, ô omnium hominum ſtolidiſſime. Et erit quidem hominũ ſtructura conſtans, & autores huius angeli in cognitione erũt: virtus verò quę angelos fecit, in ignoratione. Vaniſſimum profectò hoc fuerit, ac ſtultiſſimum, quod opus eſt perfectius ipſo opifice, & artifex imbecillior angelis ab ipſo factis, qui cauſa ſunt humanæ cõſtitutionis. Quare neceſſariò vndiquaq; conuinceris totum ad eundem creatorem vnum illum, & ad vnam monarchiam reducere. Deus enim pater fecit hominem, & omnia ſecundum propriam voluntatem, & nõ angeli, neq; ſecundũ conſilium. Nam in eo quod dixit Deus, [Faciamus hominem, ad imaginem noſtram] dixit: & non ad imaginem ſimpliciter. Conuocabat enim ad opificium ſuum, coopificem uerbum ſuum & vnigenitum: velut habet intelligentia fidelium ex veritate procedens, & ipſa veritatis ſinceritas: quemadmodum etiam in aliis pluribus palàm de hoc & per longum fecimus confeſſionem, quod Pater aduocat Filium vt ſimul creet hominẽ, per quem etiam alia omnia fecit. Nõ autem aduocare ſolum dixerim Filium, ſed etiam Spiritum ſanctũ. [Verbo enim Domini cœli firmati ſunt & Spiritu oris ipſius virtus ipſorum.] Siue autem volet, ſiue nõ volet, Saturnilus inquã, huius ſectæ princeps, cogetur omnino vnum Deum confiteri, Deum ac Dominum vniuerſorum creatorẽ & opificẽ, ſimulq; etiam hominis. Confundetur autem per omnia ac omnes modos, velut calumniator ac ſycophanta, tum in ſermone de prophetis, tum in turpi venerandarum nuptiarum accuſatione. Ipſe enim Dominus noſter IESVS CHRISTVS palàm exclamat in Euãgelio, dicitq;, ac cõcinit prophætę, nẽpe, (Qui loquitur in prophetis, ecce adſum.) Et rurſus, (Pater meus vſq; huc operatur & ego operor.) Quo vero oſtendat quid operetur Pater ipſius & ipſe, pronunciauit, dicẽs his qui interrogauerunt ipſum, an oporteat dimittere vxorẽ ſuam ex omni cauſa: Quomodo ſcriptum eſt. (Fecit Deus hominẽ maſculũ, & Fœminã fecit ipſos.) & rurſus poſt alia: (Huius gratia relinquet homo patrẽ & matrẽ ſuam, & adhærebit vxori ſuæ, & erũt duo in carnẽ vnã.) Et ſtatim appoſuit, dicens: Quos Deus cõiunxit, homo ne ſeparet.) Quare vbiq; docet Saluator, creatorem hominum Deũ eſſe vniuerſorum, ſuum vero patrem. Et quod nuptiæ non ex Satana, ſed ex Deo ſunt, primùm quidem Dominus Dicit: (Quos Deus inquit, coniunxit, homo ne ſeparet.) Et rurſus ſanctus Apoſtolus, Venerandæ nuptiæ, & lectus impollutus.) His vero quę natura ſunt viduatæ, ſimiliter præcipit per Timotheũ, dicẽs: (Iuniores viduas reiicite, poſtquã enim laſciuierint cõtra CHRISTVM, nubere volũt.) Et poſt alia, (Nubãt, liberos gignãt, domũ gubernẽt:) intrãſgreſſibilẽ legẽ ponẽs, quæ ex Deo eſt, & per autoritatẽ hominibus donata eſt. Cæterũ de opinionibus contra prophetias Dei ab ipſo per calũniã productis, quod nõ ſint ipſæ ex Deo, innumera dicere licet, velut ipſe vnigenitus dicit, ornatũ ſuũ annunciãs. primùm quidẽ. (Abrahã pater veſter deſiderauit videre diẽ meam, & vidit, & lętatus eſt.) Et rurſus, (Si credideretis Moſi, crederetis vtiq; mihi, de me enim ille ſcripſit.) Quis autẽ ex rectè ſentientibus, & intelligentiã ex Deo adeptis, non redarguerit impoſtorem Saturnilum, quũ ſciat in gloria reuelatum Saluatorem, ad declarationem ac teſtificationem veritatis, aliter gloriam ſuam non oſtendiſſe, quàm in medio Heliæ ac Moſis, qui etiam ipſi in gloria propria cum ipſo conſpecti ſunt. Alia item quæcunque talia ſunt, quæ ab ipſo Domino in toto nouo Teſtamento dicuntur, confirmationem faciunt legis & prophetarum, & totius veteris Teſtamenti ad nouum, quoniam vnius Dei ſunt ambo, velut quum dicit: (Veniẽt ab orientibus, & requieſcant in ſinibus Abrahã & Iſaac & Iacob in regno cœlorũ,) & quę ſequuntur. Et rurſus illud quod ex perſona Dauid de ipſo prædictũ eſt, (Dixit Dominus domino meo, ſede a dextris meis.) Et rurſus id quod ab ipſo dicitur phariſæis: (Nunquã legiſtis, lapidẽ quẽ reprobauerũt ædificãtes.) Sed & Lucas Euãgeliſta affirmat, ipſum Saluatorẽ poſt reſurrectionẽ ex mortuis viſum eſſe in via Nathanaeli ac Cleope, & admoniſſe hos ex prophetis, quod ſic opportuerit CHRISTVM pati, & ex mortuis reſurgere tertia die. Et in ſumma nihil eſt in Domini in carnem aduentu, quod diſſonum ſit à prophetiis prophetarum. Verùm hucuſque de ſaturnali hæreſi dictum ſit, vt ne tempus inſumam circa ſtultas ipſius propoſitiones, & ipſius ſubuerſiones, inuolutus. Ab hac porro digreſſus, deinceps Baſilidæ condiſcipuli huius ac coerronis hæreſim declarabo. participant enim hi velut veneno mutuo inter ſe ſumpto, iuxta manifeſtum prouerbium, velut aſpis à vipera venenum mutuo accipiens: eiuſdem enim ſcholæ ac

Angelis non tribuitur creãdi facultas.

Opus imperfectius eſt opifice.

Creatio non eſt ex cõſilio angelorum.

Veritate ſcripturæ iugulatur Saturnil' nuptiarũ accuſator

Nuptiæ autore ſatana non ſunt.

Scripturæ non fauẽt Saturnilo

Confirmat nouum teſtamẽtum veritatẽ veteris.

conſeſſus

conſeſſus inter ſe ſunt. Per ſe autem vterq; hæreſim conſtituit, ac erexit: & maliciam quidem alter ab altero collegit, diſſenſionem verò in ſeipſis erexerunt. Siue igitur hic inſtar viperæ, à ſuperioribus tranſſumptum venenum Baſilidæ impertiuit, ſiue Baſilides huic: tamen pernicioſum horũ venenũ, & à talibus reptilibus profectum, per doctrinam Domini velut per antidotum deſtructum ac diſſipatum à nobis relinquatur. Nos autem inuocantes Deum, ô dilecti, ad ſequentia pergamus.

Aſpis à vipera venenũ mutuo ſumẽs prouerbium.

Contra Baſilidianos, quartam à Chriſto, & XXIIII ex ordine hæreſim.

Hæretici mutuas tradũt operas.

A BAſilides igitur, quẽadmodũ ſuprà indicatũ eſt, ad Aegyptiorum regionem miſſus, illic vitam degebat. Deinde venit in partes Proſopitæ & Athribitæ. Imò etiã circũ Saitẽ, & Alexãdriam & Alexandriopoliten præfecturam, hoc eſt vicinos circumcircà Alexandriæ locos, quos nomos, hoc eſt paſcua, ſiue præfecturas Aegyptii vocant. Inuenerit autem & hoc in tuam vtilitatem, ô philologe, ad diſcendi ſtudium ac claritatem, & ad piam conſtitutionem, ac locutionem eorum quæ in diuina ſcriptura poſita ſunt, & in dubiam ambiguitatem deueniunt, propter imperitiam. Vbi enim in ſancto propheta Eſaia inueneris ſcriptum de Nomis vrbis, velut Taneos, aut Mempheos, aut de nomo Bubaſtæ, Aegyptiorum more vicinos circumcircà locos cuiuſcunque ciuitatis, & præfecturas ac paſcua ipſa ſignificat. Atque hoc ſtudioſorum gratia ad me declaratum ſit. Erat itaque in talibus prædictis circulator, illicq; vitam tranſigebat, ex quibus ſanè etiam hucuſq; hæreſis ipſius vigere videtur, ex ipſius doctrina initio accepto. Et incipit quidẽ prædicare exceſſum, ſuper cõdiſcipulũ ſuum præſtigiatorem illum in Syria relictum, quo videlicet ea quæ ſuper illum ſunt, enarrans, audiẽtes amplius perſuadere videretur, placareq; ac cõgregare multitudinẽ ſuper ſocium ſuũ Saturnilum & de cætero imaginarias quaſdam fabulationes diſſerens ac diſtendens, incipit quidem ſic, vt quod verum eſt, dicam, non ex ſua ipſius intelligentia grauia ac pernicioſa auſpicatus, ſed occaſionibus ar

24. Hæreſis Baſilidianorũ.

Patria Baſilidis.

Nomi, paſcua circũ vrbes, & præfecturæ.

Circulatoris hæreſis qualis.

B reptis ex Saturnilo & Simone prædicto. Vult autem alibi ipſa tractare, & in maiorem molem enarrare ac exponere fabulamenta. Erat, inquit, vnum ingenitum, quod eſt ſolus vniuerſorũ pater. ex hoc eminuit, inquit, mens, & mente verbum, ex verbo, intelligentia, ex intelligentia, virtus & ſapientia: ex virtute & ſapientia, principatus, poteſtates, angeli. Ex his autem poteſtatibus ac angelis dicit factum eſſe ſupremum primum cœlum, deinde etiam angelos alios. Eos verò qui ab ipſis facti ſunt angelos, rurſus feciſſe ſecundum cœlum, & ipſos rurſus alios feciſſe angelos. atque hi qui ex ipſis facti ſunt angeli, tertium rurſus fecerunt cœlum. Et ſic qui ſingulatim cœlum, & rurſus aliud atque alios conſtruxerunt, vſq; ad trecentorum ſexagintaquinq; cœlorum numerum proceſſerunt, à ſupremo vſque ad hoc quod nobis proximum eſt cœlum. Deſipiẽtium autem fuerit, inſanam hanc inductionẽ nugacitati ipſius credere. Verùm prudentibus deprehenſu facilis eſt nugarorius huius ſermo, & opinio quomodo ad excellẽtẽ & immenſam improbitatẽ, mentẽ ſuam abſurdè emouit. Decernit enim miſerrimus ille homunculus, velut poëtico quodam furore correptus, vnicuiq; cœlorũ principi nomina, eo propoſito vt per hæc quæ poëtico more confingit nomina, fidem reperiat apud eos qui nõ ſana mente præditi ſunt, ad deceptarũ animarũ pernicie. Quin & magicis artibus ac curioſitatibus impoſtor ille addictus eſſe nõ deſiit. Poſtea verò dicit ab his qui in proximo nobis ſunt cœlo, & à virtute quæ in ipſo eſt, hãc creaturã factam eſſe. ex quorum angelorum numero vnũ dicit Deũ, quẽ priC uatim Iudæorũ ſolũ eſſe ait, ita vt etiam hunc vnum cõnumeret angelis, quibus ipſe per imitationem nomina cõfinxit. Et ex ipſo formatũ eſſe hominẽ dicit, & hos ſimul cũ ipſo diuiſiſſe mundum, iuxta ſortem & multitudinẽ angelorũ, huic autẽ obtigiſſe ex ſorte genus Iudęorũ. Blaſphemat autẽ ipſum omnipotentem Dominũ, qui verè eſt Deus ſolus, & non alius. Patrẽ enim ipſum eſſe cõfitemur Domini noſtri IESV CHRISTI. Hunc ille negans, vnũ vult ipſum declarare de numero angelorum ab ipſo effictorũ, velut indicatũ eſt. Veniſſe autẽ Iudæos in ſortẽ ipſius, & eundẽ eſſe ſupràquàm reliqui angeli ſunt contumaciorẽ, & eduxiſſe filios Iſraël ex Aegypto, pertinacia brachij proprij, propterea quòd violentior & magis pertinax ſit quàm alij. Vnde propter contumaciã ipſius conſilium iniiſſe eundem ipſorum Deum, præſtigiator ille blaſphemat, omnes alias gentes generi Iſraël ſubiiciẽdi, & propterea inſtruxiſſe bella. Sed & multa alia contra ſanctum Deũ laxata lingua, & elato ore, miſerrimus ille loqui nõ veretur. Ob hoc enim, inquit, hanc gentem, etiam aliæ gentes bello impetiuerunt, & multa mala ipſi intulerunt, propter aliorũ angelorum æmulationem, quoniam propulſari velut cõtempti ab ipſo, etiam ipſi proprias gẽtes, contra gentem Iſraël cõmouerunt. Atque hac de cauſa bella vndiquaq; & ſemper, ſeditiones q; contra ipſos exortæ ſunt. Hæc eſt impoſtoris illius ad perſuadẽdum verſutia. Quin & idẽ de CHRISTO, velut qui in apparẽtia apparuerit, opinatur. Eſſe autẽ ait ipſum phantaſiã in eo quod apparuit, non eſſe autem hominẽ, neq; carnem ſuſcepiſſe. Cõfingit porrò nobis alium fabulæ ac dracmatis actum, ſecũdus ille imitator in tractatu de cruce CHRISTI, nõ IESVM paſſum eſſe aſſerens, Sed Simonem Cyrenæũ. Nã quonaim dum Dominus è Hieroſolymis exD turbaretur, velut Euangelij ſeries habet, coegerunt quendam Simonem Cyrenæum ad portandam crucem: hinc reperit, vt nequiciei ſuæ tragœdiã confingeret. Et illũ, inquit, in eo quod portabat crucem, transformauit in ſuam ſpeciem, & ſeipſum in Simonẽ, & pro ſeipſo tradidit Simonem vt crucifigeretur. Quum autem ille crucifigeretur, ſtabat ex oppoſito inuiſibilis IESVS, deridens eos qui Simonem crucifigebãt. Ipſe vero diſceſſit ad cœleſtia, tradito Simone ad crucifigẽdũ, & illæſus pro ceſſit ad cœlũ. Verùm ipſe Simon crucifixus eſt, & non CHRISTVS. IESVS enim, inquit, ſublatus in cœlũ, penetrauit oẽs virtutes, donec reſtitutus eſt ad propriũ ſuũ parrẽ. Hinc enim eſt, inquit, filius ille patris prędictus, qui miſſus eſt in auxiliũ filiorũ hoĩm, propter ſeditionẽ quã vidit pater ĩter homines, & inter angelos. Et hic eſt, inquit, ſalus noſtra, qui venit & nobis ſolis hãc veritatẽ reuelauit.

Cæli ccclxv.

Impoſtura ex veteris artibus.

Blaſphemia in deum.

Inuidiam ponit in angelis.

Excogitata cauſa de bellis Iſraelitarum.

Phantaſticum hominem dicit Chriſtum Simon Cyrenæus paſſus.

Figmenta circulatoris. Atque hæ quidem ſunt nugæ fabulamenti circulatoris illius. Sed & hinc omni immundicia profectum capiente, quæ à Simone Mago initiũ accepit, omne ſtudiũ maliciei ac petulantiæ diſcipulos ſuos perficere præcepit hic erro, & viros ipſi fidẽ habẽtes, cũ mulieribus multiplicẽ quandã mixturam praui propoſiti docet. Quare dicit Apoſtolus, propter hos & ſimiles ipſis, reuelari iram Dei & iuſtũ iudicium, ſuper eos qui veritatẽ in iniuſtitia detinẽt. propter hãc enim cauſam voluptatis ſcilicet, multi in hæreſim delabuntur, quum reperiant locũ licenter perficiẽdi voluptatẽ ſuã in turpibus operationibus. Rurſus autẽ docet ac aſſerit, nõ oportere martyriũ ſubire. Qui enim martyriũ ſubit, mercedis exors reperietur, quum martyriũ ſuſtineat pro eo qui hominẽ fecit. Suſtinet enim martyrium pro crucifixo Simone: vnde verò ipſi merces cõtigerit? quando moritur quidẽ pro Simone crucifixo, pro CHRISTO autẽ hoc ſe facere cõfitetur, & ignorat ſe mori pro eo quẽ non nouit: oportet itaq; cõtentum eſſe, & nõ prius captiuitate detentũ mori. Deprehẽdetur autẽ hic diabolicã poteſtatẽ cõtra animas inducere, vt q abnegationẽ Dei ipſas doceat. quãdo ipſe Dominus dicit, [Abnegãtẽ me corã hominib⁹, abnegabo & ego corã patre meo q in cœlis eſt.] Sed & idẽ circulator, Nos, inquit, ſum⁹ homines, alij verò oẽs ſues & canes. & ob id dixit, [Ne proiiciatis margaritas ante porcos, neq; date ſanctũ canib⁹. occultat enim ſuã iniuſtitiã ab his qui mẽte prædíti ſunt, reuelat autẽ ipſius ſchola his qui ab ipſo decepti ſunt. Quando quidẽ enim verè turpe eſt dicere ea quæ apud ipſos dicuntur, ac fiũt: dicit quòd corã hominibus oportet cõfiteri veritatem. nos enim ſumus homines, alij verò ſues, ac canes, velut prædixi. Iubet autẽ ſolũ de patre & ſuo myſterio nemini reuelare, ſed ſilẽtio in ſeipſis cõtinere. Vni verò de mille reuelare, & duobus de decẽ millibus. Et ſuggerit diſcipulis ſuis dicens: Vos omnia cognoſcitis, nemo aũt vos cognoſcat. Quod ſi ipſe & ſodales eius interrogẽtur, ludeos quidẽ ſeipſos nõ amplius eſſe dicunt. Chriſtianos aũt hondũ factos eſſe, ſed negare ſemper: habere aũt in ſeipſo tacitè fidẽ, & nemini oſtẽdere, veritus ſuã cõfuſionẽ, propter turpis operationis & prauæ doctrinæ ſuæ illiberalitatẽ. Habuit porrò principiũ prauæ ipſius excuſatiõis cauſam, à quærẽdo & dicendo, vnde eſſet malum. Vnuſquiſq; autem ex proprio opere ac negociatione declarabitur qualis eſt. Mercator itaq; hic malorum ille mali operator, & nõn bonorum, velut etiam Scriptura dixit. Quærentes mala, deprehẽdent mala. Neq; enim vnquam malum erat, neq; radix maliciei fuit, neq; in ſubſtantia malum exiſtit. Verùm inductitium per occaſionẽ vnicuiq; facienti malum ineſt. In non faciente verò, non ineſt: velut in ſuperioribus declaratum eſt. Nam Dominus vbi omnia fecit, dicit, Ecce omnia valde bona: oſtendens quod malum non habet fundamentũ, neq; ab initio extitit, prius quàm ab homine initium ſumeret. per nos enim fit, & per nos non fit: proinde in eo quod omnis homo poteſt facere nõ malum, & poteſt facere malũ, quum quidem fecerit, eſt malum, quum verò non fecerit, non eſt malum. Vbi igitur mali radix eſt, aut ipſa ſubſtantia prauitatis? Cæterùm ad multam ſtultitiam hic progreſſus eſt, dum dicit, quod Virtus ſuprema mentem produxit, Mens verbum, Verbum intelligentiam, Intelligentia virtutẽ & ſapientiam, Virtus verò & ſapientia poteſtates & principatus & angelos. Dicit aũt ſuper has virtutẽ eſſe, & principatũ Abraſax, propterea quod nomen Abraſax numerũ referat CCCLXV. ſi ex ipſa voce Græcis literis ſcripta ſit, numeri collectio fiat. Quare etiam ex hoc teſtimonium fabulamẽti ſui trecentorũ ſexagintaquinq; cœlorum cõfirmare conatur. Quibus cœlis etiam locorum digeſtiones poeticis diuiſionibus pares conſtituere ſtudens, non negligenter machinatur. illorum enim vanas ſpeculationes ad proprium characterem acceptas, tum ipſe, tum ſectatores eius, ad cauſam propriæ idola facientis, erroneæq; ac confictæ doctrinæ tranſtulerunt, & volunt horum confirmationem à ſimilibus numeris facere, nominis videlicet Abraſax, quod CCCLXV numerum habet. Nimirũ indicantes, per ipſum habere etiam annum CCCLXV dierum numerum per circuitum. Verùm lapſa eſt nugax ipſorum ratio. Reperitur enim annus dierum trecentorum ſexagintaquinq;, & horarum trium. Deinde hinc dicit, Et homo habet trecẽta ſexagintaquinq; membra, vt vnicuique virtuti attribuatur vnum membrum. Vnde & in hoc lapſa eſt ipſius excogitata ac falſa doctrina. Sunt enim in homine membra CCCLXIIII. Porrò beatus Irenæus, apoſtolorum ſucceſſor, ne hoc ſubtiliter tractans, improbitatem ac inefficaciam huius redarguit. Subuertentur autem etiam nunc nugæ Baſilidæ, qui ex ſupernis deſcendit, & ſuperna clarè perluſtrauit. Imò potius ex ſupernis delapſus eſt, à veritatis ſcopo. Nam ſi hoc cœlum ab angelis qui in ipſo ſunt, factum eſt, ipſi verò à ſuperioribus, & ſuperiores rurſus à ſuperioribus: igitur ſuprema virtus, quæ & Abraſax appellatur, omnia feciſſe comperietur, & vniuerſarum rerum cauſa eſſe, & nihil citra ipſam factum eſſe reperietur, quando ipſa & cauſa & primum exemplar ab ipſis prædicatur: & mundi huius imminutionem ac defectum apud ipſos appellatum, non ab aliquo factum eſſe, ſed à primo principio & cauſa poſterioribus productis. Interrogandus autem eſt ipſe à nobis: Qua ratione ad tantam multitudinem nos, ô bone vir, perducis, & non potius ad principium, hoc eſt ad vnum Deum omnipotentem? quando omnino ſiue ſic dicis, ſiue ſic, vnam cauſam omnium Dominũ confiteri oportet. Sed & de tractatione de CHRISTO propoſita reſponde tu fabuloſæ huius narrationis effictor. Si Simon crucifixus eſt Cyreneus ille, ergo non per IESVM ſalus noſtra perfecta eſt, ſed per Simonem: & non amplius ſperet mundus ſaluari ſe per IESVM CHRISTVM, qui non eſt paſſus. Neque enim Simon ſaluare poteſt, qui nudus homo eſt, & nihil aliud. Simul autem & ſycophantiæ nomine condemnas vnigenitum filium Dei, ſi alium pro ſeipſo bonus ille Dominus tradidit, coactum ad mortem. Et erit de cætero ſomnium. Imò potius malignitatis ac nequitiei opus, quia SCHRISTVS nequitia quadam ſeipſum occultauit, & alium pro ſeipſo tradidit. Et calumniabitur quidẽ ſtultitia tua veritatem, nihil autem efficere poterit, vt quæ ab ipſa veritate redarguatur, quod hoc figmẽtum nullã cõſiſtentiã habẽs inducat. Nã veritas penitus redarguit hunc hæreſiarchã,

Reuocat à martyrio. *Aperta authoritas ſcripturæ contradogma hæretici iſtius.* *Fatui præceptoris diſcipuli.* *Malũ ſubſtantiã nõ habet.* *Abraſax.* *Mẽbra hominis. cccl xiiii.* *Irenæus.* *Abraſax quid eſt.* *Recuſatur hæc hæreſis ab incõueniẽti.* *Vtrũque teſtamẽtũ redarguit hæreſiarcham.*

A B C D

in veteri ac nouo Teſtamento. Omnibus enim notũ eſt, quod CHRISTVS volens ad paſſionem de
uenit, & voluntate propria ac proprii patris, & bona voluntate ſancti Spiritus aſſumpſit carnẽ, ho-
mo factus inter nos, in perfectione Deus exiſtens, ab initio ex patre genitus, ſine principio, ſine tẽ-
pore. In extremis verò diebus in vtero virginis eſſe dignatus, & corpus in ſeipſum efformauit, & ge-
nitus eſt in veritate, & homo factus eſt in certitudine, quo in ipſa carne pro nobis pateretur, & animã
daret ꝓ propriis ouibus: velut ipſe redarguit hos, dũ dicit, [Ecce aſcẽdimus ad Hieroſolyma, & filius
hominis tradetur, & occidetur, ac tertia die reſurget.] Itẽ dũ ad filios Zebedæi dixit, [Poteſtis bibere
A poculũ quod ego bibiturus ſum?] Teſtatur & apoſtolus Petrus dicens, [Mortificatus carne, viuifica-
tus autẽ ſpiritu.] Et rurſus. [Qui paſſus eſt pro nobis carne.] Itẽ Ioãnes dũ dicit, [Si quis dicit CHRI-
STVM non in carne veniſſe, hic Antichriſtus eſt.] Beatus autẽ Paulus dicit, [Guſtauit mortẽ, mortẽ
autẽ crucis:] Sic etiã Moſes præcinens, dixit: [Videbitis vitã noſtram pẽdentem corã vobis in ligno.]
Vita autem noſtra non eſt Simon Cyrenæus, ſed Dominus noſter paſſus vt noſtras paſſiones diſſol-
ueret, & mortuus morte carnis, vt mortis aculeum confringeret: & digreſſus ad inferna, vt adaman-
tinos vectes comminueret. quod vbi fecit, eduxit animarum captiuitatem, euacuauitq; infernũ. Non
igitur mortis cauſa fuit CHRISTVS Simoni, quum ipſe ſeipſum tradiderit. Quid enim dicis, ô o-
mnium hominum miſerrime? Non potuiſſet liberè loqui, & ſecedere ab ipſis, niſi crucifigi voluiſſet?
Sed ludum nequitiei faciebat Dei verbum, & alium pro ſeipſo tradebat ad mortem, ac crucifigendũ.
Qui dicit, ego ſum veritas, & vita dicit. Vita autem non vtiq; alteri mortem conſtruxerit, & veritas
non occultauerit id quod ab ipſa fit in veritate, neq; alia pro aliis oſtenderit. Non enim amplius ve-
ritas comperietur veritas, ſi ſeductionem operatur, & opus ſuum occultat: per contrariam autem de
ceptionem rem gerit. Et vt in ſumma ex omnibus dicam, & non longuam faciam orationem. Vę mũ
do à ſcandalis, & operantibus iniquitatem: Quot homines ſibiipſis tenebras inuenerũt, itemq; aliis
B qui poſtea tenebris ipſorum crediderunt? Prudentibus autem apparebit veritas. Verùm Baſilidæ, &
taliũ tractatio, opus erroris declarabitur. Atque hæc mihi de hac hæreſi, & hac fabula dicta ſint. Hinc
verò ad aliam hæreſim pergam. Cui enim non deprehenſu facilis erit hęc hæreſis, quod fabula quędẽ
ſit, & ad Ceraſtæ ſerpentis modum ſit arena obruta, per cornu verò in aëre eminens, & perniciem in-
cidentibus in ipſam afferẽs. Sed & cornu peccatorum Dominus contriuit, cornu autem iuſti ſolum
exaltabitur, id quod eſt fides veritatis. Quapropter quũ & hũc cõtriuerimus doctrina veritatis, ad ſe-
quẽtes trãſeamus, Deũ adiutorẽ inuocãtes: Cui gloria, & honor, & adoratio in ſęcula ſeculorũ. Amẽ.

Chriſtus mortis cauſa non fuit Simoni.

Ceraſtæ ſerpentis natura. veritas agitatur, ſed non deletur.

Contra Nicolaitas, XXV. *ex ordine hæreſim.*

Hæreſis 25. Nicolaitarum. Patria Nicolai. Nicolaus diaconus fuit. Prouerbium. Imtemperantia Nicolai circa res venereas. Impudentia Nicolai impietati permiſta. Origomultorum hæreſum. Barbelo quid ſit.

NIcolaus vnus fuit de ſeptem diaconis electis ab Apoſtolis, vnà cum Stephano ſancto & primo
martyre, & Prochoro, & Parmena, atq; aliis. Hic ab Antiochia originem ducens, proſelytus ac
ceſſorius fit. poſtea verò vbi ſuſcepiſſet ſermonem de prædicatione CHRISTI, etiam ipſe coniun-
ctus eſt diſcipulis, & inter præcipuos primas obtinuit. atque hinc inter electos ad viduarum curam
tunc connumeratus eſt. Poſtea verò in ipſum ſubiit diabolus, & decepit cor ipſius eodem cum præ-
dictis errore, ita vt amplius prioribus illis ſauciaretur. Nam quum hic haberet vxorem formoſam, &
ab ipſa ſe continuiſſet, ad imitationem eorum quos Deo addictos videbat, aliquatenus tolerabat: nõ
tamẽ in finem ſuę intemperantiæ dominari potuit, ſed volens velut canis, ad proprium vomitum re-
C uerti, prætextus quoſdam non ita bonos ſibiipſi venans, excogitabat ad proprii affectus petulantiæ
defenſionem, ea quę magis ipſi conferebant. Deinde igitur à propoſito elapſus, cum propria vxore
coibat minimè curioſè. Poſtea verò erubeſcens ſe victum eſſe, & veritus deprehendi, audebat dicere.
Niſi quis ſingulis diebus venerem exerceret, nõ poſſet particeps fieri vitæ æternæ. Ex alio enim ad a-
liũ prætextum cõfugit. Nam quum videret coniugẽ ſuam pulcritudine quidẽ decorã, verùm humili-
tate ferri, zelotypus erga hanc factus eſt, & de aliis ex propria petulantia iudicans, primùm inſultum
in propriã vxorem faciebat, calumnias quaſdã ipſi inferens per ſermones. Tandẽ verò ſeipſum detra
xit, non ſolũ in vſum carnis eum qui eſt hominibus ſecundum naturam, ſed etiam in blaſphemã ſuſ
picionẽ, & peruerſi moris: detrimẽtum, & maligni erroris ingreſſum. Atq; hinc hi qui falſò appellatã
ſcientiam iactant, in mundo exoriri cœperunt, Gnoſtici, inquam, & Phibionitæ, & Epiphanis ſecta-
tores appellati, Stratioticiq;, ac leuitici, atq; alij plures. Vnuſquiq; enim horum ipſius ſectam ad ſu-
os affectus attrahẽs, innumeras maliciei vias excogitauit. Quidam enim ipſorum quendam Barbelo
glorificant, quam ſupernè eſſe dicunt in octauo cœlo. Hanc autem à patre productam eſſe aiunt: ma
trem verò ipſam eſſe dicunt, alii Ialdabaoth, alii Sabaoth: filium verò huius dominum obtinuiſſe ſe-
ptimi cœli, per audaciam quãdã ac tyrannidẽ. Dixiſſe autem inferioribus, Ego ſum (inquit) primus,
& qui poſtea, & præter me non eſt alius. Verùm Barbelo, ipſam audiuiſſe ſermonem hunc ac ploraſ-
ſe. Hanc autem ſemper apparere principibus in bono formæ, & deprædari ab ipſis ſemen per volu-
ptarem ac effuſionem, quo nimirum eandem virtutem in diuerſos diſperſam, rurſus reporret. Et ſic
D ex tali argumento, turpiloquii ſui myſterium mundo inuexit. Et quidam ex prædictis, velut dxl, per
multam malignitatem, in multiplici fœminarum coitu, turpibuſq; ac intollerabilibus actibus, quos
ne dicere quidem fas eſt, verſari docuerũt. Quemadmodum etiam alicũbi ſanctiſſimus Apoſtolus di
cit. [Quæ enim occultè ab ipſis fiũt, turpe eſt etiã dicere.] Quòd ſi quis velit oppoſitam ex Spiritu ſan
cto huius ſectæ euerſionẽ videre, huic cognoſcenda eſt ex ſancti Ioannis Apocalypſi, qui ſcribẽs vni
Eccleſiæ ex perſonã Domini, hoc eſt Epiſcopõ iſthic conſtituto, cum virtute ſancti angeli in altari,
dicit: [Habes autem quid boni, quod odio habes opera Nicolaitarum, quæ & ego odi.] Alii verò
Prunicum quendam colunt, velut etiam hi. Et rurſus fabuloſè ad hanc opinionem turpis operis,
ſuos affectus perficientes, dicunt: Prunici virtutem colligimus à corporibus per fluida, genitu-

Effrenata cupiditas hæreticorum.

ram videlisset ac menses. De quibus paulo post, quum de ipsis singulatim dicere aggrediemur, exactè narrabo: non vt polluam aures auditorum, aut lectorum, sed vt prudentibus odium magis excitè aduersus ipsos, & auersionem ab operatione malorum: non calumniam struēs scelestis illis, sed per veritatem ea quæ ab ipsis fiunt, in apertum triunphum ducens. Alij porrò ex prædictis Ialdabaoth glorificant, dicuntq; ipsum esse primùm filium, velut dixi, Barbelo. Et ob id dicunt oportere, ipsi dare honorem, quia multa reuelauit. Vnde & libros quosdam in nomine ipsius Ialdabaoth efformantes confingunt, & nomenclaturas infinitas barbaricas principum ac potestatum inv noquoque cœlo, aduersantium humanæ animæ. Et multæ animo insidiæ sunt, quæ per ipsorum errorem humano generi tenduntur. Alij rursus Caulaucauch eodem modo glorificant, principem quendam hunc sic appellantes, decipere conantes imperitos per nominum terriculamenta, & confictam barbaram nominis appellationem. At verò expertis, & his qui ex Deo acceperunt, de singulis nomenclaturis, & vero argumento, scientiæ Dei gratiam, quomodo non cognitu facilia sint fabulosi erroris ipsorum dogmata & promissa? Prunicum enim vbi dicunt, id totum est voluptatis ex corde excogitatio: & quicquid eius vocis cognationem resipit, lasciuiæ ac scortationis significationem habet, & corruptionis aggressionem. In his enim corpora stuprant, & Græcus quidam loquendi modus est, ἐπροωίκοσεν πάντα, id est stuprauit hanc. Vnde etiam Græcorum impostores, qui res Græcas in fabulis describunt, de pulchritudine dicunt, quod pulchrum est prunicum. Sed & de Caulaucauch quis legentium non riserit? quod dictiones Hebraicè probè dictas, & Græcè rectè expositas, & nunc apud eos qui græcè legunt manifestas, & nihil obliqui habentes, ipsi in simulachrorum affectiones, & in formas, & in substantiuos principatus, & vt ita dicam, statuarum figmēta efformant, apud simplices per imaginationem errorem dispergentes, ad turpis & fabulosæ artis ipsorum conseminationem. Caulaucauch enim in Esaia scriptum est, & est quædam dictio in duodecima visione, vbi dicit: [Tribulationē in tribulatione, spē in spe, adhuc paululum, adhuc paululū expecta. Quare etiam ipsa Hebraica verba integra hîc apponam ad verbum, velut scriptum est. Nam saulasau saulasau, significat tribulationem in tribulatione. Caulaucauch caulaucauch, spem in spe: zierſam zierſam, Adhuc paululum, adhuc paululum expecta. Vbi igitur est istorum fabulamentum? Vbi voluptuarius conceptus phanaticæ ipsorum doctrinæ? Vnde mundo zizania? Quis est qui coëgit homines sibiipsis attrahere perniciem? Si enim scientes transmutauerunt nomenclaturas ad imaginationem perditionis, sibiipsis palàm mali autores fuerunt. Si verò ignorātes dixerūt ea quæ nō nouerūt, nihil ipsis miserius est. Stulta enim hæc sunt, velut verè videre licet omni ex Deo intelligentiā adepto. Voluptatis enim gratiā, tū seipsos, tū obedientes perdiderūt ac perdūt. Spiritus enim erroris, est velut flatus in tibia, diuersis motibus cōcitās vnūquēq; stolidū cōtra varietatē. Nā & ipsa tibia imitamētū est draconis, per quē locutus est diabol⁹, & decepit Euā. Ab illius enim figura ad imitationē tibia ab hominibus ad decipiēdū facta est. Et vide mihi figurā quū is q tibia canit, in tibia facit. Qui enim tibia canit, rursum nutat, & ad dextrā ac sinistrā se flectit, similiter vt ille. His enim figuris etiā diabolus vtitur, vt blasphemiā contra cœlestia ostēdat, & quæ in terra sunt diffipet, & simul occupet orbē terrarū, & ad dextram & ad sinistrā pessundās eos qui errori credunt, delectāturq; vocibus erroneis, velut musico instrumēto. Potrò alii ex ipsis vana quædā nomina effingūt, dicētes: Tenebræ erāt, & pfundū & aqua. Spiritus autē per mediū horū, diuisionē ipsorū fecit. Tenebræ verò indignabātur, & molestiæ erāt spiritui, recurrēres q; implicatæ sunt spiritui, & genuerūt (inquiūt) quādā Metrā appellatā, quæ sanè genita concepit in eodem spiritu, Ex Metra verò producta sunt quatuor secula. Ex quatuor autem seculis, alia quatuordecim. Et factæ sunt tum ad dextram, tum ad sinistram, lux & tenebræ. Posteà verò post omnia hæc, productum esse quoddam turpe seculum, atque hoc permixtum esse Metræ suprà indicatæ, & ex hoc seculo turpi ac Metra, natos esse Deos, & angelos, & dæmonas, & septem spiritus. Deprehenditur autem ipsorum error ex hoc, quòd quum ab initio vnum patrem dixerint ac definierint, posteà multos deos pronunciauerunt, ex quo ostenduntipsum errorem ea quæ ab ipso falsa proferunt, contra seipsum armare; & seipsum destruere, veritate semper ex omni parte emergente. Quid igitur dixero aduersus te ô Nicolae? quid disputauero? Vnde nobis affers turpe seculum, & radicem prauitatis, & Metram gignentem, & deos multos & dæmonas? Apostolus enim quum dixit, Si quidem sunt qui dicuntur Dei, non esse hos ostendit. In eo enim quod dicit, qui dicuntur, ostendit ipsos in eo quod dicuntur solum esse, non esse autem substantiā, sed per quandam opinionē. [Nobis autem, inquit, vnus Deus,] his videlicet qui cognitionē veritatis habent: & non dixit qui dicitur Deus, sed qui est Deus. Si autē nobis vnus Deus, non amplius multi sunt Dei. Et Dominus in Euangelio dicit: [Vt cognoscant te solū verū Deum,] quo euerteret opinionem eorum qui fabulosa dicunt, & multos deos esse putant. Vnus enim noster est Deus. Pater & Filius & Spiritus sanctus, tres substantiæ, vna dominatio, vna deitas, vna glorificatio, non multi dei. Vbi verò completur per te ô Nicolae, id quod à Domino dictū est? [Sūt Eunuchi, qui eunuchi facti sunt ab hominibus: & sunt eunuchi, qui de matris vtero sic nati sunt: & sunt eunuchi, qui seipsos castrauerūt propter regnū cœlorum.] Quomodo tu teipsum & credentes tibi seduxisti, per lasciuiam ac turpem operationem, veritatem Dei in iniusticiā ac iniquitate detinens ac docens? Vbi verò à te impletum est illud? De virginibus præceptum Domini non habeo, consilium autem do, tanquā misericordiam consecutus, bonum est sic esse. Et rursus, Virgo curat ea quæ Domini sunt, quomodo placeat Domino, vt sit sancta in corpore & in spiritu: & quęcunque sunt quæ de sanctitate & continentia ac virginitate proferre liceat. à te enim omne cœnum immundiciei impudenter introducitur. Verùm scopus hic mihi propositus sit, vt legentes per duo aut tria hæc dicta, ridiculam hæresim tuam destructam videant,

Ialdabaoth quis sit.

Caulaucauch quis sit.

Illicitade sideria à græcisdescripta.

Esaiæ locus.

Tibia draconis imitamentū.

Verbaillusoria.

Erroris cæcitas.

Dii per opinionem.

Falsitas opinionis Nicolai ostēditur.

Hæresis ridicula.

deant. Cæterùm hinc progreſſus conſequenter coniugatam huic hæreſim, velut materiam in multã vbertatem eluxuriantem, & ſpinarũ vndiquaq; cornitarum dẽſitatem, aut multitudinem lignorum: ac ſarmentorum in agro reſiccatorũ ad exuſtionẽ paratorum oſtendam. propterea quòd per eandem miſerabilis illius Nicolai ſectam, velut per agreſtis ſcabiei, aut lepræ inſitionem, alia corpora ex aliis corporibus corrumpuntur: ita partim coniuncti ſunt ex ipſo, partim ex his qui ante ipſum fuerũt, Simone dico & aliis, ex quibus occaſiones arripuerunt Gnoſtici, id eſt cognitores appellati, verum penitus condemnandi propter improbitatem ac turpem actionem in operibus immundis. Nam A quum revera hunc primum modicè continentem, deinde à continentia digreſſum, inſtar hydri ſerpentis, qui ex aqua in terram reuertitur, & rurſus ad aquam redit, per calamum CHRISTI nobis in manum traditum percuſſerimus ac perdiderimus, deinceps ad ſequentes hæreſes tranſeamus.

Gnotici qui ſint.

Hydri ſerpentis natura.

Contra Gnoſticos appellatos, ſectam ex ordine. XXVI.

GNoſtici diuerſimodè ab hoc enati, homines ſeducti, ad probationem veritatis, velut ab amaritudine fructus ipſi (id quod omnibus manifeſtum eſt, ac facile deprehẽſu, non modo credentibus ſed ferè etiam incredulis) in mundo efflоruerunt. Nam Metram & turpitudinem & alia dicere quomodo non ridiculum videatur omnibus hominibus, Græcis & Barbaris, ſapientibus ac ſtolidis? Multa verò calamitas eſt, & maxima miſeria, eos qui in condẽnatione ac errore ſunt, immittere nobis ſectarum principes, & in nos inſurgere velut ferarum multitudinẽ, & vexationes ac grauedines pruritusq; ac attritiones nobis inducere, per fabuloſum ipſorum errorem. Hi autẽ illi Nicolao cõiuncti, & rurſus ex ipſo velut ex fœcundo ſerpentis aut aſpidis ouo ſcorpii geniti, quædam inanis ſoni nomina nobis introducunt, & libros faciunt, Noriam quendam librum appellantes, & ex opinione Græcę ſuperſtitionis, fabuloſas nugas ac imaginationem apud ipſos Græcos tranſmutantes, ſic mendacium veritati implicant. Hanc enim Noriã dicunt eſſe Noe vxorem. Vocant autem Noriam, B quòd ea quæ apud Græcos ementita ſunt, barbaricis nominibus ipſi transformãtes, deceptis ab ipſis imaginationem inducant, at ſanè per interpretationem Pyrrhæ nomen faciant, Noriam hanc ipſam appellantes. Nora enim in Hebraica lingua non ita exacta, ignem ſignificat, qui pyr Græcis dicitur, imò etiam in Syriaca lingua. Verum Eſauth appellatur apud Hebræos exactè loquentes, ipſe ignis. Itaq; cõtigit ipſis, vt per ignorantiam & imperitiam hoc nomine vſi ſint. Neque enim quæ Pyrrha eſt apud Græcos, neq; Noria ab ipſis excogitata, ſed Barthenos vxor Noe fuit. Nam Græci dicunt Deucalionis vxorem Pyrrham appellari. Deinde cauſam proponũt hi qui Philiſtionis dogmata nobis rurſus producunt, quòd quum voluerit ſæpe cum Noe in arca verſari, non permiſſa eſt, principe (inquiunt) qui mundum creauit, volente ipſam perdere, vnà cum aliis omnibus in diluuio. Ipſam verò cõſediſſe in archa, eamq; incendiſſe, non ſemel atque iterum, ſed ſæpè. Vnde ſanè ad multos annos arcæ ipſius Noe ſtructura deuenit ac extenta eſt, eo quòd ſæpe ab illa fuit incẽſa. Erat enim, inquiũt, Noe obediens principi. Noria verò ſupernas virtutes reuelauit, & de virtutibus ipſam Barbelo contrariam principi, velut etiã aliæ virtutes. Et fabulam ſubtexunt: Quod oportet ea quæ ſpoliata ſunt à ſuperna matre, per principem qui mũdum fecit, itemq; alios deos qui cum ipſo ſunt, & angelos ac dæmones, à virtute quæ in corporibus eſt colligere, per defluxum maſculorum ac fœminarum, & in ſumma, malis refertã omnem ſuam tenebrarum cæcitatem oſtendunt. Multum enim temporis inſumerem, ſi hîc deſcriptionem de his factam axactè recenſere vellem, ita vt abſurda falſò appellatæ cognitionis ac ſcientię dogmata ſingulatim exponerem. Alij porrò ex ipſis diuerſimodè rurſus afflicti, oculosq; ſuos lancinantes ac lancinati, Barcabbam quendam propheram introducunt, dignum ipſorum nomine. Cabba enim, Syriaca lingua ſcortationẽ ſignificat, Hebręa verò occiſionem. Et rurſus exponitur, quarta pars menſuræ. Ludibrio autem & viſu, imò potius miſeratione dignum eſt huiuſmodi factum, apud eos qui nomen hoc norunt in propriis linguis. Afferunt autem nobis ex hoc admirando Propheta turpem narrationem, quòd corruptibilibus corporibus permiſceri perſuadeamur & à ſpe excidamus, non verentes ipſis verbis ſcortatoria ac amatoria Veneris facta recenſere. Aliis rurſus ex ipſis confictum & illiciens quoddã inducunt poëma, cui nomen impoſuerunt, Euangelium perfectionis. Et re vera non eſt hoc euangelium, at perfectio luctus. Omnis enim mortis perfectio in tali diaboli ſubſeminatione continetur. Alij verò non verentur dicere Euangelium Euæ, in nomen enim ipſius, nimirum vt quæ inuenit nomen cognitionis, ex reuelatione ſerpẽtis qui ipſam alloquutus eſt, ſationem ſupponunt ac ſuggerunt. Et quemadmodum in inſtabili mente ebrioſi ac delitantis, nõ æqualia poſſunt eſſe verba, ſed alia ex riſu effecta, alia fletu plena: ſic impoſtorum illorum per omnes modos pranitatis ſubſeminatio facta eſt. Procedũt autem à ſtultis teſtimoniis ac viſionibus, in euangelio quod iactant. Sic enim tradunt: Stabam in monte alto, & videbam hominem longum, & alium mutilum, & audiui velut vocem tonitrui, & acceſſi ad audiendum, & dixit ad me, & ait: Ego tu & tu ego. Ego vbi ſanè fueris, illic ego ſum, & in omnibus ſum ſpartus, & vnde volueris colligis me. Me autem colligens, teipſum colligis. At ô diaboli ſubſeminationem, vnde mentem humanam euertit, & ad ſtulta ac non conſiſtentia à veritatis doctrina diſtraxit. Nõ eſt enim ferè opus mẽtis compoti, vt ex ſcriptura, aut exemplis, aut alia aliqua re, horum euerſionem faciat. Qui enim recta ratione præditus eſt, ſtatim ipſorum fatuitatis fabulam, & adulteratum opus cognoſcit ac deprehendit. Hæc itaque & talia introducentes Gnoſtici Nicolai hæreſi copulati, à veritate excidunt, non ſolùm mentem eorum qui ipſis fidem habent, euertentes, ſed etiam corpora & animas per ſcortationes ac multiplicẽ coitũ in ſeruitutẽ adigentes. Ipſam enim ſuã ſynaxim ac communionẽm turpitudine multiplicis coitus polluũt, comedẽtes ac cõtingẽtes tũ humanas carnes, tum immundicias, vt ne audeam quidem totũ eloqui, niſi ſanè cogerer, propter excellentẽ animi mei doloré, ab his quæ vanè ab ipſis

Gnoſticorum hæreſis 26.

A ſcola Nicolai exroti ſunt.

Noria pyrrha dicta.

Noe vxor Barthenos.

Philiſtion poeta.

Noria ſupernarũ virtutũ reuelatrix.

Barcabbas propheta.

Prophetia impudica.

Viſiones ementitæ.

Synaxis abominabilis.

ab ipsis fiunt stupore perculsus. Ad qualem magnitudidem ac profunditatem malorum, hostis hominum diabolus ducit in ipso credentes: vt polluant & mentem & cor, & manus, & ora & corpora, & animas eorum qui ab ipso in tanta cæcitate eruditi sunt. Timeo autem ne fortè magnum hoc venenum totum reuelem, velut cuiusdam Basilisci serpentis faciem, ad perniciem magis legentium quàm ad correctionem. Polluit enim reuera aures magnæ huius audaciæ blasphema collectio, & hæc turpitudinis coaceruatio ac enarratio: & fraudulentię huius turpis operationis cœnosa maleuolentia. Apud quosdam autem Borboriani appellantur. Alij Coddianos ipsos cognominant. Codda enim Syriaca lingua dicitur patina, aut catinus. Ex eò quòd non possint aliqui cum ipsis cibum sumere, sed priuatim inquinatis edulia dentur, & quod non possit quis vel panem cum ipsis comedere propter inquinationem. Et propter cohabitatores, separatos ipsos habentes, Coddianos cognominauerunt. Iidem in Ægypto Stratiotici vocantur, & Phibionitæ, velut suprà ex parte dictum est. Quidam ipsos Zacchæos appellant. alij Barbelitas. Attamen quia neque præterire possum in totum, cogor omnino effari. Nam & sanctus Moses Spiritu sancto plenus scribit: Si quis viderit cædem, & non manifestauerit, maledictus fuerit talis. Quapropter non possum magnam hanc cædem, & magnam istam lethalem operationem silentio præterire, & non declarare. Fortassis enim vbi declara uero prudentibus hunc lapsum, velut puteum interitus, timorem ac horrorem inducam, ad hoc vt non solum vitent, sed etiam lapidibus impetant obliquum illum serpentem, ac basiliscum in profundo barathro latitantem, vt ne appropinquare quidem alicui audeat. Atque hæc quidem iam de ipsis relata, quum pauca quædam sint, in parte locentur. Ingrediar autem in domum profunditatis lethalis de ipsis narrationis. Diuersa est enim apud ipsos peruersa voluptatis ipsorum doctrina. Primùm equidem communes vxores habent, & si quis peregrinus accesserit de ipsorum dogmate, signum est apud ipsos virorum ad fœminas, & fœminarum ad viros, in extendendo manum, ad saltationem videlicet, subter palmam, contrectationem quandam titillationis per hoc se inducere ostendentes, quod eiusdem religionis sit qui accessit. Hinc igitur mutua cognitione accepta, statim ad epulationem conuertuntur. Larga verò & opipara edulia, carnis esum, & vini potum apponunt etiamsi pauperes fuerint. Ex hoc autem vbi compotarunt, & venas (vt ita dicam) satietate impleuerunt, ad œstrum se conuertunt. Et vir quidem concedens vxorem alteri ad ipsam dicit, Surge, fac dilectionem cum fratre. Miseri autem illi vbi inter se mixti fuerunt, & re vera erubesco dicere turpia quæ apud ipsos fiunt, iuxta Apostoli illius sancti dictum, nempe, Quæ apud ipsos fiunt, turpe est etiam dicere: attamen non erubescam dicere, quæ ipsi facere non erubescunt, vt omnibus modis horrorem incutiam audientibus turpia quæ ab ipsis perperrantur facinora. Postquàm enim inter se permixti fuerunt per scortationis affectum, insuper blaspemiam suam in cœlum extendunt. Et suscipit quidem muliercula, itemque vir fluxum à masculo, in proprias suas manus, & stant ad cœlum intuentes, & immundiciam in manibus habentes, & præcantur nimirum Stratiotici quidem & Gnostici appellati, ad patrem, vt aiunt, vniuersorum, offerentes ipsum hoc quòd in manibus habent, & dicunt: Offerimus tibi hoc donum corpus CHRISTI, & sic ipsum edunt, assumentes suam ipsorum immundiciam. Et dicunt, hoc est corpus CHRISTI, & hoc est pascha. Ideo patiuntur corpora nostra, & coguntur confiteri passionem CHRISTI. Eodem verò modo etiam de fœmina, vbi contingerit ipsam in sanguinis fluxu esse, menstruum collectum ab ipsa immundicie sanguinem, acceptum in communi edunt, & hic est (inquiunt) sanguis CHISTI. Quapropter etiam quum in Apocryphis legerint: Vidi arborem ferentem duodecim fructus in anno, & dixit mihi, hoc est lignum vitæ: ipsi figuratè interpretantur ad fluxum muliebrem singulis mensibus fientem. Porrò vbi inuicem coeunt, liberorum generationem auersantur, & interdicunt. Non enim ad generandam sobolem corruptio apud ipsos instituta est, sed voluptatis gratia, diabolo illudente talibus, & seductam errore Dei creaturam subsannante. Verùm voluptatem quidem perficiunt, in seipsos verò assumunt ac ingerunt immundiciei suæ semina: non ad liberorum generationem deiicientes, sed ipsi turpitudinem edentes. Si verò etiam quis præoccupatus fuerit, vt immittat deiectionem defluxus naturalis, & prægnans facta fuerit mulier, quid grauius ac horribilius designent tales, audi. Detractum enim fœtum, quocunque tandem tempore id aggressi fuerint, accipiunt, & in mortario quodam pistillo tundunt, & ammixto melle ac pipere, & aliis quibusdam aromatis ac vnguentis, ad auertendam nauseam, sic congregati omnes porcorum ac canum horum sodales, participes fiunt contusi pueri. Atque sic humanæ carnis esu peracto, deinceps preces fundunt ad Deum, quod non illusum est nobis (inquiunt) à principe concupiscentiæ, sed collegimus delictum fratris. Et profectò hoc perfectum pascha ducunt. Sed & alia horrenda ipsi audent. Quum enim rursus insaniam in seipsis conceperint, imburis manibus turpitudinis suæ deflexu surgunt, & manus suas inquinatas habentes, nudi toto corpore prorsa autem sua, tum muliebria, tum virilia noctu ac diu curant vnguentis, balneis, epulationibus, concubitibusque & ebrietatibus vacantes. Et deresantur ieiunantem, dicentes quod non oportet ieiunare. Principis enim eius qui seculum fecit, est ieiunium: verùm oportet nutriri, vt corpora sint robusta; quò possint fructum reddere in tempore suo. Vtuntur autem & veteri & nouo Testamento. aduersantur autem eum qui loquutus est in veteri Testamento, & vbi verbum reperierint aliquod quod contra ipsos sententiam habere potest, dicunt hoc à spiritu mundano profectum esse. Si vero aliqua sententia ad similitudinem concupiscentiæ ipsorum formari potest, non vt habet verbum, sed velut habet mens ipsorum decepta, hanc ad cupiditatem suam trãsmutantes,

Noctes basilisci facies.

Codda quid apud Syrios signet.

Phibionitæ & Stratiotici qui dicantur.

Vxores cõmunes.

Hæreticorum conuiuia.

Seminis humani esus.

Menstrui sanguinis esus.

Humanæ carnis esus.

Scripturas sacras pro libidine interpretantur.

A

B

C

D

tantes,dicunt ex ſpiritu veritatis ipſam proceſſiſſe.Et hoc eſt(inquiunt) quod dixit Dominus de Ioanne: Quid exiiſtis in deſertum, vt videretis arundinem quæ à vento agitatur:quoniam nõ erat(inquiunt)perfectus Ioannnes,agitabatur enim à multis ſpiritibus,ad ſimilitudinem arundinis quæ ab vno quoque vento commouetur.Et quum quidem veniebat ſpiritus principis,Iudaiſmum prędicabat:quum vero Spiritus ſanctus, de CHRISTO loquebatur.Et hoc eſt,aiunt,quod qui minor eſt in regno cœlorum,maior eſt illo:de nobis(inquiunt)dixit.nam qui inter nos minor eſt,maior illo exiſtit.Et ſtatim obturantur talium ora ab ipſa veritate.Ex coniunctis enim palàm veritas oſtendetur,
A & locutionis promiſſum explicabitur. Si quidem enim Ioannes mollibus veſtibus amictus fuiſſet, & in domibus regũ vixiſſet,recta eſſet pro ipſis locutio,& recta ad ipſum redarguendũ eſſet. Si vero dixit,Quid exiiſtis,vt videretis hominem mollibus veſtibus amictũ?& non ſic habebat: non ad Ioãnem mollia non geſtantem ſermonis conuicium referendum eſt, ſed ad eos qui ſic Ioannem ſe reperturos eſſe putarant,& ab his qui in ædibus regum ſunt, ſæpe per ſimulationem adulatores admiſerant.Sperabant enim hi ſe à Ioanne laudes adepturos eſſe,ac prædicationes ob.delicta quę quotidie ab ipſis fiebant.Quum vero non reperiſſent,ad ſubuertendos ipſos à Saluatore, dictũ eſt, Quid putabatis,vos reperturos eſſe hominem aſſentientem veſtris affectibus? velut apud eos qui molles veſtes geſtant.Non ſic.Non enim eſt Ioannes arundo,quę hominũ ſentẽtiis agitatur:aut qui ab vnaquaq; ſimulatione ac fraude,inſtar cõmotę arũdinis cõmoueatur. Quãdoquidẽ vero dixit,Inter natos mulierum non eſt Maior Ioãne:vt ne putarent aliqui etiam ipſo Saluatore maiorem eſſe Ioannem, quoniam & ipſe Saluator à muliere ſemper virgine Maria natus eſt per Spiritum ſanctũ,cautos nos faciens dixit:Qui minor eſt in regno cœlorum,maior eſt ipſo, hoc eſt tempore aduentus ipſius in carnem.Quandoquidem enim poſt natiuitatem Ioannis,ſemeſtri tẽporis interuallo natus eſt ſaluator,maior videlicet ipſo exiſtens,erat enim ſemper,& eſt.cui vero hoc non manifeſtum eſt?
B Igitur vanè omnia apud ipſos conficta ſunt,à bonis ad mala trãſmutata.Et libri quidem ipſorũ multi ſunt.Interrogationes enim quaſdam Mariæ edunt. Alij in prędictum Ialdabaoth,& in nomẽ Seth multos libros proponunt.& alias reuelationes ipſius Adam dicunt.Alia item Euangelia in nomine diſcipulorum conſcribere auſi ſunt,Non erubeſcunt autem dicere,ipſum Saluatorem noſtrũ & Dominum IESVM CHRISTVM hanc turpem operationem ipſis reuelaſſe. In magnis enim interrogationibus Mariæ, (ſunt enim paruæ quoque ab ipſis confictæ) proponunt ipſum reuelare ipſi,vbi aſſumpſerat ipſam in montem,& pręcatus eſſet,& ex latere ſuo mulierem eieciſſet, & cũ ipſa commiſceri cœpiſſet.Et ſic nimirum ipſum,vbi defluxũ ſuũ aſſumpſiſſet,indicaſſe illi, quod oporteat ſic facere,vt viuamus. & Maria turbata, ac in terram collapſa, ipſum rurſus illam leuaſſe,ac ipſi dixiſſe, Cur dubitaſti modicæ fidei?Et dicũt quod etiã hoc eſt quod dictũ eſt in Euangelio:[Si terreſtria dixi vobis,& non credidiſtis,cœleſtia quomodo credetis?]Et hoc, [Quum videritis filiũ hominis redeũtẽ vbi erat prius:hoc eſt defluxum in ſe ſuſcipientẽ,vnde etiam exiuit.]& quũ dixit:[Niſi comederitis carnẽ meã,& biberitis meum ſanguinem.]Et quum diſcipuli turbarẽtur ac dicerent, quis poteſt hoc audire:dicunt,quod de turpitudine ipſi ſermo erat. Quapropter etiam conturbati fuerunt, & abierũt retrorſum. nondum enim eraut(Inquiunt)in complemento firmati.Et quũ dicit Dauid,[Erit velut lignum quod plantatũ eſt iuxta decurſus aquarũ, quod fructũ ſuum dabit in tẽpore ſuo:de turpi
C tudine viri,inquiunt,dicit,in exitum aquarum.& quod fructum ſuum dabit:voluptatis,inquiunt, in fluxum dicit.Et foliũ eius non defluet:quoniã nõ ſinimus ipſum in terram cadere,ſed ipſi ipſum edimus. Et vt ne teſtimonia ipſorũ in mediũ adducẽdo,magis lædã quàm proſim,ea de cauſa multa prętcribo.Alioqui omnia quæ ab ipſis dicũtur,hic appoſuiſſẽ,ac publicaſſem.Nã quod dicitur,inquiũt, poſuiſſe Raab coccinum in feneſtra.]Non erat,inquiunt,coccinum,ſed membrum muliebris naturæ, & coccinum menſtruum ſanguinem dicit.Et quod dicitur,[Bibe aquas de vaſis tuis:] de hoc dicitur. Aſſerunt autem carnem perire,& non reſurgere,eſſe vero hãc principis. Verùm virtutem quæ in menſtruo ſanguine eſt,& in ipſis genitalibus ſeminibus,animam eſſe dicunt: quam colligentes, inquiunt, edimus: & quęcunque nos edimus: ſiue carnes, ſiue olera, aut panem, aut aliud quid, gratificamus creaturis ab omnibus animam colligentes, & nobiſcum ad cœleſtia trans ferentes. Quapropter etiam omnium carnibus veſcuntur,vt miſereamur,inquiunt,generis veſtri.Aiunt autẽ eãdem animam eſſe & in animalibus,& in feris, & in piſcibus & ſerpentibus ac hominibus inſitam eſſe:itemq; in oleribus,& arboribus,ac fructibus. Et qui ex ipſis Phibionitæ appellantur, offerunt turpes ſuas oblationes ſcortationis hic à nobis antea relatas, nominibus trecentis ſexagintaquinq; quę ipſi effinxerunt,principum videlicet,illudentes mulierculis,ac dicentes:Coito mecum,vt te offeram ſurſum ad principem.Et per ſingulos coitus nominant vnius cuiuſdam nomen barbarum, ex his qui apud ipſos ſeducti fuerunt. & ſanè pręcantur dicentes,offerimus tibi,vt offeras illi. Rurſus vero in alio coitu,rurſus alii ſe offerre dicit,vt & ipſe alij offerat. Et donec trecẽtos ſexagintaquinq;
D laſciuię caſus aſcenderit,aut potius fecerit,per ſingulos nomen quoddam inuocat,hoc ipſum agens. Et incipit rurſus per eoſdem deſcendere,eaſdem turpitudines perficiens,& deceptis illudens. Quũ itaq; ad tantam numeri molem peruenerit ſeptingentorum triginta caſuum, hoc eſt coituum turpium, & nominum apud ipſos fictorum: tunc de cætero audet talis, ac dicit, Ego ſum CHRISTVS, quoniam ex ſupernis deſcendi per nomina trecentorum ſexagintaquinq; principum. Cæterùm maiorum ſecundũ ipſos principum hæc nomnia eſſe dicũt,in primo quidem cœlo eſſe Iao principem. In ſecundo vero Saclam principem ſcortationis.In tertio Seth principem. In quarto vero dicũt eſſe Daden. Quartum enim ac tertiũ cœlum eſſe aſſerunt.Imò etiam aliud quintum, in quo dicunt eſſe Eloæum, qui & Adoneus appellatur. In ſexto vero alij Ialdabaoth eſſe dicunt, alij Elilæum. Alij etiam ſe

Vitioſa de Ioanne Baptiſta Intelligẽtia.

Mollibus veſtiũtur adulatores.

Libri Gnoſticorum.

Siniſtræ de ſcripturis ſacris hæreticorũ opiniones

Perpetuꝰ carnis interitus.

Animain omnibꝰ animantibus eadẽ.

Turpitudines in coitu.

Cœlorum multitudo.

etiam ſeptimum cœlum conſtituũt, in quo aiunt eſſe Sabaoth. Alij hoc negant,& laldabaoth in ſeptimo eſſe pronunciant. In octauo verò eum quæ Barbelo appellatur,& patrem vniuerſorum & dominum eundem per ſe patrem,& CHRISTVM alium per ſe genitum, & CHRISTVM hunc qui deſcendit, & oſtendit hominibus hanc cognitionem, quem etiam IESVM dicunt. Non eſſe autem ipſum à Maria natum,ſed per Mariam oſtenſum:carnem verò ipſum non ſuſcepiſſe, ſed ſolum apparentiam eſſe. Tradunt autem Sabaoth,alij aſini formam habere,alij porci:quapropter mandatum eſt inquiunt,Iudæis,vt porcum ne edant. Eſſe autem ipſum creatorem cœli ac terræ, & cœlorum qui poſt ipſum ſunt,& angelorum ſuorum. Cæterũm animam in exeundo hinc per tranſire per hos principes,non poſſe autem penetrare,niſi in cognitionis,imò potius cõdemnationis huius complemento fuerit,& ſaturata principum ac poteſtatum manus effugerit. Eſſe verò principem qui continet ac poſſidet hunc mũdum draconis ſpecie præditum, ac deuorare animas non in cognitione exiſtentes & per caudam rurſus detorquere in mundum , & hinc in porcos,& alia animalia, ita vt per ipſa rurſus ſurſum ferantur. Si verò quis inquiunt,in hac cognitione fuerit,& collegerit ſeipſum ex mundo per menſtruum ſanguinem,& per hos concupiſcentiæ fluxus,eum nõ amplius hic detineri,ſed prædictos principes tranſſcendere. tranſire verò aiunt ad Sabaoth,& calcare in caput ipſius,effreni lingua blaſphemantes: atq; ſic tranſſcendere ad ſupernam partem,vbi eſt mater viuentium Barbero ſiue Barbelo appellata,& hoc modo animã ſaluari. Sed & pilos muliebres eundem habere miſeri illi dicũt,putantes nomẽ Sabaoth principẽ aliquẽ eſſe,ignari quod vbi dicit Scripturam,[Hæc dicit Dominus Sabaoth: nõ nomẽ alicuius dixit,ſed nomẽ glorificationis deitatis. Sabaoth enim interpretari poteris ex Hebraica lingua,dominum virtutum. Vbi enim in veteri Teſtamento nomen Sabaoth ſcriptum eſt,virtutem ſignificat. Vnde Aquila vbique Adonai Sabaoth interpretatur dicens, Dominus exercituum. Hi verò omnibus modis furioſi,contra ſuum dominum, eum qui non eſt quærunt, & eum qui eſt amiſerunt,imò potius ſeipſos perdiderunt. Sunt & alia quæ nugãtur,quibus diuexari, eſt ipſorum inſaniam recenſere. Quidam verò ex ipſis mulieribus ad coitum nõ vtẽtes, propriis ſuis manibus ſeipſos corrumpunt,& ſuam corruptionem in manus ſumunt, & ſic edunt,vtentes ementito teſtimonio.[Manus hæ ſuffecerunt non ſolũ mihi,ſed & his qui mecum ſunt.]Et rurſus hoc.[Operantes propriis manibus,vt poſſitis etiam non habentibus impertiri.] Quare de his arbitror cõmotus eſt & Spiritus ſanctus,in apoſtolo Iuda,in catholica,inquã,epiſtola ab ipſo ſcripta. Iudas autẽ hic eſt qui frater Iacobi & Domini dicitur. Oſtẽdit enim ipſos Spiritus ſanctus per vocẽ Iudæ, quod ad brutorũ ſimilitudinẽ corrumpantur & corrũpant,[qui dicit quod quæ quidẽ non ſciunt,in his ignorantes capiuntur. quæ vero ſciũt,in his velut bruta corrumpũtur. Inſtar canũ enim & ſuũ corruptionem à ſeipſis perficiunt.]Canes enim & ſues,item q; alia animantia ſic corrumpuntur , & defluxum à corporibus ſuis edunt. Nam verè ſomniantes,carnem polluunt,dominationem autem ignominia afficiunt,maieſtates verò blaſphemant. At Michael archangelus diſputans cum diabolo de corpore Moſis,non tulit blaſphemiæ ſermonẽ,ſed dixit,[Increpet te Deus. At hi quę non ſciunt naturaliter, ea blaſphemant. Nam ſancta ſanctorum,quæ cum ſanctificatione nobis tradita ſunt,blaſphemãt ipſi dum in turpitudinẽ trãſmutantur. Et hæc ſunt quæ contra apoſtolos dicere auſi fuerunt,velut etiam beatus Paulus inquit:[Quare quidã auſi fuerunt nobis dicere,Faciamus mala, vt veniant in nos bona,quorũ iudicium iuſtũ eſt.]Quot verò alia producere poſſim cõtra blaſphemos teſtimonia? Hi enim ſunt qui propriis manibus corrumpuntur,& non hoc ſolum, ſed & qui cum mulieribus coeũt: & deinceps multiplici cum fœminis commixtione exatiati, in ſeipſos mutuò exardẽt, viri in viros, velut ſcriptum eſt,erroris remunerationẽ in ſeipſis recipientes. Exoleti enim ipſi facti, beatos prædicant ſe mutuò,velut qui rem preclaram ſuſceperunt. Imò etiam decipiunt credulum ipſis muliebre genus,illud peccatis refertum,& variis cupiditatibus ductum. Dicunt enim deceptis ab ipſis,Illa virgo tot annis corrupta eſt,& quotidie corrumpitur,nullam enim ſocietatem ipſorũ laſciuia habet,ſed quanto magis quis apud ipſos turpia operatur,tanto plus laudatur. Illas autem virgines eſſe dicunt, quæ nunquam in mundana commixtione nuptiarum, iuxta naturalem conſuetudinem fuerunt vſque ad ſeminis deiectionem , ſed coeuntes ſemper ac ſcortantes , verùm antequàm abſoluta ſit voluptas, remouentes maleficum communionis ipſarum corruptorem,& relatam turpitudinem in cibum ſumentes,ad ſimilitudinem improbitatis ipſius Selom erga Thamar: & quæ à virginitate hanc artem didicerunt,vt corrumpantur quidem , non ſuſcipiant autem corruptionis mixturam ac defluxum. Blaſphemant autem non ſolum Abraham,& Moſen,& Heliam, & omnem chorum prophetarum,ſed etiam Deum qui ipſos elegit. Sed & alia innumera apud ipſos cõficta in literas referre auſi ſunt. Stirpem etenim Mariæ,librum quendam eſſe dicunt, in quo horrenda quædam ac pernicioſa exprimentes referunt. Ex hac enim cauſa(inquiunt)Zachariam occiſum eſſe in templo, quoniam viſionem vidit,& ex timore volens narrare viſionem , oris obturationem pertulit. Vidit enim (inquiunt)in hora ſuffitus , quum ſuffitum faceret , hominem quendam ſtantem aſini formam habentem: & quum egreſſus eſſet , ac dicere vellet. Vę vobis quem adoratis , obturauit ipſius os ille qui viſus eſt ab ipſo in templo , vt loqui non poſſet. Quum verò aperiret os ſuum vt loqueretur, tunc reuelauit ipſis,& occiderunt ipſum,& ſic mortuus eſt Zacharias. Ob hoc enim præceptum eſt ſacerdoti,ab ipſo legiſlatore,vt habeat tintinabula,quo quum ingrediatur ad faciẽdum ſacra, is qui adoratur audito tintinabulorum ſonitu ſe occultet , vt ne deprehendatur formæ ipſius expreſſa facies. Eſt autẽ vniuerſum ſtoliditatis ipſorum ſtudiũ deprehenſu facile,& ludibrio plenũ. Si enim omnino viſibilis erat is cui ſacra fiũt,neq; occultari certè potuit. Si verò occulari omnino potuit,inuiſibilis nõ erat. Et rurſus aliter ipſos alloqui licet : Si viſibilis erat,corpus igitur erat,& non ſpiritus.

Chriſtus Mariæ filius negatur.

Species gubernatoris mundi.

Sabaoth quid ſit.

Ementita teſtimonia ad legẽdã ſpurcitiam.

Iudæ apoſtoli locus Sancta cõ ſpurcãtur abimpiis.

Laudãt ſe malefactis.

Stirps Mariæ, libri appellatio.

Zacharie cædis cauſa ridicula.

Stolida diſputatio eorũ.

A B C D

Si verò

Si vero ſpiritus erat, non amplius inter viſibilia expenditur. Quomodo igitur id quod inter viſibilia non ęſtimatur, à tintinabulorum ſono proui debat ſibi ipſi ſubterfugium? Quum enim ex natura habeat vt ſit inuiſibile, non videri poterat ſi non voluiſſet. Si vero etiam viſum eſſet, non iuxta neceſſitatem viſum eſſet, ita vt natura ipſum duceret ad conſpectum, ſed per gratiam, non timore & præocupatione præter expectationem circa editum ſonum, viſionem ſuam in proparulum proponentis. & ſic omnibus modis falſus & confictus ipſorum ſermo dilabitur. Multa præterea alia ſunt delyra quæ dicunt, & quidem quũ Zacharias non ſit occiſus ſtatim, ſed ſuperſtes fuerit dies aliquot A poſt Ioannis natiuitatem, & prædixerit de Ioanne, & de aduentu CHRISTI, & natiuitate in carne, ex ſancta virgine Maria, per ſpiritũ ſanctũ, velut dicit: (Et tu puer propheta altiſſimi vocaberis, præibis enim ante faciẽ Domini, vt pares eius vias, & conuertas corda patrũ ac liberos, & inobedientes in intelligẽtia, & cętera. Quod vero alia referre poſſem de nugacitate ipſorum, atque inquinamẽtis? Porro qui Leuitæ apud ipſos vocantur, non miſcentur fœminis, ſed ipſi inter ſe mutuo miſcẽtur. Et hi ſunt præcipui apud ipſos, & laudatiſſimi. Deridentdeinde eos qui politiam ac vitam honeſtã exercent, caſtitatemque ac virginitatem, velut fruſtra laborem inſumant. Proferunt autem in nomine Philippi ſancti Apoſtoli confictum Euangelinm, Quoniã reuelauit mihi (inquit) Dominus, quid oporteat animam dicere, in eo quod aſcendit ad cœlum, quomodo ſingulis ſuperuis virtutibus reſpondere. Nam cognoui meipſam (inquit) & collegi meipſam vndiquaque, & non ſeminaui liberos principi, ſed eradicaui radices ipſius, & collegi mẽbra diſperſa, & noui te quis es. Ego enim (inquit) ex ſupernis ſum, & ſic (inquit) dimittitur. Si vero reperta fuerit genuiſſe filiũ, detinetur infernè, donec proprios liberos poſſit recipere, & retrahere in ſeipſam. Atque hæc ſunt deliramenta ac fabulæ ipſorum. Quemadmodum & de ſancto Helia blaſphemias dicere audent. Quando aſſumptus eſt (in quiunt) rurſus deiectus eſt in mundum. Venit enim (inquiunt) vna ex dæmonibus, & tenuit, & dixit B ipſi, Quo vadis? habeo enim liberos à te, & non poteris aſcendere, & hic dimittere liberos tuos. Et dixit (inquiunt) Helias, Vnde habes liberos à me quum ego in caſtitate vixerim? & dixit illa (inquiunt (Certè quando inſomnia ſomnians ſæpe in defluxu corporum euacuatus es, ego erã quæ aſſumpſi à te femina, & genui tibi filios. Multa vero eſt ſtulticia eorum qui talia dicunt. Quomodo enim poteſt dæmon, qui ſpiritus eſt immundus & incorporæus, corpora aſſumere? Si vero etiam à corporibus aſſumit ac concipit, non amplius eſt ſpiritus, ſed corpus. Quum autem corpus eſt, quomodo eſt inuiſibile & ſpirtus? & multa eſt ſtoliditatis ipſorum aduerſitas. Volunt enim teſtimonium contra ipſos ex epiſtola Iudæ, magis pro ſeipſis videlicet producere, dũ dicit: [Sõniantes carnẽ quidẽ pol luunt, dominationẽ autẽ ignominia afficiunt, maieſtates vero blaſphemant. Non dixit autem beatus Iudas, frater Domini, de his qui ſomniant in corporibus: ſtatim enim infert ac oſtẽdit: quod de ſomniantibus dicit, qui loquuntur velut per ſomnia verba ſua, & non per ſobrietatẽ vigilantis rationis. Nam & de doctoribus in Hieruſalẽ dicit Eſaias: [Omnes canes muti, non potẽtes latrare, ſomniãtes concubitum: & cętera. Et ſanè hic in epiſtola Iudę oſtendit docẽs, [Sõniantes cõcubitũ, quæ nõ ſciũt dicentes: & oſtẽdit quod non de inſomniis in ſumno dicit, ſed de fabuloſa ipſorum tragœdia ac nugacitate, quæ velut per ſomnum profertur, & non à ſana mente. Cæterùm reuera moleſtus ſum omnia recenſendo. Dei enim ſolius eſt occludere huius graueolẽtiæ profunditatẽ: & trãſibo ex hoc loC co, præcatus vniuerſorũ regẽ deũ, vt nemo in hoc cœno hereat, & neq; mẽs mea particeps fiat fœtidę immundiciæ. Primùm equidẽ apoſtolus Paulus prauitatis ipſorũ radicẽ exſcindit, de viduis iunioribus præcipiens. [Viduas (inquit) iuniores reiice, poſtquã enim laſciuierũt cõtra CHRISTVM nubere volũt, habentes iudiciũ, quoniã primam fidem reiecerunt. Verùm nubant, liberos gignant, domum gubernent.] Si autem Apoſtolus dicit, eas debere liberos gignere, ac domum gubernare: hi vero interdicunt liberorũ generationem, ſerpentis eſt & prauæ doctrinę conatus. Victi enim voluptate ſcortationis, excogitant ſibi ipſis immundiciæ prætextus, quo videantur ſuam petulantiam explere. Et oportebat qnidem hæc neque dicere, neque digna putare quæ in literas referantur, verũ ſepeliri velut mortuum quendam fœtidum, & peſtilentem graueolentiam exhalantem, vt nę etiã per aures lederet homines. Et ſi quidem præteriiſſet talis hæreſis, & non eſſet amplius in mundo, bonum eſſet hanc ſepelire, & neque omnino de ipſa dicere. Quandoquidem uero & peragitur, & vos inhortati eſtis nos, vt de omnibus dicamus, partes ipſius coactus recenſui, vt veritatẽ non ſilẽtio prætereã ſed exponã, ad auertendos quidem auditores, ad confuſionẽ vero eorũ qui faciũt. Vnde enim non licuerit nobis oſtẽdere cædes apud ipſos, & mõſtroſa opera, & myſteria diaboli, ex verſutia eiuſdẽ diaboli attonitis illis datas. Et ſtatim quidẽ redarguuntur de eo quod imaginantur ac prætexunt de ligno, in primo pſalmo relato, Quod dabit fructum ſuum in tẽpore ſuo, & folium eius non defluet. Superius enim poſitũ eſt: [In lege ipſius meditabitur die ac nocte.] Legẽ autem & prophetas hi abnegãt: ſi vero legẽ domini abnegãt, vnà cum lege etiam cũ qui loquutus eſt in lege: calũniis impetũt. D Et rãt aũt p opinionẽ, & à veritate exciderũt. Et iudiciũ fnturũ nõ putant, neque reſurrectionem confitẽtur. Quæ vero faciũt in corpore voluptate repleti, his fruũtur, diabolicis voluptatib⁹ ac concupiſcẽtiis debachãtes. Ita peñitus & vbiq; à veritatis doctrina redarguũtur. Ioãnes enim dicit. [Si quis venit inquit, ad vos, & nõ fert doctrinã hãc.] Qualẽ vero dicit? [que nõ cõfitetur CHRISTVM in carne veniſſe Antichriſtus eſt.] & nũc Antichriſti multi ſunt, nimirũ quũ hi Antichriſti ſint, q CHRISTVM in carne veniſſe non confitentur. Sed & ipſe Saluator dicit: [Qui digni facti ſunt regno cœlorũ, neq; matrimoniũ contrahunt: neq; eloquãtur, ſed ſunt ęquales angelis.] Et non hoc ſolum, verùm vt etiã oſtẽderet manifeſtã caſtitatẽ, & ſanctimoniam per ſanctificationẽ, dicit Mariæ: Ne me attingas, nõdũ enim aſcendi ad Patrẽ.) vt oſtẽderet puritatẽ non participantẽ corporibus, & immixtam, Sed & in

Sõnia Interpretantium.

Cãticum Zachariæ Leuitæ.

Euãgeliũ Philippi.

Heliæ aſſumptio.

Iudæ apoſtoli locus.

Nugatoriæ inuentiones ad luxuriã.

Prætext⁹ immunditiæ.

Per aures læditur homo.

Falſa interpretatio primi Pſalmi.

Antichriſti quiſint

alio loco

alio loco dicit vaticinãs Spiritus ſãctus,tũ propter priores, tũ propter poſteriores: [Beata ſterilis & impolluta,quæ nõ nouit cõcubitũ in delicto,& eunuchus qui nõ operatus eſt manibus iniquitatẽ:] quo etiã reſcinderet per fabulas,ipſorũ turpes in manibus actiones. Quot verò etiã alia dicere liceat? velut quũ Apoſtolus dicit,[Quæ nupta nõ eſt,& virgo,curat quæ Domini ſunt,quomodo Domino placeat:]hoc autẽ dicit,vt cui delatũ eſt,nõ fruſtra oſtẽdere caſtitatẽ in veritate ex Spiritu ſancto. De inde vero his quæ reuerendas nuptias habẽt,dicit: [Honorabiles ſunt nuptiæ,& cubile impollutũ. Scortatores autẽ & adulteros iudicabit Deus.] Sed & cõtra ipſos exclamat,ſcribẽs Romanis,ac turpia reuelãs eorum qui improbas actiones operantur,dicẽs. [Nam & fœminæ naturalẽ ſuum vſum trãſmutauerunt in innaturalem. [Et de maſculis,Maſculi in maſculis turpitudinem operantes. Quin & in epiſtola ad Timotheum de his dicit:[In extremis diebus inſtabunt tẽpora periculoſa:erunt enim homines voluptatũ amantes potius quàm amantes Dei.]Et rurſus. [Prohibentes contrahere matrimoniũ,iubentes abſtinere à cibis,cauterio inuſtã conſcientiã habentes.]Nam matrimonium contrahere cum temperantia prohibent,& liberos gignere vetant: ardent autẽ in conſcientia,ſcortantes quidẽ,& corruptionẽ ſuſtinentes,verùm prohibẽtes liberos gignere. Etenim & ipſa quæ apud ipſos dicitur oblatio,cœnoſa iam exiſtẽs,etiã ab antiquo per Prophetã oſtenditur,quòd ſerpentis ſit caro, & non Domini. Abſit. Sic autẽ dicit, [Tu contriuiſti capita draconis, & dediſti ipſum eſcã populis AEthiopum.]Reueta enim ſerpentis eſca eſt abominabilis illorum ſuperſtitio. Et AEthiopes denigrati peccato,qui hoc myſteriũ eius qui nunc quidẽ Iupiter appellatur,olim verò præſtigiator fuit, & à quibuſdã fruſtra Deus putatus eſt,perficiunt. Nã ex Græcis fabulis omnes ſectæ collectum ſibi ipſis errorẽ propoſuerunt,ita vt ad aliã ſententiã deteriorẽ tranſmutarint. Introducunt enim poetæ Iouẽ ſuã filiã Metin deuoraſſe. Infanté autẽ nemo vtique deuoratit,velut ſanctus Clemens turpes deorũ Græcorũ actiones irridens dixit:Nam Metin deuorans,nõ puerũ deuorare potuit,ſed propriã genituram. Quid verò aliud dixerim? aut quomodo excuſſero lutoſum hunc laborẽ? quũ velim quidẽ dicere,& nõ velim,ſed cogar,vt ne videar quid de rebus his occultare: & timeã vt ne horrẽda ipſorũ delicta reuelando,aut polluã,aut offendã,aut eos qui voluptatibus ac cupiditatibus ducuntur,ad curioſius de hoc inueſtigãdum impellã. Attamẽ ego quidẽ innocens fuerim,& vniuerſa ſanctæ catholicæ Eccleſiæ ſpes,& omnes qui hunc librũ legerint,ab hac ſubſeminatione,& maligna diaboli improbitate. Si enim velim alia quæ apud ipſos dicuntur ac fiunt,referre,quæ talia ſunt & tanta,& his adhuc maiora ac minora:& ſi velim etiam velut auxiliare ſanationis medicamentum,inſtar antidoti aduerſus ſingula dicta opponere:in magnã molem huius operis tractationem extendã. In hãc enim hæreſim:ô chariſsimi,etiam ipſe incidi,& ex ore eorum qui hanc tractãt,hæc in propria perſona audiui. Mulieres autem ſic deceptæ,non ſolum de his verba apud nos fecerunt, & talia nobis reuelarunt:ſed etiam in AEgyptia illa pernicioſa ac flagitioſa Archimagiri terra,eædẽ effreni audacia nos attrahere in iuuentute noſtra,laſciuia concitæ aggreſſæ ſunt. Verùm qui tunc adſtitit ſancto Ioſeph, etiam nobis affuit. Et eum qui illum liberauit,nos indigni ac inſufficientes inuocantes, vbi miſericordiam conſequuti ſumus,& pernicioſas ipſarum manus effugimus,Deo ſanctiſsimo hymno decãtato,etiam ipſi dicere potuimus,Cantabo Domino,glorioſe enim glorificatus eſt,equum & inſcenſorem proiecit in mare. Non enim ſimili iuſtitiæ illius virtute,ſed ſuſpiriis ad Deum miſericordiã aſſequuti,ſeruati ſumus. Improperabant enim mihi pernicioſæ illæ mulierculæ,& deridebãt me,velut indicabant ipſæ ſibiipſis mutuò illudentes,nimirum,Non potuimus,inquiebant, ſeruare adoleſcentem,& dimiſimus ipſum in manibus principis perire. Nam quæ ex ipſis formoſior fuerit,ea ſeipſam velut ineſcationem circundat,quo dicere poſsit eos qui per ipſam decepti ſunt ſeruatos eſſe, pro eo quod perierunt: & opprobrium deinceps turpium eſt,formoſioribus ipſis obiicientibus, Ego ſum vas (inquiunt) electionis,quæ poſſum ſeruare eos qui decipiuntur, tu verò non potuiſti. Erãt igitur hæ quę illicientẽ hãc fabulã agebãt,forma ruinæ ſuæ ſpecioſiſsimę,verùm mente improbitatis ſuæ vniuerſam diaboli turpitudinem habentes. At miſericors Deus ab improbitate ipſarum nos liberauit,vt etiam poſt lectos ànobis ipſorum libros,& verè cognitam ipſorum opinionẽ neque abductus ſim,& effugerim,ac tunc non ineſcatus fuerim,ſed ſtudium adhibuerim, vt etiam Epiſcopis illius loci ipſos oſtenderem, & nomina in Eccleſia occultata deprehenderem, quo iidem ciuitate exigerentur (erant autem nomina circiter octuaginta) & ciuitas à zizanioſa ac ſpinoſa ipſorum materie purgaretur. Cæterùm vbi quis in memoriam reuocauerit ſuprà factam à nobis promiſſionem,fortaſsis etiam collaudarit quod cõfeſsi ſumus nos in aliquos ipſorum incidiſſe,quędã verò ex libris cognouiſſe,quędam verò ex auditu & teſtimoniis virorum fide dignorum, & veritatem nobis oſtendere valentium accepiſſe: quemadmodum etiam hic ob ſtudium veritatis locum non ſumus tranſgreſsi,ſed oſtendimus,quod hęc eſt vna de ſectis quę nobis obuenerunt,& clarè de hac dicere potuimus,non ex his quę fecimus (abſit) ſed quę exactè didicimus ab his qui nos ad hoc perſuaſerunt,& non obtinuerunt,veram ſpem ſuam de me perdendo perdiderunt, & nõ aſſequuti ſunt ſcopum fraudis in noſtram miſeram animam ab ipſis, & diabolo qui eſt in ipſis conſtructę: vt vnà cum Dauide dicere poſsimus, Spicula puerorum factę ſunt plagę ipſorum, & quę ſequuntur. Et, Cõuertetur labor ipſorum in caput ipſorum,& iniquitas ipſorũ in verticẽ ipſorum deſcendet. Quẽ admodum igitur illapſi & elapſi ſumus,& legimus & ſcimus ac condemnauimus, & ſeruati tranſiliuimus, ſic etiam te lectorem adhortamur,vt legas ac condemnes,& trãſilias,vt ne incidas in venenum improbitatis horũ reptilium. Sed etiam ſi aliquando in aliquos ex ſerpentaria illa ſchola incidas,ſtatim arrepto ligno per Dominũ nobis parato,in quo Dominus noſter CHRISTVS affixus eſt contra caput ſerpentis,dicas: CHRISTVS crucifixus eſt pro nobis, effigiem nobis relinquens ſalutis

Veritate doctrinæ redarguũtur.

Oblatio eorũ qualis.

Græci poetæ omniũ ſectarũ occaſio.

Verba ob ſcena nocent.

Iupiter Metin filiam deuorans.

In hãc hæreſim ſe illectũ in iuuentute cõfitetur.

Terra Archimagiri quæ eſt.

Exhortationes hæreticorũ addecipiẽdum.

Liberatus ab hac hæreſi.

Quod expertus eſt timebat.

Medicina. eõtra vim ſerpentis.

ſalutis. Nam crucifixus vtiq; non eſſet, ſi non carnem habuiſſet. Quũ autem carnem habeat, & crucifixus ſit, crucifixit noſtra peccata. per fidem hæreo ex veritate, & non ſubducor languido errore ſerpentis, & ſuſurris doctrinæ ipſius. Porrò deinceps ô chariſſimi, hãc prætergreſſus, ad alias aſperas ſemitas accedam non vt eam, ſed vt procul volentibus oſtendã, vt aſperiores quidem cognoſcant, verum effugiant per anguſtam & arctam viam, quæ ducit in vitam æternam: & relinquant latam ac ſpacioſam, & ſpinoſam, ac offendiculis plenam, viam cœnoſam, & laſciuia ac ſcortatione refertam. Cuius ſcortationis ac petulantiæ ſimilitudinem in reptili ſæuiſſimo videre eſt, cui nomen veteres indiderunt, doloris parrus exortem viperam appellantes. Eſt enim talis viperæ natura ſimilis horum improbitati. Nam per virilem aut muliebrem naturam turpitudinem perficientes, hãc ſeminũ deiectionem interdicunt, diſperdẽtes liberorum generationem creaturis ex Deo donatam, velut etiam Apoſtolus dicit, *remunerationem erroris in ſeipſis recipientes*. &c. Sic ſanè tradunt & doloris pariẽdi exortẽ viperã, concupiſcentiæ affectu demulſam, tum fœminam ad maſculum, tum maſculũ ad fœminã circumplicari, & ſimul per os hiante fœminam maſculum caput immitere, illam verò affectu detentẽ huius caput abſcindere, & ſic ab ore deſtillans virus in ſeipſam deglutire, & ipſam ex hoc gemellos, matrem ac fœmellam concipere, qui in ventre maturi facti, & non habentes vnde gignãtur, latus matris ſauciant, & ſic gignuntur, vt & pater & mater ipſorum pereat. Quapropter nomẽ inditũ eſt, ex eo quod dolores partus non experitur. Grauis autem & horrenda ſupra omnia reptilia eſt vipera, ipſa in ſeipſa interitum operans, & per os turpitudinem concipiens. Cui ſimilis eſt hæc ſtolida ac inſana hæreſis: cuius quum & caput, & corpus, & omnia ex ipſa genita, hic cõtriuerimus ligno vitę, ad alias conſiderandas procedamus, Deũ auxiliarium inuocantes. Cui honor & imperium in ſecula ſeculorum, Amen.

Viperæ natura.

Contra Carpocratitas, XXVII *ex ordine hæreſim.*

CArpocras quidam alius fuit, qui ſibiipſi nephariam falſæ mentis ſuæ doctrinam conflauit, & peiores omnibus relatis mores habuit. Ex omnibus enim his, Simone, Menandro, Saturnilo, Baſilide, Nicolao, & ipſo Carpocra, inſuperque ex ptotextu Valentini, falſò appellatæ ſcientiæ hæreſis producta eſt, quæ ſuos ſectatores Gnoſticos nominauit, ex qua ſunt Gnoſtici iam à me declarati, id eſt cognitores ac ſciẽtes, condẽnabiles potius his moribus appellandi. Hic verò rurſus ſupernè quidem vnum prncipium dicit, & patrem vniuerſorum, & ignotum & innominatum, ſimiliter velut alii inducere volẽs. Mũdũ autem, & quæ in mũdo ſunt, ab angelis factum eſſe, qui longe ſint patre illo ignoto inferiores. Hos enim à ſuperna virtute defeciſſe dicit, & ſic mũdum feciſſe. IESVM verò Dominum noſtrum ex Ioſeph generatum eſſe dicit, quemadmodũ omnes homines ex ſemine viri ac mulieris geniti ſunt. Eſſe autem ipſum ſimilem omnibus, verùm vita præcelluiſſe, temperãtięq; ac virtute & iuſticia. Quandoquidem verò inquit, validam præ cæteris hominibus habebat animã, & memoria tenebat ea quæ viſa erant ab ipſa ſuperrè, quando & circumferẽtia ignoti illius patris erat, demiſſæ ſunt (inquit) ab eodem patre in animam ipſius virtutes, quo viſorum ab ipſa recordata & potentia corroborara, angelos mundi fabricatores effugeret, in eo quod per omnia mũdi negocia procederet, & actiones quæ ab hominibus fiunt, & opera abſurda ac nefaria quæ in occulto fiunt: & quo per omnes actiones liberata eadem (inquit) anima IESV aſcenderet, ac reuerteretur ad eundem patrem ignotũ, qui virtutes ipſi ex ſupernis demiſit, vt per omnes actiones procedens & liberata, ſurſum ad ipſum penetraret. Quin & ſimiles ipſi animas, æqualia ipſi amplexas, eodẽ modo liberatas, ſurſum volaſſe ad ignotum patrem, in eo quod omnes actiones perfecerunt, ſimiliter ab omnibus ſemotas, de cætero liberatas eſſe. At IESV animam in Iudæorum moribus educatã, ipſos contẽpſiſſe. & propterea virtutes accepiſſe, per quas potens exigere affectus, qui hominibus in ſuppliciũ adſunt, mundi fabricatores tranſcendere valuit. Non autem ſolum ipſam IESV animã hoc potuiſſe: ſed etiam eam quæ poteſt per actiones progreſſa, mundi factores angelos tranſgredi. Et ipſa ſi acceperit virtutes, & ſimilia fecerit, quemadmodum anima IESV, velut prædixi. Vnde ad magnum faſtum progreſſi hi qui ab impoſtore hoc decepti ſunt, ſeipſos etiam ipſo IESV pręferendos putant. Alij verò ex ipſis non Ieſu inquiunt, ſed Petro & Andrea & Paulo, & aliis apoſtolis ſe præſtantiores eſſe, ob excellentiã cognitionis, & proprter ampliorem peractionẽ diuerſorũ tranſituum. Alij verò ex ipſis dicunt ſe nihil differre à CHRISTO IESV Domino noſtro. Animæ enim ex eadẽ circunferentia ſunt, & ſimiliter velut anima Ieſu omnia contempſerunt. Et omnes animæ, inquiũt, eadem virtute dignæ factæ ſunt, qua etiam Ieſu anima digna facta eſt. Quapropter etiam has per omnem actionem procedere, velut ipſa Ieſu anima pertranſiit. Siverò quis rurſus poſsit ſupra Ieſum contẽnere, excellentior ipſo erit. Aggrediuntur autẽ hi qui ex nefaria hac ſchola ſunt, omnigenos conatus horribiliũ ac pernicioſorũ operũ. Magia enim apud ipſos excogitata eſt, incãtationesq; diuerſas ad omnem machinationem inuenerunt, ad amorem & adillectamenta. Quin & aſſeſſores dæmones ſibiipſis attrahunt, ad hoc vt per multas præſtigias in magna poteſtate, omnibus dominentur quibus velint, & vt vnuſquiſque quamcumque actionem aggredi audeat, nimirum ſeipſos decipientes, ad perfectionem occæcatæ mentis ipſorum. Nam tales aggreſſiones quæ per tot actiones inualuerunt, & angelos mundi opifices, atque ea quæ in mundo ſunt contempſerunt, tranſgrediutur eorundem fabulatorum (non enim dixerim mundi opificum) poteſtatem, quo ſupernam libertatem amplectantur, & volatum ſurſum verſus adipiſcantur. Sunt autem ex Satana ſubornati ac producti, in opprobrium ac ſcandalum Eccleſiæ Dei. Indiderunt enim ſibiipſis cognomen Chriſtianorum, ad hoc vt gentes per ipſos offendantur, & ſanctæ Eccleſiæ Dei vtilita-

Magiæ ſcholæ.

tem

tem, & veram prædicationem, propter illorum nefaria facta, & incomparabilem improbitatem auerſentur & vt gentes ipſorum aſſiduò nefaria opera conſidetantes, putent etiam ſanctas Dei eccleſias tales eſſe, & auertant, velut dixi, aures à Dei ac veritatis doctrina, vel vbi vident ſaltem aliquos ſimiliter blaſpemias proferre. Et hac de cauſa plures ex gentibus, vbicunq; viderint tales, ne accidũt quidem nos ob communionem accipiendæ doctrinæ, aut audiendi verbi diuini, & neque aures admouent, improbis ſceleſtorum illorum factis conſternati. Degunt autem hi in luxu, & omnia ad corporum voluptatem operantur, nos autem omnino non accedunt, niſi fortè ad ineſcandas animas inſtabiles maligna ſua doctrina. In nulla enim re nobis ſimiles ſunt, ſed nomine ſolùm appellari gloriantur, quo confictum nomen improbitatem ſuam operentur. At condemnatio horum, velut ſcriptum eſt, iuſta eſt, quemadmodum ſanctus Paulus dixit: Ob malas enim actiones ipſorum, retributio ipſis reddetur. Nã quum mentẽ ſuam licenter inſaniæ expoſuerunt, innumeris voluptatum affectibus ſeipſos tradunt. Aſſerunt enim, quod quęcunq; apud homines mala eſſe putantur, ea mala nõ ſint, ſed natura bona. Nihil enim eſt natura malum, verùm hominibus putantur eſſe mala. Et hęc omnia ſi quis fecerit in vna hic præſentia, non amplius in aliud corpus tranſitipſius anima, vt rurſus infrà reflectatur: ſed in vno, omni actione tranſacta diſcedet liberata, & non amplius quid debens de actionibus in mundo. Qualem autẽ actionem diſcere rurſus timeo, vt ne ſterquilinij occultati canalem reuelem, & quibuſdam videar peſtilentis grauedolentiæ inductionem operari. Attamen quando quidem ex veritate dependemus, meipſum cogam vt impoſtorum illorum facta reuelans, & caſtius loquar, & à veritate non excedam. Quid verò aliud quàm omnem nefandam ac ſceleſtam actionẽ, quam non fas in ore ferre, hi perpetrantur? & omnem ſpeciem virilis coitus, ne libidinoſæ ad mulieres conſuetudinis, in ſingulis corporis membris, incantationesq; ac veneficia & idololatrias perficientes. Et hoc dicunt eſſe operationem redditionis debitorum in corpore, ad hoc vt non amplius accuſentur, neque opus aliquod actionis ab ipſis exigatur: & hac de cauſa animam nõ auerſari, poſt diſceſſum hinc, etiam rurſus ad tranſitum in aliud corpus procedere. Ita enim habẽt ipſorum libri, vt ſi quis prudentia præditus legat, admiretur ac ſtupeat, & non credat, quod hæc ſic ab hominibus fiant, nõ ſolùm his qui ciuitatem nobiſcum inhabitant, ſed etiam his qui cum beſtiis, & ſimilibus beſtiis ac pecoribus, fermè dixerim quæ canes ac ſues faciunt, facere audẽt. Aiunt enim, oportet penitus his omnibus vti, vt ne egreſſæ animæ aliquo opere relicto, ea de cauſa reuertantur in corpus rurſus, ad faciendum ea quæ non fecerunt. Et hoc eſt, inquiunt, quod IESVS in Euangelio dixit per parabolam, *Sis beneuolus aduerſario tuo, dum fueris in via cum ipſo, & da operã vt ab ipſo libereris, ne forte aduerſarius tradat te iudici, & iudex miniſtro, & miniſter coniiciat te in carcerẽ. Amen amen dico tibi, non exibis illinc donec extremum perſolueris quadrantem.* Fabulam porrò quãdam confingunt ijdem, ad parabolæ huius interpretationem. Et aduerſarium eſſe aiunt vnum ex angelis qui mundum fecerunt, & ad hoc ipſum ſubornatum eſſe, vt adducat animas ad iudicem quę hinc de corporibus exeũt illinc verò redarguuntur, quod non fecerunt omnem operam atq; actionem. Dari autẽ ipſas à principe miniſtro, eſſe autem miniſtrum angelum, miniſtrãtem iudici mundi opifici, in hoc vt ferat rurſus animas, & in diuerſa corpora concludat. Eſſe autem aduerſarium hunc quẽ diximus, dixiſſe Dominum in Euangelio, quem ſanè ipſi vnum angelum de mundi opificibus eſſe aiũt, nomẽ Aboli habentem. Carcerem enim dicunt eſſe corpus. Extremum autem quadrantem volunt eſſe tranſitum ad lia corpora, & in ſingula præſentia perficere extremam corporum actionem, & nihil amplius relinqui ac reſtare, ad nefarium quicquam faciẽdum. Oportet enim, inquiũt, velut diximus, omnibus peregreſsis ac ſingulatim perpetratis, liberatam redire ad ſupremum illum ignotum, tranſgreſſam mundi opifices & opificem. Dicunt item rurſus, quòd oportet animas vel in vna præſentia trãſitus ad corpora omnibus peractis, de cætero ſurſum liberatas abire. Si verò nõ in vna præſentia peregerint, per ſingulas præſentias tranſitum ad alia corpora, paulatim peracta vniuſcuiuſq; nefarij opera operatione, de cætero liberari. Quin & rurſus dicunt: Dignis hæc recenſere dignamur, quo faciant ea quę videntur eſſe mala, non ſunt autem natura mala, vt edocti liberentur. Cæterùm ſignaculum per cauterium, aut nouaculam, aut ſubulam immittunt, ac incutiũt Carpocratiani, in dextram inferiorẽ auriculam, his qui ab ipſis decepti ſunt. Peruenit equidem iam ad nos fama, quomodo Marcellina quędam ab ipſis decepta, multos corrupit tẽporibus Aniceti epiſcopi Romæ, qui Pio & ſuperioribus ſucceſſit. Etenĩ in Roma fuerũt primi, Petrus & Paulus apoſtoli ijdẽ ac epiſcopi. deinde Linus, deinde Cletus, deinde Clemẽs, q contẽporaneus fuit Petri & Pauli. Hui⁹ mẽtionẽ facit Paulus in epiſtola ad Romanos. Et nemo miretur quod ante ipſum alij epiſcopatũ aſsũpſerũt, quũ ſub apoſtolis hic fuerit contemporaneus Petri ac Pauli. nam & illi contemporanei apoſtolorũ fuerunt. Siue igitur adhuc ipſis ſuperſtitibus à Petro accepit impoſitionem manuum epiſcopatus, & eo recuſato remoratus eſt: dicit enim in vna epiſtola ſua, Secedo, abeo, erigatur populus Dei (hoc enim in quibuſdam commentariis reperimus.) Siue poſt apoſtolorum ſucceſſionem à Clero epiſcopo hic conſtituitur, non ita clarè ſcimus. Veruntamen etiam hic potuit ſuperſtitibus adhuc apoſtolis, Petro videlicet ac Paulo, alios epiſcopos conſtituere. propterea quod Apoſtoli ſæpe ad alias terras ablegabãtur, propter CHRISTI prædicationem, non potuit autem vrbs Roma ſine epiſcopo eſſe. Paulus enim in Hiſpaniam profectus eſt, Petrus verò ſæpe Põtum & Bithyniam viſitauit. Poſſibile eſt autem, poſt quam diſcedit ac recuſauit Clemens (ſi modò ſic factum eſt, rationem enim ſic in eo, non decerno) poſtea poſt obitum Lini & Cleti, quorum vterq; ad duodecim annos epiſcopatum tenuit, poſt ſancti Petri ac Pauli obitum, qui cõtigit duodecimo anno Neronis, hunc rurſus coactum eſſe ad ſuſcipiendum epiſcopatum. Attamẽ epiſcoporum in Roma ſucceſſio hanc conſequentiã habuit, Petru-

& Paulus

Mala bona eſſe natura.

Luc. 12.

Marcellina.

Romanorum põtificum ſeries.

Linus, Cletus & Clemens Romani pontifices.

Petri ac Pauli obitus, anno xii. Neronis

& Paulus, Linus, Cletus, Clemens, Euarestus, Alexander, Xystus, Telesphorus, Euarestus, Hyginus, Pius, Anicetus, qui suprà in catalogo indicatus est. Et ne quis miretur, quod singula ita exactè recensemus, per hæc enim semper claritas ostenditur. In temporibus itaque, velut diximus, Aniceti, præindicata Marcellina Romæ degens, perniciem doctrinæ ipsius Carpocræ euomens, multos illic incertos perdidit. Atque hinc factum est initium Gnosticorum appellatorum. Porrò habent imagines per colores depictas, quidam etiam ex auro & argento, ac reliqua materia, quas sanè imagines IESV esse dicunt, & has IESV imagines sub Pontio Pilato factas esse, quando inter homines versabatur. Habent autem eas imagines occultè. Insuperque philosophorum quorundam, Pythagoræ, Platonis, Aristotelis & aliorum, cum quibus philosophis etiã alias imagines IESV collocant, collocatasq, adorant, & gentium mysteria perficiunt. Erectis enim his imaginibus, de cætero gentium mores seruant. Qui verò sunt gentiũ mores alii, quàm sacrificiũ atque alia? Cęterùm solius animæ salutẽ esse dicũt, & nõ corporum. Oportet itaque hos subuertere omnibus viribus. Nemo enim contemnat sermonem, maximè ab impostore proficiscentem. Verùm dixerit quis, Non sunt hæc deprehensu facilia, ac stultitiæ plena? At aliquando etiã stulta persuadent insipientes, & prudentes peruerterunt, si non adsit mens in veritate exercitata. Quum itaque etiam hic inciderit in Simonis ac reliquorum magiam, per eadem quoque hunc subuerteremus. Si enim ignota & innominata virtus, causa fuit aliorum angelorum, quæ est ignorantia apud eandem, hoc est patrem vniuersorum, si non nouit quæ facturi essent angeli ab ipso facti, & si ignorauit quod defecturi essent & facturi quæ ipse non vellet? Aut hos quidem fecit, sciens quod facturi essent quæ ipse non vult, ab ipsis verò facta sunt, certè ipse erit qui per cognitionem & bonam voluntatem fecit quæ illi ausi fuerunt. Si itaque, velut dixi, nouit quidem quæ facturi essent, non voluit autem vt facerent, qua ratione eos qui fecerunt fecit, ad hoc vt facerent quæ ipse non vellet? Si verò ipse quidem fecit angelos, vt facerent ea quæ ab ipsis fiunt, igitur voluit fieri, & ideo eos qui fecerunt antea creauit angelos. Et si creauit ad hoc vt facerent, recusat autem & interdicit quæ ab ipsis fiunt, calumnia sanè fuerit quæ in medio versatur. Si autem concedebat quidem ipsis vt facerent, vult autem quæ ab ipsis facta sunt, hoc est homines & animos, rursus ad seipsum recipere præter horum voluntatem: profecto auaritia in medio erit, & nihil aliud, quum rapiantur homines qui sub angelis sunt, ab eo qui supernè est præter horum voluntatem. Imò etiam imbecilitas fuerit, quandoquidem quum non potuerit ipse sibi ipsi facere, rapit quæ facta sunt ab his qui ab ipso facti sunt. Et erit de cætero fabula ac stultiloquium, quod infernæ quidem virtutes transgredi possint intermedias, intermediæ verò crucientur, quum causæ sint inferiorum. Et quòd infernæ super medias ad supernam saluantur ac liberantur, dico autem animæ eorum qui sunt in hac creatura. Non sit autem superius illo potens ad faciendum, vt qui imbecilis iudicetur. Hi verò qui ab ipso sunt facti, potentes sint facere quæ ipse non volebat, aut volebat & non poterat. Neque enim potest id quod ille sibi desiderat esse malum, neque à malis factum esse. Si enim malum esset, oportebat perdere. Si vero omnino pars aliqua operis seruatur, non amplius opus malum est. Et si pars ipsius seruata reperiri poterit, neque qui fecerunt mali fuerint, vt qui quod seruatur fabricauerunt. Si verò omnino ex angelis est anima, & ex supernis vim accipit deducta, profecto angeli plus salutis assequentur, quia anima quæ ab ipsis facta est, seruatur, etiam quum mala sit. Quum autem ipsa saluetur, non amplius mala fuerit anima que ab angelis facta est: neque angeli mali fuerint, ex quibus ipsa anima existit. Omnibus porrò sana mente præditis cognitu facile fuerit, quod dementię plena est tota hæc circulatoria officina. Confundentur autem rursus hi, etiam ab iisdem sermonibus. Si enim IESVS non ex virgine Maria, sed ex semine Ioseph & eiusdem Mariæ, hic autem seruatur, ergo etiam ipsi seruabuntur qui hunc genuerunt. Et si Maria & Ioseph ab opifice sunt, igitur opificem creatorem dixerunt. & non amplius in defectu ac inminutione erit qui Ioseph & Mariã fecit, & quib⁹ ex IESVS de superno ignoto patre existit. Si verò etiam ipse IESVS ab angelis est, & opifex vnus est angelis, ergo in vnam absurditatem omnes cadent, in quã etiã angeli inciderunt. Et inconstans ac instabilis fuerit tragœdia ab ipsis conficta, veneno plena, & omni virosa doctrina referta. At quum hãc velut draconis caput, ligno fidei ac veritatis repulerim⁹, & in terra crepare fecerim⁹, alias etiã deinceps bestias aggressi, ad ipsas perdẽdas, pgrediemur.

Contra Cerinthianos siue Merinthianos, XXVIII *ex ordine hæresim.*

CErinthus porrò rursus, à quo Cerinthiani dicuntur, ab hac bestiali reptilium seminio venenum mundo infert, sed ferè nihil aliud præter prædictum Carpocram. Verùm eadem malefica venena mundo producit. Easdem enim cum prędicto calumnias etiam hic in CHRISTVM euomit, ex Maria ac semine Ioseph CHRISTVM genitum esse, & mundum similiter ab angelis factum esse. Nihil enim hic à priore euariauit in doctrinæ illius introductione, sed in hoc solùm quod ex parte addictus est Iudaismo. Asserit autem hic legem & prophetas ab angelis datos esse: & eum qui dedit legem, vnum esse ex angelis qui mundum fecerũt. Degebat hic Cerinthus in Asia, & isthic prædicationis initium fecit. Iam verò de hoc dicamus, quod etiam hic prædicauit, non à prima & suprema virtute mundum factum esse. Ex supernis autem ex supremo Deo, postq̃ adultus factus fuit IESVS, ex semine Ioseph & Maria genitus, descendisse CHRISTVM in ipsum, hoc est Spiritum sanctum, in specie colũbæ in Iordane, & reuelasse ipsi, & per ipsum posteris ignotum patrẽ. Et propterea postquã venit virtus in ipsum ex supernis, virtutes perpetrasse: & vbi ipse passus est, id quod ex supernis venerat, à IESV sursum volasse: passum aũt esse IESVM, ac rursus resurrexisse. CHRISTVM verò q̃ ex supernis venerat in ipsum, illæsum sursum reuolasse, hoc est id quod venerat ac descenderat in specie columbæ. Et non IESVM esse CHRISTVM. Lapsus est autem etiam hic, velut videtis vos omnes qui veritatis

amatores eſtis. Dicit enim legis datorẽ non bonũ eſſe, cuius legi obedire videtur, palàm eſt autẽ quod velut bonæ. Quomodo igitur malus bonã legẽ dedit? Si enim bonũ eſt non adulterum eſſe, & bonum non occidere, quãto magis bonus fuerit qui hoc præcepit? Si ſanè eum qui malum non fecit, bonum confitemur, quomodo mala facere accuſabitur is qui bonum cõſulit, & qui bonam legem dedit? Verùm inſanus eſt vir qui talia aggreditur. Hic porrò eſt, ô chariſſimi, vnus de his qui corã apoſtolis turbationem operati ſunt, quando Iacobus ſcripſit in Antiochiam, epiſtolam his verbis. *Nouimus quoſdã ex nobis ad vos veniſſe, ac turbaſſe vos, ſermonibus quos nos narrauimus.* Et hic vnus eſt de his qui reſtiterunt ſancto Petro, quando venit ad ſanctum Cornelium, vbi accerſiuit ipſum dignus factus viſione angeli, & Petrus dubitauit, & vidit viſionem lintei, & quæ in ipſo erant: & audiuit à Domino, vt nihil inquinatum aut immundum diceret. Hic igitur vbi Petrus reuerſus eſſet in Hieruſalem, multitudinem circunciſorum commouit, dixitque quod ingreſſus eſſet ad viros præputium habentes. Fecit autem hoc Cerinthus, priuſquam in Aſia prædicaret prædicationẽ ſuam, & in profundius perditionis ſuæ barathrum incideret. Nam quum ipſe circunciſus eſſet, aduerſitatis videlicet gratia contra fideles in præputio, per circunciſionem venabatur prætextum ac occaſionem. Quum autem Dominus ſemper curam hominum habuerit, & claritatem veritatis in filiis veritatis muniuerit, & ſancto Petro apoſtolo dederit, vt & ipſum & ſocios ipſius redarguerit, manifeſta ſit Cerinthi amentia. Dicit enim ſanctus Petrus: Ego *eram in ciuitate Ioppe, & vidi in meridie circa horam ſextã, linteũ demiſſum ex quatuor principiis, in quo erant omnia quadrupeda & reptilia, & dixit mihi, macta & ede. Ego autem dixi, Domine nequaquã, quia nunquã inquinatum aut immundum ingreſſum eſt in os meum. Reſpondit autem mihi rurſum vox de cœlo. Quæ Deus mũdauit, tu ne inquines. Et ecce extẽplò duo viri aderãt in domo. Et dixit mihi Spiritus, Vade cum ipſis, nihil hæſitãs.* Et deinceps recẽſet velut in parabola, hæc quę ad ipſũ dicta ſunt. Et quòd nõ tunc docuit, donec Dominus euidenter oſtendit ipſi, quæ per ſermones ac figuras ipſum docebat. Statim enim vbi aperuiſſet ipſe os quando venit in Cæſaream, illapſus eſt Spiritus ſanctus in Cornelium & quum vidiſſet Petrus, dixit: Num quis poteſt impedire aquam, ab his qui digni facti ſunt accipere Spiritum ſanctum, velut etiam nos ab initio? Hoc verò totum myſterium erat, & benignitatis Dei erga homines opus, quo & ſanctus Petrus, & quilibet cognoſceret, quod non ab hominibus eſt ſalus gentium, ſed ex Deo. Anticipauit enim Deus dare donum Spiritus, & viſionem angeli, & laudem orationis, & ieiuniorum ac bonorum operum: quo apoſtoli, & prẽſertim ſanctus Petrus, in eo quod ipſis concreditum erat, non auerſarentur eum qui ex Deo in veritate vocatus eſſet. Verùm hæc tunc quidem tractata ſunt ac commota à p̃dicto pſeudapoſtolo Cerintho. Quemadmodũ etiam aliàs ſeditionẽ tum ipſe tum ſocij ipſius excitauerũt in ipſis Hieroſolymis, quãdo Paulus rediit cum Tito, & hic dixit, quod viros præputiatos ſecum adduxiſſet, & de hoc facto protulit, Inquinauit (inquit) locũ factũ. Quapropter etiã Paulus dicit. *Sed neque Titus qui mecũ eſt, quũ Græc⁹ ſit, coact⁹ eſt circũcidi. Verũ propter aliũde inductos falſos fratres, qui ſurrepſerũt vt ſpecularẽtur ac explorarẽt libertatẽ noſtrã, quã habemus in* CHRISTO, *quibus neque ad horam ceſſimus in ſubiectione.* Et p̃putiatis, præcipiẽs dixit: *Ne circũcidamini,* CHRISTVS *vobis nihil proderit.* Durauit aũt circũciſio tpi in ſeruiẽs, donec mãior circũciſio acceſſit, hoc eſt lauacrũ regenerationis: velut omnib⁹ manifeſtũ eſt, & clarius oſtenditur ex his quæ ab apoſtolis dicta ſũt, maximè ſancto Apoſtolo. Dicit enim ſic: Quibus neq; ad horã ceſſimus in ſubiectiõe. Omnibus porrò volẽtibus cõſiderare ea que ab apoſtolis tunc facta ſunt, admirationi eſſe poteſt, quomodo ea q̃ apud hãc hæreſim ex verſutia ſp̃ûs erroris perpetrata ſunt, characterem ac imaginẽ oſtendũt eorũ qui per has hæreſes inter apoſtolos cõmotionem excitarũt. Quũ enim defeciſſent hi, & in pſeudapoſtolos mutati eſſent, & alios pſeudapoſtolos miſiſſent, velut etiã iam antè dictũ eſt in Antiochiã ab initio, & ad alios locos, qui prædicabãt: Niſi circunciſi fueritis & ſeruaueritis legẽ Moſis, non poteritis ſaluari: nõ vulgaris tunc turbatio facta eſt, velut dictum eſt. Et hi ſunt qui à Paulo dicti ſunt pſeudapoſtoli, operatores doloſi, qui ſe tranſformant in apoſtolos CHRISTI. Vtuntur enim euangelio ſecundũ Matthæũ, ex parte, nõ toto. Verum ꝓpter ſermonẽ generationis in carne, etiã hoc teſtimoniũ ab euangelio afferũt, rurſus dicẽtes: Sufficiens eſt diſcipulo, vt fiat velut magiſter. Quid igitur dicunt? Circunciſus eſt IESVS, circũcidere etiã tu. CHRISTVS ſecundũ legem cõuerſatus eſt, & tu ipſe eadẽ facito. Vnde etiam quidam ex his, velut à veneno ſubrepti, credũt veriſimilibus perſuaſionibus, propterea quod CHRISTVS eſt circũciſus. Paulũ verò reprobant, propterea ꝙ non obediuit circũciſioni. Imò etiã reiiciũt ipſum, propterea quod dixit: *Quicunque in lege iuſtificamini, ex gratia excipiſtis. Et, Si circũcidimini,* CHRISTVS *vobis nihil proderit.* Hic aũtẽ Cerinthus ſtolidus, & ſtolidorũ magiſter, rurſus temerarius dicere auſus eſt, CHRISTVM paſſum eſſe, crucifixũ, nõdum aũt ſurrexiſſe. Reſurrecturum autẽ eſſe, quum vniuerſalis mortuorum reſurrectio fiet. Incõſtantia igitur ſunt apud illos & verba & dogmata. Vnde etiã Paulus pturbatus, his qui fidẽ nõ habẽt reſurrectioni mortuorum futuræ, dicit: *Si mortui non reſurgunt, neque* CHRISTVS *reſurrexit. Et, Edamus ac bibamus, cras enim moriemur, Et, Ne decipiamini, Mores bonos, colloquia corrumpunt mala.* Rurſus dicentes CHRISTVM nõdum reſurrexiſſe, eodem modo confutans, dicit, *Si* CHRISTVS *non reſurrexit, inanis eſt prędicatio noſtra, inanis etiam fides noſtra. Reperimur autem, & falli teſtes Dei, quod excitauerit* CHRISTVM, *quem non excitauit.* Tanquam apoſtoli quidem prædicent CHRISTVM reſurrexiſſe, quædã verò hæreſes dicant CHRISTVM non reſurrexiſſe, & mortuos non reſurgere. In hac enim regione, Aſia inquam, imò etiam in Galatia, valde viguit horum doctrina. De quibus etiam ex traditione res quædam ad nos deuenit, quod quidam apud ipſos de vita deceſſerunt, morte prꝫoccupati citra baptiſma. alij verò pro ipſis in nomen ipſorum baptizentur, vt ne vbi reſurrexerint illi in reſurrectione, pœnas dent, eò quòd non acceperunt baptiſma, & ſubditi

Baptizari alios pro aliis iam mortuis.

ſubditi fiant poteſtati quæ mundum fecit. Et hac de cauſa traditio quæ ad nos deuenit, eundem ſanctum Apoſtolū dixiſſe ait: *Si omnino mortui non reſurgunt, cur & baptizantur pro ipſis?* Cæterùm alii rectè hoc dictum interpretantes dicunt, quod morti vicini ſi fuerint in pietatis doctrina inſtructi, ob hanc ſpem ante obitum lauacro digni fiunt: oſtendentes quod qui mortuus eſt, etiam reſurget, & ob id indiget remiſſione peccatorū per lauacrum. Horum verò aliqui CHRISTVM nondum reſurrexiſſe prædicant, verùm reſurrecturū eſſe cum omnibus. aliqui verò, quod omnino mortui non reſurgent. Quapropter Apoſtolus medium ſe interponens, vtroſque hos ac reliquas hæreſes eadem opera ſubuertit, & in tractatione de mortuorum reſurrectione, & in teſtimoniis quę ſubtiliter perſequitur, conſtantem affirmationem fecit reſurrectionis mortuorum, & ſalutis ac ſpei, dicens: *Oportet corruptibile hoc induere incorruptibilitatem, & mortale hoc induere immortalitatem,* Et rurſus. CHRISTVS *reſurrexit primitiæ eorum qui dormierunt*: quo vtriſque ſectis refutatis, impollutam doctrinæ prædicationem ex veritate doceret, eos qui volunt ſcire veritatem Dei, & ſalutarem doctrinam. Vndiquaque igitur facilis deprehenſu fuerit Cerinthus, & qui ab ipſo decepti ſunt, miſeri illi, & aliis quoque perditionis ac interitus autores facti: quum diuinæ ſcripturæ clarè nobis ac enucleatè omnia exponant. Neque enim ex ſemine Ioſeph eſt CHRISTVS. Alioqui quomodo ſignum fuerit ipſa generatio? Et hoc quod ab Eſaia dictum eſt, quomodo amplius conſiſtet? qui dixit, *Ipſe Dominus dabit vobis ſignum, Ecce virgo in vtero habebit, & pariet filium,* &c. Quomodo verò illud cōplebitur, quod dictum eſt à ſancta virgine ad Gabrielē, *Quomodo erit hoc, quoniam virum non cognoſco?* & quod ipſe angelus dicit: Spiritus ſāctus ſuperueniet in te, & virtus altiſſimi obūbrabit tibi, &c. Quomodo verò non redarguetur ipſorum dementia, quum euangelium clarè dicat: Quod inuēta eſt in vtero habens, priuſquam ipſi congreſſi fuiſſent. Clarè verò cognoſcere datur, quod neque omnino cōgreſſi ſunt. abſit vt hoc dicamus. Alioqui poſt crucem non proſpexiſſet, vt ipſam Ioanni ſanctæ virgini commēdaret, dum dicit, Ecce mater tua. Et idem, Ecce filius tuus. Oportebat enim ipſum eam tradere ac commendare cognatis illius, aut filiis Ioſeph, ſiquidem fuiſſent ex ipſa: Iacobo inquam, & Ioſe, & Iudæ ac Simeoni, qui filii erant ipſius Ioſeph ex alia vxore. Neque enim quod vſus ſit virgine omnino reperitur. poſtquam enim genuit, virgo impoluta permanſit. Verùm de his iam in alio opere clarè à me trāſactum eſt, ac tranſigetur, Hic verò ex parte velut in tranſcurſu de hoc argumento dictum eſt, vt nedum aliorum morſuum curationem facere volo, & aliorum venenorum medelam atque auxilium ꝓponere ſtudeo, ad alia ipſos lectores conuertam. Veruntamen ex omnibus vana & impoſtoria horum doctrina eſſe comprobabitur ei qui prudentia præditus eſt, vt quæ ab apoſtolis quidem redarguatur, apud prudentes verò condemnetur, ex Deo autem & veritatis eiuſdem prædicatione reiiciatur. Porrò hi ipſi rurſus Merinthiani appellantur, velut fama ad nos perlata habet. Siue autem ipſe Cerinthus itidē & Merinthus appellatus ſit, non omnino de hoc certi ſumus. Siue alius quis fuerit Merinthus nomine, illius auxiliarius, Deo notum eſt. Iam enim diximus, quod non ſolum ipſe in Hieroſolymis ſæpe reſtiterit apoſtolis, ſed etiam ſodales ipſius in Aſia. Attamen ſiue ipſe ſit, ſiue alius ipſius auxiliari⁹ qui ſimilia ipſi ſenſit & operatus eſt, nihil refert. Vniuerſæ enim ipſorum doctrinæ improbitas, hanc imaginem habet Cerinthianique ac Merinthiani ſimul hi vocantur. Et quum hæc de horrenda ac inſtar reptilis venenata ipſorum improbitate recenſuerimus, rurſus ad ſequentes procedemus, gratias quidem agentes Deo, quod horum malorum dogmatum pelagus innoxii ac illæſi tranſnatauimus. ꝑcantes autem, vt etiam in ſequentibus, velut in bimaria ac effera breuia illapſi, non lædamur, ſed ſalutem aſſequamur ab ea quæ apparebit nobis in exponenda veritate, in eo quod nos ipſam cōfirmamus & inanem illam garrulitatem refutamus. Equidem ſi quis velit conſiderare, ac figuras harum deſcribere, & hæc reuera bicipiti cuidam ſerpenti aſſimilabitur, propter nominis duplicitatem, viperæ videlicet, quæ ſeps à putrefactione, ſiue putredine appellatur: & quę corpus quidem totum pilis rubris exornauit, non habet autem neque capræ neque ouis naturam, aut pellem ſed reptilis: & perniciem inducit per morſum his, quos contingit: eos verò qui ipſi credunt, ſubuertit, alicubi ex veteri religione ea quæ in nouo teſtamento ſunt ſubuertens, alicubi per doctrinas falſas, velut de nouo teſtamento ſumptas, contra apoſtolos ex circunciſione in CHRISTVM credentes falſas accuſationes circumferens. Cuius & putredinem, & venenum, & dentes, quum ligno veritatis percuſſerimus ac contriuerimus, ad ſequentes (velut dixi) procedere per virtutem Dei ſtudebimus.

Paulilocꝰ de reſurrectiōe mortuorum.

Ioſeph ſponſi mariæ, filii ex alia vxore.

Merinthiani.

Seps vipera à putredine appellata.

Contra Nazoræos, XXIX, ex ordine ſectam.

NAzoræi deinceps poſt hos ſequuntur, qui ſimul cum illis fuerunt, aut etiam ante ipſos, aut cum ipſis & poſt ipſos, & tamen contemporanei. Neque enim exactè dicere poſſum, vtri alteris ſucceſſerunt. Verùm, ſicut dixi, contemporanei inter ſe fuerint, ſimiles opiniones habuerunt. hi enim ſibiipſis nomen indiderunt, non CHRISTI, non ipſum nomen IESV, ſed Nazoræorum. Et tunc ſanè omnes Chriſtiani Nazoræi ſimiliter vocabantur. Contingit aūt vt modico tēpore appellati ſint Ieſſæi, priuſquā in Antiochia initium ſumerent diſcipuli vt appellarētur Chriſtiani. Vocabantur autē Ieſſæi, propter Ieſſe opinor. Quandoquidē Dauid ex Ieſſe, ex Dauid aūt per ſucceſſionē ſeminis Maria, ita ꝑpleta diuina ſcriptura in veteri teſtamēto, dicēte Domino ad Dauid: De fructu ventris tui ponā ſuper ſedē tuā.] Vereor aūt ī ſingulis his tractādis argumētis, ne lōgā huic operi narrationē aſciſcā, quū harū rerū mētionē faciā, cōmouēte me veītate, vt ſpeculatiōes īter dicēdū occurrētes retegā. Quū enī Dominꝰ dixerit ad Dauid: [De fructu vētris tui, ponā ſuper ſedē tuā: & hoc, iurauit Dominꝰ Dauid & nō pœnitebit eū: manifeſtū eſt, quod ītrāſmutabilis eſt Dei ꝓmiſſio. Et primū, quod iuramētū apud Deū, qd aliud eſt quāqd dicit Dominꝰ, Per meipſū iuraui. Non enī per maiorē habet Deꝰ iuſiurādū, ſed neq, iurat Deꝰ, verùm ad declarationē cōfirmationis, ſermo ille vī habet. Cum iuramēto enī iurauit

Nazoræi vocati Chriſtiani Ieſſę Chriſtiani dicti

Dominus Dauid: De fructu ventris tui, ponã ſuper ſedem tuã. Teſtantur autem apoſtoli, quod ex ſemine Dauid oportebat CHRISTVM generari, velut etiam generatus eſt Dominus noſter IESVS CHRISTVS. Omittam autẽ plura teſtimonia, vt ne (velut dixi) longius orationẽ extendã. Fortaſſis autem dixerit aliquis, Si CHRISTVS genitus eſt ex ſemine Dauid ſecundum carnẽ, hoc eſt ex ſancta virgine Maria, qua ratione ſuper ſedem Dauid non ſedet? *Venerunt enim*, inquit Euangelium, *vt vngerent ipſum in regem: quo cognito ſeceſſit, & occultatus eſt in Ephraim ciuitate deſerti.* Quum igitur per A
uenerimus nos ad locũ huius dicti, & interrogati ſimus de hoc teſtimonio ac propoſito, Qua ratione carnaliter impletum non eſt in Saluatore, vt ſedeat ſup thronum ac ſedẽ Dauid (quidam enim putauerũt hoc impletum nõ eſſe) rem ipſam velut ſe habet, referemus. Nulla enim dictio ſanctæ Dei ſcripturæ intercidit. Thronus igitur Dauid & regia ſedes, eſt ſacerdotiũ in ſancta Eccleſia, quã dignitatẽ regiam, ſimulq; pontificam ſimul cõiunctim largitus eſt Dominus ſanctæ Eccleſiæ ſuæ, trãſlato in ipſam throno Dauid nõ deficiente in æternũ. Illic enim per ſucceſſionẽ durauit thronus Dauid vſq; ad ipſũ CHRISTVM, *nõ deficiẽtibus principib⁹ ex Iuda, donec venit cui reſtabãt quæ reſeruabãtur ipſi, & ipſe expectatio gẽtiũ, inquit.* Deſiuerũt enim in CHRISTI aduẽtu principes p ſucceſſiõem ex Iuda, q vſq; ad CHRISTVM præſiderũt. Intercidit enĩ ordo, & ceſſauit, quando ipe natus eſt in Bethleẽ Iudææ tpe Alexandri, qui erat de genere ſacerdotali ac regio. A quo Alexãdro intercidit hæc ſors, à tpibus ipſius & Saalinæ, q̃ etiã Alexãdra appellatur, in tpibus Herodis regis, & Auguſtini Romanorũ imperatoris. Hic Alexãder vnus ex vnctis & p̃ſidibus exiſtẽs, etiã diadema ſibiipſi impoſuit. Cõiũctis enim duabus tribubus, regia ac ſacerdotali, Iuda inquã & Aarũ, & tota tribu Leui, ſic reges ac ſacerdotes fiebant. Nihil enim ex ænigmatis ſanctæ ſcripturæ aberrauit. Tunc verò deinceps rex alienigena Herodes, & nõ amplius ſucceſſores Dauid diadema imponebãt. tranſlapſa regia ſede in CHRISTO B
ad eccleſiã. Et à domo quidẽ carnali Iuda & Iſraël: regia dignitas trãſlata eſt: firmiter aũt ſedet thron⁹ in ſancta Dei eccleſia in ęternum, ex duplici origine dignitatẽ habẽs, regia ac ſacerdotali. Et regiã quidẽ à Domino noſtro IESV CHRISTO iuxta duos modos, & quia eſt ex ſemine Dauid regis ſcundum carnẽ, & quia ipſe eſt rex maior à ſeculo ſecundum deitatẽ. Sacerdotalẽ verò, quia ipſe põtifex, & põtificum p̃fectus, cõſtituto ſtatim Iacobo fratre appellato & apoſtolo, epiſcopo, q primus fili⁹ ipſius Ioſeph natura erat, frater aũt Domini vocabatur, ꝓpter cõuerſationem. Erat enim hic Iacobus filius Ioſeph, ex vxore Ioſeph, nõ ex Maria, velut multis locis hoc à nobis relatum eſt, ac manifeſtius declaratum. Sed & reperimus ipſum eo q̃ ex Dauid eſſet propterea q̃ eſſet fili⁹ Ioſeph, etiã Naziræũ factũ. Erat enim primogenitus ipſius Ioſeph, ac ſãctificat⁹. Inſup verò etiã ſacerdotio ipſum functum eſſe, iuxta vetus ſacerdotium reperimus. Quapropter etiã permittebatur ipſi ſemel in ãno ingredi ad ſãctã ſanctorum, velut lex põtificibus p̃cepit, ſicut ſcriptum eſt. Sic enim multi retulerunt ãte nos de ipſo, Euſebius & Clemẽs, atq; alij. Sed & folium ſiue bracteã in capite geſtare ipſi licebat, quẽadmodum relati fide digni viri in ſuis cõmentariis teſtati ſunt. Sacerdos itaq; eſt, velut dixi, Dominus noſter IESVS CHRISTVS in æternum, ſecundũ ordinẽ Melchiſedec, ſimulq; rex iuxta ordinẽ ex ſupnis, vt trãſferat ſacerdotium ſimul cum lege. Ex ſemine verò Dauid, ꝓpter Mariã, ſedẽs in throno in ęternũ, & regni ei⁹ nõ erit finis. Oportebat enĩ ipſum nunc trãſferre ordinẽ, tum ſacerdotij, tum regni. Nã regnũ ipſi⁹ nõ eſt de terra, velut dixit in Euãgelio ad Põtiũ Pilatũ: *Regnũ meũ nõ eſt ex hoc mũdo.* Nã cũ CHRIS- C
TVS oĩa impleat p ænigmata, argumẽta de ipſo ꝓpoſita ad aliq̃ vſq; mẽſurã puenerunt. Nõ enim venit vt regni ꝓgreſſum acciperet, q ſẽper regnat. largitus eſt autẽ ſub ſe cõſtitutis regnum, vt ne diceretur à paruis ad maiora procedere. Manet enim thron⁹ ipſius, & regni eius nõ erit finis, & ſedet ſup thronũ Dauid, ita vt regnum Dauid vnà cum põtificatu trãſtulerit ac largitus ſit ſeruis ſuis, hoc eſt põtificibus catholicæ eccleſię. Et multa ſunt q̃ de hoc dici poſſunt. Veruntamẽ quãdo ad locum deueni vt dicerẽt ob quã cauſã Ieſſęi appellabãtur, priuſq̃ vocarẽtur Chriſtiani q in CHRISTVM crediderũt, ea de cauſa diximus, q Ieſſe pater fuit Dauid. Et ſiue ex Ieſſe, ſiue ex noĩe IESV Domini noſtri, appellati ſunt Ieſſæi, propterea q ex IESV procederẽt, quũ diſcipuli eius eſſẽt. aut propter noĩnis Domini etymologiã: IESVS enim in Hebraica lingua curator appellatur, aut medicus, & ſaluator: nihilominus hoc nomẽ habuerunt, priuſq̃ ipſi Chriſtiani vocarentur. Ab Antiochia autẽ velut ſuprà meminimus, & ſicut veritatis ratio habet, diſcipuli & vniuerſa Eccleſia Dei, Chriſtiani vocari cœperunt. Repereris aũt ô ſtudioſe, etiam hoc argumẽtum in cõmẽtariis Philonis, in libro de Ieſſæis ab ipſo inſcripto. Qui horum cõuerſationẽ, & laudes horũ exequẽs, & monaſteria ipſorũ in vicinia circum Mariã paludẽ recẽſens, nõ de aliis quibuſdã narrauit q̃ de Chriſtianis. Hic enim quũ eſſet in regione, Mareotĩ autem locum apppellãt, & deductus eſſet ab ipſis ad monaſteria eius loci, magnã vtilitatẽ aſſequutus eſt. in diebus enim paſchatis illic verſatus, & vitã ipſorum vidit, & quomodo quidã per ſanctã paſchatis hebdomada omni eſu dilato degebant, alij verò interpoſitis duobus diebus edebant, alij etiam in veſperam. Fuerunt aũt hæc oĩa à viro peracta ad tractationem argumẽti de fide ac cõuerſatione Chriſtianorum. Tunc igitur vocabãtur Ieſſæi per modicum tẽpus, poſt aſſumptionẽ Saluatoris, & Marco in AEgy- D
ptiorum regione euangelium p̃dicãte. Iuxta hæc tpa turſus aliqui ex apoſtolis prodierunt, ſectatores nimirum, dico autem Nazoræos, de quibus hic tracto, qui erant quidem genere Iudæi, & legi addicti ac circunciſionẽ habẽtes. Verùm quemadmodum qui de ſpecula ignẽ cõſpicati ſunt, nõ intelligũt qua de cauſa illi rogũ incẽderunt, nũ vtilitatis ac vſus alicui⁹ gratia hoc faciũt, aut vt vitę ſuę obſonia ad eſũ p ignẽ parẽt, aut vt lignorum quorundã ac ſacramẽtorum, q̃ ignis cõſũmere ſolet, extirpationẽ faciãt. Sic etiã ipſi per imitationẽ igne accẽſo, ſeipſos incẽderunt. Quũ enim ſolum nomẽ IESV audiuiſſẽt, & diuina ſigna q̃ per apoſtolorũ man⁹ fiebãt, vidiſſẽt etiã, ipſi in CHRISTVM credebãt. Gnari verò ipſũ ex Nazaret in vtero conceptum eſſe, & in domo Ioſeph educatum, & ꝓpterea in Euangelio IESVM

Nazoræum

Thronus Dauid quid.

Regnum Chriſti eſt Eccleſia.

Chriſti regnum vbi ſit.

Iacobus epiſcopus.

Ieſus quid hæbræis ſit.

Chriſtianorũ appellatio.

Philonis ſcripta.

Nazoræũ vocari, velut etiam apoſtoli IESVM Nazoræũ dicunt, virum approbatũ, & in ſignis & in miraculis, &c. hoc nomen ſibiipſis impoſuerũt, vt Nazoræi appellẽtur, non autẽ Naziræi, hoc eſt ſanctificati. Hęc enim dignitas olim primogenitorum fuit, ac Deo dicatorũ. De quorum numero vnus fuit Sampſon, & alii poſt ipſum, & multi ante ipſum. Sed & Ioãnes baptiſta ex eiſdem ſanctificatis Deo vnus fuit, & vinum ac ſicera non bibit. Talibus enim hæc vita velut dignitati congrua decernebatur. *Naziræi alii a Nazoræis, itẽ q; Naſarę is.*

A Alii verò Naſaræos ſeipſos vocauerunt. fuit enim Naſaræorũ hæreſis ante CHRISTVM, & CHRISTVM non nouit. Sed & omnes homines Chriſtianos Nazoræos vocabant, velut dixi, & ſic accuſantes Paulum apoſtolum appellant: Hunc hominẽ inuenimus peſtem & peruerſorem populi, prę ſidemque ſectæ Nazoræorum. Sanctus autẽ apoſtolus non negat quidem nomẽ, nõ confitens horũ hæreſim ſed nomen ab aduerſatiorum malignitate propter CHRISTVM ſibi illatum benignè ſuſcipiens, ęo ram tribunali dicit: Neque in templo inuenerunt me cum aliquo diſputantem, aut congregationẽ aliquã turbæ faciẽtẽ, neque quicq; eorum ob quæ me accuſant feci. Cõfiteor autem hoc tibi, quòd iuxta viam, quã hi ſectã ac hæreſim appellant, ſic Deũ colo, credens omnibus quæ ſcripta ſunt in lege ac Prophetis. Et non mirum eſt quod Apoſtolus ſeipſum cõfitetur Nazoræum, quum omnes tunc Chriſtianos hoc nomine appellarint, propter Nazareth ciuitatẽ, alio nõ exiſtente nominis vſu ad hoc tempus, quam vt homines CHRISTO credentes ſic appellarent. de quo ſcriptum eſt quod Nazoræus vocabitur. Nam etiam nunc homines omnes hæreſes æquiuocè Chriſtianos vocant, qui Chriſtiani non ſunt, Manichæos inquam, & Marioniſtas, Gnoſticoſq; atque alios. Et tamen vnaquæque hæreſis, etiã ſi aliud nomen habeat, hoc gaudens ſuſcipit, quia per nomen ornatur. Videntur enim ſe ob nomẽ CHRISTI iactare, non item fidem & opera. Sic etiã ſancti CHRISTI diſcipuli, tunc diſcipulos. IESV ſe B ipſos vocabant, velut etiam erant. Quum autem ab aliis Nazoræi appellabantur, non renuebant, ſcopum conſiderantes eorum qui ipſos ſic appellabant, quod videlicet propter CHRISTVM ipſos ſic vocabant. Nam & ipſe Dominus IESVS Nazoræus vocabatur, quemadmodum habent Euangelia & actus Apoſtolorum, propterea quòd in Nazareth ciuitate, quæ nũc vicus eſt, educatus eſſet in domo Ioſeph, natus verò ſecundum carnem in Bethleem ex Maria virgine deſponſa ipſi Ioſeph, qui in eandem ciuitatem tranſmigrauit, poſtquam à Bethleem digreſſus in Galilæa habitauit. Portrò relati hi hæreſiotæ, de quibus hic verba faciò, omiſſo nomine IESV, neque Ieſſæos ſe vocauerunt, neque in Iudæorum nomine permanſerunt, neque Chriſtianos ſeipſos appellauerunt, ſed Nazoræos, à loci videlicet Nazareth vrbis cognomine. Per omnia verò ſunt Iudæi, & nihil aliud. Vtũtur autem hi non ſolùm nouo teſtamento, ſed etiam veteri, velut etiam Iudæi. Non enim renunciauerunt legi & prophetis, & receptis apud Iudæos libris, velut antea relati, neque aliud quid hi ſentiunt, ſed iuxta prædicationem legis, & ſicut Iudæi omnia rectè confitẽtur, abſque hoc videlicet quòd in CHRISTVM credunt. Confitentur enim & mortuorum reſurrectionem, & ex Deo omnia facta eſſe. Vnum autem Deum profitentur, & huius filium IESVM CHRISTVM. In Hebraica verò lingua optimè ſunt C exercitati. nam apud ipſos lex & prophetæ, & recepti à Iudæis libri, Regnorum videlicet, & Paralipomena, & Eſther, & alii omnes hebraicè leguntur, velut etiam apud Iudæos. Verùm in hoc ſolùm à Iudæis differunt, itemque Chriſtianis: quòd Iudæis quidem non conſentiunt, eo quòd in CHRISTVM credunt. Cum Chriſtianis verò non conſpirant, eo quod adhuc legi ſunt alligati, circunciſionique ac ſabbato, atque aliis. De CHRISTO verò non habeo quod dicam, an etiam ipſi prædicta Cerinthi improbitare ducti, nudum hominem ipſum putent: aut velut veritas ipſa habet, per Spiritum ſanctum ex Maria genitum eſſe affirment. Eſt autem hæc Nazaræorum hæreſis in Berrœorum regione circa cauam Syriam, & in Decapoli circa Pellæ parres, & in Baſanitide quæ Cocaba appellatur, & Cocaba hebraicè dicitur. Illinc enim initium factum eſt, poſt diſceſſum à Hieroſolymis, omnibus diſcipulis in Pella habitantibus, quũ CHRISTVS iuſſiſſet relinquere Hieroſolyma ac ſecedere, quoniam paſſura eſſet obſidionem. Et hac de cauſa Berrœam habitantes illic, velut dixi vitam degebant. Hinc Nazoræorum hæreſis initium habuit. Errauerunt autem & hi circunciſionem iactantes. Et adhuc tales ſub maledictione ſunt, non potentes legem implere, Quomodo enim poterint implere ea quæ dicta ſunt in lege? Nempe, ter in anno videberis coram Domino Deo tuo, circa azimorum feſtiuitatem, & tentoriorum fixorum celebritatem, & Pentecoſten, in loco Hieroſolymorum. Concluſa enim lege, & his quæ in lege ſunt expleri non potentibus, omnibus ſanè mente præditis manifeſtum fuerit, quod CHRISTVS venit completor legis, non legem deſtructurus, ſed legem impleturus, & maledictionem ablaturus contra legis tranſgreſſionem decretã. Poſtquam enim Moſes omne mandatum præcepit, ad finem libri peruenit, & totum in maledictionem concluſit, dicens: Maledictus omnis qui non perſeuerat in omnibus verbis quę ſcripta ſunt in D hoc libro, vt faciat ea. Venit igitur ſoluens quidem ligata vinculis maledictionis, largiens autem nobis pro paruis impleri non potentibus, maiora & non alterum alteri pugnantia ad operis impletionem, velut priora illa. Sic enim etiam antea per omnes ſectas, ſæpe de ſabbatiſmo & de circunciſione, atque aliis elaborauimus, quomodo Dominus nobis perfectiora largitus eſt. Quomodo igitur poterint tales excuſationem habere, qui Spiritui ſancto non obediuerunt, per apoſtolos ad eos qui ex gẽtibus crediderũt loquuto: [Ne onus imponatis, præter ea à quib⁹ neceſſe eſt abſtinere, ſanguine ſuffocato, & ſuffocato, & ſcortatione, & eo quod ſimulachris ſacrificatũ eſt? Quomodo verò non excident à gratia Dei: quum Paulus apoſtolus dicat, [Si circuncidimini, CHRISTVS vobis nihil proderit. Qui in lege gloriamini, ex gratia excidiſtis.) Sufficiet igitur & in hac ſecta, breuis hæc noſtra diſſertatio. facile enim tales deprehendere ac confutare, & ſunt magis Iudæi, & nihil aliud. Verùm hi Iudæis valde inimici ſunt. Non ſolùm enim Iudæi hos odio habent, ſed exurgentes mane, & in meridie, & *Ignominioſum nomẽ Nazaræorum apud veteres.* *hęretici ſe chriſtiaos libẽter appellant.* *Ieſus Nazoræus appellatus.* *In quo differant à Iudæis.* *Nazoræorũ a Chriſtianis differentia.* *Cocaba quid ſignet.* *Maledictione concluſit librum mãdatorũ ſuorũ Moſes.* *Deteſtatio Iudæorum cõtra nazoræos.*

circa veſperam, ter in die quando preces perficiunt in ſuis ſynagogis, deteſtantur ipſos ac execrãtur dicentes: Maledic Deus Nazoræis. Nam his amplius aduerſantur, propterea quòd quum ex Iudæis ipſi ſint, IESVM prædicant eſſe CHRISTVM, id quod aduerſiſſimum eſt his qui adhuc Iudæi ſunt & CHRISTVM non ſuſceperunt. Habent autem Matthæi euangelium perfectiſſimum hebraicè. Apud ipſos enim hoc clarè, quemadmodum ab initio ſcriptum eſt Hebraicis literis, adhuc ſeruatur. Non noui autem an etiam genealogias ab Abraam vſque ad CHRISTVM amputauerunt. At quãdo etiam hanc hæreſim velut debilem veſpam, & dolorem per venenum inducentem deprehẽdimus, & per veritatis doctrinam cõtriuimus, ad ſequẽtes, ô chariſſimi, pergamus, à Deo auxilium implorantes.

Matthæi Euãgelium hebraicè ſcriptum.

Ebion.

Contra Ebionæos, XXX ſectam.

Ebionitarum Hæreſis 30.

EBion, à quo Ebionæi, deinceps ſequens, & ſimilia his ſentiens, multiforme monſtrum, & (vt ita dicam) fabuloſæ illius multicipitis hydræ ſerpentariam formam in ſeipſo exprimens, rurſus in mundo exortus eſt, ex horum quidem ſchola exiſtens, verùm alia præter hos prædicans ac exponens. Quemadmodum enim ſi quis copulaſſet ſibi ornamẽtum ex diuerſis lapillis pernicioſis, & veſtem variegatam, & ſplendidè ſe exornaſſet: ſic hic viceuerſa, quicquid horrendum eſt ac pernicioſum & abhominabile, informeque ac incredibile, & odio plenum, id à ſingulis ſectis accepit, & ſeipſum in omnes efformauit. Samaritarum enim habet abominationem, Iudæorum nomen, Oſſeorum verò & Nazoræorum ac Naſaræorum opinionem, Cerinthianorum formam, Carpocratianorum improbitatem, & Chriſtianorum habere vult appellationem, non enim profectò etiam actionem & mentem, & ſciẽtiam, & Euãgelicorum ac Apoſtolorum de fide aſſenſum. Verùm medius, vt ita dicam inter omnes exiſtens, nihil eſt: ſed in ipſo impletur quod ſcriptum eſt, Penè eram in omni malo, in medio Eccleſiæ ac ſynagogæ. Quum igitur Samarita quidem ſit per abominationem, nomen abnegat, Iudæum autem ſeipſum confitens, Iudeis ſe opponit: & quidem conſentiens ipſis in parte, velut poſtea in demonſtrationibus de hoc, & in ipſius confutatione Deo opitulante declarabimus. Hic enim Ebion contemporaneus horum fuit, ab ipſis verò cum ipſis procedit. Primùm porrò ex affrictu & ſemine viri, hoc eſt Ioſeph, CHRISTVM natum eſſe dixit, velut etiam antea à nobis dictum eſt, quod eadem cum aliis in omnibus ſentiens, in hoc ſolum differebat, quod in lege Iudaiſmo addictus erat, circà ſabbatiſmum ac circunciſionem, aliaq; omnia quæ apud Iudeos ac Samaritas perficiuntur. Adhuc plura verò hic præter Iudæos, velut Samaritæ, peragit. Addidit enim, vt obſeruẽt cõtingere aliquos ex aliis gẽtib⁹ & quotidie ſi quãdo mulieri cõiunctus fuiſſet, & ab ipſa ſurrexiſſet, baptizabatur in aq̃s, ſi copia eſſet marina, aut etiam aliis. Sed & ſi occurriſſet alicui regreſſus ab ĩmerſiõe in aquas ac baptiſmo, ſimiliter rurſus decurrebat ad immerſionẽ, atq; hoc ſæpè vnà cũ veſtimẽtis. Nũc verò interdicta ſunt oĩno apud ipſos, virginitas, & cõtinẽtia, velut etiã apud alias ſimiles huic ſectas. Tunc enĩ virginitatem magnificabãt, nimirũ ꝓpter Iacobũ fratrẽ Domini: & ſuos libros ad ſeniores ac virgines ſcribũt. Initiũ aũt huius cœpit poſt Hieroſolymorũ captiuitatem. Quandoquidẽ enim oẽs in CHRISTVM credẽtes eo tpe in citeriore regiõe habitabãt, maiori ex pte in Pella ciuitate quadam Decapolis, quæ in Euangelio ſcripta habetur, ꝓpe Batanẽã & Baſanitidẽ regionẽ, tũc eò digreſſis, & ipſis iſthic vitã degẽtibus, ex hoc occaſio cõtigit Ebioni. Et incipit quidẽ habitationẽ habere in Cocaba vico quodam, in partibus Carnaim, Arnẽ, & Aſtaroth, in Baſanitide regiõe, velut fama ad nos plata habet. Hĩc ſanè malã ſuã doctrinã auſpicatur, vnde & Nazoræi ſupra mihi indicati ſũt. Hic enĩ coniũctus illis, & illi huic, vterque de ꝓpria improbitate alteri imptiuit. Et differunt quidẽ alter ab altero in aliqua re, verũ in mẽtis peruerſitate ſe mutuò expreſſerunt. Iã verò in aliis quoque libris, in aliis item ſectis, dictũ à me eſt, de loci Cocaborũ ſitu, & de Arabia plõgũ. Et primũ quidẽ Ebiõ, velut dixi, CHRISTVM ex ſemine viri, hoc eſt ipſi⁹ Ioſeph, eſſe decreuit. Tẽporis verò ꝓgreſſu, & hucuſq; ſectatores ei⁹, ꝓpria mẽte ad incõſtantiã ac hæſitationẽ cõuerſa, alii aliter apud ipſos de Chriſto narrãt. Fortaſſis aũt ab eo q̃ coniunctus fuit ipſis Elxæus pſeudo ꝓpheta, apud Sãpſenos, & Oſſenos, ac Helceſſæos appellatos, velut ille imaginationẽ quandã de Chriſto, & de ſctõ Spũ recẽſent. Quidã enĩ ex ipſis etiã Adã Chriſtũ eſſe dicunt illũ primum formatũ, & à Dei inſpiratione infufflatũ. Alij inter ipſos ex ſupnis quidẽ eſſe, præ oĩbus verò creatum eſſe, vt q̃ ſpũs ſit, & ſup angelos ſit oĩbuſq; dominetur, & Chriſtus appelletur, & illic ſeculum ſortit⁹ ſit: veniat aũt huc quãdo vult, velut etiã in Adã venit, & patriarchis apparuit corpore induto, & ad Abraã venit, & Iſaac ac Iacob. Idẽ in extremis dieb⁹ venit, & ipſum corp⁹ Adã induit, & cõſpectus eſt hõ: & crucifix⁹ eſt, & reſurrexit, & aſcẽdit. Rurſ⁹ aũt quãdo volunt, dicũt nõ, ſed in ipſũ venit ſpũs, q̃ eſt Chriſt⁹, & induit ipſũ qui Ieſ⁹ appellatur. Et multa eſt apud ipſos vertigo, aliàs aliter atque aliter de ipſo tractãtib⁹. Et ſuſcipiunt quidẽ etiã ipſi Euãgelium ſecundũ Matthæũ: nã hoc ſolo etiã ipſi velut Cerinth⁹ & Merinth⁹ vtuntur. Appellãt aũt ipſum Euãgelium ſecũdũ Hebræos, ſicut reuera habet, Quod Matthæus ſol⁹ Hebraicè & Hebraicis literis, in nouo teſtamẽto Euãgelii editionẽ ac prædicationẽ fecit. Iã verò etiã aliqui dixerunt, Euãgelium ſecundum Ioãnẽ de Græca lĩgua in Hebræã trãſlatum eſſe, & in Iudeorum gazopgylaciis haberi, his videlicet q̃ ſunt in Tiberiade, & repoſitum eſſe ĩtet apochrypha, velut quidã Iudæi ad fidẽ cõuerſi exactè nobis expoſuerunt. Quĩ & librum actuũ Apoſtolorum ſimiliter ex Græca lĩgua in Hæbraicã cõuerſum, fama refert illis in gazophylaciis haberi, vt etiã ex hoc Iudæi hi q̃ legerũt & nobis recẽſerunt, in Chriſtum crediderĩt. Erat aũt ex ipſis quidã Iop ſeph⁹ non ſcriptor & hiſtoriographus ille vetus, ſed a Tiberiade, qui temporibus Felicis Cõſtãtini Imperatoris illius ſenioris vixit, & ab ipſo Imperatore Comitum dignitatem aſſequutus eſt, & poteſtatem accepit ædificandi eccleſiam Chriſto in eadem Tiberiade, & in Diocæſarea, & in Caprenaum, & aliis ciuitatibus. Et multa paſſus eſt ipſis Iudæis, priuſquam Imperatori manifeſtaretur. Hic Ioſephus inter dignitate præſtantes viros apud ipſos connumeratus erat. Sunt autem hi poſt patriar-

Gazophylacia Iudæorũ in Tiberiade.

Comitum dignitas.

cham

At Calvinus tamen aſſerit D. Matthæum Hebraicè non ſcripſiſſe ſed græcè, quòd quædam loca citet ex Veteri teſtamento, vt illa ſunt interpretati græci, non vt Hebræi habent. Huiſmodi eſt prophetia Mich. 5. Et tu Bethlehem Ephrata parvulus es in millibus Iuda. Qua aliter citatur Matth. 2. Et tu Bethlehem terra ergo quanquam idem ſenſus eſt, nec ſi validum eſt Calvini argumentum.

1 preciosis

cham Apoſtoli appellati, aſſidentque patriarchæ, & cum ipſo ſæpe aſſiduè in nocte ac die degunt, cõ-
ſulendi gratia, & vt referant ad ipſum ea quæ ſunt in lege. Patriarcha autem illo tempore Ellel no- *Ellel patriarcha Iudęorum Chriſtianus fit.*
mine erat. Arbitror enim Ioſephum ſic nomen ipſius dixiſſe, ſi non ex tempore fallor: ex genere ve-
rò Gamaliel erat, qui apud ſeipſos patriarcha fuit. Ratiocinari autem licet, velut etiam alij prodide-
runt, hunc eſſe gneris illius primi Gamalielis, qui temporibus Saluatoris vixit, & ſecundum Deum
conſilium dedit, vt abſtinerẽt ab inſidiis contra apoſtolos ſtruendis. Quum autem morti vicinus eſſet
Ellel, cupiuit Epiſcopum vicinum vrbi Tiberiorum ad ſe venire, & accepit ab ipſo ſacrum lauacrum
in exceſſu, per medicæ curationis prætextum. Ipſum enim per prædictum Ioſephũ, velut qui medi-
A cus eſſet, accerſiuit, & omnibus à ſe remotis epiſcopum rogauit, dicens, Largire mihi ſignaculum in *Ioſephus comes ex Iudæo Chriſtianus factus*
CHRISTO. Ille verò accerſitis miniſtris, præcepit aquam parari, velut qui morbi gratia auxilium ali-
quod adhibere vellet, quum per aquas grauiter ipſe patriarcha ægrotaret. Miniſtri autem fecerũt iuſ-
ſa: non enim nouerunt, quum patriarcha pudoris gratia omnes à ſe remouiſſet. Quare ſic ſacro laua-
cro ac ſanctis myſteriis patriarcha dignus euaſit. At verò Ioſephus mihi ipſi hæc retulit: ex ore enim
ipſius hæc omnia audiui, & non ab aliquo alio, in ſenecta ipſius, circa ſeptuageſimum ætatis ipſius an-
num, aut etiam vltrà. Ab ipſo enim perductus ſum ad Scythopolim. Cum enim migraſſet à Tiberia- *Euſebius Fregellæ epiſcopus exul.*
de, poſſeſſiones illic in Scythopoli præclaras acquiſiuit. Nam in domo ipſius beatus Euſebius Italiæ
epiſcopus vrbis Fregellæ, à Conſtantio ob fidem Orthodoxã fugatus, hoſpitio exceptus erat, & ad
huius viſitationem ego & alij fratres illuc profecti, etiam ipſi apud ipſum diuertimus. Ex conuerſa-
tione verò ipſius Ioſeph intra ædes eius, & de rebus ipſius percunctantes, & cognoſcentes quod ex
illuſtribus apud Iudæos fuit, exquirentesque ipſius propoſitum, & quomodo ad Chriſtianiſmum de-
uenit, hæc omnia clarè audiuimus, & non ex auditu alterius cuiuſdam. Vnde etiam memoratu digna
ad credentium ædificationem opinati, ea quæ circa virum ſunt tranſacta, propter ea quæ in Hebrai- *In gazophylaciis repoſitæ hæbraicæ trãslationes.*
cam linguam tranſlata in gazophylaciis repoſita ſunt: non incaſſum omnem rem prædicti Ioſephi ap
poſuimus. Erat enim vir qui non ſolum Chriſtianus fidelis fieri dignus factus eſt, ſed qui etiam Ar-
rianos valde notauit. In illa enim ciuitate, Scythopoli inquam, ſolus hic Orthodoxus fuit, omnes ve-
B rò alii Arriani. Et niſi comes fuiſſet, & Comitis dignitas Arrianorũ perſecutionẽ ab ipo prohibuiſſet
nõ ſuſtinuiſſet hic vir in vrbe morari, præſertĩ ſub Patrophilo Arriano epiſcopo, qui multũ potẽs fuit
& diuitiis, & auſteritate, & apud regem Conſtantium noticia, ac dicendi libertate. Erat porrò & alius
quidã iunior in vrbe ex Hebræis rectam fidem habens, qui nõ auſus fuit in aperto, ſed occultè nos vi-
ſitabat. Veriſimile verò quiddam ac ridiculum Ioſephus narrabat, & puto etiam hæc ipſum vera di-
xiſſe. Dicebat enim, quòd mortua ipſius conthorali, veritus fuerit in ipſum raperent Arriani, ac cle- *Clerici facti à defũctis primis vxoribus.*
ricum efficerent. ſæpe enim blandi ipſi fuerant, & ſi hæreſi ipſorum crederet, polliciti maiores pro-
fectus, vel etiam epiſcopatum. qua de cauſa dicebat ſe alteri vxori coniunctum eſſe, quo ipſorum ele-
ctiones effugeret. Verùm redeo ad narrationẽ argumenti de patriarcha, & ipſo Ioſepho, vt ſi qui le-
gere velint, per illius verba à me relata, idipſum exactè clarum faciamus. Et iã velut ille narrabat pa-
triarcha lauacrũ ſuſcipienti, per commiſſuras in foribus introſpiciens, inquit, conſiderabam quæ ab *Aurum oblatũ per põtificem in expiationẽ peccati.*
epiſcopo ac patriarcha fiebant, menteque recondebam, & apud meipſum reponebam. Et idem patri-
archa auri molem quandam ſatis magnam in manibus habens, extenta manu epiſcopo dabat dicens,
Offer pro me: ſcriptum eſt enim, Per ſacerdotes Dei ligari ac ſolui in terra, & erunt eadem ligata ac
ſoluta in cœlo. Quum igitur hæc facta eſſent, inquit, & apertæ eſſent fores, interrogabatur patriar-
C cha à viſitantibus, quomodo per auxilium ſe haberet, & confitebatur ſe oprimè habere. Etenim no-
rat quod dicebat. Poſtea verò quum epiſcopus per duos aut tres dies ſæpe ipſum viſitaret in medici
prætextu, obdormiuit patriarcha cum bono depoſito, tradito proprio filio valde iuuene, ipſi Ioſe- *Patriarcha infãs.*
pho & alteri cuidam æquiſſimo. Omnia itaque peragebantur per hos duos, propterea quod patriar-
cha adhuc puer & infans eſſet, & in manibus ipſorum educaretur. In hoc tempore quum mens Ioſe-
phi ſæpe vexaretur per myſtica quæ facta erant in lauacri tractatione, conſiderabat quinam faceret.
Et erat quædam gazophylacij domus concluſa, gaza autem in Hebræa lingua ſignificant theſaurum. *Gaza Hebræis theſaurus.*
Quum itaque multa cogitarent de hoc gazophylacio, propter concluſionem per ſigillum, Ioſe-
phus clandeſtinè auſus id aperuit, & pecunias nullas reperit, verùm libros pecuniis præſtantiores.
Legens autem inter hos, velut iam dixi, Euangelium ſecundum Ioannem, de Græca lingua in *Euãgeliũ Ioãnis, & Actus apoſtolorum Hebraicè.*
Hæbræam tranſlatum, inueniebat etiam Actus apoſtolorum. Quin & Euangelium ſecundum Mat-
thæum, Hebraicam plantam. Et his perlectis, rurſus animo vexabatur, triſtatus quodammodo
de fide CHRISTI. Iam verò ax duodus argumentis compunctus, nimirum librorum lectione, &
myſtico patriarchæ ductu ac imitatione: & tamen corde indurabatur, qualia fieri ſolent. Quum au-
tem in his attereretur, adoleſcit puer relictus ab Ellel, qui in patriarcham educabatur. nemo enim a-
lius rapit principatus apud Iudæos: ſed filius patri ſuccedit. Vbi igitur ad vigorem ætatis adoleſcens
peruenisſet, corrumpebant ipſum quidam coætanei ociosi, & adſueti malis. Fortaſſis autem vt puto, *Adoleſcẽtiæ corruptela.*
Iudas hic vocabatur. non tamen certò ſcio: propter tps. Tranſtulerũt itaq; coætanei iuniores, ad mul-
ta mala ſtudia, ad corrumpendas mulierculas, & libidines ſceleſtas: ita vt per mãgicas quaſdam incã-
D tationes conarentur ipſi opitulari ad proteruitatem illecebras quaſdam perficiendo, & per præſti-
gias cogendo liberas mulieres, vt neceſſariò perducerentur eò vt ab illo corrumperentur. Ioſephus au
rem, & ille alter cum ipſo ſenex, neceſſariò puerum comitantes, ægrè ferebant, & ſæpe reprehende-
bant ipſum atque verbis admonebant. Ille verò magis adoleſcentibus obediebat, occultans turpia, & *Aquæ calidæ in Gadara.*
negans. Neque enim audebat Ioſephus aperto ſermone eloqui illius facinora, ſed velut per ſcientiam
exhortabantur. Proficiſcuntur itaque ad Gadara ad aquas calidas, quo loco ſingulis annis conuentus
celebratur. Accedunt enim vndiquaque qui lauare volunt ad dies aliquot, morborum videli-

cet deponendorum gratia:id quod diabolicũ eſt ſtrategema. Vbi enim miracula à Deo facta ſunt, ibi aduerſarius pernicioſa ſua retia ponere anticipauit. Nam viri & fœminæ illic lauantur. Iuxta Sycyriam verò fœmina quædam libera in balneo erat,formæ pulchritudine excellens. Et adoleſcẽs ille pro teruitatis ſuæ conſuetudine illectus,deambulans in aëre,latus ſuum ad fœminæ latus affricuit. Illa autem ſignauit ſe in nomen CHRISTI, vt quæ Chriſtiana eſſet:cui neque neceſſarium erat delinquere,& inter viros ac fœminas lauari. Contingunt autem hęc ſimplicibus & idiotis hominibus, qui per præceptorum negligentiam non ſunt muniti doctrina. Et tamen vt oſtenderet Deus ſua miracula, adoleſcenti ſuus conatus non ſucceſſit,ipſi inquam, patriarchæ. Miſit enim ad ipſam, & munera conſtituit:illa vero nunciis contumelia affectis, non flectebatur proterui illius inani opera. Hinc auxiliarii eius cognito adoleſcentis dolore,quem ex fœmina illa cõceperat,aggrediuntur maiores quaſdam A
præſtigias conſtruere, velut ipſe Ioſephus mihi per longum clarè expoſuit. Abducunt enim miſerum illum adoleſcẽtem poſt occaſum ſolis,in propinquas tumbas(ſepulchra autẽ ſic appellantur,ſpelunce videlicet in petris effoſſæ ac cõſtructæ)illuc abducunt prædictum adoleſcentem præſtigiatores qui cum ipſo erant, & incantationes ac eiurationes & ſtudia impietatis plena in ipſum faciunt, & in nomen prædictæ fœminæ. Cęterùm ex voluntate Dei hæc in mentem veniunt alterius ſenioris qui cum Ioſepho erat,& ille ſentiens quę fiebant,ea Ioſepho cõmunicat.& primùm quidem miſerum ſeipſum pronuncians,dicit:Miſeri(inquiunt) nos ô frater,& perditionis vaſa,cui affidemus?Ioſephus aũt cauſam percunctatus,non prius audiuit ex ipſo p ſermones,quàm vbi ſenex correptũ ipſum manu abduxiſſet eò, vbi conuentũ perditi illi cum adoleſcentulo in monumẽtis incantationis gratia faciebant. & præ foribus quidem ſtantes,quæ ab illis fiebant,auſcultabant: illis vero egredientibus,ſecedebant. Nondum enim multa veſpera erat, ſed velut eſſe ſolet ad ſolis occaſum, oculo adhuc obſcurè videre potente, Poſt exitum igitur impiiſſimorum è monumento, ingreſſus eſt Ioſephus,ac deprehendit etiam alia quædã curioſitatis ſtudia humi proſtrata,quibus vbi vrinã & ſanguinem adiecíſſent,& puluerem immiſcuiſſent,illi egreſſi ſunt,velut ille dixit.Cognouit aũt inſidias,ob qualem fœminam hæc ab ipſis maleficè perpetrata eſſent, & obſeruabat an præualerent. Vbi igitur nõ præualuerũt præſtigiatores(nam per ſignaculũ CHRISTI,& fidẽ,fœmina auxilium præcepit)cognouit adoleſcentem per tres noctes tolerare,ac expectare fœminę acceſſum.deinde verò pugnare aduerſus eos qui hanc curioſitatẽ fecerant,quod aſſequutus illã non eſſet.Hoc tertium inſtructionis ad fidem opus Ioſepho conti B
git,quod non valuit incantationis vis,vbi erat nomẽ CHRISTI, & ſignaculũ crucis.Non tamẽ per ſuaſus eſt,vt Chriſtianus fieret.Poſtea porrò apparet ipſi in ſomnis CHRISTVS, dicens:Ego ſum IESVS quem parẽtes tui crucifixerunt,verùm crede in me.Ille verò nondũ perſuaſus,incidit in morbum magnum,& deſperatũ. At Dominus rurſus apparet ipſi,iubens vt credat in ipſũ, & ſanitatem aſſequuturũ eſſe promittens. Ille verò promiſſione facta rurſus fefellit,& in duricia permãſit.Recidit autẽ ſecundariò in morbũ,eũque ſimiliter deſperatum,relictuſque velut moriturus à cognatis ſuis Iudæis,quod myſticè ab ipſis ſemper fieri ſolet,id ab his audiuit.Nam vir quidã ſenior legiſperitus eum accedẽs in aurem ipſius inſuſurrauit, dicens, Crede in IESVM crucifixum ſub Pontio Pilato præſide qui filius eſt Dei,& ex Maria poſtea natus eſt,& CHRISTVS Dei eſt,& ex mortuis reſurrexit: nam ipſe veniet iudicare viuos ac mortuos. Hæc ipſe Ioſephus palàm mihi recitauit,id quod rectè dicere poſſum. Sed & ab alio quodam tale quid audiui,qui adhuc Iudæus erat,propter metum Iudæoũ, ſed inter Chriſtianos ſæpe verſabatur, & Chriſtianos colebat ac diligebat,atque mihi comes erat in deſerto Bethel & Ephraim,dum ad montanam regionem aſcenderem à Hierichunte,& obiicerem ipſi de CHRISTI aduentu,ipſo nihil contradicente. Quum autem admirarer,& interrogarem ipſum cauſam (erat enim & legiſperitus,& contradicere potens) cur non contradiceret,ſed perſuaderetur tot ac talia de CHRISTO IESV Domino noſtro audiens:reuelauit mihi etiam hic,quod morti vicinus audiuerit ab ipſis ſuſurrum in aurem,nimirum IESVS CHRISTVS crucifixus filius Dei te C
iudicaturus eſt. Verùm hæc mihi de his, & circa hunc ſermonem hoc loco, velut quę reuera audiui, appoſita ſint. Ioſephus autem adhuc ægrotabat, & quum audiuiſſet à ſeniore, velut dixi, cum aliis, IESVS CHRISTVS te iudicaturus eſt:adhuc obdurabatur. At Dominꝰ rurſus ex benignitate ſua per ſomnii viſum, Ecce, inquit, ſano te,ſed tu vbi ſurrexeris, crede. Vbi autem conualuiſſet rurſus à morbo, non credidit. Itaque ſano ipſi rurſus Dominus apparet per ſomnium, conquerens de ipſo ob quam cauſam non crederet. & promittit ipſi Dominus dicens, In certitudinem fidei ſi quod volueris ſignum diuinum in nomine meo operari,inuoca me,& ego faciam.Erat autem quidem inſanus in ciuitate,qui nudus per vrbẽ circuibat,in Tiberiade videlicet, & quũ ſæpe veſtis induereturipſi,eam dilaniabat,velut tales facere ſolent.Ioſephus igitur volens experiri viſionẽ,dubitans autẽ adhuc,verecũdia detinebatur. Aſſumit itaque hũc intrò,& præcluſis foribus,acceptaque aqua in manũ,eaq; crucis ſignaculo ſignata,inſanum hominem reſperſit,ac dixit,In nomine IESV Nazoræi crucifixi,egredere dæmonium ab ipſo,& ſanus fiat.Homo verò magno clamore edito,humum prolapſus, & multa ſpuma ab ore emiſſa lancinatus,ad multũ tempus immotus permanſit.Ioſephus itaque putabat hominem mortuum eſſe.Ille verò poſt tempus,perfricta facie ſurrexit,& conſpicatus ſuam nuditatem,ſeipſum occultauit,& manus pudẽdis prætẽdit,non amplius ſuſtinẽs propriam nuditatẽ videre.Itaq; a- D
miculo ex his quæ apud ipſum Ioſephũ erant,indutus,ad ſtatũ prudẽtiæ ac modeſtiæ deuenit,ipſique viro ac Deo magnas gratias egit,gnarus quod per ipſum ſalus ſibi cõtigiſſet,& virũ per vrbem prædicabat. Et ſanè hoc ſignum notum factum eſt Iudæis qui illic erant, & multus rumor ſequebatur ex his qui dicebant, Ioſephus Gazophylaciis apertis, & inuento nomine Dei ſcripto, eoque lecto magna ſigna facit. Erat autem verum quod ab ipſis dicebatur, ſed non ſic velut ipſi ſuſpicabantur.

Fœminæ chriſtianę Religio.

Dolor adoleſcentis ob libidinem.

Præſtigiatorum incãtatiões.

Signaculi crucis munita vis.

Incarnationis vanitas.

Signo crucis munita mulier liberatur.

Apparitio Chriſti.

Legisperiti ſanũ Cõſilium.

Probatur altera apparitio Chriſti facta.

Obſtinatio adoleſcentis.

Eiectio dæmonis per aſperſionem aquæ in modum crucis.

Nominis dei in gazophylaciis Inſcriptivirtus.

Adhuc

Adhuc verò permanſit Ioſephus obduratus corde. Sed benignus Deus occaſiones ſemper præbens ſalutis bonas his qui ipſum diligunt, eas exhibet hominibus qui digni facti ſunt vita æterna. Accidit enim vt poſtquam adoleuiſſet Iudas patriarcha, de quo antea diximus (fortaſſis enim hoc ipſi nomen erat) præmium ac remunerationem apoſtolatus Ioſepho daret. Et hic cum epiſtolis ablegatur in Cilicum terram, illincque reuerſus ab vnaquaque Ciliciæ ciuitate, decimas ac primitias de his qui in prouincia Iudæorum ſunt, exegit. In hoc autem tempore propius ſe Eccleſiæ applicat, haud ſcio in qua ciuitate:
A in amicitiámque venit eius loci epiſcopi, qui clandeſtinè ab ipſo Euangelia petiuit, ac legit. Quandoquidem igitur velut apoſtolus, ſic enim apud ipſos, velut dixi, dignitas appellatur, potentiſſimus eſſet, & ad conſtitutionem bonæ diſciplinæ legis (ſic enim ſe facere prætendebat) multos malos conſtitutos ſynagogæ principes, & ſacerdotes ac præsbyteros & Azanitas, quos ipſi diaconos aut miniſtros interpretantur, deponeret, & à dignitate amoueret, in multorum inuidiam deuenit: qui velut vlciſci ipſum conantes, curioſè hunc obſeruare, & quæ ab ipſo fiebant, inueſtigare non parum ſtudebant. Et ob hanc ſanè cauſam curioſiores aceruatim in domum ipſius irruerunt, & deprehendunt ipſum Euangelia perlegentem, librúmque occupant, & virum rapiunt humi trahentes, ac clamantes, & non vulgares torturas ipſi inferentes. & abducunt quidem ad ſynagogam, & flagris ipſum cædunt. & per legem hoc certamen primùm ipſi contigit. Inſtitit autem epiſcopus ciuitatis & abſtulit ipſum. Aliquando verò deprehenderunt ipſum in itinere quodam velut ipſe nobis narrauit, & proiiciunt ipſum in Cydnum fluuium. Quum autem à fluctibus raperetur, cogitarunt ex coniectura ipſum ſubmerſum eſſe, ac periiſſe. Verùm ipſum paulò poſt ſacro lauacro adhibetur: ſeruatus enim fuit. Aſcendit autem ad comitatum, & Conſtantini regis amicus euadit, & obtulit atq; expoſuit omnem ipſi ſuarum rerum ſtatum, quomodo eminentiſſimam apud Iudæos dignitatem habuiſſet, & quomodo viſiones Dei ipſi penitus apparuiſſent, CHRISTO ipſum vocante ad ſanctam vocationem, & ſalutem fidei ac cognitionis ſuæ. At bonus ille Rex, quum CHRISTI ſeruus eſſet in veritate, & zelum Dei inter
B reges poſt Dauidem & Ezechiam ac Ioſiam haberet, honorem dat ipſi, velut iam dixi, dignitatis in regno ſuo. Comitem enim ipſum conſtituit, iuſſitque inſuper perere quicquid veller. Ioſephus autem nihil petiit, præterquam vt maximum hoc beneficium à rege conſequeretur, vt præmitteretur ipſi per mãdatum regium, quo CHRISTO Eccleſias ædificaret in ciuitatibus ac vicis Iudæorum, vbi nunquam quiſquam potuit eccleſias extruere, propterea quod neque Græcus, neque Samarita, neque Chriſtianus inter ipſos eſſet: & hoc maximè in Tyberiade, & in Diocæſarea, quæ & Sepphurin appellatur, & in Nazareth, & in Capernaum. Obſeruatur enim apud ipſos, vt non ſit aliquis alterius gentis. Ioſephus itaque acceptis literis & poteſtate vnà cum dignitate, in Tyberiadem venit, habens etiam epiſtolas vt de regiis expenſis ſumptum faceret, imò etiam ipſe ſtipendiis à rege honoratus erat. Incipit itaque in Tiberiade ædificare. Templum autem maximum prius in vrbe fuit, & puto Adrianium hoc fuiſſe vocatum. Quum verò hoc Adrianium imperfectũ permanſiſſet ciues ad publicũ balneum id inſtaurare conabantur. quo comperto Ioſephus ex hoc occaſionem habebat. Et vbi inueniſſet id per lapides quatuor cubitorum ac quatuor pedum ad aliquam altitudinem euectum, hinc incipit facere Eccleſiæ ſtructurã. Erat autem opus calce & alia materia. caminos itaque extra vrbem multos facere iuſſit, fortè ſeptem numero: fornaces autem vernacula lingua uocant, At verò callidi & omnia facere audentes Iudæi, à præſti-
C gijs apud ipſos fieri ſolitis non abſtinuerunt. Incantationibus enim quibuſdam ac curioſa ſedulitate ignem ligare ac diſperdere generoſi illi aggreſſi ſunt, ſed non perfectè potuerunt. Ceſſabat itaque ignis & non operabatur, ſed extra propriam, vt ita dicam, naturam conſtitutus erat. Vbi autem hi qui combuſtilem materiam igni addere iuſſi erant, lignа videlicet ſiue ſarmenta, nihil effeciſſent, Ioſepho rem ipſam ſignificauerunt. Commotus igitur vir ipſe, & zelo erga Dominum correptus, extra ciuitatem currit, & vbi aquam in vaſa efferri iuſſiſſet, accepto vaſe aquæ coram omnibus (multitudo enim ingens Iudæorum confluxerat ad ſpectaculum, euentum videre cupidi, & quid Ioſephus facturus eſſet) magna voce crucis ſignaculum proprio ſuo digito vaſi impoſuit, & inuocato nomine IESV ſic dixit: In nomine IESV Nazoræi, quem crucifixerunt patres mei, & omnium horum circunſtantium, fiat virtus in hac aqua, ad reprobationem omnis incantationis ac magiæ quam hi fecerunt, & ad efficaciam potentiæ ignis ad perficiendam domum Domini. Et ſic accepit aquam in manum, & de aqua ſingulos fornaces reſperſit, & diſſolũta ſunt incantamenta, & ignis coram omnibus emerſit. Turbæ verò præſentes clamore ædito, Vnus Deus qui auxiliatur Chriſtianis, ſeceſſerunt. Porrò quum ſæpe illo viro moleſti eſſent, poſtea parte aliqua templi in Tiberiade extructa, & parua Eccleſia abſoluta, ſic illinc diſceſſit. Ad Scytopolim verò digreſſus, illic permanſit, verùm in Diocæſarea & aliis quibuſdam vrbibus perfectè ædificauit. Hæc autem facto à me hic relata ſunt, librorum interpretationis gratia, quomodo à Græca lingua in Hebraicam Euangelium ſecundum Ioannem tranſlatum eſt, itemque Actus apoſtolorum. Et ſit hic huius hiſtoriæ ac narrationis finis. Reuertar autem ad Ebionem. Nam propter
D Euangelium ſecundum Matthæum, ſermonis progreſſus coëgit me apponere conſequentiam cognitionis ad nos perlatæ. Itaque in Euangelio apud ipſos ſecundum Matthæum appellato, non integro
C autem & pleno, ſed corrupto ac mutilato (Hebraicum autem hoc appellant) habetur, quod fuerit quidam vir nomine IESVS, & ipſe annorum circiter triginta, qui elegit nos, & venit in Capernaum, ingreſſuſque eſt in domum Simonis appellati Petri, & aperto ore ſuo, præteriens ſtagnum Tiberiadis dixit: Elegi Ioannem & Iacobum filios Zebedæi, & Simonem, & Andream, & Philippum ac Bartholomæum, & Iudam, & Thadæum, & Thomam, & Simonem Zeloten, & Iudam Iſcariotẽ, & te Matthæum ſedentem in telonio vocaui, & ſequutus es me. Vos igitur volo eſſe duodecim apoſtolos, in teſtimonium Iſraël. Et erat Ioannes baptizans, & egreſſi ſunt ad ipſum phariſæi, & baptizati ſunt, &

Azanitæ, diaconi dicti.

Perſecutiones ob lectionẽ Euãgelio rum.

Eccleſiæ in Iudæorum vrbibus à Ioſepho extructæ.

Adrianiũ templum.

Iudæorũ incantamenta.

Crucis ſignaculũ. Aquæ benedictæ vis ad diſſoluẽda incantamẽta

Euangelium Matthæi apud Iudæos mutilatũ eſt.

tota

Encrides Pro Acrides à Iudæis ſuppoſitum.

Ioan. Baptiſtæ Baptiſmus.

Ioan. Baptiſtæ Teſtimonium de Chriſto in Baptiſmo.

Error hæreticorũ in genealogia Chriſti.

Principium tollunt Euãgelii Mat.

Cur negant hominẽ eſſe chriſtum.

Circuitiones Petri liber à clemẽte ſcriptus.

Epiſtolæ Clemẽtis encyclicę.

Myſteriorum Eccleſiæritus.

Chriſtum a patre creatum dicunt.

Paulum erroris arguunt.

Calũnian tur cõuerſionem Pauli.

Scripta eiuſdem traducũt.

Ebion Hebræis inops.

tota Hieroſolyma. Et habebat Ioannes indumentum ex pilis cameli, & zonam cotiaceam circùm lumbos ſuos. Et cibus eius (inquit) mel ſilueſtre, cuius ſapor erat ipſius mannæ, velut encris, hoc eſt aquoſa dulcedo in oleo: quo videlicet veritatis ſermonem in mendacium conuerterent, & pro acridis, id eſt locuſtæ voce, encrida hoc eſt aquoſam olei dulcedinem, in melle facerent. Principium autem Euangelij apud ipſos ſic ſe habet. Factum eſt in diebus Herodis regis Iudææ, venit Ioannes baptizans baptiſmum pœnitentiæ in Iordane fluuio, qui dicebatur eſſe ex genere Aaron ſacerdotis, filius Zachariæ & Elizabet, & egrediebantur ad ipſum omnes. Et poſtquam multa dixit, infert, quod populo baptizato, venit etiam IESVS, & baptizatus eſt à Ioanne. & vt aſcendit ab aqua, aperti ſunt cœli, & vidit Spiritum Dei in ſpecie columbæ deſcendentis & ingredientis in ipſum. & vox facta eſt ex cœlo, dicens, A Tu es filius meus dilectus, in quo mihi bene complacitum eſt. Et rurſus, Ego hodie genui te. Et ſtatim circunfulſit locum lux magna. Quem vbi vidiſſet, inquit, Ioannes dicit ad ipſum, Tu quis es Domine? & rurſus vox ex cœlo ad ipſum, Hic eſt filius meus dilectus, in quo mihi bene complacitum eſt. Et tunc (inquit) prolapſus Ioannes ante ipſum dicebat, Rogo te Domine, tu me baptiza. Ille verò prohibuit ipſum, dicens: Dimitte, quia ſic eſt decorum omnia impleri. Vide verò mihi adulteratam apud ipſos vndiquaque doctrinam, quomodo omnia clauda, obliqua, & nullam rectitudinem habentia. Etenim Cerinthus & Carpocras eodem vtentes euangelio, ab initio Euangelij ſecundum Matthæum, per genealogiam volunt declarare CHRISTVM ex ſemine Ioſeph & Mariæ eſſe. Hi verò alia quædam cogitant. reciſis enim genealogiis apud Matthæum, initium faciunt, velut antea dixi, dicentes, Factum eſt in diebus Herodis regis Iudææ, & Caiphæ pontificis, venit quidem Ioannes nomine, baptizans baptiſmum pœnitentiæ in Iordane fluuio, & cætera. Quandoquidem enim volunt IESVM quidem reuera hominem eſſe, velut antea dixi, CHRISTVM verò in ipſo factum eſſe eum qui in ſpecie columbæ deſcendit, quemadmodum iam etiam apud alias ſectas inuenimus ipſi coniunctum, & eſſe ipſum CHRISTVM ex ſemine viri & mulieris genitum: rurſus negant ipſum eſſe hominem, nimirum à ſermone quem dixit Saluator, quum annunciaretur ipſi, Ecce mater tua & fratres tui foris ſtant: nimirum, Quæ eſt mater mea, & qui ſunt fratres mei? & extenta ad diſcipulos manu, dixit: Hi ſunt fratres mei & mater mea, qui faciunt voluntatem patris mei. Hinc, velut dixi, omni nequitia refertus Ebion per multas formas oſtendit ſeipſum eſſe monſtroſum, iuxta ea quæ ſuprà ſunt à me relata. B Vtuntur autem & aliis libris, nimirum circuitionibus Petri appellatis, per Clementem ſcriptis, multa corrumpentes in ipſis, & pauca vera relinquentes, velut ipſe Clemens ipſos per omnia redarguit in epiſtolis quas ſcripſit encyclicis, quæ in ſanctis Eccleſiis leguntur: quod alium habeant characterem fides ipſius & ſermo, ab his quæ ab illis ſub nomine ipſius in circuitionibus corrupta ſunt. Iſpe enim virginitatem docet, & illi non admittunt. Ipſe enim laudibus vehit Helliam & Dauidem & Sampſonem, & omnes prophetas, quos illi abominantur. Itaque in circuitionibus totum in ſeipſos tranſtulerunt, mentientes contra Petrum multis modis, velut ipſe quotidie ſe in aquam immerſerit, purificationis gratia, velut etiam ipſi. Ab animatis item & carnibus ipſum abſtinuiſſe, & ab omni edulio alio ex carnibus facto dicunt, velut etiam ipſi faciunt. Nam & ipſe Ebion & Ebionitæ penitus ab his abſtinent. Quum autem interrogaueris vnum ex ipſis, qua de cauſa animatis non veſcuntur, non habentes quod dicant, reſpondent imprudenter ac dicunt, propterea quod ex coitu & commixtione corporum talia ſint, non veſcimur. Quare ipſi toti ex permixtione viri & mulieris producti abominabiles ſunt, iuxta ea quæ ipſi ex ore ſuo nugaciter euomunt. Baptiſma porrò etiam ipſi accipiunt, præter hoc quod quotidie baptizantur, & in aquas ſe mergunt. Myſteria autem faciũt ad imitationem ſanctorum in Eccleſia, ab anno in annum per azimos, hoc eſt non fermentatos panes. Et alteram myſterij partem per aquam ſolam. Duos verò quoſdam conſtituunt ex Deo ordinatos, vnum quidem CHRISTVM, alterum verò diabolum. Et CHRISTVM quidem dicunt futuri ſeculi accepiſſe ſortem. Diabolo verò hunc mundum concreditum eſſe, ex præcepto videlicet omnipotentis, ad petitionem vtriuſque ipſorum. Et ea de cauſa IESVM genitum eſſe ex ſemine viri dicunt, & electum, atque ſic ſecundum electionem filium Dei vocatum, ab eo qui ex ſupernis in ipſum venit CHRISTO in ſpecie columbæ. Non dicunt autem ex Deo patre ipſum genitum eſſe, ſed creatum, velut vnum archangelorũ, verum maiorem illis eſſe, ipſum verò dominari & angelis & omnibus ab omnipotente factis: & veniſſe ac expoſuiſſe, velut Euangelium apud ipſos appellatum habet, nempe, Veni vt deſtruam ſacrificia: & niſi ceſſaueritis à ſacrificando, non ceſſabit à vobis ira. Et hæc atque eiuſmodi ſunt apud ipſos ſtudia. Actus verò Apoſtolorum alios eſſe dicunt, in quibus multa habentur impietate ipſorum referta. Vnde non oſcitanter ſe contra veritatem armarunt. Scalas enim quaſdam, & in ipſis ſcalis expoſitiones Iacobi proponunt, velut qui exponat contra templum & ſacrificia, contráque ignem in altari, & alia multa vanitate plena. Nam & Paulum hic accuſare non erubeſcunt, per conficta quædam verba ex maleficio ac errore pſeudoapoſtolorum ſuorum: Tarſenſem quidem ipſum, velut etiam ipſe confitetur, & non negat, dicentes: verum ex Græcis ipſum eſſe aſſerentes, occaſione accepta ex loco ob veritatis ſtudium ab ipſo dicto, nempe, Tarſenſis ſum, non ignobilis vrbis ciuis. Deinde aſſerunt ipſum eſſe Græcum, & ex patre Græco, aſcendiſſe autem in Hieroſolyma, & per tempus illic manſiſſe, concupiuiſſéque filiam ſacerdotis in vxorem accipere, & huius gratia proſelytum & acceſſorium factum eſſe, & circunciſum eſſe. Deinde quum puellam aſſequutus non eſſet, ira concitatum eſſe, & contra circunciſionem ſcripſiſſe, & contra ſabbatum ac legem. Cæterùm omnibus modis ſycophantam agit callidus ille ſerpens, & inops mentis. Ebion enim Hebræis inopem ſignificat. Inops enim reuera & mente, & ſpe, & opere eſt, vt qui CHRISTVM nudum hominem putet, atque ſic in inopia fidei ſpem de ipſo habet. Profectò ipſi ſeipſos iactant, ac inopes aſſerunt, propterea quod, inquiunt, temporibus apoſtolorum

poſtolorum vendiderint bona ſua,& poſuerint ad pedes apoſtolorum,& ad inopiam ac renunciationẽ venerint,& ob id ab omnibus inopes vocantur. Sed neque hoc verum eſt apud ipſos, ſed natura reuera Ebion vocabatur, iuxta prophetiam opinor, Inops & miſer: nomen ex parte ſuo ac matre ſua adeptus. Quot verò alia horrenda & adulterata improbitateque referta apud ipſos exercentur? Quum enim quis ex ipſis, aut in morbum inciderit, aut à reptili morſus fuerit, deſcendit in aquas,& inuocat cognomina in Elxai relata, cœli ac terræ, ſalis & aquæ, ventorum & angelorum iuſtitiæ, inquiunt,& panis ac olei, & incipit dicere, opem ferte mihi, & remouete à me dolorem. Iam verò etiam ſuperius à me oſtenſum eſt, quòd Ebion quidem hæc non nouit, verùm poſtea ſodales eius coniuncti ipſi Elxai, ha-

C buerunt quidem Ebionis circunciſionem & ſabbatum ac mores, ipſius autem Elxai imaginationem, vt putent CHRISTVM quidem eſſe imaginem viro ſimilem hominibus inuiſibilem, miliariorum nonaginta ſex longitudine, nimirum ſchœnorum viginti quatuor, latitudine verò ſchœnorum ſex, miliariorum viginti quatuor, craſſitudinem autem ſecundum aliam quandam menſurationem metiuntur. Coram ipſo verò ſtetiſſe etiam Spiritum ſanctum in ſpecie fœminæ inuiſibiliter, & eundem eiuſdem menſuræ eſſe. Et vnde (inquit) cognouit menſuras, quoniã vidi à mõtibus, inquit, quia capita ipſorum præminebant. Et quum menſuram montium didiciſſem, cognoui CHRISTI & Spiritus ſancti menſuras. Iam verò mihi de his dictum eſt in Oſſæorum hæreſi. Nunc autem in digreſſione hæc recenſui, vt ne quæ apud ſingulas gentes ac ſectas ſunt, & apud alios quoque reperiuntur, per obliuionem à nobis repetita putentur. Hic igitur Ebion etiam ipſe in Aſia habuit prædicationem, &

D Romæ: radices autem ſpinoſarum propaginum habent à Nabathea & Paneade vt plurimùm, à Moabitideque, & Cocaborum regione, in Baſanitide terra, vltra Adraas Sed & in Cypro. Cogunt autem adoleſcentes ad ducendas vxores præter ætatem, ex mandato videlicet præceptorum apud ipſos. Seniores enim habent hi,& ſynagogæ principes. Synagogam autem appellant ſuam Eccleſiam, & non Eccleſiam. CHRISTI uerò nomine ſolum gloriantur. Et non ſolùm vnis nuptiis coniunctionem facere permittunt, ſed ſi quis velit etiam prioribus nuptiis diſiunctis, alteris copulari, vſque ad ſecundas ac tertias nuptias. Omnia enim apud ipſos licenter peraguntur. Abraam confitentur & Iſaac & Iacob, Moſémq; ac Aaron, Ieſumque Naue, qui ſimpliciter Moſi ſucceſſerit, nihil autem fuerit. Poſt hos non amplius aliquem prophetam confitentur. Sed etiam reprobant ac ſubſannant. Dauidem ac Solomonem. Similiter Eſaiam & Hieremiam, & Danielem ac Ezechielem, Heliámque ac Heliſſæum reprobant. Non enim aſſentiuntur ipſis, blaſphemantes ipſorum prophetias. Sed & ſolum Euangelium ſuſcipiunt, CHRISTVM autem prophetam veritatis dicunt, & CHRISTVM filium Dei, iuxta profectum & coniunctionem cultus ac ductus qui ex ſupernis ipſi acceſſit. At verò prophetas intelligentiæ prophetas eſſe dicunt, & non veritatis. Ipſum autem ſolum volunt eſſe prophetam, & hominem & filium Dei, & CHRISTVM, & nudum hominem, velut diximus. Verùm ob virtutem vitæ peruenisſe ad hoc vt filius Dei vocetur. Neque enim totum quinque librorum Moſis opus admittunt, ſed verba quædam reiiciunt. Quum autem ipſis dixeris de animatorum eſu, quomodo Abraam appoſuit angelis vitulum & lac, aut quomodo Noe comedit & audiuit à Deo dicente, Macta & comede: & quomodo Iſaac & Iacob immolarunt Deo: ſimiliter & Moſes in deſerto: illis quidem fidem non habet, & dicit, Quid opus eſt me legere ea quæ ſunt in lege, quum venerit Euangelium? Vnde igitur tibi contigit de Moſe & Abraam noſſe? Noui enim quod confitemini ipſos eſſe iuſtos, & quod ipſos patres veſtros inſcribitis. Deinde reſpondet ac dicit, CHRISTVS mihi reuelauit, & pleráque ex lege maledictis impetit, Sampſonem, Dauidem, Heliam, Samuelem,& alios. Redarguitur autem vndiquaque

A circulator ille à Saluatore, qui palàm & in ſumma ex vna dictione totam ipſius fraudulentam doctrinam confutat ac dicit: [Venit Ioannes in via iuſtitiæ, neque edens, neque bibens,& dicunt Demoniũ habet, Venit filius hominis edens ac bibens]. Et non omnino quod etiam vulgaria non ederit Ioannes, aut quod quidlibet ederit Saluator, vt ſuſpicari quis poſſit, etiam de interdictis. Verùm Scriptura emphaſim indicat veritatis, vt edacem ipſum eſſe ac potorem, nihil aliud ſit quàm carnes edere, ac vinum bibere,& non edere, neque bibere, quod carnes non aſſumpſit & vinum, ſed locuſtas ſolùm & mel Ioãnes comedit. Manifeſtum eſt autem, quod & aquam aſſumpſit. Quis verò non nouit Saluatorem, vbi reſurrexit à mortuis, ediſſe, velut ſancta veritatis Euangelia habent, quòd datus eſt ipſi panis, & fruſtum piſcis aſſi: quibus acceptis comedit,& dedit diſcipulis. velut etiam circa mare Tiberiadis fecit, vbi & edit,& diſtribuit. Et multa ſunt quæ de hoc dicere poſſim. Oportet autem me exactè ad confutationem verborum ipſorum marcidorum ac putridorum, quæ ab ipſis prædicantur, peruenire, & ipſorum ſubuerſionem facere. Et primùm quidem de CHRISTO, quòd nudus homo nõ ſit, dicendum eſt. Non poteſt enim is qui per omnia homo genitus eſt, ſigni gratia mundo dari, velut de ipſo præuaticinatus eſt Spiritus ſanctus, quãdo ad Achaz dicit, [Pete tibi ſignũ.]& quum ille nõ petiuiſſet, tũc inquit Prophèta: [Ipſe Dominus dabit vobis ſignum, Ecce virgo in vtero habebit]. Virgo autem non appellatur, quæ viro coniuncta eſt, & nuptiis copulata mulier. Sed illa propriè virgo dici poterit, quæ citra virum conceptionem Dei Verbi in veritate habuit. Velut etiam ipſe Eſaias in alio loco dicit:

B [Vox clamoris ex vrbe, vox ex templo, vox Domini retributionem reddentis inimicis. Antequã partu ret peperit, priuſquam veniret dolor partus, effugit,& peperit maſculum. Quis audiuit tale, & quis vidit talia? Si parturiit terra in vna die,& peperit gentem ſemel, quoniam parturiit Sion liberos ſuos. Ego autem dedi expectationem hanc,& non recordari ſunt, dicit Dominus]. Qualis autem expectatio, & qualis eruditio, quàm virginem gignere citra dolores partus, id quod nuſquam factum eſt, & propter ipſum ab Elizabeth iuxta promiſſionem genitum eſſe filium Ioannem? etiam ſi Ioannes per dolores partus genitus eſt. Quomodo igitur hi ex ſemine nudum hominem decernunt Saluatorem?

Adulterata improbitas ebionitarum.

Chriſtie & ſpũs ſancti menſura apud Elzai.

Regiones vbi ſeminauit dogmata ſua Ebion.

Prophetas reprobant.

Prophetiæ intelligentia & nõ veritatis.

Verbum & ſcripturam reſpuunt.

Circulatoris reprehenſio ex ſcriptura.

Signa probati euãgelii.

Chriſtum non eſſe nudum hominem.

Virginis appellatio.

Virginei partꝰ prophetia à deo.

Quomodo

Quomodo verò non cognoſcetur, velut Hieremias de ipſo dicit: (Homo eſt, & quis cognoſcet ipſum?) de ipſo narrans Propheta dixit. (Quis cognoſcet ipſum?) Si verò de nudo homine dixiſſet, omnino ſanè & pater ipſum cognouiſſet, & mater, cognatique ac vicini, contubernalesque ac conciues. At quoniam ex Maria eſt genimen ac fœtus, ex ſupernis verò venit Deus Verbum, non à ſemine viri, ſed ex Patre quidem ex ſupernis genitus in veritate, ſine tempore, & ſine principio, in extremis verò diebus in vtero virginis naſci volens, & ex ipſa carnem in ſeipſum efformare: ob id dicit Propheta, Et homo quidem eſt, quis verò cognoſcet ipſum? quoniam Deus ex ſupernis venit vnigenitus, Deus Verbum. Multa porrò miſeria eſt erroneorum illorum, dum prophetarum & angelorum teſtimonia obliterant, & Ebionis impoſtoris admittũt, qui ſuam voluptatem explere vult, & Iudaica tractat, & à Iudæis alienatus eſt. A

Teſtimoniorũ angelorum obliteratio.

Velut quando Gabriel virgini bonum nuncium ferebat, ipſa dicente, (Quomodo erunt hæc, quia virum non cognoſco): certitudinem compromittens dixit, (Spiritus Domini ſuperueniet in te, & virtus altiſſimi obumbrabit tibi, qua propter & quod naſcitur ex te ſanctum, vocabitur filius Dei). In eo enim quod dixit: Quod naſcitur, oſtendit carnem quidem ab ipſa, & aliam incarnationem: ex ſupernis verò à cœlis, virtutem altiſſimi, & Spiritum ſanctum obumbrare ſanctæ virgini, & ex ſupernis deſcendiſſe vnigenitum Dei, Deum Verbum, & quomodo incarnatus eſt, & quomodo ab ipſa in veritate natus. Quot verò alia huiuſcemodi ſunt? Soleo autem, velut promiſi, non latius expatiari, vt ne opus mihi ad magnã molem excreſcat. De aliis verò conſequenter exponam, quæ & contra Petrum, & contra alios apoſtolos ementiuntur. Dicit enim, quod Petrus ſingulis diebus immerſionibus in aquas vſus ſit, priuſquam ipſe panem aſſumeret. Et vide ipſorum calumniam, & ſubdolam circulatoriæ ipſorum doctrinæ fraudem. Ab eo enim quòd ipſi inquinati ſunt, & laſciuius ſæpe multa faciunt in terra ad perſuaſionem ſuę certitudinis, aqua largè vtuntur, quo videlicet ſeipſos decipiant, purificationes per immerſiones ſe habere putantes. Et hæc in apoſtolos debacchari non erubeſcunt, & quidem quum Dominus redarguat ipſorum improbitatem, in eo quod Petrus dixit, quando venit ad lauandum pedes ipſius, (Non lauabis pedes meos in æternum). & illatio à Saluatore exiit, (Niſi lauero pedes tuos, non habes partem mecũ), B

Mendacia Ebionis contra Apoſtolos.

Et illo rurſus reſpondente, (Non ſolùm pedes, ſed & caput): dicit Dominus, (Qui lotus eſt ſemel, non opus habet niſi vt pedes ſolum lauet, eſt enim mundus totus). Oſtendit igitur, quod non oportet immerſionibus vti, & moribus inutilibus, & præceptis ac doctrinis hominum: velut etiam in altero Euangelio concordat cum Propheta, & dicit: (Populus hic labiis me honorat, cor verò ipſorum procul eſt à me. Fruſtra autem colunt me, docentes doctrinas & præcepta hominũ). Alioqui qua de cauſa indignabatur phariſæis ac ſcribis, vtentibus lotionibus vrceorum ac poculorum, & aliorum vaſorum, & lauantibus manus crebrò? Et perfectè pronunciat, quòd illotis manibus edere, non inquinat hominem.

Conſuetudines abrogant.

Eſus carnium. Paſcha Iudæorum.

Quare non ſolùm immerſiones horum ſubuertit, ſed etiam lauare manus ſuperfluum eſſe oſtendit. & volenti manus lauare, non eſſe nociuum. Quomodo verò de eſu carnium non ſtatim ipſorum dementia redarguetur? primùm quidem Domino edente paſcha Iudæorum: paſcha autem Iudæorum agnus erat, & azyma, hoc eſt panes non fermentati, & edebant ur carnes agninæ igne aſſatæ, velut etiam diſcipuli eius dicunt: (Vbi vis vt paremus tibi vt edas paſcha)? Et ipſe Dominus dicit, (Abite in ciuitatem, & inuenietis hominem portantem amphoram aquæ, & ſequimini ipſum quocunque ingreſſus fuerit, & dicite patrifamilias, Vbi eſt diuerſorium, vbi faciam paſcha cum diſcipulis meis? Et oſtendet vobis C cœnaculum ſtratum, illic parate). Rurſus autem ipſe Dominus dicit. (Deſiderio deſideraui hoc paſcha comederevobiſcum). Et non dixit ſimpliciter paſcha, ſed hoc paſcha, vt ne quis ad ſuam rapiat opinionem. Paſcha autem erat, velut dixi, carnes aſſatæ igne, & aliæ. Verùm ipſi diſſipata verborum veritatis conſequentia, dictum immutauerunt, id quod omnibus manifeſtum eſt ex coniunctis verbis. Et diſcipulos quidem fecerunt dicentes, Vbi vis vt paremus tibi vt edas paſcha? Et ipſum videlicet dicentem, Non deſiderio deſideraui carnes, hoc paſcha comedere vobiſcum. Vnde verò non deprehendetur ipſorum malicia, quum conſequentia clamet, vocẽ Non eſſe appoſiticiam. Nam pro eo, quod dixit. Deſiderio deſideraui, ipſi appoſuerunt aduerbium Non. Ipſe verò reuera dicebat. Deſiderio deſideraui hoc paſcha comedere vobiſcum. At illi adſcripta voce carnes, ſeipſos ſeduxerunt, malicioſè agentes ac dicentes, Non deſiderio deſideraui hoc paſcha carnes comedere vobiſcum. Clarè autem oſtẽditur quod & paſcha perfecit, & carnes edit, velut antea dixi. Sed & per viſionem redarguuntur, quæ reuelata eſt ſancto Petro, per linteum habens omnes in ſe feras ac pecora, reptilia & volatilia, & per vocem Domini dicentem: (Surge, macta, & comede). Et quum Petrus diceret. (Nequaquam Domine, nihil Inquinatum aut immundum ingreſſum eſt in os meum): dicit Dominus, (Quæ deus purificauit, tu ne inquines): Reperietur enim ex duobus modis, veritatis confirmatio. Si quidem enim dicent, contra omnia edulia ſanctum Petrum ſermonem extendere ac dicere. Nunquam inquinatum aut immundum introiuit in os meum, vt & boues & capras & oues & volucres, inquinata apud ipſum dicantur, ſtatim redarguantur ex priore ipſius vita. Nam poſtquam vxorem duxiſſet, & liberos ſuſcepiſſet, & ſocrum haberet, conuenit Saluatorem, ex Iudæis originem ducens. Iudæi autem & carnibus veſcuntur, & carnis eſus D apud ipſos non eſt abominabilis, néque interdictus. Itaque quum ipſe ab initio carnes ederit, aut etiam ſi dixerim vſquequò cum Saluatore conuerſionem incepit, oſtendetur quod nihil inquinatum dixit ex his quæ non inquinata dicuntur. Nam non contra omnia produxit inquinatum & immundum, verùm de his quæ lex inquinata & immunda dixit. Quum autem hoc demonſtratum ſit, quod non de omnibus carnibus ipſe dixit, velut inquinatis & immundis, ſed de his quæ in lege inquinatæ ſunt & immundæ: Deus ſanctæ CHRISTI Eccleſiæ characterem tradens, dixit ipſi, vt nihil inquinatum duceret. Omnia enim ſunt munda, quæ cum gratiarum actione ac benedictione Dei accipiuntur. Imò etiam ſi de vocatione gentium ænigma habuit, vt ne putaret eos qui ſunt in præputio inquinatos aut immundos, tamen

Deprauãt ſcripturas.

Carnes animantium immũdas dicunt ex vitio.

Eſus carniũ apud Iudæos licitus.

Verba dei ad Eccleſiam ſponſam.

dos,tamen indicatio Petri non de homine opinionem habuit,ſed de interdictis in lege,id quod omnibus clarum eſt,& nugatoria ipſorum ratio vndiquaque dilabitur. Apoſtolorum autem nomina ac perſuaſionem eorum qui ab ipſis decepti ſunt,per prætextum ſuſcipiunt,libróſque ex nominibus ipſorum fingentes,ſcripſerunt ex perſona Iacobi & Matthæi,& aliorum diſcipulorum,inter quæ nomina etiam Ioannis apoſtoli nomen recenſent,vt vndiquaque ipſorum dementia deprehendatur. Non ſolùm enim redarguit ipſos omnibus modis,dum dicit,*In principio erat Verbum, & Verbum erat apud Deum & Deus erat verbum*. ſed etiam quod ſanctorum prophetarum teſtimonia, ex Spiritu ſancto procedens, & ea quæ à Saluatore dicta ſunt,exactè exponens,in ſingulis argumentis in CHRISTO impletis proponit. A quibus prophetis hi ſeipſos abalienarunt. Et ſtatim oſtendit, quomodo his qui ad Ioannem Baptiſtam à phariſæis miſſi fuerant,ipſe Ioannes reſpondet,dicens: *Ego vox clamantis in deſerto, dirigite viam Domini, quemadmodum dixit Eſaias propheta*, Et rurſus ipſe Ioannes dicit, teſtimonio à prophetis accepto, à Dauide,inquam, quando Dominus menſas numulariorum euertit, ac dixit:*Ne facite domum patris mei domum emporij: memor eius quod ſcriptum eſſe, Zelus domus tuæ edit me*. Et rurſus ipſe Ioannes dixit, quod Eſaias vidit, quum eſſet in Spiritu ſancto. Rurſus autem idem ſanctus Ioannes prædicans in Aſia,mirabile opus feciſſe narratur adveritatis delineationem.

Miraculũ à Ioanne editum.

Quum enim vitam degeret admirandam,& dignitatem veritatis ipſius decentem, & penitus non lauaretur, coactus eſt à Spiritu ſancto progredi vſque ad balneum, dixitque, accipite mihi quæ pertinent ad balneum. & quum comites ipſum ſequentes mirarentur,venit ad ipſum balneum. & vbi peruenisſet ad eum qui lauantium veſtes ſuſcipere ſolet,interrogauit,Quis eſt intus in balneo? At olearius ſeruandis veſtibus inſeruiens(in gymnaſiis enim hoc officium aliquorum eſt,quotidiani alimenti acquirendi gratia)ad Ioannem dixit, Ebion intus eſt. Ioannes verò ſtatim intelligens Spiritus ſancti ductum, ob quam cauſam impuliſſet ipſum vſque ad balneum venire, velut dixi, memoriæ videlicet gratia, vt relinqueret nobis veritatis argumentum, qui ſint ſerui CRISTI & apoſtoli ac filij eiuſdem veritatis, qui verò vaſa diaboli, & portæ inferni, non valentes contra petram, & ædificatam ſupra ipſam ſanctam Dei Eccleſiam:ſtatim vbi ſeipſum turbaſſet, & leuiter fleuiſſet vt omnes audirent, in teſtimonium ac declarationem impollutæ veritatis doctrinæ, Feſtinate, inquit, fratres, egrediamur hinc ne cadat balneum, & pereamus cum Ebione qui intus eſt in balneo, propter ipſius impietatem. Et nemo miretur de eo quod audit, Ioannem cum Ebione congreſſum eſſe. Multo enim tempore beatus Ioannes in vita permanſit, & vſque ad Traiani regnum durauit. Quod autem omnes apoſtoli auerſentur Ebionis fidem, & alienam à ſua prædicatione & ab apoſtolico charactere duxerint, omnibus manifeſtum eſt. Cæterùm de ſancto Paulo quomodo ipſum maledictis inceſſunt,multa dicere poſsum. Primùm enim dicunt ipſum eſse Græcum,&ex gentibus,proſelytum autem factum eſſe poſtea. Quomodo igitur .ipſe dicit de ſeipſo, [Hebræus ex Hebræis,ex ſemine Abraham,de tribu Beniamin . iuxta legem phariſæus , abundantius æmulator exiſtens paternarum mearum traditionum . Et in alio loco dicit:Iſraëlitæ ſunt,& ego:ſemen Abrahæ ſunt & ego . Et circunciſus octauo die. Et,educatus apud pedes Gamalielis. Et,Hebræus ex Hebræis]. At ô horribilium reptilium horrendi ſuſurri,& draconiformes ſibili,& vanitatis venena. Cuius vero teſtimonium recipiemus? Ebionis & ſodalium eius,aut ſancti Petri dicẽtis,[Sicut ſcripſit vobis frater meꝰ Paulus, quæ nã ſunt profunda ac difficilia intellectu,quæ indocti parumq; firmi detorquẽt per ſuã ignorãtiã]? Rurſus autẽ ſanctus Paulus etiã ipſe teſtatur de his quæ à Petro dicta ſunt,dicẽs:[Et Iacobus & Ioannes & Cephas,qui videbãtur eſſe columnæ,dextras dederunt mihi & Barnabæ ſocietatis]. Etſi enim Tarſenſem ſeipſum dixit,nõ ex hoc omnino datur occaſio,his qui voces venãtur ac obſeruãt ad ſuã ipſorum & credentium ipſis ſubuerſionem,rem ita ſe habere. Nam & Barnabam dicit Ioſeph aliquando vocatum , Barnabam verò tranſnominatum,hoc eſt filium conſolationis,Leuiten,Cyprium genere:& non omnino quia Cyprius erat , non erat à Leui . Sic etiam ſanctus Paulus, etiam ſi à Tarſo originem trahebat , non erat alienis ab Iſraël , Nam quum diſperſi eſſent multi temporibus Antiochi illuſtris , & aliis temporibus quando incidit bellum , captiui facti ac dati in obſidionem,qui quidem captiui abducti ſunt, permanſerunt in quibuſdam locis : qui verò hac de cauſa receſſerunt , habitarunt vbi quiſque locum occupauit . Quemadmodum etiam ſanctus Hieremias de Iſraël dixit , velut ſæpe hoc ipſum contigit , vt effugerint à facie hoſtium . Ait enim : Et ad Citienſes ſi deueneris , neque illic tibi requies erit . Omnibus autem manifeſtum eſt,quod Citium Cypriorum inſula appellant. Citij enim Cyprij ſunt,ac Rhodij . Sed & in Macedonia genus Cypriorum ac Rhodiorum habitauit. & ea de cauſa habetur in Machabæis , quod exiuit ſemen ex terra Citienſium . nam ex ſemine Græcorum eſt Alexander Macedo. Cæterùm loco & ſermone ita ferente , hiſtoriam de his recenſui , quod mutatione locorum & habitationis facta, multi ex ſemine Iſraël per ſucceſſionem alias regiones inhabitauerunt. Dicebantur enim etiam ſingulas regiones patrias habere . Quemadmodum etiam filiæ Iothor defenſionem Moſis patri nunciauerunt, quomodo remotis paſtoribus , pecora ipſorum potaſſet , & illæ profectæ de hoc proprio patri narrauerunt. Et quum ille diceret , Cur feſtinaſtis hodie venire ad ipſum? dixerunt . Vir Ægyptius liberauit nos à paſtoribus,& hauſit aquam,& potauit pecora noſtra. Et ſtatim idem dixit ad ipſas , Cur non adduxiſtis ipſum huc vt ederet panem ? Quis autem non nouit quod Moſes eſt filius Ambrã & Iochabet, Ambrã verò Chaath,Chaath Leui,Leui Iacob,Iacob Iſaac,Iſaac Abrahã? Et non ab eo quod vocatus eſt Moſes Ægyptius , omnino nobilitatis ac ſeminis intercidit conſequentia . Hi igitur qui ab Ebione ſeducti ſunt,relicta via,ad multas diſtortas vias & accliues ſemitam mentem conuerterunt . Amplius autem circunciſionem ſe habere iactant , hoc eſſe putantes ſignaculum ac characterem patriarcharum ac iuſtorum qui ſecundum legem vixerunt , per quam illis ſe adæquatos eſſe opinantur:

Paulus cõtra Ebionem defẽſus.

Citienſes Cyprii dicuntur.

opinantur:& ſanè à CHRISTO,eius confirmationem ducere volunt,velut etiam Cerinthus. Nam & hi iuxta nugatorium illius ſermonem dicunt:Sufficiens eſt diſcipulo vt ſit ſicut magiſter eius. Circunciſus eſt enim, inquiunt, CHRISTVS, & tu circuncidere. Et vt per omnes modos confundantur erroris ſemina,quemadmodum frenum mari ex Deo definitũ eſt,clauſtraq; ac portæ arenæ terminus, & præceptum hoc:Hucuſq; progredieris,& non tranſgredieris,ſed in teipſo conterentur fluctus tui,inquit:Sic etiam hi in ſeipſis conſumentur. At illic quidem ex diuino præcepto ad bonum ordinem maris,ex Deo dicta eſt termini ratio. Hic verò malicia & error à ſeipſo excæcans mentem, & piam rationem auerſans,contra ſeipſum velut fluctus excitans,impias prius prædicatas ab ipſis opiniones aliis fluctibus in ſeipſo collidens,& in ſeipſo ſemper conterens,ſeipſum deſtruere anticipauit. Aut quemadmodum horrendum reptile quod ſeipſum vaſtat,& ad caudam conuertitur,hanc arrodens,& ſic ſeipſum conſumens. Hoc enim factum eſſe tradunt tempore quodam ab aſpidibus,concluſis in doliis,ita vt ſingulæ alias conſumpſerint,& quæ reliquis ſæuior ac magis immanis fuit,ſola relicta ſuperfuerit, quam fame coactam à propria cauda ſeipſam depaſcere incepiſſe, tradunt quidam naturalium rerum ſcriptores in Ægyptiorum regione. Vnde & congruenter nomen ipſi impoſuerunt,propter caput Gorgonis, Aſpidogorgona hanc appellantes. Sic etiã vana ſapiẽtia prẽditus Ebion, & ſodales eius, ſeipſos conſcindunt,& ab initio illa deſtruunt,ob quæ etiam ſe iactant,CHRISTVS enim ſeipſum non circuncidit,puer enim erat. Gloria verò miſericordi Deo,quòd ſeipſum propoſuit Ebion,vt vera non cõfiteretur,vt & hoc ipſi in confutationem cederet. Si enim dixiſſet ipſum Deum ex ſupernis veniſſe, & circunciſum eſſe octauo die à Maria:quum tunc Deus eſſet, & permiſiſſet ex propria voluntate, exhibuiſſet ſanè circulatori probabilem circunciſionis rationem. Quando verò nudũ hominẽ ipſum natum eſſe,& ab hominibus circunciſum profert,non amplius cauſa eſt puer,etiamſi octauo die circũciſus eſt. Non enim ſeipſum circuncidit,ſed ab hominibus circunciſus eſt. Nam pueri non circuncidũt ſeipſos, & neque autores ſunt ſuę circunciſionis,ſed parentes ipſorum. Illi enim quũ parui ſunt,pueriliter ſe gerunt ex ignorantia,& neque ſciunt quid ipſis à parentibus contingit. Nos autem & Deum ipſum dicimus de cœlo veniſſe,& in vtero virginis Mariæ per tẽpus quãtũ pueri in vtero geſtari ſolẽt, permãſiſſe, donec perfectè à virgineo vtero incarnationẽ diſpenſationis myſterium ſibiipſi diſponeret: per quod myſterium etiam circunciſus eſt verè,& non in apparentia,octauo die. Venit enim ad implendum legem ac propheras,& non ad diſſoluendum:& non vt legem alienam pronunciaret,ſed ex ipſo datam, & quæ vſque ad ipſum in figuris permanſerit,quo in ipſo & per ipſum rurſus quod deficiebat in lege, impleretur,vt figuræ ad ſpiritualem perfectionẽ progreſſæ in veritate & ab ipſo, & ab apoſtolis ipſius prædicarentur,non amplius figuræ exiſtentes,ſed veritas. In hoc enim implebatur id quod in lege dictum eſt,quod vſq; ad ipſius tẽpus durauit,& in ipſo ceſſauit,atq, in cõplementum tranſmutatum eſt, quod videlicet dixit. Sepphura,[ceſſauit ſanguis circunciſionis filij mei]:& non dixit,[circunciderunt puerum meum]. Non enim diſponebat miſſus angelus vt circunciſio fieret, ſed neque ſanguinem circunciſionis timens receſſit,ſed admonitionis gratia,quod puer ſanguinem circunciſionis ſedaturus eſſet,vbi quod audiuit, diſpoſuit, diſceſſit. Atque audi qualis puer, præterquam de quo dixit Prophera. [Et volent quod fuiſſent igne combuſti,quia puer natus eſt nobis,& filius datus eſt nobis]:gentiũ quidem puerum oſtendens in veritate,quo veram incarnationem ſignificaret. Filius vero datus eſt nobis, inquit,vt oſtendat Dei verbum ex ſupernis & filium Dei ipſum iudicatum eſſe, & in vtero incarnatum eſſe,& vtraque habere,Deum & hominem, ipſum Deum, ipſum hominem, ipſum filium ex ſupernis datum eſſe,ipſum puerum genitum eſſe,in quo ceſſauit circunciſionis ſanguis:velut etiam in Euangelio dicit,quando veniebant Græci volentes ipſum videre,& veniebant ad Philippum, & dicunt ad ipſum:[Oſtende nobis IESVM]. Et Philippus Andreæ,& Andreas IESV dixit:Quidam Græci volũte videre.& ſtatim Dominus reſpõdet dicens:Nunc venit gloria Dei.vt oſtenderet circunciſionẽ quidẽ prætetiiſſe,carnalem illam,& quæ figuræ inſeruiit ac tempus. Verùm in carne præputium habere in ſpiritu maiorem circunciſionem, quæ ſpeculatur CHRISTVM, & ipſum in veritate comprehendit. Si verò volunt hi dicere, quomodo igitur CHRISTVS circunciſus eſt? audient. Iam ô vos ſeducti, oſtendimus vobis ob quam cauſam circunciſus eſt. Nam ptopter multas cauſas circunciſus eſt quidem & primũ vt oſtenderet ſeipſum in veritate carnẽ aſſumpſiſſe,propter Manichæũ,& eos qui dicunt,in ſpecie ipſum apparuiſſe. Deinde vt oſtenderet quòd non eſſet coeſſentiale corpus deitati, velut Apolinarius inquit: ſed neque ipſum ex ſupernis detuliſſet, ſicut dicit Valentinus. & vt confirmaret circunciſionem,quam olim dederat,iuſtè inſeruiſſe vſque ad ſuum aduentum. Et vt non haberent Iudæi excuſationem. Si enim non fuiſſet circunciſus, poterant dicere, Non potuimus CHRISTVM ſuſcipere. Et aliàs oportebat ipſum, qui præceperat Abraham vt circuncideretur, ſignaculi apparentis gratia, dati verò ad figuram veri ac inuiſibilis, nunc circuncidi, & hoc ſignaculum confirmare. fiebat enim apparens illa circunciſio propter hæſitationem ipſius Abraham, quando ſanctus & iuſtus ille in dubitatione dixit,Num centum annos nato filius gignetur? &, Num Sarra anicula gignet filium? Et ſtatim Dominus,Accipe mihi arietem triennem, & capram, & vaccam, & cætera. circa ſolis occaſum vbi vidit faces ignis, & clibanum, & alia,dixit ipſi Deus per increpationem:Semen tuum inquilinum erit in terra aliena, & in ſeruitutem adigent ipſum per annos trecentos, certitudinis gratia propter hæſitationem ob quam dixiſti. Num centum annos nato filius gignetur? At vtne ſeruitute preſſum ſemen, ab idololatris ac incredulis Aegyptiis, obliuiſcatur Dei patrum ipſius, impoſuit ipſi & ipſis circunciſionem carnalem, vt videntes recordentur ac reuereantur, & non negent ipſum. Et durauit hæc vſque ad CHRISTVM. & hac de cauſa etiam ipſe circuncidi voluit, & homo factus eſt in veritate ex ſupernis progreſſus ex patre Deus verbum. & non depoſuit deitatem, ſed carnem geſtauit

Aſpidogorgon.

Circunciſionis Chriſti cauſæ.

A

B

C

ſtauit in veritate, perfectamque incarnationem habuit, ac circumciſus eſt, omnia diſponens in veritate vt & Iudæi, velut dixi, excuſationem nõ haberent, & Manichæi atque alij redarguerentur. & vt circumciſus rationabiliter circumciſionem diſſolueret, & aliam maiorem oſtenderet, non velut qui non haberet, & ſibiipſi conſtitueret, ſed qui haberet quidem, oſtenderet autem quod hac non amplius eſſet opus, ſed maiore. Et quod ſtatim genitus Deus erat, & non nudus homo, Magi clarè oſtendunt. Nam poſt duorum annorum tempus, vt oſtenderunt Herodi tempus ſtellæ, à bimatu, & infrà, progreſſi in Hieruſalem iidẽ Magi vbi interrogarunt & cognouerunt quod in Bethleem gignitur, rurſus exiuerũt *Magorum* ſtella deducente ipſos, & venerunt à Hieroſolymis in Bethleem, & ingreſſi inuenerunt ipſum cum ma- *hiſtoria* tre ſua Maria, & prolapſi adorauerunt ipſum, & obtulerunt munera. Si itaque ſtatim adoratur, non nudus homo eſt qui genitus eſt, ſed Deus. Et nõ poteſt triginta annos, & nõ poteſt baptiſma, CHRISTVS ſit: ſed ſtatim CHRISTVS natus eſt à Maria virgine, Deus & homo. Quapropter etiam angeli ſtatim hymnis celebrant dicentes, Gloria in excelſis Deo, & in terra pax, inter homines bona voluntas. & nunciant paſtoribus dicentes, Natus eſt vobis CHRISTVS Dominus hodie in ciuitate Dauid. Et non ſolum hoc ô decepte Ebion oſtenditur, ſed etiam à duodecimo anno reperitur ſedens in medio ſacerdotum ac ſeniorum, interrogans ipſos, & quærens cum ipſis, & admirabantur ob ſermonem gratiæ qui prodiebatur ex ore ipſius. Et non poſt trigeſimum annum hoc faciebat, vt dicere poſſis *quod ex quo Spiritus venit in ipſum*, CHRISTVS *factus eſt*. ſed ſtatim à duodecimo, velut dixi, anno, quemadmodum ſcriptum eſt in Lucæ Euangelio: imò etiam prius. *Quum adhuc puer eſſet, inquit, aſcendebant Ioſeph & Maria in Hieruſalem, vt adorarent in feſto, & reflectebant. & remanſit* IESVS, *& quærebant ipſum in itinere, & inter cognatos ſuos, & non reperiebant*. Habebat enim Maria cognationem. Quum autem reflexiſſet & reperiſſet ipſum, dixit ipſi: *Quid nobis feciſti fili? ecce ego & pater tuus dolentes quærebamus te*. in loco enim patris Ioſeph ipſi fuit. non enim erat ipſi pater ſecundum naturam. Deinde Dominus ad ipſam dixit: Quid eſt quod quærebatis me? non ſciebatis quod in his quæ patris mei ſunt, oportet me eſſe, ſignificans quod templum in nomen Dei, hoc eſt patris ipſius ædificatum eſt. Si itaque à puero nouit templum, & patrem, non profecto nudus homo genitus eſt: neque poſt trigeſimum annum, poſtquam venit in ipſum ſpecies columbæ, filius & CHRISTVS vocabatur, ſed ſtatim in his quæ Patris ipſius ſunt, ipſum eſſe oportere docuit. Quod autem Ioſeph non erat pater ipſius, ſed patris loco, audi eundem Euangelium dicentem, qui videlicet antea ſcripſit, ex perſona Mariæ, *Ego & pater tuus dolentes quærebamus te*. quomodo rurſus ſcribit, *Erat autem* IESVS *incipiens eſſe annorum circiter triginta, filius exiſtens, velut putabatur, ipſius Ioſeph*. In eo enim quod dicit, velut putabatur, oſtendit ipſum non eſſe filium ipſius, ſed putari. Deficiet me tempus exponere pergentem ea quæ pertinent ad declarationem veritatis, & ad confutationem inaniter ſapientis Ebionis, & adulteratæ ac vanæ ipſius doctrinæ. Vnde enim non fuerit manifeſtum, quod non pater erat Ioſeph, ſed loco patris habebatur? *Ecce enim (inquit) virgo in vtero habebit, & patris filium*. & non dixit, Ecce mulier. Et rurſus in alio loco dicit: *Et pariet iuuencula, & dicent, non peperit*. Quãdoquidem enim aliqui Manichæorum & Marcioniſtarum dicunt ipſum genitum non eſſe, ob id pariet, & dicent, non peperit. quoniam non peperit Maria ex ſemine viri. Et hi furioſi falſò dicunt ex ſemine viri ipſam genuiſſe. Genuit iuuencula in veritate, & quod iuuencula virgo vocatur, & huius reliquiæ purificatio erant inquinatorum, audi legem dicentem: Accipe mihi iuuenculam fuluam: vt electum vas Mariæ *Iuuencula* oſtenderet, propter igneum ruborem deitatis Saluatoris conceptum in virgine. ignis enim eſt Deus *pro virgine.* (inquit) conſumens. & dixit lex, Iuuenculam in qua iugum non aſcendit ſuper collum: vt oſtenderet virginem iuuenculam, quæ non noſſet iugum nuptiarum viri. Sed quid opus eſt mihi plurima diſputare, quomodo rurſus Eſaias ex perſona Domini dixit, Accipe tibi fruſtum chartæ nouæ magnæ: fruſtum quidem, propterea quod ſit virgo ex ſemine viri, reſecta autem ſit à mixtura viri, & quod reſecta ſit à naturali hominum conſuetudine. Omnes enim homines ex ſemine viri gignuntur. CRISTI vero natiuitas, ſecundum naturam quidem ex muliere virgine Maria incarnationem habuit. præter naturam verò reſecta eſt à conſequentia ſecundum humanitatem: velut etiam Iacob de ipſo dicit, Ex *germine fili mi prodiiſti*: & non dixit, ex ſemine prodiiſti. & hac de cauſa dicit ſanctus Eſaias propheta, imò potius Dominus ipſi dicit, *Accipe tibi fruſtum chartæ*: ſpeciem conſuetudinis ſignificans, in qua omnia ſcribunt filij hominum. velut etiam in centeſimo trigeſimooctauo pſalmo dicit, *In librum tuum omnes ſcribentur, dies formabantur, & nemo in ipſis*. Libro enim aſſimilauit vterum. Et ob id Dauid dicit, *Imperfectionem meam viderunt oculi tui, hoc eſt ſeminatum priuſquam ego effigiarer, Liber pro cognouiſti me, & adhuc priuſquam ego ſeminatus eſſem*. Hebræus porrò mirabiliter verbum declarat. im *vtero.* perfectiodem enim Golme vocauit, quod ſignificat ſimilaginis grumum ſiue granum, nimirum quod nondum in panem deuenit, ac piſtum eſt, ſed velut à grano frumenti ſectus grumus, aut tenuis particula quæ ex ſimilagine ſit, ſic æqualem ſpeciei formam quæ ſecatur ex homine ad ſeminationem exacte loquens oſtendit, & dicit in Græcam linguam ſermone tranſlato imperfectionem, hoc eſt non factam adhuc in vtero formationem, aut ante vterum, viderunt oculi tui. Nouit enim omnia Deus priuſ- *Chartę no* quam fiant, velut ſcriptum eſt. Cæterùm per librum & fruſtum, vterus ſignificatur. Et non dixit, ſu- *uæ magnæ* me tibiipſi chartam, ſed fruſtum, ob proprietatem præter hominum conſuetudinem: chartæ, propter *fruſtum.* aptitudinem vteri ad hoc vt inſcribatur: nouæ, propter nouitatem virginis & impollutam integritatem: magnæ, magna enim re vera eſt Maria ſancta virgo, coram Domino & homínibus. Quomodo enim non dixerimus hanc magnam, quæ incomprehenſibilem concepit, quem cœlum & terra capere non poteſt? Ipſe autem quum incomprohenſibilis ſit, ſecundum proprium propoſitum ac voluntatem volens comprehenſus eſt, & non neceſſariò, nec coactus. Quapropter magnum eſt fruſtum, &

nouum:

nouum magnum, propter miraculum: nouum, quia virgo. Et ſcribe (inquit) in ipſum ſtilo hominis: & non dixit, Scribet in ipſum quis ſtilo hominis. neque dixit, ſcribet in ipſum homo: vt ne prætextum reperiret Ebion. Si enim dixiſſet, ſcribet in ipſum homo, habuiſſet quod diceret, homo Ioſeph ſeminauit, & ex ſemine viri genitus eſt CHRISTVS. Vetùm Eſaiæ ante ſeptingentos quinquaginta tres plus minus annos dixit, ſcribe, vt à tempore interualli omnis veritas conſpiciatur, quod nemo potuit antè ſeptingentos quinquagintatres annos ſeminare eum qui gigni deberet. Num igitur fruſtra dicit prophetæ, Scribe? non, ſed vt oſtenderet Spiritum ſanctum qui erat in propheta, ipſum effectorem fieri conceptionis aduentus CHRISTI, in carnem in veritate. Spiritus enim ſanctus ſuperueniet in te inquit angelus Gabriel ad Mariam, &c. At verò ſtilo hominis, eſt imagine hominis. Homo autẽ & CHRISTVS IESVS mediator Dei & hominum. Nam ex ſupernis venit Deus verbum, ex Maria verò homo, non de ſemine viri genitus. Et propterea ſtatim dicit propheta, Et ingreſſus ſum ad prophetiſſam, vt oſtendat prophetiſſam Mariam, & non vxorem Achaz, velut quidam errant, propter Ezechiam dictum eſſe putantes. Iam enim Ezechias vndecim annos natus erat. Nono enim anno regni patris ſui hoc verbum prædicebatur, *Ecce virgo in vtero habebit*. Et poſtquam mortuus eſſet Achaz, vbi quatuordecim annis regnaſſet, ſtatim dicit Scriptura: *Et regnauit Ezechias, & erat annorum viginti, dum ipſe regnabat*. Quomodo igitur quum in regno patris ſui, qui quatuordecim annis regnauit, prædicabatur Emanuel, qui ex virgine gignitur, Ezechias gignetur, qui viginti annorum regnauit poſt patrem ſuum? & non magis apparebit his qui ratione præditi ſunt, quod iam fuit natus, quando Propheta prædixit verbum illud, tempore regni Achaz patris Ezechiæ? præſertim quum non fuerit prophetiſſa vxor Achaz, velut omnibus manifeſtum eſt. Maria autem eſt quæ dixit, & vaticinata eſt, *Ex hoc tempore beatam me dicent omnes generationes terræ*. Ad quam ingreſſus eſt Gabriel, & nunciauit quod Spiritus vẽturus eſſet in ipſam, qui in Eſaia loquutus eſt: & gignet filium, Dominum noſtrum IESVM CHRISTVM per Spiritum ſanctum, & non à ſemine viri, velut illi deſipientes & errantes maledica lingua effutiunt. Porrò confutatus eſt vani illius etiam ſabbatiſmus, itemque circunciſio, & quotidianæ in aquã demerſiones ab ipſo factæ. In ſabbato enim plurima curare IESVS ſtudet, & non ſolum curat, ſed etiã per duos modos medetur. præcipit enim curatis in ſabbato, vt grabatum tollant, ac vadãt. Sed & in ſabbato lutum ſubegit, & cæci oculis impoſuit. Eſt autem opus lutum ſubigere. Vnde gnari apoſtoli quòd ſolutum eſſet ſabbatum, ab ipſius cũ ipſis cõuerſatione ac doctrina, vellunt ſpicas in ſabbato, torrentq; ac edunt. Erat autem ſabbatum ſecundarium primum, velut habet Euangelium. Varia enim ſabbata decreuit lex. Aliud quidem, quod ſecundum ſeptenarium dierum numerum reuoluitur, natura ſabbatũ: aliud verò propter ſubiacẽtes nouilunio ſecundum lunam, & conſequentes feſtiuitates. velut dies fixorum tentoriorũ, & dies paſchatis, quando agnũ mactant, & azyma comedunt. Inſuper autem vnũ ieiunium ieiunant in anno, quod dicitur magnum, & aliud quod appellant paruum. Quando enim incidunt hi dies, aut in ſecunda ſabbatorũ, aut in tertia, aut in quarta, ſabbatũ etiã ipſum ipſis decernitur. Quapropter poſt factã azymorum diem, & definitã ſabbati diem, in ſabbato ex natura, quod poſt azymorum diem in ſabbatum computatũ fuit, inuenti ſunt tranſeuntes per ſata, & euellebant ſpicas, & tor rebant ac edebant, oſtendentes quod ſolutum eſſet vinculum in ſabbato decretum, quum veniſſet magnum ſabbatum, hoc eſt CHRISTVS, qui quietos nos fecit à peccatis noſtris. Cuius figura erat Noe quem vbi pater eius genitum vidiſſet, iuxta prophetiam imponebat ipſi nomen Noe, dicens, Hic quietos faciet nos ex peccatis noſtris, id eſt duris operibus noſtris. Noe verò à peccatis quietos non fecit, ſed in CHRISTVM prophetauit Lamech, qui per Noe ſignificatur in veritate. Noe enim requiem ſignificat. Et Sebeth, quod ſabbatum ac requiem interpreteris, eſt CHRISTVS, in quo quietus factum eſt Pater, & ſanctus eius Spiritus, & omnes ſancti homines in ipſo quieti facti ſunt, quieſcentes à peccatis. Hic eſt magnum illud ſabbatũ, & perpetuum, cuius figura erat paruũ ſabbatũ, quod inſeruiebat vſque ad ipſius aduentũ, ptæceptũ ab ipſo ſecundum legẽ, & ſolutũ in ipſo, & impletũ in Euãgelio. Sic enim dixit, Dominus eſt filius hominis, etiam ſabbati. Vnde diſcipuli cõfidenter ſabbatũ ſoluunt. Nam & ſacerdotes ante ipſos ſabbatũ ſoluerant, mactantes & Deo victimas offerentes, vt ne ceſſaret victima perpetua, & quæ quotidie offertur. Non ſolùm autem ipſi ſacerdotes prædicebant ſoluendum eſſe ſabbatũ per hoc quod non ceſſabant, ſed etiam ipſa circũciſio ſabbatũ ſoluebat. Quum enim ſæpe gigneretur puer in ſabbato, ſublatio ac deſtructio ſabbati per circunciſionem fiebat. Sic vtriſque diſſolutio prædicebatur. oſtenditur enim, quod circuncidentes genitũ in ſabbato, ſi exactè ſupputare voluerint octauã diem, inuenientes ipſam incidentẽ in ſabbatũ, & circũcidentes, opus penetrarũt, & ſabbatum ſoluerũt. Si verò diſtulerunt, vt ne ſoluãt ſabbatũ, nona deinceps peragunt circunciſionẽ, & ſoluerũt circunciſionem, & terminũ præcepti octo dierũ de ipſa. Imò neq; erat perfecta prima circunciſio, ſed ſigni gratia data eſt, & ad cõmonefactionẽ ipſorũ poſtea, & propter hæſitationẽ ipſius Abrahã, velut dixi, obiurgati: & figuræ gratia illius magnæ circũciſionis, quæ omnia ſecundũ æqualitatem implet in his qui digni fiunt. Etenim ſi hæc ſanctificationis gratia erat & hæreditatis regni cœlorum, ergo priuata eſt Sarra regno, & Rebecca, & Lia, & Rachel, & Iochabeth, & Maria ſoror Moſis, & omnes ſanctę mulieres, & nõ poterunt eſſe hæredes regni cœlorũ, quũ nõ potuerint circũciſionem Abrahã habere, quã Deus ipſi dedit, iuxta horũ rationem. Si verò non priuatæ ſunt hæ regno cœlorum, quanquã non participes fuerint circunciſione: nihil ergo valer nunc carnalis circunciſio. Quid verò iactat Ebion circunciſionẽ? quãdo etiam idolatræ & ſcelerati AEgyptij circuciſionem habent. Sed & Saraceni, qui & Iſmaelitæ, circunciſionem habent. Et Samaritæ ac Iudæi, & Idumæi, & Homeritæ. Pleriq; verò ex his non propter legem hoc faciũt, ſed temeraria quadã cõſuetudine. Et in ſumma multũ tẽporis cõſumo, dũ in huius nugis verſor, propterea quod ipſe fruſtra nititur in hoc dicto, quod ipſe Saluator dixit, *Sufficiens, eſt diſcipulo*

Eſaiæ locus explicatus.

Sabbata varia.

Sabbatum magnũ eſt Chriſtus.

Circunciſio & ſabbatũ ſe mutuò deſtruebant.

Saraceni Iſmaelitæ.

ſcipulo vt ſit velut magiſter eius. vt & ipſe iactare poſſit ſuam circunciſionem, propter ipſius Chriſti circunciſionem, quæ ſanè in Chriſto rectè peracta eſt. Attamen quando beſtialis ille vult hunc ſermonem de imitatione Chriſti accipere, non cunctabor oſtendere quòd nõ propter hoc dictus eſt. Statim enim declarat Dominus, dicẽs, quòd non propter hoc dixit, ſed propter perſecutiones, & Iudæorũ in ipſum debacchationem: & dicit: Si me perſecuti ſunt, etiam vos perſequentur. Si me odio habuerunt, etiã vos odio habebunt. Non me dicitis dominum & magiſtrum? & bene dicitis, ſum enim. Si igitur patrem familiâs Beelzebul vocauerunt, quanto magis domeſticos ipſius? Et non poteſt ſeruus eſſe ſuper dominũ ſuum, neq; diſcipulus ſuper magiſtrum ſuum. Sit autem abſolutus per omnia diſcipulus, velut magiſter hoc eſt, paratus ad perſecutionem & maledictionem, & quicquid mali infertur. Vnde ſanctus Paulus dicit: Imitatores mei eſtote, quemadmodum & ego Chriſti. Et non quod ille dominum ſuum imitabatur, velut non oportebat. neque enim dicebat, Deus ſum, aut filius Dei ſum, aut Deus Verbum ſum: ſed, Ego ſum minimus apoſtolorum &, Velut abortiuo viſus eſt etiam mihi. Si verò tu Ebion hoc dictũ accipis de imitatione CHRISTI, & à circunciſione quam inaniter iactas, vis eſſe velut magiſter, imò magis velut dominus: ne in circunciſione ipſi te aſſimila, non enim tibi proderit. Trãſtulit enim Dominus huius tempus, velut per multos teſtes clarè demonſtrauimus. Venit enim, & impleuit, data perfecta circunciſione myſteriorum ſuorum, non in vno ſolo membro, ſed toto corpore obſignato ac circunciſo à peccatis: & non vnam partem populi ſaluans, hoc eſt vitos ſolos, ſed etiam totum populum Chriſtiano rum in veritate, viróſque ac mulieres ſimul obſignans, & ad regni cœlorum hæreditatem liberaliter, & non defectuoſe vni ſolùm virorum ordini per imbecillitatem, ſignaculum exhibens, ſed vniuerſo populo per ſignaculum mandatorum ac bonæ doctrinæ regnum cœlorũ reuelãs. Si verò velut Dominus eſſe vis, ô Ebion, hoc eſt velut magiſter, longè falleris. Ne in circũciſione illi aſſimilare: ſed euoca Lazarum ex monumento, aut alium mortuum ſuſcita, leproſos munda, aut cæcis viſum reſtitue, aut paralyſi reſolutum ſana, ſi potes. Non potes autem, quia contrariè facis, incredulitate & vinculis carnis, & iuſtificationibus legis inexplebilibus occupatus. Si autẽ hæc facere non potes, vt non potes, propter tuam prauam fidem, non dico velut CRISTVS: non enim potes aſſimilari Deo, quum corruptibilis homo ſis, & errore deceptus: imò neq; nomen CHRISTI in diuinis ſignis inuocare poteris: & ſi inuocaueris, nihil efficies. Si verò etiam omnino operaris vt paralyticum reſtituas, habuit vtiq; id per nomen Ieſu quòd surrexit, & intelligentiam ab ipſo accepit, vt tuum ſabbatũ non ſufferat, ſed per nomen eius qui ipſum ſanauit, diſcat, Tolle grabatum tuum, & vade in domum tuam in ſabbato. Iam verò à me relatum eſt, quòd diuerſimodè vnuſquiſq; ipſorũ de Chriſto ſentit ac pronunciat. Aliquando quidẽ idẽ Ebion, ex affrictu nudum hominem ipſum genitum eſſe dicens: aliquando autem ab ipſo appellati Ebionæi, filiũ ſupernè ex Deo virtutẽ adeptum eſſe aſſerentes, & hũc in tempore Adã ipſum induiſſe ac exuiſſe. Quorũ diuerſas opiniones in vitture Dei ſubuertimus. Et quid mihi opus eſt amplius cõmorari in importuoſis & reciptocantem aquam habentib. locis qui alicubi alluuntur, alicubi exſiccantur, ex quibus piſcium eruptiones ſæpe fiunt, & pedibus eorum qui ripas horum locorum adeunt, damnum, velut iam dictũ eſt, inferunt: ex eo quod inter piſces reptilia quædã ſint venenũ eiaculantia, paſtinacæ inquã, & dracænæ, carchariæq; ac murenæ. Præteribo itaq; locũ, rurſus Deo gratias agens, quod & hanc hæreſim in tergum reiecimus, non oſcitanter, ſed diligenter confutatã. Ad alias autem deinceps noſipſos ô chariſſimi demus, diuino auxilio implorato, quo promiſsionis complementum ipſe per nos perficiat.

Beſtialis Ebiõ cur dicatur.

Venit chriſtus promiſcue propter omnem ſexum.

Inuocatio nominis Ieſu ab im polluto nihil efficit.

Impunè ripas nemo pedibus conculcat

Contra Valentinos, qui & Gnoſtici appellantur, XXXI *hæreſim.*

POſt hos Ebionæos appellatos, quorum improbitatem pertranſiuimus, & per Dei virtutem conſequentes aliarum ferarũ formas promiſimus, venena item reptilium ac morſus incutientes, vt pote in doctrinis ipſorum, velut in hiatu beſtiæ venenum eiaculãtis, aut horrẽdi reptilis & baſiliſci cõceptas ad Valentinorum hæreſim explicandam tranſibo, confutationem ipſorum pro viribus facturus, qui ſanè etiã Gnoſticorũ nomẽ ſibiipſis imponũt. Et horũ quidẽ differẽtię ſunt decẽ, in vna plaga ſõnj ipſorũ, & cõiugationibus, & octonariis, & maſculorũ ac fœminarũ ſeculis vicisſi æqualiter percuſsis. Et nõ amplius quidẽ iuxta tẽpora ordinis ſucceſsionẽ digerã, ſed iuxta progreſsũ ab altera ad alterã digrediar. In vno enim tempore hi omnes velut fungi ex terra eruperũt, & velut abominabiliũ ac graueolẽtiũ herbarũ germina, & gramẽ ſpinoſum, & velut latebra multorũ ſcorpiorũ, ex vno omnes tẽpore in vitã excreuerũt. Et ſicut antea dixi, inſtar fungorũ ſua deformitate ſub vnũ cõtactũ apparuerũt. Velut etiã ſancto Irenæo iã de ipſis dictũ eſt: cõtẽporanei enĩ hi fuerũt. Vnuſquiſq; autẽ ab altero malã occaſionẽ colligẽtes, aliuſq; ab alio amplioré adhuc doctrinę gratiã cupiẽs, ſibiipſi prauę inuẽtionis differẽtiã effigiatũt, & omnes Gnoſticos ſeipſos nominauerunt, Valentinus inquam, & qui antea ipſum fuerunt Gnoſtici: imò & Baſilides, & Saturnilus & Colorbaſus, Ptolemæus itẽ, & Secũdus, atq; Carpocras, & alij cõplures. Cæterũ etiãſi omnes hic nominauimus, propter exortus omniũ in vno tẽpore cõiũctionẽ, tamẽ prærationis vniuſcuiuſq; maleuolẽtiã priuatim ac ſeorſim explicabimus. Interim verò ad propoſitũ hæreſiarchã & tragœdię pottã deueniemus, Valẽtinũ inquã, & ipſius doctrinã. Valẽtinus igitur hic tẽpore ſuccedit his qui antepoſiti ſunt, Baſilidi & Saturnilo, Ebionique ac Cerintho & Merintho, & ſodales eiº. Hi enĩ omnes vno tẽpore in vitã exorti ſunt: modico autẽ tẽpore preceſserũt Cerinthus & Meriºth ac Ebiõ. ſimul enĩ cũ his qui ante ipſos indicati ſunt, excreuerũt. Patriã equidẽ ipſiº, aut vnde natus ſit, pleriq; ignorãt: nulli enim ſcriptori cutæ fuit huius locũ oſtẽdere. Ad nos autẽ per auditũ fama quædã peruenit. Quare nõ præreribimus, vt ne etiã huius natalẽ locũ indicemº. In ambiguo quidẽ eſt, an vera dicturi ſimus: tamẽ famã ad nos perlatã ſilẽtio nõ præteribimus. Dicunt enim ipſum fuiſſe Phreboniten Aegypti maritimum, in Alexandria verò inſtitutum eſſe Græcorum literis. Vnde & imitatio Theogoniæ Heſiodi, deorum triginta apud ipſum Heſiodum relatorum. Etipſe fabuloſa gentium poëſi

Heresis 31 Valentinorum.

Valẽtinorum differentię decem.

Ordo tractandorũ dogmatũ.

Diſſentiũt inter ſe amore ſuperbiæ.

Cur patria eius ignoretur

Heſiodi Theogonia.

in mente ſua concepta,& ab his qui cum ipſo & antea ipſum à veritate exciderunt,opinionem adeptus etiam ipſe velut Heſiodus,aliis nominibus in alia tranſmutatis, mundum decipere voluit. Nam & hic triginta deos ac cœlos adducere vult,quorum primum eſt Profundum, velut ipſe mente delyrus dixit: quomodo ſané & opinionis ipſius fundator Heſiodus chaos primum deorum dixit. Cui autem non clarum eſt,chaos & profundum eandem ſignificationem habere? Vide verò mihi circulatoris illius tragicam fabulam, & improbam doctrinam. Triginta enim hic,velut dixi,ſecula adſtruere vult, quæ & deos nominat, quindecim maſculos, & totidem fœminas eſſe dicens. Singula autem ſecula marem & fœminã,& iugum ac par,ipſe & cõplices eius dicunt. Quindecim verò dualitates eſſe aiunt, quas coniugationes appellant,numero autem eſſe ſecula triginta. Vnamquanque verò fœminam gignere ex maſculo ſequẽtia ſecula. Eſſe autem hæc,velut ſubiectum eſt,fœmineo nomine ſemper ad maſculum palàm appoſito. Ampſiu,Auraan. Bucua,Tgarthuu. Vbucua,Thardeadie. Merexa, Atarbarba. Vdua,Ceſtẽ. Vduuac,Eſlam. Amphaim,Eſſumẽ. Vananin,Lamertade. Athameſſumin, Allora. Cubiatha,Thamodan. Saddaria,Oren. Lanaphechudamphech,Emphiboche. Bara,Aſſi. Vchame,Belim. Dexariche,Maſemon. Et ſic quidem compoſiti ſunt,velut iuxta coniugationem maris & fœminæ. In conſequentia verò iuxta ſucceſſionem,ſic: Ampſiu. Auraan. Bucua. Tharthuu. Vbucua, Thardeadie. Merexa. Atarbarba. Vdua. Ceſten. Vduuac, Eſſem. Amphaim. Eſſumen. Vananin. Lamertade. Athameſſumin. Allora. Cubiatha. Thamodam. Saddaria. Oren. Lanaphechudamphech. Emphiboche. Bara. Aſſi. Vchame. Belim. Dexariche. Maſemon. Horum nominum interpretationes hæ ſunt. Profundum & Silentium. Mens & Veritas. Verbum & Vita. Homo & Eccleſia. Paracletus & Fides. Paternus & Spes. Maternus & Charitas. Sempermens & Intelligentia. Voluntas,quæ etiam Lux & Beatitudo. Eccleſiaſticus & Sapientia. Profundꝰ & Miſtio,ſiue, Coitus. Ageratus,id eſt,nõ ſeneſcẽs,& Vnio. Per ſe naturalis & Commixtio. Vnigenitus & Vnitas. Immobilis & Voluptas. Iuxta numerũ verò ſucceſſionis & conſequentiæ,à ſuperinnominato patre,qui & Profundum apud ipſos nominatur, vſque ad hoc quod iuxta nos eſt cœlum,numerus horum triginta ſic ſe habet. Profundum, Silentium, Mens, Veritas, Verbum, Vita, Homo, Eccleſia, Paracletus, Fides, Paternus, Spes, Maternus, Charitas, Sempermẽs, Intelligentia, Voluntas, ſiue Lux, Beatitudo, Eccleſiaſticus, Sapientia, Profundus, Miſtio, Ageratus, Vnio, Per ſe naturalis, Commixtio, Vnigenitus, Vnitas, Immobilis, Voluptas. Atque hæc quidem eſt triginta ſeculorum ab ipſis fabuloſe confictorum tragœdia, & iuxta cgniugationem ſpiritualis videlicet complementi vaniloquium. Quæ ſi quis comparans his quæ apud Heſiodum & Steſichorum,& alios Græcos poëtas ſunt,adponat, inuenerit ſanè ex comparatione quod eadem ſint, & nihil aliud. Et ex hoc cognoſcet,quòd nihil aliud admirandum illi miraculorum hæreſiarchæ myſticè ſe dicere profitentur. Nihil enim aliud quàm confictam Græcorum poëticam fabuloſi gentium erroris ac doctrinæ expreſſerunt, nulla mutatione facta, quàm adulteratæ apud ipſos barbaricæ nominum effictionis. Sic enim dicit & Heſiodus: Primùm omnium fit Chaos,ſic Profundum dicunt: deinde Nox. Erebus, Terra. Aether, Dies. Amor, Metis ſiue conſilium. Mors, Aerumna. Fatum, Nemeſis. Momus, amicitia. Interitus, diſcordia. Senectus, Ate. Deſiderium, obliuio. Somnus, pugna. Voluptas, contumelia. Lætitia, ſplẽdor. Quies, fraus. Iucunditas, Lis. Et hic quidem numerus maſculorum ac fœminarum ſecundum conſequentiã, hoc modo numerum trigeſimum habet. Si verò quis velit inſpicere, quomodo hi fingentes vnum ad aliud coniungunt, is ſic compererit coniuncta ac coniugata inter ſe, prout poëtis viſum fuit. Nam profundum nocti ac ſilentio coniunctum, terram genuiſſe fecerũt. Alij verò cœlum, quod etiam Hyperionem vocauerunt. Idem verò terræ coniunctum, mares ac fœminas genuiſſe dicunt: & eos qui ſequuntur ſimiliter, vſque ad totam ipſorum productionem, velut infinita & delira ipſius profundi nugacitas habet. Inuenias autem ſic coniuncta ac coniugata, & hoc modo componi potẽtia. Chaos, Nox, Erebus, Terra, Aether, Dies, Amor, Metis, Mors, Aerumna, Fatum, Nemeſis, Momus, Amicitia, Interitus, Diſcordia, Senectus, Ate, Deſiderium, Obliuio, Somnus, Pugna, Voluptas, Contumelia, Lætitia, Splendor, Quies, Fraus, Iucunditas, Lis. Si verò quis ipſorum figmento attendat, & cognoſcere velit quomodo à mundanis ac Græcis poëmatis hi attoniti facti ſint, fruſtra velut inſania correpti, excogitãtes quæ non oportet, ad vanum & inutilem laborem, is inuenerit ipſos tanto magis ſeductos. Vnde adhuc altius etiam perſcrutantes, putauerunt ſe ſua propria furioſa mente etiam defectum relictum excõgitaſſe, quem relictum defectum, & omnipotentem, & opificem appellant, & creatorem eſſentiarum. A quo rurſus etiam poſteriorem octonarium poſt ſeptem cœlos dicunt ſecundum primum octonariũ aſſimilatũ creatũ eſſe, cũ ipſe fuerit in octonario, & ſeptem cœlos poſt ſeipſum fecerit. Et velut defectui relicto impermixtũ quoddã & non effœminatũ ſeculũ cõiungere volũt, quod ad cõplementũ hic venerit, & ad inquiſitionem animæ, quæ ex ſupernis à materna ſapientia venit. Iam verò & Achamoth nomen exprimentes cõfingũt, quẽ etiã Saluatorẽ vocant, & terminũ, & crucem, & finitorem, & traductorẽ, & Ieſum qui per Mariã velut per canalem pertrãſiuit. Eſſe autem ipſum lucẽ à ſuperno Chriſto; & ob id patronymicè ac denominatiuè vocari lucẽ, propter ſupernam lucem: & Chriſtum, propter ſupernum CHRISTVM: & verbum, propter ſupernum verbum: & mentem ſimiliter Saluatorem dicit. Semper verò tranſgredi ſuum patrem, illum opificem. Simul autem ſecũ ſurſum ferre obedientes ipſi ad ſupernas complementi coniugationes. Et ô horũ nugacitatem & tantam vanitatem. Apponam autem, uelut antea dixi, etiam velut ipſi cõiugarunt poëticis & gentilib. fabulamentis ſuam ipſorum nugacitatem. Poſt tricenarium autem numerum, vnum nomen medium & non effœminatum, & poſt ipſum rurſus ſecundum coniugationem octonarium, inuentum ab opifice, qui rurſus ſic componi poteſt, & ſunt nomina hæc. primꝰ Exepaphos. Porphyrio, Clotho. Rhyacus, Lacheſis. Epiphaõ, Atropos, Hyperion, Aſterope. Et hæc quidem horum poëtarum ſcena eſt, habẽs & alias multas nomen claturas

deorum

Vnde pluralitatem deorum poſuit.

Triginta ſecula Valentini.

Fictio prodigioſa.

Triginta ſecula Heſiodi.

Hyperion quid ſit.

Coniugationes fabuloſæ.

Furioſa mentis excogitatio.

Achamot.

deorum apud ipſos nominatorum,maſculorum ac fœmininorũ, aliter atque aliter apud quoſdam appellatorum,qui etiam trecentorum ſexagintaquinque numerum efficere poſſunt,& amplius, in occaſionem ac pretextum aliarum ſectarum,quæ rurſus hoc tragicum argumentũ ſomniantes aggreſſi ſunt ac inſtituerunt.Nam poſt prædicta nomina,Heſiodus & Orpheus ac Sreſichorus genitum eſſe dicunt Cœlum & Tartarum,Saturnum & Rheam,Iouem & Iunonem,& Apollinem, Neptunumque ac Plutonem,& innumeros deinceps qui apud ipſos nominantur. Multus enim eſt horum fraudulentus ex
A ſuſpicione error,qui vbi nominum vanitatem concepit ac excogitauit,multas fabulas confinxit.Et hic eſt qui mentem illorum deceptorum ſeducere videtur. Ridicula verò ſtatim omnibus comperiuntur hæc,qui ſecundum Deum illuminatam mentem habent. Porrò præteritis his, rurſus ex ipſorum libris, ad verbũ, & iuxta dictionis ſeriẽ,lectionis inquã ac libri ipſorũ,hic appoſitionẽ faciã,&ſunt hæc.Apud prudentes, apud animales,apud carnales,apud mundanos,Mens magnitudine inabolibilis,inabolibilibus ſalutem.Innominatorum ego &arcanorum ac ſupercœleſtium mentionem apud vos faciam,quę neque à principatibus,neque à poteſtatibus, neque à ſubditis, neque ab omnibus intelligi poſſunt, verùm ſoli immutabilis intellectui manifeſta ſunt. Neque enim ab initio ipſe per ſe pater in ſeipſo complectebatur omnia,in ſeipſo in innoticia,quem quidam ſeculum ageraton,id eſt,non ſeneſcens appellant,ſemper iuuenem,maſculum ac fœminam.Qui ſemper complectitur omnia,& non in aliquo continetur.Tunc intelligentia in ipſo voluit illam quam aliqui ,Notionemſiue Intelligentiam dixerunt, alij Gratiam , propriè , propterea quòd ipſa ſuppeditauit theſauros magnitudinis his qui ſunt ex magnitudine. Qui autem vera dixerunt , Silentium appellauerunt : quia per cogitationem , citra ſermonem , omnia ipſa magnitudo perfecit . Sicut igitur antea dixi , Incorrupta æternitas volens vincula rumpere , magnitudinem effœminauit,ob appetentiam quietis ipſius.Et hæc ipſi mixta edidit patrem veritatis,quem propriè perfecti Mentem nominauerunt, quoniam exemplar prius exiſtentis ingeniti erat.Poſtea verò Silentium naturalem vnitatem lucis protulit cum Mente.Erat autem ipſorum conuentio,ipſum velle:& edit veritatem.Veritas autem à perfectis propriè nominata eſt,quia ve-
B rè ſimilis erat matri ſuæ Silentio,ipſo Silentio hoc volente à diuiſionib.lucis,tum maſculi tum fœminę, æquale eſſe,quo perſeipſas,& hæc in ipſis manifeſtaretur,his qui ex ipſa ſunt,in ipſa inſenſibilia lumina diuiſa.Poſtea Veritas maternam proferens laſciuiam,effœminauit patrem ſuum in ſeipſam, & coiuerunt ſibiipſis incorruptibili mixtione,&non ſeneſcente commixtione,& edit quaternarium ſpiritualem maſculum & fœminam,exemplar prius exiſtentis quaternarij,qui erat,Profundum,Silentium,Pater,Veritas.Hic autem quaternarius ex Patre & Veritate,eſt Homo,Eccleſia,Verbum,Vita.Tunc com plectẽtis omnia profundi voluntate,Homo & Eccleſia paternorũ recordati verborum,coiuerunt inter ſe,& edit hæc duodenarium laſciuorũ,maſculum & fœminam.Maſculi itaq; ſunt,Paracletus,Paternº, Mrternus,Sempermens,Volũtas,id eſt lux:Eccleſiaſticæ fœminæ verò, Fides, Spes , Charitas, Intelligentia,Beatitudo,Sapientia,Poſtea verò Verbum & Vita,etiam ipſi laudis donum effingentes,inter ſe cõmunicauerunt.Erat autem ipſorum communicatio ipſa Voluntas,& congreſſi ediderunt Denarium laſciuorum etiam ipſorum,maſculorum ac fœminarum.Ex quibus mares ſunt, Profundus, Ageratus, Per ſe naturalis,Vnigenitus,Immobilis.Hi cognominationem in gloriam omnia complectentis fecerunt.Fœminæ verò,Miſtio,Vnio,Commixtio,Vnitas,Voluptas.Et hæc cognominationem in gloriam ſilentij aſciuerunt.Perfecto igitur per patrem veritatis tricenario numero,quem ignorantes terreni numerant,& cùm venerint ad ipſum,non amplius numerum inuenientes,ad circulum reuertũtur, rurſus ipſum numerantes:eſt autem hic, Profundum,Silentium,Pater,Veritas,Homo,Eccleſia,Verbum,Vi-
C ta,Paternus,Maternus,Paracletus,Sempermens,Voluntas,Eccleſiaſticus,Fides,Spes,Charitas,Intelligentia,Beatitudo,Sapientia,Profundus,Ageratus,Per ſe naturalis,Vnigenitus,Immobilis,Miſtio,Vnio,Commixtio,Vnitas,Voluptas:tunc is qui omnia complectitur,inſuperabili prudẽtia docuit vocari alterum octonariũ,pro eó qui prius erat principalis octonarius,qui in tricenarij numero manet:non enim erat magnitudinis prudentia,in numerum cadere:& cõſtituit pro maſculis maſculos, Vnũ, Tertium, Quintũ,Septimum:& fœminas,Binarium, Quaternariũ,Senarium,Octonariũ.Hic igitur Octonarius eſt,qui vocatus eſt pro eo qui prius erat octonario,profundo,patre,homine,verbo & ſilẽtio,veritate,eccleſia, vita : qui vnitus eſt luminibus , & factus eſt tricenarius abſolutus , & prior ille octonarius quietus:quando profundum egreſſum eſt per magnitudinis fulcimentum vniri cũ tricenario,hic tricenarius erat.Nam reuera Pater veritatis conuenit cum Eccleſia,& Maternus habuit vitam,& paracletus vnitatem,& vnitas vniebatur patri veritatis,& pater veritatis erat cũ Silentio . Verbum verò ſpirituale cõmunicabat ſpiritui miſtione & incorruptibili cõmixtione,faciens finẽ ipſi⁹ per ſe matris,indiuiſibilẽ ſuam requiem.Tricenarius igitur abſoluens profunda myſteria,penitus nuptiarum exors,in incorruptibilibus viros incorruptibiles edidit,qui ſanè Vnitatis filii nominati ſunt,& delineari nequeuntes.Erant itaq; ferè extra prudentiam,quieſcentes ſine intelligentia.Nam quod quis facit,ſi non de eo vniuerſa-
D liter cogitat,non facit.Tunc ſanè geniti ſunt viri,quorũ multitudinẽ ad numerum effari neceſſe nõ eſt: cogitare verò facile eſt.vnuſquiſq; enim proprium nomen ſortitus eſt,propter arcanorũ myſteriorũ cognitionem.Silentium igitur volens omnes ad electionem cognitionis impellere,cõmiſcuit ſe ſecundo oppoſito octonario miſtione incorruptibili,voluntate autẽ intellectuali.Erat autẽ intellectualis ipſius volũtas,Spiritus ſanctus,qui in medio eſt ſanctarũ Eccleſiarum. Hoc itaq; ad ſecundũ octonarium demiſſo,perſuaſit etiã ipſum cũ ipſa vniri.Nuptiæ igitur perficiebãtur in octonarii partib . ita vt vniretur ſanctus Spiritus vni,& binarius tertio,& tertius ſenario,& octonarius ſeptimo,& ſeptimus binario,& ſenarius quinto.Torus autẽ octonarius cõuenit cũ voluptate non ſeneſcẽte, & incorruptibili miſtione. Nõ enim erat ſeparatio inter ipſos,verũ cõmixtio erat cum voluptate irreprehẽſibili:& edidit Quina-

Deorum maſculorum & fœmininorũ numerus.

Valentini epiſtola.

Ageratõ deus.

Aeternitas omnia produxit.

Quaternarii virtus conſtituenda.

Silentii gloria.

Octonarius alius pro principali conſtitutus.

Fabulæ de communicatione diuinitatis inter perſonas diuinas.

Tricenarii virginea virtº.

Nuptiarũ completio in octonario.

rium laſciuorum,nõ effœminatorum,quorũ nomina hæc ſunt:Fructuarius,Finitor,Munerator, Emeritus,Traductor.Hi Medietatis filij appellati ſunt.Atq; hæc quidem ex parte librorũ ipſius appoſita,hucuſq; à me dicta ſint.Fecit autem hic prædicationem in Aegypto.vnde ſanè velut reliquię viperæ oſſiũ, adhuc in Aegypto ſementis ipſius reſtat,in Atrabite,& Proſopite,& Arſenoite,& Thebaide, & inferioribus partibus regionis maritimæ,& Alexandriopolitæ præfectura.Sed & Romæ reuerſus prædicauit.Verùm ad Cyprum progreſſus,velut naufragium natuta corporaliter paſſus,à fide defecit,& mente motus eſt.Antea enim pietatis ac rectæ fidei partem in prædictis locis habere putabatur. Verùm in Cypro deinceps ad extremam impietatem deuenit,& ſeipſum in ea quã prædicabat improbitate peni tus immerſit.Dicit autẽ ipſe,& ſodales eius, Dominum noſtrũ Ieſum Chriſtum,uelut dixi,& Saluatorem,& Chriſtum,& Verbũ,& crucem,& traductorem,& finitorem,& terminũ.Ex ſupernis verò corpus delatum eſſe aſſerunt,& velut aquam per canalẽ,per Mariam virginem penetraſſe:nihil verò à virgineo vtero accepiſſe,ſed ex ſupernis corpus habere,velut dixi.Non eſſe autem ipſum primum verbũ, neq; CHRISTVM poſt verbum,eum ſcilicet qui ſuperné eſt in ſupernis ſeculis.Verùm hunc aſſerunt datum eſſe ob nihil aliud,niſi ſolum vt veniret & ſaluaret genus,quod ex ſupernis eſt ſpirituale. Cæterùm mortuorum reſurrectionem negant,fabuloſum quiddam ac nugatorium dicẽtes:Non hoc corpus reſurgere,ſed aliud quidem ex ipſo,quod ſanè ſpirituale vocant,uerùm illorũ ſolùm qui apud ipſos ſpirituales atq; animales appellantur,ſi ſanè animales iuſtè vixerint.At materiales & carnales & terrenos vocatos penitus perire,& omnino non ſaluari:ſecedere verò vnamquamq; eſſentiam ad proprios ſuos productores,ita vt materialis materiæ tradatur,carnalis & terrena terræ.Tres enim hominum ordines eſſe dicunt,ſpiritualium,animalium,carnalium.Ordinem autem ſpiritualẽ ſeipſos dicũt,quemadmodum etiam Gnoſticos, & neque labore opus habentes aliquo, quàm ſola cognitione & arcanis myſteriorum ſuorum verbis.Quiſque verò ipſorum quodcunque voluerit,intrepidè facit,& nullius rei curioſus eſt.Omnino enim ſaluari ſuum ordinem dicunt,vt qui ſpiritualis exiſtat.Alterum verò ordinem hominum in mundo,quem Animalem vocant, à ſeipſo ſaluari non poſſe, niſi labore & iuſta operatione ſeipſum ſaluauerit.Materialem autem hominum ordinem in vita,cognitionẽ capere non poſſe aſſerũt neq; ſuſcipere hanc,etiamſi velitis qui ex hoc ordine procedit,verùm ſimul cum anima & corpore perire.Suum verò ordinem ſpiritualem ſaluari cum corpore,quod aliud quoddam interius eſt,& ipſi corpus ſpirituale imaginantes vocant.At animales fatigatos laboribus & opificẽ tranſgreſſos,ſurſum dari angelis qui cum CHRISTO ſunt,nihil corporum ferentes,ſed ſolũ animas in perfectione cognitionis ipſorum repertas,& has opificem tranſgreſſas,dari angelis qui ſunt cum CHRISTO, in nymphas ac ſponſas.Talis eſt ipſorum tragœdia,habẽs etiam pluta his.ego verò ſolum ea quæ natura neceſſaria duxi,vt in propatulum venirent,recenſui,prout cognitio ad nos deuenit,vnde originem traxit, & quibus temporibus vixit,& à quibus occaſiones accepit,& quæ ſit ipſius doctrina, ſimúlque cum quibus hoc malum in vitam exortum eſt,ex parte doctrinæ ipſius oſtendi.Reliquam verò ipſius nugacitatem non volui à meipſo componere,quum reperierim apud ſanctiſſimum Irenæum,priſcum illum,opus contra ipſum conſcriptum.Cùm itaque hactenus pauca hæc recenſuerim,quæ deinceps ſequuntur,ex prædicto viro ſeruo Dei,Irenæo inquam,integrè apponam.habent autem ſic: Quidam emiſſi ad veritatem, introducunt ſermones falſos,& genealogias vanas,quæ ſanè quæſtiones magis exhibent,velut Apoſtolus dicit,quàm ædificationem Dei in fide:& per improbè collectam vim perſuadendi,mentem imperitiorum ſeducunt,ipſoſque captiuos ducunt,malicioſè tractantes eloquia Domini,praui expoſitores probè dictorum fientes:& multos ſubuertunt,abducentes ipſos prætextu cognitionis,ab eo qui vniuerſa creauit ac ornauit:velut qui altius quid ac maius habeant quod oſtendant Deo, qui cœlum & terrã & omnia quæ in ipſis ſunt fecit,probabiliter quidem inducentes per verborum artificium ſimplices ad quærendi modum.Verùm improbè perdentes ipſos,in eo quòd maledicam & impiam ipſorum mentem efficiunt erga opificem, & in eo quòd non diiudicare poſſunt mendacium à veritate. Nam error per ſeipſum non oſtenditur,vt ne denudatus deprehendatur:ſed amiculo ſplendido callidè ornatus,vt etiam ipſa veritate veriorem ſeipſum exhibere videatur imperitioribus,per externam apparentiã,quem admodum à quodam præſtantiore nobis dictum eſt de talibus,quòd precioſum lapidem ſmaragdum & magnæ æſtimationis apud quoſdam,vitrum contumelia afficit per artem illi aſſimilatum,vbi nõ affuerit qui probare poteſt.Quum verò ammixtum fuerit æs ad argentum,quis poterit facile hoc integrè probare?Quo igitur non per noſtram culpam corripiantur aliqui,velut oues à lupis,nõ noſcentes ipſos propter externas ouillæ pellis inſidias:quos cauere Dominus ipſe nobis præcepit,ſimilia quidẽ loquentes,diſsimilia verò ſentientes:neceſſarium arbitratus ſum,vbi incidiſſem in libros ac cõmentarios Valẽtini,velut ipſi dicunt,diſcipulorũ,& vbi cum aliquibus ipſorum cõflictatus ſum, & opinionẽ ipſorũ deprehẽdi ac proſtraui,vt ſignificarẽ tibi ô chariſsime mõſtroſa & profunda myſteria,quæ non omnes capiunt,quoniã non omnes cerebrum exſpuerunt:quo & tu ea doctus,omnib.qui tẽcum ſunt,ipſa manifeſta facias,ipſoſq; admoneas vt dementiæ & in CHRISTVM blaſphemiæ profunditatẽ vitent. Et ſanè prout vires noſtræ tulerint,opinionẽ eorũ qui nunc falſa docent,de Ptolemæo loquor, qui floſculus eſt ſcholę Valẽtini,breuiter & clarè recẽſebimus & occaſiones dabimus pro noſtra mediocritate ad illã ſubuertendã,aliena eſſe & inconuenientia veritati,ea quæ ab ipſis dicũtur oſtẽſuri:etiam ſi alias ad ſcribendũ non ſimus aſſueti,neq; in arte dicendi exercitati,ſed ipſa dilectio nos impellat ad ſignificandũ tibi,& omnibus qui tecum ſunt,ea quæ hactenus fuerunt occulta,nunc verò per gratiam Dei in apertum venerunt dogmata. Nihil enim eſt occultum quod non reuelabitur, & nihil abſconditum quod non cognoſcetur.Nec verò requires à nobis qui inter Celtas verſamur,& circa barbarã linguam vt plurimum occupati ſumus,artem dicendi,quam nõ didicimus,neq; facultatẽ ſcriptoris,in qua exercitati non

Diſperſa dogmata hæreſum in Aegypto.

Leuis mutatio.

Prima hæreſis eius.

Negant reſurrectionem in proprio corpore.

Hominũ ordines tres.

Singulorum ordinũ explicationes.

Irenæi locus tranſcriptus.

Vnde error non dignoſcatur.

Aes argẽto permixtum egrè probatur.

A

B

C

D

non ſumus: neque fucum verborum, neque vim perſuadendi, quam nō nouimus: ſed ſimpliciter & verè ac vulgari more tibi ex amore ſcripta, tu amāter ſuſcipies, & ipſe apud teipſum ea augebis, vt potè qui potentior nobis exiſtis, & hæc velut ſemina ac principia à nobis accipis, & in mentis tuæ amplitudine ad maiorem fructum producendum multiplicabis ea, quæ paucis à nobis ſunt relata: & potenter declarabis his qui tecum ſunt, ea quæ debiliter à nobis ſunt prolata. Et ſicut nobis ſtudiū fuit, cum tu iam olim ipſorū opinionē cognoſcere cupiueris, vt nō ſolū tibi ipſam manifeſtā facerem⁹, ſed etiā inſtructionem daremus, quo ipſam falſam oſtenderemus: ſic etiam tu liberaliter aliis inſeruies, iuxta gratiā tibi à Domino datā, ad hoc vt non amplius diſtrahantur homines ab ipſorū perſuaſionib quæ tales ſunt. Dicunt enim in inuiſibilibus ac innominatis altitudinibus, quoddam eſſe ſeculum perfectum præexiſtēs. Hoc verò etiam primum patrem, & Profundum appellant. Eſſe autem ipſum incomprehenſibile & inuiſibile, ſempiternúmque ac ingenitum, & in quiete ac requie multa per infinita temporum ſecula fuiſſe. Cum ipſo autem eſſe & Intelligentiam, quam ſanè etiam Gratiam & Silentiū nominant & cogitaſſe aliquando hoc Profundū, à ſeipſo omniū rerum principium producere ac emittere: & hanc emiſſionē quam emittere cogitauit, etiam velut ſemen depoſuiſſe, & hoc velut in vtero, in eo quod cum ipſo eſt Silentio. Hoc verò ſuſcepto ſemine eo, prægnans factum eſſe, & peperiſſe Mentem, ſimilem & æqualē ei qui emiſit ipſam, & quæ ſola capiat magnitudinem patris. At Mentem hanc etiā vnigenitum vocāt, & patrem & principium omnium. Simul autem emiſſam eſſe cum ipſa vetitatem. & eſſe hunc primum & ab initio productum Pythagoricū quaternarium, quem etiam vniuerſorū radicem vocant. Eſt enim Profundū & Silentiū, poſtea Mens & Veritas: ſenſiſſeq; hunc vnigenitum propter quæ emiſſus eſſet, & emiſiſſe etiam ipſum Verbum & Vitam, patrem omnium poſt ipſum futurorum, & principiū & formationem totius complementi. Ex Verbo verò & vita emiſſum eſſe per cōiugationem, hominem & Eccleſiam. & eſſe hunc primarium octonarium, radicem ac ſubſtantiam omnium, quatuor nominibus apud ipſos appellatum, profundi & mentis, & verbi & hominis. Eſſe enim vnumquemq; ipſorum maſculū & fœminam, hoc modo prmùm quidem, Primū patrē vnitum eſſe per coniugationem ſuæ intelligentiæ. Vnigenitum verò, hoc eſt Mentem, veritati. Verbum autem, vitæ: & hominem Eccleſiæ. Hæc verò ſecula in gloriam patris producta, voluiſſe & ipſa de ſuo glorificare patrem, & emiſiſſe emiſsiones in coniugatione, Verbum quidē & vitam poſt emiſſum hominē & Eccleſiam: alia decē ſecula emiſiſſe, quorū nomina hæc dicunt, Profundus & Miſtio, Agetatus & Vnio, Per ſe naturalis & Voluptas, Immobilis & Cōmixtio, Vnigenitus & Felicitas. Hæc ſunt decem ſecula, quæ item ex Verbo & Vita emiſſa eſſe aſſerunt. Hominem verò etiā emiſiſſe cum Eccleſia ſecula duodecim, quibus hæc nomina tribuunt: Paracletus & fides, paternus & ſpes, maternus & charitas, ſempermens & intelligentia, Eccleſiaſticus & beatitudo, Voluntas & ſapientia. Hæc ſunt triginta erroris ipſorum ſecula, quæ ſilentio occultantur, & nō cognoſcuntur. Hoc inuiſibile & ſpirituale eſt ſecundū ipſos complementum trifariam diuiſum, in octonarium, & denarium, & duodenarium. Et propterea dicunt Saluatorem (neque enim Dominum appellare volunt) triginta annis nihil in aperto feciſſe, oſtendentē horum ſeculorū myſteriū. Sed & in parabola operariorum invineam miſſorum, triginta hæc ſecula manifeſtiſsimè indicata eſſe aſſerunt. Mittūtur enim alij circa primā horam, alij circa tertiā, alii circa ſextam, alii circa nonam, alii circa vndecimā. Dū enim relatæ horæ inter ſe componuntur, tricenarium numerum explent. Vna enim, & tres & ſex & nouem & vndecim, triginta ſunt. per horas autē ſecula indicata eſſe volūt, & hæc eſſe magna & admirāda ac arcana myſteria, quæ colligunt ipſi: & ſicubi quid ex his quæ in ſcripturis dicuntur, ſuo figmento adaptare ac aſsimilare poſſunt. Itaq; primum Patrem à ſolo eo cognoſci dicunt qui ex ipſo natus eſt, vnigenito videlicet, hoc eſt Mente: reliquis verò omnibus inuiſibilem ac incomprehenſibilem eſſe. Mens autem ſola, ex ipſorum ſententia, delectabatur conſpectu patris, & magnitudinis immenſæ ipſius cōſideratione gaudebat, & reliquis quoq; ſeculis magnitudinem patris communicare meditabatur, qualis & quantus eſſet, & quòd ſine principio ac incomprehēſibilis eſſet, & quòd oculis percipi non poſſet. Detinebat autē ipſum Silentiū ex voluntate Patris, propterea quòd vellet omnia ipſa ad notionem & deſiderium inquiſitionis prædicti primi patris ſui perducere. Et reliqua quidē ſecula ſimiliter tacitè quodā modo deſiderabant productorem ſeminis ſui videre, & radicem principio carentem cognoſcere. plurimum vero præ aliis impellebatur poſtremum & nouiſsimum duodenarii ab homine & Eccleſia producti ſeculum, hoc eſt ipſa ſapientia: & pertulit affectum citra complexum coniugis ſui, ipſius voluntatis, Qui affectus initium quidem habuit in mente & veritate, irruit autem in hoc ſeculum peruerſum per prætextum quidem dilectionis, per culpam verò temeritatis. propterea quòd non cum patre perfecto ſocietatem habuiſſet, velut mens ipſa. Affectum autem eſſe inquiſitionem patris. Volebat enim (velut dicunt) magnitudinem ipſius comprehendere. Deinde cum non poſſet, propterea quod rem impoſsibilem aggrederetur, in valde magna anguſtia fuiſſe, tum propter profunditatis magnitudinē, tum quod imperſcrutabilis eſt pater. Itémque ob amorem erga ipſum qui ſemper vlterius præ dulcedine ipſius extendebat ita vt poſtremum conſumpta fuiſſet, & in vniuerſam eſſentiam reſoluta, niſi in fulcientem, & (extra inenarrabilem magnitudinem) vniuerſa conſeruantem potentiam incidiſſet. Hanc autem potentiam etiam terminum vocant: à qua conſeruatum ac fulcitum eſſe hoc ſeculum dicunt, ita vt vix redierit ad ſeipſum, & patrem incomprehenſibilem eſſe crediderit, & priorem cogitationem depoſuerit, cum affectu qui ex perturbata illa admiratione ſucceſſerat. Quidam verò ex ipſis, ad affectum ſapientiæ & conuerſionem, fabulantur ipſam impoſsibilem & incomprehenſibilem rem aggreſſam, peperiſſe eſſentiam informem, qualem natura fœminea parere poterat, quam vbi conſideraſſet, primùm quidem contriſtatam eſſe, propter partus imperfectionem: deinde timuiſſe, quum neque ipſum eſſe perfectè haberet: poſtea mente motam eſſe ac deſperaſſe,

Fantaſticum ſeculū quale.

Pythagoricus quaternari⁹.

Decem ſeculorum emiſsiones.

Triginta ſecula Valētini, per Chriſtum approbata.

Horarum parabolæ Chriſti cō poſitiōes.

Mentis ex contēplatione patris delectatio.

Vnde ſit affectus.

Termin⁹ quæ ſit potentia.

Eſſentiæ efformis productio

quærentem cauſam,& quomodo abſconderet id quod factum eſſet. Dum verò ſic in affectib. verſaretur accepiſſe cõuerſionem,& ad patrẽ decurrere tẽtaſſe,& aliquatenus hoc auſam virib. defeciſſe,& ſupplicem patris factam eſſe. Cum ipſa verò etiam reliqua ſecula rogaſſe,& præſertim mentẽ ipſam. Hinc dicunt primum initium habuiſſe eſſentiam ignorantię,& triſticiæ,& timoris & admirationis. At pater prædictum terminum ob hæc per vnigenitum emittit in imagine propria inconiugatum, ineffœminatum. Illum enim aliquando cum coniuge Silentio, aliquando & ſuper maſculum & ſuper fœminã eſſe volunt. Hunc verò terminũ, etiam crucẽ,& redemptorem,& fructuarium,& finitorem & traductorem vocant. Verùm per hunc terminum dicunt mundatam eſſe ac cõfirmatam ſapientiam,& reſtitutã coniugio. Separata enim cogitatione ab ipſa vnà cum accedente affectu, ipſam quidem intra complementũ A eſſe, cogitationem verò ipſius vna cum affectu ſeparatam ac ablatam eſſe,& extra complemẽtum emotam, eſſe quidem ſpiritualem eſſentiam, quæ naturalis quædam cõcitatio exiſtit: informem verò & ſine ſpecie, propterea quòd nihil comprehendit,& ideo fructum debilem & fœminam ipſum dicunt. Poſtquam autem ſeparata fuit hæc extra complementum ſeculorum, matérque ipſius reſtituta eſt proprio coniugio, vnigenitum rurſus aliam cõiugationem emiſiſſe, iuxta prouidentiã Patris, vt ne quod ſeculũ ſimiliter vt illud afficeretur, CHRISTVM & Spiritum ſanctum, ad confirmationẽ ac fulcimentũ compleméti, à quib. abſoluta eſſe ſecula, CHRISTVM enim docuiſſe ipſa, coniugij naturam, ingeniti comprehenſionem cognoſcentia, idonea eſſe ad declarandum inter ipſa Patris agnitionem. Et quòd neque capi neq; comprehendi poteſt,& quòd neq; videre neq; audire ipſum datur, ſed per ſolũ vnigenitũ cognoſcitur. & cauſam quidem æternæ perpetuitatis ipſius Patris reliquis omnino incomprehenſibilem eſſe. Verùm generationis ipſius ac formationis comprehenſibilem eſſe, per quam ſanè æqualis eſt. Et hæc quidem iam emiſſus CHRISTVS inter ipſos operatus eſt. At verò Spiritus ſanctus adæquata ipſa omnia gratias agere docuit,& veram requiem induxit. Et ſic forma ac ſententia omnia ſecula æqualia cõſtituta eſſe dicunt, ita vt omnia maſculini ſexus, Mentes & verba,& homines, & Chriſti euaſerint: & omnia fœminini ſexus ſimiliter, Veritates,& Vitæ, & Spiritus, & Eccleſiæ. Confirmata verò in hoc omnia,& perfectè quieta facta, cum magno gaudio primum patrem hymnis celebraſſe dicunt,& ipſum multæ læticiæ participem. & pro hac beneficentia, vna voluntate ac ſentẽtia totum ſeculorum complementum, conſentiente Chriſto & Spiritu,& approbante ipſorum patre, vnumquodque ſeculum quod B pulchertimum atque florentiſſimum in ſeipſo habebat comportaſſe,& collationem feciſſe: atque his concinnè complicatis,& diligenter vnitis, emiſiſſe problemata, ac emiſſiones in honorem ac gloriam Profundi, perfectiſſimum decorem & ſidus complementi perfectum fructum IESVM, quem & Saluatorẽ appellatum eſſe,& CHRISTVM & Verbum, patronymicè ac denominatiuè,& ſecũdum omnia, propterea quòd ab omnibus eſſet: ſatellitéſque ipſorum in honorem eorundem eiuſdem generis angelos ſimul productos eſſe. Hæc quidem igitur eſt tractatio, quæ intra complementum ab ipſis dicitur & affecti ſeculi ac ferè perditi velut in materia propter inquiſitionem patris calamitas: & Termini, ac crucis,& redemptoris,& fructuarij,& finitoris,& traductoris, ſexangula compago: & primi CHRISTI cũ Spiritu ſancto ex pœnitentia à patre ipſorum poſterior ſeculis generatio: & ſecundi CHRISTI, quem etiam Saluatorem dicunt, ex collatione compoſita conſtitutio. Hæc autem manifeſtè quidem dicta non eſſe; eo quòd non omnes capiant cognitionem: per myſteria verò à Saluatore indicata eſſe in parabolis his qui intelligere poſſunt, hoc modo: Triginta quidem ſecula ſignificata eſſe per triginta annos, velut antea diximus, in quibus nihil in aperto Saluatorem feciſſe dicunt: & per parabolam operariorum vineæ. Et Paulum manifeſtiſſimè dicunt ſæpe nominare ſecula. Inſuperque etiam ordinem ipſorum ſeruaſſe, dum dixit: In omnes generationes ſeculorum ſeculi. Sed & nos dum in gratiarum actionibus dici C mus: In ſecula ſeculorum, illa ipſa ſecula ſignificare. Et vbicunq; ſeculũ aut ſecula nominantur, relationem ad illa eſſe volunt. At duodenarij ſeculorũ emiſſionem, ſignificari per hoc quòd Dominus duodecim annorum exiſtens, diſputauerit cum doctoribus legis: & per Apoſtolorum electionem (duodecim enim ſunt Apoſtoli) & reliqua decẽ & octo ſecula manifeſtari, per hoc quod dicunt: Poſt reſurrectionẽ ex mortuis, decem & octo menſibus ipſum cum diſcipulis conuerſatum eſſe. Sed & per primas nominis ipſius grecè ſcripti literas, per Iota videlicet & Ita, octodecim ſecula ſignatè prout Græci numerant ſignificari. Similiter verò & decem ſecula per literam Iota, quæ in nomine ipſius prima eſt, ſignificari dicunt. & propterea dixiſſe Saluatorem, Iota vnum aut vnus apex non præteribit, donec omnia fiant. Cæterùm affectum qui circa duodecimum ſeculum contigit, ſignificari dicunt per defectionem Iudæ, qui duodecimus erat Apoſtolorũ. Et quòd duodecimo menſe paſſus eſt. Vno enim anno volunt ipſum poſt baptiſmum ſuum prædicaſſe. Inſuper verò & in ea quæ ſanguinis fluxum patiebatur, manifeſtiſſimè hoc indicari. Nam vbi duodecim annos ipſa paſſa fuiſſet, per Saluatoris præſentiam curatam eſſe, vbi tetigiſſet fimbriam veſtimẽti ipſius. & propterea dixiſſe Saluatorem: Quis me tetigit? vt doceret diſcipulos, myſterium in ſeculis factum, & affecti ſeculi ſanationem. Quæ enim duodecim annis paſſa eſt, illa virtus eſt, dum extendebatur,& in infinitũ flueret eſſentia ipſius, velut dicunt: & niſi attigiſſet eſſentiã ſuã. Sed ceſſauit,& ſedatus eſt affectus. Nam egreſſa virtus huius (eſſe autẽ hanc Terminũ volũt) curauit ipſam,& affectus ab ipſa receſſit. At verò Saluatorem ex omnibus exiſtentẽ Omne eſſe, per D hoc dictum oſtendi dicunt: Omne maſculinum aperiens vuluam. Nam hic quum Omne eſſet, aperuit vuluam cogitationis affecti ſeculi, quæ extra complementum emota eſt: quam ſanè etiam ſecundum Octonarium vocant, de quo Paulo pòſt dicemus. Et à Paulo palàm ob hoc dictum eſſe aſſerunt: Et ipſe eſt omnia. Et rurſus: Omnia in ipſum,& ex ipſo omnia. Et rurſus: In ipſo habitat omne complementum deitatis, Sed & omnia inſtaurata eſſe in CRISTO per Deum, ita dictum eſſe interpretantur,&

Chriſti duo Valentino.

Scriptura qua nititur Valentinus.

Tempus conuerſationis chriſti cum diſcipulis.

Iota, & Ita literæ quid græcis ſignificent.

Veritas primi quaternarii.

Ex omnibus exiſtit Chriſtus.

Quomodo omnia reſtaurata ſunt in Chriſto.

tur,& ſi qua alia huiuſmodi ſunt. Poſtea verò de Termino ſuo,quem pluribus nominibus appellant, duas ipſum habere actiones pronunciant,Confirmatiuam & Separatiuam,ſiue diuiſiuam. Et quatenus quidem firmat ac fulcit,Crucem eſſe: quatenus verò diuidit ac diſtinguit,Terminum. Et Saluatorem quidem ſic dicunt actiones ſuas indicaſſe, & primum Confirmatiuam in eo quod dicit: Qui non portat crucem ſuam,& ſequitur me,diſcipulus meus eſſe non poteſt. Et rurſus: Tollens crucem ſuam,& ſequitur me. Diuiſiuam verò in eo quod dicit: Non veni mittere pacem,ſed gladium. Sed & Ioannem hoc ipſum ſignificaſſe dicunt,dum dixit: Ventilabrum in manu eius,& purgabit aream, & colliget frumentum in horreum ſuum,paleas verò comburet igni inextinguibili: & per hoc actionē termini indicaſſe. Ventilabrum enim crucem eſſe interpretantur, quæ conſumat materialia omnia, velut ignis paleas: purgat autem eos qui ſaluantur,velut ventilabrum frumentum. Paulum verò apoſtolum etiam ipſum huius crucis mentionem feciſſe dicunt,hoc modo: Verbum enim crucis his quidem qui pereunt ſtultitia eſt,nobis verò qui ſaluamur,virtus Dei. Et rurſus: Mihi autem ne contingat in aliqua re gloriari,niſi in cruce Chriſti,per quem mihi mundus crucifixus eſt,& ego mundo. Talia equidem de complemento ſuo & figmento omnes dicunt,adaptare enitentes ea quę rectè dicta ſunt, his quæ malè ab ipſis excogitata ſunt. Et non ſolùm ex Euangelicis & Apoſtolicis ſcriptis demonſtrationes facere conantur,peruertentes interpretationes, & malitioſè adulterantes expoſitiones: ſed etiam ex lege & prophetis,nimirum quum multæ parabolę ac allegoriæ in ipſis relatæ ſint,& ipſarum ambiguitas ad multa per expoſitionem trahi poſſit,callidè ad figmentum ſuum ac doloſè adaptantes captiuos abducunt à veritate eos qui non firmam fidem in vnum Deum patrem omnipotentem, & & in vnum Dominum Ieſum Chriſtum filium Dei conſeruant. Cæterùm quæ extra complementum ab ipſis dicuntur,talia ſunt: Cognitionem ſupernæ ſapientiæ,quam etiam Achamoth vocant, emotam è complemento vna compaſſione & affectu,dicunt in vmbris & tectis locis efferbuiſſe per neceſſitatem. Extra lucem enim & complemetum edita eſt,informis & ſine ſpecie,velut abortus,eò quòd nihil comprehendit: miſertumque eius eſſe CHRISTVM,& per crucem propria virtute extentum formaſſe,formatione ſecundum eſſentiam ſolùm,non etiam ſecundum ſcientiam ac cognitionem: & vbi hoc feciſſet,recurriſſe contracta ſua virtute,atque illam reliquiſſe: quo percipiens afflictionem ſuam,propter emotionem è complemento,appetat præſtantiora,habens odorem quendam incorrupti bilitatis in ſe relictum à CHRISTO & Spiritu ſancto. Et propterea ipſam ambobus nominibus appellari,tum Sapientiam patronycè,pater enim ipſius Sapientia vocatur: tum Spiritum ſanctum,à ſpiritu circa Chriſtum: formatamque ipſam ac ſapientem factam eſſe,verùm ſtatim euacuatam, inuiſibili cum ipſa conuerſante Verbo,hoc eſt Chriſto, ad inquiſitionem proceſſiſſe lucis,quæ ipſam reliquerat: & non potuiſſe ipſam apprehendere, eo quòd prohiberetur à Termino: & hic Terminum prohibentem ipſam ab vlteriore progreſſu dixiſſe Iao. vnde Iao nomen factum eſſe dicunt. Quum autem non poſſet pertranſire Terminum,propterea quòd affectui implicata eſſet,omni afflictionis patiuariæ ac multiplicis exiſtentis,ipſam ſuccubuiſſe. & pertuliſſe triſticiam quidem,quòd non comprehendit: timorem verò,ne quemadmodum ipſam lux,ſic etiam vita ipſam deſtituat. Et ad hæc deſperationem. Omnia vero in ignorantia. Et non velut mater ipſius prima Sapientia & ſeculum,alterationem in afflictionib. habuit, ſed contrarietatem. Accidiſſe verò ipſi etiam alteram affectionem, ex conuerſione videlicet ad eum qui compagem hanc viuificauit. Et eſſentiam materiæ ipſam factā eſſe dicunt,ex qua mundus hic conſtitutus eſt. Ex conuerſatione enim omnem mūdi & opificis animam generationem accepiſſe. Ex timore vero & triſticia,reliqua initium habuiſſe. A lachrymis enim ipſius factam eſſe omnem humidam eſſentiam. à riſu verò lucidam. à triſticia autem & perturbatione, corporalia mundi elementa. Aliquando enim plorabat ac triſtabatur, velut dicunt, eo quòd ſola relicta eſſet in tenebris & euacuatione. Aliquando autem cogitans de luce quæ ipſam reliquiſſet,in læticiam diffundebatur,ac ridebat. Aliquando verò rurſus timebat. Aliquando deſperabat,& mente mouebatur. Equidē multa hic deinceps tragœdia eſt ac imaginatio,vnoquoque ipſorum aliter audacter narrante,ex quali affectu,& ex quo elemento eſſentia generationem accepit. Quæ etiam meritò videntur mihi non omnes velle in aperto docere,ſed ſolos illos qui magnas mercedes pro rantis myſteriis per ſoluere poſſunt. Non enim amplius hæc ſimilia illis,de quibus Dominus noſter dixit: Gratis accepiſtis gratis date. ſed remota & monſtroſa ac profunda myſteria,quæ multo labore acquiruntur,ab his qui mendaciorum ſunt ſtudioſi. Quis enim non impenderit omnia bona ſua, vt diſcat quod è lachrymis cogitationis afflicti ſeculi,maria & flumina,& vniuerſa aquoſa eſſentia generationem acceperunt? Ex riſu verò ipſius,lux,& ex perturbatione ac deſperatione,corporalia mundi elementa? Volo autem etiā ipſe aliquid conferre ipſorum fertilitati. Quandoquidem enim video quaſdam aquas dulces eſſe, velut fontes & fluuios & hymbres,atque huiuſmodi: quæ vero ſunt in mari,ſalſas: cogito mecum,non omnes ex lachrymis ipſius productas eſſe,propterea quòd lachrymæ ſalſæ ſint qualitate. Manifeſtum igitur,quod ſalſæ aquæ hę ſunt ex lachrymis. Veriſimile eſt autem,ipſam in multa anxietate ac deſperatione conſtitutam etiam ſudaſſe. Hinc ſanè iuxta argumentum ipſorum ſuſpicari oportet,fontes & fluuios, etſi quæ aliæ dulces ſunt aquæ, generationem habuiſſe ex ſudoribus ipſius. Incredibile enim eſt,quum vna ſit qualitas lachrymarum, aliàs ſalſas, aliàs dulces aquas ex ipſis proueniſſe. Hoc autem magis credibile eſt, alteras eſſe è lachrymis, & alteras è ſudoribus. Quando quidem uerò & calidæ quædam & acres ſunt aquæ in mundo,cogitare quis poteſt, quidnam fecit,& ex qua parte has emiſit. Tales enim fructus argumento ipſorum conueniunt. Quum igitur pertranſiſſet omnem afflictionem mater ipſorum,& vix præminuiſſet,ad ſupplicationem conuerſam ipſam eſſe lucis,quæ ipſam reliquerat,hoc eſt CHRISTI, dicunt. Qui cùm reuerſus eſſet ad complementum,ipſe quidem,vt veriſimile

A *Crucis & termini diſtinctio.*

Crux ventilabrum Chriſti.

achamoth

B *Formatio quæ ſecūdum eſſentiam non ſecundum ſcientiam.*

Iao nominis ratio.

Vana affectione quādo ſapientia affecta eſt.

C *Affectionū vanarū effectus vani.*

Vnde mare ſuam eſſentiam accepit.

D *Aquæ ſalſæ ex lachrymis ortæ.*

est,piger erat ad hoc vt rursus descenderet: demisit autem paracletum ad ipsam,hoc est Saluatorem, patre omnem virtutem ipsi dante,& omnia sub potestatem tradente: & seculis rogantibus,vt per ipsum omnia crearentur visibilia & inuisibilia,throni,deitates,dominationes. Emittitur autem ad ipsã cum coætaneis suis angelis. At vero Achamoth ipsum reueritam esse dicunt,& primùm quidem tegmen & velamen imposuisse ob verecundiam: postea vero vbi vidisset ipsum cum vniuersa fructuosita te sua accurrisse ad ipsum,virtute accepta ex conspectu eius:& ipsum formasse eam formatione secundum cognitionem,& afflictionum ipsius curationem fecisse,ita vt ipsas ab ipsa separaret,easque non negligeret, (non enim possibile erat ipsas deleri, velut illas priores, propterea quod in habitum iam cessissent,& validæ essent) sed secerneret per discretionẽ,quo cõfunderet & stabiliret,& ex incorporali affectu in corporalẽ materiã ipsas trãsmutaret. Atq; sic aptitudinẽ & naturã induxisse ipsis,vt in cõpages ac corpora venirent, ad hoc vt duæ essentiæ fierent,mala affectuũ ac vitiorum, & affectuosa ex conuersione. Et propterea per virtutem dicunt constituxisse Saluatorem ipsam Achamoth,vt ab affectu liberata sit,& per gaudium speculationem luminum in ipso conceperit,hoc est angelorum qui cũ ipso erant. & vbi ipsos concepit, peperisse docent fructus secundum imaginem,partum spiritualem ad similitudinem satellitum Saluatoris factum. Cùm igitur tria hæc iam supposita sint ex ipsorum sententia,primum ex affectu est,quod erat materia: secundum quod ex conuersione,quod erat animale: tertium quod peperit,hoc est spirituale: sic conuersa est ad formationem ipsorum. Verùm spirituale non potuisse ab ipsa formari,quoniam ceossentiale ipsi fuit. Cõuersam autem esse ad formationem essentiæ suæ animalis factæ ex conuersione,proposuisséque doctrinas ex saluatore. Et primùm formasse ipsam ex animali essentia dicunt,Patrem & Regem omnium, tum coessentialium ipsi,hoc est animalium, quæ sanè dextra appellant: tum eorum quæ ex affectu & materia sunt, quæ sinistra vocant. Omnia enim quę circa ipsum sunt,clandestinè formasse ipsum asserunt,commotum à matre. Vnde etiam Metropatora,id est matrem ac patrem:& Apatora,id est patre carentem,& opificem ac patrem ipsum vocant: dextrorum quidem patrem dicẽtes,hoc est animaliũ: sinistrorum verò opificem,hoc est materialium: simul omnium autem,regem. Etenim cogitationem hanc voluisse omnia in honorem seculorum facere,& imagines ipsorum feciss dicuut. Imò potius saluatorem per ipsam feciss. Et seipsam quidem in imagine inuisibilis patris seruasse,vt ne cognosceretur ab opifice: illum verò in imagine vnigeniti filij. Archangelos autem & angelos ab his factos,in imagine reliquorum seculorum. Patrem igitur ac Deum ipsum factum esse dicunt,omnium quæ extra complementum sunt animalium ac materialium factorem. Discreuisse enim ipsum duas essentias confusas,& ex incorporeis corporales feciss,atque sic cœlestia ac terrestria creasse,& factum esse materialium ac animalium,dextrorum ac sinistrorum opificem,leuiumque ac grauium,& eorum quæ sursum feruntur,& eorum quæ deorsum subsidunt. Septem enim ipsum cœlos constituxisse,supra quos opificem esse dicunt,& propterea Septenarium ipsum vocant. Matrem vero Achamoth Octonarium conseruantem numerũ primogeniti,ac primi octonarij ipsius complementi. At septem cœlos non esse intelligibiles dicunt,verùm angelos ipsos esse asserunt. Sed & ipsum opificem angelum esse Deo simile: velut etiam Paradisum, qui supra tertium cœlum est,quartum angelum virtute ac potentia esse dicunt. Et ab hoc aliquid accepisse Adam, conuersatum in ipso. Hæc autem dicũt opificem putasse à se ipso fabricare, verùm feciss ipsa Achamoth producente. feciss enim cœlum,quum non nosset cœlum: & formasse hominem:& terrã protuliss,quum ignoraret terram. Et sic in omnibus ignorasse ipsum dicunt ideas ac formas eorum quæ faciebat,& ipsam quoque matrem. Seipsum autem solum putasse omnia esse. Causam verò ipsi fuisse matrem huius opinionis dicunt,quę sic ipsum producere voluerit,caput quidem ac principium propriæ essentię,dominum verò totius negocij. Hanc autem matrem etiam Octonarium vocant,& Sapientiam,& Terram,& Hierusalem, & Spiritum sanctum,& Dominum masculino genere. Habere verò ipsam medietatis locum,& esse quidem supra opificem,infra verò aut extra complementum vsque ad consummationem. Quandoquidem igitur materialem essentiam ex tribus affectibus constare dicunt,timore,tristitia,& desperatione:& ex timore quidem ac conuersione animalia constitutionem accepisse: ex conuersione quidem opificem generationem habuisse volunt,ex timore verò omnem reliquam animalem substantiam,velut animas brutorum animantium ac bestiarum & hominum. ob id quum ipse imbecillior fuerit ad cognoscendum aliqua spiritualia,putasse se solum Deum esse, & per prophetas dixisse,Ego Deus,& præter me nullus. Ex tristitia verò spirituales malicias factas esse docent: vnde etiam diabolum generationem habuisse, quem etiam Dominum mundi vocant,& dæmonia & angelos,& omnem spiritualem maliciei substantiam. Cęterùm opificem filium matris ipsorum dicunt, Mundi verò dominum opificis creaturam. Et mundi dominum scire ea quæ supra ipsum sunt quia spiritus est maliciei. Opoficem verò ignorare,vt pote qui animalis sit. Habitare autem matrem ipsorum in super cœlesti loco,hoc est in medietate. Opificem verò in supercœlesti,hoc est in septenario. Mundi dominũ autem,in mundo apud nos. Ex perturbatione deinde ac desperatione,velut ex ignobiliore,coporalia,velut antea diximus,mundi elementa facta esse. Terram quidem circa perturbationis statum: aquam verò circa timoris lachrymarum motum: aërem circa tristiciæ stabilitatem: ignem autem ex omnibus ipsis proueniss,mortemque ac corruptionem,quemadmodum etiam ignorãtiam in tribus his affectib. occultatam esse docent. Porrò vbi mundum creasset Opifex,feciss ipsum eriam hominem Terreum,non ex hac arida terra,sed ex inuisibili essentia,ex diffusili ac fluxili materia acceptum, & in hũc insufflasse animalem decernunt. Et hũc esse eum qui ad imaginem ac similitudinem actus est. Iuxta imaginem quidem,materialem esse,similem quidem,sed non coessentialem Deo. Iuxta similitudinem verò,animalem. Vnde etiam Spiritum vitæ essentiam ipsius dictam esse,quum sit ex

achamoth reuerẽtia erga sapientiam.

Saluatoris cõstructio.

Dextra & sinistra quæ.

Metropator et apator.

Quando factus deus.

Opificis ignorãtia.

Matris Octonarii nomina.

Tristitiæ generationes.

Opificis habitatio.

Corporaliũ origo.

Homo materialis & animalis.

A

B

C

D

spiritali

ſpiritali defluxione. Poſtea autem circundatam ipſi dicunt pelliceam tunicam, quam ſenſibilem carnem eſſe volunt. Porrò partum matris ipſorum ipſius Achamoth, quem per ſpeculationem angelorum qui circa Saluatorem ſunt peperit, coeſſentialē matri exiſtentē ſpiritualem, & ipſum ignoraſſe opificē dicunt, & clandeſtinè depoſitum eſſe in ipſum, ipſo non ſciente, vt per ipſum in animam quæ ab ipſo eſt ſeminatus, & in materiali hoc corpore geſtatus, & in his etiam auctus, paratus fieret ad ſuſceptio-
A nem perfecti. Latuit igitur, velut dicunt, opificem, ille conſeminatus cum inſufflatione ipſius ſpiritualis homo, per inenarrabilem prouidentiam ab ipſa Sapientia. Sicut enim matrem ignoraſſe, ita etiam ſemen eius dicunt, quod ipſum ſanè Eccleſiam eſſe volunt, exemplar ſupernæ Eccleſiæ: & hoc etiam in ſeipſis eſſe cenſent, vt habeant ipſi animam quidem ab opifice, corpus verò à terra, & carnem à materia, ſpiritualem verò hominem à matre Achamoth. Quum igitur tria ſint, Materiale quidem, quod etiam Siniſtrum vocant, neceſſariò perire dicūt, vt pote quod nullam incorruptibilitatis ſpirationem oſtendere poſſit: Animale verò, quod & Dextrum appellant, vt quod medium ſit inter materiale & ſpirituale, eò ſecedere, quocunq; tandem inclinationem fecerit: Spirituale verò emiſſum eſt, quo hic animali coniunctum formetur, ceoruditum ipſi in conuerſatione. Atque hoc eſſe dicunt Sal & Lucem mundi. Opus enim habebat animalibus & ſenſibilibus diſciplinis, per quas etiam mundū conſtructum eſſe dicunt. Sed & Saluatorem ad hoc animale aduenifſe: nam & liberum arbitrium id habet, vt ipſum ſaluet. Quæ enim ſaluare volebat, eorum primitias ipſum ſuſcepiſſe dicunt: Ab Achamoth quidem ſpirituale, ab opifice vero indutum eſſe animalem CHRISTVM, à diſpenſatione verò circundatum eſſe corpus animalem eſſentiam habens, verùm arcano artificio conſtructum, adhoc vt & inuiſibilis & impalpabilis, ac afflictionis exors factus ſit. Materiale verò nihil ipſum ſuſcepiſſe dicunt: non enim eſſe materiam capacem ſalutis. Perfectionem autem fore, quando formatum ac perfectum effectum fuerit cognitione omne ſpiritale: hoc eſt, Spirituales homines perfectam cognitionem de deo & de Achamoth habentes, & ſeipſos myſteriis initiatos hos eſſe aſſerunt. Erudiuntur enim
B in animalibus rebus animales homines, qui per opera & nudam fidem confirmantur, & perfectam cognitionem non habent. Eſſe autem hos nos, qui ab Eccleſia ſumus, dicunt. Quapropter etiam nobis bona opera neceſſaria eſſe pronūciāt. aliter enim impoſſibile eſt ſaluari. Seipſos vero non per opera, ſed propterea quod ex natura ſpirituales ſunt, penitus & omnino ſaluari docent. Quemadmodū enim terreum impoſſibile eſt particeps fieri ſalutis, non enim capax eius eſſe ipſi dicunt: ſic rurſus iidē impoſſibile eſſe volunt, ſpirituale corruptionem ſuſcipere, in quibuſcunque tandem operationib. verſentur. Quo enim modo aurum in cœno depoſitum non amittit pulchritudinem ſuam, ſed propriam naturam conſeruat, cœno nullam iniuriam auro inferente: ſic etiam ſeipſos dicunt, in quibuſcunque materialibus actionibus verſentur, minimè lædi, neque abiicere ſpiritualem ſubſtantiam. Quapropter ſanè etiam interdicta omnia intrepidè qui perfectiſſimi ſunt, faciunt, de quibus ſcripturæ affirmant, quod facientes ipſa regnū Dei non poſſidebunt. Etenim quæ ſimulachris dicata ſunt, indifferenter e-
C dunt, neque ſe inquinari ab ipſis putantes. Et ad omnes feſtiuas gentium delicias ad honorem ſimulachrorum fientes, primi conueniunt, vt aliqui ipſorum neque à ſpectaculo apud Deum & homines odioſo, eorum qui cum feris depugnant, & gladiatoriam artem in hominum cædem exercent, abſtinent. Alii etiam voluptatibus carnis ad ſatietatem inſeruientes, carnalia carnalibus, & ſpiritualia ſpiritualibus attribui dicunt. Et quidam ex ipſis mulierculas, quæ clandeſtinè ab ipſis hac doctrina eruditur, corrumpunt: velut ſæpiſſimè ab aliquibus ipſorum deceptæ, & poſtea ad Eccleſiam Dei conuerſæ fœminæ, etiam hoc ipſum cum reliquo errore confeſſæ ſunt. Alii palàm omni pudore exuto, quaſcunque amauerint fœminas, eas à maritis auulſas ſibi vxores duxerunt. Alii rurſus modeſtè ab initio, velut cum ſororibus ſe habitare ſimulantes, progreſſu temporis deprehenſi ſunt, prægnante ſorore à fratre facta. Sed & alia multa deteſtanda ac impia facientes, nobis qui propter timorem Dei etiam cogitatione ac verbis peccare cauemus, inſultant, velut idiotis, & nihil ſcientibus. Seipſos vero exaltāt perfectos ſe appellantes, & ſemina electionis. Nos enim in vſu gratiam accipere dicunt, & propterea ipſa ſpoliari: ſeipſos autem priuatim partam, quæ ex ſupernis ab inenarrabili & innominata coniugatione deſcendit, gratiam habere, & propterea adiici eam ipſis. Quapropter etiam omni modo oportere ipſos ſemper coniugationis myſterium cogitare ac meditari. & hoc ſtupidis perſuadent his verbis ſic dicentes: Quicunque in mundo natus ac degens, vxorem non amauerit, vt ipſi commixtus ſit, non eſt ex veritate, & non procedet ad vertitatem. Qui verò ex mundo natus eſt, & mixtus fuerit mulieri, non procedet ad veritatem, propterea quòd in concupiſcentia mixtus eſt mulieri. Ob id igitur bonos animales nos nominant, & ex eo mundo eſſe dicunt, & neceſſariam nobis continentiam & bona opera, vt per ipſa veniamus ad medietatem. Ipſis aūt ſpiritualibus ac perfectis appellatis, nequaquam. Non enim operatio ad complementum inducit, ſed ſemen quod illic parum emittitur, &
D hic perficitur. Cùm vero omne ſemen perfectum factum fuerit, Achamoth matrem ſuam diſcedere de medio loco dicunt, & intra complementum ingredi, & recipere ſponſum ſuum Saluatorem, eum qui ex omnib. factus eſt, vt coniugatio fiat Saluatoris & Sapientiæ, ipſius Achamoth videlicet. & hoc eſſe ſponſum & ſponſam: nuptiarum vero domum, torum complementum. At vero ſpirituales vbi animas exuerunt, & ſpiritus intellectuales facti ſunt, inuiſibiliter & incomprehenſibiliter intra complementum ingreſſos, ſponſas attribui angelis qui ſunt circa Saluatorem. Opificem vero etiam ipſum trā ſire in matris Sapientiæ locum, hoc eſt in medietatem, iuſtorum item animas requieſcere etiam ipſas in medietatis loco. Nihil enim animale intra complementum tranſire. His autem ſic factis, ignem latitantem in mundo vbi effulſit & exarſit, omnemque materiam conſumpſit, ſimul cum ipſa conſumptum iri, ad hoc vt non amplius ſit ſeceſſurum eſſe dicunt. Cæterùm opificem nihil horum nouiſſe

pronunciāt

Homo ſpiritualis.

Cur materialia finiſtra dicantur.

Animale dextrum.

ſpirituale emiſſum propter cōiunctionem.

Neceſſitas bonorū operū

Valentini animi omnia etiam interdicta faciunt.

Mulieres ab hæreticis deceptæ.

Hæretici Catholicos inceſſunt Conuitiis.

Veritatis defectus vnde.

Generationis authores inaudi ti.

Mundi cō ſumptio per ignē.

pronunciant ante Saluatoris aduentum. Sunt autem qui dicunt, emisisse ipsum etiam CHRISTVM filium proprium, sed animalem: & de hoc per prophetas loquutum esse. Esse autem hunc qui per Mariam transiuit, quemadmodum aqua per canalem transit. Et in hunc in baptismate descendisse illum qui est ex complemento ex omnibus Saluatorem, in specie columbæ: fuisse autem in ipso idem semen

Quis descendit in Christum sub specie columbę.

ipsius Achamoth spiritale. Itaque Dominum nostrum ex quatuor his compositum fuisse dicunt, conseruantem figuram primogeniti ac primarii quaternarii: ex spirituali, quod erat ab Achamoth: ex animali, quod erat ab opifice: ex dispensatione, quod erat constructum arcana arte: & ex Saluatore, quod erat columba quæ in ipsum descendit. Et quidem afflictionis exors permansisse. Nõ enim possibile e- A
rat ipsum pati, quum non apprehensibilis & inuisibilis esset. & propterea cùm adduceretur ipse ad Pilatum, depositum in ipsum CHRISTI, spiritum sublatum esse. Imò neque semen à matre passum esse

Christus qualis passus sit.

dicunt. Læsionis enim expers est, & inuisibile, quod est spitituale, etiam ipsi opifici. Passus est igitur ex ipsorum sententia animalis CHRISTVS, & qui ex dispensatione arcano modo cõstructus est: quo ostenderet ipsius mater figuram superni CHRISTI, illius qui extentus est in cruce, & formauit Achamoth formatione secundum essentiam. Omnia enim hæc figuras illorum esse dicunt. At animas quæ habuerunt semen Achamoth, meliores fuisse dicunt quàm reliquas, & ideo plus dilectas fuisse ab opifice, ignorante causam, & ab ipso tales esse putante. Quapropter & in prophetas constituit ipsas, & sacerdotes ac reges. Et multa ab hoc semine dicta esse per prophetas narrant, vt pote quorum animæ alterioris sint naturæ. Multa verò etiã matrẽ de superioribus dixisse ferũt, sed & per hoc semẽ, & per ani-

Prophetiarum per interlocutores distributio.

mas ab hoc factas. Et deinceps diuidũt prophetias, aliquid à matre dictũ esse volẽtes, aliquid à semine, aliquid ab opifice. Sed & IESVM similiter, aliud à Saluatore dixisse, aliud à matre, aliud ab opifice, velut in progressu orationis ostendemus. Opificem verò, vt qui ea quæ suprà ipsum sunt ignoret, moueri quidem propter ea quę dicuntur: contempsisse verò ipsos, cùm aliàs aliam causam putasset, quam spiritum qui prædicit, habens & ipse proprium quendam motum, aut hominem, aut manuum complexum. Et sic ignorantem permansisse vsque ad aduentum Domini. Vbi verò venisset Saluator, didicisse ipsum ab illo omnia dicunt, & beneuolum ad ipsum accessisse cum omni virtute sua. Et ipsum es-

Centurio in Euangelio.

se centurionem in Euangelio, qui dicit ad Saluatorem: Nam & ego sub potestate mea habeo milites B
& seruos, & quodcunque mandauero faciunt. Absoluturum porrò ipsum esse gubernationem mundi vsque ad opportunũ tempus maximè verò propter Ecclesiæ curam: imò etiam propter cognitionem

Hominum genera tria.

præparati ipsi præmii, quia in matris locum transibit. At verò hominum tria genera constituunt, Spirituale, terreum, animale: quemadmodum fuerunt, Cain, Abel, Seth. & ex his tres naturas non amplius in vno, sed in genere. Et terreum quidem in corruptionem transire: animale verò si meliora eligat, in medietatis loco quiescere: si verò deteriora transiturum esse etiam ipsum ad similia. Spiritualia autem quæ seminauerit Achamoth, ex eo tempore vsque in præsens, à iustis animis erudita hic, & enutrita, propterea quòd parua sunt emissa, posteaque perfectione digna facta, sponsas attribui angelis Saluatoris docent: cùm animalia hominũ genera necessariò in medietate cum opifice requiescant in æternum. Et ipsos sanè Animales homines rursus subdiuidentes, dicunt alios natura bonos esse, alios natura malos. & bonos quidem esse hos, qui seminis capaces fiunt: verùm natura malos nunquam illud semen suscipere posse. Cùm igitur talis sit ipsorum doctrina, quam neque prophetæ prædicauerunt, neque Dominus docuit, neque Apostoli tradiderunt, quam de vniuersis iactant se plus aliis cognouisse,

Ex arena funiculũ nectere.

ex non scriptis legentes, & quod dici solet, ex arena funiculos nectere studentes: ad faciendam fidem conantur prędictis adaptare aut parabolas dominicas, aut sermones propheticos, aut dicta apostolica quo figmentum ipsorum non testibus carere videatur, ordinem & seriem scripturarum transilientes, & quantum in ipsis est membra veritatis soluentes. Transferunt enim & transformant, & aliud ex alio facientes, multos decipiunt per male compositam Dominicorum verborum adaptatorum sapientiam. Quemadmodum si quis regiæ imaginis pulchræ, ex preciosis lapidibus fabricatæ à sapiente arti- C
fice, subiectam hominis formam soluat, & lapillos illos transfetat & accommodet, ac faciat formam canis aut vulpeculæ, atque hanc male fabricatam. Deinde prescribat ac dicat, hanc esse regis imaginẽ illam pulchram, quam sapiens artifex fabricauit, ostendens lapillos illos à primo atifice probè in re-

Simile.

gis imaginem compositos, verùm male à posteriore in canis formam translatos: & per lapillorum apparentiam seducat imperitiores, qui regiæ formæ notionem non habent: & persuadeat, quòd hæc putrida vulpeculæ forma sit pulchra illa regis imago. Ad eundem sanè modum etiam hi anicularum fabulas consuentes, deinde verba & dictiones & parabolas vndecunque detrahentes, adaptare volunt

Cõsule aniculariũ fabulam.

fabulamentis suis eloquia Dei. Et quæ quidem intra complemẽrum adaptant, diximus. Quæ verò his quæ extra complementum ipsorum sunt, adaptare & accommodare conantur ex Scripturis, sunt huiusmodi. Dominum in nouissimis mundi temporibus propter hoc ad passionem venisse dicunt, vt ostenderet afflictionem circa postremum seculum factam, & per suam finem declaret finem totius negocii circa ipsa secula. Virginem autem illam duodecim annorum archisynagogi filiam, quam præsẽs Dominus ex mortuis suscitauit, figuram ipsius Achamoth esse narrant, quam extentus CHRISTVS ipsorũ formauit, & ad perceptionẽ lucis, quæ ipsam reliquerat, perduxit. Quod autẽ apparuerit ipsi D
Saluator extra cõplementũ existenti in abortus sorte, Paulũ dixisse dicũt in prima ad Corinthios epistola: Postremũ autem omniũ velut abortiuo visus est etiã mihi. Et aduentum Saluatoris cum coætaneis ad ipsam Achamoth, similiter ipsum manifestasse in eadem epistola, dum dixit: Oportet mulierem velamen habere in capite, propter angelos. Et quòd veniente Saluatore ad ipsam, Achamoth ob verecundiam velamen imposuerit, Mosen manifestum fecisse, dum velamen posuit super faciem suã: Et afflictiones ipsius quæ passa est, significasse Dominum dicũt in cruce. Et in eo quidem quod dixit,

Deus

Deus meus cur dereliquisti me: significasse ipsum, quod relicta fuit à luce, ipsa Sapientia: & prohibita est à Termino ab vlteriore progressu. Tristitiam verò ipsius significasse, dum dixit: Tristis est anima mea vsque ad mortem. Timorem autem, dum dixit: Pater si possibile est, transeat à me poculum hoc. Sed & desperationem similiter in eo quod dixit: Et quid dicam, non scio. At tria hominum genera sic ipsum demonstrasse docent: Materiale quidem in eo quod dixit ad eum qui interrogauerat, Sequar te? Non habet filius hominis, vbi caput reclinet. Animale verò in eo quod dixit ad eum qui dixerat, Sequar te, verùm permitte mihi primùm domesticis meis, &c. Nemo admota aratro manu in tergum respiciens, idoneus est regno cœlorum. Hunc enim dicunt medium esse, & illum similiter qui plurimas A iusticiæ partes cõfessus est se fecisse, & postea sequi noluit à diuitiis victus, vt non perfectus euaderet: nam & hunc animalis generis fuisse volunt. Spirituale verò in eo quod dixit: Dimitte mortuos suos: tu autem vade, & annuncia regnum Dei. Et dum ad Zacchæum publicanum dixit: Festinus descende, nam hodie in domo tua oportet me manere. Hos enim spiritualis generis fuisse prædicant. Et fermẽti parabolam, quòd mulier in farinę sata tria abscondisse dicitur, tria hominum genera significare dicunt. Mulierem enim sapientiam dici docent: farinæ verò tria hominum genera, Spirituale, animale, terreum. Fermentum autem, ipsum Saluatorem dictum esse docent. Et Paulum dixisse, Terreos, animales, spirituales, nunc quidem: Qualis terreus, tales & terrei. nunc verò: Animalis verò homo non suscipit ea quæ spiritus sunt. Alibi autem: Spiritualis indagat omnia. Cæterùm illud, Animalis non suscipit ea quæ spiritus sunt de Opifice dictum esse pronunciant, qui cùm animalis sit, non nouerit neq; matrem spiritualem existentem, neque semen ipsius, neque ea quæ in complemento sunt secula. Et quòd eorum quos saluare volebat Saluator, primitias assumpsit, Paulum dixisse: Et erant primitiæ sanctæ, & ipsa massa. primitias quidem spirituale dictum esse docentes, massam verò nos, hoc est animalẽ eccleſiam. cuius massam ipsum assumpsisse dicunt, & in seipso contraxisse, quoniam ipse fermentum erat. Quod autem Achamoth extra complementum errauerit, & à CHRISTO formata sit, & à Salua B tore requisita, ipsum indicare dicunt in eo quod dixit, Se ipsum venisse ad erroneã ouiculam. Ouiculá enim erroneam, matrem ipsorum dici exponunt, ex qua Ecclesiam hic seminatam esse volunt. Errorem autem extra complementum, in affectibus commorari, ex quibus materiam factam esse asserunt. At verò mulierem verrentem domum, & inuenientem drachmam, supernam Sapientiam dici narrãt: quæ vbi amisisset cogitationem suam, postea purgatis omnibus per Saluatoris aduẽtum, reperit ipsam: quapropter & hanc restitutam esse ex ipsorum sententia, intra complementum. Symeonem porrò qui in vlnas accepit CHRISTVM, & gratias egit ipsi, ac dixit, Nunc dimittis seruum tuum Domine, secundum verbum tuum in pace: figuram opificis esse dicunt, qui vbi venisset Saluator, didicit transpositionem suam, & gratias egit Profundo. Et per Annam prophetissam quæ in Euangelio prædicatur septem annis cum viro vixisse, reliquo verò omni tempore vidua permãsisse, donec conspecto Saluatore agnouit ipsum, & loquebatur de ipso ad omnes, manifestissimè Achamoth ipsam significari asserunt: quæ cum modico tempore Saluatorem cum coætaneis suis vidisset, reliquo vniuerso tempore in medietate existens, expectabat ipsum quando venturus esset, & ipsam coniugationi suæ restituturus. Sed & nomen ipsius indicatum esse à Saluatore, dum dixit: Et iustificata est Sapientia à filiis suis. & à Paulo itidem sic: Sapientiã autem loquimur inter perfectos. Quin & coniugationes intra complementum Paulum dixisse astruunt, ostensione in vno facto. De coniugatione enim circa vitam scribẽs, C dixit: Mysterium hoc magnum est. Ego autem dico in CHRISTVM & Ecclesiam. Insuper & Ioannem discipulum Domini docent primum Octonarium indicasse, hęc verba proferentes hoc modo: Ioannes discipulus Domini volens dicere vniuersorum generationem, per quam omnia produxit pater, principium quoddam proponit, quod primum generatum est à Deo, quod sanè & filium vnigenitum & Deum vocauit, in quo pater omnia produxit seminario modo. Ab hoc autem dicit Verbum productum esse, & in ipso vniuersam seculorum essentiam, quam ipsum Verbum postea formauit. Quoniam igitur de prima generatione dicit, rectè à principio, hoc est Deo & Verbo doctrinam facit. dicit autem sic: In principio erat Verbum, & Verbum erat apud Deum, & Deus erat Verbum. Hoc erat in principio apud Deum. Prius distinxit tria, Deum, & Principium, & Verbum: & rursus ipsa vnit, quo & productionem ambotum ipsorum ostendat, tum Filii, tum Verbi: & simul vnionem inter ipsos mutuam, ad patrem. In patre enim, & ex patre principium: in principio autem, & ex principio erat Verbum: erat enim in filio. Et Verbum erat apud Deum: nam in principio. Et Deus erat Verbum, consequenter omnino. nam quod ex Deo genitum est, Deus est. Hoc erat in principio apud Deum: ostendit productionis ordinem. Omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil: omnib. enim post ipsum seculis formæ & generationis autor Verbum factum est. Sed quòd factum est in ipso, inquit, vita est. Hic etiam coniugationem indicauit. vniuersa enim per ipsum facta esse dixit, vitam verò in ipso. D Hæc igitur quæ in ipso facta est, cõiunctior est ipsi, quàm ea quæ per ipsum facta sunt. Cum ipso enim est, & per ipsum fructum facit. Quandoquidem enim infert, Et vita erat lux hominum. Vbi hominem nunc dixit, etiam Ecclesiam æquiuocè cum homine indicauit, quo per vnum nomen indicaret coniugationis societatem. Ex Verbo enim & Vita, homo gignitur, & Ecclesia. Lucem autem dixit hominũ ipsam Vitam: propterea quòd illuminati sunt ab ipsa, hoc est formati & manifestati. Hoc verò etiam Paulus dicit: Omne enim quod manifestatur, lux est. Quando itaque manifestauit & genuit Vita hominem & Ecclesiam, Lux ipsorum dicta est. Clarè igitur indicauit Ioannes per hæc verba cùm alia, tũ secundum quaternarium, Verbum videlicet, & Vitam, Hominem & Ecclesiam. Imò & primum quaternarium significauit. Narrans enim de Saluatore, & dicens omnia extra complementum per ipsum formata esse, fructum esse dicit ipsum toti⁹ complementi. Et enim Lucem dixit ipsum quæ in tenebris

De passione domini vanacogitatio.

Pro diuersitate affectuũ Christum in Euangelio Loquutum dicit.

Animalis Ecclesia.

Inuentio dragmæ quomodo facta.

Historiæ Annæ Prophetissæ intelligẽtia.

Octonarii per Ioannẽ explicatio.

Euangelii Ioannis tortura.

Alia in verbo facta alia abipso.

lucet,

Quaternarii in rebus factis explicatio.

lucet,& non apprehenſa eſt ab ipſis: quoniam omnia quæ facta ſunt ex affectu & afflictione concinnauit,& ignoratus eſt ab ipſis tenebris. Sed & Filium & Veritatem & Vitam appellat ipſum, & Verbum carnem factum, cuius gloriam vidimus, inquit,& erat gloria ipſius velut vnigeniti à patre ipſi data, plena gratia & veritate. Dicit autem ſic: Et verbum caro factum eſt,& habitauit inter nos,& vidimus gloriam eius, gloriam quaſi vnigeniti à patre, plenum gratia & veritate. Exactè igitur etiam primum indicauit quaternarium, vbi Patrem dixit,& Gratiam, & Vnigenitum,& Veritatem. Sic Ioan- A

Quaternarii & octonarii myſteriũ

nes de primo & omnium ſeculorum matre, Octonario dixit. Patrem enim dixit,& Gratiam,& Vnigenitum,& Veritatem,& Verbum,& Vitam,& Eccleſiam. Vides ô chariſſime, viam & methodum, qua vtentes ſeipſos decipiunt, calumniantes ſcripturas, figmentum ſuum ex ipſis confirmare conantes. Ob hoc enim & ipſe appoſui ipſorum verba, quo ex ipſis intelligas inſidiarum improbam fraudem,& erroris maliciam. Primùm equidem ſi propoſuiſſet Ioannes ſupernum Octonarium oſtendere, ordinem vtique ſeruaſſet productionis: & primum quaternarium, qui venerandiſſimus eſt, velut dicunt, inter

Euãgelii Ioãnis ratio.

prima nomina poſuiſſet, atque ſic ſecundum coniunxiſſet, vt per nominum ordinem Octonarii ordo oſtenderetur: & nõ poſt tantũ interuallũ velut oblitus,& poſtea recordatus, in extremis primi quaternarii mentionẽ feciſſet. Deinde ſi etiã coniugationes ſignificare voluiſſet, Eccleſiæ nomẽ non ſanè reliquiſſet, aut etiã in reliquis cõiugationibus maſculorũ appellatione cõtentus fuiſſet, quũ etiã illæ aliæ ſimiliter adintelligi poſſint, quo per omnia vnitatem conſeruaſſet. aut ſi reliquorum coniuges recenſuit, etiam hominis coniugem indicaſſet,& non dimiſiſſet ex vaticinatione nos nomẽ ipſius accipere. Manifeſtè igitur eſt adulterata expoſitio. Quum enim Ioannes vnũ Deum omnipotentem,& vnum vnigenitum CHRISTVM IESVM prædicet, per quem omnia facta eſſe dicit, hunc vnigenitum hunc omnium factorem, hunc lucem veram illuminãtem omnem hominem, hunc mundi creatorem hunc eum qui in propria venit, hũc eundem carnem factum,& qui habitauit inter nos. Illi peruertentes iuxta veriſimilem expoſitionem, alium vnigenitum eſſe volunt iuxta productionem, quem ſanè &

Expoſitio adulterata. Euangelii B. Ioãnis.

principium vocant: & alium Verbum filium vnigeniti: & alium CHRISTVM ad correctionem com B
plementi emiſſum, & vnumquodque ex relatis à veritate ſublatum, abutentes nominibus ad propriũ propoſitũ tranſtulerunt. Quare ſecundum ipſos inter tot nomina Ioãnes Domini IESV CHRISTI mentionem non fecit. Si enim Patrem dixit,& Gratiam, & Vnigenitum,& Veritatem,& Vitam, & Hominem,& Eccleſiam, iuxta illorum argumentum de primo octonario dixit, in qua nondum IESVS, nondum CHRISTVS Ioannis magiſter. Quòd autem non de coniugationibus ipſorum Apoſtolus Ioannes dixit, ſed de Domino noſtro IESV CHRISTO, quem & Verbum Dei eſſe nouit, ipſe

Cur Ioannes nõ meminit initio Euangelij ſui Ieſu Chriſti.

manifeſtum fecit. Repetitionem enim faciens de Verbo ab ipſo ſuprà in principio relato, inſuper exponit: Et Verbum caro factum eſt, & habitauit inter nos. At ſecundum illorum argumentũ, non Verbum caro factum eſt, quod ſanè neque venit vnquam extra complementum, ſed ille diſpenſationis Saluator Verbo poſterior. Diſcite igitur vos ſtupidi, quòd IESVS qui paſſus eſt pro nobis, qui habitauit inter nos, hic idem eſt Verbum Dei. Si enim aliud quoddam ſeculum pro ſalute noſtra caro factum eſſet, veriſimile eſſet de alio Apoſtolum dixiſſe. Si verò Verbum illud Patris idem eſt quod deſcendit & aſcẽdit, ille vnius Dei vnigenitus filius, ſecundum voluntatem patris caro factus eſt pro hominibus non de alio quodam, neque de Octonario, Ioannes ſermonem fecit, ſed de Domino IESV CRISTO. C

Opiniones erroneæ de verbo dei.

Neque enim Verbum ſecundum ipſos principaliter caro factum eſt. Dicunt enim Saluatorem induiſſe corpus animale ex diſpenſatione conſtructũ arcana prouidentia, ad hoc vt inuiſibilis & impalpabilis fieret. Caro autem eſt vetus illa ex terra ſecundum Adam facta formatio à Deo, quam verè factum eſſe Verbum Dei, Ioannes ſignificauit. Et diſſolutus eſt ipſorum primus atque ab initio genitus Octonarius. Cùm enim vnum & idem oſtendatur Verbum, & Vnigenitus, & Vita & Lux & Saluator, &

Ex Ioanne verè verbum caro factũ eſt.

CHRISTVS & filius Dei,& hoc idem caro factum ſit pro nobis, ſoluta eſt Octonarij illorum compago. Hac autem ſoluta, intercidit vniuerſa ipſorum tractatio, quam falſo ſomniantes impetunt ſcripturas, proprium argumentum effingentes. Deinde dictiones & nomina ſparſim poſita colligentes, trans

Falſa rerum diuinarũ cum figmentis poeticis compoſitio.

ferunt (velut antea diximus) ex eo quod ſecundum naturam eſt, in id quod eſt contra naturam: ſimilia facientes his qui argumẽta vtcunque occurrentia ſibiipſis proponunt, & poſtea ex Homeri poëmatis ipſa tractare conantur, vt imperitiores putent de illo ex propinquo tracto argumento Homerum verſus feciſſe,& multi corripiantur ac ſeducantur per compoſitam verborum conſequentiam, tanquam hos ſic Homerus feciſſet. Quemadmodum fecit ille qui Herculem ab Euryſtheo ad canem in Orco miſſum, per Homericos verſus deſcribit hoc modo. Nihil enim prohibet exempli gratia, etiam horum mentionem feciſſe, quum ſimilis & idem ſit vtrorumque conatus.

Homericorũ verſuum cento ad oſtẽtationem conſutus.

Hæc vbi dicta dedit, dimiſit ab ædibus illum
Suſpirantem altè, magnarum nomine rerum
Amphitryoniaden geſtarum ſæpe coruſcum,
Euryſtheus Sthenelinatus, valde inclytus heros, D
Ducturum ex Erebo & triſti de limine Ditis
Cerberum, vt inſuperis latratus ederet auris.
Ille autem mediam permenſus fortiter vrbem,
Montanus veluti leo abibat, robore nixus.
Aſt illum comites cuncti poſt terga ſequuti,
Et pueri, & ſponſæ forma præſtante, ſeneſque
Lugebant, veluti qui mortis limina adiret:
At Maia genitus, Pallas quoque cæſia, euntem
Deducunt, vt quò tendebat cautior iret.

Norat enim affectus fraterni pectoris ipsa.

Quisnam ex simplicioribus non corripiatur ab his versibus? & nō putarit sic ipsos Homerum de tali argumento fecisse? Verùm qui expertus est Homericæ poëſis tractationem, ipsos agnoscet, gnarus quòd partim de Vlysse dicti sunt, partim de ipso Hercule, partim de Priamo, partim de Menelao & Agamēnone. & sublatis ipsis, singulisque in proprios locos restitutis, totam argumenti tractationem è medio tollet. Sic verò etiam qui regulam veritatis immobilem in seipso tenet, quam per baptismum accepit, nomina quidem & voces ac parabolas ex scripturis agnoscet: verùm blasphemum hoc argumentum non agnoscet. Etsi enim lapillos cognoscet, tamen vulpeculam pro regia imagine non recipiet. Sed singulis dictis in proprios locos relatis, & veritatis corpusculo adaptatis, ipsorum figmentum denudabit, & ex rerum natura auferet. Quandoquidem verò huic scenæ deest refugium, & quò euadāt habet, quo quis ipsorum imitationem transgressus doctrinam destructoriam inferre possit: rectè fieri à nobis putauimus, vt ostenderemus prius in quibus huius fabulæ patres inter seipsos dissentiunt, vt qui ex diuersis spiritibus erroris existunt. Nam ex hoc exactè cognoscere continget, etiam ante demonstrationem, firmam esse eam quæ ab Ecclesia prædicatur veritatem, & mendacium illud quod ab his est falsò confictum. Ecclesia enim quanquam per vniuersum orbem terrarum vsque ad fines terræ dispersa, ab Apostolis & ipsorum discipulis fidem accepit, quæ est in vnum Deum omnipotentem, qui fecit cœlum & terram, & matia, & omnia quæ in eis sunt: Et in vnum Christum IESVM, filium Dei, incarnatum pro nostra salute: Et in Spiritum sanctum, qui per prophetas prædicauit dispensationis mysteria, & aduentus, & ex virgine natiuitatem, & passionem, & resurrectionem ex mortuis, & in carne ad cœlos assumptionem dilecti Christi Iesu Domini nostri, & ipsius ex cœlis in gloria patris aduentum ad instauranda omnia, & excitandam omnem totius humani generis carnem: quo Christo Iesu Domino nostro, & Deo, & Saluatori & regi, iuxta voluntatem Patris inuisibilis, omne genu flectatur, cœlestium & terrestrium, ac infernorum: & omnis lingua confiteatur ipsi, & iudicium iustum in omnib. faciat: & spiritualia quidem nequitiei, & angelos transgressos ac desertores factos, & impios ac iniustos, & iniquos ac blasphemos homines in ignem æternum mittat: iustis verò & sanctis, & qui mandata ipsius seruarunt, & in dilectione ipsius permanserunt, partim ab initio, partim ex pœnitentia, vitam largitus incorruptibilitatem donet, & gloriam æternam tribuat. Hanc prędicationem & hanc fidem Ecclesia (vt dixi) adepta, quanquam per totum mundum dispersa, diligenter conseruat, quasi vnam domum inhabitans: & similiter his credit, velut vnam animam & idem cor habens, & consonè hæc prædicat & docet, ac tradit, velut vno ore prædita. nam linguæ in mundo dissimiles sunt, verùm virtute traditionis vna & eadem est. Et neque in Germaniis fundatæ Ecclesiæ aliter credunt, aut aliter tradunt, neque in Hispaniis, neque in Celtis, neque in Oriente, neque in Aegypto, neque in Lybia, neque hæ quæ in medio mundo constitutæ sunt. Sed quemadmodum Sol creatura Dei, in toto mundo vnus & idem est: sic etiam prædicatio veritatis vbique lucet, & illuminat omnes homines ad cognitionem veritatis venire volentes. Et neque qui valde potens est in dicendo ex Ecclesiæ præfectis, alia ab his dicet. Nemo enim est super magistrum: neque debilis in dicendo hanc traditionem imminuet. Quum enim vna & eadem fides sit, neque is qui multum de ipsa dicere potest, plus quàm oportet dicit: neque qui parum, ipsam imminuit. At verò plus atq; minus iuxta intelligentiā aliquos nosse, non in alterando idem argumentum contingit, & in excogitando alium Deum præter opificem & creatorem & nutritorem huius vniuersi, ita vt hoc non sis contentus: aut alium CHRISTVM, aut alium vnigenitum. Sed in eo vt quæ in parabolis dicta sunt amplius explices, & ad fidei propositum accommodes, & vt tractationem & dispensationem Dei in genere humano factam enarres: & quòd longanimis fuerit Deus propter transgressorum angelorum defectionem, & ob hominum inobedientiam declares: & vt cur alia temporalia, alia æterna, & alia cœlestia, alia terrestria, vnus & idem Deus fecit, annuncies: & quur quum inuisibilis sit Deus, prophetis apparuerit non in vna forma, sed aliter aliis, intelligas: & vt cur plura testamenta hominibus tradita sint, significes: & quis sit vniuscuiusque testamenti character doceas: & vt cur concluſit omnia Deus in inobedientiam, vt omnium miseretur, perscruteris: & cur Verbum Dei caro factum est, & passum est, gratias agas: & cur in nouissimis temporibus aduentus filij Dei apparuerit, hoc est principium in fine, denuncies: & de fine atque de futuris, quæ in scripturis habentur, explices: & quore desperatas gentes, cohæredes & eiusdem corporis, & participes sanctarum Deus fecit, ne taceas: & quomodo mortalis hæc caruncula induet immortalitatem, & corruptibilis incorruptibilitatem, prædices: & quomodo non populus, est populus: & non dilecta, dilecta: & quomodo plures eius quæ deserta est liberi, quàm eius quæ virum habet, doceas (ob hæc enim & similia ipsis, exclamauit Apostolus: O altitudo diuitiarum, & sapientiæ, & scientiæ Dei, quàm imperscrutabilia sunt iudicia eius, & impetuestigabiles viæ ipsius) & non in eo vt super creatorem & opificem illorum matrem, & ipsius cogitationē seculi errantis excogites, & ad tantā blasphemiā deuenias: neque vt rursus complemētum super ipsam, nunc triginta nunc innumerabiliū seculorum gentem ementiaris: quemadmodum hi dicunt, reuera diuina intelligētia destituti doctores, quū ea quæ est Ecclesia vniuersa vnam & eandē fidē habeat per totū mundū, velut diximus. Videamus porrò nunc inconstantem etiam horum sententiam, quū sint duo vel tres, quomodo de iisdē non eadem dicunt, sed & rebus & verbis cōtraria pronunciāt. Nam Valentinus, qui primus à Gnostica appellata secta principia ad proprium doctrinæ characterem adaptauit, sic protulit: dualitatem siue binarium innominabilem esse decernens, cuius altera pars appelletur Inenarrabilis, altera Silentium. Deinde ex hoc binario secundum binarium productum esse, cuius alteram partem Patrem nominat, alteram Veritatem. Ex hoc autem quaternario productum esse Verbum & Vitam, Hominem & Ecclesiam: essēque hunc Octonariū primum. Et à uerbo quidē ac vita

Cautè legenda catholicis poemata.

Sapiens ex spiritu dei Indicat omnia Fides vera qnę sit.

Spiritus sāc̄i ver⁹ interpres scripturarum.

Fidei Ecclesiæ scripturis intelligendis veritas indeficiens.

Plus aut minus eruditi in fide qui dicantur.

Quòd verbum Caro factū est gratias agendas.

Epiphonēma Pauli ad deum.

Valētinianorū dogmatum inconstātia.

Periculosa adinuẽtio.

decem Virtutes productas esse dicit, velut antea diximus. Ab homine verò & Ecclesia duodecim, ex quibus vnam defectricẽ ac discedentẽ reliquã tractationem feciſſe. Terminos itẽ duos asſeruit, alterũ inter profundum ac reliquum complementum, distinguentem genita secula ab ingenito patre: alterum separantem ipsorum Matrem à complemento. Sed & CHRISTVM non à seculis quæ in complemento sunt, emissum esse, sed à matre extra constitura ex præstantiorũ sententia genitum esse cum vmbra quadã. Et hunc quidem vt qui masculus esset, à seipso vmbrã dissecuisse, & ad complementum recurrisse: Matrem verò relictam cum vmbra, euacuatam spiritali substantia, alium filiũ protulisse. Et hunc esse opificem, quem etiam omnipotentem dicit, subiectorum. Simul autem prolatum esse cum ipso etiam siniſtrum principem docuit, similiter velut Gnostici falsò appellati, de quibus à nobis dicetur. Et IESVM aliquando quidem ab eo qui separatus est à Matre ipsorum, & vniuersis ammixtus, hoc est à voluntate, productum esse dicit. Aliquando verò ab eo qui in complementum recurrit, hoc est CHRISTO. Aliquando autem ab Homine & Ecclesia. Sed & Spiritum sanctum ab Ecclesia dicit productum esse, ad indagationem ac fructificationem seculorum inuisibiliter in ipsa ingressum, per quem secula plantas veritatis proferunt. Hactenus Ireneus. Et hæc quidem atque huiuscemodi prædictus vir senex Irenæus, per omnia ex Spiritu sancto ornatꝰ, velut generosus athleta à Domino prolatus, & cœlestibus gratiis ac donis illitus, secundum verã fidẽ ac scientiam luctatus, cõtra vniuersum ipsorum deliriũ argumentũ decertauit, & ea quæ vanè ab ipsis proferuntur, ad verbũ recensuit. Exactissimè verò ipsos in secundo libro suo ac reliquis confutauit, volens quodãmodo humi postratũ ac deuictum trahere, & coram omnibus in triumphũ ducere, & impudentẽ ac debilẽ vanæ opinionis prouocationẽ atq; illecebras in ipso prostrato deprehẽdere. Nos autẽ his paucis à nobis dictis cõtenti, & his quæ ab illis veritatis scriptoribus relata sunt ac cõposita, & videtes quod alii elaborauerunt, Clemẽs inquã, & Irenæus, & Hippolytꝰ, & alij plures qui etiã mirabiliter ipsorũ fecerũt subuersionẽ non valde quid amplius labori apponere, velut diximus, voluimus, cõtenti prædictis viris: & hoc ipsum cogitãtes, quòd omni rationis cõpoti etiã ex ipsis in doctrinis ipsorũ verbis euersio ipsorũ cõtra ipsos apparebit. Primùm quidem, quòd diuersæ sunt apud ipsos opiniones, & alter alterius dogmata dissoluere profitetur. Deinde quòd inconstantia & non cohærentia sunt ipsorum fabulamẽta, cùm neq; Scriptura vsquam talia referat, neq; Mosis lex, neq; aliquis propheta post Mosen, imò neq; Saluator, neq; ipsius Euangelistæ, neq; Apostoli. Si enim hæc vera essent, Dominus qui ad illuminandum orbem terrarũ venit, & propheræ ante ipsum, deinde etiã Apostoli qui redarguerunt idololatriam, & omnem iniquam actionẽ, & non timuerunt scribere contra omnem iniquam doctrinam ac aduersitatem, clarè vtiq; talia nobis annunciassent: & maximè cùm ipse Saluator dicat. Externis quidẽ id parabolis, vobis autem parabolæ ad interpretationẽ regni cœlorũ dicendæ sunt. Quascunq; igitur parabolas in Euangeliis dixit, statim interpretatus esse videtur. Profectò dixit & quod sit granũ sinapis, & quod fermentũ, & quæ mulier quæ fermentum in tria sata coniecit, quæ vinea, quæ ficus, quis seminator, quæ optima terra. Et frustra hi insaniunt à dæmonibus agitati. De quibus sanctissimus apostolus Paulus inquit: In nouissimis tẽporibus deficient aliqui à doctrina, intenti fabulis ac doctrinis dæmonũ. Et rursus sanctus Iacobus de tali doctrina dicẽs: Nõ est hæc sapiẽtia quæ ex supernis descẽdit, sed terrestris, animalis, diabolica: superna verò sapientia primùm quidẽ pura est, deinde pacifica, tractabilis, absq; hæsitatione ac diiudicatione, plena misericordia & fructibus bonis, & cætera. Cuius nullus fructus in prędictis reperitur. Apud ipsos enim est inconstantia, & omne iniquum negocium, dæmonumq; fœtus, ac sibili draconum, aliàs aliter & aliud vnoquoq; ipsorũ loquẽte. Apud quos nõ misericordia, non commiseratio reperitur, sed discęptationes & dissidia: & nusquam puritates, nusquã pax, nusquã modestia. Volo autẽ coactus à sermonis progressu, atiamsi me desiturũ esse pollicitus sum, pauca ab ipsis dicta in memoriam reuocata subuertere. Nõ enim artificiosi sermonis mihi cura est, sed legentiũ vtilitatis. Dicunt itaq;, quod duodecimũ seculum, illud in defectione constitutum pęnitus è numero illorum duodecim excidit, & perditur numerus duodenarius. Hoc autem factum esse dicunt, eo quòd Iudas qui duodecimus erat, excidit. Et sic duodenarium numerum dissipatũ esse. Similiter autem de ea quæ ex sanguinis profluuio laborabat. Et de ea quæ vnam drachmam de decem perdiderat. Ostẽditur autem, quòd neq; duodecimum seculum Iudæ personã habere poterit, velut antea à sanctissimo Irenæo dictum est: Iudas enim penitus periit. Duodecimũ verò seculũ iuxta ipsorum figmentũ nõ euacuatũ est. Stetit enim corã ipso traductor siue finitor, dixitq; ad ipsum Iao, velut ipsi dicũt, & sic firmatum est. Neq; quę duodecim annis sanguinis profluuio laborauit, ipsorum dragmati ac fabulæ assimilabitur. Seruata est enim post duodecim annos, in quibus sanguinis fluxus ab ipsa ferebatur. Non enim per vndecim annos ab afflictione libera degebat, & in duodecimo seruata est. Neq; quæ decem drachmas habuit, vnam in totũ perdidit, vt seculũ materiæ perditũ apud ipsos fingatur. Accendit enim lucernam, & inuenit drachmã. Ex duabus itaq; his aut tribus rationibus, omnia ipsorũ statim confutata relinquentur fabulamenta, velut inefficacia ac putrida, à prudentiæ filiis ac liberis sanctæ Dei catholicæ Ecclesiæ. Vt nẽ enim ipsos impetendo, rem in immensam longitudinem extendam, hucusq; facta narratione, & tantæ ipsorum improbitati fine imposito, ad sequẽtes transibo, Deum inuocans ducem & auxiliatorem nostræ debilitatis, vt ab hac & prædictis sectis seruemur, itemq; ab his quas postea demonstrabimus studiosis, & vanitatum ac inconstantium dogmatum in mundo exactam cognitionem habere volentibus. Nam in multos hìc sua somnia disseminans, & gnosticum, hoc est cognitorem ac scientem seipsum appellans, multos, vt ita dicam, scorpios velut vnam catenam cõnexuit, quemadmodum vetus & euidens fabula habet: Quòd scorpij alter alteri implexus catenam nectentes, decem aut plures, de tecto siue domo seipsos demittunt, & sic

Generatio temporaria Christicõtra scripturam.

Gnostici falsò appellati.

Spiritus sanctus ab Ecclesia productus.

Clemens. Hyppolytus.

Fabulamenta hæreticorũ.

Parabolę Christinõ dant occasionem ad malum ab illa explicatæ.

Sapientię diuinæ à mũdana, differẽtia ex B. Iacobo.

Falsa Iudæ proditoris duodecimi seculireprę sentatio.

Hęresis huius vanitas.

Fabula scorpionũ catenæ.

& ſic cum dolo perniciem hominibus inducunt. Sic & hic, & qui ab ipſo originem duxerunt, Gnoſtici appellati, erroris principes ac duces facti ſunt: & occaſionibus ab ipſo acceptis, alter ab alteto doctus, poſt præceptorẽ erroris additionẽ fecit, & aliã hæreſim induxit ex priore dependentem. Et ſic per ſucceſſionem in diuerſas hæreſes ipſi appellati Gnoſtici diuiſi ſunt: à Valentino tam en, velut dixi, & anteceſſoribus eius occaſionibus acceptis. Attamẽ prædictæ hæreſes vnà cũ huius Valẽtini ſecta, per veritatis doctrinã cõculcatæ à nobis dimittantur. Nos verò perſequentes in virtute Dei conſiderabimus.

Gnoſtici principes errorum.

Contra Secundianos, quibus coniunctus eſt Epiphanes, & Iſidorus, hæreſim XXXII.

Hæreſis Secundianorum 32. *Sodalium ſecundianorum Secundus.*

PRæterita Valentini hæreſi, & multis laborib. in ſpinoſa ipſius ſatione exhauſtis, per multum, vt ita dicam, laborem & agricolationis afflictionem, ad reliquias ſpinoſæ ipſius ſationis, & ſerpiginoſæ ipſius beſtiarum ac reptilium formationis deueniemus: ſanctum Spiritum à Chriſto petentes, quo per ipſum animas diuina doctrina ac ſancto verbo attraham⁹, venena ab his qui præoccupati ſunt, extrahere poſſimus. Incipiam autem de his dicere iuxta ſucceſſionem, quis aliis ſucceſſerit, ex his qui ab ipſo originem traxerunt, & aliam præter illius ſationem docuerunt. Secundus itaq; quidam ex ipſis exiſtens, & amplius quid ſapere volens, omnia quidẽ ſecundum Valentinũ exponit, verùm ampliorem ſonitũ in aures attonitorum immiſit. Hic enim cùm ſit ſecundum Valentinum, velut dixi, ſuper Valentinum autẽ ſentiat, primũ Octonarium dicit eſſe quaternarium dextrum, & quaternariũ ſiniſtrum: ſic vocari tradens, alterum quidem lucem, alterum verò tenebras. Virtutẽ verò quæ defecit & relicta eſt, non eſſe à triginta ſeculis, ſed poſt triginta ſecula, vt ſit ab his quæ poſt alterum octonarium poſterius facta ſunt. At de CHRISTO & aliis dogmatib. ſimiliter velut princeps eius, & veneni dator Valentinus docet. Quum autem non multa ſint quæ ab ipſo diuerſimodè ac nouè dicta ſunt, contentos nos eſſe oportere putaui prædictis, habentibus ex ſeipſis ſubuerſionẽ. Et tamẽ etiã de ipſo pauca dicã, vt ne ob penuriam ipſum præteriiſſe videar. Si enim quaternam quaternatij dextri ac ſiniſtri apud ipſos ſtatuuntur, inuenietur quid, quod quæretur mediũ inter dextrum ac ſiniſtrum. Quicquid enim dextros ac ſiniſtros ordines habet, medium conſiſtit inter ſiniſtra ac dextra ſua. Et nuſquam poterit eſſe dextrum aut ſiniſtrũ, niſi interueniente corpore, vtriuſq; partis diſcretio fiat. Itaq; ô ſtolide Secunde, & qui à te decepti ſunt, id quod medium eſt, à quo ſanè & dextra & ſiniſtra ſubſiſtent, vnum quiddam erit, & non poterit alienũ eſſe ab vno aliquo, id quod ex ipſo ſubſidet dextrum ac ſiniſtrum. Et neceſſariò reducetur totum in id quod vnum eſt, ſuprà quod nihil aſcendit, neque deſcendit: & quod nihil inferius habet, niſi quæ ab ipſo ſunt creata. Et erit hoc manifeſtum his qui veritatem conſiderant, quoniam vnus eſt Deus Pater & Filius & Spiritus ſanctus. Si verò vnus Deus eſt, ex quo omnia: neque quid ſiniſtrum eſt in ipſo, neque alia imminutio, neq; quid inferiùs præter creaturas ab ipſo factas. Quæ verò poſt Patrem & Filium & Spiritum ſanctum ſunt, omnia bene creata ſunt, & ad conſtitutionem ab ipſo ſplendidè ac rectè producta. Si verò rurſus talis dicet nobis alius progreſſus ſerpens, quòd dextra quidem ac ſiniſtra ex vno ſunt, ipſe verò medius eſt, & ſibiipſi adducit dextra, atque his delectatur: dextra autem vocat etiam lucem, ſiniſtra verò velut aliena à ſe, & in ſiniſtra ſita repellit: dicat mihi vnde accipit hanc geometriam, vt probè concinnet intranſmutabilem dextram ac ſiniſtram? Apud nos enim dextra aut ſiniſtra meritò nominantur à membris in corpore fixis, in quibus nunquam alteratio contingit. Quæ verò extra nos ſunt, aliquando dextra eſſe poſſunt, aliquando ſiniſtra. Omni enim ad orientem intuenti, Auſter ſiue Meridies dextra vocabitur, regio verò Aquilonaris aut ſeptentrionalis, ſiniſtra. Et vice verſa, ſi ad Occidentales partes conuerſus fuerit homo aliquis, alteratis nominibus regiones inuenientur: & quæ ante horam dextra fuit, auſtralisq; ac meridiana, in ſiniſtram rurſus mutata: & quæ borealis antea, ſeptentrionaliſque ac ſiniſtra, in dextram mutata. Vbi itaque excogitauit ſibiipſi impoſtor ille geometriam ſecundum Deum? Et ô ingentem illam nugacitatem, omnia confundentem. Aſſerit enim, poſt defectionem trigeſimi ſeculi, poſteriorem virtutem genitam eſſe. Vnde igitur defectionis naturam deprehendiſti, ô bone, aut virtutem quæ defecit, dic mihi? Si enim inueniſti hanc à germine ſuperiorum non creatam, ſed genitam: quandoquidem tibi & præſidi tuo non creata, ſed genita decernuntur ea quæ creata ſunt, & à participatione vniuſcuiuſque naturæ ab vnaquaq; accipientis ea quæ rurſus gignuntur enaſci: profectò iuxta ipſius rationẽ contra teipſum armaris. Si enim à ſuperiotibus & poſterior virtus, & defectio genita eſt, nataq; ac inſtar germinis producta: participat igitur ſupernis donis, quoniam communicat cum complemento poſterior virtus, & complementum cum poſteriori virtute: & nihil differet hoc ab illa, neq; illa ab hoc, quum ambo iuxta extremitates inter ſe communicẽt. Et ex omni ratione redargueris, ex ſeminio diaboli erroris tui ornatum habere, ô omnium miſerabilium miſerrime. Quòd verò non relinquam aliquid eorum quæ à quibuſdã fiunt ac dicuntur, quum in vnaquaq; hæreſi multi ſint principes, alia pro aliis ſuper magiſtros ſuos ſe reperiſſe iactantes, adhuc perſequerabo in narrando de his qui in hac ſecta ſunt. Verùm alia ab his dicunt, de Epiphane inquam, ac Iſidoro, qui ex occaſione orationis exhortatoriæ ſeipſum in ampliorem miſeriæ profunditatem immerſit: reuera autem à Carpocrate proprio ſuo patre ſecundum carnem, Epiphanes occaſiones accepit, verum prædicti Secundi hæreſi coniunctus etiam ipſe Secundianus fuit. Multa eſt enim errantium alterius ad alterum differentia, & multiplex ac impura inanium vocum mixtura. Hic enim Epiphanes filius, velut dixi, Carpocratis ex matre Alexandria appellata, his connectitur, velut dixi, à Cephalenia patetnum genus habens, qui ſeptem ſupra decem annos natus, citius è vita deceſſit, Domino ipſo malos velut ſpinas ſubmouente, & melius quid de orbe terrarum prouidente. Poſt mortem autem ipſius, hi qui ab ipſo ſeducti ſunt, à plaga ipſis ab illo incuſſa non abſtinuerunt. In Samo enim velut Deus adhuc in hunc vſq; diem colitur. nam regionis indigenæ delubro ipſi conſtructo, ſacrificia ac feſtiuitates celebrant per nouiluniũ. Aras item ipſi erexerunt, & Muſeum celebre in nomen ipſius conſtituerunt, quod ſanè Epiphanis Muſeum vocatur.

Ingenium hæreticorum quale.

Authore Valentino euaſit ſceleratior.

Aperta in dictis Secundi contrarietas.

Quæ à tribus perſonis ſunt rectè producta eſſe.

Nugacitas huius omnia cõfundans.

Iactantia diſcipulorũ in ſchola hæreticorum.

Pro deo habitus Epiphanes.

vocatur. Sacrificãt enim ipſi Cephallentes ad tantum errorem perducti, & libant, & in conſtructo ipſi delubro conuiuantur, hymnosq; ipſi canũt. Cæterùm propter excellentiã eruditionis in omnibus diſci plinis, & præcipuè Platonica, vniuerſa deceptio ex ipſo cõtigit circa prædictos, tũ iuxta hæreſim, tum iuxta reliquũ errorẽ, inſanũ videlicet ſimulachri eius cultũ, quo illius regionis homines ſunt attriti. Sequebatur itaq; hic Epiphanes Secundum, & cõplices eius. Veneni enim ſui eiaculationem ipſi affricauit, ſerpiginoſæ inquã corruptionis inaniloquentiã. Iſidorũ verò dicunt in oratione Parænetica per exhortationis modum improbitatis ſuæ autorem fuiſſe. An autem etiã ipſe eadẽ ſenſerit, & ex ipſis originẽ duxerit, aut ex philoſophis didicerit, & ipſe exhortatorium dicendi genus exercuerit, non ita clarè de Iſidoro cognoſcere potuimus. Veruntamen hi omnes æquale opus cõſuunt. Primùm quidẽ, quòd ipſe Epiphanes cũ patre ſuo & ſectæ antiſtite Carpocrate ac ſodalibus eius, cõmunes eſſe hominũ vxores ſanciuit, ex Platonis de Republica libris occaſionẽ nactus, & propriã cõcupiſcentiã perficiẽs. Hinc autẽ initium facit, dicens velut in Euangelio habetur. Saluatore dicente: Triplices eunuchos eſſe, eum qui ab hominibus caſtratur, & eum qui ex natiuitate, & eum qui ſeipſum propter regnum cœlorũ volũtariè caſtrauit. & inquit: Alij itaq; ex neceſſitate, & nõ pro ratione eunuchi fiunt: alij verò regni cœlorũ gratia ſeipſos caſtrãt: quapropter ea quæ ex nuptiis contingunt, ſupputationem videlicet rerũ neceſſariarũ, & negotiorum occupationẽ formidãtes, Melius eſt matrimoniũ contrahere quàm vri, ne in ignẽ immittas animã tuam, Apoſtolũ dicere ait, die ac nocte reſiſtens ac timẽs ne à cõtinentia excidas. Nam dũ in reſiſtẽdo verſatur anima, à ſpe diuiditur. Suſtine igitur, (velut iam antea dixi, exhortationis in medium proferens orationem) Iſidorus ad verbum in Moralibus inquit, pugnacem vxorem, vt ne abſtraharis à gratia Dei, ignemq; per ſemen eiiciens cũ bona cõſcientia Deũ adora. Quũ autem, inquit, gratiarũ actio & benignitas Dei in petitionẽ tuam inciderit, & ſteteris de cætero nõ peragens cum virtute, vt ne offendatis, nuptias cõtrahe. Deinde rurſus dicit: At iuuenis quis eſt, aut pauper, aut procliuis in Venerẽ, hoc eſt debilis, & non vult nuptias contrahere ſecundũ rationẽ, hic à fratre ne ſeparetur: turpes autem quaſdam ſuſpiciones ſibiipſi exquirens miſer ille fabulam confingit. Dicat itaque, inquit: Ingreſſus ſum ego ad ſancta, nihil poſſum facere. Si verò ſuſpicionem habuerit, dicat: Frater impone mihi manum vt ne peccem, & accipiet auxilium ſenſibile ac intelligibile. Velit ſolum abſoluere bonum, & adſequetur. Deinde rurſus dicit: Aliquando ore quidẽ dicamus, non voluimus peccare, cogitatio verò in cumbit ad peccandum: Talis propter timorem non facit quod vult, vt ne ſupplicium ipſi imputetur. Cæterùm humanum genus habet neceſſaria quædam & naturalia ſola. Habet amiciri neceſſarium, ac naturale. Naturale autem eſt, & venereis rebus vti. Neceſſariò verò has appoſui voces ad hos redarguẽdos, quum non rectè viuant nec Baſilidiani, nec Carpocratiani, nec Valentini aut Epiphanis ſectatores. Cui ſanè Epiphani coniunctus eſt prædictus Secundus. Inter ſe enim connexi, ita vt aut hic illi tradiderit, aut ille huic errorem impertierit, etiamſi aliqua parte inter ſe differant, tamen in vna hæreſi ſeipſos collocarunt. Quare etiam poteſtatem habere peccandi docuerunt, quum propter perfectionem omnia naturalia ſint ſeruanda: & ſi peccent, propter naturaliter inſitam electionem id faciant. Alioqui neque eadem ipſis facere permittunt primi horum dogmatum parentes. Tradunt præterea etiam hi velut ad ſublimiorem cognitionem ac ſcientiam progreſſi, primum quaternionem ſic. Eſt quoddam præ omnibus proprincipium præincogitabile, inenarrabileque ac innominatum, quod ego ſingularitatem nomino. Huic ſingularitati adeſt virtus, quam etiam ipſam Vnitatem appello. Hæc vnitas & illa ſingularitas, quũ vnum ſint, emiſerunt nõ dimittentes principiũ in omnibus, intelligibile ac inuiſibile, quod principium doctrinæ ratio Monadem vocat. Huic Monadi adeſt virtus coeſſentialis ipſi, quam & ipſam Vnũ nomino. Hæ virtutes, Vnitas, Singularitas, Monas, & Vnum, reliquas ſeculorũ emiſſiones produxerunt. Deinde qui rectè ſcripſerunt de veritate, horum vaſaniam in ſcriptis ſuis redarguerũt: Clemẽs videlicet, quem quidam Alexandrinum, alii Athenienſem dicunt. Sed & ſacer Irenæus, deridens ipſos ob prædicta, tragicum illud in medium adduxit, Iu iu (inquit) & heu heu: tragicum enim hoc reuera obtalem calamitatem proferre licet eorum, qui ridicula hæc nominum figmenta ſcripſerunt, & eius quæ tanta audacia citra omnem ruborem mendacio ſuo nomina impoſuit. In eo enim quod dicit, Eſt quoddam proprincipium præ omnibus præincogitabile, quod ſingularitatem nomino. Et rurſus, Huic ſingularitati adeſt virtus, quam etiam ipſam Vnitatem appello: manifeſtiſſimè confeſſus eſt, quòd relata figmentum ſuum ſunt, & quòd ipſe nomina figmento impoſuerit, à nullo alio prius poſita, & clarum eſt, quòd ipſe hæc nomina effingere auſus fuit. Et niſi ipſe affuiſſet in vita, non ſanè veritas nomen habuiſſet. Nihil igitur prohibet, etiam alium quendam in eodẽ argumento ſic nomina præſcribe. Deinde idem beatus epiſcopus Irenæus in hæc, velut diximus, ridicula verba, etiam ipſe à ſeipſo aliam nomenclaturam appoſuit: velut dignam ac conferendam ipſorum nugacibus deliramentis, nimirum peponũ & cucumerorum ac cucurbitarum generibus, velut de ſubiectis aliquibus confictis: velut ſtudioſis ex his quæ prius legerunt, clarum fuerit. Alii verò rurſus ex ipſis primum ac principalem octonarium his nominibus appellant. primò Proprincipium, deinde Incogitabilem, tertiò Inenarrabilem, quartò Inuiſibilem. Et ex primo quidem Principio productum eſſe, primo & quinto loco Principium. ex Incogitabili verò, ſecundo ac ſexto loco Incomprehenſibilem. ex Inenarrabili autem, tertio ac ſeptimo loco Innominabilem. ex Inuiſibili verò, quarto & octauo loco Ingenitum. Atq; hoc eſt complementum primi octonarii. Et has Virtutes volũt eſſe ante Profundum & Silentium, vt perfectis perfectiores eſſe videantur, ac Gnoſticis magis Gnoſtici, hoc eſt ſcientes: quibus meritò quis acclamarit, ô deliri ſophiſtæ. Nam de ipſo Profundo multæ ac diuerſæ apud ipſos ſunt ſententiæ. Alii enim ipſum inconiugatum dicũt, & neque maſculum, neq; fœminam, neq; omnino quid eſſe. Aliqui verò maſculum & fœminam ipſum eſſe dicunt, hermaphroditæ naturam ipſi attribuentes. Alii rurſus Silentium ipſi coniugem adiũ-

gunt,

Epiphanes præceptor ſecũdus.

Vxores cõmunes.

Materia huius hæreſis.

Iſidorus.

Impiadogmata.

Errores cõmunes Epiphani & Secundo.

Principiũ Innominabile.

Clemens Alexandrinus, vel Athenienſis.

Singularitatis vnitas.

Sancti Irenæi de verbis ridiculis cenſura.

Principii epitheta varia.

gunt, vt prima coniugatio fiat. Et ex hoc & hæc reliqua ſecula ad eundem modum effingunt, & ingentia quædam ſunt in ipſis ſomnia, quæ mentem ipſorum in altiſ. ſomnũ deprimunt. Et quid opus eſt me diutius in his tempus terere? quum facile deprehenſu ſit ipſorũ argumentum, itemq; confutatio ac ſub uerſio facilis ex prædictis, ſi quis velit veritati inhærere. & non vanis fabulis ſeduci. Cæterùm hæc mihi de his dicta ſint. Præterita autem hac ſecta, ad conſequentes viam mihi ſecuram ac callem leuem explorabo, quo horum improbitatem recenſens ac redarguens, meipſum & audientes in virtute Dei conſeruem, per Domini noſtri doctrinam & veram ſpeculationem. Nunc verò fœda hac vipera multis aliis viperis ſimili, conculcata per Euangelij doctrinam, ſequentes conſiderabimus.

veritati explicandæ non laborãdum.

Contra Ptolemaitas, XXXIII. *hæreſim.*

SEcundo & Epiphani, qui Iſidori exhortatoriam orationem in ſuam opinionem traxit, ſucceſſit Ptolemæus, ex eadem Gnoſticorum appellatorum ſecta exiſtens, & de numero Valentinianorum cum aliis quibuſdam, verùm alia præter magiſtros ſuos aſſerens. cuius etiam nomen iactant hi qui ipſi obediunt, Ptolemęi vocati. Hic igitur Ptolemęus & ſocij eius, adhuc maiori experientia quàm præceptoris eius nobis proceſſit, vt qui ad illorum narrationem exceſſus quoſdam additionis excogitauit. Duos enim hic coniuges, Deo apud ipſos Profundo appellato, excogitauit ac donauit: has verò etiam diſpoſitiones ſiue affectiones appellauit, Intelligentiam & Voluntatem. Et intelligentiam quidem ſemper affuiſſe in ipſo, cogitantem ſemper aliquid emittere: voluntatem verò in ipſo ſucceſsiſſe. Primùm enim cogitauit emittere, deinde (inquit) voluit. Quapropter etiam duabus his affectionib. ſiue virtutibus (virtutes enim rurſus ipſas vocat) intelligentia ſcilicet ac voluntate, velut inter ſe commixtis, Vnigeniti & Veritatis emiſsio per coniugationem facta eſt: quas formas quaſdam & imagines duarum affectionum patris inuiſibilis viſibiles proceſsiſſe volunt, Voluntatis quidem Veritatem, Intelligentiæ verò Mentem. Et propterea Voluntaris, ingenitæ eſſentiæ imago maſcula facta eſt, fœminea verò intelligentiæ. Voluntas enim virtus facta eſt intelligentiæ. cogitabat enim Intelligentia emiſsionem: nõ tamen emittere ipſa per ſeipſam poterat quæ cogitabat. Quando autem voluntatis virtus acceſsit, tunc quod cogitarat produxit. Et heu vanam illorum ac deliram nugacitatem. Hoc enim neq; de homine aliquis ſana mente præditus acceperit, nedum de Deo. Videtur autem mihi prudentior ipſo eſſe Homerus, in eo quod Iouem curam ſecum in animo voluentem deſcribit, ſolicitum & ægreferentem, & per totam noctem ſine ſomno perſeuerantem, quo Achiuis inſidias ſtrueret: quum Thetis ipſum rogaſſet, vt pœnas darent Græcorum principes, atq; ipſi Græci, propter contumeliam ac iniuriam Achilli illatam. Nihil enim hic Ptolemæus in gloriam patris vniuerſorum, quem etiam Profundum appellat, magis rationi conſentaneum excogitauit, quàm ſunt ea quæ de Ioue Homerus dixit. Imò ipſum potius comprehẽdit Iouem, vt qui ex Homero notionem accepit. Magis enim Homericam ſententiam de Ioue & Achiuis meritò dixerit, qui tantam ſuam audaciam euomuit, quàm de vniuerſorum domino: qui ſimul vt cogitat, etiam perficit hoc quod voluit: & ſimul vt vult, etiam hoc meditatur quod voluit: hoc meditãs quod & vult, & hoc volens quod & cogitat: quum totus ſit cogitatus, totus mens, totus lex, totus oculus, totꝰ auditus, totus fons omnium bonorum, & in nullo affectu hæreat. Deus enim eſt, & non curans & hæſitans velut Profundum ſiue Iupiter, de quo dicentem Homerum Ptolemæus de Profundo ſuo loquens imitatus eſt. Cæterùm ad ampliorem confutationem impoſtoris illius, conſequenter apponam quæ ab ipſo Ptolemæo ad Floram quandam fœminam ſcripta ſunt, blanda penitus ac venenoſa verba: vt ne quis putet nos ex auditu ſolum deceptorem illum redarguere, vt qui non prius legerimus adulteratam ipſius doctrinam. Nam ſupra prædicta etiam legem Dei per Moſen datam blaſphemiis inceſſere non erubeſcit. Sunt autem verba ipſius hæc.

Ptolemæi ex gnoſticorũ ſchola.

Indeficiẽs intelligentiæ cogitatio.

Materia huius hæreſis.

Homerus quo modo Iouis affectiones depinxit.

Pater vniuerſorum eſt profundum.

Ter profundum Ionem intelligit.

Ptolemæus ad Floram.

QVòd legem per Moſen datã, ſoror mea optima Flora, multi præoccuparint, neque fundamentum ipſius ſcientes, neq; præceptorum eius gnari. exactè puto etiam tibi conſpicuum fore, vbi diſcordes de ipſa ſententias didiceris. Alii enim à Deo & patre datam dicunt. Alii verò cõtraria via progreſſi, ab aduerſario corruptionis autore diabolo hanc datam eſſe affirmant: velut etiam mundi creationẽ ipſi attribuunt, patrem ac creatorem hunc eſſe dicentes. Verùm in hoc omnino errarunt hi, & vtrique à propoſita veritate diſceſſerunt. Neq; enim à perfecto Deo ac patre hanc latam eſſe apparet, cum imperfecta ſit, & completione egeat, habeatq; mandata incongrua talis Dei naturæ ac menti. Neq; rurſus aduerſarii iniquitati legem atribueree conuenit, vt cuius propoſitum ſit iniuſtitiam exercere, & hoc ſanè fuerit eorum qui non intelligunt ea quæ à Saluatore dicta ſunt. Domus enim aut ciuitas diuiſa in ſeipſam ſtare non poteſt, Saluator noſter pronunciauit. Inſuper mundi creationem propriam Verbi eſſe, & per ipſum omnia facta eſſe, & ſine ipſo factum eſt nihil, Apoſtolus Ioannes inquit: non ſubſiſtentem falſa dicentium ſapientiam remouens, & illam non corruptionem inducentis, ſed iuſti & malos odio habentis Dei eſſe aſſerens. Verùm contrà ſentire, hominum dementium eſt, & cauſam prouidentiæ opificis non habentium: & non ſolum animæ oculis, ſed etiam corporis excęcatorum. Quòd quidem igitur hi aberrarint à veritate, ex relatis tibi manifeſtum eſt. Accidit autem hoc vtriſq; ipſorum peculiariter: alteris quidẽ, eo quòd ignorant iuſticiæ Deũ: alteris verò, quòd ignorant vniuerſorũ patrem, quem ſolus ille qui venit, ac ſolus nouit, manifeſtauit. Supereſt itaq; nobis, qui amborũ ettorẽ cognitum habemus, exponere tibi ac declarare ipſam legem qualis ſit, & legiſlatorem à quo ſancita eſt, ita vt dicendorum à nobis demonſtrationes ex Saluatoris noſtri verbis propoſituri ſimus, per quæ ſolum citra errorem ad veritatis comprehenſionem deduci datur. Primùm igitur diſcendum, quod vniuerſa illa lex quæ in quinque libris Moſis continetur, non ab vno aliquo ſancita eſt: dico ſanè, non à ſolo Deo. Sed ſunt quædam ipſarum præcepta etiam ab hominibus lata. Et trifariam hanc diuiſam eſſe, Sal-

Legis Moſaicæ traductio.

Refutatio prauæ opinionis.

uatoris verba nos docent. Nam ipsum Deum & eius legislationem diuiditur, & in Mosen: non quemadmodum per ipsum legem dat Deus, sed sicut ex propria intelligentia procedens, etiam Moses aliqua sanciuit: & in seniores populi, qui primi comperiuntur mandata quædam propria proposuisse. Quomodo igitur hoc ita se habeat, ex Saluatoris verbis ostenditur. Didiceris autem hoc sic. Saluator alicubi disputans aduersus eos qui de repudio ipsum interrogabant, quod sanè repudium licitum esse sancitū est, dixit ad ipsos: Moses ob duriciam cordis vestri permisit dimittere vxorem, ab initio enim non sic factum est. Deus enim (inquit) coniunxit hanc coniugationem: & quod coniunxit Deus, homo ne separet, inquit. Hic alteram Dei ostendit legem, prohibentem separari vxorem à viro suo: alteram Mosis, quæ ob duritiam permittit hoc iugum separari. Et profectò in hoc contraria Deo sancit Moses: contrarium enim est, non debere seiungi. Si tamen & Mosis sententiam, iuxta quam hoc sanciuit, expenderimus, inuenietur hoc non iuxta suum proprium propositum, sed iuxta necessitatem sanciuisse, propter legē pressorum debilitatem. Quandoquidem enim Dei voluntatem seruare non poterant hi in eo, quo non licebat ipsis repudiare suas vxores, quæ cum ipsis iniucundè cohabitabant, & periclitabantur ne ex hoc amplius peruerterentur ad iniusticiam, & ex hac ad interitum: hanc iniucunditatem ipsorum ex scindere volens Moses, per quam futurum erat vt perirent, secundam quandam velut iuxta circunstantiam minus malam, pro maiori permutans, repudij legem à seipso ipsis tulit: quò si illam seruare non possint, vel hanc seruarent, & non ad iniusticias ac malicias conuerterentur, per quas certissimus interitus sequuturus ipsos erat. Hæc quidem huius sententia fuit, iuxta quam contra Deum legē tulisse cōperitur. Veruntamen quod ipsius Mosis lex hic alia ostenditur, præter legem Dei, minime ambiguum est, etiamsi per vnam saltem nunc id demonstrauerimus. Quod verò etiam seniorum quædam sint traditiones legi implicatæ, etiam hoc Saluator declarat. Deus enim (inquit) dixit, Honora patrem tuum & matrem tuam, vt tibi bene fiat. Vos autem dixistis (inquit, ad seniores loquens) Quicunque dixerit patri & matri, donum quodcunque ex me, in tuum vertitur commodum, &c. & irritam fecistis legem Dei per traditiones seniorum vestrorum. Hoc autem Esaias exclamauit dicens: Populus hic labiis me honorat, cor verò ipsorum longe abest à me: frustra autem colunt me, docentes doctrinas, præceptā hominum. Manifestè igitur ex his vniuersa lex trifariā diuisa ostenditur. nam & ipsius Mosis, & seniorū, & ipsius Dei legislationē in ipsa comperimus. Hæc quidem igitur diuisio vniuersæ illius legis hic à nobis facta, veritatē in ipsa ostēdit. Rursus autē vna hæc pars, ipsius Dei lex in tres partes diuiditur: in puram legislationē nihil mali implexū habentem, quæ etiā propriè lex dicitur, quā non venit vt dissolueret Saluator, sed vt impleret. (non enim erat alienus ab ipsa quam impleuit: non enim habebat perfectionem:) & in eam quæ implicata est deteriori: ac in iniusticiā, quam sustulit Saluator, vt quæ incōgrua erat suæ naturæ. Diuiditur autē & in figuratā & significatiuā, quæ secūdum similitudinē eorū quę iuxta similitudinē præstantiora sunt, sancita est. Hanc transtulit Saluator à sensibili & apparēte, ad spirituale & inuisibilē. Et est quidē Dei lex pura illa, & nihil mali implexū habens, ipsa Decalogus, decē illę sententiæ in duabus laminis separatæ, & ad sublationem interdictorum, & ad præceptionem faciendorum, quæ velut puram habentes legislationem, non autem habentes perfectionem, indigebant implectione à Saluatore. Quæ verò implicata est iniusticiæ, est ea quæ ad vindictam ac retributionem eorum qui prius iniuriam intulerunt, lata est: oculum pro oculo, & dētem pro dente elidi iubens, & cędē pro cæde retribuere. Nihil autem min⁹ etiam is qui secundus iniuriā infert, iniurius est, ordine solū immutato idem opus operans. Hoc autem præceptum iustum quidem alias & erat & est, propter debilitatē eorum quibus lex posita est, in transgressione puræ legislatum: verùm incongruum patris vniuersorum naturæ ac bonitati. fortassis autem hoc conueniens, verùm magis necessarium. Qui enim vnam cædem fieri non vult, in eo quod dicit, Non occides: is vbi imperauit occisorem vicissim occidi, secundam legem ferens, & duabus cædibus sanciens, non animaduertit seipsum à necessitate abductum. Quapropter sanè filius qui ab illo ad nos accessit, hanc legis partem sustulit, cōfessus & ipse esse Dei. & tum inter alia connumerat veteri sentētiæ, tum vbi dixit, Deus quum dixit: Qui maledicit patri aut matri, morte moriatur. At verò pars ipsius figurata est, quæ ad similitudinem spiritualium ac præstantiorum posita est, quæ videlicet in oblationibus & circunciſione, sabbatóq; ac ieiunio, & paschate ac azymis, & eiusmodi sancita est. Hæc enim omnia quum imagines sint figuræq; ac signa, veritate manifestata translata sunt: & vt iuxta id quod apparet, ac corporaliter perficiantur, sublata sunt: iuxta id verò quod spirituale est assumpta, nominibus quidem iisdem manētibus, rebus autem permutatis. Etenim oblationes offerre præcepit nobis Saluator, sed non per bruta animantia, aut suffitus, sed per spirituales laudes & glorias & gratiarum actiones, & per distributionem ac beneficentiam erga propinquos. Et circunciſio ne nos vult circuncidi, sed non pręputij corporalis, verùm cordis spiritualis, & Sabbatum seruare: vult enim nos ocioſos esse ab operibus malis. Quin & ieiunare: sed non corporale vult ieiunium nos ieiunare, sed spirituale, in quo est abstinentia ab omnibus vitiis. Seruatur tamen & apud nostros ieiunium, quod apparet. Nam & animæ aliquid conferre potest hæc, si cum ratione fiat: quando neque propter imitationem aliquorum fit, neque propter consuetudinem, neq; propter diem, velut dies hoc præscribat: & simul ad recordationem veri ieiunij, vt hi qui nondum illud ieiunare possunt, ab apparente ieiunio ipsius recordationem habeant. Sed & pascha similiter, itémq; azyma, quòd imagines fuerint, ostendit etiam Paulus apostolus: Pascha autem nostrum (inquit) immolatus est CHRISTVS. &, Vt sitis (inquit) azymi non participantes fermento (fermentum nunc maliciam dicit) sed sitis noua conspersio. Hæc itaque ipsa quam Dei legem esse confitemur, in tres partes diuiditur. In eam quæ impletur à Saluatore: nam Non occides, non adulterium committes, non peierabis: in eo quod neque irasci nos debere, neque concupiscere iusit, comprehensum est: & in eam quæ perfectè sublata est: nam oculum pro oculo,

Cōtraria quomodo sancit Moses.

In quo lex de dimittē da vxore aduersari comperiatur.

Probatio diuisionis legis in tria membra.

Lex Dei trifariam diuisa.

Leges perfectæ & Imperfectæ quæ dicantur.

Quæ lege veteri contineantur.

Figuratorum præceptorum rationes.

Ieiunii ratio.

oculo,& dentem pro dente,implicatum iniuſticiæ,etiam ipſum iniuſticiæ opus habens,ſublatum eſt à Saluatore per contraria(contraria autem mutuò ſe perimunt)Ego enim dico vobis,vt ne omnino reſiſtatis improbo:ſed ſi quis tibi alapam incuſſerit,obuerte illi etiam alteram maxillam. Figuratur autem & in hanc quę translata eſt ac alterata à corporali in ſpiritualem,ſignificatiuam videlicet ac figuratam partem, ad ſimilitudinem atque imaginem præſtantiorum ſanciram. Imagines enim ac ſigna quum alias res exhibeant,rectè fiebant vſquequò non aderat veritas. præſente autem veritate, ea quæ ſunt veritatis facere oportet, non quæ imaginis. Hæc verò & diſcipuli ipſius, & Apoſtolus Paulus oſtendit,dum imagines quidem,velut iam antea diximus,per paſcha & azyma demonſtrat:partem verò legis iniuſticiæ implicatam,vbi dixit,Legem mandatorum in doctrinis abolitam eſſe:partem autē nihil mali implexum habentem,vbi ait,Lex quidem ſancta,& mandatum ſanctum ac iuſtum & bonum.Quantum igitur compendiò dici poteſt,ſufficienter arbitror tibi demonſtratum eſſe,& legislationem ex hominibus introductam eſſe,& ipſam Dei legem trifariam diuidi. Supereſt autem nobis, vt quid eſt hic Deus qui legem tulit,dicamus.Sed & hoc puto tibi in prędictis demonſtratum eſſe, ſi diligenter auſcultaſti.Si enim neque ab ipſo perfecto Deo hæc lata eſt,velut oſtendimus:neque à diabolo (quod neque dicere fas eſt) alius eſt præter hos,hic qui legem poſuit.Hic verò Opifex & creator totius huius mundi eſt,& eorum quæ in ipſo ſunt,qui alius eſt ab horum eſſentiis,& medius horū conſiſtens,meritò etiam medietatis nomen tulerit.Et ſi perfectus Deus bonus eſt ſecundum ſuam naturam,velut etiam eſt:vnum enim ſolum eſſe bonum Deum patrem ſuum Saluator noſter pronunciauit,quem ipſe manifeſtauit.Eſt autem & is qui aduerſatiæ naturæ eſt,malus ac improbus,& in iniuſticia delineatur. Qui igitur medius conſiſtit,& neque bonus eſt,neque malus,neque iniuſtus,propriè vtique iuſtus dici poterit,vt qui ſuæ iuſtitię ſit procurator,& erit quidem inferior perfecto Deo,& minor illius iuſtitia hic Deus,vtpote & genitus exiſtens,& non ingenitus. Vnus enim eſt ingenitus pater ex quo omnia,omnibus propriè pendentibus ab ipſo . Maior verò & principalior aduerſario fiet, & alterius eſſentiæ ac naturæ ab vtriuſque horum eſſentia. Etenim aduerſarii eſſentia eſt corruptio ac tenebræ. Materialis enim hic eſt,& multifidus. Verùm patris vniuerſorum ingeniti eſſentia,incorruptibilitas & lux per ſe exiſtens,ſimplexque ac vniformis. At verò horum eſſentia duplicem quandam virtutem produxit. Ipſe verò melioris eſt imago. Neque re nunc hoc perturbet,ſcire cupidam,quomodo ab vno principio vniuerſorum ingeniti ac incorruptibilis,quod & eſt,& nos confitemur ac credimus eſſe bonum,conſtitutæ ſunt & hæ naturæ,tum corruptionis,tum medietatis,non eiuſdem eſſentiæ exiſtentes,quum bonum naturam habeat,ſimila ſuiipſius & coeſſentialia generare ac proferre. Diſces enim conſequenter,Deo dante,etiam huius principium ac generationem,vbi digna facta fueris apoſtolica traditione,quam etiam nos ex ſucceſſione accepimus,vnà cum hoc quod regulabimus omnes ſermones per Saluatoris doctrinam. Hæc tibi ô ſoror mea Flora,paucis recenſere non cunctatus ſum, ac compendioſè perſcripſi , & ſimul propoſitum ſufficienter declaraui. quæ etiam ad conſequentia magnopere tibi conducent,ſi modo velut pulchra ac bona terra,fœcunda ſemina nacta , fructū per ipſa produxeris. Hactenus Ptolemæus. Quis verò horum verborum huius impoſtoris,ac ſodalium eius inſaniam ſufferet? Ptolemæi inquam,ac ſociorum eius,vſqueadeò miſcentium ac confuentium figmēta? Neque enim quiſpiam ex veteribus tragicis poëtis,neque qui ſecuti ſunt imitatoriis moribus prædicti,Philiſtionem dico & Diogenem,qui incredibilia ſcripſit,aut alii omnes qui fabulas conſcripſerunt ac decantarunt,tantum mendacium effingere potuerunt,velut hi audacter contra ſuam ipſorum vitā ducti,horrenda ſibiipſis conſtruxerunt; & mentem hominum ipſis credentium in ſtultas quæſtiones & genealogias nunquam finiendas coniecerunt,ipſi ea quæ in manibus ſunt non ſcientes , & cœleſtia menſuris quibuſdam dimetiri promittentes,& quarundam obſtetricantium matrum,& non exiſtentium velut quæ ſint,ſcientias ſuſcipientes. At vbi quis audierit ab his,ſiquidem ex deſipientiſſimis fuerit,per mendacium,putans ſe ſublime aliquid apud ipſos cognouiſſe,facile ſubducetur:quoniam omnis auicula ſecundum genus congregatur,& ſimili vir agglutinabitur,inquit Scriptura. Si verò quis cōtigerit ipſis ex prudentibus,& rectam ratiocinationem habentibus,deridebit quidem tantam nugacitatem. Ab ipſo verò argumento eorum quæ ab ipſis dicuntur,euerſionem ipſorum cognoſcet. Redarguuntur enim hi omnino contra ſeipſos vanitatis ſuæ mendaciis armati. Vnde enim vobis,ô vos Ptolemæi ac Ptolemeæ,profundi menſura,& partuum obſtetricationes,& generatiuarum rationum cognitio? Nā velut qui affuiſſetis,& cœleſtium naturas conſpexiſſetis,& velut ipſi ante Profundum apud vos appellatum fueritis,cognitionem nobis oſtendere promittitis:cùm nullus vnquam propheta hoc dixerit,non ipſe Moſes,non qui ante ipſum,non qui poſt ipſum fuerunt,non Euangeliſtæ,non Apoſtoli. niſi fortè fabuloſa gentium poëmata dixeris Orphei ac Heſiodi, & Steſichori, apud quos hominum generationes trāsformatæ ſunt in deorum cognominationes:& quæ inter homines facta ſunt poëticè compoſita ſunt. Nam & illi ſic ſenſerunt,dum deos fecerunt Iouem & Rhecam,& Iunonem, & Mineruā,atque Apollinem & Venerem,& horum maliciei ſobolem coluerunt,atque ſic mundum in imaginationem multitudinis deorum ac cultus ſimulachrorum immiſerunt. At non amplius mihi multa neceſſitas impēdebit,ad te ô Ptolemæe ſubuertendum,ac confutandum ſodales tuos,cum iam primi parentes tui ſatis ſint à me confutati . Verùm propter prędictorum ex te confuſionem, recenſebo aliorum errorem,Deum inuocans mediocritatis noſtrę auxiliatorem,quo argumentum apud ſingulas gentes malè excogitatum deprehendam , ac in triumphum ducam , ob ſtudii promiſſionem à Deo gratiam petens. Quo verò non inexaminatę ſint tres tuæ dictiones,quas ad Floram mulierculam ſcribens iactas,ô Ptolemæe (ſemper enim ſerpentinæ doctrinæ mulierculas peccatis onuſtas decipiunt,iuxta Apoſtoli ſermonem)ipſas ſanè dictiones hîc propriè adponam, & ipſarum deſtructionem,

Tres partes legis quomodo adimpleātur.

Epilogus dictorum.

Legis dator qui ſit

Improbus in iniuſtitia delineatur.

Dei Patris & aduerſarii diuerſa eſſētia.

Generatio in diuinis non ſtatī dignoſcitur.

Philiſtiō comicus. Diogenes poeta.

Similitudo rei conueniens.

Vrget author hæreſis mendaciorum vanitate.

Auxiliū dei petit Epiphanius ad declarādas Idololatrias.

quæ neceſſaria eſt, vt ne relinquatur zizanioſæ tuę ſationis aliqua radix, deinceps cõſequentur faciam.

Lex nõ eſt trifariam diuiſa.

Dicis igitur ô bone, legẽ trifariã diuiſã eſſe, & habere aliquid ex Deo, aliquid ex Moſe, aliquid ex ſeniori. Et quod quidẽ ex ſenioribꝰ putas, non potes alicubi ſcriptum oſtẽdere, hoc manifeſtũ eſt. Nuſquã enim in lege habentur ſeniorum traditiones. Sed ignorans & libros & veritatem, calumniando ſeducis, conſequentias etiam vniuſcuiuſque exactæ cognitionis ignorans. Nam traditiones ſeniorum, expoſitiones apud Iudæos appellantur. Sunt autem hæ quatuor. vna quæ Moſis nomine fertur. altera eius qui

Seniorum traditiões ſiue expoſitiones quadruplices.

vocatur Rappiaciba. tertia Adda, ſiue Iuda. quarta filiorum Aſamonæi. Nam vbi potes tu contentioſe ac inſtabili mente prædite, oſtendere in quinque libris & legislationis Dei, quod relatus eſt ſermo qui A à Saluatore dictus eſt? Si quis dixetit patri ſuo corban, hoc eſt donum quodcunque ex me in tuum cedet commodum. Sed non potes oſtendere. Itaque excidit ſermo tuus, cum verbum hoc nuſquam in quinque libris Moſis habeatur, & fruſtra deceptæ à te Floræ illuſiſti. Quæ verò à Moſe, neque ipſa extra Deum ſancita ſunt, ſed ex Deo per Moſen: id quod ex ipſa Saluatoris reſponſione oſtenditur. Ipſa enim quæ produxiſti teſtimonia, contra teipſum collegiſti. Dicit enim Dominus in Euangelio, Moſes

Doctrina huius nuſquam apparet in libris moſis

ſcripſit ſecundum duritiam cordis veſtri. Quod verò ſcripſit Moſes, nõ extra voluntatem Dei ſcripſit, ſed ex Spiritu ſancto ſanciuit. Dicit enim Dominus in Euangelio: Quod Deus coniunxit, homo ne ſeparet. & quomodo coniunxit, verbum declarauit, vt diſcamus, dicens: Iccirco relinquet homo patrem ſuum & matrem ſuam, & adhærebit vxori ſuæ, & erunt duo in carnem vnam. Deinde infert dicens: Quod igitur Deus coniunxit, homo ne ſeparet. Quanquam Dominus hoc nuſquam dixerit, quando Adam & Euam formauit, ſed ſolum, Faciamus ipſi ſecundum ipſum auxiliarium. Verùm hoc ab ipſo Adam dictum eſt, quando ſurrexit ex ſomno, & dixit: hoc nunc os ex oſſibus meis: & caro ex carne

Nũquam ſcripſit moſes niſi deo authore.

mea, hæc vocabitur mulier, quoniam ex viro ſuo hæc deſumpta eſt. Deinde dicit: Propterea relinquet homo patrem ſuum & matrem ſuam, & adhærebit vxori ſuæ, & erunt duo in carnem vnam. Non igitur Deus hoc loquutus eſt, ſed Adam. Dominus autem teſtatur in Euangelio, Dei verbum eſſe quod per Adam dictum eſt: & ab hoc ipſo argumento oſtendit, quod illic quidem Adam dixit, verùm volũtas Dei loquebatur. Et hic Moſes legem tulit, Deo ipſi annuncianti legislationem. Et hæ quidem iam duæ tuæ dictiones interciderunt, & non eminus, ſed ab ipſo vſu. Et quod legislatio Dei eſt, manifeſtũ

Improbatio interpretationis datæ de aliquot locis veteris ſcripturæ.

eſt. Vbique enim Deus lege ſancit, alia in tempora, alia in figuras, alia in reuelationem futurorum bonorum, quorum expletionem Dominus noſter IESVS CHRISTVS vbi aduenisſet in Euangelio oſtendit. Porrò aliam deorum diuiſionem, rurſus trifariam partitam apud te, repetam, & ipſam à te per calumniam excogitatam eſſe oſtendam: & non aliud hoc opus eſſe, quàm impoſtoris, declarabo. Qua- B lis enim nobis tertius adeſt Deus, ex duabus imaginibus conſtitutus, & neuter ex duabus exiſtens, neque maliciam habens ac iniuſtitiam, velut dixiſti: neque bonitatem, & lucidam eſſentiam, verùm medius exiſtens iuſtus? Etenim cum reuera alienus ſis ab omni iuſtitia, & æquitate, merito ignoras quid eſt iuſtitia, aliam ipſam præter bonitatem putans. Multum verò redargueris ô falſarie, & à verita

Falax tripartita diuiſio deorum.

te aliene. ex nullo enim alio fit iuſticia, quã ex bonitate. Et neque aliter quis fiet bonus, ſi non fuerit iuſtus. Vnde & Dominus laudans legem & iuſtos ipſius, dixit: Ornatis ſepulchra prophetarum, & ædificatis monumenta iuſtorum, & patres veſtri ipſos occiderunt. Vnde autem facti ſunt prophetæ ac iuſti quàm à patre bonitatis? Et vt oſtenderet quòd in patre bonitatis iuſtus conſiſtit, dixit: Similes fiatis Pa- C tri veſtro qui in cœlis eſt, quoniam exoriri facit ſolem ſuum ſuper bonos & malos, & pluit ſuper iuſtos & iniuſtos: quo oſtẽdat iuſtũ, bonũ: & bonũ, iuſtũ: & malũ, iniuſtũ: & iniuſtum, malũ. At verò implicationẽ legis quã dixiſti, nõ potes oſtẽdere. manifeſtꝰ enim factꝰ es calũniari legẽ, ſplicationẽ quãdã ipſi attribuens, propterea quòd lex dixit: Oculũ pro oculo, & dentem pro dente: & eo quod lex occidit homicidam. Verum ex ipſa Domini noſtri IESV CHRISTI tractatione oſtendetur, quòd non implicatio quædam erat, ſed ipſa eadem erat legislatio, & idem efficit quod mandatum à Saluatore dictum, nempe, Si quis te percuſſerit in dextram maxillam, obuerte ipſi etiam alteram. Et lex ipſa olim hoc aſſeruit dicens, Oculum pro oculo, hoc eſt obuerte illi maxillam. Quo enim effugeret quæ pateretur ſi C percuteret, exhibuit verberanti maxillã, gnarus quòd ſi auferret oculum, eadẽ paſſurus ſit ptopter legẽ. Quemadmodum enim pater vult caſtigare liberos, & vnicuique ætati congruam affert caſtigationem & non æqualiter paruum puerum caſtigat & adoleſcentem, neque adoleſcentem ſimiliter vt iuuenem neque iuuenem vt perfectum virum: ſed ei qui ſub mamma hæret, per digitum caſtigatio contingit: puero verò maiori, per alapam manus, adoleſcenti autem per lorum, iuueni verò per virgam, viro autem vltio maiorum delictorum gladius per legem: Sic etiam Dominus conſequenter vnicuique gene rationi conuenientia ſanciuit. Illos enim timore caſtigauit, velut pueris paruis colloquens, & ignoran tib. virtutem Spiritus ſancti. Perfectos autem perfectis myſteriis dignatus eſt. Nam in Euangelio ſic quodammodo dicit diſcipulis, in multis locis: Neſcitis quid facio, cognoſcetis autem poſtea, hoc eſt quum perfecti facti fueritis. Et rurſus, Non nouerunt quòd reſurrexiſſet ex mortuis. Paulus verò, Non dum enim potuiſtis, ſed neque amplius potuiſtis: oſtendens quòd progreſſu temporis perfectiora ſũt mandata, quum ſint quidem eadem, mutentur autem in alium habitum, & iuuenib. quidem aliter for mentur, aliter verò perfectioribus. Etenim lex vbi ſanciuit Oculum pro oculo, non dixit ipſis, Eiicite oculum pro oculo: ſed ſi quis eiecerit oculum, eiicietur oculus eius qui eiecit. Vnuſquiſque autem par- D cens proprio corpori, maxillam verberandam exhibebat, & non verberabat, & ab eo tempore ſeruabã tur, quæ nunc in Euãgelio clarè dicta ſunt, quum tunc quidem neceſſariò caſtigarentur velut iuuenes nunc autem ex voluntate obediant, vtpote perfecti. Si verò dicis cõplicationem eſſe hanc, dicere oculum pro oculo, & homicidam occidi: ecce & de die iudicii videamus Saluatorem dicentẽ &, quòd veniet ipſius dominus. Hoc autem de ſeipſo dixit, quum ipſe omnium ſit Dominus. & inquit: Et diuidet

Iuſtitiæ ac bonitatis ratio.

Prophetæ à patre bonitatis facti.

Oculum pro oculo quomodo accipiẽdũ

Prouidẽtia dei in caſtigando.

In erudiẽdo ratio.

Progreſſu temporis myſteria diuina illuſtriora fiunt.

ipſum

ipſum ſeruum,& partem eius cum infidelibus ponet. Igitur & contra Saluatorem arma induis,vt rurſus verba eius calumnieris,& dicas hunc non eſſe bonum? & quidem quum ex bono patre genitus ſit, & bonus,& iuſtus,& neque alius præter patrem. Poteris igitur etiam ipſum à patris eſſentia abalienare,ô tu qui nobis rurſus diuiſor ac geometra prodiiſti,omnia legum trifariam diuidēs. Et quod quidē dixiſti,quod ad figuras ſignificatiuè quædem in lege ſcripta ſunt,modicè attigiſti veritatem,quo per modica poſſis etiam ad alia deceptione vti. Etenim reuera illis figuratè contigit. Nobis autem ſcripta A eſt ad commonefactionem,ad quos fines ſeculorum peruenerūt,inquit ſanctiſſimus Apoſtolus,de circumciſione ac ſabbato atque aliis loquens. Vtinam autem omnia verè dixiſſes, & non adhuc tertium Deum medium,qui non eſt,nobis protuliſſes,imò potius tibiipſi & his qui à te decepti ſunt. Arbitror autem & in præſens ſufficienter contradictiones tuas ô circulator dictum eſſe,quarum cōfutatione facta ad ſequentes hæreſes procedam,eundem Deum conſueto more inuocans in auxilium noſtræ mediocritatis,vt vniuſcuiuſque ſectæ adulteratæ confutationem deprehendamus. Nam quod ſibilis tuis velut Carcharias a mari reuerſus & viperam prouocans, Floram per literas & alios cum ipſa decepiſti, in relatis demonſtratum eſt. Cæterum quum in veritatis ſagena, cuius ænigma Dominus in Euangelio regnum cœlorum eſſe pronunciauit, hunc inoluerimus, & vnum ex improbis ac venenatis piſcibus ipſum eſſe declarauerimus, per hoc quod uerba ipſius improba, deprehenſu facilia per vetæ fidei doctrinam fecimus: & in virtute Dei hunc contriuerimus: ipſi quidem Deo gratias agamus, verum ad conſequentes ſectas ſimiliter, velut antea dixi, procedere tentemus.

B

FINIS SECVNDI TOMI PRIMI LIBRI.

C

TERTII TOMI PRIMI LIBRI EPIPHANII HAERESES XIII, SVNT,

Et hæc in ipſo habentur.

1 *Marcoſii.* Marcus quidam fuit Colorbaſi condiſcipulus, duo principia & ipſe introducens. Reprobat autem mortuorum reſurrectionem. Imaginationes verò quaſdam per pocula ex incantatione in cæruleum ac purpureum colorem transmutans, deceptas mulierculas ad ſacra ſua pelliciebat. Sed & ipſe per viginti quatuor literas vult per omnia aſſimilari Valentino.

2 *Colorbaſii.* Et hic Colorbaſus ſimiliter eadem narrans, in aliqua verò parte differens ab aliis ſectis, à Marco inquam ac Valentino, emiſſiones & octonarios aliter docuit.

3 *Heracleonitæ.* Et ipſi ochonariorum fabulamento ducuntur, aliter verò præter Marcum & Ptolemæum ac Valentinum & alios. Sed & ad finem eos qui apud ipſos moriuntur, ſimiliter vt Marcus redimunt, per oleum & balſami ſuccum, & aquæ lotiones ac effuſ ſiones quaſdam, Hebraica verba admurmurantes, ſuper caput videlicet eius qui liberatur.

4 *Ophitæ,* ſunt qui ſerpentem glorificant, & hunc Chriſtum putant. habent autem naturale hoc reptile in ciſta quadam.

5 *Caiani* ſimiliter cum prioribus legem, & eum qui loquutus eſt in lege reprobant, carnisque reſurrectionem negant. Et Cain glorificant, fortioris virtutis ipſum eſſe dicentes. Simul autem & Iudam admirantur ac laudant, ſimulque & Core, & Datan, & Abirō imò etiam Sodomitas.

6 *Sethiani.* Hi rurſus ipſum Seth glorificant, dicētes eum eſſe ex ſuperna matre quæ pœnitentiam egit. propterea quòd Cain produxiſſet, & poſtea vbi abiectus eſſet Cain, & occiſus Abel, ſuperna patri congreſſa eſt, & purum ſemen ipſum Seth fecit, à quo deinceps deductum eſt omnium hominum genus. Sed & ipſi principatus & poteſtates, & quæcunque alii docent, docuerunt.

D 7 *Archontici.* Hi rurſus ad multos principes vniuerſum referunt, & quæ facta ſunt, ex his facta eſſe dicunt. Deprehēduntur autem & capti in turpitudine quadam. Carnis reſurrectionem negant. Vetus Teſtamentum calumniantur. Vtuntur autem & veteri & nouo Teſtamento, ſingula verba ad ſuam ipſorum ſententiam falſò trahentes.

8 *Cerdoniani,* à Cerdone erroris participationem ſuſceperūt, ſicut hic ab Heracleone, verūm fraudem auxit, & ex Syria Romam digreſſus prædicationem ſuam expoſuit, in temporibus Hygini epiſcopi. Duo autem principia hic prædicat inter ſe contraria. Non eſſe verò Chriſtum genitum. Similitérque mortuorum reſurrectionem negat, itemque ea quæ habentur in veteri Teſtamento.

9 *Marcioniſtæ.* Marcion à Ponto originem ducens, epiſcopi quidam filius erat, verūm vbi virginem corrupiſſet, aufugit, propterea quòd expelleretur à proprio patre ex Eccleſia. Quum autem Romam aditiſſet, & pœnitentiam ac veniam petiiſſet ab his qui illo tempore iſthic erant, & aſſequutus non eſſet, elatus eſt contra fidem, & tria principia induxit ac docuit, Bonum, & Iuſtum, & Malum, eſſe quæ nouum Teſtamentum alienum à veteri, & eo qui in ipſa loquutus eſt. Carnis reſurrectionem negat. Baptiſma dat non ſolum vnum, ſed etiam tria poſt lapſum. Pro mortuis autem in fide inſtructis alii apud ipſos baptiſantur. Intrepidè autem etiam mulieribus permittit, vt lauacrum dent.

10 *Lucianiſtæ.* Lucianus quidam antiquus, non is qui nunc temporibus Conſtantini vixit, omnia ſecundum Marcionem docuit. Et ad hæc alia quædam præter Marcionem, & ipſe nimirum abundantius docet.

11 *Apelleiani.* Et hic Apelles, ſimiliter vt Marcion & Lucianus, vituperat omnem creationem, & ipſum creatorem. Non autē ſimiliter his tria principia introducit, ſed vnum principium, & vnum Deum, qui ſit ſummus & nominatus. Ipſum autem vnum feciſſe alium, & hic factus improbus compertus, mundum in ſua malitia fecit.

12 *Sueriani,* Sueruſ quidam rurſus Apellem ſequens, vnum reiicit. Ex vitem ex draconiformi ſatana ac terra inter ſe congreſſis, productam eſſe fabulatur. Mulierem autem auerſatur. Siniſtræ virtutis ipſam eſſe aſſerens. Nomenclaturas verò quaſdam principum, & libros quoſdam apotryphos introduxit. Similiter item velut alii, carnis reſurrectionem negat, itemque veteris Teſtamentum.

13 *Tatiani.* Tatianus hic eodem tempore cum Iuſtino martyre & philoſopho vixit. poſt martem autem Iuſtini martyris ac philoſophi, corruptus eſt Marcionis dogmatis, diſcipulusque ipſius fuit, eadem que quæ ipſe docuit, aliis etiam præter ipſum appoſitis. Dicebatur autem à Meſopotamia originem ducere.

TERTIVS TOMVS PRIMI
LIBRI EPIPHANII.
Contra Marcosios, hæresim XXXIIII.

Hæresis Marcosiorum.34.

MARCVS autem quidam, à quo Marcosij appellati, ab his progressus, & alia præter hos ausus, mala in mundum euomuit. His enim successit, Secundo inquam, & Epiphani, Ptolemæoque ac Valentino, verùm in maiorem circulatoriam collectionem eiectus est. Mulierculas enim & viros ab ipso seductos allexit, cùm putaretur miser ille prædictorum deceptorum corrector esse, magicæ impostura expertissimus existens. Prædictos autem & prędictas omnes decepit, vt ipsi velut scientissimo intenderent, & qui virtutem maximam ab inuisibilibus ac innominatis locis haberet. atque sic Antichristi præcursor reuera ostensus est. Nam Anaxilai ludicra cum Magorum appellatorum vafricia commiscuit, & per ipsa illudens, ac magicam artem exercens, in admirationem sui videntes & credentes ipsi perduxit velut etiam sodales eius vsque in hunc diem faciunt. Qui verò opera curiositatis vident, putant virtutes aliquas in manibus ipsius perfici, & eorum qui apud ipsos hæc faciunt. Quum enim mentem etiam ipsi amiserint, non vident, neque probare nouerunt, quòd ex incantatione ludicri, vt ita dicam, ipsius constitutio perficitur. Ipsi enim attoniti penitus facti sunt, mala quadam suspicione abducti. Aiunt enim, tria pocula ex vitro albo apud ipsos parari, mixta vino albo: & in ea quæ perficitur ab ipso incantatione, & gratiarum actio esse putatur, statim transmutari, vinumque fieri rubrum velut sanguinem, alterum purpureum, tertium cæruleum. Ego itaque vt ne in secundum laborem meipsum immitterē, contentum esse oportere duxi, his quæ à beatis. Irenæo contra ipsum Marcum, & qui exipso processerunt, tractata sunt: quæ sanè hic ad verbum exponere volui, & sunt hæc. Dicit enim de ipsis Irenæus ille sanctus, in declarando ea quæ ab ipsis dicuntur, sic loquens: Pocula vino mixta simulans, se gratias agere, & diutius extendens sermonem inuocationis purpurea ac rubicunda apparere facit, vt putetur gratia ab his quæ sunt super vniuersa, sanguinem suum instillare in illud poculum, per inuocationem ipsius: & valde cupiant præsentes ex illo poculo gustare, vt & in ipsos instillet gratia quæ per magnum hunc inuocatur. Rursus autem mulierculis tradens pocula vino mixta, ipsas gratias agere iubet se præsente. & quum hoc fit, ipse aliud poculum multo maius illo super quo decepta illa gratias egit, in hoc quod ab ipso adornatum est transfundens, simul ita dicit. Gratia quæ est ante vniuersa, illa cogitatione incomprehensibilis & inenarrabilis, impleat tuum internum hominem, & multiplicet in te agnitionem suam, conseminans in te granum sinapis in bonam terram. Et talia quædam loquutus, vbi miseram illam ad insaniam extimulauit, miraculorum editor apparet, dum magnum poculum expletur ex minore, vt etiam ex ipso superfundantur. Et alia quædam ab his similia faciens, multos decepit, & post se traxit. Verisimile est autem, ipsum etiam dæmonem quendam assessorem habere, per quem & ipse prophetare ac vaticinari videtur: & quas dignas putat vt participes fiat gratiæ eius, vaticinari facit. Maximè enim circa mulieres occupatus est, atque has præminentis loci & purpuratas ac ditissimas: quibus sæpe imponere studens, ad ipsas per assentationem dicit: volo tibi impertiri gratiam meam, quoniam pater vniuersorum angelum tuum semper videt ante faciē suam. Locus autem magnitudinis tuæ in nobis est. Oportet nos vnum efficere. Accipe primum à me, & per me gratiam: parā te velut sponsa, expectans sponsum suum, vt sis quod ego, & ego quod tu. collocet in thalamo tuo semen lucis. Accipe à me sponsum, & suscipe ipsum, & suscipere in ipso. Ecce gratia descendit in te. Aperi os tuum, & vaticinare. Quum autem mulier responderit, Nunquam vaticinata sum, & non noui vaticinari: rursus inuocationes quasdam faciens ad stuporem eius quæ seducitur, dicit ad ipsam. Aperi os tuū, & loquere quæcūq;, & vaticinaberis. Illa verò emollita, ac facilè impulsa à prędictis verbis, & animo calefacta præ spe vaticinandi, corde plus quam decet palpitāte, delira loqui audet, & omnia prout incidunt vanè ac confidenter, vt pote ab inani spiritu calefacta, quemadmodū quidam præstantior nobis de talibus dixit: Audax & impudens res est, anima quæ inani aëre calescit. Et hinc de cætero prophetissam seipsum purat, & gratias agit Marco, qui propriam gratiam ipsi contribuit, & talionem rependere ipsi conatur, non solum per possessionum largitionem, vnde etiam immensam pecuniarum vim comportauit: sed etiam per corporis societatem, per omnia ipsi vniri cupiens vt cum ipso in vnum deueniat. Iam verò quædam fideliores mulieres timorem Dei habentes, & non deceptæ, quas similiter vt reliquas seducere studuit, iubens ipsas vaticinari, conspuentes ac detestantes ipsum, à tali congregatione discesserunt, probè gnaræ quò vaticinari non à Marco mago hominibus contingit, sed quibus Deus ex supernis gratiam suam demiserit, hi à Deo datam habent prophetiam: & tunc loquuntur, vbi & quando Deus vult, & non quando Deus vult, & non quando Marcus iubet. Nam quod iubet, maius ac principalius est eo quod iubetur. Illud enim dominatur, hoc verò subditum est. Si igitur Marcus, aut alius quispiam iubet, velut in cœnis opulentiæ hi semper ludere solēt, & se mutuò vaticinari iubere, & ad propriās cōcupiscentias sibiipsis futura prædicere: erit is qui iubet, maior & principalior prophetico spiritu, cùm sit homo: quod impossibile est. Verùm tales spiritus qui ab ipsis iubentur, & loquuntur, quando ipsi volunt, putidi ac inualidi sunt: audaces verò & impudentes, vt qui à satana emittuntur ad deceptionem ac perniciem eorum qui non firmam fidem, quam ab initio per Ecclesiam acceperunt, custodiunt. Quod autem & amatoria illectamenta, ad hoc vt corporibus ipsarum contumeliam inferat, hic Marcus quibusdam mulieribus etiamsi non omnibus inducit, hæ ipsæ sæpe ad Ecclesiam Dei conuersæ, confessæ sunt, & corpore

Magia Marci hęretici.

Tria pocula vitrea.

Mutatio vini in sanguinem magica Irenęi locus.

Gratiarū specie decipiebant

Diuites præsertim mulieres venabatur.

Verba illusoria.

Hæresis auara.

Spiritus hæreticorū qualis.

& corpore ſe ab ipſo vitiatas eſſe, & ſe valde amanter ipſum amaſſe. Quare etiam diaconus quidam ex noſtris in Aſia, qui excepit ipſum in domã ſuã, in hanc calamitatẽ incidit, cùm vxor ipſius ſpecioſa eſſet, & mente ac corpore ab hoc Mago corrupta, ita vt ipſum multo tẽpore ſit ſequuta. Poſtea verò vbi cũ magno labore fratres ipſam cõuertiſſent, per vniuerſum vitæ tẽpus hęc in cõfeſſione perſeuerauit, lugẽs ac lamẽtãs propter corruptionẽ quã à Mago paſſa fuit. Sed & diſcipuli eius aliqui in iiſdẽ locis diuagantes, multas mulierculas ſeduxerunt ac corruperunt, perfectos ſeipſos vocantes, velut nemo poſſit magnitudinis cognitionis ipſorũ adæquari, nec ſi Paulum aut Petrum dicas, aut alium
A quendam ex Apoſtolis: & plura omnibus ſe cognouiſſe iactantes, & magnitudinem cognitionis innerrabilis illius virturis ſe ſolos deuoraſſe, eſſeq; ſe in altitudine ſuper omnẽ virtutẽ. Quapropter etiam liberè ſeomnia facere, nullum timorem in vlla aliqua re habentes. Nam propter redemptionẽ incomprehenſibiles ac inuiſibiles ſe fieri iudici. Si verò etiam apprehenderit ipſos, conſtituti apud ipſum cum redemptione hæc dixerint: O aſſeſſor Dei, & myſtici ante ſecula Silẽtii, qua magnitudinees ſemper faciem patris vidẽtes, duce ac ductore te vtẽtes, ſubtrahũt ſurſum formas ſuas, quas illa magica audacia prædita, imaginatione ducta propter bonitatem primi patris produxit, nos imagines, tunc cogitationem rerum ſupernarum velut inſomnium habens: ecce iudex propè, & præco iubet me rationem reddere. Tu verò velut ſciens vtrorumq; res, pro nobis vtriſque rationẽ, velut quę vna ſit, iudici affer. Mater verò ſtatim vbi audiuit hos, Homericam Orci galeam ipſis imponit, vt inuiſibiliter iudicem effugiant: & eueſtigiò ſubtractos ipſos in thalamum inducit, & ſponſis ſuis tribuit. Talia ſanè dicentes ac facientes, etiam in noſtris regionibus Rhodanuſiæ terræ multas mulierculas ſeduxerũt, quæ cauterio inuſtam conſcientiam habentes, partim manifeſtè confitentur: partim hoc facere verentes, tacitè quodãmodo apud ſeipſas de vita Dei deſperant. & aliquæ quidem penitus diſceſſerunt, aliquæ verò inter vtrũq; ambigunt: & quod prouerbium dicit, faciũt neque foris neq; intus exiſtentes, hunc fructum feminis filiorum cognitionis habentes. Hic Marcus vterum & receptaculum Colorbarſi introduxit, ſeipſum ſolum genitum fuiſſe dicens, vt pote vnigenitus ipſi exi-
B ſtens, & ſemen defectionis in ipſum depoſitum in hunc modum peperit. Ipſum, inquit, ſupremum ab inuiſibilibus ac inominatis locis quaternarium, in figura mulieris ad ipſum deſcendiſſe: Quoniã, inquit, maſculum eius mundus ferre non potuit. & hanc quaternitatẽ indicaſſe, quæ ipſa eſſet: & vniuerſorum generationem, quam nulli vnquam neq; Deo, neque homini reuelauit, huic ſoli expoſuiſſe, ita loquutam. Quando primùm pater ille cogitatione incomprehenſibilis, & eſſentiam non habens, qui neque maſculus eſt, neque fœmina, parturiebat, & arcanum ſuum generari volebat, & inuiſibile formari, aperuit os, & emiſit Verbum ſimile ipſi, quod aſtans oſtendebat ipſi quid eſſet, ipſum inuiſibilis illius forma apparens. Prouinciatio autem nominis talis facta eſt. Loquutus eſt verbum primum nominis ſui, quod erat principium. Et erat comprehenſio eius ſyllaba elementorum quatuor. & adiunxit ſecundam, & erat etiam ipſa elemẽtorum quatuor conſequenter loquutus eſt tertiã, & erat ipſa ſyllabica comprehenſio elementorum decem. & poſtea aliam loquutus eſt, & erat ipſa elementorum duodecim. Facta igitur eſt pronunciatio totius nominis, elementorum quidem triginta, ſyllabicarum verò comprehenſionum quatuor. Singula autem elementa proprias literas, & proprium characterem, & propriam pronunciationem, & figuras ac imagines habere dixit. & nullum ip-
C ſorum eſſe quod illius conſpicat formam, cuius ipſe elementum eſt. Sed neque cognoſcunt ipſum. Neque verò proximi ſui vnumquodque pronunciationem obſidet. Sed idem pronunciat, vt totum pronunciantis, totum nominare putent. Vnumquodque enim ipſorum quum pars ſit totius, proprium ſonum velut totum nominare, & non ceſſare ſonum edentia vſquequo ad extremam literam vniuſcuiuſque elementi vna lingua vtentis deueniant. Tunc autem & reſtaurationem vniuerſorum fore dixit, cùm omnes advnam literam digreſſæ, vnam & eandem enunciationem ſonuerint. Cuius enunciationis imaginem eſſe protulit, quum nos ſimul Amen dicimus, Sonos autẽ eſſe eos qui formãt eſſentiam, non habens & ingenitum ſeculum: & eſſe hos formas, quas Dominus angelos dixit, quæ aſſiduè vident faciem patris. Nomina verò elementorum communia, & quæ dici poſſunt ſecula, & verba, & radices, & ſemina, & complementa, & fructus vocauit. Singula autem ipſorum nomina, & vniuſcuiuſque propria, in nomine Eccleſiæ comprehenſa intelligi dixit. Quorum-
elementorum poſtrema litera vocem ſuam emiſit, cuius ſonus egreſſus, ad imaginem elementorum
D propria elementa genauit. Ex quibus & ea quæ hic ſunt, redimita eſſe dixit: & quæ ante hæc ſunt, generata eſſe. Ipſam verò literam, cuius erat ſonus, conſequẽtem ſonum deorſum, à ſyllaba ſuã ſurſum ſuſceptam eſſe dicit, od completionem vniuerſi: mãſiſſe autem ſonum infernè, velut extrà proiectũ. Elementum verò ipſum, à quo litera, cum enunciatione ſua deſcendiſſe infrà, quod literarum triginta eſſe dicit: & vnãquamque de triginta literis, in ſeipſa habere alias literas, per quas nomen literæ nominatur. & rurſus alias nominari literas, & alias per alias, vt in infinitum multitudo literarum dilabatur. Sic porrò clarius didiceris quod dicitur. Δίλτα elementum literas in ſeipſo quinque habet, ipſum δ, & ι, & λ, & τ, & α. Et hæc rurſus literæ per alias ſcribuntur literas, & aliæ per alias Si igitur vniuerſa ſubſtantia ipſius δίλτα in infinitum dilabitur, dum ſemper aliæ literæ alias generant, & inter ſe mutuò ſuccedunt: quanto magis illius elementi maius eſſe literarum pelagus putandum eſt? Et ſi vna litera ſic infinita eſt, vide totius nominis literarum profunditatem, ex quibus primum patrem, ipſum Marci Silentium conſtare docuit. Quapropter etiam patrem ſcientem inconprehenſibilitatem ſuam dediſſet elemẽtis, quę etiam ſecula vocat, vnicuique ipſorum propriam enunciationem

Merces recipientiũ hæreticos Diſcipulorum marcii facinora.

Omnia faciunt extrema audacia ſine pudore.

orci galea prouerbiũ Rhodanuſia regio.

Neque foris, neque intus· prouerbium.

Pater ſine eſſentia neque maſculus neque fœmina.

Elementorum literę figurę, & Imagines.

Quando reſtauratio vniuer

Elementorum nomina in nomie Eccleſię conprehẽſa.

Subſtantia δίλτα ininfinitũ dilabitur.

Veritatis expressa Imago.

nem proferre, propterea quòd non posſit vnum enunciare totum. Hæc vbi declarasset ipsi Quaternitas, dixisse amplius ipsam: Volo autem tibi etiam ipsam ostendere veritatem. deduxi enim ipsam ex supernis domibus, vt inspicias ipsam nudam, & pulchritudinem ipsius consideres: imò etiam audias ipsam loquentem, & prudentiam eius admireris. Vide igitur caput supernè α & ω. Collum, β & ϟ Humeros vnà cum manibus, γ & χ. Pectus, δ & φ. Septum transuersum, ε & υ Dorsum ζ & τ. Ventrẽ, η & σ. fœmota. θ & ϱ. genua, ι & π. tibias κ & ο, talos, λ & ξ. pedes μ & ν. Hoc est corpus Veritatis secundum magum. hæc figura elementi. hic character literæ. Et vocat elementum hoc hominem, esseque fontem ipsum dicit omnis verbi, & principium totius vocis, & omnis inenarrabilis narrationem, & taciti Silentii os: & hoc quidem corpus ipsius est. tu verò sublimius mentis intelligentia eleuata, genitorem & patris datorem ipsum Verbum ab ore Veritatis audi. Vbi autem ipsa hæc dixisset, Veritatẽ intuitam ipsum, aperto ore dixisse Verbum. Verbum autem nomen factum esse & nomen factum esse hoc quod cognoscimus & loquimur, CHRISTVM IESVM: quod etiam vbi nominasset, ipsam statim conticuisse. Expectante autem Marco ipsam amplius quid dicturam, rursus Quaternitas in medium progressa dixit: Quàm contemptibile putasti verbum quod ex ore Veritatis audiuisti? Non hoc quod nouisti & putas, vetus nomen est. Vocem enim solum habes, virtutem verò ipsius ignoras. IESVS enim est insigne nomen, sex literas habens ἰησοῦς quod ab omnibus qui ex vocatione sunt, cognoscitur. Quod verò apud secula complementi multarum partium est, alterius formæ est, & alterius figuræ, & cognoscitur ab illius cognatis, quorum magnitudines apud ipsum sunt semper. Has igitur apud vos viginti quatuor literas defluxiones esse scito trium virtutum imaginarias, quæ totum supernum elementorum numerum complectuntur. Etenim mutas literas nouem esse puta, ipsius patris & Veritatis, propterea quòd muti sint ipsi, hoc est inenarrabiles & ineffabiles. Semiuocales verò octo esse ipsius Verbi ac vitæ, eo quòd velut mediæ sint inter mutas & vocales, & suscipiant supernarum quidem defluxionem, infernarum verò relationem. Vocales autem & ipsas septem hominis & Ecclesiæ esse, quoniam vox per hominem progressa formauit vniuersa. Sonus enim vocis formam ipsis induxit. Habet igitur Verbum & Vita octo literas, Homo verò & Ecclesia septem, Pater autem & Veritas nouem. Quando verò pro defectus ratione firmatus in patre descendit, missus ad eum à quo separatus est ob correctionem peractorum, vt complementorum vnitas æqualitatem habens fructificet vnam in omnibus eam quæ ex omnibus est virtutem: sic numerus illarum septem, virtutem accepit ipsarum octo, & facti sunt loci similes numeris, octonarii existentes: qui tres in seipsos redacti, vigintiquatuor numerum produxerunt. tria verò elementa, quæ dicit ipse in couiugatione trium virtutum esse, quæ sunt sex. à quibus defluxerunt viginti quatuor elementa, quadruplicata inenarrabilis quaternii ratione, eundem numerum faciunt: quæ sanè dicit innominati esse, ferri autem ipsa à tribus virtutibus ad similitudinem inuisibilis. quorum elementorum imagines imaginum esse duplices apud Græcos literas: quæ connumeratæ vigintiquatuor elementis, iuxta potestatẽ eorum quæ iuxta proportionem fiunt, tricenarium numerum faciunt. Huius rationis atque huius dispensationis fructum, in similitudine imaginis apparuisse dicit illum, qui post sex dies quartus ascendit in montem, & factus est sextus, & detentus est ac descendit in septenario, cùm insignis octonarius esset, & haberet in seipso omnem elementorum numerum. quem manifestauit ipso veniẽte ad baptisma columbæ descensus quæ est ω & α. Numerus enim ipsius vocis columbæ apud Græcos, nimirum ΠΕΡΙΣΤΕΡΑ, est vnum & octingenta. & propterea Mosen, in sexta die hominem factum esse dixisse. Et iuxta dispensationem in sexta die quæ est parasceue, postremum hominem in regenerationem primi hominis apparuisse: cuius dispẽsationis principiũ & finem sextam horam esse, in qua affixus est ligno. Perfectam enim mentem cùm sciret senarium numerum vim faciendi ac regenerandi habere, manifestasse filiis lucis regenerationem, quæ facta est in ipsum insignem numerum per ipsam. Vnde etiam duplices literas numerum insignem habere dicit. Insignis enim numerus commixtus vigintiquatuor elementis, nomen triginta literarũ efficit. Vsus est autem ministrò, septenarii numeri magnitudine, velut, Marci Silentium dicit: quo consilii per se excogitati fructus manifestaretur. Insignem verò hunc numerum in præsenti dicit eum, qui in insigni formatus est, intellige eum qui velut diuisus est, aut dissectus, & foris mansit: qui sua ipsius virtute & prudentia, per emissionem à seipso hunc septem virtutum mundum, ad imitationem potentiæ septenarii animauit: & animam posuit esse vniuersi totius visibilis. Vsus est igitur & ipse hic hoc opere, velut voluntariè ab ipso facto. Aliqua verò ministrant ac exequuntur cogitationem ipsius matris, vt quæ sint inimitabilium imitamenta. Et primum quidem cœlum loquitur. α Secundum uerò ε. Tertium η. Quartũ autem & medium inter septem cœlos, virtutem ipsius, enunciat. Quintum ι. Sextum ϟ. Septimum verò & quartum à medio, elementum ω exclamat: quemadmodum Marci Silentium, quod multa nugatur & nihil veri dicit, confirmat. Quæ sanè virtutes simul omnes, inquit, inter se mutuò implicatæ, sonant ac glorificant illum à quo producta sunt atque emissa. Gloria autem sonitus demittitur ad primum parentem. Huius verò glorificationis sonitum in terram delatum, dicit plastem ac formatorem factum esse, genitoremque eorum quæ sunt in terra. Porrò demonstrationem affert à recens editis pueris. quorum anima simul vt de vtero processit, vniuscuiusque horum elementorum sonum exclàmat. Quemadmodum igitur septem virtutes, inquit, glorificant verbum: sic anima in pueris plorans ac lamentans Marcum ipsum glorificat. propterea quæ etiam Dauidem dixisse, Ex ore infantium & lactentium perfecisti laudem. Et rursus, Cœli cœlorum enarrant gloriam Dei. Et ideo anima in laboribus ac erumnis constituta, in releuationem suam pronunciat in signum laudationis, qua superna illa anima cognationem ipsius agnoscens, auxiliarium ipsi demittat. Et de nomine quidem vniuersi quod est triginta literarum, & de Profundo ex huius literis augescente, insuperque de veritatis corpore duo

Eonsverbi quis sit.

ἰησοῦς nominis ratio.

Literarum græcarum ratio.

Superstitiones ex numero literarum.

Senarii numeri ratio.

ΠΕΡΙΣΤΕΡΑ vox supputatur ex numero literarum.

Insignis numerus senarius.

Cœli septẽ septemvocales enunciant

Marci silẽtium.

Vnde Plastes.

Inanis gloria marci à Versiculo ex ore infãtiũ quæsita

decim

decim membra habente,ita vt vnumquodque ex duabus literis conſtet,& de voce ipſius quam protulit in conuerſatione,& de ſolutione nominis non prolati,& de mundi ac hominis anima,quemadmodum habent diſpenſationem ſecundum imaginem,hoc modo delirauit.Conſequenter autem quomodo ex nominibus æqualis numeri virtutem Quaternitas ipſi oſtendit referemus, quò nihil lateat te, ô chariſſime,de his quæ ab ipſo dicta ad nos peruenerunt,velut ſæpe à nobis expetiuiſti.Sic igitur declarauit ipſi ſapientiſſimum illud Silentium vigintiquatuor elemẽtorum generationem. Singularitati coadeſſe vnitatem:ex quib.duæ emiſsiones velut antè dictum eſt. Singularitas & Vnum progreſſæ quatuor factæ ſunt. Bis enim duo ſunt quatuor. Et rurſus duæ & quatuor in idem compoſitæ,ſenarium numerum manifeſtauerunt.Senarius autem numerus quadruplicatus,vigintiquatuor formas peperit. Et primi quidem quaternarij nomina,ſancta ſanctorum intelligi, & non poſſe dici, cognoſci autem à ſolo filio:quæ pater nouit quæ ſint. Quæ verò reuerenda ſunt, & cum fide apud ipſum nominantur, hæc ſunt. ἀῤῥητος & σιγὴ,πατηρ & ἀλήθεια. hoc eſt,inenarrabilis & Silentium,Pater & Veritas. Huius autem quaternarij vniuerſus numerus eſt elementorum vigintiquatuor. ἀῤῥητος enim nomen literas ſeptem in ſe habet, σιγὴ verò quinque, πατὴρ quinque, ἀλήθεια ſeptem.quæ compoſitæ in idem bis quinque & bis ſeptem,vigintiquatuor numerum impleuerunt.Eodem modo etiam ſecũdus quaternarius, λόγος & ζωὴ, ἀνθρωπος & ἐκκλησία, hoc eſt,Verbum & Vita,Homo & Eccleſia, eundem elementorum numerum oſtenderunt.Et Saluatoris nomen narrabile illud ἰησοῦς literarum ſex eſſe,Inenarrabile verò ipſius literarum viginti quatuor.Et υἱὸς χριστὸς, hoc eſt filius CHRISTVS,literarum duodecim. Quod verò in CHRISTO ineffabile eſt,literarum triginta,& propter hoc dicit ipſum α & ω. vt περιστερὰν, hoc eſt columbam indicet,quum hæc auis hunc numerum habeat.At verò IESVS hanc habet, inquit,arcarnam generationem.A matre enim vniuerſorum prima Quaternitate,in filię modum proceſsit ſecunda Quaternitas, & factus eſt octonarius conſequenter proceſsit denarius: ſic factus eſt denarius & octonarius. Denarius igitur cum octonario congreſſus,& decuplum ipſum faciens,octogenarium numerum produxit:& octogenarium rurſus decuplans,octingentorum numerum generauit:vt ſit vniuerſus literarum numerus ab octonario in denarium progreſſus, π & ϟ & ω, hoc eſt octo,& octoginta, & octingenta.Nomen enim IESVS iuxta numerum in literis,octingentas octoginta octo literas clarè habet, & ſupercœleſtem IESV ſecundum ipſos generationem. Quapropter etiam alphabetum Græcorum habere vnitates octo,denarios octo,centenarios octo,ita vt octingentorum octuaginta numerum demonſtret,hoc eſt, IESVM ex omnibus numeris conflatum.Et propterea α & ω ipſum nominari, vt ſignificet ex omnibus generationẽ.Et rurſus ſic primo quaternario iuxta numeri progreſſum in ſeipſum compoſito,denarius numerus reſiluit. Vnũ enim & duo & tria ac quatuor in idem compoſita decem fiunt,hoc eſt ι, atque hoc IESVM eſſe volunt.Sed & χριστὸς, inquit,cùm literarum octo ſit,primũ octonarium ſignificat,qui denario complicatus ἰσοῦται, id eſt IESVM peperit.Dicitur autem,inquit, & υἱὸς χριστὸς,hoc eſt duodenarius,υἱὸς enim nomen literarum quatuor eſt, χριστὸς, verò octo:quæ compoſitę,duodenarii magnitudinem oſtenderunt. Priuſquam igitur, inquit, huius nominis inſigne appareret, hoc eſt ipſe IESVS, in magna ignorantia & errore homines erant.Quando verò manifeſtatum eſt hoc ſex literarum nomen, ἰησοῦς,qui carnem induit vt ad ſenſum hominis deſcenderet, habens in ſeipſo & ſex,& viginti quatuor:tunc cognito eo ceſſauit ignorantia.Ex morte verò in vitam redierunt,nomine ipſis via ac duce facto ad patrem veritatis.Voluiſſe enim patrem vniuerſorum ſoluere ignorantiam,& deſtruere mortem.Ignorantiæ autem ſolutio,cognitio ipſius facta eſt.Et propterea electum eſſe iuxta volũtatem ipſius,ſecundum imaginẽ ſupernæ virtutis diſpoſitum hominem.A quaternario enim procеſſerunt ſecula.erat autem in quaternario,Homo & Eccleſia,Verbum & Vita.Ab his igitur virtutes, inquit,profluxerunt,& generauerunt qui in terra apparuit, IESVM. Et Verbi quidem locum ex pleuiſſe angelum Gabriel, Vitæ autem ſpiritum ſanctum, Hominis verò,virtutem altiſſimi, Eccleſiæ autem locum virgo oſtendit.Atque ſic ſecundum diſpenſationem per Mariam gignitur apud ipſum homo,quem pater vniuerſorum pergreſſum per vterum,elegit per verbum ad ſui cognitionem. Vbi verò veniſſet ipſe ad aquam,deſcendiſſe in ipſum velut columbam,eum qui ſurſum recurrit,& duodenarium numerum impleuit,in quo eſt ſemen eorum qui cum ipſo ſeminati ſunt,& ſimul deſcenderunt,ac ſimul aſcenderunt.Ipſam verò virtutem quæ deſcendit,ſemen patris eſſe dicit,quod habet in ſeipſo & patrem & filium,& virtutem Silentii innominabilem,quæ per hos cognoſcitur,& omnia ſecula.Et hoc eſſe Spiritum,qui loquutus eſt per IESVM, & cõfeſſus eſt ſeipſum filium hominis,& patrem manifeſtauit: qui deſcendit quidem in CHRISTVM, vnitus eſt autem ipſi. Et deſtruxit quidem mortem,inquit,Saluator ex diſpenſatione,notum autem fecit patrem CHRISTVM. Eſſe igitur IESVM nomen dicit ex hominis diſpenſatione,poſitum verò eſſe in aſſimulationem & formationem deſcenſuri in ipſum hominis,eum qui ipſum capit.habuiſſe autem ipſum,& hominem, & ipſum Verbum,& Patrem,& Inenarrabilem,& Silentium,& Veritatem,& Eccleſiam atque vitam. Hæc ſanè iam ſuper Iu & heu ſunt, & omnem tragicam exclamationem ac commiſerationem excedunt. Quis enim nõ oderit tantorum mendaciorum malum compoſitorem poëtam? cùm Veritatem quidem videat ſimulachrum à Marco factam,atque hoc alphabeti literis recẽs notatam,ad hoc quod ab initio eſt heri ac nudiuſtertius,quod dici ſolet.Græci confitẽtur ſe à Cadmo primùm ſedecim literas accepiſſe.Deinde temporibus progrediẽtibus ſeipſos excogitaſſe aliquãdo aſpiratas,aliquãdo duplices.Poſtremò verò omnium Palamedem aiunt lõgas his appoſuiſſe.Priuſquam igitur hæc facta ſũt à Græcis, Veritas nõ erat. Corpus enim ipſius ſecũdum te ô Marce,poſterius eſt Cadmo, & his qui ãte ipſum fuerunt.poſterius item his qui reliqua elemẽta appoſuerunt.poſterius etiam teipſo.tu enim ſo-

Sapientiſſimum ſilentium vnde.

Numerꝰ elementorum. 24.

Quaternitas prima vniuerſorum mater.

Ieſus nominis numerus.

Compoſitio denarii.

Chriſti nominis numerus.

Vnde ignorãtiæ ſolutio.

Quomodo genitus Ieſus.

Quomodo impletus duodenarius numerus.

Pater deſcendit in Ieſum & illi vnitus eſt.

Heri ac nudius tertius, prouerbium.

Literarũ Græcarũ inuentionis ratio.

lus ſimulachrum induxiſti, eám quæ à te veritas dicitur. Quis verò feret tuum Silentium, quod tanta nugatur, quod innominatum nominat, & inenarrabilem exponit, & imperueſtigabilem enarrat? Et aperuiſſe os dicis eum quem incorporeum & forma carentem dicis, & protuliſſe verbum velut vnum aliquod ex compoſitis animalibus verbúmque ipſius ſimile exiſtens ei qui ipſum emiſit, & formam inuiſibilis factum, elementorum quidem eſſe triginta, ſyllabarum verò quatuor. Erit igitur ſecundum ſimilitudinem verbi pater omnium, velut tu dicis, elementorum quidem triginta, ſyllabarum verò quatuor. Et rurſus, quis feret te in figuras ac numeros, aliquando triginta, aliquando viginti quatuor, aliquando ſex ſolum, concludentem vniuerſorum conditorem ac opificem & creatorem Verbum Dei? & concidentem ipſum in ſyllabas quatuor, elementa verò triginta? & vniuerſorum Dominum qui firmauit cœlos, in octingentorum octuaginta octo numerum deducẽtem, ita vt ſimilis alphabeto factus ſit? Et patrem qui omnia complectitur, ac ipſe incomprehenſibilis eſt, in quaternarium & octonariũ, & denarium ac duodenarium diuidentem? & per tales multiplicationes id quod inenarrabile & cogitatione incomprehenſibile eſt, velut tu dicis, in patre exponentem? Et quem incorporeum & eſſentiã & non habentem nominas, eius eſſentiam ac ſubſtantiam ex multis literis, aliis ex aliis naſcentibus, fabricẽs ipſe Dædalus mendax & faber malus fiens ſublimiſsimæ virtutis. Et quem indiuiſibilem dicis eſſe, in mutas & vocales ac ſemiuocales ſonos ſubdiuidens, & mutum eſſe de ipſo vniuerſorum patre ac intelligentia filij mentiens, ad ſummam blaſphemiam & maximam impietatem perduxiſti omnes tibi credentes. Quapropter etiam iuſtè ac congruè, tali tuæ temeritati diuinus ſenex, ac veritatis præco concinnus acclamauit, ſic loquutus, Simulachrorum fictor Marce, & monſtrorum ſpectator, aſtrologi cæ ac magicæ artis experte, per quas erroris dogmata corroboras, ſigna oſtendens his qui à te ſeducuntur virtutis eius quæ defecit aggreſsiones, quas tibi pater tuus ſatanas ſuppeditat, vt per virtutem Azazel operationes facias, habens te præcurſorem maliciæ quæ eſt contra Deum. Et hæc quidem amator Dei ſenex. Nos verò reliqua myſteria ipſorum quæ longa ſunt, breuibus exequi ac recenſere conabimur, & quæ multo tempore delituerunt in apertum proferre. Sic enim ab omnibus facilè coargui poterint. Generationem igitur ſeculorum, & errorem ouis, eiuſdémque inuentionem, in idem vnientes, magis myſticè conantur hi prædicare, qui omnia ad numeros deducunt, & ex vnitate ac dualitate vniuerſa conſtare aſſerunt, & ab vnitate vſque ad quatuor numerantes, ſic denarium generant. Vnũ enim, & duo & tria ac quatuor, compoſita in idem, decem ſeculorum numerum pepererunt. Rurſus dualitas à ſeipſa progreſſa vſque ad ſenarium, verbi gratia, duo & quatuor & ſex, duodenarium produxit. Et rurſus à dualitate ſimiliter numerãtibus nobis vſque ad denarium, tricenarius productus eſt, in quo ſunt octo, & decem, & duodecim. Duodenarium igitur affectionem appellant, propterea quòd Senarius ipſum conſeruauit, eo quòd Senatius ipſum ſit inſequutus. Et ob id circa duodenarium numerum errore contngente, ouem præ laſciuia profugam erraſſe. nam defectionem à duodenario factam eſſe dicunt. Eodem modo etiam à duodenario vnam virtutẽ diſceſſiſſe ac periiſſe vaticinantur. Et hãc eſſe mulierem quæ perdidit drachmam, & accendit lucernam, & inuenit ipſam. Sic igitur etiam numeros relictos, in drachma quidem nouem, inoue verò vndecim, vbi mutuò inter ſe implicantur, numerum nonaginta nouem parere. Nam nouies vndecim, & viciſsim vndecies nouem, nonaginta nouem ſunt. Quapropter etiam vocem ἄμην, id eſt Amen, hunc numerum habere dicunt. Non cunctabor autem tibi etiam aliter ipſos exponentes declarare, vt vndiquaque fructum ipſorum conſideres. Literam enim κ̄, ſi inter ipſas literas ſenarij nota ſ connumeretur, octonarium eſſe nolunt, quum à prima octauo poſita ſit loco. Deinde rurſus citra ſenarii notam ipſorum elementorum numerum ſupputantes, & componentes vſque ad κ̄, Tricenarium producunt. Auſpicatus enim ab α̅, & deſinens in κ̄, ita vt ex numero elementorum ſenarii notam ſ eximas, & incrementum literarum componas, inuenies tricenarium numerum. Nam vſque ad elementum ε̄, quindecim fiunt: deinde appoſitus ipſis ſeptenarius numerus, vigintiduo efficit. vbi autem his acceſsit κ̄, hoc eſt octonarius, admirandum illum tricenarium implet. Et hinc demonſtrant, octonarium matrem eſſe triginta ſeculorum. Quandoquidem igitur ex triginta virtutibus vnitus eſt tricenarius numerus, & ter ipſe repetitus nonaginta fecit: ter enim triginta nonaginta ſunt; ſed & ipſe ternarius in ſeipſum compoſitus, nouem genuit: hoc modo ſanè octonarius nonarium apud ipſos numerum peperit. Et quandoquidem duodecimum ſeculum, facta defectione ſuperna, vndecim reliquit, conuenientem figuram literarum figuræ λόγος, id eſt verbi poſitam eſſe dicunt. Vndecimum enim inter literas poſitum eſt ipſum lambda, quod eſt numerus tricenarius: & ad imaginem poſitam eſſe ſupernæ diſpoſitionis. Nam ab α̅, citra ſenarii notam, numerus ipſarum literarum vſque ad λ̄ compoſitus, iuxta incrementum literarum vnà cum λ̄, nonaginta nouem numerum facit. Quod autem λ̄, quæ vndecima in ordine litera eſt, ad ſui ſimilis inquiſitionem deſcendit, vt duodecimum numerum expleret, & inuento ipſo impletus ſit, manifeſtum eſſe dicunt ex ipſa elementi figura, ex duobus λ̄λ̄ compoſita. Duo enim λλ ipſum μ̄ conſtituunt. Quapropter etiam fugiſſe ipſum per cognitionem, eam quæ nonaginta nouem erat regionem, hoc eſt reliquias & defectum, figuram ſiniſtræ manus: perſequutum autem eſſe vnum, quod nonaginta nouem appoſitum, in dextram ſuam manum tranſtulit. Tu quidem, ô chariſſime, vbi hæc legeris, ſatis ſcio, ridebis multum, talem ipſorum ſapientem ſe putantem ſtultitiam. Digni verò ſunt luctu, qui tantam pietatem, & magnitudinem veritatis inenarrabilis virtutis, & tantas diſpenſationes Dei, per alpha & beta, & per numeros, adeò frigidè ac violenter diſtrahunt. Qui verò ab Eccleſia diſcedunt, & anilibus hiſce fabulis credunt, reuera per ſe condemnati ſunt: quos Paulus iubet nos poſt vnam atque alteram admonitionem deuitare. Ioannes autem CHRISTI diſcipulus

Silẽtij nugationes. A

Pater cõplectens omnia.

Eſſentiæ fabricatio.

Concinni iuſta acclamatio.

Per virtutem Azazel operatur Marcus ſeducendo. B

Numeris ſcripturã conſtare.

Vnde ouis erratica.

Amẽ vocis numerus.

Literę κ̄ poſitus ratio. C

Octonarij mater triginta ſeculorũ.

Literarũ miraexpẽſio.

Etionea de rebus diuinis diſciplina. D

auxit

auxit ipsorum condemnationem, ne salutem quidem à nobis dici ipsis volens: Qui enim ipsis (inquit) salutem dicit, particeps fit operum ipsorum malorum. Et meritò. Non est enim salus impiis, dicit Dominus. Impii verò super omnem impietatem hi sunt, qui creatorẽ cœli & terræ solum Deum omnipotentem, super quem alius Deus non est, ex defectu, qui etiam ipse ex alio defectu natus est, productum esse dicunt: vt secundum ipsos sit ipse emissio tertij defectus. Qua sententia vere exposita ac reprobata, oportet nos procul ac longè ab ipsis fugere: & quanto plus affirmant ac gaudent suis inuentis, tanto magis scire amplius ipsos à prauorũ spirituum octonario agitari. Quemadmodum enim qui in phrenitidem affectionem sunt illapsi, quanto plus rident & valere se putant, & omnia velut sani faciunt, quædam verò etiam suprà quàm qui sani sunt, tanto magis malè habent: similiter & hi quãto magis excellenter sapere sibi videntur, & seipsos eneruant supra vires iaculãtes, tanto magis nõ sapiunt. Egressus enim immũdus ignorãtiæ spiritus, deinde vacantes ipsos nõ Deo, sed mundanis quæstionibus reperiens, assumptis aliis septem improbioribus seipso, vbi mentẽ ipsorum emolliuit, velut qui possint ea quæ super Deum sunt intelligere, & idoneos ipsos ad errorem fecit, octonarium ignorantię prauorũ spirituum in ipsos immisit. Volo autẽ tibi etiam referre, quomodo ipsam creationẽ secundum imaginem inuisibilium, ab opifice, velut ignorante eo, per matrẽ factam esse dicunt. Primùm quidem quatuor elementa dicunt (ignem, aquam, terrã, aërem) ad imaginem producta esse superni primi quaternatij: itemq; actiones ipsorũ connumeratas, hoc est calidum & frigidũ, siccumq; ac humidum, exactè exprimere imaginẽ octonarij. Consequenter decẽ virtutes sic enumerant. Septem quidem corpora circularia, quæ etiam cœlos vocant: deinde circulũ ipsa continentem ac ambientem, quem etiam octauum cœlum nominant: & ad hæc Solem & Lunam. Hæc quum sint decem numero, imagines esse dicunt inuisibilis denarij, qui à verbo & vita prodiit. Duodenarium verò significari per Zodiacum appellatum circulum. Duodecim enim animalia manifestissimè duodenarium hominis & Ecclesiæ filiam adumbrare dicunt. Et quoniam è contrario coniugatus est (inquiunt) ad vniuersorum lationem velocissimam existentẽ, ipse Saturnus qui suo corpore grauat, & vicissim põderat illorum velocitatẽ sua tarditate, vt ipse in triginta annis circuitũ à signo in signũ faciat: imaginẽ ipsum dicũt Termini, qui matrẽ ipsorum triginta nomina habẽtem ambit. Et Lunam rursus suum cœlũ circumeuntem in triginta diebus, per dies numerũ triginta seculorum significare volunt. Sed & Solem in duodecim mensibus circumeuntẽ, & circularem suam restitutionẽ absoluentem, per duodecim menses duodenarium manifestũ facere. At verò dies duodecim horarũ mensuram habentes, lucidi duodenarij figuram esse. Quin & horã duodecimam diei partem, ex triginta partibus adornatã esse dicunt, propter imaginem tricenarij. Sed & ipsius Zodiaci circuli mensuram in ambitu esse partium trecentarum sexaginta: vnumquodq; enim animal partes habere triginta. Sic autẽ & per circulũ, imaginem cõiunctionis duodecim ad triginta conseruatam esse dicunt. Insuper & terrã in duodecim regiones diuisam esse dicẽtes, & in vnaquãq; regione virtutem ex cœlis iuxta perpendiculum suscipientem, & similes liberos ei quæ defluctionem demisit virtuti parientẽ figuram esse duodenarij & liberorum eius, manifestissimè affirmãt. Adhæc, inquiũt, quum voluisset opifex superni octonarij infinitatem & æternitatem, neq; terminum, neq; tẽpus habentem imitari, & non potuisset durabilitatem ipsius ac sempiternitatẽ exprimere, propterea quòd fructus sit defectus: in tempora & spacia, multorũmq; annorum numeros, æternitatem ipsius deposuisse, vt qui putabat in temporum multitudine infinitatem eius se imitari. Atque hîc dicunt, quum effugisset ipsum veritas, insequutum esse mendacium, & propterea destructionem accepturum esse ipsius opus tẽporibus completis. Et de creatione quidem talia dicentes, vnusquisq; ipsorum quotidie prout potest, recentius quid excogitat ac gignit. Perfectus enim nemo est, qui non magna mendacia apud ipsos producit. Cæterùm quæ ex propheticis trãsformant, ea necessarium est indicare, & ipsos confutare. Moses enim (inquiunt) incipiens opus creationis, statim in principio tractationis matrem vniuersorũ ostendit, dum ait: In principio fecit Deus cœlum & terram. Quatuor igitur hæc nominans principiũ, Deum, cœlum & terrã: quaternarium ipsorũ, velut ipsi dicunt, expressit. Et inuisibilem ipsius ac occultatum (inquiunt) indicasse, dum dixit: Terra autem erat inuisibilis & inornata. Secundum verò quaternarium primi quaternarij progeniem, sic ipsum dixisse volunt, dũ abyssum nominat, & tenebras, & in ipsis aquam, & spiritum qui super aquas fertur. Postea verò denarij ipsum mentionem facere, ac clarè dicere & diem & noctem, firmamẽtumque ac vesperam, & quod vocatur mane, aridámq; ac mare, insupérq; herbam ac fructum, & decimo loco lignũ. Atque sic per decem nomina decẽ secula indicasse. Duodenarii autẽ vim sic apud eum imagine expressam esse. Solem enim dicere, & Lunam, & stellas, & tempora, & annos, & cete, & pisces, & reptilia, & volatilia, & quadrupeda, & feras bestias, & postea duodecimum hominem. Atq; sic à Spiritu tricenariũ per Mosem dictum esse docent. Sed & formatum hominẽ secundum imaginem supernæ virtutis, habere in seipso ab vno fonte virtutem: constitutam autem esse hanc in cerebro, à qua defluere virtutes quatuor ad imaginem superni quaternarij vocatas, visum, auditum, olfactum, & quartã gustum. Octonarium verò significari dicũt per hominem sic, vt qui aures duas habeat, & oculos totidem, insupérq; olfactus foramina duo, & duplicem gustum amari ac dulcis. Totum autem hominem totam Tricenarij imaginem sic habere docent. In manibus quidem per digitos denarium gestare, in toto verò corpore in duodecim membra diuiso duodenarium. Diuidunt autem ipsum, quemadmodum veritatis corpus apud ipsos diuisum est, de quo anteà diximus. Octonarium igitur qui inuisibilis & inenarrabilis est, in visceribus absconditum intelligi. Solem porrò rursus, magnum illud lumi-

Impietas eorũ qui dicũt Deũ productũ esse.

Phrenesis natura.

Creationis rerum stolida ratio.

Filia Ecclesiæ adumbrata per duodenarium.

Diei 12. horarũ adũbratio.

Zodiaci circuli ratio.

Terræ diuisio.

Octonarii æternitas.

Mendacii adinuentio.

Scripturæ falsò detorta.

Terra fuit inuisibilis.

Hominis formatio stolidè expensa.

Tricenarii imago mirabilis

Trium tẽtoriorum Moſis ornatus.

nare, in quarta die factum eſſe, propter quaternarij numerum dicunt. Tentorij item, ſiue tabernaculi à Moſe conſtructi atria, ex byſſo & hyacintho, purpuráque ac coccino facta, eandem apud ipſos imaginem oſtenderunt. Veſtem quoque ſacerdotis talarem quatuor ordinibus lapidum precioſorum ornatam, quaternarium ſignificare decernunt. Et ſi qua alia huiuſmodi in ſcripturis habentur, quæ ad quaternarium numerum trahi poſſunt, propter ſuum quaternarium facta eſſe dicunt. A

Octo homines ſaluati in archa.

Octonarium verò rurſus oſtendi ſic. In octaua die hominem formatum eſſe dicunt. Aliquãdo enim in ſexta ipſum factum eſſe volunt, aliquando verò in octaua. Niſi fortaſsis terreum quidem in ſexta die formatum eſſe dicunt, carnalem verò in octaua. Diſtincta enim ſunt hæc apud ipſos. Aliqui verò alium eſſe volunt ſecundum imaginem & ſimilitudinem factum maſculum ac fœminam hominẽ, & hunc eſſe ſpiritualem. Alium item qui formatus eſt ex terra. Sed & arcæ myſterium in diluuio, in qua octo homines ſeruati ſunt, manifeſtiſsimè ſalutarem octonarium ſignificare aiunt. Eundem ſignificare etiam ipſum Dauidem, qui octauus eſt natiuitate inter fratres ſuos. Inſuper & circũciſionem octauo die fientem, circunciſionem ſuperni octonarij declarare. Et in ſumma, quæcunque inueniuntur in ſcripturis quæ ad octonarium numerum trahi poſſunt, ea octonarij myſterium explere dicunt. Quin & Denarium ſignificari per decem gentes dicunt, quas Deus promiſit ſe Abrahã in poſſeſsionem daturũ eſſe. Sed & myſterium circa Saram, quod poſt decẽ annos dat ipſi ſuam ancillã Agar, vt ex ipſa liberos ſuſcipiat, eundẽ ſignificare. Seruus item Abraam miſſus ad Rebeccam, & iuxta puteum largitus ipſi armillas aureas decem: & fratres ipſius detinentes ipſam ad decẽ dies, idem apud ipſos ſignificant. Inſupérq; Roboam qui decem ſceptra accepit, & decem tabernaculi atria, & columnę decem cubitorum, & decem filij Iacob ad mercaturã frumenti primùm in AEgyptũ miſsi, & decem Apoſtoli quibus manifeſtatur poſt reſurrectionem Dominus, Thoma non præſente, inuiſibilem denariũ ex ipſorum ſententia exprimebant. At verò duodenarium, circa quẽ myſteriũ afflictionis ipſius defectus factum eſſe volunt, & ex qua afflictione viſibilia omnia conſtructa eſſe aſſerunt, clarè & manifeſtè vbique poſitum eſſe dicunt. Velut duodecim filios Iacob, ex quibus etiam duodecim tribus: & poculum varium duodecim lapillos habens: & duodecim tintinnabula: & duodecim lapides à Moſe ſub montem poſitos. Similiter etiam eos qui à Ieſu in flumine poſiti ſunt, & alios qui vltra flumen. Et eos qui geſtant arcam Teſtamenti. Et eos qui ab Helia poſiti ſunt in exuſtione vituli. Sed & numerum Apoſtolorum. Et in ſumma, omnia quæ duodenarium numerum ſeruant, ipſorum duodenarium delineare dicunt. Cæterùm horũ omnium vnitionẽ, quæ Tricenarius appellatur, per arcam Noë altitudinis triginta cubitorũ: & per Samuelem qui fugit ipſum Saul, inter triginta vocatos primũ: & per Dauidem, quando per triginta dies latebat in agro: & per eos qui ingreſsi ſunt cum ipſo in ſpeluncam: & quod longitudo ſancti tabernaculi fuit triginta cubitorum. & ſi qua alia eiuſdẽ numeri reperiunt, Tricenarium ſuum per talia oſtendi contendũt. Potrò neceſſarium arbitratus ſum, apponere his etiam ea quæ de primo patre ſuo, qui incognitus erat omnibus ante aduentum CHRISTI, ex ſcripturis eligentes perſuadere conantur, quo oſtendant Dominum noſtrum alium prædicare patrem, præter vniuerſi creatorem: quem, velut antea diximus, impiè blaſphemi defectus fructum eſſe dicunt. Itaque prophetam Eſaiam, vbi dixit, Iſraël autem me non cognouit, & populus me non intellexit: inuiſibilis illius Profundi ignorantiã dixiſſe accõmodant. & per Oſeam dictum, Non eſt in ipſis veritas, neque agnitio Dei: in idem tendere cogunt. Et hoc, Non eſt qui intelligat ac requirat Deũ, omnes declinauerunt, ſimul inutiles facti ſunt: de Profundi ignorantia ponunt. Sed & hoc quod à Moſe dictum eſt, Nemo videbit Deum, & viuet: ad illum referri credunt. Creatorem enim à prophetis viſum eſſe, mentientes dicunt. hoc verò, Nemo videbit Deum, & viuet: de inuiſibili & omnibus ignota magnitudine dictum eſſe volunt. Et quod quidem de inuiſibili patre ac creatore vniuerſorum dictum eſt, Nemo videbit Deum: omnibus nobis manifeſtum eſt. Quod verò non de Profundo ab ipſis excogitato, ſed de opifice, qui & ipſe eſt inuiſibilis Deus, oſtenderetur in ſermonis progreſſu. Sed & Danielem idem hoc ſignificare dicunt, in eo quod interrogat angelum interpretationes parabolarum, velut non ſciens: ſed & Angelum abſcondentem ab ipſo magnum myſterium ipſius Profundi, dicere ipſi, Fuge Daniel, hi enim ſermones obturati ſunt, donec intelligentes intelligant, & albi inalbentur. & ſeipſos eſſe albos ac benè intelligentes gloriantur. Supra hæc verò immenſam multitudinem apocryphorum & ſpuriatum ſcripturarum, quas ipſi finxerunt, ad ſtuporem ſtolidorum afferunt, & vt admirẽtur hi qui veritatis literas non nouerũt. Aſſumunt autem ad hoc etiam illã verſutiam: Quod quum puer eſſet Dominus, & literas diſceret, præceptorq; ad ipſum, velut moris eſt, dixiſſet, Dic alpha: reſpondiſſe ipſum alpha. & quum rurſus beta præceptor dicere iuſsiſſet, reſpondiſſe Dominũ, Tu dic mihi prius quid eſt alpha, & tunc dicam tibi quid eſt beta. Et hoc exponunt, velut ipſe ſolus quod incognitum eſt noriſ, quod ipſum in figura ipſius Alpha manifeſtauit. Quædam verò etiam ex Euangeliis in hunc characterem accommodant. velut reſponſionem ad matrem ſuam quum duodecim annorum eſſet, Neſcitis quod in his quæ patris mei ſunt, oportet me eſſe? quem non nouerant (inquiunt) Patrem ipſis denunciabat. Et propterea miſiſſe diſcipulos ad duodecim tribus, prædicantes ipſis ignotum Deum. Et ad eum qui dixit ipſi, Magiſter bone: eum qui verè bonus eſt Deus, ipſum cõfeſſum eſſe, dum dixit, Quid me dicis bonum? vnus eſt bonus, Pater qui in cœlis eſt. Cœlos autem nunc ſecundicta eſſe aſſerunt. Et per hoc quod non reſpondit his qui dixerunt ad ipſum, In qua virtute hæc facis: ſed contraria interrogatione ipſos conſternauit, inenarrabilem virtutem patris ipſum demonſtraſſe, in hoc quod non dixerit, exponunt. Sed & in hoc quod dixit, Sæpe concupiui audire vnum

Denarij vis in rebꝰ Abrahæ adũbrata.

Quorũ in ſcripturis duodenariũ numerum ſeruant, delineant ipſorũ duodenariũ.

Pater primus incognitus.

Ignorãtia profundi qualis.

Quid ſignet Daniel angelum interrogans.

Interrogationes factæ Domino quid protẽdãt.

Cur miſerit Chriſtus 12. diſcipulos ad 12. tribus.

Negatione Domini virtus Patris oſtenditur.

B C D

vnum ex ſermonibus iſtis, & nõ habui qui diceret: oſtendiſſe dicuut per vnum, reuera vnum Deum, quem non nouerint. Inſuper in eo quod appropinquauit vrbi Hieroſolymis, & fleuit ſuper ipſam, ac dicit, Si nouiſſes & tu hodie quæ ad pacem pertinent, verum abſcondita ſunt à te: per verbum abſcondita ſunt, Abſconditum profundum ipſum indicaſſe volunt. Et rurſus quum dixit: Venite ad
» me omnes qui laboratis & onerati eſtis, & ego reficiam vos, & diſcite à me: veritatis patrem ipſis
» promiſiſſe dicunt. Quod enim non nouerant, hoc ipſis promittebat. Demonſtrationem autem
» ſupremam, & velut coronidem ſui propoſiti, hæc afferunt. Gratias ago tibi pater Domine
» cœli & terræ, quod abſcondiſti hæc à ſapientibus ac prudentibus, & reuelaſti ea paruulis, cer-
A tè pater ſic fuit bona voluntas apud te. Omnia mihi tradita ſunt à patre meo: & nemo nouit
» filium niſi pater, neq; patrem quiſquam nouit niſi filius, & cuicunq; filius reuelauerit. In his palàm
» aiunt ipſum oſtendiſſe, quòd patrem veritatis ab ipſis excogitatum, nemo nouit ante aduentum ipſius: & aſſerere volunt, quòd creator & conditor ſemper ab omnibus cognitus ſit. Atque hæc Domi num dixiſſe de ignoto omnibus patre, quem ipſi prædicant. At redemptionis ipſorum traditionem, inuiſibilem & incomprehenſibilem eſſe contigit, vt quæ inuiſibilium ac incomprehenſibilium mater ſit: Et propterea quòd inſtabilis eſt, non ſimpliciter, neque vna ratione proferri poteſt, eo quòd vnuſquiſque ipſorum velut ipſi volunt, de ea tradat. Quotquot enim ſunt huius opinionis myſtæ, tot etiam redemptiones. Et quod quidem in abnegationem baptiſmatis regenerationis in Deum, & totius fidei deſtructionem, immiſſa eſt hæc ſpecies à Satana, in conuenienti loco redarguentes ipſos referemus. Dicunt autem ipſam neceſſariam eſſe his qui perfectam cognitionem acceperunt, vt in virtutem quæ ſuper omnia eſt, ſint regenerati. Aliter enim impoſſibile eſt intra complementum ingredi. Nam hæc eſt quæ in profunditatem ipſos deducit. Baptiſma enim apparentis IESV, eſſe remiſſionis peccatorum. Redemptionem autem CHRISTI, qui in ipſo deſcendit ad perfectionem. Et illud quidem animale, hanc verò ſpiritualem eſſe promittunt. Et baptiſma quidem prædicatum eſſe à Ioanne ad pœnitentiam. Redemptionem autem à IESV inuectam eſſe ad
B perfectionem. Et hoc eſſe de quo dicit, At aliud baptiſma habeo baptizari, & valde feſtino ad ipſum.
» Sed & filiis Zebedæi, matre ipſorum rogante, vt locaret ipſos è dextris ac ſiniſtris in regno, hanc re-
» demptionem propoſuiſſe Dominum Dicunt, dum dixit: Poteſtis baptiſmate baptizari, quo ego baptizabor? Et Paulum apertè aſſerũt redemptionem in CHRISTO IESV ſæpe indicaſſe, & eſſe hanc quæ variè ab ipſis & inconſonanter traditur. Aliqui enim ipſorum thalamum nuptialem adparant, & ſacrorum initiationem perficiunt cum vocum admurmurationibus ſuper his qui ſacrantur. Et ſpirituales nuptias eſſe dicunt, idq; ab ipſis iuxta ſimilitudinem ſupernarum coniugationũ. Alij verò dicunt ad aquam, & baptizantes ita dicunt: In nomẽ ignoti patris vniuerſorum, in Veritatẽ matrem omnium, in eum qui deſcendit IESVM, in vnitionem & redemptionem ac ſocietatẽ virtutũ. Alij verò Hebraica quædã nomina adiiciũt, quo magis admirationi ſint his qui initiãtur, hoc modo: Baſema, Chamoſſe, Baæanocra, miſtadia, ruada, cuſta, babophor, calachthi. Horum interpretatio hęc eſt: Super omnem virtutẽ patris inuoco id quod nominatur Lux, & ſpiritus bonus, & Vita, quia in corpore regnaſti. Alij rurſus redemptionẽ adiiciunt his verbis: Nomen abſcõditũ ab omni deitate &
dominatione ac veritate, quod induit IESVS Nazarenus in vita Lucis CHRISTI, CHRISTI viuẽ-
C tis, per Spiritum ſanctum in redemptionem angelicam, Nomen reſtitutionis, Meſſia, Vphareg. Namempſæman, Chaldæam, Moſomedaea, Acphranæ, Pſeuua, IBSV Nazaria. Et horum interpretatio hæc eſt: CHRISTI non diuido ſpiritum, cor, & ſupercœleſtem virtutem miſericordem. Vtinam fruar nomine tuo Saluator veritatis. Et hæc quidem verba dicunt hi qui initiant. Qui verò initiatus eſt, reſpondet: Firmatus ſum & redemptus, & redimo animam meam à ſeculo hoc, & omnibus qui cum ipſo ſunt, nomine Iaõ, qui redemit animam ſuam in redemptionem in CHRISTO viuente. Deinde acclamant omnes præſentes: Pax omnibus ſuper quos nomen hoc requieſcit. Deinde inunguntinitiatum ſucco balſami. Hoc enim vnguentum figuram fragrantiæ ſuper vniuerſa eſſe dicunt. Quidam verò ipſorum ad aquam ducere ſuperfluum arbitrantur, verùm oleum & aquam ſimul permixta, vnà cum additione ſimilium, velut diximus, verborum, in caput eorum qui initiantur, fundunt: & hoc redemptionem eſſe volunt. Vngunt autem ipſi balſamo. Alii verò hæc omnia auerſantes dicunt, non oportere inenarrabilis ac inuiſibilis virtutis myſterium, per viſibiles ac corruptibiles creaturas perfici, & eorum quæ mente concipi non poſſunt, & incorporalia ſunt, per ſenſibilia ac corporalia. Eſſe autem perfectam redemptionẽ, ipſam cognitionẽ inenarrabilis magnitudinis. Quum enim defectus & afflictio facta ſint præ ignorantia, per cognitionem diſſolui omnem ex ignorantia conſtitutionem: vt ſit cognitio, liberatio ac redemptio interni
homins, & neq; corporalis ſit, corruptibile enim eſt corpus: neq; animalis, nam & anima ex defectu
eſt, & eſt velut habitaculum patris. Spiritualem igitur oportet etiam redemptionẽ eſſe: redimi enim
D per cognitionem internũ hominem ſpiritalem, & contentos ipſos eſſe vniuerſorum cognitione. atq; hanc eſſe redemptionem veram. Hactenus Irenæus. Hanc vniuerſam & exactam perſcrutationem beatus ſenex Irenæus fecit, iuxta ordinis ſeriem omnem exponens adulteratam ipſorum doctrinam. Quapropter ſanè, velut etiam antea à nobis indicatum eſt, his quæ ab ipſo elaborata ſunt contenti, omnia ad verbum, velut apud ipſum habentur, appoſuimus. Subuertentur enim ex ipſis quæ à ſancto viro, aduerſus ipſorum improbitatem dicta ſunt. Nos enim credimus, ſicut penitus veritas apparet, & recta cogitatio ſuggerit, & veluti pieratis regulæ conſentaneum eſt, legiq; ac prophetis, & ab origine iuxta ſucceſſionem patriarchis, ipſiusq; Saluatoris noſtri doctrinæ, quum

Negatione Domini virtus patris oſtenditur.

Supremũ propoſitũ Domini.

Redẽptio mater inuiſibiliũ.

Regenerationis neceſſitas.

Redẽptio à Ieſu inuecta.

Baptiſmi forma Marci & ſodalium eius.

Vocabula hebraica cur retineant baptizãdo.

Reſponſio baptizati.

Pax præcatur omnibus ſuper quos requieſcit nomen Chriſti.

Contentio inter Marcoſios.

Spiritualis redemptio.

Irenæi per ſcrutatio.

Verbis B. Irenæi cõfutantur ſomnia Marci.

Fidei confessio.

etiam Apostoli ipsius manifestè doceant, vnum confiteri Deum patrem omnipotentem vniuersorum, & Dominum nostrum IESVM CHRISTVM, & sanctum eius Spiritum, vnam sanctam Trinitatem increatam, ita vt alia omnia ex nihilo facta sint, post Patrem & Filium & Spiritum sanctum. Quum autem hoc ab omnibus prædictis sanctis Prophetis & Euangelistis atque Apostolis clarè creditum sit, & iidem hoc ipsum manifestè confessi sint, non vtique poterit aliqua fraudulenta versutia obsistere aduersus radium veritatis, velut à nobis iam sæpe diffusè in tractatione aduersus singulas hæreses dictum est. Vtvndiquaq; deprehendatur etiam hic mortifer circulator, similiter vt prædicti, qui ostentationis & nimiæ curiositatis gratia, magna hæc mala consuit ac excogitauit. Verùm præ-

Amaritudo fructuum marci.

terita etiam huius improbitate, & his qui ab ipso Marcosij appellantur, ad consequentes ô charissimi festinemus, ipsarum radices rursus perscrutantes, & fructuum ipsarum amaritudinem abolentes, euersionemque ac omnia quæ contra ipsos sunt, ostendentes, non ad detrimentum legentium, sed ad auertendum eos, vt nullam ex prædictis sectis aut posterioribus accedant: sed cognitis his quæ apud ipsos scripta sunt, & auditis his quæ decantantur, cõdemnatoq; vniuscuiusq; ipsorum errore, ac serpentina improbitate, fugiant, & velut dixi, ne accedant. Qui rerum historias scripserunt, dipsadem tradunt quendam serpentẽ talem veneni pernicie inducere. Etenim in locis quibusdam, vbi fontes sunt in petris, aut venę, siue riuuli parui aquarum, quæ à petris fnnduntur in receptaculũ aliquod, ipsa dipsas aquã reperiens ac bibens, quostquã bibit, venenũ immittit in prædictas aquarũ stationes, vt omne animal quod accessit, & potu se satiauit, videatur quidẽ sibi vtilitatẽ percepisse ex participatione aquæ: statim verò circa aquarum receptaculum, ex veneno dipsadis susceptо cadat ac moriatur.

Dipsadis natura.

Veneni effectus.

Quin etsi aliquem percusserit eadem dipsas, affectio doloris ex veneno ipsius vehementiori vi victoria prædito, ad sitim & appetentiam potus vrget, semper ad bibendum ac ingerendum potum irritãs. At percussus putat se aliquid vtilitatis accipere ad perniciem, quoties in lethali hoc dolore potum sumit. Verùm in ipso potu expleto ventre, & non amplius suscipiente, postea vnà cum potu animã emittit. Sic etiam hic per poculum mortem operatur, ac propinat ab ipso seductis. A quo veneno per virtutem Dei liberati, ad consequentes eamus.

Contra Colorbasios, sectam XXXV.

Hæresis Colorbasiorum 35.

Colorbasus.

POst hos sequitur Colorbasus, qui de prædicti Marci prestigiis collectionem fecit. Imò etiam à Ptolomæi radice instar spinosi aculei exortus est, & alia rursus præter hos, quibus velut aculeis mundum vexaret, excogitauit: nimirum maiorem imaginationem velut ex supernis veniens commentus. Et primùm quidem quando Cum Marco in eadẽ opinione degebat, secta ipsorum instar bicipitis serpentis erat: postea verò velut caput à corpore reptilis resectum, & adhuc spirans, multos deleuit, & iniuria affecit, velut maius quid & compertius præter socios suos & priores docens. Dicit enim primum octonarium, non iuxta consequentiam alio ab alio seculo emisso, productum esse: sed simul ac semel sex seculorum emissionem à primo patre & intelligentia generatam esse ac productam, velut ipse obstetricatus affirmat. Et non ex Verbo & vita, hominem & Ecclesiam: aut velut alij

Additio colorbasi ad Marci hæresim.

Generationes à primo Patre & intelligentia.

volunt, ex homine & Ecclesia, Verbum & vitam genita esse, ipse ac sodales ipsius dicunt, sed alio modo hoc tradunt. Nempe id quod cogitauit producere primus Pater, hoc Pater vocatum est. Quoniam autem quod produxit, Veritas erat, hoc Veritas appellatum est. Quãdo igitur ostendere voluit hoc ipsum, Homo dictum est. Quando verò produxit quos præelegit, hoc Ecclesia nominatum est. Et homo Verbum produxit, hic est primogenitus filius. Consequitur autem ad verbum etiam Vita, & sic primus octonarius completus est. Multa verò contentio est apud ipsos etiam de Saluatore. Quidam enim ex omnibus ipsum factum esse dicunt, & ideo bene complacentem vocari, quoniam vniuerso complemento bene complacuit. Alij verò à solis decem seculis, à verbo ac vita emissis, ipsum productum esse volunt, progenitorum nomina conseruantem. Alij ex duodecim seculis ab homine & Ecclesia genitis productum aiunt, & ob id filium hominis ipsum se confiteri, velut ex homine natũ. Alij à CHRISTO & sancto Spiritu, in fulcimentũ complementi, genitũ ipsum dicũt. Et propterea CHRISTVM dicĩ ipsum, patris à quo editus est, appellationẽ conseruantem. Alij verò quidam ex ipsis nugatores, primum patrem vniuersorum, & primum principium, & primum incomprehensibile, hominem vocari dicunt. Atque hoc esse magnum ac absconditum mysterium, quod Virtus quæ super vniuersa est, & omnia complectitur, homo vocatur. Et propterea filium hominis Saluatorem seipsum dicere. Hæc est Colorbasi inanis & imaginaria per strepitus vocum vanitas. Quam si quis considerauerit, erit ex prioribus velut ambitiosa quædam iactantia vniuscuiusque illorum opinionis. Vnusquisque enim vana gloria captus, & sibiipsi congregationem insequẽtem ipsum colligere cupidus, quæ in mentem venerunt, commentus est, neque secundum prophetiam loquens: non enim Spiritus sanctus in ipsis loquutus est, neq; secundum prophetarum ac Euangelistarum veritati vel vnicam occasionem adeptus. Subuersio verò huius falsi nominis scientiæ, est idẽ veritatis qui contra primos dictus est sermo. Quum enim ex Valentini & priorum ipso scola hi omnes sint, & opinionem illorum alius aliter exponat, æqualem cum ipsis turpitudinem ac confusionem subire debent. Magnam enim nobis inanium verborum impostura etiam hic Colorbasus induxit. Proposuit enim nobis nomẽ hominis, de incomprehensibili & inuisibili ac sancto Deo patre vniuersorum conflictum, vt suo errore coniungat Saluatoris sermonem, seipsum filium hominis dicentis: & abducat mentem eorum qui ipsi attendunt, à vera & euidentissima CHRISTI de seipso cõfessione, ad difficultatem & vocum inanitatem, ita vt quærendum putent in cœlestibus esse quod nõ est. Dominus

Gloria comitatus auida.

Subuersio falsi nominis scientię.

Impostura per inania verba

est. Dominus enim ipsum, eo quod pater eius homo vocatur, filiũ hominis seipsum nominare, & nõ à carne quam de virgineo vtero accepit, hoc est à Maria sancta, genitus per Spiritum sanctum: id quod miser ille Colorbasus dicit. Quidnam dixerit de eo quod ipse Dominus noster IESVS CHRISTVS ad Iudæos dixit? Nunc autem quæritis me occidere, hominem qui veritatem vobis dixi, quam audiui à patre meo. Et non hic amplius dixit, ab homine patre meo, sed de patre quidem confitens, Deum ipsum vniuersorum significauit. De seipso verò quia homo factus fuit, in veritate hominem seipsum dixit, velut etiam Apostoli dicunt, vt veritas vndiquaque confirmetur, & cognoscatur vnde sunt Domino nomina attributa: IESVM virum approbatum erga nos signis ac miraculis, &c. Quid itaque ad hæc dixeris, ô omnium hominum miserrime? Quandoquidem ex supernis venis, afferens nobis nouas nomenclaturas, & iactas te ob id quòd hominis nomen, ipsi vniuersorum Domino & omnium patri attribuere ausus es, vt ex hoc vocetur Dominus ipse filius hominis, eo quòd pater homo vocatur, inuenias etiam nobis aliam quandam appellationem patri conuenientem, iuxta hoc quod Dominus vir est approbatus. Verùm nunquam inuenire poteris. Etsi enim vir homo est, & ad distinctionem mulieris hominem virum vocamus, tamen non etiam in hoc aliquid cõminisci poteris. Nam sine figuris ac mẽbris, tũ occultis, tũ inuisibilibus, vir vocari non potest. Dicimus enim etiam mulierem hominem, sed non virum: quapropter etiam hic homo, & hæc homo dicimus. Verùm diuidentes genus propriè, fœminam quidem mulierem vocamus, masculum verò virum. Hoc enim est discrimen generis masculi ac fœminæ, nempe Vir & Mulier, generum habitu diuiso. Æquiuocè autem homo & vir & mulier vocatur. Hæc itaque quum sic habeant, venite mihi omnes serui Dei, vos veritatis amatores, & deridete impostorem ac circulatorem Colorbasum. Imò potius lugete deceptos, qui & seipsos & multos perdiderunt. Nos autem Deo gratias agamus, quod per pauca ac simplicia verba, veritas filios suos ad rectam viam deducere solet, & impia ac fastuosa per multam artem fucata dispergit, euertitq; ac delet placidè incedens, velut clarè videre est ex prophetico sermone. Accusans enim propheta eos qui horrẽda curiosè sciscitãtur, & nugas ad suam ipsorũ fraudem ac perniciem excogitat, dixit: Propterea quòd nõ voluistis vos aquã Siloam placidè procedentem, produxit super vos Dominus aquã fluminis, regem Assyriorum. Aqua enim Siloam, est doctrina eius qui missus est. Quis autẽ fuerit hic, quàm Dominus noster IESVS à Deo patre missus? placidè autẽ procedit, eo quòd nihil inane, nihil confictum, sed in veritate sanctam suam sponsam docet, quæ ab ipso columba, propter innocentiam & mansuetudinem ac purissimã vitam, in canticis Solomonis appellatur. Et sanè mirari licet, alias quidẽ quæ nõ sunt ipsius, verùm nomine ipsius seipsas appellauerunt, pellices nominauit & reginas, propter regium nomen, quod vnaquæq; sibipsi CHRISTVM inscribens iactat. Cæterùm etiamsi octuaginta sint pellices, quæ sanè sunt ipsæ hæreses, deinde verò puellæ quarũ nõ est numerus, inquit: Vna est colũba mea, perfecta mea. Hoc est ipsa sancta sponsa catholica Ecclesia. Columba quidem, velut dixi, propter mansuetudinem innocentiamq; ac vitæ puritatem: perfecta verò, propterea quod perfectam ex Deo accepit gratiam ac scientiam ab ipso Saluatore per spiritum sanctum. Ipse igitur sponsus, quem interpretamur missum, hoc est Siloam, aquam habet placidè procedentem, hoc est doctrinam nullum sonitum, nullum strepitum facientem, minimeq; fraudulentam ac fastuosam. Spõsa autẽ ipsius etiam ipsa placida colũba, neq; venenũ habẽs, neq; loquacitatem, neq; aculeos, velut hi omnes serpentium forma præditi, & venenum exhalantes, dum vnusquisq; venenũ mundo præparare conatur, & credentes ipsi inficere. Ex quorum numero etiam hic vnus exstitit, cuius deprehendendi per diuinum verbum ac supernum auxilium, mihi hîc studium fuit, cõterendiq; instar phalangij tetragnathi appellati, aut cõfringendi per firmã contentionem, velut caput ab amphisbæna bicipiti serpẽte resectum. Præterito autem hoc, rursus consequentes considerabo: & per preces orabo, vt dum has persequor, veritatem quidem in ipsis eloquar, neminem verò offendam, & neque ipse offendar aut lædar.

Contorta scripturæ explicatio

Calũnia Colorbasi.

Lugendos deceptos. Veritatis vis.

Aqua Siloa placidè procedens, quæ sit.

Octuaginta pellices sunt hæreses.

Doctrina Christi placida.

Phalãgiũ tetragnathum. Amphisbæna.

Contra Heracleonitas, XXXVI *hæresim.*

HEracleõ quidã huic Colorbaso successit, à quo Heracleonitæ appellati: nihil minus in verborũ vanitate exercitatus. Et quæ quidẽ illi dicũt, etiã hic decernit omni modo, vtpote ex ipsis originẽ ducens, & qui ab ipsis venenũ affricuit. Verùm excellẽtius quædã super illos in seipso expressit & illos excedere conatus est, vt etiam sibipsi collectionem seductorum faceret. Hi enim omnes in corpus centum capita habens, seipsos efformarunt: aut Centimanum illum aliquãdo à Græcorum poẽtis confictum imitati sunt, Cottum videlicet, siue Briareum, quem etiam Egæonem vocant, aut Gygen: aut Argum illum multis oculis præditum. Qualiter enim illi in suis scriptis monstrosẽ confingunt, & dicunt habere illum centum manus, & aliquando quinquaginta capita, aliquando centum, hunc verò centum oculos: & ea de causa dicunt Mercurium vocari Argiphontem, vt qui Argum multis oculis præditum occidit: sic etiam horum quilibet cupiens sibiipsi principatum constituere, caput nominauit seipsum, aliam introducens præter præceptorum suorum vanum laborem ac furiosam doctrinam. Quò verò non in multam longitudinem præfationis compositionem extendam, ad propositum deueniam. Hic itaque Heracleon, & qui ab ipso Heracleonitæ appellati sunt, velut dixi, similiter vt Marcus, & quidam ante ipsum, de octonariis sentit, de supernoque inquam, & inferno. Deinde etiam coniugationes triginta seculorum similiter docet. Hominem verò etiam ipse esse dicit supernum vniuersorum patrem, quem etiam Profundum appellauit. Vult autem etiam ipse neq;

Heracleonitarum hæresis 36

Centimanus fabulosus.

Argus cẽtum oculos habẽs.

Materia huius hæresiarchæ.

Achamoth. masculum, neque fœminam ipsum dicere. Ex ipso autem esse vniuersorum matrem quam & Silentium nominat, & Veritatem. Ab ipsa verò esse secundam matrem, quæ in obliuione genita est: quam & ipse Achamoth vocat. Ex qua de cætero omnia in defectu constituta sunt. Vult autem plura prædecessoribus suis etiam hic dicere, quę sunt hæc. Eos qui moriuntur de ipsis & ad ipsum vitæ exitum deuenerunt, accepta à Marco occasione, non amplius velut ille redimit, sed aliter hic rem tractat, redimens videlicet ad finem vitæ eos qui ab ipso seducti sunt. Quandoq; enim aliqui ex ipsis, oleum aqua mixtum capiti defuncti immittunt. Alij verò vnguentum quod balsami succus dicitur, & aquam: Inuocationem tameu communem habentes, velut etiam ante ipsum Marcus faciebat, cum quorundam nominum additamento. Inuocatio autem hæc est: Nesia, Vphareg, A

Redẽptio stultamor tuorum. Namempsæman, Chaldæam, Mosomedaea, Acplirane, Pseuua, Iesu, Nazaria. Hoc autem faciunt, vt hi qui has inuocationes in vitæ exitu accipiunt, cum aqua & oleo aut vnguento permixtis, incomprehensibiles fiant, & inuisibiles supernis principatibus ac potestatibus, vt inuisibiliter transgrediatur internus ipsorum homo: tanquam corpora hæc in creatura relinquantur, anima verò ipsorum opifici adstet supernè in defectu constituto, vt & illic maneant apud ipsum, transcendat autem (velut dixi) interior ipsorum homo, anima & corpore interior, quem sanè volunt dicere ex superno complemento descendisse. Præcipiunt autem his quibus sic illuserunt: Si veneris (inquiunt) ad principatus & potestates, habe in memoria vt post decessum hinc dicas: Ego filius à patre, patris qui prius erat, filius autem in præsenti, veni vt videam omnia aliena & propria, & non aliena omnino,

Vox morientis. sed ipsius Achamoth, quæ est fœmina, & hęc sibi ipsi fecit. Deduco autem genus ex eo qui prius erat, & vado rursus ad propria vnde veni. Et vbi hæc dixerit, effugere ipsum potestates, venire autem ad opificem supernè circa primum octonarium (volunt enim etiam ipsi post opificem infrà esse septenarium, ipsum verò esse in septenario octauum, verùm in defectu & ignorantia) & è vita egressum di

Inuocatio matris sine patre. cere his qui sunt circa opificem: Vas sum precioſum, magis quàm fœmina quæ fecit vos: Si mater vestra ignorat suam radicem, ego noui meipsum, & cognosco vnde sum. Et inuoco incorruptibilẽ B Sapientiam, quæ est in patre: mater verò est matris vestræ, quæ patrem non habet, imò neq; coniugẽ masculum. Fœmina verò à fœmina edita fecit vos, ignorans etiam matrem suam, & putans seipsam esse solam. Ego autem inuoco ipsius matrem. Hæc vbi audierint qui sunt circa opificem, ipsos valdè turbari, & reprehendere radicem suam & genus matris. Nunc verò abire in propria, abiecto vinculo suo, & angelo, hoc est anima. Putant enim post corpus & animam, esse & aliud quid in homine.

Prętercorpus & animam tertiũ ponũt in homine Et de redemptione quidem hæc sunt quæ ad nos deuenerunt. Cæterùm prudentes audita ampliori ipsorum nugacitate, deriserint vtique stolidam imitationis rationem, quomodo vnusquisque ipsorum alia ab alio sancit prout vult, & ab audacia sua non desistit, sed quæcunque potest quisque excogitat. Et quum vsque in hunc gignantur apud ipsos ac subnascantur, qui quotidie inueniunt quid noui quod dicant, & illectos seducant, difficile est omnia ipsorum studia inquirere, aut tradere. Vnde contentus ero rursus & de hac secta relatis, quæ ad nos peruenerunt. Talis autem doctrina cui

Tota hæc doctrina est fabula non manifesta fuerit, quòd fabula est ac nugacitas tota tractatio? Vnde enim ô bone tu, aut qui ante te fuerunt, corpus accepistis? Animàm item vnde? Et intimum hominem vnde? Et siquidem ex supernis à superno spirituali, velut fabulam fingens dicis, & promissione spei eos qui à te seducti sunt, elatos facis, ut scopo quodam elati, per præstigioſum fabulamentum tuum distrahantur, C dic quæ est societas superni spiritualis ad materiale? Quæ verò materialis ad animale? Quomodo

Compositio indigna. autem opifex ea quæ non sua erant, condebat? Quomodo verò supernus ille virtutem de se spiritualem exhibuit opifici, qui non operatus est? Quomodo autem opifex vbi permiscuit suum animale cum materiali, magis materiæ voluit suam virtutem illigare? Si autem suam virtutem vult immiscere, non ergo aliena est materia. Si verò etiam est aliena, quis ipsi exhibuit materiæ po-

Materiæ significatio in scriptura. testatem? Et primùm dic mihi ô impostor, vtrum odio habens animam illigauit ipsam materiæ, aut ignorans futurum? Verùm scio quod neutrum horum dices. Materiam enim non dicimus corpus, absit: neque Dei creaturas, sed materiam quandam nouit Scriptura, post hanc vitioſam & vnicuique arti ad supellectilem structuræ atq; operationis propositam, aliam inquam quandam nouit Scriptura, ex mente nascentem sordidam cogitationem, & cœnosas ratiocinationes peccati. Nascuntur enim velut à luto graueolentia, & impurus pestilensq; ac cœnosus odor. Velut beatus Dauid dum

Aduersus improborum vituperiaquid dicẽdum. persecutionibus ac vituperiis ab improbis hominibus impeteretur, dixit: Infixus sum in materiam profundi, & cætera. Quandoquidem verò videtur tibi ô Heracleon, hoc materiam dici hominum corpora, & mundum hunc vniuersum: qua intentione proposita opifex suam animam materiæ immiscuit? Siquidem malum ignorans, non potest creare, qui non cognoscit quod vult creare. Neque enim nos quid facimus in singulis ratibus operãtes, quod nõ intelligimus. Nam & animo prius meditamur id quod facere volumus, & nouimus priusquam faciamus, id quod perficere proposuimus: D

Prudẽtia ex Deo in detrimentum. & quidem quum nos debiles simus, & multum à virtute Dei absimus: verùm per donatam hominibus ab ipso prudentiam, nouimus ac intelligimus. Contigit autem tibi ô Heracleon, prudentia ex Deo in detrimentum. Quia non secundum Deum ipsam exerces, sed iuxta prauum institutum. Adhuc autem rursus interrogo: Vnde spiritualis ipsius mixtura animali ac materiali contigit? quod sanè spirituale apud te internus homo dicitur, secundo ac tertio externo homini coniunctum, animę inquam ac corpori. Et siquidem ex voluntate supernę virtutis vniuersorum patris, profundi videlicet, iuxta tuam sententiam. Igitur nonnihil commune habet cum supernis creatura, quę circa nos est, cõpermixta per patris superni bonã volũtatẽ, & scintillà ex supernis ab ipso demissam.

quę

quæ ſcintilla iuxta tuam opinionem Spiritualis eſt ac intimus homo. Si verò dicis, opificem qui eſt in imminutione ac defectu, aut matrem quam vocas Achamoth, accepiſſe virtutem ex ſupernis, hoc eſt ſpirituale: non amplius in defectu & ignorantia eſt opifex, neque ea quæ à te Mater appellatur. Quomodo enim quis in ignorantia fuerit eius quod concupiſcit? Si enim omnino quod melius eſt appetit, nouit ſanè quod pulchrum eſt & bonum. Et qui bonum nouit, & hoc non odit, ſed ap-
A petit, non eſt alienus à bono. Et vt ne tempus conteram circa machinationes huius circulatoris occupatus, hic contentus ero. Omnis enim ipſius cecidit nugacitas, ab eo quod omnes palàm confitentur vniuerſorum Dominum bonum eſſe, & præſcire, & omnia facere poſſe, & quod ab ipſo omnis natura quæ creata eſt, benefacta eſt. Neque enim poſsibile eſt ſine Deo quid eſſe, præterquam, ſolum peccatum, quod radicem nõ habet, neque in finem manet: ſed in nobis inducticio modo fit, & à nobis rurſus ceſſat: quemadmodum vbíque contra omnes hæreſes verba faciens demonſtraui quòd vnus eſt Deus qui omnia fecit ac creauit, pater Domini noſtri IESV CHRISTI: & vnus vnigenitus ipſius filius, Dominus noſter & Saluator ac Deus: & vnus ſanctus ipſius Spiritus, Trinitas ſancta & coëſſentialis. Ex qua omnia benè creata, non mala quædam ſunt, ſed bona, iuxta eam cui ſic complacuit bonitatem, ex nihilo adeſſe vocata. Cui Deo honor & gloria & imperium, Patri in filio, Filio in patre, cum ſancto Spiritu, in ſecula ſeculorum, Amen. Porrò quum rurſus huius fecerim ſubuerſionem quàm pauciſsimis, ad ſequentes progrediar, ſingularũ pro viribus facturus confutationem, atque ſic pernicioſæ ipſorum improbitatis abſolururus deſtructionem. Seps equidem hic meritò dici poterit, qui eſt reptile quadrupes, ſtellioni ſimilis. cuius morſus detrimentũ pro nihilo reputatur: ſputum autem in cibum aut potum eiaculatum, ſtatim mortem aſſumentibus inducit. Qualis ſanè eſt etiam huius doctrina. Cæterùm quando & huius venenũ deprehendimus, & per virturem Domini à faucibus ac labiis eorum qui lædi poterant, deterſimus, conſequentes (velut di-
B ximus) perſequamur, detrimenti ipſorum confutationem facientes.

Mater Achamoth qualis.

vanitas patet nugacitatis.

Peccati radix nulla.

Condẽnatio huius hæreſis.

Sepis natura.

Contra Ophitas, xxxvii hæreſim.

QVemadmodum igitur per Dei virtutem promiſimus, ita Deo opitulante, hæreſim Ophitarum ad relatas vanitatum opiniones conſequentem deinceps exponemus, quæ partim per eadem fertur, partim variat, moribus inquam & habitu eorum qui ipſa vtuntur, velut ex ſublimi diſſenſionis ipſorum errore omnibus manifeſtum fiet. Errore enim ducuntur, non veritate. Deprehendetur autem nunc & confutabitur ipſorum dementia. Ophitæ equidem occaſiones acceperunt à Nicolao & Gnoſticis, & ſectis prioribus. Vocantur autẽ Ophitæ propter Ophin, id eſt ſerpentem, quẽ glorificant. Abſurda enim etiã hi eructant, ex prædicto graueolentiæ eſu repleti: & velut à nouo dæmone decepti hi, ſerpentem, velut dixi, colunt. Et vide ad quantam malignitatis artem proceſsit ſerpens, qui hos decepit. Quemadmodum enim ab initio Euam & Adam decepit: ſic etiam nunc occultans ſeipſum, & in præſenti, & in tempore Iudæorum, vſque ad CHRISTI aduentum. Deinde etiam progreſſu temporum, homines guloſos, eſu per ipſum ex inobedientia facto ac aſſumpto, adhuc ſubiens ac irritans, ad ampliorem ſeductionem à vero Deo abducit, multa quidem pollicens
C ſemper, velut etiam ab initio. Nam & tunc decepit, dicens, Eritis ſicut dij. Deinde progredientibus temporibus multiformem & monſtroſam imaginationẽ ipſis induxit. Ab vno enim vero Deo ipſos abduxit, & olim blaſphemam idololatriæ ac multitudinis deorum vanitatem ipſis immiſit. Nũquam enim fuerunt dij, ſicut neque ſunt: ſed Deus. Prius autem inſeuit inſanum ſimulachrorũ cultum, & deorum multitudinem, ac fraudulentam mentem. Non autem erat autor ſolus ſerpens qui apparebat: ſed ſerpens qui in ſerpente loquutus eſt, hoc eſt diabolus, & qui aures hominis per mulierem turbauit. Et neque lignum erat peccatum, Deus enim mali plantat: verùm cognitionem induxit lignum, ad ſciendum bonum ac malum. Et non propter cognitionem mors, ſed propter inobedientiam. Nam tota tunc aduerſarij machinatio nõ cibi gratia facta eſt, ſed vt operaretur in ipſis inobedientiã. Vnde qui nunc inobedientes fuerunt, ex paradiſo expulſi ſunt, iuſtiſsimè obiurgari, nõ per odium, ſed per ſtudiũ ac curam Dei. Dixit enim ad ipſos Dominus: Terra es, & in terram reuerteris. Oportebat enim eũ qui verè artifex erat, inſtar figuli curã gerere proprij per manus ſuas facti figmẽti ac vaſis: & hoc poſtea in imminutione conſtitutũ propter inobedientiam, non ſic ſinere, ſed in antiquã maſſam tranſmutare: quo rurſus in regeneratione repararet vas in reſurrectione ad antiquam claritudinem, & adhuc ampliorem: hoc eſt, corpora eorum qui iniuſtiſsima fecerũt, & pœnitẽtiam egerunt, & à propriis erroribus deſtiterunt, & in cognitione Domini noſtri IESV CHRISTI perfecti ſunt, quo fiat maſſæ reſurrectio ex terra, & velut maſſa ab artifice emolita, rurſus ad priſcam & adhuc meliorem effigiationem conſtruatur. Huiuſmodi quidem erant ſerpentis aduerſus Euam inſidiæ. Ab initio enim guloſa humana natura, & ſemper vanitatis dogmatibus, ac inanibus pro-
D miſsionibus ſeducta. Et olim quidem idem ſuæ eiacularionis veneni finem non declarabat. Poſtea verò poſt aduentum CHRISTI in carnem, euomuit & expuit omnem ſuam veneni eiaculationem, & improbam malignitatis verſutiam. Hic enim ſe ipſum in mentem deceptorum immiſit, quo glorificetur velut Deus, & prior intelligatur. Cognoſcitur autem idem ſerpens, & per hanc ſcholam ſuam, & per ſenſibilem ſerpentem deceptionem inducere. Serpentem autem diuina Scriptura vocat diabolum, non quòd omnino talis ſit forma, ſed propter apparentem hominibus obliquitatem, & eam quæ in primis facta eſt per ſerpentem fraudis ſtructuram. Proinde apud veritatem cogno-

Hæreſis Ophitarũ 37.

Ophitæ vnde dicti

Serpentis fraus.

Seducẽdi modus.

Simulachrorum cultus.

Fructus inobediẽtiæ.

Inſidiæ hæreticorum typũ gerũt ſerpentis antiqui.

Vehementiores tentationes diaboli ab aduentu Chriſti.

Serpens diabolus.

cognoscentes ridiculum est hoc dogma, itémque qui ipsi addicti serpentem velut Deum colunt. Quum enim non possit diabolus virilem mentẽ, quæ à Domino vim veritatis accepit, decipere: cõuertitur ad fœminam, hoc est hominũ ignorantiam, & eos qui sunt in ignorantia persuadet, quando solidam rationem fallere non potest: fœmineos enim semper cogitatus adit, voluptatémq; ac cupiscentiam, hoc est ignorantiam in hominibus effœminatam: & non solidam rationem, quæ omnia prudenter considerat, & Deum ex naturali lege considerat. Nam serpens apud ipsos seipsum CHRISTVM esse dicit. Imò non ipse, non enim loqui potest: sed qui ipsorum mentem sic sentire fecit, diabolus. Quis igitur conspecto serpente non agnoscet inimicum, ac fugiet? Hac enim de causa etiam Dominus ipsum hunc serpentem in humani generis inimicitiam constituit, quoniam omnino vas diaboli factus est, vt qui pecus sit, & per ipsum diabolus hominem in paradiso decepit, vt huius sensibilis serpentis inimicitia cõspecta, fraudis insidias effugiant, & auersentur etiam figuram ipsius, vt ita dicam, aspicere. Attribuunt autem & hi Ophitæ appellati, huic serpenti omnem cognitionem, dicentes, quòd hic principium fuit cognitionis hominibus: fabulosè introducentes ea quæ ab ipsis putantur mysteria, quum sint inania figmenta, nugis ac vana sapientia referta. Reuera enim hæ fabulæ sunt. Dicunt enim à superno sæculo producta esse sæcula, & posterius genitum esse Ialdabaoth: hunc autem editum esse per imbecillitatem ac ignorantiam propriæ matris, hoc est superni Prunici. Hanc autem Prunicum aiunt descendisse in aquas, & ipsis permixtam fuisse, & non potuisse ad superna procedere, eo quòd grauitati materiæ permixta esset. Nam vbi aquis & materiæ permixta fuit, amplius succedere non potuit. Leuauit autem seipsam per vim ad superiora, & seipsam extendit, atque sic facta est superius cœlum, & sic stabilita inuenta est non amplius potens, neque sursum ascendere, neque infrà descendere, sed in medio fixa ac extenta permansit. Infrà enim deferri non potuit, quia non erat cognata. Sursum autem procedere non potuit, eo quòd ex materia quam assumpsit, grauaretur. At per ignorantiam ipsius editus Ialdabaoth, venit ad infima, & fecit sibiipsi septem filios, qui sanè seipsos septem cœlos fecerunt. Ipse verò concluſit ea quæ sunt supra ipsum, & occultauit, vt septem ab ipso editi filii non cognoscerent ea quæ sunt supra ipsum, quum sint ipso inferiores, sed ipsum solummodo. Et hic Ialdabaoth (inquiunt) est Deus Iudæorum: sed non est ita, Absit: sed iudicatus est ipsos Deus omnipotens, qui Deus est & Iudęorum & Christianorum & omnium: & non Ialdabaoth quispiam est, iuxta delirum ipsorum fabulamentũ. Deinde aiunt, concluſus supernis per Ialdabaoth versutiam, hi septem ab ipso geniti filij, siue sæcula, siue Dei, siue Angeli (diuersis enim nominibus apud ipsos appellantur) iuxta formam patris sui Ialdabaoth formauerunt hominem, non facilè, neque citò, sed eodem modo quo etiam priores fectæ in sua verborum vanitate excogitauerunt. Dicunt enim etiam hi, Reptile erat homo velut vermis, non potens neque sursum flecti, neque erigi. Verùm ad insidias ipsius Ialdabaoth, superna mater Prunicus appellata, volens euacuare ipsum Ialdabaoth potentia, cuius ex ipsa particeps fuit, operata est in ipso, vt in hominẽ à filiis ipsius formatum potentiam ipsius euacuaret, & ab ipso scintillam demitteret in hominem, animam videlicet. Et tunc sterit (inquiunt) homo erectus in pedes, & transgressus est mente octo cœlos, & cognouit ac laudauit supernum patrem, qui est supra Ialdabaoth. Ialdabaoth autem dolore ductus, propterea quòd cognita essent ea quæ supra ipsum essent, respexit infrà in amarulentia ad materiæ fecem, & genuit virtutem serpentiformẽ speciem habentem, quam etiam filium ipsius vocant. Et hic, inquiunt, demissus est, & decepit Euam. Illa verò audiuit ipsum, & credidit velut filio Dei, & persuasa edit de ligno cognitionis. Deinde vbi hanc stultitiam exposuerunt, & ridiculam hanc professionem, ac tragicam concordiam ac consonantiam, vt ita dicam, concinnauerunt, comicámque hanc scenam: incipiunt nobis aliqua ostendere ad confirmationem falsorum ab ipsis dictorum deorum. Nempe, nónne & intestina nostra per quæ viuimus ac nutrimur, serpentiformia existunt? Sed & alia quædam deceptis introducunt ad errorem ac deliram suam opinionem. Propter hanc autem (inquiunt) causam, serpentem colimus, quoniam Deus author cognitionis multitudini factus est, Ialdabaoth verò, aiunt, non voluit commemorare supernam matrem, neque supernum patrem hominibus. Postea autem serpens & cognitionem intulit, & hominem ac mulierem, omnem supernorum mysteriorum cognitionem docuit. Quapropter pater, id est, Ialdabaoth iratus, propterea quòd hominibus cognitionẽ ostendit, deiecit ipsum de cœlo. Et hinc regem de cœlo Serpentem dicunt: qui portionem serpentis, & nihil aliud possident. Colunt igitur ipsum propter hanc (velut inquiunt) cognitionem, & panem ipsi offerunt (habent enim naturalem serpentem, quem in cista quadam alunt) quem circa tẽpus ipsorum mysteriorum latibulo offerentes, & alios panes immensa disponentes, serpentem prouocant: aperto autem latibulo procedit, & sic progressus iuxta ipsorum stultitiam ascendit in mensam, & panibus inuoluitur: & hoc perfectum sacrificium esse volunt. Vnde etiam velut à quodam audiui, non solùm frangunt panes, in quibus idẽ serpens obuolutus est, & accipientibus tradũt, sed etiam vnusquisque salutat serpentem, ac osculatur ex ore, siue per præstigias quasdam serpente ad mansuetudinem incantato, siue ex alia diaboli operatione ad hos decipiendos ipso animalculo blandiente. Adorant autem hunc, & hanc gratiarum actionem dicunt, quæ per ipsum inuolutũ facta est: Et rursus per ipsum, vt aiunt, supernò patri hymnum sursum mittentes, sic mysteria sua perficiunt. Stultitiam autem dixerit quis hoc, ludibrio plenam, ita vt neque euersio à diuina Scriptura requiratur ad hoc, sed ipsum per seipsum ei qui mentem secundum Deum sanam habet, ridiculum videbitur. Statim enim omnis ipsorum verborum vanitas delira reperietur. Si enim Prunicum dicunt esse, quomodo

Ignorantię malũ.

Serpens inimicus generis humani.

Ialdabaoth Prunicus.

Ialdabaoth vnde editus.

Hominis formatio delira.

Naturæ hominis descriptio ab initio.

Virtus serpentiformis speciei.

Deceptiones ad deliram opinionem.

Serpentis cultus.

Serpentis veneratio

A B C D

modo ab ipso nomine non putiditas mentis ipsorum deprehendetur, velut iam antea dixi? Quic quid enim prunici vocem refert, inutile est. Si verò inutile, non inter præferenda locandum est. Et quomodo laudabile fuerit, quod inutile est? Quomodo verò non fabulosum est dicere, quod prunicus Ialdabaoth euacuauit? & scintilla ad inferiora descendit ab euacuato? In supernis autem cõstitutus homo, cognouit eum qui superior est euacuato? Et miraculum magnum est, quomodo homo, in quo minima scintilla est, cognoscit super angelos qui ipsum formauerunt. Nam qui fecerunt hominem, Angeli, siue filii ipsius Ialdabaoth, non cognouerunt ea quæ sunt supra Ialdabaoth. Qui verò ab ipso genitus est per scintillam, cognouit. Ipsi itaque seipsos euertunt per propria dogmata, nunc quidem serpentem glorificantes, nunc verò deceptorum ipsum erga Euam factum dicentes, in eo quod
A dicunt, Euam decipit: & modò CHRISTVM ipsum esse prædicant, modò filium superioris Ialdabaoth, qui filios iniuria affecit, eò quòd supernam cognitionem ab ipsis conclusit, & matrem ignominia affecit: itemque supernum patrem, eò quòd non permisit à se genitos filios superiorem ipso patrẽ glorificare. Quomodo igitur rex cœlestis est Serpens, si contra patrem excitatus est? Quomodo verò, si cognitionem dat, in fraude Euam decepisse prædicatur? Qui autem per deceptionem cognitionem indit, non amplius cognitionem dat, sed pro cognitione ignorantiam. Quare reuera videre est, quòd
" hoc in ipsis perficitur. Ignorantiam enim habentes, cognitionem hanc putant: in hoc errantes, quòd suam deceptionem ac ignorantiam cognitionem dicunt. Proferunt autem & alia testimonia, quòd etiam Moyses in deserto serpentem æreum exaltauit, in hoc erectum vt medela esset his qui à serpente morsi essent. Hanc enim speciem, morsus curatiuam esse dicunt. Rursus autem contra seipsos hæc decernunt. Si enim serpentium erant morsus, atque hi nociui, ergo serpens non est bonus. Quod verò tũc exaltatum est à Mose, per inspectionem faciebat sanationem, non propter serpentis naturam, sed bonam Dei voluntatem, qui per serpentem tunc commorsis velut remedium operabatur. Nihil verò miri est, si quis per quæ læsus est, per ea curationem assequitur. Et ne quis vituperet creaturam Dei, velut rursus alii erantes dicunt. Præfigurabatur autem hoc his qui in deserto de-
B gebant, propter causam quam Dominus vbi venit in Euangelio dicit: Sicut exaltauit Moses serpentem
" in deserto, sic exaltari oportet filium hominis. quod & factum est. Nam instar serpentis Dominum Sal
" uatorem ignominia afficiebant, & ex insidiis serpentis iniuriam inferebant: dico autem, diaboli. Et quemadmodum in exaltatione serpentis sanatio commorsis fiebat, sic in crucifixione CHRISTI redemptio facta est animis nostris, à morsibus peccati nobis illatis. Afferunt autem & hoc ipsum dictũ
" in testimonium iidem dicentes: Non vides quòd dixit Saluator: Quomodo exaltauit Moses serpẽtem
" in deserto, sic exaltari oportet filium hominis. Et ob id etiam in alio loco (inquiunt) dicit: Estote prudentes velut serpentes, & simplices vt columbæ: & quæ in signa doctrinæ ex Deo rectè vsurpata sunt, ea hi ad suam ipsorum fraudulentam versutiam trahunt. Dominus enim noster IESVS CHRISTVS & Deus verbum, ex Patre ante omnia secula, sine principiõ, sine tempore genitus, non est serpens: absit. Sed contra serpentem ipse venit. Si autem dixit, Estote prudentes vt serpens, & simplices vt columba: oportet nos interrogare ac cognoscere, cur duas has personas, tum columbæ tum serpen-
" tis, nobis in doctrinam introduxit. Nulla est autem in serpente prudentia, præter duas has. Primam,
" quòd dum persequutionẽ patitur, cognoscens quod in capite ipsius tota vita eius existit, & timens superius præceptum ad ipsum à Deo propter hominem dictum, nimirum, Custodies caput ab ipso, & ipse calcaneum à te: vbi totum corpus inuoluit in caput suum, occultat quidem craneum suum, tradit autem reliquum corpus per excellentem calliditatem. Sic vult nos vnigenitus ille Deus ex patre pro-
" gressus, in tempore persequutionis & in tempore tentationis, omnia nostra tradere gladio ac igni. cu
" stodire autem nostrum ipsorum caput, hoc est CHRISTVM non negare. Nam caput omnis viri CHRISTVS, mulieris autem caput vir, caput verò CHRISTI Deus, iuxta Apostolum. Alteram rursus prudentiam habet serpens, velut naturę rerum docti de hoc animali tradunt. Quãdo enim
C siti pressus, à latibulo procedit ad aquam vt bibat, non simul accipit secum venenum, sed in latibulo relinquit, & sic progressus potum aquarum sumit. Proinde & ipsi hoc imitemur, vt quando ad sanctam Dei Ecclesiam, aut ad preces, aut ad mysteria venerimus, maliciam, aut voluptatem, aut inimicitiam, aut aliud quid, in cogitationibus nostris nobiscum ne feramus. Alioqui quomodo poterimus & columbam imitari, non à malicia remoti? Quanquam columbę genus in multis rebus non laudetur: petulans est enim columbarum genus, & à multiplici mixtione non alienum, Iasciuumque, & per omne tempus uoluptati deditum. Ad hæc verò debile, & infirmum. At verò propter innocentiam, & longanimitatẽ & malorum in hoc animali obliuionem, insuper & propterea quòd in columbæ specie apparuit Spiritus sanctus: imitari nos vult diuinus sermo sancti Spiritus voluntatem, & innocentis columbę innocentiam. vt simus quidem prudentes ad bonum, simplices verò ad malum. Et dissolutum est vniuersũ ipsorum scenicum figmentum. Statim enim sanctus Apostolus improbitatem & insidias non diffinit
" amplius, quàm contra diabolum & serpentem, dicens: Timeo ne fortè velut serpens Euam decepit in vafricia sua, ita corrumpantur cogitationes vestræ à simplicitate & puritate CHRISTI ac iustitiæ.
" Vides vt corruptionem pronunciauit Apostolus, & vafriciam vehementem, ac deceptionem, ea quę à serpẽte aduersus Euã peracta sũt, & nõ laudabile quid ab ipso factũ ostẽdit. Itaque horũ demẽtia vndiquaque facilis deprehensu ac manifesta est, omnibus qui veritatis doctrinam, & Spiritus sancti cogni tionem scire volunt. Quò verò non consumam tempus, etiam hac molesta & ægre nauigabili
D pelagi tempestate concussa, ad alias marinas profectiones scapham armabo, per virtutem Dei & preces sanctorum diligenter obturãs collum, quo præternauigantes speculemur ferarum vn-
darum

Prunicus quid sit.

Generatio Ialdabaoth.

Vrget ab incõmodo.

Serpens æreus Mosis.

Per quæ quis læditur per ea sanatur.

Figuræ veteris adimpletio in Christo.

Signa doctrinæ conuertũt hęretici in versutiã.

Serpentis prudentia duplex.

Cauta Serpentis natura.

Columba cur laudata.

Simplex Christi puritas corrumpit astutiam serpentis.

darum eleuantionem, & beſtiarum in pelago virus eiaculantium formas: verùm à muræna-
Preces Sanctorum. rum & paſtinacæ dracænæque ac Carcharii & Scorpenæ veneno illæſi pertranſire, & ſere-
num veritatis portum per preces ac ſupplicationes aſſequi poſſimus, vt impleatur etiam in- A
nobis dictum illud, Qui deſcendunt in mare, virtutes Domini narrabunt. Proinde ad aliam
conſequenter hæreſim profectionem faciam, eamque ſimiliter exponam.

Contra Caianos, XXXVIII *hæreſim.*

Hæreſis Caianorum. 38. *Cain laudatus.* *Cain origo.*

CAiani quidem appellantur, ab ipſo Cain cognomine hæreſeos accepto. Hi enim Cain laudant, & patrem ſuum hunc faciunt. Et ipſi, vt ita dicam, velut à diuerſa vndarum inſolentia profecti, non extra eundem fluctum ac maris turbationem conſtituti, & velut à ſpinoſa ſylua exorti, non extra omnem ſpinarum aceruum conſiſtentes, etiamſi nomine ſint diuerſi. Spinarum enim genera multa ſunt, in omnibus tamen malicia aculeatæ iniquitatis ineſt. Hi dicunt Cain ex fortiore virtute eſſe, & ex ſuperna autoritate, imò etiam Eſau & Core & Sodomitas. Abel verò ex debiliore virtute eſſe. Eſſe autem hos omnes apud ipſos laudatos, & ſuos cognatos. Gloriantur enim ſe cognatos eſſe ipſius Cain, & Sodomitarum, & Eſau, & Core. Et hi (inquiunt) perfectæ ac ſupernæ cognitionis ſunt. Quapropter etiam creatorem mundi huius aiunt, circa ipſorum ſublationem ac deletionem occupatum, nihil potuiſſe ipſos lædere. Occultati enim ſunt ab ipſo, & tranſlati ad ſupernum ſæculum, vnde fortis Virtus B
eſt. Sapientia enim ipſos ad ſeipſam adduxit, vt qui proprii ipſius ſint. Et ea de cauſa Iudam exactè de his cognouiſſe dicunt. Nam & hunc cognatum ſuum eſſe volunt, & in cognitionis exceſſu eundem connumerant, vt etiam libellum quendam ex nomine ipſius inſcriptum ferant, quem Euangelium Iudæ vocant. Sed & alia quædam ſcripta eodem modo confingunt, contra vterum quem Hyſteram vocant, eamque Hyſteram creatorem vniuerſæ huius molis cœli ac terræ appellant. Et non poſſe, aiunt, alios ſalutari, niſi per omnia proceſſerint, velut etiam Carpocrates dicit. Vnuſquiſque enim ipſorum ob hanc nimirum cauſam nepharia faciens, & turpes actiones perficiens, & quæcunque peccata faciens, vniuſcuiuſque angeli nomen iuuocat, tum eorum qui ſunt angeli, tum eorum qui fictè ab ipſis Angeli dicuntur, & vnicuique horum attribuit nepharium quoddam peccatorum in terra opus, propriam actionem ad nomen angeli cuius vult referens. Et quum hæc faciunt, ſic dicunt, ô tu Angele vtor tuo opere, ô tu poteſtas ago tuam actionem. Et hoc eſt quod perfecta cognitio apud ipſos dicitur. Nam intrepidè ad nepharias turpeſque actiones procedendi occaſiones à prædictis matribus ac patribus ſectis, Gnoſticis inquam, & Nicolao ac ſodalibus ipſius, Valentinéque ac Carpocrate habent. Iam verò peruenit ad nos etiam liber, in quo finxerunt verba quædam plena impietatis, hæc in ſe habens. Hic eſt inquit, angelus qui Moſen excæcauit. Et hi ſunt angeli qui Core & Datan & Abiron occultauerunt ac tranſtulerunt. Rurſus autem alium libellum finxerunt ex nomine Pauli apoſtoli, nefariis actionibus refertum, quo etiam Gnoſtici appellati vtuntur, quem Aſcenſum Pauli vocant, occaſione inuenta ab eo quòd Apoſtolus dicit ſe aſcendiſſe vſque ad tertium cœlum, ac C
audiuiſſe verba arcana, quæ non licet homini loqui. Et hæc (inquiunt) ſunt arcana verba. Docent autem hæc & talia malos colentes, & bonos reprobantes. Eſſe enim, velut dixi, Cain fortioris virtutis, Abel verò debilioris. Has autem virtutes Euæ implexas generaſſe Cain, & Abel, & eſſe alterius Cain, alterius Abel. Eſſe autem Adam & Euam à talibus Virtutibus ſiue Angelis generatos. Et genitos filios, Cain inquam, ac Abel, contendiſſe inter ſe: & eum qui genitus fuit à fortiori virtute, occidiſſe eum qui à minore ac debiliori genitus fuit. Eaſdem verò fabulas adiungunt hi etiam, dum per exhibitionem ignorantiæ eorundem venenorum, credentibus inſidiantur, quod videlicet oportet omnem hominem ſibiipſi eligere fortiorem virtutem, & à minori ac infirma ſeparari, hoc eſt ea quæ cœlum fecit, & carnem & mundum: & tranſgredi ad ſuprema per crucifixionem CHRISTI. propter hoc enim, inquiunt, venit ex ſupernis, vt in ipſo perficeretur Virtus fortis, contra debiliorem virtutem trophæum erigens, & corpus tradens. Et quidam ex ipſis hoc dicunt. Alii verò alia. Aliqui enim dicunt, eo quòd malus eſſet CHRISTVS, traditum eſſe ipſum à Iuda, quum vellet peruertere doctrinam legis. Laudant enim ipſum Cain & Iudam, velut dixi & dicunt: Ea de cauſa tradidit ipſum, quoniam volebat diſſoluere ea quæ rectè tradita erant. Alii verò ex ipſis, Non, inquiunt: ſed quum bo- D
nus eſſet, tradidit ipſum iuxta cœleſtem cognitionem. Nouerunt enim, inquiunt, principes, quod ſi CHRISTVS traditus eſſet cruci, debilis ipſorum virtus euacuaretur. Et hoc, aiunt, quum noſſet Iudas, feſtinauit, & omnia commouit vt traderet ipſum, bonum opus faciens nobis ad ſalutem. Et oportet nos laudare, ac laudem ipſi retribuere, quoniam per ipſum parata eſt nobis crucis ſalus, & per hoc propoſitum ſupernorum reuelatio. Cæterum omni modo hi ſeducti ſunt, quòd non bonum quendam colunt ac laudant. Palàm eſt autè quod hęc ex diabolo ipſis inſita ſunt, ignorantia videlicet & ſeductio. impletur autem « in ipſis id quod ſcriptum eſt: Væ his qui dicunt bonum malum & malum bonum: qui dicunt « tenebras lucem, & lucem tenebras: qui dicunt dulce amarum, & amarum dulce. Vndiqua- « que enim vetus & nouum Teſtamentum pronunciat, impietatem ipſius Cain prędicans. Hi verò

Virtutis diuinę cõtemptus. *Euangelium Iudę* *Hyſtera creator cœli ac terræ.* *Carpocratis dictum.* *Angelorum inuocatio ad deletionẽ malarum actionum* *Aſcenſus Pauli, liber.* *Quomodo Cain occidit fratrem Abel.* *Qui plus poteſt, ei plus licet.* *Iudas laudatus.* *Tradito Chriſto euacuatur virtus ipſorum.*

quum

quum tenebrarum ſint amatores,& malefactorum imitatores,ipſum Abel odio habent,Cain verò diligunt.Et Iudæ laudem tribuunt.Corruptam autem cognitionem habent,duas virtutes ponẽtes, debiliorem & potentiorem: inter ſe verò pugnantes,facientes autem in mundo non mentis alterationẽ, ſed genitorum . & alios quidem ſecũdum naturam à malicia eſſentiam habere,alios verò à bonitate. Nullum autem iuxta mẽtem bonum aut malum dicunt,ſed iuxta naturam. Et primùm quidem videamus de Cain,quomodo verus Teſtamentum dicit:Maledictus tu à terra,quæ aperuit os ſuum,vt ſuſciperet ſanguinem fratris tui ex manu tua. Et rurſus: Maledictus tu in operibus tuis, & eris gemẽs ac
» » tremens in terra.Conſona autem veteri Teſtamento Dominus in Euangelio de hoc dicit, quãdo Iu-
A dæi dicebant, Nos patrem habemus Deum : Dominus verò ad ipſos dixit, Vos filii eſtis patris veſtri
» » diaboli,quia mendax eſt.nam & pater ipſius mendax erat : ille homicida erat,& in veritate non man-
» » ſit.Quum loquitur mendacium, ex propriis loquitur,quia pater ipſius mendax erat. Vnde etiam aliæ
» » hæreſes vbi audiuerunt verbum hoc,patrem quidem Iudæorum diabolum eſſe dicunt. Habere autem patrem alium, & ipſius patrem rurſus patrem. Verùm effreni lingua loquuntur, mente cæcutientes. Nam ad omnium Dominum Deum Iudæorum ac Chriſtianorum atque omnium,cognationem illius referunt,hunc patrem illius patris eſſe dicẽtes,eum videlicet qui legem dedit per Moſem,& tot miracula fecit.Non eſt autem hoc,ô chariſſime.Ipſe enim Dominus ſtatim dicit, in omnibus noſtri curam habens,vt ne à propoſito digrediamur,alia pro aliis comminiſcentes ac excogitantes,patrem ipſorum
» » eſſe diabolum,ad diſcipulos loquens : Nonne duodecim vos elegi?& vnus ex vobis diabolus eſt.Non
» » diabolus dicens natura,ſed mente.Rurſus autem in alio loco dicit:Pater Domine cœli & terræ, ſerua
» » hos quos dediſti mihi: Quando eram cum ipſis, ſeruaui ipſos,& nullus ex ipſis periit, niſi filius perdi-
» » tionis.Rurſus alibi dicit : Oportet filium hominis tradi,iuxta id quod ſcriptum eſt de ipſo . Væ autem
» » per quem tradetur : expediret enim ipſi,ſi nunquam natus eſſet,&c.Proinde omnino nouimus, quod de Iuda loquutus eſt ad Iudæos.Nam à quo quis ſuperatus eſt,ab eo etiam in ſeruitutem redactus eſt. Et cui quis credit,hunc patrem habet ac principem & ducem ſuę perſuaſionis.Dicit igitur Dominus, Vos filii patris veſtri diaboli eſtis.Nam pro CHRISTO Iudæ crediderunt,quemadmodum ab initio Eua à Deo declinans,ſerpenti credidit. Deinde quod non ſolùm mendax erat,ſed etiam fur , iuxta id
B quod in Euangelio dictum eſt: Quapropter etiam ipſi tradidit marſupium , vt inexcuſabilis eſſet,qui propter auaritiam proprium Dominum tradidit in manus hominum.Quis igitur huius pater,qui ante ipſum mendax erat,quàm Cain,cuius imitator eſt Iudas? Ille enim mentitus fratri,velut ex fraterna charitate decepit ipſum,& per mendacium ſeduxit : & vbi eduxiſſet ipſum in campum,eleuata manu
» » occidit.Sic etiam Iudas : Quid vultis mihi (inquit) dare,& ego ipſum tradam vobis? Et quem oſculatus fuero,ipſe eſt,tenete ipſum.Et quum veniſſet proditor,Aue rabbi, dixit labiis colens, cor autem longè remotum à Deo habẽs.Itaque hic Iudas pater ipſorum factus, iuxta abnegationem Dei & proditionem,ſatanas exiſtens ac diabolus non natura,ſed mente,filius fuit ipſius Cain,iuxta imitationem homicidæ illius ac mendacis.Nam & pater ipſius ante ipſum mendax erat, non Adam,ſed diabolus, cuius imitationem habuit in fraterna cæde, & odio ac mendacio,& contradictione aduerſus Deum, dum dixit : Nunquid cuſtos fratris mei ſum ego ? non noui vbi eſt.Sic etiam diabolus Domino dicit, Nunquid gratis colit Iob Deum?Quandoquidem enim ipſe diabolus per mendacium decepit Euam
» » & Adam,alia pro aliis dicens,& amicitiam cum creatore oſtendens,Eritis ſicut dii,& non moriemini : hunc imitans Cain prætextu fraternæ charitatis fratrem decepit,dicens, Exeamus in campum. Quapropter etiam ſanctus Ioannes dixit : Qui odit fratrem ſuum,hic non eſt perfectus in charitate, ſed ex Cain eſt,qui occidit fratrem ſuum.Et cur ipſum occidit? quia mala erant opera ipſius,& æmulatus eſt opera illius,quia bona erant.Sic etiam hi magis inuidentes ipſi Abel bona opera habenti, ipſum verò Cain colentes, quomodo non redarguuntur ? quum ipſe Saluator expreſsè dicat, & duram
C ſententiam ipſis decernat : Quod requiretur à generatione hac omnis ſanguis iuſtus, effuſus ab Abel
» » iuſto,vſque ad Zachariam prophetam,quem occidiſtis in medio templi & altaris,&c.Non igitur ve-
» » lut hi dicunt,propter cognitionem Iudas tradit Saluatorem : neque Iudæi mercedem habent quòd
» » crucifixerunt Dominum:etiamſi per crucem nos ſalutem habeamus.Non enim tradidit ipſum Iudas vt cederet nobis ad ſalutem,ſed per ignorantiam & æmulationem & auaritiam,& Dei abnegationem. Nam tametſi dicat ſcriptura , CHRISTVM voluiſſe cruci tradi : aut etiamſi dicat diuina Scriptura,abſurditates in extremis diebus per nos perficiendas : non tamen omnino aliquis ex nobis qui iniqua facimus,excuſationem inuenerit, Scripturæ teſtimonium producens, vaticinantis hæc futura eſſe.Non enim quia dixit Scriptura facimus,ſed quia facturi eramus,Scriptura prædixit propter Dei prænotionem : & vt Deus qui bonus eſt, iram autem contra peccantes infert,non ſuſpectus fiat velut qui affectibus obnoxius ſit.Ira enim Dei aduerſus ſingulos peccantes,non ab affectu proficiſcitur:affectus enim expers eſt numen , infert autem iram contra hominem , non affectu indignationis correptum,neque ira ſuperatum . Oſtendit autem affectus exortem ſe Deus , præuaticinatus futurum iudicium ac iuſtum ſupplicium fore , quo deitatem affectus exortem oſtendat . Prædixit itaque
D Scriptura iuxta præcognitionem nos præmuniens ac docens , vt ne incidamus in iram Dei immedicabilem , non ex affectu decretam , neque ex eo quod ab affectibus ſuperatus ſit contingentem, ſed hominibus peccatum facientibus iuſtiſſimè præparatam , & his qui non agunt pœnitentiam ex veritate. Sic etiam de cruce , non quia dixit diuina Scriptura,Iudæi crucifixerunt,& Iudas prodidit Saluatorem:ſed quia traditurus erat Iudas,& Iudæi crucifixuri,ea de cauſa Scriptura prædixit in veteri Teſtamento,& Dominus in Euangelio . Quare non ex cognitione futuræ mundo beneficentiæ , prodidit Dominum Iudas , velut illi dicunt : ſed gnarus quidem ſuum Dominum

Duplex virtꝰ, debilior & potentior.

Pater diaboli quis ſit.

Falſa intelligẽtia hæreſim cauſatur.

Diabolus mẽte quis dicendus.

Diabolus eſt ipſe Iudas.

Cain Iudæ pater.

Cain filiꝰ diaboli.

Religiõis differẽtia cauſa malorum.

Zachariæ occiſio.

Prædictio nũ inſcriptura quæ ſit ratio.

Durum incidere in iram Dei.

Scriptura prædixit crucifigẽdum Chriſtum quia ita futurũ erat.

esse, ignarus autem quod salus mundo futurus esset. Quomodo enim humanæ salutis curam gesserit, qui ab ipso Saluatore filius perditionis vocatur? Et hoc audit, Conferret ipsi, si nunquam natus esset. „ Et hoc, Amice ad quid ades? & hoc, Vnus ex vobis me tradet. &, Qui edit mecum panem, leuauit „ contra me calcaneum: velut habet Euangelium ex præcedente testimonio Psalterii. Et, Væ per quem A „ filius hominis traditur. Nam ipse Iudas de seipso omnia detexit, & laudantium ipsum atque suam „ ipsius dementiam redarguit, etiamsi inuitus. attamen vbi accepit precium triginta argenteos, postea

Peccatū Iudæ sibi cæterisque nocuit.

pœnitentia ductus, & argenteos auersatus, velut qui malum aliquod perpetrasset, malum quidem sibipsi, malum verò etiam his qui crucifixerunt. At verò Dominus bonum per seipsum perficiens nobis & mundo, seipsum tradidit, vt contingeret nobis salus. Proinde non Iudæ proditori gratiam agimus, sed misericordi Saluatori, qui animam posuit pro nobis propriis suis ouibus, velut ipse dixit. Quomodo enim qui putasset se bonum quid perfeciſſe, postea dicit: Pœnitet me, quia tradidi sanguinem innocentem. & auersatus est triginta argenteos precium æstimati à filiis Israël. Et rursus in „ alio Propheta: Si iustum est vobis, date mercedem meam, aut renunciate. Et rursus in alio Propheta: „ Et dederunt argentum precium æstimati. & dixerunt, Pone ipsum in fornacem, & vide an sincerum „ sit, velut probatum est à filiis Israël. Et quod colligere licet ex diuina Scriptura de his quæ perfecta „ sunt in Domino nostro, non per Iudæ operationem ad bonum, sed per Saluatoris nostri ac Domini

Ex malo elicuit bonum Christus.

IESV CHRISTI, pro nobis non ex necessitate, sed ex voluntate, suiipsius traditionem, & dispensationem crucis pro salute nostra? Scio me magnam testimoniorum molem coaceruare. Verùm velut rursus alius Propheta dicit, Fiat caula ipsius deserta, & episcopatum ipsius accipiat alter: hic pronus factus crepuit medius, & effusa sunt omnia intestina ipsius, & ad finem laqueo vsus, ostendit se totam salutem suam perdidisse, eò quòd exciderit à spe, per suas inordinatas ac procliues contra Dominum suum insidias, & propter auaritiam in abnegationem Dei. Quare etiam Apostoli pro ipso in

Mors Iudæ à Christo prænūciata.

suum numerum constituerunt Matthiam, dicentes: Ex quo transgressus est Iudas, vt abierit in pro- B prium locum. Qualem verò hunc præterquam quem Saluator ipsi pronunciauit, dicens quod est filius perditionis. Hic enim decretus est ipsi locus, perditionis videlicet. Porrò quum de hoc sufficere putemus relata, consequenter rursus ad aliam sectam transeamus ô charissimi, obliqua & venenata dogmata reuelantes, eorum qui ex conficta diabolica versutia, mundo corruptionis gratia immissi

Bupreſtes & Cantharus.

sunt. Talium enim mentem deteriora appetentem, generi pubrestæ ac canthari similem, quum reuelauerimus, & nociuam existentē per virtutem Dei contriuerimus, ad aliorum perscrutationem mentem adiicientes, Deum adiutorem ô filii CHRISTI, inuocemus.

Contra Sethianos, xxxix hæresim.

Sethianorum hæresis 39.

SEthiani rursus hæresis alia sic appellata. Non autē vbique hæc reperitur, neque ea quæ hanc præceſsit Caianorum appellata. Fortasis autem iam pleræque harum eradicatæ sunt è mundo. Quod enim non ex Deo est, non stabit, sed tempore quidem viget, verùm in finem non durabiliter permanet. Arbitror autem in AEgyptiorum regione me forte in hanc hæresim incidisse. Non enim exactè memini regionis, in qua cum ipsis congressus sum. Et quædam sanè ex perlustratione, & proprio aspectu de hac cognouimus, aliqua verò ex libris. Hi enim Sethiani à Seth filio Adam se genus ducere gloriantur. Ipsum autem glorificant, & ad ipsum omnia quæ virtutis sunt, referunt, & virtutis signa, & iustitiæ, & quæcunque talia sunt. Quin CHRISTVM ipsum nominant, & ipsum esse IESVM affirmant. Docent autem doctrinam suam sic. Ex Angelis, inquiunt, Facta sunt omnia, & non ex superna virtute. Hi enim consona dicunt priori sectæ Caianorum hac parte. Factos esse ab initio statim duos homines. Et ex his duobus esse Cain & Abel. De his autem seditiosos factos angelos inter se dis- C ceptasse, sicque feciſſe vt Abel à Cain occideretur. Erat enim seditio angelis, contendentibus de generibus hominum horum duorum, eius qui genuit Cain, & eius qui genuit Abel. Obtinuisse verò supernam virtutem, quam Matrem dicunt ac fœminam. Videtur enim ipsis, matres esse supernè, & fœminas & masculos, & parum abest vt etiam cognationes & patriarchas dicant. Quandoquidem igitur præualuit, inquiunt, mater & fœmina appellata, gnara quod occisus esset Abel, id animo volues, fecit generari ipsum Seth: & in hoc posuit suam virtutem, quum suscepisset in seipsam semen supernæ virtutis, & scintillam ex supernis missam in primam delectionem seminis ac constitutionis. Et esse hanc constitutionem iustitiæ, & electionem seminis ac generis, quo per hanc constitutionem & hoc semen, destruantur virtutes Angelorum, qui mundum fecerunt, & duos ab initio homines. Ob hanc igitur causam, etiam genus ipsius Seth segregatum hinc deducitur, vt quod electionis est, & ab alio genere discretum. Progredientibus autem temporibus, inquiunt, & simul existentibus duobus generibus, tum ipsius Cain, tum Abel, in idem congressis per magnam malitiam, simúlque mixtis: vbi inspexisset illa omnium Mater, purum semen hominum voluit efficere, velut dixi, eò quòd Abel occisus esset, & hunc Seth delegit, ac purū edidit, & in hoc solo genus virtutis ac puritatis suæ deposuit. Quū autem vidisset rursus multā permixtionem, & inordinatum impetum Angelorum & hominum, ad permixtionem duobus generibus progressus, & seditiones quasdam generum tumultuatione ac con- D fusione ipsorum inducente: profecta rursus eadem Mater ac fœmina, diluuium induxit, & perdidit omnem seditionem hominis vniuersi generis contrarii, quo videlicet purum genus à Seth & iustū solum maneret in mundo ad constitutionem generis ex supernis, & scintillæ iustitiæ. Fefellerunt autem ipsam rursus Angeli, & imposuerunt ipsum Cham in arcā qui de semine ipsorū erat. Quum enim octo animę seruatæ sint in arca Noe, septē quidē esse puri generis dicunt, vnū autē esse Cham alterius virtutis, qui ingressus est clā matre superna. Ab angelis autē hoc constructū, sic effectum esse. Quādoquidem

Angeli mundi opifices. Seth puritas.

Causa diluuii iuxta illos.

quidem enim ſciebant, inquiunt, Angeli quod vniuerſum ipſorum ſemen delendum eſſet in diluuio: per calliditatem quandam prædictum Cham ad conſeruationem creati ab ipſis generis maliciei clandeſtinè immiſerunt. Et ex hoc obliuio & error circa homines, & confuſi peccatorum impetus, & multiplex vitiorum mixtura facta ſunt. Et ſic mundus ad priſcam confuſionem rurſus reflexit, & impletus eſt malis, velut ab initio ante diluuium. At à Seth ſecundum ſemen & generis ſucceſſionem ipſe IESVS CHRISTVS venit, non ſecundum genera, ſed mirabiliter in mundo apparens, qui A eſt ipſe Seth, qui tunc fuit, & nunc CHRISTVS hominum generi acceſſit, à matre ex ſupernis demiſſus. Hæc omnia ſic facta eſſe dicunt illi. Stultas autem & inefficaces ac vanitatis plenas eſſe tales prædicationes, omnibus manifeſtum eſt. Non enim duo homines formati ſunt, ſed vnus ille Adam, & ex Adam Cain & Abel ac Seth. & non amplius ex duobus hominibus, ſed ex vno, vſque ad diluuium vniuerſum genus ipſius Adam conſtitutiones in mundo habet. A diluuio verò ex Noë rurſus vno homine, & non ex diuerſis hominibus, ſed vno Noë, qui per ſucceſsionem ex ſemine Seth fuit, totum hominum genus non in duo diuiſum, ſed in vnum genus, à quo etiam Noë & ipſius vxor, & Sem & Cam & Iapheht, filij ipſius, & tres vxores filiorum eius, ab ipſo Seth omnes genus deducunt, & non à duobus hominibus qui non ſunt facti, iuxta horum fabulamentum. Libros porrò quoſdam ex magnorum vitorum nominibus conſcribunt. Ex nomine quidem Seth ſeptem libros eſſe dicentes, alios verò libros alienigenas. ſic enim vocant. Alium autem ex nomine Abraam, quem & reuelationem eſſe dicunt, omni malicia refertum. Alios item ex nomine Moſis, & alios aliorum. Cæterùm ad multam ſtultitiam mentem ſuam deducentes, mulierem quandam formoſam vxorem ipſius Seth eſſe dicunt. Vide verò mihi ô chariſsimè, horum dementiam, quo per omnes modos ipſorum ſcenica figmenta, fabuloſamque & inanem ſapientiam ac conficta deliramenta cognoſcas. Sunt etenim aliæ quædam hæreſes quæ virtutem quandam eſſe dicunt, quam nominatim Formoſam vocant. Quæ itaque apud alios virtus formoſa putatur ac appellatur, eam hi vxorem ipſius Seth dicunt. Vnde poſſumus demonſtrare, velut ſcitis chariſsimi, & natura hominem ipſum Seth, & non ex ſupernis quid B alteratum: & fratrem natura ipſius Cain & Abel, ex vno patre atque vna matre. Cognouit enim (inquit Scriptura) Adam Euam vxorem ſuam, & cõcepit ac peperit Cain, & impoſuit ipſi nomen Cain, quod eſt poſſeſsio, dicens: Poſſedi filium per Deum. Et rurſus cognouit Adam vxorem ſuam Euam, & concepit ac peperit filium, & vocauit nomen ipſius Abel. & longè poſtea vbi mortuus eſſet Abel: Et cognouit Adam Euam vxorem ſuam, & concepit ac peperit filium, & vocauit nomen ipſius Seth quod ſignificat permutationem. Reſtituit enim mihi Deus ſemen pro Abel quem occidit Cain. At verò, Poſſedi per Deum, & Reſtituit mihi Deus vnum Deum oſtendit omnium creatorem & genitorum datorem. Quod autem hi habuerunt vxores, tum Cain, tum Seth, manifeſtum eſt. Abel enim iunior occiſus eſt nondum vxore ducta. Quemadmodum autem in Iobelæis reperitur, quæ etiã Geneſis exactè explicata appellatur: etiam nomina vxorum Cain & Seth, is liber cõtinet. vt omni modo hi confundantur, qui fabulas vitæ inuexerunt. Quum enim Adam genuerit filios & filias, neceſſe fuit illo tẽpore filios proprios ſororibus copulari. Nõ enim erat hoc iniquum, quoniam nullum aliud genus erat. Nam & ipſe Adam propriæ, vt ita dicam, filiæ ferè ex corpore ipſius formatæ copulatus eſt, quæ ad coniugium ipſi à Deo formata fuit, & non erat iniquum. Et ipſius filii copulati ſunt, Cain ſorori maiori Saue appellatę. Seth verò tertius filius poſt Abel genitus, Azuræ ſorori ſuæ vocatæ. Geniti ſunt autẽ ipſi Adã & alij filij, velut Geneſis exactè explicata habet, nouem poſt hos tres, vt ſint ipſius filiæ quidem duæ, maſculi verò duodecim, vnus quidẽ occiſus, vndecim verò relicti in vita. Ha C bes autem & horũ declarationem in generatione mundi, & ptimo libro Moſis ſic dicente: Et vixit Adã annis noningentis triginta, & genuit filios ac filias, & mortuus eſt. Ampliatis autem hominibus & generatione Adã extenta, ſinceritas iuxta nuptias pudicas dilatabatur conſequenter procedens. Et quandoquidem geniti ſunt filii Adam, & filii filiorum, & ex his filiæ per generis ſucceſſionem genitæ ſunt, de cætero nõ amplius ſorores ſuas in vxores duxerunt. Sed ad bonam legem deuenit, etiam ante conſcriptam per Moſem legem, pudicarum nuptiarum ritus. & ex patruis ſuis vxores ſibi ducebant. & ſic dilatatis iam hominibus, mixta ſunt duo genera, ipſius Cain ad genus Seth, & ipſius Seth ad alterum, & reliqua filiorum Adam genera. Hinc deinceps quum diluuium omnem hominum ſtatum funditus perdidiſſet, conſeruatus eſt ſolus Noë, qui inuenit gratiam apud Deum, iuſtus inuentus in illius temporis generatione. Arcam autem velut iam ante à nobis dictum eſt, cõſtruxit ſibi ipſi ex præcepto Dei, velut veræ Scripturæ habent. In qua conſeruatum eſſe idem veritatis liber dicit, ipſum, & cum ipſo prædictas ſeptem animas, coniugem inquã ipſius propriam, & tres filios, vxores que horum itidem tres. Ex hoc autem relequias humanæ conſtitutionis in mundo genitas eſſe, rurſus veritas ipſa confirmat. Vnde iuxta generationum progreſſum & per ſucceſſionem filio patri ſuccedente, mundus ad quinque generationes deuenit. Et facta eſt illo tempore Babylonis extructio in D terra Aſſyriorum, & turris quæ tunc ab ipſis eſt ædificata. Erant autem circa hoc tempus, velut iam in ſuperioribus ſectis expoſui, iuxta ſeriam generationum ſuprà à me tractatarum, omnes viri ſeptuagintaduo numero duces ac capitanei, de genere Cham triginta duo: de genere Sem quindecim, de Iapheth vigintiquinque. Et ſic turris & ipſa Babilon facta eſt. Ex his diſperſæ ſunt per omnem terram tribus & linguæ. Et quandoquidem ſeptuagintaduo tunc turrim ædificantes, linguis diſſipati ſũt, cõfuſi, & ab vna quam nouerant ex voluntate Dei inſpirati alius aliam habuit. Ex quibus ſane hucuſque conſtitutio linguarum perdurat: vt ſi quis velit ſingulos principes vniuſcuiuſque linguæ inueni re poſſit. Sic Ionan quidem Græcam habuit, ex quo etiam Iones appellari ſunt, qui veterem Græcorum linguam habent: Theras autem Thracum, Moſoch Moſſynœcorum linguæ, Thobel Theſſa-

Ingreſſus octo hominum in arcam, qualis.

Setheſſe chriſtum

Stulta prædicatio de primarerum creatione

Libri Sethianorũ.

Reuelatio malicia referta.

Scenica figmẽta.

Virtꝰ formoſaũ. cupata.

Interpretatio Seth filii Adã. Iobelei Geneſis exactè explicatæ liber.

Numerꝰ filiorũ & filiarum Adam.

Pudicarum nuptiarum ritus.

Arcæ conſtructio.

Babylõis ædificatio apud Aſſyrios

Linguarũ diuiſio.

Diaboli infidiæ post Christi aduentum.

Ante aduentum Christi verba blasphemā nō protulit in dominū diabolus.

Misericordiam expectabat demon.

Aetas Seth & mors.

Enos filius Seth.

Veritas hystoriæ Christi.

A Veritate exciderunt Sethiani.

Causa erroris ne cognoscāt vnum esse deum.

Archonticorum hæresis 40.

Quàm longè peruagarit hec hæresis.

Eutactus Armenius.

Quo tempore cœperit.

Alluſio ad nomen Eutacti.

Petrus Anachoreta.

Anachoretæ insignis eleemosina.

Cōuictus de hæresi, de gradu presbiterii deiectus.

Hæreticorum occulta consilia.

lorum, Elud Lydorum, Gephar Gasphenorum, Mistrem Aegyptiorum, Psus Axumitarum, Armot Araborum. Et vt ne singulatim recenseam, vnicuique propria inspirata est lingua: & sic vniuscuiusque linguæ succesſio in mundo dilatata est. Vnde igitur hi ementiti sunt sua verba, interponentes sua fabulamenta, imaginantes ac somniantes ea quæ non sunt velut quæ sunt, & quæ sunt ex sententia sua diffipantes? Verùm hoc totum propositum diabolus hominum animis inseuit. Videre autem licet ac admirari, quomodo in multis absurditatibus hominem decepit, & ad iniquitatem distraxit, ad scortationes & adulteria ac lasciuias, & ad simulachrorum insanos cultus & præstigias, & sanguinis effusiones, rapináſque ac insatiabilitates, ludósque ac voracitates, & quæcunque huiuscemodi. Nusquam verò antè CHRISTI aduentum ausus est in dominum suum blasphemum aliquod verbum loqui, aut contra elationem cogitare. Expectauit enim CHRISTI aduentum, velut dicit: De te scriptum est, Angelis suis mandabit de te, & in manibus portabunt te. Audiuit enim semper prophetas annunciantes CHRISTI aduentum, redemptionem futuram eorum qui peccauerunt, & per CHRISTVM pœnitentiam agunt: putauítque se misericordiam aliquam assequuturum esse. Quando autem miser ille vidit CHRISTVM non suscepisse de salute ipsius curam, aperto ore contra proprium Dominum blasphemiam euomuit, hominibus opinionem immittens, vt negent quidem quæ sunt, quæ verò non sunt quærunt. Sic itaque & hi redarguentur omni modo decepti. Seth enim mortuus est, & anni ipsius descripti sunt. Quum enim vixisset annos nonningentos duodecim, debitum naturæ persoluit, vbi genuisset filios & filias: velut diuina Scriptura ait: Per succesſionem autem filius huius Enos nomine, etiam ipse vbi vixisset annos nonagintaquinque, ex hac vita decesſit, genitis filiis ac filiabus, velut idem veritatis liber habet. Vnde igitur Seth qui tunc mortuus est, cuius etiam filij vbi per succesſionem vixerunt, è vita decesſerunt, inuenietur ille dominus, qui à Maria semper virgine genitus est, ex bona voluntate in hominum vita, qui genitus est sine tempore, qui semper est apud patrem, in subſtantia Deus Verbum? Venit autem in extremis diebus, & in seipsum efformauit ex virgineo vtero carnem, & animam humanam accepit, atque sic perfectiſſimè homo factus est, prædicauítque nobis mysteria vitæ, iusticiæque operatores. discipulos suos constituit, & doctrinam suam per seipsum & per ipsos humanum genus edocuit: non quæ Sethiani sentiunt reuelans, neque Seth seipsum nominans, velut hi delirantes; ac ebrietate quadam grauati, à veritate exciderunt. Cæterùm quum nunc contracta sit ipsorum hæresis, & non opus habeam extendere contra ipsam confutationem longiorem, contentus sum præsentibus his solis. Sauciatu enim facilis est horum dementia, & quæ potest seipsam redarguere ac manifestare, non solùm in proposita & per calumniam excogitata CHRISTI vita, quod videlicet Seth ipsum putant, & esse affirmant, sed etiam in argumento de duobus hominibus. Si enim virtutes ex supernis principium habent, non sanè citra vnam, quam etiam matrem vniuersorum esse dicunt, facta ac peracta sunt ea quæ à duobus perpetrata sunt. Inuenitur enim vna causa duarum virtutum, & sine ipsa nihil eorum quæ facta sunt, factum esse. Et recurrent rursus ad hoc, vt confiteantur vnum esse Dominum omnium, & opificem ac creatorem vniuersorum, vbi semel vnum principium est ostensum. At postquam etiam de hac hæresi hæc diximus, & venenum serpentinæ ipsorum ex aspidibus prognatæ sobolis reuelauimus, ad aliam rursus ô chariſſimi iuxta eandem tractationis consequentiam pergamus.

Contra Archonticos, XL *hæresim.*

ARchonticorum hæresis quædam hos sequitur. Verùm non in multis locis hæc apparet, sed solùm in Palæstinorum prouincia. Transtulerunt & venenum suum iam alicubi in magnam Armeniam. Sed & in parua Armenia hoc zizanium iam conseminatum est à viro quodam ab Armenia ad Palæstinorum terram profecto, temporibus Constantii circa obitum ipsius, cui Eutactus nomen fuit, quum Atactus potius appellandus esset, ob incompositos mores: qui sanè didicit hanc malam doctrinam, & deinde reuersus ad propria docuit. Transumpsit autem, velut dixi, in Palæstina, velut ab aspide venenum, à Petro quodam sene, indignè Petro appellato: qui habitabat in uicinia Eleutheropolis Hierusalem, tribus signis vltra Cherbon, Cabarbaricha ciuitatem vocant. Hic senex primum habuit indumentum admirandum, simulatione plenum: forinsecus enim reuera pelle ouilla indutus erat, & intrinsecus lupus rapax esse ignorabatur. Anachoreta enim videbatur esse, vt qui ab hominibus seceſſerat in spelunca quadam desidens. Qui multos profectò ad renunciationem congregauit. Et pater sanè ob senectam ac habitum vocabatur, & bona sua pauperibus distribuebat, & quotidie eleemosynas faciebat. In prima autem ætate sua in multis sectis examinatus est. Verùm Aëtii episcopi tempore accusatus, ac tunc Gnosticorum hæresim exercere conuictus, depositus est à presbyterio. Erat enim aliquando constitutus presbyter loci: sed postquam de hæresi conuictus fuit, ab Aëtio persecutionem passus est. Et digressus habitauit in Arabia in Cochaba, vbi Ebionæorum & Nazoræorum radices pulularunt, velut in multis sectis de hoc loco indicaui. Postea verò velut modestus factus ad senectam, rursus rediit, afferens secum hanc veneni eiaculationem occultè, & apud omnes ignotus, donec postremum ex verbis quæ in aures quorundam insusurrauerat, talis conuictus à nobis excommunicatus est, & per nostram tenuitatem confutatus. Et consedit in spelunco, de cætero contemptus ab omnibus, & à fraternitate destitutus, & à pleriſque qui vitæ suæ curam gerunt. Ad hunc senem perductus prædictus Eutactus ab Aegypto profectus, & malæ senis doctrinæ particeps factus, hoc venenum velut magnam mercem acceptum, in patriam suam auexit. Erat enim, velut dixi, originis ex parua Armenia, ex locis prope Satalen. Reuersus itaque ad suam patriam multos eiusdem paruæ Armeniæ polluit, corruptis quibusdam diuitibus, & quodam Senatorii ordinis, & multis spectabilibus viris: per quos illustres homines multos illic perdidit. Verū Dominus citius ipsum è vita sustulit, prętereà quòd zizanium

nium ſuum ſeminauit. Attamen hi quoque libros ſibiipſis confictos ſcripſerunt apocryphos ac reiectos quorum nomina hæc ſunt. Alterum enim ſymphoniam paruam, paruum nimirum libellum vocant: alterum verò magnum, magnam ſymphoniam. Sed & alios quoſdam libros apud ſe accumulant, quò in congreſſibus videantur ſuum errorem per multos confirmare, & in medium afferre. Quin & alienigenis appellatis vtuntur: Sunt enim libri ſic appellati. Accipiunt autem occaſiones ab aſcenſu Eſaiæ, inſuperque aliis quibuſdam apocryphis. In ſumma, ex libro Symphonia dicto, octonarium quendam eſſe dicunt cœlum, & ſeptenarium. Eſſe autem in ſingulis cœlis principes, & hos quidem eſſe in ſeptem cœlis, ita vt in vnoquoque cœlo vnus ſit princeps. Ordines autem eſſe vnicuique principi. Et Matrem lucidam ſuperne in octauo eſſe, velut etiam aliæ hæreſes. Et aliqui ipſorum corporalia petulantia polluta habent. Alij verò ſimulatum ieiunium præſe ferunt. Decipiunt autem ſimpliciores homines habitu ſolitariè degentium, renunciationem quandam iactantes. Aiunt autem eſſe in vnoquoque cœlo, velut dixi, principatum & poteſtatem, & angelica quædam miniſteria, quum vnuſquiſque princeps ſibiipſi miniſterium generauit ac fecit. Non autem eſſe carnis reſurrectionem, ſed ſolùm animæ. Execrantur ſacrum lauacrum, etiamſi ſint quidam ex ipſis præoccupati ac baptizati. Myſteriorum quoque participationem ac bonitatem reprobant, velut quæ ſit aliena, & in nomen Sabaoth facta. Hunc enim volunt eſſe ſecundum quaſdam alias hæreſes, eum qui in ſeptimo cœlo dominatur, & qui in alios imperium obtinet. Cibum autem principatuum ac poteſtatum eſſe dicunt animam, ſine ipſa verò non poſſe illas viuere: propterea quòd ex humore ſuperno ſit ipſa; & vires illis præbeat. Vbi verò hæc in cognitione fuerit, & baptiſma Eccleſiæ fugerit, & nomen Sabaoth eius qui legem dedit: tunc per vnumquodque cœlum aſcendere, & excuſationem apud ſingulas poteſtates facere, atque ſic eam tranſgredi ad ſuperiorem matrem, ac patrem vniuerſorum, vnde ſanè deſcendit in hunc mundum. Iam verò dixi, quòd baptiſmum deteſtantur, velut muſcæ immorientes, & olei odorati compoſitionem vitiantes. Quemadmodum de his & ſimilibus ipſis, parabola apud Eccleſiaſten dicta eſt. Muſcæ enim reuera ſunt interficientes, ac putidum facientes aromaticum ac vngentarium oleum, ipſa ſancta Dei myſteria in lauacro nobis in peccatorum remiſſionem donata. Admiretur porrò quis meritò, vbi reperit & apud naturæ rerum doctos aliqua vtilitate plena, apis prudentiæ aſſimilatus, quæ omnibus quidem germinibus inſidet, vtilia verò ſibiipſi colligit. Prudens enim homo nuſquam damnum patitur, ſed vbique & vndiquaque lucrum fert. Imprudens autem damnum patietur, velut ſanctus Propheta dicit: Quis prudens & intelliget hæc? Et cui verbum Domini eſt, & cognoſcet ipſa, quoniam rectæ viæ Domini, impij verò debilitabuntur in ipſis. Inuenimus enim apud naturæ rerum doctos phyſiologos appellatos, imò potius nos ipſi videmus, quòd cantharorum, hoc eſt ſcarabæorum genus, quod à quibuſdam pilularium vocatur, conſuetudinem habet, vt in fœtore ac ſtercore volutetur, & hoc eſt ipſorum alimentum & opera. Et aliis quidem idem ſtercus graueolens & abominabile eſt, apibus autem hoc ſtercus & graueolentia mors eſt. Et ſcarabæorum quidem opera ac tractatio eſt graueolentia: apibus autem vice verſa bonus odor & flores, & vnguenta, in refrigerationem creationémque ac cibum, & in operam ac tractationem. Verùm ſcarabæis prædictis talia contraria. Cuius rei ſi quis experimentum facere velit, de vnguento ſucci balſami aut nardi ſumat, & ſcarabæis afferat, & mortem ipſis inducet, velut phyſici teſtantur. Statim enim moriuntur, non ferentes bonum odorem. Sic etiam hi tranquillitatem & ſcortationem ac vitia appetentes, in mala ſpem ſuam habent. Vbi verò ſacro lauacro ac bono odori appropinquarint, moriuntur, in Deum maledicta effundentes, & ipſius dominationem reprobantes. Cæterùm ex vno aut duobus teſtimoniis ipſos ſubuertemus. Si enim & principatus ſunt & poteſtates, non extra Deum, maximè hi ſunt in cœlis. Nouit enim Scriptura dicere, Angelos & archangelos non in contrarietatem locatos, ſed miniſtratorios ſpiritus qui ad miniſterium demittuntur, propter eos qui aſſequuturi ſunt ſalutem. Nam & in terra in ſingulis regnis multi ſunt principatus, ſed ſub vno rege. Quæ enim ſunt poteſtates, à Deo ordinatæ ſunt, Apoſtolus dicit. Quare qui reſiſtit poteſtati, Dei ordinationi reſiſtit. Principes enim non ſunt contra bonũ, ſed pro bono, & non ſunt contra veritatem. Vis autem, inquit, poteſtatem non timere? bonum facito, & habebis laudem ex ipſa. Non enim fruſtra gladium geſtat. Miniſter enim eſt ad hoc ipſum à Deo ordinatus, ei qui malum facit. Et vides quòd poteſtas hæc mundana ex Deo ordinata eſt, & gladij poteſtatem accepit: non autem aliunde, ſed ex Deo, ad vltionem. Et non poſſumus dicere, eo quòd ſunt principatus & poteſtates in mundo, regem horum non eſſe regem: ſed eſſe principatus & poteſtates in mundo, eſſe autem & horum regem. Quemadmodum igitur in terra videmus principatus non contrarios regi, ſed ſubditos in adminiſtrationem totius regni, & ad bonam ordinationem terræ, vbi cædes & pugnæ, ignorantiæque ac doctrinæ, bonæ item leges ac iniquitates, & hac de cauſa ſunt poteſtates, vt ad bonum ordinem gubernationis vniuerſi mundi omnia ex Deo bene diſponantur ac adminiſtrentur. Sic etiam in cœlo, maximè verò præciſè illic vbi non inuidia, non æmulatio, non iniquitas, non contrarietas, non ſeditio, non iuſiurandum, non rapina, neque aliud quid tale, poteſtates ob aliud negocium ordinatæ ſunt. quale autem inquam, quàm propter modulationem laudis, propter ſupernam immortalem glorificationem? propter quam voluit liberalis noſter Deus & rex largiri vnicuique ex his quæ facta ſunt ab ipſo gloriam conuenientem: quo regni ipſius claritudo ac iucunditas ſemper glorificetur. Manifeſtè igitur illi errant, donum Dei ignorantes. Dicunt autem hi, velut etiam ſuprà à me indicatum eſt, diabolum eſſe filium ſeptimæ poteſtatis, hoc eſt ipſius Sabaoth. Eſſe autem Sabaoth Deum Iudæorum. Diabolum verò malum eius filium, qui quum ſit in terra, aduerſetur proprio patri. Et ipſius patrem neque talem eſſe, neque rurſus eſſe incomprehenſibilem Deum, quem patrem vocant, ſed ſiniſtræ eſſe poteſtatis. Porrò rurſus aliam fabulam hi narrant. Diabolus, inquiunt, progreſſus

Symphoniæ parua & magna librorum nomina.
Libri alienigenæ.
Principes cœlorum.
Simulata ieiunia.
Negatio reſurrectionis carnis.
Baptiſmi execratio
Anima cibus poteſtatum.
Excuſatio animæ poſt diſſolutionem apud ſuperos.
Muſcarũ effectus.
Prudens damnum non facit.
Scarabæi pilularii.
Apum bonus odor.
Poteſtatũ mundanarũ ac cœleſtiũ ratio.
Ad quid ordinati ſint Principes à Deo.
Ordo finis poteſtatis
Diabolus filius Sabaoth.
Sabaoth Deus Iudæorum.

Diaboli et Euę coit°.

ad Euam, copulatus est ipsi velut vir mulieri, & genuit ex ipsa & Cain & Abel. quapropter restitit alter alteri, propter æmulationem quam mutuò exercebant, non eo quod complacuit Abel Deo, velut veritas ipsa habet, sed aliam errantes rationem afferunt: quoniam, inquiunt, amabant ambo sororem suam propriam, ea de causa insurrexit Cain aduersus Abel, & occidit ipsum. Ex natura enim dicunt ipsos ex semine diaboli, velut dixi, natos esse. Producunt autem testimonia vbi aliquos decipere voluerit, ex diuinis libris. velut etiam in alia secta hoc à me dictum est, Saluator ad Iudæos dixit, Vos ex satana estis, & quum loquitur mendacium, ex propriis loquitur, nam & pater ipsius mendax erat: quo videlicet dicant diabolum esse ipsum Cain, quoniam dixit quod ab initio homicida erat: & vt ostendant, pterem quidem ipsius esse diabolum, diaboli verò esse patrem principem mendacem, quem maledictis impetentes, contra suum ipsorum caput, dicunt ipsum esse Sabaoth: stolidi putantes nomen esse Dei vocem Sabaoth, velut etiam antea in superioribus sectis per longum de Sabaoth, & aliorum nominum interpretationibus, à nobis tractatum est. Velut sunt Eli, & Eloim, & El, & Saddai, & Elion, & Rabboni, & Ia, & Adonai, & Iabe. Nam nomenclaturæ sunt glorificationum, quæ omnes interpretationem habent, & non sunt nomina adoptata, vt ita dicam, deitati, quæ sanè etiam hîc explicabuntur. El enim est Deus. Eloim, deus semper. Eli, deus meus. Saddai, sufficiens. Rabboni, dominus. Ia, dominus. Adonai, qui est dominus. Iabe, qui erat, & est, & semper est: Sicut interpretatur Mosi, Qui est misit me, dices ad ipsos. Elion, altissimus. Sabaoth, virtutum interpretationem habet. Dominus igitur Sabaoth, dominus virtutum est. Omnibus enim expositum est, quod vbi Scriptura nomen Sabaoth vsurpat, non solum id pronunciat vt diceret, dixit mihi Sabaoth, aut loquutus est Sabaoth, sed statim Dicit Dominus Sabaoth, hoc est dominus virtutum. Et postea apud ipsos & similes per mentis ipsorum cæcitatem, ea quæ rectè dicta sunt, in calumniam rapiuntur. Neque enim de diabolo à Saluatore in sermone ad Iudæos dictum est, velut omnibus qui veritatem sequuntur clarum existit. Sed propter Iudam ipsis hoc verbum dixit. Non enim erant filij Abraam, qui ipsum ante aduentum eius in carnem sub quercum Mambre susceperit, sed condemnarunt seipsos vt filii fierent proditionis Iudæ, qui à Domino satanas ac diabolus est appellatus, dum dicit: Nonne duodecim vos elegi, & vnus ex vobis Diabolus est? & ea gratia malignos ipsius mores interpretans Dominus dixit: Quum loquitur mendacium, ex propriis loquitur. Et velut alibi Euangelium dicit, Fur erat, & marsupium ipse portabat. Hic igitur diabolus vocatus Iudas, patrem habuit Cain, qui per mendacium fratrem decepit suum Abel, & occidit. Qui etiam interrogatus à Domino, Vbi est Abel frater tuus? mentiens dixit, Nescio. Meritò igitur & hic natura diabolum moribus imitatus, filius eius à Domino dictus est. Nam à quo quis superatur, eius etiam seruus est. Et vnusquisque nostrûm quicquid tandem fecerit, eos qui prius id fecerunt, imitatus patres habebit. Clarè itaque dictus est sermo à Domino prolatus: Vos filii diaboli estis. Et rursus: Quum loquitur mendacium, ex propriis loquitur, quia pater ipsius mendax est: vt dicat primum Iudam & Cain: deinde, Nam & pater ipsius mendax est, vt dicat ipsum diabolum, propter ea quæ ab vnoquoque horum perpetrata sunt. Inspiratione enim per os serpentis facta, omnia falsa loquutus est diabolus. Et sic tunc decepit Euam, & sublata est erronea horum fabula: etiamsi dicat Scriptura, quod Cain occidit fratrem suum, quia ex diabolo erat. Ostensum enim est omnino, non eo quod Eua ex semine diaboli conceperit, & quod per nuptiarum coniugium ac corporum coniunctionem Cain & Abel genuerit, velut his videtur: sed propter morum similitudinem, & malignitatis diaboli imitationem, filius ipsius appellatus est: Porrò iidem rursus dicunt, Adam copulatum Euæ propriæ vxori genuisse Seth, natura proprium filium suum. Et tunc inquiunt supernam virtutem cum ministris boni Dei angelis descendisse, ac rapuisse ipsum Seth, quem etiam alienigenam vocant, & euexisse sursum alicubi, & multo tempore educasse, vt ne occideretur: & post multum tempus rursum detulisse in hunc mundum, & spiritualem fecisse ipsum ac corporalem, vt non posset contra ipsum prę ualere, neque ipse, neque aliæ potestates ac principatus mundi fabricatoris Dei. Dicunt autem ipsum non amplius cultum præstitisse creatori atque opifici. Verùm cognouisse innominabilem virtutem, & supernum bonum Deum, eique cultum præstitisse, & contra creatorem mundi & principatus ac potestates multa reuelasse. Quare etiam libros quosdam efformarunt in nomen ipsius Seth conscriptos, ab ipso eos editos esse dicentes. Alios item in nomen ipsius, & septem filiorum eius. Dicunt enim ipsum genuisse septem alienigenas appellatos, velut etiam in aliis sectis diximus, Gnosticorum inquam & Sethianorum. Hi etiam alios prophetas esse dicunt, Martiadem quendam, & Marsianum, raptos in cœlos, & qui per triduũ descẽderint. Et multa sunt quæ fabulosè fingentes edunt, & blasphema faciunt contra verum Deum omnipotentem patrem Domini nostri IESV CHRISTI, velut qui princeps sit & inuentor prauitatis, id quod ex libris ipsorum deprehenditur. Si enim malorum inuentor est ac maleficus, quomodo non statim bonus inuenietur, velut etiam in aliis sectis diximus, qui contra scortationes & adulteria, rapinásque ac auaritiam legem tulit? Deum enim Iudæorum ipsum etiam ipsi dicunt. Iudæis autem legem dedit, in qua omnia hæc interdixit, quorum inuentorem ipsum esse dicunt. Quomodo autem pater satanæ vocari poterit, qui contra ipsum tot ac tãta desi gnauit? Et si alienus est à superno apud ipsos appellato Deo, & non ipse est Deus omnipotens rex & Dominus noster IESVS CHRISTVS, quomodo in lege & in Euangeliis, & in prophetis ac Apostolis, ipse Deus Dominus, pater autem Domini nostri IESV CHRISTI appellatur? velut clarè nos ipse Dominus docet in Euangelio dicens: Gratias ago tibi pater Domine cœli ac terræ: quo ostendat patrem suum Deum vniuersorum. Et de mortuorum resurrectione, indicans ipsam futuram esse, rursus dicit: Soluite templum hoc, & in tribus diebus excitabo ipsum. Templum autem dicit proprium corpus, solutum quidem per manus hominum, hoc est occisum. At verò id quod

Cur insurrexit Cain contra Abel.

Iudæos probat ex malè intellecta scriptura filios carnaliter diaboli.

Sabaoth quid sit.

Nomẽclatura glorificationũ Dei.

Iudæi filii facti sunt proditoris Iudæ.

Cain pater Iudæ.

Seruus à quo quis superatur

Erronea fabula de Eua.

Seth sursum rapt°

Metha-morphosis Seth.

Martiades, Marsian° prophetæ.

Insulsa de positis legibus cogitatio.

Futuræ resurrectionis signũ.

corpus

corpus non eſt,ſed in apparentia putatur,velut hi rurſus dicunt: non vtique poterit in manus venire, excitarique tertia die,velut promiſit. Oſtenſa itaque clarè eſt per talem diſpenſationem mortuorum reſurrectio,quod nihil ipſi contradici poteſt. Et neque opus eſt animæ,vt excuſationem prætendat apud vnam quanque poteſtatem: nam & hoc hi confingunt,velut dictum eſt: ſed vt Domini beneficentiam habeat per opera & fidem confirmatam. quemadmodum ſanctiſſimus Paulus dicit,ſcribens ad Timothæum hæc verba: Vt cognoſcas quomodo oportet in domo Domini ambulare,quæ eſt Eccleſia Dei viuentis,columna & fundamentum veritatis,qua plerique dimiſſa ad fabulas ac ſtultos ſermones conuerſi ſunt,non intelligentes neque,quæ dicunt,neque de quibus affirmãt. Quorum de numero eſt Phygellus & Hermogenes. Sed & in ſecunda epiſtola,Hymenæum ac Philetum circa veritatem aberraſſe dicit, qui & ipſi hanc hæreſim ſequuti ſunt,aliam Deum annunciantes, & genealogias infinitas & errorem hominibus inſerentes,ac dicentes, Mundum non ex Deo factum eſſe,ſed à principatibus ac poteſtatibus. Reſurrectionem verò iam factam eſſe, per liberos genitos ab vnoquoque generante. Mortuorum autem reſurrectionem non dicunt futuram eſſe. Et videte fratres characterem veritatis, & confutationem horum iniquitatis. Arbitror autem & de his ſufficienter dictum eſſe. Vnde hac relicta,ad ſequentes iter faciam: vbi illud ſolum dixero,quod hæc hęreſis valde ſimilis videtur ob Archonticæ appellationis celebritatem,multiplici ſerpentium malignitati. Quodammodo enim ex multis reptilibus mixtim eſt congregata erroris ipſorum venenoſa eiaculatio, vt quæ velut audaciam draconis habet,doloſitatem verò phyſali, retractionem autem ſpiritus bætonis, elationem acontiæ, procliuitatem oſtra citæ. Quum autem horum omnium caput conculcauerimus per veritatis doctrinam, ad reliquas ô chariſſimi tranſeamus, vniuſcuiuſque errorem per Dei auxilium reuelare conantes.

Eccleſia firmamẽtũ fidei.

Hymenæi & Phileti hæreſis.

Serpẽtium multiplicitas permixta.

Contra Cerdonianos, hæreſim XLI.

Hæreſis Cerdonianorum 41.

CErdon quidam his & Heracleon ſuccedit, vt qui ex eadem ſchola ſit,& à Simone ac Saturnilo occaſiones accepit. Hic à Syria digreſſus,& Romam profectus, corruptor & ſuiipſius & credentiũ ipſi miſerrimus viſus eſt. Miſera eſt enim hominum natura, quum relicta Dei via errat, & vbi ſeipſam à Dei vocatione ſeparauit. Contigit enim his canis prouerbium, qui vmbræ intentus non continuit quod habebat in ore,& in aquã intuẽs,& maiorẽ vmbrã aquæ eſſe putãs, quàm cibũ quẽ in ore ferebat aperto ore etiam eum quem habebat amiſit. Sic & hi quum viam repererint,& vmbram aſſequi velint in ſuſpicione ipſorum obortam, non ſolum cibum qui in ore ipſorum, vt ita dicam, erat, ex Deo donatus, amiſerunt, ſed etiam perniciem ſibiipſis attraxerunt. Hic itaque Cerdon temporibus Hygini epiſcopi fuit, qui nonum locum ſucceſſionis à Petro ac Paulo apoſtolis habuit. At verò prædicatio ipſius prædictorum hæreſiarcharum nugacitatis particeps, eadem eſſe videtur: euariat autem ab ipſis, hoc modò ſe habens. Duo principia hic mundo prædicauit,& nimirum Deos duos. Vnum bonum & omnibus incognitum, quem & patrem Ieſu vocauit. Et alterum opificem, qui malus ſit & cognitus, loquutuſque ſit in lege,& apparuerit in prophetis, ſæpe viſibilis conſpectus. Non eſſe autem Chriſtum genitum ex Maria, neque in carne apparuiſſe, ſed in apparentia fuiſſe,& in opinione apparuiſſe,& in exiſtimatione omnia feciſſe. Et ipſe carnis reſurrectionem negat. Vetus autem Teſtamentum reprobatum quod à Moſe, tum quod à Prophetis traditum eſt, velut à Deo alienum. Veniſſe autem Chriſtum ex ſupernis et ignoto patre, ad reprobationem fabricatoris mundi ac opificis principatus ac tyrannidis, quam hic exercebat, quemadmodum ſanè multæ hæreſes dixerunt. Cæterùm vbi mo dico tempore hic Romæ fuiſſet, impertiuit venenum ſuum Marcioni. Quapropter Marcion huic ſucceſſit. Quum autem hæreſis facilis ſit deprehenſu, in ſumma de ipſa dicemus. Incipiemus autem rurſus ipſius ſubuerſionem ab his quæ ab ipſo dicuntur. Equidem duo principia ſimul eſſe impoſſibile eſt. Aut enim duo ex vno quodã ſunt, aut alterũ eſt fecũdũ, & alterũ fecũdi cauſa ac prĩcipiũ. Quæretur igitur aut duorũ cauſa, aut vtrũ horũ principiũ ſit alterius, velut dixi. Et ſic omni modo ad vnum reducenda mẽs eſt, id videlicet quod primum reperitur, ex quo etiam ſecundum, aut ambo, velut dixi. Simul autem impoſſibile eſt duo principia eſſe. Imò neque differre alterum ab altero poſſibile eſt. Si enim differunt, ſunt quidem duo: quę verò duo numero reperiũtur, vnitatis numerum excedunt. Quum autem vnus ac primus numerus quæritur, duo vni numero ac ſuperiore ſubiacent, qui cauſa duorum exiſtit. Non enim duo poſt vnum numerum, aut vnum principium ac primum, ſuiipſorum cauſæ eſſe poſſunt, quum ſingularis ac ſuptemus numerus ſemper quæratur. Si enim duo reperiuntur vna exiſtente concordia, & congaudentia & concordia inter ſe, in eo quod alterum expectat, ſi alteri ita complacuerit, & alterum gaudeat alterius coniugatione, ſeditio quædam in medio vtriuſque eſt. Si autem ſeditionem agunt, & ſimul ambo inter ſe ex æquo robuſta ſunt: non vtique poterit CHRISTVS, qui ad alterius reprobationem venit, huius tyrannidem deſtruere, quum ipſum renitatur, & aduerſus ſupernum inuiſibile & innominatum contendere poſſit, reſiſtereque ac nunquam diſſolui. Dicit autem ſtolidus ille etiam legem ac prophetas mali ac aduerſarii principii eſſe, CHRISTVM verò boni. Vnde igitur prophetæ ea quæ de CHRISTO expreſſa ſunt, prædixerunt, ſi non vna & eadem virtus erat quæ loquuta eſt in lege & prophetis ac Enangeliis? quemadmodum dicit ille qui loquitur in prophetis, Ecce adſum &c. Vnde verò etiam Dominus in Euangelio prædixiſſet, inquiens, Si Moſi crederetis,& mihi vtique crederetis, ille enim de me ſcripſit. Et multa dicere poſſim de teſtimoniis, quibus ille vſus, ſcholam ſibiipſi coaceruauit, qui in malum euentum mundo exortus eſt,& ab ipſo deceptos ſeduxit. Verùm præteribo etiam hanc hæreſim, quum velut Memycis ac Pemphredonis dolorem inducentium,& ex volucrium genere originem ducentium, ſub vnum contactum extentorum, peremptionem fecerim, per Dei efficaciſſimam fidem ac ſalutarem doctrinam: quum Dominus noſter IESVS CHRISTVS dixerit,

Cerdon. Patria cerdonis.

Hæretici. Canis vmbrã ſequẽs.

Hyginus epiſcopus Romanus, nonus à Petro & Paulo

Execrãda argumẽta huius hæreſis.

Romę marcionem in ſuã hæreſim trahit

Principia duo ſimul eſſe non poſſunt.

Probat duo prĩcipia eſſe ſimũl non poſſe.

Propheta rum & Chriſti cõtrarietas.

Refutatio hæreſis.

Memyx. Tẽphredo

Marcioni ſtarum hæreſis 42.

xerit, Videte ne ſeducamini, Multi enim venient falſi prophetæ: & Apoſtolus de iiſdē falſis Chriſtis, & falſis doctoribus, ac falſis fratribus dixerit ac nos muniuerit. Conſequenter itaque ad aliarum enarrationem procedam.

Contra Marcioniſtas, hæreſim XLII.

Occaſio Marcionis ad hæreſim.

MArcion, à quo Marcioniſtæ, ex prædicto Cerdone occaſionem accepit, & ipſe magnus ſerpens in mundum proceſſit, & magnam multitudinem pervarios modos vſq; in hunc diem decepit, ſcholamque doctrinæ ſuæ erexit. Hæreſis autem adhuc etiam nunc eſt Romæ & in Italia, in Aegyptó que ac Palæſtina, & in Arabia ac Syria, in Cypro item atque Thebaide. Quin & in Perſide & aliis locis reperitur. Magnopere enim improbus ille fraude ſua præualuit. Hic genere Ponticus fuit, ex vrbe Sinope, velut multa de ipſo fama fertur. Prima vita ſua virginitatem exercuit, ſolitarius enim vixit, & Epiſcopi ſanctæ noſtrę catholicæ Eccleſiæ filius fuit. Progreſſu verò temporis circa virginem quandā corrumpitur, & decepta virgine ſeipſum atque illam à ſpe detraxit. Et quum illam corrupiſſet, à propriо patre ex Eccleſia eiicitur. Erat enim pater ipſius propter excellentem pietatem illuſtris, & veritatis inſigniter ſtudioſus, in epiſcopatus miniſterio honeſtè viuens perſeuerabat. Marcion autem multū ſupplicans, ac veniam precatus, eam à patre non impetrauit. Dolor enim vexabat venerandum ſenem ac epiſcopum, quòd non ſolùm lapſus eſſet ille, ſed quòd etiam ipſi dedecus afferret. Quum itaque aſſequutus non eſſet ab ipſo per blandicias quæ petebat, non ferens multorum ludibrium, ab vrbe ſua aufugit, & venit Romam quum mortuus eſſet Hyginus epiſcopus Romanus (hic autem nonus erat à Petro ac Paulo apoſtolis) & cum ſenibus adhuc ſuperſtitibus à diſcipulis Apoſtolorum congreſſus, petebat vt in congregationem reciperetur, & nemo id ipſi permittebat. Aemulatione igitur elatus, vbi non accepit præſidentiam & Eccleſiæ ingreſſum, excogitat ſibiipſi conſilium, & ad impoſtoris Cerdonis ſectam confugit. Et incipit ex ipſo, vt ita dicam, principio, & velut à foribus quæſtionum, proponere presbyteris illius temporis hanc quæſtionem. Dicite mihi (inquit) quid eſt hoc? Non mittunt vinum nouum in vtres veteres? Neque aſſumentum panni rudis in veſte veteri? alioqui & ſupplementū aufert, & veteri non conueniet. maior enim fiet fiſſura. Et vbi hoc audiuiſſent mites ac ſanctiſſimi ſanctę Dei Eccleſiæ presbyteri ac doctores, conſequentię ac harmoniæ rationem reddentes, cum manſuetudine ipſi reſpōdebāt. Fili hoc ſunt vtres veteres, phariſæorū & ſcribarū corda inueterata in peccatis, & quæ non ſuſceperunt Euangelii prædicationem. Et veſtis vetus eſt, velut Iudas inueteratus in auaritia, non ſuſcepit noui ac ſancti & cœleſtis myſterii prædicationem, quæ ſpem docet: & quidem coniūctus vndecim apoſtolis, & ab ipſo Domino vocatus, ampliorem fiſſuram habuit per ſeipſum, quum nemo ipſi autor & cauſa eſſet. Nam mens ipſius non conſentiebat ſupernæ ſpei, & cœleſti vocationi futurorum bonorum, pro pecuniis in hac vita, elationéque ac amicitia præferente, ſpe item ac voluptate. Ille verò non ſic inquit, ſed alia ſunt præter hæc, quoniam ipſum ſuſcipere non voluiſſent. Hoc igitur clarè ipſis dicebat: Cur non voluiſtis me ſuſcipere? Quum autem illi dicerent, Non poſſumus hoc ſine permiſſu venerandi Patris tui facere. vna enim eſt fides, & vna concordia: & non poſſumus aduerſari bono comminiſtro noſtro, patri autem tuo. Aemulatione igitur commotus, & ad magnam indignationem ac ſuperbiam elatus, fiſſuram efficit ſibiipſi, hæreſim erigens, ac dicens: Ego findam Eccleſiam veſtram, & mittam fiſſuram in ipſam in æternum. Et reuera fiſſuram quidem immiſit non paruam: ſed non Eccleſiam diffidit, verū ſeipſum, & eos qui ipſi obediuerunt. Accepit autem occaſionem ex præſtigiatore ac impoſtore. Nam & ipſe duo prædicat principia. Apponens autem rurſus illi, Cerdoni inquam, aliud quoddam præter illum oſtendit, tria principia eſſe dicēs: Vnum quidem ſupremum innominatum & inuiſibile, quod etiam bonum Deum dicere vult, quod nihil ex his quæ in mundo ſunt, creauit. Alterum autem eſſe viſibilem Deum, ac opificem. Diabolum verò tertium, & inter viſibile videlicet ac inuiſibile. Creatorem autem & opificem ac viſibilem Deum, eſſe Deum Iudæorum, eſſe itē ipſum iudicem. Ab ipſo porrò Marcione etiam Virginitas prædicatur. Ieiunium item ac ſabbatum prædicat. Myſteria autem apud ipſum perficiuntur videntibus his qui inſtruuntur. Aqua autem hic in myſteriis vtitur. Sabbatum verò ieiunat ob hanc cauſam. Quoniam Dei, inquiunt Iudæorum eſt requies, qui mundum fecit, & in ſeptima die quieuit: nos ieiunamus hanc, vt ne officium Dei, Iudæorum faciamus. Carnis reſurrectionem negat, velut multæ hæreſes. Animæ verò reſurrectionem eſſe dicit, & vitam ac ſalutem ſolius. Non ſolum autem vnum lauacrum apud ipſum datur, ſed etiam tria, & vltra dare licet apud ipſos ſi quis velit, ſicut à multis audiui. Contigit autem hoc fieri ipſi, vt tria lauacra dari permitteret, propter ludibrium quod ſuſtinuit à diſcipulis ſuis qui ipſum norant ex delicto ac corruptione in virginem commiſſa. Nam quum corrupiſſet in ciuitate ſua virginem, & aufugiſſet, atque in magno delicto inuentus eſſet, excogitauit præſtigiator ſibiipſi ſecundum lauacrum, aſſerens licere vſque ad tria lauacra, hoc eſt tres baptiſmos dare in remiſſionem peccatorū: quò ſi quis lapſus eſſet poſt primum, pœnitentia acta accipiat ſecundum, & tertium ſimiliter, ſi in delicto poſt ſecundum comperiatur. Profert autem, nimirum vt ſe à ludibrio conſeruet, & vt hoc confirmet quod poſt delictum rurſus purgatus eſt, & de cætero innocens eſt, teſtimonium de hoc ementiens probabile, vt per veriſimilitudinem decipere poſſit, non autem hoc ſignificet quod ipſe vult. Baptizatus, inquit, Dominus à Ioanne, dicebat diſcipulis: Baptiſma habeo baptizari, & quid volo, ſi iam ipſum perfeci? Et rurſus: Poculum habeo vt bibam, & quid volo, ſi iam complebo ipſum? & ſic plura dare baptiſmata docuit. Nec verò hoc ſolum facit, ſed & legem reiicit & prophetas omnes, dicens ex principe mundi opifice tales prædixiſſe. CHRISTVM verò ex ſupernis ab inuiſibili ac innominato patre deſcendiſſe docuit, propter animarum ſalutem, & ad redarguendum Deum Iudæorum, & legem ac prophetas, & eiuſmodi.

Marcionis hæreſis virginem corrupit. Cauſa expulſionis eius de Eccleſia.

Aduentus marcionis romæ.

Hyginus Papa moritur.

Marcion Cerdonis ſectā profitetur.

Prima obiectio marcionis.

Vtres veteres qui ſint.

Veſtis vetus quæ ſit.

Indignatio marcionis vnde.

Principia tria Marcioni.

Occaſione natta eccleſiam vexat Marcio.

Diſſenſus præcepto ris & diſcipuli.

Sabbati ieiunium cur fiat.

Animæ tātū reſurrectionē ponit.

Baptiſmi tres.

Baptiſmi inſtitutor Marcion.

Cur reiiciat legē & prophetas.

iuſmodi. & in infernũ deſcẽdiſſe Dominũ, vt ſaluaret Cain, & Core, & Dathã, & Abirõ, & Eſau, & omnes gentes quæ nõ nouerunt Deũ Iudæorũ. Abel autẽ & Enoch, & Noë, & Abrahaã, & Iſaac, & Iacob, Moſem item, Dauidque ac Solomonẽ illic reliquiſſe, propterea quòd cognouerunt, inquit, Deum Iudæorum eſſe creatorem ac conditorem, & quod officia ipſius fecerunt, & non Deo inuiſibili ſeipſos addixerunt. Dat etiam permiſſionem mulieribus vt baptiſmum dent. Apud ipſos enim omnia ſũt ludibrio plena, & nihil aliud, quum etiam myſteria coram his qui inſtituuntur atque initiantur in ſacris perficere audeant. Reſurrectionem verò, velut dixi, hic non corporum, ſed animarum eſſe dicit, & A ſalutem his decernit, non corporibus: & tranſitiones ſimiliter animarum à corporibus in corpora aſſerit. Verùm vndiquaque cadit vana ipſius doctrina, velut iam in aliis ſectis à me tractatum eſt. Quomodo enĩ reſurget anima quæ non cecidit? Reſurrectio verò ipſius quomodo vocabitur, nunquam lapſæ? Quicquid enim labitur, reſurrectione opus habet. Cadit autem non anima, ſed corpus. Vnde etiam meritò conſuetudo ſolet ipſum cadauer vocare, & ipſe quoque Dominus vbi dixit, Vbi cadauer, ibi congregabuntur & aquilæ. Nam in monumẽtis non concludimus animas, ſed corpora deponimus oppruentes terra. Quorum reſurrectio in ſpem habet prædicationem, quemadmodum frumenti granũ, velut etiam ſanctus Apoſtolus teſtimonium protulit de grano frumenti, & aliis ſeminibus. Sed & ipſe Dominus in Euangelio, Niſi collapſum granum frumenti mortuum fuerit, ſolum manet. Sanctus autem Apoſtolus dicit (ſtultum enĩm vocat incredulum, & omnino ambigentem ac dicentem,) Quomodo fit reſurrectio? quali verò corpore venient? & ſtatim ad tales dicit: Stulte tu, quod ſeminas, nõ viuificatur, niſi mortuum fuerit. Et penitus oſtendit Scriptura, lapſi grani, hoc eſt corporis ſepulti, & nõ animæ reſurrectionem fieri. Quomodo verò anima veniet ſola? quomodo regnabit ſola, quæ ſimul cum corpore operata eſt iuſtum aut malum? Erit enim contrarium, & non iuſtum iudicium.

Deſcenſus Chriſti ad inferos cauſa fallax.

Reſurrectio animarum.

Migratio animæ de corpore in corpus.

Cadaueris appellatio.

Quomodo autem conſiſtet doctrina Marcionis de tribus principiis? Quomodo bonus reperietur, qui in mali partibus opus perficit, aut ſalutis, aut aliorum? Si enim non ipſius eſt mundus, demiſit autem B vnigenitum ſuum in mundum, vt acciperet ex mundo alieno, quæ non ipſe ſeminauit, neque fecit, reperietur aut aliena appetens, aut paupertatem ſuſtinens, aut propria non habens, & ad aliena ſeipſum immittens, quo ſibi acquirat quæ prius non habet. Quomodo verò iudex in medio vtriuſque erit opifex? Deinde quos habebit vt iudicet? Si enim vaſorum quæ à ſuperno ſunt, iudex præſider, potens eſt ſuper ſupernum: quãdoquidem in medium ſuorum iudiciorum affert ea quæ ſuperni ſunt, velut Marcioni placet. Et ſi omnino iudex eſt, iuſtus eſt. Oſtendemus autem à nomine iuſti, quod idem eſt bonum & iuſtum. Quicquid enim iuſtum eſt, hoc & bonum eſt. Nam ab eo quod bonus eſt, bonum largitur iuſtè cum veritate ei qui bona fecit: & non amplius erit ad bonum contrarius bono, ſecundũ iuſticiam bonum bono exhibens, & malo ſupplicium irrogans. Neque rurſus bonus fuerit, qui malo bonam mercedem in fine dat, quum non pœnitẽtiam egerit, etiam ſi in præſenti oriri ſinit ſolem ſuum ſuper bonos & malos, & pluuiam ſuam exhibuerit, propter libertatem arbitrii in præſenti, tum bonis tum malis hominibus. Bona enim non amplius erit natura ac iuſta eius qui malo mercedem ſalutis in futuro ſeculo exhibet, & non potius odio habet malum ac prauum. At tertius inuentus ab ipſo malo ſi habet poteſtatem operandi mala, & roboris vim contra bonos in mundo, aut ex ſupernis, aut medii iuſti, reperietur hic fortior duobus diis qui à Marcione producuntur, quoniam poteſtatem habet rapiendi aliena. Et imbecilles de cætero iudicabuntur illi duo præter vnum malum, qui non poſſunt reſiſtere, ac defendere à rapiente ea quæ ipſorum ſunt, & in prauitatem tranſmutante. Quin & rurſus C aliter conſiderabimus, quo inanis ſapientiæ ludibrium huius circulatoris deprehendamus. Si enim omnino malus malus eſt, rapit autem bonos à bono, & iuſtos à iuſto, proprios verò non rapit ſolos: inuenietur malus non amplius malus, vt qui bonos appetat, & velut melioribus in iudiciis auxilium ferat. Si verò & proprios iudicat, ſuppliciumque de iniuſtis ſumit, non amplius malus erit, qui malorũ iudex exiſtit. & inuenietur omnibus modis doctrina ipſius ſeipſam ſubuertẽs. Vnde autem ipſum eſſe acceperũt tria principia, rurſus ediſſere. Quis verò eſt qui his terminos cõſtituit? Si enim vnuſquiſque in proprio loco circumſcribitur, non amplius perfecta tria competentur circũſcripta in quibuſdam contentiuis locis. Comperietur autem id quod continet maius contento. Et quod continetur, non amplius Deus vocari poterit, ſed potius contentiuus ille terminus. Si verò etiam ſimul inter ſe congreſſi, vnuſquiſque iuxta diuiſionem proprium ſortitus eſt locum, & quiſque in proprio exiſtens, alteri non moleſtus eſt, neque incurſionem facit, non amplius principia inter ſe contraria ſunt, neque aliquod ipſorum malum reperietur, propterea quòd ſecundum iuſticiam & quietem ac conſtantiam, proprio carent, & non vlterius procedere conantur. Si verò malus à ſuperno ſuperatur, cogiturque ac debellatur, vt qui diuiſus ſit & in proprio loco, cuius loci nihil ad ſupernum bonum pertinet, neque quicquã ab ipſo poſſidetur, de his inquam, quæ hic in mali ſunt loco, magis tyrannicus comperietur ſupernus & non amplius bonus, qui proprium filium ſiue CHRISTVM demiſit, vt aliena accipiat. Et vbi eſt D terminus qui tria principia diſtinguit, iuxta huius impoſtoris doctrinæ rationem? Requiretur enim quartus quidam mãſuetiſſimus, & tribus prudentior terminorum deſcriptor ac ſcientia præditus, qui menſuras vnicuique diſtribuit, & tres illos pacificauit. Si verò non ſeditionem inter ſe egerint, neque alius ad alterius res demittit, & hic quidem qui tria principia perſuaſit, inuenitur quartus, & ſapientior & manſuetior. Sed & in proprio rurſus loco quæretur, à quo in medium trium venit, & vnicuique partem ſapienter diſcreuit, vt ne mutuò iniuriam facerent. Si verò in his quæ vnius ſunt, opificis inquam, duo principia diuerſãtur, tum malus in opificis locis ac regionibus, tum boni ipſius Chriſtus qui huc aduenit: non amplius ergo iudex & opifex ſolum reperietur, ſed etiam bonus, vt qui concedat duobus, vt in propria ipſius faciant quod volunt. Aut imbecillis comperietur, & non potens

Lapſum granum probat reſurrectionem corporum.

Iudicii ratio ex marcione

Bonum & iuſtum idem eſt.

Inſurrectio in domini iuſtitiam.

Arguitur Marcion falſæ opinionis de ſummo iudicio.

Soluũtur rationes Marcionis.

Demiſſio nis chriſti in mũdũ cauſa ex Marcione.

prohibere

prohibere à propriis alienos raptores. Si autem etiam minor potentia est, non amplius reperietur opificium consistens, sed defecit iam olim, dum diripitur quotidie, tum à malo ad propriam partem, tum à bono ad superna. Et vbi amplius opificium consistet ac stabilietur? Si verò dicis, quod tempore desinet, & possibile est hoc omnino desinere, per ipsius boni curam: non igitur bonus autor damni erit, qui non olim fecit quod postea bonum perficere putauit. neque tamen ab origine fecit, priusquam plures iniuria afficerentur, & à iudice detinerentur, atque infra maneret. Rursus porrò diuinam Scripturam non rectè intelligens, producit, & simplices decepit, peruertens Apostoli dictum: Christus nos redemit ex maledictione legis, factus pro nobis maledictio. & inquit, Si fuissemus ipsius, non sanè quod suum erat, emisset: quum autem emerit, in alienum mundum venit, vt emeret nos, qui non eramus ipsius. Creatura enim eramus alterius, & ob id ipse nos emit in vitam suam. Ignorat autem omnino miser ille, quod neque Christus maledictio facta, absit: sed maledictionem propter peccatum nostrum abstulit, vbi seipsum crucifixit, & factus est mors morti propter peccata nostra, & maledictio maledictioni ipse factus. Quapropter non est Christus maledictio, sed maledictionis solutio. Benedictio autem omnibus in ipsum verè credentibus. Sic etiam redemit, non dixit emit. Neque enim ad alium venit, vt raperet aut emeret, Si enim emisset, nō habēs emisset & velut mēdicus quæ nō habebat acquisiuisset, & adeptus nos vendidisset, à quodā videlicet fœneratore impulsus. Sed non habet sic res ipsa. Neque enim dixit, emit, sed redemit. Simile autē huic idē fāctus Apostolus dicit, Redimentes tempus, quia dies praui sunt. Et non dies emimus, neque precium pro diebus damus. Sed patientiam & cunctationem longanimitatis significans, hoc dixit. Quare vos Redemit, argumentum fideiussionis declarat aduentus carnalis pro nobis in mundum, quem susceperit, vt pateretur pro nobis, quū sit Deus afflictionum exors, manens in propria deitatis suæ indolentia. Et hoc ipsum quod susceperit p nobis pati nō emēs nos ab alienis, sed causā crucis pro nobis susciperiēs, volūtate, & nō coactus necessitate. Vnde redarguitur per ōnia Marcionis doctrina, & multa sūt quæ ad subuersionē artis ac trāgœdię ipsius, ex pia cogitatione & rationabili apparitione procedūt in cōtradictione aduersꝰ ipsū. Deueniā autem ad ea quæ ab ipso scripta sunt, imò potius malicioſē acta. Hic enim Euāgeliū secūdū Lucā solū habet circunciſum ab initio, propter Saluatoris conceptionem & carnalem ipsius aduentum. Non solùm autem principium resecuit ille, qui seipsum magis quàm Euangelium corrupit: sed etiam de fine ac medio multa veritatis verba recidit, & alia præter ea quæ scripta sunt, apposuit. Solo autem vsus est hoc charactere, Euangelio videlicet secundum Lucam. Habet autem & epistolas sancti Apostoli decem, quibus solis vtitur, non autem omnibus in ipsis scriptis, sed aliqua ex ipsis resecans, quædam verò capita permutans. His verò duobus libris vtitur. Alia autem scripta à seipso composuit his qui ab ipso decepti sunt. Cæterùm, epistolæ quæ apud ipsum leguntur, sunt. Prima quidē ad Galathas. Secūda verò ad Corīthios. Tertia ad Coīthios secūda. Quarta ad Romanos Quīta ad Thessalonicēses Sexta ad Thessalōicēses secūda. Septima ad Ephesios. Octaua ad Colossēses. Nona ad Philemonē. Decima ad Philippēses. Habet autē & ei quæ ad Laodicenses dicitur, partes. Ex quo sanè charactere qui ab ipso seruatur, Euāgelii ac Epistolarū Apostoli, ostēdere possumus ex gratia Dei, ipsū esse deceptorē ac seductorē, & sūmè eū redarguere. Ex ipsis enim quæ ipse cōfitetur, citra ābiguitatē subuertetur. Ex iisdem enim quæ adhuc apud ipsum sunt, reliquiis Euangelii ac epistolarum, ostēdetur CHRISTVS intelligentia præditis non alienus esse à veteri Testamento: & prophetæ quoque non alieni esse à Domini præsentia. Et quod resurrectionem carnis Apostolus prædicat: & iustos prophetas nominat: & quòd sint inter eos qui seruātur, Abraham, Isaac, & Iacob. & omnia quæ sunt in sancta Dei Ecclesia salutaria, & sancta, & ex Deo firmata, tum in fide, tum in cognitione, & in spe atque doctrina. Apponam autem & eam tractationem quam feci contra ipsum, priusquam hoc meum opus aggrederer, quod per vestram, fratres, exhortationem facere sum aggressus. Ante annos multos perscrutans huius Marcionis excogitatam mendacitatem & deliram doctrinam, ipsos sanè prædicti libros quos possidet in manus accipiens, nempe id quod apud ipsum dicitur Euangelium, & quod Apostolicum vocatur, decerpens, & iuxta seriem eligens, ex prædictis duobus libris ea quæ ipsum redarguere possunt, pauimentum quoddam compositionis feci, consequenter positis capitibus & singulis locutionibus inserptis, prima, secunda, tertia, & sic vsque ad finem perueni. In quibus apparet, quod stultè contrā seipsū adhuc has quæ restant, tum Saluatoris, tum Apostoli locutiones seruat. Aliquæ enim ex ipsis malicioſē ab ipso immutatæ sunt, & non sicut habuit Euangelii secundum Lucam exemplar, & Apostoli characteris indicatio. Aliquæ verò in natura sua restāt, velut Euāgelium & Apostolus habet: & non ab ipso alteratæ sunt, verùm ipsum redarguere possunt, per quæ ostenditur vetus Testamentum consonum esse nouo, & nonum veteri. Aliæ verò rursus locutiones eorundem librorum ostendunt CHRISTVM in carne veniſſe, & inter nos perfectè hominem factum esse. Sed & aliæ rursus sunt quæ confitentur mortuorum resurrectionem, & Deum vnum dominum omnium omnipotentem, ipsum esse creatorē cœli ac terræ, & omnium in terra conditorum: & neque adulterant Euangelii appellationem, neque tamen negant creatorem & opificem omnium, sed clarè declarant eum quem Euangelicę & apostolicæ prædicationis character confitetur. Et sunt ea quæ à nobis tractata sunt, in subiectis apposita.

Christus maledictus.

Occasionem captat ex falsa scripturę interpretatione ad seducendum.

Quomodo factus Christus pro nobis maledictio.

Redimere tempus.

Clara doctrinæ Marciōis redargutio.

Aufert de Euangelio lucæ nōnulla.

Quibus vtatur scripturis.

Marciōis scripta.

Epiphanii pauimenti cōpositio contra Marcionem.

Correctiones scripturarū sacrarū per Marcionē

Præfatio tractationis ac confutationis librorum Marcionis.

QVi cupit impostoris Marcionis adulteratas opiniones exactè cognoscere, & confictas eiusdem bestiæ artes perscrutari, is ne grauetur hunc collectum à nobis laborē legendo euoluere. Nam ex Euangelio apud ipsum receptio, ea quæ improbæ ipsius maliciei opponi possunt, collecta apposuimꝰ vt qui hunc laborem versare velint, hoc celeritatis exercitium habeant, ad peregrinas ac nouas excogitatas

gitatas ab ipſo dictiones ac locutiones cõfutandas. Stilus enim ipſe Euangeliũ ſecundũ Lucã indicat. Quum autem amputatus ſit, & neque principium, neque medium, neque finem habeat, veſtimenti à multis rineis corroſi ſimilitudinem præ ſe fert. Statim enim in principio omnia quæ ab initio à Luca tractata ſunt, hoc eſt quod dicit: Quandoquidem multi aggreſſi ſunt, &c. & quæ habentur de Elizabeth, & de angelo nuncium ferente Mariæ virgini, & de Ioanne ac Zaccharia, & de genealogia nati-
A uitatis in Bethlehem, & de baptiſmatis tractatione: hæc omnia reſecuit ac tranſiliuit, & principium Euangelii hoc fecit, Anno decimoquinto Tyberii Cæſaris, &c. Hinc itaque hic initium facit, & non iuxta ſeriem perſeuerat, ſed alia (velut dixi) amputat, alia apponit, ſurſum ac deorſum non rectà procedens, ſed verſutè omnia circuiens. & ſunt hæc. I. Abi & oſtende te ſacerdoti, & offer pro purgatione tua, velut præcepit Moſes, vt ſit teſtimonium hoc vobis: pro hoc quod Saluator dixit, in teſtimonium ipſis. II. Vt autem ſciatis quòd filius hominis poteſtatem habet dimittendi peccata in terra. III. Dominus eſt filius hominis etiam ſabbathi. IIII. Iudam Iſcarioth qui fuit proditor. Verùm pro Deſcendit cum ipſis, habet Deſcendit inter ipſos. V. Et omnis turba quærebat ipſum tangere. Et ipſe attollens oculos ſuos. VI. Ad eundem modum faciebant prophetis patres veſtri. VII. Dico vobis, tantam fidem neque in Iſraël inueni. VIII. Immutatum illud, Beatus qui non paſſus fuerit offendiculum in me. Habebat enim velut ad Ioannem. IX. Hic eſt de quo ſcriptum eſt, Ecce ego mitto angelum meum ante faciem tuam. X. Et ingreſſus in domum phariſæi, accubuit. Mulier autem illa peccatrix ſtans retro ad pedes, rigauit lachrymis pedes, & vnxit, & oſculabatur. XI. Et rurſus hæc lachrymis rigauit meos pedes, & vnxit, & oſculata eſt. XII. Non habet, Mater ipſius
B & fratres ipſius: ſed ſolùm, Mater tua & fratres tui. XIII. Nauigantibus ipſis obdormiuit. Excitatus autem, increpauit ventum & mare. XIIII. Contigit autem inter eundum, turbæ conſtringebant ipſum, & mulier vbi tetigiſſet ipſum, ſanata eſt à ſanguine. Et dixit Dominus, Quis me tetigit? & rurſus, Tetigit me aliquis. nam noui virtutem à me proceſsiſſe. XV. Sublatis in cœlum oculis, benedixit ſuper ipſos. XVI. dicens, Oportet filium hominis multa pati, & occidi, & poſt tres dies reſurgere. XVII. Et ecce duo viri loquebãtur cum ipſo, Elias & Moſes in gloria. XVIII. Ex nube vox, Hic eſt filius meus dilectus. XIX. Rogaui diſcipulos tuos, dixit autem eò quòd non potuerunt eiicere ipſum, & ad ipſos: O generatio incredula, quàm diu tolerabo vos? XX. Filius enim hominis, futurum eſt, vt tradatur in manus hominum. XXI. Neque hoc legiſtis quod fecit Dauid, intrauit in domum Dei. XXII. Gratias ago tibi Domine cœli: non habet autem, & terræ: neque habet, pater. Redarguitur autem: infrà enim habet, ita pater. XXIII. Dixit legiſperito, In lege quid ſcriptum eſt? & reſpondens poſt legiſperiti reſponſionem dixit, Rectè feciſti, hoc fac & viues. XXIIII
Et dixit, Quis ex vobis habebit amicum, & vadet ad ipſum media nocte, petens tres panes. Igitur pe-
C rite & dabitur. Quem enim ex vobis patrem filius petet piſcem, & pro piſce ſerpentem dabit ipſi? aut pro ouo ſcorpium. Si igitur vos qui mali eſtis, nouiſtis dona bona, quanto magis pater? XXV. Reſectum eſt de Iona propheta. Habet enim, Natio hæc, ſignum non dabitur ipſi. Non autem habet de Niniue, & regina Auſtri ac Solomone. XXVI. Pro, præteritis iudicium Dei: habet, præteritis vocationem Dei. XXVII. Vç vobis qui ædificatis monumẽta prophetarum, & patres veſtri occiderunt ipſos. XXVIII. Non habet, propterea dixit Sapientia Dei, Mittam ad ipſos prophetas. Et de ſanguine Zachariæ & Abel, & prophetarum, quod requiretur ex generatione hac. XXIX. Dico amicis meis: Ne timete eos qui occidunt corpus: timete eum, qui poſtquam occidit, poteſtatem habet mittendi in gehẽnam. Non autem habet, Nónne quinque paſſerculi duobus aſſibus veneunt, & v-
C nus ex ipſis non eſt in obliuione poſitus coram Deo? XXX. Pro, confitebitur ipſum coram angelis Dei: legit, coram Deo. XXXI. Non habet, Deus veſtit gramen. XXXII. Veſter autem pater nouit quod indigetis his, carnalibus ſcilicet. XXXIII. Quærite autem regnum Dei, & hæc omnia adiicientur vobis. XXXIIII. Pro pater veſter, pater habet. XXXV. Pro ſecunda aut tertia vigilia, habet veſpertinam vigiliam. XXXVI. Veniet dominus ſerui illius, & diſſecabit ipſum, & partem ipſius cum infidelibus ponet. XXXVII. Ne fortè pertrahat te ad iudicem, & iudex tradat te exactori. XXXVIII. Amputatum eſt ab hoc, venerunt quidam annunciantes ipſi de Galilæis, quorum ſanguinem commiſcuit Pilatus cum ſacrificiis ipſorum, vſquequò dicit de decem & octo in Siloam mortuis in turri. Et niſi reſipueritis, vſque ad parabolam fici, de qua dixit, agricola, donec fodero & miſero ſtercora, & ſi non fecerit, excinde. XXXIX. Hanc ad filiam Abraam, quã alligauit ſatanas. XL. Amputauit rurſus, Quum videritis Abraam & Iſaac & Iacob, & omnes prophetas in regno Dei: pro hoc verò fecit, quum omnes iuſtos videritis in regno Dei. Vos autem expelli foras: feci, vos autem detineri foris: illic erit fletus & ſtridor dentium. XLI. Recidit rurſus, Venient ab orientibus & occidentibus, & accumbent in regno Dei. Et hoc, Poſtremi erunt primi. Et hoc, Acceſſerunt phariſæi dicentes, Exi & vade, quia Herodes vult te occidere. Et hoc, dixit, Ité & dicite vulpeculæ illi: vſquequò dixit, Non eſt poſſibile prophetam perire extra Hieruſalem. Et hoc, Hieruſalem Hieruſalem quæ occidis prophetas, & lapidas miſſos. Et hoc, Sæpe volui congregare velut gallina filios
D tuos. Et hoc, Relinquitur vobis domus veſtra. Et hoc, Non videbitis me donec dixeritis, Benedictus. XLII. Rurſus recidit parabolam omnem duorum filiorum, eius qui accepit partem bonorum paternorum, & alterius. XLIII. Lex & prophetæ vſque ad Ioannem, ab eo tempore regnum Dei annunciatur, & quilibet in ipſum vim facit. XLIIII. De diuite & Lazaro, paupere ac mendico, quod delatus eſt ab angelis in ſinum Abraæ. XLV. Nunc autem hic ſolatio fruitur idem Lazarus. XLVI. Dixit Abraam, Moſem habent & prophetas, audiant ipſos. alioqui neque excitatum ex mortuis audient. XLVII. Recidit hoc, Dicite inutiles ſerui ſumus, quod debuimus facere, fecimus.

Suſtulit principiũ mediũ & finem.

Lucę Euã geliũ corruptum.

Errata Marciõis in ſacris ſcripturis ſiue per additionẽ ſiue per ablationem.

Vitiatæ trãſlationes.

Corruptio textus ex imitatione.

Recĭditur parabola duorum filiorum.

XLVIII. Quando occurrerunt decem leprosi, recidit multa & fecit, demisit ipsos dicens, Ostendite vos sacerdotibus. & alia pro aliis fecit dicens, Multi leprosi erant in diebus Helissæi prophetæ, & non mundatus est nisi Neeman Syrus. XLIX. Venient dies quando concupiscetis videre vnam diem filii hominis. L. Dixit quis ad ipsum, Magister bone, quid faciendum mihi vt consequar vitam æternam. Ipse verò dixit, Ne me dixeris bonũ, vnus est bonus Deus: apposuit, pater. & pro, præcepta nosti, dicit Præcepta noui. LI. Factum est quum appropinquaret Hiericho, cæcus clamabat IESV fili David miserere mei. Et quando sanatus est, dicit, Fides tua te salvum fecit. LII. Amputauit hoc, Quum assumpsisset IESVS duodecim dixit, Ecce ascendimus Hierosolyma, & consummabuntur omnia quæ scripta sunt per prophetas de filio hominis, tradetur, occidetur, & tertia die resurget. Hæc omnia amputauit. LIII. Rescidit caput de asino & Bethphage, & de ciuitate ac templo: quod scriptum erat, Domus mea domus orationis, & vos fecistis eam speluncam latronum. LIIII. Et quæsiuerunt iniicere in ipsum manus, & timuerunt. LV. Rursus amputauit parabolam de vinea elocata colonis Et hoc, Quid igitur est hoc, Lapidem quem reprobauerunt ædificantes. LVI. Rescidit hoc, Quod autem resurgent mortui, etiam Moses ostendit circa rubum, quum dicit dominum Deum Abraam & Isaac & Iacob. Deus autem est viuentium, & non mortuorum. LVII. Non habet hæc, Quod autem resurgent mortui, etiam Moses ostendit, dicens Deum Abraam, Deum Isaac, & Deum Iacob, Deum viuentium. LVIII. Rursus resecuit hoc, Pilus ex capite vestro non petierit. LIX. Rursus rescidit hæc, Tunc qui in Iudæa sunt, fugiant in montes, & cætera quæ sequuntur vsque ad, Vt impleantur omnia quæ scripta sunt. LX. Collocutus est cum militum imperatoribus, quomodo ipsum traderet ipsis. LXI. Et dixit Petro ac reliquis, Abite & præparate vt edamus pascha. LXII. Et accubuit, & duodecim Apostoli cum eo, & dixit, Desiderio desideraui hoc pascha comedere vobiscum antequam patiar. LXIII. Rescidit hoc, Dico enim vobis, non edam ipsum donec compleatur in regno Dei. LXIIII. Resecuit hoc, Quãdo misi vos, nunquid defuit vobis? & quæ sequuntur vsque, & hoc quod scriptum est, oportet perfici, nempe, Et cum iniquis reputatus est. LXV. Distractus est ab ipsis fermè ad lapidis iactum, positisque genibus orabat. LXVI. Et appropinquauit vt oscularetur ipsum, & dixit. LXVII. Rescidit quod fecit Petrus, quando percussit & amputauit auriculam serui pontificis. LXVIII. Et qui tenebant, illudebant ipsi, cædentesque & percutientes, dicebant, Vaticinare qui est qui te percussit? LXIX. Apposuit post hoc, Hunc deprehendimus peruertentem gentem & destruentem legem & prophetas. LXX. Additio est post iubentem tributa nõ dare, & auertentem mulieres ac liberos. LXXI Et quum venissent in locum qui dicitur Caluariæ locus, crucifixerunt ipsum, & diuiserunt vestes ipsius, & obscuratus est sol. LXXII. Rescidit hoc, Hodie mecum eris in paradiso. LXXIII. Et quum clamasset voce magna, expirauit. LXXIIII. Et ecce vir nomine Ioseph, detractum corpus inuoluit sindone, & posuit in monumẽto in lapidem excisо. LXXV. Et reuersæ mulieres, quieuerunt sabbato secundum legem. LXXVII. Dixerunt illi in veste splendida, Quid quæritis viuentem cum mortuis? surrexit: Recordamini quæ dixit, quum adhuc vobiscum esset, quod oportet filium hominis pati & tradi. LXXVII. Rescidit hoc quod dictum est ad Cleopam & illum alterum, quum obuiam factus est ipsis, ô stulti ac tardi ad credẽdum in omnibus quę locuti sunt prophetæ. Nónne hæc oportuit pati? Et pro hoc, quæ loquuti sunt prophetæ: fecit, quæ locutus sum vobis. reprehenditur autem, eò quòd quando fregit panem, aperti sunt oculi ipsorum, & cognouerunt ipsum. LXXVIII. Quid turbati estis? Videte manus meas & pedes meos, quia spiritus ossa non habet, sicut me videtis habere. Quin & hæc insuper coniungimus contra prædictum hæresiarcham, ad id quod à nobis contra ipsum perfectum est opus, quæ videlicet apud ipsum rursus inuenimus, velut in vltronea existimatione epistolarum Pauli Apostoli, non omnium, sed aliquarum: quarum in fine totius tractationis nomina à nobis posita sunt, velut Apostolicus liber apud ipsum appellatus habet, ita vt & ipsæ pro consueta illius malicia mutilatæ sint. velut etiam in proposito nominato Euangelio reliquię veri Euangelii, si verum dicere oportet, habẽtur, & tamen omnia fraudulenter commentus adulterauit ac corrupit.

Mutila omnia in scripturis Euãgelicis.

Narrationem passionis Christi rescindit.

Argumẽta resurrectionis tollit.

Apostolicus liber Marciõis

Ex Epistola ad Romanos, quarta apud ipsum, inter Apostolicas verò apud nos prima.

In ordine quartam facit epistolam ad Rom.

I QVicunque iniquè & sine lege peccauerunt, iniquè etiã & sine lege peribunt. Et quicunque in lege peccauerunt, & per legẽ iudicabuntur. Non enim auditores legis iusti apud Deum sunt, sed factores legis iustificabuntur. II. Circuncisio quidem iuuat, si legem feceris. Si verò transgressor legis fueris, circuncisio tua præputium facta est. III. Habentem formationem cognitionis & veritatis in lege. IIII. Adhuc enim CHRISTVS quum nos essemus debiles, adhuc iuxta tempus pro impiis mortuus est. V. Quare lex quidem sancta, & mandatum sanctum & iustum & bonum. VI. Vt iustificatio legis impleretur in nobis. VII. Finis enim legis CHRISTVS ad iustitiam omni credenti. VIII. Qui enim diligit proximum, legem impleuit.

Ex epistola ad Thessalonicenses prima, apud ipsum quinta, apud nos octaua. Et ad Thessalonicen. secunda, apud ipsum sexta, apud nos nona, nihil adscripsimus. Ex epistola ad Ephesios ipsi septima, nobis quinta.

Ordinem canonicũ peruertit

I MEmentote quod vos quondã gentes, qui vocabamini pręputium, ab ea quæ appellatur circuncisio in carne per manum facta, eratis tẽpore illo sine CHRISTO, abalienati à conuersatione

Israël, & alieni à testamentis promissionis, spem non habentes, & impii in mundo. Nunc autem in CHRISTO IESV vos, qui aliquando eratis procul, facti estis propinqui in sanguine ipsius. Ipse enim est pax nostra qui fecit vtraque vnum, &c. II. Qui propter dicit, Surge qui dormis, & surge à mortuis, & illuceſcet tibi CHRISTVS. III. Hunc rei gratia, relinquet homo patrem ac matrem, & A adhærebit vxori, & erunt duo in carnem vnam: citra vocem, vxori.

Ex epistola ad Colossens. octaua ipsi, nobis septima.

NE igitur quis vos iudicet in esu aut potu, aut in parte festiuitatis, aut nouilunij ac sabbatorum, I quæ sunt vmbra rerum futurarum.

Ex epistola ad Philemonem, nona apud ipsum, apud nos decimatertia. & ad Philippenses, decima ipsi, apud nos sexta, nihil excerpsimus. Ex *epistola ad Laodicenses, quæ apud ipsum est vndecima.*

VNus Dominus, vna fides, vnum baptisma, vnus Deus & pater omnium, qui est super omnia, & I per omnia, & in omnibus.

Ex epistola ad Galatas prima apud ipsum, quarta apud nos.

DIscite quòd iustus ex fide viuet. Quicunque enim sub lege, sub maledictione sunt. Qui verò fecerit ipsa, viuet in ipsis. II. Maledictus omnis qui pendet in ligno. Qui autem ex promissione est, per liberam est. III. Testor autem rursus, quòd homo circuncisus debitor est vt totam legem impleat IIII. Pro, modicum fermentum totam massam fermentat: fecit, adulterat. V. Tota enim lex vobis impleta est, Diliges proximum tuum sicut teipsum. VI. Manifesta autem sunt opera carnis, quæ sunt scortatio, immundicia, lasciuia, simulachrorum cultus, veneficium, inimicitiæ, lites, æmulationes indignationes, contentiones, seditiones, hæreses, cædes, ebrietates, comessationes: quæ prædico vobis quemadmodum & prædixi, quòd qui talia faciunt, regni Dei hæredes non erunt. VII. Qui verò CHRISTI sunt, carnem crucifixerunt cum affectibus & concupiscentijs. VIII. Neque enim qui circunciduntur, ipsi legem seruant. B

Censura Marciõis in Epistol. ad Galathas.

Ex epistola ad Corinthios prima, quæ & illi, & nobis secunda est.

SCriptum est enim, Perdam sapientiam sapientium, & prudentiam prudentium reijciam. II. Quo velut scriptum est, Qui gloriatur, in Domino glorietur. III. Principum mundi huius qui abolẽtur. IIII. Scriptum est enim, Qui deprehendit Sapientes in astutia ipsorum. Et rursus, Dominus cognoscit cogitationes hominum quòd sunt vanę. V. Etenim pascha nostrum immolatus est CHRISTVS. VI. Non scitis, quòd qui adhæret scorto, vnum corpus est: erunt enim (inquit) duo in carnem vnam. VII. Immutate. nam pro in lege, dicit, in Mosis lege. Ante hoc verò dicit, Nónne & lex hæc dicit? VIII. Num boues curæ sunt Deo? IX. Non enim volo vos ignorare fratres, quòd patres nostri sub nube erant, & omnes per mare transierunt, & omnes eundem spiritualem cibum comederunt, & omnes eundem spiritualem potum biberunt. Biberunt enim ex spirituali sequente petra, petra verò erat CHRISTVS. sed non in pluribus ipsorum conplacitum est ipsi. Hæc autem figuræ nobis fuerunt, ne nos simus concupiscentes malorum, quemadmodum & illi concupiuerunt. Neque simulachrorum cultores sitis, sicut quidam illorum, velut scriptum est: Sedit populus vt ederet ac biberet, & surrexerunt ad ludendum. Neque tentemus CHRISTVM, vsquequò dicit, Hæc autem figuratè contigerunt illis, scripta verò sunt nobis, &c. X. Quid igitur dico? quod aliquid templo immolatum sit, aut aliquid simulachris immolatum sit? Imò quòd quæ immolant, dæmoniis immolant, & non Deo. C Apposuit autem Marcion vocem, templo immolatum. XI. Vir non debet comam nutrire, cùm gloria & imago Dei sit? XII. Sed Deus contemperauit corpus. XIII Erronee, sed in Ecclesia volo quinque verba mente mea loqui, aliter autem propter legem. XIIII. In lege scriptum est, In aliis linguis & labiis aliis loquar ad populum hunc. XV. Mulieres in Ecclesiis sileant. Non enim permissum est ipsis loqui, sed subditæ sint, velut etiam lex dicit. XVI. De resurrectione mortuorum. Notum autem vobis facio fratres Euangelium, quod annunciaui vobis. Et, Si CHRISTVS non surrexit, vana est, &c. Sic prædicamus, & sic credidistis, quòd CHRISTVS mortuus est, & sepultus, & surrexit tertia die. Quum autem mortale hoc induerit immortalitatem, tunc fiet sermo qui scriptus est: Deuorata est mors in victoriam.

Consentit nobiscum in ordine Epistolæ ad Corinthios.

Appositio marciõis.

Ordinis secundæ epistolæ Pauli ad Corinthios iudicium.

Ex epistola ad Corinthios secunda, & ipsi & nobis tertia.

QVotquot enim sunt promissiones Dei, in ipso ipsum etiam, quapropter & per ipsum, Amen Deo I II. Non enim nosipsos prædicamus, sed Dominum IESVM CHRISTVM, nos autem seruos vestros propter IESVM CHRISTVM, quoniam Deus est qui dixit, è tenebris lucem illuscere. III. Habentes autem eundem spiritum fidei, & nos credimus, quare etiam loquimur: resD cidit, luxta id quod scriptum est. Hæc est adulterata Marcionis compositio, quæ habet quidem stilum & figuram Euangelii secundum Lucam, & Pauli Apostoli non omnium ipsius epistolarum, sed solùm eius quæ est ad Romanos, & ad Ephesios, & ad Collossenses, & ad Laodicenses, & ad Galatas,

Compositio adulterata Marcionis.

& ad Corinthios primæ ac secundæ,& ad Thessalonicenses.Item primæ & secundæ ad Timotheum, & ad Titum,& eius quæ est ad Hebræos.quę feruntur apud ipsum,velut quæ non plenæ sint,sed adulteratæ. Vndiquaque autem eadem compositio malicioſè deprauata est, & in quibusdam dictionibus ascititiam additionem habet, non ad vtilitatem, sed ad deteriores ac nociuas nouas dictiones contra sanam fidem,ex eiusdem stupidæ bestiæ mente . Hæc verò à nobis elaborata sunt, ac tractata ex prędicta apud ipsum scriptura, Apostoli & Euangelii secundum Lucam.Porrò sciant omnes qui eiusdem A

Multa ab illo Inuersa.

erroti contradicere volunt,quod immutata quidem verba per maliciam,appositа sunt.Quæ verò non habentur in propriis locis,rapta sunt per ipsius temeritatem.Hæc enim sola putauit bestialis ille contraria esse. In hoc itaque contradicemus confictæ eiusdem versutiæ. & tertio loco nobis studium erit vt colligamus quæ apud ipsum & apud nos inuenta sunt, conuenientia & indicationem habentia aduentus Saluatoris in carne,& testimonia consonantiæ noui Testamenti ad vetus,& confessiones filii Dei, in Euangelio confitentis Deum creatorem cœli & terræ, ipsúmque esse eum qui loquutus est in lege ac prophetis.Proprium autem hunc esse suum patrem.Et hæc quidem est prædicti argumenti nostri compendiaria memoriæ gratia scholiis illustrata ex Marcionis exemplaribus compositio, ad verbum velut pauimentum à nobis conscripta.Quo verò non ea quæ difficilia intellectu sunt,apud quosdam tenebricosa & ignorata habeantur, rursus numeros inscriptionum , primi inquam & secundi ac tertii capitis iuxta seriem proponam , & interpretabor ob quam causam vnaquæque locutio delecta est,& huc translata.Incipiam autem rem hoc modo.

Scholium primum ex Euangelio apud Marcionem.

Cõmentaria Marcionis.

ABi & ostende te sacerdoti, & offer pro purgatione tua velut præcepit Moses, vt sit testimonium B hoc vobis. Confut. I.Quomodo potest Dominus qui contra legem , & contra Deum legis suam doctrinam habet,velut tu dicis,dicere his qui ab ipso curantur,leproso inquam, Abi & ostende teipsum sacerdoti ? Quum enim sacerdoti dicat,legis sacerdotium non reprobat. Et offer pro purgatione tua : etiamsi resciderit donum,apparebit ex voce offer,quòd de dono loquitur.pro purgatione tua,velut præcepit Moses : Si enim Mosis præceptum fieri consulit, non reprobat neque blasphemat Deum legis,sed confitetur,ipsum & patrem suum Deum legem Mosi dedisse.Peruertisti autem verba ô Marcion,dum pro,in testimonium ipsis:dicis,testimonium vobis.Et hoc palàm mentitus es cõtra caput tuum.Si enim testimonium vobis dixit,testem seipsum fecit,quòd non venit ad destruendũ legem aut prophetas,sed ad implendum.

Reprobatio interpretationis Marcionis.

Scholium II.Vt autem sciatis quòd potestatem habet filius hominis dimittendi peccata in terra. Confutatio II. Si igitur filium hominis seipsum vocat,non negat ipse vnigenitus incarnationem,& frustra apud te cantatur,quod in existimatione appatuerit.Et si habet potestatem in terra,non aliena est terra à creaturis eius,ac patris ipsius. Scholium III.Dominus est filius hominis etiam sabbati.

Probatur veritas existentiæ Christi.

Confut.III.Duo statim simul,& filium hominis,& Dominum sabbati,seipsum Saluator confitetur,docens vt ne Sabbatum alienum à sua creatione putetur,etiamsi postremum filius hominis ab aduentu in carne vocatus sit,

Schol.III.Iudam Iscarioten qui fuit proditor. Verùm pro descendit cum ipsis, habet,Descendit inter ipsos. Confut.IIII.Iudas Iscariotes qui fuit proditor,cuius dic?omnino eius qui comprehensus est,insuperque crucifixus,& multa passus. Quomodo igitur comprehẽsus crucifigitur,qui sub tactum non cadit,velut tu dicis ô Marcion? Apparentiam enim esse dicis.redarguetur autem opinio tua,eò quòd scriptum est Iudas proditor.prodidit enim ipsum,& tradidit *in manus hominum*, suum Dominum.Nihil autem prodest tibi quod dicis,descendit inter ipsos,pro cum ipsis.Non enim potes apparentiam ac visum decernere, eum qui postea apud te sub tactum cadere ostenditur. Schol.V. Et omnis turba quærebat ipsum tangere.& ipse attollens oculos suos, &c. Confut.V. Quomodo rursus turba poterat tangere eum qui tactum non habet ? Quales verò oculos sustulit ad cœlos, qui ex carne non erat compactus? Imò hæc dixit, vt ostendat, quod mediator Dei & hominum homo Christus Iesus habẽs vtráque,ex hominibus quidem carnẽ, ex Deo verò patre inuisibilem essentiam. C

Apparentia nõ crucifigatur.

Interpretationis repugnãtia.

Schol.VI.Secundum eundem modum faciebant prophetis patres vestri. Confut.VI.Si prophetarum meminit,non negat prophetas.Si damnat prophetarum cædem, & improperat occisoribus ac persecutoribus ipsorum,non alienus à prophetis est,sed Deus ipsorum est,qui ipsos fecit. Schol.VII. Dico vobis,tantam fidem neque in Israël inueni. Confut.VII.Si neque in Israël tantam fidem inuenit,velut in Centurione à gentibus progresso,igitur non vituperat fidem ipsius Israël.Si enim aliena à Deo fuisset,& non ipsius ac patris eius,non vtique feciſſet huius laudem.

Meminit Christus Prophetarum.

Qui non ponit offẽdiculum beatus.

Schol.VIII. Immutatum illud , Beatus qui non passus fuerit offendiculum in me. Habet enim velut ad Ioannem. Confut.VIII.Siue ad Ioannem habuerit, siue ad ipsum Saluatorem, beatos prædicat eos qui non offendiculum patiuntur siue in ipso, siue in Ioanne,vt ne quæ non audiant, ab ipso sibiipsis fingãt. Habet autem maiorem speculationem,ob quam dixit Saluator: Vt ne enim quis maiorem inter natos mulierum ab ipso positum Ioannem,etiam ipso Saluatore maiorem putaret, eò quòd etiam ipse ex muliere natus est,cauet,& dicit hoc,Et beatus est quicunque non fuerit passus offendiculum in me. Vnde dicit, Qui verò minor est in regno Dei,maior ipso est.Erat enim Saluator tempore iuxta natiuitatem de carne minor ipso semestri temporis spacio : maior autem in regno , nimirum vt Deus ipsius.Venit enim vnigenitus,vt nihil in occulto loqueretur, aut quid cõtra propriam prædicationem mentiretur.Dicit enim,In occulto loquutus sum nihil,sed cum dicendi libertate.Ve- D

Minor in regno Dei quis sit.

ritas

ritas enim est: velut dicit, Ego via & veritas. Neque igitur via errorem habet, neque veritas occultans seipsam, mendacium loquitur. Schol. IX. Hic est de quo scriptum est, Ecce ego mitto angelum meum ante faciem tuam. Confut. IX. Si cognoscit vnigenitus Dei filius Ioannem, ac prænoscit, prænoscens autem ostendit volentibus scire virtutem. quod hic est de quo scriptum est, Ecce ego mitto angelum meum ante faciem tuam. Ergo qui scripsit & dixit, Mitto angelum meum ante faciem
A Deus æternus qui in prophetis & in Lege loquutus est, non alienus erat à proprio Iesu Christo. Mittit enim angelum suum ante faciem ipsius, ante faciem filij ex patre honorati. Non enim misisset angelum suum alieno inseruitutum, siquidem contrarius ipsi erat, iuxta tuam ô Marcion opinionem. Schol. X. Et ingressus in domum pharisæi, accubuit. Mulier autem illa peccatrix stans retrò ad pedes, rigauit lachrymis pedes, & vnxit, & osculabatur. Confut. X. Vox ingressus, corpus ostendit: domum enim indicat, & corporis mensuram. Et accumbere nullius est quàm corpus habentis, magnitudine præditum ac discumbens. Et mulierem rigare lachrymis pedes, non imaginarios, neque apparentes ostendit: vnxit enim, & rigauit, & osculata est, contactum corporis sentiens. Scholium XI. Et rursus, Hæc lachrymis rigauit meos pedes, & vnxit, & osculata est. Confutatio XI. Vt ne putes ô Marcion, solum putari apud homines, mulierem peccatricem pedes Saluatoris rigasse & vnxisse, ac osculatam esse, ipse Saluator confirmat, non per apparentiam hæc facta esse docens, sed ex veritate, ad redarguendum pharisæum, & te Marcionem, & eos qui tecum sentiunt, affirmans ac dicens: Hæc pedes meos vnxit & osculata est. Quales verò pedes, quàm eos qui ex carne & ossibus ac reliquis constant? Scholium XII. Non habet, Mater ipsius & fratres ipsius, sed solùm, Mater tua & fratres tui.

Rationes ad probãdam humanitatẽ Christi.

Confutatio XII. Etiamsi superiora rescideris. ô Marcion, Euangelij verba, quo facias Euangeli-
B stam non suffragari dictioni à quibusdam relatæ, nempe, mater tua & fratres tui: non potes transgredi veritatem. cur enim non multas dixit matres? cur non multas dixit patrias? Quot quàm multa dicunt de Homero? alii quidem Aegyptium dicentes, alij Chium, alij Colophonium, alij Phrygem, alij Smyrnæum, Meletis & Critheidis; Athenienſem verò ipsum Aristarchus pronunciauit. Alij Lydum, Mæonis; alii Cyprium, Propodiadis, ex vicinia in ambitu circa Salaminios: & quidem hominem. Verùm propterea quòd in multis fuerat patriis ac vrbibus, ideo multos ad diuersam narrationem impulit. Hic verò de Deo dicentes, & CHRISTO, non multas opinati sunt esse matres, sed vnam quæ reuera ipsum genuit: & non multos fratres, sed filios Ioseph ex altera ipsius vxore: & non poteris contra veritatem armari. Et ne te seducat sermo quum dixit Dominus, Quæ est mea mater, & qui fratres? Non enim negans matrem hæc dixit, sed intempestiuitatem euertens eius qui dixit hoc, tanta turba circumstante, & ad salutarem ipsius doctrinam profusa, & ipso circa sanationes ac prædicationẽ occupato. Auocatio enim esse videbatur hoc à susceptis negotiis, quod hic impediebat ipsum, dum docebat, Ecce mater tua & fratres tui; tantum abest vt de hoc gauisus fuerit. Non quòd ignoratit venisse ipsos antequam audiret, sed quod prænosceret quod foris starent: alioqui cum increpatione intempestiuam illius vocem compescuisset, quemadmodum etiam ad Petrum aliquando dixit: Discede à me satana, quia non sapis quæ Dei sunt, sed quæ hominum. Scholium XIII. Nauigantibus ipsis obdormiuit: Excitatus autem, increpauit ventum & mare. Confutatio XIII. Quis dormiuit? dic. De deitate non audebis dicere. Si verò etiam dixeris, contra caput tuum phanatice blasphemiam eructabis. Cuique verò manifestum est, quod is qui in veritate homo fuit, somno opus habens propter corporis necessitatem obdormiuit. Qui enim ipsum excitarunt, non apparentiam videbant, sed veram hominis incarnationem. Profectò manibus mouentes & clamantes testantur quòd ipsum excitarunt.
C exurgens enim inquit, qui dormiit, carnem gestans Deus, qui que de cœlo descendit, & carnem propter nos induit, excitatus quidem est velut homo, increpauit autem mare velut Deus, & tranquillitatẽ fecit. Scholium XIIII. Contigit autem inter eundum, turbæ constringebant ipsum, & mulier vbi tetigisset ipsum, sanata est à sanguine. Et dixit Dominus, Quis me tetigit? & rursus, Tetigit me aliquis, nam noui virtutem à me egressam esse. Confutatio XIIII. Interim dum ipsi irent, inquit, & nondum ipse iret: vt ne aliter figures ipsum extra consequentiam eorum qui iter faciunt. Verùm illud Turbæ constringebant ipsum, indicat quòd turbæ non potuissent constringere spiritum. Mulier vbi tetigisset ipsum, non aërem tetigit, sed contactum humanum. Quo enim ostenderet, quod non solum apparentia contactus corporis sui à muliere factus esset, docet dicens, Quis me tetigit? nam noui virtutem à me exiisse. Scholium XV. Sublatis in cœlum oculis, benedixit super ipsos. Confutatio XV. Si sustulit oculos in cœlum, & benedixit super ipsos, non in apparentia habuit oculorum & aliarum partium figuras. Scholium XVII. Dicens, Oportet filium hominis multa pati, & occidi, & post tres dies resurgere. Confutatio XVII. Si filium hominis & pati & occidi oportere seipsum confitetur vnigenitus Dei filius, contra te est ascia hæc, exscindens omnem radicem tuam, ô exspinis nate Marcion, & nubes aqua carens, arborque infrugifera, ac autumnalis. Nam est & rursus dicit, & post tres dies resurgere. Quid verò resurgere dicit, quàm hoc quod passum & sepultum in monumento? Apparentia autem, siue ventus aut spiritus, aut imaginatio, fu-
D neratione ac sepulturam non susceperit, nec resurrectionem. Schol. XVII. Et ecce duo viri loquebantur cum ipso, Elias & Moses in gloria. Confut. XVII. Fortassis arbitror per hæc verba falx apud sanctum Zachariam contra te, ô Marcion, expressa est, omne tuum contra legem ac prophetas excogitatum mendacium exscindens. Quandoquidem enim reprobaturus erat legem & prophetas, alienos ipsos asserens à Saluatore, & gloria ipsius ac diuina do-

Veritas transgredi non potest.

Homeri patria ambigua.

Non negauit matrem esse Mariam.

Mulier sanata à fluuio.

Spiritus funeratione non susceptit.

ctrina, ambos duxit secum in propria sua gloria, & ostendit suis discipulis, & discipuli nobis & mundo: hoc est omni homini volenti viuere, vt per primum velut per asciam, tuas exscindat radices: per secundum verò, velut per falcem verbi veritatis, resecet ramos tuos, cicutam & lethalem ac viscosum blasphemiæ succum hominibus producentes. Si enim alienus esset Moses à Christo, cui olim lex concredita est, & si prophetæ alieni essent, non sanè ipsis cum ipso in propria gloria sua reuelasset. Vide enim miraculum quod neque in monumento hos ostendit, neque circa crucem, sed quando partem gloriæ suæ velut in arrabonem nobis reuelauit, tunc sanctos, Mosem, inquam, ac Heliam, simul secum duxit, quò cohæredes ipsos regni sui ostenderet. Schol. XVIII. Ex nube vox, Hic est filius meus dilectus. Confutatio. XVIII. Omnibus sanè manifestum est, quod nubes non est suprema, neque supra cœlum existit: sed in creatura iuxta nos, vnde vox ad Saluatorem delata est. Si itaque pater & in nube loquitur, ostendens discipulis filium suum, non alius est opifex quàm idem ille qui etiam per nubem proprio filio testimonium præbuit, & non solùm eorum quæ supra cœlum sunt, Dominus est, velut tu dicis. Schol. XIX. Rogaui discipulos tuos, dixit autem eò quòd non potuerunt eiicere ipsum, & ad ipsos: O generatio incredula, quàm diu tolerabo vos? Confutatio XIX. Quàm diu, temporis aduentus in carne significationem habet. Et, O generatio incredula, velut prophetæ in nomine ipsius diuina signa fecerint ac crediderint, quemadmodum Helias & Helissæus, atque alii fecisse comperiuntur. Scholium XX. Filius enim hominis futurum est vt tradatur in manus hominum. Confutatio XX. Filii hominis, & tradendi in manus hominum, apparentia non existimationis neque imaginationis est, sed corporis & membrorum conspectus. Scholium. XXI. Neque hoc legistis quod fecit Dauid, intrauit in domum Dei. Confutatio. XXI. Domum Dei dicit domum fixorum tentoriorum, factorum à Mose. Non ignominia afficit legem, neque Deum qui loquutus est in lege. Deum enim ipsum dicit qui est ipsius pater, aut ipse vnigenitus. Solet enim Trinitas, Pater & Filius ac Spiritus sanctus operari in lege & prophetis, & Euangeliis atque Apostolis. Scholium. XXII. Gratias ago tibi Domine cœli: non habet autem, & terræ: neque habet, pater. Redarguitur autem: infrà enim habet, Ita pater. Confutatio XXII. Gratias agit Domino cœli, siue detraxeris vocem terræ, siue resecueris vocem pater, vt ne patrem suum ostendas, ô Marcion, CHRISTVM dicere ipsum opificem. Manent enim veritatis membra viuentia. Nam velut in reliquiis per obliuionem siuisti ô Marcion, Ita pater. Ostenditur itaque omnino proprio patri gratias agere CHRISTVM, & ipsum cœli Dominum appellare. Et multa est mentis tuæ vesania, quæ non intelligit veritatis libertatem.

Moses non alienus à Christo.

Miracula in nomine Domini facta.

Spiritus sanctus operatur in lege.

Scholium XXIII. Dixit legisperito, In lege quid scriptum est? & respondens post legisperiti responsionem dixit, Rectè dixisti, hoc fac & viues. Confutatio XXIII. Quum veritas sit filius Dei, neminem seducit de vita interrogantem: propter hominum enim vitam venit. Quum itaque ipsi vitæ cura sit, & seruanti legem vitam esse ostendat, & eum qui secundum legem respondit, recte dixisse pronunciet, &, Sic fac & viues dicat: quis adeò stupidus fuerit, vt credat quidem Marcioni blasphemanti in Deum, qui & legem, & Euangelii gratiam hominibus largitus est, simul autem cum ipso abducatur, qui neque ex lege, neque ex Spiritu sancto aliquid doctrinæ habet. Scholium XXIIII. Et dixit, Quis ex vobis habebit amicum, & vadet ad ipsum media nocte petens panes tres. Ergo petite & dabitur. Quem enim ex vobis patrem filius petet piscem, & pro pisce serpétem dabit ipsi? & pro ouo scorpium? si igitur vos qui mali estis, nouistis dona bona, quantò magis pater? Confutatio. XXIIII. Redarguitur impostoris huius vitæ superstitio. Non enim propter continentiam ipsi vita instituta est, neque propter mercedem bonam, ac spem certaminis, sed ob impietatem & falsæ opinionis malignitatem. Docet enim hic animatis nō vesci, pronuncians reos esse iudicii eos qui carnem edunt, velut qui animas edant. Stultum est autem hoc totum. Non enim carnes anima, sed in carnibus anima. Et neque animarum in animalibus dicimus esse eam dignitatem quæ in hominibus est, sed animam ad hoc solum vt animal viuat. Putat autem miser ille, vnà cum aliis idem sentientibus, quòd eadem anima & in hominibus & in brutis est. Hoc ipsum enim multæ etroneæ hæreses frustra sentiunt. Nam & Valētinus, & Colorbasus, Gnosticique omnes ac Manichęi, transitus animarū de corporibus ad corpora esse pronunciant in hominibus cognitionem non habentibus, velut ipsi ex fabulamento quodam confingunt. Has enim dicunt peruagari, & singulorum animantium corpora pertransire, donec cognitionem assequutæ fuerint, atque sic purgatæ ac resolutæ ad cœlestia trās migrarint. Et primùm quidem redarguitur tota ipsius vana fabulæ confirmatio. Horum enim certitudinem nemo alius nosse potest, præter Dominum nostrum IESVM CHRISTVM, qui propter ouem deperditam venit, hoc est propter hominum animas. Qui earundem curam habēs, & animaliter & corporaliter corporis atque animæ dominium obtinet: & hanc vitam & futuram exhibet: vtqui mortuum Lazarum & filium viduæ, & filiam principis Synagogæ à mortuis suscitauit, nō in malum ipsos ferens, velut ipsi corpus carcerem esse docent: sed bonum faciens ac sciens, quod & perseuerantia hic in carne ab ipso decreta est, & futura carnis & animæ resurrectio. Et si rursus nouisset quod vna anima in brutis & hominibus est, venit autem vt animæ salutem procuraret: non oportebat ipsum vbi vnum mundasset à demonio vexatum, illum videlicet qui à monumentis egrediebatur, iubere vt dæmones discederent, & duo milia porcorum occiderent, si æquales essent animæ hominum ac porcorum. Quomodo enim vnius curam gerens, bis mille perdidisset? Si verò rursus velut serpens obliquè incedens comminiscitur ac dicit, quod dissoluit ipsos à corporibus vt sursum scanderent: oportebat Lazarum solutum à corpore non rursus reuerti in corpus, imò etiam illum ipsum à dæmonio vexatum solu-

De vita interrogantem non decipit Christus.

Superstitio impostoris de hac vita redarguitur.

Animatorum esu abstinuit Marcion.

Animarū purgatio insolens.

Animarū hominum ac brutorum diuersitas.

ere

uere vincula corporis. At non sic fecit. Sed potius præuidit sic corporis vtilitatis gnarus. Concidit doctrinæ tuæ ratio de anima, ô Marcion, itémque illorum qui à te & ab aliis sectis originem ducunt. Cæterùm de simulata vitæ tuæ conuersatione rursus dicam, propterea quòd dicis malum & illicitum esse carnibus vesci. Redarguit autem te Saluator, plus te sciens, & quod melius est dicens ab eiusmodi dicto. Dicit enim, A quo petet filius piscem, num serpentem dabit ipsi? aut pro ouo scorpium? Et postea dicit: Si igitur vos qui mali estis, nouistis dona bona dare filiis vestris, quantò magis Pater vester cœlestis? Si itaque bona dona vocauit piscem & ouum, non malum est quod ex Deo datum cum gratiarum actione accipitur. Et sic vndiquaque improbitas tua confutata est. Scholium. XXV. Resectum est de Iona propheta. Habet enim, Natio hæc. signum non dabitur ipsi. Non habet autem de Niniue, & regina Austri ac Solomone. Confutatio XXV. Et in his quæ resecare videris, non potes ô Marcion occultare veritatem. Etiamsi enim detraxeris de Iona propheta, qui dispensationem mysterii ipsius Saluatoris significat: detraxeris item de regina Austri ac Solomone, & salutare Niniues documentum, & Ionæ prædicationem: tamen ipse propositus Saluatoris sermo te redarguit. Dicit enim, Natio hæc signum petit, & signum non dabitur ipsi, velut generationes quæ ipsam præcesserunt signis à Deo de cœlo dignæ factæ sunt. Sic Helias signum fecit per ignem qui de cœlo descendit, & sacrificium arripuit. Et Moses secat mare, & pungit petram, ac prolicit aquam, & manna de cœlo producit. Et IESVS Naue solem ac lunam stare facit. Et quamuis omnibus modis occultet impostor ille quæ scripta sunt, nihil lædet veritatem, sed seipsum à veritate abalienat. Scholium XXVI. Pro, præteritis iudicium Dei: habet, præteritis vocationem Dei. Confutatio. XXVI. Vnde non redargueris? Vnde contra te colligi poterit testimonium? prima enim concinnunt posterioribus, dum malitia tua redarguitur. Si enim dixerit, continetis traditiones seniorum vestrorum, & præteritis misericordiam & iudicium Dei: discè à quo tempore ipsos accusat quòd hoc faciunt. Quando verò traditio & inuentio seniorum ipsos contigit? Nimirum Dauidis quidem post reditum ex Babylone, Acibæ verò etiam ante captiuitatem Babylonicam facta est. Filiorum autem Assamonæi, temporibus Alexandri & Antiochi ante aduentum CHRISTI centum nonaginta annis. Itaque & ab eo tempore per legem erat vocatio, & per prophetas misericordia. & vndiquaque circulatorius sermo tuus concidit. Scholium XXVII. Væ vobis, quia ædificatis monumenta prophetarum, & patres vestri occiderunt ipsos. Confutatio XXVII. Si prophetarum curam gerit, eis qui occiderunt ipsos improperans, non alieni ab ipso fuerunt, sed serui & præparatores aduẽtus eius in carne, qui & testimonium præbuerunt nouo Testamento. Moses quidem dum dicit, Prophetam vobis excitabit Dominus Deus ex fratribus vestris sicut me. Et ante ipsum Iacob dicens, Ex germine fili mi Iuda prodiisti, reclinatus dormiuisti vt leo, non deficiet princeps ex Iuda. Et paulo pòst, Donec venerit cui sunt reposita, & ipse expectatio gentium, & in ipsum gentes sperabunt. Esaias verò, Ecce virgo in vtero habebit. Hieremias verò, Et homo est, & quis cognoscet ipsum? Et Micheas, Et tu Bethleem, & postea: Ex te mihi egredietur dux, &c. Et multa referre licet, etiam ipso saluatore dicente, Si Mosi crederetis, etiam mihi vtique crederetis, ille enim de me scripsit. Scholium XXVIII. Non habet, propterea dixit sapientia Dei, mittam ad ipsos prophetas. Et de sanguine Zachariæ, & Abel, & prophetarum, quod requiretur à generatione hac. Confutatio. XXVIII. Et in hoc multa est tua confusio ô Marcion, quum character veritatis setuetur, & resectio furtorum tuorum reperiatur in exemplari Euangelii secundum Lucam, ita vt loci comperiantur, & à te sublati deprehendantur. Scholium XXIX. Dico autem amicis meis, ne timete eos qui occidunt corpus. Timete eum qui postquam occidit, potestatem habet mittendi in gehennam. Non autem habet, Nónne quinque passerculi duobus assibus veneunt, & vnus ex ipsis non est in oblitione positus coram Deo. Confutatio XXIX. Hoc dictum, dico autem amicis meis, ne timete, & cætera: cogit te ô Marcion, etiam sequentem parabolam confiteri. Sine Deo enim nihil fit, etiamsi sustuleris id quod de passerculis dicitur. Responde igitur de his quæ relicta sunt à te in hoc dicto, & dic nobis, quid sentis de eo, qui potestatem habet. Si enim dixeris ipsum esse patrem CHRISTI, qui etiam apud te bonus Deus dicitur, etiamsi male diuidas, tamen quandoquidem habet potestatem, dedisti ipsum iudicem esse, & vnicuique pro dignitate retribuere. Si verò non hoc dicis, sed opificem qui à te natura iudex celebratur, dic mihi quis dedit huic potestatem? Si enim à seipso habet, ergo manus est & potestatem habet. Si autem iudicandi potestatem habet, habet etiam saluandi. Qui enim damnare potest, potest etiam absoluere. Et aliter, si iudice mittente animas in gehennam, Deus bonus ipsas non liberat: qui vndiquaque earundem animarum curam non gerit, quomodo fuerit bonus? Aut enim quod forrior ipso est, & non potest ex manu illius liberare, hoc contingit. Aut quod potest quidem, non vult autem, & vbi est ipsa bonitas? Si verò quoniam ipse creauit, potestatem habet etiam iudicandi, quomodo supernus Deus, de quo tu fabularis, aliquos partialiter saluat? Si enim ab alienis accipiens saluat, auarus est qui aliena cupit. Si verò non auariam dicis esse, eò quòd ad bonum & salutem fit hoc opus, personarum acceptorem ipsum facis, qui non bonum æqualiter omnibus, sed partialiter facit. Scholium XXX. Pro confitebitur ipsum coram angelis Dei, legit coram Deo. Confutatio XXX. Vndiquaque conuincitur, non secundum Deum procedere, etiamsi in breuissimo sermone immutauerit veritatem. Qui enim audet aliquid de scriptis ab initio mutare, non in via veritatis consistit. Scholium XXXI. Non habet, Deus vestit gramen. Confutatio XXXI. Quamuis non finis scripta velut habent à Saluatore dicta,

Quod datur à Deo, non est malum.

Signa nõ dãda sine necessitate.

Solis ac Lunæ statio.

Per impostũras nõ lædituræ ritas.

Traditiones Iudæorum.

Prædictio aduentus Christi.

Furta Marcionis.

Sine Deo nihil fieri.

Ad quem pertinet damnare, pertinet absoluere

Quid auarus.

Seruãtur dicta Saluatoris Ecclesiæ.

tamen seruantur loci in Euangelio sanctæ Ecclesiæ, etiamsi negaueris tu Deum qui omnia fecit, & omnium curam gerit vsque ad gramen, velut ipse quoque Saluator confitetur. Schol. XXXII. Vester autem pater nouit quòd indigetis his, carnalibus scilicet. Confu. XXXII. Nouit pater quòd indigent discipuli carnalibus rebus necessariis, & prouidet huiuscemodi. prouidet autẽ nõ in alio sæculo, sed hîc, nõ in alienis prouidentiã seruorum suorũ faciens, sed in creaturis suis. Schol. XXXIII. Quærite A

Regnum dei quale

regnum Dei, & hęc omnia adiicientur vobis. Confutatio. XXXIII. Si de alterius rebus nutrimur & alius Deus regni cœlorum est, quomodo sermo consonus erit? Aut enim ipsius est regnum, quapropter adiicit omnia quæ hic sunt ipsius, propter laborẽ desiderii regni sui. Aut ipsius quidem est regnũ & illud sæculum, opificis verò ea quæ hic sunt, & consentit opifex cum superni regno, adiuuans eos qui iustitiam & regnum superni quęrunt. Quum autem sit voluntas vna, & non diuersa: non amplius duo sunt principia, aut tria. Reuera enim vnus est Deus qui omnia fecit, & qui fecit bene, & non contrariè. Nostrum autem est peccare & errare, siue volumus, siue nolumus. Scholium. XXXIIII. Pro pater vester, pater habet. Confutatio. XXXIIII. Et in hoc nullam nobis iniuriam facis, sed amplius confirmas. Nam patrem suum prouidentiam facere rerum quæ hic sunt, confessus es Saluatorem dixisse. Scholium. XXXV. Pro secunda aut tertia vigilia, habet vespertinam vigiliam. Confut. XXXV. Redarguitur bestialis ille, diuinos sermones stolidè ad suam opinionem inuertisse. Nõ enim diurnæ fiunt vigiliæ, sed nocturnæ, à vespera ad tertiam vigiliam progressum intẽtionis habentes. Et nõ à matutino in vesperam, velut hic malicioſẽ commentus esse deprehenditur. Schol. XXXVI

Vigiliarũ noctis ratio.

Iudex à Marcione ponitur. Deus.

Veniet Dominus serui illius, & dissecapit ipsum, & partem ipsius cum infidelibus ponet. Confutatio XXXVI. Quis est qui dissecat seruum? dic mihi. Si enim opifex & iudex, qui à te Deus dicitur, est qui hoc facturus est, ergo ipsius sunt fideles. Increpans enim seruum nõ rectè facientem, partem ipsius cum infidelibus ponit. Si verò pater CHRISTI est, aut, ipse CHRISTVS, qui hoc factu rus est, manifestè testimonium apud te ipsum conseruas, quod contra te est. Nam dum confiteris aut CHRISTVM aut patrem ipsius citra ambiguitatem hoc facturum esse, confessus es eundem B iudicem & eundem bonum & vnum esse, qui & horum quæ hîc sunt, & eorum quæ illic, prouidẽtiam habet. Schol. XXXVII. Ne fortè pertrahat te ad iudicem, & iudex tradat te exactori. Confut. XXXVII. Iudicem dicit opificem, exactorem verò vnumquemque angelum ipsius, qui exacturi sunt facta à peccatoribus. qualia autem, quàm delicta & peccata? quæ & IESVS abominatur, & tu ipsum interdicere dicis. Si igitur quæ bonus Deus abominatur, ea etiam iudex & opifex abominatur, vnus & idem est qui ex opere vnius voluntatis ostẽditur. Schol. XXXVIII. Amputatum est ab hoc, venerunt quidam nunciãtes ipsi de Galilæis, quorum sãguinem commiscuit Pilatus cum sacrificiis ipsorum, vsquè quò dicit de decem & octo in Siloam mortuis in turri. Et nisi resipueritis, vsque ad parabolam fici, de qua dicit agricola, donec fodero ac misero stercora, & si non fecerit, excinde. Confut. XXXVIII. Hæc omnia sustulit compilator ille, occultans à seipso veritatem. Propterea quòd Dominus consensit Pilato qui tales recte iudicauit. Et quod recte illi in Siloam mortui essent, quum essent peccatores, & sic à Deo puniti essent. Porrò cùm malicioſẽ egerint aliqui circa regia præcepta, prolata ab antiquis exemplaria probè munita, desipientes redarguunt. Sic etiam à domo rẽgia, hoc est sancta Dei Ecclesia, prolatum Euangelium redarguit mures bonorum indumentorum corrosores. Schol. XXXIX. Hanc autem filiam Abraam, quam alligauit satanas. Confut. XXXIX. Si filiæ Abraam Do- C

Opera vnius volũtatis idem Deus ostẽditur.

A Deo puniti in Siloam.

Malicioſa rescisio.

minus curam gerit, non alienus ab ipso est Abraam. confitetur enim ipsum sibi complacuisse, dum miseticordiam erga filium ipsius ostẽdit. Scholium. XL. Rescidit rursus, Quum videritis Abraam et Isaac et Iacob, et omnes Prophetas in regno Dei: pro hoc autem fecit, quum omnes iustos videritis in regno Dei. Vos autem expelli foras: fecit, vos autem detineri foras. Illic erit fletus et stridor dẽtium.

Seduci potest homo, sed via occultari ad vitam non potest.

Confutatio XL. Quomodo vestigia veritatis apparent? Non enim potest quis viam occultare. Seducere quidem homines potest ab ipsa, et occultare ipsam ab ignorantibus. verùm ab expertis eius, minimè. Nõ enim potest terrã vbi est via dissipare: et si ipsam quoque obscurauerit, locus tamẽ permanet vię, qui cognitus coarguit eum qui viam peruertit. Vide mihi vestigia veritatis. Hunc enim sermonem ad quem dixit quàm ad Iudęos? et si ad Iudęos, iam ostendit ipsos intus, et eiici à iustis. Qui sint autem illi, quàm patres ipsorum, Abraam, Isaac, Iacob, et prophetę? Nõ enim dixit, videritis iustos ingredientes, sed videritis iustos in regno, vos autem eiici quidem, futuri significatione pronunciauit. Iustos autem iam esse ostendit non alienos ab his secundum carnem, neque secundum vocationem, sed cum his vocatos eos, qui iam sunt iustificati ante aduẽtum ipsius in carne. Si verò etiam foris manere dixit, velut patres intus sint: vnde stridor dentium fit in iudicio, ô stolide, si nõ resurrectio mortuorum fiat? Scolium. XLI. Rscidit rursus, Venient ab otientibus et occidentibus et accumbent in regno Dei & hoc, Postremi erunt primi et hoc, Accesserunt Pharisęi dicentes, Exi et vade, quia Herodes vult te occidere. et hoc, ite ac dicite vulpeculę illi: vsquequo dixit, Nõ est possibile prophetam perire extra Hierusalem. et hoc, Hierusalem Hierusalem quę occidis prophetas, et lapidas missos. et hoc, Sępe volui congregare velut gallina filios tuos. et hoc, Relinquitur vobis domus vestra. et hoc, Nõ videbitis me donec dixeritis, Benedictus. Confutatio XLI. Vide tantam temeritatem, quantam Euãgelii collationem facit. velut si quis animal accipiat, et dimidium corporis amputet, et per medietatem ignorãtes persuadere conetur, et tale esse animal, nihil ab ipso ablatum esse. Scholium XLII. Rursus rescidit totam parabolam duorum filiorum, eius qui accepit partem paternorum bonorum, & prodigaliter consumpsit, et alterius. Cõfutatio XLII. Nihil differt posterior malicia à prioribus ausis. Verùm sibi ipsi damnum allicit, manẽte Dei veritate. Scholium XLIII. Lex et prophetę vsque

Si est stridor dentiũ post hanc vitam, est resurrectio.

Temeraria collatio.

Sibi similis vbique Marcion.

vsque ad Ioannem, ab eo tempore regnum Dei annunciatur, & quilibet in ipsum vim facit

Confutatio. XLIII. Si legem ponit, & prophetas nominat, & legem non iniquitatem dicit, neque falsos prophetas appellat prophetas clarè cõfitetur, Saluatorẽ prophetis testimoniũ præbuisse, & demõstratum est quod de ipso prædixerũt. Schol. XLIIII. De diuite & Lazaro mẽdico, quod delatus est ab angelis in sinum Abrahæ. Confut. XLIIII. Ecce & inter viuos, & beatos, & in quietis hæreditate Abraam est à Domino connumeratus. Et Lazarus sinu ipsius dignus factus est. Ne itaque amplius, ô Marcion, Abraam maledictis impetas, qui cognouit suum Dominum, & dixit ad ipsum, Domine qui iudicas omnem terram. Ecce enim testimonium ab ipso tuli, quod est iustus, & non alienus à vita quæ à Domino laudatur. Scholium XLV. Nunc autem hic solatio fruitur idem Lazarus.

A *Nõ maledicendum Abrahe cuius laus est in scripturis.*

Confutatio XLV. Si solatio fruitur Lazarus in sinu Abraæ, non extra vocationem vitæ est Abraam.

Scholium. XLVI. Dixit Abraam, Mosem habent ac prophetas, audiant ipsos, alioqui neque excitatum ex mortuis audient. Confutatio XLVI. Non velut qui adhuc in mundo sit, & qui deceptus sit, Abraham legi testimonium præber, ac prophetis. Neque velut qui nesciat quę sunt ex his euentura: sed postquam experientiam fecit quietis quæ illic est. Post mortem enim testatur de ipso Saluator in parabola, quod per legis dogmata & prophetas salutem assequutus sit, & hæc ante legem fecerit. Similiter autem & eos qui postea legem seruarunt, & prophetis obedierunt, in sinu Abrahæ esse, & ad vitam cum ipso abire testatur. Quorum de numero vnus erat Lazarus, per legem & prophetas viuifico sinu beatitudinis ipsius Abraham dignus factus. Scholium XLVII. Rescidit hoc, Dicite inutiles serui sumus, quod debuimus facere, fecimus. Confutatio XLVII. Et securitatem doctrinæ Domini non admittit. Muniens enim discipulos suos, vt ne per elationem amittant operis mercedem, humilitatem ipsos docuit. Hic verò non admittit. fastu enim per omnia elatus est, & non veritate. Schol. XLVIII. Quando occurrerunt decem leprosi, recidit multa & fecit, Demisit ipsos dicens, ostendite vos sacerdotibus: & alia pro aliis fecit, dicens, Multi leprosi erant in diebus Helisæi & prophetæ, non mundatus est nisi Neeman Syrus. Confutatio XLVIII. Et hic prophetam Helisæum vocat Dominus, & seipsum explere æqualiter quæ ab illo facta sunt, vt redarguat Marcionem & omnes reprobantes Dei prophetas. Scholium. XLIX. Venient dies, quando concupiscetis videre vnam diem filij hominis. Confutatio. XLIX. Si dies numerat, etiam tempus significat. & filium hominis dicit seipsum, ergo etiam mensuram ætatis ostendit, & dierum prædicationis exemplum. Non igitur sine carne est verbum, sed in corpore est bona voluntas. Scholium L. Dixit quidam ad ipsum, Magister bone, quid faciendum mihi vt consequar vitam æternam? ipse verò dixit, Ne me dixeris bonum. Vnus est bonus Deus: appositit ille, pater. & pro, præcepta nosti, dicit, præcepta noui. Confutatio L. Vt ne ostendat præcepta iam præscripta, dicit, mandata noui. Verùm totum caput manifestum est ex consequentia. Et si patrem bonum dicit, & Deum nominat: recte à lege patris sui docet eum qui vult vitam consequi. & non reprobat neque reiicit, sed potius testatur eos qui in lege vixerunt vitam æternam consequutos esse, Mosen videlicet atque alios prophetas. Scholium. LI. Factum est quum appropinquaret Hiericho, cęcus clamabat, Iesu fili Dauid miserere mei. Et quãdo sanatus est, dicit, Fides tua te saluum fecit. Confutatio LI. In fide non inest mendacium. Si enim mẽtitur, fides non est. Dicit igitur, fili Dauid, & laudatur ac fert petitionem qui nomen confessus est, & non increpatus est velut mendax, sed vt fidelis prędicatus est. Non ergo sine carne est is qui propter nominis inuocationem largitus est cęco visum. Reuera enim erat, & non apparentia, ex semine Dauid secundum carnem à sancta virgine Maria & per Spiritum sanctum genitus. Scholium. LII. Amputauit hoc, Quum assumpsisset Iesus duodecim, dixit, Ecce ascendimus Hierosolyma, & consummabuntur omnia quę scripta sunt per prophetas de filio hominis: tradetur enim & occidetur, & tertia die resurget. Confutatio. LII. Hęc omnia amputauit, vt in nulla recta via procederet. Non recta autem via procedere redarguitur, malicioſè agens omnibus modis. occultauit enim verba, quò nimirum de passione negaret: Postea verò, confitenti ipsum crucifixum esse, omnis malitiei labor ipsi in vanum cedet. Scholium LIII. Resecuit caput de asino & Bethphage, & de ciuitate ac templo, quod scriptum erat, Domus mea, domus orationis vocabitur, & vos feciſtis eam speluncam latronum.

B *Sinus Abrahe receptaculũ bonorum.* *Securitas doctrinæ Christi nõ admittitur.*

C *In lege multi vitam consequuti.* *verè ex semine Dauid Christus.*

Confutatio LIII. Suiipsius confutationem malicia non videt, cęcutit enim, putat autem se posse occultare viam veritatis, quod est impossibile. Statim enim resiluit relictis totis capitibus, propterea quòd loco templi testimonium dedit, quod sit ipsius proprius, & in nomen ipsius ędificatus. Et à Hiericho relicta tota consequentia, quomodo venerunt in Bethaniam & in Bethphage. Ex natura enim erat publica via antiqua, ducens in Hierusalem per montem oliuarum, Non ignota his qui historiam loci descripserunt: quo à proprio ore confutetur, dicit, Factum est in vna die, docente ipso in templo, quęsiuerunt iniicere in ipsum manus, & timuerunt: velut habet caput sequens quinquagesimum quartum, Quomodo igitur à Hiericho fuerit in templo, ex eadem profectione cognoscetur, & ex distantia viæ. Verùm malicioſus ille hæc resecuit, vt occultaret ea quæ in via facta sunt, & in templo dicta ab ipso Saluatore ante hunc sermonem, nimirum Domus mea, domus orationis vocabitur, & quæ sequũtur velut habet propheta. Scholium LIII. Et quæsiuerunt inijcere in ipsum manus, & timuerunt.

D *Historia ingressus Christi in Hierusalem resecta.* *Malicia Marciõis in tollẽdis mysteriis à scriptura.*

Confutatio. LIIII. Consideratum est ac enarratum in confutatione præcedenti cum decenti compendio. Scholium LV. Rursus amputauit de vinea elocata colonis. Et hoc, Quid igitur est hoc, lapidem quem reprobauerunt ędificantes? Confutatio. LV. Nulla nos hoc iniuria afficit. Etsi enim ipsum resciderit, non à nobis rescidit, sed seipsum & suos damno affecit. Sufficiens enim contra ipsum confutatio est per plura testimonia. Scholium LVI. Rescidit hoc, Quod autem resurgent

Etiam ex his quæ reliquit in Euangeliis cõuincitur Marcion.

tem resurgent mortui, etiam Moses ostendit circa rubum quum dixit, Dominũ Deũ Abraã & Isaac & Iacob. Deus autem est viuentium, & non mortuorum. Confutatio. L V I. Admirari licet vani illius dementiam, quòd non intelligit idem esse hoc testimonium cum Lazari mendici testimonio, & cum parabola eorum quibus non permittitur ingredi in regnum. quarum parabolarum reliquias reliquit, & non amputauit. Verùm per eandem turpitudinem reliquit hoc, illic erit fletus & stridor dentium. Quum autem digitus intingatur in aquam post mortem, & lingua refrigeretur aqua, velut diues ad Abraam dixit propter Lazarum, & stridor dentium ac fletus fiat, resurrectionis corporum signum est, etiamsi resciderit bestialis ille ea quæ verè à Domino dicta sunt de mortuorum resurrectione. A

Resurrectionem ostendit Moses.

Scholium. L V I I. Non habet hæc, Quod autem resurgent mortui, etiam Moses ostendit dicens, Deum Abraam, Deum Isaac, & Deum Iacob, Deum viuentium. Confutatio. L V I I. Eò quòd repetiuit Saluator parabolam, dupliciter apud nos habetur, vt ne nos similes fientes circulatori Marcioni, aliquid de scriptis relinquamus. Iam verò in superiori confutatione facta est contra ipsius maliciam contradictio. Scholium. L V I I I. Rursus resecuit hoc, Pilus ex capite vestro non perierit. Confutatio. L V I I I.

Cur rescindat scripturas Marcion.

Scholium. L I X. Rursus rescidit hæc, Tunc qui in Iudæa sunt fugiant ad montes, & cætera quæ sequuntur vsque ad, Vt impleantur omnia quæ scripta sunt. Confutatio L I X. Videtur ex obliuione laborare, & omnes ipsi æqualiter stolidos esse opinari. Et non nouit quod etiamsi paruum dictum ab ipso relinquatur, confutationem id ipsius facit, quantò magis multis dictis ab ipso resciſis? Nihil itaque prohibet, si quis velit apponere ad hæc resecta testimonia, ea quæ ipse confessus est. Ostendentur enim consona esse his quæ ab illo resecta sunt. In quibus dixit Abraam post mortem, Habent Mosen & prophetas, audiant ipsos. Quæ enim dicebant prophetæ & Moses, ex Deo patre erant, & ex ipso Domino filio Dei, & Spiritu sancto, quæ quum scripta essent, impleri oportebat. B

De traditione Christi in manus Iudæorum commẽta.

Scholium L X. Colloquutus est cum militum imperatoribus, quomodo ipsum traderet illis. Confutatio L X. O insaniam Marcionis, quis colloquutus est quàm Iudas? ad quid faciendum quàm vt traderet Saluatorem? Quum autem traditur Saluator, non amplius apparentia est qui traditur, sed veritas. Si enim spiritus esset solùm, carnalibus hominibus non traderetur. Verùm quum Deus sit, sub tactum cadebat, & carne indutus in humanæ naturæ manus seipsum vltro tradebat. At illi contraria sibiipsis præ amentia dicunt. Nam aliquando disputans cum quodam Marcionista discipulo ipsius, ac dicens, velut in Euangelio habetur, Quod assumpsit ipsum in desertum spiritus, vt tentaretur à diabolo: audiui ex ipso, Quomodo poterat satanas eum qui Deus erat, & maior ipso, & Dominus ipsius, velut vos dicitis, tentare IESVM Dominum suum? Ego autem per auxilium Dei consilio sub manu nato, respondi ipsi dicens, Non creditis quod crucifixus est CHRISTVS? ille verò dixit, Etiam, & non negauit. Qui igitur ipsum crucifixerunt? Ille autem dixit, homines. Deinde dixi ipsi, Vter potentior est, homo aut diabolus? Ille verò dixit, diabolus fortior hominibus est. Si igitur inquam, diabolus fortior hominibus est, homines autem imbecilliores CHRISTVM crucifixerũt, non mirum est si etiam à diabolo tentatus est. Omnia enim volens, & non necessariò, pro nobis seipsum dedit Christus, vt pateretur in veritate, non per debilitatem, sed per voluntatem, in exemplar nobis proponens etiam ea quæ designauit contra diabolum, & in salutem nostram in passione crucis, in condemnationem peccati, & reprobationem mortis. C

Diabolus cur tentare potuit Dominũ.

Vter potẽtior homo an diabolus.

Scholium L X I. Et dixit Petro ac reliquis, abite & præparate vt edamus pascha. Confutatio L X I. Nebulam telorum contra te in vno testimonio hoc dictum continet ô Marcion. Si enim præcipit sibi præparari vt edat pascha, pascha autem antea quàm pateretur CHRISTVS perficiebatur, omnino ideo quod à lege constitutum erat, CHRISTVS verò secundum legem viuebat: manifestum est quòd non ad destruendam legem venit, sed ad implendam. Si verò legem rex non destruit, non condemnata est legis constitutio, neque regi interdicta. Quum autem non condemnata sit lex, & constitutio in confesso: si quid addiderit Rex constitutioni ex maiori beneficentia, per potestatem claritudo appositionis contingit. Quum verò vna & eadem sit legislatio, & beneficentia appositionis, omnibus sanè manifestum est ac clarum, quòd legi non adversatur is qui additionem fecit. Ostensum itaque est, quòd non contrarium est vetus Testamentum Euangelio, neque prophetarum consequentia. Contra teipsum autem multis modis ô Marcion, confutationem induxisti, imò potius ab ipsa veritate coactus. Pascha enim vetus nihil erat quàm ouiculæ victima, & carnium esus, animatique cibus & azymorum. Et quis te coegit vt non penitus confutationem contra te sustuleris, quàm veritas ipsa? Nam carnis esum, quem tu damnas, Dominus Iesus cum discipulis suis comedit, perficiens pascha secundum legem. Et ne dicas, quòd mysterium quod perficere volebat, præ nominauit, dicens, Volo vobiscum comedere pascha. Nam vt omnibus modis confundat te veritas, non in principio facit mysterium, sed postquam cœnauit, inquit, accepit hæc & hæc, & dixit, hoc est, hæc & hęc: & non reliquit locum maliciei: Ostendit enim quòd postquam comedit pascha secundum Iudæos, hoc est postquam cœnauit, ad mysterium deuenit. Schol. L X I I. Et accubuit, & duodecim Apostoli cum eo, & dixit, Desiderio desideraui hoc pascha comedere vobiscũ antequã patiar. Confut. L X I I. Accubuit Saluator ô Marcion, & duodecim Apostoli D

Pascha mãducatum ante passionẽ. Lex nõ destructa à Christo.

Pascha quid fuerit.

ſtoli cum ipſo. Si accubuit,& illi ſimul accubuerunt, non poteſt vna dictio diuerſam ſignificationem habere,etiamſi pro modo ac dignitate differentiam habeat. Aut enim concedes etiam duodecim illos apparentia accubuiſſe,aut etiam ipſum in veritate carnem habuiſſe,& verè accubuiſſe. Et dixit, Deſiderio deſideraui hoc paſcha comedere vobiſcum antequàm patiar: vt oſtenderet paſcha ante paſſionem ſuam in lege expreſſum, & in ſtabilitatem paſſionis ipſius factum, & perfectius appellatum: oſtendens velut etiam ſanctus Apoſtolus ait,Pædagogus nobis facta eſt lex in CHRISTVM. Si autem pædagogus eſt lex in CHRISTVM, non aliena à CHRISTO eſt lex. Schol. LXIII. Reſcidit hoc, Dico enim vobis,non edam ipſum poſthac,donec compleatur in regno Dei. Confut. LXIII. Hoc detraxit,& malicioſè reſecuit,vt ne ſcilicet faceret in regno Dei cibos ac potus,non gnarus beſtialis ille quòd ſpiritualia & cœleſtia terrenorum imitamentum eſſe poſſunt, quæ aſſumuntur, ſicut nos non nouimus. Teſtatur autem rurſus Saluator,ac dicit, Sedebitis in menſa mea edentes ac bibentes in regno cœlorum. Vnde igitur Helias & Moſes viſi ſunt cum ipſo in gloria? Verùm nihil poterit quis contra veritatem. Schol. LXIIII. Reſecuit hoc, Quando miſi vos,num quid deficit vobis? & quæ ſequũtur vſque, & hoc quod ſcriptum eſt oportet perfici, nempe, Et cum iniquis reputatus eſt. Confut. LXIIII. Etiamſi reſecueris verba,tamen ab opere apparent ipſorum loci,præcedente lege,& prædicantibus prophetis,& Domino implente. Schol. LXV. Diſtractus eſt ab ipſis fermè ad lapidis iactum,poſitiſque genubus orabat. Confut. LXV. Qui poſuit genua, viſibiliter poſuit, & ſenſibiliter perfecit. Si verò ſenſibiliter iuxta ſpeciem opus geniculationis fecit,non ſanè citra carnem vnigenitus aduenit. Ipſi enim ſe flectet omne genus cœleſtium & terreſtrium ac infernorum cœleſtium, ſpiritualium,terreſtrium,ſenſibilium:infernorum,in propria ſpecie. Hic autem omnia in veritate perficiebat, conſpectus,& ſub tactum diſcipulis compertus, & non decipiens. Schol. LXVI. Et appropinquauit vt oſcularetur ipſum Iudas,& dixit. Confut. LXVI. Appropinquauit ei qui caro erat, Domino ac Deo, qui corpus accepit, vt oſcularetur vera labia, non in apparentia exiſtentia ac decipientia. Schol. LXVII. Reſcidit quod fecit Petrus, quando percuſſit & amputauit auriculam ſerui pontificis. Confut. LXVII. Videtur in honorem Petri, impoſtor ille occultare id quod in veritate factum eſt, glorificationis Saluatoris dictum. Sed nihil proficiet,etiamſi enim ipſe reſciderit,non nouimus ſigna Dei. Nam poſt abſciſionem auriculæ, Dominus rurſus acceptam ipſam ſanauit, vt oſtenderetur quòd Deus eſſet, & Dei opus perfeciſſet. Schol. LXVIII. Et qui tenebant,illudebant ipſi,cædentéſque ac percutientes dicebant, Vaticinare,quis eſt qui te percuſſit? Confut. LXVIII. Quod vox hæc,Qui tenebant,& illudebant,& percutientes,itémque cædentes,& Vaticinare quis eſt qui te percuſſit: non apparentiam,ſed tactum corporalem & carnoſam ſubſtantiam ſignificant: omnibus manifeſtum eſt,etiamſi tu faſtuoſe Marcion,non velis manifeſtam Dei veritatem confiteri. Schol. LXIX. Appoſuit poſt hoc, Hunc deprehendimus peruertentem gentem: & deſtruentem legem ac prophetas. Confut. LXIX. Vnde non deprehendetis, vnde non redarguetis peruertere viam Domini? quum hîc appoſuetis id quod ſcriptum non eſt, calumnians te ipſum: non enim dixerim Dominum: dicens,hunc deprehendimus deſtruentem legem & prophetas. Contrarium redarguit te,ô vaniſſime, quum ipſe Saluator dicat,Non veni vt deſtruam legem aut prophetas,ſed vt impleam. Non poteſt igitur idem qui dicit. Non veni vt deſtruam,propter deſtructionem accuſari. Non habet enim ſic ipſe ſermo,ſed,Deprehendimus hunc peruertentem populum,dicentem ſeipſum CHRISTVM regem. Schol. LXX. Appoſitio eſt,poſt lubentem tributa non dare: & auertentem mulieres & liberos. Confut. LXX. Quis ſibiipſi præcipitium aſciſcit, implens id quod ſcriptum eſt? Qui ſibiipſi malus eſt, cui bonus erit? Omnis enim temeritatis ac maliciei & periculoſæ profectionis exemplum eſt, eò quòd quæ quidem ſcripta ſunt,reſecat, quæ verò ſcripta non ſunt,apponit,maximè in Euangelio indiſſolubili in æternum. Sed & ea quæ apponuntur, neque locum habent,neque ænigma. Non enim auertit Ieſus mulieres & liberos. Ipſe enim dixit,Honora patrem ac matrem, &. Quæ Deus coniunxit,homo ne ſeparet. At etiamſi dixit. Niſi quis reliquerit patrem & matrem, & fratrem, & vxorem,& liberos,& cætera, non eſt meus diſcipulus: non vt odio habeamus patres, ſed vt ne à patribus ac matribus ad alterius fidei imperium ſubducamur, aut à doctrina Saluatoris diſcedamus, dixit. Schol. LXXI. Et quum veniſſent in locum qui dicitur Caluariæ locus,crucifixerunt ipſum, & diuiſerunt veſtes ipſius,& obſcuratus eſt ſol. Confut. LXXI. Gloria miſericordi Deo,qui colligauit currus tuos ô Pharao Marcion: & quum velles tu effugere,ſubmerſit ipſos in mari. Nam quum omnia prætexas,non habebis hîc vllam occaſionem prætextus. Qui enim carnem non habet, neque crucifigi poteſt. Quomodo non magnum hoc dictum fugiſti? quomodo non magnam hanc rem occultare conatus es? quæ omnem ab initio excogitatam à te improbitatem diſſoluit. Si enim omnino crucifixus eſt,quomodo non vides crucifixum tactus ſenſum habentem? & clauis manus ac pedes transfixum? Nec verò poterat apparentia hoc eſſe,aut phantaſma ac viſum,velut tu dicis,ſed verè corpus quod ex Maria accepit Dominus, carnem habens noſtram,& oſſa, & alia, quandoquidem & tu confiteris quòd Dominus cruci affixus eſt. Schol. LXXII. Reſcidit hoc, Hodie mecum eris in paradiſo. Confut. LXXII. Rectè hoc & conuenienter reſcidiſti ô Marcion, ſuſtuliſti enim à teipſo ingreſſum paradiſi. Neque enim tu ingredieris,neque eos qui tecum ſunt,ingredi ſines. Reuera enim ex natura odio habent bonum ſeductores,ac decepti. Schol. LXXIII. Et quum clamaſſet voce magna,expirauit. Confut. LXXIII. Si expirauit ô Marcion,& vocem magnam edidit: vnde expirauit, aut quid eſt quod expirauit? Manifeſtum eſt autem etiamſi tu nullus dicas,anima cum deitate à corpore egreſſa,ita vt corpus ſine ſpiritu manſerit,velut veritas habet. Schol. LXXIIII. Et ecce vir nomine Ioſeph,

Veritas humanitatis Chriſti ex vera mandu catione. Cur hanc partem ſu ſtulerit.

Propter Chriſtum omne genu flectẽ dum.

Inuidet honori Chriſti Marcion.

Falſigraphus Marcion.

Periculoſæ profectionis exemplum.

Nulla occaſio prætextus.

Cenſura Marcionis vana de Chriſti corpore.

seph, detractum corpus inuoluit sindone, & posuit in monumento in lapidem excisо. Confut. LXXIIII. Si detractum & inuoluit, & posuit in monumento, te non persuadent, ô Marcion, quis est te stolidior? Quid verò aliud clarius scriptura ostendere possit? quando & monumentum, & locum, & speciem ostendit, & corpus triduanum situm, & inuolucrum sindonis, vt omnem veritatē declararet.

Argumenta humanitatis Christi.

Schol. LXXV. Et reuersæ mulieres quieuerunt sabbato secundum legem. Confutatio LXXV. Vnde reuersæ sunt mulieres? Cur verò & Quieuerunt scriptum est, quàm vt ostenderet scriptura ipsorum testimonium, redarguens tuam dementiam, ô Marcion? Ecce enim & mulieres testantur, & Apostolus, & Iudæi, & Angeli, & Ioseph, qui reuera palpabile corpus detraxit & inuoluit. Quis verò ornabit eum, qui propria condemnatione seipsum peruertit, velut scriptum est? Schol LXXVI. A Dixerunt illi in veste splendida, Quid quæritis viuentem cum mortuis? surrexit, Recordamini quæ dixit quum adhuc vobiscum esset, quòd oportet filium hominis pati & tradi. Confutatio LXXVI. Neque hic te persuadent Angeli ipsi, ô Marcion, confitentes quidem ipsum triduo cum mortuis fuisse, viuere verò de cętero, & non amplius mortuum esse, qui semper quidem viuit in deitate, & omnino non mortuus est. Mortuus autem est secundum carnem per triduum, & rursus viuit. Dicunt enim ipsis, resurrexit, non est hic. Resurrexit autem quid est, nisi quod etiam dormiuit? Clarius enim hoc ipsum enarrant: Recordamini enim, inquiunt, quod quum adhuc superesset in vita, hæc dixit vobis, quod oportet pati filium hominis. Scholium LXXVII. Rescidit hoc quod dictum est ad Cleopam & illum alterum, quum obuiam factus est ipsis, O stulti & tardi ad credendum omnibus quæ loquuti sunt prophetæ. Nónne hæc oportuit pati? & pro hoc, Quæ loquuti sunt prophetæ: fecit, quæ loquutus sum vobis. Redarguitur autem, eò quòd quando fregit panem, aperti sunt oculi ipsorum, & cognouerunt ipsum. Confut. LXXVII. Vnde facta est fractio panis, dic ô Marcion? ab imaginatione, aut à corpore operante, magnitudinem habente secundum veritatem. Vbi enim resurrexit ex mortuis, in ipso sancto corpore surrexit in veritate. Fecisti autem ô Marcion, pro hoc, nónne hæc sunt quę loquuti sunt Prophetæ: nónne hæc sunt quæ loquutus sum vobis. Omnino itaque cognouissent ex verbis, Quæ loquutus sum vobis. Quomodo igitur in fractione panis dicit, Aperti sunt oculi ipsorum, & cognouerunt ipsum, & disparuit, ab ipsis? Decebat enim ipsum qui Deus erat, & corpus suum in spirituale transmutabat, ostendere quidem corpus verum, disparere autem quādo volebat, quia omnia ipsi possibilia sunt. Nam & Helisæus quum propheta esset, & ex Deo gratiam accepisset, petiuit à Deo vt qui ipsum quererent percellerentur cæcitate, & percussi sunt, & nō videbant ipsum quum talis esset qualis erat. Sed & in Sodomis ostium ipsius Loth occultauerunt angeli, & non videbant ipsum Sodomitæ. Num & ostium Loth apparentia erat, ô Marcion? Non relinquitur autem tibi vlla aliqua contradictio. Fregit enim panem, & porrexit discipulis suis. Schol. LXXVIII. Quid turbati estis? videte manus meas & pedes meos, quia spiritus ossa non habet, sicut me videtis habere. Confut. LXXVIII. Quis non deriserit delirum illum, per stultitiam seipsum & aliorum animas detrahentem in infernū? Si enim hæc non confiteretur ipse, probabilis esset ipsius error, & veniam haberent qui ab ipso sunt decepti. Nunc autem postquam ille confitetur, & non sustulit hæc verba, legunt autem ipsa etiam sodales eius, peccatum eius & istorum manet, & inexcusabilis est ipsius & illorum ignis, quum nullam excusationem habeant, Saluatore clarè docente, quod etiam post resurrectionem ossa & carnem habet: velut ipse testatus est, dicens, Sicut me videtis habere. Hæc est tractatio nostri operis propter ipsū facti contra ipsum, ex reliquiis eorum quæ apud ipsum ex Euangelio seruantur. Quare arbitror sanè sufficientia hæc esse ad oppositionem fraudis ipsorum. Deueniam autem & ad consequentia Apostolica dicta quæ adhuc apud ipsum seruantur, & per nos rursus sic delecta sunt. Ita vt superius quidē iuxta ordinem per totum à nobis proposita sint, nunc verò ab epistola ad Galatas initio facto: hæc enim apud ipsum prima habetur. Nos autem tunc electionem fecimus, non velut apud ipsum, sed sicut habet Apostolicorum dictorum series, primùm ea quæ ad Romanos est collocata. Hic autem iuxta ipsius stilum sic apponimus.

Mors Christi ante resurrectionem non frustrà designata.

Signa resurrectionis domini.

Aperti oculi discipulorum.

Indignus excusatione Marcion.

B

C

Ex *Epistola ad Galatas*.

Errata eiusdem Epistolę ad Galatas signata.

SChol. I. Discite quòd iustus ex fide viuet. Quicunque enim sub lege, sub maledictione sunt. Qui verò fecerit ipsa, viuet in ipsis. Confutatio. I. Hoc ipsum, discite quòd iustus ex fide viuet, quę & ab Apostolo dicta sunt, veterem scripturam suscipiunt, quę sanè sunt ab Apostolo ad nostram vitam ex lege & prophetis dicta de nouo Testamento, & sunt coniugata nostræ spei. Sub maledictione sunt dicit, quia in lege minæ erant contra inobedientiam ipsius Adam, donec venit qui ex supernis venit, & corpore ex massa Adam indutus, maledictionem in benedictionem transmutauit. Scholium II. Maledictus omnis qui pendet in ligno. Qui autem ex promissione est, per liberam est. Confutatio. II. Quum ostenderit rursus sanctus Apostolus mysterium aduentus in carne & crucis, ad dissoluendam maledictionem factum esse, idque præscriptum in lege, & prædictum à prophetis futurum esse, & postea perfectū esse in Saluatore: manifestè ostendit insuper quòd non aliena est lex à Saluatore: prædixit enim, & testimonium præbuit his quæ ab ipso facienda erant. Scholium III. Testor autem rursus, quòd homo circumcisus debitor est, vt totam legem impleat. Confutatio III. Debitor est, non velut de desperato dicit, D sed de grauiore onere quod potest leuius reddi. Quum vnus sit Dominus qui potest & grauare & alleuiare, per propositum eorū qui nō recusarūt susciperе salutē, per gratiā ipsius in aduētu ipsius in carne.

Aduentus in carne ad destruēdam maliciam.

Schol.

Schol. IIII. Pro, modicum fermentum totam maſſam fermentat: fecit adulterat. Confut. IIII. Quò nihil veri apud ipſum inueniatur, nuſquam ferè citra maliciam ſcripturas tractat. Verùm ab ipſa conſequentia ſermonis declaratio contingit. Nam fermẽtum quod maſſæ ſubactæ ſpecies eſt, per fermentationem primariam ſpeciem amiſit, & in aliis quoque maſſis eandem corrumpit. Schol. V. Tota
A enim lex vobis impleta eſt, Diliges proximum tuum ſicut teipſum. Confut. V. Quid opus habet ſanctus Apoſtolus lege vti, ſi abalienatum eſt nouum Teſtamentum à veteri lege? Verùm vt oſtendat quod vnius Dei duo Teſtamenta ſunt, quorum conſonantia, impleti. videlicet legis per dilectionem proximi, quæ perfectum bonum operatur, æqualiter in duobus Teſtamentis cognoſcitur: legis perfectionẽ dixit eſſe dilectionem. Schol. VI. Manifeſta autem ſunt opera carnis, quæ ſunt ſcortatio, immunditia, laſciuia, ſimulachrorum cultus, veneficium, inimicitiæ, lites, æmulationes, indignationes, contentiones, ſeditiones, hæreſes, cædes, ebrietates, comeſſationes quæ prædico vobis, quemadmodũ & prædixi, quòd qui talia faciunt, regni Dei hæredes non erunt. Confut. VI. O admiranda myſteria, & cõtraria Dei exempla. Carni enim illigauit omnia horrenda. Caro autem non ſemper erat, ſed in ſexta die ſtructuræ mundi Adam formato, ex eo tempore initium habuit, formationis inquam: vt redarguãtur qui dicũt ſemper ab initio eſſe malum. Nam neque ab eo tempore quo formata eſt caro, peccauit: vt ne plaſtes cauſa peccati putetur, qui carnem peccatricem crearit: neque ante formationem malum extitit: verùm poſt tempus ipſe Adam in inobedientiam collapſus, quum haberet liberum arbitrium in propria voluntate, à ſeipſo peccatum intra ſe excogitatum commiſit, vbi videlicet eundem Dominum per inobedientiam ſpreuit. Vbi itaque erat malum, priuſquàm caro eſſet? Quomodo verò ſtatim vt formata eſt, malum non operata eſt? ſed poſt aliquod tẽpus. Proinde ſublatus eſt ſermo de maliciei
B initio. Non enim poteſt antiqua ab initio eſſe, quoniã in carne poſterius nata malicia, habet vt fiat, aut nõ fiat: Et neq; caro rurſus exors eſt cœleſtium: Et ne quis accuſet ſanctum Apoſtolũ, velut qui dixerit, Caro & ſanguis regnum Dei non poſſidebunt. non enim omni carni culpam attribuit. Quomodo enim culpabitur caro quæ prædicta non fecit? Sed & ex aliis argumentis quæſitum declarabo. Quis enim accuſabit electos Dei? Quomodo non poſſidebit Maria ſancta cum carne regnum cœlorum, quæ non ſcortata eſt, non petulans fuit, non adulterium commiſit, nullum flagitioſum carnis opus perpetrauit, ſed impolluta permanſit? Non igitur de carne dicit, quod non poſſideat regnum cœlorum, ſed de carnalibus hominibus, qui mala per carnem faciunt: quæ ſanè ſunt ſcortatio, ſimulachrorum cultus, & his ſimilia. Et penitus cõfutata eſt fraus tua, ô erronee Marciõ, quum veritas vndiquaque præuerterit, & firmitatem prædicationis vitæ muniuerit. Scholium VII. Qui verò CRISTI ſunt, carnem crucifixerunt cum affectibus & concupiſcentiis. Confutatio VII. Si qui Chriſti ſunt, carnem crucifixerunt ô Marcion, manifeſtum eſt quod ſerui Chriſti ab affectibus & cupiditatibus mundam carnem effecerunt, & Chriſtum imitati ſunt, oſtendentes ipſum carnem crucifixiſſe. Quapropter etiã ipſi eadem cum Domino ſuo ſentiunt, & carnem crucifixerunt. Et ſi carnem crucifixerunt, impoſſibile eſt carnem quæ pro Chriſto paſſa eſt, non cum Chriſto regnare. quemadmodum etiam in alio dicto ſanctus Apoſtolus oſtendit, dicens, Quemadmodum ſocii eſtis afflictionum Chriſti, ſic etiam gloriæ. Scholium VIII. Neque enim qui circunciduntur, ipſi legem ſeruant. Confut. VIII. Non interdicta eſt igitur prior illa circunciſio in proprio tempore, ſi legem ſeruauit. Lex autem Chriſtum
C annunciauit venturum, vt legem libertatis exhiberet. Et non amplius circunciſio in carnem tempori Chriſti inſeruierit. Venit enim vera per Chriſtum circũciſio, cuius figura illa erat. Qui verò adhuc per illam conſignantur, etiamſi omnem legem ſeruauerint, nõ amplius reputabitur ipſis legis obſeruatio. Quãdoquidem enim lex dicit de Chriſto, prophetam excitabit nobis dominus Deus ex fratribus meis ſicut me, ipſum audietis: ipſorum profectò qui Chriſtum non audiuerunt, circunciſio præputium ipſis fit: & obſeruatio legis, non amplius obſeruatio. Bona itaque eſt lex, & bona circunciſio, ex quibus cognouimus Chriſtum, & perfectiorem ipſius legem, & perfectiorem ipſius circunciſionem.

Repr ehen ditur Apoſtol⁹ quòd teſtimonio legis veteris vtatur Peccati & mali otrarigo.

Malicia nõ erat ab initio.

Qui cruci figunt car nem cum vitiis.

Quid Ve la circunciſio.

Ex Epiſtola ad Corinthios I. quę & illis, & nobis ſecunda eſt.

ECholium 1. Scriptum eſt enim, Perdam ſapientiam ſapientium, & prudentiam prudentium reprobabo. Confutatio 1. Si ab his quæ ſcripta ſunt in prophetis, diligit Apoſtolus teſtimonia ad declarandam veritatem & bonam doctrinam: non alieni ſunt prophetæ à veritate & bono, & bona ipſius doctrina. Scholium 11. Quo velut ſcriptum eſt, Qui gloriatur, in Domino glorietur. Confutatio 11. Si laudatus eſt apud prophetas qui in Domino gloriatur, Dominum autem nouit Deum legis, qui apud te ô Marcion, & iudex & opifex & iuſtus appellatur; non alius eſt hic quàm Chriſti pater, cuius diſcipulus eſt Paulus. Nam à prophetę doctrina doctor gentium conſtitutus à Criſto Paulus ex iiſdem ac ſimilibus doctrinis putam aquam hauriens, Eccleſiam ſibi commiſſam rigat. Scholium
D 111. Principium mundi huius qui abolentur. Confutat. 111. Si principes mundi huius multi ſunt, abolentut autem tales: cogeris ô Marcion, non amplius trium principum radices quærere, ſed perſcrutari aliam fabulam multorum principiorum, & multarum radicum, multæque tragœdię. Et quũm cãlumnians finxeris, (non enim repereris, occurrente tibi voce, qui abolentur) ſubuertetur illa à te excogitata principio carens principiorum radix. Omne enim quod deſinit, non eſt ſempiternum. Sed ſi principium habuit vt eſſet, etiam finem habebit. Impoſſibile eſt enim id quod principium habuit, perpetuò durare. Niſi ſanè velit id quod eſt, cauſa fiens eius quod aliquando non fuit, eſſe autem incepit. Id verò quod eſt, eſt Pater, Filius, & Spiritus ſanctus. Quod verò non eſt, ſunt hæc acquiſita, quæ principium habuerunt vt ſint. Inter quę eſt & quod dicitur malum, & eſt malum, quod ex hominibus

Repreben ſiones erorum in Epiſtola ad Corinthios. Pater Chriſti Dominus legis. Principes huius mũdi multi.

initium

initium accepit, qui facti sunt quum aliquando non fuerint. Quum autem malum initium habuerit, ex

Malum initium habuit.

quo tempore etiam homo qui aliquando non erat, non amplius erit malum. Citra ambiguitatem enim tolletur, eò quòd non consentiat princeps cum eo quod habuit principium, & interit mala seipsum constituit. Sedabitur enim post resurrectionem, & non solùm tunc, verùmetiam à legis prædicatione, & ante legem à multis qui secundum naturæ legem vixerũt, & adhuc amplius à CHRISTI in carne aduentu, perfectissimè autem à mortuorum resurrectione. Nam seminantur in corruptione, resurgunt in incorruptibilitate, non amplius malum operantes, non amplius morientes. Sed & quod cessabit, idem Apostoli sermo testatur, dicens, Principum mundi huius qui abolentur. Et sublata est vndiquaque, ô Marcion, doctrina tua, vt quæ imaginaria est & falsa, instabilisque ac absurda. Scholium III. Scriptum est enim, Qui deprehendit sapientes in astutia ipsorũ.

Modus resurgentiũ.

Confut. III. Vox Scriptum est, in vsum prolata, & Cognoscit Dominus, vsurpata, non aliena est ab eo qui delegit hoc sermonis dictum, à sancto videlicet Apostolo, apud quem vsus habetur. Ex quo vsu stilus & character apparet, quòd non sit aliena Apostoli prædicatio à veteri Testamento, vnde ipsi testimonium conflatum est. Et rursus, Dominus cognoscit cogitationes hominum quòd sunt vanæ.

Scholium V. Etenim pascha nostrum immolatus est CHRISTVS. Confutatio V. Si pascha confitetur Apostolus, & immolatum CHRISTVM non negat, non alienum est pascha à CHRISTO qui secundum legem pascha quem immolauit verè, & non apparentia. Cuius ouiculæ figura erat non in apparentia immolatus CHRISTVS, neque citra carnem passus. Quomodo enim potuisset spiritus immolari? Manifestum est enim quòd non potuerit. Quum autem non potuerit sine carne immolari, immolatus autem sit in veritate, velut Apostoli minimè dubia confessio confitetur: profectò omnino clarè ostenditur lex non aliena, in figura lata per tempus, vsque ad perfectiorem & euidentem agnum, in veritate immolatum CHRISTVM, quem præcessit in veteribus temporibus ouicula sensibilis aliis immolata, nobis autem pascha immolatus est CHRISTVS.

Pascha non est alienum à Christo.

Scholium VI. Non scitis quod qui adhæret scorto, vnum corpus est: erunt enim, inquit, duo in carnem vnam. Confut. VI. Si non est vera lex, qua ratione veri testimonium à lege accipiunt? Quorum vnus est sanctus Dei Apostolus Paulus, qui hoc testimonium cum multis aliis ad euidentem declarationem veritatis ac prædicationis boni Dei accepit. Scholium VII. Immutate, Nam pro in lege; dicit, in Mosis lege. Ante hoc verò dicit, Nónne & lex hæc dicit? Confutatio VII. Siue in secunda sententia immutaueris speciem, ô Marcion, & putaueris eò quòd fecisti, in Mosis lege: te abalienare propter Mosem Dei legem, ipsa coniunctio ex supernis tuam dementiam redarguit, nempe, nónne & lex hæc dicit? In lege enim scriptum est, Non obligabis os boui trituranti. Nulla verò iniuria nos affecisti, siue apposueris nomen Mosis, verùm nobis quidem profuisti, contra teipsum verò testimonium strinxisti. Vndiquaque autem confessus es te ignorare Dei esse Mosis legem, ex hoc, in Mosis lege: &, nónne lex dicit. Sequitur enim Apostolus assentiẽs in eo quod postea dicit, num boues curę sunt Deo? aut omnino propter nos dicit? Si verò propter Apostolos dixit lex & Deus in lege loquutus, curam ergo gerit Apostolorum CHRISTI, in eo quòd monet non obligandum esse ipsis os, siue vt loquantur ipsius CHRISTI doctrinam, siue vt quotidianum cibum à populis citra defectum habeant. Non igitur alienos à sua deitate Apostolos nouit, neque Apostoli alienum ipsum Deum putant, ex testimonio quod de omnibus sanctus Apostolus dedit, dum inquit, num boues curæ sunt Deo? aut propter Apostolos dixit. Et si propter Apostolos dixit, creator autem est hominum & iumentorum ac brutorum, ex quorum numero sunt & boues & passeres, reptiliáque ac animalia vniuersa, tum alia, tum marina: ergo curam habet de omnibus iuxta vniuscuiusque proportionem. Et curam quidem de omnibus gerit, in eo quòd dicit, homines & pecora seruabis Domine. Et in eo quòd dixit: Quis dedit coruo cibum? & pulli coruorum ad Dominum vociferantur cibum quærentes, &, Dabis alimentum oportunum omnibus. Imò dum triturãt boues, admonuit vt ne obligemus os boui trituranti. Alioqui ostendisset, non posse Deum nutrire creaturam suam. Imò etiamsi non, per hominum saltem alimentum, quod per ipsos iumentis suppeditatur. Ostendit autem scurras Apostolus, non ob penuriam alimenti, Deum per trituram boum curam gerere, in eo quòd iubet talibus os non obligare, sed per ænigma de Apostolis & ipsorum statu significare. Omnium enim sensibilium prouidentiam facit, & similiter omnium curam gerit. Non enim oppositè Apostolus aduersus Saluatorem scripsit, vt sic plerique prætexant. Minores enim bobus sunt passerculi, de quibus Saluator dixit, Quinque passerculi venduntur duobus assibus. Et rursus, Nónne duo passerculi venduntur vno esse, & vnus ex ipsis non cadet in laqueum, citra patrem vestrum qui in cœlis est? Simul equidem omnium prouidentiam habet, maiorum verò curam gerit, iuxta maiorem speciem spiritualis consequentię. Proinde ex omnibus confitetur eundem creatorem & opificem & legislatorem, veteris ac noui Testamenti esse Deum bonum, & iustum, atque omnium dominum.

Non obligabis os, quomodo accipiendum.

Curam habet de omnibus Dominus.

Consonantia Saluatoris & Apostoli.

Schol. VIII. Num boues curæ sunt Deo? Confut. VIII. De hoc iam tractatum est, & per longum actum in præcedenti dicto. Quapropter superfluum ratus rursus de ipso dicere, contentus fui prædictis. Schol. IX. Non enim volo vos ignorare fratres, quod patres nostri sub nube erant, & omnes per mare transierunt, & omnes eundem spiritualem cibum comederunt, & omnes eundem spiritualé potum biberunt. Biberunt enim ex spirituali sequente petra: petra verò erat Christus. Sed non in pluribus ipsorum complacitum est ipsi. Hæc autem figuræ nobis fuerunt, ne nos simus concupiscentes malorum, quemadmodum & illi concupiuerunt. Neque simulachrorum cultores sitis, sicut quidam illorum, velut scriptum est, Sedit populus vt ederet ac biberet, & surrexerunt ad ludendum. Neque tentemus Christum, vsque quò dicit: Hæc autem figuratè contigerunt illis, scripta verò sunt nobis, &c.

Deus author vtriusque testamenti.

Cur datę sunt hæ figuræ.

Confutatio

Confutatio IX. O ingentem insaniam. Quis habens oculos sole exoriente, seipsum à luce seducit? Si enim patres suos sanctus Apostolus dicit eos qui tunc fuerunt, & sub nube, & per mare transiisse, & spiritualem cibum ac potum esse, comediisse verò ac bibisse ex spirituali sequente petra, Christum autem petram esse dicit: quis Marcionis dementiæ fidem habebit, qui suæ ipsius ac auditorum suorum menti tenebras induxit, alienum esse Christum asserens ab his quæ in lege fiunt, & quæ confitetur Apostolus in veritate, & non in apparentia? Dicit autem sanctus Apostolus, non in pluribus ipsorum cõplacitum esse Deo, omnino propter iniquam eorundem actionem. Si verò non approbauit eos qui secundum legem iniqua operati sunt, ergo indignatur talibus, velut qui ipse legem dedit, & legem suam
" esse docet, quæ tempori data est, & iustè inseruiit, vsque ad aduentum ipsius in carne. Decet enim pa-
" trem familiâs singulatim ac conuenienter præcipere famulis suis ea quæ decent. Statim autem infert, dicens: Hæc autem figuræ nobis fuerunt, ne nos simus concupiscentes malorum, quemadmodum & illi concupiuerunt. Neque simulachrorum cultores sitis, sicut quidam illorum: non contra omnes suffragium ferens. Et vnde nouisti hæc ô Apostole? infert, velut scriptum est, dicens: Sedit populus vt e-
A deret ac biberet, & surrexerunt ad ludendum. Itaque vera est Scriptura, ex qua etiam confutationem contra iniquos Apostolus sumit. Deinde rursus, Neque tentemus Dominum, Marcion autem pro Dominum, fecit Christum, Christum autem & Dominum eundem scimus esse, etiamsi non videatur Marcioni, quum proposita sit Christi appellatio, dum dicit, Petra erat Christus, & non in pluribus ipsorum complacitum est ipsi. Vbi verò recensuit rursus sanctus Apostolus, totam capitis summam dicit: Hæc autem figuratè contigerunt illis, scripta verò sunt nobis in admonitionem. Si itaque quæ figuratè illis contigerunt, scripta sunt nobis in admonitionem, is qui scripsit quę tunc facta sunt, ad admonitionem nostri curam eorum gerebat, quorum etiam admonitionem fecit, vt ne fieremus nos concupiscentes malorum. Qui verò non vult nos malorum concupiscentes esse, profectò bonus est, & non malus. In quibus enim ipse est, in his adhortatur nos esse, idem bonus Deus existens atque iustus, præscriptorum Deus, & eorum qui postea admonentur, creator omnium, & opifex, & legislator, & largitor Euangelii, & dux Apostolorum. Scholium X. Quid igitur dico? quod aliquid templo immolatum sit?
B aut aliquid simulachris immolatum sit? Imò quod quæ immolant, dęmoniis immolant, & non Deo. Apposuit autem Marcion vocem, templo immolatum. Confutatio X. Quid igitur dico? quod simulachris immolatum aliquid sit? Imò quod quæ immolant, dęmoniis immolant, & non Deo. Non repro bauit Apostolus vetus patrum tempus vsque ad seipsum, & vsquequò ipse in Hierusalem substitit, ex eo quòd dicit, eos qui simulachris immolant, dæmoniis immolare, & non Deo. Non ergo condemnauit eos qui Deo immolarunt, quando sacrificiorum vsus erat. Verùm condemnauit eos qui simulachris immolant, non propterea quòd immolent, sed quòd pro Deo simulachris immolent. Neque enim immolant, vt alimentum sibiipsis ex Deo datum, in esum acquirant, sed dęmonibus immolant ac vanę sapientiæ. Tu verò ô Marcion, apposuisti vocem, templo immolatum: vt qui putasti ex eo quòd mixta sũt duo nomina templi ac simulachri, coniungi duorum modorum formam. Et non est hoc ita. Si enim postquam venit nouum Testamentum, immolaretur Christo priuatim, & in nomen ipsius animalia offerrentur, probabile à te excogitatum esset calumniæ mendacium: velut his qui nunc Deo immolãt, & his qui tunc in templo Hierosolymorum immolarunt, & his qui simulachris immolant, simul coniunctis, & dæmoniis immolantibus, & non Deo. Quum autem nemo immolarit animalia Christo, à Christi aduentu & nouo Testamento, manifesta est apud te additio. Si verò etiam ex natura hæc vox in Apostolo haberetur, de templo immolatis, & simulachris immolatis, simul vnum & idem iudicasset, a
C pud eos qui rectam rationem sequuntur, quum abusiuè hæc vox dicatur ab Apostolo, propter homi-
" num consuetudinem qui semper simulachrum sacrum & templum vocant: & vbique intercidit falsa
" tua sententia, ostensa veritate, quòd immolantes simulachris, aut, velut tu dicis, in templo immolantes mendacium operantes, dęmoniis immolant, & non Deo. At non hi qui aliquando secundum legem iustissimè immolarunt. Nunc verò hoc non amplius fiente, ita ipso volente, velut etiam ab origine per Hieremiam prophetam dixit: Vt quid mihi thus ex Saba fers, & cinamomum ex terra longinqua. Et rursus, Sacrificia tua non fuerunt mihi iucunda. Et alibi, Tolle tua sacrificia Israël, & edite carnes; Nõ enim præcepi patribus vestris in die quum apprehenderem ego manum ipsorum, vt educerem ipsos
" ex Aegypto, de sacrificiis: sed hoc prȩcepi ipsis, vt vnusquisque faceret iusticiã erga proximum. Quum
" autem ipse dicat, Non præcepi, & in lege dicat Mosi, Vnusquisque filiorum Israël si obtulerit sacrifi-
" cium ex bobus aut ouibus, masculum immaculatum offerat. Et rursus, Si quis peccauerit, & in delicto
" quodam fuerit, adducat ouem. Et rursus, Si peccauerit populus, offerat vitulum: ostendit se benignè
" accipere sacrificia olim pro salute populi facta, non quòd ipse egeat his, aut velit hæc, sed quòd ad ipso
" rum debilitatem condescendat, & ad humanæ naturæ præconceptam notionem, quò à multitudine deorum ad vnius Dei cognitionem ipsorum mentem transferat. Quandoquidem enim fortiter fundata erat mens ipsorum in sacrificio, velut in pietate quæ pro propitiatione ac salute ipsorum simulachris offerretur: vt ne grauiter ferrent, si semel à consuetudine auerterentur, hoc facere ipsis ad tempus per
D misit, & postea ab imaginatione multitudinis deorum, & ab his quæ ex consuetũdine ab ipsis fiebant, ipsos abducere voluit, vt deinceps cognoscentes vnum, & vni securè credentes, ab ipso audiamus: Num edero carnes taurorum, aut sanguinem hircorum bibero? &, Num quadraginta annis sacrificium obtulistis mihi in deserto domus Israël, & quidem multis sacrificiis tunc oblatis? quò ostendat, quòd non ipsi obtulerunt, quanquam ipse susciperet, & in nomen ipsius illi offerrent: sed propter ipsorum in talibus progressam consuetudinem, donec immutaret abstractos à tali consue-

Christus petra.

Probatio dicti Apostoli ex veteri lege.

Scripturę dantur in admonitionem.

Qui immolant simulachris, diabolo immolãt.

Transmutatio pernicioſa.

Non idẽ dei, & diaboli sacrificium.

Sacrificiorum ratio

Iuſticia erga proximum ſacrificium deo gratum.

Cur permiſit dominus ſacrificare Iudæis.

tudine ad vnum,& ab vno deinceps discerent,quòd neque indigebat,neque indiget,& de cætero per aduentum CHRISTI sui omnem sacrificiorum vsum tolleret,vno sacrificio omnia quæ antea fuerunt, complente ac perficiente,quod est sacrificium & victima CHRISTI. Nam pascha nostrum immolatus est Christus,velut scriptum est. Cuius sacrificii ac paschatis & doctrinę pędagogus fuit lex deducens per figuram, & restituens in aliorum doctrinam. Scholium XI. Vir non debet comam nutrire,quum gloria & imago Dei sit. Confutatio XI. Non solùm imaginem Dei Apostolus hominem esse decernit, sed etiam gloriam. Quum autem comam proponat,quæ corporalis est priuatim in corpore,& non in anima:non alienam certè à Deo bono creaturam esse decernit:propterea quòd confitetur ipse ea quæ in veteri sunt Testamento,in nouo impleri. Scholium.XII. Sed Deus contemperauit corpus. Confutatio XII. Si Deus contemperauit corpus, non autem alium Deum Apostolus prędicat,quàm verum,confitetur autem Deum corpus membris contemperasse:non alium nouit Deũ quàm opificem ipsum bonum,& creatorem & iustum, factorem omnium, ex quibus omnibus vnum opus est homo,qui membris ab ipso probè contemperatus est. Schol.XIII. Erroneè ipse Marcion, Sed in Ecclesia volo quinque verba mente mea loqui,aliter autem propter legem. Confutatio XIII. Ergo etiam linguæ ex dono Spiritus sunt. Linguas autem quales dicit Apostolus? Non solùm voces Hebraicas diuersimodè ac variè in singulis locutionibus rectè cum sapientia variegatas,sed etiam fastuosam Græcorum linguam iactantes indicat,quod Atticè ac Aeolicè & Doricè quidam apud Corinthios loquerẽtur,qui turbas ac seditiones excitarant,ad quos hæc epistola missa est, & confessus quidem est donum esse spirituale,Hebraicis dictionibus vti, & legem docere. Veruntamen & alios fastus linguæ Græcorum destruens, dixit se magis linguis quàm ipsos loqui, propterea quòd ipse esset Hebræus ex Hebræis, apud pedes Gamalielis educatus. Nam Hebræas literas laudi ducit, & donum Spiritus esse dicit. Quapropter etiam ad Timotheum scribens de ipsis,dicit, A iuuentute sacras literas didicisti. Insuper autem appositis his qui ex Græcorum poetis ac rhetoribus originem traxerunt, Omnibus vobis plus linguis loquor,inquit,vt ostendat se etiam Græcæ eruditionis excellens experimentum habuisse. Nam & stilus ipsius indicat ipsum in primis disciplinis versatum esse, cui non potuerunt Epicurei ac Stoici resistere,subuersi per lectam ab ipso sapienter aræ inscriptionem,quę ignoto Deo inscripta erat. de quo statim interpretans dixit: Quem ignorantes colitis,hunc ego annuncio vobis. Et ipse rursus alibi confirmat,dum ait, Dixit quidam proprius ipsorum poeta, Cretenses semper mendaces, malæ bestiæ ventres pigri. per quę verba Epimenidem indicat veterem philosophum,& templi Mithrę siue Solis apud Cretenses sacerdotem. Ex quo etiam Callimachus Libycus testimonium protulit,falsò de Ioue dicens:

Cres semper mendax,tibi qui rex magne sepulchrum
Erexit,quum non sis mortuus,ipse perennis.

Et vides quomodo de linguis sanctus Apostolus narrat: Sed volo quinque verba in Ecclesia mẽte mea hoc est per interpretationem loqui. Sicut propheta in Spiritu sancto præsuppeditata in mentem, per prophetiam proferens in lucem,prodest auditoribus: sic etiam ego,inquit,loqui volo in aurem Ecclesiæ & ad ædificationem,& non per fastum Græcæ ac Hebraicæ linguæ meipsum qui gnarus sum ædificare,& non Ecclesiam,per linguam quam scio. Tu verò ô Marcion appositi Propter legem: velut Apostolus dicat, Volo quinque verba in Ecclesia loqui propter legem. Reuerere Babylon secunda,& noua Sodomorum multiplex mixtio, vsquequò contines linguas,vsquequò audes incessere eos quos nulla iniuria afficere potes? Quęris enim violare angelicas virtutes,eiiciens verba veritatis ab Ecclesia, dicens ad Loth sanctum,Educito viros:& quod moliris,contra teipsum moliris. Verba autem veritatis non eiicies, sed teipsum conculcabis in cæcitate, & in nocte tenebrosa degis, palpatione quęrens ostium,& non inueniens,donec exortus fuerit sol,& videris diem iudicii,in quo etiam ignis occurret tuæ mendacitati. Hic enim te expectat,velut vides. Neque enim habetur apud Apostolum, propter legem,& à te hoc excogitatum est. Si verò etiam dixisset Apostolus propter legem, concinnè dixisset Domino suo,non vt dissolueret legem,sed vt impleret. Scholium XIIII. In lege scriptum est,In aliis linguis,& labiis aliis loquar ad populum hunc. Confutatio XIIII. Si non impleuisset Dominus ea quæ in lege prædicta sunt, quid erat opus Apostolum commonefacere de his quę ex lege in nouo Testamento impleta sunt? velut etiam Saluator ostendit,quòd ipse erat qui & in lege tunc loquutus est,& minas ipsis intentauit,dicens: Quapropter indignatus sum generationi huic,& dixi,semper hi errant corde. Et iurauí,si introibunt in requiem meam. Quare etiam in aliis linguis promisit se loquuturum esse ad ipsos,velut etiam loquutus est,& non intellexerunt. Hoc enim discipulis suis dicere reperitur,Vobis data sunt mysteria regni,illis autem in parabolis,vt videntes non videant,&c. Vbique igitur quum ea quę ex veteri Testamento sunt,impleantur in nouo,omnibus manifestum est,quòd non alterius atque alterius Dei sunt,sed eiusdem ambo Testamenta. Scholium XV. Mulieres in Ecclesiis sileant,non enim permissum est ipsis loqui,sed subditæ sint,velut etiam lex dicit. Confutatio XV. Si secundum legem ordinat sanctus Apostolus Dei bonam disciplinam sanctę Dei Ecclesiæ: nõ inordinata est lex,à qua bonam disciplinam transsumit. Neque alieni Dei lex est, quæ mulierem viro subiecit: complacet enim hoc etiam Apostolo in Ecclesiæ statutis,velut ait,quemadmodum etiam lex dicit. Vbi autem dixit hoc lex,quàm in eo quòd dixit Deus statim ad Euam, Ad virum tuum refugium & ipse tibi dominabitur. Nam etiamsi in aliis locis idem fit,tamen hîc principium est. Si itaque ab eo tẽpore subdita est mulier viro,ex Dei præcepto: consequenter etiam Apostolus subiicit hanc,ita vt nõ aduersetur Deo qui hominem virum & mulierem fecit, & ipse eadem iubens penitus ostendit, quòd eiusdem

Cur vir comã nutrire non debeat. A

Contemperatum corpus Christi.

Linguæ donum à Spiritu sãcto est.

B

Ara Dei ignoti.

Callimachi versus.

Eiicere verba veritatis de Ecclesia. C

Legem impleuisse Christum Apostoli prædicat.

Ordinatio recta legis & Ecclesiæ docetur. D

eiuſdem Dei hoc præceptum eſt,cuius etiam lex erat,& totum vetus Teſtamentum,itemque nouum
hoc eſt ambo Teſtamenta,quæ & tunc & nunc mulierem viro ſubiiciunt,propter piam & bonam diſ-
A ciplinam. Scholium XV I. De reſurrectione mortuorum.Notum autem vobis facio fratres Euan
gelium quod annunciaui vobis.Et,Si Chriſtus non reſurrexit,vana eſt,&c.Sic prædicamus & ſic cre
" didiſtis,quod Chriſtus mortuus eſt,& ſepultus,& reſurrexit tertia die.Quum autem mortale hoc in-
" duerit immortalitatem,tunc fiet ſermo qui ſcriptus eſt,Deuorata eſt mors in victoriam. Confutatio *Chriſti*
" XVI. Si annunciauit,& ipſum rurſus notum facit: non aliunde eſt Euangelium,neque alia notitia *reſurrectio*
poſt vnam,& illud in quo colloquitur per quatuor Euangelia & Apoſtolos,vt redarguat Marcionem *cauſa eſt*
qui poſt tot annos venit,poſt tempora Romani epiſcopi Aniceti appellati,qui nonus fuit ab oditu Pe *noſtræ.*
tri & Pauli Apoſtolorum.Quapropter muniens nos idem Apoſtolus dicit,Etiamſi nos aut angelus de *Anicetus*
cœlo,annunciauerit vobis aliud Euangelium præter hoc quod accepiſtis, anathema ſit, cognoſcens *Romanus*
in ſpiritu,quòd Marcion & aſſeclæ eius peruerſuri eſſent viam probè fundatam.Vnde non amplius di *epiſcopus*
xit,Annuncio vobis,ſed notum facio vobis Euangelium,quod non aliud eſt quàm quod iam annun- *nonus à*
ciaui vobis de quo vos commonefacio,notum vobis facio qua ratione annunciaui vobis Euangelium, *Petro.*
ſi tenetis,niſi fruſtra credidiſtis.Si enim non tenetis velut prædicaui vobis,abſque hoc fruſtra credidi
ſtis.Annunciaui enim vobis, quòd Chriſtus mortuus eſt pro peccatis noſtris ſecundum ſcripturas. &
quod tertia die reſurrexit ſecundum ſcripturas,& non ſecundum fabulam,neque ſecundum doctrinã *Ad quid*
eorum qui à ſeipſis dicturi ſunt quæ non ſunt ſcripta.Nam Iudæi à ſeipſis dicunt eum nõ reſurrexiſſe. *mortuus*
Marcion autem & alii dicunt à ſeipſis, in apparentia paſſum ac ſepultum eſſe. Ego autem ſecundum *Chriſtus.*
B ſcripturas munio vos.ſtatim enim infert,dicens:Sic prædicamus,& ſic credidiſtis,quòd Chriſtus mor
tuus eſt,& ſepultus,& reſurrexit tertia die.Et mox,Si mortui non reſurgunt,neque Chriſtus reſurre-
xit:& ſi Chriſtus non reſurrexit,vana eſt prædicatio noſtra.Et poſt hæc omnia,Oportet enim mortale
hoc induere immortalitatem,& corruptibile hoc induere incorruptibilitatem. Et non dixit,mortale
hoc capere immortalitatem,aut corruptibile hoc capere ſiue ſuſcipere incorruptibilitatem.Quod eſt
autem mortale,quàm corpus,quod non ſolùm ſuſcipit in ſeipſo immortalitatem,ſed etiam habitatio-
ne excipit:& indutura eſt immortalitatem,non corpore abiecto,& anima non moriente, immortali- *Reſurre-*
tatem induente?ſed mortali induente immortalitatem,& corruptibili incorruptibilitatem,hoc eſt ip- *ctio eſt e-*
ſo corpore.Ipſius enim mors eſt & corruptio temporaria,propter ſolutionem illatam ipſi per Adæ ino *ius quod*
bedientiam. Quod autem de perficiendis in ipſo beneficentiis per promiſſionẽ dicat, indicat per hoc *moritur.*
quod dicit:Tunc fiet ſermo qui ſcriptus eſt,deuorata eſt mors in victoriam,quò ſignificet,tunc futurã
mortuorum reſurrectionem.Nam deuorata eſt mors partim in Chriſti reſurrectione & eorum qui cũ
ipſo reſurrexerunt.Reſurrexerunt enim multa corpora ſanctorum,ſicut dicit Euangelium, & ingreſſi *Quando*
ſunt cum ipſo in ſanctam ciuitatem.Tunc autem in victoriam deuoratur,quando ab omnibus vniuer *deuorata*
ſaliter euaneſcit. *eſt mors.*

Ex Epiſtola ad Corinthios ſecunda,quæ tertia eſt apud Marcionem,verum immutato or dine,eò quòd prima apud ipſum locata eſt ad Galatas.

C SChol. I. Quotquot enim ſunt promiſſiones Dei,in ipſo ipſum etiam,quapropter & per ipſum,A- *Immuta-*
men Deo. Confutatio. I. Aperi oculos tuos,& ſaluare ô Marcion.Si verò tu non amplius potes *tio ordi-*
mortuus es enim,hi qui à te decepti ſunt,aperiant oculos ſuos,& fugiant à te,velut ab horrendo rep- *nis.*
tili,& accedentes corrumpente.Si enim quotquot ſunt promiſſiones Dei,in ipſo etiam ſunt,promiſſio-
nes autem Dei nouit Apoſtolus per legem & prophetas: ergo in Chriſto ipſum etiam promiſſionum
complementi confirmabatur.Non igitur alienus eſt Chriſtus à veteri lege,& prophetis, neque à Deo *Promiſ-*
qui loquutus eſt in lege,& in Chriſto promiſſiones impleuit.Imò neque contrarius eſt Chriſtus Deo, *ſiones cõ-*
qui legem dedit & prophetas.Nam eò quòd in ipſo promiſſiones promiſſæ fiunt,idcirco inquit,& per *plentur in*
ipſum, Amen Deo.Ita vt Deus quidem pater promiſerit,Chriſtus autem confirmet,& Dominus Amẽ *Chriſto.*
ipſum ſibi vendicet per ipſum, in his quæ per ipſum promiſſione confirmata ſunt, quum pater ipſius
in lege loquutus ſit, et in Euangelio credentibus ſalutaria donauerit per ipſum Chriſtum dicentem,
Etiam pater,quia ſic fuit bona voluntas coram te. Scholium.II.Non enim nos ipſos prædicamus ſed
Chriſtum Ieſum,nos autem ſeruos veſtros propter Ieſum,quoniam Deus eſt qui dixit,è tenebris lucẽ *Prædica-*
illuceſcere. Confutatio. II. Non prædicant ſeipſos Apoſtoli,ſed Ieſum Chriſtum Dominum.Qua *tiones om*
propter non eſt hæreſis,neque Eccleſia nomine Apoſtolorum prædicata.Nunquam enim audiuimus *nes pro-*
Petrinos aut Paulinos,aut Bartholomęanos, aut Thadhæanos. Sed ab initio vna prædicatio omnium *pter Chri*
Apoſtolorum,non ſeipſos prędicantium,ſed Chriſtum Ieſum Dominum.Et ideo nomen quoque Ec- *ſtum.*
D cleſiæ omnes vnum indidetunt,non de ſeipſis,ſed Domini ipſorum Ieſu Chriſti,quum ab Antiochia *Chriſtia-*
cœperint Chriſtiani vocari,hoc eſt vna ſola catholica Eccleſia,nõ aliud quid habens,ſed Chriſti Chri *norum v-*
ſtianorum Eccleſia exiſtens,non Chriſtorum,ſed Chriſtianorum:illo quidem vno exiſtẽte, his verò ab *na appel-*
vno Chriſtianis appellatis. Poſt hanc verò & ipſius prędones,omnes non amplius eiuſdem formę ap- *latio.*
parentes,per appoſitia nomina Manichęorũ & Simonianorum et Valentinianorũ atque Ebionęorum.
Ex quorum numero et tu Marcion vnus es,et tuo nomine cognominati ſunt qui à te decepti ſunt,velut *Locũ ha-*
qui teipſum prędicaſti,et non Chriſtum. Deinde verò inquit,Deus eſt qui dixit,è tenebris lucem illu- *bet Mar-*
ceſcere.Deus autem qualis quàm ille vnus?qui in propheta oſtendit ex tenebris lucem,hoc eſt,ab ho- *cion cum*
minum incredulitate et ignorantia,lucem ac cognitionem,quę in Chriſto illuxit in cordibus noſtris, *hæreſiar-*
chis.

qui aliquando gentes & ſimulachrorum cultores eramus, nunc autem Deum cognouimus, qui tunc in propheta promiſit, lucem ſuam in mundo luceſcere, velut qui non alienus ſit à veteri & nouo Teſtamẽto: quemadmodum nobis mos eſt perſuadere te ô Marcion, ex his quas ſcriptas habes Euangelii reliquiis, & non à te ſeduci. Scholium III. Habentes autem eundem ſpiritum fidei, & nos credimus, quare etiam loquimur. Reſcidit, iuxta id quod ſcriptum eſt. Confutatio III. Non dabitur tibi locus, quæcunque tandem auſus fueris. Etiamſi enim excideris, iuxta id quod ſcriptum eſt, apparet tamen præſcriptæ dictionis conſequentia. Nam ab hoc, Credidi, quapropter & loquutus ſum: ſtatim æqualia inferens Apoſtolus dixit, Habentes eundem ſpiritum fidei, & nos credimus, quare etiam loquimur. Omnibus autem manifeſtum eſt hoc, quod in centeſimo decimoquinto pſalmo, qui Alleluia inſcriptionem habet, & ex libro Dauidis eſt, & ab ipſo vaticinante prædictus eſt hic ſermo, Credidi, quapropter & locutus ſum: ſcriptus eſt. Vnde etiam Apoſtolus dictum accepit, & ſimiliter dixit, Credimus & nos, quare etiam loquimur, quum vnus ſit de numero Apoſtolorum. Vnde non dicit, Credidi, quare etiam locutus ſum; ſed Credimus nos, quare etiam loquimur. quò ſeipſum cum aliis Apoſtolis coniungat. & dicit, Habentes eundem ſpiritum, vt oſtendat ſpiritum qui in Dauide loquutus eſt, eundem eſſe & in Apoſtolis. Aquo ſanè tunc ille vaticinans credidit, in quo ſpiritu etiam ipſi exiſtentes credunt & loquuntur. Multa autem eſt iniuria, & vt ita dicam, prærogatiua ſententiarum. Quum enim Apoſtolus vnum & eundem ſpiritum dicat, quomodo Marcionis dementia confitens hunc ſermonem, audet dicere ſanctum Apoſtolum dixiſſe, alium eſſe ſpiritum qui tunc fuit, & alium in Apoſtolis?

Eadem tenent qui eodem ſpiritu ducũtur.

Inſcriptio Pſalmi 115. qualis

Vnus eſt Spiritus Sanctus.

Ex epiſtola ad Romanos quarta: ſic enim apud Marcionem habetur, vt nihil rectum apud ipſum ſit.

SChol. I. Quicunque iniquè & ſine lege peccauerunt, iniquè etiam & ſine lege peribunt. Et quicunque in lege peccauerunt, per legem iudicabuntur. Non enim auditores legis iuſti ſunt apud Deum, ſed factores legis iuſtificabuntur. Confutatio I. Si qui ſine lege peccauerunt, ſine lege etiam peribunt, lex eſt ſalutis cauſa ſi ſeruetur, & non ſinit ſeruantes ipſam perire. Et ſi qui per legem peccauerũt per legem iudicabuntur. Ergo iudex eſt lex tranſgreſſionum, non perditionis, ſed iuſti iudicii, ſanctè iudicans tranſgreſſores, Non enim auditores legis iuſti ſunt apud Deum, ſed factores legis iuſtificabũtur. Si enim lex facta iuſtificat factorem, non mala eſt lex, neque iniuſta, propter quam hi qui faciunt legem, iuſti fiunt. Ex lege autem eſt & fides in Chriſtum prædicta, ſine quo nemo iuſtificabitur: & in quo qui credidit, iuxta prędictum legis teſtimonium, non poteſt rurſus iuſtificari, quum velut complementum ſit Chriſtus legis, iuxta id quod ab Apoſtolo dictum eſt; Complementum legis Chriſtus ad iuſtificationem: oſtendit enim quod ſine lege & Chriſto, non eſt iuſticia. Neque enim Iudæi ſine Chriſto iuſtificabuntur, quum non acceperint Chriſtum. Neque tu, Marcion, iuſtificaberis, abnegans legem. Scholium II. Circumciſio quidem iuuat, ſi legem fecetis. Si verò tranſgreſſor legis fueris, circumciſio tua præputium facta eſt. Confutatio. II. Si pronunciat ſanctus Apoſtolus circumciſionem prodeſſe, quis in his quę proſunt vituperium fecerit? niſi ſanè quis ſerpenti ſimilis fiat. Huic enim ſimilis es ô Marcion, nã & ille peruertens à Deo dicta, perſuaſit Euã, dicẽs: Nõ morte moriemini. Legem enim circumciſioni colligauit, & circumciſionem legi conuenientem oſtendit, & eiuſdem Dei præceptum eſſe indicauit, qui & circumciſionem aliquando dedit, & legem in auxilium tulit, à qua Chriſtus creditus perfectè & loqui & facere credentibus exhibet. Schol. III. Habentem formationem cognitionis ac veritatis in lege. Confutatio. III. Si cognitio formationem habet, à formatione verò ſpecies apparet, Apoſtoli autem qui cognitionem & veritatem habent, itidemque ipſorum diſcipuli, nouerunt à formatione legis ſpeciem ſe acquiſiuiſſe, hoc eſt cognitionem & veritatem. Non ergo aliena eſt lex à cognitione & veritate. Nam per formationem in ipſa cognouerunt prædicatores veritatis cognitionem & veritatem. Scholium IIII. Adhuc enim Chriſtus quum nos eſſemus debiles, adhuc iuxta tempus, pro impiis mortuus eſt. Confutatio. IIII. Vox adhuc, & mortuus eſt non apparentiæ, ſed veritatis ſignificatiua eſt. Si enim apparentia erat, quid opus erat dicere adhuc? quum CHRISTVS poſſit ſemper & nunc in ſpecie apparere, & non dici, adhuc quum nos eſſemus debiles. Nam per adhuc, tunc ipſum mortuum eſſe expreſſit, & quòd iuſtificauit per mortem, vt non amplius opus habeat mori pro peccatoribus ſemel mortuus, & per ſeipſum non amplius moriens.

Ordine peruerſio locat Epiſtolam ad Romanos.

Impoſſibilis eſt Iudæorũ iuſtificatio ſine Chriſto.

Vnde apparet ſpecies.

Mortuus chriſtus pro impiis.

Scholium. V. Quare lex quidem ſancta, & præceptum ſanctum ac iuſtum & bonum. Confut. V. Conſentit & ſuffragatur legi, quod ipſa iuſta eſt, et præcepto itidem in ipſa expreſſo, tribus teſtimoniis hoc muniens, ſanctum ipſum dicens et iuſtum ac bonum, vt redarguat te, ô Marciõ, et nos doceat ſãcti eſſe legem, cuius etiam pręceptum ſanctum, et ipſum ſanctum eſſe ac bonum. Quapropter quum ſit boni præceptum, bonum vocatur: et quum ſit ſancti, ſanctum eſt: et quum iuſtum ſit, iuſti præceptũ vocatur, quum vnus ſit et tunc et nunc, qui eſt ſanctus et iuſtus et bonus. Quapropter etiam præceptũ ipſius, et tunc et nunc, in lege et in nouo Teſtamento, ſanctum eſt et iuſtum et bonum. Scholium. VI. Vt iuſtificatio legis impleretur in nobis. Confutatio. VI. In Apoſtolis et in nobis iuſtificatio legis impletur. Quomodo audes tu, ô Marcion, dicere, legem alienam eſſe ab Apoſtolis Dei, qui ſecundũ legis complementum iuſtificantur. Scholium. VII. Finis enim legis Chriſtus ad iuſticiam omni credenti. Confutatio. VII. Si ad iuſticiam venit Chriſtus omni credenti, ita vt lex non perficiatur, niſi Chriſtus perficiat ſua præſentia: non ergo perficiẽtur ô Iudæi in lege manentes, niſi Chriſtum qui aduenit, credentes in ipſum ſuſceperitis. Imò neque tu ô Marcion ſaluari poteris, in Chriſto prædicationis

Cur lex ſancta ſit.

Boni præceptũ bonum.

Chriſti ad uentus ad iuſticiam.

tionis principium ac radicem reiiciés, hoc eſt legem, ex qua Chriſtus cognitus perficit eum qui legem non abominatur, velut quæ aliena ſit à Chriſto. Schol. VIII. Qui enim diligit proximum, legem impleuit. Confutatio VIII. Si per dilectionem proximi lex impletur, non aliena eſt à Chriſto & Deo patre Domini noſtri Ieſu Chriſti & Dei ipſa lex, quæ proximum diligere iubet, quia Deus charitas eſt. Et omnia quæ ab ipſa prędicantur, ſimiliter ſemper prædicantur, & tunc & nunc, & in veteri & A nouo Teſtamento.

Ex epiſtola ad Theſſalonicenſes prima, quę quinta Marcioni eſt, octaua verò apud Apoſtolum, quum omnia peruerſè Marcion ex ipſa habeat, nihil appoſuimus. Similiter item ex ſecunda ad Theſſalonicenſes, ſexta apud Marcionem, nona verò apud Apoſtolum, rurſus nihil appoſuimus, quum ſimiliter omnia in ipſa à Marcione ſint peruerſa.

Cauſa redditur omiſſionis duarũ Epiſtolarum Pauli ad Theſſalonicẽſes.

Ex epiſtola ad Epheſios, ſeptima apud Marcionem, quinta apud Apoſtolum, hæc ſunt.

SChol. I. Mementote quod vos quondam gentes, qui vocabamini pręputium, ab ea quę vocabatur circumciſio in carne per manum facta: eratis tempore illo ſine Chriſto, abalienati à conuerſatione Iſraël, & alieni à Teſtamẽtis promiſsionis, ſpem non habentes, & impii in mundo. Nunc autem in Chriſto Ieſu vos, qui aliquando eratis procul, facti eſtis propinqui in ſanguine ipſius. Ipſe enim eſt pax noſtra, qui fecit vtraque vnum, &c. Confutatio I. Mementote, temporis ſpeciem ſignificat: & qui vocabamini ab ea quæ vocabatur, rerum formas indicat, itemque vox in carne: quò oſtendat figuram in carne expectantem ſpiritus tempus, vt perfectiora ex figura indicet. Sine Chriſto enim, à conuerſatione B Iſraël abalienatum erat pręputium: abalienatum autem, alienum erat à promiſsione & Teſtamento. Et qui ab hoc originem trahebant, ſpem non habebant, ſed impii & ſine Deo erant in mundo, velut oſtenſum eſt ex Apoſtoli verbis. Verùm tu Marcion neque vides, neque audis, alioqui intelligeres quantorum bonorum cauſam ſanctus Apoſtolus legem dicit, his qui in lege illo tempore vixerunt. In Chriſto enim Ieſu hi qui aliquando erant procul, nunc ptopinqui facti ſunt, in ſanguine ipſius. Ipſe enim eſt pax noſtra, qui fecit vtraque vnum. Si autem vtraque vnum fecit, & non alterum ſuſtulit, alterum conſtituit ergo neque prius illud alienum eſt ab ipſo, neque poſterius diremit à primo, ſed ambo in vnum collegit, non ſimpliciter, non in apparentia, ſed euidenter in ſanguine ſuo, velut certa Apoſtoli indicat doctrina. Scholium II. Quapropter dicit: Surge qui dormis, & ſurge à mortuis, & illuceſcet tibi Chriſtus. Confutatio II. Vnde habet Apoſtolus hoc, Quapropter dicit? Imò ex veteri, velut manifeſtum eſt, Teſtamento. Hoc autem habetur apud Heliam. vnde autem originem trahebat Helias? Imò vnus erat ex prophetis qui ſecundum legem vixerunt, à lege & prophetis originem ducens. Si autem in Chriſto vaticinatus eſt, Surge qui dormis, & ſurge ex mortuis, & illuceſcet tibi Chriſtus: ergo exemplar per Lazarum & alios impletum eſt, de quibus iidem dubitabant, Martha & Maria dicentes Iam olet, quartanarius eſt: & principis ſynagogæ amici dicentes, Ne vexetis magiſtrum: & ipſe dixit, Ne timeatis, non enim mortua eſt, ſed dormit. Clarè enim ab eo tempore prędicatio dicebat reſurrectionem per CHRISTVM fore, & poteſtatem facilitatis oſtendebat, quo potentiam CHRISTI indicaret. quod velut homini facile eſt non mortuum, ſed dormientem per vocem excitare: ſic C etiam CHRISTO promptiſsimum erat dicere, Laxare veni foras. & hoc, Cumi cumi talitha, hoc eſt, Surge puella. Et per manifeſtas demõſtrationes ſignificabat ſermo ille vocationem noſtram, à mortuis operibus & ſomno graui excitantem nos Chriſtum, qui aliquando dormiuimus: & illuminantem nos per vocationem, quæ fuit ſecunda coniunctio. Quod verò perfectum eſt & vniuerſale, id expectatur, quando idem qui dicit, Ego ſum reſurrectio & vita, et omnes vocabit, et corpore atque anima excitabit, et illuminabit in futuro ſuo aduentu. Scholium III. Huius rei gratia relinquet homo patrem ac matrem, et adhęrebit vxori, et erunt duo in carnem vnam. citra vocem, vxori. Confutatio. III. Demonſtratum eſt ſæpe, non aliena eſſe eà quæ ſunt in lege ab his quæ Apoſtoli docent. Et quamuis tu ô Marcion, reſcideris vocem Vxori: tamen ex hoc, Erunt duo in carnem vnam, vniuerſa malicià tua manifeſta erit.

Iniqua ſcholia Marciõis in Epiſtolam ad Epheſios.

Dictum Apoſtoli quo ſpectet.

Aduentus Chriſti cauſa fuit propinquitatis.

Exemplar per Lazarũ impletum eſt de reſurrectione.

Ex epiſtola ad Coloſs. octaua Marcioni, apud Apoſtolum vero loco ſeptimo poſita.

SChol. I. Ne igitur quis vos iudicet in cibo aut potu, aut in parte feſtiuitatis, aut nouilunii, ac ſabbatorum, quæ ſunt vmbra rerum futurarum. Confutatio I. Nuſquam ſubſidet vmbra ô Marcion, D quàm à corpore: et corpus non poteſt eſſe, vmbra ab ipſo non apparente. Vnde credere debent qui à te decepti ſunt, per eas quæ adhuc apud te ſeruantur veritatis diuinarum ſcripturarum reliquiæ, quod à futuris quæ reuelabuntur bonis, non alienæ erant iuſtificationes tunc temporaliter receptæ, de cibo et potu, parte feſtiuitatem, et nouiluniorum ac ſabbatorum. Quorum bonorum vmbræ erant prædicta illa, per quas vmbras corpus apprehendimus iſtantium bonorum, in lege quidem vmbratili pictura expreſſorum, in Chriſto autem perfectorum.

Iudicium Marciõis de Epiſtola ad Coloſſenſes.

Ex epiſtola ad Philemonem nona.

Censura Epistolæ ad Philemonem.

SIc enim apud ipsum habetur, apud Apostolum verò vltima est. Verùm in quibusdam exemplaribus decimatertia est, ante eam quę ad Hebræos scripta est, locata. Alia verò exemplaria habent eam quę ad Hebræos scripta est decimam, ante duas ad Timotheum, & ad Titum, & ad Philemonem. Omnia autem exemplaria salua & vera eam quæ Romanis missa est, primam habent: non velut tu, Marcion, primam locasti eam quæ ad Galatas scripta est. Ex hac itaque epistola ad Philemonem nihil apposuimus, eò quòd penitus peruersa apud ipsum habetur. A

Ex epistola ad Philippenses decima.

De ordine Epistolæ Pauli ad Philippēses opinio Marcionis.

SIc enim apud Marcionem habetur vltima & decima, apud Apostolum verò sexta, similiter nihil excerpsimus, eò quòd peruersa apud ipsum habetur. Atque sic completa est compositio reliquiarum Marcionis ex Euangelio secundum Lucam & Apostolo seruatarum: ex quorum ab ipso receptorum verborum argumento, nos ea quæ contra ipsum sunt, delegimus, ac cōfutationes apposuimus. Apposuit autem in proptio Apostolico appellato, etiam eam quæ ad Laodicenses scripta est,

Ex *epistola ad Laodicenses.*

Apostolicus liber Marciōis Animadversio Marciōis in Epistolā ad Laodicenses. Confessio vnius fidei, baptismatis, & vnius Dei clara.

SChol. 1. Vnus Dominus, vna fides, vnum baptisma, vnus Deus & pater omnium, qui est super omnia, & per omnia & in omnibus. Confutatio. 1. Concinnè ad epistolam ad Ephesios, etiam hæc contra te, ô Marcion, testimonia ex epistola ad Laodicenses collegisti, vt in fine conclusionis legentes quæ apud te sunt, & cognoscentes sententiam tuam, discamus, ac condemnemus tria principia principium non habentia, & differentias inter se habētia per te alieno modo excogitata. Non enim sic habet sancti Apostoli tractatio, & secura prædicatio, sed aliter, præter tuum figmentum. Clarè enim dixit vnum Dominum, vnam fidem, vnum baptisma, vnum Deum, eundem patrem omnium, eundem super omnia & in omnibus, per legem & Prophetas, & in omnibus Apostolis, & in his qui deinceps sequūtur. Hæc quidem est nostræ speculationis conpositio, in prædictis excerptis ex scriptura quæ adhuc apud Marcionem seruatur, à nobis facta. Ad quorum delectionem si quis respexerit, mirabitur magnificas Dei dispensationes, quum singulæ res per testimonia quædam confirmenturac stabiliantur, prout nudo modo Deus hic largitus est nobis per suam, velut dixi, dispensationem coniungere, ita vt septuaginta quidem & octo testimonia ex Euangelio, quadraginta verò ex Apostolo produxerimus, quæ apud ipsum adhuc in hūcdiem seruantur & habentur, vt ex toto sint testimonia centum & decē & octo, quæ omnia ipsius Marcionis sententiam impugnant. Etiamsi hoc postremum ex alia superflua extra Euangelium & Apostolum posita epistola producatur. Non enim visum est miserrimo Marcioni hoc testimonium ex epistola ad Ephesios citare, sed ex epistola ad Laodicenses, quæ non est in Apostolo. Atque hæc sanè testimonia quum stolida illa bestia & in multis miserè lapsa non legat, non videt vtique euersionem sui ipsius iu singulis palàm fieri, & nemo de hoc miretur. Quomodo enim hic qui profitetur se habere aliquid Euangelii & Apostoli, non vel pauca Scripturæ verba seruare possit? Nam cum totum corpus, vt ita dicam, diuinæ scripturæ integrum seruetur, quale membrum repererit mortuum iuxta suam sententiam, vt mendacium contra veritatem introduceret? Verum, vt ita dicam, detruncauit, & mutatione facta, multa membra resecuit, quædam verò apud se retinuit. Sed & ipsa retenta adhuc viuentia mortificati non possunt, verùm illic manet vtilitatis significatio, etiamsi multipliciter apud ipsum concisa fuetint. Cæterùm post hęc omnia amplius mentionem faciemus, quomodo quidam ex iisdem Marcionistis ad profundam blasphemiam delapsi, & ex sua diabolica doctrina attoniti penitus facti, ne nominis quidem Domini nomenclationem facere voluerunt. Et alii ex ipsis effreni lingua deitatem ipsius aduersantes, nomen generationis ex supernis vituperare non verentur. Quidam enim ipsorum ausi fuerunt dicere, ipsum Dominum esse filium diaboli, omni pudore exclusō. Alii verò non, sed iudicis & opificis. & ipsum, quum magis misericors esset, ac bonus, reliquisse proprium suum patrem infernè, opificem videlicet, vt aliqui dicunt: aut vt alii, diabolum: sursum verò accurrisse ad bonum Deum in innominatis locis constitutum, & ipsi adiunctum esse, missum autem ab ipso in mundum, & aduersus proprium patrem CHRISTVM venisse, dissoluisse omnia ipsius quæ naturalis eius pater sanciuerat, siue ille qui in lege loquutus est, siue ille maliciei deus, qui ab ipsis in tertio principatu locatur. aliter enim atque aliter de hoc sentiunt, velut dixi. Hæc autem omnibus ratione præditis manifesta sunt, quòd immundi spiritus est hęc sapientia ac doctrina: & neque opus erat de hoc argumento respondere, aut confutationem producere: quum ipse Marcion palàm per omnia vitę suę obliuionem induxerit. Deprehendetur enim ab omnibus prudentibus maledica eius vanitas, & temeraria perditionis operatio. At quādoquidem consueuimus non sinere spinarum locum sed excindere per machæram Dei, quæ omnem ancipitem gladium excidit, penetratque vsque ad partes animæ ac spiritus, iuncturasque ac medullas, velut scriptum est, pauca etiam in hoc dicere, non cūctabimur. Primùm equidē: Quòd si bonus ex malo genitus est, non amplius principiorū ratio cōsisteret. Potest enim & ipsius pater, si malus est, quod absit, imò bonus est, mutare mētē, velut qui ab ipso genitus est, mutauit. Deinde verò: Si omnino venit vnigenitus, vt homines saluaret, & latronē in paradisum introduceret, & publicanū à telonio ad pœnitētiā vocaret, & scortū quod vngebat ipsius pedes à malicia curaret. Si verò etiā bona facit Deus, bonus est, & misericors. Multò igitur magis oportebat ipsū ergà proximū suū patrē misericordiam suscipere, & ipsum primum ad salutē trāsponere: vt vbi primum pa

Testimonium epistolæ Laodicensi ad scriptum quod nusquam est illic.

Blasphemia Marcionistarum.

Signum doctrinæ praue.

Ex bona per se malum nō gignitur.

trem

trem ſuum immutaſſet, perfectè oſtendat perfectam bonitatem, patris ſui miſertus, velut ſcriptum eſt: Vt bonum faciamus primùm in fidei conſortes, quanto magis vt miſereamur patrum noſtrorum? Sed & adhuc aliud eſt, quod appoſui huc ad Marcionem confutandum. Siquidem vnus eſt filius, & ad alterum confugit, haud quaquam fidelis apud alterum ſuſcipietur. Qui enim conſcientiam erga proprium ſuum patrem non cuſtodiuit, is neque apud alterum fidem reperiet ex his quæ ab ipſo ante facta ſunt. Sed & aliter rurſus, ô Marcion, ob penuriam eius qui mitteretur, non potuit ſupernus Deus ſaluare eos qui ab ipſo ſaluantur, & quorum ipſe per CHRISTVM miſertus eſt. Si enim non aufugiſſet (iuxta Marcionis ſententiam) CHRISTVS ad ſupernum Deum, non habuiſſet bonus ille Deus quem miſiſſet, niſi CHRISTI pater in offenſione erga proprium filium ſuum fuiſſet, velut Marcio dicit. Et adhuc aliter: Si opificis filius eſt, aduerſatur autem opificio, & patris operi, primùm quidem vbi veniſſet in mundum, debuiſſet homines exterminare, vt deſtrueret opus à proprio ſuo patre factum, velut aduerſarius paternæ affectionis exiſtens. Aut rurſus, vbi accepiſſet virtutem ſanationis & curationis ac ſalutis, debuiſſet erga proprium ſuum patrem præ omnibus humanitatis officium oſtendiſſe, & primùm perſuaſiſſe patrem ſuum ad ipſius bonitatem ſuſcipiendam, vt ſalutis humanæ vna & eadem bonitas eſſet. Verùm nõ ſic ſe habet res, velut vanus ac fabuloſus illius ſermo tradit. Neque enim tria ſunt principia, neque alius CHRISTI pater, neque malitiei eſt ſoboles, abſit. Dicit enim: Ego in patre, & pater in me. Et ſiquidem falſò dicit ſe patrem habere, non poteſt ſpurius ipſius pater in ipſo eſſe, neque ipſe in patre: Qui verò patrem ſuum ſecundum naturam ſemper bonum & ſempet Deum, & omnium opificem qui in ipſo & cum ipſo eſt, docet ac verè prædicat: is eſt qui contra Marcionem minas recenſet, dum dicit: Qui non honorat Filium velut honorat Patrem, ira Dei manet ſuper ipſum. Iam verò in multis teſtimoniis oſtendimus, vnum eſſe Deum patrem Domini noſtri IESV CHRISTI, qui bonus eſt, & bonum genuit: charitas eſt, & charitatem genuit; fons eſt, & vitæ fontem genuit apud te enim eſt fons vitæ, inquit Scriptura: veritas eſt, & veritatem genuit: lux eſt, & lucem genuit: vita eſt, & vitam genuit: ſine principio, ſempiternè & ſine tempore. Et confutatus eſt per omnia Marcionis error. Quũ itaque hæc ſic ſe habeant, & ſubuerſio impoſtoris illius per multam ac veram confirmationem ex Dei auxilio à nobis perfecta ſit, & hæc nunc velut magna aſpis per minimè mendacem Saluatoris ſermonẽ conculcata ſit: ipſe enim dixit, Dedi vobis poteſtatem calcãdi ſuper ſerpentes & ſcorpios, & ſuper omnem virtutem inimici. rurſus ad conſequentia tranſeamus, & aliarum ſectarum vanam ſapientiam confideremus ac confutemus, Deum auxiliarium in omnibus inuocantes.

Vt bonum faciamus quid agẽdum.

Vana cõgitatio de Deo.

Conuincitur Marcion de hæreſi in patrem & filium.

Proſtrata iacet hæreſis Marcionis.

Contra Lucianiſtas, hæreſim. XLIII.

LVcianus quidam antiquus, non is qui nunc temporib. Conſtantini ſenis vixit, quem videlicet Arriani inter teſtes citant. Erat enim etiam hic Lucianꝰ, recẽs inquam, Arrianorum hæreſi addictus, de quo poſtea in ipſius ſubuerſione dicemus. Nunc autem ad dictum antiquum Lucianum ſermonem dirigimus. Hic enim prædictum Marcionem inſecutus, & ab hoc ſe diſſecans, etiam ipſe congregationem ſibiipſi fecit, & hæreſim erexit, à quo Lucianiſtæ antiqui ſunt appellati. Per omnia igitur ſecundũ Marcionem dogmata profert. Quibus etiam vtuntur ipſius complices, velut fama ad nos pertulit. Nã cũ antiqui hi ſint, & citius extincti, difficilis fuit nobis, velut verè videre eſt, de ipſis perſcrutatio. Quæ verò ex parte de ipſo cognouimus, hæc ſunt. Poſtquam affirmauit alium quidem opificem & iudicem & iuſtum, alium verò bonum ſimiliter, & alium malum: vult quoque teſtimoniis vti quibuſdam ſecũdum Marcionem, iuxta ſuam opinionem ex Prophetarum ſcriptura, nempe: Vanũs qui ſeruit Domino. Et quod dictum eſt: Reſtiterunt Deo, & ſaluati ſunt. Poſtremum autem hic præter magiſtri ſui doctrinam, nuptias abnegat, & caſtitatem exercet: non propter caſtitatem, ſed vt reprobet opera opificis, docens non cõiungi nuptiis à quibus nuptiis abundãtia (inquit) per puerorũ generationẽ oboritur in mundo ipſi opifici, ad oppoſitionẽ opulentiæ opificis ac creatoris per puerorũ in mundo generationẽ. Deprehenderetur autem facilè talis, & coarguetur, ex iam facta oppoſitione aduerſum præceptorẽ eius, quum per longum fecerimus nos cõtradictionem aduerſus ipſum, & euerſionem, in quibus & quot cò cordat Euangelium veteri Teſtamento, & quod ipſe Dominus noſter confitetur, creationem mundi eſſe ſuam propriam, & Saluatoris eſſe creationem, vt in ſumma principaliſſimo quodam dicto declarem, apud ſanctum Ioannem habetur: In principio erat Verbum, & Verbum erat apud Deum, & Deus erat Verbum: omnia per ipſum facta ſunt, & ſine ipſo factum eſt nihil quod factum eſt, &c. Sed & talis ſtatim ſubuertetur. Nam etiam ſi velit dicere, quòd oppoſitionis gratia & deſtructionis eorum quæ hic ab opifice dicta ſunt, nuptiarum coniunctio ab ipſo reprobatur, vt ne opificem adiuuent, ſed ab opere opificis penitus abſtineant: quomodo non temerarium & deprehenſu facile, & ex procliui confutabile eſt argumentum? Ecce enim à creatione & opificio opificis, tum cibis tum potibus vtitur impoſtor ille ac circulator, & aliter non poteſt effugere, & non his vti. Deus enim vniuerſorum Dominus & opifex, omnium curam gerens, & ſuper malos & bonos oriri facit ſolem ſuum, & ſuper blaſphemantes ipſum, & ſuper glorificantes mittit pluuiam ſuam, & omnes nutrit, non temerario quodam & ſtupido decreto, ſed vt vltionem ab ipſo decretam in futuro iudicio, longanimitatem habens, & proptiis decretis ac ſapientia omnia gubernans, velut decet ipſius erga omnes vtilitatem: quo hi qui pœnitentiam egerunt, obliuionem malorum ab ipſo adepti, ſalutem conſequantur. Si verò permanſerint in ſuis blaſphemis opinionibus, & vanis perſuaſionibus, non ex Deo ipſis datis, tunc poſt diſceſſum ex hac vita, libero arbitrio non amplius in ipſis permanente, neque propter indignationem,

Hæreſis Lucianiſtarũ 43. Luciani duo.

Hæreſis cenſentiẽs Marcioni.

Opificũ multitudo & varietas.

Nuptiarum abnegatio.

præceptor Luciani.

Creatio Dei vniꝰ.

Omnes promiſcuè boni & mali à Deo nutriuntur.

tunc futurum iudicium, neque velut in ira inferens futura. Omnia enim præuaticinatus est propter deitatem suam non intra affectus contentam, sed prout vnusquisque in detrimentum suum quid operatus, sibiipsi causa mali fuit, ita vt Deus insons sit nostræ præuaricationis, & ex hac futuræ contra nos condemnationis. In omnibus igitur etiam hic deprehendetur prioribus & posterioribus sectis immixtus, ex numero filiorum perditionis existens, declarãte veritate, & luce Euangelij clarè omnem orbem terrarum illustrante, ac seruante filios veræ fidei in veritate. Proinde velut qui ex breui & arcto scopulo serpentem prominentem, per paruum quoddam instrumentum sustulimus, hoc enecto relicto, consequenter ad reliquas pergamus, iuxta nostrum promissum, auxilio Dei assumpto, ad veritatis ipsius declarationem ac confirmationem. A

Vnusquisque mali sui faber.

Hæreses mutuò se gignũt & iuuant.

Contra Apelleianos, hæresim. XLIIII.

Appelleianorũ hæresis 44.

Appelles duorũ superiorum discipul⁹. Mordet doctrinã præceptoris sui.

Virtus innominata Deus Deũ fecit.

Absurditas Appellis de conditore

Cur venerit Christus nisi ob bonos.

PRædicto Luciano succedit Apelles, non sanctus ille qui ab Apostolo constitutus est, sed alter, ex quo Apelleiani appellati sunt: qui & ipse condiscipulus Luciani fuit, & prædicti Marcionis discipulus, vt sic velut vna radice multarum spinarum propagines exortæ sint. Cæterùm hic alia præter illos docere vult, & contra præceptorem suum & contra veritatẽ seipsum armauit, quo etiam ipse scholam erroneorum hominum sibiipsi congregaret. Non ita (inquit) est, sed errauit Marcion: vt dementia vndiquaque seipsam redarguere, & iniquitas seipsam conterere videatur, & contra seipsam subuersionem excitare, quum veritas semper sit firma, & non opus habeat auxilio, sed per se cõsistat, & à Deo qui reuera semper est, confirmetur. Proinde prædictus hic Apelles & qui eum sequuntur, Non tria, inquiunt, sunt principia, neque duo, velut Luciano & Marcioni visum fuit: sed vnus est Deus bonus, & vnum principium, & vna virtus innominata. Cui vni Deo, siue vni ptincipio nihil curæ est de his quæ facta sunt in hoc mundo. Verùm idem sanctus & bonus Deus in supernis, alium Deum fecit. Hic verò factus alius Deus creauit omnia, cœlum & terram, & omnia quæ in mundo sunt. Euasit autem non bonus, & quæ ab ipso facta sunt (inquit) non bene facta sunt, sed secundum malam ipsius mentem ab ipso creata sunt. Quis verò tolerabit tales sermones, & non potius deriserit eiusmodi vanum laborem? Nam iuxta duos modos comperitur non conuenienter tali opinione vti: & ob id ad ipsum velut ad præsentem dicam. Dic mihi, ô bone, concedes enim ô Apelles, aut Deum ignarum futurorum fecisse Deũ quem dicis, aut creaturas bene factas esse: & erit omnino supernus Deus ipse opifex, qui fecit vnum, qui omnia fecit. Et non amplius erit causa ille qui creaturas fecit, sed supernus Deus qui creatorẽ fecit, idem omniũ opifex existit. CHRISTVM porrò venisse dicis ob extremos bonos, qui filius sit superni boni Dei, & sanctum ipsius Spiritum similiter ob salutem eorum qui ad cognitionem ipsius veniũt: & vbi venit, non in apparentia comparuisse, sed in veritate carnem accepisse, non à Maria virgine, sed veram quidem habuisse carnem & corpus: neque à semine viri, neque à muliere virgine, sed habuit carnẽ veram hoc modo. & dicit: Cum descenderet à cœlestibus, venit in terram, & cõgregauit sibiipsi à quatuor elementis corpus. Et quomodo non festinat hic ad hoc vt iniquitas ipsius deprehendatur, quæ verum Græcorum poetarum opiniones in hac verborum vanitate sequitur? Dicit enim & hic velut illi, & adhuc frigidius quàm illi, Saluatorem sibiipsi corpus suppeditasse dicit, à sicco siccum, à calido calidum, ab humido humidũ, à frigido frigidum. Et vbi sic sibiipsi formauit corpus, verè apparuit in mũdo, & docuit nos supernam cognitionem, & contemnere opificem, & negare ipsius opera, ostẽdíque nobis in quibus scripturis sint quæ ex natura ab ipso dicta sunt, & quæ sint ab opifice dicta. Sic enim dixit (inquit) in Euangelio: Estote sinceri nummularij: Vtere enim (inquit) ex tota Scriptura, deligens quæ vtilia sunt. Deinde (inquit) dedit CHRISTVS seipsum vt pateretur in ipso corpore, & crucifixus est in veritate, & ostendit ipsam carnem suis discipulis: & vbi resoluisset (inquit) ipsam suam humanam incarnationem, distribuit rursus, vnicuique elemento quod ipsius proprium erat reddito, calidum calido, frigidum frigido, siccum sicco, humidũ humido. Et sic dissoluto ab ipso rursus carnali corpore, reuolauit in cœlum, vnde etiam venit. O ingentem fabulositatem eorum qui talia dicunt, ita omnibus manifestum est, mimorum potius esse hanc officinam, quàm eorum qui promissionis vitæ ac intelligentiæ figuram habent. Si enim omnino dissoluit ipsum corpus quod accepit, qua ratione ab initio ipsum sibiipsi construxit? Si verò construxit ob aliquem vsum, & vsus opus absoluit: oportebat relinquere ipsum in terra, maximè quum ex vestra sententia species spei resurrectionis carnis non opus habeat vt perficiatur. Verùm excitauit ipsum rursus, vt in maiorem laborem seipsum immitteret, vt nihil profit ipsum construxisse, & in monumento deposuisse, cum ipsum dissoluat ac distribuat vnicuique elemento id quod ab ipso accepit, velut gratus debitor. Et si omnino vnicuique suum reddidisset, hoc est frigidum frigido, & calidum calido, nónne potuissent hæc á discipulis ipsius videri? At nunquid corpus est ipsum siccum? Omnino enim siccum ipsum, est corpus: caro videlicet & ossa. Et humidum ipsum omnino sunt serosi humores, & caro quæ in humiditate dissoluitur: quæ sanè penitus Apostolis manifestissimè se deposuisse indicasset. velut etiam prius, quando sepeliebatur ipsius corpus, dignabatur Ioseph ab Arimathia inuoluere ipsum in sindone, & deponere in monumento. Simul autem & mulieres potuissent videre vbi relictæ essent reliquiæ, vt ipsas honorarent per vnguenta & aromata, velut prius. Verùm nusquam mendacium hoc vestrum, ô Apelleiani, indicatum est ab aliquo sancto Apostolo. Non enim ita est. Sed duos viros inuisibiles visibiliter videbant, & ipsum in cœlum ascendentem, & à nube lucida susceptum, reliquias verò nusquam relictas. Non enim conueniebat, neque possibile erat, & mentitur Apelles, & omnes Apelleiani ipsius complices. B C D

Opiniones poetarum sequitur.

Nummularii sinceri in scriptura.

Christus ascendit sine corpore.

Obsequiũ Arimathiæ sepeliendo Christum

Similia

Similia verò præceptori ſuo Marcioni etiam in aliis docuit, aſſerens non eſſe reſurrectionem mortuorum, & alia, quæ viſum eſt ipſi ſimiliter docere. Subuertetur autem ipſius ratiocinatio, quòd delira ſit, & omnibus modis erronea. Neque enim valebunt tenebræ vbi lux apparet: neque mendacium conſiſtet, vbi veritas eſt. Si enim omnino vſus es ſcripturis, ô Apelles, & qui à te dicti ſunt Apelleiani, ex ipſis ſcripturis inuenietis vos redargui. Primùm quidem, quia ſecundum imaginem Dei fecit Deus hominem. Qui autem fecit, dixit, Faciamus hominem ſecundum imaginem noſtram, & ad ſimilitudi-
A nem. Quare ſi quis ab erronea ſecta conuertetit ſe ad veritatem, velut ex tenebris fugitiuus, & à nocte excitatus, is inuenerit lucem ſibi orientem cognitionis Dei, inſtar ſolis & ſuper ſolem. Apparebit enim omnibus, conſentaneam ratiocinationem facientibus, quòd qui dixit, Faciamus hominem, Deus eſt vniuerſorum pater. Aduocat autem ſecum eum qui ſemper cum ipſo eſt Deum verbum, filium vnigenitum, ex ipſo ſine principio & ſine tempore genitum. Simul autem & ſanctum ſuum Spiritum, qui non eſt alienus ab ipſo, neque ab ipſius proprio filio. Si enim alius eſſet qui formauit hominem, & qui condidit mundum: alius autem ſupernus bonus Deus, à quo deſcendit Chriſtus: non vtique accepiſſet Chriſtus ſibiipſi corpus, & formaſſet imaginem opificis in ſeipſum exprimens. Verùm manifeſtum eſt quòd ipſe eſt opifex hominis & mundi, cui dixit Pater, Faciamus hominem ad imaginem noſtram, & ad ſimilitudinem. Ab hoc vno autem opere manifeſtus fiet opifex, quòd hic eſt qui tunc hominem fecit, formauítque ex terra corpus Adæ, & fecit ipſum in animam viuentem. Quare etiam teſtimoni-
» » um dedit Ioannes in ſancto ſuo Euangelio, dicens: In principio erat verbum, & verbum erat apud
» » Deum, & Deus erat verbum, hoc erat in principio apud Deum. Omnia per ipſum facta ſunt, & ſine i-
» » pſo factum eſt nihil, &c. Si verò in ipſo facta ſunt, & ab ipſo: ipſe tunc Adam formauit, & ipſe rurſus corpus à Maria virgine in ſeipſum efformauit, & perfectè omnem ſuam incarnationem couniuit, tunc ab ipſo formatam, & nunc in ſeipſo counitam. Si verò alienum opificium in ſeipſum ſuſcepit eius qui
B formationem malè formauit, & malus eſt ſecundum tuam doctrinam. Et ſi omnino vſus eſt malis creationibus, quas, velut tua fert opinio, malus creator fecit: ergo immixtus eſt maliciei conditoris, vſuíque ac beneficentiæ, & propriæ ipſius imagini. Sed non eſt poſſibile. Si enim incarnatus eſt, non ſolùm carnem aſſumpſit, ſed etiam animam. Manifeſtum eſt enim hoc. Alioqui vnde dixiſſet, Poteſtatem habeo accipiendi animam meam, ac deponendi ipſam. Itaque vbi omnem operis tractationem elegit ab opifice imaginem appellatam, omnem illam tractationem ſuſcepit, in corpore & anima Verbum venit, & in quibus omnibus eſt homo. Hæc autem cùm ita penitus facta ſint, deletum eſt tuum venenum, & concidit tua ſeditio fundamento carens, & non habens firmitatis veritatis ſtabilimentum. Si verò & quæuis accipis ex diuina ſcriprura, & quæ vis relinquis: ergo iudex præſides, non interpres legum, ſed electo eorum quæ non ſecundum mentem tuam ſcripta ſunt, ſed vera quidem ſunt, verùm tranſmutata falſò, iuxta ſententiam fraudis tuæ, & eorum qui à te decepti ſunt. Si verò etiam omnino malus creator ea quæ hîc ſunt, fecit, mundum inquam: qua de cauſa venit à bono patre in hunc mundum? Et ſiquidem vt ſaluaret homines: ergo propriorum curam habuit, & non amplius alius fuerit opifex. Si verò non propriorum prouidentiam habuit, vult autem inter aliena verſari, & quæ non ſunt ipſius conſeruare: aut adulator eſt alienis blandiens, aut vanæ gloriæ appetens, vt melior creatore videatur erga aliena, quæ conſeruare conatur, propria non cupiens. Et non amplius erit verax aut moderatus, ex tua ſententia, ô impoſtor: & quum non habeat ſuam creationem, alienam concupiſcens hæc prædari conatur, ab alienis ſibiipſi acquirens animas, quę non ipſius ſunt, neque patris ipſius. Si autem ipſius quidē ſunt animæ, & ex ſupernis progreſſæ apparent: ergo in bonum mundum demiſſæ ſunt à
C ſuperno bono ex tua ſentētia Deo, & non in malum opus. Si verò demiſſæ ſunt ob aliquem quidem vſum, quem forſan confingis, vbi verò venerunt, dilapſæ ſunt ad alium, id eſt, vt bonum ac iuſtum quid facerent, operatæ verò ſunt malum: videbitur is qui ipſas demiſit, prænotionem nō habere. Cùm enim demiſerit ipſas ob aliud, repertæ ſunt aliud quid operatæ eſſe. Aut rurſus ſi dixeris, quòd non ex voluntate ipſius venerunt, ſed per tyrannidem raptoris: Ergo fortis eſt is qui creatus eſt à bono Deo malus opifex ſupra bonum Deum. Quoniam quæ ipſius ſunt, rapuit, & ipſis vſus eſt. Vnde verò non conuin-
» » ceris, quum ipſe Saluator dicat, Poteſtatem habeo ponendi animam meam, & accipiendi ipſam: velut
» » qui ipſe animam accepit, & poſuit, & rurſus accepit, vt non aliena ſit anima & alterius opificis. Rurſus verò reperietur bonum corpus geſtare. Nō enim perſuadebitur bonus quiſpiam vt malo opere vtatur, vt ne à patris mali participatione, etiam ipſe permixtionis malicia polluatur. Si verò & ipſe reſurrexit, dic mihi ad quid faciendum poſt reſurrectionem, ſi ipſum rurſus reliquit in quatuor elementa partitum, calidum ad calidum, frigidum ad frigidum, ſiccum ad ſiccum, humidum ad humidum? Si enim, excitauit ipſum vt rurſus diſſolueret, ergo fabuloſitatis hoc opus fuerit, & non veritatis. Excitauit autem ipſum Dominus noſter IESVS CHRISTVS, & ſimul ſecum aſſumpſit corpus, quod in ſeip-
» » ſum efformauit vnà cum anima & tota incarnatione perfectiſſimè. Confidet enim iuxta Apoſtolicum
D ſermonem, Deus excitauit & collocauit ipſum in cœleſtibus, velut teſtantur duo illi in veſtitu ſplendi do Apoſtolis conſpecti, qui dixerunt: Viri Galilæi, quid ſtatis intuentes in cœlum? Hic IESVS qui aſſumptus eſt à vobis in cœlum, ſic veniet, quemadmodū vidiſtis ipſum aſſumi. Et vt ne detur tibi rurſus occaſio maliciei contra veritatē, poſt multū tempus aſſumptionis Saluatoris noſtri, Stephanus ſanctus
» » Dei martyr & teſtis, quū lapidibus obrueretur à Iudæis, reſpondit, dicens: Ecce video cœlum apertum & filium hominis ſtantem à dexteris patris: vt oſtendat ipſum corpus in veritate in ſpirituale reſurrexiſſe, vnà cum deitate vnigeniti totum in ſpirituale vnitum, & in deitatem counitum. Supernè enim eſt ipſum ſanctum corpus vnà cum deitate, totus Deus, vnus filius ſanctus Dei, ſedens in dextera patris,

Mēdaciū Appellis.
Delira ratiocinatio demortuorum reſurrectione.
Vbi veritas eſt fugatur mēdacium.
Quid faciendum ei qui veritatē noſcere cupit.
Opifex mūdi quis ſit.
Impoßibilis creādi ratio.
Vrget Appellem ab abſurdo.
Vnde ſint animæ.
Duo opifices cōtrarii boni & mali.
Bonus nō adducitur vt malo vtatur.
Veritas aſſumpta natura in integro.
Stephani protomartyris de Chriſto iudicium.

patris, velut habet Marci Euangelium, itémque reliqui Euangeliſtæ: Et aſcendit in cœlos, & ſedet ad dexteram patris. Et vndiquaque corruet circulatorius tuus & à te deceptorum ſermo. Quin & de mortuorum reſurrectione audi Apoſtolum dicentem: Oportet corruptibile hoc induere incorruptibilitatem, & mortale hoc induere immortalitatem. Si enim non induturum eſſet mortale immortalitatem, & corruptibile incorruptibilitatem: non ſanè mors ipſa veniſſet vt moreretur, & in ipſo pateretur, & vbi dormiuiſſet triduum, reſurgeret, & ſurſum ferretur in ipſo cum deitate, & in ipſius gloria: quò ex ipſius bono ad nos aduentu omnem ſpem contineamus in veritate, oſtendens ſeipſum figuram nobis in ſpem totius negocii vitæ. Hæc autem quum ſic ſe habeant, ac dicta ſint: quid mihi amplius opus eſt tempus terere circa hanc veſpam? quæ nihil eſt vt ſubuerti debeat, aut aliam quâdam tractationem expoſcat. A ſeipſa enim aculeum amiſit, & nihil euarians adulteratum ac circulatoriũ erroris ipſius dogma oſtenſum eſt. Tradunt enim doloroſam ipſam veſpam, quam quidam Zopyron appellant, habere quidem aculeum venenum iacientem breuem, non multum dolorem inducentem, ſed qui ſecundum ipſius facultatem venenum iaciat. Si verò quis perſcrutans ipſius latebras, aut nidum deſtruat, in fruti cibus enim & herbis hunc facit, & inſtar faui ſibi ipſi capſas quaſdam conſtruit: in quibus capſis ſobolem ſuam deponit, & ſibiipſi fœtus facit: ſi verò quis perſcrutans virga aut ligno pungat fauum, & velut dixi, deſtruat: exit indignata ipſa horrenda quidem, verùm debilis veſpa, & ſi inuenerit petram aut lignum, præ ira qua excanduit, cum ſtridore inſtat, & impetit ac ferit petram, & petram quidem nihil lædit, neque lignum, imò neque hominem, etiamſi momorderit, niſi quòd modicum dolorem inducit verùm aculeum amittit, & ſic perit, petra verò nulla iniuria afficitur. Sic etiam hæc veſpacea ſecta inſtar zopyri, paruam inducens vexationem, ſubuertetur, ubi in petram illapſa impegerit, hoc eſt in veritatem, & vbi aculeum amiſerit. Cæterùm hac explicata, ad alias rurſus tranſibo, iuxta ſpem Dei credẽs quòd promiſſum noſtrum per Deum complebitur.

Corpus Chriſti cum deitate, filius in dextera dei eſt.

Veſpa Zopyros.

Petræ per cuſſio à veſpa.

A

Contra Seuerianos, hæreſim. XLV.

POſt has deinceps ſequitur, ſiue contemporanea, ſiue extra illarum tempus, non enim poſſum de tempore ipſius exactè dicere: verùm propinquæ inter ſe fuerunt. Proinde ea quæ ad nos peruenerunt, exponam. Seuerus quidam ſurrexit, ex quo Seueriani appellati, conſequenter inſequens prædictum Apellem. Quæ verò ab ipſo confinguntur fabulamenta, hæc ſunt quę dicere volo. Vult etiam ipſe principatibus ac poteſtatibus creationem noſtram annectere, eſſéque in innominato quodam ſupremo cœlo & ſeculo bonum quendam Deum. Diabolum verò filium eſſe dicit magni principis ordinis poteſtatum. Cui nomen imponit, aliquando Ialdabaoth, aliquando Sabaoth. Hunc autem genitum ex ipſo eſſe ſerpentem, à ſuperna verò virtute deiectum eſſe in terram. Et cùm deſcendiſſet in ſerpentis ſpecie, in œſtrum concitatum eſſe, & terræ commixtum velut mulieri, & ab ipſius ſemine vbi genituram effudiſſet, vitem germinaſſe. Quapropter etiam fabulas confingens ad nugas ſuas confirmandas, ſerpentis imaginem ipſius vitis rotunditatem exprimere dicit, propter obliquitatem plantæ intortam, inſtar ſerpentis ipſam eſſe afferens. Et albam quidem eſſe velut ſerpentem, nigram verò velut draconem. Eſſe autem & acinos vitis velut veneni guttas, ſiue ſtillas, propter rotunditatem aut deſinentiam in anguſtam tenuitatem, & ſequeſtrationem vniuſcuiuſque acini. Vinum verò ex hoc argumento mentem turbare hominis, & aliquando ad Veneris mulcimenta ducere, aliquando verò ad œſtrum ſtimulare, aut rurſus iram inducere, eò quòd concitatum ſit corpus ex vini facultate, & prædicto draconis veneno. Vnde penitus à vino tales abſtinent. Dicunt & mulierem eſſe opus ſatanæ, velut etiam Andronici hoc dixerunt. Quare etiam matrimonium contrahentes, ſatanæ opus explere dicunt. Sed & homi nis dimidiam partem eſſe Dei, dimidiam diaboli. Nam ab vmbilico & ſuprà, dicit eſſe formationem Dei: ab vmbilico verò & infra, malæ poteſtatis formationem. Quapropter dicit omnia ſecundum voluptatem, & œſtri ſtimulum ac concupiſcentiam, ab vmbilico & infra fieri. Sed & aliæ hæreſes hoc affirmarunt. Vnde & hic omnibus modis reliquos circulatores ſequi deprehenditur, qui venena mundo ſubornarunt. Subuertetur autem facilè. Non enim multo labore opus habebit ipſius ſubuerſio. Totum enim corpus contemperatum eſt ex bene in ipſo factis ex Deo. Dico autem appetentiam non ob abſurditatem ex Deo factam, ſed propter vſum bonum, & neceſſariæ vtilitatis ordinem. Dico autem appetere ſomnum, cibos, potus, indumenta, & alia omnia quæ ad propria & Deo complacentia nobis contingunt. Quare & ipſam appetentiam concupiſcentiæ corporis non abſurdam eſſe affirmauerim. Eſt enim ad liberorum generationem in caſtitate data, & ad gloriam eius qui omnia fecit: quemadmodum terræ ſemina ad effuſionem multitudinis creatorum à Deo bonorum, fructuum, inquam, & ſeminum. Sic etiam humanæ naturæ ad hoc vt impleat illud, Creſcite & multiplicamini, & replete terram. Vſi ſunt autem tales etiam apocryphis quibuſdam, velut audiuimus. Sed in parte quoque libris qui publicè nominantur ac recepti ſunt, illa ſolùm excerpentes quæ ſecundum ſententiam ſuam applicantes aliter tractant. Neque enim vitis ex diabolo plantata eſt, neque ex ſerpente ſeminationem habuit, velut omnibus manifeſtum eſt. Quomodo enim erit hoc, cùm ipſe Dominus teſtetur ac dicat, Nõ bibam ex fructu vitis huius, donec bibero ipſum nouum vobiſcum in regno cœlorum? Et quandoquidem veritas radios ſuos emittens penitus in ea quæ inferuntur mala, ad ipſorum confutationem doctrinam ſuam præexpreſſit: diuina Scriptura vbique vaticinata eſt eorum qui contra veritatem inſurrecturi eſſent ſublationem. Velut palàm ipſe Dominus ad miſeri ac erronei Seueri confutationem dicit, ipſe ſeipſum vitem afferens: Ego ſum vitis vera. Si omnino vituperabile erat vitis nomen, non ſanè in ſeipſum nominis ſimilitudinem tranſtuliſſet. Sed & Apoſtoli in Conſtitutione appellata dicunt,

Hæreſis Seuerianorũ 45. Seuerus apellẽ ſequitur.

Fabulamenta Seueri.

Vitis ex ſemine diaboli.

B

Cur vinũ turbet mẽtem hominis.

Mulier ſatanæ opus Matrimonii reprobatio.

C

Appetentia non dãnanda.

Vitis àdiabolo non eſt plantata.

Se vitem vocat Chriſtus.

D

plantatio

plantatio Dei & vinea vniuersalis, Ecclesia. Quin & ipse Dominus rursus in Euangelio vineæ paraboIam facit: Vir quidam paterfamilias habebat vineam, & elocauit ipsam agricolis, & misit quærens fructum, & non dederunt, & rursus: Vir quidam paterfamilias habens vineam, egressus est quærens operarios in vineam, circa tertiam horam & sextam & nonam & vndecimam: vt vndiquaque fraudis stu-
» » dium huius impostoris doctrina veritatis saucietur. Etiamsi enim apparent tenebræ luce non præsen-
A te, tamen per modicam scintillam quæ disparebunt. Compēdio porrò tractaui hanc hæresim, eò quòd iam pronunciarim deprehensu facilē esse, & non multa opera indigere, ad hoc vt veritas contra ipsam confirmetur, maximè quòd fortassis, vt arbitror, neque amplius supersint aliqui ex hac secta, nisi forte rari quidam in supernis orientis partibus. Cæterùm ab hac digressi, & ipsa velut scorpio horrendo conculcata, confestim consequentes considerabimus, virtutem Dei in adiutorium implorantes, ad hoc vt veritatem dicam, & ipse ego non lædar, maximè cùm de tam horrenda ac pernicioſa dogmatum malicia dicturus sim.

Apostolorum Constitutio, liber.

Hæresis aperta nō multistrā ctanda.

Contra Tatianos, hæresim. XLVI.

TAtianus quidam surrexit, & his succesſit, qui aut iisdem temporibus vixit, aut post ipsos suæ vanitatis doctrinam erexit. Et primùm quidem velut qui ex Græcorum disciplina esset, floruit cum Iustino philosopho, viro sancto, & amico Dei, qui ex Samaritis in Christum credidit. Hic enim Iustinus Samarita erat genere, & in Christum credidit, & vitam virtute maxima exercitatam ostendit, & ad finem pro Christo martyrium subiit: & perfecta corona dignus factus est sub Romanis, Rustico præside, & Adriano rege, cùm annorum triginta esset in consistente ac matura ætate. Cum hoc prædictus Tatianus floruit, & primùm rectè processit, & in fide robustus fuit, quantum cum Iustino sancto martyre degebat. Quando verò decesſit sanctus Iustinus, quemadmodum cæcus qui manu ducitur, si à manuducente relictus fuerit, in præcipitia seipsum dat, & ob eam quam habet cæcitatem defertur, ita vt retineri non possit, donec ad mortem fuerit perlatus: sic etiam ipse. Et erat quidem Syrus genere, velut noti-
B cia ad nos perlata habet. Scholam autem suam erexit ab initio quidem in Mesopotamia, circa duodecimum fermè annum Antonini Cæsaris Pij cognominati. Nam à Roma post mortem sancti Iustini digressus ad Orientis partes, & illic conuersatus, in malam opinionem incidit, & secula quædam ac fabulas Valentini, & principarus quosdam ac emissiones etiam ipse introduxit. Maximam verò prædicationis suę partem in Antiochia ad Daphen sita fecit, & in Cilicum partibus, multum autem in Pisidia valuit. Ab hoc enim per succesſionem, qui Encratitæ appellantur, venenum transſumpserunt. Dicitur ab ipso factus esse liber qui ex quatuor Euangeliis constat, quem aliqui Euangelium secūdū Hebręos vocant. Eadem porrò quæ veteres hæreses, etiam hic docet. Et primū quidem asserit, non saluari ipsum Adam. Continentiam verò hic prædicat, nuptias autem scortationem & corruptionem putat: asserens nihil differre matrimoniū à scortatione, sed idem esse. Vnde in prætextu continentiæ & continentium morum, nequitioſam vitam duxit, velut lupus rapax ouilla pelle indutus, & temporario prætextu deceptos seducens. Mysteriis autem similiter vsus est ad imitationem sanctæ Ecclesiæ, verùm aqua sola vsus est in iisdem mysteriis. Corruet autem etiam hic omnibus modis inconstantem habens prædicationē.
C Qui est iam extinctus, hic, vt puto, vnà cum schola periit. Vnde enim non redarguetur talis? Primùm equidem iuxta ea quæ suprà à nobis declarata sunt contra hæreses sic sentientes, impoſsibile est multos principatus esse, qui alios per succesſionem generent. Nam qui multi sunt, & vnus ex vno exiſtunt, hi ex vna omnino causa esse comperientur. Et non amplius multi erunt principatus, sed vnus qui horum causa exiſtit, & reducentur omnia ad vnam monarchiam. Et concidit huius persuasio verisimilis, & nō veritas: imò, neque verisimilitudinem habere potens. Stulta est enim tota prædicatio. Et si Adam non saluatur, qui est massa subacta, neque quicquam ipsius massæ saluatur. Si enim is qui primus formatus est, & ex intacta terra factus, salutem non assequitur, quomodo quæ ex ipso genita sunt, assequentur? Duobus enim modis comperietur contra seipsum dicere. Dicit enim nuptias non esse ex Deo, sed esse ipsas scortationem & abominationem. Et seipsum ex nuptiis exiſtentem, & ex muliere genitum, & ex semine viri, saluari putat. Ergo rursus destruxit suam contra nuptias blaſphemiam. Si enim ipse ex nuptiis exiſtens salutem habebit, ergo non abominatio sunt nuptiæ: qui generant eos, participes fiunt salutis, quocunque id modo dicere velit. Si verò constiterit ipsius sermo, quòd sceleste sunt nupriæ: ergo magis Adam saluabitur, non ex ipsis progressus, sed in manu Patris & Filii & Spiritus sancti formatus, iuxta id quod dictum est à sancto Patre ad Filium: Faciamus hominem ad imaginem nostram, & ad similitudinem. Quomodo autem non saluatur Adam, quem tu pro desperato habes, quando ipse Dominus noster IESVS CHRISTVS, vbi venit in mundum, mortuos post obitum suscitat in ipso cor-
D pore, velut Lazarum, & filium viduæ, & filiam principis synagogæ? Et si ipse non erat qui Adam formauit ex terra ab initio, quomodo sputo in terram iecto lutum fecit, & imposuit super oculos cæci ex natiuitate, & fecit ipsum videre? quo ostenderet seipsum esse plaſten & formatorem cum Patre & sancto Spiritu, deficientem partem in cæco à natiuitate genito per lutum defectuoso loco appoſuit. Nam deficientis partis corrigendæ gratia hoc feciſse videtur. Si verò rursus ipse est Dominus qui Adam formauit, & quem primùm formauit, perdit, alios verò seruat, ô multam tuam vanam sapiētiam Tatiane: impotentiam enim Domino secundum potentiam attribuis? qui non potest primum à se formatū, propter vnam inobedientiam ex paradiso iectum, & castigationem non vulgarem nactum, qui in sudore & labore degit, & è regione paradisi habitauit, quò memor esset bonæ vitæ per pœnitentiam in memoriam reuocatæ, salutare. Aut potest quidem, verùm non miseretur. Ob quam igitur causam

Tatianorum hæresis 46.

Iustinus martyr & philosophus.

Tempus huius hæresis.

Syr⁹ erat Tatianus

Antoninus Pius.

Encratitę Euangelium secū dum Hebræos.

Aquæ vs⁹ in mysteriis.

Quando principatus impoſsibiles.

Si Adam non saluetur, neque saluandi sunt ab ipso orti.

Pro nuptiis cōtra calūnias Tatiani.

A simili probat, non desperandum de salute Adam.

Impotentiam ponit in Deo

CHRI-

CHRISTVS vsque ad inferna descendit? Qua ratione passus, vbi triduum dormiisset, resurrexit? Quomodo verò impletur, vt & mortuorum & viuorum imperium obtineret? Qualium verò viuorum & mortuorum, quàm eorum qui ipsius auxilio sursum ac deorsum opus habent? Quomodo autem ea quæ sunt à subacta massa, sancta erunt, si ipsa massa non est sancta? velut etiam apud sanctum Apostolum habetur. Dicit enim & de Eua idem sanctus Apostolus, quòd saluabitur per filiorum generationem, si manserit in fide & iusticia. Et multa sunt quæ de his dici possunt. Quare omnibus ratione præditis exposita apparebit blasphemia, & occæcata Tatiani mens, & eorum qui ab ipso Tatiani appellantur. De quibus quum compendio recensuerimus ipsorum nociuos & instar culicum morsus, olei doctrinæ Domini humorem commorsis imponentes, ipsos per Domini veritatem ac virtutem sanauimus, quum ipse Dominus dicat: Non veni nisi ad quem erroneam domus Israël. Quapropter etiam in parabolis dixit: Homo quidam descendit à Hierusalem ad Hiericho, quem sanè etiam in latrones incidisse narrat, vt ostenderet ouem etiam ipsum qui à Hierusalem descendit, & à maiori gloria ad imminutionem delatus est, & ab vno mandato proprij pastoris diuulsus est, ac seductus. Vnde etiam sanctũ Adam patrem inter viuos credimus, propter quem, & nos qui ab ipso sumus omnes, CHRISTVS venit: vt his quidem qui olim ipsum cognouerunt, & ab ipsius deitate non aberrauerunt, verùm propter errores in inferno detenti sunt, indulgẽtiam largiretur: his quidem qui adhuc in mundo sunt, per pœnitentiam: qui verò in inferno, per misericordiam & salutem. Quapropter etiam mirari licet de eo qui nouit, velut etiam in libris reperimus, Dominum nostrum IESVM CHRISTVM in Golgatha crucifixum esse, & non alibi, quàm vbi corpus Adam iacebat. Egressus enim de paradiso, quum habitasset è regione ipsius multo tempore, & per multos dies peruenisset, postea abiit eo, & in loco hoc, Hierosolymorum videlicet, debitum naturæ persoluens, illic sepultus est in loco Golgatha. Vnde meritò cognomen habuit locus, quem Cranij, siue Caluariæ locum interpretantur. Cuius nominis similitudinem aliquam figura loci non ostendit. Neque enim in altitudine quadam situs est, vt hoc Cranium interpretereris, velut in corpore capitis locus dicitur. Neque speculæ interpretationem facere possis: nam ne reliquis locis altior est. E regione enim est Oliueti mons altior, & à signis octo Gabaon est altissima. Sed & altitudo quæ olim erat in Sion, nunc verò disiecta est, etiam ipsa altior loco illo fuit. Vnde igitur cognominatio Cranii est? Imò quia primùm formati hominis Adam caluaria illic inuenta est, & illic reliquiæ sitæ erant, ea de causa Cranij locus cognominatus est. In quo crucifixus Dominus noster IESVS CHRISTVS, per aquam & sanguinem, qui fluxit ab ipso per compunctum ipsius latus, in ænigmate salutem nostram ostendit, ab initio massæ primi patris reliquias respergere auspicatus: quo etiam nobis ostenderet respersionem sanguinis ipsius, ad mundationem nostræ inquinationis, & animæ pœnitentis, & in exemplum rigationis ac purificationis sordium peccatorum nostrorum factam esse: effusam videlicet aquam super iacentem sub loco & sepultum, in spem ipsius, & nostram, qui ex ipso geniti sumus. Quare & hic implebatur quod dictum est: Surge qui dormis, & resurge ex mortuis, & illuteſcet tibi CHRISTVS. Etiamsi enim de nobis dicit, qui mortificati sumus operibus, & in profundo ignorantiæ somno dormimus: attamen illuc principium insinuationis modum continet, & non simpliciter, neque ocioſè. Surrexerunt enim, inquit, multa corpora sanctorũ, velut Euangelium habet, & ingressi sunt cum ipso in ciuitatem sanctam, &c. Cum itaque repulerimus vndiquaque huius culicis morsus, per oleum benignitatis Dei, & Domini nostri præsentiam, & lucem veritatis Euangelii: ad consequentes sectas, prout instituimus, per virtutem Dei procedere studebimus.

Eua quomodo saluabitur.

Blasphemia Tatiani.

Adã creditur ĩter viuos.

Adam in Golgatha sepultus.

Vbi crucifixus est Christus.

Cranii siue Caluariæ appellationis ratio.

Ænigmatica salus.

Vera resurrectio multorũ iam facta

FINIS TERTII TOMI PRIMI
libri Epiphanii.

EPIPHANII EPISCOPI CONSTANTIAE CYPRI,

OPERIS CONTRA OCTVAGINTA

hæreſes Panarii appellati, liber ſecundus.

IANO CORNARIO MEDICO PHY-
ſico interprete.

In primo tomo ſecundi libri, aut quarto iuxta numeri tomorum ab initio con
ſequentiam, hæreſes decem & octo ſunt, & hæc habentur.

1. *Encratitæ, qui ſunt auulſio Tatiani, nuptias reiiciunt, ex ſatana has eſſe dicentes, omnem autem animatarum eſum vitant.*

2 *Phrygaſtæ, & Montaniſtæ, & Taſcodrugitæ, qui vetus & nouum Teſtamentum ſuſcipiunt, alios verò prophetas introducũt poſt prophetas, Montanum quendam iactantes, ac Priſcillam & Maximillam.*

3 *Pepuziani, qui & Quintiliani, quibus coniũguntur Artotytæ, ex Phrygaſtarum numero hi ſunt. Verùm alia præter illos docent. Pepuzan quandam ciuitatem deſertam in medio Galatiæ & Cappadociæ ſitam admirantes, & hanc Hieruſalem putantes. Mulieribus tribuunt vt imperent, & ſacerdotio fungantur. Sacra autem faciunt, puerum quendam iuuenem cõpũgentes. Et ſanè Quintillæ, Chriſtum illic in Pepuza reuelatum eſſe, in fœmine ſpecie, fabulantur. Vtuntur autem ſimiliter veteri ac nouo Teſtamento, iuxta mentem propriam tranſmutantes.*

4 *Teſſareſcædecatitæ, qui vnam diem anni Paſcha perficiunt. In quãcunque verò diem inciderit decimaquarta lunæ ſiue in ſabbatum, ſiue in dominicam, illam ieiunantes ac vigilantes colebant.*

5 *Alogi, qui Euangelium Ioannis, & eum qui in ipſo eſt ex ſupernis à Patre, ſemper Deum Verbum reiiciunt. Ipſum ſanè Euangelium ſecundum Ioannem non ſuſcipientes, neque ipſius Apocalypſim.*

6 *Adamiani, à quodam Adam viuente appellati, ludibrii magis quàm veritatis dogma habentes. Nudi enim velut ex matrimonium viri, tum fœminæ, ſimul congregantur, & ſic lectiones ac preces, & quodcunque tandem perficiunt. Solitariè autem degunt & continentiam exercent, & nuptias non admittunt. Et Eccleſiam ſuam paradiſum eſſe putant.*

7 *Sampſæi, qui & Helceſæi. Hi adhuc hodie Arabiam inhabitant, in regione vltra mortuum mare ſita. Qui ſanè ab Elxai quodam falſo propheta ſeducti ſunt. Cuius ex genere adhuc hodie reſtant Marthys & Marthanana, quæ mulieres, quia adorentur à ſe cta velut deæ. Habent autem omnia ſimiliter velut Ebionæi.*

8 *Theodotiani. Hi à Theodoto coriario Byzantino appellati ſũt. Hic ſummus in eruditione Græca fuit. Quum autem tunc perſecutio fieret eius cum aliis quibuſdam ſolus elapſus, cum illi martyrium ſubiiſſent, eo quòd id ipſi obiiceretur Chriſtum nudum hominem dicere excogitauit. & ne in crimen veniret quòd Deum abnegaſſet, ſic docuit.*

9 *Melchiſedechiani. Hi Melchiſedec colunt, virtutem quandam ipſum aſſerentes, & non nudum hominem, & in huius nomen omnia reducere ac dicere audentes.*

10. *Bardeſ. Bardeſianꝰ hic ex Meſopotamia originẽ ducebat. Et primum quidem veram fidem habebat, & in ſapientia celebris erat, verum poſtea declinauit à veritate, & ſimilia Valentino docuit, exceptis paucis quibuſdam, in quibus à Valentino diſſentit.*

11 *Noetiani. Hic Noetus ex Smyrna Aſiæ fuit Elationibus autem euectus, cum aliis quibuſdam, filium & patrem Chriſtum docuit eundemque eſſe patrem & filium et Spiritum ſanctum. Seipſum vero dicebat Moſen, & fratrem ſuum dicebat eſſe Aaron.*

12 *Valeſii. Hi, vt accepimus, Baccathum inhabitant, qui principalis pagus eſt Arabiæ Phyladelphiæ. Hi accedẽtes caſtrãt plures vero ipſorum eunuchi exſecti ſunt. Quædam alia docent hæreſis plena, a lege ac Prophetis diuerſa, & quaſdam alias turpes actiones introducunt.*

13 *Cathari. Hi cum Nouato Romano cõiuncti, & digamos penitus reiiciunt, & pœnitentiam non ſuſcipiunt.*

14 *Angelici. Hi omnino defecerunt. Gloriabantur autem ſe habere angelicum ordinem propterea illud nomen habent.*

15 *Apoſtolici qui & Apotactici. Et ipſi circa Piſidiam ſolum ſunt, & Apotactitas ad ſeipſos ſuſcipiunt. Propinqui autem & cõſimiles ſunt Encratitis. Verũ alia etiam præter hos ſentiunt, ac docẽt.*

16. *Sabelliani. Hi ſimilia Noetianis ſentiũt, præter hoc ſolum: patrẽ enim non paſſum eſſe dicũt, & prolatitiũ rurſus effuſum eſſe verbum.*

17 *Origeniani. à quodam Origene. Turpia autem operantur hi, nefanda facientes, & corpora ſua corruptioni tradentes.*

18 *Origeniani alii. Ab Origene, qui & Adamantinus atque compoſitor appellatur. Hi mortuorum reſurrectionem reiiciunt. Chriſtum autem creaturam, itemque Spiritum ſanctum introducũt. Paradiſum autem, cœlos & alia omnia, tropicè & figuratè interpretantur. Chriſtum vero à regno deſtitiſſe nugantur, & ſimul angelos deſtitutos eſſe: Chriſtum verò cum diabolo, regno ſubiiciendum eſſe.*

Contra Encratitas, sectam XLVII.

Hæresis Encratitarũ 47.

Phrygia combusta.

Appellationis ratio ab euẽtu.

Actions Andreæ, Ioannis & Thomæ.

Aquæ vsꝰ in mysteriis.

Apud hæreticos omnia sũt plena insania.

Absurditas propositorum Encratitarum.

Quod probant in se in alio dãnant.

Effectus ebrietatis non dannãt vinũ.

Apostol⁹ reprehendit gulosos.

Geneseos locus expensus.

Homonymia.

Continẽtes se dicunt cum sint incontinentissimi.

Mysteria per solam aquã falsa.

Vt fallãt specie invocatiõis vtuntur.

ENCRATITAE quidam, sic appellati, Tatiano succedunt, natura ab ipso seducti ac decepti: verum alia præter hunc sentientes, vt qui rursus in maiorem nugacitatem seipsos dederunt. Abundant autem hi, hodiéque in Pisidia, & in Phrygia combusta appellata. Fortassis enim iuxta Dei dispensationem hæoregio hoc nomen accepit, vt sic in mundo vocetur: eo quòd combusti sunt habitatores ab hac peruersitate, ac tanto errore: multæ enim hæreses sunt in hac regione. Sunt autem & in Asiæ parte, & in Isaurorum & Pamphyliorum ac Cilicum terra, itémque in Galatia: iam verò & in Romanorum parte. Sed & in Antiochia Syriæ, non tota autem, hæc hæresis est. A Affetunt porrò etiam hi principatus quosdam esse, & eum qui diaboli est, aduersus Dei opera oppositum esse, & Deo non subiectum: sed robustum, & facientem velut pro propria potestate, & non velut qui aberrarit. Non enim secundum Ecclesiam dicunt, sed aliter, præter veritatis prædicationem. Vtuntur & scripturis primariò, quæ dicuntur Andreæ & Ioannis actiones, itemque Thomæ: & quibusdam Apocryphis, & quibus volunt libris veteris Testamenti. Nuptias autem palàm diaboli esse decernunt. Animata verò abominantes interdicunt: non continentię gratia, neque honestæ vitæ: sed propter timorem & imaginationẽ vt ne condemnentur ab animatorum esu. Vtuntur & ipsi mysteriis per aquam. Vino verò omnino non vtuntur, diabolicum esse dicentes, & bibentes ac vtentes iniquos esse peccatores. Credunt autem & mortuorum resurrectionem, vt sint ita apud erroneos omnia insania plena. Nam videre licet, & admirari, & in stuporem venire prudentem hominem, de omnibus quæ aliena dicunt ac faciunt, quum in B constanter omnia apud ipsos dicantur ac fiant, & nullam penitus significationem veritatis admittant. Si enim veteri ac nouo vtuntur Testamento, quomodo principatus diuersi comperientur, quum ambo Testamenta concordent de vna deitate, & cognitionem prædicent? Si verò etiam fuerit mortuorum resurrectio, quomodo adhuc venerandæ nuptiæ diaboli esse inuenientur, quando Deus dicit, Crescite & multiplicamini: & Dominus in Euangelio inquit, Quæ Deus coniunxit, homo ne seperet. Et Apostolus: Venerandę nuptiæ & cubile impollutum. Cæterùm ad suam sententiam & fabulositatis cõfirmationem, etiam bibentes vinum reprehendunt, quasdam dictiones venãtes, & ex malo talem finem esse aiunt. Bibit enim, inquiunt, Noë de vino, & denudatus est. Et Loth, inquiunt, inebriatus, cũ proptiis filiabus per ignorantiam coiuit. Et per ebrietatem erectus est vitulus. Et dicit Scriptura Cui tumultus, & cui pugnæ, cui tristiciæ, & nugę, cui contritiones frustra, cuius liuidi oculi, nõ eorum qui perseuerant in vinis: non eorum qui inuestigant, vbi compotationes fiunt? & alia quędam huiusmodi inuestigantes coaceruant, vt ipsis fides habeatur: non scientes quòd omne immodicum vbique molestum est, & extra propositum interdictum est. Nam non solùm de vino hoc dixerim, sed etiam de multa insatiabilitate. Hoc enim etiam docuit Dominus, dicens: Ne grauentur corda vestra crapula & ebrietate, & curis rerum mundanarum. Et hoc: Si inexplebilior es, ne concupiscas cibos diuitis: hi enim ex vita falsa dependent. Verum amplius sanctus Apostolus inexplebiles ac voraces subsannãs C ob gulosas concupiscentias elatos, dixit: Cibi ventri, & venter cibis, Deus autem & hunc & hos abolebit. Sed & Esau primogeniti prærogatiuam per cocturam tritici amisit, velut Scriptura dicit, quę ipsam cocturam tritici ac lentulę appellat. Fortassis autem, vt puto, non quòd ex tritico, hoc est, frumẽto erat velut iam coctæ reliquiæ lentis, & amplius ad ignem appositæ, vt sic rursus igne feruefactam, sctiptura Pyrrhon dixerit, id est fuluam: & non Pyri, quod triticum significat: eo quòd recalefacta erat postquam frigida facta fuisset. Et sicut ille propter vinum denudatus, nulla iniuria affectus est: sic hic magis ob famem & insatiabilitatem primogeniti prærogatiuam amisit, & magis quàm per vinum iniuria affectus est. Et nihil valet sententia propè ad veritatem corrupta, neque fabulosus quidam excogitatus scenicus actus. Iactant autem & continentiam, fallaciter omnia facientes: nam et inter mulieres reperientur, et mulieres vndiquaque decipiunt, et cum mulieribus iter faciunt, et simul cum illis viuunt, et illarum ministeria admittunt: ita vt alieni sint à veritate, et formam magis prę se ferant, ipsam verò virtutem pietatis abnegarint: cuiuscunque enim operis quis partem reliquerit, totum complementum dimisit, per vnam partem relictam. Vnde sanè mysteria quę apud ipsos per aquam solùm fiunt, neque mysteria sunt, sed ad imitationem verorum falsò fiunt. Quare et in hoc à recto Saluatoris sermone redarguentur, qui dicit: Non bibam de fructu vitis huius, donec bibero ipsum nouum vobiscum in regno cœlorum. Poinde cum hanc hæresim per fortem veritatis manum, velut bestiam dolore inducentem, ac dentibus carentem repulerimus, ad sequentes procedamus, consueto more Deum vniuersorum inuocantes, ducem et propulsatorem malorum, et prudentię auxiliatorem, atque ipsum sapientię datorem: quo nos ab ipso veritatem discentes, aliarum perniciem reuelare possimus, et antidotum contra ipsas medicam, ex multis vnguentariis speciebus de veritatis doctrina, iam percussis prępparare, ad sanationem ac curam eorum qui inciderunt: et his qui cogniturí sunt quę non nouerunt, ad malorum pręoccupationem: et nobis ad salutem, et Dei mercedem luculenter contribuendam.

Contra Phrygastas, siue Montanistas, aut Tascodrugitas, hæresim XLVIII.

A Prædictis rursus alia hæresis emergit, Phrygorum appellata, quæ illis contemporanea, & ipsis succeſſit. Hi enim fuerunt circa annum decimumnonum Antonini Pii post Adrianum. Sed & Marcion & Tatianus, & qui ipsi succeſſerunt Encratitæ temporibus Adriani fuerunt, & post Adrianum. Hi equidem Phryges, siue Phrygastæ appellati, susceipiunt totam scripturam, vetus ac nouum Testamẽtum, & mortuorum resurrectionem similiter fatentur. Verùm Montanum quendam prophetam habere se iactant, Priscillam ac Maximillam prophetissas, quibus addicti mente peruersi sunt. De Patre autem & Filio ac Spiritu similiter sentiunt, velut sancta catholica Ecclesia. Dissecuerunt autem seipsos, & addicti sunt spiritibus erroris, & doctrinis dæmonum, dicentes: Oportet nos, inquiunt, etiam dona gratiarum susceipere, & sancta Dei Ecclesia simliter dona susceipit. Verùm quæ verè dona sunt, & Ecclesiæ Dei sanctæ per Spiritum sanctum approbata, itemque per prophetas & Apostolos, ac ipsum Dominũ

" quum Ioannes apostolus ita in epistola dicat: Probate spiritus an sint ex Deo. Et rursus, Audiuistis

" quòd antichristus veniet, & nunc antichristi multi sunt. Ex nobis processerunt, sed non erant ex nobis.

" Si enim fuissent ex nobis, mansissent vtique nobiscum. Sed vt cognoscantur quòd non sint ex nobis, ea

" gratia scribo vobis, filii, &c. Reuera igitur non sunt ex ipsis sanctis. excesserunt enim ab ipsis per suã contentionem, addicti spiritibus erroris ac fabulositatis. Ecce enim ex ipso argumento redarguũtur, non potentes explere sua in contentione promissa. Si enim oportet dona susceipere, & opus est in Ecclesia donis, cur non amplius post Montanum & Priscillam ac Maximillam habent prophetas? Nũ cessauit gratia? Non cessat autem gratia in sancta Ecclesia, absit. Si verò vsque ad tempus aliquod vaticinati sunt, qui prophetæ fuerunt, & non amplius vaticinantur: ergo neque Priscilla, neque Maximilla vaticinatę sunt, post prophetias per sanctos Apostolos in sancta Ecclesia probatas. Itaque secundum duos modos ipsorum dementia redarguetur. Aut enim ostendent esse prophetas post Maximillam,

B vt ne cesset ea quæ apud ipsos gratia appellatur: Aut Maximilla falsa prophetissa comperietur, post terminum propheticorum donorum ausa non à Spiritu sancto, sed à dæmoniis erroris afflari, & audientes ipsam decipere. Et quomodo ex his qnæ ab ipsa dicuntur, confutatio ipsius emergat, dicam. Dicit enim Maximilla ab ipsis appellata prophetissa: Post me prophetissa non amplius erit, sed consummatio. Ecce quomodo vndique apparet spiritus erroris. Quæcunque enim prophetæ dixerunt, & cum intelligentia consequenter loquuti sunt, & perfecta sunt quę ab ipsis dicta sunt, & adhuc implentur. Hęc verò dixit, post ipsam esse consummationem: & nondum consummata sunt, maximè quum tot Reges postea fuerint, & tantum tempus transierit. Anni enim iam sunt, ab eo tempore plus minus ducenti nonaginta, vsque ad nostrum tempus duodecimi anni Valentĩni & Valentis ac Gratiani regni, & non dum est cõsummatio iuxta illam quæ seipsam nominauit prophetissam, quum ne diem quidem obitus sui nouerit. Et videre est quomodo omnes qui seipsos à veritate abalienarunt, non in aliqua stabilitate doctrinæ permanserunt, sed velut pueri à semper seducente serpente decepti, in perditionem seipsos exposuerunt, & vt pabulum lupi facti sint, & ex ouili rapti ac distracti sint, atque sic perierint, non tenentes principatum, sed relinquentes veritatem, seipsos in naufragium et tempestatem omnis erroris immiserunt. Si enim dicet Maximilla, quòd prophera non amplius erit, ergo tollit qnod sit apud ipsos donum, et hucusque feratur. Si verò vsque ad ipsam quidem, velut dixi, donum fuit: ergo etiam ipsa donorum particeps non fuit: nam errauit. Obsignauit enim Dominus Ecclesiam, et impleuit ipsi dona. Quando enim opus erat Prophetis, in spiritu vero, et mente sana, et intelligentiam habente, sancti ipsius omnia præuaticinati sunt, impleti Spiritu sancto iuxta proportionem donorum ex spiritu vni-

C cuique datorum et pro fidei portione, ad vtilitatem. Quid igitur vtile hi dixerunt? aut quid correspon-

" dens fidei? Quomodo verò non potius hi sunt de quibus dixit Dominus, Attendite à falsis prophetis

" qui veniunt ad vos in indumentis ouium, intus verò sunt lupi rapaces. Comparantes enim ea quę ab ipsis dicta sunt et quæ in veteri ac nouo Testamento in veritate, sunt, et in veritate facta sunt ac prędicta probabimus qualis prophetia exiſtit, et qualis falsa prophetia. Propheta cum constanti ratioue ac intelligentia loquebatur, et dicebat ex Spiritu sancto, omnia sana mente ac corpore dicens: Sic Moses

" seruus Dei, fidelis in domo, et quum videret, dicebatur Propheta in veteri Testamento. Et visio, inquit

" quam vidit Esaias, filius Amos propheta. Vidi, inquit, Dominum sedentem in throno alto et elato. Et

" vidi Seraphim ac Cherubim, et audiui vocem Domini dicentem ad me: Vade, dic populo huic, Auribus audietis et non intelligetis, et videntes videbitis et non videbitis. et quum audissem à Domino, di-

" gressus ad populum dixi: Hæc dicit Dominus: Nónne vides quòd intelligentis est hic sermo, et non

" mente moti, neque vt à mente perculsa vox reddebatur? Similiter autem et Iezechiel sanctus et propheta, audiens à Domino, Fac tibi panes de stercore humano: dixit, Nequaquam Domine, nunquam inquinatum et immundum ingressum est in os meum. Quum enim cognosceret propter minas fieri hunc sermonem à Domino ad ipsum, non velut mente motus ferebatur, et hoc facere aggrediebatur, sed sanam et intelligentem habens mentem dicebat, Nequaquam Domine. Hęc enim reuera sunt prophetarum in sancto Spiritu sanam mentem habentium, et doctrinam et sermonem. Daniel verò, nónne

D omni intelligentia plenus reperitur? Et cõsiliorum intelligens? qui ænigmata Nabuchodonosor soluit, et quę ille per somnia vidit, hic suggerebat, et aberrat ab ipso qui viderat, et solutionem statim inferebat, sano statu et excellentia doni, ampliorem prudẽtiam habens super omnem hominem, eo quòd donum sancti spiritus reuera prophetam erudiebat, et eos qui per prophetam doctrina veritatis digni fiebãt. Cęterùm quę hi profitentur se vaticinari, ea neque stabili mente facere videntur, neque intelligẽtiam sermonis habentes. Obliqua enim apud ipsos sunt verba, et intorta, et nullam rectitudinem habentia. Statim enim Montanus dicit: Ecce homo velut lyra, et ego volo velut plectrum. homo dormit,

Hæresis Phrygorum. 48.
Phrygastę Phryges.
Mõtanus propheta Priscilla ac Maximilla prophętissæ.
Inquisitio de veritate verorũ donorum.
Antichristi quales.
In Ecclesia catholica vera dona Dei.
Spiritus erroris vnde dignoscatur
Epiphanii sæculũ
Finis eorum qui se abalienarũt à veritate.
Obsignauit ecclesiam suã Dominus
Prophętarum probatio.
Sermo dei conuiuatorius.
Sani prophętæ sermones.
Montani prophetia qualis.

& ego vigilo. Ecce Dominus est qui extasi emouet corda hominum, & qui dat corda hominibus. Qui igitur ex his qui intelligunt, & cum prudentia vtilitatis doctrinam suscipiunt, & suæ ipsorum vitæ curam gerunt, non condennabit talem adulteratam doctrinam, & sermonem eius quę iactat seipsum inter prophetas recensęri: cum non possit similia prophetis dicere. Neque enim Spiritus sanctus loquutus est in ipso, nam dicere, Volo velut plectrum, & vigilo, & extasi emouet Dominus corda: mente moti verba sunt, & non intelligentis, sed alium characterem ostendentis præter eum qui est Spiritus sancti, qui in prophetis loquutus est. Si verò mendacium veritati applicare voluerint, & ignorare mentem sinceritatis curam habentem, & sibiipsis coaceruare sermones per quos errorem suum fucent: similem quendam affectum producent, ab eo quod sancta Scriptura dixit: Immisit Deus soporem & extasim in Adam, & dormiuit. Et non amplius simile est hoc illi. Nō enim & hic corpus formaturus erat Deus vt ideo extasim immisisset, quo similia inferret, propter excellentem benignitatem. Nam ipsi Adam in duxit extasim somni, non extasim & emotionem mentis. Extasis autem iuxta multas differentias modum habet. Dicitur enim extasis stupor ob excellentiam admirationis. Dicitur & extasis insania, eo quòd à proposito emoueat. Verùm illa somni extasis, hoc est, sopor, iuxta alium modū dictus est, iuxta naturalem actionem, maximè eo quòd profundissimè sancto Adā inductus esset, qui manu Dei formatus erat. Reuera enim videre licet, quòd meritò hanc extasim diuina Scriptura posuit. Nam dum dormit homo, transferuntur omnes sensus ad quietem conuersi. Velut verbi gratia, vis visiua si adest, non videt: cōclusi enim sunt oculi. Quiescit motorius in homine spiritus, siue anima. Si graueolentia aut gratus odor est in domo, etiamsi adsit olfactus sensus, non sentit: emotus est enim talis sensus, ad quietem conuersus. Si amari aut salsi aut dulces humores sint in ore, gustus non percipit: nam in quietis extasi ac sopore iacet non operans, quod in vigilia operabatur. Auditus adest: sed cessat vis audiendi in sensu & sæpe loquentes in domo, nisi expergefiat homo, non audit quæ dicant, eo quòd discesserit actio ad tempus. Si animalia quędam percurrant per nostrum corpus, non sentimus ipsorum circa corpus nostrum contactum, nisi grauiter nos impetant: ita toto corporis organo propter somni quietem ab actione emoto. Nam quum organum naturæ sit terreæ, & animę circundatum, eo quòd sic ex Deo vtilia nobis contigerunt, datur somno tempus, qui ipsum ab efficacissimo sensu ad transitum quietis transfert. Ipsa verò anima à principali actione ac prudentia non emouetur. Sæpe enim imaginatur, velut in vigiliis, & obambulat, & operatur, & pontum penetrat, & plura ac maiora his per somnia speculatur. Nō tamen in desipiente & in extasi posito, ac mente moto homine, qui corpore & anima vigilans horrenda tractat, & sæpe seipsum et alios malè accipit. Ignorat enim quæ loquitur ac facit: nam qui in extasi mentis ac desipientia talis existit. Hæc autem omnia ò chariſſimi, necessariò collegimus, ob id quod dictum est, Immisit Deus extasim siue soporem in Adam, & dormiuit: vt differentias modorum extasis explicaremus. Et dixit ob quam causam illic à Domino extasis dicta est somni participatio: nimirum propter Dei indulgentiam & benignitatem, quam omnibus quidem hominibus idem largitus est vt transferatur homo à cura in quietem somni & negotiorum vitæ. Verùm illic amplius illam extasim vocauit, eò quòd fecerit ipsum ad tempus non sentire dolorem, propterea quòd accepturus erat costā ab ipso, & ipsam formaturus ei in vxorem. At non erat mentis extasis, ac intelligentiæ emotio. Statim enim vt surrexit, agnouit & dixit: Hoc nunc os ex ossibus meis, & caro ex carne mea. Hæc vocabitur mulier, quoniam ex viro ipsius hæc sumpta est. Nouit enim, velut vides, & prima & præsentia, & vaticinatur de futuris. Ecce enim, agnouit prima, quando erat in somno, dicens: Hoc nunc os ex ossibus meis. Et agnouit præsentia, postquàm facta esset mulier agnoscens ipsam de corpore sublatam. Et vaticinatus est futura: nimirum, Ea gratia relinquet homo patrem suum & matrem suam, & adhærebit vxori suæ, & erunt duo in carnem vnam. Hæc autem non sunt viri mente moti, neque intelligentia priuati, sed sanam mentem habentis. Si verò etiam de illo, Ego dixi in extasi mea, omnis homo mendax, dicendum est: alia rursus hæc facultas est, non velut desipientis alicuius ac mente moti hominis, Absit: sed valde admirantis & cogitantis de his, quæ secundum consuetudinem cogitationum moderatè videntur atque fiunt. Quandoquidem enim admiratus est propheta, propter admirationem hic id dicit. Fuerunt etiam prophetæ in extasi, non in extasi rationis. Fuit item Petrus in extasi, non qui non intelligeret sermonem, sed qui videret alia quàm quæ per quotidianam consequentiam ab hominibus videntur. Videbat enim linteum demissum, & omnia quadrupeda ac reptilia, & volatilia cœli in ipso. Vide verò quod intelligit, & non erat in extasi ac emotione mentis sanctus Petrus. Quando enim audiuit, Surge, macta, et comede: non velut qui sanam mentem nō haberet, persuasus est, sed ait ad Dominum, Nequaquam Domine, nunquam enim inquinatum aut immundum ingressum est in os meum. Et sanctus Dauid dixit, Omnis homo mendax. Qui verò dicit, Ego dixi: propriè dixit, et de hominibus dixit, quòd mentiuntur, ergo ipse non mētiebatur. Verùm stupens et admirans ipsius benignitatem, et quæ ipsi à Domino prædicata erant, admirabatur per excessum. Et videns omnem hominem egētem misericordia Dei, soli Domino veritatem attribuit, omnem autem hominem sub pœna nouit, vt ostēdat verum spiritum qui in prophetis loquutus est, et profunditates cognitionis ac certitudinis Dei ipsis reuelauit. Fuit præterea et Abraam in extasi, non in extasi mentis, sed in extasi ac perculsione timoris: videbat enim clibanum et lampades circa solis occasum. Sed et alii prophetæ videntes visiones, mente sana dicebant: velut Moses dicit, Timidus sum et tremens. Cognouit autem Abraam ea quæ à Domino dicebantur, Cognoscens cognosces quòd semen tuum peregrinum erit in terra aliena ānis quadringentis. Et vides, quòd omnia apud prophetas dicta in veritate videre datur, et in sana mente, et in sapienti ratione, et nō in insania. Quod si rursus voluerint dicere,

Qualia non intelligentis verba.

Extasis quid significet.

Somniratio.

vis sensuū in quo cō sistat.

Extasis à Deo immissa in Adam.

Præsentia Adam ex tasi soluta.

Duplex extasis.

Naturæ dei & hominis discrimen.

Extasis Abraæ vnde.

non

non ſimilia eſſe prima dona poſtremis: vnde hoc demonſtrare poterint? Similiter enim inter ſe
A ſancti Prophetæ & Apoſtoli vaticinati ſunt. Primùm igitur aſcendente Saluatore in cœlum, quum vidiſſent duos in veſtibus albis, non in inſania ipſos viderunt, ſed ſana mente audierunt: Viri Galilæi quid ſtatis intuentes in cœlum? Huic IESVS qui aſſumptus eſt de vobis in cœlum, ſic veniet, &c. Deinde verò etiam Petrus, velut dixi, videns & audiens, & reſpondens ac dicens, Nequaquam Domine: ſtabili mente erat. Agabus verò prophetans & eum admirabili habitu inſinuans, docebat. Accepto enim cingulo Pauli, & ligatis proprijs pedibus ac manibus, ſic inquit: Virum hunc cuius eſt hoc cingulum, ligabunt Iudæi, & abducent in Hieruſalem. Sed & rurſus Antiochiam venerunt prophetæ, & denunciabant famem futuram per omnem orbem terrarum, & non intercidit ipſorum ſermo: ſed vt oſtendat ipſos veros prophetas ſcriptura, ſtatim infert, dicens: Quę accidit ſub Claudio Cæſare. Paulus verò ſanctiſſimus Apoſtolus prophetans, dixit, Spiritus autem expreſsè dicit, In extremis diebus inſtabunt tempora difficilia, &c. Et rurſus alibi, Diſcedent quidam à ſana doctrina, addicti ſeductoribus & doctrinis dæmonum prohibentium matrimonium contrahere, iubentium abſtinere à cibis, quos Deus creauit in vſum noſtrum cum gratiarum actione. Quare palàm ex propoſitis impletum eſt hoc ipſum in nobis, & ſimilibus nobis. Pleræque enim harum ſectarum matrimonium contrahere prohibent, & à cibis abſtinere præcipiunt: non honeſtæ vitæ gratia exhortantes, non maioris virtutis gratia, & præmiorum ac coronarum, ſed abominabilia ea, quæ à Deo facta ſunt, putantes. At verò ſancta Eccleſia & virginitatem glorificat, & ſolitudinem ac caſtitatem & virginitatem laudat, & nuptias pudicas honorat & ſuſcipit: ſcortationem verò & adulterium ac petulantiam interdicit. Vnde videre eſt ſanctæ catholicæ Eccleſiæ characterem, & adulteratos aliorum mores: quò probata ſequentes ab omni errore & obliqua atque accliui calle reſugiamus. Dixi enim ſuprà, velut à ſancto Apoſtolo prædictum eſt, & rurſus dico, quòd mu-
B niens nos, & characterem ſanctæ Eccleſiæ ab hæreticorum errore diuidens, dixerit, quòd audenter ea quæ ex Deo bene ordinata ſunt interdicentes leges ferunt: de quibuſdam prohibentibus matrimonium contrahere, & præcipientibus abſtinere à cibis, verba faciens. Etenim cum modeſtia quadam Deus verbum in Euangelio dixit, Vis perfectus eſſe: miſericordiam exhibens hominum formationi ac debilitati. Et gaudet quidem his qui approbatum Dei cultum præſtare poſſunt, & virginitatem ac caſtitatem & continentiam exercere deligunt. Verùm vnas nuptias honorat, etiamſi maximè ſacerdotij dona per eos qui ab vnis etiam nuptiis ſe continuerunt, & in virginitate vitam degunt, ſe ornaſſe præexpreſſit, velut etiam Apoſtoli ipſius eccleſiaſticam ſacerdotij regulam ordinatè ac ſanctè conſtituerunt. Si verò quis per debilitatem opus habuerit poſt primę vxoris obitum, ſecundas nuptias contrahere: hunc ipſum veritatis regula non interdicit, hoc eſt, eum qui non ſit ſacerdos. Hi verò prohibent, iuxta id quod dictum eſt, Prohibentium contrahere matrimonium. Reiiciunt enim ſecundis nuptiis coniunctum, & cogunt ſecundis nuptiis non copulari. Nos verò non neceſſitatem imponimus, verùm cum bono conſilio admonemus, exhortantes eum qui poteſt. Non autem neceſſitatem imponimus non potenti, neque reiicimus ipſum à vita. Sanctum enim verbum omnibus prædicauit, vt debilium infirmitatem portemus, velut etiam ipſe ſanctus Apoſtolus dicere comperitur, & tales redarguere qui non ſunt eiuſdem doni: Iuniores, inquit, viduas reiice. Poſtquam enim inordinatè ſe geſſerunt contra CHRI-
C STVM, nubere volunt, habentes iudicium, quòd primam fidem reiecerunt. Quæ enim promiſerunt, & reprobauerunt iudicium habent. Quæ verò non promiſerunt, ſed coniunctæ ſunt propter debilitatem, iudicium non habent. Si verò etiam iudicium ſiue condemnationem habituræ eſſent, quomodo dixiſſet, nubant, domum gubernent? Omnis itaque qui prophetat, intelligens comperitur, tum in veteri, tum in nouo Teſtamento. Sic etiam ſanctus Ioannes in Apocalypſi dixit: Hæc reuelauit Dominus ſeruis ſuis, per ſeruum ſuum Ioannem. Et, Hæc dicit Dominus: Qui hęc dixit, ſanam mentem habuit & intellexit. Ecce igitur hæc dicit Dominus, &, Viſio quam vidit. At Montanus hic iactat qui ſeipſum eſſe propheram, & ſeduxit eos qui ab ipſo decepti ſunt, inconſtantia ſecundum diuinas ſcripturas narrat. Dicit enim in ſua appellata prophetia, Quid dicis eum qui ſuper hominem ſaluatur? Lucebit enim iuſtus, inquit, ſuper ſolem centupliciter. Parui verò qui inter vos ſaluantur, lucebunt ſuper lunam centupliciter. Cæterùm Dominus redarguit hunc, habens poteſtatem donandi vt luceant facies ſanctorum, & qui illuſtrauit faciem Moſis, & qui immutauit ſanctos in ſua ſancta reſurrectione, eos qui ſeminãtur in ignominia, & reſurgũt in gloria. Non alia corpora prętęr quæ iam ſunt, ſed ipſa quæ iam ſunt reſurgunt tota, accipiuntque gloriam ab ipſo poſt reſurrectionem, ab ipſo qui gloriam largè ſanctis ſuis exhibet: habet enim dandi poteſtatem ac largiendi, velut Deus ac Dominus. Quum
D habeat autem poteſtatem largiendi, non promiſit ſecundum Montanum, ſed dicit, Lucebunt veſtræ facies velut ſol. Si itaque qui habet poteſtatem, & verè herus eſt ac Dominus noſter IESVS CHRISTVS dicit quòd facies iuſtorum lucebunt velut ſol: quomodo Montanus amplius promittit centupliciter? Ergo potius ſimilis eſt illi, qui promiſit Euę, & dixit, Eritis ſicut Dei: et ab ea quam habebat ipſa vnà cum Adam gloria atque Paradiſi voluptate, prępatauit vt eiicerentur, & in corruptionem mortis deferrentur. Inſuper verò apponit idem Montanus ſic dicens, Ego Dominus Deus omnipotens, conuerſans in homine. Rectè igitur diuina ſcriptura nos præmunit, & conſequens ſpiritus doctrina nos admonuit, vt cognoſcamus qualia ſunt imitamenta alieni ſpiritus, & oppoſitiones aduerſus veritatem. Statim enim vbi hoc dixit Montanus, ſuſpitionem nobis præbuit,

Prophetarum ſimilitudo.

Agabus prophetans.

Prophetia pauli.

Nuptiarũ & virginitatis in Eccleſia ratio.

perfectio à Chriſto definita.

Secundarum nuptiarum oſores.

Viduæ iuniores reiiciendæ.

Omnis prophetãs, intelligens.

Montani iactantia.

Facies Sanctorũ poſt reſurrectionẽ quales futuræ.

vt recordaremur eorum quæ à Domino dicta sunt. Sic enim Dominus in Euãgelio dicit: Ego veni in nomine patris, & nõ suscepistis me: Alius veniet in proprio, & talẽ suscipient. Proinde penitus discors à diuinis scripturis hic inuenitur, velut omnibus manifestum est qui attentè legunt. Si itaque discors est, alienus est à sancta catholica Ecclesia. Et secta eius iactans se prophetas habere ac dona, ea non accepit, sed ab his defecit. Quis igitur intelligens ausus fuerit hos prophetas vocare, & non magis dixerit hos seductores esse? CHRISTVS enim nos docuit, dicens, Spiritum paracletum mittam vobis, & signa dans, dixit, Ille me glorificauit. Et Dominus rursus CHRISTVS Spiritum glorificauit, dicens ipsum esse spiritum veritatis. Montanus autem seipsum solum glorificat, & dicit esse patrẽ omnipotentem, & in homine inhabitare: vt vndiquaque ostendatur quòd non ipse sit, neque ab illo missus, neque qui ab illo accepit. In Domino enim voluit totum complementum deitatis inhabitare corporaliter: & de complemento ipsius omnes prophetæ acceperunt, velut sanctus Ioannes dicit. Et vides quomodo omnes veteres CHRISTVM annunciauerunt, & qui post CHRISTVM fuerunt, CHRISTVM glorificauerunt, & ipsum confessi sunt. Montanus verò, intulit seipsum quendam dicens, vt ostendatur quòd neque est, neque ab ipso missus est, neque ab ipso accepit. Deinde rursus inquit misertmus homuncio Montanus: Neque angelus, neque legatus, sed ego Dominus Deus pater veni. Hæc autem quum dicat, deprehenditur alienus esse, vt qui CHRISTVM non glorificet, quem totum donum Ecclesiasticum in sancta Ecclesia in veritate glorificauit. Inuenietur enim extra corpus Ecclesiæ esse, ac extra caput totius, & non tenere caput, ex quo totum corpus constructum augescit, velut scriptum est. Dominus enim noster IESVS CHRISTVS seipsum ostendit quòd verè filius sit in veritate. Montanus autem seipsum patrem dicit. Quomodo igitur ô Phryges, qui contra nos hostes insurrexistis, & in Christianum cognomentum formati estis, barbarorum verò pugnam suscepistis, & Troianorum ac Phrygum hostilitatem imitamini, quomodo credidimus vobis dicentibus, propter dona defeciſſe ab Ecclesia? Non enim amplius dona fuerint quæ sunt à donis aliena, & præter characterem à Domino promissum, velut prophetæ vestri dicunt. Inducitis nobis insuper & Maximillam. Nam & nomina vestra euariata sunt ac horrendissima, & neque molle quid ac dulce habent, sed agreste & barbaricum. Statim enim hæc Maximilla apud illos Phrygas quid dicat, ô filii CHRISTI audite. Me ne audite, sed Christũ audite, & in quibus Christũ glorificare videtur, aberrat. Si enim CHRISTI fuisset, dixisset vtique secũdũ sanctos Apostolos, velut vnusquisque dicit. Petrus quidem primus dicens, Nos ab ipso audiuimus: & ipse Dominus dicens, Qui vos audit me audit. Paulus verò dicit, Imitatores mei estote, quemadmodum ego Christi. Hęc autem verum dicit mentiens, & non volens. Rectè autem dicit quum inquit, sed CHRISTVM. Sæpenumero enim immundi spiritus coguntur seipsos subuertere, quòd non sint veritatis, & ostendere Dominum suum volentes & non volentes propter necessitatem. Sicut puella quæ habebat spiritum Pythonis, dicebat, Hi homines Dei altissimi serui sunt. & hoc, Quid venisti ante tempus torquere nos? nouimus te qui sis, sanctus Dei. Ita & hæc coacta dixit, se non audiendam esse, sed CHRISTVM. Quomodo igitur hi, qui hoc ab ipsa audiuerunt, & ipsi crediderunt, ipsam audire voluut? quum ab ipsa didicerint, non ipsam audiendam esse, sed Dominum. Nam quum verè terrena ipsa loqueretur, si affuisset ipsis prudentia, non debuissent ipsam audire. Et ne dixeris, quod intelligebat. Non enim intelligentia præditi est docere, & seipsum subuertere. Si enim omnino dicit, Ne audite me, qualis erat spiritus qui loquebatur in ipsa? Si ipsa dixit, aut homo, ergo non erat in Spiritu sancto. Quæ enim dicit, Me ne audiatis, humanum quid nimirum dixit, & non erat in spiritu sancto. Quę verò non erat in Spiritu sancto ex supernis, sed humanæ sapientiæ erat, & nihil nouit, & non erat Spiritus sanctus, sed ex humana sapientia sonabat, ac loquebatur. Si verò in Spiritu sancto loquebatur ac vaticinabatur, qualis erat Spiritus sanctus qui dicebat, Me ne audite? Et multa est fraudis cæcitas, & magnus est Dei sermo, qui per omnes modos non adsuefacit ad hoc, vt sciamus quales sunt spiritus, qui ex Spiritu sancto loquuti sunt: aliquando ex persona patris, aliquando ex persona filii, aliquando ex persona Spiritus sancti. Et si spiritus in Maximilla sanctus fuisset, non interdixisset propria verba. Vnus enim est Spiritus sanctus, qui diuidit vnicuique prouut vult. Dicitur autem Spiritus pietatis, & dicitur esse Spiritus CHRISTI, & Spiritus à patre procedens, & à filio accipiens, non alienus à patre & filio existens: Ergo non dixit, Ne audite me. Quæ enim CHRISTI sunt, Spiritus loquitur, & CHRISTVS Spiritum mittit: & in Spiritu sancto eiicit dæmonia: Et Dominus quæ patris sunt, dicit: Et pater filium sanctificauit, et in mundum demisit, vt cognoscant ipsum et glorificent, quemadmodum glorificant patrem. Et corruit per omnes modos sententia ab alienantium se à CHRISTI consequentia. Dicit porrò rursum eadem Maximilla ipsa intelligentiæ ac doctrinæ cognitio, vt per ludibrium dicam: Misit me Dominus huius laboris et promissionis ac fœderis indicatricem electam, interpretem coactam, vt volentem et non volentem contingat discere cognitionem Dei. Consideremus igitur vitę nostrę stabile fundamentum, et viam Lucis, ô charissimi, et ne fallamur per sermones contrarios, et peccoris à spiritu alieni. Videte enim hîc eum, qui sic loquutus est, coactum se dixisse, non voluntaria mente. At Dominus noster non inuitus venit in mundum, neque ex necessitate à patre demissus est, sed simul cum patre habens ipsum velle, et cum sancto Spiritu ipsum exhibere. Et similiter cùm habeat ipsum velle cum patre, habet etiã vt nõ cũ necessitate hãc gratiã omnibus det, sed propter excellẽtẽ erga homines benignitatẽ. Sic etiã quos vocauit, cũ volũtatis proposito vocauit, nõ necessitatẽ immittẽs, nõ tormẽtũ aliquod adhibẽs. Dicit enim, Qui sititis venite ad me. Et rursus, Si quis vult venire ad me, abne-

Spiritus sanctus alieni spiritus oppositiones declarat.

Signa spiritus sancti.

Veteres Christum annunciauerunt.

Sequẽtes Christum glorificauerunt.

Mõtanus se patrem dicit.

Phrygũ in Christianos impetus.

Maximillæ dictum.

Spiritus immundi seipsos subuertunt.

Simulata Spiritus sancti verba.

Spiritus sancti appellationes.

Maximillæ verba blasphemiæ.

Vocatio non coacta.

ger

get ſeipſum,& ſequatur me. Et per Eſaiam idem loquens, dixit, Si volueritis & audieritis me. Et poſtea
» » vt oſtenderet propheta, quis eſſet qui dicit, ait: Os Domini loquutum eſt hæc. Et vides omnibus modis
» » horum ad diuinam ſcripturam diſſonantiam, & aliam ſuſpicionem ac opinionem præter fidem ac cõſequentiam Dei. Etenim Maximilla volentes & non volentes cogere dicit, vt etiam ex hoc ipſo dicto mendax videatur. Neque enim volentes docuit cognitionem Dei quam non nouit, neque non volentes coegit. Non enim omnes in mundo nouerunt Maximillæ nomen, neque ſermonum ipſius ſonum. Et omnibus modis corruit horum erronea verſutia, quæ non eſt ex veritate Dei. Honorant autem tales etiam locum quendam deſertum in Phrygia, Pepuzam quondam appellatam ciuitatem, nunc autem ſolo adæquatam. Et dicunt illuc deſcendiſſe ſupernam Hieruſalem. Vnde eò abeuntes, myſteria quædam perficiunt in loco, & ſanctificant, velut putant. Eſt enim hoc genus in Cappadocia ac Galatia, & A in prædicta Phrygia: vnde etiam Phrygorum, ſiue ſecundum Phrygas ſecta hæc appellatur. Sed & in Cilicia & in Conſtantinopoli plurimum viget. Quò verò nihil relinquamus ex his quæ ad nomen pertinent vniuſcuiuſque ſectæ à nobis præiudicatæ, etiam de Taſcodrugitarum nominis appellatione rurſus dicemus. Eſt enim hoc nomen, aut in hac ipſa, aut in ſequenti Quintillianorum appellata. Ab his ipſis enim & hoc nomen proficiſcitur. Vocantur autem Taſcodrugitæ ob hanc cauſam. Taſcus apud ipſos pertica appellatur. Druggus verò naſus, ſiue roſtrum appellatur. Et ab eo quòd imponunt digitum ſuum, indicem appellatum, in naſum dum orant, triſtitiæ nimirum ac vltroneæ iuſtitiæ gratia, ab aliquibus Taſcodrugitæ appellati ſunt, hoc eſt, Perticonaſati, aut perticoroſtrati. In hac verò hæreſi, aut in coniugata eius Quintillianorum, ſiue Priſcillianorum & Pepuzianorum appellata, horrendum ac nefarium quoddam opus fieri dicunt. Puerum enim quendam valde infantem, in feſtiuitate quadam per totum corpus æreis aciculis compungentes, ſanguinem ipſius ſibiipſis comparant, ad apparatum videlicet ſacrificii. Sufficient autem nobis & quæ de hac diximus, ô chariſsimi. Promiſimus enim de vnaquaque hæreſi, non inuidioſè nos dicturos eſſe, ſed quæ tum ex auditu, tum ex lectione eorum qui verè de his prodiderunt, accepimus, traditurosque eſſe: quò nihil ſuperfluum vltra ea, quæ nouimus tradentes, ſub conſcientia eſſe non videamur, velut qui etiam ipſi inueniamus non recta, quæ contra homines dicamus, ſed in vitium incidamus, in quod etiam ipſi inciderunt veritatem non dicentes, B ſed prædicantes quæ non viderunt, neque audiuerunt, neque à vera ſancti Spiritus doctrina acceperunt. Quando verò omnia exactè, velut dixi, recenſuimus de vnaquaque ſecta, ita vt malum quidem reuelauerimus ad correctionem eorum qui inciderunt, & ſubuerſionem fecerimus per diuinos ſermones & rectas rationes: curatiuo, vt ita dicam, pharmaco iuxta duplicem modum in Domino præparato, his quidem qui inciderunt, vt conualeſcant à morbo, & tanto dolore: his verò qui non illapſi ſunt, vt præoccupatiuum, vt ita dicam, pharmacum habeant, veritatis medicamentum exhibentes: quo etiam ipſi diſcipuli diſcipulorum Chriſti vocemur, & ipſius Saluatoris, corporum & animarum auxilia toris, per virtutem Chriſti ad ſequentes procedere conabimur, poſtquam ſanè venenum & dentium ipſius hamiforme virus, per lignum veritatis crucis contriuimus. Eſt autem hæc hæreſis hæmorrho viperæ ſimilis, cuius pernicies de vniuerſo corpore commorſorum ſanguinem effundit, & ſic mortem inducit. Hæc enim & Quintillianorum hæreſis hoc facit. Impubis enim pueri corpus compungit, & ſanguinem in vſum aufert, ad ſacrorum nominis Chriſti initiationem deceptos, ſeducens. Cæterùm nos ad conſequentes per virtutem Chriſti accedentes, veritatem ipſius inuocemus, quo vniuſcuiuſque C erroris veſtigiis inueſtigatis, viribúſque eius deprehenſis ac confutatis, Deo in omnibus conſueto more gratias agamus.

Corruũt quæ non ſunt ex charitate Taſcodrugitarum appellatio.

Modus orandi Taſcodrugitarum.

Pueri cõpunctio.

Quaratione de hæreſibus tractet.

Pharmachi cõtra hæreſes duplex vſus.

Hæmorrhus ſerpens.

Quintilliani, Pepuziani, Priſcillianihæreſis 49.

Contra Quintillianos, ſiue Pepuzianos, qui & Priſcilliani, quibus coniunguntur Artotyritæ, hæreſim XLIX.

Hæreſis ſuæ Chriſtum authorem faciunt.

QVintilliani, qui & Pepuziani appellantur, Artotyritæque, ac Priſcillani, iidem ſunt cum Phrygibus, & ex ipſis originem duxerunt: diuiduntur autem iuxta quendam modum. Tradunt enim hi Phryges, ſiue Priſcilliani, in Pepuza aut Quintillam, aut Priſcillam, non poſſum certò affirmare, vnam autem ex ipſis, in Pepuza dormiuiſſe, & Chriſtum ad ipſam veniſſe, condormiuiſſéque ipſi hoc modo, velut illa deluſa dixit: In forma, inquit, mulieris formatus, in veſte ſplendida venit ad me Chriſtus, & immiſit in me ſapientiam, & reuelauit mihi hunc locum eſſe ſanctum, & huc Hieruſalem ex cœlo deſcendiſſe. Quare etiam hucuſque dicunt, initiati ſic quaſdam mulieres in eo loco, itémque viros, ad hoc vt ipſe aut ipſi expectantes Chriſtum videant. Mulieres itaque apud ipſos vocantur prophetiſſæ. Non autem certò compertum habeo, an apud ipſos, aut apud Phrygas hoc fiat. Simul enim ſunt, ac idem ſentiunt. Vtuntur autem hi veteri ac nouo Teſtamento. Et mortuorum reſurrectionem ſimiliter aſſerunt. Quintillam verò ducem ac principem habent cum Priſcilla, quæ etiam eſt apud Phry- D gas. Teſtimonia autem multa producunt vana, gratiam dantes Euæ, quòd prima de ligno prudentiæ comedit. Et ſororem Moſis velut prophetiſſam in teſtimonium afferunt, earum quæ ab ipſis in clerum conſtituuntur mulierum. Imò quatuor, inquiunt, filiæ erant Philippo, prophetantes. Sæpe verò in ſuam Eccleſiam ingrediuntur, lampades ferentes, ſeptem virgines, quædam albis veſtibus indutæ, vt populo vaticinentur. Hæ verò modum quendam afflationis à numine præſentibus populis oſtendentes, fraudem operantur, ploratúmque ædunt velut pœnitentiæ miſeriam agentes, lachrymas fundentes, & in habitu quodam vitam humanam deplorantes. Epiſcopi quoque apud ipſos ſunt mulieres, & presbyteri mulieres, & alia quæ nihil differre dicunt. In

Duæ mulieres huius hereſis rectrices.

Teſtimoniis ſcriptarę quo modo vtũtur.

Mulieres Epiſcopi.

CHRISTO enim IESV neque masculus, neque fœmina. Hæc sunt quæ de ipsis accepimus. Artotyritas autem ipsos appellant, eò quòd in mysteriis suis apponunt panem & caseum, & sic mysteria sua faciunt. Tota verò fraus hominum est in eo, quòd defecerunt à recta fide, & conuersi sunt ad desperationem, & ad differentias afflationum & actionum. Debacchantur enim semper mentes, veritatis antichoram non continentes, sed seipsos vento permittentes. Etsi enim mulieres apud ipsos in Episcopatum ac presbyterium surrogantur, propter Euam, audiuit ea tamen Dominum dicentem: Ad virum tuum refugium tuum, & ipse tibi dominabitur. Latet item ipsos Apostolicus sermo: Mulieri non permitto loqui, neque autoritatem in virum habere. Et rursus: Non enim est vir ex muliere, sed mulier ex viro. Et Adam non est deceptus, sed Eua prima decepta in transgressione fuit. Et ô multiplicem huius mundi errorem? Quare velut edentulum quid & dementiæ plenum, instar Stellionis, hanc hæresim prætereuntes, ad sequentes, ô chariſſimi, procedam, Deo ad humilitatem nostram iuuandam, & promissionem nostram explendam, in auxilium inuocato.

Autoritas qua se tuẽtur.

Mentes sine requie

Probatio abusus.

Stellio.

Contra Tessaraſcædecatitas, hæresim. L.

AB his duabus sectis simul inter se permixtis, Phrygorum ac Quintillianorum, siue Priscillianorum emersit rursus mundo alia hæresis, Tessaraſcædecatitarum appellata: quos Quartadecimanos quidam appellant. Et hi quidem omnia habent velut Ecclesia. Aberrant autem ab omnibus, eò quòd non consequentiæ & doctrinæ rituum attendunt, Iudaicis adhuc fabulis addicti, & neque æqualia ipsis docent. Non enim nouerunt quæ dicunt, neque de quibus affirmant. Semel enim in anno vnam diem tales contentiosè Paschatis agunt, & quidem quum de Patre & Filio ac Spiritu sancto benè & æqualiter sentiant, & prophetas suscipiant, & Apostolos atque Euangelistas, resurrectionémque carnis similiter confiteantur, & futurum iudicium ac vitam æternam. Inciderunt autem & ipsi in errorem non vulgarem, vsi nimirum dicto in quo dixit lex: Maledictus qui non faciet Pascha decimaquarta die mensis. Alij verò ex ipsis eandem vnam diem agunt, & eandem vnam diem ieiunant, & mysteria perficiunt. Et sanè ex actis Pilati iactant, se veritatem comperisse, in quibus habetur Saluatorem die anteoctauum Calendarum Aprilium, passum esse. Et in illa die volunt pascha agere, in quancunque inciderit quarta decima lunæ. Qui verò in Cappadocia degunt, eandem vnam diem ante octauum calendas Aprilis agunt: Et inter seipsos seditio est non vulgaris, quum alij decimaquarta Lunæ, alii ante octauum Calendarum Aprilium idem faciant. Adhuc autem inuenimus acta Pilati, in quibus indicat, ante decimum qnintum Calendarum Aprilium passionem CHRISTI factam esse. Reuera autem, velut ex multa certitudine cognouimus, die ante decimam tertiam Calendarum Aprilium Saluatorem passum esse accepimus. Quidam die ante decimam Calendarum Aprilium asserunt. Sed & hi à proposito exciderunt. Vereor autem de his sermonem longius extendere. Nam multa sunt quæ dicere possimus. Nam vbi legislator Moses totam legem compleuit, negocio ex Deo accepto, in vltimo libro Deuteronomii omnes maledictiones ponit, non solùm de Paschate, sed etiam de circumcisione, & decimatione, & oblationibus. Quare si vnam maledictionem effugerunt, in multas seipsos immiserunt. Competentia enim maledicti, quum non circuncidantur: maledicti, non decimantes: & maledicti, non in Hierusalem offerentes? Et ô multos homines in multas nugas seipsos immittentes. Reuera enim prudens illud Ecclesiastæ dictum dicere licet, quod ex Spiritu sancto nobis promulgatum est: Deus fecit hominem rectum, ipsi verò inquisiuerunt sibiipsis vias multas. Vnde enim non corruit ipsorum opinio? Primùm enim si decimaquarta die Pascha agunt, opus habent ouem accipere à decima, & ipsam seruare vsque ad decimam quartam. Et non amplius vna dies ieiunii erit, sed quinque decima, vndecima, duodecima, decima tertia, decima quarta. Si verò ad vesperam immolatum fuerit pascha, eadem decima quarta illucescens, sed diebus perficiet in ieiunio, & non amplius vna erit ieiunii dies, & concidit ipsorum de vna die quæstio, quæ non vna aliqua est, habet enim primitiua extraria coniuncta. Et non modicum damnum in hoc negocio incurrunt. Oportebat enim CHRISTVM in decima quarta die immolari secundum legem, vt deficiat apud ipsos lumen, quod illuminat ipsos secundum legem, orto sole & lunæ splendorem velante. A decima quarta enim, & infra, luciditas lunæ perit: Sic & in lege à CHRISTI aduentu ac passione, Iudaica synagoga obscurata est. Resplenduit autem Euangelium non dissoluta lege, sed impleta: non abolita figura, sed declarante veritatem. Sic enim & in eo, quod in Hiericho fecerunt paschate, statim intulit diuina scriptura, dicens: Et comedebant in Galgalis, & defecit Manna: præconteſtans ipsis ac vaticinans diuina scriptura, quòd per passionem Domini, propter ipsorum abnegationem Dei, deficiat apud ipsos esus Euangelicus ac cœlestis, quòd Manna apud ipsos vocatum est. Cæterùm sancta Dei Ecclesia vndiquaque de sacræ huius disciplinæ vtilitate connexionem colligens, à veritate non excidit. Vtitur enim non solùm decima quarta, sed etiam septima, ordine septem sabbati dierum secundum circuitum reuoluto, vt secundum ea quòd à Domino facta sunt secundum exemplar, sit resurrectio & conuiuium. Et vtitur non solùm decima quarta lunæ, sed etiam cursu solis: vt ne vno anno duo pascha facientes, in altero neque vnum pascha perficiamus. Quapropter obseruamus quidem decimam quartam, transgredimur autem æquinoctium, & ferimus in sanctam dominicam, finem complementi. Accipimus autem ouem à decima, nomen IESV per iota denarii notam agnoscentes, vt ne lateat quid nos, de tota veritate vitalis huius paschatis, & Ecclesiastici ac veri negocii. Præteribo autem & hanc inflationem Beonis siue Physali serpentis, per CHRISTI virtutem signatus, & ad sequentes sectas mentem adhibebo.

Tessaraſcædecatitæ.

Quartadecimani hæresis. 50.

Error Tessaraſcædecatitæ.

Causa erroris eorum.

Pilati acta.

Christus xiiii. Calen. Apr. passus est.

Maledictiones legis à mose completæ.

Cur à rectitudine homo deficiat.

Tempus immolationis Agni paschalis.

Quando Euangelium resplenduit.

Manna quid sit.

Paschatis in Ecclesia ratio.

Physalus, seu Beon serpens.

Deo

Deo pro consuctó nostro more in auxilium inuocato.

Contra hæresim quæ non suscipit Euangelium Ioannis, & Apocalypsim, quam dementium & brutorum appellauerunt. LI.

Dementiũ hæresis 51.

A COnsequentur post has hæreses, Phrygias scilicet, & Quintillianos ac Tessarescæ decatitas, alia hæ-
reſis mundo exorta est, velut reptile debile, non potens resistere ad odorem dictamini, aut styra-
cis, aut libanotidis, aut abrotoni, aut bituminis, aut thymiamatis, aut lapidis gagatæ, aut cornucerui.
Dicunt enim hi, qui hæc in consuetudine habuerunt, & experientia cognouerunt, fugare has species,
reptilia & venenum iaculantia. Et dictamnum quidam vocant, ab eo quòd medici hac vtuntur, ad pa-
rierium mulierum auxilium. Quare à nobis meritò assimilatur Deo Verbo, qui ex supernis venit è cœ-
lestibus ex patre, sine tẽpore & sine principio genitus. Dicit enim Solomon de insipiente & mala mu-
liere, quòd odio habet doctrinam sinceram. Sic etiam hi firmam prædicationem odio habent, quum
sint terreni, & cœlestia auersantur. Vnde timete vocem sancti Spiritus dicentem, Vox Domini perfi-
ciens ceruos: eius videlicet, qui dixit seruis suis & Apostolis: Ecce dedi vobis potestatem calcandi su-
per serpentes & scorpios, & super omnem virtutem inimici. Hæc enim erat vox quæ perficit ceruos, &
data est immundum per sanctos Apostolos ac Euangelistas, vt conculcent contrarietatem diaboli. Ex
quorum numero sanctus Ioannes acerrimè instítit, ac redarguit vim erroneorum & serpentis formam
habentium. At nihil possunt tales in arca. Iubetur enim sanctus Noë, iuxta Domini verbum munire i-
psam, velut inquit ad ipsum, Bitumine oblines ipsam intrinsecus ac forinsecus: vt ostẽdat speciem san-
B ctæ Dei Ecclesiæ, quæ bituminis vim habet fugantem horrenda & pernicioſa reptiliformia dogmata.
Vbi enim suffitur bitumen, non poterit stare serpens. Soporem enim his inducit ac torporem facer sty-
racis suffitus, & deuitant huius odorem. Idem præstat & libanotidis facultas, contra ipsum serpentem
producta, & supra latibulum ipsius exorta. Vbi enim CHRISTVM ex affrictu nudum hominem præ
dicauit, Ebion & Cerinthus, & complices ipsorum, in Asia inquam, illic Spiritus sanctus produxit mũ
do hanc sanctam herbam, siue fruticem fugantem serpentem, & diaboli tyrannidem destruentem. Il-
lic enim sanctus Ioannes post ætatem senectam, iubetur à Spiritu sancto prædicare, & reflectere errantes in via, non coactè, sed ex voluntate, credentibus lucem Dei reuelans, quæ est in sancta Dei doctrina. Verùm vsquequo extendo sermonem? Equidem qui manet vbi crescit abrotonum, illic nõ amplius manet neque nidulatur serpens: Et vbi est vera Dei doctrina, illic non habebit domicilium reptiliformis doctrina, sed perit. Dicuntur itaque Alogi, id est bruti illi, & verbo carentes. Hanc enim appella-
tionem ipsis impono. Ab hac enim die sic vocabuntur, & sic ipsis, ô charissimi, nomen imponimus,
vt videlicet Alogi vocentur: habuerunt enim sectam, libros sancti Ioannis reiicientem. Quandoqui-
dem enim Verbum non suscipiunt à Ioanne prædicatum, Alogi, id est sine Verbo appellabuntur.
Quum itaque penitus alieni sint à verbi prædicatione, puritatem prædicationis veritatis negant, & ne
que Ioannis Euangelium, neque Apocalypsim admittunt. Et siquidem suscepissent Euangelium,
Apocalypsim verò reiecissent: dixissemus vtique. Nunquid iuxta exactam rationem hoc faciunt, A-
pocryphum non admittentes, propter ea quæ in Apocalypsi profundè ac obscurè dicta sunt? Quan-
do verò non suscipiunt natura libros à sancto Ioanne prædicatos, manifestum est omnibus, quod hi
C & similes hi sunt, de quibus sanctus Ioannes in catholicis epistolis dixit: Nouissimum tempus est, &
audiuistis quòd Antichristus veniet, & nunc ecce Antichristi multi, & cætera. Prætexunt enim hi
» se vereri contradicere sancto Ioanni, eò quòd sciunt ipsum in numero Apostolorum esse, & à Do-
» mino dilectum, qui pro dignitate mysteria reuelauit, & supra pectus Domini recubuit: & ideo a-
lio modo ipsa subuertere conantur. Dicunt enim non esse ipsa Ioannis, sed Cerinthi, & indigna
esse ipsa Ecclesia, & ab ipsa statim aggressione redarguuntur, neque quæ dicunt intelligentes, neque
ea de quibus affirmant. Quomodo enim erunt Cerinthi, quæ contra Cerinthum dicunt? Cerinthus e-
nim recentem & nudum hominem CHRISTVM habet. Ioannes autem semper existens, verbum
prædicauit, & ex supernis venisse, ac incarnatum esse. Ab ipsa itaque aggressione confutata est vana ho
rum calumnia, quæ stultitia quædam est, & non intelligit vnde redarguitur. Videntur enim sibi etiam
ipsi æqualiter nobiscum credere, quum autem non teneant certam prædicationem, per sanctum Ioan-
nem nobis ex Deo traditam, comperientur redargui in his quæ ignorant, quomodo videlicet circa ve
ritatis cognitionem se efferunt. Et si modo voluerint resipiscere & considerate, cognoscent. Nos enim
doctrinas à sancto Spiritu memorabiliter & securè ac certò existentes, non reiecerimus. Dicunt enim
contra seipsos. Neque enim dixerim contra veritatem, quòd libri ipsius non concordent cum reliquis
Apostolis. Videntur deinceps accusare sanctam & diuinitus inspiratam doctrinam. Et quid, inquiũt,
dicit? In principio erat verbum, & verbum erat apud Deum, & Deus erat verbum, & Verbum caro
D » factum est, & habitauit in nobis. Et vidimus gloriam eius, gloriam velut vnigeniti à patre, plenum gra
» tia & veritate. Et statim Ioannes testatur ac vociferatur dicens: Hic est quem dixi vobis, & Hic est a-
» gnus Dei, qui tollit peccata mundi. Et deinceps dicit: Et dixerunt ad ipsum qui audiuerunt, Rabbi
» vbi habitas? Et statim eodem loco, Postera die voluit exire in Galilæam, & inuenit Philippum, & di-
» cit ei IESVS, Sequere me. Et postea paulò vlterius dicit: Et post tres dies nuptiæ factæ sunt
» in Cana Galilææ, & vocatus est IESVS ac discipuli eius ad nuptias. Et erat illic mater ipsius.
» At reliqui Euangelistæ dicunt, ipsum in deserto fuisse quadraginta diebus ac tentatum esse à
diabolo, & nunc reuersum esse, & discipulos assumpsisse. Et non sciunt illi nulla intelligentia prædi-
ti, quod

Dictamni appellatio.

Odio habent prædicationẽ.

Vis verbi Domini.

Figura firmitatis Ecclesiæ.

Herba fugans serpentes.

Effectus veræ doctrinæ.

Alogi cur dicti.

Apocalypsis reiicitur.

Ioannis Euangelium, Cerinthi esse putatum est.

Contradictio Cerinthianorũ.

Inspiratæ doctrinæ contẽptus.

Euangelistarum cõsonantia.

quod vnicuique Euangelistæ curæ fuit, vt consonè loqueretur quæ ab aliis fuerunt dicta. Imò vt ab aliis relicta sic reuelaret. Non enim erat ipsorum voluntas, sed ex Spiritu sancto doctrina ac consequentia. Si enim hunc reprehendere volunt, discant quod alij tres non ab ipsa consequentia auspicati sunt. Matthæus enim primus incepit Euangelium annunciare. Huic enim erat commissum ac impositum, vt Euangelium prædicaret ab initio: velut etiam in alia hæresi de hoc per longum diximus. Neque verò nobis molestum erit de iisdem rursus tractare, ad declarandam veritatem, & erroneos illos confutandos. Hic itaque Matthæus Euangelium suscipere dignus iudicatur, & iustissimum hoc erat. Oportebat enim à multis peccatis conuersum & à telonio digressum, in exemplum nobis futurorum saluati, ab eo qui ob salutem generis humani venit, ac dixit, Non veni vocare iustos, sed peccatores ad pœnitentiam: & ex telonio educto, atque ab iniquitate conuerso, salutis prædicationem exhiberi, quò ab ipso discerent homines aduentus benignitatem. Nam post remissionem peccatorum, largitus est ipsi etiam suscitationem mortuorum, & mundationem lepræ, & virtutes sanationum, & fugationem dæmonum, vt non solùm per verbum persuaderet audientes, sed etiam per ipsum opus: ita vt prædicaret Euangelia perditis, quoniam inuenientur per pœnitentiam: & lapsis, quòd resurgent: & mortuis, quòd viuificabuntur. Et hic quidem igitur Matthæus Hebraïcis literis scribit Euangelium, & prædicat, & incipit non ab initio, sed recenset genealogiam ab Abraam, Abraam, inquit, genuit Isaac, Isaac autem genuit Iacob, & cætera, vsque ad Ioseph & Mariam. Et ab initio ponit dicens: Liber generationis IESV CHRISTI filij Dauid: deinde inquit, Filii Abraam. Deinde progressus ad ipsum quæsitum, ait: IESV verò CHRISTI natiuitas sic erat. Quum despõsata esset mater eius Maria Ioseph, priusquam congressi essent, inuenta est in vtero habens ex Spiritu sancto. Et quum Ioseph iustus esset, quærebat dimittere ipsam clanculum. Et ecce angelus Domini apparuit ipsi in somnis dicens: Ne dimittas vxorem tuam, quod enim in ipsa est, ex Spiritu sancto est. Ecce enim pariet filium, & vocabis nomen eius IESVM. Hic saluum faciet populum suum à peccatis: & hoc, inquit, factum est, vt impleretur id quod dictum est à Domino per prophetam dicentem: Ecce virgo in vtero habebit, &c. Et excitatus, inquit, à somno Ioseph, sic fecit, & assumpsit vxorem suam, & non cognouit ipsam, donec peperisset filium suum primogenitum, & vocauit nomen eius IESVM. Quum autem natus esset IESVS, inquit, in Bethleem Iudææ, in diebus Herodis Regis, Ecce Magi ab oriente accesserunt Hierosolyma dicentes, Vbi est qui natus est Rex Iudæorum? vidimus enim stellam ipsius in oriente, & venimus vt adoremus ipsum. Vbi igitur est negotium Zachariæ? Vbi ea quæ à Luca tractata sunt? Vbi visio Angeli? Vbi prophetia Ioannis Baptistæ? Vbi Zachariæ obiurgatio? Vbi non potuisse ipsum loqui, donec facta essent quæ ab Angelo dicta fuerant? Vbi quæ à Gabriele ad virginem dicta sunt? Vbi declaratio certitudinis Mariæ, quæ cum prudentia Angelo respondit, ac interrogauit dicens: Quomodo erit hoc, quoniam virum non cognosco? Et pura illa narratio cum sinceritate, quod dixit ad ipsam: Spiritus sanctus superueniet in te, & virtus altissimi obumbrabit tibi? Quid igitur dicemus? Quandoquidem non annunciauit Matthæus quæ à Luca relata sunt? Ergo discors fuerit sanctus Matthæus à veritate? Imò non. Vera dicit sanctus Lucas cùm dixerit de primis à Matthæo non tractatis. Nónne vnicuique diuisit Deus, vt quatuor Euangelistæ debentes prædicare, inueniant singuli quod faciant? & aliqua quidem consonè ac æqualiter prædicent, vt ostendantur ex eodem fonte procedere: aliqua verò vnicuique relicta alius narret, qui accepit à Spiritu partem proportionis. Quid autem faciemus? quum Matthæus quidem prædicet in Bethleem Mariam peperisse, iuxta genealogias quæ sunt apud ipsum, ab Abraam & Dauid tradens CHRISTI in carnem aduentum, quomodo non reperitur sanctus Marcus hęc tradere, sed à negotio in Iordane introductionem Euangelii facit, & dicit, Initium Euangelii sicut scriptũ est in Esaia propheta, Vox clamantis in deserto. Sic etiã quæ à sancto Ioanne tractata sunt, & in Spiritu sancto munita, se habent. Curam enim habuit, vt ne de sæpe iam prædicatis diceret, sed de necessariis ab aliis relictis. Vniuersa enim Euãgelii doctrina talem modũ habuit. Quum enim Matthæus prædicasset CHRISTVM genitum, & ex Spiritu sancto conceptum, & semine Dauid, & Abraam secundum carnem dispensatum: error quibusdam accidit, qui non intellexerunt: non Euangelista ipsis causa existente vt errarent, sed ipsorum erronea mente, vt declararent certitudinem eorum quæ ex Euangelista per malam opinionem excogitauerunt. Hinc enim Cerinthus & Ebion nudum hominem asserebant. Item Merinthus & Cleobius, siue Cleobulus, & Claudius, & Demas, & Hermogenes, qui dilexerunt hunc mũdũ, & viã veritatis reliquerũt. Cõtradicẽtes enim discipulis illo tempore, ex genealogia secũdũ Abraam & Dauid suã demẽtiã cõfirmare conabantur: non rectè quidẽ putãtes, verũ hinc occasionẽ & prætextum venantes. Cõtradixit enim ipsis sæpe ipse sanctus Ioãnes, & comites ipsius Lucius, ac alii multi. Verùm impudẽtia quæ frõtẽ suã perfricuit, sibiipsi mala attrahere conata est. Statim porrò post Matthæum in tro in Ægyptiorũ regionẽ. Hic autẽ vnus erat de septuaginta duobus, dispersis ob verbũ quod dixerat Dominus: Nisi quis ederit meã carnem, & biberit meũ sanguinẽ, non est me dignus: velut euãgelii verba legẽtibus clarè indicatur: tamen per Petrum reuocatus, dignus euadit impleri spiritu sancto, & Euãgelium tradere. Incipit autem inde prædicare, vnde Spiritus ipsum iussit, initium faciẽs à decimoquinto anno Tiberii Cæsaris, post annos triginta à tractatione Matthæi. Quum autem esset secundus Euangelista, & non clarè de deductione Dei verbi ex supernis indicasset, sed penitus quidem significanter, non tamen iuxta tantam claritatem: contigit prædictis iterum obtenebratio mẽtis, vt non fierent digni illuminatione Euangelii, dicebántque, Ecce secundum Euangelium quod de CHRISTO significat, & nusquam ex supernis generationem dicit, sed ait, In Iordane descendit Spiritus super ipsum, & vox,

Fructus ex auditione Euãgelii.

Matthæi Euangelii ratio.

Admonitio Angeli.

Prudens responsio B. Mariæ.

In Euãgelistis nulla est pugnantia.

Causa redditur scripturis Euangelistarum.

Falsæ persuasiones Cerinthi, & Ebionis.

Impudẽtia frõtẽ perfricuit.

Beatus Marcus scripsit post Beatum Matthæum.

Marci Euangelii ratio.

B. Marcus à B. Petro reuocatus ad viam rectam.

Inepta reprehensio hæreticorum.

A

B

C

D

Hic

Hic eſt filius meus dilectus, in quo mihi bene complacitum eſt. Quando verò hæc ſic in talibus ſtolidè fierent, cogit Spiritus ſanctus, & compungit ſanctum Lucam, velut ab altiſſima profunditate, iuxta intelligentiam deceptorum proferre, & ab aliis relicta rurſus adiicere, vt ne quis erroneorum putaret fabulosè ipſum generationem enarrare, deinde ſublimem ſermonem facit. Verùm propter exactam certitudinem tenuiter totam rem exponit, & ad confirmationem veritatis, teſtes eos, qui miniſtri verbi fuerunt introducit, dicens, Quandoquidem multi aggreſsi ſunt, vt aliquos quidem aggreſſores oſtenderet, Cerinthum inquam, & Merinthum, atque alios. Deinde dicit, Viſum eſt & mihi conſequenter, vbi perueſtigaſſem ex his qui ab initio ipſi viderunt, ac miniſtri verbi fuerunt, ſcribere tibi optime Theophile (ſiue ſanè Theophilo cuidam tunc ſcribens, ſiue omni homini Deum diligenti) de eorum verborum, in quibus inſtructus es, certitudine. Et inſtructionem quidem præpoſitam dixit, vt iam ab aliis quidem inſtructus fuerit, non autem certò ab ipſis didicerit. Deinde certitudinem dicit, Erat in diebus Herodis regis, ex familia Abia pontificis, ſacerdos quidam nomine Zacharias, & vxor ipſius ex filiabus Aaron, cui nomen Elizabet. Et incipit ante Matthæum. Matthæus enim indicauit triginta anno rum tempus ab initio, Marcus verò poſt triginta annos poſuit negocium in Iordane factum in veritate, ſimiliter vt Matthæus & Lucas. Marthæus verò à triginta annorum tempore, ante negocium baptiſmatis in Iordane, narrationem fecit. Lucas autem ante tempus priuſquam conceptus eſſet Saluator in vtero, à ſex menſibus tempus indicauit, & rurſus à nouem menſibus ac paucis diebus conceptionis Domini, vt ſit vniuerſum tempus annus vnus & triginta ac vltrà. Narrat autem & paſtorum, per angelos qui annunciauerunt Dei viſionem. Et quod natus eſt in Bethleem, & faſciis inuolutus in præſepi, & octaua die circumciſus eſt, & in quadraginta diebus oblationes ſecundum legem pro ipſo fecerunt, & quòd Simeon in vlnas ipſum ſuſcepit, & quòd Anna filia Phanuel confitetur. Et quòd ex Nazaret abierit in Hieroſolyma, vnà cum parentibus facientibus ſecundùm legem. Quorum nihil tractatum eſt Matthæo, neque Marco, imò neque Ioanni. Vnde etiam aliqui ex Græcis philoſophis, Porphyrius inquam, & Celſus, & Philoſabbatius ex Iudæis oriundus, horrendus ac fraudulentus ſerpens, ſubuerſionem Euangelicæ tractationis molientes, ſanctos Euangeliſtas accuſant, animales ac carnales exiſtentes, & ſecundum carnem militantes, & ad complacentiam Dei impotentes, & quæ ſpiritus ſunt, non intelligentes. Vnuſquiſque enim ſermonibus veritatis offenſus, propter ignorantiæ in ipſo cæcitatem, in hoc impingentes dixerunt, Quomodo poteſt eadem dies eſſe natiuitatis in Bethleem, & circumciſionem habere octaua die, & per quadraginta dies ad Hieroſolyma aſcenſum, & ea quæ à Simeone & Anna in ipſum facta ſunt? quando in nocte in qua natus eſt, apparuit ipſi, inquit, Angelus, poſt Magorum aduentum qui venerunt vt adorarent ipſum, & aperuerunt peras ſuas, & obtulerunt ipſi velut dicit: Apparuit ipſi, inquiunt, Angelus dicens, Surge, accipe puerum & vxorem tuam, & abi in Aegyptum, quia Herodes animam pueri quærit. Si itaque in ea nocte in qua natus eſt, aſſumptus eſt in Aegyptum, & illic erat vſquequo mortuus eſt Herodes: vnde eſt quòd manſerit, & octaua die circumciſus ſit? Aut quomodo poſt quadraginta dies reperitur Lucas mentiens (ſic dicunt, contra ſuum ipſorum caput blaſphemantes) quòd dicit: In quadrageſima die obtuletunt ipſum in Hieruſalem, & illinc in Nazareth? Et non nouerunt illi ignorantia occupati, ſancti Spiritus vritutem. Vnicuique enim Euangeliſtæ datum eſt, vt quæ in veritate in ſingulis temporibus, temporúmque momentis impleta ſunt, enarrarit. Et Matthæus quidem, vbi recenſuit quòd natus eſt in Spiritu ſancto, & quòd conceptus eſt ſine ſemine viri, nihil de circumciſione dixit, neque quicquam ex his quæ facta ſunt circa ipſum ante duos annos: ſed exponit aduentum Magorum, velut atteſtatur nobis vera Dei doctrina, intertogante Herode à Magis tempus, declarabat ipſum exortæ ſtellæ ac Magorum reſponſio, à duobus annis, ac infra: vt non ſit hoc tempus, de quo Lucas tractauit. Verùm Lucas ante duos annos facta narrat: Matthæus verò vbi dixit natiuitatem, tranſiliuit ad biennale tempus, & indicauit quæ facta ſunt poſt duos annos. Quapropter & Herodes animaduertēs hoc, poſtquam reuerſi eſſent Magi per aliam viam, putauit in multitudine puerorum etiam ipſum natum inuentum iri, & cum ipſis occiſum iri. Iuſsit enim omnes pueros in finibus Bethleem occidi, à duobus annis, & infra, vſque ad diem in qua Magi apud ipſum fuerant. Hinc verò cui non apparet, quòd quando venerunt Magi, duos annos puer natus erat? Nam & ipſa tractatio omnem certitudinem declarat. Lucas etenim dicit, faſciis inuolutum eſſe puerum recens natum, & iacuiſſe in præſepi & in ſpelunca, eò quòd non eſſet locus in diuerſorio. Erat enim tunc deſcriptio, & qui diſperſi erant à tempore bellorum in Maccabæis factorum, per omnem terram diſsipati erant, & pauci omnino manſerunt in Bethleem habitantes. Quare in quo dam exemplari Euangeliſtarum appellatur ciuitas Dauid, in alio verò pagum ipſam vocant, eò quòd ad modicam terram deuenerit. Quando autem factum eſt edictum regis Auguſti, & neceſſe habebant vt venirent diſperſi, ipſorúmque genera, venerunt ad locum vt deſcriberentur affluentes populi multitudinis, & impleuerunt locum: & non erat locus in diuerſorio, propter frequentiam. Poſtea verò facta deſcriptione, abiit vnuſquiſque eò vbi habitationem habebat, quare & amplitudo in terra fuit. Proficiſcentes autem memoriæ gratia eorum quæ illic facta fuerant, primo anno perfecto, & ſecundo impleto, venerunt parentes illuc à Nazareth, velut ad conuentum hunc. Quare & Magorum aduentus contigit circa talem caſum, ita vt non æqualis fuerit tunc habitatio Mariæ & Ioſeph, ei quæ apud Lucam propter deſcriptionem relata eſt. Non enim inuenerunt Mariam in ſpelunca, vbi peperit, ſed velut Euangelium habet: Deducebat, inquit, ipſos ſtella vſque ad locum vbi erat puer, & ingreſsi in domum, inuenerunt puerum cum Maria: non amplius in præſepi, non amplius in ſpelunca, ſed in domo, vt cognoſceretur veritatis certitudo, & temporis duorum annorum ſpacium, ex quo

Lucæ euāgeliiratio

Certitudo Euangelii B. Lucæ.

Varia Euangeliorum principia.

Philoſophi Græci ex Euāgeliſtis offēſi.

Falſa intelligētia de hiſtoriæ narratione nati uitatis Chriſti. Sine occaſione offēduntur hæretici.

Tēporis factorūque explicatur ratio. Magorum aduentus quando.

Ex mutatione loco rum colligitur ætatis & factorum diuerſitas,

ex quo natus est donec accesserunt Magi. Et in illa nocte post duos natiuitatis annos, visus est Ioseph angelus, & dixit vt assumeret puerum & matrem in terram Aegypti. Quapropter non amplius reflectit Ioseph in Nazareth, sed aufugit cum puero & matre in Aegyptum, & alios duos annos isthic transigit. Et sic rursus angelus post Herodis obitum reuerti iubet eundem in Iudæam. Tricesimotertio enim anno Herodis nascitur CHRISTVS Dominus. Tricesimoquinto venerunt Magi. Tricesimo septimo mortuus est Herodes, & successit Archelaus filius ipsius in regnum, qui regnauit annis nouē, velut in aliis locis à me dictum est. Discessit igitur vbi audiuisset de Archelao, & digressus habitauit in Nazareth, & illinc rursus quotannis ascendebat Hierosolyma. Vides quanta sit certitudo in diuinis Euangeliis de vnaquaque re? Illi verò ignorantia ducti, occæcata mēte sua non nouerunt finem vniuscuiusque sermonis, sed simpliciter contra sanctos efferunt os suum, & laxant linguam, nihil dicentes in veritate, sed seipsos à via ab alienantes. Hinc igitur Lucas postquam exposuit prima, rursus dicit quo modo in duodecimo anno ascendit ad Hierosolyma: vt ne relinquat locum his qui putauerunt ipsum simpliciter virum perfectum in mundo apparuisse, & in Iordanem ad Ioannem venisse, velut traditū est à Cerintho & Ebione, atque aliis. Horrendus enim serpens obliquè incedens, in vna sententia permanet: verùm aliis quidem videtur ex affrictu ac semine viri genitus esse, aliis verò simpliciter homo apparuisse. Quapropter exactè omnia exponentes sancti Euangelistæ, certam rationem persequuntur. Et Lucas ex natura velut ab infernis ad superna erigens mentem, dicit: Erat autem IESVS incipiens esse annorum fermè triginta, filius existens, velut putabatur, Ioseph. At putari, non verè. sed in loco quidem patris erat Ioseph, eò quòd sic Deo visum fuit. Non autem erat pater, qui non ad Mariam coniunctionem habuit. Aut solùm vir vocatus est, eò quòd despōsatus fuit, cum senex esset annorum plus minus octuaginta, & filios haberet sex, ex prima sua vera vxore: hanc autem solùm propter desponsationem mysterii accepisset, velut etiam alibi exactius de hoc recensui. Quomodo igitur is qui coniunctionem non habuit, pater ipsius fuit, quod impossibile est? At dices mihi, Quomodo igitur vir ipsius vocatus est, si non hanc habuit? Cæterùm qui de his ambigit, ignorat quæ sunt in lege, quòd nominatur vxor viri, & siue virgo fuerit, siue adhuc in domo patris existit, nomine solùm talis vxor dicitur. Ea de causa sanctus angelus dicit: Ne timeas accipere vxorem tuam. Et vt ne quis putet errorem esse in Euangeliis: admirandum enim est mysterium, & narratio super hominis captum: verùm solis filiis sancti Spiritus leuis est tota ac illuminata. Erat igitur annorum fermè triginta, velut putabatur filius Ioseph, qui fuit filius Eli, qui fuit Mattha. Et subducit generationem ad Abraham, vnde etiam Matthæus incepit. Transcendit autem Noë, & venit ad Adam, vt eum qui primus formatus est quæri indicaret, per eum qui de massa ipsius venit, hoc est, de sancta virgine Maria. Venit enim propter illum olim formatum, & propter eos qui ab ipso geniti sunt, volentes vitam æternam possidere. Transgressus autem ipsum Adam, dicit, qui fuit Dei. Hinc ergo manifestatio facta est, quòd Dei quidem filius erat, verùm per semen Adam iuxta successionem in carne accesit. At rursus non habuerunt illuminationem erronei illi, sed contradixerunt sermoni, seipsos seducentes super veritatem. Dixerunt autem, Ecce tertiū Euangelium id quod est secundum Lucam: hoc enim demandatum fuit Lucæ, qui & ipse vnus de septuaginta duobus ob sermonem Domini dissipatus fuit, verùm per sanctum Paulum rursus ad Dominum reflexit, qui & Euangelium prædicare commisit. Et prædicat quidem primum in Dalmatia ac Gallia, & in Italia ac Macedonia. Principium autem in Gallia fuit, velut etiam de comitibus quibusdā ipsius, in epistolis suis idem sanctus dicit, Crisces, inquit, in Gallia. Non enim in Galatia, velut quidam decepti putant, sed in Gallia legendum est. Verùm ad propositum deueniam. Cum protulerit Lucas genealogias ab imis ad superna, & indicationem fecerit aduentus Dei verbi ex supernis, simúlque cōiunxerit ipsum carnali ipsius dispensationi, vt auerteret ab erroneis ac seductis errorem: illi non intellexerunt. Quapropter cogit sanctus Spiritus Ioannem, recusantem Euangelium annunciare ob metum & humilitatem, in senecta ipsius, post nonaginta annos vitę eius, post reuersionem ipsius à Patmo, quæ facta est sub Claudio Cæsare, postquam multos annos in Asia transegisset, Euangelium exponere. Et non erat ipsi opus de incarnationis negocio per longum tractare. Iam enim munitus erat is locus. Sed velut à tergo quorundam incedens, & videns ipsos vlterius progredientes, & ad asperiora seipsos exponentes, & in auia ac spinosa, reuocare ipsos in rectam viam cogitauit, & ipsis prædicare constituit, & dixit: Quid erratis? quò vertimini? quò seducimini tu Cerinthe & Ebion & alii? non est ita vt putatis. Certè genitus est CHRISTVS secundum carnem, manifestum id est. Ecce enim ipse confiteor, quòd verbum caro factum est. At non ex quo caro factus est, putaueritis eundem esse. Non est enim à temporibus Matiæ solùm, velut vnusquisque nostrūm ex quo natus est, existit: verùm priusquam natus est, non est. At sanctus Deus Verbum filius Dei CHRISTVS Dominus noster IESVS, non est à temporibus Mariæ solùm, neque à temporibus Ioseph solùm, neque Eli, neque Leui, neque Zorobabel, neque Salatiel, neque Natan, neque Dauid, neque à Iacob, neque ab Isaac, neque à temporibus Adam, neque Noë, neque Abraham, neque à quinta die, neque à quarta, neque à tertia, neque à secunda, neque ab eo tempore ex quo cœlum & terra facta sunt, neque à quo mundus fuit. Sed in principio erat verbū, & verbum erat apud Deum, & Deus erat verbum. Omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil, quod factum est, &c. Et, Verbum caro factum est, & habitauit inter nos, & vidimus ipsum. Deinde: Erat homo missus à Deo, cui nomen Ioannes. Hic venit in testimonium, vt testaretur de luce, vt omnes crederent per ipsum. Non erat ille lux, sed vt testaretur de luce. Erat lux quæ illuminat omnē hominem venientem in mundum. In mundo erat, & mundus per ipsum factus est, & mundus ipsum non cognouit. In propria venit, & sui ipsum non receperunt. Quotquot autem receperunt eum, dedit eis

Temporis circa christi natiuitatem ratio.

Vniuscuiusque rei euangelicæ doctrinæ certitudo.

Inueterata Cerinthi perfidia.

Ioseph qui vir fuerit.

Sanctis sancta sūt contenta in Euangeliis.

Genealogiæ Christi ratio apud B. Lucam.

Lucas vbi prædicarit.

Ioannis Euāgelii ratio.

Cerinthi & Ebionis peruersæ mentis deliramēta.

Deductio natiuitatis vtriusque Christi apud B. Ioannē

potestatem

poteſtatem filios Dei fieri,qui non ex ſanguinibus & carne,ſed ex Deo nati ſunt.Et, Verbum caro fa-
A ctum eſt,inquit,& habitauit inter nos.Ioannes teſtatur & clamat,dicens: Hic erat quem dixi vobis.Et
" de plenitudine eius nos omnes accepimus.Et dicit: Non ſum ego CHRISTVS, ſed vox claman
" tis in deſerto.Et cùm recenſet hæc omnia,dicit:Hæc in Bethabara facta ſunt. In aliis verò exemplari- *Diuerſa*
" bus,In Bethania habetur,trans Iordanem. Et poſteà oſtendit, quòd dixerunt ipſi diſcipuli Ioannis, *lectio.*
" Rabbi vbi habitas ? Ipſe verò dixit,Venite & videte.& abierunt,apud ipſum manſerunt die illa: hora
" autem erat fermè decima.Erat Andreas frater Simonis Petri,vnus ex duobus his qui ſecuti ſunt ipſum. *Inquiſitio*
" Reperit hic primus fratrem ſuum Simonem, & dicit ipſi: Inuenimus Meſſiam, quod interpreteris *diſcipulo*
" CHRISTVM,id eſt vnctũ.Hic duxit ipſũ ad IESVM. Intuitus autẽ ipſum IESVS,dixit: Tu es Simõ *rum à Io-*
" filius Iona,tu vocaberis Cephas,ꝙ interpreteris Petrus,id eſt lapis. Poſtea die voluit Ieſus exire in Ga- *anne Bap*
" lilæã,&reperit Philippũ,& dicit ipſi Ieſ⁹. Sequere me. Erat autẽ Philipp⁹ à Bethſaida,exciuitate Andreę *tiſta.*
" & Petri.Reperit Philippus Nathanael,& dicit ipſi:Quẽ ſcripſit Moſes in lege,& Prophetę,inuenimus *Vocatio*
" Ieſum filiũ Ioſeph à Nazareth. Et dixit ipſi Nathanael,Ex Nazareth poteſt quid boni eſſe? Dicit ei Phi *B. Petri,*
" lippus: Veni & vide. Cũ autẽ vidiſſet Ieſus Nathanael veniẽtẽ ad ipſũ,dicit de ipſo: Ecce verè Iſraë- *& prædi-*
" lita,in quo dolus non eſt. Dicit ei Nathanael, Vnde me noſti ? Reſpondet IESVS, & dixit ei: An- *catio*
" tequam vocaret te Philippus,cum eſſes ſub ficu,videbam te.Reſpondit ipſi Nathanael,& dixit:Rabbi *Chriſti.*
" tu es filius Dei,tu rex es Iſraël.Reſpondit IESVS, & dixit ipſi: Quia tibi dixi,videbam te ſub ficu *Nathana*
" credis : maiora his videbis . Et dixit ei : Amen amen dico vobis,videbitis cœlum apertum,& angelos *elis inno*
" Dei aſcendentes ac deſcendẽtes ſuper filium hominis.Et tertia die nuptiæ factæ ſunt in Cana Galilææ *centia.*
" &c.Vt oſtendat poſt quadraginta dies tentationis,& poſt reditum ab ipſa tentatione,& profectionem
" ad Nazareth & Galilæam, velut alii tres Euangeliſtæ dixerunt,rurſus ad Iordanem ipſum veniſſe : ve-
" lut etiam ex ſermone Ioannis oſtendetur , qui ſic dixit : Quando vidit ipſum venientem ad ſe poſtera *Ioannes*
" die,dixit : Ecce agnus Dei,qui tollit peccarum mundi . Et rurſus alia die vt vidit ipſum ambulantem, *Baptiſ'a*
B dixit : Hic eſt de quo dixi vobis,qui poſt me venit,& ante me fuit,quia prior me erat.Et teſtificatus eſt *de vero*
" inquit, Ioannes dicens : Vidi Spiritum in ſpecie columbæ deſcendentem,& venientem ſuper ipſum. *meſſia di*
" At verò mox,teſtificatus eſt: &,Hic eſt de quo dixi vobis : velut iam de alio atque alio tempore præte *ſertis ver*
" rito dicitur : vt oſtendat non idem eſſe tempus hoc , illud baptiſmatis tempus , ſed aliud præter illud. *bis loqui-*
" Neque enim ſtatim à tentatione ad Ioannem peruenit,ſed prius in Galilæam,deinde à Galilæa ad Ior- *tur.*
" danem,hoc eſt ad Ioannem.Quapropter dicit,Hic eſt de quo dixi vobis.Et Euangelium dicit,Et teſti- *Teſtimo-*
" ficatus eſt Ioannes,Vidi Spiritum deſcendentem:velut iam ante aliquod tempus re illa facta.Poſt hæc *nia de di*
principium vocationis Petri ab Andręa indicatur. Rediit enim ab ipſo Andręas vnus ex duobus qui *uinitate*
ſecuti fuerant ipſum,& diſcipuli quidem Ioannis erant,adhuc autem in Galilęa manebant,& per tem *Chriſti.*
pus Ioanni operam dabant.Et ſtatim vbi manſiſſet Andreas illa die,hora erat fermè decima , contigit *Andreæ*
ipſa die vt incideret ipſe in fratrem ſuum Simonem,& diceret prædicta,nempe,Inuenimus Meſſiam, *primo ad*
& adduceret ipſum ad Dominum , &c. Et velut habet conſequentia quòd dixit ipſe, Tu vocaberis *Chriſt i*
Cephas. Et poſtera die voluit exire in Galilęam,& inuenit Philippum,& dicit ipſi IESVS, Seque *acceſſ. s.*
re me.Erat autem Philippus à Bethſaida,ex ciuitate Andreæ & Petri. Et vides quòd nobis cogitandũ *Vbi voca*
dat , ex eo quòd ex duobus qui ſecuti ſunt, & Ioannis quidem diſcipuli fuerunt, vnius nomen dixit, *tus Philip*
quòd videlicet Andræas erat: alterius autem non dixit : hunc eſſe cuius nomen non dixit,propter eã- *po à Chri*
dem patriam,propter idem contubernium,propter eandem artem,propter idem opus,aut Ioannem, *ſto.*
aut Iacobum, vnum ex filiis Zebedæi. Oportebat enim hos primùm vocari, poſtea Philippum,iuxta *Ratio or-*
conſequentiam,velut locatum eſt in Euangeliis : Petrus primus,deinde Andræas,deinde Iacobus,po *dinis in*
ſtea Ioannes,poſt hos Philippus.Verùm de his in præſens dicere ſinamus:multa enim eſt huius rei con *voca-*
ſequentia.Ad id verò quod quæritur,reflectemus,quod conſiderandum eſt,quemadmodum diſcipuli *tione apo*
C Ioannis & eius diſciplinæ addicti,vbi ſimiliter etiam apud IESVM primam diem fuiſſent,ſequen- *ſtolorum.*
ti digreſſi rurſus piſcaturę vacabant,velut reliquorum Euangeliorum conſequentię habent.Poſtquam *Miraculũ*
enim poſtera die exiuit IESVS, ſtatim conſequentia dicit: Tertia die nuptiæ factæ ſunt in Cana Ga- *in Cana*
lilææ,& erat illic mater IESV. Vocatus eſt autem & IESVS, ac diſcipuli eius ad nuptias.Ex vtriſ- *Galileæ.*
que autem vetbis ac tractationibus exactè conſideratis cognoſcere datur,quod etiam alios diſcipulos
ſecum aſſumpſit,qui cum ipſo manſerant.fortaſſis ipſum Nathanael,& Philippum,& alios quoſdam:
nam Andreas,& qui cum ipſo erant, ſeceſſerant. Qui verò apud ipſum manſerunt,vocati ſunt etiam
ipſi ad nuptias.Et poſtquam feciſſet hoc primum ſignum,digreſſus in partes Capharnaum, illic habi-
tauit,Et deinceps ſigna illic incipit facere alia : quando eum qui aridam habebat manum,ſanauit.Sed
et ſocrum Petri,qui quidem à Bethſaida,vxorem autem à Capharnaum duxerat,cum procul diſtarẽt
interuallo hi loci.Hanc à febre ſeruauit,&ipſa curata miniſtrabat.Quare hęc eſt conſequentia.Et poſt *Euãgelicę*
hæc,vbi ipſe rurſus reuerſus eſſet ad Nazareth,vbi educatus erat,tunc legit librum Eſaiæ prophetę,ip- *hiſtoriæ*
ſo de cętero præoccupante ipſos,ac dicente : Omnino dicetis mihi parabolam.Medice cura teipſum. *conſequẽ*
Quęcunque audiuimus ſigna facta in Capharnaum,fac et hic in patria tua.Et vides quomodo eſt ve- *tia & or-*
D ritatis conſequentia ? Et non fecit,inquit,propter incredulitatem ipſorum quicquam. Et illinc digreſ *do.*
ſus ad ciuitatem Capharnaum,iſthic habitauit.Et digreſſus ad partes maris,velut dicit Matthęus, vi- *Prouerbi*
dit Simonem Petrum,et Andream fratrem ipſius mittentes retia: et rurſus Iacobum et Ioannem filios *ũ quo ꝛſ'*
Zebedęi, et perfectè ipſos vocauit, et abiectis de cętero retibus , ſecuti ſunt ipſum. Lucas verò etiam *eſt Chri-*
certitudinem rei ſignificat.Quapropter etiam ſecuti ſunt de cętero immutabili ſententia,er non diffe- *ſtus.*
rẽtes vocationem.Dicit autem : Vbi veniſſet ipſe ad ſtagnũ Genezareth,vidit Simonem et Andreã refi

cientes retia,& aſcendit in nauem quæ erat Simonis,inquit,Petri & Andreę.Hoc autem indicat,velut ipſo iam noto inter ipſos exiſtente. Quapropter etiam ob conſuetudinem ipſum admiſerunt, & vbi conſcendiſſet nauem,conſedit. Deinde dicit Petro poſt habitam doctrinam: Duc in altum, & laxate retia veſtra. Illi verò dixerunt: Præceptor. Iam enim propter Ioannis teſtimonium,præceptorem ipſũ vocabant: qui videlicet de ipſo prius audierant, Ecce agnus Dei,qui tollit peccatum mundi: & proterea quod apud ipſum per diẽ mãſiſſent,& poſtera abiiſſent,deinceps in captura piſcium ipſum admirati ſunt. Et Petrus dixit: Diſcede à me Domine,quia homo peccator ſũ. Fortaſſis enim & pœnituit, eo quòd prius ipſe vocatus eſſet,& ad piſces rediiſſet,ac quæſtũ piſcaturæ. Ipſe verò dixit, Ne metuas: cõfidẽtẽ ipſũ faciẽs,quòd nõ reiectus ſit,ſed in vocatione manere poſſit,quia inquit, poſthac homines capies. Quando etiam ſodalibus qui erãt in altera naui, annuerũt vt venirent in auxiliũ capturæ. Erant enim ſocii,velut ait, Simonis: velut etiam ſuprà à me indicatum eſt ex hac tractatione,cum duo ſecuti ſunt ipſum de diſcipulis Ioannis,ex quibus duobus alter erat Andreas,ita vt nobis cogitandum relinquerit Euangeliſta,alterum eſſe vnum ex filiis Zebedęi,propter operis & ſocietatis communitatem. Et deinceps poſt hęc omnia,hi quatuor relictis nauibus in terram ſecuti ſunt,velut Lucę teſtimonium habet. Quare penitus oſtenditur,quòd nulla obliquitas, neque contrarietas in ſanctis Euangeliis,neque in ſanctis Euangeliſtis reperitur,ſed omnia manifeſta. Verùm temporum ſunt diſtantiæ. Hinc enim deinceps Petro & Ioanne cum ſuis,ipſi coniunctis & ſequentibus,docebat per totam Galilæam ac Iudæam: & cum de cętero ampliaretur prædicatio,conſequenter diuina ſigna perficiebat, vt ſit omnino hæc conſequentia. Primùm quidem baptiſato ipſo menſis Athyr,ſecundum Aegyptios,id eſt,Nouembris duodecima, anteſextum Iduum Nouembris hoc eſt, ante ſexaginta dies plenæ diei aduentus, quæ eſt dies natiuitatis ipſius ſecundum carnem, velut habet teſtimonium Euangelii ſecundum Lucam: Erat autem IESVS incipiens eſſe annorum fermè triginta,filius exiſtens,velut putabatur Ioſeph. Erat enim reuera annorum vigintinouem, & menſium decem,quando ad baptiſmum venit. Triginta quidem annorum,ſed non plenus. Quapropter dicit, Incipiens eſſe annorum fermè triginta. Hinc quadraginta dies tentationis, & duæ hebdomades,aut paulo amplius in Nazareth,à diebus tentationis,& prima dies apud Ioannem,itemque ſecunda. Et rurſus à Ioanne,prima & ſecunda,quando ſecutus eſt ipſum Andreas,deinde Simõ Petrus, Et poſtera die.velut diximus,& conſequentia Euãgelii habet,Philippi vocatio ac Nathanael,& deinceps tertia die nuptiæ factæ ſunt in Cana Galilææ, poſt prædictos duos, quod primum ſignum eſt & complementum triginta annorum à natiuitate aduentus ipſius in carne. In ipſa enim die natiuitatis ſuæ ſecundum carnem,primum ſignum feciſſe comperitur,mutatæ aquæ in vinum,cum expleuiſſet triginta annos,velut ſæpè dixi,à natiuitate & carnali ſuo aduentu,quemadmodum ſuggerit nobis,vt intelligamus ac deprehendamus,ipſa Euangeliorum certitudo ac conſequentia. Et de cætero,à primo hoc ſigno,alia ſigna & prædicatio,& alia omnia cõpletionis admirandæ ipſius erga homines benignitatis, & Euangelicæ miraculorum editionis atque doctrinæ,velut ſæpè dixi,& cogor ſæpe dicere,propter erroneos illos,qui ſibiipſis venantur quæ pertinent ad incredulitatem,& ad contradicendum ſancto Spiritui, & admirabili Euangeliorum conſequentiæ. Omnino enim aduerſantes ſancto Euangelio,tanta certitudo anteuertet,quæ declarat quod à baptiſmate principium fuit reliquæ tractationis, quæ ſic ſe habet: Poſt diem baptiſmatis quomodo fuerit in tentatione per dies quadraginta in deſerto, Ioanni ſcribere non curæ fuit. Iam enim hoc per Euangeliſtas indicatum erat. Et rurſus aliis Euangeliſtis de aliis ſcribere non fuit curæ,eo quod vnuſquiſque ab altero adiuuatur. & veritas ab omnibus collecta, vna quædam eſſe oſtenditur, & ſibiipſi non contraria. Illic enim ſtatim à tentatione,velut dixi,ad Nazareth venit,& manet iſthic,quum nondum aliquis diſcipulus cum ipſo eſſet. Et illic deſcendit ad Ioannem,quando mox per Andream vocatur Petrus,deinde Philippus,& per Philippum Nathanael. Neque verò de hoc quiſquam ambigens curioſius perſcrutetur, cum videat quod Andreas primus obuiam venit IESV, deinde Petrus,& per ipſum vocatus eſt,neque hoc ægrè ferre incipiat. Occurſus enim Andreę primus contigit,cum minor eſſet Petrus tempore ętatis. Poſtea enim rurſus quando perfecta renunciatio facta eſt,à Petro facta eſt: ipſe enim fratrem ſuum pręceſſit. Inſuper autem & in hoc Deus eſt, qui nouit vocationes cordium,& ſcit qui dignus ſit primo loco locari,& elegit Petrum vt dux eſſet ſuorum diſcipulorum, velut omnino clarè indicatum eſt. Poſtea verò venerunt illi ad ipſum,& prima die manſerunt,velut dixi,ſecunda verò abierunt, Tertia autem die factum eſt primum diuinum ſignum,cum quidam diſcipuli cum ipſo eſſent: non Andreas, non Petrus, non Ioannes,non Iacobus. Conſequenter venit in Capharnaum,& hinc reuerſus eſt rurſus in Nazareth,& illinc rurſus in Capharnaum,& fecit quandam miraculorum partem,eius qui aridam manum habebat,& ſocrus Petri curationem. & reuerſus eſt rurſus in Nazareth,& legit librum Eſaię. Et deſcendit rurſus in Capharnaum,quando perfecta vocatio Petri et Ioannis facta eſt. Et ſic vniuerſa conſequentia correſpondet,nulla aduerſitate exiſtente,ſed tota veritate clariſſima, & in veritate prędicata. Dicunt enim ſic alii Euangeliſtę: quòd fugerit à facie Herodis. et poſt fugã reuerſus,permãſit in Nazareth,etpòſt Nazareth accepto baptiſmate,abiit in deſertũ. Et poſtea reflexit,& poſtquã reflexit incepit prędicare. At verò Euãgeliũ Ioãnis. inquiunt,mentitur. Poſtquã enim dixit, Et verbũ caro factũ eſt,et habitauit inter nos,et pauca alia: ſtatĩ dicit, Nuptię factę ſunt in Cana Galilęę. Et non meminerunt illi qui ſibiipſis inſipientiam attrahunt,quòd Ioannes poſtquam dixit, Et verbum caro factum eſt, dicit, Et habitauit inter nos: hoc eſt, homo factus eſt: et quòd venit ad Ioãnem Baptiſtam in Iordane,et baptiſatus eſt ab ipſo: cum Iohãnes Euangeliſta teſtetur,

Poſt vocationem apoſtolorũ myſteria declarantur.

Pœnitentiæ B. Petri cauſa probabilis.

Cõcluſio de conſenſu Euangeliſtarũ.

Chriſtus 7 Idus Nouembris baptiſatꝰ eſt.

Chronographiæ Chriſti ratio.

Primum ſignum Chriſtus natali ſuo fecit.

Veritas vna ex cõplexu quatuor Euãgeliorum percipitur.

Cur occurrerit Chriſto primus B. Andreas.

Signum à Chriſto factũ coram nonnullis diſcipulis.

Fuga Chriſti ob Herodem

tur, quod poſt reditum à tentatione, Ioannes Baptiſta dixit, Hic eſt de quo dixi vobis. Et rurſus: Vidi Spiritum deſcendentem in ſpecie columbæ, & manentem ſuper ipſum. &, Hic eſt qui tollit peccatum mundi. Et vides quod nihil per obliuionem recenſet. Reliquit autem ea quæ à Matthæo ſunt tractata. Non enim erat amplius illis opus, ſed diuina enarratione, ad contradicendum his qui putant à Maria & huc vſque, CHRISTVM ipſum vocari, & filium Dei nudum hominem, verùm iuxta profectum peruenisse ad hoc, vt vocatus ſit filius Dei. Quapropter neceſſariorum curam gerit, & omnium quæ magna ſunt & neceſſaria, & adhuc amplius eorum quæ ſunt cœleſtia, ex ſupernis diſpenſationem facit. Dicunt autem Euangelium ſecundū Ioannem, quoniam non eadem dicit, inteſtatum ac indiſpoſitum eſſe, & ſeipſos illud non ſuſcipere: per omnia errantes, & mente cęcutientes. Nam cum quarus venerit beatus ille, qui primus quidem eſt, verùm poſtremus ſecundum annos Euangelium annunciauit: quæ ante ipſum probè expoſita erant, edere non curauit, ſed his quę dicta ſunt ea quæ non ſunt relata præponit. Matthęus enim incipit ab Abraam, poſt principium verò & poſt duos annos nativitatis rurſus facit narrationem. Marcus verò incipit à decimoquinto anno Tiberij, à medietate poſt principium. Lucæ autem principium ante principium introduxit: id quod ante natiuitatem in conceptione veteri Mariæ & Elizabeth factum eſt. Ioannes autem adhuc prius, cum poſtremus veniſſet, munit negocium quod ante carnalem aduentum erat. Spiritualia enim erant pleraque quæ ab ipſo dicta ſunt cum de carnalibus iam antè cautum eſſet. Quapropter ſpiritualiter natrationèm facit, doni quod nobis ex ſupernis à patre ſine principio venit, & iuxta bonam voluntatem patris in ſancta virgine, in virgineo vtero diſpenſatum eſt. Sed & reliqui æqualia his conſonè tractantes, eòrum qūibus opus erat curam habuerunt, Ioannes verò etiam priorum, quo ex quatuor Euāgeliſtis omnem & ſecundum carnē & ſecundum deitatem, certitudinem haberemus. Perfectis enim omnibus circa baptiſma & circa tētationem ſuam, ſtatim vbi veniſſet, & diſcipulos ſuſcepiſſet, hoc primum ſignum fecit tertia die prædicationis in Cana Gallilææ. Neque enim ante tentationem dicit CHRISTVM ad nūptias veniſſe. Neque enim omnino aliquod diuinum ſignum & prędicationem, ante tentationem CHRISTVS fecit, niſi quæ de ipſo cātātur, quæ puer fecit velut per luſū, velut quidā tradunt. Et oportebat rēuera etiam pueriles actiones ipſum habere, vt ne occaſionem haberent reliquæ hæreſes, dicentes, quod à Iordane venit Spiritus in ipſum, hoc eſt columba. Quapropter etiam in duodecimo anno clarè oſtendit Lucas, quòd diſputans cum ſacerdotibus ac ſenioribus ad Mariam dixit: An neſciebatis quod in his quæ patris mei ſunt oportebat me eſſe? quo caderet ſermo eorum qui dicunt, quòd à tempore baptiſmatis deſcenderit in ipſum Spiritus ſanctus, & vt cognoſcatur manifeſtè, quòd ex ſupernis aduenit Verbum, & incarnatum eſt ex Maria. & in Iordane deſcendit ſuper ipſum Spiritus, vt indicetur quis ſit cui teſtimonium præbetur à patre: nempe, Hic eſt filius meus dilectus, hunc audite: & vt fiat hoc exemplum volentibus in ipſo illuminari, quòd digni ſient Spiritu ſancto in lauacro doni, & remiſſione peccatorum per gratiam ab ipſo datam. Ex quo verò perfecta diuina ſigna incepit facere in tempore prædicationis, hoc primum ſignū fecit IESVS, inquit, in Cana Galilææ: non ante baptiſma, velut ſępe dixi, ſed quando rediit à tentatione, tertia die poſt duas quibus manſerunt apud ipſum duo diſcipuli Ioannis, qui audiuerunt & ſecuti ſunt ipſum. Quare ſtatim poſt duos dies quibus fuerunt apud ipſum, inducit dicens: Et exiuit in Galilæam, & inuenit Philippum, & dixit, Sequere me. Deinde mox tertia die factæ ſunt nuptiæ in Cana Galilææ. Oportebat enim ipſum digreſſum ſtatim dum fiebant nuptiæ in honorem ſuum vocari, in nuptiarum benedictionem, & dicit: Nuptiæ factæ ſunt tertia die in Cana Galilææ, & mater IESV erat iſthic. Vocatus eſt autem & IESVS, ac diſcipuli eius cum ipſo ad nuptias. & vbi defeciſſet vinum, dicit mater IESV, Vinum non habent. Et dicit IESVS: Quid mihi & tibi curæ eſt mulier? Nondum venit hora mea. Nam poſtquam veniſſet ipſe à tentatione, & tranſiſſet per mare & Iordanem, & profectionem ad propria inſtituiſſet, digreſſus eò vbi enutritus erat, ad matrem in Nazareth, & duos dies manſiſſet, de cætero feſtinans ad hominum ſalutem, prædicationis curam habere incipit. Et manſit quidem duos dies, eo quod per tempus veniſſet habens ſecum diſcipulos quos iam aſſumpſerat, vbi dimiſiſſet duos qui ipſum ſecuti erant, vt ſtatim in Galilæam exiret propter prædicationem, & opus diuini miraculi in nuptiis editi. Vide enim mihi quo modo munitur ſermo, quomodo Ioannes Baptiſta teſtatur, dicens, velut præterito iam ſermone: Ego non noueram ipſum, ſed qui miſit me ad baptiſandum, dixit mihi: Super quem videris Spiritum in ſpecie columbæ deſcendentem, hic eſt. Nam Patet mittens Ioannem ad baptiſandum, hoc ſignum ei dedit, vt vbi videret, agnoſceret eum qui ex ſupernis demiſſus eſt in mundum: Saluatorem videlicet ac benefactorem animarum noſtrarum. Subuertuntur itaque tales à veritate ac certitudine talium ſcripturarum, maximè ex concordantia quatuor Euangeliſtarum. Neque enim quis ex ſana mente prędictis reiecerit ea quæ à ſancto Spiritu in ſanctis Euangeliſtis exactè penitus ſunt tractata. Accuſant porrò iidem rurſus ſanctum Euangeliſtam, imò magis ipſum Euangelium, quod Ioannes, inquiunt, dixit de duobus paſcha, quę Saluator fecit. Alij verò Euangeliſtæ de vno paſcha. Et non ſciunt idiotæ illi, quòd non ſolum duo paſcha confitetur Euāgelium, ſed duo quidem prima dicit, ſed & ipſum in quo paſſus eſt Saluator, tria paſcha eorum quæ in prædicatione tractata ſunt. Statim enim à Iordane, velut Lucas dicit, erat IESVS incipiens eſſe annorum fermè triginta, filius exiſtens, velut putabatur, Ioſeph, qui fuit filius Eli, & ſic vlterius. Naſcitur enim Saluator quadrageſimoſecundo anno Auguſtri regis Romanorum, qui ſanè erat coniunctionis Romanorum ad Iudæos annus vigeſimus nonus. Regnauit enim Auguſtus annis tredecim, priuſquam Iudæi perfectè cum Romanis coniungerentur. Erat autem et ex quo Auguſtus regnauit, poſt annos quatuor regni ipſius, plus aut minus, amicitia quidem Ro-

Teſtimonium ſpiritus ſancti de vero Agno.

Euāgeliū Ioānis qui b⁹ calumniis impetitum.

Vtrāque natiuitatē deſcripſit B. Ioā. propter cauſam.

Ante tentationem Chriſtus non fecit ſignum.

Pueritia Ieſu.

Factum Chriſti in duodecimo anno.

Perfecta ſigna quā do fieri cœpta.

Ad nuptias vocatus Chriſtus.

Geſtorum Chriſti tenor.

Signum B. Ioannis Baptiſtæ ad cognoſcendum meſſiam.

Paſcha duo apud Ioannem.

Chriſtus anno Auguſti 42 natus.

manorum ad Iudæos,& auxilium ſocietatis bellicæ mittebatur, & præfectus conſtituebatur,& par-
tes tributorum in quinque annis plus aut minus, donec perfectè tradita eſt Iudæa, & pleniſſimè ſub-
tributum redacta,cum defeciſſent principes ex Iuda,&Herodes ex gẽtibus conſtitutus eſſet,proſely-
Temporis vnctorum præſidum finis. tus tamen &acceſſorius eſſet. Deinde Chriſto nato in Bethleem Iudææ,& ad prędicationem progreſ-
ſo,vbi defeciſſent vncti prędes,qui durauerant vſque ad Alexandrum præſidem,& Saalinam,quę & A
Alexandra: hæc omnia perfecta ſunt, initio accepto à natiuitate in Bethleem,quadrageſimoſecundo
Pater Herodis. anno totius regni Auguſti. Erat enim nonus annus à prędfectura Antipatri patris Herodis,quando ami-
citia erat Romanorum erga Iudęos,& partes donorum,& quartus annus Herodis ab Auguſto conſti-
tuti. Poſt quartum verò annum Herodis,præfecturámque quinque annorum plus aut minus Antipatri
patris ipſius,de cætero tradita eſt Iudæa perfectè,vſque ad trigeſimumtertium annum Herodis,&qua-
drageſimumſecundum annum Auguſti: ſubiugatáque tota Iudæa,velut dixi,poſtquàm ipſa vigintí-
nouem annis Romanis tributum pendiſſet,& poſtquàm conſtitutus eſt prędfectus ſiue procurator An-
Succeſſio eorum qui rexerant Iudæam. tipater Herodis pater,& poſt ipſum Herodes rex in Iudæa conſtitutus eſt ab Auguſto. Hæc autem fa-
cta ſunt in conſulatu Octauii Auguſti decimotertio,& Silano conſule: cui conſulatui ſucceſſerunt ſub-
iecti Conſulatus conſequenter ad hunc modum:

II.	Lentuli & Piſonis iterum.		
III.	Lucii Cæſaris & Pauli.		
IIII.	Vinducij & Varj.		
V.	Lamiæ & Seruilij Nummij.		B
VI.	Magni Pompeij & Valerij.		
VII.	Lepidi & Aruncij.		
VIII.	Cæſaris & Capitonis.		
IX.	Cretici & Neruę.		
X.	Camilli & Quintiliani.	XI.	Cameri & Sabini.
XII.	Dolabellę & Syluani.	XIII.	Lepidi & Tauri.
XIIII.	Flacci & Syluani.	XV.	Duorum Sextorum.
XVI.	Pompei Magni & Apulei.	XVII.	Bruti & Flacci.
XVIII.	Tauri & Lybonis.	XIX.	Craſsi & Rufi.
XX.	Tiberij Cæſaris iterum,& Druſi Germanici iterum.		
XXI.	Syluani & Balbi.	XXII.	Meſſalæ & Grati.
XXIII.	Tiberj Cæſaris tertium,& Druſi Germanici tertium.		
XXIIII.	Agrippæ & Balbi.	XXV.	Pollionis & Veteris.
XXVI.	Cethegæ & Vari.		
XXVII	Agtippæ iterum,& Lentuli Galbę.		
XXVIII.	Getulici & Sabini.		
XXIX.	Craſſi & Piſonis.		
XXX.	Syluani & Neruæ.		

Nihil adulteratũ in dogmate veritatis. Et vides quòd triginta annorum eſt tempus. Quapropter ſtudium nobis fuit Conſulatus exactè
conſequenter exponendi,vt legentes videant,quòd non eſt aliquid in diuino veritatis dogmate adul-
teratum, ſed omnia cũ certitudine Eccleſiæ prædicata ſunt. Quis enim enumeratis iuxta ſeriem conſu-
latibus,qui fallere non poſſunt,non condemnabit eos qui putant diſcordiam eſſe in numero annorum
apud Euangeliſtas celebrato? propter hoc enim etiam corruerunt priores hæreſes,quæ fabuloſè deſ-
cripſerunt triginta ſecula,&ea quę à triginta annis Saluatoris ab ipſis figuratè ſunt tractata: quo nimi- C
rum poſſint ſeculorum ac principatuum ſuorum deſcribere fabulamentum. Comperitur enim trigeſi-
mo tertio anno aduentus incarnationis ſuæ vnigenitus paſſus eſſe,cum paſſionis exors ſit Deus verbũ
ex ſupernis,verùm ſuſcepta carne pro nobis pati ſuſcepit,vt mortis contra nos chirographum deſtrue-
ret. Nam poſt illum conſulatum qui trigeſimo ipſius anno fuiſſe indicatus eſt,alius conſulatus fuit duo
rum Geminorum appellatus, Deinde alius Rufi & Rubellions. & ſic in medio conſulatu eo qui poſt
Rubellionis conſulatum ſucceſſit, Vinnicii et Longini Caſſii appellatus,patitur Saluator in die ante
decimumtertium Calend. April. Et redarguitur horum omnium error,dum doctrina ſecundum veri-
tatem clarè inuenitur. Quare non ſolum duorum temporum paſcha circuitus in Euangeliis habetur,
ſed etiam trium. Nato enim ipſo circa Ianuarium menſem,hoc eſt,ante octauum Iduum Ianuarii,quę
eſt quinta Ianuarii menſis ſecundum Romanos: ſecundum Aegyptios, Tybi vndecima. Iuxta Syros ſi-
ue Græcos, Audynæi ſexta. Iuxta Cyprios ſiue Salaminios,quinti quinta. Iuxta Paphios, Iulii decima-
quarta. Iuxta Arabas, Aleon vigeſimaprima. Iuxta Cappadoces, Atarta decimatertia. Iuxta Hebręos,
Tibeth decimatertia. Iuxta Athenienſes, Memacterionis ſexta. Pertranſiit prędictos conſulatus vigin-
ti nouem plenos. In trigeſimo verò conſulatu circa decimum menſem venit ad Ioannem,et baptiſatus
Chriſtus ſeptimo Idus Nouemb baptiſatus. eſt in Iordane fluuio,trigeſimo anno natiuitatis in carne,hoc eſt,ſecundum Aegyptios Athyr menſis
duodecima,ante ſextum Iduum Nouembrium. Iuxta Græcos, Dii menſis octaua. Iuxta Salaminios, D
qui et Cõſtãtiæi,tertii Choëac ſexta. Iuxta Paphios. Apogonici dicima ſexta. Iuxta Arabas, Angathal-
baith 22. Iuxta Macedonas. Apellæi. 16. Iuxta Capadoces, Aratata decimaquĩta. Iuxta Athenięſes, Me-
tagitnionis ſeptima. Iuxta Hębręos, Mareſouã ſeptima. Quemadmodũ teſtimoniũ præbet mihi Euãge
liũ ſecundum Lucam,dicens: Erat IESVS incipiens eſſe annorum fermè triginta, filius exiſtens,velut
Annus acceptꝰ quid eſt. putabatur eſſe,Ioſeph,Et hinc ab Athyr menſis duodecima,prædicante ipſo annum Domini acceptũ;

iuxta

iuxta ea quæ in Esaia propheta prędicta sunt, nempe: Spiritus Domini super me, cui⁹ gratia vnxit me, ad Euangelisandum pauperibus misit me, vt prædicem captiuis remissionem, & cęcis visum, vt prædicem annũ Domini acceptũ, & diẽ retributionis. Reuera enim prædicauit annũ acceptũ, hoc est, cui nõ contradicebatur. Primum enim annum post trigesimum annum aduentus sui carnalis prædicauit, & omnes ipsum susciebant, & neque Iudæi contradicebant, neque gentes, neque Samaritæ: sed omnes libenter ipsum audiebant. In quo anno ascendit ad Hierosolyma, postquam baptisatus fuit, & quadraginta dies tentationis peregit, & discipulos suos elegit, ita vt reflexerit à tentatione ad Iordanem, & penetrarit ad mare Tiberiadis, & hinc transierit in Nazaret, vnde videlicet ascendit Hierosolyma, & in medio festiuitatis clamabat, dicens: Si quis sitit, veniat ad me, & bibat. Et sic abiit ad Nazareth, & in Samariam, & in partes Tyri. Et completo primo anno, rursus ascendit Hierosolyma, & deinceps quæsiuerunt ipsum prẽhendere in festiuitate, & timuerunt. In qua festiuitate dixit, Non ascendo ad festiuitatem hanc: non enim mentiebatur, absit. In media enim festiuitate venit, inquit, & intrauit Hierosolyma, & dicebant: Nónne hic est quem quærebant prẽhendere, & ecce palam liberè loquitur? nunquid didicerunt sacerdotes, quòd hic est Christus? At nouimus hic vnde est. Mysticè enim & spiritualiter loquente ipso ad fratres, non nouerant quid diceret. Dicebat enim ipsis, non ascensurum se esse in templum in illa festiuitate, neque in crucem, vt perficeret dispensationem passionis suæ, & mysterium salutis, & ex mortuis resurgeret, & in cœlum ascenderet, quę implebat omnia in propria sua potestate. Et post hęc completo biennii tempore, deinceps trigesimotertio anno suę dispẽsationis in carne, postquam transgressus esset duos consulatus, quos diximus, duorum Geminorum, & Rufi ac Rubellionis, deinceps in 3. cõsulatu In. 3. ipsius mẽse post Ianuariũ & Februarium, in mẽse Martio perficit mysteriũ passionis, exors passionis Verbũ, passus in carne propter nos. Manet autem passionis expers, velut Petrus dicit: Mortificatus carne, viuificatus autem spiritu. Patitur autem die ante decimumtertium Cal. Aprilis, transgressis ipsis vnam vesperam, hoc est, decimaquarta lunæ nocturna media. præueniebant enim & comedebant pascha, velut Euangeliũ dicit, & nos sæpe diximus. Comedebant igitur pascha duobus diebus antequam comedi solet, hoc est tertia vespera, quod oportebat quinta vespera. Decima quarta enim sic erat quinta. Comprehenditur autem per tertiam eandem serotinam, quæ erat vndecima lunæ nocturna. Ante decimũ sextum Calend. Aprileſ quarta, duodecima nocturna. Ante decimũ quintum Calend. April. quinta, decimatertia diurna, nocturna verò decimaquarta. Ante decimũquartum Calend. April. prosabbatum, decimaquarta nocturna. Ante decimumtertium Cal. April. sabbatũ decimaquinta diurna. Ante duodecimum Calend. April. illucescens dominica, decimaquinta nocturna. quod ipsum erat illuminatio orci ac terræ, & cœli & noctis atque diei, propter decimamquintam lunæ & solis cursum. & quoniam resurrectio & æquinoctium ante vndecimum Calend. April. propter quam seducti, vnam diem transgressionis fecerunt, velut dixi. Habet autem supputatio horas quasdam subtilis rationis, quę incidit per annos tres apud ipsos, & est dissonans illa vna dies. Apponũt enim cur sui lunari post trecentos quinquaginta quatuor dies, etiam alias per annum quatuor horas, vt sit in tres annos vna dies. Quaproprer apud ipsos quinque menses efficiuntur intercalares, in annos decem quatuor, eò quòd aufertur à solari cursu trecentorum sexagintaquinque dierum & horarum trium, hora vna. Appositis enim horis deinceps fiunt CCCLX dies, præter horam vnam. Vnde ipsi sexies multiplicantes quatuordecim annos octuagesimiquarti anni, in octuagesimoquinto ponunt intercalarem mensem vnum: vt sint trigintaunus menses, in octuaginta ac quinque annos: qui debebant esse iuxta exactam supputationem mensis trigintaunus, & vigintiquatuor dies, & horæ tres. Huius itaque gratia tunc decepti, non solum anticipabant tumultuantes duos dies edentes pascha, sed etiam transgressionis vnam diem apponentes, omnibus modis ipsi errantes. At verò dispensatio veritatis exactissimè omnia nobis salutariter operata est. Vnde & ipse Saluator vbi perfeciſſet pascha, exiuit in montẽ postquam comedit, cum dixisset, Desiderio desideraui: & illic pascha Iudaicum cum discipulis comedisset: non aliter faciens, sed etiam ipse cum facientibus æqualiter faciens, vt ne dissolueret legem, sed impleret Et hic postquam transgressus est trigesimum annum quando baptisatus est, & post trigesimum annum vbi prædicauit plenissimum annum acceptum, & cui non contradicebatur: itemque alium, cui contradicebatur, & qui in persecutione ac molestia erat: & postea alio anno transgressus à natali suo die, hoc est aduentus, quæ est quinta Ianuarii mensis, iuxta Aegyptios verò Tybi mensis vndecima, ad totos septuagintaquatuor dies, velut diximus, vsque ad diem ante decimumtertium Calend. April. & secundum Aegyptios Phamenoth mensis vigesimamquartam, compleuit plenissimè annos trigintaduos, & septuagintaquatuor dies, ab aduentu & apparitionis suæ natali die. & resurrexit secũdũ Aegyptios. Phamenoth mensis vigesimasexta die, quæ erat æquinoctium, et ante vndecimum Calend. April. Quo comperiãtur omnes mentiri, qui non sunt filii veritatis. velut statim primus Valentinus, qui triginta nobis secula confinxit, ab eo quod triginta annos educationis vitæ, ac virilis ipsius ætatis esse putauit: ignarus quod non solum triginta annos compleuit, sed in trigesimo baptisatus est, vbi impleuisset annos vigintinouem, et menses decem, velut dixi, duodecima mensis Athyr, ante sextum Iduum Nouẽb. postea, et prædicauit annũ Domini acceptum, et postea alium annum cui contradicebatur, et septuagintaquatuor dies quibus contradicebatur, à die quo baptisatus est, vt sint omnes anni præsentię eius in carne, à natiuitate vsque ad passionem, anni trigintaduo, et dies septuagintaquatuor. A cõsulatu verò Syluani et Neruę, anni duo et dies centum trigintaquatuor. Et confutatus est hic prædictus Valentinus, et multi secundum ipsum delirantes. Confutati sunt etiam qui Euangelium secundum Ioannem, quos meritò alogos, id est, verbo carentes appellauerim: quandoquidem Verbum Dei

Annus acceptus.

Quadraginta dies tentationis.

Quo tempore ascẽdit Hierosolymam.

Cur non ascẽdit ad diem festum.

Tempus mysterii passionis Paschae sus quando factus est.

Anni iuxta cursum lunarem ratio.

Error in manducatione Agni paschalis.

Diuersæ dierũ supputationes.

Valentini de triginta seculorum fictione.

Christi ætas anni 32, dies 74.

reiiciunt, Deum verbum paternum à Iohanne prædicatum, qui de cœlo descendit, & salutem nobis operatus est totius sui in carne aduentus ac præsentiæ. Nam & ex consulatibus, & ex annis, & ex confir
Pascha tria à Domino perfecta sunt
matione Esaiæ prophetæ, & ex Euangelio Lucæ Iohannisque & Matthæi ac Marci, & simpliciter vn- C
diquaque redarguuntur erronei illi. Quoniam non solum vnum pascha post principium prædicatio- A
nis secundum temporis anni circuitum perfecit, sed secundum circuitus trium consulatuum pascha
impleuit; post Ioannis baptisma. Et corruit illorum nulla intelligentia præditorum ratio, penitus erro-
nea, delira, ac dementia & ignorantia referta, quæ non solùm non cognoscit suam ipsius vitam, sed e-
tiam falsò contra veritatem frustrà militat. Reperimus enim alicubi in his sermonibus scriptum ac ex-
Falsitas in chronographia.
expressum, quod Verbum Dei Deus CHRISTVS natus est circa quadragesimum annum Au-
gusti: id quod fefellit scriptorem, quia calculo ipsius Beta relicto, & Mysolum restante, quadraginta
solum annos fecerunt. quadragesimo enim secundo anno Augusti natus est. Dicunt autem, quòd
ante duodecimum Calēd. Iulii aut Iunii, non habeo enim quod dicam, Sulpicio Cammarino, & Cneo
Pompeiano consulibus. Hoc autem cōsideraui, quod etiam hi qui dixerunt diem conceptionis, & quā
do Gabriēl virgini nuncium attulit, opinionem dixerunt quorundam dicentium ex traditione, quod
per septem menses natus est. Inuenimus enim ab hoc consulatu ante Pisonem, vsque ad vndecimam
mensis Tybi, & ad diem ante octauum Iduum Ianuarii, quando reuera apparitio Dei contigit, &
natus est septimestri tempore, secundum luna rem cursum, præter dies quatuor. Quare si alicubi in sus-
Christi natiuitatis dies qui fuerint.
pectis locis scripta hęc inueneris, ne offendaris circa cognitionem. Reuera enim natiuitas CHRI-
STI certa contigit vndecima mensis Tybi. Quidam verò dicunt quòd decem mensibus in vtero ge-
status est, pręter dies quatuordecim, & horas octo: vt sint menses nouem, & dies quindecim, & horæ
quatuor, innuentes id quod apud Solomonem dictum est, Decimestri tempore concretus in sanguine. B
Attamen vndiquaque vndecima Tybi mensis prædicta Domini in carne natiuitas facta est. Et circa
ipsam vndecimam post annos triginta factum est primum signum in Cana Galilææ, quando aqua fa-
cta est vinum. Quapropter etiam in multis locis vsque in hunc diem hoc fit, quod tunc factum est, di-
uinum signum in testimonium incredulis: velut testantur in multis locis fontes ac fluuii in vinum cō-
Aqua quibus locis in vinum mutata sit.
uersi. Cibyres quidem vrbis Cariæ fons, qua hora hauserunt ministri, & ipse dixit, Date architriclino.
Testatur & in Gerasa Arabię fons similiter. Nos bibimus de Cibyres fonte, fratres verò nostri de eo qui
est in martyrum templo. Sed & multi in Aegypto de Nilo hoc testantur. Quare in vndecima Tybi a-
pud Aegyptios, omnes hauriunt aquam & reponunt, tum in ipsa Aegypto, tum in multis regionibus.
Sic equidem comperitur, quod post duodecimam mensis Athyr, id est Nouembris abierit, & tentatus
sit diebus quadraginta: & redierit atque elegerit quosdam suos discipulos, & inceperit post quadra-
ginta tentationis dies prædicare, & descenderit ad Iordanem, & inciderit in Nathanaēlem & eos qui
Triū dierū mysterium.
cum ipso erant, & assumpserit ipsos, quando manserunt apud ipsum duos dies: & digressis ipsis, & ip-
so Domino in Galilęam profecto, statim propter priores duos dies, dixit Euangelium: Tertia die nup-
tiæ factæ sunt in Cana Galilææ: id quod signum & figura Ecclesiæ erat. Nam in tertia die negocii sui
Cana adeptam significat.
in corde terræ, quod in terra fecit post passionem, vbi surrexit, nuptias coniunxit cum Cana. Cana e-
nim significat adeptam. Quæ verò est adepta illa, quam hæres? de qua Psalmista in quinto Psalmo di-
xit, de ea quæ hæreditatem consequitur, & cætera. Nuptiæ enim hæ reuera benedictæ sunt, quæ à figu C
ra illa occasionem acceperunt. Illic enim erant nuptię sensibiles in Cana Galilææ, & aqua verè vinum
facta est, & appellata iuxta duos modos, tum vt aquositatem debacchantium in mundo, intempe-
rantiam & incastitatem nuptiarum adstringeret: tum vt tristiciam corrigeret, in hilaritatem vini
molestias discutientis, & gratiæ quò omnibus modis obturaret ora eorum qui aduersus Dominum
insurgunt: & quò ostenderet, quòd ipse est Deus cum Patre & sancto suo Spiritu, qui aquā viti præ-
Tertio paschali passus est Christus.
bet, colorans ipsam in illa in vinum & hilaritatem hominum. Verùm in alio loco longius de his
narrauimus. Hic verò velut in digressione rem percurrimus. Cæterùm duo pascha post principium
prędicationis saluator fecit, et tertio passus est. Quare impleta sūt iam à me & exactè relata, de diebus
mensibus ac Consulatibus. Et vndiquaque corruit erronea de his traditio, cum Euangelia inter se con-
sona sint, et nullum Euangelium alteri oppositum sit. Deueniam porrò rursus ad propositum, Dicit
Lucas, testimonium mihi præbens in his quæ multipliciter à me relata sunt: Factum est in sabbato se-
Sabbatum secundum primum.
cundo ptimo: vt ostendat sabbatum primum esse, quod ab initio decretum est ac dictum à Domi-
no in mundi creatione, quod per circuitum ab eo tempore vsque huc iuxta septem dies reuoluitur,
hoc scilicet primum esse. Secundum verò sabbatum, quod decretum est à lege. Dicit enim lex, Acci-
pies tibi ouiculam anniculam immaculatam, masculam: quę sanè erat imago Saluatoris: à decima
Anniculą ouis imago erat Saluatoris.
die mensis, et erit seruata vsque ad decimamquartam, et mactabitis ipsam vesperi decimaquarta die, D
et erit tibi sabbatum dies sancta, et edetis azyma septem dies, et septima die facies sanctum sabbatum
diem sanctam. Et videtis quòd secūdum appellatur sabbatum post sabbatum, eiusmodi sancta prosab-
bati dies, in sabbatum sanctificata, siue dominica fuerit, siue secunda, siue tertia occurrerit. In septem
verò dies rursus reuolutum secundum primum vocatur. vt ostendat hinc, quod non solum Ioannes
de circuitu dierū anni, duorum et trium festorum pascha indicauit, sed etiam Lucas et alii. Sic enim
Dies sancta Domino.
dicit lex: Numerabis tibi septem hebdomadas, ab initio manipuli, quando falcem in messem miseris,
et facies septimam hebdomada diem sanctam Domino: indicans de Pentecoste, hoc est quinquage-
Quid Pentecostes:
sima. Nam postquam mactatum esset pascha, intra tres dies, hoc est post tres dies agni, præcepit mani-
pulū inferri, vt significaret benedictum manipulū qui resurrexit ex mortuis, post tertiū diem terra ipsū
proferēte, & ipso ipsum rursus ab illa ferēte in resurrectione ex monumēto, & manente cum discipu-

lis

lis per quadraginta dies,& in fine quinquagesimæ inferente ipsum ad cœlestia ipsi patri primogenitũ primogenitorum, quæ sunt primitiæ sanctæ, manipulus quem decerpsit ex Maria, vlna quæ amplexa est in Deo,fructus ventris, primitiæ areæ. Non enim amplius post quinquagesimum diem falx primitias Deo offert. Non enim amplius CHRISTVS moritur,mors illi non amplius dominatur,velut scriptum est.Et vides quod Dei mysteria præfigurauit lex, & impleuit Euangelium ? Vnde verò non poterimus horum claritatem ostendere ? Quare non est opus sermonem longius extendere, ideóque rursus ad consequentiam orationem dirigamus. Apparet autem & ex spicis,& ex messe,atque discipulis,quod post quadraginta dierum tentationem hæc omnia exponit Ioannes & Lucas,& omnes. Cæterum non verentur tales se contra ea quæ à sancto Ioanne dicta sunt armare, putantes se aliquatenus veritatem subuertere posse, nescientes quòd magis contra seipsos armantur, quàm contra sanam doA ctrinam.Dicunt autem,contra Apocalypsim hæc nugantes: Quid mihi, inquit, prodest Apocalypsis Ioannis,quæ dicit mihi de angelis & septem tubis? Et non sciunt qui talia dicunt, quòd necessaria & vtilia huiusmodi sunt in prædicationis rectitudine.Quæ enim erant in lege ac prophetis obscura,& in ænigmate dicta,ea Dominus dispensauit,vt per Spiritum sanctum ad nostram salutem,seruo ipsius Ioanni reuelarentur: quæ illic obscura erant,hic in spiritualia ac manifesta prædicans. Spiritualiter autem nobis eadem dispensauit.Et ex pellibus quidem tunc tabernaculum constructit, pellibus rubiæ ac hyacinthi colore infectis,&c.vt ostenderet,tabernaculum illic quidem tabernaculum esse, verùm perfectissimum tabernaculum CHRISTI repræsentare,pellis enim à corpore fit, quæ mortua est velut vmbra corporis viuentis:vt ostenderet, corpora esse tabernaculum Dei. Quandoquidem enim in sanctis corporibus habitat Deus, vt impleatur dictum illud:Habitabo in ipsis,& obambulabo : error quidam futurus fuisset in credentibus,nisi liber nobis spiritualiter reuelatus fuisset,vt discceremus non tubis esse opus, sed sciremus quòd spirituale est totum Dei negotium, vt ne iuxta Iudaicas,accipiamus æreas tubas,aut argenteas,sed spititualiter intelligamus,velut à cœlo sit Ecclesiæ prædicatio,quemadmodum etiam alibi dixit:In illa die buccinabunt tuba magna.Tubæ enim erant prophetæ. Tuba verò magna,sancta vox Domini in Euangelio. Quapropter etiam angelis datum est reuelare nobis. Buccinabit enim,inquit, & mortui resurgent. Si verò irridentur apud vos, ô boni, angelorum tubæ, eò
" quòd in Apocalypsi scriptæ sunt : irridebitur etiam tuba apud sanctum Apostolum relata. Descendet,inquit,de cœlo in extrema tuba, & mortui resurgent in extrema die in voce archangeli.Cum itaB que Apostolus concordet, cum sancto apostolo Ioanne in Apocalypsi, quæ nam reliqua fiet con" tradictio ? quomodo verò non statim vnusquisque error redarguetur ? cum Deus in vnoquoque " sancto dederit testimonium . Deinde aliqui ex ipsis rursus reprehendunt dictum in eadem Apocalypsi , & dicunt contradicentes quod dixit rursus, Scribæ angelo ecclesiæ in Thyatiris: & non est illic ecclesia Christianorum in Thyatira. Quomodo igitur scribit ei quæ non est? Et reperiuntur tales seipsos cogentes confiteri, ex his quæ prædicant contra veritatem. Si enim dixerint, Non est nunc ecclesia in Thyatiris, ostendunt vaticinatum esse Ioannem . Cum enim inhabitarint hi isthic,itémque Phryges, & instar luporum rapuerint mentes simplicium fidelium, transtulerunt totam ciuitatem in suam hæresim : & qui negant Apocalypsim verbi huius, in subuersionem contra illud tempus arma mouerunt. Nunc autem propter Christum in hoc tempore, post tempus centum & duodecim annorum,est ecclesia,& augescit,& aliæ quædam isthic sunt,tunc verò vniuersa ecclesia euacuata erat in hæresim secundum Phrygas appellatam . Quapropter etiam Spiritus Sanctus studuit reuelare nobis,quomodo erratura esset Ecclesia post tempus Apostolorum, tum Ioannis, tum deinceps sequentium,quod erat tempus post saluatoris assumptionem,per nonaginta tres annos errorem ac confusioC nem passura isthic ecclesia in Phrygastarum hæresi. Sic enim statim redarguit Dominus:Scribe angelo ecclesiæ Thyatirensis.Hæc dicit qui habet oculos velut flammam ignis,& pedes eius similes chalcolibano:Noui tuam fidem,& charitatem,& ministerium,& quòd nouissima tua plura primis.Habeo au" tem contra te,quòd permittis vxorem Iezabel decipere seruos meos,quæ se dicit prophetissam,& do" cet comedere ea quæ simulachris immolata sunt,& scortati.Et dedi ipsi tempus agendi pœnitentiam, " & non vult resipiscere ex scortatione sua.Non videtis,ô boni,quòd de mulieribus dicit in prophetię opinione deceptis,& multos decipiẽtibus,de Priscilla,inquam,& Maximilla,& Quintilla,quarũ fraus non latuit Spiritũ S.sed præuaticinatus est propheticè per os sancti Ioannis,quod factum est post sancti Ioannis dormitionem , cum ipse vaticinatus sit in temporibus Claudii Cæsaris, quando in Patmo insula erat.Confitentur enim & hi in Thyatiris hæc impleta esse.Itaque secundum prophetiam scripsit his qui illic in Christo illo tempore conuersati sunt,quòd mulier seipsam prophetissam appellatura esset.Et cortuit ipsorum doctrina vndiquaque excogitata,& contra veritatem excitata:quum ostensum sit quòd sermo in Apocalypsi propheticus sit ex spiritu sancto secundum veritatem . Efferunt autem iidem se rursus mente,dictiones venantes sine fine,vt sancti Apostoli libros meritò reiicere videantur, Ioannis inquam Euangelium & Apocalypsim, fortassis autem & epistolas. Concordant enim etiam hæ Euangelio & Apocalypsi:Et dicunt, Vidi, & dixit angelo, Solue quatuor angelos qui sunt in EuD phrate. Et audiui numorum exercitus,vicies millies decem millia, & erant induti thoraces igneos & sulphurulentos & hyacinthinos. Putauerunt enim hi, nunquid ridicula est veritas? Si enim dicit quatuor angelos qui in Euphrate desident, vt ostendat quatuor differentias gentium sedentium isthic ad Euphratem, Assyriorum videlicet, Babyloniorum, Medorum ac Persarum. Hæc enim quatuor regna per successionem in Daniele habentur, quod primum Assyrii regnauerunt, & Babylonii temporibus ipsius: Medi verò successerunt, & post ipsos Persæ. Quorum primus fuit Cyrus rex.

Figurã aduenientę veritatis luce, fugatur.

Apocalypsis Ioannis cur reprobata.

Apocalypsis Ioannis vtilitas.

Magnæ tubæ virtus.

Currepro bent hæretici Apocalypsim.

Iezabel à Deo cur reproba ta.

Fraus hęreticum mulierum

Dolus hæreticorũ ad reiiciẽdos libros Sanctorũ.

Angeli quatuor significãt regnaq; a tuor in Daniele.

Nam regna & gentes ſub angelis poſita ſunt, velut atteſtatur mihi Moſes ſanctus Dei ſeruus, iuxta cō ſequentiam interpretans, ac dicens: Interroga patrem tuum, & annunciabit tibi: ſeniores tuos, & dicēt tibi. Quando diuiſit altiſſimus gentes, velut diſperſit filios Adam, conſtituit terminos gentium, iuxta numerum angelorum Dei. Et facta eſt portio Domini populus ipſius Iacob, funiculus hæreditatis ipſius Iſrael. Si igitur gentes ſub angelis poſitæ ſunt, meritò dixit, Solue quatuor angelos qui in Euphrate deſident, ac detinentur, vt permittant gentibus bellum, vſque ad tempus longanimitatis Domini, donec imperabit per ipſos vltionem fieri ſanctorum ſuorum. Detinebantur enim impoſiti illi angeli à ſpiritu, non habentes occaſionem incurſus, eò quòd nondum ſolutum eſſet ipſius ius, vt reliquas gentes ſoluerent, propter contumelias in ſanctos. Soluuntur autem tales, & inuadunt terram, velut Ioannes vaticinatur, & reliqui prophetæ. Nam commoti angeli commouent gentes ad impetum vlciſcendi. Quòd autem igneos & ſulphureos ac hyacinthinos thoraces ſignificat, nemo ambigit. Illæ enim gentes ex tali colore habent indumenta. Sulphurulentæ enim veſtes coloris ſunt melini appellati, ex lana ſic infecta. Ignea autem coccinea dicit indumenta. Et per hyacinthina callainam oſtendit lanam. At hi non ſuſcipientes ſpiritum ſanctum, percunctantur quidem ſpiritualiter, non intelligentes ea quę ſunt ſpiritus: & ſecundum doctrinam dicere volunt, non ſcientes dona in ſancta Eccleſia, quæ verè & conſtanter in intelligentia & ſana mente ſpiritus ſanctus recenſuit, ſanctíque prophetæ & Apoſtoli, inter quos etiam ſanctus Ioannes per Euangelium & Epiſtolas ac Apocalypſim ex eodem ſancti ſpiritus dono impertiuit. Venit autem ſuper ipſos id quod dictum eſt, Blaſphemanti in Spiritum ſanctum non remittetur neque in hoc ſeculo, neque in futuro. Nam contra verba à Spiritu dicta hi pugnarunt. Cæterùm quum tot ac talia dicta ſint contra huiuſmodi hæreſim, ea ſufficere arbitror. Et quùm velut ſcolopendram, aut vermem iulum appellatum (qui reptile multipes eſt, exiguum quidem viribus & dolore veneni, multipes verò, & longam ſpeciem præ ſe ferens) ipſam per virtutem Dei ac veritatem conculcauerimus: deinceps rurſus, ô chariſſimi procedentes, ad ſequentes per virtutem Dei pergamus.

Angeli cuſtodes.

Callaina lana.

Scolopendra. Iulus vermis.

Contra Adamianos, hæreſim LII.

Hæreſis Adamianorum 52.

Talpæ deſcriptio.

TAlpam appellant animal quoddam infrà in terra latitans, quadrupes, prefodit id terram, & in intimis ipſius habitationem habet, velut parui catuli canis ſtaturæ circunferentiam habens, cui in totum nullus eſt viſus. Deſolatorium autem eſt animal, infernè eradicans omnem hominum agricultu-ram, cucumerarias maximè & acres plantas, cepas item ac allia, bulbóſque ac huiuſmodi, lilia quoque & alia. Si verò in perfodiendo contigerit, vt per incōſiderantiam extrà terram ad aërem perueniat, aut capiatur ac præhendatur ab hominibus, ridiculū quiddam inducit omnibus qui hoc animal cœperūt. Sic ſanè etiam ipſe nunc aggredior dicere de propoſita ſecta, quæ, quātum ad cor attinet, cæcutit, & fatua eſt. Verùm ſolitudinem ſibiipſi efficit, & conſtitutionem ſuam infernè excindit, & multas radices virorum in ipſam collapſorum deuaſtat ac corrumpit. Et ſi contigerit vt à prudentibus conſpiciatur, riſum non vulgarem excitat, velut etiam prædictum animal, cui illudūt homines ob ipſius cæcitatem ac inconſtantiam, & quod non repetit vbi rurſus ingreſſum faciat, velut etiam hæc ſecta. Impoſuerunt enim ſibiipſis nomen ipſius Adam, hoc autem ex auditu referimus, vt qui ex multis viris id accepimus non enim in literas relatum inuenimus, neque in aliquos tales incidimus. Cum igitur multi de hac re retulerint, iuſtum duximus etiam ipſius mentionem facere. Quapropter etiam meritò hanc prædicto cæco animalculo aſſimilauimus, eò quòd hominibus fermè noñ apparet, & occultè in terra eſt, & corruptionem ex infernis inducit. Ridicula eſt autem, & decreueram ipſam in totum non in numerum referre. Verùm quia omnino ſonus eius in mundo eſt, nihil moleſti fuerit prudenti auditori de omnibus noſſe, quæ in mundo inſtar zizaniorum à diabolo ſeminata ſunt. Siue enim eſt talis, ſiue non eſt, cum multos de ipſa dicentes audiuerimus, ſecuritatis gratia etiam de ipſa dicere conſentaneum mihi viſum eſt, & non relinquere, etiamſi exoluta eſt, & non amplius extat. Non enim certò ſcio, an adhuc ſit, aut non ſit. Quid verò longiori procœmio vtens tempus extendo? Incipiam narrare ridiculum, imò potius lugubre. Lugubre quidem, quod diabolus in hominum mēte inhabitauit, vt ſubſannet opificiū ex Deo formatum. Ridiculum verò, de his qui neque vident, neque ſapiens quid meditantur. Primùm quidem dicunt, tales, Eccleſias ſuas, ſiue latibula & ſpeluncas (ſic enim meritò appellauerim hæreticorum conuenticula) in hypocauſtis, id eſt locis qui ſubtus incenduntur, extruere. Subincendere verò infernè, vt ſit tepor ad calfactionem intus in domuncula cōgregatorum. Dum autem ingrediuntur, ſunt quidam veſtium cuſtodes ad fores, inſtar Campſariorum ab ipſis conſtituti, Et quilibet ingrediens, ſiue vir ſiue mulier, exuitur foris, & ingreditur nudus velut ex matre vniuerſo corpore. Et qui ipſorum principes videntur ac doctores, omnes velut ex matre ſedent, alii ſupernè, alii infernè, mixtim ac ſparſim. Sunt autem apud ipſos qui videlicet. Continentes dicuntur, & virgines ſe eſſe iactant, veluti ſeipſos decipiūt & lectiones & alia omnia nudi faciunt. Si verò viſus fuerit quis (nam & hoc dicunt) in delicto eſſe, eum non amplius in congregationem admittunt. Dicunt enim ipſum eſſe Adam, qui comedit de ligno, & iudicant vt expellatur è paradiſo, hoc eſt, ex ipſorum Eccleſia. Putant enim ſuam Eccleſiam eſſe paradiſum, & ſeipſos eſſe Adam & Euam. Qua igitur ratione ſubincendunt domum, vt ne frigus ipſos contingat? Adam enim & Eua non in hypocauſta domo vitam degerunt, neque in incendio quopiam comprimebantur, neque frigus ipſos grauabat. Erat autem ipſis aër puriſſimus, & omni temperamento ordinatè ex Deo refertus, neque frigoris aduerſitate intētus, neque moleſto æſtus feruore incitatus: & diæta

Deprehenſionis hæreſeos fructus.

Vnde dicti ſunt Adamiani.

Opificii Dei ſubſānatio.

Hypocauſta Adamianorū.

Campſarii.

Paradiſi vita.

& diæta immortalis,& locus ex Deo factus ipſis diſpoſitus erat, iucunditate & vitæ opulentia redundans,& neque frigori,neque æſtui, velut dixi, expoſitus. Cum autem hi talibus indigeant,valdè ludibrio expoſiti ſunt. Deinde verò etiam aliud conſideremus, quomodo vniuerſus ipſorum error redarguitur. Neque enim vna hora aliqua illi nudi erant,ſed perpetuò,& non verecundia confundebantur. His verò non ob id quod non pudefiant nuditas adeſt, etiamſi ſic ipſi putarint, ſed inexplebilis voluptatis gratia,quæ oculorum pupillis delectationem inducit. Ablata eſt enim ab ipſis verecundia, quæ in omnibus ſanctis Scripturis laudatur:& verè impletum eſt id quod apud Prophetam dictum eſt, Aſ-
A pectus meretricis tibi eſt,impudens factus es erga omnes. Cæterum poſt horam illam foris veſtibus induuntur,& non amplius ſunt Adam. Neque enim ille ſtatim veſtium copiam habuit,ſed primum folia fici,poſtea tunicas pelliceas :& poſt multum tempus vitæ ipſorum,varia Dei ſapiétia cognitionem ipſis immiſit veſtimentorum. Et omnibus modis ſubſannabuntur ipſi, dicentes ſeipſos eſſe Adam & Euam,mentientes contra ſeipſos,& ſimul verum dicentes. Nam quod hi Adam non ſunt,manifeſtum eſt ex multis iudiciis,velut etiam oſtendimus. Quòd autem ab intelligibili ſerpente ludificãtur,id manifeſtum ex aſciticia ipſorum forma,& nuditate,& turpitudine,& ludibrio. Indigna porrò res eſt,nos magnificare horum ſubuerſionem. Neque enim ſimile ipſis animal,hoſtilibus inſtrumẽtis aut magnis armis opus habet vt tollatur. Per exiguam enim virgam hoc tollitur. Sæpè verò vbi ſurſùm prolatum eſt ex latibulo,relinquitur ſolum,& per ſeipſum perit,deridetúrque,ac ludibrio expoſitum eſt. Sic etiam hi,etiamſi non reperiantur,per ridiculum ludum, & inuerecundam vitam, ac nugis plenam doctrinã, intereunt. At conſequentes ſectas cõſideraturi,rurſus precemur Deum,vt nobis auxilio ſit,ad ipſarum inuentionem ac ſubuerſionem,& ad noſtram ac legentium ſalutem.

Erroris eorum declaratio.

Serpens intelligibilis.

Contra Sampſæos, LIII. *hæreſim.*

SAmpſæi quidam in Peræa,de quibus iam in aliis ſectis mentionem fecimus, qui etiam Helceſæi appellãtur,hæreſis quædam eſt in Peræa appellata regione,vltra ſalſum aut mortuum appellatum mare.in Moabitide regione,circa torrentem Arnorum,& vlterius, in Ituræa & Nabatide, velut iam ſæpe ame de hoc dictum eſt. Hi enim iactant Elxæum ſuum eſſe doctorem. Et adhuc hodiè de genere ipſius exiſtentes duas mulieres adorant,velut deas videlicet,eò quòd ſint ipſæ ex ſemine benedicto. Vtuntur autem hoc libro etiam Oſſæi,& Ebionæi,& Nazoræi,velut iam ſæpe dixi. Natura verò hi Sampſęi ex ipſo procedunt,neque Chriſtiani exiſtentes,neque Iudæi,neque Græci,ſed medii ſimpliciter exiſtẽtes nihil ſunt. Dicunt & alium librum ſe habere fratris ipſius Elxai. Deum autem vnum dicunt,& ipſum colunt baptiſmis quibuſdam vtentes. Addicti ſunt Iudæis in omnibus. Quidam ex ipſis etiam ab animatis abſtinent,& pro his qui ex genere Elxai ſunt moriuntur. Et in hoc quidem tempore audiui mortuam eſſe vnam fœminam Marthus vocatam. Supereſt autem etiam nunc Marthana,niſi etiam ipſa mortua eſt. Si verò aliquando exibant in publicum tales, aliquò abeuntes, turbæ ipſas ſequentes pulueremdum colligebant,medelæ videlicet gratia,& ſaliuam ſputorum ſimiliter,maximopere deluſi,vtebantúrque ipſis in præſeruatiuis ac amuletis. Omnis enim error habuit primùm cæcitatem, deinde vanitatem. Et neque prophetas admittunt tales,neque apoſtolos. Omnia verò apud ipſos fraudis
C plena ſunt. Colunt & aquam,& hanc velut deum putant, fermè dicentes eſſe vitam ex hac. Chriſtum autem nomine confitentur,creaturam ipſum putantes. & ſemper apparenrem. Et primùm quidem formatum eſſe ipſum in corpus Adam,& rurſus induere quando vult. Vocari autem ipſum Chriſtum,& eſſe ſpiritum ſanctum ſororem ipſius fœmineo habitu præditam : & vnumquęque ipſorum,Chriſtum & Spiritum ſanctum,habere latitudinem ſex miliariorum,& latitudinem vigintiquatuor,& multa alia nugis plena. Iam verò de hoc ſæpè in aliis ſectis facta mentione ſubuerſiones feci. Quapropter non neceſſarium duxi longius de ipſis ſubuertendis inquitere,cum iam à nobis hoc præſtitum ſit,in ipſum Elxæum ſiue Elxai & complices eius,in aliis iam declaratis ſectis. Omnibus enim deprehẽſu facilis eſt talis,& ipſius hæreſis,quod errauit. Proinde velut qui lacertam ſolarem virga ſpei Chriſti & crucis eius percuſſimus,ad ſequentes eamus. Iuſtum enim eſt,vt quo nomine ſeipſos hi appellauerunt, eodem ænigmate nos vtamur ad exprimendum adulteratum ipſorum nomen. Sampſæi enim ſolares ſunt,ſi interpreteris vocem:quapropter etiam animalis mentionem fecimus, hanc enim lacertam ſic homines appellant,Solarem videlicet. Peior eſt autem hæreſis hæc quam lacerta, ne minimam quidem vtilitatem in ſe habens. Illa enim vbi per tempus hebetem viſum habuit, per conuerſionem ad ſolem oculos rurſus leuat,dum in latibulo ad orientem conuerſo ſeipſam apprimit,& ieiuna ſe ad orientem conuertit. Hæc autem ſecta in omnibus inſipientiam animantis eius habet, non tamen vel modicum laudis. Proinde & hæc hæreſis lacerta ſolaris à nobis dicta,& à veritate cõculcata hic maneat, nihil valẽs contra veritatem Dei. Nos verò ad alias pro conſueto more pergamus.

Sampſæorum hæreſis. 53. *Elxæus pſeudopropheta.*

A qua pro deo.

Chriſtiq; & ſpiritus ſãcti menſura.

Lacertæ ſolaris natura.

D

Contra Theodotianos, hæreſim. LIIII.

Theodotianorum hæreſis 54

SVrrexit rurſus Theodotus quidam,qui eſt auulſio ex prædicta Alogotum ſecta. quæ Ioannis Euangelium,& Deũ verbũ quod erat in principio,& in illo Euangelio habetur,negat, itęque eius Apocalypſim. Sed & cum aliis prædictis ſectis conuerſatus eſt & vixit, & ſecũdum tempus ipſis ſucceſſit. Ex quo ſanè Theodotiani ſunt appellati. Et quãuis hæreſis hæc adhuc ſit ignota, tamen quæ ad nos ex ſcriptis peruenerunt, referemus. Hic Theodotus à Byzantio originem duxit, quæ nunc Conſtanti-

Theodotus vnde ſurrexit.

Patria Theodoti.

tino-

tinopolis appellatur, coriarius quidem arte, verùm multæ eruditionis ac doctrinæ. Hic cum quibusdã pluribus, tempore persecutionis instante (haud scio quali persecutione) à ciuitatis principe comprehensus, & cum aliis pro Christo examinatus, quum alii omnes serui Dei victoriam abstulissent, & martyrium pro Christo subeuntes præmia cœlestia abstulissent, hic Christo abnegato, à veritatis scopo dilapsus, transgressionem fecit. Et quum id ipsi à multis exprobraretur, præ pudore à patria sua aufugit, & Romam profectus, illic vitam transegit. Cognitus autem à quodam Romæ, rursus in idem opprobrium incidit, eò quòd prouocaretur à noscentibus ipsum propter eruditionem: quomodo videlicet vir magnæ doctrinæ excidisset à veritate. Et sanè malam suiipsius defensionem excogitauit, nouo hoc dogmate prolato. Nempe, Deum ego non negaui, sed hominem negaui. Deinde interrogatus, qualem hominem? respondit, CHRISTVM negaui hominem. Hinc adeò ille sibiipsi dogma constituit, & qui ab ipso descenderunt Theodotiani, nudum hominem dicentes esse CHRISTVM, & ex semine viri genitum esse. Deinde ad malam suiipsius defensionem quæcunque vtilia reperit, non purè sic sentiens, sed occasione præuaricationis suæ ea sibi congregans collegit. Nam Dominus (inquit) dicit, Nunc autem quæritis me occidere hominem, qui veritatem vobis dixi. Vides, inquit, quòd homo est. At non nouit miser ille, quod CHRISTVS hic dicit, Veritatem quam à patre meo audiui. Patrem autem suum dicit Deum, non hominem. Si enim ab homine audiuisset, non gloriatus esset testimonio veritatis, dicens ab hominibus se veritatem audiuisse. Sed hoc fecit, vt Deum se esse significaret ex patre è supernis genitum, hominem verò propter nos factum, & carne occisum, deitate verò semper viuentem. Deinde neque peccatum se fecisse dicit, quòd CHRISTVM abnegauit, quum ipse CHRISTVS dixerit: Omnis blasphemia remittetur hominibus, & qui dicit verbum in filium hominis, remittetur ipsi: qui verò maledixerit in Spiritum sanctum, non remittetur ipsi. Ignorat miser ille homo, quod Dominus volens muniri salutem eorum qui aliquando in ipsum maledicta iecissent, & ad pœnitentiam reflecterent, vt ne decerneret ipsis condemnationem: hunc sermonem præuaticinatur, propter excellentem mansuetudinem ac benignitatem erga homines, & eò quòd nosset futurum vt aliqui insurgerent ac blasphemarent Spiritum sanctum, & serui loco ipsi decernerent, & creatum ac alienum ab essentia Dei affirmarent. Quapropter muniens, dicit. Qui verò blasphemat in spiritum sanctum, non remittetur ipsi, neque hic, neque in futuro seculo. Non laudans blasphemantes ipsum, sed suam prænotionem ac benignitatem ostendens, quæ certos facit de salute, eos qui à blasphemia eius pœnitentiam agunt. Ipse enim rursus dicit: Qui negauit me coram hominibus, abnegabitur coram patre meo. Et rursus: Abnegabo ipsum. Et rursus: Qui confitetur me, confitebor ipsum coram patre meo. Sed & rursus idem Theodotus dicit: Et lex de ipso dixit, Prophetam ex fratribus vestris excitabit Dominus velut me, ipsum audite. Moses autem erat homo: qui verò ex Deo excitatus est, inquit, Christus, hic non erat Deus, sed homo: quandoquidem ex ipsis erat, velut etiam Moses homo erat. Et non vidit in seipso Theodotus ille in delicto constitutus, quomodo rursus vnaquæque dictio habet suam munitionem. Nam quod ex fratribus ipsum excitabit Dominus, dicit, eò quòd ex Maria ipse genitus est, dicit. Sic enim ait Propheta: Ecce virgo in vtero habebit, & pariet filium, & virgo manens in vtero habebit, non ex semine viri: & pariet filium, manifestus est fœtus in carne, à virgine genitus: & vocabunt nomen eius Emmanuel, quod significat Deus nobiscum. Est enim Deus homo, à patre quidem genitus sine principio & sine tempore: homo verò ex Maria, propter aduentum in carne. Deinde etiam ipsum Euangelium dixit ad Mariam, Spiritus Domini superueniet in te: & non dixit, Spiritus Domini nascetur in te. Quapropter vndiquaque contentiosus ille & stolidus homo à veritate excidit. Scriptura enim vndique vitam nostram muniens comperitur, quòd ostendat trinitatem semper, & in omni specie sibiipsi adesse ac cooperari, vt ne aliqui dicant alienum esse Spiritum sanctum à Christo & patre, id quod multi sibiipsis mala prætexentes faciunt. Itaque ea gratia angelus dicit ad Mariã, Spiritus sanctus superueniet in te, & virtus altissimi obũbrabit tibi. Quapropter & quod nascetur ex te sanctum, vocabitur filius Dei. Et non dixit solùm, quod nascetur: sed quapropter & quod nascetur: vt ostendat ex supernis Deum verbum, & in vtero genitum, secundum suam incarnationem, & secundum suam bonam voluntatem, propter quam dispensauit suam incarnationem ad nostram salutem. Ideóque apponit. Quapropter & quod nascetur ex te sanctum vocabitur filius Dei. Si enim dixisset, Spiritus sanctus ingredietur in te, non amplius putandum fuisset filium Dei in carne aduenisse, sed spiritum sanctum in carne accessisse. Quod autem ex supernis venerit Verbum, Ioannes declarans euangelicam angeli vocem dicit. In principio (inquit) erat verbum, & verbum erat apud Deum, & Deus erat verbum. Omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil. Deinde post hæc. Et verbum caro factum est, & non dixit, Spiritus caro factus est. Neque dixit, CHRISTVS homo genitus est. Vndique enim muniens diuina scriptura, Deum & hominem ipsum nouit. Deum ex Deo ex supernis delatum, hominem ex Maria sine viri semine genitum. Quum autem hæc duo vera sint, qui ea excedit, non est ex veritate. Prætexit insuper miser ille Theodotus, dicens quòd Hieremias de ipso dixit, Homo est, & quis cognoscet ipsum? & non nouit quòd seipsum à veritate abalienat. Nam sicut dixi, vnaquæque dictio habet suæ ipsius virtutis interpretationem. Qui enim homo est, omnino à multis cognoscitur qui eum noscunt: à patre, inquam, ac matre, fratribúsque ac cognatis, contubernalibusque ac vicinis, ciuibus item ac famulis. Hic verò scriptura miraculum totius negotii ipsius exponens, hominem quidem ipsum dixit, ob aduentum in carne. Verùm quòd dixit, Quis cognoscet ipsum? significauit de incomprehensibili ipsius deitate.

Causa fugæ illius.

Christus homo esse quomodo probetur à Theodoto.

Cur dictũ sit à Christo peccatum in Spiritum sanctum non remitti.

Error Theodoti de Christo.

Lapsus ex scriptura malè intellecta.

Refutatur error Theodoti

Christus qualis homo ex Hieremia.

Quando-

Quandoquidem enim nemo nouit filium niſi pater, & patrem nemo nouit niſi filius, & cui reuelauerit: nemo igitur cognoſcet ipſum, niſi ipſi reuelauerit. Reuelata autem per ſanctum Spiritū ſeruis ſuis ſuam & patris ſui gloriam ac deitatem, & vitam ſuam æternam futuram, & myſteria ſua atque doctrinam, & ſuum propter nos verum in carne aduentum, quod eſt Deus ex ſupernis, & homo ex Maria. Deinde item Theodotus rurſus dicit, quod etiam Eſaias de ipſo dixit quòd homo ſit, ſic inquiēs: Homo gnarus ferre languorem, & vidimus ipſum in plaga & in afflictione, & ignominia affectus eſt, & non reputatus eſt. At non nouit bellua illa, quomodo rurſus redarguitur. In ipſis enim verbis Eſaias ſic dixit: Sicut ouis ad mactationem ductus eſt, & ſicut agnus coràm tondente ipſum obmutescit, ita non aperit os ſuum. In humilitate ipſius, iudicium ipſius ſublatum eſt. Deinde dicit, Generationem ipſius quis enarrabit? quia tollitur à terra hominum vita ipſius. Et non dixit, Tollitur vita ipſius, ſed ab hominibus. Semper enim Verbum viuens exiſtit, & in ſeipſo vitam habet, & vitam diligentibus ipſum dat. & ex hominibus quidem vita ipſius ſublata eſt, à ſeipſo verò vita exiſtit. Viuit enim Verbum, & omnibus vitam exhibet qui ſperant in ipſum in veritate. Et addit, Generationem ipſius quis enarrabit? Si eſſet homo nudus ex Maria genitus, facilè enarrari poterat generatio ipſius. Quando verò eſt ante Datuid, ante Abraam: Abraam enim pater veſter, inquit, deſiderauit videre diem meam, & vidit, & gauiſus eſt. Deinde ipſis mirantibus ac dicentibus, Quinquaginta annos nondum habes, & Abraam vidiſti: redarguens Theodotum & infideles, & abnegantes Deum Iudæos dixit: Amen amen dico vobis quòd ante Abraam ego ſum. Erat enim ante Abraam verè, & ante Noe, & ante Adam, & ante mundū & ante cœlum, & ante tempus mundi, & ante vniuerſa, & ante creaturas. Quapropter quum ſit ſine tempore & inenarrabilis, annunciatur per ſpiritum ſanctum ab Eſaia, Generationem ipſius quis enarrabit? quia tollitur ex terra vita ipſius. At, inquit, dixerunt Apoſtoli, Virum approbatum erga vos ſignis & miraculis: & non dixerunt, Deum approbatum. Redargueris autem rurſus Theodote: nam rurſus Apoſtoli in ipſis Actis dixerunt, velut beatus Stephanus dicit, Ecce video cœlum apertum, & filiū hominis ſtantem in dextra Dei. Quin & rurſus prætexit dicens, quod de ipſo dixit Apoſtolus, Mediator Dei & hominum CHRISTVS IESVS. Et non nouit rurſus quod hoc contra ſeipſum citat. Qui enim dixit, Mediator Dei & hominum CHRISTVS IESVS, ipſe declarauit, dicens: Qui declaratus eſt filius Dei in potentia, ſecundum ſpiritum ſanctificationis, ex eo quod reſurrexit è mortuis CHRISTVS IESVS Dominus noſter. Et rurſus: Factum, inquit, obnoxium legi. Verùm horum verborum faciens certitudinem dicit, Siquidem ſunt qui dicuntur dei multi, & domini multi. Nobis autem vnus Deus, ex quo omnia, & vnus Dominus IESVS CHRISTVS, per quem omnia. Si autem per quem omnia, & nos in ipſum: non ergò nudus homo fuerit vnigenitus à Maria & huc vſque, neque à ſemine viri: alioqui quomodo per ipſum omnia eſſe potuiſſent ante ipſum facta, velut tu dicis, ſi nudus homo eſſet? Aut quomodo per ipſum omnia, quæ ante ipſum cognita fuerunt & facta? Et vndiquaque corruit huius delira nugacitas. Cæterùm quum quæ ad noticiam eius pertinent, & vniuſcuiuſque dictionis ipſius ſubuerſionem dixerimus, pro ordinis ratione, velut partem quandam reptilis adhuc ſe voluntatis tranſgrediemur, per veritatis ſpem ac fidem conculcatam ac ſublatam: & deinceps ſequentes conſiderabimus, & beſtialiſſimas hæreſes contemplari ſtudebimus.

Apertus ex Eſaia locus contra Theodotum.

Viri appellatio de Chriſto.

Nugacitas eius aperitur.

Contra Melchiſedecianos, hæreſim LV.

MElchiſedecianos rurſus alii ſeipſos vocant, auulſi fortaſſis à Theodotianis apellatis. Hi Melchiſedec in ſcripturis relatum glorificant, magnam quandam virtutem putantes. Eſſe autem ipſum ſupernè in innominatis locis. Et eſſe hunc non ſolùm virtutem quandam, ſed etiam maiorem CHRISTO aſſerunt. CHRISTVM verò ſimpliciter veniſſe putant, & illius ordine dignum factum eſſe: nimirum ex dicto illo, Tu es ſacerdos in æternum, ſecundum ordinem Melchiſedec: vt ſit ipſe adhuc inferior Melchiſedec. Niſi enim fuiſſet in ſecunda quadam inſtitutione poſitus, non vtique illius ordine opus habuiſſet. Cæterum de ipſo Melchiſedec dicunt, quòd ſit ſine patre, ſine matre, ſine proſapia, ex epiſtola Pauli ad Hebræos idipſum comprobare volentes. Fingunt autem & libros ſibiipſis commentitios, ſeipſos decipientes. Verùm ex ipſorum dictis ſubuerſio ipſorum contingit. Quum enim dicit de Domino, Dauid ipſe prophetans, ſecundum ordinem Melchiſedec ſacerdotem ipſum eſſe, in hoc fore CHRISTVM ſacerdotem diuina Scriptura narrat. Reperitur autem ſtatim dicere, Aſſimilatus filio Dei manet ſacerdos in perpetuum. Si autem aſſimilatur filio Dei, non æqualis eſt filio Dei. Quomodo enim poteſt ſeruus eſſe æqualis domino? Melchiſedec enim homo erat. Quod autem ſine patre, ſine matre dicitur, non eo quòd non habeat, patrem aut matrem dictum eſt: ſed eo quòd non ſunt manifeſtiſsimè in ſcriptura nominati. Diuinæ enim ſcripturæ profunditas, & claritudo mentem humanæ naturæ excedens, decipit quam plurimos. Etenim qui in Arabia Petre, Robom & Edom appellata habitant, Moſem propter diuina ſigna Deum putant, adorantque ipſius imaginem, quam effingentes ſeducti ſunt, non iuſto ipſis cauſa exiſtente, ſed errore ipſis per iuſtum in ignorantia imaginationem inducente. In Sebaſta autem quondam Samaria appellata filiam Iephthaë deificarunt, et in eius honorem quotannis feſtiuitatem celebrāt. Sic et hi audientes ſapientia et glorioſa Scripturæ verba, ad ſtulticiam euerſi ſunt, et in tumidam mentem elati, viam veritatis reliquerunt, et fabulas ſibiipſis ementiti, per omnia redarguentur. Nam apud quoſdam Melchiſedec pater ac mater habetur, non autem in expreſsis ac genuinis ſcripturis. Dixerūt autem quidam Eraclāuocari ipſius patrē, matrē vero Aſtaroth, quę et Aſteria dicitur. Erat autē hic

Hæreſis melchiſedecianorum.

Melchiſedec quis ſit.

Moſes vbi pro Deo habeatur.

filius indigenarum, illo tempore in campestri regione Sabæ habitantium. Salem autem ciuitas vocabatur, de qua alii aliter prodiderunt. Quidam enim dicunt ipsam, quæ nunc Hierusalem appellatur, aliquando verò Iebus dicta est. Alii dixerunt aliam quãdam Salem esse in campo Sicimorum, ex aduerso eius quæ nunc Neapolis vocatur. Siue autem hinc, siue illinc, non longè distant loci: tamen ipsum argumentum docet opus. Obtulit enim, inquit, ipsi Abraam panes & vinum, & erat sacerdos altissimi in illo tempore, qui benedixit Abraam, & decimam ab ipso accepit. Oportebat enim sacerdotem altissimi à seruo Dei honorari, & primum quidem Abraam offerre sacerdoti in præputio sacra celebranti, quandoquidem ex ipso ex circumcisione futurum erat sacerdotium, vt omnis altitudo quæ se effert cõtra cognitionem Dei, per cognitionem Dei instrueretur, ad hoc vt ne se iactans circumcisio de sacerdotio, contradicere possit sacerdotio sanctæ Ecclesiæ. Abraam enim obtulit ipsi Melchisedec decimã. Qui verò ab Abraamo descenderunt, ipsi Leui offerunt & Aaron. Post tempus autem quum rursus esset sacerdotium ex circumcisione per Aaron & filios ipsius, consequenter scriptura dicit per Dauidem, post generationes duodecim à generatione Leui, septimam verò à successione Aaron, natura visum est vt in veteri sacerdotio sacerdotalis dignitas ne constituatur, verùm ad id quòd ante Leui & ante Aarõ fuit secundum ordinem Melchisedec sacerdotium transferatur: quod sanè nunc in Ecclesia viget à CHRISTO & huc vsque, dum non amplius semen secundum successionem eligitur, sed forma iuxta virtutem quæritur. Primum enim sacerdotium in præputio per Abel perficitur. Sed & deinceps per Noë. Tertium verò per Melchisedec. Et quòd quidem Melchisedec homo erat, ipse sanctus Apostolus in epistola dicit sic: At is cuius genus non recẽsetur ex ipsis, decimas accepit à Patriarcha. Manifestum igitur est, quòd ipsius genealogia ex illis non recensetur. Quot verò sunt alii quorum genus non manifestè recensetur? Daniel, Sedrac, Misac, Abdenago, Helias Thesbites, & in omnibus receptis libris nusquam habentur horum patres ac matres. Quot verò non iuxta hoc error aliquis contingat, nihil molesti fuerit etiam ea quæ in Traditionibus deprehendimus dicere. Inuenimus enim patrem Danielis, Sabaan quendam appellari. Heliæ verò patriarchatum ex natura eodem modo inuenimus, quem iuxta serie exponam hoc modo. Helias Thesbites frater fuit Iodac sacerdotis, ex sacerdotibus nimirum etiã ipse existens, filius autem Achimaan. Achimaan autem filius Saduc. Saduc, Achitob, qui fuit filius Amoria. Amorias filius Moriæ. Morias Zaza, qui fuit Azia. Azias, Phinees. Phinees, filius Eleazar. Eleazar filius Aaron, sacerdotis videlicet. Aarõ, filius Ambram. Ambram, Caath. Caath, Leui. Leui tertius filius Iacob. Iacob autem frater quidem Esau, filius verò Isaac. Isaac filius Abraam. Verùm in receptis libris horum genealogiæ non valdè clarę habentur, sed solùm in Paralipomenis tractationis de Helia partes. Naturam autem trium puerorum, Sedrac, Misac, Abdenago, neque in Apocryphis, neque in Traditionibus inuenimus. Quid igitur dicemus? Nunquid & illi, de Sedrac & aliis dico, seducent nos vt cogitemus quæ non oportet, & tumidè admiremur vltrà modum vniuscuiusque tractationem? Imò, absit. Termini enim nobis positi sunt & fundamenta, & ædificatio fidei, & apostolorum traditiones, & scripturæ sanctæ, & successiones doctrinæ, & vndiquaque veritas Dei munita est. Et nemo decipiatur nouis fabulis. Redibo autem ad propositum, velut hi imaginantur de Melchisedec. Et enim iustus fuit, & sacerdos Dei, & rex Salem: non autem in cœlo est, neque de cœlo descendit. Nemo enim ascendit in cœlum, nisi qui ex cœlo descendit filius hominis, sanctus & verus Dei sermo inquit. Ordinem verò Melchisedec corroborans Scriptura, & Spiritus sanctus expressè docens, translationem sacerdotii ostendit, à veteri synagoga & consuetudine, ad consuetudinem optimam ac summam, & carnalẽ successionem non habentem, atque vnitam. Melchisedec enim sanctus hic non amplius post se successionem habuit, sed neque sacerdotii ablationem. Manst enim ipse sacerdos per omne tempus vitę suæ, & adhuc in Scriptura celebratur sacerdos, ita vt nemo ipsi successerit, aut ministerium sacerdotii in tempore ipsius subuerterit. Sic & Dominus noster, non homo existens, sed ex Deo sanctus Deus, Verbum, filius Dei, genitus sine principio & sine tempore, semper cum patre existens, natus propter nos ex Maria homo, & non ex semine viri. Sacerdotium autem patri offert, ex humana natura massa accepta, vt pro nobis sacerdos constitueretur secundum ordinem Melchisedec, qui non habet successionem. Manet enim pro nobis in perpetuum dona offerens. Et primùm quidem seipsum obtulit, vt solueret sacrificium veteris Testamenti, quum perfectius & viuens pro toto mundo obtulerit ipse victima, ipse sacrificium, ipse sacerdos, ipse altare, ipse Deus, ipse homo, ipse rex, ipse pontifex, ipse ouis, ipse agnus, omnia in omnibus pro nobis factus, vt nobis vita omnibus modis fieret, & sacerdotii sui immutabile firmamentum in secula efficeret: non amplius secundum semen successiones diuidens, sed secundum iustitiam seruari in Spiritu sancto largiens. Imaginantur portò alii, de hoc Melchisedec dicentes: carnaliter enim tales perscrutati sunt, spiritualiter non intelligentes ea quæ à sancto Apostolo in epistola ad Hebræos dicta sunt, & Hierax quidem hũc Melchisedec putat esse Spiritum sanctum, eòquòd assimilatus est, inquit, filio Dei. Manet enim sacerdos in perpetuum, ex ipsa dictione quam sanctus Apostolus retulit. Spiritus autẽ intercedit suspiriis ineffabilibus: qui verò nouit sapiẽtiam spiritus, nouit quòd pro electis intercedit & interpellat apud Deum, excidit autem & hic penitus à proposito. Non enim carnem induit vnquam spiritus. Quum autem carnem non induerit, non potuit esse rex Salem, & sacerdos loci alicuius. Verùm quando de hoc Hierace & ipsius hæresi subuersionem facturus sum, tum latius de his agam. Nunc verò in consequentia permanebo. Quot verò & quanta de hoc Melchisedec alii imaginantur? Samaritæ equidem hunc putant esse filium Noë ipsum Sem. Ridiculi autem etiam ipsi inuenientur. Nam diuina scriptura omnia cum bono ordine muniens, veritatem per omnia firmauit, non frustrà temporibus & annis locatis ac expressis. Quando enim Abraam fuit annorum octogin-

ta octo

Salẽ quæ ciuitas.

Sacerdotiorum ratio.

Traditionum auctoritas.

Natura triumpuerorum, Sedrac, Misac, & Abdenago, scripturis non innotescit.

Translatio veteris synagogæ

Christi sacerdotiũ.

Hieracis hæresis.

A

B

C

D

taocto aut nonaginta plus minus, tunc Melchiſedec ipſi obuiam venit, & propoſuit ipſi panes & vinũ, myſteriorum ænigmata præfigurans & exemplaria: quum Dominus noſter dicat. Ego ſum panis vi- uens: & exemplar ſanguinis ipſius, qui ex latere ipſius compuncto fluxit, ad purgationem inquinato- rum, & reſperſionem ac ſalutem animatum noſtratum. Abraam autem pater Tharra, ſeptuageſimum A agens annum, Abraamum genuit, & facti ſunt anni centum ſexaginta plus minus. Nachor autem ge- nuit Tharra, quum annorum ſeptuaginta nouem eſſet. & facti ſunt anni ducenti triginta nouem. Se- ruch autem genuit Nachor, quum eſſet annorum centum triginta, & facti ſunt anni trecenti ſexaginta nouem. Ragan verò genuit Seruch, annos habens centum triginta duos, & facti ſunt anni quingenti & vnus. Palec autem genuit Ragan annorum existens centum triginta, & facti ſunt anni ſexcenti trigin- ta vnus. Heber autem genuit Phalec anno centeſimo trigeſimoquarto vitę ſuę, & facti ſunt anni ſeptin genti ſexagintaquinque. Sala verò genuit Hebor centeſimum trigeſimum agens annum, & facti ſunt anni octingenti nonaginta quinque. Arphaxad autem annos natus centum tringintaquinque genuit Sala, & facti ſunt mille triginta anni. Sem autem prædictus, quem Samaritæ Melchiſedec eſſe imagi- nantur, centeſimo anno genuit Arphaxad, & facti ſunt anni mille centum triginta. Vſque ad tempus Abraam, quo obuiam venit ipſi Melchiſedec, reuerſus à cæde Chodollogomor & Batſa, & Symobor, & Hamarphal regum. Non vixit autem Sem tot annos, iuxta nugacem horum imaginationem, ſed cen- teſimo anno genuit Arphaxad, ſecundo anno poſt diluuium, & vixit poſteà quingentis annis, velut ait diuina ſcriptura: & genuit filios & filias, & mortuus eſt. Quum itaque annos ſexcentos vixerit, ac mor- B tuus ſit, quomodo potuit venire ad annos mille centum triginta? vt Sem filius Noe ante decem gene- rationes vocatus Melchiſedec apud hos poſtea poſt decem generationes, & mille centum triginta an- nos putetur? Et ô ingentem hominum errorem. Cæterùm iuxta calculum aliorum exemplarium, ab ę- tate Sem, ex quo natus eſt ipſe Sem, vſque ad præiudicatum tempus, occurſus Abraam & Melchiſe- dec, qui octoageſimo aut nonageſimo anno vitę ipſius contigit, fiunt anni ſexcenti vigintiocto plus minus. Quare omnino non potuit Sem ad præiudicatum Abraæ tempus peruenire, vt Melchiſedec putetur: & corruit vndiquaque Samaritarum vaniloquium. Iudęi rurſus dicunt ipſum quidem eſſe iu- ſtum & bonum ſacerdotem altiſſimi, velut diuina habet ſcriptura. Verùm eo quòd filius ſit ſcorti, di- cunt matrem ipſius non ſcriptam eſſe, neque patrem ipſius noſci. Concidit autem & horum delirus ſer mo. Nã & Raam meretrix eſt, & ſcripta eſt. & Zanibre qui ſcortatus eſt, ſcriptus eſt: et Chasbite cum ipſo, etiamſi aliena ſit, & non de genere Iſraël exorta. Et omnis qui non per oſtium ingreditur velut ſanctum dicit Euangelium, latro eſt, & non verus paſtor exiſtit. Porrò in Eccleſia quidam diuerſimo- dè de hoc Melchiſedec pronunciant. Aliqui enim ipſum putant natura filium Dei, in humana ſpecie tunc Abraamo apparuiſſe. Excidunt autem & ipſi à propoſito. Non enim quis ſibiipſi vnquam ſimilis eſſe poterit, velut habet ſcriptura diuina. Aſſimilatus filio Dei manet ſacerdos in perpetuum. Reuera enim cuius genus non recenſetur ex ipſis, is Abraamum decimauit. Quandoquidem enim non ex ipſis Iſraëlitis genus eius recenſetur, recenſetur autẽ ex aliis hominib. horũ ſanè gratia, omniũ aliorũ pro- pter hanc hæreſim mentionem fecimus, & velut in digreſſione de his narrauimus. At verò in nomen huius Melchiſedec prædicta hæreſis etiam oblationes offert, & ipſum eſſe introductorem ad Deum C dicit, & per ipſum (inquit) oportet Deo offere, quia princeps eſt iuſticiæ, ob hoc ipſum conſtitutus à Deo in cœlo, ſpiritualis quiſpiam exiſtens, & filius Dei ordinatus. Et oportet, inquiunt, nos ipſi offerre, vt per ipſum offeratur pro nobis, & inueniamus per ipſum vitam. Et Chriſtus quidem, inquiunt electus eſt, vt nos vocaret ex multis viis ad vnam hanc cognitionem, à Deo victus, & electus factus. Nam auertit nos à ſimulachris & oſtendit nobis viam. Ex quo ſanè Apoſtolus miſſus, reuelauit nobis quòd magnus eſt Melchiſedec, & ſacerdos manet in ęternum. Et videte quantus eſt hic, & quòd minus ex maiore benedicitur. Ob hoc, inquiunt, etiam Abraamum patriarcham benedixit, velut ma- ior exiſtens: cuius nos ſumus myſtæ, vt ab ipſo benedictionem aſſequamur. Et vide mihi quàm vana eſt vniuerſorum hęreticorum ſententia. Ecce enim & ipſi abnegarunt Dominum ſuum, qui ipſos rede- mit prõprio ſanguine ſuo. Qui non à Maria initium habuit velut ipſi putãt, ſed ſemper eſt apud Deum Deus verbum, genitus ex patre ſine principio & ſine tempore, velut tota ſcriptura narrat. Dicit enim, Faciamus hominem ſecundum imaginem nõſtram, ad ſimilitudinem: & non ſecundum Melchiſedec. Hic equidem ſacerdos Dei altiſſimi eſt in propria generatione, & non habuit ſucceſſorem poſt ſe. At non eſt qui ex ſupernis de cœlo deſcendit. Nõ enim dixit Scriptura quòd detulit Abraamo panem & vinum, ſed obtulit ipſi & poſteris eius, velut à regibus venientem patriarcham excipiens, & benedixit ipſum propter iuſticiam quæ erat in ipſo, & fidelitatem ac pietatem viti. Quia in omnibus examina- tus, in nullo excidit à iuſticia patriarcha. Sed & in hoc cooperatorem habuit Deum, contra eos qui ve- rè inuaſerunt Sodomitarum regionem, & abſtulerunt nepotem ipſius ſanctum Loth, quem & reduxit cum omni præda ac ſpoliis. Et vnde non demonſtrauimus? Quia ſemper filius cum patre. In principio enim erat verbum, et verbum erat apud Deum, et Deus erat verbum. Et non dixit, Melchiſedec erat in ptincipio. Et rurſus: Venit igitur Dominus ad Abraam, et pluit Dominus à Domino ignem et ſul- phur ſuper Sodoma et Gomorrha. Et ſanctus Apoſtolus dicit, Vnus Deus ex quo omnia, et vnus Do- minus Ieſus Chriſtus, per quem omnia. Et ne quis dicat, Vbi eſt igitur Spiritus? Quandoquidem enim de vno et vno narrat, non oportebat ipſum ſpiritum ſuiipſius per ſe conſtitutorem eſſe. Semper enim D obſeruat diuina ſcriptura, vt exẽplar nobis fiat. Loquutus eſt igitur in Spiritu ſancto Apoſtolus, et dixit Vnus Deus ex quo omnia, et vnus Dominus Ieſus Chriſtus, per quem omnia. Erat autem cum ſancto Spiritu dicens hoc, non enim vt deficeret trinitas. Verùm ipſe Dominus clarè dicit, Euntes baptiſate

Melchiſedec Sem eſſe credi tus eſt.

Deductio genealogiæ.

Geneſeon calculi variant in exemplaribus.

Oblationes horũ hęretico- rum quales.

Abnegãt dominum ſuum.

Vnꝰ Deus & vnus Dominus, quomodo accipien- dum.

omnes gentes, in nomen patris & filij & spiritus sancti. Et rursus apostolus dicit, Vnus est autem spiritus qui diuidit vnicuique vt vult ad vtilitatem. Ecce itaque pater, ecce filius, ecce spiritus sanctus. Et nusquam Melchisedec, neque inter dona dixit quod donet, neque inter altitudines. Et frustra ab his decantur falsa & excogitata offendicula, non à veritate, sed ex ipso sibilo draconis prout vnumquemque potuit decipere ac seducere. Et de his iam abundè loquuti, relinquamus hanc hæresim, velut murem araneum lapide ictum, per firmum fidei fundamentum, à veneno virus eiaculantis bestię elapsi. Etenim murem araneum dicunt ad tempus nihil iniuriæ inferre commorso, tempore autem quodam corpus dispergere, & contactum ad mutilationem totarũ partium ducere. Sic etiam hęc sententia, his qui statim de his audiuerunt, apparet velut nihil sit. Verùm affricta verborum attractio quęstionem induxit, & velut dissipationem his qui non auxilium huius antidoti assequuntur. Non autem fermè apparet animal hoc. In nocte enim ambulat, & sic damnum inducit, maximè in Aegyptiorum regione. Quare sciendum est his qui animalium cognitionem habent, quod non incassum, neque per calumniam, de animali hoc mentionem fecimus. Hæc enim eius proprietas est. Consequenter autem pergam ad alias quò promissum in Deo explere digni facti, Deo gratias agamus.

Muris araneinatura.

Contra Bardesianistas, hæresim LVI.

De hac hæresi Epiphanius lib. 1 cap. 1.

Bardesianistarum hæresis 56

POst hos deinceps sequitur Bardesianus quidam, sic vocatus. Bardesianus autem hic, ex quo hæresis Bardesianistarum orta est, ex Mesopotamia secundum genus erat, ex inhabitantibus ciuitatem Edessenorum. qui primùm quidem optimus vir fuit, & libros non paucos conscripsit, quando sanam mentem habebat. Nam ex sancta Dei Ecclesia procedebat, doctus existens in duabus linguis, Græca & Syrorum. Augaro autem Edessenorum principi viro sanctissimo familiaris erat primùm, & simul eius adiutor, & ipsius eruditionis particeps. Durauit post illius obitum vsque ad tempora Antonini Cęsaris non Pij appellati, sed Veri. Et multa in Abidan astronomum contra fatum differens, collegit. Sed & alia eius scripta secundum piam fidem circunferuntur. Apollonio verò Antonini amico contradicebat admonenti, vt negaret seipsum Christianũ dicere. Hic autẽ fermè in confessionis loco constitutus erat sermonesque prudentes respondit, pro pietate viriliter defensionem suscipiens, mortem se non formidare dicens, quam necesse sit affore, etiam si regi non contradiceret. Et sic vir hic per omnia magnopere ornatus erat, donec in errorem sectæ suę incidit, factus instar pulcherrimæ nauis, cui incomparabile onus immittitur, & quæ iuxta ripas portus tracta est, & totum mercimonium perdidit, & aliis qui nauẽ conscenderunt mortem induxit. Corrumpitur enim hic per Valentinianos: & ex ipsorum improbitate, venenum & zizania horum haurit, Multa autem & ipse alia principia emissionesque ac productiones narrauit: & abnegata mortuorum resurrectione, hanc hęresim docuit. Vtitur autem lege & prophetia, veterique ac nouo Testamento, & quibusdam apochriphis similiter. Subuertetur autem etiam ipse cum omnibus qui præcesserunt & post ipsum fuerunt, vt qui seipsum à veritate abalienauit, & velut à face lucida ignis, in fuliginem transmutatus est. Equidem de mortuorum resurrectione iam nobis in multis sectis dictum est. Non fuerit autem molestum etiam rursus in hoc subuertendo paucis verbis vti. Siquidem enim vetus Testamentum admittis ô bone, & similiter nouum, vnde nõ redargueris veritatis viam corrumpens, & teipsum à via Domini in veritate abalienans? Ipse enim Dominus primus (vt fieret nobis resurrectionis arrabo, & primogenitus ex mortuis) & mortuus est pro nobis, & resurrexit, & non simpliciter in apparentia passus est. Sepultus est enim, & corpus eius gestauerunt. Et testatur Ioseph ab Arimathęa. Testantur & mulieres quæ tulerunt vnguenta ad monumentum, & centum libratum aloes pondus, quod non erat apparentia, neque phantasia. Testãtur etiam angeli, qui mulieribus apparuerunt, dicentes, Resurrexit, non est hic, quid quæritis viuentem cum mortuis? & nõ dixerunt. Non est mortuus. sed, Resurrexit qui passus est in carne, viuit autem semper in spiritu, & læsionis expers est in propria deitate. Qui ex supernis ex patre genitus semper est. cui in extremis diebus complacuit, vt ex Maria virgine homo fieret. Velut testatur sanctissimus Paulus, dicens: Genitus ex muliere, factus obnoxius legi. Ergo nondum audiuisti dictum, quod ait? Oportet corruptibile hoc induere incorruptibilitatem, & mortale hoc induere immortalitatem. Aut non persuasit te Esaias propheta, dicens: Et resurgent mortui, & excitabuntur hi qui sunt in monumentis. Aut ipse Dominus, dicens: Resurgent hi in vitam æternam, & illi in supplicium. Aut non meministi conuersationis ipsius Abel post mortem cum Deo? quomodo non animam dicit interpellare ac clamare ad Deum, sed sanguinem, Sanguis autem non est anima, sed in sanguine est anima. Corpus enim est sanguis visibile. Anima verò inuisibilis existens, in sanguine locum habet. Et vndiquaque confutata est tua, ô Bardesiane peruersa fides, ex ipsa veritate subuersa. Cæterùm de multis principiis quandoquidem sæpe contra eos qui sic dicunt, multa diximus, hic non multam disputationem facturus sum, sed velut in commonefactione, quum S. Apostolus dicat: Nobis vnus Deus pater: ex quo omnia, & nos in ipsum: & vnus Dominus Iesus Christus, per quem omnia, & nos per ipsum. Quomodo igitur multitudo deorum erit & multa principia? si vnus est Dominus Iesus Christus, propter quem omnia, & per quem omnia, & nos per ipsum. Igitur vnus est creator, & neque multi Dei, neque multa secula. Dixit enim, Siquidem sunt multa quæ dicuntur secula: vocem autem Quę dicuntur, velut de his quæ non sunt, pronunciauit. Verùm propter eos qui Græcorum dicuntur, et quos ipsi Græci deos fecerunt, solem et lunam, sideraque et his similia pronuncians, omnium erroneorum sententiam excluſit. Quum autem sana fides vndiquaque seruetur, quæ fundamentum est et salus fidelium, facie omnium sectarum excogitata

Bardesianus Augarus Edessenorum princeps.

Antonius Verus.

Simile.

Vnde hæretici subuertẽtur.

Anima in sanguine.

gitata vanitas euertitur. Velut etiam hic ſubuerſus eſt, & miſerabilem ſeipſum conſtituit, & ſeipſum à vita abalienauit. Dicit enim propheta ad ſanctam Dei Eccleſiam: Ponam carbunculum lapidem tuũ, & fundamenta tua ſaphirum, & muros tuos lapides electos, & propugnacula tua iaſpin. Deinde poſtea dicit, Omnis vox quæ inſurget contra te, omnes ipſos vinces, contra verò non proſperabuntur. Nihil enim valebit aduerſus fidem veritatis. nam ſuper petram ędificata eſt, & portæ inferni non præualebunt contra: velut ſanctus Deus verbum ipſi promiſit, qui rex eius eſt & ſponſus, & dominus eius atque hæres. cui gloria, honor, impetium, patri in filio, cum ſancto ſpiritu, in ſecula ſeculorum, Amen. Quando verò & hęc ipſa hæreſis conculcata eſt, & velut conciſi ſerpentis caput adhuc ſe volutans, per lignum vitæ oppreſſa, ipſi Deo gratias agentes ô chariſſimi, rurſus ad alias ſpeculationes tranſeamus.

Dii græcorum, qui & quales.

Contra Noetianos, hæreſim LVII.

Noetianorum ſecta 57.

ALius rurſus poſt hunc Noetus nomine ſurrexit, non ante multos annos, ſed ante hoc noſtrum tempus centum triginta plus minus annis, Aſianus vrbis Epheſi exiſtens, qui alieno ſpiritu ductus volluit à ſeipſo, quę neque prophetæ, neque apoſtoli, neque Eccleſia ab initio obtinuit, neque cogitauit, dicere ac docere. Hic à ſe ipſo inſaniæ elationibus elatus, auſus eſt dicere patrem paſſum eſſe. Inſuperque ad maiorem faſtum ac dementiam delatus, ſeipſum dixit eſſe Moſen, & fratrem ſuum Aaron. Verùm interim dum hæc fama de ipſo ferebatur, beati Eccleſię presbyteri, accitum ipſum de his omnibus examinabant, & an hanc blaſphemiam de patre protuliſſet interrogabant. Ipſe verò primùm quidem negabat coram ptesbyteris conſtitutis, eo quòd nemo ante ipſum horrendam ac pernicioſam hanc amatulentiam euomuiſſet. Poſtea vero ex rabie quam habebat, in alios quoſdam immittens, vt ita dicam & ſecum decem viros trahens, in maiorem arrogantiam ac temeritatem elatus, ac audax factus eſt, palàm deinceps hæreſim docuit. Rurſus itaque iidem presbyteri accitum ipſum & homines illos ab ipſo corruptos, de iiſdem rurſus interrogabant. Ipſe verò cum ſeductis ab ipſo perfricta fronte deinceps palàm contradicebat, dicens: Quid enim malè feci? vnum Deum glorifico, vnum noui, & non alium præter ipſum, genitum, paſſum, mortuum. Vbi igitur in his permanſiſſet, expulerunt ipſum ex Eccleſia vnà cum diſcipulis ſuis. Moritur autem idem paulo pòſt vnà cum proprio fratre, non velut Moſes in gloria, neque ipſius frater Aaron ille ſepultus eſt in honore. abiecti enim ſunt velut tranſgreſſores, & nemo ex piis ipſos cooperuit. poſtea verò ſequaces eius mente corrupti, corroborarunt hoc dogma, per ea ſubducti, quibus etiam præceptor ipſorum ab initio. Quando enim interrogatus à presbyteris dixit, Vnum Deum glorifico: audiuit ex ipſis ex amore veritatis, Vnum Deum glorificamus etiam ipſi, ſed velut nouimus iuſtè glorificare: & vnum Chriſtum habemus, ſed velut nouimus vnum Chriſtum filiũ Dei, paſſum ſicut paſſus eſt, mortuum ſicut mortuus eſt. qui reſurrexit, qui aſcendit in cœlum, qui eſt in dextra patris, venturus ad iudicandum viuos & mortuos. Hæc dicimus docti ex diuinis ſcripturis, quæ & nouimus. Ex hoc Noetiani, qui ſunt auulſio ipſius, & qui ex ipſo proceſſerunt, hoc dogma glorificant, ex dictis his furioſam ſuam doctrinam confirmare conantes, Nempe ex eo quod dixit Deus ad Moſen, Ego ſum Deus patrum veſtrorum, ego primus, & ego poſt hæc, non erunt tibi dij alij, &c. Dicebant igitur, Nos itaque ipſum nouimus ſolum. Si itaque Chriſtus venit & natus eſt, ipſe eſt pater ipſe filius, profectò ipſe eſt Deus qui ſemper eſt & nunc venit: velut dicit ſcriptura, Hic Deus tuus, non reputabitur alius ad ipſum. Excogitauit omnem viam ſcientiæ, & dedit ipſum Iacob ſeruo ſuo, & Iſraël dilecto ſuo. Poſt hęc viſus eſt in terra, & cum hominibus conuerſatus eſt. Vides, inquiunt, rurſus quomodo diuina ſcriptura nos adſuefacit vt ne alium atque alium Deum putemus, dicens quòd ipſe Deus eſt ſolus qui venit, & ipſe rurſus poſtea conſpectus? Rurſus verò alio dicto vtuntur hoc, vbi dicit: Laborauit Aegyptus & emporia Aethiopum, & Sabaim viri alti ad te tranſibunt, & tibi ſerui erunt, & ibunt retrò te ligati manicis, & in te adorabunt, & in te preces fundent, quia in te Deus, & non eſt Deus præter te. Tu enim es Deus, & non nouerамus, Deus Iſraël Saluator. Vides, inquiunt quomodo diuinæ ſcripturæ vnum Deum indicant, et prædicant ipſum manifeſtè? & in confeſſo vnus eſt idé ſemper exiſtens. Et ea de cauſa non multos deos dicimus, ſed vnum Deum, eundem paſſionis exortem eundem filium & paſſum, ut nos per propriam paſſionem ſaluaret, & non poſſumus alium dicere: Nimirum à præceptore ſuo docti hanc confeſſionem, & prauam hanc opinionem, & pernicioſam inſaniam. Poſtea verò alia, ad confirmandam hęreſim ſuam, dicta producunt. veluf etiam pręceptor ipſorum dixit, quod etiam Apoſtolus his verbis teſtimonium præbet: Quorum ſunt patres, ex quibus eſt CHRISTVS ſecundum carnem, qui eſt in omnibus Deus benedictus in ſecula, Amen. Volunt autem in hunc modum in vno membro narrare, velut etiam Theodotus. Et ille quidem ex natura extremè nudum hominem narrauit: hic verò aliam extremitatem vniformiter, eundem Patrem, et Filium, et Spiritum ſanctum, in carne paſſum et genitum putauit. Neque igitur illi qui à Theodoto deſcenderunt, aliquid in veritate dixerunt: neque hic Noetus et eius ſocii, potius anoętus, id eſt ſtolidus appellandus: quemadmodum diuinæ ſcripturæ, vtroſque et omnes erroneos redarguunt. Cæterùm omnibus qui mentem in Deum habent, et in ſancta ſcriptura ac Spiritu ſancto illuminati ſunt, facilè refutabilis et omni dementia refertus ipſorum ſermo apparet. Audaciæ enim ac temeritatis hoc eſt opus, et mentis occæcatæ opinio, quæ aſſerit eundem patrem, & eundem filium, & eundem paſſum. Quare etiam à

Noetiani Aſianus.

Excuſatio Noeti calumnioſa expellitur ab Eccleſia.

Noetiani

Falſus intellectus Scripturarum.

Noetus anoetus.

recta ratiocinatione iudicabuntur qui talia dicunt. Quomodo enim fuerit Pater, idem qui et Filius est? Si enim Filius est, omnino alicuius filius fuerit à quo genitus est. Si verò pater est, seipsum generare impossibile est. Rursus quòd vocatur filius, seipsum non genuit, sed ex patre genitus est. Et ô ingentem hominum vesaniam, & deprauatam cogitationem. Est enim rationi consentaneum, non velut hi putant, sed sicut veritas per diuinam scripturam nobis ostendit. A
Statim enim ait Dominus dicens, Ecce intelliget filius meus dilectus quem elegi, quem dilexit « anima mea, ponam spiritum meum in ipso. & vides quomodo vox patris ostendens natura filium dicit, in quo etiam spiritum suum ponit. Deinde verò etiam ipse vnigenitus dicit, Glorifica « me pater in gloria, quam habui apud te antequam mundus fieret. Qui autem dicit, Pater glo- « rifica me: non seipsum patrem vocat, verùm patrem suum cognoscit. Rursus in alio loco venit « vox de cœlo, Hic est filius meus, ipsum audite. Et non dixit, Ego sum filius meus, me audite. Neque rursus, Factus sum filius: sed, Hic est filius meus: ipsum audite. Et quum dicit, Ego & pater meus vnum sumus: non dixit, Ego & pater meus vnus sum, sed ego & pater meus vnum sumus. At ego & pater, quum sit in græca loquutione articulus additus, ὁ πατὴρ, & coniunctio Et in medio, significat patrem natura patrem, & filium natura filium. Et rursus de Spiritu sancto: Si abiero, ille veniet Spiritus veritatis. Longè verò clarissimum est hoc, Ego abeo, & ille

Interpretationis falsęratio.

venit. Non dixit, Ego abeo, & ego veniam: sed à voce ego, & ille, significauit in substantia esse filium, substãtiam habere Spiritum sanctum. Et rursus, Spiritus veritatis qui ex patre procedit de me accipiet vt ostẽdat in substãtia esse patrẽ, in substantia Filium, in substãtia Spiritũ sanctũ. Rursus in Iordanẽ ex supernis Pater loquebatur Filius verò in Iordanẽ descẽdit. S. intermedius in specie colũbæ apparebat, & venit super ipsum, & quidem cum Spiritus carnem non gestarit, neque corpus B

S. Trinitatis personarum distinctio.

induerit. Quo verò ne putetur coniunctio esse Spiritus sancti ad Filium, figuratur in specie colũbæ, vt videretur natura in substantia esse Spiritus. Vnde verò aliunde non possimus ostendere contra hos, qui insaniam in seipsis pepererunt? Siquidem enim verum dicit ipsorum sententia, & sermo vanus, neque consistentiam, neque vim habens, neque intelligentiæ rationem, aut significationem: ergo reiiciendæ sunt scripturę, quæ vbique Patrem, patrem cognoscunt, & Filium, filium: & Spiritum sanctum, Spiritum sanctum. At quid dicis ô bone? Num deorum multitudinem putauerunt, qui verè cultum & reuerentiam trinitati offerunt, qui sanè sunt filii veritatis

Gaudium ex veritate Dei.

& solius catholicæ Ecclesiæ? Profectò non sic. Quis enim non gaudet, vnum veritatis Deum esse? patrem omnipotentem, ex quo vnigenitus filius in veritate Deus verbum, in substantia verbum verum genitus ex ipso, sine principio, sine tempore? Quapropter vnum Deum certò prędicat Ecclesia, Patrem & Filium: quoniam ego in Patre, & Pater in me: & duo vnum sumus, hoc est vna deitas, & vna voluntas, & vna dominatio. Ex ipso verò Patre etiam Spiritus procedit, in substantia existẽs, & in veritate perfectus Spiritus veritatis, illuminet qui ex Filio accipit, Spiritus veri

Tres personæ in substãtia perfectę.

tatis, Spiritus Patris, Spiritus Christi. Quapropter vnam deitatem nouit Ecclesia. Vnus est Deus veritatis Pater, Pater perfectus in substantia, Filius perfectus in substantia, & sanctus Spiritus perfectus in substantia, vna deitas, vnus principatus, vnum dominium. Quapropter vbique clarè prædicant diuinæ scripturæ vnum Deum, hoc est, trinitatem coessentialem, semper existentem eiusdẽ identitatis, eiusdem dominationis. & corruit vndiquaque, ô stolide, stoliditatis tuæ sermo. Cùm itaque sic dicta sint, & appositè ad prædicti Noeti voces, considerare ab initio oportet, C
& sic eadem capita subuertere. Primùm igitur, quandoquidem introduxit hoc caput, quòd vnus Deus ex quo omnia, & nos in ipsum: & vnus Dominus IESVS CHRISTVS, per quem omnia, & nos per ipsum: non vides, quòd vnus Deus ex quo omnia, & nos in ipsum, quomodo vnum principium significat? vt ne ad multa principia mentem conuertat, & rursus ad multitudinem deorum, seductam hominum mentem, per inanem multitudinis deorum vocem, agat? Vides enim quòd vno nomine vtitur, & vna appellatione, non negans vnigenitum Deum. Nouit enim ipsum Dominum, & nouit ipsum Deum. Quapropter vnus muniens hoc dicit, Et Dominus IESVS CHRISTVS, per quem omnia. Et de Domino

Iudicium de tribus personis impium.

quidem hoc dicens, non eundem indicauit Patrem esse, & eundem Filium: sed ostendit Patrem quidem Patrem esse, Filium verò verè Filium. Nam quòd dixit Vnus Deus, de Patre, non velut negans de Filio, quòd Deus sit, dixit. Si enim non est Deus, neque Dominus: quando verò Dominus, vtique etiam Deus. Verùm in vnam nomenclaturam reducere coactus à Spiritu sancto Apostolus, declarauit nobis fidem, euidenter vnum Dominum indicans, vtique & Deum. Cęterùm nemo putet, quandoquidem dicit vnum & vnum, nunquid reliquit numerum trinitatis, quum non nominarit Spiritum sanctum? Quando enim nominauit Patrem & Filium, Deum & Dominum, in Spiritu sancto nominauit. Non enim quia dixit Vnus Deus, de Patre, ex D
quo omnia, ideo negauit ipsum esse Dominum. Neque rursus quia dixit, Et vnus Dominus IESVS

Vnus Deus & vnus Dominus quomodo accipiendum.

CHRISTVS, negauit ipsum esse Deum. Sed quemadmodum de Patre contentus fuit vna appellatione, dicens Vnus Deus: cum eo enim quod est Deus, videlicet est & Dominus: ita & in Filio contentus fuit dicere Vnus Dominus. cum eo enim quod est vnus Dominus, simul est & Deus. De Patre igitur & Filio dicens, non vacuus erat à Spiritu sancto, sed in Spiritu sancto, velut dixi, loquebatur. Solet autem semper sanctus Spiritus non suiipsius constitutionem facere, vt ne nobis exemplar exhibeat, vt & nos de nobis ipsis constitutionem faciamus, ac afferamus.

mus. Igitur vnus est Deus Pater ex quo omnia : & vnus Dominus IESVS CHRISTVS, per quem omnia, aut propter quem omnia : & vnus Spiritus sanctus, non alienus à Deo, verùm in substantia existens, quia Spiritus Dei, & Spiritus veritatis, & Spiritus Patris, & Spiritus CHRISTI. Si verò de hoc, Laborauit Aegyptus, & emporia Aethiopum, Sabaim viri alti ad te transibunt. Et hoc, Tu es Deus, & non noueramus. Et tibi serui erunt, & ibunt retro te ligati manicis, & in te adorabunt, quia in te Deus est, & non est Deus præter te. Tu
A enim es Deus, & non noueramus, Deus Israel, Saluator. Non vides, inquit, quòd vnus Deus
" est ? Ex talibus enim dictis, velut ostendimus, non intelligens dicta, sed improbè mutilans
" scripturas, obliquè quidem exponens, per transgressionem verò inducens sermones, non con- *Iuxta pedè loqui.*
" sequenter & iuxta pedè loquitur, neque secùdùm seriem narrat Noëtus, aut Noetiani ex ipso intelligunt
" Quemadmodum enim malo cani nomen est leo, & eos qui non reuera vident, probè videntes vocant,
& fel dulce dicunt, & acetum aliqui mel appellauerunt & erinnyas, hoc est furias, quidam Eu- *Eumenidum appellatio inaudita.*
menidas, hoc est beneuolas appellarunt : sic etiam hic, Noeti nomen habens, anoetus id est sto-
" lidus est, quique ab ipso descenderunt, stolidè faciunt, omnino non consequentiam eorum quæ
dicunt & quæ proponunt intelligentes . vt etiam impleatur, in ipsis quod dictum est à san- *inaudita.*
" cto Apostolo, Neque quæ dicunt intelligentes, neque de quibus affirmant. Videte sanè mihi, ô
" viri fratres, quomodo Scriptura superius dixit, imò potius ipse Dominus, velut initium capitis
habet, vnde tota res ac veritas ostendetur : Interrogastis me de filiis meis & filiabus, & de operibus manuum mearum præcepistis mihi. Ego feci, inquit, terram & hominem in ipsa : Ego *Opera manuum Dei.*
manu mea firmaui cœlum : Ego omnibus astris præcepi : Ego excitaui cum iusticia regem, &
omnes viæ ipsius rectæ. Hic ædificabit ciuitatem meam, & captiuitatem meam conuertet, non
cum preciis redemptionis, non cum donis, dixit Dominus Sabaoth. Postea deinceps, Labora-
B uit Aegyptus, & emporia Aethiopum, &c. quia in te Deus est. In quo autem dixerimus quàm
paterno verbo ? Nam verè Deus verbum est Filius, & in ipso Pater cognoscitur, sicut dicit : Qui vidit
me, vidit patrem, & ego glorificaui nomen tuum in terra. Deinde rursus : Ego excitaui re-
gem. Non vides quòd vox est patris propria, quæ excitat ex ipsa verum Verbum regem super
omnes ? eum qui ex ipso verè genitus est sine principio, sine tempore. Qui & excitauit rur- *Effectus Spiritus sancti.*
sus ipsum regem, velut sanctus Apostolus ait, dicens : Si verò spiritus eius qui excitauit CHRI-
STVM ex mortuis, habitat in nobis, qui excitauit CHRISTVM ex mortuis, viuificabit
mortalia corpora vestra, per inhabitantem spiritum suum in nobis. Vides quomodo concordant
prophetica Apostolicis, & Apostolica Euangelicis, & Euangelica Apostolicis, & Apostolica pro-
pheticis ? Deinde, Excitaui regem. Et hic qui excitat CHRISTVM ex mortuis, hic in te
Deus est. Quàm mysticè, quam mirabiliter omnia enarrat diuina scriptura. Nam velut in templo in
carne præuidebatur, & hominum spei prædenunciabatur deitas ipsa, per conuersationem ad pa-
trem. Filius enim Dei Deus verbum, velut in sancta ciuitate, & in templo sancto, hoc est, in
sancta incarnatione, & aduentu in carne, Deus existens, habitans in templo sancto, dicit : So-
luite templum hoc, & in tribus diebus excitabo ac erigam ipsum. Quapropter mysticè omnia dispen-
sat Deus verbũ, missus à Spiritu in carne, & vinculum dilectionis ostendens attrahitur, & par-
uifaciens seipsum, cum magnus sit Deus ipse Verbum, ex virgine per Spiritum sanctum geni-
tus filius Dei. Vnus existens, qui seipsum carne & spiritu vnum fecit, velut dicit : Qui descen- *Arguitur contradictionis.*
dit, ipse est & qui ascendit, filius hominis qui est in cœlo. Quid igitur dicit Noetus in sua sto-
C liditate ? Num in cœlo caro erat ? nimirum non erat. Quomodo igitur qui descendit ex cœlo,
ipse est qui ascendit ? Imò hoc dicit, vt Verbum quod descendit indicet non infernis esse, sed
ex supernis descendisse. Quandoquidem verò homo factus est in carne, non à semine viri, ve-
rùm ex spiritu & carne, suam dispensationem perfecit. Ob id vnam vnitatem indicans counitionis
verbi & incarnationis, dicit eum qui ex supernis venit sursum ascendisse, in pefectione deitatis, Et-
nim nunc qui non erat vnquam, caro est ex spiritu & virgine, qui productus est à patre perfe-
ctum Verbum, qui ante hac in cœlo non erat caro. Quid igitur erat, qui in cœlo erat, quàm
Verbum à cœlo demissum, habens vnitionem in vnam deitatem, secundum virtutem patris counitam?
vt ostendat, quod in terra & cœlo idem Deus Verbum fuit, immutabilis & inalterabilis existens,
Verbum enim erat, Deus erat semper : Spiritus erat, Virtus erat. Qui commune nomen & apud ho- *Filii hominis appellatio.*
mines comprehensibile in seipsum susceptit, sic vocatus Filius hominis, quum filius sit Dei. Et in
prophetis antequam esset, nominabatur, quod nondum in carne erat, ob id quod in ipso futurum
erat. Quemadmodum etiam Daniel dixit : Vidi velut filium hominis venientem in nubibus. Qua-
propter iustè in cœlo nomine, hoc Verbum vidit, in Spiritu sancto propheta, filium altissimi vo-
cans. Ideòque priora posteriora indicans vnigenitus dicit : Nemo ascendit in cœlum, nisi qui ex
D cœlo descendit, filius hominis. Non quod supernè erat caro, sed ex supernis descendit. At, quid est, in-
quies tu, quod hic ait Deus noster, & non reputabitur alius ? Valdè benè dixit, quemadmodum
etiam Apostolus confirmat, dicens : Quorum sunt Patres, ex quibus est CHRISTVS secun-
dum carnem, qui est in omnibus Deus. Mirabiliter narrat. Hic enim qui est, est in omnibus Deus. *Veritas Trinitatis cõprobatur.*
Quandoquidem enim ipse docet nos dicens, Omnia mihi tradita sunt à patre meo : ob id in omni-
bus est Deus. Sic etiam Ioannes testatur, dicens : Quod erat ab initio, quod audiuimus, et ocu-
lis vidimus, et manus nostræ palpauerunt. Et rursus in Apocalypsi dicit : Qui erat ab initio, et

qui venit omnipotens, bene per omnia dixit: bene enim dixit, Omnia mihi tradita sunt à patre meo & exactè proposuit. Super omnia igitur est Deus, & proprium suum habet patrem, in eo quod dicit, Abeo ad patrem. Si autem esset ipse pater, ad qualem patrem, ô stolidè, abiret? Rursus enim dicit, Vt sint vnum, velut ego & tu vnum sumus. Semper enim scriptura muniens casus hominum iuxta summum, vndiquaque mentem contrahit, ad mediam veritatis viam. Et ad eos quidem, qui putant alienum esse filium à patre, velut Arrius & aliæ sectæ putant, dicit: Ego & pater vnum sumus. Ad eos verò qui putant ipsum esse patrem, & eundem esse filium, eò quòd dixit, Ego & pater vnum sumus: dicit, Facipsos vt vnum sint, quemadmodum ego & tu vnum sumus. quo pudefaciat Noetum, & ipsius scholam, adducens in medium discipulorum vnionem. Quomodo enim potuit Petrus & Ioannes, & alij deinceps vnum esse, velut per coniunctionem? verum quòd essent in vna vnitate deitatis, & in vna sententia ac virtute, ad repellendum omnem opinionem, contra alterutram veritatis patrem insurgentem. Philippus porrò sanctus ille apostolus dicit, Ostende nobis patrem tuum. Ipse verò dixit, Qui vidit me, vidit patrem: & non dixit, Ego sum pater: sed me, significatione seipsum dicens, verũ vidit patrẽ, non seipsũ dicens. Aliud enim est, præsertim in Græca oratione, τὸν articulus ad vocẽ Patrẽ adiectus, quasi dicas ipsum Patrẽ: & aliud me & aliud ego: & aliud me. Si enim esset idem ipse pater, dixisset, Ego sum. Quandoquidem verò non est ipse pater, Sed filius: verè dicit, Qui vidit me, vidit Patrem: quo Arrij blasphemiam repellat, quę Filium à Patre alienum facit. Quare cum tota scriptura clarè nobis viam veritatis proponat, & nos hunc Noetum & ipsius hæresim, Noetianos inquam, cum aliis sectis repulerimus, velut draconem ostraciten appellatum, qui in eò quòd hominem persequitur, se flectere non potest, neque ad dexteram, neque ad sinistram: declinata ipsius ac scholæ eius improbitate, ad sequentes, per virtutem Dei, mentem adhibebimus, ad enarrationem ac confutationem nouarum dictionum, in ipsis contra veritatem excogitatarum.

Ego & Pater vnũ sumus, & ego & tu vnum sumus, quomodo accipiẽdum.

Draco ostracites.

Valesiorum hæresis. 58.

Contra Valesios, hæresim LVIII.

Valesiorum incoginta origo.

DE Valesiis audiuimus sępenumero, non tamen cognouimus vbi sit, aut quis sit, aut vnde originem duxerit, aut quid dicat, siue admoneat, siue loquatur hic Valens: & nomen quidem Arabicum existens, quandam suspicionem nobis præbet, vt cogitemus hunc & sectam ipsius in hunc vsque diem durare, ita vt sint quidam in Bacathis regione Philadelphina vltra Iordanem. Et indigenæ quidẽ Gnosticos hos appellare volunt. Non sunt autem ex Gnosticis, aliter enim hi sentiunt. Quæ verò ad nos peruenerunt, hoc modo se habent. In ecclesia equidem plures congregati erant, vsque ad tempus aliquod, donec in amplitudinem dilatata est ipsorum dementia, & ab ecclesia reiecti sunt. Sunt autem omnes exacti. Sed & ipsi de principiis, siue principatibus ac potestatib. atque aliis eodem modo opinãtur & vbi acceperint hominem in disciplinam, quanto quidem tempore membris nondum exectus est animatis non vescitur. Vbi verò persuaserint ipsum, aut per vim execuerint, tunc omnibus vescitur, velut iam à certamine quietus, & non amplius in periculo constitutus, vt impellatur per edulia ad concupiscentiæ voluptatem. Non autem solum proprios hoc modo perficiunt, sed sæpe etiam peregrinos accedentes, & adhuc apud ipsos hospitio exceptos, ad talẽ vitã deducunt, velut mul ra de hac re fama fertur. Abripiunt enim tales intus, & vinculis alligatos per vim castrant. Et hæc sunt quæ de his ad nos venerunt: de quibus cum cognouerimus, in quo loco mansionem habeant, & quod nomen hoc frequens sit in illis partibus: vbi hæresis nomen aliud non deprehendimus, putauimus hanc esse. Ingens est autem horum væsania. Siquidem enim hoc quod est in Euangelio implere volunt: Si offendiculo fuerit tibi vnum membrorum tuorum, recide à te. Melius est enim tibi, vt in regnum cœlorum ingrediaris claudus aut cæcus aut mutilus, &c. At quomodo possunt in regno cœlorum aliqua esse detruncata? Si enim regnum cœlorum omnia perficit, nihil imperfecti in se habet. & quando corporis erit resurrectio, omnia membra resurgent, & nullum ex ipsis relinquetur. Et si omnino membrum non resurget, neque totum corpus resurget. Et si unum membrum, quod offẽdiculo fuit, solum relinquitur, nullum omnino membrum restans relinquetur: omnia enim nobis offẽdiculo fuerunt. Quis uerò rescindet cor suum, quod omnibus offendiculo est? Ex internis enim, inquit procedunt scortationes, adulteria, petulantia, & his similia. Quis igitur rumpet cor suum? Si uerò non resurgit corpus, iuxta quorundam dementiam & impietatem, quomodo ergo differet sermo de his decretus? Quum enim omnia membta non ingrediantur in regnum cœlorum, quid amplius opus circa unum fieri membrum, cum alia hoc non expleant? Si uerò resurgit corpus (resurgit enim) quomodo possibile est adhuc in regno cœlorum fieri mutilationem? Aut quomodo non erit indecorum regnum cœlorum, multa habens corpora ad gloriam? Si uero etiam omnino resectum fuerit membrum, quod scandalo est. ergo resectum est, & non peccauit: resectum autem, & peccato non inquinatum; ipsum sanè primum omnium resurgere oportet, cum non peccarit. Qui uero ob procliuitatem ad opus uenereum se temerè castrarunt, hi ab omnibus se reprobarunt ac abalienarunt. Neque enim viri sunt, propter castrationem: neque mulieres esse possunt, eo quod præter naturam habent. Sed & coronæ certaminis ac præmii huius cognomen anteuerterunt. Neque vlli aliqui ex tribus eunuchorũ ordinibus, à Domino relatis, hi esse possunt. Sunt enim, inquit eunuchi, qui ex utero matris ipsorum sic geniti sunt. Illi enim insontes sunt à castratione sua, neque verò peccatum habent, eo quod sic nati sunt neque rursus peccatũ facere possunt, rei uenereæ, inquã, quia non habent instrumenta gignendi liberos

Gnosticorum & Valesiorum discrimen.

Eunuchorũ secta.

Violentia viuntur Eunuchi

Resurrectionis veritas.

Eunuchi triplices.

ex Deo

ex Deo creata. Sed neque mercedem habebunt castrationis cœlorum, eò quòd ad certamen non sunt initiati. Si verò etiam concupiscentiis initiati sunt tales, non potentes facere quod non oportet facere, & non facientes, mercedem non habent. Non enim eo quòd voluerunt, opus ab ipsis non factum est, sed eò quòd non potuerunt. Et hic quidem est ductus primæ castrationis, à Domino relatæ, quæ à matribus genita est, ex quorum numero hi esse non possunt. Et sunt eunuchi, qui ab hominibus eunuchi facti sunt, inquit Saluator. Et neque ex his sunt prædicti. Et illi quidem gignuntur: hi verò ab hominibus castrantur, vsus alicuius gratia, regii, aut dominorum. Quidam enim barbari reges, aut etiam tyA ranni, æmulationis aut suspicionis gratia, erga proprias vxores, adhuc valdè paruos pueros accipiunt, ipsósque castrant, ad hoc vt adulti facti, proprias suas vxores ipsis credant: & sic mundo facta est huius castrationis causa. Vnde sanè arbitror etiam eunuchum vocari ab eo, quod εὐνᾶν hoc est beneuolus esse, ac fidem seruare possit, ablatis membris, & non affricari per mistionem corporum, velut organis priuatus. Alter itaque ordo eunuchorum hic est, eorum qui pueri accipiuntur ac castrantur ab hominibus non propter regnum cœlorum. Et sunt, inquit, eunuchi qui seipsos castrarunt propter regnum. Quinam igitur hi fuerint, quàm generosi Apostoli, ac monasticam vitam degentes, & deinceps virgines. Ioannes quidem & Iacobus filii Zebedæi, qui manserunt in virginitate, neque tamen propriis manibus membra resecuerunt, neque nuptias contraxerunt, sed proprio corde decertarunt, & mirabiliter gloriam coronæ huius certaminis abstulerunt. Post ipsos verò quot millia in mundo solitariam vitam degentes, & à monasteriis, & à virgineis conuentibus, huius certaminis gloriam abstulerunt? qui corporibus mulierum non mixti sunt, sed in perfectissimo certamine decertauerunt. Velut etiam Helias in veteri Testamento reperitur, & Paulus dum dicit: Dico autem inconiugatis, bonum est ipsis si manserint sic, vt & ego. Si verò se non continent, contrahant matrimonium. Quomodo igitur ipse mansit? Siquidem enim resectus erat, & secundum ipsum manserunt assimilati ipsi, vt implerent hoc, sicut & » ego. Quomodo exectus aliquis potest matrimonium contrahere, si se non continet? Sed & matrimo» nium contrahant, & ne vtantur: vides quòd de continentia dicit, & non de membrorum ablatione? Si verò dicunt hi, propter regnum cœlorum seipsos castrasse: quomodo seipsos alienos facient à dicto verbo, quòd sunt quidam qui eunuchi facti sunt ab hominibus, si enim ipse propriis manibus seipsum B castrat, homo est, & manus ipsius nefarium hoc opus perpetrarunt. Si verò ipse sibiipsi nihil facere potest, verùm ab aliis castratus est, non amplius est propter regnum cœlorum: quoniam ab hominibus castratus est, aut per seipsum, aut per eos qui hoc fecerunt. Excidet autem & à corona, & à brauio: non amplius gratiam habens, propter abstinentiam huius vsus, verùm quòd non potest vti, ablatis huius causæ partibus. Et ob vnum hoc ipsum iudicabitur, velut qui proprium membrum corrumpit, & qui alienam vineam exscindit. Non enim secundum Deum vixit, sed per insidias talis opifici Domino Deo restitit. Et talis ad ampliorem concupiscentiam deueniet. Nam eunuchus celebratur apud sapientem, non abstinens à cupiditate, sed non potens concupiscentiam perficere, velut dicit: Concupiscentia eunuchi, est de virginitate iuuenculam. Et ô ingentem vanitatem, vndiquaque in mundo multiformiter excogitatam. Atque hæc sunt quæ de his cognouimus. Quapropter quando compendio de ipsis diximus, & velut dixi hos prædictos, illos esse suspicati sumus, relictis ipsis ac irrisis, velut scorpio geminum aculeum habente, qui quidem extremitatibus ac chelis ob origine patrum vitis aduersati sunt, per aculeum verò formæ sanctæ Dei ecclesiæ resistunt, vbi firmo calciamento, hoc est per Euangelii dicta, ipsos conculcauimus ac deserimus, pro consuetudine nostra ad reliquas transeuntes, hic ab ipsorum improbitate desistemus.

Varietatis Eunuchorum declaratio.

Eunuchorum appellatio vnde.

Sanctorũ Iacobi, & Ioãnis victoria.

Virginitatis commẽdatio.

Mẽbrum abscisio & alienæ rei ablatio.

Scorpius geminum aculeum habens.

C

Contra Catharos, hæresim. LIX.

CONsequenter ab his quidam Cathari appellati exorti sunt, à Nauato quodam velut frequens famæ refert. Hic Nauatus Romæ fuit, tempore persequutionis, quæ ante Maximinum prima fuit. Fortassis Decii tunc erat, vt puto, aut Aureliani. Cæterùm ab occasione eorum qui in persequutione lapsi sunt, arrogantia elatus cum sociis sibi allectis, nòluit societatem habere cum pœnitentiam agentibus à persequutione, & ad hanc hæresim conuersus est: dicens non esse salutem, sed vnam pœnitentiam. Post lauacrum autem, non amplius posse misericordiam assequi lapsum. Sed & ipsi dicimus vnam esse pœnitentiam, & per lauacrum regenerationis huius fieri salutem: vetùm non tollimus Dei benignitatem, gnati prædicationis veritatis, & misericordiæ Domini, & naturæ venia dignæ: & scientes ammæ instabilitatem, carnis debilitatem, sensuum humanorum profunditatem. Quoniam nemo sine peccato est, & purus à sorde, etiamsi vna sit dies vitæ eius in terra. Et perfecta quidem pœnitentia in lauacro est. Si verò quis lapsus est, hunc non perdit sancta Dei Ecclesia. Dat enim & reuersionem, & post pœnitentiam, pœnitentiam. Nam ad Cain Dominus dixit: Peccasti, quiesce. Et ad paralyticum: Ecce sanus D factus es, ne amplius pecces. Et Petrum reuocat Dominus post abnegationem, & pro tribus abnegationibus ter ipsum prouocat ad confessionem. Diligis me Petre: & ait, Pasce oues meas. Seducit autem » ipsos dictum ab Apostolo relatum: Fieri non potest, vt qui semel fuerint illuminati, gustauerintque » bonum verbum Dei, virtutésque futuri seculi, si lapsi fuerint, denuò renouentur, rursus crucifigentes » filium Dei, & ludibrio exponentes, Terræ enim, quæ combibit imbrem sæpe in ipsam venientem, & » patit herbam accommodam his per quos colitur, benedictionem recipit. Quæ verò producit spinas » & tribulos, reproba est, & maledictioni vicina. Cuius finis ad exustionem tendit. Etenim reuera simul renouatus & collapsos, renouare impossibile est. Neque enim amplius gignetur CHRISTVS,

Hæresis Catharorum 59. Nauatus author Catharorum.

Pœnitẽtiæ vna salũ.

Vana cogitationes uatorum.

Vnde hic seducatur

Renouati post lapsũ percunt.

vt crucifigatur pro nobis: neque rursus crucifigere quis potest filium Dei, qui non amplius crucifigitur, neque potest quis secundum lauacrum accipere. Vnum enim est baptisma, & vna innouatio. Verùm statim infert sanctus Apostolus horum sanationem Ecclesiæ medens, & membrorum ipsius curam gerens, & dicit: Cæterùm credimus de vobis dilecti meliora, & cum salute coniuncta, etiamsi sic loquamur. Non enim iniustus est Deus, vt obliuiscatur boni operis vestri. Et vides, quomodo innouationem non posse iterum fieri perfectè pronunciauit. Verùm à salute non amouit, adhuc pœnitentiam agentes: sed & cum salute coniunctas esse dicit, & Deum susceptorem bonorum operum ipsorum esse, qui etiã à delictis perfectissimè pœnitentiam agunt, reuertunt, ac resipiscũt. Suscepit igitur sancta doctrina, & sancta Dei ecclesia pœnitentiam, non diluta fiens, neque segnes cursum facientes efficiens, sed Dei gratiam & benignitatem quidem reflectens, modum verò vniuscuiusque scopi sciens. Sicut enim qui virginitatem amisit, corporaliter ipsam recuperare nõ potest, cum id naturæ impossibile sit: Sic etiam qui à lauacro in magna delicta collapsus est. Et quemadmodum qui à virginitate lapsus est, secundum honorem continentiam habet: Ita & à lauacro in maiori delicto constitutus, secundam medelam habet, non eam virtuosam, velut primam, verùm non reiectam à vita habet, secundam, quam acquisiuit. Non reprobat itaque diuina scriptura mercedem eorum qui in pœnitentia laborant. Postea verò ipsi rursus ab hoc prosilientes, etiam alia quædam excogitarunt. Nam & ipsi eandem quam nos habemus, fidem se habere dicunt. Non volunt autem communem doctrinam habere. Si enim quis post baptisma coniunctus fuerit vxori secundæ, apud hos non suscipitur amplius. Et tota res stultitiæ plena est. Sicut enim si quis videat aliquem natantem in aqua, & ignorans natandi experientiam, seipsum det aquis & submergatur, quum non expertus sit, neque certò sciat scientiam eorum qui per manus & pedes sibi ipsis salutem suppeditant. Aut sicut, si quis audiret ducem supplicio affecisse eos qui aliquid mali fecerunt, vsque ad minimum: & putaret vltionem æqualem exequi oportere in omnes, velut ob cædem, ita etiam in calumniantem, aut pugnantem contra proximum. Aut sicut, si quis sit penitus idiota, & videat principem, qui potestatem accepit contra scelestos, gladium eduxisse, aut contra præstigiatores & blasphemos ac impios, putet omnes potestatem habere, vt de talibus criminibus vlciscantur: & vbi vidit homines pœnas dedisse, etiam ipse similia imitatus, velit quosdam occidere, velut qui iniustos iudicet. At talis deprehensus ipse pœnam dabit, vt qui à rege talium faciendorum potestatem non accepit, & æqualem calculum à legum iustitia contra omnes exire putauit, & seipsum in iniustitia per propriam inexperientiam ac inscitiam, in interitum dedit. Sic etiam ipsi omnium facta simul miscentes, ab omnibus exciderunt: & non intelligentes doctrinæ Dei sinceritatem, ad aliam viam decepti, conuersi sunt: nescientes quòd hæc est diuinæ scripturæ traditio ac consequentia. Quæ enim ad sacerdotium tradita sunt, propter eminentiam celebrationis sacrorum, ea ad omnes æqualiter ferri putauerunt, quum audierint, quòd oportet episcopum irreprehensibilem esse, vnius vxoris virum, continentem. Similiter & diaconum & presbyterum. Reuera enim non suscipit sancta Dei prædicatio post CRISTI aduentum eos qui à nuptiis, mortua ipsorum vxore, secundis nuptiis coniuncti sunt, propter excellentem sacerdotii honorem ac dignitatem. Et hæc certò sancta Dei Ecclesia cum sinceritate obseruat. Sed & adhuc viuentem & liberos gignentem vnius vxoris virum non suscipit, sed eum qui se ab vna continuit, aut in viduitate vixit, Diaconum & Presbyterum, & Episcopum, & Hypodiaconum: maximè vbi sinceri sunt canones Ecclesiastici. At, dices mihi, omnino in quibusdam locis, adhuc liberos gignere & Presbyteros & Diaconos & Hypodiaconos. At hoc non est iuxta canonem, sed iuxta hominum mentem, quæ per tempus elanguit, & propter multitudinem, quum non inueniretur ministerium. Nam quod decentius est, id semper Ecclesia per Spiritum sanctum bene dispositа videns, statuit apparare, vt cultus diuini indistracti Deo perficerentur, & spirituales necessitates cum omni beneuola conscientia peragerentur. Dico autem quod decorum est, propter repentina ministeria ac necessitates, vt Presbyter & Diaconus & Episcopus Deo deditus sit. Si enim etiam populo præcipit sanctus Apostolus dicens, vt ad tempus vacent orationi: quanto magis sacerdoti idem præcipit? vt indistractus sit, inquam, ad vacandum secundum Deum sacerdotio, quod in spiritualibus necessitatibus ac vsibus perficitur. Licitum est autem populo, vt propter imbecillitatem feratur, & vt qui non possunt in prima vxore contenti esse, secundæ post primæ mortem coniungantur. Et qui quidem vnam habuit, in maiore laude ac honore apud omnem concionem habetur. Qui verò non potuit vna mortua contentus esse, ob aliquam scortationem, aut adulterium, aut separatione ob aliquam malam causam facta, eum diuina scriptura non accusat, si aut vir secundæ coniungatur vxori, aut vxor secundo viro, neque ab Ecclesia & via abdicat, sed suffert propter debilitatem: non vt duas vxores simul habeat, altera adhuc superstite: sed vt ab vna separatus, secundæ, si ita contingat, lege copuletur, diuina scriptura et sancta Dei ecclesia eius miseretur: maximè si alias talis pius sit, et secundum legem Dei viuat. Etenim non vtique dixisset Apostolus viduis, Nubant, liberos pariant, familiam gubernent: neque rursus dixisset viro, patris vxorem habenti, et Satanæ tradito in interitum carnis, vt seruetur spiritus in die Domini, non dixisset inquam, Confirmate erga ipsum charitatem, vt ne ob ampliorem mœrorem consumatur talis. Dixit enim rursus: Cui quid condonatis, et ego condono. Nam si quid condonaui, propter vos condonaui, in conspectu Christi, vt ne circumueniamur à Satana. Non enim ipsius cogitationes ignoramus. Et vides quomodo dat pœnitentiam, etiam post delicta? Rursus autem Dominus dicit: Remitite alter alteri delicta, vt et Pater vester, qui in cœlo est, remittat vobis. Sed et in alio loco sic dicit: Lugeo multos inter vos, qui lapsi sunt, et pœnitentiam non egerunt, velut

Auctoritatis Apostoli declaratio.

Simile.

Similia.

Potestatis abusus.

Digamiæ ratio.

Coniugii sacerdotũ ratio.

Cur absti neant Clerici ab vxoribus.

Argumentum à minori ad maius.

Secundarum nuptiarum ratio.

Pœnitentiam dat Apostolus post delicta.

velut oſtendens, quod etiam ſi lapſi eſſent, & pœnitentiam egiſſent, acceptabiles hi fiant, & nõ reiicientur, quum Dominus ſciat, quid cum ſingulis facturus ſit. Et quod quidem canon veritatis talem characterem ac formam habet, omnibus manifeſtum eſt. Poſt primam enim pœnitentiam per lauacrum regenerationis, in qua pœnitentia renouatus eſt omnis homo, ſecunda quædam talis non eſt. Non enim duo ſunt baptiſmata, ſed vnum: neque bis crucifixus eſt CHRISTVS, ſed ſemel: neque bis mortuus eſt pro nobis, & reſurrexit. Et huius gratia muniri nos oportet, vt ne lapſi coronam renouationis perdamus. Sed ſi quis lapſus fuerit, & in quodam delicto præoccupatus, velut Apoſtolus dicit, Vos
A ſpirituales perficite talem in ſpiritu manſuetudinis, conſiderans teipſum, ne & tu tenteris. Si quis igitur præoccupatus fuerit, in quocunque ſanè delicto, pœnitentiam agat. Suſcipit enim Deus pœnitentiam, etiam poſt baptiſma, ſi quis lapſus fuerit. Quomodo verò poſtea facit, ipſe ſolus nouit. Imperſcrutabilia enim ſunt iudicia ipſius, & imperueſtigabiles viæ ipſius. Et ante aduentum non oportet iudicare, donec venerit Dominus, qui & occulta cordis reuelabit, & tunc laus vniuſcuiuſque manifeſta erit.
" Dies enim manifeſtabit, quia in igne reuelatur. Neque igitur promittimus libertatem omnino his qui poſt baptiſmum lapſi ſunt, neque deſperamus de vita ipſorum: Deus enim miſerator eſt, & miſericors, & dedit pœnitentibus reuerſionem. Et primum quidem eſt manifeſtum. Secundum verò nouimus, quòd miſericors eſt Deus, ſi ex tota anima pœnitentiam egerimus à delictis. Habet enim in manu vitam, & ſalutis benignitatem. Et quid quidem ipſe facit, ipſi ſoli notum eſt. Veruntamen damnum non eſt à pœnitentia, neque deſperatus eſt qui pœnitentiam agit ab omnibus delictis. Quanto ſanè magis qui ſecundum legem ſecundæ vxori coniunctus eſt? Et prima quidem vxor ex Deo ordinata eſt, ſecun-
" da verò ex hominum debilitate: & adhuc amplior, ſi coniuncta fuerit, debilitas ſemper ſuffertur. Dicit
" enim: Mulier ligata eſt matrimonio, quanto tempore vixerit vir eius. Si autem mortuus fuerit vir, libera eſt, vt cui velit, nubat: poſt obitum viri libertatem à peccato, abſque omni contradictione pronunciãs, atque hoc tamen cum appoſitione indicans, nempe, In Domino: velut non ſit ipſa aliena à Domino,
B quæ poſt obitum viri alii viro coniungitur: aut is qui poſt mortem vxoris, ſecundæ vxori coniungitur: ſolum in Domino, velut Apoſtolus dicit, & ait: Beatior autem eſt, ſi manſerit ſic. At verò in Domino, non in ſcortatione, non in adulterio, non in clandeſtinis nuptiis: ſed in libertate, in reuerendis nuptiis, permanere in fide, in mandatis, in beneficentiis, in pietate, in ieiuniis, in concordia, in eleemoſynis, in probitate, in bonis operibus. Hæc enim vbi ſimul ſunt, & permanent, cum ocioſos neque infrugiferos faciunt, in Domini aduentum. Et ſacerdotio quidem primus locus aſſignatus eſt, & exacta de omnibus ratio: populo verò, quod moderatum eſt, & venia dignum, quò omnes doceantur, ac miſericordiam reperiant. Miſericors eſt enim Dominus, & potens omnes ſaluare propria ſua æquitate, & vera fide prædicationis puritatis. Ipſe enim ſolus eſt purus. Hi verò qui ſeipſos Catharos, hoc eſt puros appellant, ab ipſo doctrinæ ſuæ argumento impuros ſeipſos efficiunt. Omnis enim qui ſeipſum purum pronunciat, impurum ſeipſum perfectè condemnauit. Magna autem eſt dementia talium, putantium eſſe quoddam, etiamſi verum eſſet præconium, quod de omni populo ſic dicat. Oportebat autem noſſe, quòd non ſolùm de hoc argumento ac ſcopo animæ crimen incumbit, aut quòd propter hoc ſolum virtuoſa fiat, ſed etiam vt ne conuicietur, ne iuret iuſiurandum, neque in veritate, neque in mendacio, ſed etiam etiam, & non non dicat: neque doloſè agat, neque calumnietur, neque furetur, neque
C mercimonia tractet. Ex his enim omnibus contrahuntur nobis ſordes peccatorum. Sicut enim palus, inquit, in medio duorum lapidum conteritur, ita peccatum in medio mentis & vendentis. Et quòd ex multitudine omnino & ebrii ſunt, & ſcortatores, & auari, & fœneratores, & omnino quòd talia habent, & his ſimilia: & quòd mendacia vnumquemque ipſorum ſequuntur? Quomodo igitur poterint ſeipſos catharos, hoc eſt puros appellare, per vnam promiſſionem, vniuerſo ſecundum Deum negocio, de omnibus erroribus ac delictis, munito? Non nouerunt autem hi ſinceritatem prædicationis, neque cui decreuit hanc digamiæ ac ſecundatum nuptiarum certitudinem. Sed & qui à perſequutione exciderunt, etiam ipſi, ſi perfectam oſtenderint pœnitentiam in ſacco & cinere deſidentes, ac plorantes coram Domino, potens eſt Deus beneficus, etiam ipſorum miſereri. Non enim quid mali fit à pœnitentia. Suſcipit igitur pœnitentes Dominus, & ipſius Eccleſia. Quemadmodum conuertit ſe Manaſſes filius Ezechiæ, & ſuſceptus eſt à Domino: & qui negauit ad tempus, ſanctus ille Petrus, ac ſummus Apoſtolorum, qui verè nobis factus eſt firma petra fundans fidem Domini, ſuper quam ædificata eſt Eccleſia per omnes modos, primùm quidem, quia confeſſus eſt CHRISTVM Filium Dei viuentis, & audiuit, Super hanc petram firmæ fidei ædificabo Eccleſiam, quandoquidem manifeſtè confeſſus eſt ipſum Filium Dei verum. Nam quod dixit Filium Dei viuentis, oſtendit filium genuinum eſſe, cum appoſitione Viuentis, velut in omni fermè hæreſi
D de hoc à me dictum eſt. Sed & de ſancto Spiritu idem nos munit, dicens ad Ananiam, & vxo-
" rem eius: Cur tentauit vos Satanas, vt mentiremini Spiritui ſancto? Non homini mentiti eſtis,
" ſed Deo. Quia ex Deo eſt ſpiritus, & non alienus à Deo. Sed & hic firma petra ædificationis, & fundamentum domus Dei factus eſt, in eo quòd abnegauit ipſum, & rurſus conuerſus eſt, & à Domino inuentus, ac dignus factus vt audiret, Paſce oues meas, & paſce agnos meos, & paſce oues meas. Chriſtus enim hoc dicens, ad conuerſionem pœnitentiæ nos duxit: vt in ipſo rurſus ædificaretur illa bene fundata fides, quę non deſperat de vita hominum, qui in mundo ſpiritum trahunt, & in veritate pœnitentiam agunt, & delicta ſua in hoc ſeculo corrigunt. Et in Cantico canticorum dixit ipſa ſponſa ad ſponſum ſic: Reſpondet frater meus, & dicit mihi: Surge, veni, propera amica mea, pulchra mea, columba mea, quia hyems præteriit: (triſtia videlicet ac obſcura, nubila & horrenda, vt ita dicam)

pœnitẽtiæ bonum.

Qui pœnitentiam agit non deſperat.

Reuerendæ nuptiæ

Catharorum appellatio.

Peccatum in medio emẽtis & vendentis

Manaſſes à Domino per pœnitentiã recipitur.

Poſt pœnitẽtiam B. Petr⁹ aſſumitur à Chriſto in ſummum pontificẽ.

prateriit

præteriit pluuia,abiit,tranſiuit. Flores apparuerunt in terra noſtra:tempus ſectionis venit, vox turturis audita eſt in terra noſtra : ficus protulit groſſos ſuos:vineæ noſtræ florent,dederunt odorem ſuum, vt oſtendat omnia præterita præteriiſſe : ver autem recens florere, & mare tranquillum eſſe, & timorem pluuiæ abiiſſe,& veteres vites ſectas eſſe,& herbam non ſolùm herbaſcere,ſed etiam flores emittere,& prædicationis vocem in deſerto clamare,hoc eſt,in terra noſtra:& ficum quondam maledictam,groſſos proferre fructus pœnitentiæ,iam in ramis & arboribus apparentes.Vineas autem iam florentes,odoratam prædicationem fidei Euangelii emittere. Quandoquidem verò confeſtim vocauit ipſam,& dixit:Surge,veni:Surge à mortificatione peccatorum,& veni in iuſtitia:Surge à delicto,& veni in fidu cia:Surge à peccatis,& veni ad pœnitentiam:Surge à membrorum reſolutione,& veni in perfectione: Surge à mutilatione, & veni in ſanitate : Surge ab incredulitate,& veni in fide: Surge à perditione, & veni in inuentione.Quandoquidem verò nouerat totum oraculum,quòd poſt primam pœnitentiam, & poſt primam vocationem,ac ſanationem,vt ita dicam,multa delicta humanæ naturæ accidunt,rurſus dicit:Surge, veni tu columba mea . Iterum hanc vocat,& non ſemel.Secunda autem vocatio non eſt æqualis primæ.In priori enim vocatione ſic dicit:Surge,veni,propinqua mea,pulchra mea, columba mea.Primùm quidem Surge,veni:& non dixit, Et veni tu . Deinde apponit vocem tu, vt oſtendat vocationem ſecundam immutatam, poſt priorem à delictis reſurrectionem rurſus portigentem manum benignam,& cœleſtem . Et veni (inquit) tu columba mea in tegmine petræ,contiguæ muro. In tegmine petræ, in benignitate CHRISTI, & in miſericordia Domini . Hoc eſt tegmen petræ, tegmen ſpei,& fidei,ac veritatis . Contiguæ muro,hoc eſt,priuſquam claudatur porta, priuſquam rex intra mœnia conſtitutus,non amplius admittat poſt diſceſſum hinc,& mortem: quando non amplius contiguæ muro, ſed concluſæ ſunt portæ , & non amplius licet corrigere. In futuro enim ſeculo,poſt hominis mortem, non ieiunii ſuppeditatio, non pœnitentiæ vocatio, non eleemoſynæ oſtentatio, immò neque criminalia opera,non bellum,non adulterium,non petulantia, immò neque iuſtitia & pœnitentia.Sicut enim poſt meſſem ſpicæ,non datur vt craſſeſcat granum, non vt à vento corrumpatur, non vt alia aliqua læſio accidat. At ne dixeris mihi horrei corruptelas, hoc eſt, vermes & tineas. Hæ enim per ea quæ in hoc ſeculo ſunt, fiunt. Verùm ſimilitudo hæc eſt, intra portas receptorum , & horreo munitorum , & eſt fidei exemplar atque imago, vbi neque latrones perfodiunt, neque tineæ diſperdunt , velut diuinus ſermo ait : Sic neque pietatis neque pœnitentiæ ſuppeditatio , quemadmodum dixi , poſt mortem eſt . Non enim Lazarus venit illic ad diuitem , neque diues ad Lazarum. Neque Abraam demittit ſpolia, vt diteſcat pauper poſtea. Neque diues accipit quæ petit , etiamſi magnis precibus miſericordem Abraham roget . Obſignata enim ſunt promptuaria, & impletum eſt tempus , & certamen perfectum eſt , & euacuatum eſt ſtadium, & coronæ datæ ſunt : & qui decertarunt , quieſcunt : & qui non præuenerũt ; diſceſſerunt : & qui non decertarunt, non amplius adſunt : & qui in ſtadio victi ſunt, eiecti ſunt, & omnia palàm conſummata ſunt, poſt factum hinc diſceſſum . Quum autem adhuc ſunt omnes in certamine,etiam poſt caſum eſt reſurrectio,adhuc ſpes,adhuc medela,adhuc confeſſio, etiamſi non perfectiſſimè,attamen aliorum ſalus non eſt deſperata.Omnis autem hæreſis quę à veritate deſciuit,in tenebris cæcutit,& manibus prætentans incedit,alia pro aliis intelligens.Similes enim ſunt hi quibuſdam inartificioſis,& non cognoſcentibus ſingulas qualitates,& vſus,& vniuſcuiuſque membri ornatus,& ſanè deliram quandam ſimilitudinem,atque imaginem ſtultitię ipſorum proponam.Calceamenta quidem capiti circumdant,coronam autem pedibus,& cingulum aureum circum ventrem.Reliquum verò veſtitum,odonia videlicet,aut bracas apud quoſdam appellatas,manibus induunt,annulos autem pedibus.Ita erronea & inordinata eſt diſpoſitio eorum qui ignorantiam poſsident.Nam quæ in ſacerdotio cauta ſunt,de ſecundis nuptiis atque aliis,ea hi ad omnem populum tranſtulerunt: & quæ ob excellentem rigiditatem à Deo prædicata ſunt,vt ne perſocordiam aliqui in vitia inhumana incidant, populo attribuerunt.Et ſicut ſi quis veſtem manu tenens,à iunctura manus vſque ad cubitum ſe tegat,& manicam illam ſemper ob oculos præ ſe ferat,& alios irrideat,qui ipſi vitio vertũt,quòd totum ipſius corpus nudum eſt:ſic etiam hi gloriantes,quòd non ſuſcipiunt digamos,omnia mandata ſimilia huius,& adhuc cum exceſſu pulchriora & morti deſtinata reliquerunt,& ignorãtes ſe toto corpore nudos eſſe, ab omnibus mandatis ceſſarunt,& vnum hoc non purè ſeruant.Et ô ingentem hominum vanitatem. Omnis occaſio quantũuis modica,ſingulas hæreſes à veritate diſtraxit,& ad multa mala deduxit.Quemadmodum enim ſi quis tranſitum reperiat in ſepi circa publicam viam , & per hunc ſibi eundum eſſe putet,& relicta publica via per hunc eat,putans ſe propinquiſsimum habere,vnde reflexu facto rurſus viam apprehendat:ignoret autem quòd murus conſiſtit altiſsimus,& longo interuallo extructus: percurrat autem et nõ reperiat per quam viam exitum faciat,et per vnum ſignum ſiue miliare progreſſus, adhuc amplius viam non reperiat,et ſic ad plures ſe conuertat: quum autem ſic laboret , et facultatem non habeat per quam viam ad rectum iter perueniat,fortaſſis neque inuenire poterit,niſi reflexerit per eam,per quam etiam ingreſſus eſt. Sic omnis hæreſis velut compendium quoddam inuenire potens, à longa via diſceſſit . Inuentus eſt autem ipſi murus infractus,ipſa ignorantiæ implicatio . Et non vtique inuenerit talis, quomodo ad veram viam perueniat , niſi reflexerit ad primariam viam , hoc eſt regiam . Sicut etiam lex ipſa palàm clamat , ſancto Moſe ad regem Edom dicente : Hæc dicit frater tuus Iſraël,Circa confinia tua tranſibo ad terram,quam iurauit Dominus patribus noſtris darurum eſſe , terram fluentem melle ac lacte , terram Amorrhæorum , ac Pherezæorum , et Iebuſæorum, et Euæorum , et Chananæorum, et Chettæorum , terram fluentem lacte et melle : non declinabimus ad dexteram

Odor vineæ odor prædicationis.

Pœnitẽtia dolet peccata.

Opera in futuro ſeculo nulla Simile.

Cur diues precibus nihil obtinet ab Abraam.

In hac vita poſt lapſum eſt reſurrectio.

Hæreticorũ imago.

Simile.

Simile.

Hæreſes ad fallandum valent.

dexteram aut sinistram. Aquam in argento bibemus, & edulia argẽti edemus. Non declinabimus hinc
" aut illinc, via regia ibimus. Est enim via regia, sancta Dei Ecclesia, & iter veritatis. Vnaquæque verò ha-
" rum, regia relicta, & ad dexteram aut sinistram inclinatione facta, vbi deinceps nimium se in errorem
dederit, distrahetur, & non amplius mensuram habet apud vnamquamque sectam, erroris impuden-
tia. Agite itaque serui Dei, vos filii sanctæ Dei Ecclesiæ, qui certam regulam nouistis, & via veritatis in-
ceditis, ne retrahamini vocibus, & vniuscuiusque conflictæ professionis verbis. Erroneæ enim sunt ho-
rum viæ, & accliuis callis adulteratæ ipsorum intelligentiæ. Magna iactant, & parua ignorant, liberta-
tem promittunt, cum ipsi sint serui peccati. De magnis gloriantur, & paruorum omnino participes fa-
cti sunt. Cæterùm de his Catharis, hoc est puris appellatis, impuris verò, si veritatem dicere oportet, hã-
A ctenus dixisse sufficiens esse puto. Hac verò hæresi relicta, velut basilisci persona & aspectu, qui nomi-
nis prætextu eminentissimam quandam appellationem habet, ipsaque per ligni virtutem percussa, ad
alias rursus procedemus, ipsam Dei supplicationem inducentes, ad hoc vt nobis comes sit, nobiscumã
neat, adsit, cooperetur, conseruet nos & erudiat, ac dignos faciat, vt veritatem dicamus, quò neque ipsi
mendacium dicentes, in eadem incidamus, in qualia collapsæ sunt hæreses, quæ vera nuhdum non do
cuerunt. Adhuc porrò & qui in Africa & Bizicania à Donato quodam, Donatiani appellantur, simi-
lia his sentientes, rebellatores sunt: & ipsi nimirum propterea quòd societatem non habent cum his qui
in persecutione lapsi sunt per eadem subuertentur: quemadmodum & alterum iugum cum ipsis tra-
hentes, Nauatiani siue Cathari appellati. Quapropter non fuit opus de his quid amplius agere, sed
ipsos simul cum similibus ipsis coniunximus. Verùm amplius hi & deterius exciderunt. In fide enim se-
cundum Arrium sentiunt. Subuertantur autem similiter de fide, in qua malè sentiunt, velut etiam
Arrius subuersus est, per doctrinam veritatis, qui eadem cum ipsis sentit, & hi cum illo. Hac
itaque hæresi præterita, rursus ad consequentes ibimus, velut qui horrenda reptilia in Domino
conculcauimus.

Via regia quæ sit.

Apostrophi ad catholicos.

Donatiani.

Nauatiani.

Contra Angelicos, hæresim. LX.

B ANgelicorum hæresim audiuimus, & nomen solum ad aures nostras peruenit. Non autem valdè
certò scimus, quæ sit huiusmodi hæresis, eò quòd fortassis aliquando ad tempus durauit, & postea
desiuit, ac penitus deleta sit: At verò ob quam causam nomen accepit, non scimus. Siue enim ex eo
quòd aliqui mundum ab angelis factum esse dicunt, & ipsa hoc asserens hoc nomine appellata est, non
possum dicere: siue quòd seipsos in ordine angelorum esse iactant, & vitam eminentissimam degant:
neque hoc affirmo: siue etiam à loco hoc nomen acceperũt. Nam locus quidam est Angelina, vltra Me
sopotamiam regionem situs. Iam verò si tu à me promissorum recordaberis, neutiquam in suspicione
vt nos condemnes fueris. Promisimus enim quarundam quidem radices ac occasiones, & prætextus,
aut quid ex his quæ ab ipsis fiunt, nos indicaturos esse. Aliquarum verò nomina solum prolaturos esse.
Prout autem diuina virtus dedit, ac opem tulit, vsque ad hanc sectam omnes recensuimus, & nullam
reliquimus indeclaratam, vna hac excepta. Omnino autem eò quòd ad modicum tempus fastu elata
est, & postea desiit ipsius comprehensio atque opinio, ideo non valde manifestè cognouimus. Quan-
do verò appellationis huius solùm mentionem fecimus, nomine ipso velut abortiuo vsi, præteribimus
locum, & ad alias considerandas mentem applicabimus, precantes vniuersorum Dominum, vt decla-
ret nobis, & quæ exactè apud ipsas fiunt, exiguæ menti nostræ ostendat, quò omnia sinceriter signifi-
cemus, & nosipsos atque proximos corrigamus, vt fugiamus mala, in bonis verò ac verissimis constan
C tiam nobisipsis per Deum comparemus.

Angelicorum hæresis 60.

Angelici incogniti.

Angelina locus.

Fastu incrementũ suscipit.

Diuturna non fuit.

Contra Apostolicos, hæresim. LXI.

POst hos alii seipsos Apostolicos vocauerunt. Volunt autem & Apotacticos se appellari, à renuncia-
tione. Obseruatur apud ipsos, vt nihil possideant. Sunt autem ipsi quoque anulsio dogmatum Ta-
tiani, Encratitarúmque ac Catharorum, qui natura legem non suscipiunt. Euariant autem apud ipsos
etiam mysteria, & gloriantur de inopia. Findunt hi frustra ac lædunt sanctam Dei Ecclesiam per vl-
troneam superstitionem, elapsi à benignitate Dei. Neque enim lapsi alicuius amplius susceptio apud
ipsos fuit. Similia verò superius relatis sentiunt, de nuptiis atque aliis rebus. Et Cathari quidem rece-
ptis solum scripturis vtuntur. Hi verò actibus Andreæ ac Thomæ appellatis vt plurimum nituntur, o-
mnino alieni a canone Ecclesiæ existentes. Si enim abominabiles sunt nuptiæ, ergo in totum immundi
sunt, cum per nuptias geniti sint. Et si solum est sancta Dei Ecclesia eorum qui nuptiis renunciauerunt,
non amplius nuptiæ ex Deo sunt, neque totum procreandorum liberorum negotium. Ergo etiam ipsi
" alieni è Deo sunt, qui ex talibus nati sunt. Vbi igitur est quod dictum est, Quæ Deus coniunxit, homo
" ne separet? Equidem ex necessitate separare, ab homine est. Verùm cum voluntate continere, non ho-
D minis, sed Dei opus esse ostendit. Et habet quidem naturalis necessitas sæpe reprehensionem, quia
non cum bona ratiocinatione necessarium perficitur, sed extra canonem egreditur. Non enim
necessarium est cultus diuinus, sed ex voluntate iustitia. Quæ verò natura necessaria sunt ad pie-
tatem, manifesta sunt, quæ natura mensurata sunt, velut non scortari, non adulterium committere,
non lasciuire, non simul secundas nuptias contrahere, non rapere, non iniuriam facere, non inebriari,
non helluari, non veneficum esse, non simulachra colere, non occidere, non maledicere, non conui-
ciari,

Hæresis a postolicorum 61.

Apotactici.

Actus Andreæ & Thomæ.

Necessarii ac voluntarii ratio.

ciari, non iurare, indignari & citò placari, irasci & non peccare, non occidere solem super iram. At verò nuptiis legitimis coniunctum esse, natura ex Deo se habere, ac sibi permissum esse ostendet. Et alia quæ eiusmodi sunt, vtrinque habent considerationis modum. At sicut de his anteà diximus, in modico loco hi sunt, circa Phrygiam & Ciliciam ac Pamphyliam. Quid igitur? Ergo excinditur Ecclesia à finibus terræ vsque ad terræ fines? & non amplius in omnem terram exiuit sonus eorum, & in fines orbis terrarum verba eorum? Neque amplius est id quod à Saluatore dictum est, Eritis mihi testes vsque in extrema terræ? Siquidem enim non sunt reuerendæ nuptiæ, & vitam non conseruant: gignantur sine nuptiis. Si verò ex nuptiis gignuntur, ergo impuri sunt propter nuptias. Si verò ipsi soli non sunt impuri, & quidem cum sint ex nuptiis: non impuræ sunt nuptiæ, quia sine ipsis nemo vnquam gignetur in mundo. Et ingens quidam est hominum error, qui per varietatem & multas occasiones operatus est malum in humana natura, & vnumquemque per occasionem à veritate seduxit. Habet equidem Ecclesia renunciationem, sed non abominatur nuptias. Et habet inopiam, sed non attollitur his quę iustè possidet, & quæ ex propriis parentibus habet, quæ sibiipsi & egentibus sufficiat. Et abstinent quidē multi à cibis, sed non inflantur contra non abstinentes. Qui enim edit, non edentem ne vilipendat, & qui non edit, edentem ne iudicet. Christo enim edit ac bibit. Et vides vnam concordiam, & vnam spē, & vnam fidem in Ecclesia, vnicuique gratificantem iuxta propriam facultatem, & iuxta proprium laboris certamen. Similis est autem sancta Dei Ecclesia naui. Nauis autem non ex vno ligno constat, sed ex diuersis. Et carinam quidem ex vno ligno habet, sed non vno modo. Ancoras autem ex alia materia. Mali item & tabulata, & puppis partes, parietúmque ac transtrorum, velorum item ac temonum, gubernaculorúmque ac aliorum omnium ex diuersis lignis compactionem habent. Vnaquæque verò hæresis velut ex vno ligno constat, & Ecclesiæ formam non ostendit. Sancta autem Dei Ecclesia nuptias quidem habet reuerendas, & colit has: nam venerabiles sunt nuptiæ, & lectus impollutus. Habet continentiam in admiratione, & laudat talem: quoniam certat certamen, & contemnit vitam velut adhuc potentior. Habet virginitatem, & magnificat talem velut virtuosam, & penna leuissima ornatam. Habet qui renunciauerunt mundo, & non inflatur contra eos qui adhuc in mundo sunt: sed gaudentes talibus velut etiam Apostoli, qui & ipsi nihil possidebant. Et ipse Saluator omnium Dominus cum in carne esset, nihil ex terra possedit, sed non reiecit mulieres ipsi & discipulis eius ministrantes. Dicit enim: Quæ secutæ fuerant ipsum à Galilæa, ministrātes ipsi & discipulis eius de propriis bonis. Alioqui quomodo implebitur id quod dictum est, Venite ex dextris meis vos benedicti, quibus pater meus cœlestis disposuit regnum ante iacta mundi fundamenta. Esuriui enim, & dedistis mihi quod ederem: sitiui, & potastis me: nudus eram, & amiciistis me. Vnde verò hi hæc facere potuissent, si non à iustis laboribus effecissent, & à propriis bonis in iusticia? Et siquidem ipsi renunciatione facta, & Apostolicam vitam viuentes, quum aliis permixti fuissent, non aliena esset forma, neque ab ordinatione Dei abalienata. Et si vxoribus renunciassent ob continentiam, laudabilis esset prædicta, siquidem nuptias non abominati essent, sed his qui adhuc sunt in matrimonio sociis vsi essent, noscentes vniuscuiusque rei modum & ordinem. Dei enim nauis omnem inscensorem admittit, præter latronem. Nam cum noscat latronem & piratam, ipsum non admittit, neque fugitiuum, & qui à propriis dominis discedit. Sic & sancta Dei Ecclesia non admittit scortationem, non suscipit adulterum, non abnegationem Dei, neque reprobantes dominium ordinationis Dei, & Apostolorum eius. Suscipit autem alium in magna negociatione, alium in experientia nauigantem, alium gubernatorem & scientem, alium in prora, alium in puppi habentem speculationis experientiam, alium qui partem aliquam nauis aut impositarum mercium habet, alium vt transeat solum, & non submergatur in mari. Et non omnino ei qui tanta possidet, salutem non exhibet: sed nouit omnes saluare, vnumquenque verò iuxta propriam negociationem & salutem. Et vnde hi ex domo Cæsaris sunt, salutantur apud Apostolum? Vnde verò est Apostolo id quod dictum est, Si putarit quis indecorum virgini suæ si prætereat nubendi tempus, & sic debet facere, nubat, non peccat. Cæterùm extra lauacrum non potest implere vt ne peccet. Si enim omnes peccauerunt, & egent gloria Dei, iustificantur nimirum gratis per gratiam, per lauacrum videlicet regenerationis. Lauacrum enim ornauit animam & corpus, abluto omni peccato per pœnitentiam. Itaque & in eam quæ virgo est, beneficium baptismatis expassum est, & in eam quæ non est virgo, concludi festinat, eò quòd graue non est. At ne putent rursus quidam diluti fientes, si dicamus de virgine quod præceperit Apostolus vt nubat, nunquid Apostolus eam quæ semel virginitatem Deo seruare decreuit, à proprio cursu detrahere volens, hæc præcepit? Non enim de his sermo est, sed de virginibus quæ nubendi tempus excesserūt, quæ non ob virginitatem in vigore permanserunt, sed quod viros non habuerunt qui eas ad nuptias petiuissent. Cum enim ex Iudæis processissent Apostoli, & secundum legem conuersati essent, initiū prędicationis fecerunt, statutis in lege adhuc detenti: non secundum carnis iustificationem, sed secundum consonam legis rationem & exactam certitudinem. Mirabiliter enim prædicabat lex, vt ne darent filias Israël alienigenis, vt ne seducerent ipsas ad simulacra. Vnicuique igitur credenti tunc imperabatur, vt non amplius filiam suam Iudæis elocaret, sed Christianis idem sentientibus, ac eiusdem mentis. Cū autem noua esset hæc prædicatio, nōdum multitudo Christianorum & Christianæ doctrinæ in locis erat. Qui igitur tunc habebant filias virgines, cum non daretur copia ipsas Christianis elocandi, seruabant virgines suas ad multum tempus. Illæ verò nubiles annos transgressæ, incidebant in scortationem, propter naturalem necessitatem. Apostolus itaque videns damnū propter exactam rationem accidens, per misit, dicens: Si verò quis vult suam virginem, & non dixit, propriam virginitatem. Non enim de proprio corpore dixit, sed de patre virginem asseruante. Si verò suam virginem, proprium corpus dicit,

Legitimæ nuptiæ.

Argumentum ab incommodo

Ecclesia naui simile.

Mulieres ministrantes.

Virgo si nubat non peccat si soluta fuerit.

Virgines quæ nubere iussæ sunt a Paulo.

Christianismus nō abrogat nuptias.

A

B

C

D

nihil

nihil impedict. Dicit igitur: Qui cõſtitit firmiter in propria mente, & hoc debet facere, nubat (inquit)
A nõ peccat: nubat etiãſi nõ fuerit copia, nõ peccat. Et propterea dixit, Alligat⁹ es vxori? ne quæras diuor
" tium. Solutus es ab vxore? ne quæras vxorem. Qui dicit, Volo omnes eſſe ſicut meipſum: dixit, Si nõ
" continent, nubant. Rurſus autem inhortans ad nuptias, dixit: Dico autem inconiugatis & viduis, bo
" num eſt eis ſi manſerint vt & ego. Quomodo igitur rurſus dixit: Alligatus es vxori, ne quæras ſolutionẽ
" Aut quomodo non proprio Domino contradicere reperietur, qui dicit: Qui non reliquerit patrem &
" matrem, & fratres, & vxorem & filios & filias, non eſt meus diſcipulus. Quomodo verò qui dicit, quòd
" oportet relinquere vxorem probam, & patrem: idem ipſe dicit, Qui honorat patrem & matrem? Hoc *Allegoria*
" enim eſt primum mandatum, quod promiſſionem adiunctam habet. Et, quod Deus coniunxit, homo *quatenus*
" ne ſeparet? Imò omnia diuina verba nõ allegoria opus habẽt, ſed prout ſe habẽt accipiẽda ſũt. Specula *valeat.*
" tione autẽ indigẽt, & ſenſu, ad cognoſcẽdã vniuſcuiuſq; propoſiti argumẽti vim ac facultatẽ. Oportet *Traditio-*
autem & traditione vti. Nõ enim omnia à diuina ſcriptura accipi poſſunt. Quapropter aliqua in ſcrip- *num vſus.*
turis, aliqua in traditione ſancti Apoſtoli tradiderunt, quemadmodum dicit ſanctus Apoſtolus: Sicut
tradidi vobis. & alibi: Sic doceo, & ſic tradidi in Eccleſiis. &, Si continentis, niſi fruſtrà credidiſtis. Tra
diderunt itaque ſancti Dei apoſtoli, peccatum eſſe poſt decretam virginitatem, ad nuptias conuerti.
Et ſcripſit Apoſtolus: Si nupſerit virgo, non peccauit. Quomodo igitur hoc cum illo concordat? Imò
etiam illam virginem dicit, quæ non eſt dicata Deo, ſed propter penuriam raritatis in illo tempore
eorum qui in CHRISTVM credebant, neceſſariò ſic fiebat. Et quod hæc ſic ſe habent, docet
nos idem Apoſtolus, dicens: Iuniores viduas reiice: poſtquam enim laſciuierunt contra CHRI-
B STVM, nubere volunt: habentes iudicium quòd primam fidem reiecerunt. Si itaque & ea quæ
poſt mundi experientiam vidua fuit, atque Deo dicata, & poſteà nupſit, iudicium & condemnationẽ
habebit, quòd primam fidem reiecit: Quanto magis quæ citra mundi experientiam Deo dicata virgo
fuit, & nupſit, contra Chriſtum laſciuit, & maiorem fidem reiecit, & iudicium habebit, velut quæ pro
prium erga Deum propoſitum relaxauit? Nubant itaque, liberos gignant, domum gubernent. Com-
pendiarius & medius ſermo contra eos qui mala cogitant de tota eccleſiaſtica prædicationis tracta-
tione. Qui quidem ſermo reiicit eos qui ſe Apoſtolicos ac Encratitas vocant. Reiicit autem & eos qui
diluti in Eccleſia fiunt, & perſuadent mulierem à perfecto relaxtam curſu reiicere talem curſus perfe- *Falſa ſi-*
ctionem. Et habet peccatum & iudicium qui Dei virginitatem reiecit, & certamen confudit. Nam a- *militudo.*
thleta qui certamen corrupit, flagris cæſus ex certamine eiicitur: & qui virginitatem corrupit, ex tali
curſu reiicitur, & corona ac brauio priuatur. Sed melius eſt iudicium, quàm condemnatio. Qui enim
vt ne confundantur apud homines, occultè ſcortantur, & ſub ſolitudinis aut continentiæ ſpecie libidi
nem exercent, non apud homines habent confeſſionem, ſed apud Deum, qui nouit occulta, & redar-
guit omnem carnem in ſuo aduentu, prout quiſque peccauit. Melius eſt itaque vnũ peccatum habere
& non plura. Melius eſt lapſum à curſu, palàm ſibi vxorem ſumere ſecundum legem, & à virginitate
multo tempore pœnitẽtiam agere, & ſic rurſus ad Eccleſiam induci, velut qui mala operatus eſt, velut
lapſum & fractum & obligatione opus habentem: & non quotidiè occultis iaculis ſauciari, ab impro-
bitate quę à diabolo ipſi infertur. Sic nouit Eccleſia prędicare, Hęc ſunt ſanationis medicamenta, Hę
ſpecies vnguentariæ confeſſionis, Hæc præparatio ſancti olei in lege, Hæc aromata ſpirans bona fides,
C adſtringens quidem certatorem ad certamen, prædicans autem ipſi vt curſum extendat, quo coronari
poſſit. Hæc eſt Dei tractatio, omnes congregans ad regiam ordinationem, & purpuram è mari, & la-
nam ab ouicula, & linum ex terra, & byſſum ac ſericum, & pelles rubia infectas, & lapidem precioſum
Smaragdum, & Margaritam & Achaten, coloribus quidem diſtantes lapides, precio verò ęquales. Sed
& aurum & argentum, & ligna non matceſcentia, & æs & ferrum, ſed & pilos caprinos non reiiciens.
Et hoc quidem tunc erat tabernaculum, nunc autem tabernaculi domus firmata in Deo, fundamentũ *Acontias*
verò in virtute. Et quieſcat omnis hæreſis quę contra vetitatem excitatur, imò potius ſeipſam à veritate *Typhlops*
fingat. Et hæc hactenus. Cęterùm quando ſuperbam hanc viperam, inſtar Acontiæ appellati ſerpentis *Myagrus,*
aut Typhlopis, aut Myagri, per lignum crucis percuſſimus, his ipſis reptilibus non modò tantum virus *ſerpentes.*
habentibus, verumetiam incurſione & elatione atque iaculatione, ad huiuſmodi probè aſſimilatis, re-
lictis atque contemptis, deinceps ô clariſſimi ad conſequentes pergamus.

Contra Sabellianos, hęreſim LXII.

Sabellius
SAbellius quidam ſurrexit in temporibus non adeò priſcis. Recens enim eſt hic, à quo ſunt Sabelliani *Sabellia-*
appellati. Et hic ſimiliter vt Noetiani, paucis quibuſdã exceptis docuit. Multi autẽ in Meſopotamia *norũ Hæ-*
& in Romæ partibus eiuſdem dogmatis ſunt, dementia quadam inducti. Docet enim hic & qui ab ipſo *reſis 62.*
Sabelliani appellantur, eundem eſſe Patrem, et eundem Filium, et eundem Spiritum ſanctum: vt ſint *Similia*
D in vna ſubſtantia tres nomenclaturæ. Aut velut in homine, Corpus eſt et anima et ſpiritus. Et eſſe qui- *de Trini-*
dem corpus, vt ita dicam, Patrem, animam verò Filium, ſpiritum autem velut hominis, ita et ſanctum *tate.*
ſpiritum in deitate. Aut velut eſt in Sole, qui eſt quidem vnus in ſubſtantia, tres autem habet actiones,
illuminatiuam inquam et calfactiuam, et ipſam circumferentiæ formam. Et eſſe quidem calfactiuam,
ſiue calidam et feruentem, ipſum Spiritum. Illuminatiuam verò, Filium. Patrem autẽm ipſum eſſe ſpe-
ciem totius ſubſtantię. Miſſum autem eſſe Filium aliquãdo in tempore velut radium, et operatum eſſe
omnia in mundo, quæ ad diſpenſationem Euangelicam et hominum ſalutem pertinent. Aſſumptum
verò rurſus in cœlum, velut radium à ſole emiſſum, et rurſus ad ſolem reuerſum. Spiritum autem ſan-

ctum mitti in mundum,& consequenter & singulatim in vnum quemque qui dignus sit. Reuiuificare verò hunc,& excitare,fouerèque ac calfacere,vt ita dicam,per vim Spiritus,& per concordiam. Atque hæc sunt quæ docent. Vtuntur autem omnib⁹ scripturis veteris ac noui Testamenti. Verùm sententiis quibusdam ac dictionibus,quas ipsi eligunt iuxta suam propriam & adulteratam væsaniam ac demen
tiam. Primùm quidem dicto,quod dixit Deus ad Mosen : Audi Israël,Dominus Deus tuus Dominus vnus est,non facies tibiipsi deos alios,non erunt tibi dei recentes,quia ego Deus primus,& qui posteà & præter me non est Deus alius . & quæcunque alia iuxta propriam suam sententiam detorquent. Ad
Euangelium Aegyptium. hæc autem confirmanda proferunt rursus ex Euangelio : Ego in patre,& pater in me. Et duo vnum sumus. Cæterùm omnem suum errorem,& erroris sui facultatem,ex Apocryphis quibusdam habent, maximè ab Aegyptio appellato Euangelio : cui quidam hoc nomen imposuerunt. In ipso enim multa eiusmodi,velut in abscondito. mysticè ex persona Saluatoris referuntur, velut ipse indicet discipulis, eundem esse Patrem,eundem esse Filium,eundem esse Spiritum S. Deinde cum inciderint in aliquos simplices, qui diuinarum scripturarum certitudinem non tenent, hanc quæstionem ipsis proponunt. Quidnam dixerimus ô boni ? vnum Deum habemus, aut tres deos ? Quum verò audierit pius homo, & qui non perfectam certitudinem nouit, statim mente turbatus,illorum errori consentit, ac Deum negare reperitur,& esse Filium ac Spiritum sanctum. Omnibus verò his inspirauit hominum aduersarius ab æterno,vt alium sic, alium sic,plures verò simul homines decipiat, ac seducat à via veritatis. Et
Error ex vnitate et trinitate perperam intellecta quòd quidem verè vnus est Deus,& non est alius,palàm in sancta Dei ecclesia confessum est & consensum. Quia non multitudinem deorum introducemus,sed monarchiam prædicamus:monarchiam autem prædicantes non fallimur,sed confitemur Trinitatem,vnitatem in Trinitate,& Trinitatem in vnitate,vnam deitatem Patris & filii & Spiritus sancti. Non enim Filius seipsum genuit,neque Pater transmutatus est ab eo quòd Pater est. Neque Spiritus sanctus CHRISTVM seipsum vnquam nominauit: sed spiritum CHRISTI, & qui per CHRISTVM datur , & à Patre procedit & à Filio accipit . In substantia est Pater , in substantia Filius , in substantia Spiritus sanctus. At non coniunctio est Trinitas,velut Sabellius putauit: neque alterata à propria perpetuitate ac gloria,velut Arrius inania loquens docuit. Sed semper Trinitas est Trinitas,& nunquam Trinitas
S. Trinitatis mysterii explicatio. appositionem accipit,vna existens deitas, vna dominatio, vna glorificatio : sed Trinitas numeratur, Pater & Filius & Spiritus sanctus. Non velut vnum quiddam tribus nominibus appellatum, sed verè perfecta nomina,perfectę substantiæ nihil immutatum. Pater autem semper pater: & non erat tempus quando non erat Pater,pater. Perfectus existens semper pater in substantia, et Filius semper perfectus existens,semper in substantia,ex Patre in veritate genitus,sine principio,sine tempore & inenarrabiliter : non confrater existens Patri,non auspicatus ipsum esse,neque qui intermiserit vnquam, verùm semper Filius genuinus cum Patre existens,ex Patre sine tempore genitus,æqualis existens , Deus ex Deo,lumen de lumine,Deus verus ex Deo vero,genitus,non creatus: sed non ipse Pater.: neque Pater ipse Filius : sed semper Deus Pater & Filius & Spiritus sanctus. Semper enim Spiritus cum Patre & Filio,non confrater Patri,non genitus,non creatus,non frater Filij,non soboles Patris : verùm ex Patre procedens,& de Filio accipiens.non alienus à Patre & Filio,sed ex eadem essentia,ex eadem deitate ex Patre & Filio,cum Patre & Filio,semper in substantia Spiritus sanctus,Spiritus diuinus Spiritus gloriæ. Spiritus CHRISTI, Spiritus Patris . Nam Spiritus Patris qui loquitur in vobis,& Spiritus meus constitit in medio vestrûm : tertius nomenclatura, æqualis deitate,non alteratus præter Patrem & Filium,vinculum Trinitatis,signaculum confessionis. Filius enim dicit,Ego & Pater vnum sumus: & non dixit, Vnus sum ; sed Ego,& Pater,significant in substantia Patrem ,& in substantia filium. & Duo dixit,& non dixit Vnus. & rursus, Vnum sumus : & non dixit, Vnus sum. Similiter autem,Euntes
Determinata Trinitatis in scripturis veritas. baptisate in nomine Patris,& filii,& Spiritus sancti: ita vt in medio positi sint articuli syllabę *Tou,Tou,* & *Tou*,ad nomen Patris et filij,et Spiritus sancti,pro Græcæ linguæ ratione. Et redarguit Matthęus Sabellium coniunctionem introducentem : vbi et significat verè Patrem,et verè filium, et verè Spiritum sanctum. Quando verò eiusdem ordinis est Trinitas,et in vno nomine Trinitas appellatur, redarguit Arrium subdescensum quendam excogitantem in Trintate,aut alterationem,aut euariationem. Etiam
Redarguitur Arri⁹. si enim pater maior à filio docetur ac prædicatur, decentissimè tamen filio gloriam vendicat. Quem enim decuerit glorificare proprium patrem,quàm genuinum filium? Quando verò rursus æqualitatem dicere vult,vt ne excidant quidam,minus velut de filio cogitantes,sic dicit : Qui non honorat filium sicut honorat patrem,non habet vitam in seipso. Et,Omnia quę patris mei sunt,mea sunt. Quid est autem, quæ patris mei sunt, quàm Deus est pater , Deus sum. vita est pater, vita sum. Omnia quæ patris mei sunt,mea sunt. Vide Sabelli,et considera, aperi oculos cordis tui, et ne sis cæcus. Conueniat mens tua et deceptorum à te,sanctum Ioannem in Iordane, Aperi aures tuas,et audi vocem Prophetæ dicẽtis,Ego vox clamantis in deserto. Audi præcursorem Domini,qui angelus nominari dignus factus est qui ab vtero matris Spiritum sanctum accepit. et in ingressu Mariæ exiliuit,qui adhuc in vtero cognouit introitum proprii domini,et exiliuit. Cui data est indicatio prædicationis,et præparatio vię Domini. Crede ipsi,et non excides à scopo veritatis. Ecce enim ipse testatur dicens,primùm quidem vbi Dominum suum cognouisset : Ego te opus habeo,& tu venis ad me. Et cum Saluator dixisset, Omitte nunc,
Probatio diuinitatis Christi. quo omnis iustitia compleatur : & ipse cum baptisatus esset ab ipso, velut diuinum Euangelium recenset,testimonium præbuit Ioannes dicens : Aperti sunt cœli,& vidi Spiritum sanctum in specie columbæ descendentem,& venientem super ipsum. & vos ex cœlo facta est , Hic est filius meus dilectus , in quo mihi benè complacitum est. Supernè erat pater, ô tu contentiose, ex supernis venit vox. Si itaque

ex su-

« ex ſupernis vox, percunctare adulteratam mentem tuam, cui pater dixit, Hic eſt filius meus dilectus, in
« quo mihi benè complacitum eſt. Et quis erat hic? Cur verò in columbæ ſpecie ſpiritus deſcendit, &
« quidem cum corpus non geſtet Spiritus ſanctus: Solus enim vnigenitus hoc induit, & perfectè incar-
natus eſt ex Maria ſemper virgine per Spiritum ſanctum, non ex ſemine viri, ſed ita vt ipſum Verbum
principalis ille artifex, ſibiipſi corpus efformarit, & animam humanam, & mentẽ, & quicquid homo
A eſt, omnia perfectè ſuſceperit & couniuerit ſuę deitati. Non velut qui in homine habitarit: abſit. Ipſũ
autem ſanctum Verbum, Deus verbum incarnatum eſt. Spiritus verò qua ratione in ſpecie columbæ *Spiritus ſãctus cur in columbæ ſpecie apparuit.*
apparet? Nimirum quo perſuaderet te tibiipſi ſapientiam arrogantem ac nihil ſcientem, vt ne male-
« diceres, vt ne putares ſpiritum cõiunctionem eſſe patri ac filio. Ob id etiamſi ipſe Spiritus ſanctus cor-
« pus non geſtarit, in ſpecie columbæ figuratur, quo oſtendat ac redarguat errorem tuum. quoniam in
« ſubſtantia eſt ſpiritus per ſe, & in ſubſtantia pater, & in ſubſtantia vnigenitus: ſed non diuiſa deitate,
« neque imminuta gloria ac maieſtate. Et vides quomodo Trinitas numeratur, patre ex ſupernis claman
« te, filio in Iordane baptiſmum ſuſcipiente, Spiritu ſancto in ſpecie columbæ accedente? Dic mihi quis
« eſt qui dixit, Ecce intelliget filius meus dilectus, in quo mihi bene complacitum eſt, quem elegi, & quẽ
dilexit anima mea, ponam ſpiritum meum ſuper ipſum, & iudicium gentibus annunciabit, non contẽ-
det, neque vociferabitur, neque audietur in plateis vox ipſius: arundinem contritam non confringet,
« & linum fumigans non extinguet, donec eiiciet in victoriam iudicium, &c. Nunquid hæc poſſunt
« habere indicationem Trinitatis, ô contentioſe? Nunquid de ipſo tanta pater in Propheta recenſuit? *prophetię de Chriſto.*
Quis autem eſt de quo ſcriptum eſt, Dixit Dominus Domino meo, ſede à dextris meis? Et non dixit,
« ingredere ad me. Et rurſus ſicut Euangelium dicit: Et aſcendit in cœlum, & ſedet in dextera patris, &
« veniet ad iudicandum viuos & mortuos. Et quomodo rurſus non perſuaſerunt te duo viri in veſtibus
« albis conſpecti, qui ad diſcipulos dixerunt: Viri Galilæi, quid ſtatis intuentes in cœlum? hic IESVS
qui à vobis in cœlum aſſumptus eſt, ſic veniet velut ipſum vidiſtis aſſumi. Quem verò vidit beatus Ste
« phanus quando dixit, Ecce ego video cœlum apertum, & filium hominis ſtantem à dextris Dei? Tu
B verò ô per omnia idiota, non intelligis vocem ſanctarum ſcripturarum, & teipſum atque eos qui tibi
obediuerunt, magis læſiſti, elapſus à ſancta veritatis Dei fide. Dicit enim reuera: Ego ſum primus, & e-
go ſum poſtea, & præter me non eſt alius. Reuera enim non ſunt multi dei, ſed vnus Deus primus, &
qui poſtea, & Pater & Filius & Spiritus ſanctus, non vt coniunctio ſit Trinitas, neque diuiſa in ſua idẽ-
titate: ſed Pater verè qui genuit Filum, & Filius verè genitus ex patre in ſubſtantia ſine principio, &
ſine tempore. & Spiritus ſanctus verè ex patre & filio eiuſdem deitatis, ex patre procedens, & de filio
accipiens, ſemper vnus Deus primus, & qui poſteà. Cæterùm alterius rurſus diſpenſationis gratia, & *Hominũ peruerſitas recipiendo chriſtum.*
à perſona ipſius CHRISTI cantatur ſic. Quandoquidem ſæpe Dominus noſter IESVS
CHRISTVS apparuit prophetis, & annunciauit ſuum futurum eſſe aduentum: quidam verò ip-
ſum non ſuſceperunt, expectantes alterum pro ipſo, ad ſuperſtitioſos quidem ſimulachrorum cultores
& qui multitudinem deorum mundo inuexerunt: vt ne admiratione ſtupefacti filij Iſraël, & ad ſimu-
lacra conuerſi Amorrhæorum & Chettæorum, & Chananæorum, & Pherezæorum & Euæorum, &
Gergeſeorum ac Iebuſæorum & Arucæorum, & Aſſamæorum, ea adorarent, quemadmodum etiam
ipſis prædixit: Adorauerunt enim Beelphegor, et Chamos, et Aſtarten, et Mazuroth, et Neaſtho, et
Beelzeboth, et reliqua gentium ſimulacra. Ob id dixit ipſe Dominus: Ego ſum qui ſum, ego ſum pri-
mus, et qui poſteà. quo ipſos auerteret à fabuloſo gentium errore, quæ multos deos adorant. Et quan- *Teſtimonia vnitatis dei.*
doquidem reiecturi erant aduentum filij Domini noſtri IESV CHRISTI, dixit ad Iudęos
C Ego ſum primus, et qui poſtea. Qui primus in carne aduenit, et qui poſteà vẽturus eſt ad iudicandum
« viuos ac mortuos, qui in cruce paſſus eſt, et ſepultus eſt, et reſurrexit, in gloria quidem in ipſo corpore
« aſſumptus, verùm ad gloriam deitatis ipſius vnito, et illuſtrato, et non amplius ſub tactum cadente,
nunc non amplius mortis participe. Reſurrexit enim, velut dicit Scriptura, CHRISTVS:
Mors ipſi non amplius dominatur, inquit Apoſtolus. Et vide quomodo certitudo dominatur, et de-
« ducit hominem, vt ne excidat ab alterutra veritatis parte: et vbi voluerit mens multos deos exquirere,
« audiat, Dominus Deus tuus vnus eſt. Vbi verò CHRISTVM alium, præter eum qui venit, filij
« Iſrael expectarint, audiant: Ego primus, et qui poſtea. et, Ego ſum Alpha et Omega. Alpha, quod de-
« orſum videt: Omega, quod ſurſum ſpectat. vt impleatur quod dictum eſt: Qui deſcendit, ipſe eſt qui
« aſcẽdit ſuper omnem principatum et poteſtatem ac dominationem, et omne nomen quod nominatur.
Et vt ne quis eo quod dixit, Ego ſum primus, et qui poſtea. et, Ego ſum Alpha et Omega. et, Dominus
Deus tuus vnus eſt. et, Ego ſum qui ſum: vt ne quis, inquam, neget filium et Spiritum ſanctum, ob id
« inquit, Pater meus maior me eſt. et, Vt te cognoſcant, te ſolum verum Deum, et quem miſiſti IESVM
« Chriſtum. Non quod non eſt filius verus Deus, ſed vt ad vnam vnitatem reduceret Trinitatis nomina-
tionem, et excluderet mentem hominum à multitudine deorum ad vnam deitatem. Si verò putauerit *Filii vera diuinitas cõprobatur.*
erroneus quis mente, vnum ſolum dici verum Deum, hoc eſt patrem: filium verò eſſe quidem, non au-
tem verum: rurſus aliter hunc redarguit, dicens: Ego ſum lux vera, quæ illuminat omnem hominem
D venientem in mundum. De patre verò, quòd lux Deus, et non dixit, Lux vera: vt ex eo quod dicit, Deũ
verum, et lucem veram, æqualem deitatem patris ad filium, et filij ad patrem intelligamus: et ex eo
quòd dicit patrem lucem eſſe, et filium Deum eſſe, ita vt vox, verum, non ſit hic adiecta. Non enim o-
pus erat dicere, nulla ambiguitate exiſtente. Nam à voce Deus et Lux, vna perfectio eiuſdem ſinceritā
tis patris ad filium, et filij ad patrem, clarè pronũtiata eſt. Et diſſoluta eſt vniuerſa erroris tui veſania.
Eſt enim pater, pater: eſt filius, filius: eſt Spiritus ſanctus, Spiritus ſanctus. Quæ Trinitas eſt, vna dei-

tas, vna glorificatio, vna dominatio. Cui gloria, honor, imperium, patri in filio, filio in patre, cum sancto Spiritu in secula seculorum, Amen. Cum autem rursus hanc hæresim velut Lyben, aut Molurum aut Elopem, aut vnum aliquod horrendissimorum reptilium, non tamē per morsus lædere potentium repulerimus: & per virtutem sanctæ Trinitatis conculcauerimus, ad consequentes procedentes, Deum inuocemus nostræ paupertatis ac tenuitatis auxiliatorem, quo nobis auxilium contingat, vt pro dignitate quæ ab vnaquaque hæresi dicta sunt ac facta referamus, eáque iusta contradictione refellamus. A

Lybes, Molurus & Elops serpētes.

Origenianorum hæresis. 93.

Contra Origenianos, qui etiam Turpes appellantur, hæresim LXIII.

Origenii Turpes.

ORigenii vocantur quidam. Non omnino autem hoc genus exiſtit. Consequenter autem à prædictis & hæc hæresis fuit. Vocantur autem Origenii, haud equidem clarè scio, qua de causa, num ab Origene Adamantio compositore appellato, aut alio quodam, ignoro. Attamen hoc nomen deprehendimus. Hæresis autem apud ipsos recepta est, Epiphanis hęresi consimilis, de quo suprà in sectis secundum Gnosticos indicaui. Scripturas verò hi legunt diuersas veteris ac noui Testamenti. Reiiciunt nuptias, & non cessat apud ipsos libido. Inquinant autem suum corpus & mentem & animam in petulantia. Aliqui enim sunt in habitu solitariè degentium monachorū, Aliquæ verò cum ipsis sunt in habitu solitariè viuentium fœminarum, corrupti autem sunt corporibus, concupiscentiam quidem suam perficientes. Verùm opere vtentes, vt castius loquar, filii Iudæ Annan appellati. Sicut enim ille corpore quidem Thamar coniungebatur, & concupiscentiam perficiebat, verùm ad seminis deiectionem iuxta datam à Deo liberorum generationem non efficiebat: sed seipsum iniuria afficiebat, eo modo quo malum operabatur. Sic etiam hi vsi sunt quidem consueta venere, hanc nefandam operationem perficientes. Non enim student ipsi castitati. sed simulatæ castitati, & nomen saltem habēti. Studium autem eò vergit, vt mulier non concipiat ab eo qui ipsam corrupisse sibi videtur: aut vt ne producant liberorum generationem in mundo, aut vt ne deprehendantur ab hominibus volentes in honore esse propter putatam apud ipsos castitatis exercitationem. Et tamen hoc est ipsorum opus. Alii verò hoc ipsum detestabile opus perficere student, non per fœminas, sed aliis modis, propriis manibus se polluentes. Et similiter imitantur prædictum filium Iudæ, terram nefandis suis operationibus & abominabilibus guttis polluentes, & pedibus suis fluxiones suas conterentes in terra: vt ne rapiantur ipsorum semina ab immundis spiritibus, ad susceptionem impręgnationis. Vsi sunt autem, velut dixi, diuersis scripturis veteris ac noui Testamēti, & quibusdā apocryphis, maximè actib⁹ Andreæ & aliorum. Iam verò etiam illi ipsi gloriati sunt sæpè, quòd audacter ac liberè hoc faciant. & accusant nimirum eos qui in Ecclesia dilectas appellatas, aliunde introductas ac cohabitantes fœminas habent, velut etiam ipsi hoc faciant occultè, propter hominum reuerentiam, quò cum improbitate quidē consepeliantur: Prærextu autem hominum gratia, nomen iactent. Retulerunt etiam quidam nobis de quibusdam vita defunctis quòd videlicet aliqui hoc fecerint, velut à coactis ab ipsis mulieribus audiuerāt. Inter quos & episcopi nomen in medium produxerunt, qui in parua quadam ciuitate Palæstinæ episcopi sortem ad multos annos administrauit. Habuit autem eiusmodi mulieres inseruientes ipsi, aliunde introductas inquam. Sed & ex confessoribus talem quendam fuisse nouimus. Attamen his qui hoc dixerunt, & à mulierib⁹ audiuisse affirmarunt, nō credidimus. Necessitas enim malignitatis eorum qui id dixerunt, suggessit nobis aliquando quidem vt crederemus, aliquando verò vt non crederemus, de mala fama prędicti illius senis episcopi, post obitum eius. Causa enim quę in ipsum venit, eiusmodi quædam fuit. Deprehēsus est quidam talis in peccato mulieris, & cum redargueretur à nobis, excusationem ac defensionem talem protulit: quòd corrupta cum ipso mulier, quamuis iam anus esset, & in senecta ætate constituta, dixisset ipsi eius malefactioperationem, quòd vti quidem venere ipsum docuisset, verùm abominabiles suas effluxiones in terram dispergere. Et hæc quidem est horum detestanda operatio, mentem ipsorum decipiens, & ex diabolo occæcata. Quorum testimonia per quæ labuntur in hunc errorem, in medium afferre non puto necessarium esse, vt ne videamur per quæ volumus exactam rationē tradere, ad auersionem nefandæ vniuscuiusque hæresis petulantiæ, per ea magis impellere laxorum & non satis firmorum mentem, qui malum sibiipsis venari præ bonitate cupiunt, Cæterùm ad confutationem potius horrendæ huius ac reptiliformis hæresis, pauca de multis apponam. Vnde accepistis, ô vos, nefariæ huius operationis inuentionem? Primùm equidem omnibus manifestum est, quòd dæmonum est vestra doctrina, seductæ verò ac corruptæ mentis hæc excogitata malignitas. Si enim omnino malum est concipere, nō propter liberorum generationem, sed propter corporum cōiunctionem quomodo igitur superati à voluptate corpore coniungamini? Et si non malum est coniungi corpore, neque malum est perficere quod genitum est ac conceptum. Aut enim renunciare oportet hominem vt terram ne colat, velut Abel erat pastor ouium, Cain verò colebat terram. Si verò colit quis terram, velut Noë, qui vir agricola erat, & plantauit vineam: non plantauit vt botrum non proferret, sed plantauit, & bibit ex fructu eius, & inebriatus est, velut scriptum est. Venia autem danda est seni. Cum enim Deo valdè placeret, non propter luxum sustinuit ebrietatem, sed tristicia fortassis inductus graniore somno opprimebatur, & non ferens ex vtrisque, propter debilitatem scilicet & senectam, in debilitatē incidit: non vt subtrahnaretur à filio. Qui verò derisit, ipse sibiipsi maledictionē accepit, quò castigētur hi qui patrib. cōtumeliā inferūt & disputationes inter vos excitatæ cōtra cognitionē Dei, & cōtra benè constitutā ordinationē. Tametsi enim nō ita laudatę sunt nuptię velut virginitas, sed super ipsas. est vir-

Origenii Turpes. Dogmata luxuriosa

Ad confirmationem suarū hæresū scripturis vtūtur.

Episcoporum dilectę, amicæ acconcubinæ.

Abominabiles semis in terram effluxiones.

Doctrina dęmonum qualis.

Derisorū merces.

est virginitas. Virginitas tamen vera glorioſa & virtuoſa appellata eſt, non inquinata: quæ & nuptias venerandas, & liberorum procreationem non interdicit, in ignominiam eorum quæ bene ex Deo creata ſunt. Imò neque aliàs vſurpat vitam ſocietatis nuptiarum ex Deo ordinatam. Virginitas enim
A eſt verè, velut illa à ſancto Apoſtolo laudata, nempe, Virgo & innupta curat quæ ſunt Domini, quomodo Domino placeat, vt ſancta ſit corpore & anima: vt oſtendat impoſſibile eſſe, vt vllius peccati culpam vita ſolitaria admittat. Sed & Abraam nouimus liberos genuiſſe, & Domini amicum fuiſſe. Iſaac item, & Iacob, & conſequentes. Et neque ſeipſos inquinarunt nefariis operationibus deteſtanda attingentes, neque ſe oppoſuerunt aduerſus liberorum procreationem probè ex Deo per nuptias ordinatam. Sed neque qui inter ipſos caſtitatem ac virginitatem exercuerunt, certamen hoc corruperunt, neque per nequitiam virtuoſum certaminis modum aliter tractarunt. Et Helias quidem ferè penitus in vrbes non ingrediebatur, neque cum mulieribus conuerſabatur, verùm in ſolitudinibus degebat. Et Heliſæus & Ioannes, & omnes qui per magnam hanc formam imitationis angelorum rectè ſecundum Euangelicam Domini ordinationem ſeipſos propter regnum Dei caſtrarunt. Cum igitur multa habeamus quæ dicere poſſimus, & ex multis diuinę ſcripturæ argumẽtis, quæ ipſorum mentem redargũt à diabolo illuſam, his paucis contẽti ſumus: quoniam omnino manifeſtum eſt quòd non prudentiæ eſt hoc ipſum illorum opus: neque ex Deo hæc ſciẽtia, ſed ludibrium actionis dæmonum, qui hoc in ipſis operãtur. Quando verò & hanc velut horrendam viperam Scytalam appellatam, corpore quidem breuem, verùm veneni eiaculatione graue virus inſpirãtem, & perniciem in accedentes efflãtem repulimus, ac contriuimus, ad ſequẽtes eamus, Deo auxiliario inuocato, ad totius operis noſtri pro
B miſſionem abſoluendam.

Virginitatis veræ ratio.

Caſtrati propter regnum Dei.

Scytale ſerpens.

Contra Origenem Adamantium, hæreſim LXIIII.

Hæreſis Adamantium 94.

ORigenes, qui & Adamantius appellatur, deinceps poſt hos ſequitur. Hic filius fuit Leonidis, bèati ac ſancti martyris. Sed vt ipſe in iuuenili ſua ætate plurimas perſecutiones ſuſtinuit, cum vir eſſet in Græcorũ doctrina eruditus, & in eccleſia educatus: in temporibus verò Decii regis notus fiebat in Alexandria. Erat enim genere Aegyptius, & in Alexandria domicilium & educationem habuit. Verùm Athenis ad tempus aliquod philoſophorum ſcholas frequentauit. Multa porrò paſſus eſſe dicitur pro ſancta fidei doctrina, & Chriſti nomine: in ciuitate ſæpe tractus, conuiciis impetitus, tormentis ingentibus ſubiectus. Et enim tempore quodam deraſerunt ipſum Græci, & ad aſcenſum ſimulachri, Serapii appellati, locatum, iuſſerunt frondes palmarum porrigere his qui ad nefarium opus & adorationem ſimulacri aſcendebant. Talem enim habitum ferunt ſacerdotes eius ſimulacri. Ipſe verò acceptis frondibus, magna voce ac confidenti mente, nihil timens neque hæſitans, clamabat dicens: Venite accipite non frondes ſimulacri, ſed frondes CHRISTI. Et multa ſunt fortia facta, quæ per traditionem referunt veteres de hoc viro. ſed non permanſerunt ipſi quę ad prȩmium conſequendum pertinent, in finem. propter eminẽtiſſimam enim ſanctitatem eius ac doctrinam, ad multam inuidiam deuenit, & per hæc magis irritabat eos qui illo tempore principalem poteſtatem adminiſtrabant. Per
C diabolicam verò maligniratem excogitauerũt malitiei operatores, quomodo turpitudinem verò excogitarent, & plagam talem decernerent, ita vt in abuſum corporis ipſius Aethiopem ipſi ſubornarent, aut ſacrificare iuberent. Ipſe verò non ferens diabolicæ operationis verſutiam, proclamauit vtriſque rebus ipſi propoſitis, ſacrificare ſe potius velle. Non tamen ſpontanea mente hoc potius perfecit, velut magna de hoc fama refert. Sed quandoquidem omnino confeſſus eſt ſe facturum hoc eſſe, iniecto in manum eius thure ipſum ad aræ rogum adduxerunt. Atque ſic à cõfeſſoribus ac martyribus tunc reconita reiectus eſt, & ab eccleſia expulſus. Verùm in Alexandria hoc paſſus, & non potens ferre exprobãtium ſannas, diſceſſit: & Palæſtinam, hoc eſt Iudææ terram inhabitare elegit. Cum itaque peruenifſet ad Hieroſolyma, velut talis enarrator & eruditus vir, compellebatur à ſacerdotibus (aiunt enim & preſbyterio ipſum dignum factum fuiſſe priuſquam ſacrificaret) compellebatur, inquam, in Eccleſia docere. Et cum multum coegiſſent ipſum hi qui tũc in Hieroſol. ſacerdotiũ ſanctæ eccleſię adminiſtrabãt
« « ſurrexit, & dictum hoc ſolum Plalmi XLIX prolocutus, totam diſtinctionem præteriit. Sic autem
« « dicit Pſalmus: Peccatori dixit Deus, Cur tu exponis iuſtificationes meas, & aſſumis teſtamẽtum meum per os tuum? & complicatum librum depoſuit, & cum fletu ac lacrymis conſedit, omnibus ſimul cum ipſo plorantibus. Et poſt tempus cum multa ipſum hinc pellicerent & cogerent, In Ambroſium quẽdam incidit, illuſtrem illum in aula regia. Quidam verò hunc Ambroſium dixerunt, partim Marcioniſtam, partim Sabellianum. Inſtruxit itaque ipſum, vt ab hęreſi declinaret, eamque deteſtaretur, ac fidem deligeret ſanctæ Dei eccleſiæ. Cæterùm prædictus Ambroſius, quandoquidem multas hæreſes
D nouerat, & vir doctus atque eruditus circa diuinarum ſcripturarum lectionem eſſet, propter ſententiarũ in ſacris libris profunditatem, periuit ab Origene, vt ipſos ei declararet ac interpretaretur. Hic verò quò officium ſuum erga illũ, pro ipſius exhortatione declararet, operam dabat vt totius ſcripturæ interpres fieret, eamque exponeret. & in Tyro Phœnices, velut fama refert, ea gratia annis vigintiocto vixit vitam & meditationis ocio ac labore excellentem: ita vt Ambroſius quidem ipſi, & iis qui velociter ſcribendi munere fungebantur, itemque miniſtrantibus ipſi, chartam ac reliquos ſumptus ſuppeditaret. Origenes verò in vigiliis ac maximo ocio meditationis, laborem interpretandi ſcripturam perficeret. Vnde primum ipſe diligenter conatus eſt colligere ſex interpretationes: Aquilæ, Symmachi, Septuagintaduorum, & Theodotionis, quintæque ac ſextæ editionis, cum additione, vniuſcuiuſque di-

Origenes Adamantius.

Deci rex Romanus.

Serapii ſimulacrũ Athenis.

Habitus ſacerdotiũ ſimulachri.

Operationes malæ vnde orianbur.

Origenes diis gẽtiũ thus ſacrificat.

A quibus teſtamentum dei aſſumendum.

Origenis labores in ſcripturis ſacris.

ctionis Hæbraicæ,& ſimul ipſorum elementorum. Similiter verò eueſtigiò ſecundo interſtitio vſus iuxta columnarum compoſitionem, Hebraicam quidem dictione, Græcam verò ſcriptura, aliam rurſus cõpoſitionem fecit, vt ſint quidem hæc, ac vocentur Hexapla, ad Græcas interpretationes, duæ ſimul additiones Hebraicæ vocis, per Hebraica ac Græca elementa, vt ſit vniuerſum vetus Teſtamentum per Hexapla appellata, & per duas Hebraicorum verborum columnas. Hoc ſimul vniuerſum opus vir ille cum labore tractauit, ſed gloriam ſuam non in finem extinctam perfecit. Contigit enim ipſi magna illa experiẽtia in magnam ruinam. Ex ipſo enim ſcopo, cum nihil diuinarum ſcripturarum abſque interpretatione ſinere vellet, in peccatum ſeipſum coniecit, & lethalia verba expoſuit. Ex quo ſunt qui Origenianiſtæ appellantur, non primi illi qui turpem actionem faciunt. Non enim habeo quod de illis dicam, velut etiam iam anteà dixi, an ex Origene qui & Adamantius dicitur, nomen & initium habuerint, aut alium quendam ducem habuerint, Origenem appellatum. Tradunt autem & hunc Origenem excogitaſſe, vt ſibiipſi in corpore neruum, velut quidam dicunt excinderet, vt ne a voluptate vexaretur, neque in motibus corporeis combureretur ac inflammaretur. Alij verò hoc negant factum, ſed excogitaſſe ipſum pharmacum quoddã, quod, partibus illis imponeret, vt eas reſiccaret. Alii autẽ etiam alia in ipſum referre audent: quod videlicet herbam quandam inuenerit medicam memoriæ gratia. Et immenſa quidem illa de ipſo relata, non valdè credimus: attamen quæ dicuntur, referre nõ pigebit. At verò hæreſis ex ipſo exorta, primùm quidem in Aegyptiorum regione fuit, nũc verò apud eminentiſſimos, & qui ſibi ſolitariam vitam ſuſcepiſſe videntur, & apud eos qui in ſolitudines ſecedũt, & paupertatem delegerunt, exiſtit, horrenda etiam ipſa & omnibus veteribus flagitioſior, quæ etiam ſimilia cum illis ſentit. Etſi enim turpitudinem perficere diſcipulos ſuos non docet, tamen per turpitudinem, horrendam opinionem in ipſam deitatem impingit. Ex hoc enim & Arrius occaſiones accepit & inæqualitatem docentes, deinceps ſecuti Anomoeíque appellati, & alii quidam. Aſſerit enim hic, auſus nimirum in principio dicere, primùm quidem quod filius vnigenitus patrem videre non poteſt, imò quod neque Spiritus filium videre poteſt, neque angeli Spiritum, neque homines angelos. Et hic primus error ipſius eſt. Ex eſſentia enim patris hunc inducit, ſimul verò creatum. Vult autem dicere velut per gratiam filium ipſum appellari. Sunt & alii ipſius errores maiores. Animam enim humanam præexiſtere dicit, eſſe autem has angelos & virtutes ſupernas in peccatis conſtitutas, & ea gratia in ſupplicium, in hoc corpus concluſas. Miſſas autem eſſe à Deo in ſupplicium, quo hic primum iudicium ſuſtineant. Quapropter inquit, etiam vinculum vocatum eſt corpus, eò quòd anima in corpore ligata eſt, veterem Græcorum fabuloſam opinionem imaginans. In hæc autem & fabulas proponit. Animam enim dicit ob hoc pſychen Græcè appellamus, eò quod ex ſupernis viuificata eſt. Teſtimonia vero contra propriam ſententiam confingit ex diuinis ſcripturis, quæ non ſic ſe habent, neque ita edita ſunt. Nã quod dicit propheta, Priuſquam humiliatus ſum ego deliqui: de ipſa (inquit) anima ſermo eſt quod ſupernè in cœlo deliquit, priuſquam in corpore humiliaretur. Et quod dicit, inquit, Conuertere anima mea in requiem tuam: velut eius qui ſe viriliter hic geſsit in bonis operationibus, conuertere in ſupernam requiem, propter operationis ipſius iuſtam actionem. Et multa talia dicere licet. At verò quod ſecundum imaginem eſt Adam perdidiſſe dicit. Et hinc, inquit, ſcripturam etiam pelliceas tunicas indicaſſe, quia fecit ipſis (inquit) tunicas pelliceas, & induit ipſos, hoc corpus eſt ait, Et multa eſt apud ipſum decantata nugacitas. Et mortuorum reſurrectionem defectuoſam facit, & alicubi verbis affirmans hanc, alicubi perfectiſsimè negans, aliquando & patrem ex ipſa reſurgere aſſerens. De cætero verò quæcunque poteſt allegoricè interpretatur, & paradiſum, & huius aquas, & quæ ſunt ſupra cœlos, & eam quæ eſt ſubter terram. Atque hæc & his ſimilia nugari non ceſſat. Sed & iam in aliis quibuſdam locis talia de ipſo mentione facta recẽſuimus. Nihil autem moleſti fuerit etiam nũc in hæreſi ipſius, de eius effrenitate ſtudióque ac propoſito narrare: & ex ipſo eorum quos ſententiæ ſuę ſubiecit, ſubuerſionem facere. Multa eſt enim huius in poſterum facta abſurditas, & adulteratæ intelligentiæ ſtudium extra veritatem progreſſum. Viſus enim eſt contra omnes priores hæreſes dicere, eaſque ſubuertere. Verum poſteà etiam ipſe hęreſim non vulgarem hanc in mundum euomuit. Et primùm quidem quę ab ipſo dicta ſunt, ad adulteratæ ac confictæ ipſius intelligentię confutationem apponam. Deinde etiam contra ipſum dicẽda, ex noſtra mediocritate oſtendam. Et ſunt hæc quę in primo Pſalmo introduxit. Nam cum in tota ſcriptura ſemper labatur, in neceſſariis ad verbum excidit. Quãdoquidem vero moles ingens eſt, dicitur enim magnum opus feciſſe. In ſingulas enim ſcripturas, velut dixi, non recuſauit dicere quę ipſi viſa ſunt. Et quæ quidem in colloquiis & præfationibus, in mores & naturas animalium & aliarum rerum dicta ſunt, per medium ductus ſæpè gratioſè narranit. Quæ verò in dogmata decreuit, & de fide ac maiori ſpeculatione: ea omnium abſurdiſsima compe-riuntur, præ omnibus & quæ ante & poſt ipſum edita ſunt, exceptis turpibus operationibus, à nobis in ſingulis ſectis relatis. viſum eſt enim ipſi vt etiam exercitatoriam pietatis vitam delegerit, velut etiã ſuprà à me oſtenſum eſt. Quapropter etiam thoracem ipſius quidam concidiſſe tradunt, propter inſignem vitam, inediámque, ac abſtinentiã ab animatis. Age ſanè ipſas ipſius dictiones apponemus ex primo Pſalmo, & ſpeculationibus in ipſo, & his quæ expreſsis verbis decreuit ac docuit: vt ne aliqui dicant ea quæ contra ipſum à nobis dicuntur, per calumniam excogitata eſſe. Nec eſt quod quis putet ipſum in primo ſolum Pſalmo excidiſſe à veritate, velut ſæpè dixi, ſed etiam in ſingulis expoſitionibus. Verùm ob ingentem operis ipſius molem, ex prædicto Pſalmo collectione facta, hic ex vna aut duabus aut tribus dictionibus, totam ipſius circa fidem improbitatem reuelabimus, & vt idem velut ipſe retulit dicamus, curabimus. Et eſt ſtatim vniuſcuiuſque dictionis pauimentum tale, vt cognoſcas ô ſtudioſe

Errores origenis

Anima cur pſyche dicatur.

An peccãdo imaginem perdiderit Adam.

Qui primus hæreſim oppugnauit inhæreſim incidit.

Thoracis conciſio.

dioſe audiror, quòd apertiſſimè filium Dei creaturam docuit: & ab audaciæ de Filio cognoſcàs, quòd etiam Spiritum ſanctum creatum introduxit. Ab initio igitur recenſeamus Pſalmum vſque ad ipſam dictionem, velut ipſe Origenes dixit. *Error circa Spiritũ ſanctum.*

A *Origenis verba in primum Pſalmum.*

CONcluſas & obſignatas eſſe diuinas ſcripturas, ait diuina doctrina, clauẽ Dauid, ac fortè etiam ſigillo, de quo dictum eſt: Effigies ſigilli ſanctificatio Domino, hoc eſt, per virtutem Dei qui ipſas dedit, quæ virtus per ſigillum indicatur. Itaque de eò quòd concluſæ ſunt & obſignatæ, Ioannes docet in Apocalypſi, dicens: & angelo eccleſiæ in Philadelphia, ſcribens: Hæc dicit ſanctus verus ille, qui habet clauem Dauid, qui aperit & nemo claudit, & claudit & nemo aperiet. Noui opera tua. Ecce dedi oſtium coram te apertum, & nemo poteſt claudere ipſum. Et paulo pòſt: Et vidi in dextra ſedentis ſuper thronum, librum ſcriptum intus & à tergo, obſignatum ſigillis ſeptem. Et vidi angelum fortem prædicantem voce magna, Quis dignus vt aperiat librum, & ſoluat ſigilla ipſius? & nemo potuit neque in cœlo, neque in terra, neque ſub terra aperire librum, neque videre ipſum. Et flebam quòd nullus dignus inuentus eſſet aperire librum, aut videre ipſum. Et vnus de ſenioribus dicit mihi, Ne plores. Ecce vicit leo de tribu Iuda, radix Dauid, vt aperiat librum, & ſeptem ſigilla ipſius. De eo verò quòd obſignatæ ſunt, ſolum Eſaias dicit ſic: Et erunt vobis verba hæc omnia, velut ſermones libri huius obſignati, quem vbi dederunt homini noſcenti literas, dicentes, Lege hæc: & dicet, Non poſſum legere, obſignatus enim eſt. Et dabitur liber hic in manus hominis non noſcentis literas, & dicet, Non noui literas. Hæc enim non ſolum de Apocalypſi Ioannis & Eſaia dici putandum eſt, ſed etiam de omni diuina ſcriptura: id quod in confeſſo eſt, & apud eos qui mediocriter diuinos ſermones intelligere poſſunt, vt qui referti ſint ænigmatis & parabolis, obſcuriſque ſermonibus, & aliis variis ſpeciebus obſcuritatis, quas humana mens ægrè capere poteſt. Id quod docere volens etiam Saluator dicit, velut claue apud ſctibas & phariſæos exiſtente, qui non conantur viam inuenire vt aperiant: nempe, Væ vobis legiſperitis, quia tuliſtis clauem cognitionis, ipſi non ingredimini, & ingredientes non permittitis intrare. Hæc verò à nobis in præfatione dicta ſunt, qui cogimur per magnũ tuum diſcendi ſtudium, & per bonitatem ac modeſtiam tuam, ô ſacer Ambroſi, incitamur, vt huc deſcendamus ad maximum certamen, & quod palàm ſuper nos & ſuper vires noſtras eſt. Et quod quidem diu recuſantem me, eò quòd noſſem periculum, non ſolum dicendi de ſanctis, ſed multo magis ſcribendi, & poſteris relinquendi: ad hoc me perduxeris, omnifariam amicè & iuxta deitatis promotionem occinẽs, teſtis eris mihi apud Deum cum tota vita, & de imperatis pronunciatiſque à me, & examinaris, quali propoſito hoc factum eſt. Et alicubi quidem aſſequimur, alicubi verò aut enitimur violentius, aut videmur aliquid dicere. Inueſtigauimus autem quod ſcriptum eſt, non contẽnentes id quod benè à Deo dictum eſt: Quando dicis, de Deo iudica, quanquam etiam vera de Deo dicere, periculum non modicum eſt. Rogamus itaque, quandoquidem nihil ſine Deo bonum eſſe poteſt, & maximè intelligentia diuinitus inſpiratarum ſcripturarum, vt patrem vniuerſorum Deum per Saluatorem noſtrum ac pontificem genitum Deum adeas, ac petas dari nobis primùm vt rectè quæramus. Extat enim quærentibus promiſſio, quod inuenire debent, fortaſſis neque omnino quærentes, cum Deus conſideret etiam eos qui non via ad hoc procedunt. Hactenus Origenes. *clauis Dauid.* *Quomodo intelligãtur ſcripturę.* *Maledictiones Chriſti in legislatores.* B *Cur aggreſſus ſit dicere de his.*

Principium eſt mihi vt dicam contra faſtuoſum, & in apparentia ſapientem, & imperſcrutabilium perſcrutatorem, & cœleſtium examinatorem, hunc qui nugis mundum impleuit: quemadmodum etiã præſtantior me contra ipſum dixit: primùm quidem de genito Deo. Et quòd quidem æquales dictiones & æquiuoca multa in vita ſunt, penitus id manifeſtum eſt. Et ſiquidem ab alio hæc dictio vſurpata eſſet, poterat dici quod iuxta rectam intelligentiam & hoc dictum eſſet. Quando verò in multis locis inuenimus ipſum abalienantem vnigenitum Deum à deitate & eſſentia patris, ſimúlque etiam Spiritum ſanctum, ea gratia genitum Deum hic dixiſſe, manifeſtum eſt quòd creatum decernit. Nam quod quidam nos decipere volunt, ac dicere, æquale eſſe γεννητὸν ac γενητὸν, non admittendum eſt, vt de Deo dicatur, ſed de creaturis ſolum. Aliud enim eſt γεννητὸν, & aliud γενητὸς. Quando igitur γενητὸς ab ipſo dictus eſt Deus, quod factum aut creatum potius quàm genitum ſignificat, primùm interrogamus, Quibus modis creatus eſt Deus, qui per hanc vocem apud re honoratur Deus? Quomodo verò adhuc adorandus erit, ſi factitius eſt? Aufer enim indignationem quæ eſt apud ſanctum Apoſtolum, propter eos qui creaturam velut Deum tractant, & tribue mihi Deum qui adoratur, creatum ſecundum piam fidẽ, quæ non amplius creaturam adorat, ſed creatorem, & erit apud te rationi conſentanea cõſequentia erroris tui ſermonis à patrum pietate. At non poteris hoc præſtare. Si verò etiam auſus fuiſti deprædari aliquando ac violare, neque in hoc conſentaneam ratiocinationem piorum ad tantam improbitatem euertere, ô phanatice, potuiſti. Repugnat enim & intellectus & ratio. Omne enim quod creatum eſt, non eſt adorandum, velut dixi. Si verò omnino adorandum eſt, cum multa alia ſint creata, nihil vtique retulerit etiam nos cum vno creato vniuerſa adorare quæ conſerua ſunt, & eidem inſtituto appellationis ſubiecta. Videamus autem per quatuor Euangelia, per quæ omnem noſtram vitã gubernauit Deus, Verbum in mũdum allatus; an alicubi dixerit Chriſtus, Deus me creauit, aut pater meus creauit me. Videamus aurem an & pater pronunciarit in vno Euangelio, Creaui filiũ, & demiſi vobis. Verùm de hoc hactenus. Cæterùm de teſtimoniis ſæpè multa expoſuimus, de his qui creaturam introducũt. Nihil autem moleſti erit etiam in præſens oſtẽdere, quomodo ſermo facilè intelligatur, & dicere ad hunc vltrò *Propoſiti huius intẽtio.* C *Hæreticorum dolus vt ſeducãt* D *Creationis matrẽ exulet à generatione filii in diuinis.*

sibi sapientiam arrogantem: Quomodo poterit, ô bone, creatus esse qui dicit, Ego in patre, & pater in me. &, Duo vnum sumus? Quomodo verò potest alius esse qui æqualem honorem à patre habet? Nemo enim nouit filium nisi pater, neque patrem nisi filius. &, Qui vidit me, vidit patrem. Rursus porrò similiter quæ ambigua sunt apud ipsum de resurrectione, ordinem sequentes dicemus ex ipsius verbis. Ab vna autem dictione omnem sententiam ipsius ostendemus, & incredulitatem opinionis dogmatis ipsius reuelabimus. Etsi enim per longum ab ipso sæpe de hoc dictum est, & in multis libris has nugas inculcauit, tamen confutationem apponam ex his quæ in primo Psalmo exposuit contra credentes firmæ spei nostræ resurrectionem. Et est velut dicit, Ob id non resurgent impii in iudicio. Deinde prout consuetudo eius est, ab editionibus persuadere, similiter inquit Theodotion, Aquila, Symmachus. Postea infert contra filios veritatis cauillando: Hinc, inquit, simpliciores ex credentibus occasione accepta, putant impios resurrectionem non assecuturos esse, & diuino iudicio non dignos fore: qualem intelligant resurrectionem, & quale imaginentur iudicium, non valdè declarantes. Etiamsi enim videantur de his pronunciare, approbatio ipsos redarguit, cum consequentiam ex ordine seruare non possint, quando modum de resurrectione ac iudicio non obtinuerunt. Si igitur interrogauerimus, Cuius resurrectio sit? respondent, inquit, Corporum quibus nunc circundati sumus. Deinde vbi amplius interrogauimus nos, Vtrum totius essentiæ ipsorum, aut non? priusquam examinent, dicunt, Totius. Si verò amplius dubitauerimus, cum simplicitate ipsorum circumlati, & nihil de eò quòd fluxa sit essentia expendentes: An simul resurget sanguis qui in venarum sectionibus effluxit, & carnes in morbis consumptæ, & pili omnes qui vnquam nostri fuerunt, aut soli hi qui ad exitum manserunt? Aliquando quidem offenduntur hac examinatione, putantes oportere permittere Deo, vt quod vult de his faciat. Aliquando verò condescendere videntur, & pilos quos in fine vitæ huius habemus, nobiscum resurrecturos esse dicunt. Qui verò ex ipsis sunt generosiores, vt ne cogantur sanguinem sermone colligere, multoties ex corporibus nostris secretum, & mutatas in morbis carnes, & sudores, aut qualemcunque tandem materiam: dicunt, Corpora nostra qualia in fine sunt resurgere. Hæc sunt prædicti illius sapientiam sibi arrogantis ambigua circa veritatem verba, quæ necessariò apposui declarationis gratia, his qui omnem sententiam ipsorum scire volunt incredulitatis de resurrectione. Nam & alia post alia multa habet, in hac Psalmi consequentia. Dicit enim, Ob hoc non resurgent impii in iudicio. Hinc autem & vlterius reprehendit eos qui certam resurrectionem decernunt, & firmam spem resurrectionis mortuorum credũt, velut qui simplices sunt, multa improba addens, & sophisticam quandam opinionem exponens, non fidele quid, sed syllogisticum quicquid tandem illud est, in subuersionem eorum qui ipsi credunt, ex his quæ secundum naturam nobis accidunt, euertere conatus est eiusdem resurrectionis nostræ veræ spei confessionem. Ego verò his qui iam se probè fatigarunt, & omnem ipsius excogitatam rhetoricam improbitatem subuerterunt: non in audacia præstantior esse volens, vt qui tenuitatem meam non ignorem: contentus esse duxi his quæ rectè à beato Methodio in sermone de Resurrectione contra ipsum Origenem dicta sunt, quæ sanè hic ad verbum apponam. Et habent Methodii verba sic, velut ipse hic expressi, ac locaui.

Resurrectio quomodo ab Origene tractetur.

Quomodo fiant in resurrectione resumptiones.

Cur non resurgent impii in iudicio & quo modo

A

B

Ex Methodio epitome Origenis verborum de resurrectione.

Methodii de Origene cẽsura

Verus modus resurrectionis.

Vanæ speculationes de corporum resurrectione.

C

D

HInc simpliciores ex credentibus occasione accepta, putant impios resurrectionem non assecuturos esse, & diuino iudicio non dignos fore: qualem intelligant resurrectionem, & quale imaginẽtur iudicium, non valdè declarantes. Etiamsi enim videantur de his pronunciare, experientia ipsos redarguit, quum consequentiam ex ordine seruare non possint, quando modum de resurrectione & iudicio non obtinuerunt. Si igitur interrogauerimus, Cuius resurrectio sit? respondent, Corporum quibus nunc circundati sumus. Deinde vbi amplius interrogauerimus nos, Vtrum totius essentiæ ipsorum, an non? priusquam examinent, dicunt, Totius. Si verò amplius dubitauerimus, cum simplicitate ipsorum circumlati, & nihil de eò quòd fluxa sit essentia expendẽtes: An resurget simul sanguis qui in venarum sectionibus effluxit, & carnes in morbis consumptæ, & pili omnes qui vnquam nobis fuerunt, aut soli hi qui ad exitum manserunt? decurrunt ad hoc, vt permittamus Deo facere quod vult. Qui verò generosiores sunt ex ipsis, vt ne sanguinem sermone colligere cogantur, quem sæpe ex corporibus nostris secerni contigit: dicunt, Corpus nostrum quale in fine est, resurrecturum esse. Amplius verò & ob id quòd mutabilis est corporis natura, dubitauimus & de huiusmodi. Nunquid velut aliměta in nostrum corpus digeruntur, & similitudines transmutant: sic etiam nostra corpora transmutantur, & in carnuoris volucribus ac feris fiunt partes illorum corporum? Et rursus illa ab hominibus aut aliis animalibus comesta transmutantur, & fiunt hominum aut aliorum animalium corpora? & hoc diu fiente, necesse est idem corpus plurium hominum sæpe partem fieri. Cuius igitur erit corpus in resurrectione? Atque sic in profundum nugacitatis nos imprudentes illabi continget. Et post has dubitationes, ad hoc quod omnia Deo possibilia sunt, confugiunt: & sententias scripturarum quæ id quod ipsi volunt iuxta promptam expositionem subiicere possunt, proferunt. Velut in Ezechiele: Et facta est super me manus Domini, & eduxit me in spiritu, & posuit me in medio campi. Et hic erat plenus ossibus humanis, & circumduxit me ob ipsa circumcirca, & ecce multa valdè in conspectu campi, & ecce ipsa ficca valdè, & dixit ad me: Fili hominis, nùm viuent ossa hæc? Et dixi, Domine Deus, tu nosti hæc. Et dixit ad me, Fili hominis, vaticinare. Et dixi ad ipsa, Vos ossa ficca hæc, audite sermonem Domini. Hæc dicit Dominus ossibus istis: Ecce ego induco in vos spiritum vitæ, & dabo super vos neruos, & indu-

& inducam ſuper vos carnes, & extendam ſuper vos pellem, & dabo ſpiritum meum ſuper vos, & vi-
" " uetis, & ponam vos in terram veſtram, & cognoſcetis quòd ego ſum Dominus. Hoc quidem igitur pro
" " babiliore dicto vtuntur. Sed & alia Euangelica dicunt, velut hoc: Illic erit fletus & ſtridor dentium, &
" " hoc, Timete eum qui poteſt animam & corpus perdere in gehenna. Et hoc in Paulo: Viuificabit mor-
" " talia corpora noſtra, eò quòd inhabitat ſpiritus eius in nobis. Oportet autem omnem veritatis ſtudio-
ſum, horum ſententiam noſſe, & de reſurrectione contendere, vt ſeruet veterum traditionem, vitétque ne cadat in nugas pauperis intellectus, ſimúlque impoſſibilis, ac Deo indigni. Sic igitur de hoc loco diſtinguendum eſt. *Cauſa reſurrectionis.*

A Omne corpus quod à natura continetur, quæ forinſecus aliqua diſponit ac ſuccenturiat inſtar alimenti in ipſum, & pro ingeſtis alia ſecernit (velut ſunt plantarum & animalium corpora) nunquam idem habet materiale ſubiectum. Quapropter non malè fluuius appellatum eſt corpus, eò quòd iuxta exactam conſiderationem, neque per biduum primum ſubiectum idem eſt in corpore noſtro. quanquam Paulus aut Petrus ſemper idem ſit, non ſolum ſecundum animam, cuius eſſentia neque defluit in nobis, neque ſuperinductitium quid vnquam habet, etiamſi fluxa ſit corporis natura, eò quòd ſpecies quæ effigiat corpus, eadem ſit ita vt etiam formæ eædem maneant qualitatem Petri & Pauli exhibentes. Iuxta quam qualitatem etiam cicatrices ex pueris in corporibus manent, & aliæ quædam proprietates: velut lentigines, & ſi quid his ſimile eſt in ſpeciem, ſecundum quam ſpecificatur Petrus & Paulus ſecundum corpus, quod in reſurrectione circundatur rurſus animæ in melius transmutatum: non omnino autem adhuc inſitum eſt ipſi primum ſubiectum. Quemadmodum autem ſpecies eſt à puero vſque ad finem, etiamſi characteres ac formæ multam videantur habere euariationem: ſic intelligendum eſt etiam in præſenti eandem ſpeciem quam in futuro, quantumuis plurima futura in melius mutatione. Neceſſarium eſt enim animam, dum in locis corporalibus eſt, vti corporibus locis conuenientibus. Et quemadmodum ſi aquatici facti fuiſſemus, & ſi in mari viuere nos oportuiſſet, omnino ſanè oportuiſſet nos etiam aliam corporis conſtitutionem conſimilem piſcibus habere: ſic cum hæredes futuri ſimus regni cœlorum, & in locis excellentibus futuri, neceſſarium fuerit vti corporibus ſpiritualibus, non priore ſpecie diſſipata, etiamſi ad maiorem gloriam eius mutatio fiat: quemadmodum erat IESVS ſpecies & Moſis ac Heliæ, non alia in transformatione ab ea quæ erat. *Corpꝰ eſt fluuius.*

B Ne offendaris itaque, ſi primum ſubiectum quis dixerit non fore idem tunc, quando ratio ipſa inſtare potentibus oſtendit, quod neque nunc per biduum poteſt eſſe primum ſubiectum. Operæprecium porrò eſt noſſe, etiam aliud ſeminari, aliud reſurgere. Seminatur enim corpus animale, reſurgit corpus ſpirituale. Et ad omnia infert Apoſtolus fermè terrenam qualitatem nos depoſituros eſſe docēs, ita vt ſpecies ſeruetur in reſurrectione. Hoc autem dico fratres, quòd caro & ſanguis regnum Dei poſſidere non poſſunt, neque corruptio incorruptibilitatem. Fortaſſis equidem conſeruabitur ab eo qui aliquādo propriam carnem fecit, caro verò non amplius erit. Sed quod aliquando imprimebatur in carne, hoc imprimetur in ſpirituali corpore. Cæterùm ad verba ſcripturarū quæ proponunt fratres noſtri, hæc dicere licet. Et primum in Ezechiele, in quantum ex his volunt ſimpliciores, iuxta ipſa verba: Neque carnium reſurrectio erit, ſed oſſium ſolum, & pellium ac neruorum. Simul autem oſtendendum eſt ipſis, quòd abripiuntur velut non intelligentes quod ſcriptum eſt. Non enim ſi oſſa nominantur, omnia oſſa hæc intelligenda ſunt: quemadmodum neque in hoc, Diſſipata ſunt omnia oſſa mea: & Sana me, quoniam conturbata ſunt omnia oſſa mea, quum manifeſtum ſit, non dici oſſa ſecundum cōmunem ſignificationem. Sequitur itaque ad ſermonem ſicuti ipſi dicunt: Sicca facta ſunt oſſa noſtra. Ergo dicūt, Sicca facta ſunt oſſa noſtra, volentes reſurgere cōgregata. Sed hoc impoſsibile eſt. Dixerint autem vtique, Sicca facta ſunt oſſa noſtra, qui in captiuitatibus cōſtituti ſumus, & omnem viralem humiditatem amiſimus. Inferunt itaque hoc, Perit ſpes noſtra, diſſenſimus. Igitur promiſsio reſurrectionis populi eſt, à ruina & velut mortificatione qua mortificati ſunt, propter peccata inimicis traditi. Sed & peccatores à Saluatore dicuntur eſſe ſepulchra plena oſsibus, & omni immundicia. Decet autem Deum aperire monumenta vnuſcuiuſque, & educere nos ex monumentis viuificatos, velut Saluator Lazarum foras traxit. At verò illud, illic erit fletus & ſtridor dentium: ſic apud ipſos defendendum eſt, quod velut in
" " hac vita omne membrum ad vſum quendam opifex conſtruxit, ſic etiam dentes ad findēdum ſolidum alimentum. Quis igitur vſus dentium his qui puniuntur? Non enim in gehenna exiſtentes, per ipſos comedunt. Et oſtendendum eſt, quòd non omnia accipere oportet velut iacent. Dentes igitur, inquit, peccatorum contriuit, & molares dentes leonum confregit Dominus. Quis autem adeò ſtolidus ſit, vt putet, quòd Deus peccatorum corpora conſeruans, dentes ipſorum ſolum conterit? Quemadmodum igitur ſi quis talia volens ſic habere, in anguſtiam redactus trahetur ad allegoriam: ſic inquirendum eſt de ſtridore dentium in his qui puniuntur, anima facultatem manducandi habente, quę in tempore redargutionis de peccatis, iuxta colliſionem dentium, prout ſenſit dentibus fremet. At hoc, Timete eum qui poteſt animam & corpus perdere in gehenna: fortaſsis docet, quòd incorporea eſt anima: fortaſsis item declarat, quòd abſque corpore non punietur. De quo naturæ rationem ſcrutantes, de ſpecie ac primo ſubiecto diximus. Sed & hoc apud Apoſtolum, Viuificabit mortalia corpora noſtra: cum mortale ſit corpus, & vitæ non particeps, poteſt ſignificare vbi corporea eſt ſpecies, de qua diximus,
D natura mortalis exiſtens. Cum CHRISTVS manifeſtatus fuerit vita noſtra, & ipſam tranſmutat, ab hoc vt ſit corpus mortale, viuificatum per ſpiritum viuificantem ex hoc quod ſpirituale factum eſt. Quin & hoc ipſum interrogate, quomodo reſurgunt mortui, quali verò corpore venient? nudè declarat, quòd primum ſubiectum non reſurget. Si enim benè accepimus exemplum, proferendum eſt: Seminaria ratio in grano frumenti, decerpens adiacentem materiam, & per totam ipſam procedens,

Similitudo de ſtatu corporum ante & poſt reſurrectionem.

Sanguis regnum dei nō poſſidebit.

Oſſiū ſiccorum ratio apud Ezechielem.

Saluatoris de peccatoribus iudicium.

Dentium ſtridor quomodo accipiendus.

Quę primum time re debeamus.

Reſurrectionis imago.

dens,eandémque ipsius speciem abripiens,facultates quas habet aliquando terræ, & aquæ, & aëri,& igni addit,& deuictis illorum qualitatibus,ad hanc transmutat,cuius ipsa opifex existit. Et sic complet ur spica,excellenter differens à grano quod est ab initio,& magnitudine,& figura,& veritate.

Hactenus Methodius Origenis verba retulit. Sequuntur nunc Procli verba, quæ item Methodius recenset.

A

Procli ex Methodio verba.

QVæ quidem igitur Origenes tractans negocium de resurrectione explicauit, maximè variam ostendens speculationem,tot sunt velut in compendio dici potuerunt. Memor autem sis,vt etiam ea quæ ad illa consequuntur consideres. Consequens est enim assumere adhuc prædicta ex scripturis testimonia, quò velut statua omnes partes suas moderata oratio capiat, & in totum plena sit constructa, & nihil habeat defectuosum ex his quæ ad figuram ac pulchritudinem conducentia colliguntur. Quid igitur concinant scripturæ ad hæc, ad vitæ melioris complementum hominem corroborantes, dicendum est. Has enim si quis potens fuerit exactè intelligere, ita vt nihil à decoro rescindat,cognoscet resurrectionem de hoc corpore non oportere accipi, vt quod non possit in æternum immutabile permanere:sed de spirituali, in quo idem ipse character qui nunc in hoc habetur, conseruabitur, quo vnusquisque nostrûm etiam secundum formam idem sit, quemadmodum & ab Origene dictum est.

Origenis de resurrectione opinio.

Sic enim ille resurrectionem futuram esse sentit. Quum enim fluxile sit corpus materiale, & nûquam maneat in seipso,ne minimo quidem tempore,sed accedat & discedat circa speciem,quæ hominem delineat,à qua etiam figura ipsa cõtinetur:necessariò efficacius quiddam relatis tolerabunt. Verùm hanc ipsorum contentionem,& ex his & ex aliis plurib⁹ quis redarguere poterit. Demonstrabimus enim in sequẽtibus ac sermonis progressu,per naturæ veritatem,& non per coniecturas, neque Hieremiam vinctos terræ nos dixisse,propter societatem ad corpus,neque Dauidem hac de causa ligatos. Operæprecium enim est hæc proferre,in quibus maximè labi videntur.Proinde quum de pelliceis tunicis,& quod ante structuram ipsarum primi parentes vixerunt cum corpore immortalitate fruentes, insuperque quòd non potest corpus vinculum & carcer putari,ea quæ conueniunt dixerimus,ô viri iudices:iu

De vtroque statu primorũ parentum

B

dices enim vos dictorum ô optime Theophile voco: deinceps ad consequentia me conuertam, velut promisi,vt dilucidius videamus quod volumus. Vniuersorum opifex Deus quum vniuersa bono ordine composuisset, velut magnam ciuitatem, & verbi præcepto exornasset,& singula elementa consonè adaptasset,& animantium differentiis omnia expleuisset, vt mundus perfectè ad pulchritudinem augesceret,vbi omnigenas naturæ formas produxisset,sidera in cœlo,volatilia in aëre,quadrupeda in terra,natatilia in aqua,postremum hominem,præparata ipsi velut domo pulcherrima,in mundum induxit:totum imitamentum propriæ imaginis simile,& velut statuam in illustri templo bonam suis manibus constructam.Nouerat enim omnino quòd quicquid sua manu fabricaturus esset,id necessariò immortale futurum esset,vtpote immortalitatis opus.Immortalitatis enim immortalia fiunt opera, velut maliciei mala,& iniusticiæ iniusta.Non enim iusticiæ opus est iniusta facere,sed iniusticiæ. Neque vicissim iusta facere opus est iniusticiæ,sed iusticiæ.Quemadmodum neque incorruptibilitatis corrumpi facere,sed corruptionis.Immortalem facere non corruptionis est,sed incorruptibilitatis.Et in summa,quale fuerit id quod facit,iuxta eandem rationem id quod fit efficere solet.Deus autem & immortalitas est,& vita,& incorruptibilitas.Opus autem Dei,homo. Quicquid verò ab immortalitate factũ est,immortale est.Immortalis igitur homo est.Quapropter sanè hominem quidem ipse Deus fecit,reliqua verò animantium genera aeri & terræ ac aquæ producere præcepit.Homo autem verissimè dicitur secundum naturam,neque anima sine corpore,neque corpus sine anima,sed quod ex compage ani

Immortalitatis effectus.

C

mæ & corporis in vnam boni formam compositum est.Vnde hinc immortalem hominem factum esse apparet,extra omnem corruptionem & morbos constitutum. Didicerit autem hoc quis etiam abundè ex scriptura.De aliis enim omnibus quæ temporum spaciis pubescentia ac senescentia transmurantur. Educant,dicitur,aquæ reptilia animarum viuentium,& volatilia volantia in terra iuxta firmamentum cœli. Et producat terra animam viuentem secundum genus, quadrupeda & reptilia,& bestias terræ secundum genus. De homine verò non amplius similiter vt de illis dicitur, Producat terra,aut educant aquæ, aut fiant luminaria: sed, Faciamus hominem secundum imaginem & secundum similitudinem nostram, & imperent piscibus & volatilibus cœli, & omnibus pecoribus. Et accepit Deus limum de terra, & formauit hominem. Et quo sanè magis etiam vos differentiam percipiatis, quòd omnino & penitus ab aliis differens reperitur homo, & in secundo honore ab angelis connumeratus, & immortalitatis existens: age iuxta veram & rectæ opinionis ratiocinationem etiam hoc tractabo. Aliis equidem ab inspiratione spiritus in aere datum est, vt animata sint & viuant: huic verò ex ipsa immortali & excellenti essentia. Insufflauit enim Deus in faciem ipsius spirationem vitæ, & factus est homo in animam viuentem. Et illis quidem vt seruiant, & imperio subdita sint, præceptum est: huic verò, vt imperet & dominetur. Et illis diuersæ figuræ ac formæ naturarum dantur, quas solida & visibilis natura iubente Deo generauit: huic verò forma & imago Dei, & omnia ad illam exactam primariam patris ac filii vnigeniti imaginem. Fecit enim Deus hominem,secundum imaginem

Mandati Dei vis.

Hominis præstãtia.

D

Dei fecit ipsum.Quapropter etiam curam gessit perpetuitatis statuæ suæ,vt ne ex facili corruptioni obnoxia fiat,quemadmodum etiam statuarum opifices.Non enim solum pulchritudinis statuarum & decoris ipsarum curam habent, vt sint pulchræ ac præclaræ:sed etiam quantum eius fieri potest, sibiipsis immortalitatem ex operibus procurant, vt ad longum tempus conseruentur, & non dissoluantur.

Qui creatus homo.

Quemad-

Quemadmodum etiam Phidias fecit. Hic enim vbi Pisæum simulachrum fabricasset, ex ebore autem idipsum erat, oleum effundi iussit circum pedes coram ipsa statua, vt pro viribus ipsam immortalem conseruaret. Si itaque manuarii opifices sic faciunt, Deus optimus ille artifex, qui omnia potest ex nihilo facere, non magis statuam rationalem suiipsius hominem ipsum, incorruptibilem & immortalem omnino esse, ex omni necessitate machinatus est: sed siuit ita ignominiosè dissolui, interituíque ac corruptioni tradi, quam præcipuè propriis suis manibus facere dignatus est, ita vt secundum imaginem formarit ipsam, & secundum similitudinem suiipsius, mundum mundi, propter quem mundus factus A est? Non licet hoc dicere. Esset enim ad extremam desipientiam delati hoc sentire. At fortassis opponetis vos ipsos aduersus relata, ô Aglaophō, & dicetis: Et quomodo si immortale erat ex natiuitate, apud nos mortale factum est animal? quando sanè immortale impermutabiliter hoc quod est esse oportet, non delabens, neque decedens ad turpiorem & mortalem naturam: impossibile enim hoc est, alioqui non esset immortale, Dicam. Cum liberi arbitrii esset homo ad boni electionem, & hanc legem accepisset: Inuidia bonum odio habens, instituit & inuidit. Deus enim creauit hominem ob immortalitatem & imaginem propriæ æternitatis fecit ipsum. Deus enim mortem non fecit, neque delectatur in interitu viuentium. Verùm per inuidiam diaboli mors ingressa est in mūdum, quemadmodum etiam sapientia per Solomonem testatur. Et vnde est mors, tursus dici necesse est, si non mortem fecit Deus? Si ab inuidia est, & quomodo inuidia voluntate Dei magis potuit? At hoc ægrè explicabile dicemus. Vnde est inuidia? dicit aduersarius. Si enim à diabolo est, & cur diabolus factus est? Si factus est, etiam qui fecit ipsum, autor est vt sit malum. At omnino non est Deus malorum causa. Non est igitur factus diabolus: & si factus non est, etiam læsionis ac interitus exors est, & indefectuosus, nam non facto hæc ex omni necessitate adesse oportet, diabolus autem aboletur & punitur. Quod verò punitur, alteretur ac patitur. Læsionis verò exors est quod factum non est. Non ergo est non factus diabolus, sed factus. Si autem est factus, & omne quod factum est, à quodam principio factum est, & est ipsius opifex, etiam diaboli. Et vtrum etiam ille non factus est, aut factus? At non factum esse solum Deum intelligi oportet. B Neque enim est omnino in summa, in vniuersum alius opifex, præter ipsum. Ego, inquit, primus, & ego postea, & præter me alius non est Deus: neque transmutari aliquid oportet, aut creari potest præter ipsius voluntatem. Et enim quòd filius nihil à seipso facere potest, confitetur, nisi videat patrem facientem. Quæ enim (inquit) facit pater, ea & filius facit. Nec verò hostile quid, aut diuersum ab ipso sentiens, aut Deo oppositum est. Alioqui si quid feciſſet contra Deum, esse vtique cessasset, soluta eius constitutione per virtutem & robur Dei. Soli enim creatori soluere etiam immortalia possibile est. Ipse igitur diabolus dicetur spiritus circa materiam se habens, velut dictum est, ô Athenagora, factus à Deo quemadmodum etiam reliqui facti sunt ab ipso angeli, & ob materiam & materiæ speciem concreditam sibi habent administrationem. Hoc enim erat angelorum cōstitutio, quòd facti sunt à Deo ob prouidentiam eorum quæ ab ipso constructa sunt: quò vniuersalem quidem ac perfectam prouidentiam vniuersorum Deus haberet, & autoritas ac imperium omnium ex ipso penderet, & vniuersum velut nauigium sapientiæ gubernaculo citra inclinationem dirigeret: particularem verò angeli ad hoc ordinati haberent. Cæterum reliqui in his, ob quæ fecit ac constituit ipsos Deus, manserunt. Hic verò violauit, & prauus factus est circa concreditorum ipsi administrationem, & inuidiam contra nos concepit. Quemadmodum & qui posteà carnes amauerunt, & cum filiabus hominum ob concubitus amorem conuersati sunt. Spontaneam enim etiam ipsis habere ad vtraque voluntatem Deus constituit, velut etiam in hominibus: vt aut obedientes verbo essent cum ipso, & acciperent beatitudinem, eáque fruerentur: aut non obedientes iudicarentur. Erat autem & diabolus stella Lucifer. Quomodo excidisti (in C quit) è cœlo stella Lucifer, qui manè oriebaris? Erat lucis sidus matutinum, sed excidit, & in terram contritus est, vbi procreasset homini contraria. Deus enim indignatur superbis, & contumacem sententiam impedit. Inuadit autem, vt versibus dicam.

Cuncto, velut qui principium finisque sit,
Mortalium serpens malorum statui,
Thesaurum habens adeò grauem fetum mali.
Errore cæcus, ignorantiæque dux.
Vitæ lachrymis gaudens, simul suspiriis.
Ad improbas persuadet hic iniurias,
Consanguineas armemus vt contra manus
Fratres. Cain perduxit, vt resperserit.
Cruore primus terram sæuus rubido.
Et primus vt noster parens cœlestibus
De sedibus miser ruinam fecerit.

D Et diabolus quidem sic. Mors autem ad conuersionem inuenta est, quemadmodum pueris qui literas discunt plagæ ad correctionem. Nihil enim aliud est mors, quàm discretio ac separatio animæ à corpore. Quid igitur, causa mortis Deus dicetur? idem enim nobis rursus sermo ad aures venit. Absit. Nam neque præceptores principaliter causa sunt, vt pueri plagis tristificentur: Bonum igitur est mors, si quemadmodum plagæ pueris, ad conuersionem inuenta est: non mors peccati, ô sapientissimi, sed discretionis ac separationis carnis. Cum enim liberum arbitrium habeat, & per se potens sit homo, & voluntatem per se dominantem ac dehberantem ad electionem boni, velut dixi, acceperit, audieritque. De omni ligno in paradiso edite, de ligno verò cognitionis boni & mali ne edatis.

Phidiæ statuarii factum.

Inepta de creatione hominis fictio.

vnde mors

Dialolus non est factus.

Diabolus est factus.

Angeli cur facti sunt.

Diabolus lucifer stella.

Mors cur inuenta.

Quacun-

Quacunque enim die ederitis de ipso, morte moriemini: consentiens à seipso ad esum, & diabolo variè ad inobedientiam persuadenti inescatus, reprobauit mandatum Dei, & factum est hoc ipsi in scanda- "
Natura liberi arbitrii. lum, laqueúmque ac offendiculum. Non enim fecit Deus malum, neque est omnino in totum autor "
mali. Sed quicquid liberi arbitrii sic ab ipso factum est, aut ad custodiendam ac seruandam legem quã ipse iustè tulit, id non seruans ipsam malum dicitur. Grauissimum autem est damnum, Dei præscriptũ negligere, & iusticiam secundum liberum arbitrium transgredi. Vnde quandoquidem pollutus & inquinatus est homo, à sententia Dei discessione facta, & multas maliciei maculas sibi affricuit, quas ptin ceps ille & pater erroris peperit, qui laborem (velut Scriptura ait) concepit, quo hominem ad iniusti- A
ciam semper seducere ac concitare possit: Deus omnipotens immortale malum ex insidiis ipsum factũ intuitus, velut etiam diabolus seductor erat, pelliceas tunicas ob id fecit, velut mortalitate ipsos ami-
Pellicearum tunicarum ratio. ciens, quo per corporis solutionem omne in ipso factum malum moreretur. Iam verò anteà dubitatum est ac demonstratum, pelliceas tunicas non esse corpora, tamen etiam rursus (neque enim semel hæc dicere satis est) dicemus. Ipse primus formatus Adam ante præparationem ipsarum confitetur, se & ossa habere & carnes, quando sanè vxorem sibi adductam conspicatus, dixit: Hoc nunc os ex ossibus "
meis, & caro ex carne mea. Hæc vocabitur vxor, quoniã ex viro suo sumpta est. Huius gratia relinquet "
homo patrem suum & matrem, & adhærebit vxori suæ, & erunt duo in carnem vnam. Non enim tole "
rabo quosdam nugantes, ac violantes impudenter scripturam, quo ipsis carnis resurrectio non esse con cedatur, ossa intelligibilia & carnes intelligibiles supponentes, & alias aliter sursum ac deorsum allego rias transmutantes. Cum hæc ita velut scripra sunt accipi debere, Christus ipse confirmet, vbi interrogã tibus pharisæis de separatione vxoris, respondet: Qui ab initio creauit, masculum & fœminam fecit, & "
dixit: Huius gratia relinquet homo patrem ac matrem, &c. Quomodo enim de animis solum accipien "
Limus terræ materia hominis. dum esset hoc, Crescite & replete terram. Aut hoc, Accepit Deus limum de terra, & formauit hominẽ: quod propriè de corpore dictum esse apparet. Non enim de limo & grauioribus, essentiam adepta est anima. Quare verisimè certum est vndiquaque, ante pelliceas tunicas incorporatum fuisse hominem. Hæc enim omnia ante lapsum ipsius dicta sunt: de tunicis verò, post lapsum. Vnde procedamus rursus inspecturi, quæ in manibus habemus, quum sufficienter ostenderimus, pelliceas tunicas non esse corpo
Cur deiectus Adã de paradiso. ra: sed mortalitatem à ratione animalium constructam. Hoc enim consequens est. Denique extra termi nos paradisi ob hanc causam eiicitur. Non enim quòd non vellet Deus ipsum decerpere de ligno vitæ, B
ac edere, eiecit: poterat enim in æternum viuere, vbi rursus de ligno vitæ ediisset: sed vt ne immortale fie ret malum, velut indicauimus. Alioqui cur Christum è cœlis demisisset in terram, si omnino voluisset hominem mori, vt penitus vitam non gustaret? Si verò ex pœnitentia Deum hoc feciisse dixerit aduersa rius contradicens, debilis est ipsorum ratio, pœnitentem Deum inducens. At neque ignorans futuri Deus, neque mala faciens, sed & summè bonus, & præscіens futura. Quare non eò quòd non seruetur in æternum ipse qui de ligno vitæ edit, eum eiecit: sed vt mortificaretur primùm morte peccatum, quo sic post mortem consumpto peccato, excitatus homo purus ederet vitam. Nemo verò improbior periculum faciat argumentando, velut hæc aliter dicta sint. Qui enim omnino decernit carnem hanc non esse immortalitatis susceptoriam, reuera dementiæ per morbum maledicus est. Cur enim post tunicarum pellicearum constructionem Adam eiicitur, prohibitus edere de ligno vitæ ac viuere, si omnino impossibile erat, hominem in æternum viuere cum corpore? Impedimẽtum enim contingit, velut possit ipse non mori, si de ligno gustet. Ait enim: Et fecit Dominus Deus Adam & vxori eius tunicas pelliceas, & induit ipsos. Et dixit Deus, Ecce factus est Adam sicut vnus ex nobis, vt cognoscat bonũ & ma "
lum: & nunc ne fortè extendat manum, & accipiat de ligno vitæ, & comedat ac viuat in æternum. Et C
expulit ipsum Dominus Deus ex paradiso voluptatis, vt coleret terram ex qua acceptus est, & eiecit A- "
dam. Igitur potuisset viuere corpus in æternum, & immortale esse, nisi ptohibitus fuisset gustare vitã, "
prohibitus est autem, vt peccatum coocciſum cum corpore moreretur, corpus verò peccato perdito re surgeret. Quo itaque nõ esset homo malum immortale, velut dixi, & perpetuum haberet in seipso pec-
Cur pelliceæ vestes datæ post peccatum catum prædominans, vtpote quod in immortali corpore germinasset, & immortale alimentum habe ret: Deus ob hoc ipsum prohibuit, mortalitate amictum. Hoc enim pelliceæ tunicæ volebant, quo sanè per solutionem ac diuisionem corporis, peccatum infernè stirpitus ac radicitus in totum corrumpere tur, vt ne vel tantillum radicis sineretur, à quo noua peccatorum germina emergerent. Quemadmodũ enim, vbi in ædificiis templorum pulchrorum ficus enata est, & in longitudinem ac magnitudinẽ pro-
Simile. bè coalta, & in omnes compositiones lapidum per multum sarmẽtosas radices diffusa, non prius à nascendo quiescit, donec tota euellatur, dissolutis lapidibus in locis in quibus enata est: possunt enim rursus in suos locos adaptari lapides, ficu sublata, quo templum quidem seruetur, nihil amplius malorum
Homo tẽplum est Dei. ipsum dissipantium sibiipsi producens, ficus verò tota radicitus euulsa emoriatur. Eodem modo etiam Deus optimus artifex templum suum hominem, qui instar syluestris ficus peccatum produxit, breui bus mortis ictibus dissoluit, occidens (velut scriptum est) & viuificans: quo rursus earundem partium D
caro, post exsiccatum ac mortuum peccatum, instar renouati templi, immortalis & illæsa excitetur, pec cato perfectè ac funditus perdito. Viuente enim adhuc corpore, antequam moriatur, necesse est simul viuere peccatum, intus in nobis radices suas abscondens; etiamsi forinsecus per castigationum ac ad-
Malarum cupiditatum origo monitionum sectiones fuerit refrenatum. Alioqui post illuminationem non contingeret nos iniusta facere, vtpote peccato penitus sinceriter à nobis ablato. Nunc verò etiam postquam credimus, & ad a quam purificationis deuenimus, sæpe in peccatis reperimur. Nemo enim sic seipsum à peccato alienũ esse iactet, vt neque omnino in animo de iniquitate cogitet. Quare constat, contrahi quidem ac sopiri

per fidẽ

per fidem nunc peccatum, vt ne fructus noxios producat, non tamen radicitus tolli. Et nunc quidem
A prauas cupiditates ac cogitationes velut germina ipsius contrahimus, ne qua amara radix sursum enas-
" cens infestet, non sinentes hiare & aperiri conculsa oscula ad faciẽdos exortus doctrinæ ratione instar *Radix peccati non aufu-*
" asciæ radices ipsius infernè nascentes secante. Tunc verò etiam ipsa cogitatio de malicia dissipabitur. *sa.*
" Neque verò scripturarum testimonio hic sermo caret, si quis sincetiter verum dicere velit. Nam nouit
" etiam Apostolus, nondum radicem peccati integrè ex hominibus sublatam esse, nunc quidem dicens
" Noui enim quòd non habitat in me, hoc est in carne mea, bonum. Velle enim adest mihi, operari verò
" bonum, non. Non enim quod volo, facio bonum: sed quod non volo, malum, hoc facio. Si verò quod
non volo, hoc facio: non amplius ego facio ipsum, sed quod habitat in me peccatum. Nũc verò: Dele
ctor lege Dei secundum internum hominem. Sed video aliam legem in membris meis, rebellantem
legi mentis meæ, & omnino captiuum facientem me legi peccati, quæ est in membris meis. Adeò nõ-
dum cõtigit peccatum funditus ac radicitus exscindi. Non enim penitus moritur, sed viuit. Quomodo
enim id fieri posset antequã homo morti obiiciatur? quo vnà cum ipso tabefactum ac corruptũ, ipsum
quidem prorsus pereat ac pessundetur, velut planta soluto eo in quo occultans radices suas conseruaba *Medica-*
tur: homo verò rursus non amplius habens radicem producentem amaritudinem exsuscitetur. Proinde *menta cõ-*
in auxiliaris medicamenti modum, ab auxiliatore nostro & verè medico Deo, ad eradicationem pec- *tra mor-*
cati ac deletionem, assũpta est mors, vt ne perpetuò durans in nobis immortale sit peccatum, vt quod in *bos à deo*
immortalibus exortum est. Ipsi verò mutilati, & ægrotantium modo exsurgentes, in virtutis domo *quærenda*
diu conuersemur: vt qui in subsistentibus semper, immortalibúsque corporibus magnum peccati mor
bum nutrimus. Quapropter sanè hãc ad ambo salutem, ad animam & corpus, instar medicamentariæ
B purgationis, mortem Deus benè inuenit, quò sic omnino inculpabiles ac innoxii efficiamur. Age verò
quandoquidem multis circa talia exemplis opus est, hinc ipsa maximè consideremus, non prius desti- *Simile.*
tuti, antequam in clariorem interpretationem ac demonstrationem oratio ipsa desierit. Videtur igi-
tur velut si quis summus opifex statuam pulchram ex auro aut alia materia à se constructam, & per
omnia membra congruenter ad pulchritudinem exornatam, rursus conflet, mutilatam repentè cons-
picatus à pessimo quodam homine, qui præ inuidia non tulit decoram esse statuam, eam quæ læsit, ina
nem voluptatis fructum capiens. Attende, ô sapientissime Aglaophon. Quòd si voluerit opifex ille nõ
esse mutilam & vituperabilem, eámque cum tanto studio ac cura ab ipso elaborata est, rursus impelle
tur vt conflet ipsam, ac talem faciat, qualis prius erat. Si verò non conflarit, neque coegerit, verùm ma-
nere siuerit, curans ipsam, ac corrigens, necesse est ignitam ac cura contrectatam statuam non amplius
posse conseruari eandem, sed immutatam fieri ac distractam. Quapropter si voluerit opus ipsum pul-
chrum esse, ac irreprehensibile, confringi, ac rursus conflari oportet, quo turpitudines & alterationes
omnes, & quæ ex insidiis ac inuidia in ipso sunt, per reparationem ac conflationem pereant. Ipsa verò
statua in speciem suam integra & inadulterata similima sibiipsi fabricetur. Statuæ enim perire non cõ
" tingit per artificem ipsius, etiamsi rursus in materiam resoluatur. restitui enim potest. Turpitudines au
" tem & mutilationes perire contingit. colliquescunt enim. Restitui autem non possunt, eo quod in omni
" arte optimus opifex nõ ad turpia aut offensas, sed ad symmetriã rectitudinémque, ac cogruentiã operis
" respiciat. Idem sanè videtur mihi etiam in nobis Deus dispositisse. Hominem enim decentissimum *Opificiũ*
suum opificium, insidiis & inuidia malè afflictum conspicatus, non sustinuit relinquere talẽ, cum beni- *Dei orna-*
gnus erga homines sit, vt ne in æternum esset vituperatum, immortale in se habens vituperium. Sed *tissimum*
C dissoluit rursus in materiam, quo per reformationem colliquescant ac dissipentur omnia in ipso vitu- *homo est*
perabilia. Nam illic conflari statuam, est hic mori ac dissolui corpus. Illic vero reformari materiam, ac
suo nitori restitui, est hic post mortem resurgere. Quemadmodum & propheta Hieremias dicit, nam
& ipse de his sic admonet: Et descendi, inquit, in domum figuli, & ecce ipse faciebat opus inter lapi-
des, & excidit vas quod faciebat in manibus suis, & rursus fecit ipsum vas alterum, velut placuerat ipsi
facere. Et factum est verbum Domini ad me dicens: Nùm quemadmodum figulus hic, non potero
" hoc vobis facere domus Israël? Ecce sicut lutum figuli vos estis in manibus meis. Attende enim quo- *Homo tã-*
modo, velut dixi, postquam transgressus esset homo, magna illa manus nõ probauit in contentionem *quam vas*
relinquere suum opus velut adulterinum, cum diabolus illud iniustè ex inuidia læsisset: sed lique- *fictile in*
" factum emolliuit ipsum rursus in lutum velut figulus, reformans ipsum, quò per reformationem om- *manibus*
" nes in ipso turpitudines ac contusiones deleantur, & ipsum totum complacens denuò irreprehensibi- *Dei.*
" liter fiat. Aut non habet potestatem luti figulus, facere ex eadem massa vas aliud ad honorem, aliud ad
ignominiam? hoc est (sic enim Apostolus mihi declarare videtur.) Nunquid potestatem non habet
Deus, qui ex materia vnaquaque eandem effinxit ac efformauit vnamquámque speciem, aut in hono-
rem ac gloriam nos exsuscitare, aut in ignominiam ac condemnationem? in ignominiam quidem, eos
qui in peccatis prauè vixerunt: in honorem verò, eos qui in iusticia. Quemadmodum ostẽsum est hoc *Resurgen*
etiam à Daniele, qui dicit: Multi ex dormientibus in aggere terræ, excitabuntur, partim in vitam æter- *tium Inæ-*
nam, partim in opprobrium ac confusionem æternam. & prudentes splendebunt velut plendor firma- *qualitas.*
D menti. In nobis enim est, non extirpare perfectè prauitatis radicem, verùm non in extensionem sinere
" excrescere ac fructificare. Nam vniuersalis & perfecta radicum ipsius sublatio ac interitus à Deo fit,
" per corporis (velut dictum est) dissolutionem: particularis vero, ad hoc vt ne germen ferat à nobis.
Et propterea eum qui enutriuit ipsam magis in augmentum ac magnitudinem, & non eruit ac distin-
xit quantum in se fuit, necesse est pœnam dare: quoniam cum potuit, & facultatem ad hoc habuit, ma-
luit nociuum vtili potius prę ferre. Quarè nemo qui ipse in causa est, petulanti lingua reprehendat di-

uinam naturam, velut non iustè distribuentem vnicuique vitiorum ac virtutis taliones. Quis enim es, ô homo, qui contrà respondes Deo? Nùm dicit figmentum ad fictorem, Cur me fecisti sic? Quomodo enim id faceret, quando ex propriæ voluntatis consilio maliciam elegit? Quapropter etiam non dicet Deo, inuariabilibus iusticiæ decretis iudicanti, Cur me sic fecisti? Quemadmodum potens ille iaculator Apostolus, distortis verbis in medium coniectis, obscuram quidem & occultatam facit lectionum altitudinis elaborationem, verissimam autem & rectæ opinionis, & quæ nihil habet neglectum, aut ægrè adeò explicabile. Nam his qui non adhibito studio & ingenerosè à verbis excidunt, aliquando incohærentia & dissona dicere videtur. Qui verò studiosè & sobria ratiocinatione relegunt, magno ordine ac veritate plena. Proinde exactè de his nunc tractare, ipsum per se solum ingens opus fuerit. Etenim ridiculum sit, si relinqueremus tuam considerationem, cuius gratia hæc scripsimus, & ad alia transiremus. Hæc enim à nobis dicta sunt propter eos qui vltrò per se mali existunt, instar fatuorum. Cum itaque clarissimè ostensum sit mortem homini non in malum aliquod excogitatam esse, sed in bonum; deinceps oportet non malè his intendentem, de corporis resurrectione considerare. Quomodo enim non vtilis sit mors, quæ corrumpit ea quæ naturam nostram deprædantur? etiamsi iuxta tempus grauis sit quo afferri videtur, velut austerissimum ægroto phatmacum. Et vt ne sæpè eadem de iisdem repetamus, age & ex cantico Deuteronomii sermonis confirmatione facta, procedamus sequētia distincturi. Nam quod dicit à Deo, Ego occidam & viuere faciam: percutiam, & ego sanabo, & non est qui eximat ex manibus meis: qui aliud docere vult, quàm quòd ob hoc corpus primum occiditur ac moritur vt rursus resurgat ac viuat: percutitur primū ac sauciatur, vt rursus saluū ac sanū formetur? Et nihil omnino in vniuersum eximere ex magna ac forti ipsius manu ad perditionem & interitum potest, non ignis, non mors, non tenebræ, non chaos non corruptio. Quis enim, inquit, separabit nos à charitate CHRISTI? quem interpreteris manum patris, & Verbum: tribulatio, aut angustia, aut persecutio, aut fames aut nuditas, aut periculum, aut gladius? velut scriptum est: Propter te mortificamur tota die, reputati sumus velut oues ad mactationem destinatæ. verùm in his omnibus superamus, per eum qui dilexit nos verissimè. vt impleatur, velut dixi, Ego occidam, & viuere faciam: percutiam, & ego sanabo: & non est qui eximat nos à charitate Dei, quæ est in CHRISTO IESV ad perditionem. Quapropter etiam reputati sumus velut oues mactationi destinatæ, vt mortui peccato viuamus Deo. Et hęc quidē hactenus tractata sint. Cęterùm quæ cum his cohærent, sic in manus sumēda sunt. Si omne quod generatum est ægrotat (sic enim aduersarius proponit) & secundum natiuitatem, ac secundum alimentum, ab accedentibus, inquit, augetur, & ex decedētibus minuitur. Quę verò nō generata sunt, sana sunt, neque ęgrotant, neque indigent, neque concupiscunt. Concupiscunt autem generata, & coitum & alimentum. Concupiscere autem, est ægrotare. Verùm non concupiscere, neque indigere, est sanum esse. Aegrotant autem generata, quoniam concupiscunt. Non generata verò, non ægrotant. Patiuntur autem ęgrotantia, aut secundum plenitudinem ac copiam, aut inopiam eorum quæ accedūt & decedunt. Quod verò patitur, & deficit & perit. quapropter etiam generatur. Generatur autem homo. Non potest ergo exors læsionis esse homo, & immortalis. At verò concidit ipsis ratio etiam in his. Si enim omne quod factum aut generatum est, perit: nihil enim refert, vtrum dicas, nam & primi parentes non generati sunt, sed facti. facti item sunt angeli & animę. Qui facit, inquit, angelos suos spiritus: pereunt ergo angeli & animæ, ex ipsorum ratione. At neque angeli neque animæ pereunt. Immortalia enim sunt hæc, & indomita, quemadmodum qui fecit esse voluit. Immortalis igitur est homo Non placet autem vt illud dicatur, quòd omnia funditus pereant, & terra & aër & cœlum non futura sint. Exardescet equidem ad purgationem ac renouationem descensione facta totus mundus, ignelutus. Non tamen ad perfectum interitum ac corruptionem deueniet. Si enim melius est non esse quàm esse mundum, cur Deus qui mundum fecit, quod peius est elegit? frustrà laborauit. Igitur ad hoc vt sit & maneat, creaturam Deus constituxit, Quemadmodum etiam Sapientia confitmat, Creauit enim Deus omnia ad hoc vt sint, dicens Et salutares sunt mundi generationes, & non est inter ipsas lethale medicamentum. Sed & Paulus palàm testatur, dicens: Etenim sollicita creaturæ expectatio reuelationem filiorum Dei expectat. Vanitati enim creatura subiecta est, non volens, sed propter eum qui subiecit ipsam ob spem. Nam & ipsa creatura liberabitur à seruitute corruptionis, in libertatem gloriæ filiorum Dei. Vanitati enim creatura subiecta est, inquit: liberabitur autem à tali seruitute. Accipe quod creaturam mūdū hunc nunc dicere vult. Nō enim ea quæ nō vidētur, corruptioni seruiūt, sed hæc quę videntur. Manet igitur creatura in melius ac decentius renouata, exultans & gaudens resurrectione ob filios Dei, propter quos ingemiscit, et velut ex partu nunc dolet, redemptionem nostri corporis à corruptione etiam ipsa expectans, quo nobis exsuscitatis, & excussa mortalitate carnis, iuxta id quod scriptum est: Excute puluerem, & resurge ac conside Hierusalem: liberatisque à peccato, liberetur etiam ipsa à corruptione, non amplius vanitati seruiēs, sed iusticiæ. Nouimus enim quod omnis creatura coingemiscit, & velut ex partu dolet vsque ad hoc tempus. Non solum autem illa, sed & qui ipsas primitias spiritus habent; & nos ipsi in nobisipsis ingemiscimus, adoptionem expectantes redemptionem corporis nostri. Quin & Esaias confirmat. Quo enim modo cœlum nouum, & terra noua, quæ ego, inquit, facio manent in conspectu, dicit Dominus: sic erit semen vestrum, & nomen vestrum. Et rursus: Sic dicit Dominus qui fecit cœlum, hic qui condidit terram, & fecit ipsam, ipse discreuit eam non in vanum, sed vt inhabitetur. Reuera enim non in vanum, neque frustrà ad interitum creauit vniuersa Deus, velut sentiunt hi qui vana sentiunt: sed ad hoc vt sint, & habitentur ac permaneant. Quapropter necesse est etiam rursus terram ac cœlum fore post vniuersorum exarsionem ac consumptionē.

Paulinæ dictionis ratio.

Mortis vtilitas.

Amor dei omnia vincit.

Homo tāquā ouis ad macellum destinata.

Nulla læsio diligētibus deū.

Mundi exarsio.

Eorū quæ videntur & non vidētur differentia.

Quomodo nouum cœlum dici possit.

Creaturarum perpetuitas.

Cur

Cur verò hoc neceſſarium ſit, ampliorem adhuc prædictis rationem afferre oportuerit. Neque enim in
otioſam materiam, & talem ſtatum qualem ante conſtructionem habebant, reſoluentur vniuerſa: ne-
que rurſus in perfectum interitum ac corruptionem. At ſi non pereunt vniuerſa, dixerint aduerſarii,
quomodo igitur Dominus cœlum ac terram præteritura eſſe dixit? & Propheta dixit, Peribit cœlum
velut fumus, & terra velut veſtimentum inueteraſcet? Quandoquidem hic mos eſt ſcripturis, reſpon-
A debimus, vt hanc mundi tranſmutationem in meliorem ac magis glorioſam reſtitutionem, interitum
ac perditionem dicat, tanquam videlicet prior figura pereat per vniuerſorum ad illuſtriorem ſtatum
immutationẽ. Nam nulla contrarietas aut abſurditas eſt in diuinis ſcripturis. Præterit enim figura mũ-
di huius, & non mundus, dictum eſt. Sic ſanè morem habent ſcripturæ vt perditionem vocent, muta-
tionem in meliorem, aut pulchriorem prioris formæ. Velut ſi quis perditionem dicat figuræ puerilis,
mutationem in virum perfectum, dum puerilis ætas in magnitudinem ac pulchritudinem mutatur.
" Quando enim eram puer, loquebar vt puer, ſentiebam vt puer, cogitabam vt puer. Quãdo verò factus
" ſum vir, ea quæ pueri ſunt aboleui. Etenim expectandum eſt vt creatura turbetur velut moritura circa
exarſionem quo renouetur, non tamen pereat, vt renouati in renouato mundo triſticiæ exortes habite-
mus: aut velut dictum eſt, Emittes ſpiritum tuum, & creabuntur (in centeſimotertio Pſalmo) & reno-
" uabis faciem terræ: temperamentum ambientes deinceps procurante Deo. Cum enim futura ſit poſt
" hoc ſeculum terra, neceſſe eſt etiam fore habitatores, qui non amplius moriantur, nuptias contrahant,
ac generent, ſed velut angeli irreuerſim in incorruptibili optima facientes. Quapropter delictum eſt
dicere, in quali vitæ ſtatu tunc erunt corpora, cum neque aer, neque terra, neque alia futura ſint. Ope-
reprecium autem eſt etiam illud ad prædicta conſiderare, quòd magnam ruinam res habet, ſi de his re-
bus liberè loqui ô Aglaophon oportet. Nam vbi pronunciaſſe Dominum dixiſti, quòd qui reſurrectio
nem aſſequentur, erunt tunc velut angeli, vbi teneant videlicet ipſum Sadducæi: mox intuliſti, Angeli
B verò carnem non habentes in ſumma beatitudine, & propterea gloria ſunt. Ergo etiam nos, qui æqua-
les angelis futuri ſumus, neceſſe eſt ſimiliter velut illos nudos fore: ignarus ô optime, quòd is qui vni-
uerſa ex nihilo fecit ac conſtruxit, immortalium naturam non in angelos & miniſtros ſolum diſtri-
butam conſtruxit, ſed etiam in principatus & thronos, & poteſtates. Aliud enim genus eſt principa-
tuum, & aliud poteſtatum, quia non vnus ordo, & vnus ſtatus, & tribus ac familia immortalium, ſed
genera, & tribus, ac differentiæ. Et neque Cherubim propria natura decedunt, & in angelorum formã
mutantur, neque rurſus angeli in aliorum. Oportet enim ipſos eſſe & quod ſunt, & quod facti ſunt. Nã
& homo mũdũ habitare, & omnia in ipſo gubernare cõſtitutus, exſtructura ab initio immortalis exiſtẽs
nunquã tranſmutabitur ab eo quòd homo ſit, neque in angelorũ neq; in aliorũ formã. Quia neque an
geli in aliorum formam ex ea quam ab initio habent, tranſmutantur. Chriſtus enim venit, non in aliam
transformari ac tranſmutari humanam naturam prædicans, ſed in id quod erat ab initio, antequam ex
cideret cum mortalis eſſet. Oportet enim in propria ſui habitus figura vnumquodque creatum manere
vt omnia omnibus ſint impleta, cœli angelis, throni poteſtatibus, lumina miniſtris, diuiniores loci & pu
ra lumina ipſis Seraphim, qui aſſiſtunt magno Senatui vniuerſa continẽti, mundus hominibus. Si verò
dederimus mutari homines in angelos, occaſio data fuerit dicendi, mutari etiam angelos in poteſtates
& has in aliud atque aliud, donec ſermo progreſſus in periculum incidat. At neque vt malum fabrica
uit Deus hominem, aut circa efformationem eius aberrauit, & poſtea angelum ipſum facere cogitauit
pœnitentia ductus velut peſſimi opifices. Neque ab initio angelum facere voluit, & cum id non poſ-
C ſet, hominem formauit. imbecille enim hoc eſſet. Cur igitur hominem fecit, & non angelum, ſi homi-
nem angelum & non hominem fieri voluit? Quod non potuit, dicere blaſphemia eſt. At diſtulit, de
meliore peius faciens? Et hoc abſurdum eſt. Neque enim aberrat circa faciendum bonum, neque diſ-
fert, neque impotens eſt. Sed & vult, & quando vult poteſtatem habet, cum ipſa ſit poteſtas. Igitur vt
eſſet homo homo, volens ab initio ipſum creauit. Si autem volens, vult autem bonum, bonum autem
homo, homo verò quod ex anima & corpore compoſitum eſt dicitur: ergo non erit abſque
corpore homo, ſed cum corpore: vt ne alius homo præter hominem fiat. Opottet enim Deum immor
talia genera omnia ſeruare. Creauit enim, inquit Sapientia, Deus hominem ob incorruptibilitatem, &
imaginem proprię ſempiternitatis fecit ipſum. Non ergo perit corpus. Homo enim ex anima eſt, ac
corpore. Quapropter ſcias quòd Dominus eadem hæc docere vult, non credentibus Sadducæis in re-
ſurrectionem carnis. Hoc enim eſt dogma Sadducæorum. Vnde cõcinnata parabola de muliere & ſep
tem fratribus, vt ſermonem de reſurrectione carnis in dubium vocarent: Acceſſerunt ad ipſum, inquit
Sadducęi, dicentes reſurrectionem non eſſe. Chriſtus igitur, ſi non eſſet reſurrectio carnis, ſed anima
ſolum ſeruaretur, ſuffragatus eſſet ipſis, velut benè ac rectè ſentientibus. Nunc verò reſpondit, dicens:
In reſurrectione neque matrimonia contrahuntur, neque nuptum elocantur, ſed ſunt ſicut angeli in
cœlo: non quòd carnem non habent, ſed quod non matrimonium contrahunt, ſed ſunt de cætero in in-
corruptibilitate. & per hoc angelis aſſimilatos dicit, vt quemadmodum angeli in cœlo, ſic & nos in pa
D radiſo: neque nuptiis, aut conuiuiis amplius vacante, ſed vt videamus Deum, & colamus, vitam guber
nante nobis CHRISTO. Non enim dixit, Erunt angeli: ſed, Sicut angeli: nempe, gloria quidem
& honore, velut ſcriptum eſt, coronati: verum paululum ab angelis euariantes, & propemodum vt an-
geli ſimus. Quemadmodum ſi quis dixiſſet, vbi bona aëris conſtitutio eſt, & tranquillitas nectis, & om-
nia ætherea lunæ luce ornata, Luna lucet velut ſol: non omnino ſole carentem lunam eſſe, ipſum teſtari
dicerent, ſed ſicut ſolem. Quemadmodum & quod non eſt aurum, propè autem eſt vt ſit aurum, ſi-
cut aurum dicitur, & non aurum. Si vero eſſet aurum, non diceretur velut aurum, ſed aurum. Quando

Perditionis ſignificatio.

Diuerſa ętas diuerſos mores expoſtulat.

Poſt reſurrectionem ſtatus mirabilis.

Homo in vtroque ſtatu permanſurus eſt.

Abſurditas Origenis de angelo & Ioanne.

Parabolę de muliere et ſeptẽ fratribus declaratio.

Sicut ãgelierũt homines in reſurrectione.

Modus loquendi ſcripturæ Reſurrectionis vox

verò non eſt aurum, ſed propemodum eſt aurum, & imaginetur quis aurum, velut aurum dicitur: ita etiam quum velut angelos fore dicit in reſurrectione, non hoc ipſum proferre audimus ipſum, angelos videlicet fore ſanctos in reſurrectione, ſed propè vt ſint angeli. Quare abſurdiſſimum eſt dicere, Quoniam Chriſtus pronunciauit ſanctos cõſpiciendos eſſe velut angelos in reſurrectione, ob id corpora hæc non reſurgere: & quidem cum ipſa dictio clarè actionem rei contingentis declaret. Reſurrectio enim non de non lapſo, ſed de lapſo dicitur, & reſurgente. Quemadmodum vbi dicit Propheta: Et reſurgere faciam ac erigam tabernaculũ Dauid collapſum. Cecidit autem labefactatum deſiderabile animæ tabernaculum, in terræ cumulum. Non enim quod non moritur, ſed quod moritur inclinatur. Moritur autẽ caro. Anima enim immortalis eſt. Proinde ſi anima eſt immortalis, corpus autẽ ipſe mortuus

Reſurrectio lapſũ præſupponit.

qui reſurrectionem quidem eſſe dicunt, verùm carnis non eſſe, hi reſurrectionem negant. Quoniam non quod ſtat, ſed quod lapſum eſt ac inclinatum reſurgit. velut ſcriptum eſt: Nunquid, qui cecidit, non reſurgit: aut qui auertitut, non reuertitur? Quòd verò immortalis ſit anima, clarè docuit Saluator, & per ſeipſum, & per Solomonem locutus. Per ſeipſum quidem, in hiſtoria diuitiis & pauperis Lazari, hunc quidem in ſinu Abraham quieſcere dicens, poſt corporis depoſitionem: illũ verò in doloribus, per ea quæ Abraam loquentem introduxit. Per Solomonem verò in libro Sapientiæ titulum præferente, vbi ſcriptum eſt: Iuſtorum animæ in manu Dei ſunt, & non tanget ipſos tormentum. Putati enim ſunt in oculis ſtultorum mortui eſſe, & reputatus eſt afflictio exitus ipſorum, & profectio à nobis contritio. Ipſi verò ſunt in pace, & ſpes ipſorum plena eſt immortalitate. Quare corporis eſt reſurrectio, & non animæ. Non enim ſtantem quis erigit, ſed iacentem. Quemadmodum neque ſano medentur, ſed ægroto. Si vero quis reſurrectionem de anima, & non de carne futuram eſſe, dicere nititur: multa eſt huius ſtulticia ac temeritas. Dico enim corruptionem primùm, ac ſolutionem animæ talem oſtendere, quo oſtendat etiam reſurrectionem, non ſanè nugantem, ſed palàm dicentem aliquid apparere. Attamen dandum eſt hoc ab ipſo, vt mortalem animam decernat. Alterum enim ex duobus concedendum eſt, aut vera Dominum pronunciaſſe, cum animam immortalem docuit: & falſum eſſe, dicere ipſam corrumpi: aut corrumpi, & falſum eſſe, docere CHRISTVM ipſam immortalem ac interitus exortem, tum in ſermone de diuite & paupere, tum in Moſis ac Heliæ viſione. At nihil aliàs Dominus locutus eſt, aut ementitus. Non enim ſpectrum aut viſum oſtendit diſcipulis in monte Heliam & Moſen, quo ipſos deciperet: ſed id quod erant, citra falſitatem. Quare indocilis etiam, vt ita dicam, diſcere poteſt, immortalem & interitus exortem animam ipſum affirmaſſe. Igitur carnis reſurrectio fit, non animæ, quo collapſum in corruptionem tabernaculum Dauid erigatur: & vbi erectum eſt ac reædificatum, velut dies ſeculi, deinceps illæſum ac ruinæ expers maneat. Vult enim Deus non lapideam domum Dauid ædificare, neque vt in regno cœlorum domum pulchram habeat, ſed carnem tabernaculum animę, quod ipſe ſuis manibus fabricauit. Porrò ſic te ô ſapientiſſime Aglaophon conſiderare oportet, Omnino autem facillimè diſces hoc, ſi ad dormiendi imaginem reſpexeris, itemque reſurgendi. Si enim dormire à vigiliis contingit, & reſurgere à omno: & hoc reſurrectionis ac morris exercitium eſt. Somno enim ac morti gemina adſunt: quorum alterum, reuiuiſcere videlicet neceſſarium eſt eſſe, vt viuat caro, ex eo quod mortua eſt: ſicut excitari à ſomno. Quemadmodum enim ex dormiendo excitari ac vigilari contingit, & quidormit non omnino in eodem habitu permanet vt ſemper dormiat, ſed rurſus reſurgit: ſic etiam viuere ex morte continget, & non omnino qui mortuus eſt, poſtquam mortuus fuerit, in eodem manet. Si enim ex ſdormiendo vigilare, & ex cadendo erigi, & ex deſtructione reædificari contingit, quæ fraus eſt in inclinato non ſperare erectionem, & in mortuo reſurrectionem? Etenim nos non decepti confitetur, ex mortuis corporibus reuiuiſcere contingere. Et non ſolum hoc, ſi ita vis, ex dormiendo ac reſurgendo expendito, ſed etiam à ſeminibus & plantis, quomodo in omnibus ipſis rectio denũciatur. Cõſidera enim ſemina, quomodo nuda & ſine carne mittuntur in terram, & perfecta affecta rurſus rdduntur. Aliqui ſi morerentur qui dem ac putreſcerent ſemina, ex ſeminibus verò non amplius contingeret reuiuiſcere ac naſci, quæ ſit expectatio vt non omnia conſumantur in mortem? Cæterùm de his plura dicere in præſens, optime Theophile, vosque reliqui ſermonis iudices, omittamus. Arripiamus autem & ea quæ deinceps ad hęc conſequuntur, quomodo longè ab eo quod oportet, diceſſit: quando in prophetia ſexageſimiquinti Pſalmi, quam coactè & impropriè exponit, reſurrectionem in ſola ſpecie ſeruari ſperare oportet, dicit Et, vt ne dicas quod non ſemper obſcurè tractat, ille, enim hoc diſtinxit, ego tibi clarius ſic ſententiam exponam. Equidem omnino vidiſti pellem animalis, aut aliud quid tale aqua impletum, quomodo ſi paulatim euacuetur, & paulatim impleatur, ſemper eandem ſpeciem oſtendit. Quale enim fuerit quod cõtinet neceſſe, eſt ad ipſũ etiã quod intus eſt formari. Age enĩ ſi ſubeffluat aqua, ſi quis adiiciat quantum effunditur, non ſinens vtrem aceruatim aqua euacuari, neceſſarium eſt id quod adiicitur tale videri, quale eſt & totum: eo quod etiam id quod continet, idem ſit. Et ſanè ſi quis corpus his aſſimilare velit, nullo pudore cõfundetur. Eodem enim modo etiam ea quæ ab alimento introducuntur pro expulſis carnibus, in figuram ſpeciei ipſius continentis tranſmutantur. Et quantum quidem ad oculos diffuſum fuerit, oculis ſimile eſt: quantum ad faciem, faciei: quantum ad alias partes, iiſdem: vt idẽ vnuſquiſq, appareat, nõ quòd ſint carnes in eodẽ primę ſubiectæ ſed ſpecie; iuxta quã ſpecificãtur ea quæ accedunt. Proinde ſi non ſumus iidem vel ad paucos dies corpore, ſed ſpecie in corpore: hæc enim ſola conſiſtit à natiuitate: multo igitur magis neque tunc iidem ſecundum eandem carnem erimus, ſed ſecundũ ſpeciẽ, quæ ita nunc ſemper conſeruatur in nobis, & manet. Quod enim illic eſt pellis, hoc ſpecies eſt hic. quod verò illic in ſimilitudine eſt aqua, hoc hic eſt quod accedit & decedit.

Animę reſurrectionem fore abſurdũ eſt dicere.

Viſiones non phantaſticæ.

Somni et vigiliarũ imago ad mortẽ & reſurrectionem.

Seminũ ac plãtarum imago ad reſurrectionem.

Ex S. Pſalmo.

Quemadmodum

igitur nunc cum corpus non ſit idem, tamen character ſecundum eandem formam idem ſeruatur: ſic non eodem exiſtente corpore, ſpecies in maiorem gloriam aucta, nõ amplius in corruptibili, ſed in læ-
A ſionis exorte ac ſpirituali corpore oſtendetur. Quale ipſius IESV in transformatione erat, quando in montem aſcendit cum Petro, Moſe ac Helia conſpectis ab ipſis. Et hæc quidem hucuſque conſide-rata ſint. Hæc enim eſt velut in ſumma Origenis dogmatum ſententia. Si verò quis ex ambigentibus proponens corpus CHRISTI, eò quòd primogenitus & primitiæ mortuorum ac dormientium ipſe dictus eſt, dicat, quòd quemadmodum ille reſurrexit, etiam omnia ſimiliter illi reſurrectura eſſe ſperare oportere: vt ſicut CHRISTVS excitatus eſt, ita & Deus eos qui dormierunt per IESVM ducet cum ipſo. Surrexit aurem corpus IESV, & carnes habuit, ac oſſa, quemad-modum credidit etiam Thomas: reſpondebimus, At CHRISTI corpus non erat ex voluntate viri, neque ex voluptate interueniente, in iniquitatibus conceptum: ac in peccatis in vtero geſtatum ſed ex Spiritu ſancto, & virtute altiſſimi, & virgine. Tuum verò corpus ſomnus eſt, & voluptas, & ſor-des. Et propterea ſapiens ille Sirach in eo quòd moritur homo, dicit: Poſſidebit reptilia, & beſtias ac vermes. Et in pſalmo octuageſimoſeptimo: Nunquid mortuis facies mirabilia, aut medici ſuſcitabunt & confitebũtur tibi? Nunquid narrabit aliquis in ſepulchro miſericordiam tuam, & veritatem tuam in perditione? Nunquid cognoſcentur in tenebris mirabilia tua, & iuſticia tua in terra oblita? Sed & alia huiuſcemodi verba ex Scripturis plurima colligere licet, ſiquis velit, vt ne omnium nos mentionẽ faciẽtes longius orationem extendamus.

Non ſolũ iidem ſpeciẽ cie, ſed etiam numero erimus poſt reſurrectionem.

Corpus Chriſti quale reſurrexit.

Mortuum corpus quid poſſideat.

Sequuntur deinceps ipſius Methodii verba

B QVum igitur vix deſiiſſet Proclus, & ſilentium præſentium diu fuiſſet, ad fidem non habendam multum proſtratorum, & ego reuera quietum eſſe ſentirem, placidè eleuato capite, & reſpiratione facta, velut ſolent nauigantes vndarum tempeſtate deſinente, tremens adhuc & vertiginoſus (ictus enim etam, vt id coram vobis fatear, vehementia orationis perfuſus) conuerto me ad Auxentium, & vocans ipſum, ô Auxenti arbitror dixi, non fruſtrà dictum eſſe poeticum illud, Si duo coniuncti pariter eant. Nam aduerſarii duo ſunt, quare vtrique amborum robur ſuſtinemus. coadiutorem enim te, & certaminis ſocium appello contra ipſos: ne nobis Aglaophon cum Proclo & Origene, orationibus perſuaſiuis contra nos armatus, reſurrectionem excutiat. Age igitur cõtra ſophiſmata ipſorum aciem inſtruemus, nihil timentes contradictiones quibus timidi impetuntur. Nihil enim in ipſis ſanum eſt ac firmum, ſed imaginatio ſolum decora verborum, ad ſtupefaciendos auditores, & perſuaſione inſtructa, non veritatis, neque vtilitatis gratia, ſed vt coram præſentibus orationem ſapientem oſtẽtent. Hinc itaque orationes aliquando veriſimiles ad pulchritudinem ac voluptatem variegatæ, præſtantiores putantur his quæ ad ſinceram veritatem expenſæ ſunt, dum illarum doctores neque ad bonitatem ac pietatem contendunt, ſed ad hoc vt placeant, & ſucceſſum habeant: quemadmodum Sophiſtæ, qui mercedem ex orationibus exigunt, ſapientiæ laudibus vili precio coempti. Antiquitus igitur valdè pauci expoſitores erant, cum hi qui tunc erant, conarentur non delectare, ſed iuuare præſentes. Ex quo autẽ deinceps ad leuitatem res deuenit, vt omnibus liceat interpretari ſcripturas, & omnes ad faciendum quidem bonum hebetati ſunt opinione referti, circa raciocinandum verò profectum fecerunt, iactantes ſe velut qui omnia cognoſcere poſſint, doceri quidem ſibi opus eſſe, confiteri erubeſcentes, conten-
C dere verò potius ac proſilire velut doctores aſſueti. Audaces itaque hinc facti à pietate & manſuetudine, ac fide, quòd Deus quem profitẽtur omnia facere poſſit, lapſi ſunt: & ad quæſtiones vanas ac blaſphemias deuenerunt. nõ intelligentes, quòd non opera verborum gratia facta ſunt, ſed verba operum. Quemadmodum in medicina per quam ægri ſeruari debent, opera verbis dominari debent, & verba operibus confirmari. Proinde in communi noſtra concordiæ per omnia conſona nobis mens ſit, quæ optimis ſermonibus mores linguæ conſonos exhibeat inſtar lyræ: ſed eos non inconcinnos, & à muſis alienos. Nam propter aſſequendam veritatem contendete opotret, vt iuſticiam exerceamus, & non propter comparandam opinionem ſapientiam oſtentare, & magis ad gloriam quàm ad veritatem certare, & prætextus omnem que ſimulationis apparatum induere. Sunt enim hi qui verborum prætextibus tragico more ornati ſunt, velut mulieres, quæ forinſecus ſe de induſtria ad fraudem ornant: niſi quis cautè & ſobriè fidem reſpiciat in his quæ adhuc ſunt iuniores. Quare cauendum eſt vt talem ſermonem in cor admittamus, antequam exactè conſideremus. Præoccupant enim ſæpe, impoſtores ipſos veros doctores. Quemadmodum etiam Sirenes vocis iucunditate odium erga homines procul occultant, & fugientes ipſas alliciunt. Aut quomodo, dixi ego, ô Auxenti, tu de his ſentis? & is reſpondit: Sic planè quemadmodum tu. Igitur omnino Sophiſtas aliam opinionem habentes, ſimulacrorum veritatis imitatores eſſe dicimus, veritatem non cognoſcentes, velut pictores. Nam & hi nauium ſtructores & nauigia ac gubernatores imitari conantur, fabricare naues & gubernare neſcientes. Viſne igitur vt deradentes colores perſuadeamus pueros eiuſmodi picturas admirãtes, quod neque nauis nauis eſt, neque gubernator, gbuernator ſed paries forinſec⁹ ad delect ationẽ colorib. ac picturis exornatus &
D quod imitatores ſimulacri nauis ac gubernatoris fũt tales, qui à coloribus & nõ naui hæc expreſſe rũt Longũ profectò audire cupido procemium, ſed vtile dixi ego ô optime. nam verba diuinitùs inſpiratatum ſcripturarum, quibus hi gloriam ſuam ad fraudem colorantes depingunt, iuſticiam ac veritatem contumaciter nominantes, & iuſticiam omnino non ſcientes, ſi quis auferat: quantum ipſos talibus nominibus denudatos ſubſannandos eſſe putas? Valdè multùm, inquit ille. Vtrum igitur ô Auxẽ-

Eiuſdem Methodii animaduerſiones Duobus ſimul euntibus.

Sophiſtæ Theologi

Verba operũ gratia facta

Ad aſſequendam veritatẽ quid agẽdum.

Sirenes.

Sophiſtæ velut pictores.

ti, inquam ego, tu huius viæ dux esse vis, aut ego præcedam? Iustum est, inquit ille, te præire. tū enim
Tolle fucū de verbis hæreticorum & scelus denudabitur
& sermonem auspicaris. Itaque dicebatur (age enim pro parte ab initio consequenter Aglaophontis sententiam expendamus) Anima corpus hoc nobis circumsitum propter transgressionem suscepisse, quū superiorib. tēporib. absque ipso feliciter degisset. Pelliceas enī tunicas corpora esse in quæ cōcludi A
Corporis Impedimentum.
animas contigit, quo mortale gestantes, pro his quæ fecerunt pœnam darent. Aut non erant hæc quæ primum in principio antè dicta sunt Medice? Imò admone, si non videor tibi rectè meminisse. Non opus habes, inquit ille, admonitione. Hęc ipsa enim erant, quę in primis à nobis dicta sunt. Quid verò, nonne & hoc in sequentibus à te multifariàm dicebatur? Quòd impedimento esset nobis corpus ad comprehensionem ac cognitionem eorum quæ reuera sunt, propter occupationes circa illud ornandum ac curandum, & propter alios ventris circa concupiscentiam impetus: & quòd esset insuper blasphemiarum & omnis generis peccatorum causa, eo quòd non possit omnino per seipsam citra
Animum sine corpore peccare est impossibile.
corpus anima peccare. Et propterea post profectionem ex hac vita, liberam ipsam ac nudatam corpore manere oportere, quò à peccatis & inobedientia aliena sit in cœlis, vbi etiam conuersationes cum angelis habebit. Nam corpus, vt polluatur ac peccet, causa & auxiliarius illi existit. Sine corpore enim impossibile est animam peccare. Vnde quo sine peccato per infinita secula seruetur, non amplius ipsā corpus assumpturāesse, quod ipsā deorsum ad corruptionem & iusticiam degrauat. Dictum & hoc est, inquit ille. Quid verò, etiam benè ac rectè hoc, inquam, à te dictum esse putas? Et quid hoc, inquit, tua interest? At non redargues sermonem. Neque tu animam, inquam ego. At ferre potes, vt propter ea quæ dixisti, sermo ipse expendatur? Benè & rectè, inquit ille. Benè verò ac rectè tibi sentire videtur, qui sibiipsi contraria ac dissona dicit? Nequaquam. Quid igitur, inconcinnè tibi videtur hic veritatem simulare? Maxime omnium, inquit. Non ergo admittis eum qui harmonias intendit, ad falsam sermo- B
Quid tunicā pellicea signet.
nis cantilenam? Nequaquam. Quid igitur? Ego neque teipsum dicentem inconcinnè quodcunque tandem admittet. Quum enim dederis, incorporeas peccasse animas, mandatum prætergressas: & dixeris, propter iniquitatem dedisse ipsis postea Deum tunicas pelliceas, vt mortalia gerentes pœnam darent, tunicas corpora interpretatus: in progressu sermonis oblitus eorum quæ antea asseruisti, animā per seipsam non posse peccare dicis, neque omnino ad hoc aptam esse, sed causam ipsi omnium malorum corpus esse. Vnde vt ne ipsa rursus ad iniusticiam concitetur à corpore, quemadmodnm contigit prius, sic ipsam in æternum citra illud futurā esse, & quidem quum dixeris, in paradiso ante corpus animam, quando adhuc beata et indolens erat, peccasse. Vbi enim transgressa est mandatum, obtinente iam peccato propter serpētis persuasionem, vinculum ipsi datum esse in pœnam corpus asseruisti, Quare aut prius illud, aut posterius, non rectè habet. Aut enim ante corpus peccauit, & nihil minus etiamsi non acceperit corpus, peccabit: & vana est tua de eo quòd corpus non resurgit inanilo-
Vestis ad obtegēdū.
quentia, Aut cum corpore, & non possunt pelliceæ tunicæ corpus esse putari. Reperitur enim homo ante ipsarum structuram diuinum mandatum reprobasse. Qua de causa etiam tunicæ parantur, nuditatem quæ à peccato ipsorum accesit occulturæ. Aut nunquid persuadeo te, & vides quòd incohærentia asseruisti? & tibi hoc manifestum factum est: aut nōdum intelligis, ô Aglaophon, inquā quod
Pellicearum tunicarum ratio.
dico? Intelligo, inquit ille, & non amplius opus habeo vt rursus audiam. Verùm non animaduerti, me non rectè dixisse. Necesse est enim mihi, qui dedi pelliceas tunicas corpora esse, vt confitear etiam, priusquam in corpus venerit, animam peccasse: eo quòd ante structuram ipsarum transgressio facta est. Nam propter transgressionem tunicæ ipsis fiunt, & propter ipsam harum præparatio, & non transgressio propter tunicas contīgit: & vt ex hac confessione assentiar, quòd non hoc corpus causa mali- C
Corp⁹ vinculum dici.
ciei est, sed ipsa anima in seipsa. Quapropter etiamsi non accipiat corpus, peccabit, quoniam etiā prius absque corpore peccauit. Et stolidum est dicere, corpus non posse reuiuiscere, ob id vt ne causa peccādi animæ fiat. Peccabit enim, velut etiam ante corpus peccauit, ita quoque post corporis depositionem etiamsi non rursus corpus acceperit. Vnde necesse est ob hæc, neque me, neque alium dicentem admittere, quòd pelliceę tunicę sint corpora. Si verò admisero, cōfiteri oportet me etiā quæ relata sunt. Quid verò, nónne & illud inquam, ô Aglaophon, videtur tibi non rectè habere? Quale illud, inquit ille? Dicere, inquam ego, vinculum & pedicas corpus constructum esse contra animam: & quòd Propheta vinctos terræ nos dixit. ideoque etiam Dauid, ligatos. Et ille: Non habeo, inquit, in promptu quod tibi respondeam. At cur cum alio non disputas? Et ego (sentiebam enim erubescere ipsum, vitantem ne sermo redargueretur) Putas ne, inquam, per inuidiam aggredi me, vt redarguam te, & non contendere vt meo studio propositum clarum faciam? At, ô bone, ne delasseris dum interrogaris. Vides
Melius redargui quàm redarguere.
enim non de paruis nobis esse sermones, sed quomodo credere oportet. Etenim nullum tātum malum homini accidere posse arbitror, quātū arebus necessariis, quum falsa de ipsis opinione tenetur. Age igitur, promptè ea de quibus interrogaui declara, & si quid tibi dicere veri nō videor, magis veritatis quā mei curam habens, redargue. Maius enim bonum esse puto redargui, quā redarguere: quāto maius est vt quis ipse à malo liberetur, qui vt alium liberet. Age igitur, cōparātes inter se sermones, cōsideremus an quid inter se differant. Etenim de quibus ambigimus, nō valdè parua sūt, sed de quibus scire præstat nō scire turpe est. Igitur tu quidem non putas reuiuiscere corpus, ego autem puto. Et valdè quidem, inquit ille, propter ea quæ dixi. Et tu quidem, inquam ego, vinculum, & carcerem, & sepulchrum, & D
onus, & pedicas, ipsum esse dixisti, Ego autem non ita sentio. Vera, inquit ille, mihi dicis. At verò proteruitatem, & errorem, & tristiciam ac indignationem, & in summa, omnia alia mala, quorum causam ipsum esse dixisti, impedire nobis impetum animę ad id quo melius est asseris, nō sinens nos ad eorum quæ reuera sunt, comprehensionem ac cognitionem peruenire. Etsi enim aggrediamur aliquid eorum

quæ

quæ ſunt venati,caligo ſemper intercidens,rationi obſcuritatem inducit, non permittens nos veritatẽ clarè conſiderare.Fraude enim repleta eſt,velut dixiſti,conſideratio noſtra per aures, fraude item plena eſt conſideratio per oculos,fraude etiam ea quæ contĩgit per alios ſenſus.Vides,inquit ille,ô Eubuli,quòd ego paratus ſum te laudare.vbi rectè declaraueris ſermones?Ergò quo ſanè me amplius laudes ſi vinculum corpus vobis videtur,non poteſt mutari maliciei cauſa animæ eſſe,ampliúſque iniquitatis,
A ſed vice verſa,modeſtiæ & caſtigationis.Sic autem rem conſidera:ita enim rem magis aſſequi poteris. Quò ducimus eos qui corporibus ægrotant,nónne ad medicos?Manifeſtum eſt hoc,inquit. Quò verò peccantes?nónne ad iudices?Neceſſarium hoc.Igitur pœnam daturos,inquam iuſtè propter ea quæ fecerunt?Etiam.Iuſtum autem omne bonum eſt?Cõfitetur.Qui verò iuſtè iudicat,benè facit:iuſtè enim iudicat?Conſenſit.Quod verò bonum eſt,vtile apparet,vtilitatem ergò capiunt,qui iudicantur: tollitur enim improbitas ipſorum, tormentis prohibita.quemadmodum etiam vtilitatem capiunt morbi à ſectionibus ac medicamentis medicorum.Nam iniuſtum pœnam dare,eſt animam corrigere, magnũ illum morbum iniquitatem abiiciendo.Confitetur.Quid verò,non iuxta proportionem, peccatorum ſupplicia iuſtè adhiberi dicis his qui puniuntur? quemadmodum & his qui curantur, iuxta vulnerum proportionem chirurgias? Annuit. Igitur qui morte digna fecit,ad mortis ſupplicium condemnatur: qui plagis,ad plagas : qui vinculis,ad vincula.Confitetur.Punitur autem is qui debet vinculis,aut plagis,aut alio quodam huiuſmodi ſupplicio, quo pœnitentiam agens, iniuſtè agere ceſſet,dum per tormenta velut lignum intortum dirigitur? Veriſſimè,inquit,dicis. Non enim præteriti delicti gratia iudex ipſum ſupplicio afficit,ſed futuri,vt ne rurſus faciat.Hoc manifeſtum eſt, inquit. Vinculum enim clarum eſt ipſi, quod impetum ad iniuſtè agendum tollit, non permittens facere quæ vult. Verum eſt hoc.Ergò prohibetur à peccando,vinculis non ſinentibus ipſum liberè agere,ac voluptatibus vti : ſed contrahentibus, & iuſticiam colere docentibus, donec didicerit per admonitiones temperatus eſſe.
Apparet,inquit.Neque igitur cauſa eſt vinculum peccandi, velut apparet. Caſtigat enim, & iuſtiores
B facit, auxiliare medicamentum animæ exiſtens : auſterum quidem & mordax,ſed curatiuum. Palàm eſt,inquit. Age, expendamus rurſus ſuperiora. Conceſſiſti corpus non eſſe vinculum animæ propter tranſgreſſionem? Et concedo,inquit.Peccare autem animam cum corpore, ſiquidem adulterium cõmittere, occidere, ac impium eſſe, peccatum tibi videtur,quæ anima cum corpore facit? Annuit.At vinctum confeſſi ſumus,non poſſe iniuſta facere? Confeſſi ſumus,inquit. Prohiberi autem, triſtificatum à vinculis? Etiam. Vinculum autem animæ eſt caro? Annuit. At peccamus dum in carne ſumus,conſentiente nobis in hoc carne? Peccamus,inquit. Qui verò ligatus eſt, non poteſt peccare? Et hoc annuit. Coarctatur enim? Etiam. Nec permittitur à vinculo? Manifeſtum eſt. At corpus quidem ad peccandum eſt auxiliarium? Etiam. Prohibet autem vinculum? Aſſenſus eſt.
Non ergò corpus eſt vinculum, inquam, neque ſecundum te, neque ſecundum alium, ô Aglaophon, ſed ad vtrumque animæ auxiliarium,ſiue ad bonum,ſiue ad malum. Conceſſit.Igitur his ſic habentibus,reſpondeô Aglaophon ad ea quæ primùm aſſeruiſti. In ſuperioribus enim vinculum & carcerem & pedicas animæ corpus dixiſti. Et vides quòd non concordant cum his quæ dixiſti. Quomodo enim concordarint,ſiquidem neceſſe eſt,ô optime, vinculum quidem carnem putari, animam verò vinculo auxiliario ac adiutore vti ad iniuſticiam? quod eſt impoſsibile. Si enim propter peccatum tormentum datum eſt, ad hoc vt triſtificata anima erudiatur ad colendum Deum : quomodo cooperatur ac concertat corpus ipſi ad iniuſtè agendum? Vincula enim & carceres ac pedicæ, & in ſumma omnes eiuſmodi machinæ adiutrices ad correctionem, eos qui puniuntur cohibent ab iniuſtè agendo ac peccando.Non enim vt is qui iniuſtè egit,amplius iniuſtè agat, vinculum ipſi auxiliarium ad iniuſtè agẽdum datur, ſed vt ab iniuſtè faciendo ceſſet, dum per vincula torquetur. Nam & iudices ob hanc cauſam
C malos pedicis ligant.Prohibentur enim etiamſi non velint,à vinculis,vt ne mala faciant.Liberè autem degentium malefacere eſt, & eorum qui in cuſtoditè viuunt:& non ligatorum. Homo verò primùm quidem occidit ſecundum Cain,auctus eſt ad incredulitatem,ſimulacris addictus fuit,defecit à Deo, & quomodo ipſi corpus vinculum datum eſt? Aut quomodo Deus poſtquam homo ante corpus peccauit, auxiliarium ipſi maiorem ad iniquitatem ipſum corpus dedit? Quomodo verò etiam poſt vinculi conſtructionem dicitur hoc?Ecce ante faciem tuam poſui vitam & mortem, vt eligas vitam: bonum & malum,vt eligas bonum:&,Si volueritis & audieritis me. Hæc enim ipſi velut poteſtatem habenti,& non velut ſub vincula ac neceſsitatem adacto dicta ſunt. Quare vndiquaque cõfirmatur, neque vincula aut carcerem aut pedicas corpus putare:neque vinctas aut captiuas terræ eſſe animas, condemnante ipſas Deo, vt terreis pedicis ſint ligatæ. Quomodo enim hoc ita ſe haberet, quando id demonſtrari non poteſt? Abſurdum verò eſt etiam illud conſpicuè, putare videlicet in vita ſeculorum fututa æterna corpus animæ non affore, eò quòd vinculum ſit ipſum ac pedicæ, vt ne perpetui
D condemnati vincti fiamus, velut corruptores in regno lucis futuri. Soluto enim ſufficienter ac confutato ſermone, in quo carnem animæ vinculum eſſe decreuerunt, ſolutum eſt etiam quòd non vincti erimus propter ipſam in regno lucis, quod accipiemus. Sed & aliud oſtendere oportet, ſi quis animam in carnem, velut in laqueum, pœnam peccatorum ſubituram immittit, ſtultitiæ hoc magis eſt,quam rectæ opinionis.Si enim ante tranſgreſsionem, velut iam in ſuperioribus expoſuimus, animæ corpora habuerunt,quomodo poſtea facta tranſgreſsione,in laqueum in corpus inducuntur? cum non ſit tempus, in quo antequam acciperent corpus peccarint. Non enim prudentis eſt, aliquando dicere, animas velut propter corpus peccaſſe : aliquando verò, quandoquidem peccauerunt, ob id &

Similitudo medici carnis.

An anima corrigidebeat.

Corpus vinculum non eſſe.

Correctionem fructus.

Animæ reſumptis corporib⁹ viuent in æternum.

vinculum & laqueum ad condemnationem ipſum factum eſſe. Si enim propter corpus peccauerunt, aderat ergo ab initio ipſis & ante peccatum corpus, quomodo enim propter hoc peccaſſent, quod nõdum erat? Si verò laqueus ac pedicæ ac vinculum, ipſum corpus putatur, non amplius ambo ſimul cauſa ſunt, ſed anima ſola peccauit. Cur enim poſt peccatum, ei quod peccauit, vincula & laquei ac compedes parantur? Atqui confeſſi ſanè ſumus, non poſſe vinculum animæ eſſe ipſum corpus. Nam corpus quidem ad vtraque & ad iuſticiam & ad iniuſticiam cooperatur. Vinculum autem ab iniuſtè agendo prohibet. Quare alterum ex duobus neceſſe eſt. Aut enim ab initio peccauimus cum corpore, & nõ apparet tempus in quo extra corpus fuimus, & ſimul cauſa eſt corpus animæ & malorum & bonorum. Aut ſine corpore degentes peccauimus, & inculpabile eſt à malicia ex toto. At abſque corpore à bruta voluptate anima non ſuperatur. Superati autem ſunt primi parentes, bruta voluptate ineſcati. Erat ergo anima cum corpore etiam ante peccatum. Nam quòd non locus ſit, ipſum putari propter tranſgreſſionem, in pœnam vinculum factum eſſe, quo purum & aſſiduum tormentum habeat anima ſecũdum ipſos mortale geſtans, idipſum atbitror me plenè cum omni demonſtratione declaraſſe. Quare inconſtans & impoſſibile eſt, corpus quidem laqueum & vincula ducere, Deum verum inducere animas in laqueum pœnam ſubituras, ita vt ex ſupernis ex tertio cœlo eiiciat: quoniam in ſupernis mandato inobedientes fuerunt. Ad quid enim reſpectu habito crediderit quis his, quæ ita proteruè ab ipſis dicta ſunt? & quidem non habente ſic Pſalmo, etiamſi violenter ipſum exponant. Verùm proferam ea quæ in ipſo habentur, quo fabuloſitas expoſitionis ipſorum appareat, qui non volunt ſcripturas rectè intelligere. Sunt enim hoc modo dicta. Probaſti nos Deus, igne examinaſti nos, velut igne probatur argentum. Induxiſti nos in laqueum, poſuiſti tribulationes in dorſum noſtrum. Induxiſti homines in capita noſtra. Tranſiuimus per ignem & aquam, & eduxiſti nos ad refrigerationem. Et ſtatim inferunt: Hæc de animis dicta ſunt, quæ in laqueum in ipſum corpus, velut in certamen delatæ ſunt ex tertio cœlo, vbi eſt paradiſus. Nam tranſiuimus per ignem & aquam, inquiunt, aut per vterum in mundum animę acceſſum indicat, quandoquidem in tanta flamma ac humiditate contingit: aut delapſum à cœlis in vitam, penetrantem fontes ignis, & aquas ſuper dorſum firmamenti. Aduerſus quos operæprecium duco inſtare. Age enim pro ipſis, ô Aglaophon, reſponſum dato, quid dicent? Primùm enim paradiſus, vnde in primo parente eiecti ſumus, ex hac terra palàm locus eximius eſt, ad iucundam quietem, & vitam meliorem ſanctis deſtinatus. Ab ipſo Tigris & Euphtates, & reliqui fluuii, qui illic profunduntur, hic apparent fluxionum excurſus in noſtrum continentem inundantes. Non enim ex ſupernis de cœlis effunduntur, ac eliduntur. Nam neque ſuſtinere potuiſſet terra, vt tantam aquæ molem aceruatim ex alto delabentem ſuſciperet. Sed neque Apoſtolus aſſerit paradiſum eſſe in tertio cœlo, ſi quis ſubtiles ſermones audire nouit. Noui enim raptum vſque ad tertium cœlum, dicens: & noui talem hominem, ſiue in corpore, ſiue ſine corpore, Deus nouit, quòd raptus eſt in paradiſum. Duas reuelationes magnas ſe vidiſſe indicat, cum bis aſſumptus ſit euidenter: ſemel quidem vſque ad tertium cœlum ſemel verò in paradiſum. Nam quod dicit, Noui raptum talem vſque ad tertium cœlum: priuatim reuelationem ipſi apparuiſſe in tertium cœlum aſſumpto, confirmat. Quod verò rurſus infertur, Et noui talem hominem, ſiue in corpore, ſiue extra corpus, illatum in paradiſum: aliam rurſus ipſi manifeſtatam eſſe reuelationem in paradiſo oſtendit. Fabula igitur eſt, & tragica cantilena, dicere animas ex cœlis deiectas eſſe, & tranſire fontes ignis, & aquas ſuper dorſum firmamenti, dum in mundum hunc noſtrum feruntur. Nam neque Adam ex cœlis eiectus eſt, ſed è paradiſo plantato in Edem iuxta orientes. Non enim ante incorporationem delictum admiſſum eſt, quemadmodum ſufficienter oſtendimus: neque rurſus corpus, hoc eſt laqueus: ſed poſt inſitionem animæ in corpus ſit peccatum. Nam hoc vtrumque ſimul eſt homo. Ei delapſus ex paradiſo hic eſt. At verò Aglaophon omnino negligentius ſermoni attendebat, ſed de rebus nullam intelligentiam habentibus diſceptabat, Pſalmum iuxta improborum opiniones exponere nitens, de quibus dicere plura omittemus. Volo enim, quandoquidem ſemel ad corrigendam improbitatem ipſorum deuenimus, etiam huius prophetiæ rationem ipſis denudare. Probaſti nos Deus, igne examinaſti nos, velut igne probatur argentum. Probati aſsiduè martyres per impetus tormentorum in tentationibus (plerunque enim prophetiæ in noſtram fidem implentur) & piè ac fortiſsimè decertantes, gratias Deo agunt: Probaſti nos, ad Deum dicentes, qui vt maiorem apud ipſum gloriam aſſequerẽtur, per multos labores ipſos redarguit, verè olympiacum certamen vincendum proponens. Et conſiderate, quomodo conſona his verbis palàm de martyribus Solomon pronunciat, neque enim ſcripturarum aliarum teſtimonio hic ſermo caret. Deus tentauit ipſos, & inuenit ipſos dignos ſeipſo. Velut aurum in fornace probauit ipſos, & velut integram fructificationem boniodoris ſuſcepit ipſos, & in tempore viſitationis ipſorum. Cum antea dixiſſet, Etſi enim in conſpectu hominum puniantur, ſpes ipſorum immortalitate plena eſt, & parum caſtigati, magnis beneficiis afficientur. Sed & quod in Pſalmo 123. dictum eſt, Niſi Dominus erat in nobis, quum inſurgerent homines in nos, profectò viuos deuoraſſent nos. Torrẽtem pertranſiuit anima noſtra, profectò pertranſiuit anima noſtra aquam intolerabilem. Benedictus Dominus, qui non dedit nos in prædam dentibus ipſorũ. Anima noſtra velut paſſer liberata eſt ex laqueo venantium. Laqueus contritus eſt, & nos liberati ſumus. Martyres ſunt qui pſallunt. Duo autem ſunt chori martyrum, qui pulchras victorias tulerunt. Vnus Teſtamenti noui, alter veteris, qui reſonantem hymnum concinnè ad propugnatorem Deum & vniuerſorum regem tranſmittunt: Probaſti nos Deus, igne examinaſti nos, velut igne probatur argentum. Induxiſti nos in laqueum, poſuiſti tribulationes in dorſum noſtrum, hoc eſt, forum iudiciarium gentium,

Diſiunctiuæ pars altera vera.

Sanctorũ voces poſt reſurrectionem.

Paradiſus vbi ſit.

Verba Apoſtoli de raptu ſuo.

Vana interpretatio Pſalmi.

Pſalmi prophetia expoſita.

Martyrũ dupliciũ probatio.

tium,aut tentationes,per quas tribulati & igne examinati fortiter probati ſunt.Proba enim me,inquit, Domine, & tenta me, igne torre renes meos & cor meum. Dicat ſanè etiam Abraham,igne examinatus in viſceribus ob vnigenitum filium,vbi mandatum Dei prætulit,poſtquam audiuit, Abraham parce filio tuo,abiecto gladio:Probaſti nos Deus,igne examinaſti nos,velut igne probatur argentum.Dicat & Iob poſt purulentiæ defluxum, & vbi ab amicis improperia pertulit, & corpore malè affectus doluit,& per procellam loquentem ad ipſum Deũ audiuit:Putas me aliter tibi reſponſum dediſſe,quã vt iuſtus appareas? Poſuiſti tribulationes corã nobis Domine, quò nos velut aurum in fornace probes. Dicant tres illi in camino pueri,rore madentes,vt ne comburerentur igne:Probaſti nos Deus,igne
A examinaſti nos,velut igne probatur argentum.Ttranſiuimus per ignem & aquam,& eduxiſti nos ad refrigerationem.Quare & mihi Methodio dicere licebit,vbi in die tua,ô Deus omnipotens,æternus pater Chriſti,citra dolorem tranſgreſſus fuero ignem,& aquarum naturam in vſtoriam mutatam habuero,ipſorúmque impetus effugero:Tranſiui per ignem & aquam,& eduxiſti me ad refrigerationẽ. Tua enim eſt hæc diligentibus te promiſſio: Si tranſieris per aquam, tecum ſum,& fluuii non concludent te:& ſi tranſieris per ignem,non combureris,flamma non comburet te. Sed enim de expoſitione Pſalmi hæc ſufficiunt. Inſuper porrò etiam illud conſiderandum eſt,in quo inſtar dormientium multiformiter ſomniis illuſi pronunciant Apoſtolum dixiſſe,Ego autem viuebam ſine lege quondam: & vociferantur,vitam noſtram in primo parente ante mandatum,ante corpus,dixit:velut quæ ſequuntur confirmant. Ego autem carnalis ſum, venditus ſub peccatum. Quia non aliter homo imperio ac dominio mali ſubiici potuiſſet, venditus ipſi propter tranſgreſſionem, niſi carnalis factus fuiſſet. Anima enim per ſeipſam,inquiunt,à peccato corripi non poteſt.Quapropter aſperè intulit,Ego carnalis ſum, venditus ſub peccatum:cum prius dixiſſet,Ego viuebam ſine lege quondam.Et ipſis quidem hæc dicentibus,tunc pleróſque admiratio ac ſtupor inuadebat. Nunc verò in conſpicuo prominente iam veritate, non ſolum longe ſeducti apparent, ſed etiam ad ſummam blaſphemiam deueniſſe. Cum enim dederint,animas ſine corpore ante mandatum vixiſſe,& per ſeipſos omnino peccato corripi non poſſe: ratiocinatione rurſus facta ſubuerterunt eum ſermonem.imò potius ſeipſos. Corpora enim fabricant ipſis poſteà in ſupplicium,eò quòd ante corpus ipſæ peccauerunt. Et ſanè etiam conuicia iactarunt iidẽ,
B dum corpus vinculis ac pedicis aſſimilant, aliáque ſtolida dicunt. Nunc verò,velut dictum eſt, totum cõtrario modo ſe habet.Oportet enim ante peccatum animam fuiſſe cum corpore:alioqui anima quæ per ſeipſam peccato corripi non poteſt, non peccaſſet omnino ante corpus. Si verò peccauit,non fuit per ſeipſam exors,vt à peccato corripi nequiuerit, imò magis expoſita vt corriperetur & apprehenderetur.Quapropter etiam rurſus,quamuis non acceperit hoc corpus,peccabit: quemadmodum ſanè etiam antequam ipſum acciperet,peccauit. Cur verò omnino corpus accepit poſtea, poſtquã peccauit? aut quid adeò opus fuit ipſi corpore? Siquidem igitur vt torqueretur & doleret, quomodo magis deliciis fruitur,& proteruè agit cum corpore?Quomodo verò etiam liberum arbitrium habere in hoc mũdo apparet?In nobis enim ſitum eſt,vt credamus & non credamus.Vbi autem in nobis ſitum eſt credere & non credere, in nobis rectefacere & peccare,in nobis benefacere & malefacere. Imò etiam iudicium quomodo velut futurum amplius expectari poteſt,in quo Deus vnicuique iuxta opera,& ſecundum ſtudia retribuet?& non velut iam præſens putabitur:ſiquidem generari quidem & in corpus veni re animam,iudicari eſt iam,& retributionem accipere.Mori verò, & ſeparari à corpore,liberari eſt, & ad refrigerationem deuenire: eò quòd ante corpus ipſa peccauit.Quare ex veſtra ſentẽtia in iudicium induci eſt,ac condemnationem,in corpus induci. Cæterùm ex ſuperabundanti oſtendit ſermo noſter, impoſſibile eſſe,corpus tormentum ac pedicas animæ putari.Sufficiebant quidem igitur hæc, & tempeſtiuum erat ſermonem de his hic finire,cum ex ipſa Scriptura oſtenderim, ante tranſgreſſionem pro
C toplaſtum illum ac primum parentem ex anima &corpore conſtitiſſe.Et ego nunc quidem hæc in ſumma recenſeo,occaſiones ſaltem aggreſsionum ipſorum corrigere annitens,vt ne modum oratione excedam.In promptu enim iam nobis eſt iudices conſiderare,quòd illud, Ego viuebam ſine lege quondam,quod in epiſtola ad Romanos habetur,non poteſt cadere in vitam animæ ante corpus,velut ipſi volunt, quemadmodum ea quæ poſt hæc inferuntur, indicant: etiamſi generoſus hic medicus, ſequentia verba abripiens,ſententiam Apoſtoli ad id quod ſibi videtur transformare anniſus eſt, incurabile quiddam admittens,ac valdè puerile.Nam pro eo quod ad proprias concretiones & commiſſuras membra corporum ſeruare debebat,quò tota figura corporis æqualis ac integra ſecundum naturã eſſet: extremitates detruncauit,ſcripturæ ſeriem prætergreſſus,velut ſi Scytha eſſet,qui hoſtis alicuius membra crudeliter ad illius internecionem conſcinderet. Quomodo igitur Apoſtolus (dicent) hæc pronunciauit,ſi tu non ſic ipſa habere oſtendiſti? Quoniam Apoſtolus (dixerim vtique) legem ponens eſſe mandatum:detur enim hoc primum iuxta veſtrum propoſitum,vt mandatum ipſe legem dixerit: non per hoc aſſeruit, etiam primos noſtros parentes ante mandatum ſine corpore vixiſſe.Exiguum enim fuit tempus à creatione vſque ad mandatum,in quo vixerunt ſine peccato.

Si vero rurſus contrà intulerint,dicentes:Quomodo igitur ſapientia carnis dicta eſt inimicitia eſſe contra Deum?legi enim Dei non ſubiicitur,neque enim poteſt? dicendum,quod ſanè etiam hic abet
D rant.Non enim carnem ipſam,ſed ſapientiam carnis legi Dei non poſſe ſubiici aſſeruit,quę aliud à carne eſt.velut ſi dixiſſet,Sordes non probè purgati argenti non ſubiicitur ad hoc,vt vas idoneum ex ipſa fiat ab opifice: neque enim poteſt. Eiici enim ipſam prius, ac eliquari oportet: & non per hoc pronunciauit,argentum non poſſe in vas fictile elaborari,ſed id quod æreum eſt in argento,& reliquam duriciem.Sic etiam cum ſapientiam carnis dixit,non carnem dixit non poſſe legi Dei ſubiici,

Methodii ad deum elegans acclamatio.

Viuebam ſine legẽ quõdam, quomodo ſit accipiendum.

Figmenta de animabus et corporibus.

Iuxta opera cuiuſque deus retribuet

Locorum ſcripturæ detortę interpretationes.

Sapiẽtia carnis quid.

ſed

ſed ſapientiam quæ eſt in carne: velut impetum ipſius dicens ad intemperantias, quem alibi aliquando quidem vetus fermentum maliciei ac prauitatis appellauit, exhortans vt ipſam penitus à nobis expurgemus: aliquando verò legem rebellantem legi mentis, ac captiuam ducentem. Alioqui ſi ipſam carnem dixiſſet non poſſe ſubiici legi Dei, primum neque accuſationem petulanter agentes, aut prædantes, aut quæcunque alia per corpus facientes habere potuiſſemus apud iuſtum iudicem, cum impotens ſit caro vt legi Dei ſubiiciatur. Quomodo enim accuſationem mereretur, ſi iuxta eam quæ adeſt ipſi natu- A
Accuſatio ſequitur peccatum.
ram corpus viueret? Imò neque aliàs ad caſtitatem aut virtutem induci corpus poſſet, cum natum ſit ad hoc vt bono non ſubiiciatur. Si enim talis eſt natura carnis, vt legi Dei ſubiici non poſſit: lex autem Dei eſt iuſticia ac temperantia, oportebat neque virginitatem ſeruare, neque continenter agere penitus in totum poſſe. Si verò virginitatem ſeruant, & continenter agunt, nimirum corpus ſubiiciunt: aliàs enim contingere à peccato impoſſibile eſt. Non ergo non poteſt corpus ſubiici legi Dei. Alioqui quomodo Ioannes ſubiecciſſet ſuum corpus ad caſtitatem? Aut quomodo Petrus ad ſanctimoniam? aut conſequenter alij ad iuſticiam? Quomodo verò etiam Paulus dixiſſet: Ne igitur regnet peccatum in mortali ,,
corpore veſtro, in hoc vt obediatis concupiſcentiis ipſius: neque exhibete membra veſtra arma iniuſti- ,,
ciæ peccato: ſed exhibete vos Deo, velut ex mortuis viuentes, & membra veſtra membra iuſticiæ Deo. ,,
Et rurſus: Quemadmodum exhibuiſtis membra veſtra ſeruire immundiciei & iniquitati ad iniquita- ,,
De ordinata inordinata quo modo.
tem, ſic nunc exhibete membra veſtra ſeruire iuſticiæ ad ſanctificationem. Proinde nouit, dirigi poſſe habitaculum hoc, & nutare ad bonum, vt mortificentur in ipſo peccata. Nam quomodo aliter in ſeruitutem iuſticiæ redigi poteſt homo, ſi non prius ſubiectis membris ſuis carnis vt non obediant peccato, ſed iuſticiæ, vitam degat Chriſto dignam? Quandoquidem peccare & non peccare per corpus fit; ita vt anima aut ad virtutem, aut ad vitium inſtrumento ipſo vtatur. Si enim neque ſcortatores, neque ſimulacrorum cultores, neque adulteri, neque maſculorum concubitores, neque molles, neque fures, neque auari, neque ebrii, neque conuiciatores, neque raptores regnum Dei poſſidere poſſunt: explentur autem hæc & corroborantur per corpus: iuſtificatur autem nemo, niſi prius dominatus fuerit; domi- B
natur autem his qui ad temperantiam ac fidem nutat: ſubiicitur ergo legi Dei. Lex enim Dei eſt temperantia. Quare Apoſtolus non carnem bono ſubiici dixit, ſed ſapientiam carnis, hoc eſt impetum ipſius, ipſum ad iniuſticiam ardorem. Expurgate igitur, inquit: etiam guloſam ventris intemperantiam eruere nitens, & tales appetitus ac voluptates diſperdere docens, & eos qui ſic deliciari, viuere eſſe putant, confundens. Qui Deum, inquit, ducunt ventrem. Edamus (aiunt) & bibamus, cras enim mori- ,,
mur: velut voracia corpora infernè circa pabulum ſolum ac menſas occupata. Et vbi dixit, Cibi ventri, ,,
Membra noſtra Chriſti ſunt.
& venter cibis: induxit, Deus autem & hunc & hos abolebit. Corpus autem non ſcortationi, ſed Domi ,,
no, & Dominus corpori. Deus verò & Dominum ſuſcitauit, & nos ſuſcitabit per potentiam ſuam. Aut ,,
neſcitis quod membra veſtra membra Chriſti ſunt? Nùm ergo membra Chriſti faciam membra ſcorti? ,,
abſit. Aut neſcitis, quòd qui adhæret ſcorto, vnum corpus eſt? Erunt enim, inquit, duo in carnem vnã. ,,
Qui verò adhæret Domino, vnus ſpiritus eſt. Fugite ſcortationem. Omne peccatum quod peccarit ho- ,,
Scortationis vitiũ.
mo, extra corpus eſt: Qui verò ſcortatur, in proprium corpus peccat. Aut neſcitis, quòd corpus veſtrum ,,
templum eſt habitantis in vobis Spiritus ſancti, quem habetis à Deo? Et non eſtis ipſi veſtri iuris: empti enim eſtis precio. Glorificate igitur Deum in corpore veſtro. Attende quòd quandoquidem corpus hoc poteſt legem Dei & immortalitatem ſuſcipere, ſi à fomitibus intemperantiæ purgetur, ita vt non illicitis ſtimulorum affrictibus polluatur: idcirco Apoſtolus hæc locutus eſt. Quid enim aliud eſt, quod adhæret ac propinquat ſcorto, & quod caro cum ipſa iuxta membrorum copulationem & vnam ſocietatem fit, quam hoc ipſum externum corpus? per quod omnia hæc ad mixtionem & exarſionem peccata implentur. Vnde & omne peccatum quod fecerit homo, extra corpus eſt. Qui verò ſcortatur, in proprium corpus peccat, faſtus enim & incredulitas & iracundia & ſimulatio, animæ peccata ſunt. Scor- C
tatio verò & ſtimulus & deliciæ, corporis. Cum quibus neque anima ad veritatem ſubuolabit, neque temperantiæ dogmatis ſubiicietur: ſed ambo dilabentur à regno Chriſti. Itaque ſi corpora noſtra in ſanctificatione detenta, templum ſunt habitantis in nobis Spiritus, & Dominus eſt in corpore, & membra corporis membra Chriſti ſunt: ſubiicitur ergo corpus legi diuinæ, & regnum Dei poſſidere poteſt. Qui enim ſuſcitauit Chriſtum ex mortuis, viuificabit (inquit) mortalia corpora veſtra per ſpiritum ſuũ inhabitantem in vobis, vt mortale hoc induat immortalitatem, & corruptibile incorruptibilitatem, & mors in victoriam deuoretur. Non enim de alio corpore Apoſtolus hic tractauit, ſed de hoc quod &
Corporis & carnis vocum ſignificatio quæ ſit.
moritur & mortificatur: per quod & ſcortari & petulanter agere poſſibile eſt. Si verò differentiam eſſe corporis ad carnem coniectarint (vt & hæc ipſis expendere permittamus) & corpus quidem aliud putarint, vel ipſius animæ quod non videtur: carnem verò, extrinſecum hoc quod videtur: dicendum, quod non ſolum Paulus & Prophetæ corpus ſciunt carnem hanc nominari, ſed etiam alij philoſophi, apud quos ſane maximè nominum certitudo obſeruata eſt. Caro enim omnino, ſi de his peritè conſiderare velint, tota hæc habitaculi noſtri moles propriè non dicitur: ſed pars quædam totius, quemadmodum etiam oſſa, aut nerui, aut venæ, corpus verò totum. Vnde etiam medici qui de corporum natura
Probatio Platonis de partibus hominis.
exactè tractauerunt, corpus nouerunt hoc quod videtur. Sed & Plato hoc ipſum corpus etiam ipſe nouit. Itaque in Phædone Socrates: Ergo non aliud quid mortem eſſe putamus, inquit, quam animæ à cor- D
pore diſceſſum, & eſſe hoc mortuum, eſſe ipſum per ſeipſum corpus ab anima liberatum ſeorſim eſſe, ,,
& ſeorſim item eſſe animam à corpore. Atqui Moſes ille beatus (veniamus enim iam ad diuinas ſcri- ,,
pturas) nónne corpus hoc nominari nouit quod dicimus? Et lauabit veſtes, inquiens, in purificationibus qui contigit immundum, & lauabitur corpore ſuo aqua, & immundus erit vſque ad veſperam.

Quid

« « Quid verò Iob? nónne nouit & ipſe corpus hoc quod mortificatur appellare? Verſatur autem corpus
« « meum in purulentia vermium, dicens. Sed & Salomon: In malignam animam non intrabit ſapientia, *Sapiẽtiæ*
« « neque habitabit in corpore obnoxio peccato. Et in Daniele de martyribus, Non dominatus eſt ignis *habitaculum.*
« « corpori ipſorum, dicitur, & capillus capitis ipſorum non eſt exuſtus. Et Dominus in Euangelio: Ideo
« « dico vobis, ne ſitis ſolliciti quid edatis, aut quid induatis. Nónne anima plus eſt quam alimentum, &
« « corpus quam indumentum? Et Apoſtolus: Ne igitur regnet peccatum in mortali corpore veſtro, dicẽs,
« « confirmat ſe noſcere hoc, quo circundati ſumus, corpus. Et rurſus: Si autem ſpiritus eius qui ſuſcitauit
A Ieſum, habitat in vobis, qui ſuſcitauit Chriſtum ex mortuis, viuificabit etiam mortalia corpora veſtra.
« « Et rurſus: Si dixerit pes, non ſum manus, non ſum ex corpore, nùm ob id non ex corpore? Et rurſus: O-
« « mnes enim nos manifeſtari oportet coram tribunali Chriſti, vt reportet vnuſquiſque ea quæ fiunt per
« « corpus, prout fecit. Et rurſus: Epiſtolæ quidem graues & fortes, præſentia verò corporis debilis. Et rur
« « ſus: Noui hominem in Chriſto ante annos quatuordecim, ſiue in corpore, non noui, ſiue extra corpus,
non noui. Et rurſus: Sic debent viri diligere vxores ſuas, velut corpora ſua. Et rurſus: Ipſe autem Deus *Dilectio*
pacis ſanctificet vos perfectè, & ſpiritus veſter integer, & anima & corpus citra reprehenſionem, in ad *corporis*
uentu Domini noſtri Ieſu Chriſti ſeruetur. Cæterum illi incertè in fluctu ac turbatione Apoſtolorum *ſicut dile-*
ferri opinati ſunt, nihil horum intelligentes, velut verborum ipſius ſententiæ ſtabilitatem ac firmam ſe- *ctio vxo-*
dem non habeant, ſed ſurſum ac deorſum natent, ac retractabilia dicant, nunc quidem carnem reſur- *ris.*
gere, nunc verò non reſurgere. Vnde quo nihil relinquatur ex propoſitis, & vt perfectè hydram excin-
damus, ad propoſitum rurſus reuertar. Conſequenter enim vbi, velut promiſi, etiam alia capita, & quæ
ad ipſa dici oportet, oſtendero, conſona ac conſectanea etiam ipſa eſſe declarabo, & ad fidem de reſur-
rectione carnis dicta. Pergamus itaque ad id quod primùm in Apoſtolum dicere aggreſſi ſumus. Nam
quod dictum eſt ab ipſo, Ego aliquando ſine lege vixi, vitam noſtram ſuperiorem in paradiſo, ante mã
datum, non extra corpus, ſed cum corpore, in primis parentibus declarat, quemadmodum ab initio af-
ſeruimus. Quoniam antequam daretur mandatum, Deus accepto limo de terra formauit hominem, de
B gebamúſque extra concupiſcentiam, neſcientes omnino nos brutæ concupiſcentiæ impetibus, & attra- *Declarã-*
ctoriis voluptatum illecebris, ad intemperantiam cogi. Nam quod non habet præſcriptionem, iuxta *tio dicti*
quam vitam degere oportet. neque liberam ratiocinãdi poteſtatem, vt vita quam eligit vtatur, quò pri- *Apoſtoli*
uatim aut honoretur, aut vituperetur, idipſum ab omni culpa ac crimine innoxium eſſe oſtendendum *de vita ſi-*
eſt: quoniam non poteſt ea concupiſcere quæ prohibita non ſunt. Sed etſi concupiuerit, non culpabi- *ne lege.*
tur. Concupiſcere enim non in præſentia & poteſtati ſubiecta cadit. Verùm in præſentia quidem, ve-
rùm non in poteſtate ſita. Quomodo enim quis id concupiſcat & amet, à quo non prohibitus eſt, &
» quo non habet opus? Quapropter concupiſcentiam non nouiſſem, niſi lex dixiſſet, Non concupiſces. *Peccati*
» Vbi verò audiui, De ligno cognitionis boni ac mali ne edatis: quacunque enim die ederitis de ipſo, *cognitio*
» morte moriemini: tunc concupiſcentiam in me concepi. Non enim ea quæ haber, & quæ in poteſtate *ex lege.*
eius ſunt, & quibus vtitur, concupiſcens deſiderat ac cupit, ſed ea à quibus prohibitus eſt, & quæ ablata
ſunt, & quæ non habet. Quare benè profectò dictum eſt, Concupiſcentiam non nouiſſem, niſi lex di-
xiſſet, Non concupiſces: hoc eſt, ne edatis de ipſo. Hinc enim locum & occaſionem nactum eſt pecca-
tum, ad illudendum mihi, ac me peruertendum, Dato enim mandato, anſam habuit diabolus per man
datum, vt concupiſcentiam in me operaretur, ſtimulans me ac illectans per artes ſuas, vt in prohibito-
rum appetentiam caderem. Nam abſque lege mortuum eſt peccatum. Non dato enim, & nondum e- *Quid pec-*
xiſtente mandato, inefficax erat peccatum. Ego verò viuebam irreprehenſibiliter ante mandatum, non *candi con*
habens præſcriptionem ac conſtitutionem, iuxta quam viuere oportebat, & à qua lapſus peccarem. V- *ſuetudo*
C bi verò venit mandatum, peccatum reuixit, ego autem mortuus ſum & inuentum eſt hoc ad vitam mã *faciat.*
datum, ad mortem. Quia poſtquam legem dedit Deus, & præſcripſit quod faciendum & non facien-
dum, diabolus operatus eſt in me concupiſcentiam. Admonitio enim Dei, & præceptum hoc datum
eſt mihi ad vitam & incorruptibilitatem, vt obediens ipſi, & ſecundum ipſum viuens, integram & bea
tiſſimam in æternum, & ſemper florentem ad immortalitatem vitam habeam ac gaudium. Vbi verò i-
pſum reprobaui, ad mortem euaſit ac condemnationem. Nam diabolus quem nunc peccatum hic ap-
pellauit, eò quòd opifex & inuentor peccati ſit, per mandatum occaſione arrepta, ad inobediẽtiam de- *Diabolus*
cepit me, & deceptum occidit, id operatus vt reus fierem condemnationis illius: Quacunque die ede- *peccatum*
ritis de ipſo, morte moriemini. Quare lex quidem ſancta eſt, & mandatum Dei iuſtum ac ſanctum & *appella-*
bonum: quoniam non vt lædat, ſed vt ſeruet, datum eſt. Ne enim putemus omnino inutilè quid aut no- *tur.*
ciuum, Deum facere. Quid igitur bonum mihi facta eſt mors, quæ maximi ſi militer cauſa futura boni
legiſlatio nata eſt? Abſit. Quia non mãdatum Dei factum eſt ad hoc, vt ego in ſeruitutem corruptionis
redigerer, & vt pernicioſas mortis cauſas imprimeret. Sed diabolus, vt manifeſtaretur qui per bonum
mihi malum conſtruxit, quo fieret, & declararetur inuentor ille ac architectus peccati, peccator per ex
D cellentiam, & ſepararetur à bono, qui contraria mandato Dei procurauit. Nouimus enim quòd lex eſt
ſpiritualis: quapropter etiam in nulla re vlli cauſa eſt detrimenti, procul enim à concupiſcentia bruta ac *Qualis*
peccato habitant ſpiritualia. Ego verò carnalis ſum, venditus ſub peccatum: hoc eſt, ego carnalis exi- *lex.*
ſtens, & in medio mali ac boni conſtitutus, velut libero arbitrio præditus, vt in me eſſet eligere quod vo
lo (poſui enim, inquit, ante faciem tuam vitam & mortem) vbi nutaui ad hoc, vt inobediens fierem
ſpirituali legi, hoc eſt mandato, & obediens fierem conſilio illius materialis, hoc eſt ſerpentis: venditus ſum propter hanc hæreſim, lapſus ſub peccatum, diabolo. Vnde hinc obſidens me malum inſidet ac viget, vt in carne mea inhabitet, velut fucus in fauo apis, circumuolans ſæpè circum ipſum, ac bom-

ac bombum edens: quum hoc supplicium impositū sit mihi mandato transgresso, & venditus sim malo. Quapropter etiam non cognosco quod operor, cogitans quod non volo. Nam quod dictum est, Quod operor non cognosco, & facio quod odio habeo: non de eo quod operati sumus ac perfecimus malum, accipiendum est: sed de eo quod solum cogitauimus, cogitationibus insinceris sæpè nobis advolantibus, & seducentibus nos ad quæ non volumus, ita vt anima per cogitationes circa multa circūducatur. Non enim in nobis omnino est situm, vt aut cogitemus, aut non cogitemus absurda: sed vt cogitationibus vtamur, aut non vtamur. Impedire equidem vt ne incidant in nos cogitationes, quæ forinsecus ad probationem nostri inspirantur, non possumus. Non obedire verò, aut non vti ipsis possumus. Alioqui quomodo Apostolus malum quidem quod displicebat, maximè fecisset: bonum verò quod placebat, minimè: si non de extraneis cogitationibus dixisset, quas cogitamus aliquando etiam non volentes, non scientes ex qua causa? Has itaque cogitationes subuertere ac reprimere oportet, vt ne dilatæ extremitates animæ obtineant. Impossibile est enim his opportunè in nobis vigentibus exoriri bonum, rectè ergo dixit, Quod enim facio, non scio. Non enim quod volo facio, sed quod odio habeo, id facio. Volumus enim ea quæ non conueniunt, & quæ nefas est cogitare. Nam hoc bonum est perfectū, non solum à faciendo abstinere, sed etiam à cogitando. Et quod volumus, hoc bonum non fit: sed quod non volumus, malum. Obrepunt enim circa cor nostrum, inscendúntque etiam non volentibus nobis sæpè, innumeræ cogitationes de infinita curiositate ac negociis sordidis incidentes. Quapropter velle quidem vt neque cogitemus ipsa, in nobis situm est: verùm efficere ac operari quò dissipentur, vt ne rursus in mentem nobis redeant, hoc in nobis non est situm, sed vt vtamur ipsis solùm quodammodo, aut non vtamur, vt sit sententia dicti talis: Non enim quod volo facio bonum. Volo enim nō cogitare quæ me lædunt, nam hoc est bonum & immaculatum, & quod dici solet, citra reprehensionem manibus ac mente factum quadrangulum. Et hoc quidem quod volo bonum non facio, quod verò non volo facio malum. Non volo cogitare, & cogito quæ non volo. Et considerate, an non ob has ipsas cogitationes etiam Dauid interpellauit Deum, & ægrè ferens quòd & ipse cogitaret quæ non vellet: Ab occultis meis munda me, & ab alienis parce seruo tuo. Si non dominata fuerint mihi, tunc immaculatus ero, & purgabor à peccato magno. Et ipse Apostolus in alio loco: Cogitationes destruentes, & omnem elationem quæ effert se contra cognitionem Dei, & captiuam ducentes omnem intelligentiam ad obedientiam Christi. Si verò quis verbis impetere ausus responderit, quod Apostolus docet, quod non solum in cogitando est malum, quod odio habemus, & quod non volumus, sed etiam in faciendo ac operando ipsum: propterea quòd dictum est, Non enim quod volo facio bonum, sed quod noh volo malum hoc facio: expetimus sanè, si vera dicit qui hæc dicit, vt declaret quòd erat malum, quod odio habebat Apostolus, & non volebat quidem facere, faciebat autem: & quod erat bonum, quod volebat quidem facere, non autem faciebat. Sed vice versa, quoties quidem volebat facere bonum, toties non bonum quod volebat, sed malum quod non volebat, faciebat. Nunquid non volens, simulacra colere, sed Deū colere, quod quidem volebat, Deum colere non potuit: quod verò non volebat, simulacra colere, potuit? Aut temperanter quidem agere, quod volebat, non potuit: intemperanter autem agere, quo grauabatur, potuit? Et in summa, crapulari, prodigaliter viuere, indignari, iniustus esse, & reliqua improbitatis opera, quæ non volebat, facere quidem poterat: quæ verò volebat, iusticiam & sanctitatem, non faciebat? Atqui ipse in Ecclesiis omnes ad non delinquendum exhortans, non solùm facientes & operantes absurda, perniciei & iræ seruari admonet, sed etiam consentientes ipsis in illa, ita vt iusticiam in nobis sine peccati ammixtione exerceri contendat. Omne enim peccatum ac studium, consummationem per carnem acquirit. Sæpè igitur in epistolis palàm hæc ipsa nos fugere ac odio habere docens, dicit: Ne erretis, neque scortatores, neque simulacrorum cultores, neque adulteri, neque molles, neque qui cum masculis concumbunt, neque fures, neque auari, neque ebriosi, neque maledici, neque rapaces, regnum Dei possidebunt. Et quod summum est, exhortans nos ad hoc vt penitus peccatum effugiamus ac excutiamus: Imitatores, inquit, mei estote, quemadmodum & ego Christi. Sic, non ob id quod faceret ac operaretur quæ non volebat, prædicta retulit, sed quod solum cogitaret. Alioqui quomodo exactus Christi imitator esset? Nunc verò quandoquidem sæpe bestiales incidunt cogitationes, concupiscentia ac curiositate aliàs aliter nos implentes, Muscarum veluti densa est populosaque turba dixit: Quod enim non volo, hoc facio, vsque ad animam. Confidenter itaque ipsas depellere oportet, ita vt nihil omnino ad faciendum ea quæ ab ipsis insusurrantur, nutemus. Quò enim admittamur in regnum cœlorum, per omnes voluptates ac tristicias probati, si non immutati fuerimus, sed vbique velut aurum incorruptum per ignem examinati, à propria virtute non discesserimus, contingit hoc vt à multis mens nostra infestetur. Vnde sanè strenuè velut optimos milites nos resistere oportet, qui vbi se ab hostibus obsessos vident, sagittarum & aliorum iaculorum ipsorum nullam curam habentes, obseruandam ciuitatem alacriter contra ipsos procedunt, nullum studium omittentes, donec aciem ipsorum in fugam conuersam extra terminos expulerint. Vides enim, quòd cogitationes propter habitans in nobis peccatum, forinsecus nobis instant, velut canes rabiosi, aut feri, aut audentes latrones, contra nos semper instigati, à tyranno ac principe iniquitatis, probantes nos an resistere ipsis possumus, & aciem contrà instruere. Age igitur, ô anima, fortiter resiste, ne fortè remittens rapiaris, & non habeamus precium redemptionis quod pro te demus. Quod enim hostimentum dabit homo pro anima sua? inquit. Bonū igitur & maximo gaudio dignum esset, si non haberemus contra nos agentes ac pugnantes. Quando verò hoc impossibile est, & quod volumus non possumus, (volumus enim non habere eos qui extrahunt nos ad affectus, licebat enim sic citra sudorem saluari) & quod volumus, hoc non fit, sed quod non volumus,

Quî malū inhæreat nobis similitudine ostēdit.

Cogitationum & actionum ratio in nobis quæ sit.

Quid corrupta natura causetur.

Prouerbium.

Quî accipiēda verba Apostoli, quod volo bonum hoc non facio.

Carnis effectus.

Prouerbialis versus.

Obsistendū malis.

Epiphone maelegās

volumus,oportet enim nos probari,velut dixi: Ne igitur concedamus ô anima,ne concedamus malo
illi,sed assumpta armatura Dei protegente ac defendente nos,induamus thoracem iustitiæ,& subin-
A duamus pedes in promptitudine Euangelii pacis,in omnibus assumpto scuto fidei, in quo possimus *Cur viriliter nobis dimicandum.*
ômnia tela maligni illius ignita extinguere. & susceptа galea salutis,& gladio Spiritus,qui est verbum
Dei,ad hoc, vt possimus stare aduersus insidias diaboli,cogitationesque destruere, & omnẽ elationẽ
quæ se effert contra cognitionem Dei. Quia non est nobis lucta aduersus sanguinem & carnem. Hac
verò de causa hæc dico,quòd hic modus est Apostoli scriptorum. Multa equidem sunt quæ de singu-
lis in hac epistola relatis ostendi possunt,quod iuxta rectam sententiam & accuratè se habeant. Verùm
longum fuerit ipsorum sic rectensere. Figuram enim ipsius solum ac voluntatem ostendere nunc propo
" sui. Non enim quod volo, hoc facio, sed quod odio habeo,hoc ago. Assentior legi Dei,quòd bo-
" na est. Nunc autem nõ amplius ego operor ipsum,sed quod habitat in me peccatum. Noui enim quod
" non habitat in me,hoc est in carne mea,bonum,rectè dicens. Meministis enim qũomodo in superio-
ribus decernebamus,etiamsi ego omnia breui recensere vólens,magis tardo,lõgiore mihi orationis pe
riodo facta quam speraui,quam sanè vt absoluamus promptos nos esse conuenit: alias enim nunquam *Ex contẽ ptu malꝰ origo.*
ad finem propositi deueniemus. Dicebamus igitur,si meministis,ex quo hominem secundum seductũ
contigit mandatum spernere,hinc ex inobedientia contigit vt peccatum accepta occasione in ipso in-
habitarit. Sic enim primùm seditio incidit,distractionibusque ac cogitationibus alienis impleti sumus
euacuati quidem ab insufflatione Dei,impleti autem concupiscentia materiali,quam multiplex serpẽs
in nos inspirauit,quum breui transgressi essemus nos mandati Dei circulum. Quapropter etiam mor- *Cur reperta mors.*
tem Deus ad sublationem peccati propter nos reperit,vt ne in nobis immortalibus exorta,velut dixi,
B immortalis esset. Vnde Apostolus dicens: Noui enim quòd non inhabitat in me,hoc est in carne mea *Cogitatiõ genera duo.*
bonum: peccatum à transgressione per concupiscentiam in nos inductum significare vult,cuius quasi
germina nouella ac ramuli,voluptuatiæ in nobis cogitationes semper consistunt. Duo enim sunt in no
bis cogitationum genera. Alterum à concupiscentia in corpore nostro blandiente consistens, quod ex
materialis spiritus versutia,velut dixi,generatum est. Alterum à lege mandati,quam accepimus,vt in- *Lex triplex.*
situm haberemus & naturalem legem,quæ cogitationem nostram excitat ac dirigit ad bonum. Vnde
lege Dei in mente delectamur,hæc enim est internus homo: lege verò diaboli in carne,iuxta inhabi-
tãs in ipsa peccatum. Lex enim quæ est in cupiditate mentis,renitens ac reluctans legi Dei,hæc est quæ
affectuosas & materiales distractiones ad iniquitatẽ sẽper producit,penitus ad uoluptates nos trahens.
Tres enim leges Paulus palàm hic mihi asserere videtur. Vnam iuxta insitum in nobis bonum,quam e-
tiam clarè legem mẽtis appellauit. Alteram ex insultu diaboli instantem,& ad affectuosas imaginatio-
nes sæpe animam distrahentem,quam reluctari legi mentis dixit. Tertiam verò,quæ per peccatum ex
concupiscentia in carne exultat,quam legem peccati habitantem in membris vocauit: hanc sæpe in- *Lex diaboli quomodo inspiretur.*
uadit improbus ille,in ipsáque vehitur,eámque cõtra nos exhortatur,ad iniusticiam & malas actiones
nos compellens. Quæ enim forinsecus à diabolo lex inspiretur,& per sensus velut bituminosus fluxus
intrò in ipsam animam effunditur,ea à lege quæ consistit in carne iuxta concupiscentiam corrobora-
tur. Apparet enim quòd in nobis ipsis aliud melius,aliud deterius est. Et vbi quidem id quod melius est
natura, potentius fuerit deteriore,tota mens ad bonum fertur. Vbi verò id quod deterius est redun
darit,& bono in nobis restiterit,rursus vice versa homo ad omnigenas imaginationes ac cogitationes
deteriores rapitur. Qua de causa etiam Apostolus optat liberari,mortem & interitum ipsum hoc esse
C ducens. Quemadmodum etiam Propheta: Ab occultis meis,dicens,munda me. Ipsa enim verba hoc *Corpus mortis quod dixerit Paulꝰ.*
declarant,dum dicit: Delector enim lege Dei secundum internum hominem,video autem aliam legẽ
reluctantem legi mentis meæ,& captiuantem me lege peccati quæ est in membris meis. Miser ego ho
mo,quis me liberabit ex corpore hoc mortis? Non corpus mortem pronuncians,sed legem peccati in
membris per transgressionem in nobis delitescentem,& ad mortem iniquitatis animam semper sedu-
centem. Infert igitur statim,edisserens à quali morte cupiat liberari,& quis sit qui ipsum liberet: Gra-
tia Deo per Iesum Christum. Animaduertendum enim,quod si corpus hoc mortem,ô Aglaophon,ve
lut putastis,dixisset,non vtique Christum velut liberantem ipsum postea ex hoc malo assumpsisset. Nã
quid magis admirandum aut amplius à Christi aduentu habuimus? Quid vero etiam Apostolus om- *Liberatio quãdo cõtingit.*
nino velut per aduentum Christi potens ex morte à Deo liberari hoc loquutus esset? quando omnibus
etiam antequam Christus veniret in mundum,contigit mori. Liberabantur enim omnes, dum separa-
bantur à corporibus in viæ huius exitu. Sed & in eodem modo omes animæ tum credentium tum
non credentium, tum iniustorum tum iustorum,in die obitus separabantur. Quid igitur Apostolus
plusquam alii qui in incredulitate degerunt,accipere studuisset? Aut cur liberari à corpore optasset:
quod etiamsi non voluisset,omnino ipsi contigisset,quemadmodum sanè omnibus statutum est mori
& separari animas ipsorum à corporibus,siquidem corpus mortem animæ asseruisset? Quare non cor
pus hoc mortem,sed peccatum inhabitans per concupiscentiam in corpore,ô Aglaophon,dicit: à quo *Lex spiritus vitæ in Christo.*
D Deus ipsum per aduentum suum liberauit. Lex enim spiritus vitæ in Christo Iesu liberauit nos à lege
peccati,& morte: quo is qui suscitauit Iesum ex mortuis, propter spiritum suum inhabitantem in no-
bis,viuificet mortalia corpora nostra,pecccato,quod est in corpore nostro,ad interitum condemnato,
vt iustificatio naturàlis legis secundum mandatum ad bonum nos trahẽtis manifestetur rursus,quæ de
bilitata fuit carne à peccato superata,ante Christi aduentum materialibus curis obruta. Impotentiam
enim naturalis in nobis boni,ob quam languebat à concupiscentia in corpore sita superatum, Deus re-
curauit misso filio suo,qui similem carni carnem assumpsit. Veritas enim,& non apparentia erat,quod

apparuit: quo peccato ad interitum condemnato, vt non amplius fructificet in carne, iustificatio natu-
in veritate quomodo curant vulnera nostra. ralis legis impleretur, redundans obedientia in his qui non secundum concupiscentiam carnis ambulant, sed secundum concupiscentiam Spiritus, eiusdémque ductum. Nam lex spiritus vitæ, quod sanè A
est Euangelium, alia existens à prædictis legibus, per prædicationem ad obedientiam posita ac remis-
sionem peccatorum, liberauit nos à lege peccati ac mortis, vt quæ penitus peccatum regnans in carne
vicit. Quæ quidem igitur proponunt etiam ex Apostoli verbis, non rectè ipsa exponentes, ea ò
Theophile declarata recensui. Conuertam autem mè etiam ad alia, si auxiliatorem nostrum ad transitũ
orationis reperiemus. Grauia enim sunt, & non valde facilè destrui possunt quæ sequuntur. Quapro-
ter etiam segnius ipsa attingo, cum longam & difficilem ipsorum demonstrationem fore videam: nisi
aura aliqua intelligẽtiæ derepentè nos ex cœlo afflet, & velut in medio pelago natantes, in trãquillum
portum ac securiorem declarationem restituat.

Hactenus fragmentum ex Methodio.

Fictitia Origenis & simulata doctrina. Hæc igitur sunt quæ ex parte & ex ordine à beato Methodio, qui & Eubulius dicitur, de prædicto Origene, & mala ipsius fide, per sophisticum errorem in sermone de resurrectione relata fũt. Quę hic apponentes, sufficere arbitrati sumus aduersus illius nugas, & ad ipsum destruendum, qui humanam vitam per confictam ex Græca doctrina superstitionem ac malignitatem subuertit. Multa equidẽ etiam alia in huius argumenti consequentia à Methodio prædicto, viro sanè docto, & circa veritatem valde exercitato relata sunt, profectò versus alii totidem numero. Verùm quandoquidem promisimus in vnaquaque secta, modica quædam ad ipsius subuersionem nos dicturos esse, non enim paucæ sunt illæ: hactenus his ex opere ipsius appositis contenti fuimus. Cæterùm vbi etiam ipsi pauca de nostra tenuitate, in easdem viri illius nugas apposuerimus, à certamine contra ipsum instituto cessabimus; B
Deo brauium reddentes, qui victoriam dat, & Ecclesiam suam propria sua benignitate semper immar-
Pelliceæ tunicæ ex pensæ. cessibilibus coronis ornat, veritatis videlicet prædicationibus. Dicemus itaque etiam ipsi aduersus illũ pro virium nostrarum facultate. Dicis ô bone, velut etiam suprà à me indicatum est, cauillãs: Nunquid coriarius erat Deus, vt tunicas pelliceas ipsi Adam & Euæ faceret, cum nondum animalia essent mactata? Si verò etiam mactata erant animalia, non erant, inquit, tunicæ pelliceæ, sed terreum quo obsiti sumus corpus. Et vndiquaque conuincitur, quod diaboli versutiam & serpentis fraudem sequitur, qui
Sena millia librorum Origenes scripsit. incredulitatis corruptionem humanæ naturæ induxit, & Euam decepit, & semper simplicium animarum mentes per versutiam in cogitationibus ipsarum corrupit. Videamus itaque, an quæ à te dicta sunt stabilitatem habere possint: vt qui tantum laborem pertulisti, & frustra certamen tot librorum à te cõscriptorum subiisti. Si enimverum est quod de te celebris fama refert, quòd senamillia librorum, ô inanis operarie, conscripsisti, & omni labore in vituperia ac dolos vanitatis insumpto, & opera inaniter collocata, per necessaria quæ adulterasti, sudorem mercimonii tui desperatum effecisti. Si enim resurgit corpus, neque anima aliquam hæreditatem assequetur. Vna enim est & eadem societas corporis & animę & vna operatio. Resurrectionem autem dolosè etiam ipse confitens, imaginariam apparentiam & non veram habens, nomen solum confiteris. Qualis igitur resurrectio animæ dici potest, quæ non cadit, ne
A coniugatis argumentũ. sepelitur? At mãifestũ est ex nomine, ꝙ lapsi & sepulti corporis, est resurrectio, quæ vbiq́, & in tota Scriptura a filiis veritatis prædicatur. Si verò non resurgit, nõ est resurrectio, quæ per omnes scripturas que prędicata est. Si autem resurrectio non est, vana est resurrectionis mortuorum expectatio. Non enim a C
nimarum resurrectio est quæ non ceciderunt, sed corporum sepultorum. Si verò & pars resurrectionis
Corporis animalis ac spiritualis ratio. suscitatur, pars verò deponitur: hæc ergo pars quomodo erit? Non enim possunt in corpore esse partes quæ resurgunt, & partes quæ deponuntur ac relinquuntur. Quod autem est corpus animale, & corp⁹ spirituale, nõ aliud corpus est spirituale, & aliud animale sed idẽ animale, idẽ spirituale. Quãdo enĩ sum⁹ in mũdo, & corruptibila carnis opera facim⁹, corpora sunt animalia. Seruim⁹ enim animæ in mundo in absurditatibus, velut etiam tu ex parte dixisti. Quando verò resurgimus, non amplius est animæ seruitus, sed spiritus consequentia. Hinc iam habens arrabonem per hoc quod dictum est: Si viuimus spiritu, spiritu etiam ambulemus. Si verò etiam spiritu ambulamus, actiones corporis mortificantes vi-
uemus. Non enim amplius nuptiæ, non amplius concupiscentiæ, non amplius certamina his qui con-
Enoch trãslatio. tinentiam profitentur, non amplius delicta castitati aduersantia, nõ amplius actiones quæ hic aguntur sed sicut dicit Domin⁹ Qui illa resurrectione digni facti fuerint, neque matrimonium contrahunt, neque nuptum elocantur, sed sunt sicut angeli. Quemadmodum translatus est etiam Enoch, vt non viderit mortem, & non reperiebatur. Non autem trãslatus est & reliquit corpus, aut corporis partem. Si
Heliæ raptus. enim reliquit corpus, vidit ergo mortem. Ipse verò cum corpore translatus, non vidit mortem. In corpore enim viuente est spiritualiter ablatus, & non animaliter, propter trãslationem: & quidem in corpore existẽs spiritualiter. Sed & de Helia similiter, quòd assũpt⁹ est in curru igneo, & est adhuc in carne
Reipsa idem animale corpus et spirituale. Carne autem spirituali, & non opus habente vt per coruos nutriatur, velut cum in hoc mundo fuit, & vt de torrente Chorat bibat, & pellem ouillem induat: sed vt nutriatur alio quodam spirituali alimẽto cuius suppeditator est qui occulta cognoscit, & inuisibilia creauit, Deus, ambrosium quendam ac incorruptibilem cibum habens. Et vides quod idem est corpus animale, idem spirituale. Quemadmodum etiam Dominus noster resurrexit ex mortuis, non aliud corpus suscitans, sed ipsum quod erat: & non aliud ab eo quod erat, sed ipsum ꝙ erat in spiritualẽ subtilitatẽ trãsmutans, & spirituale totũ couniens ingressus per fores conclusas: id quod fieri nequit hic in nostris corporibus, propter crassitudinem, &

quod

quod nondum in ſpiritualem ſubtilitatem ſint counita. Quòd igitur erat id quod concluſis foribus ingreſſum eſt? aliud ab eo quod crucifixum eſt, aut ipſum crucifixum? Omnino equidem non poteris non confiteri, ipſum quod crucifixum eſt. Redarguit enim te per exactam perſcrutationẽ
A ac certitudinem ipſius Thomæ, vbi dixit ad ipſum: Ne ſis incredulus, ſed credulus. Oſtendit enim typum clauorum, & locum haſtæ, & ipſas cicatrices dimiſit in corpore: quamuis couniiſſet corpus in vnam ſpiritualem vnitatem. Potuiſſet igitur etiam cicatrices delere, ſed non deleuit, vt redargueret te ô fanatice. Erat ergo corpus quod in monumento ſepultum fuit per triduum, & quod cum ipſo reſurrexit in reſurrectione. Oſtendit enim & oſſa & cutem & carnes, vbi dixit: Videte quòd ſpiritus carnem & oſſa nõ habet velut me videtis habere. Quo modo igitur ingreſſus eſt foribus cõcluſis? vt oſtenderet ꝙ corpus quidẽ eſſet quod videbatur, & non ſpiritus: verùm corpus ſpirituale: & quidem quod cum anima & deitate & tota incarnatione idem eſſet, ſed ſpirituale ſubtilium partium, quod aliquando craſſarum partium fuerat, idem quod crucifixum fuerat, & idem quod ſuperatum erat in ſuperabile, counitum ac contemperatum deitate: & quod non amplius ſolueretur, ſed perpetuò maneret, non amplius moriens. Surrexit enim Chriſtus ex mortuis, primitiæ eorum qui obdormierunt: & non amplius moritur, mors ipſi non amplius dominatur. Quo verò cognoſcas & hoc, ob quam cauſam primitiæ eorum qui obdormierunt Chriſtus dicitur, & quidem cum ipſe non inceperit reſurgere: nam ãte ipſum reſurrexerunt per ipſum Lazarus, & filius viduæ, & alii tum per Heliam, tum per Heliſęum. At quandoquidem illi omnes vbi reſurrexerunt, rurſus mortui ſunt, ſic Chriſtus primitiæ eorum qui obdormierunt eſt. Quum enim reſurrexerit, non amplius moritur, ſicut quæ futura eſt reſurrectio
B per ipſius vitam ac benignitatem. Si verò eſt primitiæ eorum qui obdormierunt, etiam reſurrexit omnino corpus ipſius cum deitate: & incarnatio ipſius reſurrexit, ita vt nihil ex ipſa relictum ſit, neque corpus, neque aliud quid. Nõ enim relinques animam meam in inferno, nec concedes vt ſanctus tuus videat corruptionem. Et quod quidem dictum eſt de anima in inferno, ſignificat nõ relictum eſſe. Sãctũ verò vt. S. oſtẽdat corpus quod corruptionẽ nõ vidit, ſed incorruptũ reſurrexit triduanum, & incorruptibilitati counitum in æternum. Tu verò dicas ô bone, hæc corpora eſſe pelliceas tunicas, quum cõ ſequentia hoc nuſquam habeat, ſed propter ſemina fabuloſæ Græcorum doctrinæ in te ab initio conieꝯa, & propter malignam cogitationem de reſurrectionis ĩcredulitate illic tibi exacerbatam, Græco rum inquam, qui te ad hoc perduxerunt. Animalis enĩm homo, inquit, nõ capit quæ Spiritus ſunt. Stulticia enim eſt ipſi id quod ſpiritualiter recenſetur. Siquidem enim ante inobedientiam tunicæ Adam & Euæ factæ fuiſſent, veriſimile eſſet tuum nugamentum, & quod ſeducere poſſet. Quando verò apparet poſt Euam factas eſſe, vndè nam formabantur quam à corpore? manifeſtum hoc eſt. Immiſit enim, inquit, ſoporem in Adã, & dormiuit, & accepit vnam de coſtis ipſius. Coſta autem nihil aliud eſt quam os, conſtruxit autem carnem pro ipſa. Cum autem caro nominetur, quomodo adhuc expectatur huius ſtructura? Et ſuperius dicit: Faciamus hominem ſecundum imaginem noſtram, & ſecũdum ſimilitudinem. Et accepit, inquit, limum de terra, & formauit hominem. Limus autẽ & caro nihil aliud eſt quam corpus. Deinde poſtea, Et vbi ſurrexiſſet Adam de ſomno, dixit: Hoc nunc os ex oſſibus meis, & caro ex carne mea. Nondum autem tunicæ pelliceæ, nondum nugamentum à te allegoricè confictum fuit. Os itaque ex oſſibus meis, & caro ex carne mea, palàm eſt quod corpora erant, & non incorporeus erat Adam, neque Eua. Et accepit de ligno ac comedit, velut deceptus fuit à ſerpente, & conſtitutus eſt in inobedientia, & audiuit vocem Dei ambulantis in paradiſo ad meridiem, & occultati ſunt Adam & Eua in ligno. & Deus dicit ad Adam, Vbi es? Ipſe verò deprehenſus reſpondet:
C Vocem tuam audiui, & occultaui me, quoniam nudus ſum. Nudum itaque quid dixit, animam aut corpus? Folia verò fici quẽ tegebant, animam aut corpus? Et quis tibi dixit, inquit, quod nudus es, niſi quod de ligno comediſti, de quo ſolo præcepi tibi vt ne comederes. & ait, Vxor quam dediſti mihi, dedit mihi, & comedi. Vnde autem data fuit vxor quam à latere, hoc eſt à corpore, antequam tunicæ ipſis datę eſſent? Et dixit ad mulierem, Cur hoc feciſti? Illa verò, Serpens (inquit) decepit me, & comedi, ac dedi viro meo. Deus autem inducit maledictionem, tum mulieri dolorem, tum viro vt in ſudore comedat panem. Et poſtea dicit: Ecce Adam factus eſt ſicut vnus ex nobis: & nunc ne fortè extendat manum, & contingat lignum, & comedat ac viuat in æternum. Et poſt alia: Et fecit Deus tunicas pelliceas, & induit ipſos, & eiecit ipſos ex paradiſo. Et vides quod vana eſt vocum inanitas a te innouata? Quanto enim tempore antèa erant corpora ipſi Adam & Euæ? Si verò quis hoc interroget, & nõ poteris animaliter ratiocinationem faciens Spiritus gratiam ſuſcipere, ô incredule, & omnes incredulos excedẽs, dic mihi ſingula a Deo facta quantam habent miraculorum operationem ac admirationẽ? Vnde ex nihilo extentum eſt cœlum in ſublimi dilatatum? Vnde reſplenduit Sol, & creata eſt luna, &
aſtra? Ex qua primitiua materia accepta eſt terra ex nihilo facta? Et quibus naturis ſecti ſunt mõtes? Vnde conflatus eſt totus mũdus, qui ex nihilo a Deo productus eſt? Vnde nubium cõſtitutio, quæ in momento cœlum tegit? Vnde culices & vermiculos Moſes ſeruus Dei per præceptum Dei accepit? Quomodo virgam ligneam in ſerpentem mutauit animatum ac reptantem? Vnde cõtigit manui Moſis, vt in niuem mutaretur? Sic etiam tunc voluit Deus ô incredule, pelliceas natura tunicas, abſque a-
D nimalibus, abſque arte aliqua humana & multiformi cultu, & ſimul vt voluit fecit Adam & Euæ, quemadmodum ab initio ſimul voluit, & mundus & omnia facta ſunt. Et de his ſæpe diximus etiam in aliis locis, & ſuperius. Et his quidẽ qui volunt viuere, compendiaria eſt ſalus, & praua facilè fides ab ipſis cõfutari poteſt. Qui verò ſalutis doctrinam ſuſcipere nolũt, his ne totum æuum ad cõprobationẽm ſufficerit, ſurdo ſemper exiſtente auditu, inſtar aſpidis aures obturantis, vt non admittat vocem incantan-

Veritas carnis inſinuatur.

Chriſtus non moritur.

Inepta interpretatio de tunicis pelliceis.

Folia fici quomodo tegebant animã & corpus.

Vnde creata ſydera.

Pelliceæ tunicæ ãte mactata a nimalia.

tium, dum velut diuinus fermo ait, à sapiente incantatur. Filiis autem veritatis non parum, vt arbitror, vtilis fuerit hic sermo, etiamsi per longum hic mihi sit expositus. Deueniam portò ad sermonem de re
Ex corpore humano quæ procedũt. surrectione. Vbi enim eos qui opinionem tuam non intelligunt, seduxisti, subiicis tu, ô vane operarie, A & dicis, Quidam simpliciores putant impios resurrectionem nos assecuturos esse. Non enim hoc solum est in corpore, sed etiam animalcula ex nobis nascuntur, vt ita dicam, pediculi & lendes, quæ neque extra corpus sunt, neque à corpore reputantur. Et nemo vnquam requisiuit lendem ex corpore excretam ad habendum, sed potius ad perdendum, neque corruptionem ex ipsa generatam. Neque quispiam damnum duxerit, huius aut alicuius à nobis fluentis perditionẽ: etiamsi sic res se habeat iuxta tuam narrationem. Non enim à nobis hæc quæruntur, neque Deus hæc ad nostri constitutionem in duxerit, sed instar sordis ex ipsa quidem veste existentis, verùm ab ipsa ornatus gratia reiectæ, reliquerit. Illud autem clarum est, quòd perfectam vestem, neque defectuosam, neque superfluam, ob bonitatem artis suæ opifex induxerit: omnia enim ipse potest. Si verò non sic esset, ô tu qui ex multiplici versutia mentem læsam habes, potuisset vtique Saluator noster & Dominus, filius Dei, qui propter omnem securitatẽ vitæ nostræ venit, vt spem nostram firmaret, & plurima in seipso expressit ad veritatis suæ erga nos cõfirmationẽ, potuisset inquã patrẽ ei⁹ deponere, partẽ resuscitare, iuxta fabulosã tuã assertionẽ & vanarum ratiocinationũ tuarum, ô contẽtiose, collectionẽ. Ipse enim statim redarguens mores
Granum frumenti quod sit appellatũ tuos, dicit: Nisi granum frumenti in terra lapsum mortuum fuerit, solum manet. Si verò lapsum mortuum fuerit, multa grana producit. Et quòd nam dixerit granum, cuiuis manifestum est. Et totus mundus confitetur, quòd de ipso dixerit, hoc est, de corpore carnis sanctæ, quam de Maria accepit, & de tota sua incarnatione. Labi autem, siue cadere, & mori (sicut cum dicit, Vbi cadauer, illic congregabuntur aquilæ) de triduana corporis sui dormitione dixit. velut etiam ipse confiteberis. Deitas enim ipB sius somni expers, casus exors, insuperabilis ac immutabilis existit. Mortuum igitur est granum frumẽti, & resurrexit. Totum itaque granum resurrexit, aut pars ipsius resurrexit? Aliud granum ab eo quod
Annuncia ta veritas de resurrectione Christi. erat, aut ipsum quod erat ad esse resurrexit? Quod corpus per Ioseph funebri ritu curatum in sindone & in monumento nouo positum resurrexit, omnino non negabis. Quem itaque resurrexisse nunciabãt angeli mulieribus, vbi aiunt. Quem quæritis, Iesus Nazarenus non est hic, surrexit, sicut dixit. Venite, videte locum, & intelligere facite Origenem, quod non sunt hic reliquiæ sitæ, sed totus resurrexit. Et vt scias quòd totus resurrexerit: Resurrexit, inquit, nõ est hic. quò tuas nugas repelleret, quòd reliquiæ ipsius non essent relictę, sed ipsum totum corpus, quod clauis transfixum fuit, quod hasta compunctum quod à pharisæis detentum, quod consputum fuit. Et quid opus est mihi multa dicere, ad nugatum in misero ac factuoso illo generatarum cõfutationem? Ergo sicut resurrexit, & suum corpus suscitauit, sic etiam suscitabit nos. Ex hoc enim demonstrauit sanctus ille Apostolus spem nostram, vbi dixit: Quo modo dicunt quidam inter vos, quòd resurrectio mortuorum non est? Si autem resurrectio mortuorũ non est, ne CHRISTVS quidem resurrexit. Si verò Christus non resurrexit, inanis profectò est prædicatio nostra, inanis item fides vestra. Reperimur autem & falsi testes Dei, quia testificati sum⁹ quod
Expressa resurrectionis testificatio. suscitauerit Christum, &c. Et postea infert dicens: Oportet corruptibile hoc induere incorruptibilitatem, & mortale hoc induere immortalitatem. Et non dixit mortale solum, neque corruptibile solum, neque immortalem animam: sed corruptibile hoc, cum additione vocis Hoc: & mortale hoc, cum appositione vocis hoc. Ipsum igitur totum granum ipsius resurrexit, & non pars resurrexit, sed totum resurrexit, & non aliud granum præter id quod erat resurrexit, sed ipsum quod cecidit in monumentũ
Granum in terrã coniecti similitudo resurrectionem insinuat. totum resurrexit. Et vbi potest aliquid tua inaniloquentia? Duo enim grana nouit diuina scriptura relaC ta. Vnum in Euangelio, alterum apud Apostolum. Et alterum quidem ad omnem certitudinem declarat ea quæ perfectè in ipso facta sunt, hoc est exemplar resurrectionis: hoc enim & docens & faciẽs Saluator, omnia ad confirmationem nostri operatus est. Dixit enim de grano, & quomodo suscitatur granum, vt fidem spei resurrectionis nostræ in veritate nobis confirmaret. Post hunc successit Apostolus, qui Spiritu sancto ductus, futuram sanctorum gloriam post resurectionem nobis exponit, & post
Elegans obiectio de modo resurrectionis. fruitionem bonorum rursus per granum frumenti ostendit, contra incredulos præconẽ agens. At verò dices mihi, quomodo resurgent mortui, & quali corpore venient? Et dicit ad eum qui talia dicit: Stulte: qui enim omnino ambigit de resurrectione, stultus est, & desipiens. Deinde dicit: Stulte, tu quod seminas, non viuificatur, nisi mortuum fuerit. Et quod seminas, non quod nascetur corpus seminas, sed nudum granum, tritici videlicet, aut aliorum seminum, & nõ viuificatur, nisi mortuum fuerit. De⁹
Responsio quæsiti. autem dat ipsi corpus prout voluit, & vnicuique semini proprium corpus. Et vides quod non mutatur corpus. nemo enim qui seminauit ordeum, quærit frumentum, siue triticum. Neque qui seminauit melanthium, inuenit ordeum. Sed quod seminatur, idipsum est quod suscitatur. Si vero etiã relictum fuerit ex ipso infernè in terra, & resurrexerit ex ipso germen, hic quidem in hoc corruptibili frumento, & ad excretionem non veniente, id quod relictum est, inutile est: quod verò ex ipso suscitatur præstabilẽ
Mosis miracula. est. Voluit autem ostendere speciositatem, propter incredulitatem eorum qui spem Dei nõ expectant. Reuera etenim granum frumẽti tenuissimum est. Vbi vero in tali grano minutissimo, & radices, & fusD damẽta, & stipula, & genicula, & tot fistulæ, & capitella, & valuulę, & culmi, & grana multiplicia? Quo vero clarius etiam dicamus similia his recensẽtes, vnde Mosi filio Iochabeth & Ambrã contigit vt pũgeret petram per virgam, & produceret aquam ex materia desperata, & ficcum in liquidum mutaret? vt percuteret mare, & diuideret ipsum in duodecim itinera in mari, suo iussu? vt mutaret fluuium in sanguinem? vt tot ranas in momento congregaret? vt vermiculos cnipas Aegyptiis immiteret? vt grandinem cum igne misceret? vt noctem nigram & caligine obscuratam Aegyptiis induceret? vt primogenita

mogenita occideret per mortem? vt populum quem ipſe regebat, per columnam ignis deduceret? vt panem angelorum detraheret precibus & oratione? vt coturnices immitteret, & tot millia virorum præceptum Dei ſaturaret? vt vocem Dei audiret? vt dignus fieret inter tot millia vocem Dei audire,
A & cum Deo conuerſari? vt per quadraginta dies, totidèmque noctes, non requieret neceſſaria iuxta formationis noſtræ naturam? vt tranſmutaretur carne in claritudinem ſolis, ac radium lucidum, perſtringentem populum? vt filii Iſraël in faciem ipſius oculos intendere non poſſent? vt manus carnea in niuem mutaretur? vt iuberet terram hiare quò ſuſciperet Core & Dathan, & Abiron & Annam? vt poſtremùm audiret, Aſcende in montem, & illic morere, vt neſciat homo ipſius ſepulchrum: ſignificante diuina ſcriptura, corpus Moſis ab hominibus funeris ritu curatum non eſſe, ſed velut cogitatio ſuggerit, ab angelis? Atque hæc omnia, dum adhuc eſſet ipſe in hoc mundo, adhuc in animali hoc, ac ſimul ſpirituali perfectè facto. Hinc itaque accipiamus arrabonem in exemplum perfectæ tunc germinationis, quando impletur quod dictum eſt: Seminatur in ignominia, reſurgit in gloria: ſeminatur in debilitate, reſurgit in potentia. Quomodo enim non fuerit debile quod ſeminatur, & neſcit vbi ſeminatur? Quomodo non ignominioſum fuerit, quod in ſepulchrum mittitur, & cui puluis iniicitur, & quòd lancinatur abiicitúrque, & non ſentit? Quomodo autem non glorioſum, quod reſurgit & in æternum permanet, & quod in ſpe benignitatis Dei regnum cœlorum adipiſcitur? vbi fulgebunt iuſti velut ſol, vbi erunt æquales angelis, vbi cum ſponſo tripudiabunt? vbi Apoſtoli ſedent ſuper duodecim thronos, iudicantes duodecim tribus Iſrael? vbi accipient iuſti quæ oculus non vidit, & auris non audiuit, & in cor hominis non aſcenderunt, ea quæ præparauit Deus diligentibus ipſum? Noſtra itaque reſurrectio in Deo, & omnis hominis iuſti ac iniuſti, increduli ac credentes, ita vt alteri reſurgant ad vitam æternam, alteri ad iudicium æternum. Et tace tu Babylon, vetus illa confuſſio quæ nobis renouaris compeſces os tu Sodoma, & clamor ille multæ vehementiæ ad Deum aſcendens. Veniet enim ex Sion
B liberator, vt auertat impietatem à Iacob, & buccinabit, & mortui reſurgẽt, & nos rapiemur in occurſum ipſi in aerem. Quemadmodum & præſtantior beatus Methodius dixit: eadem verò ipſa etiam nos ipſi ædificantes appoſuimus. Ex coniunctis enim vniuſcuiuſque dictionis lucrum videre datur. Sanctus equidem Apoſtolus duorum modorum ſpeciem diuidens in vnam ſpem contraxit ex hoc, Nos rapiemur in nubibus in occurſum ipſius: vt oſtendat reuera hoc corpus, & non aliud ad hoc. Qui enim rapitur, nondum mortuus eſt. Oſtendens autem quòd non præueniemus mortuorum reſurrectionem: vt quod apud homines ambiguum eſt, Deo facile ac poſſibile eſſe demonſtret: Nos enim qui viuimus, non præueniemus eos qui dormiunt, & ipſorum reſurrectionem. oſtendit viuentes & qui rapiuntur, vt ex vnius oſtendat quòd illorum corpora tota reſurgent, & ex eo quòd illi viuos reſiduos præcedent, potentiam Dei demonſtret. Et videte vos qui vitæ veſtræ curam habetis, quòd omnes qui contra veritatem inuecti ſunt, ſibiipſis iniuſticiam attraxerunt. Quemadmodum etiam ſanctus propheta Dauid dicit: Concepit laborem, & peperit iniquitatem. Omnis enim qui congregat ſibupſi laborem alienarũ doctrinarum, ſibi & credentibus ipſi parit iniuſticiam. Lacum aperuit, & effodit ipſum, & incidet in
C foueam quam fecit. Cæterùm ſi quis ad hæc omnia habet quod contradicat, veniat coram Deo repugnans labori. Deus enim fortis non fatigabitur, neque ſitiet. Neque datur excogitare prudentiam ipſius per quam ſoluta corpora ſuſcitat, per quam perditum ſeruat, per quam mortuum viuificat, per quam corruptibile incorruptibilitatem induit, per quam granum lapſum in reſurrectionem profert, per quã ſeminata ac mortua ad ampliorem claritudinem ducit, renouans nos, velut in multis Scripturis habetur, in quibus reſurrectio noſtra inſinuatur. Dauid equidem in Pſalmo de innouatione domus, velut Propheta expectans, & in Spiritu ſancto videns futurum, conſentaneè de reſurrectione dixit: Exaltabo te Domine, quoniam ſuſcepiſti me, renouans meam domum: hoc eſt, corpus collapſum, & non exhilaraſti inimicos meos ſuper me. Et Solomon in Prouerbiis ſimiliter ad præparationem illuc omnem ſpem parans, exhortatus eſt dicens: Para opera tua ad exitum tuum. exitum appellãs, hinc diſceſſum. Et parate, ĩquit, ad agrũ: ſimul ad omnes admonitionẽ extẽdẽs, qui in agris & qui in vrbib⁹, tũ eruditas mechanicas artes tractant, in quibus nulla operatio in agro requiritur. Vnde enim linificis & argenti
D fuſoribus, poetis item ac ſcriptoribus præparatio ad agrũ? Comprehẽſim enim ſimul indiſcriminatim vox hæc omnes allocuta vocauit, Para te ad agrum. Imò innuit, quòd omni homini, ciuili ac rurali, depoſitio corporis eſt ager, propter ſepulturam & mortem. Deinde poſtea eãdem reſurrectionis ſpem ſignificans dicit, Et reædificabis domum tuam. Semel enim ædificata eſt in formatione in ventre, quando matres vnumquemque noſtrũm in formatione geſtauerunt. Verùm à terra eſt reſurrectio, aut ab agro, quæ reædificatur propter illatam ipſi deſtructionem in ſepulturæ ruina. velut etiam Saluator dixit Soluite templum hoc, & in tribus diebus ſuſcitabo ipſum, aut reædificabo ipſum: vt qui ſapientia eſt, & prudentiam ipſius homines excogitare non poſſunt, per quam ex dubiis locis corpora noſtra profert partim in cinerem diſſoluta, partim in mari, & aliis à carniuoris auibus, aliis à feris beſtiis, aliis à vermibus corruptis. Si enim ea ex nihilo fecit vt eſſent, quanto magis id quod eſt, in proprium ſtatum facilè reſtituerit? vt iuſtum decernat iudiciũ, vt nõ aliud alio iudicet, vt ne id quod laborauit, priuet. Si enĩ animæ eſt fruitio, & regni cœlorum hæreditas, tractet corpus quod vult, in deliciis verſetur Gedeõ, ne fruſtrà laboret Ioannes, ex camelis indumentum habens: ne caſtipemus carnem in ſeceſſu vitæ, ne domemus corpora noſtra in caſtitate. Si verò corpus particeps eſt, in conuerſationibus, in caſtitate, in ieiunio & aliis virtutibus, non iniuſtus eſt Deus ſi priuet laborem fatigati, et non rependat mercedem corpori unà cum anima fatigato? ſtatim enim reperietur irritum iudicium. Si enim anima ſola iudicium ſubire reperietur, contradixerit vtique. non ex me eſt, inquit cauſa peccati, ſed ex illo corruptibili ac terreo

Corpus Moſis ignoratur vbi quieſcat.

vbi accipiant iuſti mercedẽ.

Reſurrectionis modi duo.

Sibi malũ gignit qui peregrinis literis abducitur

Reſurrectionis teſtimonia.

Si ex nihil fecit omnia ex aliquo in reſurrectione poterit hominem ſuſcitare.

Vrget ab nōmodo corpore, scortari, adulterium committere, petulanter agere. Ex quo enim illud à me discessit, nihil horum à me perpetratum est: atque sic facilè se defendet, ac iudicium Dei dissoluet. Si verò corpus per seipsum ante se statuerit Deus, potest enim hoc, velut etiam suprà à me per Ezechielem declaratum est etiamsi propter parabolam res ea facta sit: at species ipsa ad allegoriam veritatis tunc impetitæ perfecta est. Quod congregatum est os ad os, & harmonia ad harmoniam, & cum ossa ficca essent, & nondum anima neque *spiritus* mouens in ipsis esset, statim coacta sunt corpora, & iuxta prophetæ verba solidata. Et si vult Deus, potest hoc facere vt adsint corpora, & absque anima moueantur. Quemadmodum etiam *Sanguis locutus.* sanguis ipsius Abel, cum corpus esset, & non anima post mortem loquebatur. Non enim anima est ipse sanguis, sed corpus est quod apparet. At non poterit copus absque anima iudicari. Contradixerit enim etiam ipsum dicens: Ego non peccaui, sed anima. Ex quo enim à me emota est illa, nō adulterium commisi, non scortationem peregi, non simulacra colui. Atque sic contradicet corpus iusto Dei iudicio, & meritò contradicet. Hac itaque de causa, & propter multa alia necessaria, Deus per sapientiam suam mortua corpora nostra & animas ad regenerationem profert, in benignitatis suæ erga homines promissione, quo is qui fatigatus est in sanctimonia, totam bonam retributionem recipiat: & hi qui vana operati sunt, similiter iudicentur, corpus vnà cū anima, & anima vnà cum corpore. Cætetùm sufficient hęc mihi aduersus vltrò sibi sapientiam arrogantem Origenem, qui vanè sibiipsi *Arrogãs sapientia Origenis.* Adamantii nomen imposuit: itémque aduersus ipsius absurditatem, & pernicioſam doctrinam, contra veritatem in multis fidei partibus malè ab ipso excogitatam. Præterita autē huius hæresi, deinceps aliàs ô dilectissimi considerabo, Deum consueto more inuocans, vt nostræ tenuitati auxilium ferat, vt possimus resistere aduersus omnem contra veritatem excitatam vanam vocem, ipsamque superare, iuxta ea quæ ab Esaia dicta sunt: Omnis vox quæ insurget contra te, omnes ipsos superabis. Ipsi verò rei erunt ob ipsam: quo sic in virtute Dei compromissum absoluentes, his qui hæc attenta mente versare volunt, & ad veritatis exercitium ac sanationis pharmacum (instar antidoti, vniuscuiusque serpentis ac venenum eiaculantis reptilis omnium sectarum & huius Origenistarum hæresis, instar ranæ rubetę *Rana rubeta.* ex multo humore formatæ, quæ & turbationem facit, & magno strepitu vociferatur) resurrectionem Domini velut potionem accipientes, lentum ac viscosum venenum eructemus, ranæ videlicet illius rubetæ & pessimi reptilis iniquitatē. Contigit enim ipsi & hæc affectio cum omnibus aliis affectionibus *Myoxi ex vipera in teritus.* Quare ob ipsum doleo & ingemisco, hei mihi quomodo læsus est, & quot alios læsisti. Velut ab horrenda vipera commorsus à mundana doctrina, etiam aliis venenum factus es. Tradunt equidem naturæ rerum experti myoxum latitare, & fœtus suos simul in eodem loco multos párere, quinque & amplius Viperas autem hos venari. Et si inuenerit totum latibulum ipsa vipera, cum non possit omnes deuorare, pro vna vice ad satietatem edit vnum aut duos, reliquorum verò oculos expungit & cibos affert, excæcatosque enutrit, donec voluerit vnumquémque ipsorum deuorare. Si verò contigerit vt aliqui inexperti in hos incidāt, ipsosque in cibum sumant, venenum sibiipsis sumunt, eos qui à viperæ veneno sunt enutriti. Sic etiam, ô tu Origenes à prædicta Græca doctrina mēte excæcatus, venenum his qui tibi crediderunt, euomuisti, & factus es ipsis in edulium venenatum, ita vt per quæ ipse iniuria affectus es, per ea plus iniuria affeceris.

FINIS PRIMI TOMI SECVNDI libri Epiphanij

SECVNDI

SECVNDI TOMI SECVNDI LIBRI EPIPHANII, aut Quinti iuxta Tomorum conſequentiam, hæreſes quinque ſunt, hoc ordine.

A 1. *Pauli Samoſatenſis. Hic, parum abeſt, vt affirmet, Chriſtum in ſubſtantia non eſſe, verbum prolaticiũ eſſe confingens: ita vt quæ de ipſo in diuinis Scripturis dicta ſunt, prędictorio more ſe habeant: ipſe verò non exiſtat, niſi à Maria, & hucuſque ab aduentu ſuo in carne.*

2. *Manichæi, qui & Acuanitæ, Maius Perſæ diſcipuli, Chriſtum figuram dicunt, Solem & Lunam colunt, aſtris item ac virtutibus & dæmonibus ſupplicant. Duo principia introducunt, malum & bonum, quæ ſemper exiſtant. Chriſtum autem in apparentia apparuiſſe dicunt, & in apparentia paſſum eſſe. Vetus Teſtamẽtum & Deum qui in ipſo loquutus eſt, maledictis impetunt. Mundum autem non totum, ſed partem ex Deo factam eſſe decernunt.*

3. *Hieracitæ, ab* Hierate *Leontopolita Aegyptio, expoſitore ac magiſtro quodã. Carnis reſurrectionẽ reprobant. Vtuntur veteri ac nouo Teſtamẽto, & nuptiis in totum interdicunt. Solitariam vitam degentes, & virgines, & continentes, & viduas ſuſcipiunt. Pueros verò qui nondum ad ætatis vigorem peruenerunt, regni participes fieri negant, eo quòd nondum decertarunt.*

4. Meletiani *in Aegypto ſecta ſunt, & nõ hæreſis: vt qui nõ cõmunes preces faciũt cũ his qui in perſequutione lapſi ſũt.* Nũc autẽ Arianis cõiũcti ſũt.

5. *Ariani, qui & Ariomanitæ, filiũ Dei creaturã dicunt, & Spiritum ſanctum creaturã creaturæ. carnẽ ſolũ à Maria Saluatorẽ accepiſſe affirmãt, & nõ animam.* Erat autẽ hic Arius presbyter *Alexandrinæ eccleſiæ ſub Alexandro epiſcopo.*

Contra Paulum Samoſatenſen, hæreſim LXV.

B PAulus Samoſatenſis appellatus his ſuccedit, qui fuit poſt Nauatum & Origenem, qui de cæ tero in hæreſi numeratur, propter elationem, quam ſibiipſi attrahere voluit, & per faſtuoſas nugas ſuas contra veritatem ſe efferre: idque intelligentia ex diabolo immiſſa. Itaque lugere ob ipſum oportet, velut qui reuera ex diaboli inuidia impegit, & ex alto cecidit. In ipſo enim impletur id quod dictum eſt: Inuidia improbitatis deſtruit bona, & cogitatio cõcupiſcentiæ eruit mentem innocentem. Hic porrò, qui nobis propoſitus nunc eſt Paulus Samoſatenus, cuius nominis in principio mentionem fecimus, & hæreſis ipſius expoſitionem inſtituimus, ex Samoſatis erat, quæ ciuitas ſita eſt in partibus Meſopotamiæ & Euphratis. Hic hoc tempore in diebus Aureliani & Probi regum, in Antiochia conſtituitur epiſcopus ſanctæ catholicæ eccleſiæ. Elatus autem mente excidit à veritate, & renouauit hæreſim Artemonis, qui quondam erat in principio ante multos annos, & extinctus eſt. Aſſerit autem hic, Deum patrem & filium & Spiritum ſanctum vnum Deum eſſe. In Deo autem ſemper eſſe ipſius verbum, & Spiritum ipſius, quemadmodum in hominis corde eſt proprium verbum: non eſſe autem filium Dei in ſubſtantia, ſed in ipſo Deo. Quemadmodum etiam Sabellius, & Nauatus, & Noetus, & alii. Nõ autem æqualis illis hic eſt, ſed alius ab illis. Veniſſe autem verbum, & inhabitaſſe in Ieſu homine. Et ſic, inquit, vnus eſt Deus, & non Pater pater, & Filius filius, & Spiritus ſanctus Spiritus ſanctus. Sed vnus Deus pater, & filius ipſius in ipſo, velut verbum in homine. Nimirum ex his teſtimoniis hæreſim ſuam proponens, ab eo quòd dixit Moyſes, Dominus Deus tuus, Dominus vnus eſt. Non autem aſſerit hic velut Noetus, patrem paſſum eſſe: ſed dicit, Verbum venit & ſolum operatum eſt, & rediit ad patrem. Et multa eſt apud hunc abſurditas. Videamus autem an huius impoſtoris verba conſiſtant. Dicit enim quòd dixerit, Ego in patre, & pater in me. Et nos dicimus ex patre Deum Verbum, & cum ipſo ſemper eſſe ex ipſo genitum. Sed non patrem dicimus abſque Verbo in ſubſtantia exiſtente. Sed Verbum patris vnigenitus filius Deus Verbum, velut dicit: Omnis qui confitetur me corã
C hominibus, confitebor & ego ipſum coram patre meo. At vox Me, & Coram patre meo, oſtendit patrem natura in ſubſtantia eſſe. Hi verò Iudaiſmum corrumpentes, nihil amplius Iudæis habentes, ſecundi Iudæi vocabuntur, & Samoſatitæ, nihil aliud exiſtentes, quàm nomine ſolum ex ſua opinione prævalentes. Nam Deum ex Deo, vnigenitum filium & Verbum negantes illi, ſunt quales & hi qui ipſum in præſentia abnegauerunt, occiſores Dei ac dominicidæ, & abnegatores Dei facti. Reuera autem neque circunciſionem habent, neque ſabbatum ſeruant, & alia omnia quemadmodum Iudæi. Etenim reuera etiã ipſi non duos dicim⁹. eſſe deos, neque deitates, ſed vnã deitatem. Nã neque duos dicimus patres, neque duos filios, neque duos Spiritus ſanctos, ſed & patrem & filium & Spiritum ſãctum, vnam deitatem, vnam glorificationem. Hic verò non dicit ſolum Deum, eò quòd fons ſit pater, ſed ſolum Deum, tollens quantum in ipſo eſt filii deitatem & ſubſtantiam, itémque Spiritus ſancti: habens autem ipſum patrem vnum Deum, qui non generauit filium, vt ſint duo imperfecta, pater & filius: pater quidem qui filium non genuit, Verbum verò infructuoſum Dei viuentis, & veræ ſapientiæ. Verbum enim velut id quod in corde eſt, eſſe volunt, & ſapientiam qualem in anima hominis vnuſquiſque habet, ſapientiam ex Deo adeptus. Quapropter vnam perſonam Deum vnà cum Verbo dicunt, velut vna perſona eſt homo, & ipſius verbum ſiue ſermo, nihilo plus quàm Iudæi (velut dixi) glorificantes, cæcutientes à veritate, & ſurdi facti à diuina doctrina, ac prædicatione vitæ æternæ. Neque enim
D reuerentur verum Euangelii ſermonem dicentem, In principio erat Verbum, & Verbum erat apud
" Deum, & Deus erat Verbum. Omnia per ipſum facta ſunt, & ſine ipſo factum eſt nihil, quod factum
" eſt. Si enim in principio erat Verbum, & verbum erat aqud Deum: id quod erat non ſolum iuxta prolationem eſt, ſed ſecundum ſubſtantiam. Et ſi verbum erat apud Deum: non verbum eſt hoc, quod apud ipſum erat, neque enim verbum eſt is apud quem erat. Si enim in corde habet Deus Ver-

Pauli Samoſatẽſis hæreſis 65
Origenis taxatio.

Aurelianus & Probus Imperatores Rom.

Error de paſſione patris.

Vana ſcripturæ intelligẽtia Iudæi ſecundi.

Samoſatitæ.

Perſonarum confuſio.

bum,& non genitum,quomodo impletur,Erat? Deus erat Verbum? Non enim hominis verbum homo eſt apud hominem. Neque enim viuit,neque ſubſiſtit. Verum corde viuente ac ſubſiſtente,motus eſt ſolum,& non ſubſtantia. Dicitur enim & ſimul eueſtigiò non amplius eſt,ſed prolatum manet. At verbũ Dei,velut dicit Spiritus ſanctus ex ore prophetæ,Verbum tuum in æternum permanet. Huic autem cõ ſonè Euangeliſta dicit,Deum confitens manifeſtatum & aduenisſe,non ſimul aſſumens cum verbi incarnatione patrem. Verbum enim,inquit,caro factum eſt,& habitauit in nobis. Et non dixit, Verbum & Pater caro facti ſunt. Et dixit,In principio erat Verbum, & Verbum erat apud Deum, & Deus erat Verbum. Et non dixit,In Deo erat Verbum. Et vt ne aliqui malignè opinentur,lucida & viuifica verba in ſuam ipſorum maliciam ac detrimentum tranſmutantes (aliter enim atque aliter incumbit cor hominis diligenter ad mala à iuuentute) & incipiant dicere,Non dixit,In Deo erat Verbum, velut etiam tu dicis,ſed apud Deum erat verbum. Ergò non eſt ſubſtantia patris verbum,ſed extra Deum Verbum: rurſus commonefacit corrigens filios ſuos veritas,redarguens mentes contra ipſam ſcortantes,& dicit ipſe vnigenitus,Ego ex Patre exiui & venio. Et rurſus,Ego in patre & pater in me. Ille verò in prophetis de Filio,non corporalem habens molem,ſed ſpiritualem habens ſermonem,ad humanæ naturæ debilitatem deſcendens,quò per ea quæ inter nos fiunt,ad ſenſum declaret,quod ex ipſo verè genitus eſt Deus ex Deo,Deus verus ex Deo vero, non extrinſecus exiſtens,ſed ex eſſentia ipſius, dicit in Dauide loquens: Ex ventre ante Luciferum genui te,velut Septuaginta interpretati ſunt. Verùm vt alii interpretes, Aquila quidem, Ex vtero excitatæ infantiæ tuæ tibi ros. Symmachus verò,Velut diluculo roris iuuentus tua. Theodotion autem, Ex vtero à matutino iuuentutis tuæ. Quinta verò editio, Ex vtero à matutino tibi ros in iuuentute tua. Sexta editio, Ex ventre quærent te ros iuuentutis tuæ. In Hebraico verò,Merem Meſſaar lactal ieledecheth,hoc eſt,clarè & citra ambiguitatem,Ex vẽtre ante Luciferum genui te. Merem enim,ventris eſt,Meſſaar autem,matutinus omnibus,hoc eſt ante Luciferum. Lactal, & ante rorem puerum. Ieledecheth,hoc eſt.genui te. Quo ex ſermone cognoſcas,quòd Deus Verbum in ſubſtantia,ex patre natura genitus eſt,ſine principio & ſine tempore,antequam quicquam eſſet.

Hæreſis ex falſa intelligentia Euangelii Ioãnis.

Varietas trãslationum.

Non enim luciferum ſolum dixit ſtellam, & quidem quum multa ſint ſidera, & Sol & Luna in quarta die facta,mare verò & ligna ac fructus antea facta, firmamentúmque terræ ac cœli, & cum his ſimul angeli facti fuerint. Niſi enim vnà cum cœlo & terra angeli quoque creati eſſent, non vtique dixiſſet ad Iob,Quando genita fuerunt ſidera,laudauerunt me omnes angeli mei voce. Itaque ante luciferum, quaſi diceret,antequam eſſet quid, & creatum eſſet. Erat enim ſemper Verbum cum patre: per ipſum enim omnia facta,& ſine ipſo factum eſt nihil. Porrò dixerit quis,Oſtendiſti angelos fuiſſe ante ſidera, & vnà cum cœlo & terra hos factos eſſe dixiſti, vnde facis demonſtrationem,dic nobis? Nunquid ergo ante cœlum & terram omnino creati ſunt? Nuſquam enim clarè indicat Scriptura tempus creationis angelorum. Et benè quidem oſtendiſti,ipſos fuiſſe ante ſidera: niſi enim fuiſſent,quomodo laudaſſent Deum hymnis,ob ſiderum creationem? Nos equidem vniuſcuiuſque quæſtionis inuentionem non ex propriis ratiocinationibus dicere poſſumus,ſed ex Scripturarum conſequentia. Clarè enim indicat diuina Scriptura, quòd neque poſt ſidera facti ſunt angeli, neque ante cœlum & terram, quum palàm intranſmutabile ſit dictum hoc, quòd ante cœlum & terram nihil erat ex creatis. Nam in principio fecit Deus cœlum & terram: vt principium ſit, & nihil ex creatis ante hoc ipſum ſit. Non poteſt igitur, velut antea dixi, verbum in homine homo vocari, ſed verbum hominis. Si vero verbum Dei Deus eſt, non eſt ſine ſubſtantia Verbum, ſed in ſubſtantia Deus Verbum ex Deo genitum ſine tempore,ſine principio. Verbum enim caro factum eſt,& habitauit inter nos. Et vidimus gloriam eius,gloriam quaſi vnigeniti à patre,plenum gratia & veritate. Ioannes teſtatur de ipſo,& clamat dicens: Hic eſt,quem dixi vobis,qui poſt me venit,ante me fuit,quia prior me erat. Hic venit in mundum, vt mundus per ipſum ſaluus fieret. In mundo erat,& mundus per ipſum factus eſt,& mundus ipſum non cognouit. Vides vnigenitum Verbum? Vides in mundo completum inter homines, & plenam habentem gloriam vnigeniti à patre? Non quòd pater ſit Verbum, non quòd pater vnà cum Verbo coniunctim apparuerit,quemadmodum homo vnà cum verbo ſuo apparet, & verbum ipſius apparere non poteſt, niſi adſit is qui verbum loquitur. Cui itaque credam? Cui aſſentiar? A quibus accipiam vitam in diſciplinis? A ſanctis Euangeliſtis, & Spiritu ſancto plenis, qui Verbum à patre miſſum dicunt, aut à Pauli Samoſatenſis ſectatoribus, qui Deum cum Verbo, & Verbum cum Deo eſſe dicunt? qui vnam perſonam patris ad Verbum,& Verbi ad patrem decernunt? Si autem eſt vna perſona, quomodo alter mittit, alter verò mittitur? Emittit enim, inquit Propheta, Verbum ſuum, & liquefaciet ipſa. Flabit ſpiritus eius,& fluent aquæ. Et rurſus: Ego exiui ex patre,& venio. Et,Viuo ego,& viuit in me, qui miſit me pater. Quomodo igitur mittitur, qui miſſus eſt, & per carnem apparet? Deum enim nemo vnquam vidit. Vnigenitus Deus, qui eſt in ſinu patris, ille narrauit. Et ait, Vnigenitus Deus: Verbum enim eſt ex patre genitum. Pater autem non eſt genitus: & propterea vnigenitus eſt Filius. Anticipauit enim diuina doctrina ſuam veritatem, propter ſuam prænotionem, ad animarum noſtrarum ſecuritatem. Quandoquidem enim ſciebat Samoſatenſis illius dementiam,et peruerſam Arianorum opinionem, et eorum qui inæqualitatem docent, malignitatem, et Manichæorum ruinam, et cæterarum hæreſeon fraudulentiam: idcirco de vnaquaque dictione ſecuros nos reddit diuina Scriptura. Patrem etenim non dicit vnigenitum. Quomodo enim fit vnigenitus,qui non eſt genitus? Filium autem vnigenitum appellat, vt ne filius putetur pater, et vt ne velut verbum in corde hominis aſſimiletur Deus Verbum. Si enim verbum dicitur,propter talem vſum dicitur, vt ne putet quis alienum eſſe ab eſſentia Dei patris. Et non amplius eſt Verbum ſine ſubſtantia, ſed in ſubſtantia, propterea quod eſt vni-

Angelorũ creatio.

Ex ſcriptura nuſquã inueniri tempus certũ creationis angelorum.

Teſtimonium Ioã. Bap. de vero Meſſia.

Vita ex Euãgeliſtis accipitur.

A cõtrariis arguit.

est vnigenitus plenus gratia & veritate. Et vides quod sint ad securitatem nostræ vitæ. Hoc itaque dictum, Deum nemo vnquam vidit, vt inuisibilitatem patris indicaret, ipsiúsque deitatis, & vt suam deitatem per carnem apparentem confirmaret. Quòd verò alia vltrà hæc quis colligere possit, quæ pro nobis faciunt aduersus Samosatensis dementiam? Si enim erat in Patre velut verbum in corde hominis, quomodo accessit ex propria sententia loquutus? Ipse enim ad discipulos suos loquitur, ac dicit: Qui vidit me, vidit Patrem, Et nō dixit, Ego sum pater: Sed vox Me, in Patre significat. Et non dixit, Ego sum ille: sed, Ego veni in nomine Patris mei, & ille est qui testatur de me. Et rursus de Spiritu sancto: Alium paracletum vobis mittam. Vide voces Mittam, & Alium, & Ego, vt ostendat patrem in substantia esse, & spiritum sanctum in substantia. Ille enim me glorificabit, de Spiritu sancto loquens, quia de meo accipiet: & qualem dicit eum qui ex patre procedit, & qui de meo accipiet. Sed & alibi inquit: Duo testimonia hominum stabilia erunt: &, Ego testor de meipso, & testatur de me qui misit me pater. Quot verò sunt alia totidem, & vltra hæc? Ecce enim, inquit, gratias ago tibi pater Domine cœli & terræ, quòd abscondisti hæc à sapientibus ac prudentibus, & reuelasti ipsa paruulis. Etiam pater, quia sic fuit bona voluntas tua coram te. Omnia mihi tradita sunt à patre meo, & nemo nouit filium nisi pater: & patrē nemo nouit nisi filius, & cui filius reuelarit. Reuelasti enim paruulis, & omnia mihi tradita sunt à patre meo: vt horum excogitatam innouationem exscinderet. At vide rebellantem semper humanæ naturæ diabolum, quid in ipsam insseuit, ex diabolica videlicet operatione, vt respondeant ad hæc Iudæorum hæreseos ministri, verentes diuinorum Euangeliorum manifestam doctrinam, vt ne penitus veræ Euangelii doctrinæ resistere videantur. Dicunt enim, homo erat Iesus, & in ipsum inspirauit ex supernis verbum, & hæc de seipso dicit homo. Pater enim cum filio vnus est Deus. Homo verò infernè propriam personam ostendit, & sic duæ personæ implentur. Quomodo igitur homo Deus esse potest, ô omnium hominum pessime, & à cœlesti intelligentia animo auerse. Quomodo potest homo esse nudus iuxta tuam opinionem, qui dicit, Qui vidit me, vidit patrem? Si enim homo sicut pater est, nihil differt pater ab homine. Si verò Deus verbum, qui perfectè homo factus est, perfectus existēs, est Deus ex supernis à patre genitus, iustè & clarè loquitur de seipso dicens, Qui vidit me, vidit patrem. Quemadmodum etiam Iudæi de ipso dicunt. Non solum enim, inquit, quærebant occidere ipsum, quòd hæc fecisset, sed etiam quòd filium Dei seipsum dixisset, æqualem Deo seipsum dicens. Nam rursus dicendo, Qui vidit me, vidit patrem, patrem Deum æqualem sibiipsi dicit. Non est autem homo æqualis Deo, neque sicut Deus. Sed in veritate genitus, ex Deo patre Deus filius vnigenitus. Dicit enim de ipso Paulus: Qui in forma Dei existens, nō rapinam arbitratus est esse, æqualem esse Deo, sed seipsum inaniuit, forma serui assumpta. de Deo quidem, erat in forma: de serui verò forma, assumptorem ipsum pronunciauit: & non dixit, formam quæ ipsius aliquando erat. Sæpè verò etiam humano more verba fecit Saluator ac Dominus noster Iesus Christus Deus Verbum. Et sæpè iuxta humanos affectus loquitur, sed non quum dicit, Ex patre meo exiui & venio: hoc enim non potest ab humana natura dici. Verùm quando iustè testimonium præbet dicens: Si ego testimonium præbeo de meipso, testimonium meum non est verum: vt ostendat suam incarnationem. Et rursus de deitate loquens, Etiamsi ego testimonium præbeo de meipso, testimonium meum verum est: vt ostendat veram deitatem, & veram incarnationem. Non itaque duo sunt dei, quia neque duo patres. Neque sublata est substantia Verbi, quia non vna est coniunctio deitatis filii ad patrem. Non enim est alterius essentiæ filius à patre, sed coessentiarum cum patre. Non potest autem diuersæ essentiæ esse à genitore, neque eiusdem essentiæ, sed coessentialis. Neque rursus dicimus ipsum non esse eundem essentia cum patre. Est enim idem deitate & essentia filius ad patrem, & non alienus à patre, neque ab alia substantia. Sed reuera filius patris, & essentia, & substantia, & veritate. Sed non pater est filius, neque filius est pater, sed filius verè ex patre genitus. Quapropter neque duo dei sunt, neque duo filii, neque duo sancti Spiritus: sed vna deitas, ipsa Trinitas, Pater, Filius & Spiritus sanctus, coessentialis existens. Cum enim dicis coessentialem, non coniunctionem significat. Coessentialis enim non vnius significationem habet, neque filii genuini ad patrem essentiam disparat, et substantiam alienat propter coessentialem. Non enim duo principia prædicat diuina scriptura, sed vnum principium. Conuenient enim, inquit, domus Iuda, et domus Israel, et ponent sibiipsis principatum vnum. Qui itaque duo principia prædicat, duos deos prædicat. Et qui Verbum tollit, et ipsius substātiam, Iudaismum detegit. Marcion enim duo principia ostendit, imò potius tria sibiipsis contraria. Noui autem Iudæi, Samosaticæ hi, Verbi substantiam tollunt, vt etiam ipsi Dominicidæ pronuncientur, et abnegatores Dei ac Domini nostri salutis. Vnum itaque est principium et ex ipso filius, imago exacta, natura exprimens proprium patrem, et similis iuxta omnem modū, Quia Deus ex Deo, et filius ex patre, Deus verus ex Deo vero, et lumen de lumine, vna existens deitas, et vna dignitas. Quapropter inquit, Faciamus hominem secundum imaginem nostram, et iuxta similitudinē. Neque secundum imaginem tuam (vt ne distinguas) neque iuxta imaginem meam: vt ne dissimilitudinem et inæqualitatem pronuncies, verùm secundum imaginem nostram. Et faciamus, vt ne alienus sit pater à factis ab ipso, neque vnigenitus alienus ab opificio. Sed pater cum filio opifex est, et filius per quem omnia facta sunt, coopifex est patri, et eò quòd ex ipso genitus est filius, vnus Deus perfectus ex perfecto parte, et pater perfectus perfecti filii paternæ perfectionis imaginem habentis. Imago Dei inuisibilis, non exemplum imaginis, non imago imaginis, non inæqualis, sed imago patris, vt idēntitatem nihil euariantem generationis, ex principio ac tempore carente, in veritate ostendat. Imago itaque est Filius Patris. Nam et reges non eò quòd habent imaginem, duo reges sunt, sed vnus rex cum imagine. Vnus rex, non vnum quid ex duabus partibus imperfectum existens. Sed perfectus Pater, perfectus Filius,

A

B

C

D

Falsa illusio verbi naturalis & supernaturalis

Duorum testimoniū verū

Disputatio ab æquipolentibus.

Non quia Christus Deus est idcirco duo sunt Dii aut tres.

§. Trinitas coessētialis.

Qui verbum tollit iudaisat.

Tres personæ in se perfectæ.

Filius, perfectus Spiritus sanctus. Ego enim in patre, non sicut Verbum in corde hominis. Sed patrem nouimus, qui intelligitur cum filio, & filium ex patre genitum. Et non sic, quòd in homine velut in domicilium venerit diuinum Verbum, & quòd postquam natus fuit, Verbum in ipso conspectum sit, & rursus in Deo sit supernè, velut in corde hominis verbum. Hæc enim diabolicæ insaniæ sunt, & omnis abnegationis Dei characteres habent. Porrò pauca hæc aduersus huius rectè se habere putauimus: non enim ardua est horum potentia, & quæ non possit non ab omnibus intelligẽtia præditis subuerti. Qua propter cum & radices spinarum huius per prædicationem ac sententiam veritatis exciderimus, & venenum, vt ita dicam, extinxerimus, & virus huius ostenderimus, auxiliatorem inuocantes Patrem cum Filio reuera existentem, & Filium reuera in substantia genitum, & sanctum ipsius Spiritum, Spiritum in substantia existentem, & salutarem dispensationis mysterii incarnationis: postquam per trophæum contra mortem, crucem inquam, caput huius nouorum Iudæorum quæstionis confregimus, ad sequẽtes ô dilecti transeamus. Dryinas equidem serpẽs quidam est ita appellatus, qui sanè similis est huic hęresiarchæ. Sicut enim dryinas dicitur quidem esse serpens, verùm iuxta herbas & quercus frequentissimè latibula sua habet, quapropter etiam dryinas vocatur, & quòd quercum arborem amat, & foliorum delapsorum viriditati ac palliditati ipse in medio ipsorum situs seipsum assimilat. Non autem vsque adeò ingentem dolorem hoc animal infert, verùm si is perseueret, mortem inducit. Ita etiam hic & hæresis ipsius se omnibus numeris assimilat, vt qui nomen quidem Christi induit, Iudęorum verò opinionem elegit. Verbum Christum confitens, non esse autem hoc statuens, & inter vulgus triumphum ducere non erubescit. Cuius apparentem doctrinam, verum errorem existentem, cum per calceamentum Christi conculcauerimus, & per scalpellum medicum Euangelii commorsos lancinauerimus, & venenum ab ipsis exuerimus, ad reliquarum enarrationem, velut dixi, veniemus. A

Cuiuslibet personæ trinitatis veritas.

Dryinas serpens.

Contra Manichæos, hæresim LXVI. B

Manichęorum hæresis 66.

Acuanitę.

Aurelianus rex.

Manis appellatio.

MAnichæi, etiam Acuanitæ appellãtur, propter quendam veteranum, à Mesopotamia progressum Acuan appellatum, qui huius veneni tractationem in Eleutheropolim intulit. Hi iuxta illud vitæ suæ tempus magnum mundo malum prædicauerunt, post Sabellii insolentiam. In temporibus enim Aureliani regis hi fuerunt, circa quartum annum regni eius. Est autem hæc hæresis multum diuulgata, & in multis terræ partibus decantata, quæ ex Mane, velut dixi, initium dilatationis suæ per tetram accepit. Hic verò Manes ex Persarum terra originem duxit, Cubricus primùm appellatus, sed qui sibiipsi Manis nomen imposuit: ex diuina fortassis puto dispensatione furiosum sibiipsi nomen attrahẽs. Et vel ipse putabat iuxta Babyloniorum linguam Vasis nomen sibi indidit. Manes enim Babylonica lingua vas significat. Verùm velut veritas declarat, Insaniæ cognomen sibi adoptauit, quam Maniam Græci appellant, propter quam miser ille furiis concitus malam doctrinam in mundum disseminauit. Erat autem hic Cubricus viduæ cuiusdam seruus, quæ sine liberis defuncta, pecuniarum incomparabilem vim ipsi reliquit, auríque ac argẽnti, & aromatum & aliarum rerum. Sed & ipsa hæreditatis successionem habuit ex Terbintho quodam, qui & ipse seruus fuit, & Budda transnominatus fuit Assyriorum lingua. Fuit autem hic seruus Scythiani cuiusdam ex Saracenia oriundi, verùm in finibus Palæstinæ, hoc est in Arabia nutriti. Hic Scythianus in prædictis locis Græcorum lingua eruditus, in ipsarum literarum doctrina magnus euasit circa vanam mundi sapientiam. Quum autem semper proficisceretur in Indorum regionem, mercimoniorum gratia, magnum mercium quæstum fecit. Vnde multa bona in mundo acquisiuit, & per Thebaidem pertransiuit. Portus enim rubri maris diuersi sunt, ad oscula Romaniæ discreti. Vnus quidem ad Ailam, qui est in sacra scriptura Ailon: vbi aliquando nauis Solomonis per tres annos penetrans, attulit aurum & dentes elephantinos, aromatáque ac pauones, & alia. Alter verò portus ad Castrum inundationis. Tertius autem supernè ad Bernicem appellatam, per quam Bernicem ad Thebaidem feruntur. Et species ab India venientes illhic in Thebaidem diffundũtur, aut ad Alexandrinorum ciuitatem, per Chrysoroen fluuium, Nilum, inquam, qui & Geon in Scripturis appellatur, & amplius ad omnem Aegyptiorum terram, & ad Pelusium feruntur, & sic in alias regiones per mare penetrantes hi, qui ab India veniunt, ad Romaniam perueniunt. Hæc mihi historiæ gratia ad verbum tradere curæ fuit, vt & radicum vniuscuiusque argumenti non exortes sint, qui hæc adpisci ac legere volunt. Oportet enim eum qui narrationem aliquam aggreditur, pro viribus ipsam tractare, & ex radice introductionem facere: vnde etiam veritas comperitur, etiam si is qui dicit, careat orationis ornatu, & dicendi suauiloquentia: quò ex vera historia id quod quæritur, intelligentibus demonstretur. In principio itaque hic Scythianus multis diuitiis elatus, & vngentorum ac condimentorum possessionibus, aliísque quæ ex India efferuntur, vbi venisset in Thebaidem, ciuitatem altam ita appellatam, & inuenisset mulierculam pernicioſissimam, ac corporis pulchritudine conspicuam, & quæ ipsius stulticiam admiraretur, abduxisséque ipsam de lupanari, in communi enim turpitudine talis prostabat, addictus est mulierculæ, & liberatam ipsam in nuptias sibi coniunxit. Post multum verò temporis progressum propter excellentem voluptatem qua fruebatur, non tulit scelera- C

Saracenia.

Indorum mercimonia.

Romania.

Scythianus.

Blasphemia in Spiritum sanctum.

tus ille, sed velut ociosus & malis adsuetus, ex superflua deliciarum abundantia, deinceps aliquid noui in vitam proferre cogitauit, & ex suo ipsius instinctu talia verba effinxit, non ex diuina scriptura & sancti Spiritus voce excogitata, sed ex misera humanæ naturæ ratiocinatione dicens, Qua ratione inæqualia in tota definita creationis amplitudine habentur, nigrum & album, fuluum & pallidum, humidum & siccum, cœlum & terra, nox & dies, anima & corpus, bonum & malum, iustum & iniustum, D

quàm

quàm quòd omnino hæc ex duobus quibuſdam conſiſtunt? At diabolus in mente ipſius ſedem firmauit
ipſúmque contra humanam naturam militans, horrendam hanc opinionem amplius cõcipere fecit, vt
cogitaret, quod non eſt, & quod eſt non agnoſceret, quo bellum quoddam in mentibus ſeductorũ cõ-
ſtitueret his, qui putant eſſe quid poſt eum qui eſt, & vt ita dicam, ex duabus radicibus, aut duobus prin
A cipiis omnia effici, id quod improbiſsimum omnium ac impientiſsimum eſt. Verùm de hoc rurſus di-
cam. In his prædictis Scythianus mente excæcatus, occaſionibus ex Pythagora acceptis, ſic ſenſit, & li- *Scythiani libri quatuor.*
bros quatuor ſibi ipſi formauit: quorum primo Myſteriorum nomẽ impoſuit, ſecundo Summarum, ter-
tio Euangeliorum, quarto Theſaurorum. In quibus æquales & æquiualentes duorum principiorum cõ
iungens perſonas in vnoquoque argumento, ſic ſuſpicabatur miſer ille, & ſic circa hanc partem imagi-
nabatur, velut qui magnum quid vitæ excogitaſſet. Et reuera magnum malum vitæ ſuæ ac ab ipſo ſe-
ductorum excogitauit. Cum autem vir in his eſſet, audiuiſſétque quomodo Prophetæ & Lex de mundi
conſtitutione dixiſſent, & de vno ac monarcha ſemper exiſtẽte & non deſinente eſſe Pater, ac de ipſius
Filio, ac ſancto Spiritu, voluit ampliore quadam inductus voluptate, & in priuata mente ſua irridẽs, & *Caro in rebus diuinis cæcutit.*
graues cachinnos in ſeipſo habens, proficiſci Hieroſolyma, circa tempora Apoſtolorum: nimirum ve-
lut illic facturus ſermonem apud eos, qui de Monarchia prædicarent, & de creationibus Dei docerẽt.
At miſer ille cum aſcendiſſet, opponere ſe incepit aduerſus presbyteros, illic ſecundum legem Dei Mo
ſi datam, & in prophetica ſingulorum prophetarum doctrina viuentes. Nempe, Quomodo dicitis vnũ
Deum, qui fecit noctem & diem, carnem & animam, ſiccum & humidum, cœlum & terram, tenebras
& lucem? Illi verò clarè oſtendebant, non enim occultatur veritas. Hic verò contradicere non erubuit:
& cum nihil efficere poſſet, tamen impudẽtia ſegniciei ferebatur. Vbi autem nihil perficere potuit, ſed *Contradictio mũdi.*
victus abiret, rem aggreſſus eſt per magicos quos habuit libros. Nam & præſtigiator erat ex Indorum
B ac Aegyptiorum & vana ac fabuloſa gentium ſapientia, & horrenda ac pernicioſa incantamenta cona
tus, imaginationem quandam ſuper domum conſcendens exercuit, & tamen nihil efficere potuit, ſed è
domo delapſus, finem vitæ ſortitus eſt. Multos porrò annos iſthic contriuit, diſcipulum autem vnum
ſolum ſecum habuit prædictum Terbinthum, cui etiam ſua credidit velut fideliſſimo, & qui ex benevo
lentia ipſi inſeruiret. Qui ſanè, mortuo Scythiano, funus ipſius curauit benigniſſimè. Et cum ipſum ſe-
peliiſſet, conſiderat ſecum num ad mulierculam reflecteret, quæ iam à ſcortatione aut captiuitate Scy- *Benignitas in ſepultura.*
thiano coniuncta erat. Verùm aufugit acceptis omnibus quæ habebat, auro & argento & aliis, in Perſa
rum regionem, nomine ſuo immutato, vt ne deprehenderetur, pro Terbintho Buddam ſeipſum appel
lans. Hic autem rurſus malam habuit hæreditatis ſucceſſionem, quatuor libros Scythiani, & magiæ ac
incantationis ſtudia: erat enim & ipſe in literis diligentiſsimè eruditus. Vbi verò & ipſe in Perſarum re
gione degeret, & ad anum quandam viduam delatus eſſet cum qua viuebat, apud ædituos Mithræ nu-
minis & apud ſacerdotes ſimulacri, prophetam quẽdam Parcum & Labdacum, quæſtione de duobus
principiis propoſita, cum non poſſet ne apud ſimulachrorum quidem cultus præſides ſentẽtiam ſuam
aſſerere, ſed confutationem ac confuſionem ab ipſis auferret, ſimiliter velut prædictus Scythianus ea-
dem ſentiens, ſuper domunculam quandam aſcendit, incantamentum videlicet quoddam exercere vo
lens, & ab Angelo deturbatus concidit: atque ſic mortuus eſt, propter eam quam aggredi voluit magi-
cam operationem. Anus verò illa corporis ipſius funere curato, pecuniarum ipſius poſſeſsionem ade-
pta eſt. Et cum non haberet filium, neque aliquem cognatione coniunctum, multo tempore ſic manſit.
Poſtea verò emptum Cubricum, qui & Manes dicitur, ſibi in miniſtrum aſſumpſit, & moriens malam *Emptum malum in ſui perniciem.*
C hæreditatem ipſi reliquit, velut venenum ab aſpide relictum in multorum corruptionem ac interitum.
Rurſus itaque Cubricus ſeipſum Manem appellans, inter ipſos degebat, & inter ipſos diſputabat. Et
quum nemo ipſi fidem haberet, ſed audientes Manichæi, doctrinam ægrè ferrent, & omnes ob innoua
tionem & horrendum fabulamentum ac vanam fraudem abalienarentur, ipſe videns propriam verſu- *Hæreſis initio reſpuitur.*
riam confictorum ſermonum ſubuerti, mente elatus excogitabat ſibi ipſi occaſionem quandam, perquã
proprium figmentum horrendæ ſuæ doctrinæ confirmaret. Et cum fama percrebuiſſet, quòd filius re-
gis Perſarum in morbum quendam incidiſſet, & decumbebat ille in regia Perſidis ciuitate: non enim
illic Manes degebat, ſed alibi procul à regia vrbe præ propria malicia cæcutiens: & putaret ſe ex libris
domini ſui Terbinthi, ſiue Buddæ, ſucceſſoris Scythiani, curationes aliquas efficere poſſe in filium re-
gis, proficiſcitur ex proprio loco, eóque delatus audẽter de ſeipſo indicat, auxilium ſe laturum eſſe pro-
mittens. Verùm non ſucceſsit præſtigiatori ſpei imaginatio. Excidit enim à ſpe, cum ſpecies quaſdam
medicamentarias ægroto regis filio exhibuiſſet. Tandem itaque in manibus ipſius adoleſcens moritur,
vt omnes ipſius promiſsiones vanæ ac mendaces redarguerentur. Hoc autem vbi ſic euenisſet, præce-
pto regio in carcerem coniicitur. Non enim ſtatim Perſarum reges pœnas ſumunt de his, qui maiora
delicta ac culpas in ſe admiſerunt, ſed ampliora quædam mortis ſuffragia colligunt, & tormentis capti *Manes captiuus.*
uos afficiunt. Et hæc quidem ſic tranſacta ſunt, permanſitque Manes, qui & Cubricus, in carcere de-
gens, & à propriis diſcipulis viſitabatur. Iam enim circulatot ille exercitum, vt ita dicam, ſibi congre-
D garat, quos ſanè diſcipulos vocabat, numero circiter duos & viginti. Ex quibus tres delegit, Thomam
quendam appellatum, & Hermeam, & Addam, cum de ſacris libris in Iudæa & toto mundo, de Chri-
ſtianicis, inquam, Legéque ac Prophetis, Euangeliiſque ac Apoſtolis audiſſet. Dato itaque prædictis
auro, in partes Hieroſolymorum ipſos miſit. Hoc autem fecit priuſquam in carcere concluderetur, quã
do aduerſus multos diſputans, proprium dogma confirmare non valuit. Cum autem audiiſſet de no-
mine Chriſti & ſeruorum eius, Chriſtianorum inquam, ſtatuit ſub nominis Chriſti argumento ſedu-
ctos decipere. Illi verò digreſsi, libros emerunt, non enim cunctabantur. Cum autem non deprehen-

derent

derent ipsum in libero aere, sed in carcere, eò ingressi libros ipsi ostenderunt. Ipse verò acceptos perscrutatus malicioſè peruertit, suo mendacio ad veritatem adiuncto: vbi inuenit personam verbi, aut appellationem sententiæ suæ similitudinem efficere potentem, atque hinc deinceps figmẽtum suum corroborauit. Sed & interea argentum precibus collectum multum in carcere dedit, & fugitiuus discessit, relictaque Persarum regione, Romaniam adiit. Cum autem iam in medio Persidis ac Mesopotamiæ esset, circa solitudines adhuc consistens, audiit de magno quodam viro summa pietate præcellenti, nomine Marcello, in Caschara Mesopotamiæ ciuitate habitante, qui erat vir per omnia Christianus, & in iusticiæ operibus admirándus, viduis ac pauperibus pupillísque ac egenis suppeditans, cogitat itaque sibi adiungere virum: quò si hunc subditum adeptus esset, per ipsum non solum Mesopotamię, sed etiã totius regionis ad Syriam ac Romaniam imperium obtinere posset. Scribit autem ipsi epistolam per Tyrbonem quendam discipulum suum, ex finibus Strangæ fluuii, ex castello Arabionis appellato. Ea epistola hæc continuit, & hac accepta lege, studium improbitatis huius impostoris.

Libri deprauãtur ab hæreticis.

A

Epistola Manichæi ad Marcellum.

Manichæus Iesu Apostolus expręsumptione.

MAnichæus Apostolus Iesu Christi, & qui mecum sunt omnes sancti ac virgines, Marcello filio dilecto gratia, misericordia, pax à Deo patre, & Domino nostro Iesu Christo, & dextera lucis conseruet te ab instante seculo malo, & accidentibus ipsius, & laqueis diaboli. Amen. Cum dilectionem tuam maximam esse perceperim, valde gauisus sum: fidem autem non esse iuxta rectam rationem, indignè tuli. Vnde ad humani generis correctionẽ missus, parcensque his qui fraudi & errori seipsos exposuerunt, has ad te literas mittere necessarium duxi: primùm quidem ad salutem animæ tuæ, deindè etiam eorum qui tecum sunt, ad hoc vt ne indiscretam habeas cogitationem, velut simpliciorum duces docent, dicentes, bonum & malum ab eodem ferri, & vnum principium introducentes: non discernẽtes neque dirimentes à luce tenebras, & bonum à malo ac prauo, & externum hominem ab interno, velut anteà diximus, sed alterum cum altero confundere ac permiscere non cessant. Tu verò, ô fili, non similiter vt multi homines, citra rationem ac simpliciter vtraque prout contigerit ynias, neque bonitatis Deo attribuas. Principium enim & finem, & horum malorum patrem ad Deum referunt, quorum finis maledictioni propinquus est. Neque enim dictis à Domino, ac saluatore nostro Iesu Christo Euangeliis credunt, quòd non potest arbor bona malos fructus ferre, neque arbor mala bonos fructus facere. Et subit animum meum admiratio, quomodo Deum, Satanæ & malorum ipsius operum creatorem & opificem dicere audent. Atque vtinam hucusque saltem inanis labor ipsorum processisset, & non vnigenitum, qui ex sinubus patris descendit, Christum, Mariæ mulieris cuiusdam filium esse dixissent, & ex sanguine ac carne, & reliqua fœminarum graueolentia natum esse. Et vt ne multa per hanc epistolam scribens, mansuetudinem tuam in longum tempus suspendam, cum naturalem eloquentiam non habeam, his contentus ero. Totum verò cognosces, præsente me apud te, siquidem salutis tuæ adhuc curam geris. Neque enim laqueum cuiquam iniicio, velut plerique imprudentiores faciunt. Considera quæ dico, fili venerandissime. Hanc epistolam vbi legisset memorabilis ille Marcellus, prudentissimus ac illustris vir, admirabatur & obstupescebat. Contigit enim vt Archelaus vrbis episcopus illa die domi cum ipso esset, qua Manichæi epistolam seruus ille Dei in manus accipiebat. Archelaus autem cognita causa, & lecta epistola, frendebat dentibus velut leo rugiens: & zelo Dei assumpto, conabatur potius proficisci vsque ad ipsum, & comprehendere talem velut extraneum ex Barbaris, vnde etiam originem ducebat, & ad filios hominum perdendos insurrexerat. Prudens verò Marcellus episcopum quidem mitigauit, Tyrbonem autem admonuit vt iter repeteret ad Manem in castello Arabionis, vbi Tyrbonem expectabat. Est autem hoc propugnaculum in medio Persarum ac Mesopotamiæ. Verum is recusauit abitionem ad Manichæum. Itaque Tyrbone non coacto, mittit quendam ex suis cursorem, hanc epistolam ad ipsum scribens.

B

Impium de natiuitate Christidogma.

Indignatur, lecta epistola.

C

Epistola Marcelli ad Manichæum.

Complacentia in malis.

MArcellus vir illustris, Manichęo per epistolam indicat gaudium. Epistolam quidem à te scriptam accepi. Tyrbonem autem pro benignitate mea excepi. Verùm literarum sententiam nequaquam cognoui, nisi tu accesseris, & singula interpretatus fueris nobis ad verbum, quemadmodum per epistolam promisisti. Valete. Hæc vbi legisset Manes, perpendebat secum, non bonam esse Tyrbonis istic detentionem. Sæpè verò decipiebant ipsum alia quæ præter præsentem statum cogitabat, mentis suæ certificandæ gratia. Attamen accepta per epistolam occasione, velociter ad Marcellum venit. At episcopus Archelaus cognito accessu ipsius, habens in seipso cum doctrina etiam fidei feruorem ac æmulationem, volebat, si id possibile fuisset, statim virum velut pardalim aut lupum, aut aliam quandam feram bestiam captam morti tradere, vt ne talis feræ incursu pecora corrumperentur. Marcellus verò magis cupiebat vt per longanimitatem ac patientiam malorum disputatio aduersus ipsum ab ipso fieret. Hic autem quum iam didicisset sententiæ Manis totum argumentum: exposuerat enim ipsis Tyrbon, tum ipsi, tum Marcello, totam hæreseos vanitatem. Quòd Manes introducat duo principia principio carentia, semper existentia, & nunquam deficientia, eò quòd sint inter se opposita: & alteri quidẽ imponat nomen, lux & bonum: alteri verò tenebras & maliciam: vt sit Deus & diabolus. Aliquando autem deos etiam ambos vocat, Deum bonum, & Deum malum. Esse autem & constare ex duobus his princi-

Principia rerũ duo.

D

princ'piis vniuerſa. Et alterum principium bona omnia facere, alterum ſimiliter mala. Habere autem in mundo hæc duo principia ſubſtantias. Et alterum quidem principium feciſſe corpus, animã verò eſſe alterius. Eandem deinde eſſe animam in hominibus, & in omni animali, & in volatilibus & reptilibus, ac reliquis beſtiis: & non in his ſolum, ſed etiam in plantis: vitæ humorem motum animæ eſ ſe dicens, quem etiam in hominibus eſſe dicit. Sed & aliam quandam fabulam fingens ac docens
A aſſerit. Edentem carnes animam edere dicit, & eſſe ipſum reum vt & ipſe talequid fiat: veluti ſi porcum comedit, vt porcus rurſus fiat, aut taurus, aut auicula, aut aliquid ex eduli creatura, quapropter ab animatis abſtinent iſti. Et ſi quis, inquit, plantauerit ficum, aut oleam, aut vitem, aut morum, aut perſeam etiam ipſo mortuo anima eius ligatur in ramis arborum quas plantauit, & tranſcendere non poteſt, Et ſi quis, inquit, vxorem duxerit, etiam ipſe poſt diſceſſum ex hac vita in aliud corpus tranſit, & fit mulier, quo etiam ipſe nubat. Et ſi quis (inquit) occidit hominem, aut aſinum, aut aliud animal, poſt diſceſſum à corpore ſtatim conuertitur anima ipſius in occiſi corpus, aut in murem, aut in ſerpentem. Aut tale quid omnino futurus eſt, qualia occidit. Aſſerebat autem rurſus, quòd ſapientia ſuperna boni Dei conſultans ſecum animam in omnibus diffuſam (eſſe dicit enim ipſe & qui ab ipſo ſunt. Manichæi, animam partem Dei & ab ipſo auulſam) in captiuitatem principum oppoſiti principii ac radicis, in corpora coniectam eſſe iuxta hunc modum inquit, eo quòd ipſa cibus eſt hominum qui ipſam rapuerunt, & robur exhibet iiſdem, qui in corpora diuiſerunt, huius gratia, inquit, prædicta ſapientia luminaria hæc locauit in cœlo, Solem & Lunam, & aſtra, artem hanc operata per duodecim elementa quæ Græci aſſerunt. Atq; ehæc elementa confirmat ſurſum trahere animas morientium hominum & aliorum animalium, lucidas exiſtentes, ferri autem ipſas ad ſcapham: nauigia enim vult dicere Solem & Lunam: & paruam quidem ſcapham, ſiue nauim onerari vſque ad quindecim dies plenitudinem
B Lunæ, & ſic tranſmitti à quintadecima die, in magnam vim, hoc eſt Solem. Solem verò magnam illam nauem traiicere in vitę ſeculum, & regionem beatorum, & ſic animas per Solem & Lunam tranſmiſſas verùm de his qui vanitatis ipſius cognitionem habent, dicit purgatas, dignas fieri hoc traiectu ab ipſo confiſto. Rurſus verò tradit animam non ſeruari, ſi non quis cognitionis eiuſdem particeps ſit. Et magna eſt huius fabulamenti tragœdia. Cum autem hæc ita ſe haberent, & Archelaus opinionum illius refutationem cõprehendiſſet, paratiſſimuſque eſſet tum ob multiplicem ſcientiam de Deo, tum ob eã quam acquiſierat à Tyrbone, à quo omnes viri illius præſtigias exactè didicerat, ecce Manes adeſt cum viris, quos ſecum ducebat. Statim igitur veniunt ad publicam diſputationem in ipſa vrbe Caſchara, prius iudicib. delectis ad quæſtionis ipſorũ diſcuſsionẽ, Marſipo externæ doctrinæ philoſopho, Claudio medico & ſophiſta, Aegialeo natura Grammatico, & Cleobulo ſophiſta. Et cum multa verba dicta eſſent ex vtraque parte, ipſo Mane fabuloſam doctrinam prætendente, Archelao verò velut forti armigero, propria ſua virtute aduerſariorum tela excutiente, tandem victus eſt Manes, & iudicium iudicio veritas brauium tulit. Id quod mirum non erat, cum per ſe conſiſtat veritas, & ſubuerti non poſſit, etiamſi iniquitas per impudentiam inducta veritatis firmitati ſe opponat, cum mẽdacium non habeat ſubſtantiam neque fundamentum, quemadmodum & vmbra tenebrarum, & lubricus greſſus ſerpentis, & inualidum pedum fulcimẽtum. Hinc itaque Manes aufugit, populo volẽte ipſum lapidibus obruere: & niſi Marcellus interueniſſet, & reuerẽda perſona ſua populum placaſſet, iamdudum miſer ille mortuus eſſet. Digreſſus autem hinc, venit in pagum quendam Caſcharorum Diodoridem appellatum, in quo Tryphon quidam manſuetiſsimus illo tempore eius presbyter erat: quem vbi acceſsiſſet
C Manes, ruſus turbas ciebat, placens ſibi ob deprehenſum virum, bonum quidem in cæteris ac pietate admirandum, verùm eloquẽtia pauperem: ſed & in his non valuit illudere Chriſti ſeruo, vt vel ſperaue rat. Deus enim ſemper ſperantibus in ipſum dona ex Spiritu ſancto ſuppeditat ac parat. velut etiam promiſit mentiri neſcius, Ne ſitis ſolliciti quid loquamini. Non enim vos eſtis qui loquimini, ſed ſpiritus patris mei qui loquitur in vobis. Hinc igitur rurſus volente illo diſputare aduerſus Tryphonem presbyterum, & ipſo in multis contradicente, & ad Archelaũ de hac re ſcribente, quòd vir quidam veniſſet eò, velut lupus rapax, & qui ouile perdere conaretur. proinde rogo, ſcribe mihi quid aduerſus hunc facere oporteat, aut quibus rationibus improbæ doctrinę contradicam. Et ſi quidem ipſe dignatus fueris accedere, à ſolicitudine liberabis ouile Chriſti, & pecora ipſius. Archelaus autem miſit ad ipſum duos libros, per quos ex facili Mani reſiſteret, ſignificauítque ipſi vt aduentum ipſius expectaret. Manes verò in medium pagum diluculo progreſſus, prouocat Tryphonem ad diſputationem. Tryphone autem compare, ac reſpondente ipſi ad verbum aptè ad ea quæ petebat, iuxta datam ipſi à Deo intelligentiam, perſtringenteque impoſtorem placidè quodammodo, in quibus ſibiipſi non integre conſtabat: proſilit Archelaus velut fortis pater familiàs ſuorum curam gerens, & cum fiducia prædam ab
D ducere conantem aggrediẽs fremebat. Statim autem vbi vidit Manes Archelaum, blande ex ſimulatione dixit: Sine me aduerſus Tryphonem diſputare, excedit enim me tua dignitas propter epiſcopatum. Hic autem confutato ipſius ſermone, ipſoque ſimulatore declarato, ipſum compeſcuit. Cum autem prolatos ab ipſo ſermones ſoluiſſet, rurſus ipſum in cõfuſionem adduxit, vt ne os quidem aperire poſſet. At populi rurſus zelo commoti, ſceleſtum illum interficere conabãtur. Verùm fuga elapſus Manes, in prædictum caſtellum Arabionis rurſum ſe recipit. Hinc verò vbi cognouiſſet rex Perſarum Manis refugium, miſsis eò ſuis captum ipſum in prædicto caſtello ignominioſe in Perſidem pertraxit, & cutem ipſius harundine excoriari iuſsit, & ſic de ipſo pœnas ſumpſit. Vnde & excoriatum harundine vtrem ipſius paleis expletum, etiam hodie in Perſide habent. Atque ſic vitam finiuit. Quapropter ipſi Manichæi ſtrata ſuper harundines faciunt. Sic autem ipſo mortuo, & relictis diſcipulis quos diximus,

Anima in omnibus eadem.

Falſæ aſſertiones de locatione ſyderum in cœlo.

Manee vincitur.

Veritatis vis.

Non conſentiunt hæretici.

Diſputatio indicta.

Manes vincitur.

Manes excoriatur.

Q

Adda, Thoma & Hermea: hi sanè antequam ipse pœnam penderet iuxta relatum modum, emissi erant ab ipso, Hermeas in Aegyptum, cum quo etiam multi conuersati sunt. Non enim est antiqua hæresis, & qui cum prædicto Hermea conuersati sunt nobis de ipso narrauerunt. Addas verò in superiores Orientis partes, Thomas autem in Iudæam, ex quibus corroboratum est dogma hucusque. Dicebat porrò Manes seipsum esse spiritum paracletum, & aliquando Apostolum Christi seipsum dicit, aliquando Spititum paracletum. & ingens est cęcitatis huius maligna morũ abalienatio. Cæterùm deinceps ô chariſſimi, necessarium est vt in ipsam hæresim eiusque vanitatem dicamus. Nam relata omnia iuxta historiæ seriem exposui: vbi sanè incipit docere ac scribere ac dicere pernicioſiſſimus Manes, in suo de Filio libro. Libros enim diuersos hic edidit. Vnum eiusdem numeri cum vigintiduabus literis Syrorum per alphabetum compositum. Vruntur enim plurimi Persarum post Persica literarum elemẽta, etiam Syrorum literis. Quemadmodum apud nos multæ gentes Græcis literis vruntur, & quidem cum sint propriæ fermè in singulis gentibus literæ. Alij autem profundiſsimam Syrorum linguã magni faciunt, & linguam circa Palmyram, tum ipsam, tum ipsius elementa. Sunt autem hæc duo & viginti, quapropter & ipse liber in vigintiduas partes librorum sectus est. Huic autem libro indunt nomen, Manichæi mysteria, alium autem Thesaurum appellant. Sed & alios libros consuit, Thesaurum videlicet paruum appellatum, & alium de Astrologia. Non enim ab huiusmodi vana curioſitate absũt, imò potius ad ostentationem in prompru propositam habent Astrologiam, & amuleta, quæ appendũtur videlicet, & alias quasdam incantationes ac magicas artes. Incipit igitur in libro suo dicere idem Manes, Erat Deus & Materia: Lux & Tenebræ, Bonum & Malum: in omnibus extremè contraria, vt nihil inter se commune haberent alterum cum altero. Et hic quidem est prologus circulatoris illius. Hinc malignas suas artes auspicatur. Et liber quidem latè sparsus est, talia quædam alia mala continẽs quorum difficultatem, & verborum contrarietatem etiam ex ipso initio scopi deprehendere datur. Etiamsi enim magna est reliqua nugacitas & fabuloſa tractatio, tamen ex introductione tota ipsius improbitas ostendetur. Nam quòd dicit, Erat Deus & Materia, nihil diuersum à vana Græcorum opinione dixit. Facilis autem deprehensu ac destructu est noua hæc Sycophantiæ sapientia. Duo enim simul esse contemporanea ac sempiterna, ex consentaneis ratiocinationibus, ac prudenti intelligentia impossibile est, apud eum qui prudenter iudicare nouit, & notum, hoc est omnibus intelligentia præditis. Si enim duo sunt cõtemporanea, ne nomine quidem inter se euariant. Quicquid enim contemporaneum est, est etiam coæternum. Coæternum autem, etiam semper exiſtens, hoc autem Deus, qui maximè ab aliqua causa principium non accepit. Nihil enim sempiternum, quàm solus Deus. Diuersis enim nominibus hæc principia edidisti ô tu barbare mente, & humanæ naturæ hoſtis. Et alterum quidem appelasti Lucem, alterã Tenebras: & rursus alterum bonum, alterũ malum. Dicis deinde, quòd in omnibus extremè hæc sunt contraria, ita vt nihil commune habeant alterum cum altero. Ergo separas hæc inter se? palàm enim est, quòd sunt contraria, velut dixisti. Si autem quę simul sunt, natura amica ac concordia esse solent, etiam inter se conuersantia inuenientur, simulque degentia, ac societatem cõmunem habentia, & omnino non inuicem discedentia, propter excellentiam amoris. Si verò inter se separata sunt, omnino vnumquodque horum terminatum est. Omne autem terminatum, non est perfectum: finitur enim, eo quòd terminatum est. Et aliàs requiretur terminus ad vtrumque terminationem, vt ne iuxta fines se mutuò contingentia vtraque, priuatim per fines inter se coniungantur, & alterum cum altero communionem habeat, & contrarietatis terminum disperdat. Et si dederis, quid prohibens in medio amborum, non amplius id quod prohibet simile his erit, sed neutrum ab vtrisque erit. Si enim ab vna parte assimilabitur id quod prohibet vni ex duobus prius dictis æternis, non amplius alienum erit id, quod prohibet ab eo, cui assimilatur: sed ei, cui assimilatur coniunctum, & per adæquatam partem coniunctio continget, & non amplius terminabitur in duarum naturarum inter se distantia. Si verò neque simile est duobus, neque ex parte particeps alterius, non amplius duo sunt sempiterna ac semper exiſtentia, sed de cætero sunt tria. Et non amplius duo principia, & duo prima inter se contraria: sed aliud tertium, & contrarium ambobus, & disimile vtrisque, id quod prohibet in medio duorum, & cum neutro quicquam commune habet, ob peregrinitatem, & neque amborum similitudinem accipit. Et de cætero erunt non amplius duo, sed tria hæc. Quin & aliàs requiretur alius mediator, & quartus quidam, qui terminum hunc fugat. Non enim poterint duo terminum ponere aut murum, nisi alius fuerit qui terminum præscribat, & id quod prohibet in medium amborum immittat, & hic scientia præditus ac prudens, & moribus mãsuetus, ac celebris, vt vtrosque ad ineundam pacem persuadere possit. Erit igitur vnus, qui terminum præscribit, & vnum quod prohibet, & duo quæ terminantur, & non amplius duo tantum principia, sed & tria, & quatuor. Et secundum hunc modum ad multa principia mentem conuertere licet, & finere ea quæ sunt, & imaginari ea quæ non sunt. Vnum verò hoc quærit improbus ille, vt ne maliciam Deo ammisceat: nam & absurdum est, hanc Deo attribuere. Et diuinæ ac Ecclesiasticæ scripturæ character hoc confitetur, Deum penitus alienum & impermixtum à malo esse. Deus enim nihil mali fecit, sed omnia valdè bona: vt qui bonus sit natura, incomprehensibilis essentia, omnia continens, & ipse à nemine contentus. Neque igitur malum semper erat, neque ex Deo factum est malum. Cum itaque neque sit malum, neque semper sit, neque ex Deo factum sit, reliquum est vt quæramus, quali modo id quod non est semper, principium autem habuit vt esset, desinit autem & perit, & in finem non permanet, vnde principium habuit. Et quum hoc quæsiuerimus, primùm considerandum est, quale est malum, & in quale fit malum: & an est aliquid circum scriptum

Manes se Spiritum vocat.

Syrorum literæ apud Persas.

Hæresis quomodo dispersa.

Principia duo refutata.

Del etiam sic dissolmuntur: Malum nihil est, sed tantùm priuatio eius quod est, quia omne quod est, quatenus est, bonum est, Quod autem non est non habet causam. Quare nõ si necessaria est vna prima causa oĩm rerum bonarum, continuò necessaria est altera prima causa omnium malarum.

Principia tria.

Principia quatuor.

Mali cõsideratio.

ſcriptum,aut corpus,vt ita dicam,aut ſubſtantiam habet, aut radicem acquirere poteſt. Et quum hæc conſiderauerimus inter noſipſos,ſubſtantia carens reperietur malum,& nullam radicem habens,ſed vſque ad opera tantum actiuæ humanæ operationis effectiuum eſt.Nam in hoc quod facimus nos,ma
A lum eſt: in eo verò quod non facimus,non eſt: cogitatione noſtra excogitante, quidnam eſt malum operari,non placens Deo,& neque potens contradicere Deo,neque diuinitati repugnare. Quicquid enim ab hominibus exſcindi ac tolli poteſt,id multo minus Deo reſiſtere poteſt.Sed & ſimul de diabolo ſic diſtinguendum eſt, quòd non à creatione naturaliter malus creatus ſit, ſed ſibiipſi poſt tempus malum facere excogitauit, & de quo ignotum non eſt, qualis futurus fuerit. Verùm creatus eſt vnà cum omnibus bene,quum Deus propter excellentem iuſticiam,& ob eximiam bonitatem,omnes & omnia vtiliſſima eſſe voluerit,& ſua bona omnibus propoſuerit.Iuxta permiſsionem verò liberi arbitrii, omnibus propria voluntate vti concedat, vt quiſque quod voluerit faciat: quod ipſe quidem malorum cauſa non ſit,diſcretio autem ſit eorum qui ad virtutem procedunt,& viciſsim benignitatis ac bonitatis ipſius præmia accipiunt. At inſanus ille Manes, Deum à malicia eximere volens,maliciã magis ipſi ex æquo attribuit. Simul autem omnem creaturam vituperare non erubeſcit,ex erroribus in nobis fientibus occaſiones adeptus, & in omne opificium æqualiter contexens, propugnator magis, ac defenſor factus eſt maliciei,quam ſe abnegare dicit,& pro odio aduerſus ipſam,amicitiam quandã ac ſocietatem cum ipſa amplectẽs, quando ſubſtantiam ipſi tribuit, & perpetuam ipſam prædicat,ac *Maliciei*
cum Deo ſempet eſſe, & nunquam eſſe ceſſare. Nominibus etiam quibuſdam ipſam appellans, per *nomina.*
omnem tractationem à veritate excidere comperitur: cum omnis creatura benè ſit à Deo creata, ex his quæ ipſe adducit teſtimoniis.Et primum quidem Materiam hanc vocauit,iuxta eandem autem
B ſententiam exiſtimat hanc eſſe corruptionem.Et primum ſi eſt corruptio,cuius ergò fuerit corruptio? Et ſiquidem aliorum corruptio exiſtit,ipſa verò perpetua eſt.Ergò iamdudum res corrupit,& ipſa ſola conſiſtit,dum tanto tempore potentię ſuæ actionem operatur,& non exſcinditur.Si verò ſuiipſius eſt corruptio,corrumpens & domans conſumènſque ac perdens: perditur ergo,& non conſiſtet,vt quæ ſeipſam conſumit ac corrumpit. Quomodo igitur conſiſtit tanto tempore exiſtens iuxta circulatoris rationem, ſimul autem nullam omnino ſocietatem habebit cum vita, neque ſimul cum vita, neque cum bonitate reperietur? Quando verò in vnaquaque creatura ab ipſo vituperata etiam bonitas ineſt concidit vndiquaque ſermo ipſius de malicia, eo quòd communitatem alterum cum altero habeat, ex his quæ ab ipſo dicta ſunt, vt verbi cauſa de ſerpentibus & aliis reptilibus venenum iaculantibus dicamus. Nam quæ ad vtilitatem ſunt creata,apud ipſum verò nomine vituperata, inter ipſa etiam oppoſitum maliciei reperietur,ſic in ſerpente & aliis.Ex quibus enim venenum eſt ad mortem, in iiſdem etiam antidotus aduerſus mortem & afflictionem eorum qui ab illis percuſſi ſunt.Et dies quidem hominibus ad opera, & vt illuminentur ac videant. Sed & nox quæ ab illo nomine vituperatur,requies quædam comperitur,ex Deo hominibus facta. Atque ſic vnum bonum eſſe comperitur,& quod non à peccatis in nobis nomen habere poteſt,aut quod æqualiter mali æquiuocationem inueniat. Omnia enim bona & iucunda,& nihil à quoquam reiiciendum.Et ecce,inquit,omnia bona valdè,& nuſquam eſt maliciei radix.Huius enim gratia etiam Deus ab initio creans totum mundum per ſuam bonitatem,in ſingulis creaturis bonum intulit,dicens: Et vidit Deus quòd eſſet bonum: quo bono ipſi teſtimonium præberet,& inſidiatorum humanæ naturæ callìditatem tolleret,qui per malignas fabulas veritatem ex hominibus diſſipare ac delere cogitant. Fecit enim cœlum,& terram,& lucem,&
C quæ in terra ſunt prima die.Et vidit,& ecce bonum,inquit Scriptura.Ergo nõ nouerat,quòd bonum *Omnia*
facturus eſſet, quia poſtquam factum eſt dicit, Ecce bonum? Et ſic deinceps de aquis,de mari, de *ex creatione bona ſunt.*
germinibus,de lignis,de luminaribus in cœlo,de pecoribus, de volatilibus, & reptilibus ac piſcibus. De ſingulis enim dixit, Et vidit Deus,& ecce bonum. Non prius ignorans,neque poſtquam factum eſt,velut per experiẽtiã adeptus, vt ſciret quòd eſſet bonũ, ſed ab eo quòd ſint omnia bona, & quòd nuſquam ſit malum,præuaricinatus eſt, propter malignorum opinionem, quum omnia bona ſint, & bonitatis teſtimonium habeant, iuxta veriſsimum boni teſtimonium, bonum dixit, quod eſt omnis mali ac omnis maliciei priuatio: & vt ab eo quod vniuerſa bona ſint, tollatur opinio de malicia inter homines excogitata, quo omnem improbam opinionem eorum qui hanc doctrinam inuehunt, penitus exſcinderet. Deinde progreſſus ad hominem,non dixit quòd bonum, non quòd malum ſit homo,eminentiſsima illa ſuper omnia in terra creatura, qui ad principatum creatus eſt à Deo,inenarrabilli ſapientia. Cui traditurus erat Deus omnium dominium ab ipſo creatorum,ſicut dicit, Faciamus hominem ſecundum imaginem noſtram,& ſecundum ſimilitudinem,& imperet piſcibus maris & volatilibus cœli, ac reptilibus terræ, & pecoribus ac beſtiis, atque omnibus quæ ſunt in terra. Sed quoniam ſecundum imaginem Dei creatus eſt,contenta fuit diuina Scriptura tanta dignitate,non opus habens ampliore additamento.Si enim ipſius bonitatis imaginem habet, Domini Dei videlicet omnis creaturæ opificis & boni, ex quo eſt omnis fons bonitatis,ex quo bonum in omnibus eſt: quomodo amplius teſtimonio opus habeat,vt audiat, Ecce bonum: quando ſanè imaginem ipſius boni adeptus habebat. Poſtea verò ad finem vniuerſorum,poſtquam omne opificium perfecit,diuina Scriptura omnia eodem teſtimonio obſignans appoſuit, dicens: Et vidit Deus omnia quæ fecit, & ecce
D bona valde,cum additamento vocis,valde. Hæc autem erat ſexta dies, & ſeptima requiei, quo radice *Materiæ*
mali ſublata,non amplius reperiat quis occaſionem hoc audendi,vt maliciam ſempiternã eſſe cogitat *ſignificatio.*
ſublata eſt enim ea de ipſa opinio. Nuſquam erat malum, quum omnia bona eſſent valde, & à bono Deo facta,& ipſius teſtimonio approbata.Materiæ porrò duplex eſt appellatio. Alterũ enim nomen,

Quod Deus malorum author non ſit.

velut dixi,iuxta ſceleſti huius opinionem,eſt actionis ac corruptionis conſumentis. Materiam autem ſolemus dicere etiam apparatum vniuſcuiuſque rei apud eos,qui artes exercent: ſic dicimus materia lignorum,materia cementaria,materia auri materia argenti. Dicitur & materia quædam operationis in corporibus,quæ ex corruptionum vitiatione colligitur. Dicat itaque nouus hic vates,& quæ ante ſe cula ſunt promittens. Auſus eſt enim hic etiam Spiritum ſanctum ſeipſum appellare,aliquando verò A Apoſtolum IESV CHISTI ſeipſum, velut dixi, cognominat: quum neque columbę ſpeciem vnquam induerit,neque Spiritum paracletum à cœlo Apoſtolis miſſum,quem promiſit vni genitus ſe miſſurum,non poſt multos dies illos termino conſtituto,ſed ſtatim vbi aſcendiſſet,velut dixit: Si ergo abiero,ille veniet. Et ſtatim in cœnaculo repleti ſunt Spiritu ſancto,quum reuerſi eſſent à monte Oliuarum, ſicut ſcriptum eſt. Et viſæ ſunt ipſis linguæ ignis diſſectæ,& domus impleta eſt velut flatu violento,& ſedit Spiritus ſuper ſingulos eorum,& loquebantur linguis miracula Dei,& vnuſquiſque audiebat propria lingua. Erant autem ex omni genere ſub cœlo,& vnuſquiſque per Spiritum conſolationem accipiebat,tum Apoſtoli per ipſum donum,tum omnes gentes per auditionem admirandæ dctrinæ Dei. Si enī Spiritus paracletus quē Dominus diſcipulis promiſit,hic circulator fuiſſet ve rè furioſus,& cognomini ſuo ſatisfaciens: abiiſſent Apoſtoli priuati promiſsione,cum audierint à mē tiri neſcio Domino,ſe accepturos donum ſancti Spiritus, non poſt multos hos dies. Et comperietur impoſtor ille contra CHRISTVM mendacia confingere,vt qui non impleuit, quæ ab ipſo ſunt dicta. Præteriit enim generatio Apoſtolorum,à Petro,inquam,vſque ad Paulum & Ioannem,qui etiam diu fuit in mundo,vſque ad tempora Traiani. Præteriit etiam Iacobus primus epiſcopus in Hie roſolymis,frater Domini cognominatus,filius autem Ioſeph,ex propria ipſius vxore genitus,cum reliquis ſuis fratribus. Cum quibus conuerſatus Dominus IESVS CHRISTVS, ex Maria B ſemper virgine ſecundum carnem natus,in ordine fratrum conſequutus eſt hoc,vt frater ipſorum vocetur. Præterierunt etiam ex eadem ipſius ſede ſancti omnes,& cum ipſis Symeon,filii patrui eius filius Cleophæ fratris Ioſeph. Quorum tempora conſequenter & iuxta ſeriem à Iacobo epiſcopo, per ſucceſſionem in Hieroſolymis epiſcopos,& ſingulos cum ipſis reges ſubiunxi,vſque ad tempus ſuprà indicati Aureliani & Probi,in quo hic Manes cognitus factus eſt,homo exiſtens Perſa, qui hanc doctrinam alienam in mundum genuit. Et habet ſic. I. Iacobus,qui ligno percuſſus in Heroſolymis martyrium ſubiit, vſque ad Neronem. II. Symeon, ſub Traiano crucifixus eſt. III. Iudas. IIII. Zacharias. V. Tobias. VI. Beniamin. VII. Ioannes,vſque ad decimumnonum annum Traiani. VIII. Mathias. IX. Philippus. X. Seneca. XI. Iuſtus, vſque ad Adrianum. XII. Leuis XIII. Vaphris. XIIII. Ioſis. XV. Iudas vſque ad vndecimū annum Antonini. Hi ex circumciſione epiſcopi fuerunt in Hieruſalem. Ex gentibus verò hi. XVI. Marcus. XVII. Caſsianus. XVIII. Publius. XIX. Maximus. XX. Iulianus. Hi omnes vſque ad decimum annum Antonini Pii. XXI. Gratianus. XXII. Symmachus. XXIII. Gaius,vſque ad tempora Veri,octauum ipſius annum. XXIIII. Iulianus. XXV. Capito, XXVI. Maximus,vſque ad decimumſextum annum Veri XXVII. Antoninus. XXVIII. Valens. XXIX. Dolichianus,vſque ad Commodum. XXX. Narciſſus. XXXI. Dius,vſque ad Seuerum. XXXII. Germanion. XXXIII. Gordius vſque ad Antoninum. XXXIIII. Narciſſus,vſque ad Alexandrum filium Mamææ,non Macedonem illum,ſed alium. XXXV. Alexander,vſque ad eundem Alexandrum. XXXI. Mazabanus vſque ad Gallum & Voluſianum. XXxVII. Hymenæus,vſque ad Aurelianum. In ſumma verò,ab C aſſumptione CHRISTI vſque ad Manem & Aurelianum ac Probum reges,anni ſunt CCLxxVI,ſecundum aliquos Chronographos: iuxta alios,CCxLVI. Et ab eo tempore hucuſque alii fuerunt Epiſcopi,Bazas,Hermon. Macaris,Maximus,Cyrillus,Erennis,Cyrillus alius,Hilarionus qui nunc detinet Eccleſiam,cui obiicitur quòd ſit Arrianorum ſectæ. Reges autem deinceps ſequuti,quorum tempora coniuncta fuerunt,hi ſunt. Aurelia no ſublato,Tacitus menſes ſex, Carus & Carinus & Numerianus menſes duos,Diocletianus annos viginti,Maximianus,Licinus,Conſtantius Iulianus,Iouianus,Valentinus,Valens,Gratianus,vt ſint à prædicto Mane vſque in præſens tempus, Valentis quidem annum decimumtertium,Gratiani verò annum nonum,Valētiniani iunioris annum primum,anni nonaginta tres. Quando quarto anno Aureliani,& temporibus Hymenæi epiſcopi Hie roſolymorum,emiſſus eſt in mundum hic error,diaboli habitantis in ipſo operatio ac imaginatio, vt à veritate ſeduceret eos,qui ipſi obedirent. Confutata igitur eſt vndiquaque ipſis nequitia. Quare mens prudentium omnia exactè cognoſcens,adulteratam ipſius verſutiam cognoſcet,ac condemnabit. Si verò etiam alia omnia ipſius ſophiſmata, nugis referta,obliquaque ac inconſiſtentia,quę ab omnibus intelligentia prædita deridentur,ex ordine ad verbum proponere velim,& quæ his omnibus opponi poſſunt conſcribere,vereor,ne in nimis magnam molem tractationem contra ipſum extendam. Iam verò à magnis viris admirabiles contradictiones ad ipſum confutādum factæ ſunt,ab Archelao quidē epiſcopo,ſicut antea dixi: ab Origene verò,velut audiui,& ab Euſebio Cæſareæ,& Euſebio Emeſes, Serapione Thunis,Athanaſio Alexandriæ,Georgio Laodiceæ,Apollinario Laodiceæ epiſcopo,Titóque & multis qui contra ipſum dixerunt. Nihil tamen moleſti erit,etiam à noſtra inopia pauca quædā D in miſerrimi homuncionis confuſionem dici,ad ſubuertendum erroneam ipſius omnibus mentem ac ſententiam,velut etiam antea diximus. Velim autem non auſteris verbis confutationem ipſius facere, ſed quantum eius fieri poſsit manſuetè,niſi omnium Dominum effreni lingua impetere non erubuiſſet,vt qui ſtatim ipſum creatorem negarit, qui totam hanc cœli ac terræ molem omniumque quæ in

vera conſolatio ex Spiritu.

Epiſcoporū Hieroſoly. ordo

Adultera verſutia quomodo deprehēditur.

eis

eis ſunt,& vniuerſa in mundo fecit: alterum verò quendam imaginetur Deum qui non eſt, relicto eo qui eſt. Excidit enim à veritate,& accidit ipſi ridiculi prouerbii factum. Sicut coruus cibum habens in ore,& vmbra cibi in aqua conſpecta, volens alterum cibum aſſequi, præſentem amiſit,& eam qui nullus erat non eſt aſſequutus. Quis verò ferre poterit blaſphemum illum? Si enim patres habemus ſecundum carnem,& non ferimus vt quis ipſos vituperet: quanto magis ſi audiamus Dominum Deum omniũ à maligniſſimo Mane blaſphemiis impeti? Quum igitur per miſericordiam Dei pluuiæ demittantur iuxta ipſius bonitatem ipſe maledicus dicere non erubeſcit; pluuias non ex Deo A eſſe, ſed ex principum defluxu. Atreliqua dicere cui non ridiculum videatur, vt fermè Philiſtionis ſcripta magis ſint neceſſaria, quàm huius fabuloſa imitamenta. Humiferum enim confingens, docet eum geſtare vniuerſam terram,& per triginta (inquit) annos laſſato humero, in alterum humetum transferre, ac terræmotus fieri. Si autem eſſet hoc, ſecundum naturam res eſſet,& non eſſet diuina. Redarguunt autem impoſtorem Saluatoris ipſius verba, vbi dixit: Eſtote boni ſicut pater veſter cœleſtis, quoniam oriri ſinit ſolem ſuum ſuper iuſtos& iniuſtos,& mittit pluuiam ſuam ſuper malos& bonos. Et hoc. Erũt terræmotꝰ in locis,& fames & peſtes. Si verò ex natura, aut iuxta cõſuetudinẽ terræ motus fiũt, ſæpè ſanè cũ terræmotꝰ per regiones fiũt, cõtingitq; per totũ annũ per ſingulas noctes ſæpe terrãcõ cuti. Nũquid ergo ſauciatis humeriferi humeris, laboré non ferens ille ducitur aſſiduãcõmotionem faciens? Et quis talem ſtulticiam feret? Quid verò aliud probabile non auſus eſt dicere? Aſſerit enim hic animas, quæ erroris ipſius cognitionem habent, aſſumi in lunam, quum lucida animæ eſſentia exiſtat. Quapropter, inquit, augeſcit luna,& decreſcit ac deficit, dum impletur ab animis eorum, qui in cognitione incredulitatis ipſius moriuntur. Deinde eaſdem à luna minore videlicet ſcapha depleri dicit,& in ſolem aſſumi, atque in beatorum ſeculum deponi. At ſemper cæca malicia ſuam ipſius confuſionem ignorat, quòd à ſuis verbis redarguitur, nugarum perfectionem abſoluere non potens. Primùm equidem vnus homo formatus eſt, ipſe Adam, ex quo geniti ſunt filii & filiæ. In principio autẽ creationis mundi, circa centeſimum plus minus Adæ annum, occiditur Abel, annorum plus minus triginta. Poſt hunc primum occiſum, moritur in terra Adam protoplaſtus annorum nongentorum B triginta, ſole & luna & aſtris à quarta die in cœlo fixis ac creatis. Quid igitur dixerimus, ô bone, confitebimur dementiæ tuæ argumentum? Quomodo enim potuerunt nongenti triginta anni fieri, citra lunæ augmentum ac decrementum? Qualibus itaque vita defunctorum animis augeſcebat luna,& implebatur, dic mihi. Verùm ignorabat Manichæus, quòd ſunt aliqui intelligentia prædicti, qui non mendacibus verbis, ſed veriſſimis demonſtrationibus fidem habent. Deinde demus ſic eſſe, quod non eſt, abſit,& ab animis Manichæorum impleri lunam, dum plena fit, quomodo amplius conſiſtet tale argumentũ? Si enim nullus Manichæorum poſt decimã quintam lunæ diem moreretur, ſed præfinitũ tempus eſſet ſanctum, vt vſque ad decimamquintam lunæ diem Manichæi morerentur, poſt decimam quintam verò non amplius morerentur, vſquequò lunæ onus depoſitum eſſet, vt rurſus à nouilunio impleri inciperet, probabile ſanè eſſet mendacium ipſorum, nunc verò minimè veriſimile exiſtit. Quotidie enim moriuntur& elementa à Deo conſtitura curſũ ſuum ſciunt, & rurſus non conſiſtet onus illud animarum in luna fiens. Rurſus porrò iuxta improbitatis verſutiam dicit, matrem vniuerſorũ quæ virtutem ſuam conceſſit, ex cœlo deſcendere vt eam furetur à principibus,& auferat ab ipſis virtutem quam ex ſupernis acceperunt. Vult enim dicere, quòd principatus & poteſtates, bello illato Deo viuo magnam & incomprehenſibilem ab ipſo virtutem rapuerunt, quam animam nominat. Et ô ingentem huius abſurditatem. Quiſquis enim vi cogitur,& cui aliquid rapitur, inferior eſt. Si itaque principatus C bono Deo ſuperato, virtutem ab ipſo de armatura ipſius auulſerunt, fortiores ipſi illo erunt. Ille verò quum his primùm ceſſerit, rurſus ab ipſis auferre non poteſt directam ab ipſo virtutem, cum ab initio aduerſariis reſiſtere non potuerit. Et alias, etiamſi aliquando rurſus victor euadens contra aduerſarios abreptam virtutem illis abſtulerit, quum radix & principium mali adhuc ſine principe maneat,& penitus tolli non poſsit, rurſus denuò bello commoto ampliorem virtutem ſibiipſi acquiret,& ſuam olim acceptam à Deo bono virtutem, per potentiam quandam præualens, rurſus abripiet. Et erit ſemper renitens malum, reſiſtenſque,& nunquam detineri potens, perpetuoque rapiet,& rapinam patietur. Si vero etiam dixerint væſani illi, omnibus modis decepti, Si bonus Deus armaturam partis ab ipſo abreptæ temporis progreſſu liberabit, tunc principatus ac poteſtates aduerſæ virtutis diſsipabit, ac diſperdet. Et ſi adhuc erit hoc,& ſi omnino diſsipabit ac diſperdet bonus Deus, concidit præſtigiatoris ſermo, qui dicit non eſſe iuſtum illum bonum, neque in iudicio condemnare peccantem, neque tormentis tradere, neque occidere. Si enim omnino diabolum ſiue oppoſitam actionem diſsipare ac diſperdere conatur, aut pet ſe non amplius erit bonus, velut ipſius ſermo habet, aut eo quod cum bonus ſit, malum conſumit. Et erit hic qui cœlum & terram fecit Dominus, velut etiam reuera eſt, qui vnicuique retribuit iuxta opera ipſius, qui propter excellentem bonitatem, bono & in bonitate fatigato bo- D num exhibet, & ei qui mala fecit, iuſticiam tetribuit. Et vndiquaque confutata eſt ipſius opinio, corda hominum in contraria corrumpens. Cæterùm ad verbum deinceps opinionem ipſius commodè ſubiungam, ex his quæ Archelaus aduerſus ipſum tractauit in contradictione aduerſus ipſum, velut ipſe Tyrbon vnus ex diſcipulis ipſius reuelauit, cuius ſuprà mentionem feci. Cum itaque interrogaſſent Atchelaus epiſcopus & Marcellus Tyrbonem de Manis doctrina, Tyrbon reſpondit dicens ea quæ ex libro appoſui,& ſunt hæc.

Prouerbium de coruo

Philiſtion fabulator. Humeriferi fabula

Animas in lunam aſſumi.

Superſtitio de die mortis.

Manichæi dogmatum Catalogus.

SI Manis fidem discere vultis, à me breuiter ipsam audite. Hic duos colit deos ingenitos, per se natu-
Manichęi hæreses in capita digestæ. rales, sempiternos: alterum alteri oppositum, & alterum quidem bonum, alterum verò malum in A
troducit: alteri lucis nomen tribuens, alteri tenebrarum: & lucis quidem esse partem, animam in ho-
minibus: tenebrarum verò, corpus & materiæ opificium. Commixtionem autem, siue temperamẽtũ
horum factum esse dicit hoc modo: assimilans hos duos huic exemplo, quemadmodum si duo reges
inter se pugnarent, qui esset ab initio hostes, ita vt vterque sua seorsim haberet. Et tenebræ quidem col
lectis copiis ex confinibus suis inuaserunt, ac bello lacessiuerunt lucem. Quum autem cognouisset bo-
Elementa v. nus pater tenebras in terram ipsius irruptionem fecisse, emisit ex se virtutem appellatam matrem vitæ.
Ipsa verò produxit primum hominem, & primus homo quinque elementa. Sunt autem, Ventus, lux,
aqua, ignis & materia. Et quum hæc induisset homo velut ad apparatum belli, descendisse ipsum ait in-
frà, & pugnasse cum tenebris. At principes tenebrarum bellum contra ipsum parantes, comedebant ex
armatura ipsius, id quod est ipsa anima. Et tunc grauiter pressus est illic infrà primus homo à tenebris,
& nisi pater preces ipsius exaudiisset, & alteram virtutem ab ipso productam, viuum spiritum appella-
tam demisisset: & nisi hic descendisset, & dedisset ipsi dxteram, & ex tenebris eduxisset, iamdudum pri-
Dexterã porrigẽdi causa. mus homo detentus periculum incurrisset. Ex eo itaque tempore reliquit infernè animam. Et propte-
rea Manichæi vbi obuiam alter alteri factus fuerit, dexteram dant sibiipsis signi causa, velut à tenebris
seruati. In tenebris enim omnes hæreses esse dicit. Tũc viuens spiritus mundum creauit, & ipse gestans
alias res virtutes descendet, & principes sursum tulit, & in firmamento cruci affixit, quod est ipsorum
corpus ipsa sphæra. Tunc rursus viuens spiritus creauit luminaria, quæ sunt animæ reliquiæ. Et sic fe-
cit, vt firmamentum circulo omnia circumdaret. Et rursus creauit terram in octo species. At humeri- B
fer infrà gestat: & vbi lassatus fuerit gestando, tremit & terræmotus causa fit iuxta statutum tempus.
Huius gratia filium suum demisit bonus pater ex sinibus in cor terræ, & in infimas huius partes, quo
ipsi conueniens autoramentum, ac iustum atque integrum statum præscriberet ac daret: & quotiescũ
Emendicatio indigna. que terræmotus fit, aut lassatus tremit, aut in alterum humerum transfert. Tunc itaque etiam Materia
à seipsa creauit plantas. Et quum raperentur ipsæ à quibusdam principibus conuocauit bonus pater
omnes principum primarios, & accepit ab ipsis singulis vnam virtutem, & constituxit hominem iuxta
ideam ac formam primi illius hominis, & ligauit in ipso animam. Hæc est de commixtione ac tempera-
mentò tractatio. Quando verò videbat pater viuens animam in copore premi, vt qui miserator est &
Animarũ saluatio mire excogitata. misericors, misit filium suum dilectum in animæ salutem: nam ob hanc, & humeriferi causam ipsum
demisit. Et filius delatus transformauit seipsum in hominis speciem, & apparuit hominibus velut ho-
Luminaria esse naues. mo, quum non esset homo, & homines putabant ipsum natum esse. Quum igitur venisset, opificium
ad animarum salutem fecit, & machinam composuit habentem duodecim cados: quæ dum à sphæra
uertitur, morientium animas haurit, & has magnum luminare radiis acceptas purgat, & Lunæ tradit,
& sic impletur Lunæ discus à nobis appellatus. Naues enim, siue scaphas traiectorias esse dicit,
duo luminaria. Deinde vbi repleta fuerit luna, transmittit in Subsolanum, & sic oneris depulsi
onem facit, ac alleuiatur. Atque sic rursus implet scapham, & rursus deplet, dum hauriuntur
animæ à cadis, vsquequò propriam suam animæ partem seruet. Omnem enim animam & omne
animal quod mouetur, boni patris essentiæ particeps esse dicit. Quum igitur Luna onus animarum
Mortis causa ridi- seculis patris tradit, permanent in gloriæ columna, quæ vocatur aer perfectus: hic autem aer co-
cula. lumna est lucis, resectus est enim animis purgatis. Hæc est causa, per quam animæ saluantur. Cau C
sa verò cur homines moriantur, rursus hæc est. Virgo quædam pulcha, ornata ad persuadendum
valde apta, deprædari conatur principes, qui in firmamentum à viuente spiritu sublati sunt ac cru-
cifixi. Videtur autem masculis quidem, fœmina esse formosa: fœminis verò adolescens speciosus, & a
mari dignus. Et principes quidem vbi vident ipsam ornatam, amoris œstro stimulantur: & non
potentes ipsam comprehendere, amoris desiderio mente correpti vehementer ardent. Quum igitur
currentibus ipsis virgo disparet, tunc princeps magnus nubes ex seipso emittit, quo per iram suam
mundo tenebras inducat. Et sic si pressus fuerit valde, velut homo sudans affligitur, sudor autem
ipsius est pluuia. Simul autem & alter princeps, Messor appellatur, si à virgine spoliatus fuerit, diffun-
dit pestem per totam terram, quo homines enecet. Nam corpus hoc, mundus appellatur ratione
magni mundi. Et homines omnes omnes habent infenè superius illigatas. Quum igitur
spoliatus fuerit à virgine, tunc incipit incidere radices hominum: & vbi inciſæ fuerit radices ip-
Animarũ transitus de corporibus ad corpora. sorum, tunc incipit pestis fieri, & sic moriuntur, Si verò supernæ radicis partes intensione concussæ
fuerint, fit & consequitur terræmotus, ita vt humerifer simul commoueatur. Atque hæc est mortis cau
sa. Dicam porrò vobis etiam hoc, quomodo anima in omnia corpora transit. Primùm purgatur mo-
dicum quid ab ipsa, deinde transit in carnis, aut cameli, aut alterius animalis corpus. Si verò homici-
da fuit anima, aut etiam alia animalia interemit, in occisorum corpora transfertur: si verò reperta fue
rit quæ messuit, in mutas illas plantas. Animæ verò nomina hæc sunt: Mens, notio, intelligentia, cogi
tatio, ratiocinatio. At verò Messores qui metunt, similes sunt principibus, qui ab initio in tenebris
sunt, quando comedebant ex primi hominis armatura. Quapropter necesse est ipsos transfer-
ri in fornum, aut phaselos, aut in hotdeum, aut spicam, aut in olera, vt metantur & incidantur. Et D
quis comedit panem, necesse est etiam ipsum comedi in panem mutatum: Si quis occiderit
auiculam, auicula erit. Si quis occiderit murem, etiam ipse mus erit. Si quis est diues in hoc mun do,
& exiuerit ex habitaculo suo, necesse est ipsum in pauperis corpus transire, vt & ipse obambulans pe-
tat, & postea ad æternum supplicium deueniat. Quum autem corpus hoc tale sit, tum principum, tum

materiæ,

materiæ, neceſſe eſt eum qui plantat perſeam, multa corpora tranſire, donec perſea illa deiiciatur. Si verò quis ædificat ſibiipſi domum, diſtrahetur in vniuerſa corpora. Si quis lauat in aqua, ſuam ipſius animam congelat. Et ſi quis non exhibet electis ſuis pietatem, punietur in ſecula, & tranſit in corpora eorum qui ſacris initiati ſunt, donec dederit pietates multas. Et propterea ſi quid optimum eſt in eduliis, idipſum electis præbent. Et cum panem edere volunt, orant prius, ſic dicentes ad panem, Neque ego te meſſui, neque molui, neque expreſſi, neque in clibanum miſi, ſed alius fecit hæc, & attulit mihi, ego ſine culpa comedo. Et quum apud ſeipſum dixerit hæc, dicit ad eum qui in ſacris inſtituitur, ora-

Oratio ãte panis eſum.

A ui pro te, & ſic diſcedit ille. Nam ſicut paulo antè dixi vobis, ſi quis metit, metetur. Ita ſi quis frumentum in machinam coniecerit, coniicietur etiam ipſe: aut ſubegerit, ſubigetur, aut aſſauerit, aſſabitur, & propterea interdictum eſt ipſis, vt ne opus faciant. Et rurſus ſunt alii quidam mundi, ex quibus oriuntur luminaria hæc, vbi ex hoc mundo occiderunt. Et ſi quis humi obambulat, lædit terram. Et qui mouet manum, lædit aerem. Nam aer eſt anima hominum, & animalium, & volatilium, & piſcium, & reptilium. Et ſi quis in mundo eſt, dixi vobis, quòd corpus hoc non eſt Dei, ſed eſt materiæ, & eſt tenebræ, & ipſum obtenebrari oportet. Paradiſus porrò vocatur mundus. Sunt autem plantæ, quæ in ipſo ſunt, concupiſcentiæ & aliæ deceptiones, quæ hominum cogitationes corrumpunt. At verò arbor in Paradiſo, ex qua cognoſcunt bonum, eſt ipſe Ieſus. Cognitio ipſius in mundo eſt: qui verò accipit, diſcernit bonum & malum. Mundus verò neque ipſe Dei eſt, ſed ex parte materiæ formatus eſt, & propterea omnino diſperditur. Quòd verò deprædati ſunt principes à primo homine, hoc ipſum eſt quod implet lunam, quod purgatur quotidie à mundo. Et ſi egreſſa fuerit anima non cognoſcens veritatem, traditur dæmonibus, quo edoment ipſum in gehennis ignis: & poſt caſtigationem tranſit in corpora, vt dometur, & ſic mittitur in magnum ignem, vſque ad conſummationem. Cæterùm de Prophetis apud vos ſic dicitur, Spiritum eſſe impietatis, ſiue iniquitatis tenebrarum, quæ ab initio emerſerunt, & propterea ſeducti, loquuti ſunt. Excæcauit enim princeps ipſorum mentem. Et ſi quis ſequitur ſermones ipſorum, moritur in æternum, illigatus in glebam, quoniam non didicit cognitionem paracleti. Præcepit autem electis ſuis ſolis, qui non plures ſunt quàm ſeptem numero: Si deſieritis edere, orate & mittite oleum multis nominibus adiuratum in caput, ad fidei huius fulcimentum. Nomina verò non ſunt mihi manifeſtata, ſoli enim ſeptem his vtuntur. Et rurſus venerandum illud

Paradiſus Manis.

Animæ à dæmonib⁹ edomitæ.

B ac magnum apud vos nomen Sabaoth, ipſum eſſe ait, naturam hominis, & patrem concupiſcentiæ: & propterea extentis manibus adorant concupiſcentiam, Deum ipſam putantes. De Adam verò quomodo creatus eſt, ſic dicit: Qui dixit, Venite, & faciamus hominem ſecundum imaginem noſtram, & ſecundum ſimilitudinem, aut ſecundum formam quam nouimus: princeps eſt, qui ad alios principes dixit, Venite, date mihi de luce quam accepimus, & faciamus hominem ſecundum noſtram principum formam, quam nouimus, quod eſt primus homo. Et ſic creauerunt hominem. Euam verò ſimiliter creauerunt, dantes ipſi ex concupiſcentia ipſorum, ad decipiendum Adam. Et per hos facta eſt formatio mundi, ex principis opificio. Deum autem non habere partem cum ipſo mundo, neque gaudere ob ipſum, eo quòd ab initio ſpoliatus eſt à principibus, & in anguſtiam redactus. Atque hac de cauſa mittit, & deprædatur ab ipſis animam ſuam quotidie per luminaria hæc, Solem & Lunam, à quibus totus mundus & omnis creatura rapitur. At verò eum, qui loquutus eſt cum Moſe & Iudæis ac Sacerdotibus, principem tenebrarum eſſe dicit. Quare vnum & idem ſunt, Chriſtiani, & Iudæi, & Gentes, eundem Deum colentes. Nam in concupiſcentiis ſuis decipit ipſos, cum non ſit veritatis Deus. Propterea igitur quicunque in illum, qui cum Moſe ac Prophetis loquutus eſt, ſperant Deum, cum ipſo ligabuntur, quia non ſperauerunt in Deum veritatis: ille enim ſecundum concupiſcentias ipſorum loquutus eſt cum ipſis. Poſt hæc autem omnia in fine dicit, quemadmodum ipſe idem ſcripſit: Cum conſpicuam fecerit Senex imaginem ſuam, tunc humerifer dimittit ter-

Adam & Euæformatio.

C ram foràs, & ſic reſoluitur magnus ignis, & totum mundum conſumit. Deinde rurſus dimittit glebam cum nouo ſeculo, quo omnes animæ peccatorum ligentur in ſeculum. Tunc autem hæc fient, quũ ſtatua venerit. Emiſſiones autem omnes, Ieſus in paruo nauigio, & Mater vitæ, & duodecim gubernatores, & virgo lucis, & Senex tertius in magno nauigio, & Spiritus viuens, & murus magni ignis, & murus venti, & aeris & aquæ, & interni ignis viuentis, circa paruum luminare habitabunt, donec ignis cõſumpſerit totum mundum. In quot annis verò hoc futurum ſit, numerum non didici. Et poſtea reſtitutio erit duarum naturarum. Et principes habitabunt in inferioribus ſuis partibus, pater vero in ſuperioribus, propriis receptis. Hãc autem vniuerſam doctrinam dedit tribus ſuis diſcipulis, iuſſo vnoquoque in regionem abire. Et Addas quidem Orientis partes ſortitus eſt, Thomàs vero Syrorum terram adeptus eſt, Hermeas autem in Aegyptum profectus eſt. Et vſque in hunc diem iſthic degunt, dogmatis propoſitum erigere volentes. Hęc ſunt quæ ex prædicto libro Archelai appoſui. Et ſic zizanioſæ in mũdo ſeminationis doctrina excitata eſt, & ſic zizania doctrinæ ſuæ euomuit. Quot vero ad ridiculi huius imitatoris tantam calumniam quis regerere poſſit? Itaque omnibus clarum eſt, etiamſi non efferueſcat oratio noſtra ad ſubuerſionem, ſufficiet tamen ad confuſionem, & ad hoc ſolum cognoſcendum, quod omnia, quæ apud ipſos recepta ſunt, non conſiſtunt, & nullam vim habent. Priora enim in poſterioribus deſtruit, poſteriora vero alia à prioribus loquitur. Aliquando enim mundum ex Deo factũ eſſe vult, quandoque ex principibus, & Deũ non habere aliquam cauſam in mundum, ſed perite mũdũ.

Mundi cõſumptio per ignẽ.

Doctrina hæc trib⁹ diſcipulis tradita.

Cõtrarietas dogmatum Manichæi.

D Aliquando vero firmamentum pelles principum eſſe aſſerit. Aliquando vero crucifixos ipſos eſſe dicit ſupernè in polo, & diſcurrere, & nubes congregare, & concitari, ac amoris æſtro ſtimulari ad

virginis conſpectum,& ad pulchritudinem adoleſcentis.Et ô ingentem turpitudinem.Quid enim improbius,moleſtius & turpius dici poſſit,quàm Spiritum veritatis fœminam ſeipſum exprimere,aliquãdo verò maſcula ſpecie principibus videri?Turpe equidem eſt,virum fœminam fieri,& in fœminæ forma eſſe. Turpiſſimum autem rurſus, mulieres viros fieri, & viri habitum geſtare. Et quomodo non is, qui virtutis ac diuinus Spiritus eſt, ab hoc fabulatore Mane magis contumelia affici comperietur? A Quomodo autem excoriati amoris œſtro ſtimulantur,dic mihi ô bone vir? Quomodo verò poſtquam crucifixi ſunt, excoriati ſunt? Si verò crucifixi ſunt, quomodo diſcurrunt non apparente poteſtate? Quis verò tolerarit blaſphemum,ex ſudoribus principum nos nutriri decernentem, & ab excrementi turpitudine pluuiam nobis demitti? Vnde verò etiam ipſe potum bibit, ex pluuiis hauriens cum propriis ſuis diſcipulis? Quomodo autem non ridiculus fuerit, qui corporali neceſſitate ſuperatur, ſudores bibens? Peccatum equidem diuerſum eſt.Non autem tanta erit pœna eius,qui inuitus peccat,quanta illius,qui vltrò ex mẽtis propoſito peccatum committit. Etenim alii homines,etiamſi ſic eſſet,quod abſit,imaginatur enim ſic inſanus ille, tamen ignorantes, quòd ſudores, ac turpes excretiones aquantur ac bibunt,venia magis ac miſeratione digni ſunt,quàm qui cum conſcientia ſtimulatus,fruſtra propter victam ſuam debilitatem,iiſdem potibus vtitur,& aliis ex carne defluxionibus.Et multa ſunt, per quæ hic mendaci ore obedientes ipſi decepit. Quid enim apud ipſum non eſt ridiculum,quòd putat ſemina herbarum ac fructuum & leguminum animas eſſe?Quare etiam ridiculè iuxta ipſius fabulamẽtum,ad ipſum confutandum dicere aggrediemur. Si animæ ſunt grana lentis & phaſeli, & ciceris, & aliorum,anima verò tauri eadem eſt,magis laudandi ſunt,qui carnes edunt,iuxta ipſius adeò rationẽ, quàm qui in vita ac conuerſatione temperata ſe exercent. Timet enim iuxta ſuum fabulamentum, ne fortè animatorum animalium & aliorum particeps factus,etiam ipſe ſimilis fiat, cum contrarium magis contingat: vbi enim conuenerunt viri quinquaginta,aut etiam centum,omnes ex vno tauro nutri- B rentur, etiam ſecundum vanam ipſius ſycophantiam, & tamen ad ipſius confutationem dicendum, quòd quinquaginta aut centum rei fiunt vnius animæ. Qui verò grana ſeminum edit, in vno ingeſtionis bolo ac morſu,magis quàm triginta aut quadraginta animarum reus erit.Et omnia ipſius vana ſunt ac ridicula.Omni enim,qui mente in Domino præditus eſt,veritatis ſigna ex ipſa vera doctrina manifeſta ſunt.Etenim Saluatore nihil verius eſt ad vitæ hominum reuelationem. Aſſerit enim hic barbarus ad nos progreſſus, Perſa, ac mente ſeruus, nihil enim moleſti eſſet, corpore ipſum ſeruum eſſe,aſſerit (inquam) quòd omnes animæ æquales ſunt,& quòd vna in omnibus exiſtit,in hominibus, in pecoribus,in feris,in volatilibus,in reptilibus,& in marinis ac aquaticis animalibus,& in germinum ſeminibus,in lignis quæ ac aliis omnibus viſibilibus. At non ſic oſtendit Dominus noſter. Profectò enim vbi venit ad homines ſaluandos,etiam pecorum ſanandorum curam ac medelam habuiſſet,& reſurrectionem lapſorum animalium procuraſſet. At non ſic narrat,neque ſic docet: abſit. Verùm hominum animas ipſe ſaluare nouit, quam animam comprehenſim comprehendens per ænigma dixit: Non veni, niſi propter ouem perditam: vt diceret totam naturam humanam. Et quid dicit Scriptura? Curabat omnes,quos afferebant ad ipſum,lunaticos,& occupatos variis morbis. Adducebant ad ipſum cæcos, ſurdos,claudos,paralyticos, mutilatos, & ſuper omnes beneficentiam ac medelam ſuam expandebat. Nuſquam autem ſcriptum eſt, quòd adduxerunt ad ipſum animalia. Deinde rurſus,quum veniſſet in partes Gergeſthorum, velut Marcus habet, aut in confinia Gergeſenorum, ſicut Lucas dicit: aut Gadarenorum, velut Matthæus: aut alias geraſenorum,quomodo exemplaria quædam habent (nam locus is inter tres illas partes medius erat.) Et ecce duo dæmoniaci ſuprà modum ſæui, è monumentis C egreſſi vociferabantur dicentes: Sine,quid rei nobis tecum eſt,Ieſu fili Dei, quòd ante rempus veniſti ad cruciandum nos?Nouimus te quis es ſanctus Dei.Erat autem grex porcorum illic paſcens.Et rogabant ipſum dæmones,dicentes: Si eiicis nos ex hominibus,mitte nos in porcos. Et ferebantur in mare,& peribant in aquis.Paſtores autem fugiebant,& nunciauerunt in ciuitatem. Et in Matthæo quidẽ de duobus dæmoniacis dicitur,porcos autem ſimpliciter indicat,& numerum non declarat. Marcus autem etiam numeri porcorum certitudinem explicauit,dicens:Venit in partes Gergeſenorum,& occurrit ipſi dæmoniacus,qui ligabatur catenis ferreis,& diſrumpebat vincula, & in monumentis degebat,ac vociferabatur: Sine,quid rei nobis tecum eſt,Ieſu fili Dei, veniſti ante tempus ad torquendum nos?Et interrogauit ipſum Ieſus,Quod eſt tibi nomen? Et dixit,Legio: quia multa dæmonia ingreſſa erant in ipſum,& rogabant ipſum,vt ne mitterentur extra regionem, ſed ingrederentur in porcos. Erat enim illic grex porcorum paſcens,& permiſit ipſis intrare in porcos. Et ferebatur grex porcorum præceps in mare, erant enim fermè duo milia, & ſuffocati ſunt in mari. Et qui paſcebant ipſos,fugerunt, & denunciauerunt in ciuitatem. Nunquid igitur propter ignorantiam interrogabat Deus Verbum, qui propter nos homo factus eſt, & non norat nomen dæmonii, antequam interrogaret? Imò ſolet Deus ex ore interrogatorum vniuſcuiuſque argumenti propoſitum clarum facere. Sic etiam hic, vt horrendam dæmonum multitudinem oſtendat, quæſtionem facit, quo ex illius ore admirandum opus oſtenderetur. Et rogabant ipſum dæmones, dicentes: Ne mitras D nos in abyſſum, ſed permitte nobis vt ingrediamur in porcos, & permiſit ipſis. Et egreſſi ſunt dæmones, & ingreſſi in porcos: & ferebatur grex porcorum præceps in mare, & peribat in aquis. O ingentem Dei benignitatem, quomodo mendacium redarguit, ſeruis autem ſuis veritatem oſtendit, per opera & per ſermones, & per omnem ſuam curam. Opere enim oſtendit non eandem animam eſſe in hominibus,& in pecoribus,& in aliis animalibus. Si enim eadem anima eſſet,qua ratione vnum mundare volens, aut vnam animam ſaluare hominis dæmoniaci, duo millia animarum

Peccatorum diuerſitas.

Anima in omnibus vna.

Chriſtum filium Dei fatẽtur diaboli.

Benignitas Dei mendacia malorum arguit.

rum ſimul perdere non pepercit? Et ſi eadem eſſet, quomodo vnum mundat, aut vnam animam, in alia verò corpora ſiue animas permittit dæmonas ingredi? Non ſunt clara lucis opera? Non in luce ſunt hi ſermones facti? Non eſt illuſtris facies veritatis? Nónne omnia plana intelligentibus, & rectam inuenientibus cognitionem? Quis his auditis & comparatis, non redarguerit Manem conſuentem ea, quæ non oportet, mentem hominum à veritate peruertere? At verò rurſus ſceleſti illi, audiui enim quēdam ſic loquentem, qui vbi ex nobis audiuiſſet hanc tractationem, conuerſus beſtialis ille, cogitauit nūquid poſſet, contra veritatem Dei, verba ludibrii plena ſibiipſi prætexere, & cogitauit vera mendacio impetere. Et dixit, At intulit porcis morrem, diſceſſerunt enim animæ ipſorum de corporibus, & ſaluatæ ſunt. Et multa eſt dementia non videntium & mente cæcutientium, & qui neque ad auditus ſenſum ſuſcipiunt ea, quæ ab ipſis dicuntur. Si enim omnino animas à corpore diſcedere, ſalus putatur, oportebat potius Saluatorem demittere hominem dæmoniacum, vt ſaluaretur anima à corpore hominis liberata. Ergo dilexit magis animas in porcis, quàm animam hominis. Qua enim ratione non etiam hominem vnà cum porcis permiſit ferri in mare ac mori, vt omnes animas, hominum & porcorum, mundaret ac ſaluaret? Sed non ſic nouimus. Verum Lazarum quidem à monumento quatriduanum vocat & excitat, & in mundum reducit, non malum quid ipſi largiens, neque malum ipſi faciens. Diligebat enim Lazarum, inquit Scriptura. Quem itaque diligebat, quomodo in carnem reuerti faciebat, ſiquidem mala eſt caro? Quomodo verò non ſiuit potius ſemel mortuum, & à corpore ſaluatum? Et ne quis putet Lazarum ſtatim rurſus mortuum eſſe. Oſtendit enim clarè ſanctum Euangelium, quòd diſcubuit Ieſus, & Lazarus diſcumbebat cum ipſo. Sed & in Traditionibus inuenimus, quòd triginta annorum tunc erat Lazarus, quando eſt ſuſcitatus. Poſtquam verò ſuſcitatus eſt, alios triginta annos vixit. Et ſic ad Dominum profectus eſt, vbi obdormiuit, & cum reuerendo nomine vocatus eſt, quemadmodum omnes vſque ad horam reſurrectionis, quando vnigenitus reſtituet, velut promiſit, corpus animę & animam corpori, & dabit vnicuique prout fecit, ſiue bonum, ſiue malum. Si enim non corporum reſurrectio eſſet, vnde eſſet ſtridor dentium? At ne rurſus quidam ex veſania ſua dicunt, dentes ad manducandum nobis conſtructi ſunt, qualem itaque cibum edemus poſt mortuorum reſurrectionem? Si enim poſt reſurrectionem rurſus comedit Ieſus de piſcis aſſi parte, & fauo mellis, & conuerſatus eſt cum diſcipulis per dies quadraginta, nunquid ergo erit eſus? Et de eſu quidem manifeſtum eſt, Quoniã beatus eſt, qui edit panem in regno cœlorum. Et extat Domini ipſius promiſſio, Sedebitis in menſa Patris mei edentes & bibentes. Et edere quidem ac bibere ipſi ſoli cognitum eſt. Nam oculus non vidit, & auris non audiuit, neque in cor hominis aſcenderunt ea quæ præparauit Deus diligentibus ipſum. Cęterùm quandoquidem hoc loco animarum differentias expoſuimus, & ea quæ ex ipſa veritate & exemplo perfecta ſunt, quòd alia eſt anima hominis, alia pecoris, & quòd non venit ad ſaluandum animam pecoris, ſed hominis, eo quód pecora non iudicantur. Homines enim poſſident regnum cœlorum, & homines iudicantur. Abibunt enim hi in iudicium æternum, & hi in vitam æternam, inquit vnigenitus. Quid autem qui quæſtiones ſpeculantur, vbi acceſſerint, & non deprehenderint dicti claritatem, ægrè ferunt oppoſita ſibiipſis excogitantes magis, quàm vtilia ſibiipſis venantes. Quãdoquidem enim Matthæus dicit, Duo dæmoniaci, Lucas verò de vno narrat. Et vnus ex Euangeliſtis dicit, quòd latrones ſimul crucifixi maledictis impetiuerunt ipſum. Alius verò non ſolum quòd non maledixerint vtrique, ſed etiam defenſionem alterius indicat. Et enim increpabat alterum, & dicebat: Nõ times tu Deũ, quòd in eadem condemnatione ſumus? hic autem ſanctus nihil fecit. Et ad hęc acclamabat, dicens: Memento mei Ieſu, cum veneris in regnum tuum. Et Saluator ad ipſum dixit, Amen dico tibi, Hodie mecum eris in paradiſo: videntur ſanè hæc velut diſſonantiam habeant in Scriptura, verùm omnia plana exiſtunt. Etſi enim duo ſunt apud Matthæum dęmoniaci, apud Lucam iidem ſunt. Sed quoniam ſolet Scriptura rationes factorum dare, ea gratia non meminit Lucas duorum, ſed vnius. Duo equidem erãt à dæmoniis curati, vnus autem permanſit in fide, alter excidit. Itaque propter permanſionem in fide, ſequebatur Ieſum, velut Euangelium habet, in quemcunque locum abibat. Ea gratia alterum reliquit, & alterius qui permanſit in regno cœlorum, mentionem fecit, & nihil aduerſatur ad veritatis inuentionẽ. Iam verò etiam aliam ſimilem huic argumento rationem Euangelium narrat, velut de vno. Dominus decem leproſos mundauit, nouem autem digreſſi non dederunt gloriam Deo: vnus verò rurſus permãſit, qui etiam à Domino prædicatur, dum dixit: Decem leproſi mundati ſunt, cur ne vnus quidem ex ipſis reuerſus eſt vt daret gloriam Deo, niſi ſolus hic alienigena? Et vides quòd propterea quòd intellexerit beneficium, & propter gratitudinis opus, vnius pro decem mentionem facit. Eodem modo vnus Euangeliſta de latronibus meminit. Solemus enim ſingularia pluralia dicere, & pluralia ſingularia. Dicimus enim, Narrauimus vobis, & vidimus nos, & venimus ad vos, & non duo ſunt qui dicunt, ſed vnus qui præſens eſt. Vnus autem iuxta vſus conſuetudinem, ex perſona multorum pluraliter narrat. Sic pluraliter comprehendit Euangelii tractatio. Alter vero narrat, quòd vnus quidem fuerit maledicus, alter verò confitebatur, & adeptus eſt ſalutem. Et vides, quod omnia veritatis dicta clara ſunt, & nihil contrarium in Scriptura. Cæterùm quum omnia hæc ex Scriptura recenſuerimus, ſermonis narrationem, vt arbitror, in longum extendimus. Et contingat quidẽm, opto, vt nos longa oratione laſſemur: eos verò, qui veritati aduerſantur, redarguamus: filios autem veritatis per ſalutaria ipſius medicamenta exhilaremus. Deinde rurſus reliqua impoſtoris dogmata videamus. Dicit enim duo Teſtamenta eſſe inter ſe contraria, & Deum qui loquutus eſt in Lege, alium eſſe à Deo Euangelii. Et illi quidem principis nomen imponit, hunc verò Filium & Patrem ipſius, bonum Deum dicit. Atque vtinam vera diceret, & non errans contra ſeipſum blaſphemaret. Eidem ſermoni etiam nos ipſi aſſentimur,

Porcorũ ſubmerſio.

Traditionum vſus.

Eſus poſt reſurrectionem.

Cõtrario rum Scripturæ locorũ conciliatio.

Singularia pro pluralib⁹ & viciſſim.

assentimur,quòd boni Patris bonus filius, Lumen de Lumine, Deus ex Deo,Deus verus ex Deo vero, venit ad nos vt nos saluaret.In propria venit,& non in aliena.sui eum non receperunt. Quicunque verò receperunt eum,dedit ipsis potestatem filios Dei fieri: qui non ex sanguinibus, neque ex carne, sed ex Deo nati sunt. Quanquam nemo in mundo sine carne & sanguine natus est. Sed omnes participes carnis & sanguinis nati sunt. Quid enim essent,antequam in carne nascantur ? aut quid possumus esse absque carne? Quandoquidem verò mundus ex Deo factus est,& nos creati, ex carne quidem patrum ac matrum geniti sumus,venit Dominus,vt generaret nos ex spiritu & igne. Geniti enim sumus,& est verum,& non potest quis primam natiuitatem negare,neque quòd ex carne sit.Secunda verò natiuitate non ex carne geniti sumus, neque ex sanguine, hoc est, non carnis & sanguinis abusu vsi sumus,sed carne & anima in spiritu nati:quæ caro non amplius carnalis est,sed sanguis & caro & anima spiritualiter vnita,hoc est,dedit ipsis potestatem filios Dei fieri,his qui transmutant mentem,et per carnem, et sanguinem,et animam Deo complacuerunt.Qui igitur in propria venit,non alienus est, sed Dominus omnium.Et propterea dicit,qui loquitur in Prophetis,Ecce adsum.Et Iudęis dixit:Si Mosi crederetis, crederetis etiam mihi,ille enim de me scripsit.Et, Abraham pater vester exultauit vt videret diem meã, & vidit,& gauisus est. Et, Sic patres vestri fecerunt Prophetis, & Beati estis, quum probra iecerint in vos,& dixerint contra vos omne malum mentientes.Gaudete & exultate,quoniam merces vestra multa est in cœlis:sic enim persecuti sunt Prophetas ante vos.Et alibi: Hierusalem quæ occidis Prophetas, & lapidas eos qui missi sunt, quoties volui congregare filios tuos. Vox autem Quoties, ostendit quòd per Prophetas ipsos congregare curam habuerit.Si enim Quæ occidis Prophetas, dicit redarguendo, profectò Prophetarum curam habet. Qui verò Prophetarum curam habet, non alienorum curam gerit, sed suorum. Et requiretur, inquit, sanguis qui effusus est à sanguine Abel,vsque ad Zachariam iustum,qui occisus est inter templum & altare.Et quum omnia sustulisset,& mensas numulariorum subuertisset,dixit:Nunquid facitis domum patris mei domum mercimoniorum? Et ad Mariam ac Iosephi dixit:Cur quærebatis me, non sciebatis quòd in his quæ patris mei sunt, oportet me esse ? Et statim infert Euangelium, dicens quòd vbi dixerit, Nunquid facitis domum patris mei domum mercimoniorum,mox recordati sunt discipuli quod scriptum esset,Zelus domus tuæ exedit me.Et quot producere licet ex Euangeliis & Apostolis ad insanam Manis maniam confutandam,qui vult diuidere & abalienare vetus Testamentum à nouo, quum vetus testetur de Saluatore, & Saluator confiteatur vetus Testamentum : & non solum ipse, sed etiam Apostoli, velut dicit Dauid, Dixit Dominus Domino meo, sede à dextris meis. Si igitur Dominum ipsum vocat, quomodo filius ipsius est ? Et rursus in alio loco dicit,quum pueri clamarent, Hosanna filio Dauid, & non increparet ipsos, dicunt Pharisæi, Non audis quid hi dicunt ? increpa ipsos.Ipse verò ad illos dixit : Si hi tacuerint,lapides clamabunt.Filius etenim Dauidis est secundum carnem,Dominus verò Dauidis,secundum spiritum.Et vtraque loquutio potens est,& vera dicit . Nihil enim adscititium habet veritas. Verùm vt ne longius extendam hoc argumentum, contentus ero his testimoniis. Deueniam autem ad alia, circulatorémque confutabo. Si corpus alterius Dei est, ô bone vir, & anima alterius Dei,quæ est societas amborum ? Et vereor, ne in profundam aliquam cogitationum molem exigua tenuitatis nostræ mens irruat. Quapropter refrenabo meipsum,vt ne multum lectionis laborem faciam his, qui ex vno testimonio præstigiatorem redarguere possunt . Equidem simul societatem habere non est eorum, qui inter se discrepant, sed vnius opus, aut duorum amicorum operatio. Quum itaque corpus & anima simul sint, vnius Dei opus est . Non enim est diuisio, eo quòd ambo decenter cooperantur, ac consentiunt. Si vero, iuxta huius sententiam, principes qui comederunt animam , fecerunt ipsi vinculum hoc corpus , quomodo comestam rursùs includunt in corpus ? Omne enim quod comeditur, consumitur : quod vero consumitur,cedit in hoc vt non amplius sit . Quod vero cedit in hoc vt non amplius sit, id neque in aliquo loco conclusum est,neque est,neque fiet ei,quod non est carceris locus.Sæpè autem suæ sententiæ oblitus, de quibus dicat, obliuiscitur : & quæ modo adstruit, eadem rursus destruere se ignorat. Aliquando enim animam comestam, in corporibus quæ sunt , conclusam asserit: aliquando vero abreptam esse à principibus supernè ex armatura boni Dei eandem tradit , vt non amplius comesta sit, sed captiua detenta. Aliquando vero eandem captiuam detineri , non amplius concorditer dicit,sed alio modo doctrinam contra ipsam narrat , asserens ipsam velut inescationem voluntaria mente à superna virtute eiectam esse , instar hœdi in foueam missi , ad hoc vt feram venetur , irritatámque feram ad capiendum hœdum descendisse,atque ipsam captam esse.Et siquidem de propria virtute hœdum demisit superna virtus, hoc est bonus Deus, aut lux, velut ipse nominat,siue venatus fuerit feram, siue omnino venati potuerit: interim tamen dum primus deuorabitur hœdus , etiam magis seipsam lædet superna virtus,partem sui in cibum feræ submittens,quo ipsa partis detrimentum passa feram cœpisse videatur.Et non amplius velut valida & suprema ac potens ratione aut voluntate feram capiet,sed multifariam machinatur, ac versutè agit, quo feram superare possit. Et si omnino capta fuerit fera, iam tamen de propria parte hœdum comestum amisit . Si enim animam demisit hic superna virtus, quo per animam principatus ac potestates venans illaquearet , non successit propositum ei, quæ hoc consilium iniuit. Siue enim demisit animam vt caperet, capta est : siue vt illaquearet, illaqueata est : cum descenderit à pura natura,& inciderit primùm quidem in vinculum corporis ipsius materiæ, deinde in multas peccatorum absurditates.Et vndiquaque corruit impostoris illius sermo ac scelesta doctrina.Age vero videamus etiam de matre vitæ , quàm à virtute emissam esse dicit, sed & ipsam matrem vitæ , primum hominem , hunc vero quinque elementa produxisse . Elementa vero sunt , velut ipse dicit , Ventus, lux,

Natiuitatis geminæ ratio.

Zelus Domini pro domo patris.

Animæ & corporis societatis ratio.

Mater vitæ Manis.

lux,aqua,ignis,materia.Hæc autem induiſſe hominem ipſum velut ad belli apparatum,& deſcendiſſe infrà,ac cum tenebris pugnaſſe. Principes enim tenebrarum comedebant ex armatura ipſius, id quod eſt ipſa anima.O inſanum præſtigiatoris imitamentum,ô incomparabilem impoſturam,& ridiculi argumenti aggreſſionem,vndiquaque impotentiam attribuit Deo,vndiquaque ignorantiam aſſignat omnia ſcienti Deo.Qui enim Matrem vitæ,iuxta ipſius ſententiã produxit,is opprobrium fert,aut quòd ignorauit ea,quæ à matre vitæ fiebant,aut quòd facta aliter eueniſſe comperta ſunt,præter cogitationis expectationem. Ignorantiæ enim damnatur, qui alia quidem euentura eſſe cogitauit, alia verò poſtea facta inuenit, non iuxta ipſius voluntatem. Mater enim vitæ, quæ ab ipſo Virtus appellatur, ex ipſo emiſſa eſt, quam etiam turpe eſt matrem vitæ appellare. Non enim receptum eſt apud eos qui prudentia præditi ſunt, vt fœmina aliqua in deitate cogitetur. Sed & hæc, inquit, fœmina produxit primum hominem.Et vt in ſumma dicam, primum hominem,naturam & matrem vitæ ex his quæ inter nos fiunt,imaginatur.Homo enim vocatus eſt in terra.Et mater quæ ex terra nos genuit, & ex Deo ipſi Adam creata eſt. Imaginatur autem ex propriis ratiocinationibus beſtialis ille, in cœlo talia eſſe, qualia etiam in terra exiſtũt:id quod penitus eſſe nequit,velut diuinus ſermo vbique docet:Dicit enim corpora cœleſtia,& corpora terreſtria:ſed alia eſt cœleſtium gloria,alia terreſtrium.Et nondum in totum ea quæ ſunt ſupra cœlos,enarrauit,ſed de apparentibus his quę corpus exiſtunt,Sole inquam, aut Luna,aut his quæ in terra ſunt, & de corporibus ſanctorum, velut ſanè nos cogitamus, qui tenues ſumus. An verò etiam eorum quæ ſuprà cœlum ſunt, ratio habebitur, non omnino decernimus,propter profundiſſimum ſcientiæ in ipſo Apoſtolo alueum.Attamen multa terreſtria relata ſunt,quanto magis quæ ſunt ſupra cœlos,vnde terreſtribus aſſimilari poſſunt,ôbone.Primum verò hominem dicis rurſus, armaturæ gratia,ſibiipſi paraſſe ventum,lucem,ignem, aquam, materiam. Siquidem igitur ex ſupernis eſt primus homo,& huc venit vt ſibiipſi armaturam pararet,& produceret ſibi hanc ad munitionẽ ſui,& ad potentiam acquirendam,profectò ea quæ in mundo ſunt, potentiora ſunt quàm is qui ex ſupernis de cœleſtibus venit. Aqua enim eſt quæ videtur, & lux quæ apparet, & materia quæ ex tua ſententia corrumpitur,& ventus qui ad aures noſtras defertur,& ignis hic quo omnes citra impedimentũ vtimur in neceſſitatibus.Et ſi per talia principes bello petit,quæ eſt efficacia belli,dic mihi?Quis nobis tubas inflabit,dux belli fiens?Dirimamus phalangas,contrahamus alas belli.Quis miſerit primum iaculum contra eum, qui grauiter inſanit contra principatuum ac poteſtatum ſubſtantiam? Ventus pugnat,ô bone,imò materia quæ ex tua ſententia corrumpitur,imò ignis in noſtrum vſum paratus à Domino, imò lux quæ tenebris ex parte cedit, interuallis temporum ex Deo ordinatis, imò aqua? Quali modo enarras ea quæ à te ſunt nouata? Etenim videmus per hæc magis & bona & mala fieri. In igne enim ſacrificia fiunt ſimulachris, & non recuſat ignis, neque prohibet peccatum. Aqua maris libant, qui dæmonia adorant, & non prohibitus eſt vnquam in aqua is qui conatur ignorantiam perficere. Quot autem piratæ cædes in aqua maris perpetrarunt? Et potius non eſt contraria aqua principibus prauitatis,velut tu dicis,ſed magis coadiutrix eſt aqua,quum nõ ſit aqua cauſa, ſed vnuſquiſque homo cauſa ſui peccati.Et ô ingentes tuas nugas.Quid verò profuit apparatus armorum,& munitio elementorum primo iuxta te homini,qui vt pugnaret deſcendit, & à tenebris ſuperatus eſt? Dicis enim,quòd preſſus eſt illic infrà homo:quum autẽ ipſe precatus eſſet,audiuit ipſum pater, & dimiſit alteram virtutem ab ipſo productam,viuum Spiritum appellatum.Tolle perſonam tuam ô comœdiarum poëta Menander.Cum enim ille ſis,teipſum obtegis, adulterorum & ebrietatis opera narrans. Nihil enim in te conſiſtit.Græcorum enim poëmata pro veritate introducens,ſeducis eos qui à te decepti ſunt. Fortaſſis enim ſuper te Heſiodus ſapuit, vbi poemata de Deorum genealogia recenſuit: fortaſſis Orpheus, fortaſſis Euripides.Illi enim etiamſi ridicula narrauerunt, tamen manifeſtum eſt, quòd cum ſint poetæ,ea quæ non ſunt,finxerunt.Tu verò,velut quæ ſint narras,vt errorem ampliorem facias.Hunc Spiritum viuum deſcendiſſe dicis infrà,& porrexiſſe dexteram,ac eduxiſſe ex tenebris primum appellatũ apud te hominem,infernè in inferioribus periclitantem,qui deſcenderat vt ſaluaret comeſtam animã, & ipſam ſeruare non potuit,ſed ipſe periculum incurrit.Siqui ad ſalutem miſſus eſt,periclitatus eſt,& alio rurſus miſſo opus habuit ad ſuam ſalutem:quantò magis anima periculum incurrerit, propter quã miſſus primus homo periclitatus eſt, imò etiam ſecundus miſſus eſt ad ſaluandum, quem tu Spiritum viuum eſſe dicis?Per pœnitentiam igitur pater demiſit adhuc fortiorem,vt primi hominis ſaluator fieret? Aut ignorabat illum primum impotentem eſſe,& illum ſaluaturum eſſe ſperabat: quum autem ipſe periclitaretur,poſtea re per experientiam cognita,emittit,ac demittit? Et ingens quædam eſt abſurditas,ô Manichæe,& non coherens neque conſiſtens totius doctrinæ tuæ fabulamentum.Dicit autem rurſus, quòd Spiritus vbi deſcendit, porrexit dexteram, & primum hominem periclitantem leuauit, ac eduxit. Quapropter myſterium diſcipulis ſuis tradit ad porrigendam dexteram, vbi alter alteri obuiam venerunt,ſigni gratia,quòd à tenebris ſunt ſeruati.Omnia enim in tenebris eſſe dicit,præter ſe ſolum.Etenim cæci,ludibrii gratia,multùm videntes appellantur à videntibus,dum declinant, vt ne malè audiant. Deinde rurſus dicit, alias quaſdam ſubſtructiones ac architecturas nobis conſtruens, velut præſens illic,& ea quæ non ſunt imaginans.Tunc,inquit,hic viuens Spiritus creauit mundum,& ipſe tres alias virtutes geſtans,ac deſcendens principes ſurſum tulit, & in firmamento crucifixit, quod eſt ipſorum ſphera. Et vocem quidem ſurſum tulit, non intelligit brutus ille quomodo ſibiipſi repugnat, & quæ apud ipſum laudata ſunt vituperat, & quæ vituperata laudibus effert, inſtar ebrii ac delirantis, & alia pro aliis deblaterantis. Dicit enim principes infernè in tenebris eſſe, & prauæ ſubſtantiæ ac corruptionis eſſe locum. Et ſi ex hac corruptione & ex parte tenebrarum,

Mater vitæ virtus dicta.

Primus homo.

Res naturales indifferẽter agunt.

Menãdrũ imitatus eſt Manichæus.

Ex diſiunctis docet vnum redemptorẽ Simile.

Principũ crucifixio.

rum, Spiritus principes coegit ac ſurſum tulit, ob maius ſupplicium, & malorum locorum mutatione facta, in ſupplicium ſurſum traxit, non amplius erunt ſuperna bona & ſubſtantiæ vitalis, ſed potius mortis, et inferna non amplius ſupplicium, ſed bonæ cuiuſdam eſſentiæ: ex quo loco quũ voluerit Spiritus in ſupplicium transferre principes, à iucundis ac neceſſariis ad ſupplicii locum transtulit, vt ſic ipſos cruciaret. Et alias, ſi Spiritus mundum fecit, quomodo rurſus dicis mundum non à bono Deo factum eſſe? Et ſi principium corpus eſt firmamentum, in qua ergo cruce principes affixit? Aliquãdo enim dicis ipſos in firmamento affixos eſſe, aliquando verò ipſum firmamentum corpus ipſorũ adſtruis. Et multa eſt verborum tuorum incohærentia, quæ nullam conſequentiam ad veritatem habet. Ita in omnibus hoſtis ad nos acceſſiſti, magis autem tibiipſi hoſtis, & qui ſententiam tuam recipiunt. A

Luminarium creatio.

Deinde rurſus idem dicit, quòd poſtquam crucifixit principes in ſphæra, creauit luminaria, quę ſunt animæ reliquiæ: & non dicit animam, ſed animæ reliquias. O inconſtans dogma, & ſermones mendaces ac incohærentes. Omnes enim reliquiæ, pars ſunt plenitudinis: plenitudo verò maior eſt reliquiis. Si itaque reliquiæ ſunt luminaria, oſtendat nobis maiorem luminaribus vt animam videamus. Si verò plenitudo comeſta ac conſumpta eſt, reliquiæ autem ſunt luminaria, ergo etiam ipſa, quum infra crucifixos principes ſint, comedentur, principibus ſummum locum adeptis. Si verò eo quòd crucifixi ſunt, non amplius poſſunt animam & luminaria detinere, corruit mendax ſermo tuus, ô Manichæe. Deinde rurſus idem docens, quomodo humeriſero iuſtus ſtatus præſcriptus ſit: Creauit & Materia, inquit, ſibiipſi omnes plantas. Et quum raperentur ipſæ à quibuſdam principibus, conuocauit magnus princeps omnes principes ac primarios, & accepit ab ipſis ſingulis vnam virtutem, & conſtruxit hominẽ ſecundum formam primi illius hominis, & ligauit animam in ipſo. Hæc eſt commixtionis tractatio. Quando verò videbat (inquit) pater viuens animam in corpore premi, vt qui miſerator eſt, & miſericors, miſit filium ſuum dilectum in animæ ſalutem. Nam ob hanc, & humeriferi cauſam, ipſum demiſſum eſſe dicit. Et filius delatus transformauit ſeipſum in hominis ſpeciem, & apparuit hominibus velut homo, & homines putabant ipſum natum eſſe. Quum igitur veniſſet, opificium ad animarum ſalutem fecit, & machinam compoſuit, habentem duodecim cados: quæ dum à ſphæra vertitur, morientium animas haurit, & has magnum luminare radiis acceptas purgat, & Lunæ tradit, & ſic impletur Lunæ diſcus apud nos appellatus. Et vides, quanta ſit huius præſtigiatoris delira nugacitas, & ebrietatis obliuio. Nã quæ ab ipſo dicta ſunt, obliuioni tradit: & quæ dicere videtur, tranſmutat ac deſtruit, propria dogmata diſſoluens, aliàs aliter atque aliter narrans, & poſteriora deſtruunt priora: & quæ in prioribus deſtruxit, rurſus poſtea ędificat ac extruit, ita vt oſtendat, quòd à ſeipſo non conſiſtit, ſed dum à ſpiritu immũdo impellitur, alia pro aliis narrat, quemadmodum qui ex phrenitide mente capti ſunt. Aut enim aduentum Domini noſtri Ieſu Chriſti dicit, poſt multos autem annos à factis luminaribus præſentia ipſius venit, & poſt machinam duodecim cadorum ab ipſo appellatam. Semper enim, ex quo facta ſunt ſidera, in cœlo exiſtunt. Aut elementa ipſa dicere vult, aut ſpacia & menſuras cœli. Attamen à quarta die creationis mundi omnia benè ordinata ſunt, non in detrimentum eorum, qui Domini imperio ſubiacent, Chriſti verò aduentus decimo quinto Tiberii Cæſaris anno prædicationem incepit, poſt trigeſimum natiuitatis ipſius annum, quod tempus incurrit in quinquies milleſimum quingenteſimum nonum creationis mundi annum, & trigeſimum ætatis ipſius, trigeſimum verò tertium vſque ad crucem. Quomodo igitur à quarta die in cœlo fuerunt luminaria & aſtra? Si verò dicit, Ante hoc venit, & fecit hæc, inconſiſtens eſt ipſius nugacitas. Nam priuſquam homo eſſet in terra, fuerunt ab ipſo appellata elementa, & duodecim fruſta vocati cadi, & machina, quam gratioſis nominibus ſeductos ab ipſo imaginari uult. Omnibus enim intelligentiam habentibus clarum eſt ex ipſa Scriptura ac conſequentia, quòd priuſquam formatus eſſet Adam, primus homo, facti ſunt omnes ſtellæ aç luminaria in quarta die. Hic verò dicit, quòd venit, vt faceret duodecim cados, in forma hominis, & apparuit hominibus homo. Siue ignorans, ſiue iuxta factam ab initio diſpenſationem ſe aliquid dicere putãs, velut cæcus ſeipſum deducens, his qui ab ipſo excæcati ſunt procedentia in mendacia exponit. Preſente verò veritate, & oculos per intelligẽtes aperiente, deliria ſua in riſum profert. Quibus enim hominibus apparuit non exiſtentibus? Quomodo verò in hominis forma apparuit, qui non accepit corpus? Et ſiquidem id aduentu in carne impleuit hoc apparens, & non exiſtens, apparentia res ipſa erat. Ergo neque apparuit, neque venit. Si enim vbi venit, non erat, ne ab initio quidem venit. Si verò putabatur quidem homo, non erat autem homo, quid vrgebat Dei Verbum vt homo appareret, cum non eſſet? Niſi fortè à creditoribus trahebatur, & voluit ſibiipſi formam effingere, quo poſſet latere ipſum quærentes. Si verò & apparuit, et non erat, qualis erat hæc Veritas? In veritate enim non eſt mendacium, ſicut dicit de ſeipſo vnigenitus, Ego ſum Veritas et Vita. Vita autem mortem non habet. Et Veritas alterationem non ſuſtinuerit, vt ne veritate turbata, non amplius veritas ſit, et concidit ex omni ratione idem tragicum argumentum. Neque enim poſt aduentum aſtra creata ſunt, neque antequam fierent aſtra, homines erant. Et hinc atque illinc confutatus eſt ſeductor Manichæus, velut iam ſuprà à me declaratum eſt, Cæterùm de lunæ tractatione dicit, quòd ex animis diſcus eius impletur. Priuſquam autem mortuus eſſet homo in terra, vnde implebatur diſcus? Nam poteſt nongenteſimum et triceſimum annum vitæ ipſius Adam, qui primus mortuus eſt in terra, quomodo vna anima diſcum implebat? Aut quomodo nongenti triginta anni vocati ſunt, ſi non Luna implebatur et deficiebat, et conſtitutum ſuum curſum perficiebat, non ab animis accipiens repletionem, ſed à Deo habens præceptum ſapientiæ ipſius. Omnia porrò animalia, inquit, eadem anima plena ſunt, quo exæquet animam hominis, et muris, et vermis, et aliorũ degenerum formatione corporũ. Reliqua verò nugacitas habet, quomodo virgo apparet principibus, aliquando

Negat verum fuiſſe hominem. B

Mundi ætas trigeſimo Chriſti anno, fuit anno rum. 5509. C

Deliria in mediũ prolata.

A repugnãtibus argumentum.

Lunam animis impleri. D

aliquando in viri habitu,aliquando in fœminæ.Fortassis hermaphroditum sui dæmonis exprimẽs,
affectus suos concupiscentiæ introducit. Deinde dicit, Quum princeps magnus spoliatus fuerit à
dicta virgine,emittit suas nubes,& facit pestem,& incepit incidere radices,& sic Mors fit. Et non no *Mortis*
uit brutus ille,quòd quam vituperans Mortem dicit,magis vitam debebat vocare,eo quòd à corpo- *causa.*
ribus animæ discedant.Si verò omnino esse in corpore animam,principes carcerem putarent,nun-
quam hoc faceret princeps,vt liberaret è carcere animam ab ipso occupatam,iuxta tuam ad eò sen-
A tentiam.Et quanta est absurditas in flagitiosa hac doctrina?Alia deinceps ludibrij plena sunt, velut
electi ipsius appellati.Et reuera quidem electi sunt à diabolo ad condemnationem, quò impleatur,
quod dictum est,Et edulia ipsius electa.Illi enim desidentes vespæ,& nihil operantes,sed curiosè a-
gentes,& non scientes,quibus sanctus Apostolus prædicat,velut secundum prophetiam cognoscẽs,
quòd non ex doctrina Dei ambulant,sed ex diabolo,attoniti ac stupidi quidam ocioſi & pertinaces
in malis,dicens:Qui non laborat,neque edat:quo ocioſorum illorum propositum obliteret ac dã- *Vespæ de*
net.Iubent igitur eos qui ab ipsis instituuntur,vt ipsos largè nutriant. Illi verò quicquid neces-sariũ *sidentes.*
est,exhibent electis suis,quo videlicet pius videatur,qui alit animas electas. Hi verò vbi acceperũt,
quod etiam ridiculum est dicere,per prætextum orandi pro his qui obtulerunt, maledictionem fer-
mé magis ipsis imponunt, maliciei potius quàm bonitatis testimonium ipsis præbentes. Dicunt *Ciborum*
enim sic.Ego non seminaui te,non messui te,non molui,in clibanum non misi,alius obtulit & co- *reuerẽtia*
medi,innoxius sum,& potius maleficos nutritores suos ostendunt.Etenim reuera oportebat negã-
tem Deum, qui omnia fecit, neque ex creaturis Dei nutriri, per ironiam ac cauillam loquor. Ipsi
verò non recidunt botrum,se edunt botrum,quo penitus redarguantur,quòd magis ebrietatem ha
B bent,quàm veritatis adeptionem,vtrum enim grauius est?Etenim vindemians semel recidit botrum
qui verò comedit,per dentes sectores ac manducatores,& per hoc quòd singula grana edomat, ma-
gis multipliciter torquet ac secat, & non amplius similis erit ei qui semel secuit, is qui manduca-
uit & consumpsit.Verùm vt videantur solum glorificare,aliquod veritatis signũ prætendunt. Dein-
de rursus effreni ore loquitur de paradiso,quem mundum vocat. Sunt, inquit, plantæ quæ in ipso
sunt concupiscentiæ, & aliæ impostutæ deceptionésque ac fraudes, vt re vera à serpente deceptus *Paradisũ*
indicetur.Sicut enim ille innocentis Euæ aures corrupit,ita horrendus serpens ipsius aures corrũ- *esse mũdũ*
pit.Quæ enim in paradiso sunt plantæ,inquit concupiscentiæ sunt & aliæ deceptiones, quæ homi-
num cogitationes corrumpunt.At arbor in Paradiso, ex qua cognoscunt bonum, est ipse IESVS,
cognitio ipsius in mundo est.Qui verò accepit,discernit bonũ & malum.Et vides quomodo omnia
recta peruertit, cum Apostolus palàm clamet ac doceat:Metuo ne forté sicut serpens Euam decepit
per versutiam suam,ita corrumpantur cogitationes vestræ à puritate & simplicitate erga Christum.
Et vide quomodo vocet ipsum seductorem,& versutum,& qui Euam decepit.Et rursus in alio loco "
idem Apostolus,Vir non debet comam nutrire,cùm sit imago & gloria Dei.Et vides,quòd gloriam "
Dei dixit comam,quæ in corpore fertur,& non in anima.Et post hæc dicit,Adam non est deceptus "
sed mulier in transgressione obnoxia facta,peccauit.Saluabitur autem per filiorum generationem, "
C si manserint in fide. Et vide, quomodo natura quæ vera sunt prædicata, sunt in diuina scriptura, &
frustrà hic inaniter se effert,imò potius ludibrio se exponit apud eos,qui perfectã intelligentiã ha-
bent.Deinde rursus narrat,non esse mundum Dei,sed ex parte materiæ formatum esse. At quia sibi-
ipsi non consentit, sed contra sua dogmata modò destructiones, modò adstructiones confingit, o-
mnibus manifestum est,talem opinionem delirantis esse. Transitus deinceps animarũ narrat à cor- *Animarũ*
poribus in corpora,quos fortassis aut à Platone,aut à Zenone Stoico,aut ab aliquo phanatico col- *transitus*
legit,& hoc mẽdacium reperit. Quomodo enim possibile est animam à corpore in corpus incerni? *à corpori*
Siquidem enim corpora formata ac parata essent,& sic animas susciperent,probabilis esset hæc tra- *bus ad cor*
gica fabula. Si verò quod seminatur, ex modica gutta est, quomodo anima in tam exiguo corpore *pora.*
talem reperit amplitudinẽ?Sic enim formantur ea,quæ formantur,& nõ amplius consistet ipsius ser
mo.Neque enim à corpore in corpus transeunt animæ.Nam citra mixtionem fœminæ ad marem,&
maris ad fœminam,in singulis animalibus nihil formatur.Nunquid igitur sic consistit anima,vt per
duorum corporum coniunctionem,tragicum hoc præstigiatoris figmentum perficiat? Et multa est
absurditas in his,qui talia vel cogitant saltem.Nos verò vt ne integritatis grauitatem mutemus, con
tenti sumus eminus solum huius argumenti speciem proposuisse.Præteribo itaque corruptam opi
nionem.Omnes enim eiusmodi cogitationes absurdæ sunt.Si enim ex corpore in corpus animarũ
transitus contigit, & quando postea homo fit canis? Cur non ab homine canis fit,aut à boue? Cur
auicula non gignitur? At si fortè contigerit tempore aliquo in immenso seculo,vt monstrum nasca-
tur,hoc signi causa fit. Et natura quidem suos terminos nouit,& non euariat vt hominis naturam
D aliter præter naturam formet,aut etiam vniuscuiusque pecoris. Sed in vnaquaque qualitate eadem
qualitas fit.Et si omnino corpus aliud pro alio, à corpore non sit, quanto magis anima hominis in
aliud corpus non transibit?Et,cur,inquit,transit? quo si fortè in homine veritatis cognitionem non
intellexit,in carne aut equo constituta & edomita intelligat,& in hominis corpus reflectat, & sic
adepta cognitionem,in Lunæ discum assumetur.Et mirum videri debet,quòd cum in homine esset,
apud quem sunt scholæ,Grammatici,Sophistæ,& artium immensa copia,& sermo,& auditus,& do-
ctrina,in ignorantia fuerit anima.In porco verò constituta,maiorem cognitionem assecuta est:quo
ostendat suæ cognitionis iactantiam magis porcorum esse, propter ipsius errorem ac impietatem.

Cæterùm de formatione ipſius Adam idem narrans, alia pro aliis per errorem contexit. Qui dixit, inquit, Faciamus hominem ſecundum imaginem noſtram, & ſecundũ ſimilitudinem, & addit, Veni-
Adæ formatio. te, faciamus, quod ſcriptum non eſt: ſed, Faciamus hominem ſecundũ imaginem noſtrã, & ad ſimilitudinem, princeps eſt, qui ad alios principes hoc dixit. Verũ hoc redarguit ſanctus Apoſtolus, & ipſe Dominus in Euangelio, quando phariſæi ad ipſum dixerunt, Non eſt bonum, hominem eſſe ſolũ. Et Moſes dixit dandum eſſe libellum repudij, & eiiciendam eſſe vxorem. At Dominus ad phariſæos « confutationem inferens, dixit: Moſes iuxta duritiam cordis veſtri ſcripſit, ab initio verò nõ ſic fuit. « Sed qui fecit, maſculum & fœminam fecit. & dixit, Propterea relinquet homo patrem & matrem, & A adhærebit vxori ſuæ, & erunt duo in carnem vnam. Et ſtatim infert dicens: Quod ergo Deus coniũ- « xit, homo ne ſeparet. Confitetur itaque Dominus, Deum, hoc eſt proprium ſuum patrem feciſſe Adam & Euam, & nuptias venerandas ex ipſo inſtitutas eſſe. Ex eadem conſequentia etiam ſanctus Apoſtolus præco veritatis dicit: Myſterium hoc magnum eſt, ego autem dico in Chriſtum & Eccle-
Nuptiarum myſterium in Chriſto et Eccleſia. ſiam, à ſimilitudine creati à Deo Adam ac Euæ, quos Deus creauit, & dixit Adam: Hoc os ex oſsibus meis, & caro ex carnibus meis. Et huius rei gratia relinquet homo patrem & matrem. Et quoniam conſtruxit ipſi coſtam in vxorem, non amplius aliud quid dicit, ſed myſterium magnum, in homine & fœmina formationem. Iuxta tropum autem figuram, per allegoriam fertur. Quomodo igitur hic abominanda narrat, & à veritate Dei aliena, ea quæ à Deo creata ſunt, à principe creata eſſe, blaſphemo ore aſſerens, & mentem à veritate diſtrahens? Deinde dicit: Quandoquidem anima ab initio ex ſupernis auulſa, anguſtiã ſupernæ virtuti inducit, propterea omnino demittit, ac prædatur à principibus reliquias ſuas, quę ſũt ipſa anima, per hæc luminaria. Magnæ profectò noſtræ ſpes ſunt, & magna noſtra expectatio, quòd non poteſt Deus bonus, & viuens & potens ſaluare, non dico ſuam virtutem ab ipſo auulſam, ſed quæ ab ipſo facta ſunt & formata, ſi non per alium quendam modum & occultam deprædationem, auulſam ab ipſo virtutem ſpolians, nos ſaluaret. Et quid adhuc tempus te-
Veteris Teſtamẽti Deus alius ab eo qui eſt in nouo. ro in abſurditatibus ipſius recenſendis, cum etiam blaſphema lingua dicere miſer ille non erube- B ſcat, eum qui locutus eſt in Lege & Prophetis, principem eſſe tenebrarum? Beatæ ſpes noſtræ, quoniam principi tenebrarum CHRITVS offerre coegit. Cum enim mundaſſet leproſum, Abi, inquit offer munus tuum, velut præcepit Moſes. Munus autem erat in lepra, volucris in ſacrificium, & ſimilago in holocauſtum. Si autem princeps tenebrarum eſſet, non vtique Verbum, Filius Dei qui ex ſupernis deſcendit, & ad conuertendum hominem ab errore principum iuxta Manichæi doctrinam venit, non inquam ſubornaſſet, vt leproſus ab ipſo curatus illi ſubiectus eſſet, ſed potius inſtruxiſſet vt fugeret illum, & hoc non facere docuiſſet. At quoniam non venit ad deſtruendã legem (ipſe enim dedit legem) neque Prophetas, ſed ad implendum, hoc fecit, vt Legis & Prophetarum impletionem ipſe indiſtractam ab Euangelio oſtenderet. Nam eundem Deum prophetæ adorauerunt, & lex ab ipſo data eſt. Nunc autem non per eadem dona eidem Deo adoratio perficitur, ſed per preces & gratiarum actiones, & alias operationes. Illis enim velut ſeruis grauia imperauit: ſic enim perſuaderi potuerunt: in Euangelio verò leuiora velut liberis, propter excellentem ipſius benignitatem. Cum autem vnus & idem ſit Deus & Legis & Euangelij, neutrius tẽporis miniſterio diſſoluto, idem Deus eſt qui regnat per omne ſeculum, & qui colitur à ſeruis: vetũm in ſingulis generationibus, prout cõ- C uenit ipſius benignitati. Et confutatus eſt vndiquaque huius error, cum Saluator præcipiat legis mandata perficere: & poſtquam præcepit ea perficere, ſoluat ipſa, non aboleat, ſed impleat, & oblationes alias pro his quæ in lege ſunt, Deo offerre iubeat: hoc eſt, pietatem ac bonitatem, caſtitatemque, ac ſanctam vitæ conuerſationem. Porrò dicit rurſus, quòd veniet Senex, & oſtendet imaginem ſuam in extremis diebus, & tunc humerifer conſpicatus ipſius faciem, dimittit terram, & ſic ignis æternus conſumit terram. Et oblitus eſt brutus ille, quòd materialem ipſam indicet, quàm paulo antè à ſpiritu viuente creatam eſſe dixit. Simul autem o-
Mundi cõſumptio perignẽ. mnem mundum rurſus ab igne conſumi aſſerit. Et tunc, inquit, poſt hæc reſtitutio duarum naturarum in idem ſimul ad archetypum deueniet. O magnum laborem, & poſt laborem nihil ad correctionem tendens. Si enim poſtquam creatus & factus eſt, conſumetur ac diſſipabitur, vt archetypa maneant, rurſus in identitate duarum naturarum, boni & mali, erit conatus mali ad excitandum ac inſtituendum rurſus bellum, & ad rapiendum rurſus aliam virtu-
Mali ac boni naturarum cõſideratio. tem, quo rurſus alius mundus fiat. Si verò non amplius hoc fiet, ergo reſipiſcet & moderatè ſe geret malicia, vt ne amplius committatur cum bonitate, & malus Deus aduerſus bonum, non amplius bellum geret. Si verò etiam vnquam reſi piſcet, non erit malum, quando ab antiqua ſua natura immutatum diſceſſit. Si verò etiam mutabilis eſt mali natura omnino à mala in bonum tranſmutatur, & non amplius erit mala natura, quæ mutationem bonitatis habet. Poteſt enim & hodie mutari, & adhuc ſuperſtite mala, in bonum mutabitur malum. Et qua ratione, qui mutandus eſt, iam non mutatur? Et ſi quidem per Dei machinationem malus mutatur, vt non amplius malum operari poſſit, non amplius mali ſui ipſius culpa exiſtit, ſed bonus D qui poteſt ipſius maliciam reprimere, & non vult ante tempus ea quæ temporis ſunt facere. Si verò immutabile penitus eſt malum, nunquam ceſſabit bello impetere, ac viciſſim infeſtari, & omnino nunquam erit reſtitutio duarum naturarum, cum immutabile maneat malum, & conetur bono maliciam oſtendere, & bellum contra bonitatem excitare. Et ſi omnino malum per concupiſcentiam boni ſemper conteretur, profectò non amplius erit malum. Nam dum deſiderat

bonum,

bonum,attrahere vult ſibiipſi bonum,quo vbi per naturam boni, & armaturam ipſius ſibiipſi vim attraxit, in hac videatur ſeipſum honorare ac illuſtrare, confidentemque ac potentem efficere. *Bonum cõ cupiſcere eſt ex bonus volun tate.* Omni enim qui vult bonum, omnino ex bona opinione hæc cogitatio inſidet, & penitus non amplius erit malum, quando bonum concupiſcere reperitur. Omne enim malum inimicitiam habet aduerſus bonum. ſicut etiam bonum non vult malum. Si verò per mixta exiſtit amborum facultas, & bonus proprtia deprædari ſolet, bellare que ac excoriare principes & poteſtates, aliquando verò tollere ac diſperdere materiam à malo factam,aliquando autem ex ipſa formare, improbitas & inconſiſtens narratio garrulitatis nobis introductæ ſceleſti illius exiſtit. Sed age dicamus de
A mali natura rurſus, repetita oratione. Dic nobis, ô bone vir, qui à temporibus Aureliani regis,& hucuſque veniſti, & quæ ante omnia ſecula fuerunt, enarras, cum hæc neque Prophetæ vaticinati ſunt, neque ipſe Saluator docuerit, neque Apoſtoli, niſi conficta aliqua ex ſanctorum nomine nugatus fueris, ita vt libros tibiipſi adoptes, ac producas. Vnde igitur venis mali principalem ab initio principatum nobis afferens? Quum autem interrogatur à nobis an mutabilem hanc maliciam aſſerat, aut immutabilem, iam nobis dictum eſt, quòd immutabilem ipſam introducit. Et aliquando quidem mutabilem,aliquando verò immutabilem: ad malum quidem immutabilem, ad bonum verò mutabilem,quo ex duobus terminis turpis confuſionis ab hominibus damnetur. Si enim in multis & infinitis ſeculis immutabilis erat malicia, ipſum hoc ſolum nomen habens, & nullum aliud quàm mali, qui mutauit poſt multa ſecula immutabilem naturam, vt malicia ad non conuenientia mutaretur. Si enim nondum rapuerat virtutem, & bello impetiuerat, neque acceperat armaturam in ſuam virtutem & in cibum, manſerátque per multa ſecula ſine cibo, ne que alimento indigens, quis conuertit eam, quæ aliquando alimento non habuit opus, vt venerit ad cibum, requiſieritque eum quem aliquando non requirebat, & indiguerit eo, quo olim non indigebat? At ſi mutata eſt natura, quomodo immutabilitas mali à te confirmabitur? Si vero rurſus ad proprium ſtatum venerit, non amplius habens quod edat, quomodo malus aut prauus, qui con-
B ſuetus fuit edere ac cibo vti, ſufferri poteſt, vt in futurum tempus ſine cibo degat? Si enim quum cibis adſuetus non eſſet, ſuſtinere non potuit, ſed ad cibum deuenit, & animam deprædatum cibum ſibiipſi vendicauit, iam quum in conſuetudine ciborum fuerit, multo minus natura compeſci potuerit, & nihil ipſum perſuaſerit, qui guloſus fuit, & in ciborum experientia conſtitutus, vt abſque his vitam degat, quemadmodum ſermo tuus inconſtans hoc ipſum aſſerit. Verùm præteribo hunc locum, & ad alias ipſius nugas orationem deducam. Rurſus enim dicit, quòd principes in propriis partibus tunc erunt, & pater proprias recipiet partes. Quis igitur ille adeo æquus, vt terminum vtriuſque partis demetiatur? Quomodo vero credet is, qui ab initio veritati, & bono non credidit? Si vero cum neceſſitate perſuaſerit bonus iniquo, vt ſuis contentus ſit, & boni portionem non mundat, cur non ab initio hoc facere potuit, priuſquam omnino partes ab ipſo ſpoliarentur? Quomodo vero duo ſimul erunt in eodem, cum vnuſquiſque ſuam partem poſſideat? Si enim omnino partes habet, & aliæ partes non ipſius ſunt, non amplius omnipotens vocabitur, ſed vterque ipſorum proprium habet dominium. Cuius vero tandem malus erit Domi- *Nunquã dominus cuiquam*
C nus, non amplius exiſtente mundo, neque animalibus & hominibus impio ipſius ſubiectis? Si vero omnino malus, eſt & materia & corruptio: quomodo non potius corruptus eſt? Si enim *malus.* ex eo tempore malicia corruptio fuit, & corrumpit quidem alia, ipſa vero ſeipſam non corrumpit, non amplius corruptibilis eſt, quæ alia quidem corrumpit, ipſa autem perpetua manet, & non diſperditur. Cum autem ipſa maneat in ſolida ſubſtantia, corrumpatque alia, & non ſeipſam, nihil relinquere poteſt, ſed penitus corruptio aliorum, alia corrumpit, ipſius vero ſubſtantia permanet. Et non amplius aliquid rerum ſinet, ſed ipſa ſola manebit: quæ vero per ipſam corrumpuntur, abolentur. Si vero etiam ſibiipſi mala eſt, & ſibiipſi corruptio, non amplius ſubſtantia ipſius conſiſtet, non ſolum in futuro dixerim, ſed etiam ex eo tempore abolita fuit, vt quæ iam ſeipſam in ſeipſa corrupit ac diſſipauit. Verùm hæc omnia narrationes ſunt ſtultæ vaniloquentiæ: quas vbi cognoueritis vos prudentes filij ſanctæ Dei eccleſiæ, fideique Domini, diiudicate circulatorem, & nugas ipſius deridete. Reditporro ad prætextus malè à ſeipſo excogitatos, & ad ſimilitudines ex diuinis Scripturis, quæ non ſic ſe habent, ſed ſic ab ipſo malè intelliguntur. Age igitur, proponamus ea ad verbum, quæ ex diuinis Scripturis ſuffuratus, velut dixi, iuxta ſuam mentem exponit, etiam ſi iam ſæpè eadem tractantes exactiſſimè refutauimus. Primùm quidem igitur vbi reperit in diuinis ſcripturis nomen paracleti, & ſancti paracleti virtutem ignoraret, ſeipſum in- *Paracletũ*
D troduxit, opinatus ſeſe hunc eſſe. Et aſſerit, quæ à ſancto Paulo dicta ſunt, ad ſe pertinere, velut *ſeipſũ putauit Ma-* vbi ſanctus Apoſtolus dixit: Ex parte cognoſcimus, & ex parte prophetamus. At vbi venerit quod *nichæus.* perfectum eſt, abolebitur quod ex parte eſt. Hoc vero de paracleto omnino non dicit Apoſtolus, qui ipſo ſancto Spiritu, cum ſimilibus ipſius apoſtolis dignus factus eſt, ſed de duobus mundis narrauit, de præſenti & futuro, quemadmodum dixit etiam his, qui de temporibus cognoſcere volunt,

» Nemo vos corrumpat, neque per ſermonem, neque per epiſtolam, quaſi dies Domini inſtet. Niſi
» enim reuelatus fuerit filius iniquitatis, homo iniuſticiæ, &c. Et rurſus quum conueniſſent diſci-
» puli ad Saluatorem, interrogabant ipſum de conſummatione, & dicebat ipſis: Non eſt veſtrum
» noſſe tempora & momenta temporum, quæ pater poſuit in propria poteſtate, ſed accipietis virtu-
» tem ſuperuenientis in vos Spiritus ſancti. Et rurſus dicebat, A Hieroſolymis ne diſcedite, expectan-

tes promissionem Spiritus, quam audiuistis: hoc est, Spiritum paracletum, de quo dixit. Si ego abiero, ille veniet, & annunciabit vobis omnia. At annunciabit vobis omnia, propter donum quod accepturi essent, inhabitabit in ipsis spiritus sanctus, quo omnia ipsis clarè exponat, quæ in hoc seculo capere poterunt. Et hic quidem in hoc seculo acceperunt Spiritum sanctum paracletum, & prophetarunt, velut Agabus vaticinatus est de futura fame, quando prophetæ à Hierosolymis descenderunt ad Antiochiam. Et quatuor erant filiæ Philippo prophetissæ. Cum autem prophetant, ex parte prophetant, & ex parte cognoscunt. Quod verò perfectum est in futuris seculis sperantes expectant, cum corruptibile in corruptibilitatem transmutatum fuerit, & mortale in immortalitatem. Tunc facies ad faciem, iam enim per ænigma res contingunt. Illic autem parantur, quæ oculus hic non vidit. Illic reuelatur perfectio, quam auris hic non audiuit. Illic magnum beneficium sanctis, quod in cor hominis non ascendit. Et vides, quòd non Mani reseruabatur nosse eximia. Quomodo enim nosset Manes, qui à proprio scopo elapsus est? Conatus est enim Marcellum capere, venit ad Archelaum vt ipsum superaret, & non potuit. Quomodo igitur, qui ignorat quod recens est, nosse poterit de maioribus? Quomodo verò non effugit manus regis Persarum, quando captus pœnas dedit, vt manifestus fieret intelligentia præditis, quòd omnia mentiretur. Rursus autem proferre vult testimonium, quo dualitatem à se dictam confirmet, & inter duo principia vanè distinctionem faciat, ex hoc quod Saluator dixit, Non potest arbor bona fructus malos facere, neque arbor putrida fructus bonos facere. Ex fructu enim arbor cognoscitur. Et vide mihi leuem mentem, & nihil in profunditate diuinæ Scripturæ intelligentem. Siquidem enim arbores, sunt ergo etiam agricolam habent: & si plantæ sunt, omnino etiam ab aliquo plantatæ sunt. Quicquid autem plantatum est, non est sine principio, sed principium habet. Principium autem habens, etiam finem subibit. Itaque putrida arbor non semper erat, sed plantata est. Et bona hæc arbor non de tota superna bonitate narrat. Illic enim minimè mendax bonitas mutationem non habens, & in honore inenerrabili veri sancti Dei cogitatio. At in plantarum negocio videamus an sic se res habeat, & dicere ordiamur. Siquidem enim de Diabolo sermo est, iam sæpe ostendimus, quòd non malus creatus est. Nihil enim malum Deus fecit, & hoc intelligentibus manifestum est. Si enim ex iisdem procedimus, nihil molesti fuerit demonstrare etiam in præsenti veritatis rationem. In principio itaque malus non erat, verùm euasit malus. Ecce non consistet in hac parte sermo de planta. Videmus enim & Saulum persecutorem fuisse, postea verò propter nomen eius quem olim persecutus erat, persecutionem passum esse. Videmus Iudam cum duodecim apostolis electum fuisse, & postea defecisse, & in sorte locatum fuisse. Videmus Raab scortum alienum à genere Israel, postea pœnitentiam egisse, & misericordiam Dei accepisse. Videmus latronem ob maleficia captum, & in ligno suspensum, confessionem fecisse, & cum Domino in paradisum ingressum esse. Videmus Nicolaum bonum fuisse, & electum, postea verò malum euasisse, & inter hæresiarchas connumeratum. Et quid opus est me multa exempla recensere? Quid igitur est arbor hæc mala, ex qua bonum non fit, quàm ipsæ hominum actiones? Non potest enim ex malicia bonitas esse. Non potest ex inuidia iusticia, non potest ex adulterio laus fieri. Ipsa enim peccati arbor non potest per bonitatem fieri: hoc est, non facit arbor mala fructus bonos. Neque boni arboris est, malos fructus producere. Verbi gratia, bona arbor quæ non facit fructus malos, est quæ producit hospitalitatem, si quæ ab hospitalitate eueniunt, non malicei gratia fiunt, misericordiam & eleemosynam, castitatem propter Deum, continentiam propter Dominum, iusticiam propter legem. Hæ duæ arbores de iusticia & de peccato, hoc modo se habent. At barbarus hic Manes cogitat & vult de Deo dicere, & de diabolo. Et quod de Deo nemo potest audire, & dicere, quòd nunquam malum fecerit, absit: & neque de diabolo quòd bonum operetur, hoc clarum est. Sed per Deum omnia bona fiunt, & malum ex ipso nihil creatum est, neque fit. Si verò ex diabolo fiunt mala quædam, ecce inuenimus & per ipsum coronam sanctis necti, & præmium victoribus dari, & corruit ipsius sermo. Putrida enim arbor, & bona arbor, de bonis & malis operibus dictæ sunt, & non de veteri ac nouo Testamento, velut Manis doctrina voluit. Insuper autem idem Manes volens confirmare prætextus de duobus principiis, venantis modo subit sententias quæ sibi videntur, & sic habent, Dicebat. inquit, Iudæis, Vos filij diaboli estis, ille homicida erat, quia pater ipsius mendax erat. Vult autem maledico ore effutire ac dicere, creatorem cœli & terræ patrem diaboli esse: quum nullo modo dictum illud ad hoc referre possit. Si enim omnino diaboli filij sunt, corruit ipsius sermo, & sibiipsi ignorans Manes repugnat. Separatæ enim sunt de cætero ipsorum animæ ex diabolo factæ, & non amplius sunt supernæ virtutis, iuxta ipsius fabulamentum. Aut non amplius pars lucis, aut armaturæ eiusdem, aut columnæ lucis, aut matris vitæ. Si verò omnino ipsi diaboli sunt, ergo etiam Abraham horum pater, cuius semen sunt ipsi Iudæi, diaboli est, iuxta Manis rationem. Quomodo igitur Saluator expressè dicit ad ipsos: Vos non estis filij Abraham, sed patris vestri diaboli. Si enim essetis filij Abraham, opera ipsius faceretis. Vos enim quæritis me occidere, hominem qui veritatem locutus sum vobis. Hoc Abraham non fecit. Et vides quòd abusiuus est sermo. Cum enim essent ipsi filij Abraham, Dominus abalineat ipsos ab eo, propter opera, non propter formationem aut creationem. Iam verò etiam in superioribus de hoc tractauimus. Quomodo igitur pars seminis ipsius erit modò aliena & diaboli, modò pars Dei? At hoc per conuicium dicit. Cui enim quis seipsum subiicit, huius seruus est, iuxta operationem & doctrinam, velut

Arbor bona & mala.

Pœnitẽtia omnibus salutaris.

Filii Abrahã quales

A B C D

velut etiam Paulus dicit: Etsi enim multos præceptores habetis, at non multos patres. In CHRISTO enim IESV per Euangelium ego vos genui. Et vides quòd de doctrina dicit. Et siquidem Manes suscepisset ipsum Abraham, dixissemus sanè, Abraham quidem Dei lucis, eos verò qui ex ipso geniti sunt, alterius. Cæterùm argumenti scopus, & propositum hoc modo se habet. Imitabantur homicidam, imitabantur traditionem Iudæ, susceperant calumniam, proditoris, filij facti sunt ipsius, propter ab negationem Dei. Ipse mendax erat, loculos detinens, & furans, & dicens ad ipsum, Aue Rabbi. & redarguebatur, & audiebat, Amice propter quid ades? Hic Iudas imitatus est ipsum Cain, quoniam homicida erat, mentiens coram Domino, ac dicens, Nunquid custos sum fratris mei? Non scio vbi est. Et ipse iuxta imitationem filius fuit, itémque iuxta intelligentiam eius, quæ in serpente locuta est mendacis vocis, & dixit: Eritis sicut dij, cognoscentes bonum & malum. Atque hoc est, quod in Euangelio à Saluatore dictum est, Vos filij estis diabolo. Dicit enim, Nonne duodecim vos elegi, & vnus ex vobis est diabolus? Quoniam ab initio mendax est, & homicida, quia pater ipsius mendax erat. Et soluta est huius quæstio. Non enim diaboli filij erant, Iudæi, absit. Dicit enim Samaritana ad Saluatorem, Hic in monte hoc adorauerunt patres nostri, & vos dicitis, quòd in Hierosolymis est locus vbi oportet adorare. Deinde post multa ipse Saluator dixit, Quæ nouimus, loquimur, quia salus ex Iudæis est. Et rursus Apostolus, Manifestum est quòd ex Iuda ortus est Dominus. Et multa sunt quæ de hoc dici possunt, & errorem huius redarguere. Rursus autem inhæret huic dictò, Et lux in tenebris lucet, & tenebræ ipsam non apprehenderunt. Persequebantur, inquit, tenebræ lucem: nempe malis principibus persequentibus, & bello impetentibus Deitatem. Si verò lux bello impetita à tenebris persecutionem patitur, ergo potentiores sunt tenebræ ipsa luce, quoniam fugit à facie tenebrarum, & non potest stare lucens, eo quòd tenebræ sunt fortiores. At non sic se res habet. Neque enim lux fugit à facie tenebrarum, sed lux in tenebris lucet, & tenebræ ipsam non apprehenderunt. Si verò tenebræ non apprehenderunt lucem, multum abest hoc à sententia Manis, qui dicit, quòd non solùm apprehenderunt, sed etiam armaturam ab ipso abripuerunt. Quomodo igitur quæ prædicatæ sunt ab ipso, quod rapuerint armaturam, omnino non apprehenderunt lucem? Quomodo verò lux quæ persecutionem patitur, ipsa sua sponte in tenebris lucet? At quoniam obtenebratæ erant mentes hominum per caliginem peccati, demisit Deus primùm legem, illuminans velut per lucernam lucentem, quemadmodum dicit Petrus in Epistola, Attendentes prophetico sermoni, velut lucernæ lucenti in squallido loco, donec lucifer exoriatur, & dies illucescat in cordibus vestris. Illic enim lux in tenebris lucet, lex data in manu mediatoris, per fidelem seruum Dei Mosen. Quapropter quandoquidem ab origine prima erat lux lucens velut scintilla in lege secundum naturam, quam vbi conspexit Enoch, complacuit Domino: per quam deductus Abel, complacuit Domino: per quam inuenit Noe gratiam coram Deo, cognita via: per quam Abraham credidit Deo, & reputatum est ipsi ad iusticiam. Deinde vbi præteriisset lux à scintillari modo, accessit aliquid ad splendorem lucernæ, quæ in squallido loco luxit, hoc est, lux in tenebris lucet, ipsum mandatum Dei, & cogitatio mentis secundum bonitatem, lucens in corde fidelium, in medio caliginosæ cogitationis malorum ac improborum factorum inter homines, cultusque simulachrorum ac abnegationis Dei, cædis item & adulterij, atque aliorum. Quando autem venit magnum luminare, lux vera, quæ illuminat omnem hominem venientem in mundum. In mundo erat, & mundus per ipsum factus est, & mundus ipsum non cognouit. In sua venit, & sui ipsum non receperunt. Quotquot autem receperunt eum, dedit eis potestatem filios Dei fieri. Et vides in quibus tenebris hæc lux lucet, & quæ tenebræ ipsam non apprehenderunt. Nam bonum quod semper à Deo in mentem hominũ mittitur, & illuminat in mundo, à peccato non superatur. Similitudinẽ deinde rursus apprehendit Manes, ab eo quòd Saluator dixit: Simile est regnum cœlorum homini patrifamilias, qui seminauit in agrum suum bonũ semen, & dormientibus hominibus inimicus homo venit, & seminauit dixerũt: zizania. Deinde dicũt ipsi serui ipsius, Nõne bonũ semẽ seminasti in agro? Ipse verò dixit, Etiam. Vnde igitur zizania? Ille verò dixit, Inimicus homo hoc fecit. Serui ad ipsum Vis igitur, vt abeamus & eradicemus zizania? At ille dixit, Non, ne fortè eradicantes zizania, eradicetis simul triticum. Verùm finite vsque ad tempus messis, & dicam messoribus: Colligite zizania, & ligate in fasciculos, triticum autem deponite in horreum. Et parate zizania, vt comburantur igne inextinguibili. Quum autem discipuli ipsius in domo dicerent, Explica nobis parabolam zizaniorum, ipse soluit ac respondit, vt non concederet impostori, vt ansam haberet contra veritatem. Respondet igitur clarè Dominus, & dicit: Qui bonum semen seminauit, est Deus: ager est mundus: zizania sunt mali homines, triticum sunt boni homines: inimicus homo, est diabolus: messores, sunt angeli: messis, est consummatio seculi, quando ptæcipiet Dominus angelis suis, & colligent peccatores à regno suo, & tradent ipsos ad exurendum. Et videtis vos filij veritatis, quòd ea quæ vult dicere, contra seipsum producit hic renouatus nobis pro Ioanne & Iambre. Ipse enim negat mundum Dei esse. Hic autem Saluator dicit mundum esse agrum, patremfamilias autem ac dominum agri, hoc est patrem suum, & seipsum seminasse bonum semen. Et neque diuisit animas à corporibus, aut corpora ab animis. Sed inimicum hominem dicit seminasse zizania, quæ sunt

Iudei filii diaboli cur sunt dicti.

Iudas diabolus.

Tenebræ, & caligo peccati.

Benignitas aduentus Domini.

Zizaniorum parabola.

Cur boni hominesdi cuntur.

mali homines. Homines autem non dicit corpora per se, sed simul dixit malos homines. Rursus similiter bonum semen paterfamilias seminauit in agro suo, bonos dicit homines, & non dixit horum animas, sed bonos cum corpore & anima. Proinde ergo per doctrinam seminat Deus bonum in hominibus, & per magnam fraudem subseminat mala opera diabolus in hominibus. Hinc atque hinc non reperiemus maliciei radicem, sed opera quæ per nos fiunt. Et omnino non est diabolus causa & autor seminatorum zizaniorum. Statim enim declarat dicens, Dum dormirent homines: & non dixit, Dum dormiret paterfamilias. Cum enim nos obdormierimus à bonis operibus, cum neglexerimus iustitiam, cum mentem non vigilantem habuerimus ad mandatum, Dei tunc seminamus peccata. Vides quòd messores parant fasciculos ad ignem æternum? Dic mihi A
ò Manes, animas illic ligant, aut corpora cum anima exurunt, aut ipsas animas? Non enim amplius consistet sermo tuus de animarum purgatione, quando ad supplicium & iudicium tradentur. Verùm sufficerint hæc de his hactenus. Intelligentibus enim apparent & clara sunt dicta veritatis. Apprehendit rursus aliud dictum, in medium producens, & non intelligens ea quæ in ipso sita sunt, aliter interpretatur salutaris doctrinæ virtutem, eo quòd dixerit Saluator, Venit princeps mundi huius, & in me nihil quod suum est inuenit. Et rursus Apostolus, Deus seculi huius excæcauit mentes infidelium, vt ne illuminet ipsos illuminatio gloriæ Euangelij. Videamus itaque de principe mundi huius, de quo dicit Dominus, quod deiicietur infrà: Ego autem si exaltatus fuero, omnes traham ad meipsum, quem dicat principem mundi huius. Et siquidem diabolum dicit, quomodo Iohannes in Euangelio de Saluatore dicit, Quòd in sua venit, & sui ipsum
non receperunt. Videmus enim duas has sententias inter se oppositas, Apostolus enim dicit: Totus mundus in malo situs est, & in mundo erat Saluator, quomodo ergo vtrique capientur? Si B
totus mundus in malo situs est, vbi locus Saluatori in mundo est, vt ipse sit in mundo? Et si propria sunt filij Dei ea, quæ sunt in mundo, qualis princeps dominatur propriis Dei? Si verò non sunt propria filij Dei quæ sunt in mundo, qualis princeps mundi concesit propria esse Saluatoris ea, quæ sunt in mundo? Et si filij Dei est mundus, quomodo concesit principi vt suum mundum occupet? Sunt autem omnes sermones Scripturæ veritatis in sapientia dicti, quemadmodum ipse Dominus dicit: Venit Iohannes in via iusticiæ, non edens neque bibens, & dicunt, Dæmonium
habet. Venit filius hominis edẽs, & bibens, & dicunt, Ecce homo vorax & vini potor, amicus publicanorum & peccatorum, & iustificata est sapientia à filiis suis. Quomodo autem iustificata est sapientia à filiis suis aliter, quàm ab intelligentibus sapientiæ verba? Sicut dicit & in Prophe-

Princeps mũdi quis

ta, Quis prudens & intelliget hæc, quia rectæ viæ Domini. Et cui ratio sapientiæ, & cognoscet

Sapientia qualis ad res diuinas.

hæc? Impij autem debiles erunt in ipsis. Debilis enim factus est, & reuera impius cum impiis in diuinis ac cœlestibus sermonibus. Saluator enim paulo antè dixit, Videbant Satanam sicut fulgur de cœlo lapsum. Et hic rursus, Princeps mundi huius deiicietur infrà. Et si de Satana sermo erat iam lapso, quid erat opus rursus deiici infrà? At omnino dices, In abyssum. Vbi igitur exaltari volebat Dominus? Si quidem enim ab abysso exaltari volebat, simile ad simile admotum atque extentum, æquiualentes loquutiones efficit, quando in terra exaltatus est. Dixit enim de exaltatione crucis, & de ascensu in cœlum, quo omnes sursum trahat ad seipsum. Et qua ratione, cum supernè esset, non attraxit, sed in terram venit? Oportebat enim ipsum venire, & speciem hominum in seipsum suscipere, quo Deus verbum, qui ex paternis sinibus C
descendit, vbi primùm ipsum sanctum vas, quod à Maria accepit, efformasset sibiipsi, ipsum sanctum videlicet corpus, in proprio corpore exaltaretur, & exaltatus similes traheret ad seipsum. Quis verò est princeps mundi huius? Quis quàm, velut dicit, Totus mundus in malo situs est, non

Mundus quid sit.

cœlum dicens, non terram, non solem, non lunam, non plantas, non mare, non montes, non aerem, non nubes, non ventum, non astra, non volatilia, neque quicquam ex creatis. absit. Sed mundus est, mentis humanæ superbia, audacia ac fiducia arrogantiæ, temeritas elationis hominum. Hic princeps mundi superbia ipsa decidit infrà. Vos enim, inquit, gloriam alter ab altero accipitis, ego autem non quæro meam gloriam. Quomodo enim non cecidit superbia, quomodo non fractus est princeps mundi, cum Herodes quidem seruet & iudicet iudicem ac Dominum viuorum & mortuorum: Pilatus verò præsideat, minister maxillam alapis cædat, Iudas tradat, Caiphas iudicet, Iudæi conspuant, milites colaphisserent caput eius, qui nutu cœlum & terram vertere

Violentiæ in passione Domini.

potest. Hæc est superbia, & audacia, & gloria hominum mundi. Hic erat princeps mundi, qui cedit infrà. Omnes enim qui in eminentia dignitatum in mundo sunt, per elationem, per audaciam, per gloriam, per superbiam, principatum possident, quorum nihil in Saluatore inuentum est. Linum enim fumigans non extinguet, & arundinem fissam non confringet. Et multa de hoc dicere possem. Rursus autem idem Manes producit, quod Apostolus dixit, Deus, inquit, seculi huius excæcauit mentes infidelium, vt ne illuminet ipsos illuminatio Euangelij. Si est Deus mundi huius, quid ergo Saluator, vbi venit, faciebat in alienis? Et siquidem aliena desiderabat, non est hoc boni, neque iusti. Si verò saluandi gratia venit non propria, sed aliena: hoc adulatoris cuiusdam est, volentis eos qui vicini sunt elatos facere. Etsi omnino vt ea quæ Dei huius seculi sunt saluaret venit, D
ergo ipsi Deo mundi gratiam deponit, propria ipsius vasa saluare tentans. Et si omnino assentitur deus seculi huius, propter suos qui à Saluatore seruantur, ergo bonus est, etiamsi saluare non possit,

gaudens

gaudens ob ſuorum ſalutem. Et erit de cætero vna ſocietas bonitatis: quoniam alter cum poſſit, ſaluat: alter verò quum non poſſit ſua ſaluare, ob ſeruatos gaudet: lucrum hoc ducens, quòd ſua ab eo qui benè ſaluat, ſalua habet. Et ſi omnino non aduerſatur volenti ſua ſaluare, etiam gratiam confitebitur. Si autem gratiam confitetur, primùm ipſum ſaluat cuius ſunt qui ſaluantur, quo erga eum qui ſaluatur, bonitatem ſuam oſtendat. Et non paruos potius ſaluare vult, & ſinere neceſſarium, ex quo facti ſunt qui ſaluantur. Aut aliter rurſus. Si quidem vult ipſum non ſeruare, eos verò qui ſub ipſo ſunt ſaluat, ergo non perfectum operatur, neque poteſt bonum operari in perfectione. Si verò eo quòd eſt naturæ, quæ non ſaluatur, ipſum quidem ſaluare non poteſt: eos verò qui ab ipſo facti ſunt, ſeruat: multo profectò putidiores ſunt, qui ab ipſo facti ſunt, & impoſſibile eſt ipſos ſaluari. Sed & aliàs, ſiquidem propria quædam ſaluare non potens, ad aliena venit oſtentationis gratia, vt ſuum auxilium demonſtraret, magna eſt inopia, quæ non poteſt ſua ſaluare, & ad aliena proficiſcitur, quo oſtendat opus quod in ſuis demonſtrare non potuit. Et iam corruit ſermo Manis, de Saluatore & principe huius ſeculi dictus. Et eſt reuera Deus huius ſeculi, non Deus alius & diuerſus ab eo, qui eſt, neque Deus alius in ſubſtantia exiſtens: abſit. Deus enim omnium Dominus, qui mundum fecit, vnus eſt Deus, pater Domini noſtri IESV CHRISTI, & nunquam deſinit. Verùm de quo Apoſtolus dicit, quem increduli in Deum ſibiipſis elegerunt, eum non ſolum vnum Deum huius ſeculi eſſe dico, abſit, ſed etiam multos, quibus increduli ſeipſos ſubiecerũt, & mente excæcati ſunt. Velut etiam in alio loco dicit, Quorum deus venter, & gloria in turpitudine ipſorum. Et Dominus in Euangelio, Non poteſtis duobus dominis ſeruire, dicit. Deinde poſt multa, vt eſtenderet, qui ſunt duo domini, dicit: Non poteſtis Deo ſeruire, & mammonæ. Proinde » Deus eſt Deus, & mammonas eſt deus mundi. Per hos enim duos, mammonam, & ventrem, maxima pars naturæ hominum ineſcata cæcutit, non à Deo cauſa accepta, ſed per propriam malignitatem, prout vniuſcuiuſque appetens, in incredulitate ſeipſum ſubditum omnibus tradit. Vnde & » Apoſtolus dixit, Radix omnium malorum eſt auaricia. Et propterea execratur malam præſumptionem ac prænotionem faciendi Deum, dicens: Edulia ventri, & venter eduliis, Deus autem & hunc & illa abolebit, deteſtans ventris concupiſcentias. Deus itaque huius ſeculi excæcauit mentes incredulorum. Quemadmodum etiam in Euangelio ſcriba primus & ſecundus dicere reperitur, Quid » faciam vt vitam æternam poſſideam? Ipſe verò dixit: Honora patrem & matrem, ſicut ſcriptum eſt. Non enim erant ab ipſo aliena, quæ in lege habentur, velut ipſe docet, vitæ hæreditatem eſſe legis » obſeruationem. Deinde dicit, Hæc omnia feci à iuuentute mea: & cum hoc audiuiſſet, gauiſus eſt, vt oſtenderet mandata legis à ſua deitate non eſſe aliena. Per hoc enim quod dixit, Gauiſus eſt, conſenſum veteris Teſtamenti ad nouum fecit. At ille: Qua re amplius, inquit, opus habeo? Et dicit ad » ipſum: Si vis perfectus fieri, vende bona tua, & diſtribue pauperibus, & accipe crucem tuam, & ſequere me, & habebis theſaurum in cœlis. Ille verò abiit mœſtus: erat enim diues valdè. Deinde di- » xit Dominus: Facilius eſt camelum per foramen acus tranſire, quàm diuitem in regnum cœlorum » ingredi. Non poſſum enim ingredi, quoniam excæcati ſunt à deo ſeculi, ducentes mammonam ſuũ deum, & ſeipſos ſubditos facientes deo huius ſeculi, hoc eſt auariciæ. Quemadmodum dicit, Attendite à fermento phariſæorum, quod eſt ſimulatio. Et in alio loco, Quod eſt auaticia. Et vt oſtenderet huius effectum & opus, dicit: Duces ſunt cæci, cæcus autem vbi cæcum ducit, ambo in foueam cadunt. Quandoquidem enim excæcauit ipſos auaricia, deus huius ſeculi, etiam non illuxit illuminatio Euangelij in cordibus ipſorum, eo quòd excæcati ſunt circa auariciam. Hæc enim & Iudam excæcauit, hæc etiam Ananiam occidit. Hæc multos perdidit. Hic eſt deus huius ſeculi, quem homines ſibi deum elegerunt, & honorem erga ipſum apprehenderunt, & Dominum contemſerunt, ſicut dicit: Vnum quidem amplectetur, alterum verò contemnet. Non poteſtis Deo ſeruire, & mammonæ. Et vides expreſſè ac clarè quomodo rem interpretetur. Nullus enim eſt alius Deus, non in cœlo non, in terra, non in omnibus locis, quàm vnus pater ex quo omnia, & vnus Dominus IESVS CHRISTVS, per quem omnia, & vnus Spiritus ſanctus, in quo omnia, ſemper exiſtens trinitas, vna deitas, & nunquam additionem accipiens, neque ablationem admittens. Tranſeamus autem rurſus ad alia, & retia huius beſtiæ feræ & inimici ac vltoris diuellamus, ô chariſſimi: ita vt quæ ab ipſo noue dicta ac expoſita ſunt, ad veritatis locutionem feramus, his qui veritatem diſcere volunt, & mentem ab omni mala hæreſis doctrina auertere. Reprehendit enim rurſus legem & Prophetas, inimicus veritatis & ſancti Spiritus exiſtens, qui in lege & Prophetis loquutus eſt, & laxata lingua velut ſemper contra Deum, qui omnia fecit, locutúſque eſt in lege ac Prophetis, & eſt pater Domini noſtri Ieſu Chriſti, ex quo omnis familia in cœlo & in terra nominatur, dicit: Ex ipſo concupiſcentia, & ex ipſo cædes, & alia omnia. Iuſſit enim & veſtes rapere Ægyptiorum, ſacrificia autem ſibiipſi offerre, & alia omnia quæ lex tradit. Occidit & homicidam, vt non contentus ſit prima cæde: ſed etiam alteram efficit, nimirum dum primam cædem vlciſcitur. Immittitque concupiſcentias in mentes hominum, mulierum & aliarum rerum. Prudenter autem, inquit, pauca de Chriſto vaticinatus eſt, vt per pauca ſimilitudinis fidem faceret. Atque hæc erant verba temerarij Manis, quæ contra ſuum Dominum effreni lingua loquitur. Vbi verò conſiderabit quis, videbit nihil aliud in hoc apparere, quàm phrenitide correpti opera. Sicut enim qui ex phrenitide laborat, gladio contra ſeipſum armatur, & propter

Deus huius ſeculi.

Via ad ſalutem.

Auaricia eſt deus huius ſeculi.

Legis ac Prophetarum repreheſio.

morbum ſuas carnes conſcindit, & putat ſe de inimicis vlciſci, & non nouit: ſic etiam hic contra ſeipſum arma ſumit, non intelligens ſententias, quas contra ſeipſum attrahit. Si enim ex ipſo concupiſcentia eſt, & concupiſcentiam operatur, quomodo ſurſum ac deorſum contra concupiſcentiam ſcribit, qui concupiſcentiam immittit? Qui dicit, Non concupiſces quæ proximi ſunt, neque bouem ipſius, neque iumentum ipſius, neque ancillam ipſius, neque agrum ipſius, neque vxorem eius, neque quæcunque proximi tui ſunt. Si tollit concupiſcentiam, non ipſe eſt concupiſcentiæ ſuppeditator. Quomodo igitur dicit, Præcepit, vt ſpoliarent Aegyptios, dum exibant exterra Ægypti? Reuera enim iuſtus eſt iudex, velut etiam iam ſæpe de hoc dixi. Et vt oſtenderet, quòd non ipſe opus habeat ſacrificiis, dicit in Propheta: Non ſacrificia obtuliſtis mihi domus Iſrael quadraginta annis, dicit Dominus. Cuius igitur erant, quæ offerebantur ipſi quidem iuxta mentem offerentium? Ipſe verò non eo quòd ipſis opus haberet, admiſit, ſed vt ad ſuefaceret à multitudine deorum, vnum Deum cognoſcere: quum videret ſacrificia fieri diis Ægyptiorum, vt ne per multitudinem deorum mentes ipſorum mutatæ, vnum ſolum Deum relinquerent. Poſtquam autem abduxit mentem ipſorum à multitudine deorum, per multum tempus deſueſcere faciens ipſos ab huiuſmodi propoſito, incipit recidere quæ non voluerat, & dixit: Cur mihi thus ex Saba offertis, & cinamomum ex terra longinqua? Num comedo carnes taurorum, aut ſanguinem taurorum bibo? Hæc enim non requiſiui ex manibus veſtris, ſed vt faceretis iuſticiam erga proximum, & vnuſquiſque veritatem erga fratrem ſuum. Et vides quòd progreſſu temporum ſubſtantia virtutis diuinorum reuelatur. Quemadmodum ipſe rurſus dicit ad Samuelem: Vnge Saul in regem. Poſtea verò ipſos redarguit, dicens: Vnxiſtis regem, non per me: & principes, & ego non præcepi vobis. At quia expetebant hoc mentes ipſorum, conſolans Deus Samuelem prophetam, dixit: Non te reiecerunt, ſed me, dicit Dominus. Verùm vnge ipſis Saul filium Cis, velut pueris paruis oblatum numen, vt geſtet infirmitatem debilium, & morem gerat infanti ob debilitatem ipſius. Deinde dicit, id quod perfectiſsimum eſt: Sacrificium Deo ſpiritus contritus: cor contritum & humiliarum Deus non deſpiciet. Et, Sacrificate Deo ſacrificium laudis. & quæcunque de hoc dici poſſunt. Poſtea verò dicit idem Manes: voluit de Chriſto ſermonem edere. Qui enim locutus eſt in lege, magnus reuera, qui edit & de futuris cognoſcit. Si autem nouit futura, non exors eſt prænotionis. Sed Deus eſt, qui futura nouit. Scripſit autem ipſa vt fierent. Si vero contraria ipſi fuiſſent, ſcripſiſſet quidem de ipſis, verùm ſoluiſſet ipſa, vt ne ipſis, credidiſſemus. Quando vero futura in Chriſtum perfici confirmat, profecto ipſe ſpiritus eſt, qui locutus eſt in Lege, & in Prophetis, & in Euangelio. Vna eſt enim conſonantia, quemadmodum per Moſen dicit: Prophetam vobis ex fratribus veſtris ex citabit Dominus. Et rurſus Dominus dicit: Moſes de me ſcripſit. Moſes autem dicit: Omnis anima quæ non audiet prophetam illum, exterminabitur. Et rurſus Dominus: ſi Moſis ſcriptis non creditis, quomodo ſermones meos audieritis? Et vndiquaque apparet veritas, lucida exiſtens, & non habens rugam. Mortis porro rurſus eſſe aſſerit Teſtamentum legis, eo quod Apoſtolus dixit: Si vero Teſtamentum mortis per literas inciſum lapidibus fuit in gloria. Et non ſolum hoc dixit diuina Scriptura: ſed quod lex iuſto non eſt poſita; ſed patricidis, & matricidis, & periuris, & ſi quid oppoſitum eſt ſanæ doctrinæ. Quandoquidem igitur lex iuſto non eſt poſita, iniquus ergo eſt iuſtus: abſit. Sed quoniam anticipauit iuſtus perficere ea quæ ſunt legis, non eſt lex contra iuſtum qui fecit legem, verùm poſita eſt contra eos qui delinquerunt, iudicans iniquos. Sic igitur & Teſtamentum. Iuſſit enim homicidas occidi, & adulterum occidi, & iniquum legis tranſgreſſorem lapidibus obrui. Fuit autem in gloria: magna enim fuit huius gloria. Excelluit enim gloriam hominum, eo quod à mutua iniuria prohibebat, in luce columnæ ignis expreſſum, in tubis horrendis valde reſonans, & in tabernaculo teſtimonij, & in magna gloria tunc conſtitutum. Oportebat enim præire Teſtamentum mortis, vt primùm mortui peccato viueremus iuſticiæ. Sicut Chriſtus infirmitates noſtras portauit, & morbos ſuſcepit, dum ſuſtulit omnia in corpore in cruce, vt primùm ea quæ ſunt mortis, deinde quæ vitæ ſunt, in ipſo propter nos implerentur. Et propterea primùm moritur, vt mortis Teſtamentum confirmet. Deinde ex mortuis reſurgit, vt à gloria ad gloriam tranſeat. In cruce enim triumphauit de principatibus ac poteſtatibus, in morte condemnauit peccatum. In eo quod ſepultus eſt, ſepeliuit iniquitatem. In eo quod guſtauit mortem, aculeum mortis confregit. In eo quod deſcendit ad infernum, ſpoliauit infernum, ſoluit ligatos in fortitudine, erexit tropheum crucis contra diabolum. Et vide quomodo gloria hæc à Moſe vſque ad Dominum. Quanto magis Teſtamentum vitæ erit in gloria, lapide deuoluto, petris ruptis, monumentis apertis angelis coruſcantibus, mulieribus annunciantibus, pace data, Spiritu Apoſtolis ab ipſo dato, regno cœlorum promiſſo, Euangelio illuminante orbem terrarum. Qui deſcendit, ipſe eſt, qui aſcendit ſupra omnes cœlos, & ſedet in dextera patris. Non erat mortificans Teſtamentum, ſed contra mortem Teſtamentum. In gloria autem erat mortis Teſtamentum, quo excellens gloria contra mortem fieret. Deinde rurſus idem Manes dicit, Non poteſt vnius doctoris eſſe vetus & nouum Teſtamentum. Illud enim veteraſcit de die in diem, hoc vero renouatur ex die in diem. Quicquid enim inueteraſcit ac ſeneſcit, propinquum fit interitui. Verùm illud alterius Dei, & alterius doctoris eſt: & hoc alterius Dei, & alterius doctoris. Et ſiquidem duo vetera Teſtamenta oſtendere potuiſſet, veriſimile eſſe queat, quod ab ipſo dicitur, velut

Cur ſpoliati Aegyptii.

Teſtamẽtũ mortis.

Lex iuſto non eſt poſita.

Mori oportet peccato vt Deo viuamus.

Teſtamenta ambo non eſſe vnius doctoris.

velut duo essent, qui tunc Testamenta fecissent, Similiter autem si duo noua Testamenta ostendere potuisset, poterat quis in mentem sumere, quod ab ipso dictum est. Si verò vetus est vnius, & nouum alterius, boni autem Dei est nouum Testamentum, mali verò vetus: ergo nisi vidisset bonus Deus malum Testamentum fecisse, non nouisset quòd oportet Testamentum legare. Et erit hoc modo magis, vt qui ab illo doctrinæ occasionem accepetit, & in rebus infinitus sit. Si enim non vidisset, non vtique imitatus fuisset. Et opottebat magis vetus Testamentum esse boni Dei, quo potius ma-
A lus imitator appellaretur, quàm qui est verus Deus. Dicit enim Dominus in Euangelio: Quicquid videt filius patrem facere, hic & ipse similiter facit. Et vt ne admitteret consiliarium, vt ne gloriari posset diabolus, ac dicere, per consilium eius Saluatorem aliquid fecisse, cum dixit ad ipsum: Dic vt lapides isti panes fiant, ipse hoc non sustinet facere, ut ne discere videatur, & consilium à diabolo accipere. Et vides quòd duo Testamenta vnius Dei dicit. Dicit enim Apostolus: Primum Testamentum in monte Sina datum est, generans in seruitutem. Mons enim Sina est in Arabia. Etsi enim duæ sunt mulieres, at vnus est vir. Sic etiamsi duo sunt Testamenta, at vnus est Deus, qui ambo legauit. Et propterea non duo vocauit noua, neque duo vetera, sed vnum vetus, & vnum nouum Et dicit, Testamentum autem ob mortuos firmum est. Quapropter etiam primum sine sanguine non constitit. Accepit enim Moses sanguinem hircorum, & aspersit ipsum librum & populum. Et ideo etiam secundum Testamentum ob mortem Saluatoris datum est, quando maximè
,, ambo inter se consona sunt, illud quidem dicens, Non deficiet princeps ex Iuda, neque dux ex fe-
,, moribus ipsius, donec venerit cui repositum est. Secundum verò, Deus erat in Christo, mundum
B concilians sibiipsi, non imputans ipsis delicta. Et multa de hoc dicere possim, verùm compendij gratia præscribo. Porrò arboribus resiccatis ac inueteratis tursus comparat Legem & Prophetas, ni- *Lex et vro*
mirum dicto ex quod dixit, Lex & Prophetæ vsque ad Iohannem. Et nihil est hoc stultius. Cui enim *phetæ re-*
non clarum est, quòd impleto eo quod nunciatum erat per Prophetas, finiti erant Prophetæ? Si *siccatæ ar*
enim adhuc venirent Prophetæ nunciantes CHRISTVM, venturum ex Maria, nondum CHRISTVS *bores.*
aduenisset. Similis enim videtur hæc res tali cuipiam facto. Rex profecturus in regionem, præmit- *similia e-*
tit ante se in equis præparatores, prænuncios. Et quanto magis aduentus regis appropinquat, tanto *gregia.*
plures sunt præcones aduentum anticipantes, & in vrbibus aduentum annunciantes. vbi verò venerit iam rex in vrbem, quæ amplius est vtilitas præconum? Quid opus est equitibus, aut aliis denunciantibus regis aduentum, quando ipse rex intus est: Sic etiam LEX & Prophetæ vsque ad Iohannem. vbi verò Iohannes prædicauit vocem in deserto, & ostendit, Hic est agnus Dei, qui tollit peccatum mundi: non amplius prophetis opus est, quo veniant & predicent nobis Christi ex virgine aduentum. Opus autem fuit his, qui præannunciauerunt ipsius aduentum, ad aduentus ipsius confirmationem, quoniam præannunciatus fuit. Quemadmodum enim si quis prædagogum haberet
velut etiam Apostolus dicit, quòd prædagogus noster est Lex ad Domini aduentum: vbi peruc- *Prænũcia*
C nerit ad ætatem, & acceperit præceptorem, non omnino reiicit prædagogum velut inimicum. Sic *tus Chri-*
& nos deducti sumus in Lege & in Prophetis, vsque ad aduentum præceptoris. Reperto autem *stus à Pro*
præceptore, non reprobamus pædagogum, sed etiam gratiam ipsi confitemur, quod pueritiam no- *phetis.*
stram deduxit, & ad perfectiores disciplinas nos demisit. Aut quemadmodum si quis in mari nauigare vellet, & magnam nauem haberet, verùm in parua scapha commotionem circa ripam maris transiret, & scapha hominem ad magnam nauem perferret: homo ipse non omino sub mergit scapham, vbi magnam nauem reperit, sed cum hoc quod gratiam scaphæ habet, occupat maiorem salutis suæ nauim. Aut vt etiam aliter dicamus, quemadmodum si quis expositus sit à matre sua genitrice, assumptus autem sit ab aliquo quocunque tandem, & postea vbi in virum euasit, cognouerit suum naturalem patrem, sit autem talis prudentia præditus, nunquid vbi cognouit suum patrem, & propriam hæreditatem assequitur, ob id reprobat nutritorem, qui ipsum educauit, & non potius gratiam habet nutricio, quod non siuit ipsum in mortem tradi? Sic & nos gratiam habemus Deo qui dedit Legem & Prophetas, & gratiam habemus ipsi, qui dignatus est nos nouo Filij sui Testamento. Dicit deinde idem Manes, formas esse nos principum, & nos à principibus factos, ipsis vero in edulium obiectos, Verùm multa est impietas in talibus verbis: videmus *Homines*
enim non sic res contingere. Omne enim quod est in terra, etiamsi ex improbioribus ac sæuio- *edulium*
ribus feris sit, non propriam formam inuadit, sed alias, velut verbi gratia, Leones leones non *principũ.*
comedunt, ob propriam figuram, & eundem ordinem: sed fame magna premente, feras in montibus, & vbi per longum tempus nihil reperiunt, aut propter niuem, aut ob aliam inopiam, diuersantur in speluncis ac latebris suis leones vnà cum catulis ac lenæis. Et non inuadit
D fera feram, non lupus lupum, nisi fortè ad insaniam deueniat animal, & rabie percitum ignoret quod facit. Si itaque lupus lupum non edit propter eiusdem ordinis formam, quomodo possunt principes nos edere, si eiusdem formæ sumus, & non magis adblandiantur nobis, quo videantur proprias suas formas amplecti? Et vndiquaque redarguuntur impostoris sermones. Deinde rursus *Nõ omnes*
ex Euangelio apprehendit, quod non omnes capiunt ipsius doctrinam, sed quibus datum est. Et non *capiũt hoc*
erat in hoc loco sermo Saluatori de doctrina, sed de eunuchis. Si vero de doctrina ipsius hoc imple- *dictum, de*
tur, Non omnes capiunt dictum hoc: ergo si non capient, iuxta propriam mentem non capiunt. Lau- *qua re di-*
dabiles igitur aut vituperabiles hi iuxta liberum arbitrium vocabuntur. Et non amplius secundum *ctum sit.*
naturam erit capacitas, alioqui quid profuisset suam doctrinã denuncians? Corruit autẽ vndiquaq;

ipsius

ipsius sermo. Neque enim doctrinam Saluator dictum appellauit, sed sermonem de eunuchismo. Et si etiam de doctrina dixisset, non amplius consistet Manis sermo. Dicit amplius idem Manes, nostros iam sermones vsurpans: Etenim oues meæ cognoscunt me, & cognosco meas oues. In omnibus autem mentitur. Cum enim vellet per blandicias rapere animas eorum qui tunc erant in disputatione, hunc sermonem prolocutus est escam, vt ita dicam, spargens, quo per adulationem ipsi coniungerentur, vt vbi coniuncti ipsi essent, inciperet iactare ac dicere, nouisse seipsos priusquam ad ipsum accessissent. Accidit autem ei velut Apollini vati, sicut in Græcorũ fabulis fertur, qui aliis vaticinabatur, sibiipsi verò vaticinari non potuit. Verùm excidit à vaticinio, amans Daphnem, & excidit propter ipsius castitatem. Sic etiam hic Manes vaticinabatur quidem se nosse suos, verùm natura propter Marcellum venit, subditum ipsum accepturus. Sed corruit ipsius vaticinium. Neque enim Marcellus ipsi fidem habuit, neque quisquam alius illius temporis hominum. Deinde dicit, quòd antiquis annis nemo saluatus est, sed à decimoquinto anno Tiberij Cæsaris, vsque ad sua tempora. Probus autem erat illo tempore rex, & Aurelianus ante ipsum, quãdo hic Manes præsens erat. Et in hoc rursus confutatur, cum vndiquaque Euangelium & Apostolica verba dicant de his qui iã prius sunt saluati. Similiter dicit Dominus: Requiretur à generatione hac omnis sanguis iusti effusus in terra, à sanguine Abel iusti, vsquo ad sanguinem Zachariæ, qui effusus est in medio templi & altaris. Vnde igitur iustus est Abel, vnde Zacharias, nisi ꝙ erat iam salus, & ꝙ saluauit iam per Legem, & Prophetas? Apostolus autem dicit: Regnauit mors ab Adam vsque ad Mosen: quo cognoscas ꝙ in Mose impedita est mors, non penitus abolita. Expectabat enim perfectorem omnium IESVM: quo vbi ipsum tradidisset pro humana, natura immortalis mortuus, & insuperabilis superatus, & vita in carne sustinens vt pateretur, frangeret per mortem eum qui imperium mortis habet, aculeum peccati, & mortem, quando de cætero implebatur, Vbi aculeus tuus ô mors? vbi victoria tua ô inferne? Illic etenim in Mose impedita mors euersa est, vbi regnasset vsque ad Mosen. Et primùm quidem iusti erant Abel & Enoch, qui translatus est vt non videret mortem, & non est inuentus. At nondum erat lex scripta, sed lex naturalis ex intelligentia & traditione, per successionem ex patribus ad filios. Quando verò clarè edita est lex, factus est gladius, vt ita dicam, diuidens vim peccati. Quando autem saluator aduenit, contritus est aculeus mortis, & rursus deuorata mors tunc in victoriam. Et vide quomodo saluauit Deus per multos modos. Perfecta autem salus in CHRISTO IESV. Domino nostro facta est, & fiet velut etiam Euangelium dicit: Ex plenitudine ipsius nos omnes accepimus. Et qualem dicit plenitudinem, præterquam legem per Mosen datam? Gratia & veritas per IESVM facta est. Illic quidem data est, hic facta est. Si ex plenitudine lex, gratia & veritas IESV, vetus & nouum Testamentum in Lege, & gratia, & veritate sunt. Alia porrò sententia idem Manes vsus est, dicens: Christus redemit nos à maledictione legis, factus pro nobis maledictio. Dicat itaque quo argento facta est emptio, quale fuit precium quod dedit vt nos emeret? Non enim dixit, emit, sed redemit. At emptionem quidem nouit, precium autem non nouit. Veritas verò vtraque confitetur. Redemit enim nos, & emit verè à maledictione legis, factus pro nobis maledictio. Et quomodo emit nos, statim infert ille Ecclesiæ doctor, dicens: Precio empti estis, precioso sanguine agni immaculati, & immaculati Christi. Si itaque sanguine empti estis, non es de emptorum numero ô Manes, quia sanguinem negas. Vnde verò nos emit, dic. Alienos nos emit? Ergo indignus fuit prior noster Dominus, & opus habens nostri precio, accepit id, & tradidit nos Christo. Et si traditi sumus Christo, non amplius sumus priotis. Si itaque prior non amplius nos possidet, ergo extra suam possessionem constitutus est, & in propriis locis non habet potestatem. Quomodo igitur operatur in filiis inobedientiæ, velut scriptum est? Sed neque quomodo emit, neque quomodo empti sumus, neque quomodo maledictio pro nobis factus est, nouit ille, per omnia insaniens: qui aperuit os suum, & non potest ea quæ dicit confirmare. Ecce enim ipsos videmus dicere in regeneratione aduentus ipsius, ac vociferari, In nomine tuo comedimus, & in nomine tuo dæmonia eiecimus. & dicit ad ipsos, Abite à me maledicti, non noui vos. Quomodo igitur ipsum confitentur, & ipse illos execratur? Quid verò erat maledictio legis? Maledictio legis erat crux propter peccata. Si quis enim deprehensus fuerit in delicto, dicit lex, suspendetis ipsum in ligno. non occidat sol super ipsum, super morticinium ipsius: sed detrahetis ipsum, & sepelietis ipsum ante Solis occasum. Quia maledictus omnis qui pendet in ligno. Quando quidem igitur propter crucifixionem maledictio constituta erat, ipse vbi venit, peccata nostra in ligno sustulit, seipsum dans pro nobis. Sanguis ipsius nos emit. Corpus ipsius nos à maledictione soluit, hoc est, soluit peccata per pœnitentiam crucis, & suum aduentum. Neque igitur lex maledictio est: absit. Neque Euangelium maledictionem accepit, neque ipse Dominus, sed per occasionem mortis suæ exoluta est mors contra peccatum. Deinde dicit, quòd lex administratio erat mortis. Iam verò de hoc multa diximus, quòd non ipsa erat ministra mortis. Neque enim iussit occidere: sed dixit, Ne occidas. Quandoquidem verò occidit homicidam, vt per vnum occisum cædis actio tolleretur: & propter vnum terrefacti, multi abstinerent ab iniusticia, vt non amplius occiderent: administratio mortis erat, non vt mortem administraret, sed vt mortem homicidæ faceret, vt ne amplius multi homicidæ fierent. Vbi autem venit Saluator, quandoquidem castigarat iam prædagogus, plurimo tempore perfectiora documenta ostendens, vnà cum consonantia legis, nempe, Ne occidas, ne furtum facias, ne dicas

Apollinis vatis vanitas.

Saluatum neminem ante 15. Tiberi annũ

Saluationis modi multi.

Plenitudo quid sit.

Emptio et preciũ nostri.

Maledictio legis crux.

Vnius mors cædis actionem tollit

ne dicas falſum teſtimonium, dixit, Si quis te cædit in dextram maxillam, obuerte ipſi etiam alteram, quo vitæ adminiſtratio fiat, cæde penitus ſublata. Qui enim percutitur in maxillam, irritationem ad cædem non facit, ſed manum homicidæ per humilitatem exoluit, maliciam in ipſo blandiciis demulcens. Atque ſic omnia conſona ſunt in veteri ac nouo Teſtamento. Deinde rurſus aliud dictum apprehendit, quo duarum perſonarum propoſitum obiter inferat, ad dictæ ab ipſo dualitatis confirmationem, duarumque naturarum, principiorumque principium non habentium, & radicum,
A de quibus iam antea diximus, ſimilia dicere volens, verùm ob rerum diuiſionem ſic diuidere audēs,
,, dicere non veretur, quod vetus Teſtamentum dixit, Meum eſt aurum, & meum argentum. Nouum *Pauperes*
,, verò Teſtamentum dicit: Beati pauperes ſpiritu, quoniam ipſorum eſt regnum cœlorum. At non *natura, et*
,, nouit quòd vetus rurſus dicit, Diues & pauper alter alteri obuiam venit, Dominus autem vtroſque *pauperes*
fecit. Et nouum Teſtamentum eidem conſentit, beatos quidem prædicans pauperes, natura pauperes, aliquando verò pauperes ſpiritu, vt vtróſque exæquet, quo & glorians Petrus veram paupertatem oſtendat, dum ait: Argentum & aurum non eſt mihi, quod verò habeo hoc tibi do; in nomine IESV CHRISTI, ſurge & ambula: & vt beatitudinem natura pauperum non oppoſitam eſſe indicet beatitudini pauperum ſecundum ſpiritum, qui ſanè ſunt qui poſſident aliqua cum iuſticia, pauperes autem ſunt animi humilitate, de quibus dixit: Eſuriui, & dediſtis mihi edere: ſitiui, & potaſtis me, &c. Deinde declarat dicens: Hi fecerunt ex bonis ſuis. Et vides vnum & eundem ſpiritum in veteri Teſtamento, pauperem oſtendere ac diuitem: ſimiliter etiam in nouo Teſtamento eūdem: nam & Saluator laudat ambo. Intentus enim gazophylacio, vidit mittentes in corbonam, & non interdixit opulenta dona. Laudauit autem & viduam, quæ duo minuta immiſit, propter prædictam pau-
B pertatem, vt impleretur quod ſcriptum eſt: Diues & pauper alter alteri obuiam venit, Dominus au- *Deus cor*
tem vtróſque fecit. Et quòd quidem hæc ſic ſe habent, & quòd idem eſt ſpiritus veteris ac noui Te- *intuetur.*
ſtamenti, vide Apoſtolum dicentem de priſcis prophetis. Deficiet me tempus, ſi narrare voluero de Gedeone, Baruc, Samſon, Iephthae, Dauide, & reliquis prophetis, qui obambularunt in pellibus ouillis ac caprinis, malè vexati, anguſtiis preſſi ac coarctati, quibus mundus non erat dignus. Reperimus enim & Eſaiam ſacco indutum, & Heliam ſimiliter. Et vides quomodo beati prædicantur in veteri ac nouo Teſtamento pauperes propter pietatem, & beati prædicantur diuites propter iuſtitiam. Deinde rurſus dicit idem Manes, vetus Teſtamentum, inquit, iubet ſabbatum agere: & ſi quis ſabbatum non ſeruaſſet, lapidibus obruebatur. Sic & qui faſcem lignorum collegiſſet, tradebatur. Nouum autem Teſtamentum, hoc eſt Dominus in Euangelio dixit, Ego operor, & pater meus operatur. Et in ſabbato euellebant diſcipuli ſpicas, & in ſabbato curauit: & non hoc ſolum, verumetiam, Tolle grabbatum tuum, & vade in domum tuam, dixit. Et ô ingentem ignorantiam. Nihil enim peius eſt imperitia. Multos enim excæcauit ignorantia. Quando enim non ob bonam cauſam ſab- "
batum ſolutum eſt? Quando verò non ligatum eſt à malicia, non modò ſabbatum, ſed omnis dies? Ie- "
ſus enim Naue ſucceſſor Moſis, qui inter prophetas numeratur, qui electus eſt à Deo, qui per ora- *Sabbati*
C tionem detinuit ſolem & lunam, vbi dixit: Stet ſol iuxta Gabaon, & luna iuxta conuallem Ialo: ſtatim *ſolutio ac*
reperitur ſabbatum ſoluere propter bonam actionem. Nam per ſeptem dies circundat muros Hie- *ſeruatio*
richumtis ipſe Ieſus, & non licebat ire in ſabbatis vltra menſuram ſex ſtadiorum definitorum. At *pro iuſta*
menſura ambitus Hierichuntis ſtadia viginti excedit. Cum autem per ſeptem dies circundederint *occaſione*
ipſi ciuitatem, omnino incidit ſabbatum in vnam ex his diebus. Erat autem hoc præceptum Dei, "
vt oſtenderet voluntatem ſuæ miraculorum editionis. Neque enim fraudes, neque machinæ erant, "
non arietes, non inſtrumenta bellica ad vrbes euaſtandas, ſed vna vox tubæ corneæ, & oratio iuſti, proſtrauerunt collapſos muros aduerſariorum. Oportebat enim ipſos plecti, quoniam impleta erant peccata Amorrhæorum. Iudex enim erat lex contra iniuſticiam, & vnicuique reddebat ſecundum ſua opera: & quoniam in peccatis erant Amorrhæi, in tranſgreſſione conſtituti, & qui abnegaſſent iuſiurandum quod iurauerunt, quemadmodum etiam alibi à me dictum eſt. Nihil autem moleſti erit, & hic eadem apponere. Hæc enim ſunt, quæ in promptu Manis illa vehementia habet, Quòd malus ſit Deus legis, qui deprædatus eſt Ægyptios, & eiecit Amorrhæos, & Gerſæos, atque alias gentes, & dedit terram ipſorum filiis Iſrael. Qui dicit, Non concupiſcas, quomodo dedit ipſis aliena, & non nouit idiota ille, quòd propriam ſuam terram receperunt abreptam ab ipſis, & punita ſunt ea quæ facta ſunt inter ipſos, mutuò conſtituto termino veritatis, & iureiurando. Noe enim ſeruatus à diluuio, eiusque coniunx cum tribus filiis, totidemque *Terræ di-*
filiabus, ſolus diuidens totum mundum, tribus filiis ſuis, Sem & Cham & Iapheth diuiſit, iacta ſor- *uiſio inter*
te in Rhino coruris, velut etiam conſequentia habet, & nihil eſt vanum, neque adulteratum. Rhino *tres filios*
corura enim interpretari queas Neel, & ſic natura indigenæ ipſam vocant. Ex Hebraica vero lin- *Noe.*
D gua ſignificat ſortes, quandoquidem Noe illic miſit ſortes tribus filiis ſuis, & cecidit ſors à Rhino coruris vſque ad Gadira, quæ ſors habet Ægyptum & Mareandinen, & Ammona Libyamque ac Marmarida, Pentapolin, Macaten, Macronen, Leptemanen, Syriam, Mauritaniam, vſque ad columnas Herculis, & interiorem Gadiram. Hæc ad Nothum ſiue Auſtrum. A Rhino coruris vero ad Orientem ſors hæc habet, Idumæam & Madianitin, Alabaſtritin, Omeritin, Axonitin, Bugean & Liban, vſque ad Bactrorum regionem. Atque hæc ſors diſtinguit inter Sem ea quæ ſunt ad Orientē. Ipſi vero Sem cecidit ſors in amplitudinem, Palæſtina, Phœnice, & Caua Syria, Comagene, Cilicia, Cappadocia, Galatia, Paphlagonia, Thrace, Europe, Laria, Iberia, Caſpia, Gardyea, vſque ad Mediā, ad Boream

ad Boream ac Septentrionem. Isthic hæc sors separat Iapheth ad Boream. Ad occidentem verò, ab Europa vsque ad Hispaniam & Brytanniam, illic adiacentes populi, Euites, Daunes, Iapiges, Labri, Latini, Optici, Magardes, vsque ad possessionem Hispaniæ ac Galliæ, Scoptorumque ac Francorum superiorem regionem. Quando igitur sic diuisæ sunt sortes, Noë conuocatis tribus filiis decreuit iureiurando, vt nemo sortem fratris sui inuaderet, & fratrem suum circumueniret. At Chanaan filius Cham, quum auarus esset, inuasit Palæstinam terram, & occupauit ipsam: & appellata est terra Chanaam, eo quòd in ipsa habitauit, propria sua sorte relicta, eo quòd nimio calore referta esse videbatur: & sedens in terra ipsius Sem, quæ nunc Iudæa appellatur: genuit hos filios, Amorrhæum, A

Chanaan filii. Gergesæum, Merezæum, Iebusæum, Euæum, Arucæum, Chettæum, Asenæum, Samaræum, Sidoniũ, & Philistiæum. Ob id etiam Dominus in Lege dicit, ostendens quod peccata ipsorum in iureiurando implebantur, dum dicit, Nondum impleta sunt peccata Amorrhæorum. Quapropter permanserunt in monte, tempus terentes in deserto, donec ipsi seipsos condemnarent, & ad bellum se pararẽt

Sem filii. aduersus filios Sem iniuria affectos. Sem enim genuit Arphaxad, Arphaxad Cinna, Cinna Sala, Sala Heber, Heber Phalec, Phalec Rhagab, Rhagab Seruch, Seruch Nachor, Nhacor Tharra, Tharra Abraam, Abraam Isaac, Isaac Iacob, Iacob Iuda, Iuda Phares, Phares Esrom, Esrom Aram, Aram Aminadab, Aminadab Naasson. In temporibus Naasson tribuni Iuda, & in temporibus Iesu Naue, acceperunt filij Sem propriam terram, nulla iniuria in medio existente, sed iusto iudicio. Corruerunt igitur muri Hierichuntis sua sponte. Iusticia enim vlciscitur iniusticiam. Per septem dies circumdabant muros, & soluebatur sabbatum, vt impleretur iusticia. Et non hoc solùm, verùm septem lucernas habebat candelabrum sanctificationis in tabernaculo testimonij, & singulis diebus accendebantur lucernæ septem æqualiter, & nulla omnino ipsarum per vnam diem cessabat, sed vnaquaque die eadem lux erat. Non enim factum est sabbatum ad exclusionem, sed ad bonum opus. Quum autem nemo omnino operaretur in duodecim tribubus, solum altare non cessabat, quemadmodũ Dominus in Euangelio dicit, Sacerdotes vestri profanant sabbatum in templo, & sunt sine culpa: B

Altaris frequentatio apud veteres. profanant autem sabbatum, hoc est soluunt. Soluunt autem quomodo, quàm sacrificium offerentes Deo, vt ne ociosum sit altare? Et non hoc solum, sed & Sol oritur atque occidit, & Luna augescit ac deficit, & venti spirant, & fructus germinant, & matres pariunt, & omnia fiunt in sabbato. Quapropter etiam Dominus vbi venisset, non artem fabrilem lignariam exercuit in sabbato, non ferrariam, non aliud quid: sed quum Deus esset, Dei opus operatus est, & dixit: Tolle grabbatum tuum, & ambula: quo ex gestante appareret opus quod factum erat, vt omnes cognoscerent eum, qui de cœlo venit in auxilium filiis hominum. Etenim reuera venit, vt solueret sabbatum. Non potuisset autẽ ipsum soluere, si alienus ab ipso fuisset. Nemo enim alienum soluit opus, nisi exceptor alienorum talis fiat, & alienus inspector pœnas sibiipsi redimat. Quandoquidem autem propriũ ipsius est sabbatum, ob id dicit, Dominus est filius hominis, etiam sabbati, & dicit: Non homo propter sabbatum factus est, sed sabbatum propter hominem. Si itaque fecit Deus sabbatum propter hominem, etiam

Sabbatũ magnum. prætulit hominem sabbato, quo homo requiem cognosceret, & futurorum quietem. Exemplaria enim sunt hæc cœlestium: hic enim ex parte, illa verò tota perfectio. Sabbatum igitur in lege vsque ad suam præsentiam. Soluit autem illud sabbatum, & dedit nobis sabbatum magnum, quod est ipse Dominus, requies nostra & sabbatismus. Nemo igitur disparabit vetus à nouo Testamento, neque nouum à veteri. Vna enim est, eademque consonantia. At vero rudis & imperitus, si viderit duas vrnas hausorias ex vno fonte haurientes, putabit proprer vrnarum diuersitatem, diuersas etiam esse C aquas. Verùm audiet ab his qui norunt veritatem, Gusta de duabus vrnis, & vide quòd quæ quidem sunt vrnæ, vnus autem est fons. Sic vnus Dominus, vnus Deus, vnus Spiritus, qui loquutus est in Lege ac Prophetis, & in Euangelio. Ob id enim non duo sunt vetera Testamenta, & neque duo noua Testamenta, quoniam non sunt duo, qui Testamentum fecerunt, sed vnus qui vetus antiquat, & nouum renouat, non vetus abolens in interitum, sed vetus sedans, & secundo hæreditatem opulentiæ

Spiritum saluari absque corpore. apponens. Aliam porrò rursus idem Manes sententiam producit, dicens: Scio spiritum saluari absq; corpore: hoc enim, inquit, docet Apostolus, dicens: Omnino auditur inter vos scortatio, & talis " scortatio, quæ neque inter gentes nominatur, vt aliquis vxorem patris habeat. Et vos inflati estis, & " non potius luxistis, vt tolleretur de medio vestrum, qui hoc facinus perpetrauit. Ego quidem absens " corpore, præsens autem spiritu, iam iudicaui eum qui hoc facinus perpetrauit, vt congregatis vobis & Domino cum meo spiritu, tradatur talis satanæ in interitum carnis, vt spiritus saluetur in die Domini. Interitus autem in carne est, perfecta abolitio. Quomodo igitur abolita carne in manu diaboli, & seruato spiritu, amplius erit resurrectio corporum aut carnis? Et non nouit imperitus ille in omnibus, quòd opera carnis sunt, scortatio, adulterium, petulantia, & his similia. Et non de ipsa carne D dicit, sed de operibus carnis. Et enim quando operabitur scortationem, caro ipsa operatur. Si verò habuerit continentiam, non amplius caro est, sed caro in spiritum transmutata est. Quemadmodũ etiam Apostolus dicit: Qui ab initio coniunxit ambos, dixit: Quapropter relinquet homo patrem " suum, & matrem suam, & adhærebit vxori suæ, & erunt duo in carnem vnam. Quare qui adhæret " scorto, vnum corpus est: & qui adhæret Domino, vnus spiritus est. Igitur qui scortationem operatur, " caro factus est: non solùm ipsa caro, sed omnia, & anima & alia, caro fiunt. Adhærens enim scorto, caro factus est: & quum sit carnalis, caro omnino vocatur. Qui verò adhæret Domino, vnus spiritus est, hoc est corpus & anima, & omnia quæ sunt in homine, vnus spiritus sunt in Domino. Et de hoc

legem

legem ferens idem Apostolus, dicit: Deus posuit in corpore omnia membra, vnumquodque sicut voluit. Et vide quomodo confitetur Deum creatorem corporis, & positorem partium in nobis, sicut voluit propria sapientia ac bonitate. Deinde pro exemplo nostri corporis proponit corpus CHRISTI, quòd & nos corpus CHRISTI sumus, & membra ex parte, & ecclesia Dei, quæ est corpus CHRISTI. Si itaque corpus CHRISTI ipsa Ecclesia, agglutinata & adhærens spiritui, hoc est Domino, vnus spiritus est, qui sanè ab ipsa delinquit, à spiritu elapsus, caro factus est omnino corpore & anima, & si quid est in ipso. Alioqui quomodo possit pars tradi Satanæ, & pars non tradi? Non enim dixit, vt tradatur caro satanæ, sed vt tradatur talis. Qui verò dicit, talis, integrũ hominem cum anima & omnibus, quæ sunt in homine, tradidit. Si verò totum tradidit, totam carnem pronunciauit, spiritum verò indicauit saluari in diem Domini. Quo verò non in culpa esset ecclesia ipsius delicti hominis, qui deliquit ac errauit, & inquinaretur tota Ecclesia vnius delicto, dicit: Vt tradatur is qui deliquit, vt spiritus, hoc est tota Ecclesia, saluetur. At inquit, scriptum est. Caro & sanguis regnum Dei non possidebunt, & in hoc se aliquid dicere putat. Etenim reuera non potest scortatio regnum cœlorum possidere, neque adulterium atque petulantia, neque simulachrorum cultus, hoc est caro & sanguis. Si verò de carne & sanguine dictum hoc putas esse ipsam carnem, quomodo amplius impletur id quod dictum est: Quicunque receperunt ipsum, dedit eis potestatem filios Dei fieri, qui non ex sanguinibus, neque ex carne geniti sunt, sed ex Deo. Quis in mundo genitus est sine carne? Sed quoniam transmutatæ sunt mentes, non naturæ eorum qui ex matrum ac patrum carne ac sanguine geniti sunt, & geniti sunt secunda natiuitate, quæ contingit ex generatione Domini per spiritũ & ignem, dedit eis potestatem filios Dei fieri. Quemadmodum igitur hi ex carne geniti sunt, & ex sanguine, & non amplius reputatur natiuitas ex carne & sanguine, propter mutationem iusticiæ, & quidem in carne & sanguine, sicut dicit, In carne enim obambulantes, non secundum carnem militamus Igitur est caro, quæ non secundum carnem militat. Et propterea dicit, carnem & sanguinem non possidere regnum cælorum, non de carne hac, quæ laboribus fatigata est, quæ sanctificata est, & Deo complacuit, sed de ea quæ in peccatis versata est. Alioqui quomodo impletur, quod dictum est? Oportet enim corruptibile hoc induere incorruptibilitatem, & mortale hoc induere immortalitatem. Clarius autem de hoc idem Apostolus indicans, vt ne aliqui seducantur, & pro malis operibus de corporis formatione ex resurrectione desperent, dicit: Mortificate membra vestra terrestria, quæ sunt, scortatio, adulterium, petulantia, &c.

Caro etsi quis regnũ Dei nõ possidebunt, quomodo accipiendum.

Sed & eos qui visi sunt Galilæis, & dixerunt, Hic IESVS quem vidistis à vobis assumi, sic veniet quomodo vidistis ipsum assumi. Cæterùm ex relatis omnibus possunt hi, qui intelligentia prædi ti sunt, sententiam cognoscere in omnibus veritatis sermonibus, & in prædicti appellati Manichæi mendaciis, quum etiamsi non alicuius testimonii mentionem fecissemus, ex duobus aut tribus testimoniis quę produximus, omnia ipsius falsa deprehendantur. Nos autem magnam viam asperam & periculosos locos huius Amphisbœnæ ac pernicioſæ feræ emensi (quæ nimirum Cenchritis est, à multis similitudinibus ad decipiendos videntes variegata, & occultum aculeatum ac venenum eiaculantẽ fontem habens, qui ex omnibus procedit. Quandoquidem enim cum Græcis Græcus est, Solem adorans & Lunam, & astra, & dæmones, Græcus hic vir ô charissimi existit, & hæresis ipsius Græcorum dogmata recenset. Magorum quoque dogmata nouit, & in ipsis volutatur. Astronomos laudat, eorũ dogmata curiosè iuestigans. Solùm CHRISTI nomen verbis iactat. Quemadmodum etiam ipse Cenchritis serpens, occultat quidem venenum, verùm decipit per varietatem, dum in medio multorum nostrorum versatur, & his quæ adsunt assimilatur) postquam in virtute Dei, per lignum veritatis & sanguinem Christi, & per corpus, quod ex Maria verè genitum est, & per mortuorum resurrectionem, & per confessionem vnius vnitatis, caput draconis in aqua contriuimus, hac multorum capitũ hæresi retrò fugata, & capite ipsius contuso, Deo quidẽ grati esse perseueremus, ad sequentes verò hæreses progredi festinemus, Deum inuocantes infirmitatis nostræ adiutorem, quo vbi promissa perfecerimus, perfectè Deo gratias agamus.

Cẽchritis serpens.

Contra Hieracitas, hæresim LXVII.

POst flagitiosam hanc, & venenum supra omnem hæresim eiaculantem, Barbaricam Manis illius reptiliformis doctrinæ emissionem, surrexit quidam Hierax nomine, à quo appellati sunt Hieracitæ. Hic in Leonto Aegypti vixit, non exiguæ eruditionis, & Græcę totius doctrinę studiis exercitatus, & in medicina sophistica, aliisque omnibus Aegyptiorum ac Græcorum disciplinis exactè versatus. Denique & Astronomiam & Magiam attigerat. Experientissimus enim fuit multarum doctrinarum & in exponendo ac narrando, velut indicant ipsius orationes. Ęgregiè verò nouit Aegyptiorum linguam, erat enim vir Aegiptius. Sed & in Græca non modicè clarus erat, omnibusque modis acutus. Et fuit sanè Christianus, verùm non permansit in politia Christi: impegit enim, & lapsus excidit. Nam hic, vt clarè dicam, veteri ac nouo Testamẽto discedens, & in ipsa expositiones faciens, docuit à seipso ã propria vanitate quod ipsi visum est, & quod ipsi in mentem venit. Vult enim etiam ipse carnem nõ resurgere penitus, sed animam solam. Spiritualem autem resurrectionem asserit, & quæcunque sunt ex diuinis Scripturis in mentem suam collecta, ita in seipso coaceruauit absurda figmenta, omnia mala machinatus ad hęresis suę confirmationem. Erat autem vir admirandus ob suam exercitationem in pietate, & qui animas persuadere posset, Multi enim pietatis exercitatores statim ab ipso seducti sunt.

Hæresis Hieracitarum.

Hierax.

Hierax acutus homo.

Origenes Arbitror autem, quòd de resurrectione mortuorum, quòd carnis resurrectionem, negauit, ab Origene occasionem accepit, aut ex sua ipsius mente hoc euomuit. Non admittit hic nuptias, & asserit has esse veteris Testamenti. Abraam enim & Isaac & Iacob, & Mosen & Aaron, & omnes sanctos, Esaiam itẽ ac Hieremiam similiter suscipit, & pro Prophetis habet. Et concessum esse ait in veteri Testamento, nup-

Nuptiæ reprobatę. tias contrahere, verùm à Christi aduentu non amplius nuptias admiti, neque posse ipsas possidere regnum cœlorum. Quid enim noui, inquit, vt faceret, venit Verbum? Aut quid noui vt prædicaret venit vnigenitus, & vt perpetraret? Si enim de timore Dei, hoc habebat lex. Si verò de nuptiis, prædicauerunt has Scripturæ. Si autem de inuidia & auaricia ac iniusticia, hæc omnia continet vetus Testamentum. At, vt vnum hoc solum perpetraret, venit: nempe vt prædicaret continentiam in mundo, & sibiipsi eligeret castitatem & continentiam, sine hoc verò non posse viuere. Occasiones autem & prætextus vndiquaque colligit: nempe quum dicit, Et sanctificationem vestram, sine qua nemo Deum videbit. Si verò quis dixerit ad ipsum, Quomodo Apostolus dixit, Venerandæ sunt nuptiæ, & lectus impollutus, scortatores autem & mœchos iudicabit Deus? tunc statim infert, dicens: At paululum progressus dicit, Innupta curat ea quæ Domini sunt, quomodo placeat Domino. Quæ verò nupta est curat ea quæ mundi sunt, quomodo placeat viro. Diuisa est vxor & virgo. Si igitur est diuisio, quomo-

Virginitatis laus. do potest vbi diuisio est, simul communicare? Et si Deo non placet, sed viro, quomodo potest à Deo acquirere hæreditatem? Propter scortationem, inquit, vnusquisque suam vxorem habeat: non laudãs nuptias post aduentum, sed compatiens, vt ne in ampliorem perniciem incidant. Sunt enim eunuchi, qui seipsos castrarunt propter regnum cœlorum, Et volo, inquit, omnes esse sicut meipsum. Et simile est regnum cœlorum decem virginibus, quinque fatuis, & quinque prudentibus. Prudentes virgines fatuæ virgines, attamen virgines, regno cœlorum assimilantur, & non dixit nuptæ. Multa verò huius modi sibiipsi coaceruat, quo videlicet nuptias reiiciat. Porrò pueros morientes ante cognitionem non suscipit, sed reiicit ipsos à destinata spe. Asserit enim, hos non fieri hæredes regni cœlorum, quandoquidem, inquit, non decertarunt. Si enim certauerit quis, non coronatur nisi legitimè certauerit. Si itaque & qui certat non coronatur, nisi legitimè certauerit, quanto magis hi, qui nondum ad certamen vocati sunt? Non credit idem paradisum esse sẽsibilem, quemadmodum sanè & Origenes, neque mortuorum, velut dixi, resurrectionem per carnem. Sed resurrectionem quidem mortuorum dicit, verum animarum resurrectionem, & spirituale quoddam fabulamentum asserit. Nemo autem cum ipsis con-

Melchisec Spiritꝰ sãctus habitus. uersationem habet, nisi fuerit virgo, aut solitariam vitam degens, aut continens, aut vidua. At verò de Patre & Filio ac sancto Spiritu non asserit secundum Origenis sententiam. Sed credit reuera Filium ex Patre genitum, & de Spiritu sancto, quòd sit ex Patre. Asseruit autem hic, velut suprà à me in Melchisedecianorum hæresi ostensum est, de Spiritu sancto, quòd ipse est Melchisedec, eo quòd (inquit) dictũ est, Intercedit ineffabilibꝰ suspiriis pronobis. Et quis est hic, quàm is qui manet sacerdos in ęternũ At sacerdos in æternũ est, eo quod intercedit. Hũ cauté spiritũ obuiã venisse ipsi Abraã illo tẽpore. Quã-doquidem enim similis est filio, ob id, inquit Apostolus, sine patre, sine matre, absque genealogia. Sine matre, inquit, quia non habet matrem in cœlo. Sine patre, inquit, quia in terra non habuit patrem. Verùm assimilatus filio Dei manet sacerdos in æternum. Et multa nugans de sancto Spiritu, magnum

Esaiæ Ascensorius liber. opus in tractatione de hoc impleuit. Vult autem perfectam ipsius confirmationem facere ex Ascensorio appellato ille dixit, nempe: Ostendit mihi angelus obambulans coram me, & ostendit mihi, ac dixit. Quis est ille ad dexteram Dei? & dixi. Tu nosti Domine. & ait: Hic est vnigenitus ille dilectus. Et quis est ille alter similis ipsi ex sinistris? & dixit, Tu cognoscis, hic est sanctus Spiritꝰ, qui loquitur in te, & in Prophetis. & erat, inquit, similis vnigenito. Ex hoc vult confirmare, id quod dictum est. Assimilatus filio Dei, manet sacerdos in æternum. Quanta igitur possit mens nostra etiam de hoc tractare ad confictam ipsius sententiam reuellendam? At verò hic senex mortuus est, scripsit autẽm Græcè & Aegyptiacè Expositiones opificii sex dierum, fabulis quibusdam confictis & fastuosis allegoriis. Id ꝙ & in aliis fecit, quæ à Scriptura composuit. Psalmos etiam multos recẽtes confinxit. Cæterùm multi ex ipsis vetis eius dogmatis sectatoribus, animatis non vescuntur. Ipse verò Hierax, siue Hieracas, reuera

Calligraphi. multam exercitationem habuit: verùm discipuli eius post ipsum, per simulationem. Ille equidem ab omnibus eduliis abstinebat, & à vino, sèque exercebat in studiis pietatis. Quidam de ipso tradũt, quod supra nonaginta annos vixerit, et vsque ad diem qua mortuus est pulchrè scripserit. Erat enim Caligraphus, hoc est, scriptor pulchos literarum characteres ducens in scribendis libris. Mansit enim oculus ipsius constans, et illæsus. Age verò consideremus etiam huius zizania, quali diuini verbi sententia cõnectamus ac dissipemus venenatum hoc reptile, ĩstar scorpii antè et retrò feriens, ex duobus Testamẽtis sibiipsi accumulans ea quæ spectant ad læsionem: non quemadmodum habent diuini sermones, sed sicut adulterina ipsius intelligentia, lucida tenebricosè intelligebat. Neque enim reprehendi meretur mel, neque amarum est, neque cibi ex Deo creati, meliores illi, verùm febrienti cuidam dat, amari in ore ipsius apparent: non vt sint dulcia amara facta, sed quòd gustus febrientis faciat amara ea quę ipsi exhibentur. Ita etiam omnis qui à veritate excidit, non à veritate deceptus est, sed veritatem falsis

Pueros saluos fieri. ratiocinationibus gustauit, ipsamque in amaritudinem transmutauit. Videamus autem de pueris quid dicamus, de his qui statim in Bethleem Iudææ occisi sũt propter Christum. Num regni cœlorum exortes sunt tales, aut participes; participes igitur sunt hi, quum sint irreprehensibiles, Si enim non sunt participes, ergò causa ipsis Dominus fuit: propter ipsum enim occisi sunt. Si verò occisi sunt propter ipsũ ita vt non peruenerint ad certandum, neque acceperint brauium, ergo ipsius aduentus magis in perniciem mundi contigit, quandoquidem causa fuit vt immaturi infantes è vitã discederent, supplicio affecti,

eti,& in regias minas callapsi,vt ne peruenirent ad certamen,quo præmia ferrent. Videamus autem &
A alias speculationes. Accerse mihi Solomon ẽ beatum illum ac sapientissimum,ad Hieracem hunc cõ-
" futandum. Adsis prophetarum beatissime,qui accepisti à Domino,effusionem cordis ac sapientiæ,ve
" lut arenam iuxta littus maris,quidnam de pueris sentis? & inquit,Senectus enim venerabilis est, non
" diuturna,neque annorum numero supputata. Verùm canicies est prudentia hominibus, & ætas sene-
" ctutis vita immaculata. Cum fuerit irreprehensibilis,à Deo dilectus est: & quùm vixerit inter pecca-
" tores,trãslatus est. Raptus est,ne malicia mutaret intellectum eius,aut dolus deciperet animam ipsius. *Inuidia*
" Inuidia enim maliciæ obscurat bona, & cogitatio concupiscentiæ transmutat mentem innocentem. *prohibet*
" Perfectus in breui expleuit tempora multa,vt dicat,Mortuus est iuuenis,impleuit tempora longa. Cõ *ne bona*
" placens enim erat Domino anima ipsius,propterea festinauit ex medio iniquitatis. Et ad Hieremiam *videam.*
dicit Dominus: Antequam ego formarem te in vtero,noui te: & antequam exires tu ex vtero,sancti
ficaui te. Videamus autem & ipsum Saluatorem,veridicum os illud,quod omnia cognoscit,Adsis Do
mine,auxilium fermenti nostræ,& redargue Hieracem,eiúsque petulantiam. Accesserunt ad ipsum
(inquit) pueri,vt imponeret ipsis manus,& benediceret,verùm discipuli repellebant ipsos & impe
diebant. Hic verò ad illos dicebat, Sinite pueros,& ne prohibete ipsos venire ad me: talium enim est
regnum cœlorum. Et,vt ne solum puerorum esse intelligeretur regnum cœlorum,& non omnis ætatis
ab ipsis quidem initium facit: his verò qui similes ipsorum sunt,largitus est vt cum ipsis habeant hæ-
reditatem. Si enim hi,qui secundum ipsos sunt,habent regnum,quanto magis illi,qui exemplaria sũt
eorum,qui secundum ipsos sunt. Et corruit fabulosus ipsius sermo. Omnium enim miseretur Domi-
B nus. Custodit enim pueros Dominus. Et pueri laudant Dominum. Et pueri prædicauerunt. Hosanna *Resurre-*
in excelsis. Benedictus qui venit in nomine Domini. Et,Ex ore infantium & lactentium perfeciſti lau *ctio car-*
dem. Et quot sunt huiusce modi? At de carnis resurrectione,quomodo non erit carnis resurrectio, ô *nis.*
vanè sapiens Hierax. Ipsum enim nomen loquutionis vim ostendit. Non enim eius,quod non cecidit
resurrectionem vocat. Quale autem est quod cecidit,quale quod sepultum est,quale quod dissolutum
est? Certè corpus,& non anima. Anima itaque non cadit,neque sepelitur,& quot possint de hoc dici?
Animæ enim resurrectio non vocatur,sed corpus est quod resurgit. Cætetùm de electione,per quam
venit Saluator,vt eligeret virginitatem,& continentiam ac castitatem,cui non est manifestum, quod
est electio etiam sanctæ catholicæ ac apostolicæ ecclesiæ gloriatio? Sed & eos qui venerandas nuptias
contraxerunt,elegit,vnumquemque enim in proprio ordine saluare solet. Quomodo enim non erunt *Nuptiæ*
venerabiles nuptiæ,& in Deo habentes regnum cœlorum quum vocatus sit Saluator ipse ad nuptias, *venerãdæ*
vt nuptias benediceret? Siquidem enim recusasset ad nuptias ingredi, profectò nuptiarum exolutor
fuisset,& qui non suscipit vnumquemque iuxta debilitatis ipsius veniam. Venerandæ igitur sunt nu-
tiæ,quoniam ipse illas decreuit. Quare accedit ad nuptias,vt obturet ora eorum qui loquuntur contra
veritatem. Isthic enim primum signum edidit IESVS in Cana Galilææ,aqua in vinum com-
mutata. Sicut enim exortus est à virgine,vt ostenderet lumẽ à virgine orbi terratum exortum: ita etiam
primum signum in nuptiis fecit in Cana Galilææ,quo virginitatem quidem honoraret per partum,&
luminis iactum per ipsam exortum: nuptias verò honoraret per diuina signa,quæ in nuptiis primum
fecit,aqua in numerum transmutata. Similiter autem si alienæ essent nuptiæ, quomodo gentium do-
C ctor præcipit,dum dicit,Iuniores viduas reiice: postquam enim lasciuierunt contra CHRISTVM
nubere volunt,habentes condemnationem,quòd primam fidem reiecerunt. Quid igitur dicit,quàm
nubant,liberos gignent,domum gubernent? Si igitur hæc admittit, quomodo apud te ô Hierax nu- *Melchise-*
ptiæ reiiciuntur post aduentum CHRISTI in carne? At verò de Melchisedec quòd asse- *dec n est*
ris,quòd ipse est spiritus. Itaque venit spiritus,& assumpsit carnem. Non igitur amplius vnigenitus so- *Spirit⁹ sã*
lus genitus est secundum carnem,sed etiam spiritus. Si verò genitus est spiritus secundum carnem, ec- *ctus.*
ce Maria est,quæ genuit Saluatorem,dicat Hierax,vbi est ea quæ genuit spiritum? & in eo quod dixit
Assimilatus filio Dei,manet sacerdos in æternum: non amplius de Spiritu sancto est sermo. Non enim
dixit,similis filio Dei,sed Assimilatus. At assimilatus posteriorem ductum habet. Si verò post tempus
Abrahę spiritus assimilatur Christo,ergo non erat aliquãdo,& propterea assimilatur filio Dei. Et quo
modo sine patre esse poterit? Si enim per se existẽs est spiritus,& nõ est propria essẽtia deitatis,meritò
sanè sine patre ostendi poterint. Nam reuera quidem vnigenitus filius est,& fratrem non habet,filius ve
rò Dei est. At etiamsi non dicimus Spiritum genitum, quoniam vnigenitus est filius, tamen
Spiritum ex patre procedentẽ,& de meo accipientem,dicit Christus. Qui itaque ex patre procedit,&
de meo accipit,sine patre esse non potest. si verò dixerit,sine matre in cœlo,& sine patre in terra, po- *Melchise-*
test hoc etiam de Saluatore dici. Quomodo ad finem Apostolus loquitur,dum ait: At is qui genealogiã *dec pater*
ex ipsis non habet,decimas accepit ab Abraham patriarcha. Nam vox,Ex ipsis,certitudinis indicium *& mater*
est. Qui enim ex filiis Israel genus non ducebat,ex aliis omnino gentibus genus habebat: verùm eó q̃ *ac genus.*
non scripti sunt ipsius pater ac mater,inde adeò alia pro aliis imaginãtur veritatis calumniatores. Nos
autem & matrem ipsius in traditionibus reperimus,itémque patrem. Erat enim hic ex generibus Sido
nis & Chananæorum. Corruit itaque fabulosus ipsius sermo,& vana est etiam ipsius vita ac conuersa-
D tio. Non enim in inanimatis exercerit cum parua fide,hoc vitæ & spei salutis est doctrina. Omnia enĩ,
inquit,ad gloriam Dei fiant. Sed de his etiam ipsum contentum esse arbitror. Contriuimus enim scor-
pij alas,& vires ipsius detraximus. Serpens enim alatus hic est,& scorpius alas habens secũdum mul-
tos modos,& volãs,& imitans quidem Ecclesiæ virginitatem: non habens autem puram conscientiam
De hoc enim & similibus eius impletur illud,Cauterio notatem habentium conscientiam,prohiben-

tium contrahere matrimonium, iubentium abstinere à cibis quos Deus fecit ad sumendum. Ea sanctificantur quidem per verbum & præsentiam Dei viuentis, quia omnia bona & iucunda, & nihil reiici meretur apud Deum. Subsannantur autem perfectissimè propter eas, quas habent singuli coinductas mulieres, de quibus gloriari solent se habere ipsas ad ministerium. Sed cum & huius, velut dixi, alas A
detraxerimus, & caput ligno vitæ contriuerimus, hoc est cruce Domini nostri IESV CHRISTI, ad sequentes procedamus, inuocantes ipsum Deum auxiliarium, ad reliquarum hæreseō cō futationem ac euersionem, quę ab ipsis frustrà in mundum sunt introductæ.

Meletii Aegyptii secta LXVIII.

secta Meletii 68.

MEletianorum contubernium quoddam in Aegyptiorum regione est, à Meletio quodam episcopo in Thebaide, catholicæ Ecclesiæ, ac rectæ fidei: non enim immutata est fides ipsius in aliquo tẽpore à sancta catholica Ecclesia. Hic Meletius contemporaneus prædicti Hieracis fuit, & deinceps successit: fuit item sancti Petri Alexandriæ episcopi contemporaneus. Et hi omnes tempore persequutionis fuerunt, quæ facta est tempore Diocletiani & Maximiani. At verò Meletij causa hoc modo se habet. Sectam fecit, non tamen à fide discessit. Hic in tempore persequutionis vnà cum Petro sãcto episcopo & martyre, & aliis martyribus captus est, ab his qui ad hoc à rege destinati erant, nempe à ducibus Alexandriæ & Aegypti eius temporis. Erat autẽ Cultianus præses Thebaidis, Alexandriæ verò Hierocles. Et Meletius quidem in carcere detentus erat vnà cum prædictis matyribus, ac Petro Alexandrrię archiepiscopo. Videbatur autem & Meletius præeminere inter episcopos Aegypti, vt qui secundum B
locum habebat post Petrum in archiepiscopatu, velut adiuuandi eius gratia, sub ipso existens, & sub ipso ecclesiastica curans. Hic enim mos obtinet, vt Alexandriæ episcopus totius Aegypti ac Thebaidis,

Falsa Meletii appetito.

Mareotæ que ac Libyæ, Ammonia cæque ac Maræotidis ac Pentapolis, ecclesiasticam habeat administrationem. Postquã igitur capti hi omnes martyrij gratia in carcere degebant, & multo tempore conclusi mansissent, alij verò ante ipsos traditi martyrii testimonium subijssent, & honorem præmij accepissent ac obdormiuissent, hi verò, velut principes ac maiores, in posterum seruarentur, quum aliqui quidem martyrium subijssent, alij verò à martyrio excidissent, & nefarium idolorum cultum feciissent & coacti etiam sacrificassent, qui sanè lapsi sunt, sacrificarúntque ac transcenderunt, accesserunt ad cõfessores ac martyres, quo misericordiam assequerentur per pœnitentiam, partim milites, partim clerici diuersæ sortis, partim presbyteri & diaconi, atque alii, commotio facta est inter martyres, & tumultus

Pœnitẽtiæ ratio.

non vulgaris: quum alii dicerent, semel lapsos, & qui abnegassent, & in fortitudine non permansissẽt neque decertassent, non oportere dignos fieri pœnitentia, vt ne etiam hi, qui adhuc restarent, minus curarent increpationem ac pœnam, propter talem veniam citius ipsis datam, atque sic præuaricarentur, & ad abnegationem Dei ac nefariam Græcismi operationem deuenirent. Et erat sanè rationi consentaneum hoc, quod ab ipsis confessoribus dicebatur. Erant autem hi, qui hoc dicebant, Meletius & Peleus, & quidam alii plures martyres ac confessores vnà cum ipsis. Zelum itaque pro Deo ostendentes, videlicet hæc dicebant. Pronunciabant autem, finita persequutione post multum tempus dandum esse prædictis pœnitentiæ locum, in tempore factæ pacis, si reuera pœnitentiam agant, & pœnitentiæ suæ fructũ ostendant: non tamẽ vt vnusquisque exciperetur in propriam sortem, sed post temporis spaciũ colligeretur in Ecclesiam, & in communitatem, & in contubernium, at non in sortes. Et erat hoc ex C
veritatis amore profectum, & zeli plenũ. At verò sãctissimꝰ Petrꝰ, misericordia præditus, & velut pater omnium existens, rogabat, ac supplicabat, dicens: Suscipiamus ipsos pœnitentes, & ordinemus ipsis pœnitentiam, vt assideant Ecclesiæ, & ne auersemur ipsos, neque sortem, velut fama ad nos perlata habet, ne fortè qui semel ad confusionem præ imbecillitate ac infirmitate à diabolo concussi ac conquassati sunt, etiam propter temporis moram perfectè subuertantur, & non sanentur, velut scriptum est, Nõ debere claudum subuerti, sed potius curari. Et erat quidem Petri oratio, pro misericordia ac humanitate: verùm Meletii, & eorum qui ipsi adhærebant, pro veritate & zelo. Hinc propter faciem argumẽti, quod ab vtrisque pium videbatur, facta est secta: his quidem hoc afferentibus, illis verò illud alterũ.

secta quo modo facta sit.

Quando enim videret Petrus archiepiscopus, quòd Meletius cum suis zelo diuino nimium ducti, resisterent consilio humanitatis ipsius, ipse Petrus velum erexit, in medio carcere pallio expasso, hoc est lodice, & prœconiũ fecit. Qui mecum sentiũt, inquit, accedant ad me: & qui Meletii sentẽtiæ adhærent, ad Meletium transeant. Et distributa est multitudo ad Meletium, episcoporum ac monachorum presbyterorum atque aliorum ordinum. Pauci verò omnino ad Petrum diuerterunt archiepiscopum, episcopi, & alii pauci. Et de cætero hi priuatim preces faciebant, & illi priuatim item. Sed & alia sacrificia similiter singuli seorsim perficiebant. Contigit autem Petrum martyrium subire, & decessit beatus ille successore relicto Alexandro in Alexandria: hic enim successit in throno post prædictum Petrum. Meletius autem & alij multi in exilium relegati sunt, exterminati in Phœnesia metalla, & tunc de cętero, qui sequebantur, confessores cum Meletio erant. Et ipse Meletius in carcere in professione per singulas regiones ac singulos locos transiens, constituebat clericos, episcopósque, ac presbyteros & diaconos, & ædificabat proprias Ecclesias: & neque hi cum illis communicabant, neque illi cum his. Inscribebant autem singuli in propria Ecclesia, qui quidem Petro successerunt, veteres habentes Ecclesias. D

Ecclesia catholica

Ecclesia Catholica: qui verò Meletio adhærebant.

Ecclesia martyrũ.

Ecclesia martyrum. Vnde & in Eleutheropoli, & in Gaza, atque Aelia, quũ accessissẽt idem Meletius, multos sic elegit. Et contigit vt ipse multum tẽporis tereret in prædictis metallis. At interim liberantur à metallis confessores, tum qui Petri partium erant:

erant: multi enim adhuc supererant tum Meletii sectatores: neque enim in metallis inter se communitatem habebant, aut simul preces fundebant. Cõtigit autem, Meletium adhuc ad tempus in mundo vitam agere, vt etiam floruerit cum Alexandro Petri successore, & in amicitia eius esset, curarétque res Ecclesiæ ac fidei. Dixit enim sæpe, Nihil habui diuersum, aut alteratum. Hic Meletius in Alexandria existens, & ad tempus illic degens, propriam habens communionem cum suis, Arrium deprehendit, & ad Alexandrum detulit, quòd deprehendisset Arium in ipsius narrationibus extra propositum fidei transgressum. Erat enim hic in Baucalide Ecclesia sic appellata in Alexandria presbyter. In singulos
A enim dies presbyter est destinatus. nam multæ ecclesiæ erant, nunc autem sunt plures, & ipsi Ecclesia tradita erat, etiamsi alius cum ipso esset. Qua verò de causa hoc fiebat suo loco dicemus exactè, quãdo hoc opus fuerit. Postquam igitur deprehendit Arrium Alexander, conuocatis illico episcopis ac synodo, quærebat de fide, & exigebat ab Ario de concepta in ipso falsæ opinionis pernicie responsionem. Arius verò non negauit, sed cum perfricta fronte, velut res habebat, ita respondit. Et expellit ipsum Alexander ex Ecclesia, expelliturque cum ipso magna multitudo, quia ab ipso polluti erant, tum in vir ginitate degentium, tum aliorum clericorum. Arrius autem fugitiuus ad Palæstinam iter arripit. Quũ autem ad Nicomediam peruenisset, illincque epistolas ad Alexandrum scripsisset, non discessit ab insana falsæ opinionis suæ sententia. Verùm pauco interposito tempore idem Alexander sanctus Alexandriæ episcopus rei Christianæ curam gerens, & beatum Constantinum commouit, & synodum in vrbe Nicæa conuocauit, & reprobata est Arii hæresis, post ipsius mortem. Primùm enim negabat coram facie beati regis Cõstantini, & per iuramenta simulabat ex ironia orthodoxæ fidei verba. Cum autẽ dixisset rex ad ipsum, Siquidem iustè iuras, fidem reperiat tuum iusiurandum, & insons eas: si verò doloſe ac fraudulenter, is contra quem iurasti, de te vltionem sumat. Id quod non longè postea ipsi contigit, velut postea dicemus. Itaque hic Arrius conspirans cum Eusebio Nicomediæ episcopo eadem sentiente, delatus est ad eundem regem, velut qui negasset, & hæresim suam reprobasset. Vnde iubet, & cõmittit Eusebio, vt eundem simul adducat ad Constantinopolim, tempore Alexandi episcopi Constan
B tinopolis, & idem nomen habẽtis cum Alexandriæ episcopo. Iam verò beatus Alexander in Alexandria post obitum Meletii prædicti confessoris, zelo contra sectam ac diffidium Ecclesiæ assumpto, vndique priuatim inter communitatem habentes, & à Meletio relictos, turbare videbatur, continereque ac cogere, vt ne ab vna Ecclesia dissentirent. Illi verò non volentes turbas mouebant, ac tumultus excitabant, Et cum sic premerentur ac continerentur à beato Alexandro, aggrediuntur quidam ex ipsis principes ac primas ferentes, tum in pietate, tum in vita, & proficiscuntur in cõmitatum colloquii gratia, quo assequantur, vt & offerant, & communionem habeant priuatim, & non impediantur. Erat autem Paphnutius quidam, magnus vir Anachoreta, & ipse filius fœminæ, quæ confessionem fecerat, imo etiam ipse aliquo modo confessionem, attigerat & Iohannes episcopus ipsorum, vir & ipse venerandissimus, & Callinicus in Peluſio episcopus, & alii quidam, qui hoc fecerunt, qui sanè profecti ac delati ad regem repellebantur ac reiiciebantur. Qui enim in palatio erant, audito Meletianorum nomine, & ignorantes quidnam esset tale, non permittebant ipsis colloqui regi. Et in hoc contigit, vt Paphnutius, & Iohannes, ac reliqui multum tempus terent in partibus Constantinopolis ac Nicomediæ. Tunc verò in amicitiam veniunt cum Eusebio Nicomediæ episcopo, & causam suam ad ipsum deferunt. Nouerant enim ipsi dicendi libertatem apud regem Constantinum habere, rogantque ipsum vt regi per ipsum noti fiant. Hic verò postquam promi-
C sisset se ad regem delaturum esse ipsos, & negocium quod petierant curaturum, petit vicissim ab ipsis hanc petitionem, vt suscipiant Arrium secum in societatem, nimirum qui simulatè & per ironiam pœnitẽtiã egerat. Hic verò pollicentur se suscepturos esse ipsã. Atque hinc defert ipsos ad regem Eusebius, & causam ipsorum regi exponit, & conceditur Meletianis, vt ex eo tempore per se communitatẽ habeant, & à nullis impediantur. Atque vtinam iidẽ Meletiani, qui summam iusticiã veritatis demõstrabant, cum lapsis post actam pœnitentiam communionem habuissent potius, quàm cum Ario & sectatoribus ipsius. Contigit enim ipsis hoc iuxta prouerbium, Fugientes fumum in ignem inciderunt. Neque enim Arrius potuisset habere statum & dicẽdi libertatem, nisi per huiusmodi occasionem: quę mala coniunctio contigit ipsis vsque in hunc diem. Permixti enim sunt hi, qui quondam purè degebant, & summè iusti erant, ac fide Meletiani, cum Arii discipulis, & plerique iam inquinati sunt mala Arii fide emoti in his temporibus. Quidam verò etiamsi manserint in vera fide, non tamen alieni sũt à cœnosis sordibus, propter societatem cum Ario & arrianis. Cæterùm à prædicta occasione habuit cõ
D iunctio Meletii & Arrianorum originem. Verùm modico tempore interiecto, velut promisi me relaturum esse, hic rem ipsam recensebo. Cum cogeretur Alexander Constantinopolis episcopus in communitatem suscipere Arrium, & ipse oraret ac suspiraret, & flecteret genua, circa horam nonam in sabbato in altari, Eusebius autem diceret, Nisi volueris hunc ipsum vltrò in societatem communem suscipere, te inuito crastina die mecum ingredietur, Dominica autem iam insequebatur. Sicut autem dixi, cum orasset Alexander, ac rogasset Dominum, vt aut ipsum auferret, ne vnà cum Arrio, qui contra Dominum maledicta effudisset, coinquinaretur, aut miraculum faceret, velut in generatione ac generatione facere solet, non ita lõgè postea votum sancti implebatur. Nam noctu Arrius ad sellam progressus necessarii oneris deponendi gratia, crepuit, quemadmodum & Iudas quondam. Atque sic finem adeptus est in loco immundo ac graueolenti. Post hoc autem tempus consuebantur ab ipsius discipulis, quæ ad Ecclesiæ destructionem pertinent. Mortuus est autem Alexander, Alexandriæ episcopus, post synodum in Nicæa. Non aderat autem Athanasius post Alexandri mortem, erat enim diaconus illo tempo-

Arrii impudentia.

Paphnutius Anachoreta.

insinuationes ad regem pro impiis.

Prouerbium.

Arrii mors velut Iudę.

Athanasius.

re ſub Alexandro,& demiſſus fuit ab ipſo in comitatum. Quum autem Alexander præcepiſſet, nullum præficiendum eſſe niſi Athanaſiũ, velut ipſe,& qui de regula erant, ac tota Eccleſia confitebantur, qui Meletium Aegypti epiſcopum ſequebantur, arrepta occaſione, epiſcopo Alexandriæ non præſente, nunquam enim Alexandria duos epiſcopos habuit, velut aliæ vrbes, conſtituunt pro Alexandro Theo A
nam quendam nomine, qui menſibus tribus peractis mortuus eſt. Et non longè poſtea acceſsit Athana
Ingenis Athanaſii tollerãta ſius poſt Theonæ obitum, & vndiquaque congregatus eſt Orthodoxorum conuentus,& ſic ipſius con
ſtitutio facta eſt,& traditus eſt ipſi thronus digno,& cui præparatus erat iuxta Dei voluntatem,& iux
ta beati Alexãdri teſtimoniũ ac præceptũ. Hîc incipit. Athanaſi⁹ diſcruciari, ac triſtari propter Eccleſiæ
diuiſionem. Perſuadebat, adhortabatur,& non admittebant: cogebat,& cogebatur. At ſæpe viſitans
accedebat propinquas eccleſias, maximè circa Mareoten, & quandoque Meletianis communitatem
habentibus contigit, vt ex multitudine diaconus quidam poſt Athanaſium, cum quibuſdam ex populo
ingrederetur, ac frangeret candelabrum, & pugna oriretur, velut fama refert. Hinc ſanè conſpiratio
contra Athanaſium exorta eſt, Meletianis accuſantibus ac calumniantibus ipſum, aliáque pro aliis
proferentibus, Arrianis verò ſimul ſe inſtruentibus,& ſeipſos offerentibus, propter inuidiam ad-
uerſus ſanctam Dei eccleſiam ac rectam fidem, & deferunt rem ad regem Conſtantinum. Eu-
Pæpæ etiã epiſcopi appellati. ſebius autem prædictus Nicomediæ epiſcopus erat totius ipſorum collectionis adminiſtrator, ac con-
cinnator detrimenti in Eccleſia,& aduerſus papam Athanaſium. Accuſatores igitur acceſſerunt regẽ,
& vas quoddam myſteriorum proferebant, quod quidam candelabrum velut dixi, appellãt
aliáque quædam accuſabant, aſſerentes presbyterum quendam Mareotæ Arſenium percuſſum eſſe, B
huius autem manum gladio ab Athanaſii populis, aut ipſo Athanaſio præciſam eſſe, proferebant enim
etiam ipſam manum in comitatu,& oſtendebant, quam in loculo aſſeruabant. Hæc cum rex audiuiſſet
indignatione quidem concitabatur. Habebat enĩ zelum diuinum beatus ille, non tamen nouit quòd
ſycophantæ eſſent, propter æmulationem, velut dixi, Arrianorum contra orthodoxam fidem. Iubet au
tem conuocari ſynodum in Phœnice in vrbe Tyro, Et iuſsit iudicare cauſam hanc. Euſebium Cæſareæ
epiſcopum,& alios quoſdam: erant autem hi quodammodo magis inclinati ad Arrianorum vanita-
tem. Et vocati ſunt epiſcopi Aegypti catholicæ,& ſub Athanaſio principes quidam viri ac maiores,&
in Deo illuſtrem vitam habentes. Inter quos erat beatus Potamon, magnus ille Heracleæ epiſcopus ac
Potamonis libera lingua. confeſſor, ſed & ex Meletianorum partibus, hi qui Athanaſium accuſabant. Quum autem zelotes eſſet
pro veritate ac recta fide prædictus beatus Potamon, liberum habens os, & qui nunquam perſonam
alicuius ſuſcepit: oculò enim in perſecutione propter veritatem orbatus erat, cum vidiſſet Euſebium
ſedentem ac iudicantem & Athanaſium ſtantem, ſuperatus triſticia, & lacrymans ob ea quæ apud
veritatis profeſſores fiunt, inuectus eſt voce magna contra Euſebium, ac dixit, Tu ſedes Euſebi,& Atha
naſius innocens exiſtens à te iudicatur, quis tulerit talia? Dic verò mihi tu, Nónne mecum fuiſti in
carcere, tempore perſecutionis? Et ego quidem oculum amiſi pro veritate, tu verò nihil mutilatum in
corpore habere videris, neque teſtimonium per confeſsionem præbuiſti, ſed ſtetiſti viuens, nulla parte
detruncata. Quomodo diſceſsiſti à carcere, niſi quòd promiſiſti his, qui neceſsitatem perſecutionis no
bis intulerunt, id quod nefarium eſt te facturum eſſe, aut ſanè feciſti. Hæc vbi audiſſet Euſebius, indig-
natione quidem commouebatur,& ſurrexit ac diſſoluit iudicium, dicens: Si huc veniſtis,& contra nos C
talia dicitis, profectò vera dicunt accuſatores veſtri. Si enim hic tyrannidem exercetis, multo magis in
patria veſtra hoc facitis. Deinde verò Euſebius, & qui cum ipſo erant, periculum faciunt, ac mit-
Pannoniæ epiſcopi. tunt duos quoſdam Pannoniæ epiſcopos Arriani dogmatis ſtudioſos, Vrſacium & Valentem, tum in
Alexandriã, tum in Mareotem, vbi prædicta facta eſſe dicebant, nẽpe vaſis fracturam & alia pugnæ ne
gocia. Hiverò eò profecti, non illa retulerunt, quæ vera erant, ſed alia pro aliis ſubiicientes mentiti ſunt
& beato papæ Athanaſio calumnias ſtruxerunt, atque illi vt vera confingentes, ac in literas referentes,
ad ſynodum detulerunt, in qua Euſebius & alii erant, velut poſtea ipſi indicarunt pœnitentiam agen-
Romani epiſcopi authoritas. tes Vrſacius ac Valens, vnà cum libellis profecti ad beatum Iulium Romanum epiſcopum, pro ratione
reddenda de ſuo errore ac delicto, quòd calumnias ſtruxiſſent papæ Athanaſio. At ſuſcipe, inquiũt nos
in communitatẽ, ac ad pœnitentiam. Sed & ad ipſum. Athanaſium iidem conſcriptis confirmationib⁹
vſi ſunt propter pœnitentiam. Quum autem videret papa Athanaſius, qui erat in Tyro, grauem tũc vn
diquaque imminentem machinationẽ, priuſquã veniret ad iudicium, aut in conſpectum prodiret ca-
lumniatorum ſibi aduerſãtium, noctu digreſſus venit ad Conſtantinum in comitatum, ac refert illi ac
exponit cauſam. Ille verò adhuc triſticia repletus, et animo verſans nùm vera diceret qui accuſauerãt,
et mentiretur qui ſe excuſaret, adhuc indignabatur. Ipſo autem indignãte, Papa Athanaſius grauem ſer
monem aduerſus Regem protulit, nempe, Iudicabit Dominus inter me, et te quoniam etiam tu conſen
tis calumniatoribus modeſtiæ noſtræ. Hinc contigit ipſum in exilium mitti, & ſimul ex ſcriptis ad
regem ex ſynodo, abſente enim ipſo Athanaſio, depoſitionem ipſius faciunt,& ob id quod rex exacer-
Athanaſius exulat in Italia. batus aduerſus ipſum triſtabatur. Et manet in partibus Italiæ annos plures, quà duodecim aut quatuor
decim. Multa verò poſtea peregrebuit fama, quod Arſenius, qui quondam inter mortuos à calum
niatoribus relatus erat,& cui manum præciſam fuiſſe dictum erat, inuentus eſſet in partibus Arabiæ,
& quòd annunciaſſet Arſenius omnino ſeipſum papæ Athanaſio in exilio degenti. Et quum D
Athanaſius papa latenter ipſum accerſiuiſſet, velut fama ad nos perlata refert, & ipſe Arſe-
nius ad beatum Athanaſium veniſſet, ſimulque ad Conſtantem ac Conſtantium Conſtan-
tini filios peruenisſent, Athanaſius quidem Arſenium oſtendit viuentem, ac duas manus habentem.

Et

Et de cætero accusatores non solum calumniæ autores reperti sunt, sed etiam sepulcrorum violatores, propter manum aliquando ab ipsis circumlatam. Hinc totum negocium ridiculum erat, & admiratio talis ac tantæ fabulæ ac desperationis. Quid enim quis dixerit de accusatoribus & accusato, & de aliis omnibus, quibus singulis recensendis multum tempus insumpsere. Mortuo autem Constantino, cum Papa Athanasius in multa dicendi libertate, dignationéque ac gratia Romæ & per totam Italiam esset, & apud ipsum regem, eiúsque filios Constantem ac Constantium, demittitur à duobus regibus post Magni Constantini obitum, dum Constantius esset in Antiochia, atque hoc approbaret. Et nouimus A sanè proprias literas à tribus regibus scriptas Alexandrinis, & ipsi papæ Athanasio. Et sedet rursus in thronum post successorem suum Gregorium ab Arrianis missum, quum in exilio Athanasius esset. Rursus autem insidiæ ipsi constructæ sunt apud Constantium à Srephano, & expulsus est. Et postea rursus insidiæ ipsi structæ sunt à Leontio Apocopo & sodalibus ipsius. Vnde contigit ipsum eiici, & rursus inferri. Georgius enim à Constantio mittitur, & cedit Athanasius occultatus per tempus quoddam, donec Georgius sublatus est, quo tempore regnauit Iulianus, & ad Græcismum conuersus est post obitum Constantii. Cum enim Alexandrini ira perciti essent aduersus Georgium, ipsum occiderunt ac exusserunt, cineréque eius in ventos disperserunt. Mortuo verò Iuliano in Persida, & succedente in regno Iouiniano illo beato, hic sanè cum multo honore & literis fide dignis, ad episcopum Athanasium scripsit, ipsúmque accersiuit, & amplexus est ipsum, ac demisit ad proprium thronum, ita vt rursus receperit sancta Ecclesia episcopum, & ad modicum tempus consolationem inuenerit. Mortuo Iouiniano beatus Athanasius rursus in iisdem persequutionibus, famáque ac turbis fuit, non tamen ab Ecclesia & throno emotus est. Quum autem Alexandrini pro ipso legationem mitterent, & tota vrbs cuperet ipsum post Lucium, qui etiam nunc Arrianus est, constitui in externitate, fortassis autem in Antiochia, & sæpè hic rogasset regem Valentem, vt mitteretur ad Alexandriæ thronum: rex verò ipsum expellere non vellet, propter populorum turbam, tandem cum mortuus esset papa Athanasius, missus est Lucius, qui multa mala intulit Ecclesiæ, ciuitati, populis, episcopis, clericis, qui sub Athanasio fuerant, ac ipsi in singulis Ecclesiis successerant, & Petro, qui post Athanasium constitutus erat successor ipsius in Alexandria. Hæc vsque in hunc diem acta sunt, aliis episcopis presbyterísque ac diaconis in exilium pulsis, aliis verò capitale supplicium passis in Alexandria, aliis cum bestiis in pugnam commissis, his verò qui virginitatem exercent occisis, & multis aliis interemptis. In his hucusque agitatur ecclesia Dei, ex prædicta causa Meletianorum & Arianorum, qui per tales mores seditionem habuerant, & quòd ipsorum falsæ opinionis congregatio præualeret, Arianorum, inquam. Cæterùm in confutatione Arii exactè de omnibus tractabimus. Transgrediar porrò & hoc argumentum, & ad ipsam Arianorum hæresim accedam, Deum auxiliarium inuocans, dum cum horrendo hoc ac multiplici reptili pugnam committere tento.

Athanasii in dicēdo ex occasione libertas.

Iulianus apostata. Georgius Alexādrinus occisus.

B

Contra Arriomanitas, hæresim LXIX.

HAec Meletii & sancti Petri Alexandriæ episcopi tempora, deinceps insequitur Arrius, & qui ab ipso appellati sunt Arriani, qui temporibus sancti Alexandri episcopi & successoris Petri floruit, qui Alexander ipsum Arrium per multam commotionem ac magnas synodos subuertit. Emouit enim ipsum, & eiecit ex Ecclesia & ciuitate, velut magnum malum in vitam productum. Tradunt autem ipsum Libyn genere, verùm in Alexandria presbyterum fuisse, qui præfectus erat ecclesiæ Baucalidis appellatæ. Quotquot enim ecclesiæ in Alexandria catholicæ ecclesiæ sunt, sub vno archiepiscopo sunt, priuatímque ad has destinati sunt presbyteri, propter ecclesiasticas necessitates, ita vt habitatores vicini sint vniuscuiusque Ecclesiæ, vicíque ac biuia, quæ Labra vernacula lingua eorum qui Alexandriam vrbem habitant, appellantur. Fuit autem hic Arrius temporibus Constantini Magni ac beati regis, C filii Constantii senis, qui fuit filius Valeriani regis, qui etiam ipsi cum Diocletiano & Maximiano ac aliis regnauerunt. Omnes autem nouerunt Constantinum patrem Constantii & Constantis admirandum fuisse in Christianismo, & fide patrum apostolica ac prophetica in Ecclesiis, vsque ad ipsum Arrium non adulterata. Contingit autem vt hic multitudinem discinderet. Hunc enim Arrium presbyterum prædicti Alexandri ingressus est spiritus Satan, & commouit ipsum (velut scriptum est) vt contra Ecclesiam pluuerem excitaret, & ex seipso ignem accenderet non vulgarem: qui occupauit omnem ferè Romaniam, maximè Orientis partes, vt vsque in hunc diem ipsius hæresis veram fidem ac Ecclesiam impugnare non cessauerit. At verò illo tempore videbatur Arrius presbyter esse, & fuerunt multi eius in presbyterio consortes in singulis Ecclesiis. Sunt itaque plures numero in Alexandria, cum ea quæ nunc extructa est Cæsaria appellata, quæ prius Adrianum fuit, & postea Licinianum gymnasium siue regia. Postea verò temporibus Constantii visum est ipsam ædificare ecclesiam, Gregorio Meletiano & Arriano auspicante, absoluente autem Athanasio beato, & rectæ fidei patre. Imò etiam rursus ab eodem beato Athanasio restituta est eadem ecclesia, quum combusta esset tempore Iuliani. Sunt autem aliæ plures, velut dixi: ecclesia Dionysii appellata, & Theonæ, & Pierii, & Serapionis, & Dizyæ, & Mendidii, & Anniani, & Baucalidis, & Abiæ. At in vna harum Colluthus quidem erat, in altera Carpones, in alia Sarmatas. Et Arrius prædictus vnam ex relatis ecclesiis tenebat. D Clarum est autem, quòd vnusquisque horum secundum consuetam communionem populum ipsi concreditum in narrationibus docens, litem quandam populo immittebant, & alii inclinati erant ad Arrium, alii ad Colluthum, alii ad Carponem, alii ad Sarmatam. Sicut igitur quisque exponebat in

Arrioma nitarum hæresis. 69. Arrius Libs gene re. Vixit tem poribus Cōstātini

Romania.

Ecclesiæ in Alexādria.

propria eccleſia, alius aliud quid, & alius aliud, appellationis ac laudis ex illis gratia, alii Colluthianos ſeipſos nominauerunt, alii Arianos. Nam & Colluthus quædam peruerſa docebat, ſed non durauit huius hæreſis, ſed ſtatim diſperſa eſt. Quo modo vtinam & furioſa Arrii fides, imò potius incredulitas, aut adhuc magis mala fides petiiſſet. Elatione enim elatus ſenex à propoſito excidit. Erat autem ſtatura

Arii habitus. valde longus, ſubtriſti ſpecie, figuratus velut doloſus ſerpens, qui decipere poſſet omne innocens cor, A per verſutum ſuum prætextum. Dimidium enim pallium hic ſemper indutus & ſtolam, dulcis erat in colloquio, perſuadens ſemper animas ac blandiens. Quapropter valde citò ſeptingentas virginitatem profeſſas in vnum contraxit, & fama eſt ipſum etiam presbyteros ſeptem & diaconos duodecim abſtraxiſſe. Et venenum ipſius ſtatim vſque ad Epiſcopos peruenit. Secundum enim, Pentapolis Epiſcopum, & alios perſuaſit, vt ſimul cum ipſo abducerentur. Fiebant autem hæc in Eccleſia, ignorante beato Alexandro Epiſcopo, donec Meletius Ægypti etiam ipſe Archiepiſcopus ex Thebaide, de quo iam à me dictum eſt, reuelaret. Nondum enim res Meletii ad inimicitiam deuenerat. Zelo itaque perductus

Suſpitio de hæreſi. Meletius; nihil enim alteratus erat in fide, quàm ſolo prætextu vltroneæ iuſticiæ, id quod etiam ipſe horrendum in vitam perduxit, velut iam de ipſo diximus, detulit itaque ad aures archiepiſcopi Alexandri, archiepiſcopus Meletius in Ægypto, verùm ſubditus Alexandro. Contemporaneus autem hic Meletius fuit Petri beati Epiſcopi ac martyris, ſicut dixi. Vbi igitur ſignificaſſet de Ario omnia, quomodo diſceſſiſſet à veritate, & quòd multos polluiſſet ac perdidiſſet, corruptis his à recta fide, qui ipſi credidiſſent, tunc Epiſcopus accerſitum Arium interrogabat de perlatis ad ſe, an hæc ita haberent. Ille verò neque hæſitauit, neque timuit, ſed ab exordio perfricta fronte omnem ſuam malam opinionem euomuit, velut epiſtolæ ipſius indicant, & examinatio contra ipſum tunc facta. Conuocat itaque Alexander presbyteros, & alios quoſdam epiſcopos præſentes, & examinationem huius facit, ac interroga-

Detecta hæreſis. tionem. Vbi verò non perſuaſus eſt à veritate, expellit ipſum ex eccleſia, & ipſum per vrbem diffamat. B Cum ipſo autem diſtractæ ſunt prædictæ virgines, & clerici prædicti, & alia multa turba. Cum autem verſaretur Arius multo tempore in vrbe, ſtatim moritur confeſſor Meletius, itémque teſtis ac martyr. Itaque Atius ſeditiones faciens, & ſingulos decipiens, multos perdidit. Poſtea verò vbi deprehenſus eſt, & ad confutationem venit in vrbe, ac diffamatus eſt, ab Alexandria aufugit, &

Epiſtolæ Encyclicæ Alexãdri. ad Palæſtinam iter arripit, quò cum perueniſſet, ſingulos epiſcopos adiit cum blandiciis ac adulatione, vt ſibi multos faceret cooperatores: & ſuſcipiunt quidem ipſum aliqui, alii verò repulerunt. Poſtea verò ad aures epiſcopi Alexandri deuenit, & ſcribit epiſtolas Encyclicas, hoc eſt orbiculares, ſiue per circuitum, quæ ſanè apud ſtudioſos adhuc ſeruantur, numero ſeptuaginta, ad ſingulos epiſcopos, ad Euſebium ſtatim in Cæſarea, ſupererat enim, & ad Macarium Hieroſolymorum, Aeſculapium in Gaza, Longinum in Aſcalone, Macrinum in Iamnia, & ad alios, & in Phœnice ad Zenonem quendam antiquum, & in Tyro, ſimúlque in Caua Syria. Cum igitur miſſæ eſſent epiſtolæ, reprehendentes eos qui ipſum ſuſcepiſſent, vnuſquiſque reſcripſit beato Alexandro, ſéque purgauit. Et alii quidem per ironiam ſcripſerunt, alii in veritate, partim dicentes ſe illum non excepiſſe, partim per ignorantiam ſuſcepiſſe. Alii verò reſponderunt, ſe per ſuſceptionem ſtuduiſſe, vt ipſum lucrifacerent. Et varia fuerunt de his argumenta. Poſtea verò vbi cognouit Arius, quòd epiſtolæ allatæ eſſent epiſcopis vndiquaque, & de cætero vndique expelleretur, & non amplius quiſpiam ipſum ſuſcipiebat, quàm ipſius cooperatores. Euſebius enim antiquus ſenex Nicomedienſis totus ipſius erat, qui cum Luciano in Nicomedia conuixerat, ſed & Leontius Apocopus in Antiochia nondum epiſcopatum ſi- C bi commiſſum habens, & alii quidam. Quandoquidem igitur ex eadem veneni fraternitate hi omnes erant, ſuſcipit ipſum Euſebius multo tempore. Vnde ſanè epiſtolas nugis refertas, complectentes omnem ipſius malæ opinionis fidem, idem Arius ſcripſit ad Euſebium in Nicomedia, quum nondum veniſſet ad ipſum in Nicomediam, nihil amplius quàm eadem quæ ſentiebat, in ipſis tractans. Ex quibus vnam ad manus noſtras perlatam, neceſſarium duxi hic apponere, quo videant legentes, quòd nihil contra quenquam per calumniam diximus, aut referimus, & eſt hæc. Epiſtola Arii.

Arii epiſtolæ. Domino dilectiſſimo, homini Dei, fideli, orthodoxo Euſebio, Arrius fugatus ab Alexandro papa iniuſtè, propter veritatem omnia vincentem, cuius & tu protector es, in Domino gaudium. Patre meo Ammonio in Nicomediam proficiſcente, operæprecium duxi, & quod debetur tibi, vt te per ipſum alloquerer, ſimúlque commonefacerem inſitam tibi dilectionem ac affectionem, quam ad fratres habes propter Deum ac Chriſtum eius. Nam maximè nos infeſtat ac perſequitur, & omne malum contra nos mouet epiſcopus, vt fugarit nos ex vrbe velut homines impios, quoniam non conſentimus ipſi publicè dicenti, ſemper Deus, ſemper filius, ſimul pater, ſimul filius, coexiſtit filius ingenito cum Deo, ſemper genitus, ingenito genitus, neque cogitatione, neque momento quodam præeminet Deus filio, ſemper Deus, ſemper filius, ex ipſo Deo filius. Et quandoquidem Euſebius frater tuus in Cæſarea, & Theodoſius ac Paulinus, & Athanaſius, & Gregorius & Aetius, & omnes in Oriente dicunt, quòd præexiſtit Deus filio ſine principio, anathema facti ſunt & excommunicati, excepto Philogonio & Hellanico & Macario, hominibus hæreticis in fidei doctrina non inſtru- D ctis, qui filium dicunt, partim ructum, partim emiſſionem ingenitam. Et hos impios neque audire poſſumus, etiamſi infinitas mortes nobis hæretici minentur, Nos autem quid dicimus ac ſentimus, & docuimus ac docemus? Quòd Filius nõ eſt ingenitus, neque pars ingeniti, iuxta vllum aliquem modum, imò neque ex ſubiecto quodam, ſed quòd voluntate & conſilio ſubſtitit ante tempora & ante ſecula, plenus Deus vnigenitus, inalterabilis, & priuſquam genitus eſt aut creatus, aut decretus, aut fundatus, non erat, ingenitus enim non erat. Perſequutionem autem patimur, quòd diximus

Principium

Principium habet Filius, Deus verò ſine principio eſt: propter hoc fugamur, & quòd dicimus, ex nihilo eſt. Sic autem dicimus, eo quòd neque pars Dei eſt, neque ex ſubiecto quodam, propter hoc fugamur. Reliqua tu noſti. Opto te valere in Domino, memorem tribulationum noſtrarum cum Lucianiſta, reuera Euſebi. Sed & aliam à Nicomedia ad ſanctiſſimum papam Alexandrum purgationis videlicet gratia ſcriptam, & rurſus veneni ipſius eiaculatione deteriorem, & blaſphemis verbis intolerabiliter refertam, & ab ipſo ad Alexandriam miſſam ſubiunximus: & eſt hæc. Beato papæ, & epiſcopo noſtro Alexandro presbyteri ac diaconi in Domino gaudium. Fides noſtra ex maioribus ac progenitoribus noſtris, quam etiam à te didicimus, beate papa, hæc eſt. Nouimus vnum Deum ſolum ingenitum, ſolum ſempiternum, ſolum ſine principio, ſolum bonum, ſolum immortalitatem habentem, ſolum ſapientem, ſolum bonum, ſolum Dominum, ſolum iudicem omnium, gubernatorem, œconomum, immutabilem & inalterabilem, iuſtum & bonum, Legis & Prophetarum ac noui Teſtamenti. Hunc Deum genuiſſe filium vnigenitum ante tempora æterna, per quem & ſecula & reliqua fecit: genuiſſe autem non in apparentia, ſed veritate, ſubſtitiſſe verò propria voluntate immutabilem & inalterabilem, creaturam Dei perfectam, ſed non velut vnam ex creaturis, fœturam, ſed non velut vnam ex fœturis ſiue genituris, neque velut Valentinus emiſſionem, fœturam ſiue genituram patris aſſeruit, neque ſicut Manichæus partem coeſſentialem patris, fœturam introduxit: neque ſicut Sabellius, qui vnitatem diuidens, Filium Patrem dixit: neque velut Hierax, lucernam à lucerna, aut faciem in duas, neque prius exiſtentem poſtea genitum aut creatum eſſe in filium, quemadmodum etiam tu ipſe beate papa in media Eccleſia ac confeſſu eos qui talia introduxerunt, refutaſti: ſed ſicut dicimus, voluntate Dei ante tempora & ante ſecula creatum eſſe, & viuere ac eſſe à patre accepiſſe, ita vt pater ſimul ſubſtituerit ipſi glorias. Non enim pater, data ipſi omnium hæreditate, priuauit ſeipſum, vt ne ingenito modo habeat in ſeipſo: fons enim eſt omnium. Quare tres ſunt ſubſtantiæ, Pater, Filius, & Spiritus ſanctus. Et Deus quidem cauſa omnium exiſtens, eſt ſine principio, ſolus. Filius autem ſine tempore genitus à patre, & ante ſecula creatus ac fundatus, non erat antequam gigneretur, ſed ſine tempore ante omnia genitus, ſolus à ſolo patre ſubſtitit. Neque enim eſt ſempiternus, aut conſempiternus, aut coingenitus patri, neque ſimul cum patre ipſum eſſe habet, velut quidam de his quæ ad aliquid appellantur, dicunt, duo ingenita principia introducentes: ſed ſicut vnitas & principium omnium, ita Deus præ omnibus eſt: quapropter & ante Chriſtum eſt, velut à te didicimus in media eccleſia prædicante. In quantum igitur à Deo ipſum eſſe habet ac viuere, qui & glorias & omnia ipſi exhibuit, iuxta hoc, Principium ipſius eſt Deus. Principium enim ipſius eſt, velut Deus ipſius, & qui ante ipſum eſt, eo quòd ex ipſo eſt. Et ſi illud, Ex vtero: & hoc, Ex patre exiui, & venio, velut pars coeſſentialis, & velut emiſsio, à quibuſdam intelligitur, compoſitus erit pater, & diuiſibilis, & mutabilis, & corpus ſecundum ipſos, & quæ ad corpus conſequuntur, patiens incorporeus Deus, quantum ſanè in ipſis eſt. Opto te valere in Domino beate papa. Arius, Ethales, Achilles, Carpones, Sarmatas, presbyteri. Euzoius, Lucius, Iulius, Menas, Helladius, Gaius, diaconi, epiſcopi, Secundus Pentapolis, Theonas Libs fidelis, quem conſtituerunt in Alexandria Ariani. Quum igitur ſic res mouerentur, Alexander Conſtantino regi ſcribit. At beatus rex accerſitum Arium & epiſcopos quoſdam percũctatur. Ille verò ſym myſtas habẽs, primùm quidem in facie regis negabat, intra ſe verò inſidias contra Eccleſiam ſtruebat. Vbi igitur conuocaſſet ipſos beatus Conſtantinus, qui & ex Patre Spiritu ſancto afflatus erat, ſermonem loquutus eſt ad ipſum, dicens: Confido Deo, ſi doloſè quid occultatum habes, & negas, omnium Dominus ille citò te redarguere poteſt, contra quem maximè iurafti. Vnde etiam deprehenſus eſt eadem ſentire, & coram facie regis redarguutus eſt. Verùm rurſus ſimiliter negabat, & multi ipſius defenſores pro eo intercedebant per Euſebium Nicomediæ epiſcopum. Attamen rex zelo ductus, epiſtolam magnam ad totam Romaniam contra Arium ſcripſit, eiúſque fidem, omni ſapientia ac veris verbis refertam, ſicut & hæc hodie apud ſtudioſos ſeruatur, hoc principium habens: Conſtantinus Auguſtus Maximus. Arius & Ariani, malus interpres, & vt ita dicam, imago ac ſtatua eſt diaboli. Deinde inter alia, & poſt multam contra ipſum ex diuinis ſcripturis productam contradictionem, etiam ex Homeri verſibus quendam contra ipſum innehens, miſeriæ gratia appoſuit, quem ipſum etiam hic apponere neceſſarium duxi: & eſt hic. Age ſanè vrge Ari, ſcutis opus eſt, ne tu hac facias, rogamus, cohibeat autem ſe ſaltem Veneris conuerſatio. Quum itaque vellet Arius in Conſtantinopoli in communitatem recipi, Euſebio cogente, & maximè apud regem petente, & Conſtantinopolitanum epiſcopum eius temporis moleſtiis afficiente, et hic non vellet cum ipſo in communitate eſſe, neque in ſocietatem ipſius venire, vrgeretúrque per vim ac ſuſpirarer, et Euſebius diceret, Si non vis ex propria voluntate, craſtina die Dominica illucеſcente, mecum ingredietur, et quid poteris facere? At pientiſsimus epiſcopus, et Deum timens, Alexander optimæ ciuitatis epiſcopus: idem enim nomen habebat etiam hic cum Alexandriæ epiſcopo: per totam diem ac noctem, ex quo id audiuit, ingemiſcens ac triſtatus, in precibus perſeuerauit, et Deum rogauit, vt aut ipſius animam auferret, ne Arii communitate coinquinaretur, aut miraculum quoddam ederet: id quod et contigit huic. Quum enim noctu vrgeretur Arius, ventríſque exonerandi gratia prodiret, peruenit vſque ad locum ſeceſſus, et intus deſidens inuentus eſt crepuiſſe ac expiraſſe. Quare ſic deprehenſus eſt in graueolenti loco finem ſortitus, quemadmodum et immundam malam fidem euomuit. Poſtquam igitur hæc peracta ſunt, rex de Eccleſia ſollicitus, et quòd iam multi ſæpè inter ſe diſſenſiſſent, et ſectæ multæ eſſent, conuocauit vniuerſalem Synodum, trecentorum decem et octo epiſcoporum, quorum etiam nomina vſque in hunc diem ſeruantur, et reprobant ac execrantur Arii fidem in Nicæa vrbe, et confitentur patrum fidem orthodoxam et inuariabi-

Arius ab aliis hæreticis ſeipſum eximit. Filius pater Sabellii.

Conſtantini epiſtola contra Arium. Homeri verſus in Area, id eſt Martẽ à Conſtãtino in Arium detortus.

Nicænæ ſynodi epiſcopi 318.

variabilem,& ab Apoſtolis ac Prophetis traditam. Subſcribentibus autem epiſcopis in hanc,& Arioman itidem hæreſim reprobantibus ſic factum eſt. Simul autem & in eadem ſynodo canones quoſdam poſuerunt eccleſiaſticos, ſimúlque de paſchate decreuerunt vnam vnitatem ac conſenſum, vt ſancta Dei dies penitus virtuoſa fieret,quandoquidem diuerſimodè apud quoſdam ſeruabatur:alii enim præoccupabant,alii medium tenebant,alii verò poſtea perficiebant. Et in ſumma, multa illo tempore aſſertio erat. Horum verò correctionem Deus per beatum Conſtantinum procurauit pacis gratia. Vbi itaque reprobatus eſt Arius,& hæc ſic peracta ſunt in eodem anno,deceſſit è vita Alexander, & ſuccedit ipſi Achillas. Erat autem & Theonas conſtitutus à Meletianis. Tunc ſuccedit Achillæ epiſcopo poſt A menſes tres beatus Athanaſius,qui tunc diaconus Alexandri ab ipſo in comitatum miſſus erat, cui Alexander iam moriturus epiſcopatum deferri præcepit. Eſt autem mos in Alexandria,vt non cunctentur conſtituti poſt obitum Epiſcopi, ſed ſimul fiant pacis gratia, vt ne contentiones fiant in populis,his hunc volentibus, aliis illum. Conſtituerunt autem neceſſariò, non præſente Athanaſio, Achillam. Verùm thronus & ſacerdotium præparata erant ei,qui ex Deo vocatus erat, & à beato Alexandro decretus. Quum igitur veniſſet Athanaſius, & confirmatus eſſet, qui circa fidem magnus zelotes erat, & pro Eccleſia afficiebatur, quum iam congregationes & auulſiones vndique fierent à Meletianis appellatis,ob cauſam quam in tractatione de Meletio ſuprà declaraui,& vellet counitionem Eccleſiæ facere,conquerebatur & minabatur,admonebátque,ac nihil efficiebat,nemóque aduertebat. Vnde omnia contra ipſum commota ex ſuperexcellente in ipſo diuinitus zelo facta ſunt,ac conſtructa,vt etiam exilium ipſe ſubierit, & Arianorum ex iniuſtiſſima potentia excommunicationem. At de beato Athanaſio hactenus: relatæ ſunt enim res ipſius exactiſſimè ſuprà in Meletii tractatione. Hic itaque Arius à diabolica operatione afflatus eſt, & effreni ore impudenter ductus, extulit linguam ſuam contra pro-

Arii erroris occaſio.

prium Dominum: ab initio nimirum dictionem apud Solomonem in Prouerbiis interpretari volens: nempe,Dominus creauit me principium viarum ſuarum in opera ſua, ante ſeculum fundauit me. In principio,antequam terram faceret,& antequam abyſſos faceret,priuſquam procederent fontes aquarum,priuſquam firmarentur montes,ante omnes autem colles genuit me. Hinc erroris introductio ipſi contigit: & non veritus eſt ipſe,ac diſcipuli eius,creaturam vocare eum,qui omnia creauit,Verbum ex Patre ſine tempore & ſine principio genitum. Deinceps verò ex vno hoc ſermone,in multas ac malas ſemitas malignam mentem ſuam impellens,itémque ipſius ſucceſſores,ſexcentas & vltra blaſphemias in filium Dei & in Spiritum ſanctum iaculari conati ſunt. Diſſoluerunt autem aciem (vt ita dicam) & concordiam ſanctæ orthodoxæ fidei & Eccleſiæ, non per ſuam potentiam, aut ſapientiam: pauci enim inuitati decepti ſunt. Multi verò ſimulatione ſubrepentes, multi autem & ſecundum vitam non ſic ſe habentes, ſocii iiſdem exiſtunt. Nemo autem eſt horum cauſa, quàm primùm quidem B

Conſtantius Arianos defendit.

probatio fidelium, Regum verò defenſio. Principium quidem Conſtantius rex, in aliis quidem omnibus mitis & bonus, velut filius Magni & perfecti Conſtantini Pii, qui rectam fidem integrè ſeruauit. Sed & ipſe Conſtantius pius fuit, & bonus, iuxta multos modos: verùm in hoc ſolum, quod non ſecundum fidem parentis ptoceſſit, deuiauit, atque deliquit: non ex ſui cauſa, ſed ab his, qui rationem reddituri ſunt in die iudicii: qui in apparentia Epiſcopi dicuntur, veram autem Dei fidem corrumpunt: quibus danda eſt ratio, & pro fide, & pro Eccleſiæ perſequutionibus, & tot malis ac cædibus in Eccleſiis, ipſorum cauſa perpetratis, & pro tot millibus populorum, vſque in hunc diem tribulationem ſubdio ſuſtinentium, & pro ipſo beato Conſtantio ab ipſis decepto, & ignorante orthodoxam fidem, & cedente ipſis, velut ſacerdotibus, per ignorantiam: vt qui non nouerit in ipſis errorem cæcitatis, ac malæ fidei, ex diaboli ſtructura inductæ. Secundo verò prævaluit reptiliformis horum officina per Euſebium, qui rurſus ſubiit, ac corrupit aures Valentis pii & religioſi, ac Deum amantis regis.

Quandoquidem enim ab ipſo lauacrum accepit, per hanc occaſionem hi ſtare potuerunt. Nam olim C & à mulierculis ac pueris,non dico de perfectioribus,qui omnem pietatis certitudinem,rectámque fidem nouerunt,ſed & ab his qui ex parte,vel vulgari modo veritatem ſciebant, redarguebantúrquæ ac fugabantur,velut blaſphemi Domini,& ſecundi Domini occiſores,& reprobatores diuinæ perfectionis Domini noſtri IESV, per Regis præfecturam, quæ eſt ipſorum defenſio, ad aggrediendum omnia mala quæ facta ſunt, & adhuc per ipſos fiunt in Alexandria & Nicomedia, in Meſopotamia,

Scripturæ ab Ario detortæ.

in Palæſtina, per præſentis ipſorum Regis præſidentiam ac gubernationem. Ex hac igitur dictione, in Parœmiaſta ſcripta, Dominus creauit me principium viarum ſuarum in opera ſua, deinceps omnia ab ipſis excogitantur, quæque conſona huic ſermoni eſſe poſſunt, & quæ æquiualent, & conuenire poſſunt: quum neque hic ipſe ſermo, neque alia verba, de Deitate filii Dei tale quid aſſerant. At quæ ſunt deinde his ſimilia, id quod in Apoſtolo ſcriptum eſt: Suſcipite pontificem confeſſionis veſtræ, qui fidelis eſt ei, qui fecit ipſum, & quod in Euangelio ſecundum Ioannem ſcriptum eſt: Hic eſt de quo dixi vobis, quòd poſt me venturus eſt, qui ante me factus eſt, & quod in Actis ſcriptum eſt, Notum vobis ſit tota domus Iſrael, quòd hunc Ieſum, quem crucifixiſtis, & Dominum & Chriſtum, ipſum fecit Deus, & alia his ſimilia, quæ obſeruant ad inimicorum vltionem. Inimici enim ſunt reuera, ac inſidiatores. Fortaſſis enim de ipſis ſcriptum eſt, & de ſimilibus ipſorum: Exurgat Deus, & diſpergantur inimici eius. Videntur autem & domeſtici eſſe. Nihil autem peius eſt, domeſticis inimicis. Inimici enim hominis, omnes viri domus eius. Ex hoc fortaſſis etiam de his impletur: Exiliunt enim velut rabioſi canes ad inimicorum vltionem, & dicunt, Quomodo dicis de filio Dei? Hæ enim ſunt ipſorum fraudes, ad inducendum venenum ſuum in ſimplices. D

plices. Et quid eſt poſtea, vbi dixerunt filium Dei? O ſapientes in ſeipſis, & ad cognoſcendum appoſiti coram ſeipſis, & qui ſcientes ſibi eſſe videntur. Quid appoſuerit quis amplius nomini Ieſu, ſi non filium genuinum dixerit, ex Patre exiſtentem, & non alteratum? Deinde ſtatim per ludibrium exiliunt, dicentes: Quomodo poteſt eſſe ex Deo? Si verò interrogantur, Non eſt filius? filium eſſe nomine quidem confitentur, verùm potentia & mente negant: ſpurium ipſum penitus dicere volentes, & non verum. Si enim, inquiunt, ex Deo eſt, & genuit ex ſeipſo Deus (vt ita dicam) ex propria ſubſtantia naturali, aut ex propria eſſentia: igitur in molem extentus eſt, aut ſectionem admiſit, aut in generando dilatatus eſt, aut contractus, aut aliquam affectionem corporalem ſuſtinuit. Et in ſumma, ſubſannatores ſunt, ſuas res ad Deum referentes, & à ſeipſis aſſimilare Deum volentes, in Deo enim nihil tale eſt. Spiritus enim eſt Deus, & à ſeipſo genuit vnigenitum ineffabiliter, & incomprehenſibiliter, ac citra pollutionem. Quomodo igitur (inquiunt) ſi ex eſſentia ipſius eſt, non nouit diem, velut dicit, & horam? De die autem illa aut hora nemo nouit, neque angeli, neque Filius, niſi Pater ſolus. Quomodo verò in carnem venit, ſi eſt ex Patre? Quomodo autem potuit inſeparabilis illa natura carnem induere, ſi etat ex Patre ſecundum naturam? Et non ſciunt, quòd in ſuam ipſorum confuſionem has ratiocinationes coaceruant. Si enim propter hoc quòd ipſe alteratus eſt præter Patris eſſentiam, induit carnem, & in ipſa paſſus eſt, & crucifixus, oſtendant nobis, quæ ex aliis ſpiritualibus creaturis, & quidem exiſtentibus, carnem induit. Non enim poſſunt non confiteri Filium ſuper omnes, etiamſi creaturam ipſum dixerint, confitentur ipſum ſuper vniuerſas creaturas ipſius. Sed & velut gratificantes ipſi, volunt ipſi verbis blandiri, tanquam vna manu verberantes, altera verò oblinentes. Hoc enim volunt velut ex propria ipſi voluntate attribuere, & dicunt: Creaturam quidem dicimus, ſed non velut vnam ex creaturis: & facturam, ſed non velut vnam ex facturis: & fœturam, non autem velut vnam ex fœturis, ſiue genituris: quo in eo quod dicunt, Non velut vnam ex fœturis, priuent ipſum generatione ſecundum naturam: & in eo quod dicunt, Non velut vnum ex creaturis, veram creaturam ipſum pronuncient. Sicut enim ſi creatura fuerit, creatura eſt, & quamuis ſexcenties excellentius nomen habuerit, idem eſt omnibus creaturis adæquatum. Non enim quia Sol illuſtrior eſt, creatura eſſe non poteſt, quemadmodum etiam lapis. Neque quia Luna excellit ſidera, ob id non eſt creatura. Ecce enim omnia ſerua tua: quæcunque enim ſunt, ex ipſo ſunt creata, & ſerua. At vnigenitus veritas eſt, & verbum ipſius veritas exiſtit, velut dixit: Si vos manſeritis in verbo meo, verè diſcipuli mei eſtis, & cognoſcitis veritatem, & veritas liberabit vos. Si verè verbum ipſius verum eſt, & liberabit eos qui liberantur: quantò magis ipſe liber eſt, quum veritas ſit, & liberet ipſi obedientes, qui ſunt ſerui, eo quòd omnia ſunt ſerua ipſius, & Patris eius, & Spiritus ſancti eius. Deinde rurſus dicunt, Quomodo venit in carnem, ſi ex patris eſſentia erat? Dicant igitur nobis, quomodo angeli non carnem aſſumpſerunt, qui ſunt ſerui ipſius, quomodo archangeli, quomodo exercitus, quomodo alia omnia ſpiritualia? Sed & inferiorem dicunt tales eſſe ſpiritum, & creaturæ creaturam, nempe ipſius Verbi: quomodo igitur Spiritus non aſſumpſit carnem, cum poſſit habere perſonam mutabilem ſuper Filium, iuxta ipſorum ſermonem. Sed quoniam ſapientia Patris erat, voluit per ſuam perfectionem ſuſcipere noſtram debilitatem, quo per ipſum omnis ſalus mundo contingeret. At illi bona in mala tranſmutantes, ingrati ſunt ac perfidi, & in proprium Dominum contumeliatores ac maledici. Cæterùm aliæ quæ deinceps dicunt, imminutè ſentiunt. Quomodo verò eſuriunt, inquiunt, ſi patris eſſentiæ erant? De Deo enim ſcriptum eſt, Non eſuriet, neque ſitiet, neque excogitari poteſt prudentia ipſius. Hic verò & eſuriit, & ſitiit. Quomodo verò fatigatus eſt ex itinere, & ſedit, quum ſcriptum ſit, Deus non fatigabitur. Quomodo autem dixit, Qui miſit me pater meus, maior me eſt? Alius enim eſt qui mittit, & alius qui mittitur: & manifeſtum eſt quòd Pater non eſt Filius, & Filius non eſt Pater (non enim, velut Sabellius, nos docuimus, qui Filium Patrem eſſe dicit) alioqui non dixiſſet, Alius eſt qui miſit me. & Vado ad Deum meum et Deum veſtrum, ad patrem meum et patrem veſtrum, dixit. Et non ex eſſentia Dei, diſcipuli ſecundum naturam geniti ſunt, et dixit ipſis, Patrem veſtrum. Multa verò inſania eſt eorum, qui talia dicunt. Si enim nomine ſolum vocatur, et non eſt ſecundum naturam, nihil differt ab aliis omnibus creaturis, etiamſi in dignitatis præeminentia exiſtat. Non enim quia rex præeminet præſidibus ac prætoribus, ob id non eſt ſimiliter affectus cum aliis, et conſeruus eiuſdem creaturæ, vtpote mortalis quiſpiam: velut etiam qui eius imperio ſubditi ſunt. Et non quia Sol reliqua ſidera excellit, et in parte etiam Luna, ob id non ſunt ſubiecta elementa, et vnius imperio opificis ac creatoris Patris et Filii et Spiritus ſancti obedientia. Et non quia angeli viſibilia excedunt, et in ordine alii omnibus maiores ſunt, vtpote inuiſibiles creati, et primum munus culturę Dei habentes in aſſiduis hymnis, et immortales ſecundum gratiam ab ipſo creati, & non ſecundum naturā, & immortales fieri digni facti ex ipſo immortali, & qui eſt vita in ſeipſo, & immortalitas, ob id nō ſunt in timore & tremore, & ſub reſponſione & examinatione, iuſſionéque ac mandato ſanctæ deitatis ſeruitio preſſi. Vbi enim eſt quæſitum exacta ratio veritatis, filium quidem dicere oportet, verùm dicere & habere non ſolum nomine, ſed filium, ſecundum naturam filium. Nam & inter nos multi vocantur filii, qui non ſunt filii ſecundum naturam. Veri autem filii genuini vocantur, qui ſecundum naturam à nobis geniti ſunt. Et ſiquidem filius ſolum vocaretur, ſicut etiam omnes vocati ſunt filii Dei: ergo neque differt ab aliis, & quomodo ſicut Deus adoratur? Oportebat igitur etiam alios omnes, de quibus nomen adoptionis dicitur, velut ipſum adorari, quoniam filii Dei appellantur. At veritas non ſic habet, ſed nouit ſemper vnum vnigenitum filium Dei; cui omnia cultum diuinum præſtant, ipſúmque adorant. Et omne genu flectetur, cœleſtium, terreſtrium ac infernorum, & omnis lingua confitebitur,

Arii argumenta.

Pater ſolus nouit de illa die.

Similia.

Sabellii error.

Similia.

Filii appellationis ratio.

tur, quòd Dominus eſt Ieſus Chriſtus in gloriam Dei patris. Sed neque ſanctus Spiritus aliis ſpiritibus adæquatur, quoniam vnus eſt ſpiritus Dei, ſpiritus ex Patre procedens, & de Filio accipiens. Hi verò volunt hunc creaturam creaturæ eſſe. Dicunt enim quòd omnia per ipſum facta ſunt, & ſine ipſo factũ eſt nihil. Igitur & Spiritus, inquiunt, & facturis eſt, quandoquidẽ omnia per ipſum facta ſunt. Et ignorant illi qui fruſtrà animam ſuam perdunt, quòd aliæ ſunt creaturæ, & alii creatores: Pater & filius & Spiritus ſanctus, vnus Deus, Trinitas in veritate, & monas in vnitate. Propterea enim vnus Deus, quia non duo patres, neque duo filii, neque duo Spiritus ſancti. Et quandoquidem non alienus eſt filius à patre, ſed ex ipſo genitus, etiam non alienus eſt Spiritus ſanctus. Verùm filius quidem vnigenitus, genitus ſine principio, ſine tempore. Sanctus autem Spiritus, velut nouit ipſe pater & vnigenitus, neque genitus eſt, neque creatus, neque alienus à patre & filio, ſed ex patre procedens, & de filio accipiens. Spiritus enim meus, inquit, conſiſtit in medio veſtrum, & Vnxit Chriſtum in Spiritu ſancto. Si ipſe vnigenitus vngitur in ſpiritu, quis criminabitur ſanctam Trinitatem? Deinde rurſus dicit furioſus Arius, quomodo dixit Dominus, Quid me dicis bonum, vnus eſt bonus Deus, velut negante ipſo bonitatem? Et quis alius ita bonus eſt velut vnigenitus, qui ſeipſum dedit precium redemptionis animarum noſtrarum? Et non nouerunt Dei virtutem ac bonitatem, neque ſapientię Dei diſpenſationem, quum animales & carnales ſint, remoti à Spiritu ſancto, vacui ab ipſo, non habentes ſancti Spiritus donum, quod docet ſapientiam omnem hominem. Rurſus autem rogant ipſum filii Zebedæi per matrem ſuam, vt in regno ipſius alter ſedeat à dextris, alter à ſiniſtris. Et dixit ipſis, Neſcitis quid petitis, poteſtis bibere poculum quod ego bibiturus ſum, illis autem dicentibus, Etiam: ait ad ipſos, Poculum quidem meum bibetis, verùm ſedere à dextris meis ac ſiniſtris, non eſt meum dare, ſed quibus præparatum eſt à patre. Deinde dicit apoſtolus, Deus ſuſcitauit ipſum ex mortuis, velut ipſe opus habeat ſuſcitante ipſum. Et in Euangelio Lucæ habetur, inquiunt, quòd Angelus Domini apparuit confortans ipſum, dum in anxietate fuit, & ſudauit, & ſudor ipſius fuit velut guttæ ſanguinis, quando digreſſus orabat, iamiam tradendus. Et rurſus in cruce, inquiunt, dixit, Eli Eli lemas abachthani, hoc eſt Deus meus Deus meus, vt quid dereliquiſti me. Et vides, inquiunt, quod indiget auxilio. At de eo quod dicit, Ego in patre, & pater in me, &. Quod duo vnum ſumus, vt & ipſi vnum ſint: aſſerunt omnino, quod vnum eſſe, non ſecũdum naturam dicit, ſed ſecundum concordiam. Et non ſolum hoc faciunt, ſed & animam humanã ipſum accepiſſe negant, hoc ipſum præſtruentes. Carnem enim confitentur veram ipſum à Maria habuiſſe, & omnia quæ ſunt in homine citra animam, quod vbi audieris de fame aut ſiti, aut languore, aut profectione, aut ſudore, aut ſomno, aut concitatione, & dixeris quòd propter humanam naturam his opus habebat: dicant tibi poſtea, quòd caro per ſeipſam hæc non operatur, ſi non habeat animam, reuera enim ſic eſt. Igitur aliud quid eſt, inquiunt, ſi Deitas ipſius indigebat: quod quum dixerint Deitatem ipſius indigentem, externum pronuncient ipſum & alienum ab eſſentia patris & vera natura. Arbitror autem quod ab eo, qui intelligentia præditus eſt ex vno aut duobus teſtimoniis, aut quinque, ab ipſis malè excogitatis, redarguiſque ac ſubuerſis, dum vniuerſa veritas prædicatur, & clarè in fide orthodoxa confirmatur, redarguentur, à prædictis inquam, mente ac intelligentia diuina prædictis, etiamſi poſt has ſolutiones, infinitas alias dictiones excogitatas intulerint. A paucis enim plurimæ ſoluentur, æquàlem vim habentes. Et incipiam primùm dicere inde, vnde amaritudinis ſuæ radicem malè plantare inceperunt, à ſermone per Solomonem dicto, nempe: Dominus creauit me principium viarũ ſuarum in opera ſua. Et non omnino alicubi confirmauit Scriptura, neque quiſpiam Apoſtolorum meminit huius dictionis, vt ipſam in nomen Chriſti produceret. Quare omnino non de filio Dei dicit, etiam ſi dicat, Ego ſapientia habitatione excepi conſilium & ſcientiam, & ego intelligentiam accerſiui. Quot enim ſunt abuſiuè appellatæ Dei ſapientiæ? Vna eſt autem, vnigenitus, non abuſiuè dictus, ſed in veritate. Omnia enim Dei ſapientia ſunt, & quæcunque ſunt à Deo, ſapientia ſunt. Alia verò eſt propria & ſuper omnia exiſtens, hoc eſt vnigenitus, qui non eſt abuſiuè ſapientia, ſed veritate, qui cum patre ſemper eſt, potentia eius exiſtens & ſapientia, iuxta id quod ſcriptum eſt. Nobis autem Chriſtus potentia Dei, & Dei ſapientia. Eſt autem ſapientia pauperis annihilata. Et quoniam in ſapientia Dei non cognouit mundus Deum, complacuit ei per ſtulticiam Euangelii ſaluare credentes. Et infatuauit Deus ſapientiam mundi huius. Et dedit Deus cor Solomoni velut latitudinem maris. Et ſapientiam fudit ſuper filios Enac. Et dedit Deus Beſeleel ſapientiam. Et impleuit Deus ſapientia ipſum Vri. Et multa de ſapientia dici poſſunt, & qualis eſt locus prudentiæ, & ſapientia vnde inuenta eſt. Etiamſi igitur hęc celebris ſapientia dicat, Ego ſapientia habitatione excepi conſilium & ſcientiam, & ego intelligentiam accerſiui, per me reges regnant, & per me magnates magnifiunt, & potentatus ſcribunt iuſticiam, & tyranni imperant terræ. Ego diligentes me diligo, & qui me quærunt, inuenient me. Diuitiæ & gloria mihi ſunt, et poſſeſsio multorum et iuſticia. In via iuſticiæ ambulo, et in medio viarum iuſtificationis diuerſor: vt diuidam diligentibus me ſubſtantiam, et theſauros ipſorum repleam bonis. Si annunciauero vobis ea quæ quotidie fiunt, recordabor vt quæ ab æterno ſunt, enumerem. Dominus creauit me principium viarum ſuarum in opera ſua. Ante ſeculum fundauit me in principio, antequam terram faceret, et priuſquam abyſſos faceret, priuſquam procederent fontes aquarum, et antequam montes firmarentur. Ante omnes autem colles genuit me, etc. manifeſtum eſt quòd volentibus quibuſdam dictioni contradicere, aduerſarii ſolutione vtuntur, propter nomen ſapientiæ et conſequentiam ſermonis qui dicit: Dominus creauit me: et ob id quòd dixit, Ego ſapientia habitatione excepi conſilium: Ecce, inquiunt, ſapientia quæ ſeipſam à principio nominauit, et deinceps progreſſa eſt, ſeipſam ſignificat dicens, Dominus creauit me. Ecce enim dicit ſuprà, Ego ſapientia: et infrà dicit, Si annunciauero vobis ea quæ

Loci ab Ario citati confutantur. Sapientia multiplex eſt.

A B C D

quæ quotidie fiunt,recordabor vt quæ ab æterno sunt,enumerẽ,Et inquit,Dominus creauit me principium viarum suarum. Diximus autem quòd multæ sunt abusiuè per temporis occasionem ex Deo datæ sapientiæ,quia Deus omnia in sapientia perficit. Vna autem est vera sapientia Patris,& Deus ver
A bũ substantia. Ipsa enim dictio non omnino cogit me de filio Dei dicere: non enim indicauit Scriptura,neque quisquam Apostolorum meminit,neque Euangelium. Si verò etiam de filio Dei hæc dictio acciperetur non est eadem dictio,neque ad rectum iudicium posita. Totus enim liber prouerbia sũt, quicquid autem prouerbialiter dicitur,non idem est potestate,sed alia quidem ratione recensetur,alia verò potestate allegoricè accipitur. Si igitur hoc dicit,Et audent quidã ad filium Dei hoc referre,absit de deitate ipsius hæc dictio non fertur,si tamen potest in præsentia ipsius in carne impleri. Quandoquidem enim ipsa sapientia ædificauit sibiipsi domum, fortassis à persona humanæ ipsius naturæ piè dici poterit,vt præsentia ipsius in carne,de ipsius deitate dicat,Dominus creauit me,hoc est, ædificauit me in vtero Mariæ,principium viarum suarum in opera sua. Principium enim viarum descensus CHRISTI in mundum,est corpus ex Maria,quod est assumptum in opere iusticię & salutis ipsius. Verùm omnino prosiluerit is, qui cor illæsum habet, & graui hac plaga percussus est, de filio Dei inimicitiam in mente habens, Dixit, inquiet, Si annunciauero vobis ea quæ quotidie fiunt, reordabor vt quæ ab æterno sunt, enumerem: & vides quòd ab æterno dicit? At præsentia Dei in carne post sexagintaduas generationes, secundum Matthæum, contigit. Quomodo igitur possunt ea quæ ab initio seculi sunt,ab hoc dici? Et nõ sciunt hi,qui tota via veri
B tatis errant,quòd diuina Scriptura sẽper omnia quæ vult docere,incipit recensere non statim ad summam primariam,aut ad caput,vt ita dicam,procedens. Sed à proximis orditur, vt hoc quod prius est postremum significet: propter hoc enim dixit,si annunciauero vobis ea quæ quotidie fiũt,recordabor his,& mentionem faciam eorum quæ ab æterno sunt. Quemadmodum etiam Mosi indicauit Deus, primùm ignem ardentem,& in igne rubi contigit visio paulo post. Angelus autem ipsi locutus est statim,posteà verò Dominus ex rubo. Ille verò ab ipso statim non quæ videbantur quærit,sed de his quæ ab initio erant,interrogat. Ades huc (inquit) demittam te ad filios Israel,& dices ad ipsos, Deus patrum vestrorum misit me,Deus Abraham,& Deus Isaac,& Deus Iacob,ita vt ante quique vel sex generationes Mosis nominarit Abraham. Et quandoquidem dixit Deum patrum,priscum quid pronunciauit. At Moses ex Dei gratia prudẽtia affectus,non hæc interrogabat,sed quod erat aduc antiquius, nempe,Si abiero ad ipsos,& dixerint ad me,quod est ipse nomen,quid dicam ad ipsos. Hic verò de cętero reuelat,Ego sum qui sum. Et primum quidem à propinquissimis incepit, postremum verò quod summum erat,indicabat. Sed & Lucas incipit ab imis & vicinissimis, nimirum: Ipse IESVS incipiebat annorum fermè triginta,filius existens vt putabatur Ioseph,qui Heli filius fuit,qui Mathã, &c. vsque ad Seth,qui fuit Adam,qui fuit Dei. Et vides quomodo præsentiam CHRISTI in carne primùm ostendit, deinde quod postremum est. Quapropter etiam Matthæus iuxta genealogiam in carne deducere volens aduentum CHRISTI in hominum mentem,non statim dixit, Generatio IESV CHRISTI filii Abraham,sed primùm filii Dauid,deinde filii Abraham: quo id quod recens est conspectum,& quod propinquissimum est proclamatum,& quod adhuc superius est indicans, significet id quod omnem creaturam excedit, auferri non posse. Quare &
C beatus Iohannes vbi venisset,ac reperisset homines occupatos circa infernum CHRISTI aduẽtum,& Ebionæi quidem seducto essent propter genealogiam CHRISTI in carne ab Abraham deductam,& à Luca reductam vsque ad Adam Cerinthianos verò & Merinthianos reperisset,dicentes ipsum ex affrictu nudum hominem esse,item Nazaræos,& alias multas hæreses, vt qui postremus venit,quartus enim hic Euangelium prodit,incipit reuocare,vt ita dicam, errore seductos,& circa infernum CHRISTI aduentum occupatos. Et dicit ipsis,velut à tergo ipsorum vadens,& videns quosdam in asperas vias inclinatos, & qui rectam ac veram viam reliquissent, Quò ferimini. quò vaditis, qui asperam & offensotiam & in hiatum ducentem viam vaditis,reflectite,non est ita,nõ est à Maria solum Deus verbum,quiex superno patre genitus est. Non est à temporibus Ioseph curatoris illius. Non est à temporibus Salathiel & Zorobabel,& Dauid,& Abraham & Iacob,& Noe,& Adam. Verùm in principio erat verbum,& verbum erat apud Deum,& Deus erat verbum. At erat,& erat, non suscipit quod nuquam non fuerit. Et vides quomodo statim vicinissima primùm significat? Quomodo Matthæus viam ostendit per genealogiam,& neque ipse exactè tractauit, quando ex supernis genealogiam ducebat? Et quomodo Marcus de peractis in mundo,& voce clamante in deserto tractauit,voce inquam,clamante de Domino per Prophetas & Legem prædicto. Et quomodo Lucas ab infernis ad ad superna reduxit? Postea progressus Iohãnes quartus, coronidẽ & sinceratem superni ordinis & deitatis semper existẽtis declarauit,quemadmodum etiam Solomon prouerbialiter dicẽs principium viarum, siquidem piè voluerint quidam dicere de dispensatione in carne, velut ipsa dicat de CHRISTI deitate,quod ipsa deitas creauit domum,quòd ipsa deitas carnem & incarnationem operata est, principium viarum in opera sua,salutis hominum ac bonitatis. Deinde statim adhuc procedentibus rebus dicit,Fundauit me in principio,itaque filius Dei secundum deitatẽ
D creatus,postea fundatus est? Dicant nobis mechanici illi supernorum inspectores,quali arte creata est sapientia,quali instrumento fundata est? At si omnino cogitare oportet,fugerimus vtique à tanta blasphemiæ profunditate, & non attigerimus vnigeniti deitatem,quæ semper cum patre exiſtit,& ex ipso genita est,Semper enim erat Verbum cum Patre,semper sapientia,semper Deus ex Deo Dominus, semper lux vera,& non spuria,semper esse ex ipso habens,et veritas existens,ac vita. Et quid opus est

Prouerbialis dictionis ratio.

Scripturę mos.

Quatuor Euangelistarũ tractationis ratio.

mihi multa de hoc dicere? Deinde dicit, Fundauit me in principio: proinde pium est videre, quòd animam humanam hic significat. Nam Dominus creauit me, humana natura in carne dicit, si sanè sic intelligatur. Fundauit verò, velut in anima fundatus est, verùm ante omnes colles genuit me: quo ostendat natiuitatem ex supernis. Atque hæc dicimus, non omnino sic discernentes, sed piè potius ad aduentum in carne referentes. Et si etiam oportet sic dicere, tamen nemo nos coegerit penitus de Christo dicere hanc dictionem. Si verò de Christo dicetur, habet etiam suam vim, non iuxta vaticinii dictam, sed iuxta ratiocinationis pietatem, vt ne quid imminutionis ad Deum referamus, ita vt putemus inferiorem ipsum habere deitatem præter patris essentiam. Etenim quidam ex patribus nostris & A orthodoxis, tetulerunt hanc dictionem ad aduẽtum in carne. Et si oportet sic dicere de hoc, Dominus creauit me, & fundauit me, & hæc est pia ratiocinatio, magni patres sic exposuerunt. Et si quis noluerit orthodoxos suscipere, non cogetur. Verùm ad externos & à fide alienos nullum est detrimentum.

Passionis Christi ratio.

Neque enim hoc cadet nobis in aliquam deitatis imminutionem, quæ libera est, & semper est cum patre. Et quod quidem passus est Christus, passus est, sed non mutatus est natura. Verum permansit ipsius deitas in sua alienitate à passione. Quapropter cum voluisset pati, ex propria bona voluntate pro genere humano, postquam non poterat deitas pati, per seipsam passionis exors existens, accepit nostrũ passibile corpus, quum sapientia esset, vt in ipso ad patiendum consentiret, & nostras passiones susciperet, Deitate in carne coexistente. Etenim deitas non patitur. Quomodo enim qui dicit, Ego sum vita, mori poterit? Sed passionis exors permanet Deus. Compatitur autem carni, vt passio ad deitatem referatur, quum deitas non patiatur, vt sit nobis in deo salus, in carne verò passio: vt ne passibilem Deum habeamus, sed passionis exortem, referentem in seipsum passionem, iuxta voluntatem, & non iuxta necessitatem. Attamen & hi cum Hebraicas dictiones nequeattigerint, neque nouerint, neque quomodo se habeat harum vis sciant, proteruè & petulanter emicuerunt graues inimici, quærentes occasionem vnde fidem mutilent, imò magis seipsos, neque enim veritatem. Et quia inuenerunt, Dominus creauit me, periculosè velut imaginantes somniant ea quæ ad nihil commoda sunt vi

solomonis locus in Prouerbiis explicatus.

tæ inferentes, & orbem terrarum turbantes At hebraica lingua non si habet. Vnde & Aquila B dicit, dominus possedit me. Semper autem hi qui filios generant, dicunt, Possedi vel adeptus sum filium. Sed neque Aquila vim interpretatus est. Nam possedi filium, velut recens est: in Deo verò nihil est recens, etiamsi confiteatur quis quòd genitus est filius ex patre, & non creatus est. Genitus est autem sine tempore, & sine principio. Neque enim est tempus inter patrem & filium, vt siue tempus quoddam super filium existat. Si enim per ipsum omnia, ergo etiam tempora. Tempore verò existente eo quod præ omnibus est, quomodo erit hoc, nisi sanè quæretur alius filius, per quem ante filium factum est tempus. Et multa sunt quæ ad infinitam hæsitationem ducunt mentes hominum curiosorũ & nihil bonum operãtium. Cæterum in Hebraico dicit, Adonai, quod est Dominus: Canani, quod potest dici, tum instar pulli excusit me, tum possedit me. Verùm exactissimè dicitur, Instar pulli excudit me. Quis autẽ pullus nõ ex natùra genitoris gignitur? Et hic quidẽ in corporalibus creaturis per coitum masculi & fœminæ pulli fiunt, ab homine vsque ad pecus, & volatilia atque alia. Quapropter vnigenitus per omnia existens sapientia patris, & volens ad correctionem omnia facere, vt ne quis ad ipsum referat quæ non sunt. & excidat à veritate, profectus ad humanum gen⁹ & natura à muliere genitus, & in vtero virginis reclinatus per gestationis tempus, non à semine viri conceptus est, sed ex matre vniformiter accepit carnem, & in seipsum expleuit perfectam suiipsius incarnationem, non defectuosam, sed veram. Et non quia ex semine viri non erat, ideo habebat quid de C fectuosum: omnia enim perfectè habebat, carnem, & neruos & venas, & alia omnia quæ sunt. Animã verò verè, & non in apparentia. Mentem autem, & omnia quæ sunt in humana natura, excepto peccato, velut scriptum, Tentatus per omnia velut homo, excepto peccato: quo in eo quòd vniformiter hic

Natiuitatis christi ratio.

à matre secundum carnem genitus est perfectè, & non defectuose, ostendat volentibus videre veritatem, & non propria mente cæcutire, quòd etiam supernè ex parte genitus est perfectè, sine tempore & sine principio: & infernè ex matre sola genitus est impollutè, & citra inquinamenta. Quo verò etiam interpretemur dictionem, Adonai Canani, hoc est, Dominus instar pulli excudit me, omne quod generat, simile quid generat. Homo hominem gignit, & Deus Deum. Et homo quidem gignit secundum carnem, Deus verò secundum spiritum. Et qualis est homo, qui generat, talis est & qui ab ipso generatus est. In passionibus constitutus est homo, qui genuit proprium filium. Et passionis exors Deus, filiũ ab ipso genitum bitra passionem genuit, verè & non in apparẽtia, à seipso, & non extra seipsum, spiritus existens passionis expers, & spiritum citra passionem generãs, Deus existens à passione alienus. & D Deum verum generãs citra passionem, Si enim ipse creauit omnia, & cõfiteris ô Arri, quo creauit Deus omnia, ipse etiam filium genuit. Si vero dicis, Si genuit, passus est dum genuit: Et nos ad te dicemus, Si gignens passus est, fatigatus est creans. At simul omnia quæ vult, omnia habet in seipso in perfectione: & neque in creando passio in filium cadet, neque Deum affectioni obnoxium esse, propter impollutã filii generationem, intelligetur. Immutabilis enim Pater, immutabilis Filius, immutabilis Spiritus sanctus, vna essentia, vna deitas. At omnino dices mihi, volens genuit, aut non volens? Et non sum sicut tu, ô contencioſe, vt vnum quiddam tale de Deo cogitem. Si enim non volẽs genuit. Et si volens, genuit, ergo voluntas erat ante filium, & erit vel temporis monumentum inter filium per voluntatem In Deo autem non est tempus ad consilium, non voluntas ad deliberationẽ. Neque igitur volens genitus, neque inuitus, sed in natura supra consilium. Natura enim ipsi est deitas, neque consilio opus habẽs, neque sine consilio quid faciens, sed simul ex ipso omnia habens, et nihil rerum relinquens. Porro

idem

idem Arrius rursus venatur dictiones, semper omnia colluſtrans, et flagitia ſibiipſi curioſe inueſtigans
A non velut habet diuina Scriptura, ſed velut ipſe ægrotat circa quæſtiones & pugnas verborum ad nullam vtilitatem, ſed ad ſuiipſius, et eorum qui ab ipſo ſeducti ſunt ſubuerſionem, arripit dictum in quo Dominus benedicens diſcipulis dixit: Pater da ipſis vitam habere in ſeipſis. Hæc eſt autem vita æterna, vt cognoſcant te ſolum verum Deum, & quem miſiſti IESVM CHRISTVM. Verùm iam à me de his omnibus tractatum eſt in magno de Fide ſermone ſiue libro, inquo rurſus iuxta noſtrã mediocritatem ac debilitatem, coacti à fratrum exhortatione, ſcripſimus de fide, cui libro impoſuimus Ancorati nomen. Etenim quemadmodum exigua mens noſtra valuit per Dei auxilium, ex vniuerſa Scriptura doctrinæ Dei veritatem congregantes, velut ancoram his qui volunt, ſanctam patrum fidẽ, apoſtolicámque ac propheticam, & ab initio vſque huc in ſancta Dei eccleſia prædicatam, clarè propoſuimus, quo contineatur, ac muniatur cogitatione, diaboli vafriciis excitetur, neque à tempeſtate ab hæreſi multiplici in mundo commota lædatur. Sic enim & Dominus docuit diſcipulos ſuos, dicens: Si quod ab initio audiuiſtis, manſerit in vobis, vos in me manebitis, & ego in vobis: & ego in patre, & vos in me. Quare veritas fidei ab initio à Domino audita, manet in ſancta Dei eccleſia, & propterea manet ſancta Dei eccleſia & orthodoxa fides in Domino, & Dominus vnigenitus in patre, & pater in filio, & nos in ipſo per ſanctum Spiritum, ſi facti fuerimus templa ſancti ipſius Spiritus capacia, que-
B madmodum dixit ſanctus Dei Apoſtolus: Vos templum Dei eſtis, & Spiritus Dei habitat in vobis. Igitur Deus ex Deo eſt Spiritus ſanctus, per quem Spiritum templa vocamur, ſi habitare fecerimus ſpiritum ipſius in vobis. Spiritus enim CHRISTI ſpiritus eſt ex patre procedens, & de filio accipiens, velut ipſe vnigenitus confitetur. Hæc igitur omnia in prędicto de Fide libro expoſuimus qui ſcriptus eſt, velut diximus, ad patres Pamphylias ac Piſidiæ. Hic verò quoniam ad conſequentes dictiones perreximus, neceſſariò rurſus eadem in memoriam reuocare ſtuduimus, ob propoſitum hæreſiarcham Arium, & ſectatores ipſius Arrianos, vt malicias ipſorum exoluamus, dulce in amarum trãſmutantes, & bonum in malum, & lucem in tenebras. Talibus enim perfectè à Domino per Eſaiam Væ decernitur, qui bona in mala tranſmutant. Et talium nequaquam author eſt Deus, ſed quiſque horum, aut per vanam gloriam, aut præſumptionem, aut vanam ſapientiam, aut diabolicam opinionem excidit à veritate, & ſui flagitii tribulationem mundo induxit. Age igitur hanc dictionem tractemus, vt cognoſcamus quæ à Domino dicta ſunt, velut ſanctus Apoſtolus dicit: Et nos ſpiritum Dei habemus, vt cognoſcamus ea quæ à Deo nobis donata ſunt, quæ & loquimur, &c. Dicit igitur Dominus, da ipſis vitam habere in ſeipſis, Hæc eſt autem vita æterna, vt cognoſcant te ſolum verum Deum, & quem miſiſti IESVM CHRISTVM. Exilit autem turbator hic Arrius, eiuſque ſectatoras, & dicunt, Orare omnino ac precari Deum, & dicere, Pater da ipſis vitam habere in ſeipſis, non eſt eius qui æqualis eſt ei, qui exhibet vitam. Si enim eſſet ex eſſentia patris, ipſe vtique largitus eſſet vitam, & non petiuiſſet patrem dare accipientibus ea quæ ab ipſo dantur per petitiones. Et non ſciunt hi, qui
C contra ſeipſos ſententiam peruertunt, quòd venit vnigenitus, vt fieret nobis exemplar & ſalus, in medio mundo conſtitutus velut in theatro, inſtar athletæ deſtruens omnia contra veritatem inſurgentia ex incredulitate ac calumnia & errore diaboli, alicubi per idolatriam, alicubi per Iudaicam opinionem, alibi per incredulitatem, alibi per elationem humanæ opinionis, vt doceret homines humilitatẽ ne quis ſeipſum aliquid putaret, qui homo ſit, ſed ad patrem vniuerſorum totum referret. Et propterea etiamſi vita erat, velut dicit, Ego ſum vita, & poſſet dare vitam, non vult tamen turbare iuſticiam, ſed venit ad vnum principium, ad vnam deitatem, ad vnam veritatem, ad vnam concordiam, ad glorificationem vnam congregaret, hominum ſalutem ac mentem, & coram diſcipulis patrem rogat. Quis enim filius, á patre non petit? Quis verò pater filio non dat? Quis autem filius alienus exiſtit à patris natura? Et propterea filius vnigenitus à patre, plenus gratia & veritate, non indigebat complemẽto perfectionis, quum non deficiat in veritate, ſed plenus ſit gratia & veritate. Verùm cum plenus ſit, & dat, & dare poteſt, vult autem omnia referre ad Patrem. Glorificat enim filius patrem, glorificat pater vnigenitum. Ego enim glorificaui te in terra, inquit Filius ad Patrem. Et Pater ad Filium dixit, Glorificaui te, & rurſus glorificabo. Non eſt diſſenſio, non eſt inuidia deitatis. Da igitur ipſis habere vitam in ſeipſis. Qui vita eſt, vitam à patre accipere vult, & dare diſcipulis, qui ipſe vita eſt, vt ne diſtrahat vnitatem, vt ne ſpina fieret Iudæis, vt audirent Iudæi à Patre petentem & dantem diſcipulis ſuis. Quomodo igitur petit à Patre Filius? uelut non habens & petens? minimè: ſed unitatem Trinitatis ſignificans, perfectè exhibentem ei, qui dignè dona accipit. Quo uerò ſignificaret quòd una eſt deitas rurſus in alio loco non amplius petens dat, ſed propria autoritate, uelut fons exiſtens à fonte, & Deus ex Deo, inſufflauit in faciem ipſorum, et dixit: Accipite Spiritum ſanctum. et alibi ſuſtulit manus, et dixit, Accipite Spiritum ſanctum. Et habet uitam in ſeipſo, cui vult dare, dat. Sicut enim Pater uitam habet in ſeipſo, ſic etiam Filius uitam habet in ſeipſo. Et uides quòd honoris erga patrem gratia, et propter unam unitatem &, unam glorificationem, et ut ne putent diſcipuli à Deo legis et prophetarum ip-
D ſum mentes credentium declinare, unigenitus uenit: huius gratia Deus exiſtens, et hominum maligni tatem prænoſcens, ſermonem ad Patrem mittit, et gloriam auferri nequeũtem Patri tribuit: quo Manichæus confundatur, qui Patrem negat, quo diſcipuli diſcant quòd eadem eſt deitas in veteri ac nouo Teſtamento, quo Iudæi pudefiant, quoniam non venit vnigenitus ut doceret alium Deum, ſed ut ſuam & patris ſui cœleſtis deitatem reuelaret. Da igitur ipſis habere uitam in ſeipſis. Equidem quum ipſe prædicauerit hanc uitam, quomodo Patrem rogabat, ut daret ipſis quod ipſe docebat ac dabat? Vitam enim poſtea pronunciauit, dicens: Hæc, inquit, eſt uita, ut cognoſcant te ſolum

Ancorat⁹ liber Epiphanii.

Chriſtus cur patrẽ rogat, vt det vitam diſcipulis

Pater ſol⁹ verus de⁹ quomodo accipiẽdus

verum Deum. Deinde Arrius & eius complures exiliunt propter hanc dictionem, velut qui aliquid contra veritatem reperetint, quòd dixit solum Patrem verum Deum. Vides igitur, quòd solus est pater verus? Interrogemus autem & nos ipsi vos, Quid igitur dicitis? Solus est pater verus, filius autem quid tandem erit? Non est verus filius, vana est spes nostra, vana inter nos prædicatio, inueniemini assimilantes filium Dei, per blasphemiam contra vosipsos, innominatis & nefariis simulachris, ad quæ dixerunt Prophetæ ex seductorum persona, prout quisque prophetarum huius dictionis mentionem fecit: & hoc, Falsos fecerunt sibiipsis Deos patres vestri, & falsi facti sunt colles. Itaque etiam vnigenitus apud vos sic iudicatur, & ita turpiter de eo qui vos redemit, si modò redemit, sentitis. Non amplius eiusdem stabuli estis, negãtes vestrum Saluatorem, & qui redemit vos. Si enim nõ est verus Deus neque adorandus est. Et si est creatus, non est Deus. Et si non est adorandus, quomodo igitur Deus prædicatur? Desinite vos qui rursus naturam Babylonicam facitis, qui imaginem & figuram ipsius Nabuchodonosor erexistis, qui famosam hanc tubam vnitatem belligerantium buccinatis, qui in musicis instrumentis ac cymbalis & in psalterio per erronea verba vestra populos ad casum fertis, imagini magis seruire efficientes, quàm Deo & veritati. Et quis verus alter, sicut filius Dei? Quis enim adæquabitur Domino inter filios Dei, inquit Scriptura, & alius ad ipsum non comparabitur? Et quid ait? Quo videas quod de filio dicit, cosequenter narrans ait: Excogitauit omnem viam scientiæ, & dedit ipsam. Et post hæc, In terra uisus est, & inter homines conuersatus. Quomodo igitur non verè ad ipsũ hæc dicta sũt qui dicit, Ego sum veritas. At dices mihi, quomodo dixit vnigenitus verus Deus, vt cognoscant te solum verum Deum, quo non multitudo deorum putaretur, vt ne diuisio fieret vitalis cognitionis. Si enim solus Deus verus pater, verus est filius ex patre verè genitus. Nam colens patrem, & solum ipsum verum Deum reuelans, seipsum ostendit ex patre vere genitum. Quapropter verus pater Deus, verus Deus filius vnigenitus. Et vnde demonstrandum est? At vide mihi dictiones hic, quomodo solum verum Deum dicit hic patrem. Verum in Euangelio secundum Iohannem dicit, Erat lux vera. Et quæ lux vera quàm vnigenitus? Et rursus Scripturæ de filio dicunt, quòd lux Deus & non dicũt Lux vera Deus, verum de filio Dei, quòd lux vera vnigenitus. At de patre, Deus verus, & non dicunt, Lux vera Deus. De Filio verò, quòd Deus, & non apposita est vox verus, ad dictionem Deus filius. & vbi lux Deus, non apposita est vox veta. Quid igitur, dicimus de patre, quod sanè lux vera est Deus, & non defectuosum faciemus Deum. Et quoniam non est scriptum, Lux uera, ideo non dicimus peccantes, quòd non est lux uera. & quoniam scriptum est, Filius est Deus, & erat Deus apud uerum patrem. Etenim erat Deus uerbum, & non dixit, Deus factum est uerbum, sed Deus erat. Et his duobus æquiualentia demonstrabuntur. ex dictione quidem Deus uerus pater, & ex dictione, lux uera filius, æqualitas dignitatis apparebit. Ex dictione uerò Deus filius, & lux Deus, æqualitas glorificationis inuenietur Et nihil differet, neque contradicere quis poterit ueritati, Sed uerus Deus est pater, & uerus filius unigenitus. Porrò & de Spiritu sancto cogat quid hic dicere amplius, ut ne quibusdam telictis, occasionẽ prębeam inimicis, ut suos prætextus habeant. Sic enim etiam Spiritus sanctus, uelut ipse Dominus testatur, Spiritus est ueritatis, Spiritus patris: & ut Apostolus dicit, Spiritum Christi. Proinde Spiritus sãctus est spiritus ueritatis, Spiritus Dei, sicut Deus uer⁹, sicut lux uera, sicut S. patris sicut Spiritus filii. Vna enim est trinitas, una glorificatio, una deitas, una dominatio, Pater pater, Filius filius, Spiritus sanctus Spiritus sanctus, non est coniunctio ipsa trinitas, neque desiunctio à propria sua unitate, non est defectuosa in perfectione, non aliena à propria proprietate, sed per omnia perfectio, tria, perfecta, una deitas, & cecidit aduersariorum machæra. Etenim sic scriptum est, Telum infantium sunt. Etenim infantes etiamsi accipere uelint tela, inualidi sunt, non potentes manibus suis quicquam perpetrare. Si uerò etiam conturbentur infantes magis seipsos iugulant, ac seipsos iniuria afficiunt, quum non possint per teli conatum alios impetere. Quemadmodum etiam hi contra seipsos excitarunt bellum erroris, minimè uerò irruunt in filios ueritatis. Transibo autem & ad alias dictiones rursus ab ipsis excogitatas. Et primùm quidem admiratione digna res est, quod ironia utuntur ad integros ac simplices natura decipiendos, Quemadmodum enim serpens decepit Euam simplicem, eodem modo hi ubi uoluerint aliquos asciscere, primùm quidem adulationibus multis, & liberalitate ac atentione, promissionéque simul & terriculamentis aggrediuntur. Eos uerò qui non uolunt secundum ipsorum fidem ferri, regiis mandatis adoriuntur, & regis Valentis indignatione resistitis? inquiunt. Et quid est (inquiunt) ꝙ dicimus, Eadem est fides: nisi quod uanam gloriam sectamini? Videamus igitur an eadem sit fides. Dicunt itaque, Confitemur genitum Filium ex Patre, & non negamus: sed oportet nos etiam creaturam & facturam confiteri. Nihil autem est stolidius. Omne enim creatum, non simile est genito, neque genitum simile creato, maximè ad illam puram & perfectam essentiam. Omnia enim à Deo creata sunt, solus verò filius Dei genitus est, & solus Spiritus sanctus ex Patre processit, & ex Filio accepit. Reliqua verò omnia sunt creata, & neque progressa ex Patre processerunt, neque ex Filio acceperunt, sed ex plenitudine filii, velut scriptum est: Verbo enim Dei omnia firmata sunt, & spiritu oris eius omnis virtus ipsorum. At, inquiunt, oportet etiam confiteri creaturam, quoniam dixit Scriptura firatius dici creaturam, & figuratè dici genituram. Nam etiamsi dixerimus genituram, non velut vnam ex genituris dicimus. Itaque in eo quòd genitutam dicunt, & non veram genituram, simpliciotes decipiunt. Sed et creaturam confitemur, inquiunt. Quandoquidem enim et ianua siue ostium vocatus est Christus, et via, et colũna, et nubes, et petra, et agnus, & manna, et caper et vitulus, et leo, et fons, et sapientia, et verbũ, et fili., et angelus, et Christus, et saluator, et Dominus, et homo, & filius hominis, & lapis angularis, & sol, & propheta, & panis, & rex, & ædificator, & agricola, & pastor, & vitis, et quæcunque

Lux vera & lux citra additionem.

Telainfãtium.

valẽs rex Arrianus

christi appellationes variæ

cunque talia, sic inquiunt, etiã creaturam dicimus: abusiuè enim nos confiteri oportet. Fuge malam hanc opinionem ac calliditatem, ne det Dominus vt aliquis ex filiis veritatis tali ironia subducatur, quò per eiusmodi argumenta etiam creaturæ nomen in filium Dei suscipere persuadeatur, atque sic confiteri. Dent enim nobis huius vsus rationem. Nam omnia illa abusiuè dicta sunt, minimè in deitatem Filii irruentia, neque defectuosum facientia ab essentia ipsius erga patrem. Et ostium dici poterit, quoniam per ipsum ingredimur: & via, quoniam per ipsum vadim⁹: et columna, quia ipse est fundamentũ veritatis: et nubes, quia intexit filios Israël: aut etiã colũna, propter luciditatẽ ignis quẽ illuminauit in
A deserto et manna, quia negauerant ipsum panem cœlestem: & panis, quia per ipsum fortificamur: et ãgelus, quoniã magni cõsilii ãgel⁹ est æquiuocũ enĩ est ãgeli nomẽ. Suscepit enĩ Rhaab ãgelos, et nõ erãt angeli, qui missi erãt alii, quã qui annũciauerũt de loco. Sic etiã vnigenit⁹, quoniã annunciauit volũtatẽ patris hominibus, magni cõsilii angelus est, dum in mundo magnum consilium annunciauit. Et lapis non insensibilis lapis dicitur, sed abusiuè, eo quod offendiculum fuit Iudæis, nobis autem fundamentum salutis: et lapis angularis, eo quòd constituit vetus et nouum Testamentum, circumcisionemque ac præputium in vnam vnitatem. Agnus autem, propter innocẽtiam, et quòd per ipsum, pec catũ ab hominibus sublatum est: in eo quòd ipse patri oblatus est ouicula ad mactationẽ. Nam venit vt pro nobis pateretur, passionis exors, quo nos saluaremur. Et si quid aliud est eiusdem vsus, ꝙ cõfert ad salutem filiorum hominum, abusiue à diuina Scriptura ad ipsum refertur. Quid igitur creatura pro fuerit, aut qualem vtilitatem facit ad nostram salutem, et ad Dei verbi in carne glorificationem et perfectam deitatem? Quid prodest nobis dicere ipsum creaturam? Quid facit creatura creaturis? Quid prodest creatura creaturis? Quomodo verò creauit Deus Deum, in adorationem proponens, quãdo dicit: Ne feceris tibi ipsi vllam aliquam similitudinem, neque in terra, neque in cœlo, & non adorabis ipsam. Quomodo igitur creauit sibi ipsi filium, & adorari præcepit, maximè cum Apostolus dicat: Et coluerunt creaturam præter creatorem, & stulti facti sunt. Stultum est enim creaturam deificare.

Creaturã nõ adorari.

B Reprobat autem primum præceptum, quod dicit: Dominum Deum tuum adorabis, et ipsi soli cultũ præstabis. Quapropter sancta Dei Ecclesia non creaturam adorat, sed filium genitum, patrem in filio, filium in patre, cum sancto Spiritu. At reuera, inquiũt, nisi dixerimus, quòd creatura est, imminutionẽ Patris facimus. Creatum enim non imminuit creatorem: quod autem genitum est ex natura, id aut cõtractionem efficit, aut dilationem, aut imminutionẽ, aut sectionem, aut aliquã talem affectionẽ genitori annectit. Ingens autem est stulticia eorũ qui talia ratiocinantur, vt à seipsis Deũ assimilent, & suas affectiones Deo annectãt: cum Deus penitus exors sit passionis, & in generando, & in creando, Sicut enim nos patimur generantes, quoniam creati sumus, sic etiam laboramus creantes. Et si patitur Pater generans, ergo etiam creans laborat. Quomodo verò de Deo passionẽ dicere licet, & laborare, siquidem laborat? At non laborat?, absit. Non laborabit enim, inquit Scriptura. Spiritus igitur Deus, & spiritus sine principio, & sine tempore filium genuit, Deũ ex Deo, lumen de lumine, Deũ verũ de Deo vero, genitum, non factum. Præteribo autem & hoc dictum, & rursus ad alia nos conferamus, quæ ab ipsis in malis opinionibus dicuntur ac decãtãtur, & suprà à me proposita sunt. Etenim rursus vanè producunt hoc dictum falso interpretantes, Suscipite pontificem vestrum fidelem existentẽ ei, qui fecit ipsum. Et primùm quidem hanc epistolam, ad Hebræos inquam, reiiciunt, negantes ipsam natura ab Apostolo esse, & asserentes ipsam Pauli non esse. Verùm dictum hoc, ob proprium morbum
C in seipsos, velut dixi, malè suscipiunt: nimirum ex eo quod dictum est, Fidelem existẽtem ei, qui fecit ipsum, creaturam falso inferentes. Percunctetur autem quis intelligentia prædituſ ipsos, & hæsitabũt non habentes quod respondeant. Quando assumpsit Dominus noster vt pontificis nomine appellaretur? Nequaquam enim ante aduentum suum in carne hæc nomina habuit, vt lapis vocaretur, & ouis quæ ducitur ad mactationem, & homo, & hominis filius, & aquila, & agnus, & alia omnia quæ ad ipsum post aduentum iu carne referuntur. Quare & pontifex ipse appellatur, propter argumentum de ipso à lege prædicatum: nempe, Prophetam ex fratribus vestris excitabit Dominus Deus vester. Proĩ de prophetam & pontificem, & vocem Ex ipsis, post hunc locum Scriptura clarè interpretatus, velut etiam firmiter videre est, quomodo rursus insuperabilis Dei virtus & prænotio, ad obturãdum omne os quod contra veritatem excitatur, omnia cum mirabili illuminatione prædixit ac muniuit. Dicit enĩ sic in eadem consequentia: Nam omnis pontifex qui ex hominibus assumitur, pro hominibus cõstituitur, ad offerendum dona & victimas pro peccatis, ita vt moderatè ferre possit: necessitatem enim etiam ipse habet in propriis peccatis. Qui verò non habet peccatum, obtulit seipsum patri, partim ex
D hominibus, propter aduentum suum: partim non ex hominibus, quum non habeat necessitatem propter deitam. Et de ipsius deitate dicit, Etiamsi esset filius: de aduentu verò in carne, Didicit ex his quæ passus est, inquit. Et vides quòd omnia ad Christum pertinentia plana sunt, & nihil est in ipsis tortuosum. Nam hoc, Pontificem fidelem ei qui fecit ipsum, neque eandem formationem corporis hic declarat, neque ipsius incarnationis: non de creatione omnino dicit, sed de dono dignitatis post aduentum suum, iuxta id quod dictum est: Dedit ei nomen quod est super omne nomen. Et non antea implebatur hoc in deitate, sed in præsenti aduentu. Nam ipsius incarnatio ex Maria, accipit nomẽ quod est super omne nomen, vt cum Deo Verbo vocaretur filius Dei. Et propterea etiam per ipsum Apostolum hic rursus dixit, Eum verò qui paululũ imminutus est infra angelos, videmus Iesũ propter passionẽ mortis gloria & honore coronatũ, quo Dominus & factor angelorũ, infra angelos imminutus appareret, & herrẽdus ac terribilis ãgelis, & qui ex nihilo ipsos cum Patre & sãcto Spiritu creauit, imminutus diceretur, & appareret manifectè, quòd nõ de deitate hic loquitur, sed de ipsius carne. Passio enim mortis non ante carnem ad Verbum refertur, sed post aduẽtũ in carne, eodem passionis exorte existente &

Epistolã ad Hebræos pauli non est.

& passibili,passionis quidem exorte,in deitate: patiente verò,in humana natura.Quare etiam ambo in vno implētur,filius hominis,in hoc: & filius Dei,in illo.Simul enim Christus in ambobus filius vocatur.Quid igitur fecerit ipsum,discant cōtētiosi prędictis omnibus,quia nihil in hoc dicto ad deitatē refertur,sed ad aduentum in carne.Et neque sicut de factura aut creatura,sed velut de dignitate post aduentum dixit, fecit ipsum. Etenim si quis interroget regem aliquem de proprio illius filio, *Simile regis de filio suo interrogati.* Quid est tibi hic,& audiat ab ipso,Filius meus est.Genuinus igitur tibi est,aut spurius?Ille verò respōdeat,Genuinus est ex me.Quid igitur ipsum fecisti?Regem ipsum feci: manifestum est nihil immutatum esse ipsum à patris sui dignitate.Et non omnino eo quòd dixit,Feci ipsum regem,ideo creaui ipsum,dicit Rex.Non enim generationem negauit,quum non genuisse confessus sit,in eo quòd dixit, Feci: sed illam quidem palàm pronunciaui.Verùm vox Fecit,de dignitate declarauit.Sic etiam filius filius patris citra ambiguitatem ab his qui vitā volunt,creditur & adoratur.At pōtifex factus est,quoniā in corpore suo seipsū patri obtulit pro hominib.ipse sacerdos,ipse victima,seipsū quidē obtulit pro omni verò creatura pōtificatum gessit.Ascendit autem spiritualiter & glorioſe in ipso corpore, sedet in dextera patris,factus pontifex in æternū,& pergressus cœlos semel,velut testatur de ipso in sequētibus idem Apostolus. Et corruit rursus horum diuinæ Scripturæ prætextus,quæ vitalis est, & nihil offendiculi habet fidelibus,aut ad imminutionem blasphemiæ contra Verbum.Deinde rursus meminit alterius dicti,quod Iohannes stans in deserto,& conspicatus ipsum venientē,dixit: Hic est de quo dixi vobis,quòd post me venit vir,qui ante me factus est,quia prior me erat.Et primùm quidem ipsas dictiones,velut capite grauati,alterāt in sētentia,& dicūt,Quomodo hoc impletur in aduētu in carne quum non fuerit ante Iohannē in vtero Mariæ cōceptus? Sed velut Euangelista dicit.In sexto mēse missus est angelus Gabriel in ciuitatem Galilææ ad virginem despōsatam viro,cui nomē Ioseph,& ingressus ad ipsam dixit,Gaude gratiosa,Dominus tecum,& c.Quum igitur turbaretur virgo ob salutationem,dixit ad ipsam: Ecce concipies in vtero,& paries filium,& vocabis nomen eius Iesum. Et ecce cognata tua Elisabeth concepit filium in senectute sua,& hic mensis sextus illi est,quæ vocatur sterilis.Et vides(inquiunt)quòd sex mensibus antequam bonum nuncium afferretur Mariæ,iam præextitit Iohannes? Quomodo igitur hoc,Ante me factus est,in aduētu Christi in carne implebitur? Quis verò ex simplicibus,& non in sententia probè firmatis,hoc dicto audito non turbabitur? Dicit enim, Quæ necessaria sunt,& simplicia,& vitalia,in diuina Scriptura,ea his qui sibi praua attrahunt, magis nociua apparent,quum dicta penitus sint in Spiritu sancto illuminata.Quid enim relictum est à dicto ad securam certitudinem? Ecce enim dicit,Hic est,visibilem significans ac ostendens videntibus,De quo dixi vobis, quòd post me venit.Et quis venit nisi vir? Nemo autem prudentia præditus,virum nudum putauerit Dominum nostrum,quàm hæreses suprà à me relatæ,Cerinthiani & Merinthiani,ac Ebionitæ,sed cum hoc quòd uir est,omnino certò eriam Dominum ipsum sciunt veri fideles,velut etiam Ioānes testatur,Quod audiuimus ab initio:quasi dicat, Eum qui ab initio est inuisibilis Dei Verbum,quem audiuimus in diuinis Scripturis,in Prophetis annunciari,in cœlo hymnis celebrari.Et propterea quod ab initio audiuimus,& vidimus oculis, quo primùm audiuisse Deum ab initio confiteatur?vidisse vero,hominem significet,quem etiam Baptista Ioannes dixit,Quod post me venit vir:& hoc,Manus nostræ contrectauerūt:vt Deum ex supernis significet,& hominem visibilem á Maria genitum ostendat,qui & ex mortuis perfectus resurrexit,non abiiciens sanctum vas,quod susceperit.& perfectam suam incarnationem.At per hoc quod contrectauit latus,& typum clauorum,tria confiretur inconcusse.Sic etiam hic mihi intellige hoc,Hic est de quo dixi vobis,quod post me venit uir,vt aduētum in carne significet.Quia prior me erat,vt deitatem ostenderet,quoniam ante me factus est:In mūdo enim erat,inquit Euangelium,& mundus per ipsum factus est,& mundus ipsum non cognouit.Si autem in mundo erat,antequam Ioannes gigneretur ac conciperetur, ante ipsum fuit in mundo, non de creatione,non de factura significat,sed iuxta vsum consuetum,quo æquiuocè homines dicere solēt Fui in Hierosolymis,fui in Babylone,fui in Aethiopia,fui in Alexandria,non creationem hic significat,sed accessum & aduentum.Fui enim in Babylone,aut altero loco,quādo veni.Ante me igitur fuit aut factus est(vtrumque enim Græca voce significatur)inquit,vt ostendat Verbi in terra semper accessum.Et hoc,Prior me erat:vt ostendat deitatem semper existentem.Illud vero,post me venit,vt īdicet conceptionem post Iohānem.Et propterea,Ego vox clamantis in deserto,Vox est præparatiua auditus hominum.Primùm enim inarticulatam vocem sonantem reddere solent clamantes,è longinquo vocantes eos qui ab ipsis aliquid audire debent.Et vbi illi vocem solam audierint,& mentem ad audiendum conuerterint,aurésque præparauerint,tūc is qui sonantem vocem emisit,de cætero distinguit sermonem quem dicere voluit.Sic etiam Iohannes vox fuit,aures hominum præparās.Non enim erat ipse Verbum,sed post ipsum venit Verbum,propter quod præparatiua vox fuit,siue facta est. Et propterea dicit,Vox clamantis in deserto,præparate vias Domini.Vox enim præparat,Dominus autem ingreditur vias præparatas,Et vox loquitur,vt præbeant audientiam.Vbi vero auditus ocium egerit,tūc sermo in aurem susceptientium mittitur.Nusquam igitur reprehendet Arrius & eius complices Dei veritatem,semper illuminantem corda fidelium,vt ne euertantur à salute in Verbo filio Dei in veritate in creato,& semper genito.Progredientibus autem rursus nobis,& ad sequentia procedentibus,nihil relinquemus ex his quæ suprà ad soluendum sunt proposita, sed rursus ordinis consequentiam arripiemus.Prætexunt enim rursus alium prætextum,qui à sancto Petro in actis dictus est,nempe:Notum vobis sit tota domus Israel,quod hunc Iesum,quem crucifixistis,& Dominum & Christum,ipsum Deus fecit. Et rursus dicunt,quod hic Fecit scriptum est: & non vident quod dictum est (ipse enim per

Ante me factus est vel fuit et prior me erat,quomodo accipiēda sint

Iohannes vox cur sit.

Petri locus explicatus.

seipsum

ſeipſum dictum declarat) Hunc enim Ieſum, vt ſignificet Domini incarnationem. Ex hoc enim quod dicit, Hunc Ieſum, quem crucifixiſtis: manifeſtum eſt, quòd de carne dicit, quam crucifixerunt: carnem enim crucifixerunt. Et propterea Dominus in Euangelio dicit: Nunc autem quæritis me occidere hominem, qui veritatem dixi vobis, quam ex patre meo audiuit: non ab humanitate ſeparans deitatem. Neque enim extra humanitatem fuit deitas, quando paſſurus erat: neque in patiendo relictus eſt à Verbo aduentus in carne, ſed neque paſſionis exors Verbum paſſum eſt prius in carne patiente exiſtens. Verum eſt enim in vtriſque vnum nomen, & in deitate, & in humanitate. Chriſtus enim eſt incarnatio ipſius Verbi. Et Chriſtus eſt in ipſo in carne aduentu. Sed paſſio ipſa eſt in carne, quemadmodum dixit Petrus, Chriſto paſſo pro nobis in carne: vt oſtendat deitatis à paſſione alienitatem. Et rurſus, Mortuus in carne, viuificatus autem ſpiritu. Hunc igitur Ieſum, quem crucifixiſtis: vt ne relinqueretur ſancta in carne diſpenſatio à paſſionis exorte & increato Verbo, ſed couniretur ſupernè increato Verbo. Quapropter & Dominum & Chriſtum Deus fecit: id quod ex Matia conceptum eſt, & deitati counitum. Non enim Maria Deus ſecundum naturam. Quapropter conſequenter infert, Fecit: quemadmodum etiam angelus Gabriel dicit, quum interrogaſſet ipſa, Quomodo erit hoc, quoniam virum non cognoſco: Spiritus Domini ſuperueniet in te, & virtus altiſſimi obumbrabit tibi. Quapropter & quod naſcetur ſanctum, vocabitur filius Dei. Quum autem dixerit, Et quod naſcetur, oſtendit non requiſitus de Deo Verbo, quod filius eſt citra ambiguitatem, non creatus, non factus. Verùm de diſputatione carnali à Maria, cum additamento dixit, Et quod naſcetur, Chriſtum & Dominum fecit, velut in aliis loquutionibus. Omnia clarè impleta ſunt, & nullum laborem exhibent. Sic etiam hic in aduentu carne impleta ſunt, & nulla eſt præuaricatio his, qui vitæ ſuæ ſtudioſi ſunt. Viuens enim Verbum à viuente patre, filius patris, & non creatus. Omnia verò in aduentu in carne implera ſunt, vt neque ſpectrum putaretur, neque coeſſentialis caro ſupernæ deitati: ſed incarnatio ipſius counita in vnam à paſſione alienitatem, maximè poſt reſurrectionem à mortuis. Non amplius enim moritur, inquit, mors ipſi non amplius dominatur. Eſt enim vnus Dominus, vnus Chriſtus, vnus rex, in dextera Patris ſedens, corporale & ſpirituale, vna vnitio, vna deitas ſpiritualis, ambo lucida, & in maieſtatis gloria. Porrò tranſmittam hoc dictum, quod abundè me dèclaraſſe puto, & de aliis ab ipſis ad ſubuertendos audientes excogitatis dicere aggrediar. Rurſus enim dicunt, Si eſt ex eſſentia patris, quomodo non nouit horam & diem? Sed proprio ſermone confitetur diſcipulis, non noſſe quæ pater nouit, inquiens: De illa die & hora nemo nouit, neque angeli in cœlo, neque Filius, niſi Pater ſolus. Si itaque, inquiunt, Pater nouit, & ipſe non nouit, quomodo poteſt eadem deitas patris ac filii eſſe, quando quæ nouit Pater, Filius ignorat? Quæcunque verò myſticè & in diuina ſua ſapientia, ad certitudinem cognitionis veriſimæ vnigenirus docens expoſuit, hi ignorant, & humanos affectus omnes in ſuum ipſorum detrimentum, velut horrenda reptilia, & ad ſuam perniciem ea quæ ab aſtuto venatore ineſcata ſunt, abripiunt, neſcientes quòd mendacium nuſquam conſiſtet. Veritas autem vndiquaque proprios filios ſuos corrigit, & mendacium redarguit. Dicam enim vobis, qui malam opinionem de Chriſto ab initio habetis, Vtrum maius eſt ſecundum naturam, & ad ſcientiam, Deús ne omnium Dominus, & pater Domini noſtri Ieſu Chriſti, aut dies à Patre & Filio ac Spiritu ſancto inducta & facta, & illa hora? Omnino autem interrogati cogentur ab ipſa veritate Patrem maiorem dicere, ſicut etiam eſt. Si itaque dicit Filius, Nemo nouit Patrem, niſi Filius: & nemo nouit Filium, niſi Pater: Qui quod maius eſt, cognoſcit, hoc eſt Patrem: quomodo quod minus eſt ignorat? At diuina ſunt verba à Spiritu ſancto dicta, ignota autem his qui non acceperunt Spiritus ſancti donum & gratiam. Tales enim quum ſint prædicti, inſtabilem habent intelligentiam, ſtolidámque mentem, ad noxias & ad minores præuaricationes lapſantem. Opponet enim ſe illis id quod ab ipſo Domino dictum eſt, Eſtote parati: Sint lumbi veſtri præcincti, & faces veſtræ in manibus veſtris, & eritis velut ſerui boni expectantes dominum ſuum. Sicut enim latro in nocte, ita accedit dies. Et ſanctus Apoſtolus ait: Non eſtis filii tenebrarum, ſed diei, vt ne dies vos velut fur deprehendat. Si itaque filii diei non occultantur à tenebris, ſed parati ſunt, quoniam qua non ſciunt die, & qua non expectant hora, Dominus ipſorum adeſt: igitur non differt à ſeruis ſuis & filiis diei, propter lucidam ſuam ſubſtantiam ac deitatem, quum ipſe cauſa horum illis ſit. Aut velut ignorantes diem, & non parati, deprehẽdetur ignorans, & ſub minoribus exiſtens. Quis autem inſania percitus hæc de Chriſto cogitauerit, quòd ipſe erit, velut homines eius dominio ſubditi, & diſcipuli: aut velut deteriores, propter ſuam ignorantiam imparati? Et tota res eſt ſtolida. Si itaque hæc impleri non poſſunt, verùm ſermo extentus vſui oppoſitus reperietur: quærendum eſt igitur quam rationem reperiamus, quo citra oppoſitionem vtriſque ſeruatis, à veritate non recedamus. Impoſsibile eſt enim Dominum mentiri, & impoſsibile eſt ipſum fruſtra narrationes ad noſtram vitam facere. Cognoſcit itaque Pater, cognoſcit Filius, cognoſcit Spiritus ſanctus. Nihil enim eſt in Patre diuerſum à Filio, neque in Filio diuerſum à Spiritu: velut in vnaquaque prædicta hæreſi pro re nata demonſtrauimus ex veris confirmationibus, Trinitatem eſſe vnam deitatem, & nihil habere in ſeipſa cuarians. Sed totum perfectio, tria perfecta, vna glorificatio, & vnum dominium. At dices mihi, Qua igitur ratione hoc dixit? Etiam quidem alibi de hoc ſermone à me dictum eſt. Nihil autem prohibuerit ad eadem apponere, & eadem vera verba referre: & ego quidem ad hoc impiger ſum, legentibus autem hoc tutum erit, aduerſariis verò in redargutionem. Habet autem res hoc modo. Tres ordines hoc loco in medium produxit: Patrem, & ſeipſum, & omnes angelos in cœlo. Et Patri quidem attribuit noſſe, non ſolum ſcientiam oſtendens & cognitionem, ſed etiam ea quæ ſemper apud Patrem & apud filium citra ambiguitatem detenta ſunt, & facta & perpetrata. Et pater quidem nouit diem, nouit ipſam,

Pater ſolus nouit de illa die

Exhortatio Chriſti ad præparationem.

Tria perfecta.

& produxit ac fecit, & iudicauit. Sicut dixit in Euangelio ſecundum Ioannem, Pater neminem iudicabit, ſed omne iudicium dedit Filio. In eo enim quòd dedit, iudicauit: quum itaque iudicauit, nouit: quum verò nouit, ſcit quando venit. Qui enim non credit in Filium, iam iudicatus eſt: non quòd præterierit iudicium, ſed quòd ea quæ tunc futura ſunt, iam indicentur. Quare & ob hoc tale impletur. Nouit enim Scriptura ſcientiam, & ſcientiam, quemadmodum etiam ſæpè pro oblata argumenti occaſione, à ſimilitudinibus & exemplis, vniuſcuiuſque propoſitæ rei ac cauſæ claritatem & declarationem explicare non reliquimus. Apprehendamus itaque rurſus ab initio, & de his dicamus. Quid dicitis, ô vos? Nouerat Adam Euam vxorem ſuam, & ante inobedientiam ac exceſſum, aut non nouerat? Et non poteſtis contradicere veritati. Si enim non volueritis recta via ingredi ad talem ſententiam, redarguemini. Erant enim, inquit, nudi, & non erubeſcebant. Quum igitur ipſi nudi eſſent, & non cæcutirent: neque enim hoc negare poteſtis, vt non vidiſſe ipſos cõfiteamini. Nouit enim, inquit, Eua lignum quod bonum eſſet ad eſum, & aſpectu pulchrum. Proinde nouerat, & nouerant. Quum autem noſſent & viderent ſe mutuò, cognouerunt: velut poſt multum tempus, ait Scriptura, Et cognouit Adam Euam vxorem ſuam. At priorem quidem notionem ac viſionem ſiue ſcientiam, de notione per viſum conſiſtente, ac per intellectum dicit. In ſecunda verò notione, de cognitione & vſu loquitur. Quemadmodum etiam alicubi Dauid, vbi conſenuiſſet, velut dicit diuina Scriptura, Et conſenuit Dauid, & non calefiebat, & dicebant famuli ipſius ad ipſum: Quæratur regi virgo, & inuenta eſt Abiſac Sumanitis: Et calefaciebat (inquit) ipſum, & cum ipſo dormiebat, & non cognouit ipſam Dauid. Quomodo non cognouit coniunctam corpore, & quæ latus applicuerat? At cognitionem hic non eam dicit quæ fit per intellectum, ſed eam quæ contingit per ipſum. Nam & de Iacob dicit, Quòd ſeptem annis fuit paſtor cum Rachel & Lia, & nouit ipſas. Quando verò de copulatione reuerendarum ipſius nuptiarum narrat, dicit: Cognouit Liam vxorem ſuam. Nam prior cognitio per intellectum erat, & per viſum. Poſterior autem cognitio ſiue notio, in vſu erat & actione. Sic etiam in eadem diuina Scriptura, Nouit Dominus eos qui ſunt ipſius: non quòd ignoret eos qui non ſunt ipſius, ſed euidentiam defenſionis ac protectionis Domini ſignificat. Et, Diſcedite à me operatores iniquitatis, non noui vos: Igitur non nouerat ipſos ſecundum cognitionem? Imò quia non erant ipſo digni, actionem ab ipſis tollit. Et in alio loco, Vos cognoui ex omnibus gentibus: Ergo omnes gentes, & numerus totius humani generis cognitionem eius fugiunt, & non potius capilli vniuſcuiuſque capitis humani, tum eorum qui ipſi ſeruiunt, tum eorum qui ipſi non obediunt, cognoſcuntur? & Vias à dextris nouit Deus: ergo ignorat à ſiniſtris? Et quot eiuſcemodi dici poſſunt de notione, & notione ſiue ſcientia? Sic etiam vnigenitus filius Dei. Quandoquidem enim Pater iudicium dedit Filio, notionis & vſus cognitionem reddidit, iam Patri: Nemo nouit diem, niſi Pater: iuxta duos modos, quòd nouit quando venit: nam in ipſius poteſtate dies & hora veniet. Et nouit ipſam: iam enim peractum erat ab ipſo iudicium, traditum vnigenito. Ita eſt & in vnigenito filio Dei, qui Deus eſt, & nihil à Patre euariat, eadem notio. Ipſe enim nouit ipſam, & ipſe ducit ipſam, & fert & perficit, & iudicat, & ſine ipſo non veniet: Nondum verò nouit ipſam ſecundum actionem, hoc eſt, nondum iudicauit. Adhuc enim impii impiè agunt, & iniuſti abundant, & ſcortatores ac adulteri & idololatræ iniqui ſunt, & diabolus operatur, & hæreſes inſurgunt, & error committitur, donec intulerit ipſam diem vnigenitus Dei filius, & quod iuſtum eſt, vnicuique retribuerit: & cognoſcet ipſam, hoc eſt, peraget ipſam potentia. Et in Patre quidem, iuxta duos modos impletum eſt: in Filio verò ſecundum notionem eſt, & non ignoratur. Verùm ſecundum actionem nondum perfectum eſt, quia nondum iudicauit. Cæterùm à ſanctis angelis iuxta duos modos hoc remotum eſt, & quod non nouerunt: notione per intellectum contingente: & quod nondum ſecũdum actionem ipſi cognouerunt, hoc eſt, perfecerunt. Nondum enim præceptum eſt ipſis, egredi, ac colligere impios, velut zizania in faſciculos ac faſciculos, et præparare vt comburantur igni. Et videtis ô dilecti ſerui Dei, quòd ſinguli qui ſibiipſis iuxta quandam præſumptionem horrenda attraxerunt, fruſtra militauerunt, ſinguli diuerſimodè contra ſeipſos, in filium Dei inferiora et imminuta maledica lingua effutire aggredientes. At quum et huius dictionis declarationem abundè fecerimus, rurſus ad alias mẽtem applicemus, Dei potentia auxiliante. Etenim generoſi illi, et in omnia ſatis audaculi, etiamſi confiteantur non ſecundum Manichæos, neque ſecundum alias multas hæreſes, et quamuis obtineant veritatem ſecundum carnem, tamen hoc ipſum faciunt defectuoſè, et non plenè. Confitentur enim Saluatorem habuiſſe carnem verè, audientes autem ex ipſo Euangelio, quòd fatigatus fuit ex itinere, et eſuriit, et ſitiit, et dormiuit, et ſurrexit, hæc omnia collecta ad deitatem ipſius referunt, conantes deitatem ipſius ex talibus argumentis abalienare ab eſſentia Patris. Nam ſi eſt, inquiunt, ex Patre, Patre non ſentiente laſſitudinem, neque ſitiente, neque eſuriente, velut diuina Scriptura dicit: Non fatigabitur, neque eſuriet: neque ſitiet, neque dormiet, neque excogitati poteſt prudentia ipſius, hæc autem ſic in Filium perfecta ſunt: alienus ergo, inquiunt, eſt à Patris eſſentia ac natura. Et quòd quidem hæc in vnigenitum non implebantur ante aduentum in carne, etiam ipſi confitebuntur. Quum autem confeſſi fuerint coacti, peruenerint autem ad ea quæ in aduentu ipſius in carne facta ſunt, et audierint eo quòd accepit corpus, ideo hæc rectè perficit, concedens velut auriga currui honeſtas neceſſitates, quoniam ſecundum veritatem carnem induit, et non iuxta apparentiam: tunc aſſerunt non ex carne ſola hæc eſſe, nam reuera per ſeipſam neque ſitiet, neque fatigabitur. Verùm non ſciunt illi, qui via relicta ad contrarias ſemitas digreſſi ſunt, quòd non ſolum carnem aſſumpſit filius Dei, vbi venit, ſed et animam et mentem, et omnia quicquid eſt homo, præter peccatum: non à ſemine viri, ſed à Maria ſemper virgine per Spiritum ſanctum. Non volunt autem illi admittere, animam ipſum accepiſſe, propter talem aduerſus

Adã quãdo nouerat vxorẽ ſuam Euã

Notio & ſcientia duplex in Scriptura

Duplex cognitio.

Nouit pater quomodo, & quo modo filiꝰ

Angelorũ ignorãtia

Anima & mens in Chriſto.

uersus ipsos redargutionem: id quod promptissimum omnium est, vt ipsorum vaniloquentiæ opponatur. Ipse enim confitetur verus Deus de seipso, dicens, Ego sum veritas: Anima mea conturbata est, & Tristis est anima mea, & Potestatem habeo ponendi animam meam, & accipiendi ipsam: vt ostenderet seipsum Deum quidem esse habentem potestatem: hominis enim non est hic sermo, Nemo enim habet potestatem ponendi animam suam, & recipiendi ipsam. Quum autem de anima loquitur, ostendit seipsum verè hominem factum esse, & non in apparentia. Et rursus: Ego sum pastor bonus, qui ponit ani
A mam suam pro ouibus. Et vt ostenderet vera hæc esse, in cruce ad Patrem dixit, In manus tuas depono spiritum meum. Et cum venissent milites, inquit, inuenerunt ipsum iam expirasse. Et rursus, Et clamans voce magna, dixit: Eli Eli lemas abachthani, hoc est, Deus meus, Deus meus, vt quid dereliquisti me: quemadmodum iam etiam hanc sermonis vim declarauimus. Et expirauit, inquit Euangelium. At Expirauit, & In manus tuas, & illud, Anima mea cõturbata est: & alia omnia cum veritas dicat, quis adeò stolidus sit, vt huic officinæ credat hominum cæcutientium ac somniantium, & relinquat ipsas Dei verbi rationi consentaneas veritatis dictiones? Cæterùm deinceps dictiones venantes, ea quæ probè & rectè dicta sunt à singulis scripturis, velut piratæ sana virorum corpora detruncant, & testimonio quodã vtuntur, quo sæpè Scriptura figuratius vsa narrat. Et quod quidem figuratè dictum est, veritatem ferre solet. At verum & indefinitè prædicatum, ad aliam personam allegoricè referunt. Statim enim exiliũt, è sancto Esaia proferentes dictionem, quòd ex persona patris dictum est: Ecce intelliget filius meus dilectus, in quo mihi bene complacitum est, quem dilexit anima mea: vt Patris sit hæc dictio: nam hoc verum est. Quomodo igitur & Pater, inquiunt, animam accepit? Si autem dicamus, quod absit: Quid igitur, inquiunt, est quam quòd hoc figuratè dictum est? Ergo, inquiunt, etiam id quod à filio dictum est, figuratè dictum est. Et putant in hoc contra veritatem se venari ac reperire prætextus occasionem, id quod ipsis non concedetur. Minimè enim fucata est veritas, & per seipsam consistit, vt quæ neque vincitur, neque fucato ornaměto opus habet. Videamus enim amborum vim ac virtutem. Siquidem enim
B pater venit in corpus, & carnem induit, & hunc sermonem dixit, verè animam habuit. Si verò carnem pater non induit, dixit autem hoc, Quem dilexit anima mea, figuratè hoc circa Deum dicitur, vt ratificaretur veritas, & vt ostendat erga filium ingenuitatem. Sed non etiam de filio eadem in hoc dicere licet. Etenim pater non suscepit carnem, filius autem induit carnem: pater homo factus non est, filius autem homo factus est. Simile enim de patre dicendũ est. Sicut enim hic dicit, Dilexit ipsum anima mea: sic dicit, Inueni Dauid filium Iesse virum secundum cor meum, & Cor meum longè abest ab ipsis. Si itaque eo quòd figuratè dictum est, Quem dilexit anima mea, accipimus hoc de anima: ergo etiam de corde figuratè dictum est, & nimirum omnibus intelligentia præditis clarum hoc fuerit. Si itaque tropicè dicit de anima pater, & de corde quod non accepit: non enim gestauit carnem: figuratius sanè ad patrem talia referuntur. Non autem idem etiam circa filium putandum est. Filius enim accepit carnem & omnem humanam naturam, ac partium situm. Nam erit hoc contrarium ei qui de filio figuratè dicit de incarnationis persona, etiamsi in quadam parte sermonis argumentum contingat, propter hoc quòd verè incarnatus est. Si enim allegoricè accipitur de anima filii, & figuratè de ipsa accipiendũ est: ergo etiam de corde talia dicantur. Et concedemus de cætero omnia apparentiam esse, & non veritatẽ. Figuratè dictum est & de carne, iuxta contentiosi Arrii rationem. Et non amplius cor habuit vbi venit Verbum, neque hepar, neque carnem, neque intestina, neque ossa, neque quicquam talium, sed omnia de cætero allegoricè accipiuntur, & tropicè dicuntur. Aut omnino vanum & imaginarium assumpsit corpus, quod nulla interna viscera habebat. Quomodo igitur edebat & bibebat? Sed apage. Si verò pa-
C ter dicit cor & animam, potest autem in ipsum allegoricè exponi, & tropicè dici, & in filium figuratè, eo quòd negauit ipsum animam accepisse, certè si de corde vrgeantur, non possunt negare, eo quòd confessi sunt ipsi, omnem situm partium corporis Dominum suscepisse: ex eo quòd cor & cor dictum est, alterum quod in confesso est, alterum allegoricè acceptum. Sic etiam de anima sermo verus est, & non accipitur figuratè, neque dicitur tropicè. Quum autem sit Christi incarnatio in omnibus perfecta, corpore & anima, & mente & corde, & in omnibus quæ est homo, citra peccatum: contigit autem ipsum res humanas rationabiliter facere, & in deitate perfectè ad salutem perficere, non adhuc ipsius dei tas gloria carebit præter patris perfectionem, sed propter humanitatem in carne implebitur, vt et sitiat et esuriat, et bibat, et comedat, et dormiat, ac tristis sit, ita vt à passione ac affectione aliena sit ipsius dei tas. Et rursus corruit ipsorum de hac parte sermo. Quandoquidem autem venit in carnem Deus, quum dicant ipsi, Quòd si erat ex patre, quomodo venit in carnem: dicere poterit quis ad ipsos, De angelis quid dicitis? Omnibus autem manifestum est, quòd confitentur angelos à Filio factos esse. Nam et de Spiritu sancto blasphemiam dicunt, et à Filio creatũ esse dicere audent, qui est increatus, ex Patre procedens, et de Filio accipiens. Si igitur in Spiritum sanctum hoc dicere audent, quanto magis de angelis non poterint negare, quòd ex vnigenito ipsum esse habuerunt creati et facti? Si itaque angeli ab ipso facti, et spirituales facti, et tamen creaturæ ipsius existentes, et infinite essentia eius inferiores, vtpote qui opus ipsius sunt, carnem non acceperunt, quid dicemus? Et go maiores sunt Filio hi, qui ab ipso creati sunt? Aut etiam Spiritus sanctus cur non in carnem venit: et carnem gestauit, et homo factus est, aut Spiritus sanctus Dei, aut aliquis angelorum? Non omnino ob id quòd imminutus est Filius præter Pa-
D trem, ideo carnem induit: alioqui omnino etiam angeli debuissent carnem induere, aut etiam Spiritus. Sed quoniam sapientia Patris est, et virtus, et verbum, ipse omnia creauit cum Patre et Spiritu sancto: quo ostendat, quòd causa transgressionis Adam, non à formatione, neque ab eo quòd factus est, peccatum aut inobedientiæ delictum habuit, sed à propria voluntate, quo iustum iudicium in finem

Anima in Deo patre figuratèe sse dicitur.

Cor in deo figuratè.

Deus in carnem cur venit.

finem deduceret, velut dixit Esaias; Arundinem contritam non confringet, & linum fumigans non extinguet, donec deduxerit iudicium in victoriam. Et in nomine ipsius gentes sperabunt. Quemadmodum & Dauid de ipso dixit, Et vinces, dum tu iudicaris. Iudicatus enim est, vt iudicans iustè obturet ora contradicturorum. Non enim poterit quis contradicere iusto ipsius iudicio. Gestauit enim corpus, impollutum ipsum conseruans. Non enim quod fuit in homine ab initio, hoc est in Adam, idipsum omnino ex opifice insonte ab Adæ peccato, peccandi causa fuit, & propter hoc peccauit. Sed liberum arbitriũ ipsi dedit, & vnusquisque sibiipsi causa peccati existit. Propterea sanè insons opifex Deus Verbum, qui cum patre creauit hominem, & cum sancto Spiritu, immortalis & impollutus, propria voluntate, inenarrabili quodam sapientiæ mysterio, homo factus est, ita vt perfectè omnia susceperit pro propria factura, propter benignitatis erga homines excellentiam: non ex necessitate, sed vltronea mẽte: quo in carne condemnaret peccatum, & in cruce dissolueret maledictionem, & in monumentum sepulchri detraheret corruptionem, & in infernum descendens cum anima in deitate, stimulum mortis confringeret, & pactum erga infernum destrueret. At illi omnino ingrati, bona in mala transmutantes, pro quibus gratias agere benigno & perfecto, & bono ex bono patre existenti debebant: tantum abest vt gratias agant, vt etiam ingrati reperiantur, qui passiones & affectiones magis ipsius deitati attribuunt, quas confirmare non possunt, quum omnibus manifesta sit veritas. Et cum hæc ita sint declarata, rursus ad alias dictiones deinceps deueniam. Producunt enim dictum Euangelii malè interpretantes, Qui misit me pater, maior me est. Et primùm quidem dicit, Qui misit me pater: & non, qui creauit me. Omnes enim diuinæ Scripturę ingenuitatem ipsius ad patrem significant. Genuisti me, inquit, pater, & Ego à patre exiui, & venio, & Ego in patre, & pater in me, & Qui misit me pater, & nequaquam qui creauit, nequaquam qui fecit, dixit. Et quomodo hi ea quæ non sunt, sibiipsis coaceruãt? At, Qui misit me pater, maior me est, quid hoc dicto magis proprium, & quid hoc magis necessarium, & quid hoc magis genuinum, & quid hoc decentius? Quem enim decet glorificare patrem, quàm filium verum ex ipso genitum? Pater enim glorificat filium, & filius glorificat patrem. Et ea gratia in exemplum nobis, gloriæ ab ipso ad patrem relatæ, in vnam vnitatem, & in vnam gloriam, glorificat filius patrem, quò nos doceat suum honorem patris esse, velut dixit: Qui non honorat filium sicut honorat patrem, ira Dei super ipsum manet. Maior autem secundum quem modum hic reputant, iuxta molem imò iuxta tempus, imò secundum altitudinem, imò iuxta ætatem, imò iuxta dignitatem? Quid horum est in Deo, vt hæc cogitent. Neque enim tempori subiacet Deus, vt inferior intelligatur, qui sine tempore ex patre genitus est. Neque profectui inhæret Deus, vt filius profectu facto non assequatur patris maiestatem. Si enim iuxta profectum filius Dei, filius Dei vocatur, profectò multi fuerunt æquales ipsi. Et huius gratia ipse profecit, maior quidem dignitate vocatus, minor verò his qui ante ipsum in dignitate sunt. At dicit Scriptura, Quis assimilabitur Domino inter filios Dei, tanquam omnes abusiuè dicantur, hic verò solus sit filius secundum naturam, & non secundum gratiam: quandoquidem excogitauit omnem viam scientiæ, & nemo ipsi adæquabitur. At quid dicunt? In altitudine præeminet pater filio. In qua itaque parte locatur Deus, aut localiter circumscribitur, vt circumscriptio quod maius est significet. Spiritus enim est Deus. Et vndiquaque corruit nouitas peregrina ab ipsis excogitata. Sed & hoc præterito, ad sequentes ipsorum dictiones ô charissimi transeamus. Dicunt enim quòd mittens non est similis misso. Sed alius est mittens potentia, & alius est qui mittitur: quoniam ille mittit, hic mittitur. Et si ex ipsis penderet veritatis sententia, non amplius ad vnam vnitatem veritatis & potentiæ & deitatis referretur tota cognitionis ratio. Duobus enim occurrentibus, aut duobus mittentibus, nõ amplius filius esset filius, sed frater: confratre coexistente, non amplius filius, quàm secundum coniunctionem, aut secundum adoptionem. Aut ipse erat qui seipsum mittebat, aut duo simul mittentes, aut accedentes, duas deitates significarent, & non vnam vnitatem. Hic igitur est qui misit, & qui mittitur: vt ostendat omnium bonorum vnum esse fontem, hoc est patrem. Deinceps autem à fonte, non alio nomine, sed secundum Filii nomen, itémque verbi, vnus existens fons ex fonte filius progressus, semper existens, apud Patrem genitus. Quoniam apud te est fons vitæ. Et vt ostendat etiam de sancto Spiritu, In lumine tuo videbimus lumen. Quo ostendat lumen Patrem, & lumen Patris esse Filium, & lumen Spiritum sanctum, & fontem ex fonte, ex Patre & vnigenito, Spiritum sanctum. Flumina enim ex aluo ipsius fluent aquæ salientis in vitam æternam: dixit autem hoc de Spiritu sancto, inquit Euangelium: & rursus dicit ostendens discipulis suis de sua ad Patrem coessentialitate: Si quis aperuerit mihi, ingressus ego & pater meus, mansionem apud ipsum faciemus. Et non amplius dixit, mittat à patre meo, sed ego & pater apud ipsum, velut pulsante filio, & patre cum ipso ingrediente: ita vt semper sit, & nunquam deficiat pater à filio, & filius à proprio patre. Quapropter & in alio loco dicit: Ego sum via, & per me ingredientur ad patrem. Et vt ne aliqui minorem patre putent, & quòd per ipsum ad patrem ingrediantur, dixit: Nemo veniet ad me, nisi pater meus cœlestis traxerit ipsum. Pater igitur fert ad filium, & filius fert ad patrem, infert autem in Spiritu sancto. Semper enim vndiquaque trinitas in vna deitatis vnitate, tria perfecta, vna deitas. Et corruit ipsorum sermo. Rursus porrò dicunt, Qua igitur ratione dixit Christus ad discipulos suos, Vado ad patrem meum, & patrem vestrum, & Deum meum, & Deum vestrum. Si itaque Deum suum confitetur, quomodo amplius erit æqualis ipsi, aut ab ipso legitimè genitus? Quo ostendunt, se in omnibus ignorantiam Dei habere. Et sanè nulla Euangelii illuminatione sunt illuminati. Si quis enim contrectarit & perscrutatus fuerit ab æterno, & secundum generationes, cognoscet veritatem perfectæ cognitionis salutis nostræ, & æqualitatis ad patrem virtutem. Verùm stimulantur hi Iudaica sapientia circundati, & filio Dei indignantur, quemadmodum illi dicebant:

Pater maior me est, quomodo accipiẽdũ

Mittẽs nõ est similis misso.

Deũ meũ & Deum vestrum, cur Christus dixit.

Ob

Ob nullum malum te lapidamus, sed quòd cum homo sis, filium Dei teipsum nominas, æqualem Deo faciens teipsum. Sic & hi in eundem affectum phariſæorum ac Iudæorum collapſi indignantur, non volentes dicere filium æqualem genitori. Vide enim inibi ſcripturarum certitudinem, quoniam nuſquam dixit diuina Scriptura ſermonem hunc, ante aduentum in carne. Sed pater ad filium dicit, Faciamus hominem: coopificem vocans filium, & genuinum oſtendens ſecundum æqualitatem. Et nuſquam dixit filius, Deum meum & Deum veſtrum. Et audiuit Adam vocem Dei obambulantis in paradiſo. Et fac tibi ipſi arcam ex lignis non putreſcentibus. Et pluit Dominus à Domino. Et dixit Dominus ad Moſen: Ego ſum Deus Abraam, & Deus Iſaac, & Deus Iacob. Et Dauid dicit: Dixit Dominus Domino meo, ſede à dextris meis. Et nuſquam dixit Dominus, Deum meum, & Deum veſtrum. Quãdo verò accepit noſtrum corpus, & in terra conſpectus eſt, & inter homines conuerſatus eſt, & inter nos reputatus: tũc ad diſcipulos ſuos, quibus per omnia aſſimilari debebat, excepto peccato, dixit: Deũ meum & Deum veſtrum, & patrem meum, & patrem veſtrum: Patrem quidem meum, ſecundum naturam in deitate: & patrem veſtrum, per gratiam per me in adoptione: Deum autem meum, quoniam carnem veſtram aſſumpſi: & Deum veſtrum, ſecundum naturam & veritatem. Atque ſic omnia ſunt clara & lucida, & nihil contrarium, neque mortis complexus ſpeciem habens in diuina Scriptura: veluti hi prætexunt, mala ſibi ipſis excogitantes. Arbitror autem & aduerſus hoc abundè à me dictum eſſe. Deinceps igitur ad alia tranſibo. Etenim Spiritum ſanctum creaturam creaturæ rurſus eſſe dicunt, eo quòd per filium omnia facta ſunt, velut dixit Scriptura: imprudentes quoſdam abripientes, non velut dictum eſt, ipſum dictum habentes, ſed malè opinantes, & à dicto id quod probè dictum eſt iuxta peruerſam ſuam opinionem falſò interpretantes. Non enim diuinum Euangelium de Spiritu dixit, ſed de omnibus creatis. Quia ſi quid creatum eſt, per Verbum creatũ eſt, & à Verbo. Omnia enim per ipſum facta ſunt, & ſine ipſo factum eſt nihil. Deinde rurſus, In ipſo vita erat: oportebat enim & in hoc imple ri ſancti Ioannis ordinis conſequẽtiam, vt in eo qui erat, ea quæ ſunt plenè ſemper confiteretur. In principio enim erat Verbum, & Verbum erat apud Deum, & Deus erat Verbum. Nam erat, & erat, & erat. Et, In ipſo vita erat. Et, Erat lux vera, & In mundo erat. Et quæcunque de hoc erat, ex Spiritu ſancto B. Ioannes declarat: nempe, Omnia per ipſum facta ſunt, quæ facta ſunt. Superior autem & prior eſt his quæ facta ſunt, is qui omnia fecit. Dicit autem Scriptura, per ipſum omnia facta eſſe, non autem nominauit qualia ſunt quæ facta ſunt. Suſpicio enim prauitatis nuſquam erat, vt ne aliqui ſuſpicentur ea quę non ſunt, & maledictis impetant immutabilem & inalterabilem ſanctum Dei ſpiritum. Propter hos enim dicit Dominus: Si quis dixerit ſermonem in filium hominis, remittetur ipſi. Si verò quid dixerit in Spiritum ſanctum, non remittetur ipſi, neque hic, neque in futuro ſeculo. Stolidus enim eſt totus ipſius ſermo. Verùm ſecundum blaſphemam ipſorum opinionem contradicere poterit quis ipſis, ac dicere, O vos generoſi Sophiſtæ, & verborum detortores, qui ſanctum ſpiritum Dei cum creatis numerare vultis, propter hoc dictum, Omnia per ipſum facta ſunt, ex eo quòd dicit Omnia: quum nequaquã numeretur cum omnibus ſanctus Spiritus. Igitur & ratiocinari debebatis, aut alius quiſpiam vobis peior, etiam patrem per filium ſanctum eſſe, iuxta blaſphemam veſtram opinionem. Simul enim comprehenſiuus eſt ſermo, omnia per ipſum facta eſſe dicens. Si verò blaſphemia eſt, de patre tale ratiocinari, imò ſtulticia, ſimile eſt etiam his quæ cogitant de Spiritu ſancto, qui cum Patre numeratur & Filio. Si enim ex creaturis eſſet, non ſanè increato Patri & increato filio connumeraretur. Sed quia increatus eſt, connumeratur. Dixit enim, Euntes baptiſate in nomen Patris, & Filii, & Spiritus ſancti. Quomodo verò creatus fuerit ſpiritus, de quo teſtimonium perhibetur, quòd ex Patre procedit, & à Filio accipit: per quem & perfecta hominum ſalus, & diſpenſatio in carne, ad omnem iuſtificationem impleta eſt. Vnxit enim ipſum Spiritu ſancto, dicit Scriptura de Domino. Neque verò diſpenſationem in carne cum Deo Verbo vnitam in vnam deitatem vnxerit Pater per creaturam. Sed quandoquidem vna eſt trinitas, tria perfecta, vna deitas: oportebat in Filio per diſpenſationem hoc fieri, vt omnino glorificetur, & in omnibus intelligatur trinitas, quemadmodum contra omnes hæreſes de Spiritu narrantes, non vnum, non duo teſtimonia produximus, quod Dei Spiritus eſt, qui cum patre & filio glorificatur, increatus & immutabilis, & perfectus exiſtens. Corruit autem & hic contentioſorum contra ſeipſos de hoc ſermo. Rurſus verò ad alias ipſorum dictiones nos trademus. Dicunt enim rurſus, dictum non rectè accipientes, quod ipſe Saluator dixit, Quid me dicis bonum? Vnus eſt bonus Deus. Et ſeparauit ſeipſum hic à Patris eſſentia ac ſubſtantia. At totum hoc ridiculum eſt. Si enim qui tot bona nobis fecit, non bonus apud ipſos iudicatur, & quis adhuc flagitioſior hoc fuerit? Qui animam ſuam pro omnibus dedit, qui vltronea mente ad patiendum venit, paſſionis exors Deus exiſtens, qui peccata nobis condonauit, qui ſanationes in omni Iſrael perfecit, qui ex bonitate ſua tantum hominum genus in bonitate ad patrem congregauit, qui bonitatis præfectus eſt, & pacis dominus, qui ſupernè ex Patre bonum Verbum ex bono patre genitus eſt, qui dat alimentum omni carni, qui operatur in hominibus & omnibus ab ipſo factis omnem bonitatem, non bonus apud ipſos iudicatur? Et non ſciunt, qui obliuionem ſibi ipſis inducunt, quòd ad eum qui interrogauerat, ſubintulit viciſſim ſermonem, quo ſuperbiæ in ipſo elationem deſtrueret. Erat enim glorioſus quidam à Phariſæis profectus, velut qui iuſtificationes legis exactè ſeruaſſet, & iuſticiam ac bonitatem de ſeipſo iactans dicebat, Magiſter bone, quid faciam vt vitam æternam poſſideam? Et quoniam ſentiebat de ſeipſo velut de tanta iuſticia, Dominus volens ad Deum referre omnem bonitatem, Nemo, inquit, bonus eſt præter ipſum, vt nemo carnem geſtans faſtum aliquem ſibi attrahat. Atque ea gratia dicebat, Quid me dicis bonum? Nemo bonus niſi vnus Deus: quo talis & tantus talem ſermonem loquutus, ſubuerteret in eo qui dixerat

Patrem meum, & patrẽ veſtrum, cur Chriſtus dixerit.

Spiritum ſanctũ nõ eſſe creaturã creaturæ.

Bonus eſt vnus Deus

xerat inflationem, & opinionem quam de iuſticia ſua induerat: & vt redargueret ipſius cor, qui bonũ quidem magiſtrum labiis ipſum dicebat, verùm in bona ipſius doctrina non permanebat. Et quòd qui dem bonus eſt, ipſe docet, dicens: Multa bona feci inter vos, cuius igitur ipſorum operum gratia lapidatis me? Cui enim hoc non eſt clarum ac manifeſtiſſimum, maximè cum multa bona ſint & appellentur inter ipſius creaturas, velut diuina ſcriptura dicit? Ecce enim de multis bonis ſacræ literæ narrant. Erat bonus Saul, inquiunt, filius Cis ex tribu Beniamin, altior omni populo ſuper humerum & ſurſum verſus. Et, Erat bonus Samuel cum Deo & hominibus, & Bonus eſt extremus ſermo præ principio, & Aperi tuum theſaurum bonum cœleſtem. Cum autem hæc ſint creaturæ, & bonæ inducentur per ipſum & ab ipſo factæ: quomodo non poteſt quis confiteri bonum eſſe horum creatorem? Sed vt ne longiorem faciam de hoc ſermonem, omnino enim diffusè de hoc diximus, rurſus ad ſequentes tranſibo, vniuſcuiuſque dictionis interpretationem facturus. Inferunt autem rurſus dicta quædam temerarii illi, diminutionum opinionem ſeminantes in eum qui ipſos redemit, ſi modò ſunt redempti. Cum enim accederet ad ipſum mater filiorum Zebedæi, & rogaret, vt vnus ſederet ex dextris, & alter è ſiniſtris, vbi veniret in regnum ſuum, dixit ad ipſos: Neſcitis quid petitis, potẽſtis bibere poculum quod ego potaturus ſum? Illi verò dixerunt, Etiam poſſumus. Dixit autem ad ipſos, Poculum quidem meum bibetis, ac ſedere ex dextris meis aut è ſiniſtris, non eſt meum dare, ſed quibus præparatum eſt à patre meo. Vides, inquiunt, quomodo non habet poteſtatem, præter patrem qui habet poteſtatem, vt exhibeat quod velit? Et quis ex rectè ſapientibus ſic intellexerit? Si enim filius non habet poteſtatem, & quis habet poteſtatem? Pater enim viuificat mortuos, inquit, & ſic dedit etiam filio, vt quem velit viuificet, & Quæ patris ſunt, mea ſunt, & omnia mihi tradita ſunt à patre meo. Quis igitur adhuc ambigat? Hoc autem vult oſtendere diuinus ipſius ac ſapiens ſermo, quòd non iuxta perſonarum acceptionem res ipſa fit, ſed pro dignitate. Domini equidem eſt exhibere, exhibet autem vnicuique pro dignitate. Vnuſquiſque verò qui operatus eſt iuſticiam, accepit iuxta proprium laborem. Et nõ amplius ipſius ſolum eſt dare, ſed eius qui ſeipſum dignum fecit. Audeo enim dicere, quòd neque ipſius eſt, etiamſi poſſit dare, non tamen vult: neque ſancti Spiritus, etiamſi poſſit ſanctus Spiritus dare, iuxta id quod dictum eſt: Alii datur ſapiẽtia per Spiritum, alii genera linguarum in eodem ſpiritu, alii interpretatio linguarum, alii potentia, alii doctrina. Vnus autem eſt ſpiritus, qui diſtribuit vnicuique vt vult. Et non dixit, Velut ei præcipitur: ſed, Sicut vult. Et filius quem vult viuificat. Et pater vocat quem vult ad filium. Et rurſus, Neque Pater, neque Filius, neque Spiritus ſanctus, iuxta perſonarum acceptionem vocat aut dat, aut exhibet, aut dignitatem præbet, ſed ſi laboraueritis, erit vobis præparatum à patre meo. At perfectum eſt, quoniam ego ſum vita. Sed & amplius ad alia pergam. Dicunt autem, Quomodo dicitis ipſum ex perfecta Dei deitate? Ecce enim dicit de ipſo Apoſtolus, quòd Deus excitauit ipſum ex mortuis. Si verò opus habet auxilio Dei, vt excitet ipſum ex mortuis, ergo alius eſt qui excitat potẽtia, alius autem inferior qui excitatur per potentis potentiam. Et quouſque tandem tempus tero circa vanos intellectus eorum qui frontem ſuam perfricuerunt. Quis igitur excitauit Lazarum? Quis excitauit viduæ filium in Nain? Quis dixit filiæ archiſynagogi, Cumi talitha, hoc eſt, ſurge filia? Cuius nomen inuocabant Apoſtoli, & mortui ſuſcitabantur? Arbitror autem, quandoquidem Iudæi cum Apoſtolis diſputabant, propterea quod putabãt Apoſtolos prædicare defectionem à Deo legis: & propter prænotionem ſancti Spiritus cognoſcentis, quòd futuræ eſſent hæreſes, quæ Chriſtum à paterna voluntate diſſidere aſſerturæ eſſent: ea gratia ad vnam deitatem omnia iidem Apoſtoli referebant, quoniam ex complacentia à patre fierent omnia voluntate Filii, cum bona voluntate Spiritus ſancti. Non ergo iuxta diminutionem, aut iuxta debilitatem, aut abalienationem Dei Verbi ab eſſentia patris hoc dictum eſt: minimè gentium. Vide enim exemplaria, quomodo narrat angelus, dicens ad Mariam & eas quæ cum ipſa erant, Quid quæritis viuentem cum mortuis? Vides viuens in ꝓpria deitate & carne reſurrexit, non autem erat cum mortuis. Et quid dicit ad ipſas? Reſurrexit, non eſt hic. Et non dixit, Excitauit ipſum Deus, & non eſt hic. At vt oſtendam tibi potentiam, quod viuens reſurrexit, etiam ipſe rurſus dixit, antequam pateretur, ad diſcipulos ſuos: Ecce aſcendimus in Hieroſolyma, & tradetur filius hominis ad crucifigendum, & tertia die reſurget. Et non dixit, Excitabit ipſum. Verùm de hoc clarè poteſtatem potentiæ ſuæ præmonſtrauit, dicens: Poteſtatem habeo animam meam ponendi, & recipiẽdi ipſam. Qui verò poteſtatem habet, quomodo ſeipſum ſuſcitare non potuit? Apoſtolus verò ſcribens, vt oſtenderet nihil ſine voluntate Patris in ſalutis diſpenſatione factum eſſe, dixit: Deus excitauit ipſum ex mortuis. Nam & in alio loco idem Apoſtolus dicit, Etiamſi mortuus eſt ex debilitate, viuit autem ex potentia. Velim autem audire intellectum eorum qui Scripturarum ſinceritatem nouerunt, qualem debilitatem ſuſtinuit vnigenitus, per quem cœlum expaſſum eſt, aut à quo cœlum creatum eſt, per quem ſol illuſtratus eſt, per quem ſplendorem acceperunt ſidera, per quem ex nihilo omnia facta ſunt. Qualem ergo debilitatem dicit, profectò quam ſuſcepit in noſtra carne, vbi venit Verbum & ipſam induit, vt noſtram debilitatem portaret. Quemadmodum etiam canit de ipſo Propheta, dicens: Debilitatem noſtram ſuſcepit, & morbos portauit. Mortuus eſt igitur propter noſtram debilitatem, vita exiſtens & paſſionis exors Deus, in debiliore ex nobis carne, viuit autem ex potentia. Viuens enim eſt Verbum, & efficax, & acutius ſuper omnem ancipitem gladium. Mortuus eſt igitut ex debilitate, viuit autem ex potentia ſuæ deitatis, viuit in noſtra carne, in qua paſſionem pertulit. Et propter talem diſpenſationem, Apoſtolus ſignificans bonam voluntatem patris, dixit, Deus ſuſcitauit ipſum ex mortuis. Cæterùm afferunt etiam aliud dictum ex Euangelio ſecundum Lucam, quod magnum eſt & egregium, & ad omnia vtiliſſimũ. Quale verò eſt dictum, quàm quod, quando volebat Dominus propria voluntate ad paſſionem venire, aſſum-

Bonæ appellantur etiã creaturæ.

Non eſt meum dare.

Deus excitauit ipſũ ex mortuis.

Debilitas Chriſti quæ.

assumptis discipulis in monte iuxta illam horam, dicessit ab ipsis, fermè ad lapidis iactum, & digressus orabat, ac dicebat: Pater, si fieri potest, transeat poculum hoc à me, vt ne ipsum bibam: verùm nō quod ego volo, sed quod tu. Et primùm quidem prætextum faciunt iidem, dicentes: Vides quomodo stimulatè dicit, & voluntatem euariatam ostendit, dicens, Non quod ego volo, sed quod tu. Quomodo igitur eadem essentia existit? Et dicunt quòd in ipso alia est voluntas, & in patre alia, & omnē vim ac potentiam ignorant. Propterea enim & Apostolus dixit, O altitudo diuitiarum & sapientiæ & scientiæ Dei. Quomodo enim propriam voluntatem dixit præter patris voluntatem, quando ipse significat discipulis dicens, Conturbata est anima mea? Et quid dicam, Pater serua me ex hora hac: velut preparatorio modo dictum narrans, & ambiguè dictione vtens, Quid dicam, pater serua me ex hac hora, hoc, inquit, dicam: At propterea veni in horam hanc? Venit autem non inuitus, sed volens. In superioribus enim dicit, Poculum habeo quod bibam, & quid festino donec bibero ipsum. Et baptisma habeo vt baptiser, & quid volo si iam baptisatus sum. Si itaque vult, & festinat, & dicit se ad hoc venisse, quomodo aliam voluntatem suam ostendit, & aliam patris: verùm quoniam propter Israel tradendus erat, benignus existens, & semini Abraham parcens, pro populo sermonem faciebat. Voluntas autem erat patris, vt dispensatio sic impleretur, quum filij Israel sibiipsis causa essent, proditionis filij, & non à Deo coacti essent. Et non alia voluntas erat filiis præter patrem. Sed oportebat ipsum etiam in hoc ostendere hæc, vt totam vnitatem ad patrem referret, vt ne quid diuideretur ab vna vnitate ac dispensatione, quia & deinceps inferunt ac dicunt, Dum oraret constitutus in anxietate, velut in Euangelio Lucæ habetur, Sudauit, inquiunt, & erat sudor ipsius velut guttæ sanguinis decurrentis in terram, & apparuit angelus Domini confortans ipsum. Prosiliunt itaque dictionum venatores statim velut prætextu contra aduersarium reperto, & inferunt dicentes: Vides q̄ indigebat etiam fortitudine angelorum? Confortauit enim ipsum angelus: erat enim in angore. Et nesciunt quòd nisi haberet hæc omnia, & hoc, Non mea voluntas, sed tua fiat: & nisi in angore constitutus fuisset, & nisi sudor ipsi obortus fuisset, & ex corpore profusus: profectò apparētia erat præsentia CHRISTI in carne, & rationi consentanea opinio de spectro à Manichæis ac Marcionistis decantaretur, quòd aduentus ipsius in carne apparentia fuit, & non veritatis. Hæc autem omnia, muniens vitam nostram, in totum susceptit dispensatorio modo, humanæ affectionis narrationes habens, non simulatè, sed in veritate. Et dixit, Non mea voluntas: vt ostenderet carnis substantiam verā, & vt redargueret eos qui dicunt, mentem non habuisse ipsum humanam, & redargueret dicentes ipsum carnem non habuisse. Totus enim diuinus sermo in medio filiorum tenebrarum consistens, redarguit tenebras, & illuminat filios veritatis. Vide enim mihi, quot vtilitates sunt in hoc sermone. Ab incorporeis non procedit sudor, in eo verò quòd hoc factum est, ostendit veram carnem, & non apparentiam à carne in deitate counita. Nam sine anima & mente non fit anxietas. Quum autem in anxietate constitutus fuerit, ostendit se animam & corpus & mentem simul gestasse, vnde anxietas apparet. Et rursus in eo quod dixit, Non mea voluntas, sed tua fiat: ostendit verè mentem humanam, sed peccati exortem. Deitas enim ipsius semper est in Patre, & Pater in Filio, & Filius in sancto Spiritu omnia perfectè habet. Et nihil differt voluntas Filij à Patre, neque Patris à Filio, neque sancti Spiritus à Patre & Filio. Si enim vult filius quæ non vult pater, profectò etiam ex nostra sententia nudus homo ipse erit, voluntate patris iuxta diminutionem. Sed non ita est? absit. Verùm in eo quòd humanas affectiones narrat, verum suum in carne aduentum, & perfectam suam incarnationem ostendit, quo omnia ad nostram salutem fiant, ad hoc, vt ne alia pro aliis intelligamus, & à veritate excidamus. Portò de eo quòd visus est ab angelis confortari, & quid hoc magis proprium est, quid verò magis necessarium? Ecce enim inuenimus impleri dictum magni cantici à Mose conscripti, vbi dicit Expectetur velut pluuia sententia tua. Et paulo post rursus dicit: Adorent ipsum omnes filij Dei, & confortent ipsum omnes angeli Dei: non vt dent ipsi robur angeli: non enim indigebat angelorum confortatione. Sed confortent ipsum, hoc est, confitendo proprium ipsius robur ipsi attribuant. Nā & nos sæpe vbi debiles fuimus, Deum benediximus, sæpe Deum confortauimus, non quòd Deus indigeat nostra benedictione, sed confitentes ipsius benedictionis robur, claro sermone dicimus, Tua est potentia, tuum robur, tuus est honor, tua est gloria, tua est benedictio, tua est fortitudo. Non nos fortitudinem exhibemus Deo, si dixerimus, Tua est fortitudo. Neque nos potentiam ipsi damus neque Deum benedicimus, si dicimus, Tua est potentia, tua est benedictio. Sed confortantes, & potentem facientes, potentiam ipsius confitemur, & Deo fortitudinem attribuimus. Sic etiam angelus circa illam horam, admiratione ductus super excellentia benignitatis erga homines proprij Domini, quòd quum Deus esset, & cum patre in cœlo adoraretur, & à propriis angelis suis coleretur, vsq; adeò sustinuit propria voluntate vltro venire & induere carnem: & non hactenus solum, sed etiam vsque ad passionem peruenire pro propria creatura humanæ naturæ, & vsq; ad crucem tradi, gustaréque mortem, mortem autem crucis, quo per ipsum humana natura trophæum contra mortem eri geret, & eum qui mortis dominium habet, aboleret, hoc est diabolum, & in triumphum duceret omnem principatum ac potestatem. Quapropter admiratione ductus angelus dicebat ad ipsum, glorificans ac benedicens proprium Dominum in tali stadio ac miraculosa actione consistentem, Tua est adoratio, tuum est dominium, tua est potentia, tua est fortitudo: vt impleret id quod à Mose scriptum est, Confortent ipsum omnes angeli Dei. Et videtis vos Christi cultores, & sanctæ Dei ecclesiæ ac orthodoxæ fidei filij, quòd nihil est in diuina scriptura obliquum, neque tortuosum. Sed omnia

pater tuſ eat poculū hoc à me.

Non mea voluntas, ſed tua fiat

Apparuit angelus cō fortās ipſum.

mirabiliter ad noſtram ſalutem ſcripta ſunt, ac perfecta. At prædicti inimicitiam habentes aduerſus vnigenitum filium Dei, & aduerſus Spiritum ſanctum, omnia velut inimici cogitant ac comminiſcuntur. Abſit autem à nobis, vt humanis commentis attendamus: ſed mentem noſtram ſanam habeamus, quo Dominum noſtrum glorificemus, & nihil deminutum in ipſo cogitemus. Si enim qui venit vt omnia ſaluet, aliquid deminutum in ſe habet, quomodo creatura à propriis imminutionibus ac delictis ſaluabitur? Rurſus porrò aggrediuntur nos velut aduerſarij: ſunt enim Iudaicæ opinioni addicti, & nihil ab illis differunt, præter quàm nomine ſolum, qui nos rurſus adoriuntur noui Iudæi, quærentes contra Saluatorem dictiones quaſdam, quo cotripiant ipſum in ſermone, quẽ- A

Eli Elilemasabachthani.

admodum Euangelium dixit, & dicunt: Dixit in cruce, Eli Eli lemas abachthani, hoc eſt Deus meus, Deus meus vt quid dereliquiſti me? Et vides, inquiunt, miſerabiliter ipſum inuocantem ac lugentẽ, & dicentem, Cur dereliquiſti me? Et non ſciunt qui à veneno hoc Arrianæ inſaniæ caput grauatum habent, & intelligentia ſcientiæ Dei deſtituti ſunt, quòd oportet omnes humanos affectus in Domino in vera ipſius in carne præſentia confiteri. Et primùm quidem ignorant ſe in his quæ de ipſo ſentiunt, ab aliis ad alia tranſilire, non vnum ſtatum habentes: quomodo enim poſſunt, qui mentẽ prudentem non habent? Quandoque enim Saluatorem dicere ipſum volunt, & Dominum & Chriſtum & ante omnia ſecula, & dominum angelorum & archangelorum, per quem omnia facta ſunt, principatus & poteſtates, angeli & archãgeli, cœli & omnia, terráque ac omnes homines, & omnia quæ in terra ſunt, mare item & omnia quæ in ipſo ſunt. Et ô ingentem ſtoliditatem eorum qui talia de ipſo glorificant, & hic non intelligunt, quòd non poteſt is qui ante ſecula eſt iuxta ſuam deitatem, per quem cœlum & terra facta ſunt, angeliſque ac archangeli, & in ſumma vniuerſa, viſibilia ac inui- B ſibilia, hanc vocem ex perſona deitatis ſuæ dicere, Deus meus, Deus meus, vt quid dereliquiſti me? Quando enim relictus eſt Filius à Patre? Quando verò non Filius in Patre, & Pater in Filio? Nam in terram Filius & Deus, Verbum deſcendit, cœlum verò attingebat, & omnes inimici implebantur gloria ipſius. Et in Maria erat, & homo factus eſt, at potentia ſua implebat vniuerſa. Quomodo igitur talis & tantus ſecundùm deitatem ſuam miſerabiliter dicebat, Eli Eli lemas abachthani, hoc eſt,

Preſentia dominiperpetua nobiſcum.

Deus meus Deus meus, cur dereliquiſti me? Et quidem quum ipſe dicat, Rurſus abeo, & non dimittam vos orphanos, ſed venio ad vos. Et rurſus in alio loco: Amen dico vobis, omnes vos offendiculũ patiemini in nocte hac in me, & relinquetis me omnes ſolum. Sed non ſum ſolus, ſed eſt mecũ qui genuit me Pater. Et rurſus: Abeo & demittam vobis Spiritum ſanctum, qui ex Patre procedit, & de meo accipit. Et rurſus in alio loco: Ego pulſo, & ſi quis aperuerit mihi, ingrediemur ad ipſum ego, & Pater meus, & manſionem faciemus ad ipſum. Tanquam ipſe ex Patre non relinquatur, ſicut & Pater ſemper cum Filio eſt, quemadmodum ſanctus Spiritus cum Patre & Filio. Quid igitur dicunt? Hic ſermo eſt quem dixit, Deus meus Deus meus, vt quid dereliquiſti me? Cui verò non fuerit clarum, quòd à perſona ſuæ humanitatis ex humana affectione verbum hoc profert? Nam humanitas ipſius non per ſe exiſtens aliqua eſt: non enim ſeparata deitate, & ſeorſim exiſtente humana natura, dicebat velut alius & alius: ſed counita humanitate cum deitate, vna exiſtente ſanctificatione, & iam in ipſa, quæ perfectiſſima ſunt, ſciente: nimirum in Deo vnita, & in vnam deitatem coaprata, videns iam deitatem cum anima commoueri, vt relinquat ſanctum corpus à perſona ipſius Dominici hominis. hoc eſt, ipſius humanitatis, ſiue humanæ naturæ. Volebat enim deitas omnia perficere, quæad paſſionis myſterium pertinent, & cum anima deſcendere ad inferna, ad operandum ſalutem eorum C qui illic prædormierunt, ſanctorum inquam patriarcharum. Quum igitur motus ſic fieret, à perſona humanæ naturæ vox ad propriam ſuam deitatem dicebat, Deus meus Deus meus, vt quid dereliquiſti me? At oportebat hoc fieri, vt implerentur per ipſum diuinæ Scripturæ, per proprios ipſius Prophetas de ipſo prædicatæ: & vt impleret ea quæ contra infernum fieri oportebat, in forma hominis aduerſus infernum, vt princeps infernus, & mors, capere hominem volens, per ignorantiam in anima ſancta ignorans deitatem, magis ipſe infernus caperetur, & ipſa mors deſtrueretur, & quod dictum eſt impleretur, Non ſines animam meam in inferno, neque dabis ſanctum tuum videre corruptionem. Neque enim reliquit ſanctus Deus Verbum animam, neque relicta eſt anima ipſius in inferno. Omnia enim huiuſmodi magni myſterij diſpenſat Trinitas indefinẽter, Pater & Filius & Spiritus ſanctus: cum Filius quidẽ ſit in carne, Pater verò incorporeus, & Spiritus ſanctus incorporeus, Filius autem corporeus factus ſit, ſed immutabilis, per bonam & propriam ſuam voluntatem. In ſumma, à trinitate ſalus hominibus diſpenſabatur. Quapropter in alio loco dicit, quandoquidem dixit,

Cur oporteat corpus per triduum eſſe in ſepulchro.

Vt quid dereliquiſti me: hic ait, Non te ſinam, neque te relinquam. Oportebat enim corpus per triduum eſſe in monumento, vt impleretur quod dictum eſt, Et eram inter mortuos liber. Et abiecerũt me dilectum, velut mortuum abominabilem. Et vt impleretur hoc, Non dabis ſanctum tuum videre corruptionem: vt oſtendat per ſanctum, ipſum corpus, & vt oſtendat neque animam relictam in inferno. In ipſa enim per detentionem in inferno erat Deus Verbum, vt impleretur quod dictum eſt ab Apoſtolo, impoſſibile enim erat teneri ipſum ab inferno. Et qua de cauſa impoſſibile dicit, quàm D quòd feſtinabat quidem mors & infernus detinere animam. Impoſſibile autem erat animam ipſius detineri, propter deitatem. Si verò impoſſibile erat detineri propter deitatẽ, quomodo ergo ex perſona deitatis ſuæ potuit dicere, Deus meus, Deus meus, cur dereliquiſti me? Verùm hic ſermo ex perſona humanitatis ſuæ iuxta humanos affectus dicebatur, vt diſcamus verè eſſe aduentum in carne & non in apparentia aut ſpectro ab ipſo diſpenſatum. Surrexit autem de terra quale, quàm quod

obdormie-

obdormierat? Surrexit enim, inquit, non est hic. Quid verò resurrexit, quàm corpus autem, quod
positum erat in monumento. Sed & anima vnà cum Deo Verbo rediit, & rursus simul implebat
perfectam resurrectionem in eadem deitate, in eadem anima, in eodem sancto corpore, couniens
de cætero omnem dispensationem in vnam spiritualem vnionem deitatis, in vnam dispensationem
A in vnam perfectionem, velut dicit in nonagesimo secundo Psalmo: Dominus regnauit, decorem *Decorẽ indu-*
induit: quo ostendat, ingressum Dei Verbi à cœlestibus in mundum, induisse decorem, hoc est, car- *it, quomodo sit*
nem ex virgine natam. Quandoquidem videbatur vilis videntibus incredulis, ipsi verò decor re- *accipiẽdũ*
putabatur: vt ostenderet suam fortitudinem per apparentem carnis debilitatem, abolete eam quæ
dominium habet peccati, hoc est mortem: qua subuersa, omnem dispensationem salutis nostræ de-
corè fecit, & corruptionem dissipauit, & maledictionem deleuit, & chirographum contra nos, & pa-
ctum cum inferno dissoluit, & omnia ad salutem hominibus dispensauit. Statim enim vbi dixit,
Dominus regnauit, decorem induit: apponit rursus, & iterat, dicens: Induit Dominus fortitudinem *Dominus*
& præcinxit: vt ostendat primum indumentum à Maria: iterarum verò indumentum, à resurrectione *præcinxit*
ex mortuis. Nam primogenitus est ex mortuis, velut dicit diuina Scriptura. Quapropter ad secun- *fortitudi-*
dum indumentum, ampliorem quandam certitudinem apponit, dicens: Induit Dominus fortitudi- *nem non*
nem, & præcinxit. Quemadmodum enim is, qui super lumbos præcinctus est, adstringit indumen- *moriturus*
tum ad lumbos, superduam speciem firmans, & proprio corpori aduniens: sic primum decorem,
propter aduentum hic in carne, deinde fortitudinem (inquit) induit: vbi resurrexit ex mortuis, non
amplius ad passionem humanitas ipsius venit, non amplius ad flagella, non amplius crucifigitur, ve-
lut de ipso Apostolus ait: Resurrexit, non amplius moritur, mors ipsi non amplius dominatur. Et
propterea dicit, Præcinxit: vbi couniuit carnem suam in vnam deitatem, in vnam vnitatem, in spiri-
B tum, & diuinum & corporeum, in vnum spirituale effectum, & non habens dissolutionem, sicut in-
gressus est deinceps foribus conclusis: crassum, tenue factum: passibile, passionis exors, in carne pas-
sus, manens autem in alienitate à passione, & quidem postquam ingressus esset, ostendens ossa & car
nem, typum lanceæ, & typum clauorum, contrectatus à Thoma, conspectus à discipulis, ingrediens
autem foribus conclusis, vt ostenderet quòd in vnam spiritualem vnionem, omne suum erga nos
homines salutis negocium dispensauit. Et quid opus est me circa hunc sermonem tempus terere?
Nos enim impigri sumus ad hoc, vt eadem sæpe dicamus, & securitatis legentium gratia sæpe eadem
narrauimus, quo Arij opinionum & verborum ac sententiarum veneno sam eiaculationem pertran-
seamus. Quum autem sufficienter de hac dictione tractauerimus, ad sequentes pergamus, quo vn-
diquaque plurimis, quæ in mentem nobis veniunt, ex illorum deliramentis declaratis, ostendamus
ex paucis, aut etiam pluribus, quòd is qui adeptus est Spiritum sanctum, & mentem vigilantem à
Domino accepit, nihil omnino obliquum potest cogitare, aut affectus speciem in Patrem, aut in
Filium, aut in Spiritum sanctum, sed omnia perfectissima. Verùm dispensatorio modo ad singulos
vsus, & in singulis locis ad propositum in veritate, in diuinis Scripturis dicta sunt ab ipso Domino,
& ab ipsius Apostolis, & sanctis Prophetis ab ipso missis. Nam de hoc prophetauit qui dixit iuxta
Hebraicam linguam, Eli Eli lemas abachthani, quod per consequentiam implebat Dominus in cru-
ce dicens ea quæ de ipso prædicta erant, Eli Eli, Hebraica lingua velut præscriptum erat. Et non am-
C plius Hebraica, sed Syriaca lingua coniunctum verbum exprimens dicebat, Lemas abachthani: quo
principio quidem vteretur, velut erat de ipso scriptũ: quod verò deerat huic dicto, in aliam linguã
transmutabat, & hoc ipsum faciebat propter bonam dispensationem, vt confiteretur id dictum de
se dictum esse à Propheta, per hoc quod Eli Eli dixit. Quod verò restabat, non amplius Hebraica *Syriaca lĩ*
lingua, sed Syriaca proferebat, quo subuerteret eos qui Hebraicam iactant, & honoraret etiam alias *gua Chri-*
linguas, ad impletionem eorum quæ de ipso dicta sunt. Expassurus enim erat iam sui cognitionem *stus in cru*
in omnes gentes, & non in Hebræos solum, velut habet tota consequentia in vigesimoprimo Psal- *ce vsus est*
mo, vbi ex persona aduentus eius in carne, omnia ipsius ex humano affectu prolata indicantur, ipse
verò vbi venit, impleuit, velut series habet in toto Psalmo, de huius aduentus CHRISTI, in carne
» narratione, perfectissimam tractationem. Dicit enim, Diuiserunt vestimenta mea, & foderunt ma-
» nus meas, & pedes meos, ipsi verò considerauerunt & inspexerunt me. Et quæcunque talia sunt, quæ
non est possibile impleri in deitatem, sed dispensante deitate in carne omnia in veritate & alieni-
te à passione. Exiliunt portò rursus velut rabiosi canes rabie quadam perciti, suum ipsorum Domi-
num propter rabiem ignorantes, & ipsum primùm imperentes, & dicunt rursus, vbi audierint à no-
bis, quod verum est, quod Dominus dixit in Euangelio de discipulis su is: Quos dedisti mihi pater
» seruaui ipsos in mundo. Et rursus, Fac ipsos vt sint in me, velut & ego & tu vnum sumus. Et dicunt,
» vides, quod ab ipso dicitur, Quòd ego in Patre, & Pater in me, & duo vnum sumus: quòd non de æ-
qualitate dicit, sed de concordia? Quomodo enim poterunt discipuli in ipso esse secundum æquali- *Ego et tu*
tatem? at secundum concordiam poterant. Et statim penitus redarguit ipsos Dei veritas, quòd neque *vnũ sumus*
D discipuli potuissent hoc implere, neque de ipsis hoc dici, nisi Verbum vbi venisset, ipsorum carne
participasset, & coniunxisset ipsos in seipso in adoptionem. Propterea enim & vbique in Cantico
canticorum sanctam suam Ecclesiam propinquam & amicam vocat, alloquens ipsam per sanctam
suam vocem exsuscitantem & inhortantem. dicens: Surge, veni propinqua mea, formosa mea, co-
lumba mea. Et vides, quòd columbam ipsam vocat? Non potuisset autem Ecclesia propinqua Christi
vocari, si non ex supernis venisset, & appropinquasset ipsi per carnem similiter passioni obnoxiam,

quam accepit: quo propinquam sibi humanam naturam, congregatis his qui in obedientia propinqui ipsi facti sunt, vocaret sanctam & immaculatam sponsam. Et propterea hic patrem rogat Verbum, Dominus noster vnigenitus, pro discipulis, vt sint in seipso: quo cognationem ad ipsum per carnem factam, discipulis per bonam voluntatem patris sanctificatis in vnitatem bonæ voluntatis, & adoptionis connecteret, vt habeant in primogenito patris, descriptionem primogenitorum in cœlo: & vt ne putent aliqui filium abalienatum esse à gloria patris, per hoc quòd gestauit carnem, muniens fidem & veritatis suæ cognitionem, ne aliquis seruorum ipsius in suspicionem veniret, & talis à spe excideret, & inquit, Vt sint sicut ego & tu vnum sumus, ita & hi vnum sint. Ego enim & tu vnum sumus, propter quod Deus ex Deo, & propter coessentialitatem in deitate. Et hoc, Vnum sumus, non singulare significat. Non enim dixit, Ego vnus sum: sed, Ego & tu: & Vnum sumus, vt redargueret Sabellium & ipsius scholam, qui putat Filium & Patrem coniunctionem esse, & Patrem & sanctum Spiritum similiter. Propterea dicit, Vnum sumus: & non dixit, Vnus sum. Duo enim perfecta, Pater & Filius: vnum autem, propter æqualitatem, propter deitatem, & vnam potentiam, & vnam similitudinem. In deitate igitur, Pater & Filius vnum: in humanitate, Filius & discipuli vnum, ita vt adducantur discipuli, propter vocationis dignitatem, ad inenarrabilem ipsius benignitatem, in vnam vnitatem adoptionis, per Patris & Filij & Spiritus sancti bonam voluntatem. Et rursus confutatus est error vanorum illorum, de proprio suo Domino malè sentientium. Præterita autem & hac dictione, sequentes considerabo. Prosiliunt autem rursus Sophistæ vanæ sapientiæ homines, circa syllogismos ac ratiocinationes occupati, sibiipsis dictiones quasdam excogitantes, & Deum syllogismis concludere tentantes: velut etiam propheta ipsos redarguit dicens: Nùm supplantabit quis Deum, quoniam vos supplantatis me? Quid enim rursus generosi illi dicunt? Dictionem sanè suprà declaratam locauimus, quæ ab ipsis proponitur nobis per interrogationem: nempe, Volens genuit Filium, aut non volens? Ostendimus ad quod in Deo nulla est futuri meditatio, sed simul omnia in ipso sunt perfecta: & non primùm vult priusquam faciat, neque facit absq; consilio, & non deliberat vt quid paret, neque præparatio ipsius consilio indiget. Quare apud ipsum genitura semper genita est, & non in tempore incepit, sed semper cum patre genita exiſtit, & nunquam deficit. Vnde & hic rursus repetitam dictionem pono, Quòd neque volens genuit, neque non volens, sed in natura consilium transcendente. Naturæ enim est Deus, consilium excedentis omnémque intelligentiam ac opinionem. Similem autem huic dictioni aliam nobis noui illi Aristotelici excogitant: ab hoc enim veneni iaculationem sibiipsis affricuerunt, & Spiritus sancti innocentiam ac mansuetudinem reliquerunt, velut Dominus dicit, Discite à me, quia mitis sum & humilis corde, & inuenietis requiem animis vestris. Hi verò relicta mansuetudine, ad dicendi vehementiam potius se conuerterunt, induerúntque Aristotelem, & alios mundi Dialecticos. Quorum etiam fructus ambiunt, nullum iusticiæ fructum scientes, neque Spiritus donum in se habere digni facti illi contentiosi. Dicunt igitur ad nos, vbi ad ipsos dixerimus, quòd Filius exiſtens apud exiſtentem patrem erat. Nam ad Mosen dixit pater, dices ad ipsos, Qui est misit me: & rursus Euangelium de Filio dicit, In principio erat Verbum, & Verbum erat apud Deum, & Deus erat Verbum. Si itaque dixerimus, quòd Filius qui est, erat apud exiſtentem: dicunt ad nos, Itaque quod est, genitum est, aut quod non est genitum est. Si enim erat, quomodo genitum est? Si verò genitum est, quomodo erat? Et sunt hæc eiusdem vanæ sapientiæ circa quæstiones occupatæ, & sublimia petentis, & superna curiosè scrutantis, & nihil boni operantis. Dicimus autem ad ipsos, Vnde vobis hæc suspicio vt hæc cogitetis? Si verò dixerint, Ita ratio expendere postulat: dicimus & ipsi, Dicite igitur nobis, ô boni, vestra expenditis, aut quæ sunt Dei? Deinde aiunt à seipsis velut logici, Quæ Dei sunt expendimus. Nihil igitur differt Deus à vestro habitu, naturáque ac essentia? Etiam, inquiunt. Si itaque differt natura Dei à vestra natura, primum quidem non potest vestra natura de Deo comprehendere ea quæ sunt incomprehensibilia. Deinde verò impium est, Deum à vobis assimilari secundum vestram essentiam. Inter nos enim quod non est gignitur. Nam ipsi aliquando non eramus, geniti autem sumus à nostris patribus, qui & ipsi aliquando non erant, & ab initio vsque ad Adam res deduci potest. Adam verò à terra factus est, aliquando non exiſtens, Terra autem facta est ex nihilo, quia non erat semper. Deus verò pater semper erat, & qualis erat natura, talem genuit filium. Genuit autem ipsum semper exiſtentem, non confratrem, sed ex ipso genitum similem ipsi secundum naturam, Dominum ex Domino, Deum ex Deo, Deum verum ex Deo vero. Et qualia quis reputat de patre, ita & de Filio reputandum est: qualia credit de Filio, sic de patre putandum est. Ita enim dicit, Qui non credit in filium sicut credit in patrem, & honorat filium sicut honorat patrem, ira Dei manet super ipsum, quemadmodum diuinum Euangelium habet. Et rursus corruit ipsorum syllogistica ratiocinatio. Deus enim incomprehensibilis exiſtens, Deum incomprehensibilem genuit, ante omnia secula & tempora, & non est interuallum inter filium & patrem, sed simul intelligis patrem, simul intelligis filium: simul nominas filum, simul ostendis patrem. A patre enim filius intelligitur, & à filio pater cognoscitur. Vnde enim filius, si non patrem habet: & vnde pater, si non genuit vnigenitum? Quando enim potest non vocari pater, pater: aut filius, filius? vt putent aliqui patrem sine filio, & postea ad profectum veniſſe, & filium genuisse, vt post genituram vocetur pater filij, ipse pater, profectum faciens in deitate qui perfectus est, & nunquam perfectione indiget. Rursus porrò prætexunt curatiuum hoc pharmacum, & salutare antidotum, firmitatem

Sabellijeror.

Volẽs aut non volẽs deꝰ genuit filium.

Aristotelici noui.

Aeternitatis filij comprobatio.

A B C D

tem

tem fidei ſanctæ Dei eccleſiæ abiicere volentes, ac dicentes: Vnde vobis eſſentiæ nomen affertur? Cur filius coeſſentialis patri dicitur? Quæ ſcriptura dixit de coeſſentialitate? Quis ex Apoſtolis eſſentiam Dei dixit? Non ſciunt autem, quòd & ſubſtantia & eſſentia idem eſt ratione. Conſiſtit enim Dominus in ſubſtantia ſua. Et hoc, ſplendor gloriæ & character ſubſtantiæ ipſius. Eſſentia igitur eſt, nõ A exceſſus, ſed ipſum hoc quod eſt, ſicut dicit Moſes, Qui eſt miſit me, ad filios Iſrael loquens. Qui eſt igitur, eſt quod eſt: quod verò eſt, eſſentia exiſtens eſt. At particula con, non vnum rurſus ſignificat, ſed de coeſſentiali duo perfecta ſignificat, ſed non inter ſe diuerſa, neque ab ipſorum vnitate aliena. Si verò etiam vtetemur pietatis gratia, dictione aliqua propter connexionem veritatis. Nam ſine hoc vt confiteamur coeſſentialem, omnes hæretici confutari non poſſunt. Quemadmodum enim ſerpens odit odorem bitumiuis, & ſpirationem cerui, & ſuffitum gagatæ lapidis, & fumum ſtyracis, ſic etiam Arius & Sabellius odio habent verbum confeſſionis coeſſentialis in veritate. Sed tamen ad ipſos dicimus, etiamſi non eſſet vox hæc in diuinis Scripturis: eſt autem, & clarè habetur in Lege, & apud Apoſtolos ac Prophetas: ex duobus enim aut tribus teſtimoniis ſtabilietur omne verbum, attamen licebat nobis propter pietatem vti dictione vtili ad muniendam ſanctam fidem. Vos autem quid dicitis? Dicite enim nobis ô boni, quid dicitis de patre, increatus eſt pater, omnino reuera. Quis enim adeò ſtolidus fuerit, vt de hoc ambiget aut adeò furioſus, vt putet non eſſe increatum Deum & patrem Domini noſtri Ieſu Chriſti? Omnino enim & vos ipſi confitemini, quòd ingenitus eſt & increatus: non enim habet ante ſe patrem, neque definitos annos, neque principium dierum, velut ſcriptum eſt Si itaque neque principium temporis, neque finem de ipſo confitemur, quoniam increatus eſt, & hoc minimè ambiguum eſt, nuſquam verò de ipſo hoc ſcriptum eſt. Verùm pietatis cauſa cogimur hæc piè de ipſo ſentire ac dicere, etiamſi non ſit ſcriptum. Sic etiam de coeſſentiali B dicere cogimur, etiamſi non eſſet ſcripta vox iuxta propriam linguam expreſſis verbis: etiamſi videri poſſit hoc eſſe ſuper nos, & ſuper noſtram naturam, vt de Deo diſſeramus: attamen ipſe Dominus ex miſericordia veniam dabit nobis, qui non volumus pro deitate rationem reddere, quæ non indiget noſtra confirmatione. Verùm oportet piè dicere, & piè ſentire, vt ne pereamus. Proinde reſpondete nobis Arij diſcipuli, Ingenitum dicimus omnes ſimul patrem & increatum, & admirabilis eſt dictio ſcilicet, vbi itaque ſcripta eſt hæc, oſtendite locum. Neque enim lex dixit, neque prophetæ; neque Euangelium, neque Apoſtoli, Si itaque piè dicimus dictionem non ſcriptam, eſſque recepta dum pro gloria Dei dicitur: quis nos reprehenderit, etiamſi non eſſet vox coeſſentialis ſcripta; ſi inueniſſemus nos verbum per quod poſſemus certitudinem noſtræ ſalutis confiteri? Verùm ſunt teſtimonia vnà cum pia ratiocinatione, tum quæ ſuprà propoſita ſunt, tum alia plura. præteribo verò & hanc dictionem, & alias ipſius inſcamenti contra ſimpliciores prolatas locutiones ac verſutias, Deo adiuuante, exagitabo. Dicunt enim rurſus iidem, cum omnibus quæ ex Apoſtolo & Euangeliis iuxta mentem ſuam corrumpunt, malè intelligentes ipſas dictiones, etiam hanc in medium afferentes ex Apoſtolo, velut dictum eſt in epiſtola ad Corinthios, in capite de mortuorũ reſurrectione, ſicut deinceps dicit, Deinde finis, cum tradiderit regnum Deo & patri, cum aboleuerit omnem principatum & omnem poteſtatem ac virtutem. Oportet enim ipſum regnare, donec poſuerit omnes inimicos ſuos ſub pedes ſuos: vltimus hoſtis aboletur mors: nam omnia ſubiecit ſub pedes ipſius. Cũ C verò dicat, quòd omnia ipſi ſubiecta ſunt, manifeſtum eſt, quòd excipiendus eſt is qui ſubiecit ipſi omnia. Cum autem ſubiecta fuerint ipſi omnia, tunc & ipſe filius ſubiicietur ei qui omnia ipſi ſubiecit, vt ſit Deus omnia in omnibus. Reprehendunt itaque hoc dictum, & pro more inimicitiæ ſuæ aduerſus vnigenitum, deſtruunt inenarrabilem ac glorioſam ipſius deitatem, velut ſæpe dixi, demẽtia inducti, & dicunt, Vides quòd dicit, Deinde finis, cum tradiderit regnum Deo & patri, cum aboleuerit omnem principatum & omnem poteſtatem ac virtutem. Oportet enim ipſum regnare, donec poſuerit omnes inimicos ſuos ſub pedes ſuos. At Oportet, & Donec, & Cum tradiderit regnum temporis eſt præſcriptio: & blaſphemantes dicunt, quietem & diſſolutionem ipſius regnantis hæc indicant, Donec tradiderit regnum Deo & patri. Et ab initio mentem veritatis ignorant. Quod ideo quòd particeps fuit vnigenitus carnis & ſanguinis, humani affectus gloriæ aſſumendæ apti, de ipſo & de aduentu ipſius in carne decantantur ac dicũtur, ſed non ſine perfecta ſemper & glorioſa ipſius deitate, quæ nihil opus habet vt gloriam aſſumat, ſed habet perſe glorificationẽ, & per ſe perfectionem. Simul autem de duabus partibus rationem reddit, dicens, de recenti quidem, Glorifica me pater in gloria quam habuit apud te, antequam mundus fieret. pater verò duorum habituum gloriam ſignificans, de priore quidem ſecundum ſpiritum, Glorificaui: vt indefinitum oſtendat. De recenti verò propter aduentum in carne, Et rurſus glorificabo: vt & hic claritas oſtenderetur. De quibus etiã D Apoſtolus dixit, dupliciter de ipſo veritatem proponẽs: Oportet enim ipſum regnare donec. Et hoc, Cũ tradiderit regnũ Deo & patri, propter principatum à tempore factum in aduentu in carne. Nam deitas vnigeniti erat ſemper cũ patre, hoc eſt, vnigenitus deus Verbũ ex patre progreſſus ſine principio, & ſine tẽpore. Alioqui quomodo implebitur, quod dictum eſt ab angelo? Spititus Domini ſuperueniet in te, & virtus altiſſimi obumbrabit tibi: quandoquidem dixerat ad ipſam, paries filium, & vocabis nomen ipſius Ieſum, vt oſtenderet ex ſuperuis Deum verbum deſcendiſſe, & in vtero eiuſdem virginis incarnatum eſſe, & perfectè hominem factum eſſe: vt ne dirimeret perfectionem in carne à diuina perfectione, cum hac appoſitione, & dixit ad ipſam: Quapropter & quod naſcetur ſanctum, vocabitur filius Dei. Deinde, Dabit ipſi Deus thronum dauid patris ſui, & regnabit ſuper domum

Eſſentiæ et coeſſentialitatis vocabulum.

Ingeniti uox, nõ eſt ſcripta.

Pauli locus de mortuorum reſurrectione.

Glorificaui, & rurſus glorificabo.

Iacob in ſecula, & regni eius non erit finis. Quum itaque hæc inter ſe alterum ad alterum opponan-
Oppoſitorũ Scripturæ locorũ declaratio
tur, nimirum hoc, Oportet ipſum regnare donec: & regnabit ſuper domum Iacob in ſecula: & non dixit, In ſeculum ſolum, ſed in ſecula. Et rurſus hoc, Cum tradiderit regnum Deo & patri: opponatur illi, Et regni eius non erit finis: & ambo qui talia de Domino & Chriſto dixerunt, omnium fide dignißimi ſunt, quum angelus Gabriel ſanctus ſit, & ſanctus Apoſtolus Spiritu ſancto repletus, quidnam dixerint illi qui vitalis negocij ſunt ignari? Num quòd contraria ſibi ipſi ſit Scriptura, quæ omnia ſemper verè dicit? Abſit. Sed velut ab initio diximus, propter aſſumptionem humanitatis, omnia rationi conſentaneam conſequentiam habent. Si enim tradit regnum tempori, ergo nunc neque re- A
gnat. Si verò nondum regnat, quomodo reperitur ſemper adorari ab angelis & archangelis ante aduentum in carne, & in aduentu in carne, velut Scriptura de ipſo dicit, nimirum dum ait: Quum induxerit primogenitum in orbem terrarum. &, Adorent ipſum omnes angeli Dei. Et rurſus, Sedet in dextera Patris. &, Flectet ſe ipſi omne genu, cœleſtium & terreſtrium, & infernorum. Igitur regnat ſemper, qui omnibus adoratur. Quid igitur dicimus filio ſemper regnante, ab initio & nunc & deinceps, quandoquidem nondum tradidit regnum patri, nunquid abeſt à regnando pater? abſit. Regnat enim ſimul cum Patre, & Pater cum Filio ac Spiritu ſancto. At quid dicunt, cum tradiderit regnum, Deo & patri, deſinit ipſe regnare? Abſit. Nam quomodo impletur hoc, Et regni eius non erit finis. Sed vt oſtendat quòd nihil in filio impletum eſt, neque impletur, quod diſſideat ac priuatim repugnet ab vnione patris, & vna voluntate Patris & Filij & Spiritus ſancti. Videmus enim & hic velut de ipſo Filio dictum, quum tradiderit regnum Deo & patri, cum aboleuerit omnem principatum & poteſtatem ac virtutem: velut ipſe Filius tradat regnum, & aboleat omnem principatum, &c. Et hoc, B
Oportet ipſum regnare, donec poſuerit omnes inimicos ſuos ſub pedes ſuos, velut Filius omnia faciat, & ſua autoritate dominetur & poteſtatem habeat, & Patri ſubditos vnà cum regno tradat. Deinde rurſus tranſit ad aliam perſonam, Patre omnia Filio ſubiiciente, & dicit, Omnia ſubiecit ſub pedes eius, vltimus hoſtis aboletur mors. Quum autẽ dicat quòd omnia ipſi ſubiecta ſunt, libet interrogare ipſos, E cuius perſona dicit vocem, dicat? Nam profunditas myſteriorum Dei ſpiritualiter in dicat carnales. Carnalis enim non ſuſcipit ea quæ ſpiritus ſunt, ſtulticia enim ipſi ſunt. Hic enim quũ dicat quòd omnia ipſi ſubiecta ſunt, ſiquidem Pater dicit ad Filium, defectuoſa eſt tractatio. Subiecit enim Filius omnia Patri. Si verò ex perſona Filii dicitur, cum dicat quòd omnia ipſi ſubiecta ſunt defectuoſa eſt ſententia, quoniam dilationes quædam in Deo, aut in Patre aut in Filio reputantur. Quis verò eſt qui dicit, quòd omnia ipſi ſubiecta ſunt? Non enim dixit, cum dixerint. Si enim eſſet hoc Filii dictum, Cum dixerint: poterat ad angelos referri, aut ad ſubiectos. Quandoquidem verò ſuprà ſignificauit Filium ſubiicientem & tradentem Patri, & Patrem ſubiicientem Filio omnia, deerat autem dictionum venatoribus perſona Spiritus ſancti, ea gratia indefinitè, poſt perſonam Filii & perſonam Patris, perſonam Spiritus ſancti ſubtexuit, qui annunciat ſemper ea quæ Patris ſunt ac Filii, & docet, vt ne defectuoſa fiat perfecta cognitio de trinitate, & de aduentũ in carne gloriæ aſſu- C
mendæ apto. Deinde dicit, Vltimus hoſtis aboletur, mors. Abolitus autem ligatus eſt, non amplius operans quod operatur, neque amplius exiſtens. nam abolitus eſt. Quid igitur de hoc dicere poſſunt, qui Scripturarum intelligentiam non habent? Nunquid oportet nos opinari de Filio, quòd ceſſabit à regnando, ſi ſanè dictio ſic haberet? At impij erimus, & ipſum cum ſubditis numerabimus cum poſt actionem ceſſet ab eo quod agebat: ſed abſit. Nemo enim ex credentibus in Chriſtum & ſperantibus in veritate, cogitabit, vt aut dicat aut audiat quid, quod non deceat ipſius gloriam, velut hi ſanè ſentiunt. Omnia autem docet diuina Scriptura, cum dicat, Omnia ipſi ſubiecta ſunt, nimirũ excepto illo, qui ipſi omnia ſubiecit. Cum autem ſubiecta fuerint ipſi omnia, tunc & ipſe filius ſubiicietur ei qui omnia ipſi ſubiecit, quo id quod ab angelo ab initio indicatum eſt. etiam hic per ſimilitudinem ſermonis coniunctum, omnem declarationem potentię Verbi ex ordine & clarè oſtendat. Quemadmodum etiam angelus ſimile dixit, ex ſupernis quidem Filium indicans, deinde cum addimento de aduentu in carne counitionem declarans, nempe: Quapropter & quod naſcetur ex te, cum additione vocis, Sanctum, vocabitur filius Dei. Proinde propter hoc & talia, nimirum, Quoniam quod naſcetur, vocabitur filius Dei, ea de cauſa etiam ipſe Filius ſubiicietur ei qui omnia ipſi ſubiecit, vt non amplius carnale carnale ſit potentia, ſed counitum cum deitate, carnale in vnam vnionem D
counitum, cum patre regnans & Spiritu ſancto, cuius regni non erit finis. Et ex quo quidem reſurrexit, principium accepit hoc, vt ſit Deus omnia in omnibus. Counitum eſt enim ſimul carnale ſpiritualiter in vnam deitatem. Quandoquidem verò dicit, Hoc facite in mei recordationem, vſque ad aduentũ filii hominis: & Sic videbitis ipſum quomodo vidiſtis ipſum aſſumi, tunc de cætero omni-
Deus omnia in omnibus.
bus perfectis, & nullo ad perfectionem pertinente relicto, ad ipſius deitatem referre oportet hoc, vt ſit Deus omnia in omnibus, hoc eſt, vt ne ſit diuiſio: neque enim eſt, vt ne putetur multitudo deorũ. Vna enim eſt glorificatio. Neque enim tunc velut tyrannidem gerens filius non ſubiectus eſt patri, neque ſubiectus eſt velut ſeruus, & poteſtatem non habens, ex patre genitus eiuſdem naturæ & eiuſdem deitatis. Neque tunc iuxta defectum, neque iuxta diminutionem, neque iuxta neceſſitatem, neque iuxta ceſſationem vt ipſe deſinat, ſubiicitur patri. Sed velut filius genuinus, vnigenitus cum patre regnans ſemper in vnam vnitatem, & ad vnum præmium honoris adducens omnem creaturam, & docens ſuam Eccleſiam, vt ſit Deus omnia in omnibus. Nam vna eſt deitas, vna dominatio, una glorificatio patris. Filii & Spiritus ſancti: ita vt decenter honoretur pater à Filio, & Filius vt genuinus

filius

filius,& Spiritus ſanctus velut qui non alienus ſit à Patre & Filio. Et excludantur ſermones & excogitatæ opiniones inimicitiæ aduerſus Filium ac Spiritum ſanctum, eorum qui contra filium Dei & Spiritum ſanctum blaſphema lingua inſurgunt. Cæterùm adhùc amplius, quæ malè ab ipſis excogitata ſunt, deprehendentes ſubuertemus. Rurſus enim dictiones aliquas ex Euangelio producunt, & dicunt, Cur non poteſt facere quicquam Filius à ſeipſo, niſi viderit Patrem facientem: & ab initio non intelligunt, quæ dicuntur. Nam pater non prius fecit, & poſtea Filius ſtruxit. Quod enim cœlum fecit per ſeipſum pater, vt de forma primi cœli accepta ſimilitudine Filius ita operaretur? At nemo ex his qui maliciam excogitant, oſtendere hoc poteſt. In principio enim fecit Deus cœlum & terram. Et ſimul in principio in mundi creatione dicit, Faciamus hominem ſecundum imaginem noſtram, & ad ſimilitudinem. Et non dixit, Ades huc, faciam & oſtendam quomodo opereris. Deinde verò ait, Et fecit Deus hominem: & non dixit, Fecit, & oſtendit Filio quomodo oportet facere hominem. Neque enim in ignorantia erat Filius, vt poſtquam didicit artem, tunc ea quæ eius ſunt operaretur. At poſtquam rurſus venit Dominus noſter, & carnem induit, & homo factus eſt, & inter nos conuerſatus eſt, habuit autem ad Iudæos ſermonem, qui putabant ipſum quæ patris ſunt diſſoluere, volens reducere mentem, vt ne humanitati ipſius ſolum attenderet, dixit: Nihil facit Filius, niſi viderit patrẽ facientem: vt oſtendat opus filii eſſe opus patris, & patrem complacentiam habere in ipſius totius operationis diſpenſatione. Sic etiam conſequenter iuxta alias dictiones, uelut beſtiæ offendentes, & à perſona fulguris verbi veritatis confutati fugabuntur. Fulgura coruſcationem, & diſperges ipſos: emitte tela tua, & conturbabis ipſos. Additum eſt enim ad hanc dictionem, quod deinceps ex ordine ſequitur, & dicunt ex Euangelio: patet enim diligit Filium, & omnia oſtendit ipſi, quæ ipſe facit: & maiora his oſtendet ipſi opera, vt vos admiremini. Et rurſus, pater ſuſcitat mortuos, & viuificat: ſimiliter & Filius quos vult viuificat. Et rurſus; Neminem enim pater iudicat, ſed omne iudicium dedit Filio, vt omnes honorent Filium, ſicut honorant patrem. Vide verò mihi, ô Ari, finem deinceps inſtitutæ aduerſus te diſputationis, vbi fiuiuit ſermo? Non dixit, Quidam ita, & quidam non: ſed, Vt omnes honorent Filium ſicut honorant patrem. Ne itaque ignominia affice Filium, vt ne ignominia afficias patrem. Si enim quid diminutum aut inferius in Filium cogitare audes, ergo etiam ad patrem cogitatio tua aſcendit. Eiuſdem enim temeritatis eſt, in Filium quid cogitare, & non honorare ipſum quemadmodum honoras Patrem. Vt enim etiam det ipſi Pater, dic mihi ô generoſe, quid dicit Vt quem vult Filius, viuificet: non dixit, Quem iubet. Oportebat autem hæc omnia ſuſcipere à Patre, ſed non minorem eſſe præter Patrem, atque hoc iuxta duos maximè modos. Primùm quidem vt adducat mentem noſtram ad vnam deitatis vnionem, Patris & Filii, & Spiritus ſancti: & ne ad partitiones & multitudinem deorum, hominum cogitationem deducat, ſed ſurſum ferat ad vnam vnitatem. Deinde verò etiam, vt adducat ad mutationem gloriæ aduentus in carne, & cognitionem deitatis ſuæ. Quando enim venit vt diſcipulos ſuos exhilararet, per promiſſionem qua dixit, quòd eſſent aliqui iſthic ſtantes, qui non guſtaturi eſſent mortem, donec videant Filium hominis venientem in gloria ſua. Et octaua die, velut Euangelium dicit, aut ſicut alterum Euangelium ait, Poſt ſex dies: non quòd Euangeliſtæ alia pro aliis dicant, ſed quòd vnà ſit certitudo ſemper munita, vt ne occaſio fiat, quo homines in neceſſariis offendant: nam dedita eſt cogitatio hominis diligenter ad praua à iuuentute ſua, ob id alter Euangeliſta Octaua die dixit. Erat enim pars quædam diei reliqua quando ſermonem dixit, & connumerauit ab illa die & hora, ſi erat dies inclinata circa nonam aut decimam horã. Et rurſus cum in octaua die circa tertiam aut quartam horam res facta eſſet, octaua hæc vocabatur. At verò alter Euangeliſta rem munit ac dicit, Poſt ſex dies. Non enim numerauit diem in qua ſermonem ad diſcipulos dixit, neque eam in qua opus perfecit, ſed intermedios ſex plenos dies. Cum autem ſic ſermonem faceret, declarationem eius oſtendit. Aſſumpto enim Petro & Ioanne ac Iacobo, eduxit ipſos ad montem, & transformatus eſt, & fulgebat facies eius inſtar Solis, facies in carne ſimul exiſtens in deitate, & veſtimenta eius erant alba velut nix, caro videlicet quæ ex Maria & ex noſtro genere erat, & transformabatur in gloriam, honorem ac perfectionem deitatis acquirens, & gloriam cœleſtem, quam non habebat caro ab initio, verùm hic in cognitione Dei Verbi accepit. Sic etiam prædicta intellige, quòd omne iudicium dedit Filio, quòd dedit ipſi poteſtatem, vt quæ vult viuificet, quo primum principium oſtendat vnionem vnius deitatis, & vnam voluntatem, & ad Patrẽ referre ſe vniuerſam bonitatẽ, & ad vnum principium ac deitatem, cũ tres ſint perfectæ ſubſtantiæ, vna vero deitas Patris & Filii & Spiritus ſancti, & aduentus ac præſentiam in carne rurſus aſſumat cũ deitate, donum dignitatis, poteſtatémque ac perfectionem, à Patre & Filio ipſi donata, ad vnam ſpiritualem deitatis cognitionẽ. Et profecto vix tandem euaſimus tempeſtuoſum hunc locum. Et cũ omnem hanc veneni eiaculationem, fæuáque vndarum imperia ac impetuoſas eleuationes, ſpumas item ac agitationes horrendas, teláque aduerſariorũ ac ſcuta, per rectam ratiocinationẽ in mente combuſſerimus, & arcus inimicorũ confregerimus, & aduerſus multipliceps hoc reptile, informẽ hydræ cõſtitutionem nos inſufficientes virtutẽ & gratiam ex Deo acceperimus, velut qui in Deo potentes fuimus, victoriale carmẽ canamus. Cantemus Domino, glorioſè enim glorificatus eſt. Equũ & inſceſorẽ proiecit in mare. Et cum caput draconis ſupra aquas contriuerimus, ſupra aquas inquam placidè fluentes, quarum voluerunt eſſe participes iuuenes cum Iudæis hæreditatem adepti, aduerſus quos inuehens Propheta dixit: Eo quod vos non vultis aquam Siloam placidè incedentẽ, ſed vultis habere Raaſſon regẽ, & Tabeel filium Rhomeliæ: Ecce inducit Dominus ſuper vos aquã fluminis fortẽ,

Filius non poteſt facere quicquam à ſe ipſo.

Octaua dies ab altero Euangeliſta ſexta dicta eſt

Transformatio chriſti.

regem Assyriorum, &c. Nos autem accepto auxilio in Domino, & assumpto sputo à vera carne in terram profecto, & simul cum sputo massa luti oculis nostris impressa: quo qui aliquando in ignorantia fuimus, nunc veritatem cognoscamus: abeuntésque ac lauantes in Siloam, quod demissum interpretari potes, hoc est, in aduentu in carne, & in deitatis perfectione: & de cætero visu recepto, non amplius negamus Dominum, etiam si à synagogis reiiciant nos, qui ex Arrij fraternitate sunt, & Iudæorum successores. Nam & hi quemadmodum illi statuerunt, vt omnem confitentem Dominum à synagogis suis excludant: quo ostendant eum qui visum habet, confutationem factam eorum qui non vident. Nisi enim esset ipsorum synagoga tota cæca, non sanè eum cuius aperti sunt oculi, à conuentu suo excluderent. Gratias itaque agamus Domino, quòd & visum recepimus, & Dominum confitemur, & læsa curauimus, si etiam opus mandatorum eius fecerimus: & conculcauimus serpentem, & contriuimus caput draconis per potentiam ac virtutem Dei. Cui gloria, honor, imperium, patri in Filio, Filio in Patre, cum sancto Spiritu in secula seculorum. Amen. Porrò relicta mortificata hac hydra multicipiti ac multifida, ad consequentes pro instituto ô dilecti progrediamur, Deum semper auxiliatium inuocantes, vt eandem nostri, & eorum qui hunc nostrum laborem versare volunt, curam habeat, quò commorsi iam sanentur: & qui nondum in malis examinati sunt, corrigantur.

FINIS SECVNDI TOMI SECVNDI libri Epiphanij.

EPIPHANII EPISCOPI CONSTANTIÆ CYPRI, operis contra octuaginta hæreses Panarij appellati, liber tertius.

IANO CORNARIO MEDICO *Physico interprete.*

In primo tomo tertij libri, aut sexto, iuxta prædictum numeri ordinem, hæreses septem sunt cum sectis, hoc modo.

1 *Audianorum rebellatio & secta, non tamen hæresis. Hi vitam & conuersationem bene ordinatam habent. Habent itẽ fidem per omnia velut catholica ecclesia, plerique verò in monasteriis habitant. Vtuntur et multis apocryphis affatim. Nõ faciunt nobiscum communes preces, vituperántque nostros episcopos, diuites, & alios sed & pascha suo more priuatim celebrant, quando Iudæi idem faciunt. Habent autem & peculiare quoddam ac contentiosum, durissimè id quod secundum imaginem est interpretantes.*

2 *Photiniani. Hic Photinus à Sirmio originem trahens, hucusque circuit, & eadem quæ Paulus Samosatensis sentit, verùm in aliqua parte ab illo dissentit. Sed & ipsi Photiniani à Maria & hucusque Christum affirmant.*

3 *Marcelliani, à Marcello ex Ancyra Galatiæ originem trahente appellati sunt. Hic in principio similiter vt Sabellius sentiens, diffamatus est. Verùm ad excusationem sui sæpe progressus, & per scripta se tutatus, à multis accusatus est, quòd in isdem perseueraret. Fortassis autem pœnitentia ductus seipsum correxit, aut discipuli ipsius. Nam pro ipso aut discipulis ipsius, orthodoxi quidam defensiones ediderunt.*

4 *Semiarij. Christum quidem creaturam confitentur, per similitudinem autem creaturam ipsum dicũt, sed non velut vnã ex creaturis: verùm, aiunt, filium dicimus, at vt ne passionem patri attribuamus per hoc quod genuit, creatũ ipsum dicimus. Eodem modo & de Spiritu sancto sentientes, creaturam penitus ipsum decernunt. Reiiciunt filij coessentialitatem, similem autem essentia dicere volunt. Alij verò ex ipsis essentiam similis essentiæ vocem reiecerunt.*

5 *Pneumatomachi. Hi de Christo quidem bene sentiunt, Spiritum autem sanctum blasphemant, creatum ipsum decernentes, & non esse ex deitate. Imò potius abusiue propter operationem creatum esse, sanctificatiuam virtutem ipsum solum esse asserentes.*

6 *Aeriani. Hic Aerius à Ponto originem ducebat. Adhuc hodie verò superest tentatio vitæ. Presbyter hic erat episcopi Eustathij, quinter Arianos taxatus est, & ab episcopatu reiectus. Quandoquidem verò ipse Aerius non constitutus est episcopus, multa contra Ecclesiam docuit, fide quidem Arianus existens perfectissimus, verùm amplius docet, non oportere offerre pro his qui obdormierunt. Ieiunare quarta, & prosabbato, & quadragesima, ac pascha te prohibet. Renunciationem predicat. Carnis esu omnis generis vtitur, & voluptatum deliciis licentissimè. Si verò quis ex discipulis eius ieiunare velit, ne in diebus ordinatis hoc facito, inquit, sed quando volueris, non enim es sub lege. Asserit idem, episcopum non esse presbytero excellentiorem.*

7 *Aetiani, ab Aetio Cilice, qui fuit diaconus sub Georgio Arianorum episcopo Alexandriæ. Hi etiam Anomœi, hoc est inæquales appellantur. A quibusdam verò Eunomiani, propter Eunomium quendam Actij discipulum, qui adhuc supereſt. Cum ipsis autem erat & Eudoxius arianissans, verùm propter timorem regis Constantij separauit seipsum, & solus Aetius exterminatus est. Permansit autem Eudoxius arianissans, non tamen secundum Aetium. Hi Anomœi, qui & Aetiani, Christum & Spiritum sanctum omnino à Deo abalienant, creatum ipsum affirmantes, & neque similitudinem aliquam habere dicunt. Ex syllogismis enim Aristotelis ac geometricis Deum astruere volunt, & Christum sanè nõ posse esse ex Deo per tales syllogismos. At Eunomiani ab ipso appellati, rebaptisant omnes ad ipsos accedentes, atque ipsos etiam Arianos, & hoc in caput, sursum vertentes pedes eorum qui baptisantur velut magna fama refert. Ceterùm aberrare aliquem in aliqua scortatione, aut alio peccato, nihil esse aiunt. Nihil enim querit Deus, quàm vtsit quis solum in ipsorum fide.*

Contra ſectam Audianorum. LXX.

Audianorum hæreſis 70.

Audius hæreticus ſiue ſchiſmaticus.

AVdiani, ſiue Odiani, ordo ſunt. Hi in monaſteriis habitationem habent, & ſecedentes contubernium faciunt, tum in ſolitudinibus, tum prope vrbes, in ſuburbiiſque, & A vbi ſuas manſiones ſiue ouilia habent. Hic Audius horum princeps, temporibus Arij fuit, quando congregata fuit ſynodus contra Arium, eorum qui ipſum ſubuerterunt. Erat autem vir à Meſopotamia oriundus, clarus in patria ſua, propter ſinceritatem vitæ & zeli erga Deum ac fidei, qui ſæpe conſpicatus ea quæ in Eccleſiis fiunt, in faciem epiſcoporum ac præsbyterorũ ſe talibus opponebat, ac ipſos redarguebat, dicens: Non oportet hæc ſic fieri, non debent hæc ſic peragi, velut vir veritatis ſtudioſus, & qualia à liberi oris viris ob veritatis amorẽ fieri ſolent, qui vitã maximè exactam viuunt. Quapropter talia videns, velut dixi, in Eccleſiis. loqui cogebatur ac confutare, & non tacebat. Si enim aliquem videbat pecuniæ ſtudioſum ex clero, aut epiſcopum, aut præsbyterũ, aut alium quendam ex regula, omnino loquebatur. Et ſi videbat aliquem in voluptatibus ac deliciis viuentem, aut aliquem adulterantem eccleſiaſticam prædicationẽ & Eccleſiæ ſtatuta, non ferebat hic vir, ſed verbis, velut dixit, reprehendebat. Et erat hoc graue admodum his qui vitã approbatam non habebant. Atque hac de cauſa contumeliis afficiebatur, contradictionẽ ſuſtinebat, odio habebatur, agitariſque ac protrudi & ignominia affici tollerabat, ad multũ tẽpus in Eccleſiis ſimul degens, donec quidã potenter in ipſum irruentes virum expellunt propter talẽ cauſam. Ipſe verò non ſuſtinebat ſe expelli, ſed magis enitebatur vt veritatem diceret, & à vinculo vnius ſanctæ catholicæ Eccleſiæ vnionis non diſcederet. Cum autem verberaretur ſæpe tum ipſe, tum ſodales eius, & grauia pateretur, valde ingemiſcens conſiliarium ſibiipſi ſumit iniuriarum neceſſitatẽ. Nam ſeipſum ab Eccleſia ſeparat, multiſque ſimul cum ipſo diſcedunt. Et ſic diuiſionem fecit, cũ nihil haberet in fide diuerſum, ſed rectiſſimè crederet & ipſe & ſodales ipſius, etiam ſi id dicere maximè oportet, in paruo quodam ipſum contentioſè ferri, itémque eius aſſeclas. Nam cũ hoc quod cõ B fitebatur de Patre & Filio ac Spiritu ſancto mirabiliter, velut catholica eccleſia habet: etiam iuxta rectam fidẽ alia omnia in vita ad admirationem vſq; ſeruabat: propriis enim manibus laborans ipſe, & epiſcopi ac præsbyteri & reliqui qui cum ipſo erãt, omnes nutriebantur. Poſtea verò vbi expulſus eſt ab Eccleſia, ab alio epiſcopo eadem inquirente, & ab Eccleſia digreſſo, eligitur hic epiſcopus. Cæterùm de quo dicere incepi, quando quidẽ in digreſſione ſum, rurſus narrationẽ perſequar. Dico autẽ de dictione ex ſacra Scriptura apud ipſum duriſſimè & peculiariter ac cõtentioſè expoſita. Nã quod eſt ſecundũ imaginẽ, quod Deus largitus eſt ipſi Adã, rigidè vult decernere hic & ſocij eius, eſſe hoc impletum ſecundũ corpus, ex hoc nimirũ dicto, Faciamus hominem ſecundũ imaginẽ noſtrã, & ſecundum ſimilitudinẽ: & deinde infert diuina Scriptura, dicens, Et fecit Deus hominẽ, luto accepto de terra: quandoquidem, inquit, dixit hominem de terra, vide ꝙ veriſſimè totũ quod terreũ eſt, hominẽ dixit. Ergo ipſum terreũ prędixit fore ſecũdũ imaginẽ Dei. Et eſt hoc durũ, velut dixi, & peculiaris pertinaciæ, decernere hominẽ, in qua parte hominis locatũ eſt id quod eſt ſecundum imaginẽ, ſi decet omnino partem dicere, propter multa reſiſtentia hominum intelligentiæ circa verbum hoc, & quæſtionũ multitudinem inuehentia. Aut enim faciemus Deum viſibilem & corporalẽ, ſiquidem in corpore quod ſecundũ imaginẽ eſt, impletur corporaliter & formaliter, aut hominem Deo adęquatum, ſi hoc dixerimus. Quapropter non conuenit omnino decernere aut affirmare, in qua parte id quod ſecundũ imaginẽ eſt, impletur: ſed confiteri, id quod ſecundum imaginem eſt, eſſe in homine, vt ne gratiam Dei reprobemus, & Deo diffidamus. Quæcunque enim dicit Deus, ea vera ſunt: etiãſi C fugerint noſtram intelligentiam in paucis ſanè dictis. Negare itaque hoc quod eſt ſecundum imaginem, non eſt credentis, neque ſanctæ Eccleſiæ Dei. Eſt enim omnis homo manifeſtè ſecundum imaginem, & nemo ex his qui ſpem in Deum habent, negabit: niſi quidam ſibiipſis fabulas fingunt, eiecti ex Eccleſia, & traditione Patrum ex Prophetis & Lege, & Apoſtolis ac Euangeliſtis. Sicut ſanè etiam illi contentioſius ſe in hoc gerentes, traditionem ſecundum eccleſiaſticam doctrinam excedũt quæ credit ſecundum imaginem eſſe totum hominem, non decernit autem in qua parte ſitum eſt id, quod eſt ſecundũ imaginẽ: quum neque poſſint hi, qui de his fabuloſè diſceptant, ſiue negant, demonſtrare. Aliqui etenim dicũt in anima impleri quod eſt ſecundũ imaginẽ, putantes id quod ſecundum carnẽ eſt, ſolum ratiocinari poſſe: & non ſciunt tales, ꝙ id quod ſecundum animã eſt, ratiocinatur: ſi conuenit ſyllogiſmis & ratiocinationibus attendere, & non ſimpliciter & ſimplici mẽte Deũ accedere & credere. Quoniã quæ à Deo dicta ſunt, veritas ſunt: & ipſi ſoli cognita, qui omnẽ veritatem nouit. Alij verò dicunt, neque in anima, neque in corpore eſſe, ſed virtutẽ eſſe quod eſt ſecundũ imaginẽ. Alij autẽ dicunt, non eſſe virtutem, ſed baptiſma, & gratiam in baptiſmate: nimirum ex eo quod dictum eſt, Quemadmodum geſtauimus imaginẽ terreni, geſtemus etiam imaginem cœleſtis. Alij rurſus hoc nolunt, ſed volunt dicere, tunc quidẽ fuiſſe id quod ſecundũ imaginẽ eſt in Adã, donec in inobedientia fuit, & de ligno comedit, ac expulſus eſt: ex quo verò expulſus eſt, perdidit id ꝙ eſt ſecundũ imaginẽ. & magnũ quoddã eſt hominũ fabulamentũ, quibus ne ad horã quidẽ credere oportet: neque his neq; illis, ita vel ita dicẽtibus: ſed credere ꝙ ſit quidẽ in homine, quod ſecũdũ ima D ginẽ eſt: verũ in toto maximè, & non ſimpliciter. Vbi verò eſt, aut vbi impletũ eſt id quod eſt ſecundũ imaginẽ, ipſi ſoli cognitũ eſt Deo, qui per gratiã largitus eſt homini id quod eſt ſecundũ imaginem. Neque enim perdidit homo, quod eſt ſecundum imaginem: niſi fortaſſis vile fecit, quod eſt ſecundum imaginem, dum inquinauit ſeipſum diuerſis negociis, & immedicabilibus peccatis. Ecce enim

Hæretici diuerſam faciunt cũ nihil tale habeat fides.

Traditionem excedunt Eccleſiæ.

enim post Adam ad Noe dicit: Ecce dedi vobis omnia velut olera agri, macta & comede. Ne edas
Secunda permissio facta Noe de manducatione ciborum. carnem in sanguine animæ, quia ego requiram animas vestras. Omnis qui effundit sanguinem hominis in terra, pro sanguine illius effundetur sanguis ipsius, quoniam in imagine Dei feci hominē. Et ego requiram sanguinem vestrum ex omni effundente ipsum super faciem terræ. Et vides quòd in homine dicitur esse, quod est secundum imaginem, post decimam generationem, ex quo Adā formatus est? Simul autem & Dauid post multum tempus dicit in Spiritu sancto: Vniuersa vanitas, omnis homo viuens. sed & deinceps post hunc Apostolus ipse dicit: Vir non debet comam nutrire, cum imago & gloria Dei sit. Sed & post hunc Iacobus de lingua loquens dicit, Quod est incoercibile malum, plena veneni mortiferi. Per ipsam benedicimus Deum & patrem, & per ipsam execramur
Imago Dei nō est perdita ab Adam. homines secundum imaginem Dei factos: non conuenit fratres mei hæc ita fieri. Et vide quòd corruit sermo eorum, qui dicunt Adam id quod secundum imaginem est, perdidisse. At uerò eorum qui rursus dicunt animam esse id quod est secundum imaginem, talis sermo est & prætextus. Quoniam inquiunt, est inuisibilis, velut Deus inuisibilis est, operatiua est, motiua est, intellectu prædita est, ratiocinatrix est: atque ea gratia ipsa est quod secundum imaginem est: quoniam Deum in terra imitatur, mouens & operans, aliáque faciens, quæ homo iuxta ratiocinationem facit. Reperiuntur autem & hi ratiocinationem facientes: nam si propter hæc vocatur anima secundum imaginem, non potest amplius esse secundum imaginem. Deus enim infinitis modis, & adhuc amplius vltrà animā incomprehensibilis est, & incognoscibilis, omnia sciens, præterita, & præsentia ac futura, visibilia & inuisibilia, fines terræ, & ima abyssi, summa cœlorum, & omnia quæ sunt, ipse continens omnia, à
Imago Dei non est anima. nullo verò contentus. At anima continetur in corpore, ignorat ima abyssi, non nouit amplitudinem terræ, fines orbis terrarum nescit, summa cœlorum non comprehendit, ignorat quæ futura sunt, aut quando fient, & quæ ante ipsam facta sunt. Et multa possunt de ipsa & talibus dici: simul autem & partes habet, Deus autem indiuisibilis est. Dicit enim Apostolus: Viuens enim verbum Dei est, & efficax, & acutius omni anticipiti gladio, & penetrans vsque ad partes animæ, ac medullas, & discernens cogitationes ac meditationes, & non est creatura inconspicua coram ipso, &c. Et uides etiam
Imago Dei nō est corpus. horū ratio corruit? Et rursus eorū, qui dicunt corpus esse id quod secundo imaginē est, ratio concidit. Quomodo enim est visibile si possibile simile esse inuisibili, quomodo corporale incorporali, quomodo quod tactui subiectū est in comprehēsibili? Videmus enim nos ab anteriori parte oculis quos habemus, quæ uerò à tergo sunt, ignoramus. In Deo autem non est passio aut affectio, non deminutio: absit. Sed vndiquaque est lux, vndique oculus, vndique gloria, cum spiritus sit Deus, & spiritus super omnem spiritum, & lux super omnem lucem. Omnia enim quæ ab ipso facta sunt, infrà ipsius gloriam sunt. Sola autem trinitas incomprehensibilis est, & in gloria incomparabili ac incomprehensibili. Quum porrò alij rursus dicant virtutem esse, quod est secundum imaginem, virtus
Imago Dei nō est virtus. sine obseruatione mandatorum esse non potest. Multi verò in virtute aliis præstantiores sunt. Virtutis enim multæ sunt species. Nam & nos quosdam confessores nouimus, qui corpus suum, & animam tradiderunt pro Domino suo in confessione, & in castitate vixerunt, fidémque verissimam habuerunt, pietate excelluerunt, benignitatéque ac teuerentia erga homines, & in ieiuniis vixerunt, ac omni bonitate, & in signis virtutis. Contigit autem ipsos habere vitium, vt aut conuiciatores essent, aut per nomen Dei iurarent, aut fabulatores essent, aut queruli, aut supellectilem possiderent auri & argenti, atque aliarum rerum, quæ defectuosas faciunt virtutis mensuras. Quid igitur dicimus, id quod secundum imaginem est, propter virtutem adepti sunt? Verùm propter pauca humana vitia contigit imaginem esse prætextum, & non amplius perfectam imaginem, quæ in
Imago Dei non est baptisma. ipsis est? Et rursus corruit horum ipsorum ratio. At eorum, qui rursus dicunt, baptisma esse id, quod est secundum imaginem, ratio multum dilabitur. Neque enim Abraham habuit baptisma, neque Isaac, neque Iacob. neque Helias, neque Moses, neque superiores, Noe & Enoch, neque Prophetæ, Esaias & qui postea fuerunt. Quid igitur? Ergo illi non habent id, quod est secundum imaginem. Et multa sunt quæ contra hos dici possunt, quemadmodum & contra Audium, contentiosè decernentem in corpore esse id, quod est secundum imaginem. Proferunt & alia quædam testimonia iidem Audiani ex diuina Scriptura, nimirum: Oculi Domini super pauperem respiciunt, & aures ipsius ad preces illius. & Manus Domini fecit hæc omnia. & Nónne manus mea fecit hæc omnia vos duræ ceruicis? & Cœlum mihi thronus, & terra scabellum pedum meorum. Et quæcunque talia de eo scripta sunt. &, Videbam Dominum Sabaoth sedentem in throno alto & elato, & erat caput ipsius velut lana alba, & amiculum ipsius sicut nix. Et vides, inquiunt, quòd est corpus id quod est secundum imaginem Dei? Sed & in hoc resistunt ac grassantur super humanam potentiam, quòd visus est Do-
Sententia veterū ex visione Dei. minus Prophetis. Et visus est quidem sicut voluit, cum potens sit in omnibus: & non negamus, quòd viderunt Prophetæ Deum, & non solum Prophetæ, sed etiam Apostoli: dicit enim sanctus Stephanus primus martyr, Ecce video cœlum apertum, & filium hominis ex dextris stantem Dei & Patris: uerùm per propriam potentiam Deus totus sanctus benignè amplectitur figmentum suum, vt ne aliqui increduli putent, de Deo loqui, esse simpliciter verbo, & non veritate, & verbo tenus expendere ea quæ ad Deum pertinent, & non implere id quod ab Apostolo dictum est, nempe: quòd oportet accedentem ad Deum credere quòd est, & quòd diligentibus ipsum mercedis retributor existit. Quo igitur confidentem faciat hominem ab ipso formatum, sanctis suis & dignis seipsum reuelat Deus, quo sciant natura Deum, & mente fundentur ac sperent in veritate, & prædicent

ipsum

ipsum verè,& fidelem hominem credentem faciant.Nam profectò etiam Græci de Deo sentiunt verbo tenus,& vsque ad imaginationem.Nos autem verè Deum verum scimus,& esse verè in substantia regem incomprehensibilem,creatorem vniuersorum vnum Deum:& ex ipso vnigenitum Deũ, in nullare differentem à patre:& sanctum ipsius Spiritum,nihil à Patre & Filio euariantem.Quem admodum etiam in omni hæresi de fide in Deum per longum verba fecimus.Et quòd quidem visus est Deus hominibus,sæpe diximus,& non negamus. Si enim negauerimus diuinas scripturas, veri
A non simus,& à veritate excidere comperimur.Aut si vetus Testamentum reiiciemus, non amplius sumus catholicæ Ecclesiæ.At Euangelium dicit, Deum nemo vnquã vidit,vnigenitus filius ipse exposuit.Et rursus eadem diuina Scriptura dicit:Visus est Deus ipsi Abraham cum esset in Mesopotamia.Et ipse Dominus in Euangelio ait:Angeli ipsorum vident faciem patris mei,qui est in cœlo. At omnino dixerit aliquis,diuinam Scripturam dixisse, Prophetas vidisse Deum in mente, ex hoc dicto:Angeli ipsorum vident faciem patris mei,qui est in cœlo.Et rursus ex hoc : Beati mundi corde, quoniam ipsi Deum videbunt. Qui verò hoc dixerit,& in cogitatione sua dictiones ipsas copulauerit,is vtique dicere poterit,quòd vnusquisque in mente Deum videt,& non oculis. Verùm huic resistit diuina Scriptura,dicens per Esaiam prophetam:Miser ego quoniam compunctus sum, quoniã homo immunda labia habens,in populo immunda labia habente habito,& Dominum Sabaoth vidi oculis meis.& non dixit mente, neque in cogitatione, sed oculis, veritatem ac firmitatem fidei corroborans.Quid igitur dicimus,quum Euangelium dicat,Deum neminem vnquam vidisse, Prophetæ verò,& Apostoli,atque ipse adeò Dominus id asserant?Nunquid oppositum est quid in diuina Scriptura sibiipsi?Absit.Sed videbant Propheræ,& Apostoli,& verum est: videbant autem ptout poterant ipsi,& sicut licebat,& visus est ipsis sicut voluit. Omnia enim ipsi possibilia sunt. Et quod quidem inuisibilis est Deus,& incomprehensibilis,hoc manifestum est,& confessum.At rursus potens est facere quod vult.Neque enim quisquam opponit se ipsius voluntati.Inuisibilis igitur est na
B tura,& incomprehensibilis gloria.Si verò vult conspici ab homine ab ipso facto, nihil aduersatur ipsius voluntati.Non enim passionis affectu tenetur Deus,vt quod vult,non faciat, aut faciat quod non vult:potens enim est facere quod vult,sed facit quæ decent ipsius deitatem. Nihil est omnino, quod voluntati ipsius resistat,vt non possit facere quod vult,velut decet ipsius deitatem. Et impossibile est videre Deum humanam naturã.Et non datur vt visibile videat inuisibile.At inuisibilis Deus in benignitate sua ac potentia,potens fecit quod impotens erat,& dignatus est sua potentia,vt inuisibile videret.Et quod vidit inuisibile & infinitum,non velut habet infinitum vidit, sed velut natura comprehendere potuit potens effecta,vt quod impotens esset,ad potens se extenderet. Et nihil discors est in diuina Scriptura,neque oppositia dictio aduersus dictionem reperietur.Est autem ita,velut sæpe rei huius exemplum narraui:nimirum sicut si quis per tenuissimum foramen cœlum conspicatetur,& diceret:Video cœlum:& sanè non mentitur talis,videt enim cœlum reuera. Dicit autẽ ad ipsum aliquis,Non vidisti cœlum:& sanè neque hic mentitur.Qui enim dicit se vidisse,non mentitur:& qui dixit ad ipsum quod non viderit,idem verè dicit.Neque enim vidit extensionem , neque latitudinem.Et qui quidem vidit,verum dixit. Qui vero contradixit, non vidisse,non mentitus est, sed & ipse verum dixit.Sæpe enim & in summitate montis stantes videmus ipsum mare, & si dicamus vidisse nos mare,non mentimur.Si vero qnis contradicat,ac dicat,Non vidisti,& ipse non mẽtitur.Vbi enim penetrat latitudinem,vbi longitudinem,vbi profunditatem,vbi sint secessus profunditatis & termini ac effectus,homo scire non potest.Si itaque creaturarum res sic se habet apud nos
C quanto magis id contingit in gratia quam largitus est Deus Prophetis & Apostolis? Videtunt igitur quod est reuera,& non viderunt. Sed viderunt sicut natura potuit ferre,& hoc secundum gratiam potentiæ qua potens ille ipsum potentem fecit in omnibus , propter amicitiam eiusdem hominis seruientis illi in veritate. Si igitur tales putarint Deum ita manus habere,aut oculos,aut alia, propterea quod sic visus est Prophetis & Apostolis:contentiosè feruntur,ac redarguuntur à veritate.Sed quæcunque dicit in diuina Scriptura,ea credere oportet quod sunt.Quomodo vero sunt,ipsi soli cognitum est.Et quod visus est,reuera verum est:verùm visus est sicut voluit.Omnia enim potest Deus, & nihil ipsi impossibile est. Est autem incomprehensibilis, quum Spiritus sit incognoscibilis,omnia continens,& à nemine contentus.Et qualis Pater,talis & Filius,ita & Spiritus sanctus in deitate.Solus autem vnigenitus venit,& carnem induit,in qua etiam resurrexit,quam etiam couniuit deitati in Spiritum counitam,sedet in dextera Patris in gloria, velut scriptum est. Sicut igitur incomprehensibilis est, incognoscibilis, ita omnia quæ de ipso dicuntur, vera sunt. Si autem Deus incomprehensibilis est,ita omnia quæ de ipso dicuntur, incomprehensibilia quidem sunt, sed incomprehensibilia velut quæ sunt Dei,& sicut est in gloria incomprehensibili. Atque hæc quidem pro capacitate nostra, in glorificationem Dei, humano ore diximus. Non enim habemus alterius vocis vsum, præter eam, quæ à Deo iuxta mensuram nobis data est, etiam si in mente amplius de Deo sentimus. At non quæcunque mens habet, tot ac tanta os eloqui potest, mensura concluſum,& corporis organis cõtẽtũ. Quapropter & veniã dat Deus,à nobis suscipiens de ipso
D cognitionem, & glorificationem supra nostras vires se extendentem. Non quod Deo largiamur aliquid, sed vt glorificemus Deum pro viribus, quo piè sentiamus, & ab ipsius gratia ac veritate non excidamus. Hæc autem de ipso Audio ac Audianis tractantes,proposuimus ea quæ ab ipsis dicuntur, per quæ iuxta peculiarem pertinaciam ac contentionem resistunt, indecorè affirmantes.

Deus visus ab hominibus.

Deum nemo vnquã vidit.

Omnia Deo possibilia.

contraria non esse in diuina scriptura.

Viderunt Deum prophetæquo modo.

Solus vnigenitꝰ carnẽ assumpsit.

Habent

Habent autem & alia quædam, propter quæ vel maximè cõsistunt, diuisionem ab Ecclesia amplius facientes, per quæ etiam alios sæpe conturbantes ab Ecclesia retrahunt, attrahentes viros ac mulieres. Nam cum Iudæis pascha perficere volunt, hoc est, quo tempore Iudæi sua azyma faciunt, tunc ipsi pascha agere contendunt: & sanè asserunt, quòd sic erat in Ecclesia receptum. Nam & sermonem calumniatorium ecclesiasticis in hac parte obtendunt de Constantino: Propter personarum acceptionem, inquiunt, reliquistis patrum circa festiuitatem paschatis ordinem, & diem transmutastis in officium regis. Quidam verò rursus priuato contentionis studio decernunt ac dicunt, quando instat natalis dies Constantini, tunc transmutastis pascha. Et siquidem eadẽ die pascha quotannis celebraretur, & decretum esset hoc facere, in synodo tempore Constantini congregata, probabile erat, quod ab ipsis dicitur. Quando verò singulis annis non potest hic ordo in eadem supputatione hærere, corruit ipsorum sermo. Non enim ob natalem rex hoc curauit, sed propter Ecclesiæ vnionem. Nã reuera duo maxima contribuit nobis Deus per prædictum Constantinum Dei amantissimũ, ac semper beatissimum. Quòd congregauit vniuersalem synodum, ediditque fidem in Nicæa editam, quam confessi sunt isthic, cum subscriptione episcoporum qui ibidem conuenerunt, quo Arrius subuerteretur, & fidei puritas omnibus prædicaretur: & quòd curauit vt ab ipsis corrigeretur paschatis festiuitas ad vnionem nostram. Ab antiquo enim & ex superioribus temporibus dissensio erat in Ecclesia, dum diuersimodè peragebatur, ludibrium pariens singulis annis, cum alij ante hebdomada facerent, & cum aliis contenderent: alij verò post hebdomada, & alij anticiparent, alij medium tenerent, alij perficerent. Et erat omnino multa turba ac ærumna, velut multis studiosis non ignotũ est: in quibus temporibus tumultus mouebatur in ecclesiastica prædestinatione, de huius festiuitatis quæstione, tum in temporibus Polycarpi & Victoris, cum Oriens ab Occidente dissentiret, & pacificationẽ inter se non admitterent, tum in aliis temporibus, & Alexandri episcopi Alexandriæ, & Crescentij: quemadmodum comperiuntur vt vnusquisque ipsorum aduersus alterum scripserit ac pugnauerit vsque ad nostra tempora, ex quo primùm turbatio cœpit post tempus episcoporum circumcisorum. Quapropter congressi tunc vndiquaque, & re diligenter æstimata, decreuerunt concorditer vt fieret iuxta decorum supputationis ac consequentiæ. Cæterùm ad hoc afferunt falsò iidem Audiani Apostolorum constitutionem, quæ apud multos in ambiguo est, sed non reprobata. Omnis enim regularis ordo in ipsa habetur, & nihil à fide adulteratum, neque à confessione, neque ab ecclesiastica gubernatione ac regula. At verò dictum à quo accipiunt de paschate prædicti malé interpretantur, & per ignorantiam aliter intelligunt. Decernunt enim in eadem constitutione Apostoli, nempe: Vos ne supputetis, sed facite cum fratres vestri qui ex circumcisione sunt, faciunt, cum ipsis simul facite. & non dixerunt, Cum fratres vestri qui in circumcisione sunt: sed, Qui ex circumcisione sunt: quo ostendat eos qui à circumcisione in Ecclesiam transgressi sunt, principes esse post illud tempus: & vt aliis persuaderent, vt ne alius aliter faceret, & rursus alius alio tempore. Hanc enim omnem curam eò direxerunt, ob vnam vnionem, vt ne essent sectæ, neque diuisiones. Hi vero non intellecta mente Apostolorum, & sermone qui in constitutione habetur, putauerunt oportere cum Iudæis pascha pe ragere. Simul autem quindecim episcopi fuerunt ex circumcisione, & oportebat tunc episcopis ex circumcisione existentibus, in Hierusalem constitutis, omnem mundum assentiri, & cum ipsis perficere, vt vna quædam fieret concordia, & vna confessio, vna festiuitas per reuolutionem. Quapropter quum illorum cura, mentem hominum ad Ecclesiæ vnionem congregans, tanto tempore perfici nõ potuerit: per bonam Dei voluntatem tempore Constantini eadem cura adhibita est, concordiæ gratia. Verùm apud Apostolos dictum hoc propter concordiam habetur, velut testantur dicentes: Et si erraverint, nihil vobis curæ sit. Ex ipsis autem illic relatis dictis oppositio & contrarietas conspicitur. Dicunt enim vigilias ferendas esse in medio Azymorum? non potest autem hoc semper fieri in computatione ecclesiastica. Ex tribus enim constat pascha iis coniunctio: ex solari cursu, propter Dominicam diem, & mensem: & ex lunari cursu, propter legem quo in decimaquarta lunæ immolaretur pascha, velut lex dixit. Non igitur potest peragi, nisi præterierit æquinoctiũ, quod apud Iudæos non seruatur: neque exactè volunt tale perficere negocium: corruerunt enim apud ipsos, & confusa sunt omnia. Verumtamen etiamsi tantæ quæstionis sit talis certitudo exacta, non tamẽ propter quæstionem hanc & exactam certitudinem ab Apostolis dictum est, sed propter concordiam. Si enim & cum hostibus Christi perficere id Apostoli præceperunt, velut hi affirmant, quanto magis propter concordiam cum Ecclesia peragere conuenit, vt ne Ecclesiæ concordiam violemus. Quomodo igitur potest perfici hoc? Dicunt enim iidem Apostoli, Quando illi conuiuantur, vos ieiunantes pro ipsis lugete: quoniam in die festiuitatis Christum crucifixerunt. Et quando ipsi luxerint, azyma edentes cum intrybis, vos conuiuamini. Contigit autem ipsos in Dominica die azyma accipere: illucescẽte enim Dominica vespera, possunt immolare pascha. Nam post vesperam præterito sabbato, non possunt opus perficere. Igitur vbi ipsi immolarunt, si surgunt conuiuaturi, quomodo nos in Dominica lugebimus & ieiunabimus, cum ipsos rursus Apostolos in cõstitutione dicere audiamus: Qui affligit animam suam in Dominica, maledictus est Deo. Et vides quanta est certitudo & oppositio, cum non possit res iuxta dictum peragi. In intellectu verò tota prędicationis veritas consistit, & ab ipsa Apostolorum constitutione, quoniam propter concordiam procurata est rationis coniunctio, si perfecerimus aut perfecerint post æquinoctium, quemadmodum illi peragunt, & nos sæpe peragimus. Si vero rursus antequam prętereat æquinoctium, velut illi agunt, quando soli agunt, etiam nos perfece

Paschatis celebritas

Constãtini maxima facinora duo

Polycarpus & Victor Crescentius.

Apostolorum constitutio.

Absurda ex falsa intelligẽtia scripturæ.

Paschatis habendi ratio.

Die dominico nõ affligenda anima.

A

B

C

D

perfecerimus,continget nobis in vno anno duo paſchata perficere,poſt æquinoctium & ante æquinoctium. Verùm in alio ſequenti anno omnino non perficiemus paſcha. Et reperietur totum opus erroris eſſe,& non veritas. Nam ante æquinoctium non implebitur annus,neque impletur, circulo curſus ex Deo hominibus conſtituto,vt etiam ob id quaſi ſeipſum rediens Græcis appelletur idem annus, ni ſi præterierit æquinoctiũ. Et poterãt de hoc multa dici,quomodo rectè fecerũt patres, imò potius per ipſos Deus correxit Eccleſiam,vt tota veritatis certitudo huius colendiſſimæ feſtiuitatis poſt æquinoctium fieret, quando decimæquartæ lunæ diei computatio incidit. Non quod in ipſa decimaquarta peragamus. Vna enim dies apud illos quæritur: apud nos verò non vna,ſed ſex,hebdomas pleniſſima Quapropter & ipſa lex dicit per ampliationem: Accipietis vobiſipſis ouiculam immaculatam, perfectam à decima menſis die,& erit vobis aſſeruata vſque ad decimamquartam,& mactabitis ipſam ad veſperam decimaquarta die menſis,hoc eſt lunæ. Obſeruat autem Eccleſia vt feſtiuitatem paſchatis peragat,hoc eſt hebdomada decretam etiam ab ipſis Apoſtolis in conſtitutione,à ſecunda ſabbatorũ, hoc eſt empta ouicula. Et ſiquidem fuerit decimaquarta lunæ in ſecunda ſabbatorum,in mẽdium agitur ſacrificium ouiculæ,ſiue in tertia ſabbatorum,ſiue in quarta,ſiue in quinta,ſiue in proſabbato,ſiue in ſabbato,ſed diebus ad huius tractationis diſpẽſationẽ deſtinatis. Neque enĩ à decima ſexta luna poſſum⁹ neq; à nona luna poſſum⁹ incipere hebdomada eſus ſic corũ & paſchatis appellati ſãcti,ſed à decima vſque ad illucentẽ quintãdecimã,interuenientibus duobus curſibus noctis & diei,& coaſſũpto eodẽ numero quatuordecim dierũ lunæ: etiamſi pertingat in illuminationẽ decimæquintæ,propter neceſſariam certitudinem,tum ſolaris curſus poſt æquinoctium, tum lunaris curſus propter decimamquartam,itemque plenæ hebdomadis propter Dominicam,& numerum à decima die lunæ,quæ dies ad comparandum agnum deſtinata eſt,& nominis Ieſu initiali litera notatur. Nam nomini ipſius correſpondens exemplar ouicula accipiebatur,ita ex ipſa decima die decreta. Non autem poſſumus illucęſcente decimaſexta,neque à nona luna principium aut finem habere. Anni enim cõtraria tranſgreſſione tardantes,propter diuerſos inter ſe Solis ac Lunę curſus,hanc inęqualitatem efficiunt: non quòd offendiculum à Deo ſit decretum,ſed exacta certitudine hac a Deo ordinata,ſiuxta ſapientem penitus ipſius gubernationem,quam largitur eſt proprio ſeculo,dum definita ordinauit luminaria & tempora,annos item ac menſes & ſolſticia,& dum prouidis hominibus harum rerum ſtudium ac curam cõtribuit,ex ſua erga homines benignitate. Cum enim annus iuxta ſolarem curſum compleatur in trecẽtis ſexagintaquinque diebus,& horis tribus: contingit propterea quod luna facit annum in trecentis quinquagintaquatuor diebus,vt deficiant curſui ſecundum Lunam,dies vndecim,& horæ tres. Et primo quidem anno fiunt epactæ appellatæ; hoc eſt dies adactitii vndecim,& horæ tres. Secundo anno dies vigintiduo,horæ tres: tertio anno dies triginta tres,horæ nouem. Et ſecatur vnus menſis intercalaris appellatus: intercalantur enim triginta dies. Relinquuntur autem dies tres,horæ nouem. Quæ appoſitæ vndecim diebus & tribus horis de quarto anno,fiunt dies quatuordecim,& horæ duodecim. Quinto autem anno aliis appoſitis vndecim diebus,ac tribus horis, fiunt expactæ vigintiquinque, & horæ quindecim. Et ſexto anno appoſitis aliis vndecim diebus,& horis tribus, fiunt dies triginta ſex, & horæ octodecim,quæ faciunt intercalarem menſem vnum. Et intercalati ſunt per annos ſex menſes duo,primis tribus annis,menſis vnus,& aliis tribus annis,menſis alter, Et reſtant de epactis dies ſex, horæ octodecim. Appoſitis autem his ad ſeptimum annum,ad vndecim de eodem anno dies,& horas tres fiunt epactæ decẽ et ſeptem,horæ vna & viginti. Octauo verò anno rurſus appoſitis aliis vndecim diebus,ac horis tribus,fiunt dies vigintiocto epactæ,& horę vigintiquatuor,quæ faciunt dies duas. Et his horis appoſitis ad vigintiocto dies,fiunt ſimul dies triginta. Et contigit in octauo anno intercalari triginta dies,vnum menſem in duos annos. Atque ſic per octennii circuitum intercalantur dies nonaginta, qui ſunt pleniſſimi menſes intercalares tres: & fit in primis tribus annis menſis vnus,& ſequentibus tribus menſis alter,& in duobus poſterioribus annis menſis vnus. In his trium intercalariũ menſium conſtitutionibus diſcordantia eſt circa paſcha,apud Iudæos & Chriſtianos atque aliós. In hiſ fit euarsatio apud prædictos Audianos,& ſeducũt viros ac mulieres. In hac parte iactant ſe iuxta traditionem ab initio factam,& ſecundum conſtitutionem Apoſtolorum,nullam certitudinem animaduertentes,neque ſcientes claritudinem ſtudij ac curæ quam Apoſtoli in conſtitutione fecerunt: non quòd omnino Iudæi exactè hoc agant,ſed vt contentionem exſcindant eorum,qui volunt quoſuis iuxta ipſorum ſententiam peragere,& non in vna concordia. Vnum enim paſcha vult Chriſtus,& hoc reputat & aſſumit eum qui hoc citra,contentionem celebrat,cum his ſanè qui hoc exactè faciunt cum tota ſãcta Eccleſia,quæ iuxta multos modos feſtiuitatem agit. Et ſiquidem à Cõſtantino fiſſum eſſet paſcha; probabilis eſſet iſtorum calumnia. Quando verò ante Conſtantinum diſſidia fuerunt, & ludibrium fuit,Græcis proferentibus ac irridentibus diſcordiam in Eccleſia: tempore verò Conſtantini per diligentiam epiſcoporum ſeditio vnita eſt magis ad vnam concordiam: quid magis vtile fuit, ac gratiã meruit quam in vna die, à finibus terræ conciliare populum Deo, concordareque ac vigilare; & eoſdem dies æqualiter ferre, in vigilijs & precationibus,confeſſionęque ac cultu diuino, ieiuniòque ac ſiccorum eſu,& caſtitate,atque alijs bonis operibus Deo complacentibus per colendiſſimã hanc diem? Verùm arbitror hæc ſufficere de diſſonantia in hac parte ordinis Audinianorum. Suſtinuit autem exilium ipſe ſenex Audius,ad Scythię partes à rege relegatus,eo quòd rebelles faceret populos & ab epiſcopis ad regem delatus eſt. Illic verò annorum tempore,haud ſcio dicere quanto,commoratus eſt vlterius progreſſus,& ad infima Gothiæ,multos Gothorum in fide inſtruxit. Ab ipſo ſanè etiam monaſteria in eadem Gothia facta ſunt,& vitæ conuerſatio inſtituta,virginitaſque ac exercitatio

Anni ratio ac appellatio.

Sacrificiũ ouiculæ quãdo faciendum.

Solis & Lunæ curſus ratio.

Expectarũ ratio.

Audius relegat⁹ ad Scythas.

Gothia fidẽ recepit

pietatis non vulgaris. Est enī reuera hic ordo in valdè admiranda conuersatione, & omnia in ipsorum monasteriis recte se habente, exceptis his contentionibus, tum euariati paschatis, tum peculiaris pertinaciæ in exponendo id quod est secundum imaginem. Cæterùm quod grauissimum ac horrendissimum omnium est, non faciunt preces cum aliquo, etiamsi probatus videatur, & nihil habeat quod accusari mereatur, neque scortationis reprehensionem, aut adulterij, aut auariciæ, sed quòd talis in Ecclesia conuersatur. Atque hoc est horrendum illud, quòd immutant nomen Christianorum à sancta Ecclesia, quæ non habet impositititium nomen, sed solum Christi: & quod Christiani Audiani vocantur, assentiunturque in constitutionem humanæ naturæ, cuius ratio ab ipsis exigitur: etiamsi vitæ sinceritate & omni iusticia is ordo sit ornatus. Multi porrò & post illius obitum fuerunt cum ipsis, & post ipsum ordinis ipsius episcopi, Vrianus quidam Mesopotamiæ. Sed & à Gotthia habuit aliquos, ipsosque constituit episcopos: fuit & Syluanus, & alij quidam: quorum aliqui è vita decesserunt, præsertim Vranius, qui ex medio illorum glorioſus erat. Verùm post horum ipsorum episcoporum, Vranii & Syluani, qui ex Gotthia originem trahebat, obitum, plerique dissipati sunt, & valde imminuta est horum congregatio, & in partibus Chalcidis ad Antiochiam sitæ, & in partibus Euphratis. Nam à Gotthia plerique fugati sunt, non solùm ex illis, sed etiam nostri illic Christiani, persecutione magna instante sub rege Græco, qui valde malus fuit, & Romanis infestus, eo quòd Romani reges essent Christiani: ita vt tota gens Christianorum ab illis partibus fugata sit, neque restat radix sapientiæ, neque planta fidei. At tametsi videantur omnes esse fugati, omnino sunt illic homines. Non enim possibile est fidei fõtem deficere. Multi igitur ipsorum Audianorum vbi discesserunt à Gotthia & nostris partibus, huc delati cohabitant à tempore hoc annorum quatuor. Sed & à Tauro monte rursus discesserunt eorundem Audianorum monasteria, & à Palæstina ac Arabia. Erant enim iam dilatati, verùm de cætero pauci, & pauca monasteria. Fortassis autem in duobus vicis in prædictis partibus, iuxta exteriorẽ Chalcidis partem, & vltra Damascum ac Mesopotamiæ partes, vsque huc est ordo in paucis, velut dixi, superstes. Et hactenus abundè etiam de his dictum puto, quibus relictis rursus consequentia cõsiderabo, vt ne quid relinquam ex his, qui ad diuisiones ac sectas, dissensionesque ac dissidia in mundo dilapsi sunt. Nã etsi fide ac moribus non adeò euariẽ, attamen quicquid diuisum est, & in vita nominatur, id quantũ eius fieri potest, à nobis non relinquetur.

A

B

Contra Photinianos, hæresim LXXI.

PHotinus, ex quo sunt Photiniani, in hoc tempore floruit, & episcopus sanctæ catholicæ Ecclesiæ fuit, qui insania non minima elatus, & supra omnes ante se furiosus factus, similia his quæ Paulus Samosatensis docuit, de filio Dei sensit, & verba maledicẽtiæ neutiquam consistere valentia euomuit. Hic originem à Sirmio duxit. Et quando zizanium in mundum inuexit, quod temporibus Constantini factum est, vsque huc in via superfuit, à Synodo occidentali in Sardica congregata subuersus, ob eã quam euomuit blasphemiam. Asserit autem hic, ab initio Christum non esse, verùm à Maria & hucusque ipsum existere, ex quo Spiritus sanctus (inquit) superuenit in ipsam, & genitus est ex Spiritu fãcto. Spiritum autem sanctum dicit, velut temerarius architectus, & velut inenarrabilium rerum cœli dimensor, se putare Christi esse. Fuit hic Photinus loquax, & acutæ linguę, & qui multos posset sermones pronunciatione & dicendi promptitudine decipere. Sæpe enim à multis confutatus, & post illam defensionem ipsius tunc in Sardica factam, quando ab episcopis vocatus fuit ad reddendam rationẽ de maligna à se proposita fide, impetrauit à Constantino rege, velut qui frustrà depositus esset, vt rursus acciperet auditores, coram quibus demonstraret se frustrà depositum esse. Vnde rex illo tempore dimisit iudices & auditores suæ futuræ purgationis, Thalassium & Datianum, & Ceryalium, & Taurũ & Marcellinum, & Euanthium, & Olympium. & Leontium, Basilio Ancyrano ipsum interrogante & contradicente his quę ipse defensurus aut admissurus esset. Non modicam autem disputationem aduersus Basilium habuit, sed instar perfrictæ frontis leuis mulierculę, colorem suum per verba in disputatione mutabat, falsòque adducebat dicta inconsistentia ac intelligentiã veritatis, sed quæ essent ex ipsius mente fictè excogitata. Verùm per fraudulentam suam vocem ac dicendi promptitudinem, ad seipsum et auditores confirmandos per linguam instructus, de doctrina proposita centum testimonia generosus ille cum iactantia se producturum esse promitebat, etiamsi ipsi sępe aduersus illum instarẽt. Quemadmodum etiam in disputatione aduersus Basilium, reperimus in his quę iussi sunt scribere velociter scribendi periti, Anysius diaconus Basilij, et Callicrates exceptor Ruffini præsidis prouincię: et Olympius ac Nicetes memoristię siue à memoria ipsius Basilij, et Eutyches ac Theodulus notarij Basilij. Et demissa est pars vna obsignata ad regem Constantinum, altera permansit in synodo apud Basilium, & adhuc alia pars apud Comites similiter obsignata: prout ipse ex sententia sua pronunciarat. Si quando enim Basilius interrogasset ac proposuisset, quomodo diuinæ Scripturę docent de Domino Deo Verbo, ante secula esse vnigenitum & cum Patre Photinus quidem sermonem excipiebat, diuisionem annectens, alia quidem ad Christum, alia verò ad Verbum in supernis referri. Nã hoc, Faciamus hominem secundum imaginem nostram, & secundum similitudinem: verbo sujjpsius Patet dixit, inquit: Quid igitur? Verbum in Patre (inquit) erat, sed non erat filius. Et pluit Dominus à Domino in Patre existens Verbum. Et vidi descendentem supra nubes velut filium hominis, hoc, inquit, prædenunciatiuè dixit: non velut filio existente, sed quod filius vocandus esset, post Mariam, & à carne venturus esset, genitus Christus ex Spiritu sancto & à Maria, prædictorio modo, inquit, omnia ad ipsum referuntur

C

D

Sinodus Sardica

Basilius. Ancyran⁹

Disputationũ publicarum quis fuerit modus

referuntur ab initio, nondum autem erat. Verbum verò erat velut in me verbum. Iam autem dixi, quòd ex Patre similiter cum Paulo Samosatensi sentit, alia verò adhuc præter illum mente transgressus. Sed & hic ipse subuertetur, ad extremam Dei abnegationem progressus, & ad opinionem à vita æterna in omnibus alienam. Si enim recens est filius Dei secundum deitatem, ergo Adam primas habet, imò potius præfertur ei qui ipsum fecit: sic enim etiam ipse ratiocinabatur, imò prætergreditur potius diuinam scripturam, secundum erroneam intelligentiam proferens id quod & Apostolus dixit, Primus homo ex terra terrenus, & secundus à cœlo. Statim autem reluctatur ipsi doctrina veritatis, & ob tenebratam ipsius mentem redarguit. Hominem enim & hominem sanctus Apostolus, & primum qui
A dem hominem Adam ex terra esse terrenum, secundum verò à cœlo. Et quidem cum hominem dicat, non ex cœlo caro descendit, sed etiam ex hoc confessum est, quòd sit à Maria. A cœlo autem abusiuè nō dicit carnem, sed secundum hominem, quandoquidem ex supernis venit Verbum, & habitauit inter nos, velut scriptum est. Si igitur præextitit Dominus, etiam adest, qui excogitauit omnem intelligentiæ viam: esse autem ipsum non ambigit diuina scriptura. Nam posteriora indicant priora, & quod omnem intelligentiæ viam excogitauit, deinde in terra visus est, futurum ipsius in carne aduentum. Et quod à cœlo dicunt hominem intulisse, id non dicit Apostolus, sed propter counitionem aduentus in carne, hominem quidem ipsum dicit, ob tempus interpositum ab Adam vsque ad aduentum in carne. A cœlo verò ipsum dicit, eo quòd ex supernis venit Deus Verbū in carnem, velut dicit Scriptura. Verbum caro factum est, non velut ipse opinatur, Verbum ex patre progressum, & in carnem trasmutatū: sic enim iuxta erroneam suam intelligentiam narrauit de Verbo. Si verò est Adam antequam est Verbum, per quem ergo creatus est Adam, & omnes ante ipsum creaturæ Dei? Aut ad quem dixit Pater, Faciamus hominem? Non enim quis vnquam ad internum suum verbum aut ad prolatitium dirigit consultationem. sed ad innatum & sanctum suum verbum futuri hominis opificii enarrationem cum omni sapientia facit vt discamus ex initio esse filium apud suum patrem, vt ne nostrum creatorem recē tem putemus, sed cum patre semper existentem ante secula, quemadmodum etiam Ioannes testatur, dicens: In principio erat Verbum, & Verbum erat apud Deum. Verum, inquit idem circulator, etiam ipse dico esse Verbum à principio, sed non filium Dei genitum. Et si non est filius Dei, vanus est ipsius
B labor, vana ipsius voluntas, & spes ac cogitatio. nihil enim amplius dicit Iudæis, qui hunc ipsum abnegarunt. Non enim de ipso dicit Euangelium, In principio erat Verbum, & Verbum erat in Deo: sed, Verbum erat apud Deum. Et non solum dicit quòd apud Deum erat: sed, & Deus erat Verbum. At in homine verbum intus dispositum semper & prolatitium existens, non potest dici homo, sed hominis verbum. Si non erat adhuc genitura, velut ipse dicit, & si nondum erat filius Dei Deus Verbum: per quem omnia facta sunt? Nam dicit Euangelium, Omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil. At inquit: Quemadmodum homo per verbū facit quod vult, sic per propriū verbū & pater per verbū in ipso est, omnia fecit. Quomodo igitur Dominus per Euangeliū dicit, Pater meus vsque ad hoc tē pus operatur, & ego operor? Cæterùm Pater operatur, & ego operor, dictum est, non quod Pater nō operetur in Filii operatione, neque quod Filius alienus sit, & non operetur in Patris opificio. Omnia enim opera quæcunque sunt, simul ex Patre & Filio ac Spiritu sancto facta sunt: per ipsum enim omnia facta sunt à Patre, & ipse omnia operatus est cum Patre ac sancto Spiritu. Verbo enim Domini cœli firmati sunt, & spiritu oris eius omnis virtus ipsorum. Quapropter & certitudinis inueniendæ gratia Dominus in Euangelio dixit, cognoscens suspiciones erraneorum, vt qui præcognitor sit velut Deus, & quod vnusquisque se à veritate abalienaturus esset, ad Iudæos dixit: Nihil à seipso facit Filius, nisi viderit Patrem facientem: & non quod primùm videat, & postea faciat. Sed omnia in seipso habet, & facit quę vult. Quomodo igitur hęc erunt, ô Photine? Aut quis est qui in te hoc zizanium nobis rursus proposuit? Quis est qui venenum hoc mundo pręparauit? Vnde tibi hęc prauitas, vt in animum indu
C xeris blasphemam opinionem contra Dominum tuum? Non persuasit te Abraam loquens ad ipsum, ac dicens: Qui iudicas omnem terram, non facies iudicium? Redarguere enim velut apud ipsum filius peregrinus fuerit, & non prolatio quædam existens, sed in substantia Deus verbum. Et quo cognoscas tu, qui vltrò tibi arrogas sapientiam, solutionem eorum quę in hoc argumento tractata sunt, diuina Scriptura id quod perfectum est nobis, obsignauit ac pronunciauit, dicens: Pluit Dominus à cœlo ignem & sulfur super Sodoma & Gomorrha à Domino. Et non dixit, Verbum Domini: sed, Dominus à Domino. Quemadmodum & Dauid dicit, Dixit Dominus Domino meo. Et quia non solum post aduentum & præsentiam in carne: filius reperitur, narrat etiam de præsentia ab initio, nempe: Ex ventre ante luciferum genui te. Et de Spiritu sancto, ô vaniloque, & in ociosis ac curiosis posite, nemo suscipiet tuum sermonem. Neque enim maior est Spiritus, neque minor. Quis enim hæc requisiuit, inquit, ex manibus vestris? Redarguit autem te eadem sancta Scriptura, vbi loquitur Dominus de Spiritu sancto, confitens ipsum esse genuinum suæ deitatis, & dicit, Qui ex Patre procedit: &, De meo accipiet. Et quot sunt alia testimonia? Quandoquidem verò nugacitas tua omnibus manifesta est, vt quæ erroris sit, & non veritatis: deprehendetur autem non solum à prudentibus, sed etiam ab his qui modicum quiddam de diuinæ Scripturæ consequētia cognoscunt: ea sanè de causa non opus habeo multis testibus, aut multo ad euertendum te labore: facilis enim deprehensu est tua narratio, ac maligna fides. Quapropter sufficiunt hęc aduersus te dicta, quem velut animalculum insectum ac impotens, pe-
D de Scripturæ & Dei verbi vetitate conculcatum, aut velut lumbricum, siue terrę intestinum relinquā. Nam & iam huius impostoris hæresis, quę ad exiguum tempus durauit, dissipata est. Cæterùm ad consequentes deinceps, Deum consueto more inuocans, progrediar.

Homo secundus à coelo.

EOdem porrò rursus tempore, simul enim omnes hi fuerunt, Marcellus fuit in Ancyra, qui sanè huius quoque peruenit, & duobus plus minus annis ante hunc annum è vita decessit. Fecit autem & ipse A quandam diuisionem in Ecclesia, ab eiusdem temporis initio: exiguam verò quandam hic ostendit intelligentiam, assimilatus Sabellio & Nauato, ab Arianorum aduersus ipsum exacerbatione, nimirum per ratiocinationem oppositionis aduersus Arrianos. Vnde & à quibusdam incessitur ex parte, velut dixi, tanquã qui Sabellianorum nugas habuerit. Quidam verò pro ipso rationem reddiderunt, non sic rem habere, sed rectè ipsum vixisse, & rectè ipsum quoque sensisse affirmarunt, quare multa de hoc quæstio fuit. Et occulta quidem mentis Deo nota sunt. Verùm qui ab ipso facti sunt & instructi, qui illius mentem ignorant, & non veritatem illius recensent: neque tres substantias confiteri voluerunt, quemadmodum habet veritas, quòd vna est deitas, vna glorificatio, coessentialis trinitas, & nihil à propria gloria euariãs Trinitas perfecta, & vna deitas, vna potestas vna essẽtia, ita vt neq; cõiũctio quædã sit neque diminutio. Hic verò cum voluerit quædam diffusius apud quosdam dicere, declarauit se cum Sabellio sentire: quapropter etiam ipse inter hæreticos numeratus ac confutatus est. Apponam aut & editionem sermonis quem fecit ad Iulium beatum Romanorum episcopum idem Marcellus, nimirũ suiipsius defensionem faciens. Cæterùm ex Apologia & libello ipso apparebit, quòd alia præter fidem veritatis senserit. Nisi enim alia sensisset, quorum gratia ad sui purgationem deueniisset? Nisi fortassis sermones ex ipso propositi sunt non recti, & quosdam perturbantes, atque hi ipsum ad hanc apologiã deduxerunt. Proinde exemplar hoc est. B

Marcell⁹ hæreticus iudicatur.

Exemplar epistolę Marcelli, quem deposuit Synodus diuersæ opinionis gratia.

Diuersæo piniones vnde.

BEatissimo comministro Iulio Marcellus in Domino gaudium. Quandoquidem aliqui ex condematis prius ob hoc quòd nõ rectè credũt, quos ego in Nicæna synodo redargui, contra me scribere ad pietatem tuam ausi sunt, tanquam ego non rectè neque ecclesiasticè sentiam, suam culpam in me transferre studentes: ea gratia necessarium duxi me conferre Romã, & commonefacere te, vt eos qui contra me scripserunt accersas, quo præsentes ipsi in utrisque à me redarguerentur, & quòd quæ contra me scripserunt, falsa sunt, & quòd adhuc nunc permanent in suo ipsorum errore priore, & horrenda contra Dei ecclesiam, tum contra nos præsides ipsorum ausi fuerunt. Quandoquidẽ igitur apparere non voluerunt, cum demiseris tu presbyteros ad ipsos: & hoc cum ego annum & tres integros in Roma vixetim, necessarium putaui hinc discessurus, meam fidem mea manu à me conscriptam cum omni veritate tibi tradere, quam didici, & ex diuinis scripturis sum edoctus: & simul de his quę malè ab ipsis dicuntur te commonefacere: quo cognoscas quibus sermonibus ad decipiendos auditores vtẽtes, veritatem occultare volunt. Dicunt enim non proprium & verum Verbum esse, omnipotentis Dei filium, & Dominum nostrum Iesum Christum, sed aliud esse ipsius Verbum, & aliam sapientiam & potentiam, & hoc factum ab ipso nominatum esse Verbum, & sapientiam, & potentiam. Et eo quod ipsi sentiunt aliam substantiam, disparatam à Patre esse aiunt. Insuper verò & præexistere Patrem Filio per ea quæ scribunt, pronunciant, & non esse ipsum verè filium ex Deo: sed etiamsi dicant, Ex Deo, sic C dicunt velut per omnia. Quin & quod erat aliquando, quando non erat, dicere audent, & creaturam ac facturam ipsum esse à Patre decernunt. Qui igitur hæc dicunt, alienos à catholica Ecclesia esse credo. Credo aut sequens diuinas scripturas, quòd vnus est Deus, & huius vnigenitus filius Verbum, qui semper coexistit cum Patre, & nunquam principium vt esset habuit: verè ex Deo existens, non creatus, nõ factus, sed sẽper existẽs, sẽper cõregnãs Deo & patri: cui⁹ regni, iuxta Apostoli testimoniũ, nõ erit finis Hic filius, hic potentia, hic sapiẽtia, hoc proprium & verum Dei verbum Dominus noster Iesus Christus, indiuisibilis potentia Dei, per quem omnia facta sunt, velut Euangelium testatur dicens: In principio erat Verbum, & Verbum erat apud Deum, & Deus erat Verbum. Omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil. Hoc est Verbum de quo etiam Lucas Euangelista testatur, dicens: Quemadmodum tradiderunt nobis hi qui ab initio ipsi viderunt, & ministri ipsius Verbi fuerunt. De hoc & Dauid dixit: Eructauit cor meum verbum bonum. Sic etiam Dominus noster Iesus Christus nos docet per Euangelium, dicens: Ego ex Patre exiui, & venio. Hic in extremis diebus descendit propter nostram salutem, & ex maria virgine genitus hominem susceptt. Credo igitur in Deum omnipotentẽ, & in Iesum Christum filium eius vnigenitum Dominum nostrum, genitum ex Spiritu sancto & Maria virgine, crucifixum sub Pontio Pilato, & sepultum, et qui resurrexit tertia die ex mortuis, et ascendit in cœlos, et sedet in dextera patris, vnde veniet ac iudicandum viuos ac mortuos: et in Spiritum sanctum, sanctam Ecclesiam, remissionem peccatorum, carnis resurrectionem, et vitam æternam. Indiuisibilem esse deitatem patris et filii, ex diuinis didicimus scripturis. Si enim quis separat filium, hoc est Verbum, ab omnipotente Deo, necesse est ipsum aut duos deos esse putare, quod alienum esset à diuina doctrina receptum est: aut Verbum non esse Deum confiteri, quod et ipsum à recta fide alienum esse apparet, cum Euangelista dicat, Et Deus erat Verbum. Ego autem exactè didici, quòd indiuisibi D lis et inseparabilis est potentia patris ipse filius. Ipse enim Dominus noster Iesus Christus dicit, In me pater, et ego in patre. et, Ego et pater vnum sumus. et, Qui mevidit patrem. Et cum hanc ex diuinis Scripturis fidem acceperim, et à maioribus secundum Deũ edoctus sim, eam et in ecclesia Dei prædicaui, et ad te nunc scripsi, exemplari huius scripti apud me seruato. Et rogo te vt exemplar ad epistolam quo

Verbũ patri coeternum.

Lucæ loc⁹ expositus aliter quã vulgo solet.

Symbolũ paruum.

ad

ad episcopos missurus es, inscribas: vt ne aliqui ex his qui non exactè nouerunt nos & illos, scriptis illorum animum aduertentes decipiantur. Valete. An itaque hic libellus rectè habeat, qui possunt, legãt, & quæ in ipso dicta sunt diligenter cognoscant: & siquidem malè habet, ipsi iudicent. Non enim volumus vltra ea quæ nouimus, & ad uos peruenerunt dicere. Etiamsi enim rectè habeat libellus ex proposito argumento, rursus cogitabunt legentes & audientes, quod non frustra, neque in vanum, neque contra illum, ipsi necesse fuit apologia & purgatione: nisi sanè euomuisset sermones quosdam turbantes, & rogentes ipsum ad defensionem deuenire eorum quæ ab ipso dicta sunt. Contigit enim & post admissum errorem, vt per libellum seipsum purgèt ac corrigat. Aut fortassis per libellum ornauit suos sermones, quo occultet ea quæ ab ipso dicta sunt, vt ne excidat per depositionem à communi episcoporum collegio ac regula. Atque hæc sunt quæ de Marcello ad nos perlata sunt. Interrogaui autem aliquãdo ipse beatum papam Athanasium de hoc Marcello, quomodo de ipso sentiret. Ille verò neque ipsũ defendit, neque rursus grauiter aduersus ipsum inuectus est: verùm solum risu leui edito ostendit, flagitium non magnum ipsum esse, sed habebat ipsum velut qui se purgasset. Apponam porrò & ea quæ aliqui in ipsius Marcelli scriptis inuenerunt, quæ ipsis reprehensione digna esse videbantur, vt etiam ipsi contra illum inuehentes scripta ediderint. Verùm ab aliis rursus demonstratum est, quòd redarguendi gratia produxerunt ea quæ ab ipsis contra illum composita sunt, eo quod ipsi qui contra illum scripserunt, postea in aliud mutati fuerunt. Atque hi ipsi in suis ipsorum scriptis contra factas diuisiones etiam hoc expresserunt, producto in medium Acacio. Sed & Basilium Galatam, & Georgium Laodiceæ episcopum constituerunt ad eundem Acacium redarguendum. Hic enim erat qui ex Marcelli scriptis contra Marcellum dixerat, quo nos in omnibus nihil veritatis relinquentes ostendamus, quòd neque reprobamus ea quæ pertinent ad correctionem, neque collaudare volumus eos qui aliquid præter veritatem aggrediuntur. Et ex Acacij contradictione aduersus Marcellum hæc sunt transcripta.

Dubitatio de libri veritate.

Athanasius papa Alexandrinus.

Basilius Galata, et Georgius Laodicenus.

Acacii verba contra Marcellum.

HAec quidem igitur & talia, post falsam expositionem dictorum in prouerbia, scripsit Marcellus, loquens contra Deum iniusticiam, & eleuans in altum cornu suum, vltra medium libri progressus & rursus ponens Asterij verba dicentia, Alius equidem est Pater, qui genuit ex seipso vnigenitum Verbum, & primogenitum omnis creaturæ, solus solum, perfectus perfectum, rex regem, Dominus Dominum, Deus Deum, essentiæ et consilij et potentiæ ac gloriæ imaginem nihil euariantem. Hęc igitur ponens et grauiter ferens imaginem nihil euariantem, hoc est, expressam et claram effigiem essentiæ Dei et eorum quæ sequuntur, malam vocans hanc opinionem suam, displicentia adiungit, sic scribens Hæc verba malam ipsius de deitate opinionem palàm coarguunt. Quomodo enim Dominus et Deus genitus, velut ipse antea dixit, potest adhuc imago Dei esse? Aliud enim à Deo est imago, et aliud Deus Quare siquidem est imago, non est Dominus, neque Deus, sed imago Domini & Dei. Si verò est Dominus reuera, & Deus reuera, non amplius Dominus & Deus imago Domini & Dei esse potest. Et deiceps. Nihil igitur ipsum de his quæ antea dixit, esse vult: omnium enim horum imaginem ipsum esse dicit. Igitur si essentiæ est imago, non potest ipsa essentia esse. Et si consilii est imago, non amplius ipsum consiliũ esse potest. Et si potentiæ est imago non suiipsius, sed alterius cuiusdã est. Hæc verò verba quum tu ô Marcelle, antea in principio libri collaudaris, nunc autem negaueris Deum ex Deo Verbũ esse filium, & solum ex solo, & perfectum ex perfecto, manifestè malam tuam de deitate opinionem declarasti. Nam cum magni regis imaginem acceperis vitæ exortem, deitatis immunem, consilii expertem, impotentemque ac ingloriam & essentiæ inæqualem: impia illa lingua tibi exscindenda fuisset, vt qui dixeris in Dominum, et in adeò impiè sentientem animam sermonem finiueris. Cum enim imaginem Dei vitæ exortem describeris, neque Dominum neque Deum, non essentiam, non consilium, non potentiam, non gloriam hanc esse, sed horum immobilem imaginem ipsam esse vis, velut inanimatam & vitæ exortem expositam ipsam faciens, & similiter inanimatam & sola humana arte constantem: verùm viuentis viuente non vis esse imaginem Dei, neque essentiæ essentiam imaginẽ, neq; consilii et potentiæ ac gloriæ, consilium et potentiam ac gloriam citra euariationem esse imaginem. At dicere citra euariationem, non est tale quale citra generationem siue ingenito modo, sed expressè ac exactè assimilatam ad paternam bonitatem & deitatem ac omnem operationem. Et post alia. Oportebat autem tibi muta facta esse labia loquentia contra Deũ iniusticiam in superbia & contemptu. Nam solus solum genuit pater vnigenitum (etiamsi tu non velis, nunc aliud quid volens: cum non ex causa seculorum Valentini accessum acceperit filius, sed ex solo patre generationem habeat) & perfectus perfectum: nihil enim imperfectum est in patre, quare neque in filio, sed perfectionis illius, & plus quàm perfectionis genuinum genimen est filij perfectio, & rex regem: pium est enim Deum regnare, ante secula genito filio, & regno subdito rege, per quẽ etiam reliqua reguntur, ità vt gratus confiteatur subiectionem. Non enim priuatum, sed regem genuit pater, regno ipsius neque principium dierum neque vitæ finem habente. Non enim ab externis est dignitas, verum in essentiam ipsi confert similem patri genitori. Quapropter etiam scriptum est, Et regni eius non erit finis. Sic verò etiam Dominum Dominum, & Deum Deum gignere, nos confitemur. Et in summa, essentiæ & consilii & potentiæ ac gloriæ imaginem dicimus, non inanimatam ac mortuam, sed essentialem & consiliariam, & potentem ac glorioſam. Potentia enim non generat impotentiam,

Asterii verba à Marcello refutata.

Imago cuius esse debeat.

Secula Valentino ex cogitata.

ſed ipſam potentiam: & gloria non in gloriam gignit, ſed ipſam gloriam: & conſilium non gignit re
meritatem, ſed ipſum conſilium: & eſſentia non generat eſſentiæ inequalitatem, ſed ipſam eſſentiam.
Imago igitur, eſt Verbum, Deus, viua ſapientia, in ſubſtantia exiſtens, Verbum efficax. Hæc eſt quæ eſ-
ſentiam habet: hęc enim eſt in qua delectabatur quotidie Deus, quando orbe terratum abſoluto exhi
larabatur. Tu verò Marcelle hæc negans coram hominibus, negaberis quidem ab illa ipſa coram patre
qui in cœlis eſt: negaberis autem & coram Eccleſia, quæ ſub cœlo eſt, & ſcribit de te vbique terrarum
Audi ſermonem Domini: Scribe virum hunc excommunicatum hominem, quia non augeſcet ex ſe-
mine ipſius princeps amplius in Iuda, ſedens ſuper thronum Dauid. Et poſt alia, vbi mentionem fecit
Marcellus verborum Aſterij, infert Acacius dicens: Ponens igitur hæc, & procedens in abnegatione A
imaginis & eſſentię Saluatoris noſtri, & filiationis vnigeniti ex patre, & prętogatiuę primogeniti toti-
us creaturæ, et ſolitatis vnigeniti, et perfectionis ex perfecto, et regni ex rege, et dominationis ex do-
mino, et deitatis ex deo, et in ſumma, eſſentiæ et conſilij et potentię ac gloriæ, dei imaginis nihil eua-
riantis, et non paucis verbis negans coram hominibus, & ob id negandus corã patre ipſius: palàm hæc
ſcribis. Hæc verba manifeſtè malam ipſius de deitate Patris ac Filij opinionem declarant. At huius ab
negatio tuam prauam ac peruerſam opinionem de deitate ac eſſentia Chriſti manifeſtè coarguit. Fri-
uola igitur quæ ſequuntur, infert ſcribens: Nihil igitur ipſum ex his quæ antea dixit, eſſe vult: omniũ
enim horum imaginem ipſum eſſe dicit. Igitur ſi eſſentiæ eſt imago, non poteſt ipſa eſſentia eſſe: & ſi
conſilij eſt imago, non amplius ipſum conſilium eſſe poteſt: & ſi potentiæ, non amplius potentia: &
ſi gloriæ, non amplius gloria. Nam imago non ſuijpſius, ſed alterius cuiuſdam imago eſt. Friuola autẽ,
ô Marcelle, & falſa ſunt hæc omnia. Omnia enim quæ antea dixit, Aſterius ipſum eſſe vult, dum ait:
Aſterii verba ab Acacio approbata. Rex regem, Dominus Dominum, deus deum, & deſtruit tuam inanimatam imaginem, ex tua ſenten-
tia ſola humana arte conſtantem. Omnium enim horum viuam imaginem dicit, & viuæ imaginis geni
toris effigiem exiſtentem. Et eſſentiæ ipſam eſſentiam imaginem dicit, & conſilii ipſum conſilium, &
potentiæ ipſam potentiam, & gloriæ ipſam gloriam: & non ſuiipſius, ſed alterius imaginem. Tu verò
Deum ex Deo filium non confitens, neque lumen de lumine, neque potentiam ex potentia, neque deũ
neque lumen, nõ potẽtiã, non eſſentiã, nõ conſiliũ, non gloriã, filiũ eſſe vis. Verũ corpus hæc abolet im
pię in conſummatione cum his. Et negas quidem hoc, Deus erat Verbum, filium verò Dei vocas, aut B
nomine ſolo, aut hominum: quo diuerſi generis genitor ſit Deus, & filius adoptione genitus, iuxta hoc
Filios genui & exaltaui: & iuxta hoc, Accepiſtis Spiritum adoptionis: & hoc Offerte Domino filii
Dei. Eſſentiæ igitur & potentiæ & conſilii & gloriæ nihil euariantem imaginem filium patris Aſteri⁹
dicens, omnes paternos characteres filio ineſſe dicit, & conſilia Patris expreſſa eſſe, aut data eſſe filio,
quæ non ſunt alia præter ipſum. Omnia igitur quæ antea dixit, ipſum eſſe vult. Non enim imaginem in
coloribus intelligit, neque tertium pictorem inducit, quo diſcordantes ad patrem colorum qualitates
alicubi pingat, & hoc filium vocet, Sic enim tu intelligens & non intelligens dicis: igitur ſi eſſentiæ eſt
imago, non poteſt ipſa eſſentia eſſe: & ſi conſilij, non amplius ipſum conſilium. Verùm ex noſtra ſen-
tentia, ſi eſſentiæ eſt imago viua, ipſa eſſentia poteſt eſſe, & eſt. Et ſic eſſentiæ eſſentiam imaginem dici
mus, propter imitationem ſimillimam vitæ & operationis: ita etiam conſilij conſilium imaginem ipſũ
magni conſilij angelum, & potentiæ ac gloriæ potentiam ac gloriam. Et hæc confirmat hoc, Quemad
modum enim Pater habet vitam in ſeipſo, ſic etiam filio dedit vitam habere in ſeipſo. &, Quemadmo-
dum Pater ſuſcitat mortuos, et viuificat. Nam vox Quemadmodum, et Sic, imaginariæ imitationis ac
ſimilitudinis exactam et abſolutam effigiem ſignificat. Et poſt alia pauca, Non enim Verbũ Deus, ſed
Ieſus exhibens vitam et pulchritudinem ac formam, ipſe vitæ exors & non pulcher ac deformis eſt, in
mortificatione, aut non eſſe conſideratus, ſed paternis characteribus, formatus eſt, non velut alius ipſe
exiſtens, & alios characteres formę habens, ſed in ipſo eſſe eius, characteres ſunt, & in characteribus,
ipſum eius eſſe, At imago alterius et non ſuijpſius imago exiſtens, quemadmodum etiam tu vis, exẽpla C
ris characteres in ſeipſa ferens, diuerſitatem declarat. Diuerſitatem verò velut ſimilitudinem: non enĩ
ſuijpſius, ſed alterius cuiuſdam imago eſt. Hic igitur eſt imago Dei inuiſibilis. Imago igitur patris fili⁹
viua viuentis, in motu & operatione poteſtatéque ac conſilio & gloria: non inanimata, neque immo-
bilis, quę in alio quidem ipſum eſſe habet ac pingitur, ipſa verò in ſeipſa & per ſeipſam in motu non
eſt. Et eſt imago nihil euarians, non quòd nihil euatiãs identitatis patrem faciat, ſed filium abſolutum.
Hactenus Acacius, Cæterùm nunc dicunt orthodoxi & fratres noſtri ac confeſſores, à quibuſdam diſ-
cipulis à Marcello relictis, editionem confeſſionis fidei purgatæ ſe accepiſſe; cuius ſubtilitatem cum
ipſe non percipiam, etiam hic appoſui. Et eſt exemplar hoc.

Marcelli fides conſcripta.

Gradus clericorũ quinque. Reuerendiſſimis & ſanctiſſimis epiſcopis, in Diocæſarea exulantibus propter orthodoxam in Sal-
uatorem noſtrum Ieſum chriſtum fidem, Eulogio Abelphio, Alexandro, Ammonio, Harpocratio
ni, Iſaac, Iſidoro, Annubioni, Pitimo, Euphratio, Aaroni: presbyteri ab Ancyra Galatię, Photinus, Eu
ſtathius, alius Photinus, Sigerius, & diaconus Hyginus, & hypodiaconus Heracides, & lector Elphi-
dius, & pręſes Cyriacus, in Domino gaudium. Cum nos profecti fuerimus ad veſtram pietatem à præ
dicta noſtra patria, debitam viſitationem facientes: & quum nos interrogati ſimus à veſtra ſanctitate D
de fide noſtra, quomodo hac parte habeamus, & ſuſceperimus veſtrã eiuſmodi ſolicitã interrogationẽ

quam

quam maximè feciſtis propter eos qui vanè de nobis falſa inuulgare volunt: neceſſarium duximus vos de hoc certiorès facere; non ſolum ex oſtenſis veſtræ ſanctitati à nobis literis, quas ad nos beatiſſimus papa Athanaſius ſocialiter ac familiariter ſcripſit, ſed etiam ex hâc noſtra conſcripta confeſsione, quòd neque ſentimus, neque ſenſimus vnquam aliquid extra decretam in Nicæa vniuerſalem & eccleſiaſticam fidem, quam ſanè confitemur nos potentia ſentire: deteſtantes eos qui audent creaturam dicere A Spiritum ſanctum, & hæreſim Arrianam, Sabellíque ac Photini, & Pauli Samoſatenſis, & eos qui non dicunt ſanctam trinitatem, tres perſonas increatas ſcriptas, & in ſubſtantia exiſtentes, & coeſſentiales, & conſempiternas, & perfectas: deteſtantes item eos qui dilationem, aut contractionem, aut operationem Patris filium dicunt: & eos qui Deum Verbum filium Dei ante ſecula, & conſempiternum Patri, & in ſubſtãtia, & perfectum filium ac Deum non confitentur. Si quis eúndem Patrem & Filium & Spiritum ſanctum dicit, anathema ſit. Si quis principium aut finem filio Dei & Verbo aut regno ipſius tribuit, anathema ſit. Si quis patrem Patris dicit Filium aut Spiritum ſanctum, & non confitetur filium Dei ex eſſentia patris ante omne conſilium genitum eſſe, anathema ſit. Cæterùm de incarnatione Dei Verbi vnigeniti filii Dei, confitemur quòd filius Dei etiam homo factus eſt citra peccatum, iuxta aſſumptionem totius humanæ naturæ, hoc eſt, animæ rationalis & intellectualis, & carnis humanę. Credimus in vnum Deum patrem omnipotentem, omnium viſibilium ac inuiſibilium creatorem: & B in vnum Dominum Ieſum Chriſtum filium Dei, genitum ex Patre vnigenitum, hoc eſt, ex eſſentia patris, Deum ex Deo, lumen de lumine, Deum verum ex Deo vero, genitum non factum, coeſſentialem Patri, per quem omnia facta ſunt quæ in cœlo ſunt & in terra. Qui propter nos homines & propter noſtram ſalutem deſcendit de cœlis, & incarnatus eſt, & homo factus eſt, ac paſſus, & reſurrexit tertia die & aſcendit in cœlos, & venturus eſt ad iudicandum viuos ac mortuos, et in Spiritum ſanctum. Eos verò qui dicunt, Erat aliquando quando non erat, et antequam gigneretur non erat, et quòd ex nihilo factus eſt, aut ex alia ſubſtantia aut eſſentia ipſum eſſe dicunt, aut mutabilem aut alterabilem filium Dei: hos deteſtatur cãtholica et apoſtolica Eccleſia. Ego Photinus presbyter catholicæ in Ancyra Eccleſiæ, ſic credo et ſentio, velut præſcriptum eſt. Ego Sigerius eiuſdem Eccleſiæ ptesbyter, ſic credo et ſentio, velut præſcriptum eſt. Ego Hyginus eiuſdem diaconus, ſic credo et ſentio, velut præſcriptum eſt. Ego Heraclides eiuſdem Eccleſiæ hypodiaconus, ſic credo et ſentio, velut præſcriptum eſt. Ego Elpidius lector eiuſdem Eccleſiæ, ſic credo et ſentio, velut præſcriptum eſt. Ego Cyriacus præſes eiuſdem Eccleſiæ, ſic credo et ſentio, velut præſcriptum eſt. Hæc ſunt quæ ab ipſis ad cõfeſſores ac patrés ſcripta ſunt. Si itaque poteſt ab intelligentia prædictis intelligi, inter meliores eſſe, ſanè ſic locetur. Si verò etiam illic rurſus per tractationem in ipſa apologia etronea quædam ſunt, et non recta, rurſus ſimiliter à ſtudioſis locetur. Cum igitur prædictorum omnium narrationem exequuti fuerimus de eodem Marcello, præteribo etiam hunc, et conſequentes conſiderabo.

Fideiconfeſſionis exemplũ.

Contra Semiarios, hæreſim LXXIII.

C CVm per potentiam Dei impietatem Arrii confregerimus, et eorum qui poſt ipſum fuerunt, Photini inquam et Marcelli, qui ſanè in paucis à veritate emotus fuiſſe videtur, quæ ab initio euomuit velut vir ebrietate occupatus: contingit autem vt ſodales ipſius corrigantur, ſi modò corrigi poterint: ſed et cum ex ipſo Arrio enata zizania, per diuinum verbum quod ſuper omnem ancipitem machæram penetrantius eſt, exciderimus: conſiderabimus quomodo quidam ex inſania ab ipſo Arrio producta ſemiarianiſſant: illius quidem nomen negantes, ipſum verò et prauam ipſius opinionem induti, prætextu quodam aſciticio faciem ſuam alteratam obuelantes. Quemadmodum enim in ſcena fabularum actio confícto velamine obducta eſt, ita vt perſonis aliis ſuas facies occultant, et intra perſonam turpes et ebrietate plenas comœdiæ tractationes narrent: aut aliàs ad hoc inducti, aut veterum fabulas exprimentes, cum poetæ apud ipſos hoc fecerint: ſic etiam hi decipere volentes ſimplices, ipſi quidem ſunt et facie et moribus et praua opinione, qualis Arrius et Arriomanitæ. Et fraudulétæ nimirum aſſentationis gratia confeſſam apud illos peruerſam doctrinam ornare volentes, creaturam quidem filium Dei dicunt: quo verò decipiant, et filio Dei quid largiantur, cum aſſentatione ad eos qui per ſermonem hunc corrupti ſunt, præſtigiatorum modo dicunt, Non dicimus creaturam velut vnam ex creaturis, neque genituram velut vnam ex genituris ſiue germinibus. At verò coeſſentialis vocem penitus reiiciunt, nimirum velut alienam à diuina Scriptura. Verùm de his in tractatu contra Arrium exactiſsimè diſſeruimus. Quo verò ſimile huic verbum proponant, Baſilius inquam et Georgius, velut huius ſemiarianorum hæreſis præſides, Non dicimus (inquiunt) coeſſentialem, ſed eſſentialem. Fuerunt autem hi qui à Synodo diuiſi ac ſeparati ſunt, ipſius Arriomanitidis hæreſis idem Baſilius Ancyranus princeps, & Georgius Laodiceæ, & Daphnes ad Antiochiam ſitæ, ſiue Cauæ Syriæ epiſcopus. Iidem verò & de Spiritu ſancto ſimiliter vt pneumatomachi ſentiunt. Non enim amplius velut cum D pudore, aut cum dubio ſermone, velut de filio perfectam creaturam ipſum dicere verentur, etiamſi ſic de ipſo ſentiant, & propter hominum metum ſimilem eſſentia inferant, & creaturam non vt vnam ex creaturis dicant: verùm de Spiritu ſancto, velut dixi, non dubitanter progrediuntur, ſed velut rabioſi canes impudenter creaturam ipſum penitus decernunt: atque ſic affirmant & à Patre & à Filio alienum eſſe. Et vt ne quis dicat nos calumnias cõtra aliquos proferre, hic apponam velut vnuſquiſque ipſorum epiſtolam ſcripſit: Baſilius quidem vnam, Georgius autem Laodicææ cum Baſilio & his qui cum ipſis fuerunt, aliam: & ſunt hæ. Sancta Synodus in Ancyra, accedente paſchate ex diuerſis

Baſilius & Georgi⁹ ſemiariani. Laodicæa Daphne, Antiochia

Synodi circa paschatis festiuitatē congregatæ.

prouinciis congregata, dominis venerandissimis, & vnanimis comministris in Phœnice, & reliquis eadem nobiscum sentientibus, in Domino gaudium. Optamus quidem post tentationis ecclesiasticæ fidei tormentum, quod velut in igne factum est, his qui pro fide in medio fuerunt; & postea quæ in Cōstantinopoli facta sunt propter Marcellum, & post editionem fidei in Synodo congregata ob festum dedicationis Ecclesiæ in Antiochia: & postea quæ acta sunt in Sardica Synodo, & fidem quæ illic efA floruit, & amplius post ea quæ in Sirmio propter Photinum facta sunt, in his ratiocinationibus quas ob singula de fide capita interrogati, de his qui in Sardica aduersus Orientem dissenserunt, exposuimus, de cætero conquiescere, & vnita in pio regno domini nostri Constantini Ecclesia, ab Oriente vsque ad Occidentes scandalis ejectis, pacem agere, & cultui Dei attendere. Quandoquidem verò, velut appareret, non cessat diabolus per propria vasa conari res suas, quo sanè omnino ea quæ de Domino prædicta sunt, & per sanctum Apostolum consona velut ob custodiam fidelium prædicata, ad defectionem deducat, excogitans nouationes contra ecclesiasticam fidem, & nunc quosdam in specie pietatis sibi familiares facere, & per ipsos profanas nouitates contra piam ingenuitatem vnigeniti filii Dei excogitare: prius quidem audientes per Antiochiam discurrere quosdam, imò & per Alexandriam, insuperque Lydiam atque Asiam, & immittere scintillas impietatis simpliciorum animis, speramus propter temeritatem impietatis, ac tantam impudentiam ipsorum, debellantibus ipsos etiam dominis comministris in loco, marcidam fore excogitatam hæresim, & extinctam iri maliciam. Quando verò deinceps & qui ex prædictis locis accesserunt, & qui ex Illyrico venerunt, annunciant operam adhibuisse huius mali repertores, & plures lædere audere, & ad maliciam fermentare, non amplius differre sustinentes, imò etiā literas adepti vnanimis comministri nostri Georgii Laodiceæ ecclesiæ episcopi, quarum exēplar subiecimus, & testimonia eorum qui apud nos testati sunt, coram Deo reueriti, prout concedebat tempus sanctæ diei paschatis incumbentis, congregati quotquot sanè congregari potuimus, eo quòd & hyems B multis impedimento fuit, velut nobis per literas significarunt: in hanc speciem fidei idioma edere studuimus, quantum sanè restat ad fidem in Antiochia, velut diximus, editam in festo dedicationis, imò & in Sardica, quam suscepit synodus in Sirmio: & ratiocinationibus illinc repetitis, explicare exactè fidem Ecclesiæ catholicæ in sanctam trinitatem: ad hoc autem, velut antea diximus, innouationis speciem solum, prout concedebat spiritus, indicantes. Et rogamus vos domini venerandissimi comministri, vt eam adepti amplexemini traditam ex patribus fidem, & quòd consona vobiscum sentimus ac credimus, significare: quo certiores facti hi qui eandem impietatem inducere audent, quòd velut hæreditatem quandam seruamus fidem, quam ex Apostolicis temporibus per patres, qui in medio vsque ad nos fuerunt, suscepimus: vt aut pudefacti corrigantur, aut perseuerantes ab Ecclesia exterminentur: vt qui defectionis locum filio iniquitatis per seipsas præparant, qui iam minatur se audere in templum Dei sedere. Fides nostra in Patrem & Filium & Spiritum sanctum est. Sic enim dixit ac docuit discipulos suos Dominus noster Iesus Christus: Euntes docete omnes gentes, baptisantes ipsas in nomen Patris & Filii & Spiritus sancti. Igitur qui regenerati sumus in hanc fidem, sententiam ex nominibus piè intelligere debemus. Non enim dixit, Baptisantes ipsos in nomen ex carnis, & incarnati, aut immortalis, & qui mortis periculum fecit, aut ingeniti, & geniti: sed, In nomen Patris & Filii ac Spiritus sancti: quo nominibus attendamus ex naturalibus, in quibus Patrem causam & autorem similis suiipsius essentiæ intelligimus. Et Filii nomen audientes, similem intelligamus Filium Patris, cuius est Filius. Credimus itaque in Patrem ac Filium & sanctum Spiritum: non in creatorem & creaturam: aliud enim est creator & creatura, aliud Pater & Filius, eo quòd vtrunque horum C separatum est intelligentia. Quum enim creaturam dico, primùm creatorem dico: & vox Filius, velut à corporalibus assumpta, & propter affectus ac defluxus corporalium patrum & filiorum intelligentiam exhibet purè, quòd ex incorporali patre incorporalis filius originem habet, & ob id etiam creaturæ intelligentiam à corporali implicuit. Et quoniam creatura, quæ facit filium solum, à creatore alienitatem à passione accepit, ita vt ex creantis alienitate à passione ipsa creatura subsistat, vtpote quam creans firmam prout voluit, fecit: perfectam sanè ex corporali patre ac filio, & ex corporali creatore ac creatura, intelligentiam de patre & filio nos docuit. Ablato enim à creatura eo, quod forinsecus subsistit, & adempto materiali, & aliis quæ de corporali creatura nomen continet, sola à creatura manet intelligentia, illa inquam, à passione aliena & perfecta ipsius creati, iuxta quam creans creare voluit quod creatum est. Si igitur à creato & creatura rursus alia eiicientes, solam intelligentiam accipimus ex alienitate à passione ipsius creantis, & ex perfectione ac firmitate, & eo qualem esse voluit creaturam, consequens est à patris & filii nominibus (quandoquidem maximè in patrem & filium credere edocti sumus) vnam quandam intelligentiam nos piè accipere oportere. Quare & ob id, ejecto eo quod est secundum affectum aut defluxum, Patrem patrem Filii intelligi, & Filium non seminario modo deiectum corporalibus naturæ modis perfici, qui semper ad incrementum & corruptionem mouentur, vt characteres habeat velut corporalia, & sola relinquetur ipsius D similis intelligentia. Quemadmodum enim à creatura (rursus dicimus) omnibus ejectis relicta est perfecta & à passione aliena ipsius creantis, & qualem voluit ac firma creaturæ intelligentia, si etiam de Patre & Filo omnibus corporalibus ejectis, relinquetur sola similis et secundum essentiam animalis creatio. Nam omnis pater iuxta similem sui essentiam pater intelligitur. Si verò cum reliquis omnibus ejectis intelligentiis ex patris et filii nominibus, simul ejiciatur etiam similis secundum essentiam animalis, quæ exhibet nobis vt de patre intelligamus, non amplius credetur pater et filius, sed creator et creatura, et superflua nomina nihil à seipsis inferentia. Et erit sic creator quidem

Fides Basilii & Georgii semiarianorum.

velut

velut Deus, in nulla omnino re pater. Nam quod non actionis pater dicitur pater, ſed ſimilis ſuiipſius eſſentiæ, quæ iuxta talem actionem ſubſtitit, ex naturalibus rationibus manifeſtum eſt. Cum enim multas actiones habeat Deus, ex alia quidem actione creator intelligitur, prout cœli & terræ ac omnium quæ in eis ſunt, imò etiam inuiſibilium, creator eſt. Verùm pater vnigeniti exiſtens, non velut creator, ſed vt pater qui genuit, intelligitur. Si verò quis propter ſuſpicionem circa corporales patres ac filios, timeat, ne incorporalis quid patiatur, dum gignit, niſi imperfectum fuerit id quod gignitur, & quæcũque contingunt circa corporalem patrem ac filium reuereatur, ac detrahat genuinam de patre & filio intelligẽtiam, qualenam dixerit is aliud, facturam, & nunquam dicet Filium filium. Siue enim magnitudine excedentem dixerit, velut cœlum montem aut collem excedit, ex facturarum genere ipſum, etiamſi magnitudine excedens intelligatur, declarabit: ſiue vtilitate præeminentem, velut qui primus ſit factus, ſiue qui ad aliorum opificium miniſterium exhibuit, neque ſic extra factarum creaturarum intelligentiam ipſum conſtituet. Quemadmodum enim nihil differt, forcipe prunam de altari, & non ipſa manu tollere, & artis fabrilis eſt ferrum in hunc vſum vel alium, per manum fabricare. Erit enim & forceps & ferrum per manum fabricatum ex genere facturarum. Ita nihil differet à creaturis, is per quem omnia facta ſunt, ſi non eſt filius, velut naturalis intelligentia ſuggerit, verùm factus primus erit creaturarum, & inſtrumentum fiet creatori, per quem omnia conditor ipſe operatur. Et non poterit quis comminiſci ac proferre propriè appellati patris & propriè filii intelligentiam, ex filiis qui communi modo ſic appellantur: alioqui ſic multi erunt filii Dei, cum dicat: Filios genui & exaltaui, ipſi verò me reprobauerunt. Et hoc: Nónne pater vnus omnium noſtrũm? & Quicunque receperunt ipſum, dedit eis poteſtatem filios Dei fieri: qui non ex voluntate carnis, inquit, neque ex voluntate viri, ſed ex Deo nati ſunt. Et præterea de inanimatis, Qui genuit glebas roris. Nam per hæc amplius confirmabitur, ipſum non eſſe filium communi modo: ſicut neque hæc, verùm creaturam eſſe velut hæc, & appellationis filii ſolum participem eſſe. At verò Eccleſia credit, quòd Deus non ſolum eſt creator creaturarum: hoc enim & Iudæi & Græci ſciunt: ſed quod etiam pater eſt vnigeniti, non ſolum habens creandi actionem, ex qua creator intelligitur: ſed etiam priuatim & vnicè generandi, iuxta quam pater vnigeniti nobis intelligitur. Hoc enim docens nos beatus Paulus ſcribit: Huius enim gratia flecto genua mea ad Patrem, ex quo omnis patrum familia in cœlo & in terra nominatur. Sicut enim hi qui ſecundum propriarum eſſentiarum ſimilitudinem filios habent, ſic & pater in cœlis nominatur (à quo patres in terra ſecundum eſſentiam nominati ſunt) ſecundum ſimilitudinem ſuæ ipſius eſſentiæ penitus ex ipſo genitum filium habens. Et non poteſt intelligentia de his qui abuſiuè & æquiuocè filii dicuntur, vnigenito conuenire. Quemadmodum enim pyxis propriè dicitur vaſculum, quod ex buxo factum eſt: communis verò & abuſiuè ab illo appellatur pyxis, etiam quod ex plumbo, aut ære, aut aliqua alia materia paratum eſt. Neque igitur ſicut qui genuit glebas roris, hoc ipſum eſt eſſentialiter: abuſiuè enim hic de creatura, genitoris vox aſſumpta eſt. Neque ſicut hoc, Filios genui & exaltaui: nam & hic abuſiuè à beneuolentia ac honore cognominati ſunt. Neque ſicut hoc, Dedit eis poteſtatem filios Dei fieri: nam & hoc ſecundum virtutem ac imitationem creaturæ acceptum eſt, ita vnigenitus intelligitur. Sed propriè ſicut ſolus ex ſolo ſimilis ſecundum eſſentiam ex patre, cuius & nominatus & intellectus eſt, genitus filius. Si verò propter ratiocinandi impotentiam non habeat quis ratiocinationem, & ſtatuat ſic intelligendum velut paſſionem aut diuiſionem aut defluxum ſuſtinuerit pater, & fidem repellat, aut ab his qui piam de patre ac filio intelligentiam proponunt, rationem exigat, ab hoc experenda eſt ratio, quomodo Deus crucifigitur: & quomodo ſtulticia Euangelicæ prædicationis, eo quòd citra ratiocinationes, apud eos qui ſibi & in mundo ſapientes viden tur ſientes, contingit: ſapientior hominibus eſt, quorum nullam rationem habet beatus Paulus, nam per potentiam à ſyllogiſmorum arte alienam, ſtultam fecit ſapientiam eorum qui ſyllogiſmis concludere poſſunt. Dixit enim: Veni annuncians vobis myſterium Dei, non in ſapientia ſermonis, vt ne inanis reddatur crux Chriſti. Qui igitur in ſapientia ſermonis exigit myſterium cum infatuata ſapientia partem habens, ei ne habeatur fides velut ſuſpecto circa myſterium, quando etiam ille non confidit in ſapientia ſermonis, Paulus inquam, vt ne inanis reddatur crux Chriſti. Si verò in his reſpondet, non in ſapientia dicendi, ſed ſtulticiam omnem ratiocinandi ſapientiam redarguens, per potentiam ratiocinationis exortem, ſolam fidem accipit ad ſalutem eorum qui prædicationem ſuſcipiunt, neque reſpondet quomodo pater citra paſsionem generat filium, vt ne inane reddatur myſterium filiationis vnigeniti ex patre, ſed infatuatam ſapientiam prudentium, velut ſcriptum eſt: Vbi ſapiens, vbi ſcriba, vbi inquiſitor huius ſeculi, redarguit non in ſapientia ſermonis, vt ne propter ſuſpectas ratiocinationes inanis reddatur pia intelligentia de Patre & Filio, ſed citra paſſionem patrem & filium. Patrem quidem ex ſeipſo genuiſſe abſque defluxu & paſſione filium, filium verò ſimilem & ſecundum eſſentiam ex Patre, perfectum ex perfecto, vnigenitum ſubſtitiſſe, credentibus aut ſuſpectis citra ratiocinationem prædicabit. Abſurdum enim eſt, eum qui audit ex ſapiente Deo productam ſapientiam, qui Deus ſapienter nouit genitæ ex ſeipſo ſapientiæ pater eſſe, cogitare paſſionem circa ſapientiam ſubſiſtere, ſi debet ex ipſo ſecundum eſſentiam ſimilis ſapienti ſapientia ſubſiſtere ac produci. Si enim neque ſapiens Deus participabit ſapientia, compoſitè ſapiens nobis intelligitur. At incompoſitè ipſe eſt ſapiens, eſt eſſentia: neque ſapientia amplius filius deinceps intelligitur. At ſapientia eſſentia eſt à ſapientis eſſentia, hoc eſt ſapientia eſſentia filius ſubſiſtens, ſimilis erit & ſecundum eſſentiam ſapientis Patris, à quo ſubſtitit productus ſapientia ipſe Filius. Quapropter etiam ſolet beatus Paulus probè in Hebraica lingua eruditus, ab eodem Spiritu qui in veteri ac nouo

Filii Dei multi.

Pyxidis ſignificatio

ac nouo Teſtamento locutus eſt eaſdem intelligentias trahere, velut à duobus Pſalmis, ab eo qui dicit: Iudicia tua abyſſus multa: & ab hoc, Semitæ tuæ in aquis multis, & veſtigia tua non cognoſcentur: de iudiciis Dei ſermonem tranſmutauit, pro abyſſus multa, dicens: O altitudo diuitiarum: pro, Semitæ tuæ in aquis multis, & veſtigia tua non cognoſcentur, imperueſtigabiles ponens: pro, Iudicia tua abyſſus multa, imperſcrutabilia iudicia tua dicens. Sic etiam ab ipſa ſapientia habitum de ſeipſa, & Patre, & erga hæc creata edoctus, in ſuis ſcriptis proponit nobis intelligentiam de patre & filio, & his quæ ex Patre per Filium facta ſunt. Cum enim ſapientia dixerit, Ego ſapientia habitatione excepi conſilium, &c. & tranſierit ad ſermonem per quem, Dixit enim per me reges, & hoc, Si annunciauero vobis ea quæ per me facta ſunt, recordabor vt ea quæ ab æterno ſunt, enumerem, & dixit, Dominus creauit me principium viarum ſuarum in opera ſua, ante ſeculum fundauit me: ante omnia genuit me: pro voce Principium, accepit Apoſtolus vocem primus: pro Genuit me, partus: pro toto ſimul, Creauit me principium viarum ſuarum, & genuit me primogenitus omnis creaturæ. Verùm pro fundauit, in ipſo creata ſunt omnia: propter me facta ſunt, quæ ab æterno ſunt, ſiue throni, ſiue dominationes, ſiue principatus, ſiue poteſtates, omnia per ipſum & in ipſum creata ſunt. Omnibus igitur apoſtolicis ad verbum correſpondentibus ad ea quæ à Sapientia dicuntur, hoc eſt voce principium, ad primus: & genuit, ad primogenitus: & creauit me principium viarum ſuarum in opera ſua, ad primogenitus omnis creaturæ: pro fundauit me, in ipſo creata ſunt omnia: pro per me, per ipſum. Manifeſtum eſt autem, quòd etiam imago non deeſt, ſed pro Ego ſapientia, accepta eſt. Et ſicut Sapientia ſapientis filius, eſſentia eſſentiæ eſt, ſic imago eſſentiæ ſimilis eſt. Quapropter etiam intelligitur imago Dei inuiſibilis, qui eſt filius. Et habemus correſpondentes omnes dictiones, pro ſapiente, Deus: pro ſapientia, imago: pro principio, primus: pro genuit, partus: pro toto ſimul dicimus autem, pro Creauit me principium viarum ſuarum in opera ſua, & genuit me Primogenitus omnis creaturæ: pro fundauit me, in ipſo creata ſunt: pro per me, omnia per ipſum & in ipſum. Et manifeſtum eſt, quòd imaginem audientis filium Dei inuiſibilis, & ſic impudenter cauillari ſimilitudinem ſecundum eſſentiam filii ad patrem conantes, velut in omnibus aberrantes redarguit non ſolum Paulus, ſed etiam ante hunc Ioannes reuera tonitrui filius per propriam ſuam grandiloquentiam, velut ex quibuſdam nubibus, ea ſapientiæ ænigmatibus, piam nobis de Filio intelligentiam, iuxta ſimilem modum perſuaſit. Vide enim mihi, quòd etiam ipſe quæ edoctus eſt à ſapientia, ea in Euangelio ab ipſo nobis prædicato tradidit. Cum enim Sapientia dixerit, Creauit me principium viarum ſuarum: principium expoſuit, dum dixit, In principio erat Verbum. At pro Creauit me, dixit, Et Deus erat Verbum: vt ne in prolatione, ſed in ſubſtantia ſolida paſsionis exortem ex Patre Deum Verbum intelligamus: pro Eram apud ipſum, apud Deum: pro Me facta ſunt, quæ ab æterno ſunt, Omnia per ipſum facta ſunt, & ſine ipſo factum eſt nihil, quod factum eſt: pro Fundauit, In ipſo vita erat: Cui par eſt, In ipſo creata ſunt omnia: pro Verbum caro factum, Sapientia ædificauit ſibi domum: pro Eram apud ipſum gubernans, Non poteſt Filius facere à ſeipſo quicquam, niſi videat Patrem facientem. Quæ enim ille facit, ea etiam Filius ſimiliter facit. Quare habemus illud dictum, In ore duorum aut trium teſtium: ad demonſtrationem ſimilitudinis Filii ad Patrem ſecundum eſſentiam: primus enim ſapientis ſapientiam Filium: alter Dei verbum vnigenitum Deum: tertius Dei filium imaginem dicit, vt Deus Verbum, & Sapientia, & imago, ſimilis ex omnibus, quemadmodum antea dictum eſt, & ſecundum eſſentiam filius Dei & patris ab omnibus prædicetur. Inſuper verò adhuc amplius velut Thomam, per actionis contrectationem, ad ſimilitudinem ſecundum eſſentiam Deus Verbum nos adducit, dicens: Sicut Pater habet vitam in ſeipſo, ſic etiam filio dedit vitam habere in ſeipſo. Si enim hoc, Sicut Pater habet, non velut in alio intelligitur. Non enim aliud eſt Pater, & aliud vita in ipſo, vt aliud continens, aliud contentum intelligatur, ſed ipſe incompoſitè eſt vita Pater. Et ſicut habet ipſe, ita dedit etiam filio, nimirum incompoſitè ſicut Pater. Et manifeſtum eſt quòd ſic habet, quoniam non ingenito modo habet, neque compoſitè habet, ſimiliter omnia ſecundum eſſentiam, & incompoſitè ſicut Pater: cum clarum hoc ſit, quòd ſimile nunquam idem eſſe poteſt cum eo cùius eſt ſimile. Quæ res vel hinc demonſtratur, quòd in ſimilitudine hominum factus eſt filius Dei, & factus quidem eſt homo, non autem per omnia idem quod homo. Et in ſimilitudine carnis peccati fuit, ac fuit quidem in affectibus, qui cauſa ſunt peccati in carne, famis inquam, & ſitis, ac reliquis, non fuit autem in idẽtitate carnis peccati. Quare etiam ex Apoſtolicis teſtimoniis ſimilitudo ſecundum eſſentiam filii ad patrem prædicatur. Sicut enim in ſimilitudine hominum factus, & homo erat, & non per omnia homo: homo quidem, eo quod carnem humanam aſſumpſit. nam Verbum caro factum eſt. Non erat autem homo, quoniam non ſimiliter ſicut homines genitus eſt, non enim ex ſemine & coitu. Ita etiã ante ſecula filius, Deus quidẽ eſt, eo quod filius Dei eſt: ſicut homo, eo quod filius hominis non autem idẽ cum Deo & patre genitore ſicut non idẽ cum homine, eo quod ſine defluxu & paſsione, & ſine ſeminio ac voluptate. Et in ſimilitudine carnis peccati, eo quòd famẽ & ſitim ac ſomnum in carne ſuſtinuit, ex quibus affectibus mouentur corpora ad peccandum. Cum autem ſuſtineret prędictos carnis affectus, non ex illis ad peccandum cõmouebatur. Sic etiam filius exiſtẽs Dei, & in forma Dei exiſtens, & æqualis deo exiſtens, proprietates quidem habuit deitatis ſecundum eſſentiam incorporeus exiſtens, & ſimilis patri ſeundum deitatem, & incorporalitatem atque actionem quemadmodum ſimilis carni, eo quod caro eſſet, & affectus carnis ſuſtineret, non tamen idem eſſet: prout deus erat, neque forma eſt dei, ſed deus: neque æqualis eſt deo, ſed de°: neque principaliter velut pater, quemadmodum non ad peccandum homo, ſed ſimiliter actione velut homo. Quęcunque enim

fecerit

Paulus loco quoſdam ſcripturæ mutauit.

Prouerbiorũ loc° à Paulo mutat s.

Ioãnes filius tonitrui.

Prouerbiorum locus à Ioanne mutatus & expreſſus

Similitudinis ratio.

Homo non homo Chriſtus.

fecerit Pater, ea & Filius similiter facit. Quemadmodum sanè hic non ad peccandum, sed similiter his qui in carne sunt commouebatur. Nam absurdum est, ab eo quidem quod secundum naturam est, ipsum venire ad hoc, quod præter naturam est: hoc est, à Deo factum filium hominis, similem fieri his qui sunt secundum naturam, id est natura hominibus, in suo ipsius quod habet præter naturam. In suo verò quod habet secundum naturam, non esse similem ipsum Patri secundum naturam, qui ex Deo Deus genitus est. Et manifestum est, quòd qui non secundum essentiam dicunt similem Patri filium, neque filium dicunt, sed creaturam solum: neque Patrem patrem, sed creatorem: quum ipsius vocis similis intelligentia ac significatio, non ad identitatem Patris ducat, sed ad similitudinem secundum essentiam & ad inenarrabilem ex ipso citra passionem, generationem ac natiuitatem. Quemadmodum enim (repeto sermonem) in similitudine hominum, & in similitudine carnis peccati, non ad identitatem hominis ducebat, sed ad carnis essentiæ similitudinem, propter prædicta: sic neque filius similis secundum essentiam existens genitori Patri, ad identitatem Patris suam ipsius essentiam ducet, sed ad similitudinem. Et si quis sapientiæ mundi addictus, quàm Deus infatuauit, non attenderit in sapientia sermonis prædicationi, & cum fide confessus fuerit similitudinem secundum essentiam filii ad Patrem, velut falsò dicens Patrem & Filium, & neque Patrem dicens verè, neque Filium, sed creatorem & creaturam, & communem faciens Patris & Filii intelligentiam in reliquis creaturis, & cauillari volens, siue ob vtilitatem, siue magnitudinis excellentiam, primùm esse creaturarum, & nulla re confitens ecclesiasticam fidem in Patrem ac Filium: is, velut qui aliud quàm quod Apostoli nos docuerunt Euangelium, prædicare vult, anathema sit. Et sicut iuxta beatum Paulum antè diximus, etiam nunc rursus dico repetóque, ac necessariò pronuncio. Si quis sapientem solum audiens Patrem, etiam sapientiam vnigenitum huius filium ipsum esse dixerit, sapientiam soli sapienti, tollens esse filium, anathema sit. Et si quis sapientem audiens Patrem, & sapientiam filium ipsius, dissimilem dixerit secundum essentiam sapientiam sapientis Dei, velut non dicens sapientem sapientiæ verè patrem, anathema sit. Et si quis Deum intelligens Patrem, ipsum verò in principio Verbum & Deum hunc, dixerit apud Deum Verbum ac Deum, ipsi Deo apud quem Verbum & Deus, velut non dicens verè filium, anathema sit. Et si quis vnigenitum Dei Verbum filium audiens Dei, apud quem Verbum & Deus, dissimilem dixerit secundum essentiam Deum Verbum patris, & Deum Dei ac patris, apud quem vnigenitus in principio erat Deus Verbum, velut non dicens verè filium, anathema sit. Et si quis imaginem audiens filium Dei inuisibilis, idem dixerit imaginem cum Deo inuisibili, velut non confitens verè filium, anathema sit. Et si quis imaginem audiens vnigenitum filium inuisibilis Dei, dissimilem dixerit secundum essentiam filium qui est imago Dei inuisibilis, cuius imago etiam secundum essentiam intelligitur, velut non verè dicens filium, anathema sit. Et si quis audiens filium dicentem, Quemadmodum enim Pater habet vitam in seipso, sic etiam filio dedit vitam habere in seipso, idem dixerit eum qui accepit à Patre vitam, & confitetur hoc, Et ego viuo propter Patrem, cum eo qui dedit, anathema sit. Et si quis audiens hoc, Sicut enim Pater vitam habet in seipso, sic etiam Filio dedit vitam habere in seipso, dissimilem dixerit secundum essentiam Filium Patri, contestans quòd sic se habet, velut dixit, anathema sit. Manifestum enim est, quòd vita quæ in Patre intelligitur, essentiam significante, & vita vnigeniti, quæ ex Patre genita est, essentia intellecta: vox sic, similitudinem essentiæ ad essentiam significat. Et si quis hoc, Creauit me: & hoc, Genuit me: de ipso audiens, genuit me non de ipso secundum essentiam intelligit, sed idem dixerit, Genuit me, cum creauit me: velut non dicens filium citra passionem perfectum, ex duobus nominibus, nempe Creauit me, & Genuit me, creaturam solum confitens, & non amplius filium, velut sapientia ex duobus piè intelligentiam tradidit, anathema sit. Et si quis dum filius secundum essentiam similitudinem ad suum patrem nobis reuelat, dum ait: Sicut enim Pater vitam habet in seipso, sic etiam Filio dedit vitam habere in seipso, & secundum actionem similitudinem, dum dicit, Quæcunque enim Pater fecerit, ea & Filius similiter facit, solam secundum actionem similitudinem concesserit, & eam quæ secundum essentiam est, quæ præcipua fidei nostræ pars est, à Filio abstulerit, velut seipsum priuans vita æterna, quæ in cognitione Patris & Filii est, anathema sit. Et si quis in Patrem & Filium credere profitens, Patrem non essentiæ similis ipsius patrem dixerit, sed actionis, velut profanas innouationes contra essentiam filii Dei loqui audens, & verè filium esse tollens, anathema sit. Et si quis Filium similem secundum essentiam intelligens, illius cuius etiam intelligitur Filius, aut idem dixerit cum Patre Filium, aut partem Patris, aut secundum defluxum ac passionem, velut corporales filios, incorporalem filium ex incorporali patre productum substitisse, anathema sit. Et si quis eo quòd Pater nunquã Filius intelligitur, & Filius nunquam Pater intelligitur, aliud dixerit Filium à parte, eo quòd Pater aliud est, & aliud Filius, velut dictum est, Alius est qui testimoniũ prębet de me: & Testatur, inquit, qui me misit Pater: propter hãc, quæ piè in Ecclesia intelligitur, proprietatem personarum Patris & Filii, timens ne fortè idem intelligatur Filius cum Patre, dissimilem dixerit secundum essentiam Filium Patri, anathema sit. Et si quis in tempore Patrem, patrem vnigeniti filii intelligit, & non super tempora, & omnes humanas cogitationes credit vnigenitum filium ex Patre citra passionem substitisse, velut transgrediens apostolicam prædicationem: quæ tempora quidem de Patre ac Filio reprobat, fideliter autem nos hoc docet: In principio erat Verbum, & Verbum erat apud Deum, & Deus erat Verbum, anathema sit. Et si quis Patrem tempore seniorem dixerit Filio ex ipso vnigenito, iuniorẽ verò tẽpore Filium Patre, anathema sit. Et si quis tẽporis exortẽ vnigeniti Filii ex Patre substãtiã, ad ingenitã Dei essẽtiã referat, velut Filio patrẽ dicẽs, anathema sit. Et si quis potestate sola Patrem dixerit vnigeniti Filii, & non potestate simul & essentia Patrẽ vnigeniti Filii, velut solam potestatem

testatem accipiens,& ipsum ad reliquas creaturas communem faciens,& non dicens verè ex Patre genuinum Filium,anathema sit.Et si quis potestate & essentia dicens Patrem,Patrem filii,coessentialem autem aut eiusdem essentiæ cum Patre Filium dixerit, anathema sit. Et sunt qui subscripserunt, Basilius, Eustathius, Hyperechius, Leroius, Heorticus, Gymnasius, Memnonius, Eutyches,Seuerinus, Eutychius, Alcimedes, Alexander. Sic credo, & velut præscriptum est, etiam per subscriptionem confiteor. A

Hactenus Basilii & Georgii commonefactio.

Essentiæ vocabulũ

ESsentiæ nomen nudo modo in veteri ac nouo Testamento non habetur,sensus autem & significatio eius vbique habetur.Et primum in his quæ Deus Mosen mittens,dixit: Sic dices ad filios Israel,Qui est, &c. velut de eo qui primariò pater intelligitur, ex quo omnis patrum familia in cœlo & in terra nominatur,qui neque ex aliquo est,& his quæ sunt,vt sint causa est.Quandoquidem verò & filius est qui est,accepit hoc ex Euangelio secundum Ioannem dicentem, In principio erat Verbum: & occasionem reperit Paulus Samosatensis,& Marcellus,non amplius dicentes filium Dei filium verè, sed prætextu ex voce Verbum arrepto, verbum & sermonem ex ore voluerunt dicere filium Dei: ideóque coacti sunt patres qui Paulum Samosatensem condemnarunt ob talem opinionem, quo ostenderent quod Filius substantiam habet,& existens est: & est qui est,non autem verbum ex ore est,essentiam dicere etiam Filium,differentiam eius quod per seipsum existit,& eius quod non existit,essentiæ nomine ostendentes.Nam Verbum per seipsum nullam substantiam habet,& non potest esse filius Dei:alioqui multi sic erunt filii Dei.Multa enim confitetur Pater loquens ad Filium,cum dicat:Fiat firmamentum, fiant luminaria,producat terra,& faciamus hominem.Quare Pater ad Filium loquitur:& verba quidẽ Dei quæ loquitur ad Filium,non sunt Filii.Verùm Filius ad quem loquitur Pater,cum aliis piè appellatur panis,& vita,& resurrectio.Insuper & Verbum nominatur, quoniam interpres est voluntatũ Dei. B Itaque vt ne hæretici decipientes simpliciores, dicerent Filium idem cum verbis quæ loquitur Deus, patres differentiam filii Dei ad verba Dei ostendentes,Filium essentiam vocauerunt: ita differentiam declarantes,quòd Deus est qui est, & verba quæ loquitur sunt, sed non essentiæ Dei, verùm vocales actiones. At filius Verbum existens,non est vocalis actio Dei,sed filius existens,essentia est.Si enim Pater est qui est,& filius est qui est,est autem sic Filius,velut qui ex Deo ingenuè ipsum esse habet:Verbũ intelligetur filius,non velut verba quę Deus loquitur.Illa enim ipsum esse in loquente habent,hic verò ex eo quòd ex Patre genitus est,& Patrem audit,& Patri ministrat,ipsum esse habet. Hanc igitur substantiam patres vocauerunt essentiam. Similem igitur intelligimus Filium Patri per omnia, pugnãtes & aduersus hanc quæ nunc exorta est in Ecclesia hæresim. Nam præsens hæresis iuxta voluntatem & actionem pronunciat esse similem Filium Patri,iuxta essentiam verò dissimilem esse Filium Patri.Qua re confirmatur à præsentibus nouis hæreticis,quòd voluntas quidem Filii,& actio Filii, similis est voluntati Patris,& actioni Patris.Ipse autem Filius dissimilis est Patri. Et propterea voluntarem quidem Filii, & operationem similem esse volunt voluntati ac operationi Patris,Filium autem non volunt similem esse Patri. Quoniam affirmant non esse ex Deo genitum Filium, sed solum creaturam esse ipsum: & hũc differre à cæteris creaturis,quòd præeminet magnitudine, & quòd primus omnium productus substitit,& quod ministro ipso vsus est Deus ad reliquorum opificium.Nam,inquiũt hæretici,alia quidem per Filium Deus fecit,ipsum autem non per aliquem,sed ipse ipsum per se fecit,& præeminẽtem magnitudine & potentia omnibus fecit.Et propterea ipsum vocauit vnigenitum filium. Nos verò qui de catholica Ecclesia sumus,& ex diuinis Scripturis confessionem fidei accepimus,sic habemus:Quòd C Pater similis suiipsius filii est pater, & Filius similis est Patri, ex quo Pater Filius intelligitur, ita vt nos amplius decernamus,atque sic mentem purgemus,velut aduersus Sabellios ac reliquos,quòd neque filius potest pater,neque pater potest esse filius: sed Filius filius, & Pater pater, & non filius. In his enim est exacta sinceritas cognitionis personarum,quòd Pater,pater semper existens,carnis exors est,& immortalis:Filius autem filius existens semper,et nunquam pater existens.(Semper autem dicimus propter temporis exclusionem,et substantiæ incomprehensibilitatem) carnem assumpsit iuxta voluntatem Patris,et mortem pro nobis sustinuit.His ita probè discretis,admirãdi illi hæresis propugnatores,duo procurare studeant.Vnum quidem,vt non amplius dicant Patrem et Filium,sed ingenitum et genitum. Et per hoc,hæresis commentum ac sophisma Ecclesiæ superinducere se putant.Intelligunt enim sapiẽtes rerum diuinarum,ingenitum minus esse quam nomen Patris. Nam vox Ingenitum,quod quidem non genitus est significat, nondum verò an & Pater est significat. At vox Pater, plus est quam nomen ingeniti.In ingenito enim non apparet Patris potentia. Verùm in nomine Pater, simul apparet quòd non est Filius ipse Pater,simúlque propriè intelligitur Pater, & quòd causa est similis suiipsius filii. Atque vnum quidem hoc est.Alterum verò, quòd cum antea scripserint dissimilem secundum essentiam Filium Patri, & putarent se condemnare Ecclesiam per literas quas à venerando episcopo Osia venati essent,in quibus dissimilis secundum essentiam habetur,postquam rediissent illi ex Oriente ad Sirmiũ collegerunt & hoc huius hæretissimi maleficium, vt ne pœnas darent ob facinorã in Orientalem fidem perpetrata:& conati sunt essentiæ nomen,quod in vsu patribus est, propter prædictas causas tollere ex D ecclesiastica doctrina,quo etiam hac parte hæresim suam corroborare viderentur. Opinati enim sunt, quòd si essentiæ nomen eiectum esset,iuxta voluntatem solum,& iuxta actionem,similem Patri Filium dicentes: potestatem se habituros, dum essentia non nominaretur, de cætero dissimilem dicere secundum

Verbi ad Verbũ differentia.

Creatura quomodo dicatur filius Dei ab hæreticis.

Ingeniti ac geniti voces cur excogitatæ.

dum essentiam, & iuxta ipsum esse, Filium Patri. Attamen vindex veritatis Deus, qui deprehendit sapientes in vafricia ipsorum, cognitionem vnigeniti sui, & Filium per omnia similem esse Patri, coram pio rege audacter locutus est. Sic enim & ipse sentiebat pius existens propugnatore suo vnigenito filio Dei. Et sic sentiens pio ore decreuit, per omnia, velut nos catholici credimus, similem esse Filium Patri & vt per ipsum non procederent insidiæ contra ecclesiasticam fidem constructæ, quę tollere volebāt essentiæ nomen: quo dum ore non diceretur essentia, de cætero in cordibus latitās hæresis pasceretur. Verùm ipsos antea deprehendimus scripsisse, similem secundum voluntatem, dissimilem verò secundum essentiam. Quare si integrè & purè per omnia similem confitentur, vanus redatguitur ipsorum conatus, qui moliti sunt essentię nomen tollere. Nihil enim lucrifecerunt, coacti confiteri Filium Patri per omnia similem. Si enim per omnia, velut confessi sunt, similis est, sicut sanè est filius patri similis: non secundum voluntatem & operationem solum similis est, velut ipsi decernunt, sed secundum existentiam, & iuxta substantiam, & iuxta essentiam velut filius: & in summa, per omnia, omnia completur, & nullam differentiam admittit: ita vt confiteamur neque ipsum sibijpsi similem esse patrem, neque filium ipsum sibijpsi similem esse: sed filium esse similem patri: & in eo quod per omnia similis est patri, filium esse, & non patrem: ex quo patre perfectus ex perfecto, ante omnem intelligentiam & omnes ratiocinationes temporáque ac secula, ex patris similitudine genitus, sicut nouit solus pater, qui ex seipso ipsum citra passionem genuit, & filius qui ex ipso ipsum esse habet, & cui ipse reuelabit, in sui speculatione exhibens nobis, vt patrem ipsius dignè intelligamus. Et ne perturbet aliquos substantiarum nomen, propter hoc enim substantias orientales dicunt, vt proprietates personarum subsistentes & existentes notas faciant. Si enim Spiritus est pater, spiritus etiam filius, spiritus etiam Spiritus sanctus: non intelligitur pater filius, subsistit autem & spiritus, qui non intelligitur filius, & qui non est Spiritus. Subsistit autem & Spiritus sanctus, & non est Spiritus sanctus, neque pater, neque filius: sed Spiritus sanctus ex patre, qui per filium datur meritò subsistentem et existentem: proinde proprietates personarum subsistentium substantias nominant orientales, non tres substantias, tria principia, aut tres deos dicētes. Detestantur enim, si quis tres deos dicit. Imò neque patrem & filium duos deos dicunt. Confitentur enim vnam esse deitatem, continentem per filium in Spiritu sancto omnia. Confitentur vnam deitatem, & vnum regnum, & vnum principium. Attamen personas in proprietatibus substātiarum piè notas reddunt, patrem in paterna autoritate subsistentem, intelligentes etiam filium, non partem esse patris, sed purè ex patre perfectū ex perfecto genitum, & subsistentē cōfitentes. Et Spiritum sanctum, quem diuina scriptura paracletum nominat, ex patre per filium subsistentem notificātes. Veluti enim paracletus spiritus veritatis docet nos veritatem, quæ est filius: Nemo enim dicit, Dominus Iesus, nisi in Spiritu sancto: sic etiam Filius, qui est veritas, verum Deum suum patrem nos piè nosse docebit, quemadmodum dicit: Qui vidit me, vidit Patrem. Igitur in Spiritu sancto Filium dignè intelligimus. In filio verò vnigenito Patrem piè ac dignè glorificamus. Et hoc est sigillum fidei, in quo sigillo baptisati præcepit Saluator & Dominus noster Iesus Christus, dicens: Euntes docete omnes gentes, baptisantes ipsos in nomine Patris & Filij ac Spiritus sancti. Equidem de Filij similitudine ad Patrem per omnia, diffusius alibi dictum est. Sed neque nunc breuibus indicare cunctabimur, quòd Apostolus imaginem inuisibilis Dei Filium dixit, & in hoc docuit quod Filius similis est Patri: alibi verò quomodo Filium intelligere oporret, tradidit. Nam in epistola ad Philippenses dixit: Qui in forma Dei existens, non rapinam arbitratus est, quod esset æqualis Deo: sed inaniuit seipsum, forma serui accepta, in similitudine hominum constitutus. Et in epistola ad Romanos: Impotentiam enim legis, in eo quod imbecillis erat per carnem, Deus proprio filio misso in simmilitudine carnis peccati expleuit, & de peccato condemnauit peccatum in carne. Quare ex duobus testimonijs, ex duabus epistolis, à corporali piè etiam de similitudine intelligentiam in incorporali, de Patre ac Filio nos edocemur. Nam hoc, Formæ serui accepta: & hoc, In similitudine hominum constitutus: ostendit quod ex virgine carnem susceperit. Igitur caro quam susceperit filius Dei, eadem quidem est cum carne hominum verùm in similitudine hominum est: quoniam non ex seminio velut homines, neque ex cubili viri genitus est. Sicut iuxta similem modum etiam Filius spiritus existens, & ex Patre spiritus genitus, iuxta hoc quidem quod spiritus ex spiritu est, idem est: velut caro ex carne Mariæ est. Verū iuxta hoc quod citra defluxum & passionem ac partitionem ex Patre genitus, similis est Patri. Et non ipse secundum carnem filius, in similitudine hominū est, & non ipse per omnia homo. Igitur per epistolā ad Ephesios docuit nos, quomodo substantia Filij similis est substantiæ Patris. Spiritus enim ex Patre, & iuxta spiritus quidem intellligentiam, idem: sicut iuxta carnis intelligentiam, idem. Non idem autem, sed simile, eo quod spiritus qui est Filius, non est Pater. Et caro cum Verbum susceperit, non est ex semine & voluptate, sed sic velut Euangelium nos docuit. Et per hæc sanè nos docuit, velut ante dictum est, quomodo Filius iuxta essentiam suam, & substantiam essentiæ suæ, similis est per omnia Patri: Quomodo autem similis est iuxta voluntatem & actionem ac opera, per epistolam ad Romanos, vbi dixit: In similitudine carnis peccati, condemnauit peccatum in carne. Quæ enim eadem caro erat quam susceperit filius Dei, cum carne peccati, & similiter concitabatur ad famem & sitim ac somnum, velut omnis caro, ea ex his ad peccandum non commouebatur. Quapropter dictum est, In similitudine carnis peccati. Id quod simile est huic, Quæ enim Pater, hęc & Filius similiter facit. Pater enim spiritus existens, autenticè facit: Filius verò spiritus existens, non autenticè facit sicut Pater, sed similiter. Igitur prout quidē caro & caro, idem est: sicut inquantū spiritus & spiritus, idem est: inquantū verò sine seminio, non idem, sed simile. Sicut inquantū sine defluxu & passione filius, non idem, sed simile est. Et prout

Constantini pietas.

Substātiarum nominis ratio.

Similitudinis Filii ad Patrē ratio.

Idētitatis ac similitudinis ratio expressa.

quidem caro & caro,idem : ſicut prout ſpiritus & ſpiritus idem.Inquantum verò in ſimilitudine carnis peccati.ſimilis eſt carnis motibus,& non idem.Quemadmodum ſanè in ſimilitudine motus Filius miniſteri modo,& non idem ſicut Pater autenticè. Quæ enim Pater facit,ea Filius non ſic ipſe facit, ſed ſimiliter,Et manifeſtum eſt ex his,quod per omnia Filius ſimilis eſt Patri,velut Filius Patri ex ipſo genuino modo genitus.Nam abſurdum eſt,filium Dei ante ſecula exiſtentem,& ſecundũ naturã exiſtentem Deum,quando præter naturam ſuam ex Maria factus eſt homo,ſimilem fieri ipſum hominibus ſecundum naturam,in ſuo ipſius quòd habèt præter naturam : præter natutam enim erat ipſi qui Deus erat,vt homo fieret : in ſuo verò quod habet ſecundum naturã, non eſſe ipſum ſimilẽ Patri genitori.Si enim in ſuo quod habet præter naturam,ſimilis eſt his qui ſecundum naturam : multo magis ſimilis eſt in ſuo quod habet ſecundum naturam, Patri qui ipſum ingenuè genuit,Quare ſimilem eſſe per omnia filium Patri,propoſitum eſt in Scripturis.Similis eſt autũ,velut docuit nos ſimilis intelligẽtiam Apoſtolus,per ea quæ relata ſunt.Similis enim eſt & inquantum vita ex vita,& lumen ex lumine & verus ex vero,& ſapientia ex ſapiente.Et in ſumma,eſt ſimilis ſecundum Scripturas,non iuxta actionem ac voluntatem ſolum,ſed ſecundum ipſam eſſentiam & ſubſtantiam ac exiſtentiam,ſimilis eſt per omnia patri genitori,velut filius patri.Si verò noui illi acvani hæretici diſputantes contra nos ingenitum dicunt & genitum,dicemus ad ipſos : Quandoquidem vos malefici eſſentiæ nomen,quod patres in vſu habent,velut non ſcriptum non admittitis : neque nos Ingeniti vocem in Scriptura non extantem recipiemus.Incorruptibilem enim,& inuiſibilem,& immortalem,dicit Apoſtolus, nunquam autem ingenitum ipſum nominauit Scriptura.Deinde velut dictum eſt,Ingenitus nondum ſignificat patris intelligentiam,& genitus nondum ſignificat propriè filium : ſed omnia genit communem facit intelligentiam.Qui enim dixit genitum,quod quidem genitus eſt ſignificauit:nequaquam verò filium qui ſempiterne intelligitur,declarauit.Quapropter ſempiternè intellgentes filium Dei,hoc non recipiemus.Adhæc, Patris & Filij nomen,cognationem ad aliquid & relationem ſignificat.Quare etiam ſi Patrem ſolum nominemus,habemus in nomine ſubintellectam notionem Filij.Pater enim filij pater dicitur. Et ſi filium ſolum nominauerimus,habemus notionem patris,quia filius patris filius dicitur. Hæret enim alterum ex altero,& non dirimitur cognationis habitus,ſed & alterutrum ſolum dictum conducit alterius intelligentiam : & non nomen ſolum,ſed cum nomine etiam naturæ conſortium : patrem enim intelligentes Deum,Dei patrem intelligimus : & filium intelligentes Dei,Deum intelligimus relatum filium Dei,& ſimilem illi ſecundum naturam,cuius intelligitur filius.Ingenitum verò non dicitur geniti ingenitum,neque genitum ingeniti genitum.Quandoquidem igitur neque mutuam inter ſe relationem habens ingeniti voces,neque ſimul naturam oſtendunt : verùm communem faciunt filij ptoprietatem ad reliquas creaturas : non ſuſcipiemus eas voces propter inſidias ad impietatem tendentes,ſed ſemper patris & filij nomine piè vtemur. Primùm quidem quod qui ex gentibus vocati ſumus,non baptiſati ſumus in ingenium & genitum,ſed in patrem & filium.Deinde quod nuſquam reperitur,quòd filius ſuum patrem dixerit ingenitum,ſed ſemper patrem dixit Deum, & ſemper ſeipſum filium Dei.Atque hoc ipſum paucis indicabimus,audientes ipſum dicentem : Si diligeretis me,gauderetis vbique,quià vado ad pattem meum.Et,Quem pater ſanctificauit & miſit in mundum.Et,Mihi iraſcimini,quia dixi,Filius Dei ſum.Et,Ego ex patre exiui,& venio : exiui ex patre, & veni in mundum: rurſus relinquo mundum, & eo ad patrem.Sed & Petri confeſſio eſt,Tu es CHRISTVS filius Dei.Et pater ex ſupernis dixit,Hic eſt filius meus dilectus. Et propterea quandoquidem ſic pater filij meminit, & filius patris,& in his nominibus (repeto ſermonem) obſignati ſumus,his etiam ſemper vtemur,repulſis profanis vocum vanitatibus contra apoſtolicam fidem. Nam quod à patre dictum eſt,In ſplendoribus ſanctorum, ex vtero ante luciferum genuite : neceſſariò dictum eſt,& abducet à communitate ad creaturas filium, parte ex ipſo genuinum & propriè genitum filium,per vteri nomen docente,Sicut ſimiliter etiam filius,Dominus creauit me,dixit,Et vt nouatam ipſius ad reliquas creaturas naturam putaremus,neceſſariò intulit,Ante omnes verò colles genuit me piam & paſſionis exortem filiationis ſuæ ex Deo patre intelligentiam declarans. At ſemel quidem pater,& ſemel filius,propter prædictam piam ingenuitatem Dei, Genitum vocem nobis propoſuerunt. Verùm totum nouum Teſtamentum plenum eſt patris & filij nominibus.Quo verò ex propriis cognoſcantur hi qui hæreſim hanc nouarunt, ex multis ab ipſis in hoc argumentum conſcriptis,pauca pet longum annotauimus,ex quibus catholici totam hæreſis ſententiam edocti,neceſſariò arbitror iudicabunt,eos qui hæc ſcripſerunt,deteſtari ipſa,& ipſos ſua ipſorum reiicere ab Apoſtolica fide : deteſtari item ac anathemate ferire eos,qui eadem cum ipſis ſentiunt ac docent.Scribunt enim ipſis verbis ſic:Nam vt impertirem vobis optima in Deo verba,atque hæc breuibus,maximè propoſui.Quicũque enim ſimilitudinem ſecundum eſſentiam filium cum patre conſeruare opinantur,extra veritatem progrediuntur,per ingeniti appellationem accuſantes ſimilem ſecundum eſſentiam.Et rurſus dicunt Filius verò minor natiuitate & eſt,& eſſe confeſſum eſt : non ergo ſimilitudinem ſecundum eſſentiam conſeruat ad ingenitum,verum conſeruat ad ĩgenitum,verum conſeruat in propria ſubſtantia,ferens Dei voluntatem.Igitur ſimilitudinem conſeruat non ſecundum eſſentiam, ſed iuxta voluntatis rationem.Qualem enim voluit,produxit.Et rurſus : Quomodo non etiam ipſe mecum confiteris,quod ſecundum eſſentiã non eſt Filius ſimilis Patri ? Et rurſus : Quando ſanè in confeſſo eſt,Filius ſine carens, non ex propria natura vitam habens,ſed ex ingeniti poteſtate.Verum ingenita natura infinite ſuperieſt omni poteſtate.Quomodo manifeſtos faciunt ſeipſos impii,pro ſimilitudine eſſentiæ diuerſitatem eſſentię immutantes ac prædicantes.Et rurſus,Quapropter nomen Pater eſſentiæ ſignificationem nõ habet,

Patris & filii nomẽ ad aliquid eſt.

Ingeniti & geniti appellationes reprobatæ.

Exẽplar alterius e piſtolæ Semiariano rum.

habet,ſed poteſtatis quæproduxit filium ante ſecula Deum Verbũ,quam habet infinitè ipſi donatam & quam eſſentiam ac poteſtatem habens perſeuerat. Et rurſus: Eſſentiæ ſignificatiuam volunt eſſe vocem Pater,ſed non poteſtatis. Itaque Patris nomine appellent etiam vnigeniti ſubſtantiam. Dicimus nunc ad præſentes hæreticos: Quia vos ſcripſiſtis ſimilem ſecundum voluntatem, diſſimilem ſecundum eſſentiam: ideo nos contrà ſcripſimus,quod ſimilis non ſecundum imitationem ſolum eſt,ſed etiam ſecundum eſſentiam. Quandoquidem igitur primi vos eſſentiæ mentionem feciſtis, diſſimilem ſecundum eſſentiam dicentes: & propterea conamini vt tollatur nomen eſſentiæ,quo iuxta voluntatem ſolum ſimilem eſſe Filium dicatis: ſi verè aſſentimini per omnia ſimilem eſſe Filium Patri, de teA ſtamini eos qui differentiam ſimilitudinis proferunt,& ſcribite ſic: Si quis non per omnia ſimilem dixerit Filium Patri,ſicut Filium Patri: ſed iuxta ſolam voluntatem ſimilem dixerit,iuxta eſſentiam verò diſſimilem,is anathema ſit. Et poſtea ſi volunt eſſentiæ nominis mentionem facere, & reprobant ſuas ipſorum ſubſcriptiones: eſſentiæ mentionem vbique facientes, confiteantur etiam quæ tradita ſunt à patribus,non ſolum ſecundum voluntatem,ſed etiam iuxta eſſentiam & ſubſtantiam ac exiſtentiam per omnia ſemel ſimilem eſſe Filium Patri,velut Filium Patri,quemadmodum diuinæ dicunt Scripturę. Etenim in editam fidem,de eo quod ſimilis eſt Filius Patri per omnia, ſic ſubſcripſerunt: Ego Marcus epiſcopus Arethuſiæ ſic credo ac ſentio,velut præſcriptum eſt,& qui præſentes fuerunt ſimiliter. Valens verò ſic: Quomodo quidem ſubſcripſimus noctè illuſceſcentis Pentecoſtes: præſcriptam ſubſcriptionem nouerunt qui præſentes fuerunt,& ipſe pius rex,apud quem & ſcripto & citra ſcriptũ teſtatus ſum. Poſtea verò quum ſuo more Valens ſubſcripſiſſet,& in ſubſcriptione appoſuiſſet,ſimilem filium patri: non autem appoſuiſſet per omnia,& oſtendiſſet quomodo aſſenſus eſſet præſcriptis, aut quomodo coeſſentialis vocem intelligeret: adnotauit hunc pius rex,& coegit ipſum addere, Per omnia; quod etiam addidit Baſilius. Suſpicans itaque Valens Baſilium ipſum hoc, Per omnia, ex propria ſententia appoſuiſſe, feſtinauit etiam ipſe hoc arripere,ſecumque ad Synodum in Arimino deferre. Subſcripſit autem ſic: Ego Baſilius epiſcopus Ancyræ,credo ac conſentio præſcriptis,ſimilem confitens Filium Patri per omnia: per omnia verò,non ſecundum voluntatem ſolum,ſed & ſecundum ſubſtantiam,& ſecundum exiſtentiam,& ſecundum eſſentiam,velut filium,ſecundum diuinas ſcripturas B ſpiritum ex ſpiritu,vitam ex vita,lumen de lumine,Deum ex Deo,verum ex vero,ſapientiam filium ex ſapiẽte deo et patre. Et in ſũma,per omnia ſimilẽ filiũ patri velut filiũ patri. Et ſi quis ſecũdũ aliquid ſimilem dixerit,velut præſcriptum eſt,eum alienum eſſe à catholica Eccleſia,velut qui non dicit ſecundum diuinas Scripturas ſimilem filium patri. Lecta eſt ſubſcriptio,& data eſt Valenti, præſente Marco, Georgio,Vrſacio,Germano,Hypatiano,epiſcopis et presbyteris ac diaconis plurib⁹ Hæ epiſtolæ poſtpoſitæ ſunt,vt vnuſquiſque ſtudioſus & veram fidem requirens ſciat,quòd non ex inani ferimur ad dicendum contra quoſdam,ſed ex veris confirmationibus procedere conamur. Itaque ad contentionem deuenerunt ijdem rurſus cum ſodalibus ſuis,propter odia quædam & æmulationem humanam rixantes inter ſe,& de principatu litigantes. Et fortificata eſt tunc pars horum ſemiarianorum,Baſilij inquã, & Georgij,ac Syluani,& reliquorum, cum haberent ſecum carnis dextram, Conſtantium regem. Vicit tamẽ Eudogius,& Georgius Alexãdrinus,& Euzoius Antiochenus. Et Baſilius quidem ac Georgius Laodicææ depreſſi ſunt,quamuis multum valerent. Ex quibus multi ſeparati ſunt ab eadem hæreſi ac ſynodo. Et diuiſa eſt Arianorum congregatio in tres ordines. Acacius enim Palæſtinus Cæſareæ epiſcopus cum Meletio & Vranio Tyrio, & Eutychio Eleutheropolita, propter æmulationem & odium aduerſus Cyrillum Hieroſolymitanum,reſtitit Baſilio, & Georgio Laodiceno, & Syluano Tarſenſi, Eleuſioq; Cyzici,ac Macedonio Conſtantinopolitæ,& Euſtathio ſebaſteæ,& Aniano Antiocheno. Tunc his confirmatis contra ipſum,idem Acacius ſeipſum armauit,& multam turbam concitauit. Et inter ſe quidem eiuſdem opinionis ſententiam habuerunt: cum autem vnuſquiſque diuerC ſimodè confiteretur,inter ſe ad contentionem progreſſi ac fiſſi,in prædictos tres ordines diuulſi ſunt. Nam Acacius cum ſuis neque coeſſentialem confitebatur,neque creaturam vnam ex creaturis. Et quãuis ijdem eſſent,occultè verò propter temporis occaſionem creaturæ vocem conticeſcerent,ipſi quidẽ toti fuerunt quales etiam Ariani: occultauerũt autem in illo tempore,nihil aliud ſentientes quam hoc propter eos qui ipſis ammixti erant,natura quidem orthodoxi, verùm hypocritæ,vt qui ſimularent regiam dexteram,& formidarent,haberentque inter ſe inimicitias,ſua confirmare volentes. Eutychi⁹ enim Eleutheropolita,nimirum vt qui à beato Maximona Hieroſolymita,confeſſore ac epiſcopo fidẽ haberet manifeſtè orthodoxam: propter inimicitiam aduerſus Cyrillum,non ammixtus fuit Acacio, orthodoxam quidem habens fidem vſque ad tempus, ſimulans autem ob proprium thronum: & alij plures Palæſtinæ (propter quos Acacius cum ſuis inſtructus erat) eandem rabiem habentes,& infanam malam fidem,tandem ad tempus nihil concitabant de his, neque confitebantur, neque negabant. Sed congreſſi in ſeleucia aſpera appellata in Iſauria, ex præcepto Conſtantii regis, aliam fidem edunt: non ſecundum eã quæ à patribus propoſita eſt in vrbe Niceæ,quæ rectè & bene ordinata eſt,ſed ſimulatè velut per ſimplicitatem dicentes,Credo in vnum Deum patrem omnipotentem,& c. Et in filium Dei: ſimpliciter, nihil fortius locuti. Poſtea verò vt fabulam ſuam agerent,dixerunt: Reiicimus vocem coeſſentialem,velut alienam à diuina Scriptura. Diſſimilitudinem verò filii ad patrem anathemate ferimus. Et erat hæc fraudulentorum venatorum eſca. Nam cum inter ſe conuerſabantur,dicebant ac docebant,quòd creatura quidem eſt filius Dei,ſed ſimilis eſt patri,velut iuxta ſententiam hanc,quæ inter homines recepta eſt. Exprimunt enim & plaſtæ ſtatuas,& aſſimilant imagines ex auro & argento,& alia materia,aut per colores in ligno,& ſimilitudinem habent,nihil autem iux-

Sinodus Ariminẽſis.

Arrianorum ſectæ tres.

ſeleuciæa ſperæ ſynodus.

Fidei in ſeleucia editæ exẽplũ

ta æqualitatem expreſſorum. Sic apud ipſos fraus erat, confiteri quidem ſimilem patri, nihil autem habere de patris deitate in totum. Verùm quidam ex his qui cum ipſis erant, propter inſtantem ita temporis calamitatem, ſimul ſuſcipiebant, & ſimul erant conſcij plerique ipſorum. Quidam verò etiam ignorantes, velut poſtea oſtenſum eſt. Erat enim cum his Patrophilus Scythopolita, & poſt hunc Philippus qui illic conſtitutus erat ſucceſſor prædicti, & alij plures, qui natura hanc hæreſim tenebant. Nunc verò poſt illorum obitum, cum dilatata eſt ipſorum mala opinio, etiam cum loquendi fiducia ex hac hæreſi ſunt, propter carnis dextram: & dum non amplius impediuntur, palàm prædicent ipſorum aggreſſionem, nõ amplius neque pudore prohibiti, neque aliquo præcepto coerciti. Quo verò non videamur ex inani ferri, etiam editam illic ab Acacio fidem cum ſubſcriptione in ipſa ſynodo factam hic apponam. Et eſt hæc: Nos qui conuenimus epiſcopi ex diuerſis prouinciis in Seleucia Iſauriæ, mandatum pietatis pientiſſimi regis noſtri Conſtantii, hæc colloquuti ſumus iuxta regiam voluntatem. Heſterna die quæ erat ante quintum Calendas Octobres, omnem diligentiam adhibuimus, vt pacem eccleſię cum omni bono ordine conſeruaremus, & fidem firmiter diſtingueremus, velut præcepit pientiſſimus rex noſter Conſtantius, iuxta propheticas voces, & nihil præter diuinas Scripturas eccleſiaſticæ fidei adderemus. Quandoquidem verò in ſynodo quidam noſtros partim contumelia affecerunt, partim os obturarunt, non permittentes ipſis loqui, partim excluſerunt inuitos: ſed & depoſitos habebant ſecũ ex diuerſis prouincijs, & pręter regulam conſtitutos ſecum ducebant, vt cõfeſſus vndique tumultu plenus fieret: quemadmodum illuſtriſſimus comes Leonas, & ſplendidiſſimus dux prouinciæ Lauricius ſuis oculis perceperunt: ea de cauſa profitemur quòd non fugimus, neque aduerſamur authenticam fidem in dedicationis feſtiuitate in Antiochia editam proferre: vbi etiam maximè patres noſtri illo tempore ad ſubiectam quæſtionem concurrerunt. Nam multos turbauit vox coeſſentialis, & ſimilis eſſentiæ appellatio, in præteritis temporibus vſque in præſens. Sed & vſque huc dicitur nouari ab aliquibus diſſimilitudo filij ad patrem. Quapropter coeſſentialis vocem reijcimus, velut à Scripturis alienam, diſſimilitudinem verò deteſtamur. Et omnes, qui tales ſunt, alienos ab Eccleſia putamus. Similitudinem autem filij ad patrem clarè confitemur, iuxta Apoſtolum dicentem de filio, Qui eſt imago Dei inuiſibilis. Confitemur autem & credimus in vnum Deum, patrem omnipotentem, creatorem cœli & terræ viſibiliúmque ac inuiſibilium. Credimus autem & in Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum filium Dei ex ipſo genitum citra paſſionem ante omnia ſecula, Deum Verbum, Deum ex Deo vnigenitum, lumen vitam veritatem, ſapientiam, potentiã, per quem omnia facta ſunt in cœlo & in terra, ſiue viſibilia, ſiue inuiſibilia. Hunc credimus in conſummatione ſeculorum, ad reprobationem peccati, carnem aſſumpſiſſe ex ſancta virgine, & hominem factum eſſe, paſſumque eſſe pro peccatis noſtris, ac reſurrexiſſe, & aſſumptum eſſe in cœlos, & ſedere in dextra patris, rurſus venturum in gloria, ad iudicandum viuos & mortuos. Credimus & in ſpiritum ſanctum, quem etiam Paracletum nominauit ſaluator ac Dominus noſter Ieſus Chriſtus, vbi promiſit poſt abitionem ſuam miſſurum ſe eſſe hunc diſcipulis, quem etiam miſit, per quem & ſanctificat eos qui in Eccleſia credunt, & baptiſati ſunt in nomine Patris & Filii ac ſpiritus ſancti. Eos verò qui præter hanc fidem aliud quid prædicant, alienos nouit catholica Eccleſia. Quòd autem huic fidei æquiualens eſt & ea quæ in ſirmio prima edita eſt fides, coram pietate regis noſtra, cognoſcunt qui ipſam legunt. ſubſcripſerunt præſentes, Baſilius, Marcus, Georgius Alexandriæ epiſcopus, Pancratius, Hypatianus, & plurimi epiſcopi Occidentis. Ego Georgius epiſcopus Alexandrię editi fidem ſic, & confiteor me ſentire velut præpoſitum eſt. Ego Acacius epiſcopus Ceſareæ edidi fidem ſic, & confiteor me ſentire velut prępoſitum eſt. Vranius epiſcopus Tyri. Eutychius epiſcopus Eleutheropolis, Zoilus epiſcopus Lariſſę ſyrię. ſeras epiſcop⁹ ex Paratonio Libyę. Paulus epiſcopus Emiſes. Euſtathius epiſcopus Epiphanię. Ireneus epiſcopus Tripolis Phœnices. Euſebius epiſcopus ſeleuciæ Syriæ. Eutychianus epiſcopus Patarorum liciæ Euſtathius epiſcopus Pinarorum & ſidymorum. Baſilius epiſcopus Cauniorum Lydię. Petrus epiſcopus Hippi Paleſtinę. ſtephanus epiſcopus Ptolemaidis Libyę. Eudoxius epiſcopus Lydię. Theodoſius epiſcop⁹ Philadelphiæ Lydię. Phœbus epiſcopus Polychalandę Lydię. Magnus epiſcopus Themiſorum Phrygię. Euagrius epiſcopus Mitylenes inſularum. Cyrion epiſcopus Doliches. Auguſtus epiſcopus Euphrateſię. Pollux epiſcopus Prouincię ſecundę Libyę. Pancratius epiſcopus Peluſii. Philicadus epiſcopus Auguſtadarum Phrygię prouincię. ſerapion epiſcopus Antipyrgi Libyę. Euſebius epiſcopus ſebaſtę Paleſtinę. Heliodorus epiſcopus ſozuſę Pentapolis. Ptolemęus epiſcopus Thmuecos Auguſtonices. Augarus epiſcopus Cyri Euphraſię. Exereſius epiſcopus Geraſorum. Arabion epiſcopus Adraorum. Chariſius epiſcopus Azoti. Eliſſęus epiſcopus Diocletianopolis. Germanus epiſcopus Petrororum. Barochius epiſcopus Arabiæ, ſimul epiſcopi XLIII.

Fides ſynodi ſeleuciæ.

A

B

C

Hactenus prædictorum ſemiariorum & Arianorum fidei editio.

Vos qui intelligentia prædito eſtis, vbi hanc & alias perlegiſtis, cognoſcitis quomodo aſtuta eſt aggreſſio alterius ipſorum congregationis & nihil rectum, neque breue habens confeſſionis de Deo. Dicit enim Dominus, Quod in aurem audiuiſtis, hoc prædicate in tectis. Et Apoſtolus dicit, Veritatem loquatur vnuſquiſque cũ proximo ſuo. At Propheta horum malignitatem redarguens detegit, ac dicit Cum proximo ſuo loquitur pacifica, in corde verò ſuo habet inimicitiam ſiue maliciam. Sic etiam hi, Acacius inquam, cum ſuis complicibus, ab his qui regi adhærebant diuiſi, cupientes ſoluere vinculum veræ confeſſionis, ſpuriam quandam & deprehenſu facilem, vndiquaque diſſolubilem ediderunt editionem, quo poſſunt ex his relatis, ſiquidem vellent, aliquos decipere, & iuſtum confiteri. ſi

D

verò

verò voluerint ſuæ malæ opinionis venenum detegere, erit ipſis commoda hæc editio, ambigua exiſtens ad duos modos, & potens vniuſcuiuſque figmenti ipſorum confeſſionem. At quandoquidem in hac Acacij ſynodo ab alijs duabus ſynodis diuiſa: diximus enim quomodo in tres ordines Arianorum ſecta diuiſa eſt. Nam Eudoxius & Germanus, & Georgius Alexandrinus, ac Euzoius Antiochiæ, *Arrianorum ſectę ordines tres.*
A in vnum ordinem fiſſi ſunt. Baſilius verò & Eleuſius, Euſtathiuſque ac Georgius Laodicææ, & Syluanus Tarſi, & Macedonius Conſtantinopolita. & alii plures in alterum ordinem diuiſi ſunt. Acacius autem rurſus, & Meletius, & Eutychius, atque alii plures alium ordinem & ipſi conſtituerunt, & erat totum opus nequitia plenum. Quæ enim quiſque ſentiebat, ea etiam alter habebat. Verùm ad ſciſſuras inter ſe diſſecti ſunt, aut ob inuidiam, aut propter odium quoddam mutuum, eo quod Cyrillus Hierosolymitanus aduerſus Eutychium iram haberet, & hic rurſus aduerſus illum, & quòd Cyrillus eſſet cũ Baſilio Galata, ac Aniano conſtituto in Antiochia, & Georgio Laodicææ. Quid autem tempus tero in diuidendis ac recenſendis ipſorum ſectis? Deueniam ad horum oppoſitiones, & ſubuerſionem fraudis ſingulorum. Oportet autem me prius de his quæ poſtea facta ſunt dicere. Contigit enim hoc quibuſdam ad prauitatem. Nam Meletius in Antiochia conſtitutus ab Acacio: hinc enim facta eſt Acacii reluctatio, eo quòd vel modicum quiddam ac maligna ipſorum opinione auerſaretur, & oſtenderet ſeipſum inter orthodoxos eſſe: ex hoc quòd confirmaret prædictum Meletium in conſtitutione. Conſtitutus itaque Meletius hic ab Acacio & complicibus eius, putabatur ab ipſis eſſe ipſorum opinionis: ſed non inuentus eſt ſic, velut multi de ipſo tradunt. Etenim qui nunc ab ipſo & ordine ipſius inuitati ſunt, hi eo quòd ille fugatus eſt, & à proprio throno eiectus, temporis moræ ac perſecutionis dilationi accedentes, ac conſentientes propter Deum, rectam fidem habent. Fuerunt enim populi plures huius ordinis ipſius ſynodi, qui ſibiipſis epiſcopos conſtituerunt, & mirabiliter de fide confitentur, &
B coeſſentialis vocem non reiiciunt. Sed & paratos ſe eſſe aiunt, ſi fiat ſynodus perfectaconfiteri, & non negare. Contigit enim ipſum prædictum venerandiſſimum Meleum ab Arianis Acacio adhærenus conſtitutum, in primo alloquio velut primitias in Antiochena eccleſia exponere: & vt quidem plures aſſerunt, iuxta rectæ fidei lententitam. Cæterùm ipſius expoſitionem hic apponam. Et eſt hoc exemplar concionis Meletii.

Sapientiſſimus Eccleſiaſtes dicit, Melior eſt finis ſermoniſque principium eius, quanto melius eſt ac ſecurius, ceſſare à dicenti certamine, quam incipere: maximè quando idem Eccleſiaſtes ait, Ipſa ſapiẽtia pauperis vilipenditur, & ſermones ipſius non audiuntur, Quãdoquidem corpus non eſt vnum mẽbrum, ſed multa: omnia autem membra mutuam inter ſe curam habent, vt ne ſit diſſenſio in corpore Et non poteſt dicere caput pedibus, Non eſt mihi opus vobis: verùm Deus contemperauit corpus, & inferiori membro contribuit ampliorem honorem. Quod quidem igitur fieri non poteſt, quin dum totum corpus mouetur, ſimul commoueatur & quodque membrum, hinc manifeſtum eſt. Quale verò fecerit quis principium ſermonis ad vos? Aut manifeſtum eſt, quòd omnis incipiendi & ſermonis & operis, conuenit benignum ac pacificum principium facere, & finem: & qui ab eo incipiunt, etiã in ipſum deſinunt. Hoc enim dicit Apoſtolus euenturum eſſe ad ſalutem per noſtras preces & ſuppeditationem ſpiritus, quem dat Ieſus credentibus in ipſum. Et ſiue ędificationem loquatur quis, ſiue exhor
C tationem, ſiue conſolationem dilectionis, ſiue communionem ſpiritus, per pacem quæ eſt ſecundum Deum, accediit: non tamen ad omnes indiſcriminatim, ſed ad diligentes legem, velut Propheta dicit: Legem non corporalem, quæ imaginem & vmbrã habet futurorum, ſed ſpiritualem, quæ ſapienter reuelat prædictorum aduentum. Pax enim, inquit, multa diligentibus te, & non eſt ipſis offendiculum. Quare clarum eſt, quòd qui pacem oderunt, eos offendiculum manet: & oportet eos qui ab his liberari deſiderant, velut ſcutum quoddam prætendere dilectionem erga Deum. Ipſe enim eſt pax noſtra qui fecit ambo vnum, & interpoſitam ſpem deſtruxit, inimicitiam in carne, lege mandatorum in dogmatibus abolita. Et neque mandatum Domini ſeruare datur, dilectione Dei non præeunte. Si enim diligetis me, inquit, mandata mea ſeruabitis. Neque oculi illuminari poſſunt, neque cor, mandato non illuminante. Mandatum enim Domini, inquit, lucidum illuminans oculos. Imò neque ſermonem veritatis emittere datur, niſi quis habet Chriſtum in ſeipſo loquentem, iuxta eum qui dicit: Num experimentum requiritis eius qui in me loquitur, chriſti? Imò potius non loquitur ſolum, ſed etiam miſeretur. Veniat enim, inquit, miſericordia tua & ſalutare tuum ſuper me, & reſponſurus ſum exprobrantib⁹ mihi ſermonem, id quod non contigeret vtique, niſi quis iuſtificationes requireret. Eorum enim qui non ſic diſpoſitum habitum habent, confuſio contingit in opprobriis, ut non poſſint loqui. Auferà me
D opprobrium, inquit, & vilipenſionem. Aufertur autem ex ore, veritatis ſermo, vt nihil amplius ſit precanti, Ne auferas ſermonem veritatis ex ore meo. Quando autem hoc contingit, cum non ſeruauerit legem per omnia, cum non ambulauerit quis in dilatatione. Dilatari enim oportet cor, in quo quis Chriſtum inambulantem capere vult: cuius gloriam non homines, ſed cœli explicant. Cœli enim enarrãt gloriam Dei, imò magis ipſe pater, dicens: Hic eſt filius meus dilectus, in quo mihi bene complacitum eſt: quem non poteſt quis confiteri, ſi in altum loquatur aduerſus proximum ſuum, ſi in anti chriſtorum ordinem ac cognominationem ſeipſum confiteatur, defectione facta ab ordine ac cognomine Chriſtianorum. De quibus dictum eſt, Ne attigeritis vnctos meos. Quis enim (inquit) eſt qui mentitur, niſi qui negat quod IESVS non eſt CHRISTVS? Hic, inquit, eſt antichriſtus. Qui enim negat Filium, ne Patrem habet. Qui verò confitetur Filium, etiam Patrem confitetur. Quod igitur, inquit, ab initio audiuiſtis, hoc maneat in vobis. Et ſi, inquit, manſerit in vobis quod ab initio audiuiſtis, etiam vos in Filio manebitis, & Patre. Manebimus autem, cum coram Deo & electis angelis

confitebitur,imò etiam coram regibus,& non fuerimus pudefacti.Loquebar enim, inquit, teſtimonia tua coram regibus,& non ſum pudefactus: quoniam filius Dei Deus ex Deo eſt, vnus ex vno, ex ingenito vnigenitus, electum ac præeminens genimen genitoris, & dignus filius, principio creantis & inenarrabilis interpres inenarrabilis: Verbum & ſapientia ac potentia,eius qui ſuperat ſapientiam & potentiam,& quicquid lingua loqui poteſt,& cogitatio mouere, genimen perfectum & manens, ex perfecto ac manente in identitate: quod neque defluxit ex patre, neque diſſectũ A eſt ac diuiſum,ſed citra paſſionem ac integrè prodijt,ex eo qui nihil eorum abiecit quæ habuit. Et Verbum eſt ac dicitur Filius, non quidem vox Patris,neque loquela intelligitur.Subſiſtit enim per ſeipſum & operatur per ſeipſum omnia,& in ſeipſo omnia.Quemadmodum & ſapientia idem exiſtens, non cogitatio Patris intelligitur,neque motus & actio ipſius principalis,ſed genimen ſimile Patris,& quod characterem patris exactè exprimit.Hunc enim pater obſignauit Deus: & non in alio quidem eſt:non ſubſiſtit autẽ per ſeipſũ,ſed genimen actiuũ,& quod fecit hoc totũ,& ſẽper conſeruat.Hæc ſufficiunt vt & à Græcorum errore,& à Iudaica ſuperſtitione,& hæretica praua opinione nos liberent. Quandoquidem verò quidam dictionum in Scripturis poſitarum ſententiam peruertunt,& aliter quam cõuenit interpretantur,& neque verborum vim,neque rerum naturam conſiderant,& deitatem filij reprobare audent,offendentes ad dictionem creaturę,quæ in Prouerbiis habetur:Dominus creauit me principium viarum ſuarum in opera ſua: eos ſanè oportebat Spiritum viuificantem ſequi,& non literam occidentem.Spiritus enim viuificat,Age ſanè audebimus & nos pauca de his tractare: non quod

Cõtrarietas nõ eſt in ſcriptura. non perfectè dictum ſit ab his qui ante nos dixerunt: profectò enim ſi quis hoc dixerit,inſanierit:neq; quòd docente opus habeatis,ipſi enim vos à Deo edocti eſtis: ſed vt in conſcientiis noſtris manifeſtemur,quod concupiſcimus ſpirituale beneficiũ vobis conferre.Credas igitur quòd neque alibi in Scriptura,neque in præſenti loco,contraria verba Scripturæ inter ſe ſunt,etiamſi pugnare videantur apud eos qui ſanam fidem non habent,aut intelligentia debili præditi ſunt: & quòd nullum exemplum in mundo inueniri poteſt,quod ſufficiat per ſe clarè declarare vnigeniti naturam. Et propterea ſcriptura multis ſpeculationibus ac cognominibus vtitur,ſi quomodo poſſimus per ea quæ circa nos ſũt,cõprehẽdere id quod ſupra nos eſt. & per ea quæ cognoſcuntur,imaginari ignota,ſenſim ac paulatim à manife-

Imaginis ratio. ſtis ad occulta perducti. Quãdoquidẽ igitur oportebat credentes in Chriſtũ,credere quod ſimilis eſt Filius Patri,vt pote qui imago eſt eius qui in omnibus eſt,& per quem omnia facta ſunt,quæ in cœlis ſũt & in terra.Imago autem non inanimatum animati,neque velut actio artis,neque velut effectus operationis,ſed genimen genitoris. Et quia non fas eſt per corporalem humanam generationem, vnigeniti ante ſecula generationem exprimere,& velut per exemplum ſapientiæ,quæ humanas cogitationes Pa-

Creauit & Genuit vocũ vſus curreceptus. tris complectitur,non tamen vt non in ſubſtania ſit,& non exiſtat: ea de cauſa vtriſque vocibus vſa eſt Scriptura,& creaturæ,& generationis,itemque voce Creauit,& voce Genuit.Non quod contraria videatur & in eodem & de iiſdem dicere: ſed vt per vocem Creauit, ſubſtantiam & ſtabilitatem: per Genuit verò,præeminentiam vnigeniti ac proprietatem declaret.Ego(inquit)ex Patre exiui,& venio Sufficiens eſt autem & ſapientiæ nomen, vt omnem paſſionis intelligentiam excludat. Sed quò ferimur,immemores eius qui dixit: O altitudo diuitiarum & ſapientiæ ac ſcientiæ Dei,quàm imperſcrutabilia ſunt iudicia ipſius,& imperueſtigabiles viæ ipſius.Habemus enim doctorem Spiritum veritatis,quem dedit nobis Dominus poſt aſſumptionem in cœlos,vt videamus ea quæ à Deo nobis donata ſunt,in quo etiam loquimur: non in doctis humanæ ſapientiæ ſermonibus,ſed in doctrinis Spiritus ſpiritualibus ſpiritualia comparãtes. In quo colimus & adoramus,quaproptet ignominia afficimur. In quo Prophetæ prophetarunt,in quo iuſti deducti ſunt.Per quem ad filium adducimur. Verùm quid ſumus curioſi de natura? Nũquid enim velut carnalibus & nõ ſicut ſpiritualibus colloquimur? De aliis enĩ dictum eſt illud,Non poſſumus ad vos loqui vt ſpirituales,ſed velut carnales. Timendum enim eſt,ne fortè ex contentione de incomprehenſibilibus,& ex inquiſitione eorum quæ aſſequi non poſſumus,in C profundum impietatis incidamus.Et dixi,Commentis vtar,& ipſa elongata eſt à me vltrà quam erat & in altam profunditatem, quis inuenit ipſam? Simus memores eius qui dixit: Ex parte cognoſcimus,& ex parte prophetamus.Cum autem venerit perfectum,tunc quod ex patre eſt abolebitur. Si quis ſibi videtur cognoſcere,nondũ nouit velut eſſe oportet.Et propterea timẽdũ eſt,ne fortè dum co-

Fides verba præcedat. namur dicere,de quibus non poſſumus dicere,prohibeamur vt neque dicamus de his quę poſſumus dicere.Ex fide enim oportet loqui,non ex his quæ dicuntur credere. Credidi enim,inquit, quapropter loquutus ſum.Cum igitur de propria natiuitate pronunciare nequeuntes,curioſè inueſtigemur, ac contendere nitamur de Dei generatione,quomodo non timor eſt,ne fortè qui dedit non ſolum linguam diſciplinæ,ſed etiam vt ſciamus quando oportet loqui,ob dicendi petulantiam ſilentio nos damnet? Id quod in beato Zacharia factum eſt.Qui quum nõ credidiſſet ei qui nunciarat natiuitatem filii, humanis ratiocinationibus Dei gratiam ac potentiam metiens,& diſceptans apud ſeipſum,an hoc natura poſſet,vt vir ſenex ex prouectæ ætatis muliere filios ſuſciperet, quid inquit? Quomodo cognoſcã hoc quod ita futurum eſt? Ego enim ſum ſenex,& vxor mea prouectæ ætatis in diebus ſuis. Proinde cum audiuiſſet ecce eris ſilens,& non poteris loqui:egreſſus eſt,et non eſt loquutus. Quapropter omiſſa de ambiguis contentione,et de his quæ ſupra nos ſunt,teneamus ea quæ accepimus. Quis enim eſt qui audeat ob cognitionem et ſcientiam inflari,quando ipſe qui reuelationibus dignus factus eſt, qui in tertium cœlum aſſumptus eſt,qui audiuit verba arcana,ad modeſtiam adactus eſt per ſtimulum in D carne,vt ne ſe efferret. Et ipſe Propheta qui dixit: Credidi,propter quod locutus ſum? Humiliatus ſum, inquit,non ſimpliciter,ſed vehementer. Quanto enim quis propius ad cognitionem peruenire videtur,

videtur, tanto magis debet cogitare apud seipsum, quòd homo est. De hoc audi quid dicat: Ego verò dixi in excessu meo, Omnis homo mendax. Habentes igitur doctorem veritatis, non amplius humanis doctoribus vtamur, sed intelligentes: neque modos perscrutemur, neque aliud quicquam. Quemadmodum enim generationem Filii dicere non est, ita modum quo genauit Pater, proferre non possu-
A mus. Sed putandum est sufficere ad doctrinam hoc, quòd omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil. Det verò Dominus, vt nos iuxta Abraamum sentiamus, qui dicit: Nunc incepi loqui ad Dominum meum, Ego verò terra sum ac cinis: & non iuxta cedros Libani nos effetamus. Quia non in doctis humanæ sapientiæ sermonibus, sed in doctrina fidei, æqualis & pacifica sapientia acquiritur: neque dubitemus, sed quicquid facimus, sic faciamus, vt Deo patri cum ipso in sancto Spiritu complaceamus. Cui gloria & imperium, & honor, & potentia, nunc & semper, & in secula seculorum. Amen.

Hactenus confessio Meletii.

VIsum est portò plerisque Arrianorum, vt ipsum à Pontica regione transferrent, non in gratiam, neque in quietem, sed in molestiam grauiorem. Hinc concitant regem, ac deferunt virum, velut qui non confessus sit creaturam perfectam, & depellunt ipsum ex sua cathedra. Et noctu fugatur vir vsque ad hæc tempora, qui etiam in hunc diem est in patria sua, vir in precio ac existimatione: præsertim per ea quæ nunc audiuimus ipsum præstitisse, & ex his quæ nunc Antiocheni de ipso confitentur, non am-
B plius omnino, & ne in transcursu quidem vocis creaturæ mentionem facientes, sed coessentialem confitentes Patrem & Filium & Spiritum sanctum, tres substãtias, vnam essentiam, vnam deitatem, quem admodum est vera fides ab origine Prophetica & Euangelica ac Apostolica, quam confessi sunt patres nostri & episcopi in Nicæa synodo congregati, coram Constantino Magno ac beatissimo rege. Opto autem, vt contingat etiam ipsum venerandissimum Meletium sic confiteri, quemadmodum hi qui sub ipso sunt in Antiochia, & aliis quibusdam locis confitentur. Sunt enim & aliqui qui videntur cum ipso societatem habere, & cum ipsius synodo, qui blasphemant Spiritum sanctum. Et de Filio quidem rectè dicunt, verùm Spiritum sanctum creatum putant, & omnino à Deo alienum. De quibus postea in hæ- *Meletii in*
resis ipsorum subuersione omnia exactè pro viribus dicemus. Venerandus igitur est nobis, velut dixi, *tegritas.*
hic vir propter talem de ipso famam. Nam & aliàs vita eius venerabilis est, mores boni, & ipse per omnia populis gratus, propter vitam suam apud omnes prædicatam. Quidam verò etiam de hoc, non habeo quod dicam, an odio aut inuidia inducti, aut sua ipsorum magnificare volentes, aliqua narrarunt, quod non propter rectam fidem contra ipsum motus factus est, sed propter regularia (inquiunt) negocia, & ob rixas inter ipsum & sacerdotium ipsius, & quod suscepit quos olim reiecit, ac anathemate percussit. Sed hæc non valde approbamus, eo quòd maximè postea in sua synodo quotidie multa cortexit, ac confessus est in fide, velut suprà me indicatum est. Oportet enim partim hoc pro viribus, ac iuxta debilitatem nostram in omnibus verè dicere. Fieri potest enim, vt non animaduerterit vir in impetu expositionis verborum, non habeo quod dicam: fieri potest, vt per simplicitatem ab ipso prolatus sit sermo, Deus nouit: verùm in vna parte reprehensibiles sunt duo aut tres sermones in eadem expositione, in eo quòd omnino de creatura, de filio Dei accipit in ipsius deitate, etiamsi vsque ad nomen tantum: & in
C eo quod dicit, Super sapientiam, & si quid aliud. Cæterùm quum pauca aduersus ea quæ ab ipsis propositа sunt recensuerimus, etiam hanc narrationem præteribimus. Dicite nobis ô vos, quid molesti fuit dicere similem essentia coessentialem, manifestè nobis confiteamini, quo & vos cognoscamus proprios esse, & non alienos. Potest enim & simile essentia esse æs ad aurum, stannum ad argentum, plumbũ ad *Similis est*
ferrum. At non decipiet nos vestra excogitata & tornata fabulositas. Siquidem enim vultis quosdam *sentiæ sig*
decipere, & mendaces prætextus dicere, quòd non oportet dicere coessentialem, vt ne coniunctionem *nificatio.*
faciamus Filium ad Patrem, aut Spiritum ad Filium & Patrem: etiam in hoc corruit vestra illa excogi- *coessen-*
tata ratio. Non enim dicimus, simul essentialem, sed coessentialem: quò nihil Patris immutatum confi- *tialis sig-*
teamur, sed Deum reuera ex Deo genitum, & non aliundè, neque ex nihilo, sed ex Patre progressum si- *nificatio.*
ne tempore, & sine principio, & inenarrabiliter genitum, semper existentem apud Patrem, & nũquam esse desinentem, sed genitum, non confratrem, non proparrem. Nam voxcon, duarum substantiarum significatiua est, non alienarum natura. Quapropter vinculum veritatis in hoc & Spiritu sancto dispositum est in ore eorum qui hanc vocem ediderunt. Et vides quòd non erit prætextus, neque potes contra rectam fidem dicere, & conseruare eos qui à te conficti sermonis tui fabulam audiuerũt. Nimirum quòd si quis dixerit coessentialem, coniunctionem confessus est, non enim amplius hoc erit. Nam per vocem coessentialem duo significantur, & à voce coessentialis indicatur quòd genimen non est alienũ à patre. Tu verò cum confinxeris vocem similis essentia, per nomen quidem essentiæ redargueris, per
D immutatam verò confessionem condemnaberis, non quæ dicis sentiẽs, sed quę sentis adulterare docẽs. Si enim omnino non est ex ipso, verùm similis ipsis est, multum abest à veritate. Ex quacũque enim materia voluerit quis construere aliquid, non sanè æquale construxerit id quod exprimit, ei quod exprimitur. Etenim structuræ hoc opus est. At verò quod generatur ex aliquo, idipsum ad genus simile, & ad ingenuitatis æqualitatem conseruat speciem. Si itaque non ex ipso patre genitus est filius, verùm extra ipsum fuerit, similis autem essentia apud te per gratiam quam illi contribuis dicetur: nihil ipsi dedisti, sed ex gratia ab ipso excidisti. Qui enim non honorat Filium velut honorat Patrem, ira Dei manet super ipsũ, sanctus Apostolus dicit. Et rursus, Ego ex Patre exiui, & venio: dicit ille qui dixit, Ego in Patre,

& Pater in me, & qui dixit, Philippe qui vidit me, vidit Patrem. Cum autem sæpè de his tractauerimus, hæc nunc hic sufficere putamus, quando eædem confutationes quę suprà relatæ sunt aduersus radicem quæ horum prauam opinionem produxit, etiam hic prædictos hos seminarios subuertere possint, itém que eos qui se ab ipsis diuiserunt, Acacium videlicet & alios, qui ediderunt in Seleucia Isauriæ aliam fidem præter eam quæ est veritatis: quam etiam ipsam ex ipsis editam in propatulum proferre cupientes, similiter post Basilii Ancyrani & Georgii Laodicensis fidem, ex persona omnium scriptam, totam perfectè proposuimus. Quo verò & hanc latenter quidem horrenda operantem, verùm quæ velut per frenum obturamentum accipit, propter simulationis tempus, non posthabeam, & vt ne videar hoc per obliuionem fecisse, dicam etiam pauca aduersus ipsam, & eos qui ipsam ediderũt, aduersus prædictos inquam, Acacium, Euzoium, Eutychium, & alios. Et manifestum quidem est, quòd editio præposita immutet confessionem veritatis. Quo verò non dicant aliqui, per calumniam nos aduersus hos dixisse ostendemus quæ in progressu temporum visa sunt, ac deprehensa in prædicta ipsorum synodo. Ex ipsis enim Euzoius fuit, qui in Cæsaria discipulus illorum extitit: etiamsi Acacio successit, post constitutionem Philumeni à Cyrillo Hierosolymitano constituti, & post constitutionem Cyrilli senis ab Eutycho constituti, & post constitutionem Gelasii rursus à Cyrillo Hierosolymitano constituti: ex sorore enim ipsius erat. Constitutis enim his tribus, & cessantibus propter mutuam litem, rursus constitutus est prædictus Euzoius. Ex ipsis itaque & Gemellinus fuit, ex ipsis Philippus Scythopolita, ex ipsis Athanasius Scythopolita, qui non latenter, sed cum loquendi fiducia, velut temerario suo iudicio & inexperti, non solum quæ Arrii sunt, docent, sed profecta ipsorum pugnant, & veritatem docentes persequuntur, non amplius sermonibus subuertere cupientes, sed etiam inimicitiis & bellis ac gladiis tradentes eos qui rectè credunt: perniciem enim non in vna ciuitate ac regione operati sunt, sed in multis. Ex ipsis est & Lucius hic, qui in Alexandria tanta perpetrauit in eos, qui confitentur filium Dei in veritate. Ipsorum autem sodalitas singulis diebus, cui intelligentiam Dei habenti non est nota, ita publicè prędicant creatum filium Dei, creatum item Spiritum sanctum, & alienum omnino ab essentia Dei. Nam Eudoxius, postquam finem sortitus est turpiter Georgius in Alexandria, primum locum susceptit, & amicitiam cum præeminente potestate contraxit. Eudoxius igitur in suspicionem venit, quòd Hypatio & Eunomio adhæreret, eo quòd per blandicias quasdam redargutus, non cessaret sentire cum his qui dissimilinem docent, etiamsi id occultaret. Quos enim in exilium fugauerant aliquando propter eiusmodi barathri expositionem, eos ipse ad profectum euexit, Demophilum, Hypatium, Eunomium, Aetii discipulos. Qui Aetius aliquando fugatus fuit in exilium ad Tauri partes, & à Georgio Alexandrino constitutus est diaconus: ex quo sanè radix eorum qui dissimilitudinem ac inæqualitatem docent, exorta est: ita vt vna quidem spinosa materia sit, & eadem radix, verùm fissuræ diuersimodæ, sicut in vnaquaque spina. Sic & horum malignitas, aliàs aliter, & aliter aliàs, falsas prauæ suæ hæresis interpretationes in peius proficientes effudit, & perniciem in mundum euomuit, quemadmodum etiam postea de hac inæqualitatem docente hæresi rursus dicemus. Cæterùm nunc hæc hactenus benè se habere rati, cum velut horrendum reptile subuerterimus, propulsatúmque conculcauerimus, mortuum relinquamus ac declinemus, & ad sequentes procedamus, Deum inuocantes, vt nobis similiter auxilium ferat, quo promissioni nostræ satisfacere possimus.

Fides Seleucia dãnata.

Cyrillus.

A

B

Contra Pneumatomachos, hæresim LXXIIII.

C

AB his Semiariis & ab orthodoxis quidam genitt sunt homines (monstra, vt ita dicam) duplicis naturæ & semiperfecti, quemadmodum Centauros, aut Panas aut Sirenas, fabularum fictores nobis proposuerunt. Et aliqui quidem ab Arrio orti, filium sanè non perfectam creaturam decernunt, sed filium sine tempore genitum. Tempus autem in suspicione dicunt, quòd fuit à cœlo vsque huc. Non tamen alieni sunt à dictione, quam in primis Arrius euomuit: nempe, Esse aliquando, quando non erat. Verùm ante tempora omnia ipsum esse per quem omnia facta sunt, dicentes, blasphemant Spiritũ sanctum. Alii verò natura etiam de filio orthodoxè sentientes, quod erat semper cum patre, & nunquam esse desiit: sed ex patre quidem ipsum genitum sine principio, & sine tempore dicentes, in Spiritũ sanctum omnes hi blasphemi sunt, non connumerantes ipsum patri & filio in deitate. Sæpè verò de hoc multa disseruimus, & in vnaquaque hæresi veram de ipso affirmationẽ non modicè exposuimus, quòd cum patre & filio Dominus appellatur. Spiritus enim Domini repleuit orbem terrarum, spiritus veritatis, spiritus Dei. Spiritus enim Domini dicitur, & ex patre procedens, & de filio accipiens, largiénsque dona diuersimodè prout vult, perscrutans etiam profunditates Dei, & cum filio existens, baptizans, obsignans, perficiens obsignatum. Quos verò non hic laborem suscipiam, ea quæ à me dicta sunt in magno sermone de fide conscripto in partes Pamphyliorum, apponam, ad oppositionem quidem eorum qui blasphemant Spiritum sanctum, ad doctrinam verò legentium, & ad exhilarandos eos qui digni facti sunt Spiritu sancto. Et sunt hæc.

D

Ex sermone Ancorato.

Epiphanii sermo Ancoratus.

Apparuit gratia Domini ac Saluatoris nostri Iesu Christi, docens nos vt abnegata impietate ac mũdana concupiscentia, temperatè ac piè & iustè viuamus in hoc seculo, expectantes beatam spem & aduentum gloriæ magni Dei & Saluatoris nostri Iesu Christi, qui dedit seipsum pro nobis, vt liberaret

nos

nos ab omni iniquitate,& purgaret ſibiipſi populum acceptum,æmulatorem bonorum operum:delecto per dogmata contra nos chirographo,qui nobis contrarius erat,ſublatóque ex medio,& in crucem affixo: exutis principatibus ac poteſtatibus, quas palam vituperauit, ipſáſque in ſeipſo in triumphum duxit: portis æreis confractis, & vectibus ferreis contritis, lucem vitæ rurſus oſtendit: manum porrigens,deducens,viam faciens, ſcalam cœlorum oſtendens, paradiſum rurſus habitare faciens. Habitauit itaque in nobis, & iuſtificationē legis dans nobis ipſius ſpiritus, vt cognoſceremus ipſum,& quæ de
A ipſo ſunt,hoc eſt principium & finem vitæ:lex iuſticiæ factus eſt nobis,lex fidei,lex ſpirirus,liber ex lege carnis peccati. Quapropter delector lege Dei ſecundum internum hominem. Intra nos autem eſt Chriſtus,ſiquidem habitat in nobis. Ipſe enim mortuus,via vitæ pro nobis factus eſt,vt viuentes nō amplius ſibiipſis viuant,ſed ei qui pro nobis mortuus eſt & reſurrexit,& vitæ cauſa eſt. Nam iuramenti ante multa ſecula recordatus (ſecundum quod ait Dauid) Deus erat in Chriſto, & mundum ſibiipſi reconciliauit,non reputans ipſis delicta ipſorum. Quia in ipſo omne complementum habitare voluit,& per ipſum reconciliare omnia ſibiipſi,pace facta per ſanguinem crucis. Acceſſit itaque ad diſpenſationem complementi temporum,velut promiſſum eſt Abraam & reliquis ſanctis, vt reſtauraret omnia in ipſo quæ in cœlis ſunt & in terra. Seditio autem erat, & inimicitia, & intolerantia Dei. Reconciliauit autem in corpore carnis ipſius, per ipſum faciens ambo vnum. Venit enim pax noſtra, & interſeptum parietem deſtruxit, & inimicitiam in carne ſua, legem mandatorum in dogmatis aboleuit, quo duo crearet in ſeipſo in vnum nouum hominem. Iuſſit autem & gentes concorporatas & ſimul participes ac cohæredes promiſſionis eſſe,dum dixit: Venite ad me omnes qui fatigati eſtis & onerati,& ego reficiam vos. Proinde quia ego debilis eram per carnem,demiſſus eſt mihi Saluator, in ſimilitudine carnis peccati talem diſpenſationem perficiens, quo me à ſeruitute redimeret,à corruptione, à morte. Et factus eſt mihi iuſticia,& ſanctificatio ac redemptio. Iuſticia quidem,quoniam per fidem ipſius peccata diſſoluit. Sanctificatio verò,quia per aquam & ſpiritum & verbum ſuum me liberauit. Redemptio
B verò eſt ſanguis ipſius,dum precium redemptionis agni veri pro me ſeipſum tradidit, propitiationem purgationis mundi, reconciliationis omnium in cœlo & terra, myſterium ante ſecula & generationes occultum, implens temporibus decretis. Idem transformabit corpus humilitatis noſtræ,vt fiat conforme gloriæ ipſius, iuxta efficaciam potentiæ ſuæ, qua omnia ſibi ſubiecit: quoniam in ipſo habitat omnis plenitudo deitatis corporaliter. Receptaculum itaque ſapientiæ ac deitatis Chriſtus mediator, reconciliat omnia Deo in ſeipſo,non reputans peccatum, occulta myſteria implens, per fidem Teſtamenti ſui prædenunciati à Lege & Prophetis:filius Dei prædicatus, filius Dauid dictus. Ambo enim, Deus & homo,mediator Dei & hominum,vera domus Dei,ſacerdotium ſanctum, dator ſancti Spiritus regenerantis ac reuocantis omnia rurſus Deo. Nam verbum caro factum eſt, & habitauit in nobis, & vidimus gloriam eius,velut gloriam vnigeniti à Patre. Pluuia cum arboribus & plantis in eandem naturam tranſiens,corpus efficit,& ſingulos fructus iuxta ſimilitudinem. Et in olea quidem oleum pin- *Similitudines conceptionis Verbi dei in virgine Maria.*
gue fit, aſſumpta ab ipſa eſſentia. In vite verò, vinum dulce incorporatur. In fico autem, ficus dulceſcit. Et in ſingulis ſeminibus ad ſpeciem ipſorum naturam auget. Sic arbitror,Dei verbum in Maria caro factum eſt,& in ſemine Abraam homo inuentus eſt iuxta promiſsionem. Inuenimus enim Meſsiam de quo ſcripſit Moſes: & dixit ſanè Moſes, Deſcendat ſicut pluuia eloquium meum. Et Dauid, Deſcendat ſicut pluuia in vellus, & ſicut gutta ſtillans in terram. Lana itaque ſuſcipiens rorem, velleris fœcunditatem auget. Terra verò ſuſcipiens ſpei agricolam pluuiam, auget fructum ex præcepto Domini,contribuens naturam promptiorem,& vt accipiat ab ipſo amplius ſtudium habet. Sic ſanè etiam virgo Maria,Vnde cognoſcam hoc,inquit,quod erit mihi iſtud: & audiuit,Spiritus Domini ſuperue-
C niet in te,& virtus altiſsimi obumbrabit tibi. Quapropter & quod naſcetur ex te,ſanctum erit,& filius altiſsimi vocabitur, Chriſtus in angelo loquitur: efformat autem ſeipſum in ſua ipſius formatione, forma ſerui aſſumpta. Et Maria quidem haurit ſermonem ad conceptionem, velut pluuiam terræ; ſeipſum verò fructum oſtendit verbum Dei, aſſumens mortalis naturam. Sic igitur ex ipſa hauriente,velut terra & vellus, veræ ſpei fructus, & ſanctorum expectatio: velut Elizabeth dixit: Benedicta tu inter mulieres, & benedictus fructus ventris tui: vnum hoc aſſumpſit ex humana natura, quòd paſsionis obnoxius fuit, cum paſsionis exors ſit Dei Verbum. Hic eſt panis viuens qui de cœlo *Sermo dei ad generationem fœcundus*
deſcendit, & vitam dat. Hic veræ oleæ fructus, oleum vnctionis & compoſitionis, quod præfigurauit Moſes. Hic vera vitis, quam colit ſolus pater, bottrum gaudii generans nobis aqua viuens, quam vbi ſitiens homo acceperit, non ſitiet amplius, ſed eſt in ventre ipſius ſaliens in vitam æternam. Ex hac acceperunt noui agricolæ, & tradiderunt in mundum: veteres autem agricolæ reſiccarunt, & corruperunt propter incredulitatem. Et ſanguine quidem ipſius ſanctificantur gentes, ſpiritu verò proprio euehit vocatos in cœlum. Quicunque igitur ſpiritu ipſius ducuntur,hi viuunt Deo. Qui verò non,hi adhuc morti addicti ſunt, & animales aut carnales vocantur. Oportet igitur reprobare opera carnis,quæ eſt munimentum peccati: & mortificare membra mortis per gratiam ipſius, accipereque Spiritum ſanctum,quem non habuimus gubernatorem,qui viuificat me olim morruum. Quem ſi non accepero,moriar. Siue ſpiritu enim ipſius quiuis mortuus eſt. Si itaque ſpiritus ipſius in nobis eſt,qui ſuſcitauit ipſum ex mortuis,viuificabit mortalia corpora noſtra,per inhabitantem in nobis ſpi-
D ritum ipſius. At arbitror quòd ambo habitant in homine iuſto,Chriſtus & ſpiritus ipſius. Si verò Chriſtus ex Patre creditur, Deus ex Deo, & ſpiritus ex Chriſto, aut ab vtriſque ſicut Chriſtus dicit, Qui ex Patre procedit: & Hic de meo accipiet: Chriſtus autem ex Spiritu ſancto,iuxta angeli vocem: intelligo myſterium quod liberauit me, adero apud eum qui venit ad me, fide, auditu, manſione, amicitia. Seip-

tia. Seipsum enim Deus cognitum facit, seipsum Christus prædicat, seipsum Spiritus sanctus manifestat dignis. In scripturis autem sanctis trinitas nobis annunciatur, ac creditur citra curiositatem, citra contentionem, per assensum auditus: ex hac fide salus gratiæ, ex fide iusticia citra opera legis. Scriptum est, Ex auditu fidei spiritum Christi dari his qui saluantur. Fides autem vniuersalis præconum Ecclesiæ vocibus hæc, vt puto, significatur, prout ego quidem in fide instructus sum ex Scripturis: Tria A

S. trinitatis mysterium.

sancta, tria consancta, tria existentia, tria coexistentia, tria in forma, tria conformia, tria operantia, tria cooperantia, tria in substantia extantia, tria coextantia in substantia inter se conuersantia. Trinitas hæc sancta vocatur, tria existentia: vna concordia, vna deitas, eiusdem essentiæ, eiusdem substantiæ, eiusdem potentiæ, similia ex simili, æqualitate gratiæ Patris, & Filii, ac Spiritus sancti: quomodo verò, ipsis docendum relinquitur. Nemo enim nouit Patrem nisi Filius, neque Filium nisi Pater, & cui Filius reuelarit. Reuelat autem per Spiritum sanctum. Hæc igitur tria existentia, aut ex ipso, aut ab ipso, aut ad ipsum, vnicuique dignè intelliguntur, prout singulis seipsa reuelant: lucem, ignem, spiritum, & aliis, vt puto, visionum similitudinibus, prout dignus est homo cui inseruitur. Ipse itaque est Deus, qui in principio dixit, Fiat lux, & facta est lux. Ipse qui illuminauit nos ad videndum lucem veram, quæ illu-

verbi dei virtus in creando.

minat omnem hominem venientem in mundum. Emitte lucem tuam & veritatem tuam, inquit Dauid. Ipse est Dominus qui dixit: In extremis diebus effundam de spiritu meo super omnem carnem, & prophetabunt filii ipsorum & filiæ ipsorum, & adolescentes ipsorum visiones videbunt: tres personas B
sancti ministerii ostendens nobis ex substantia triplici existente. Dico igitur Christum, ministrum & executorem factum esse circumcisionis pro veritate Dei, ad implendum promissiones: comministrare autem Spiritum sanctum, traditum accepimus ex diuinis Scripturis, sic. Demittitur Christus à Patre, demittitur Spiritus sanctus: loquitur in sanctis Christus, loquitur Spiritus sanctus: sanat Christus, sanat Spiritus sanctus: sanctificat Christus, sacrificat Spiritus sanctus: baptisat Christus in nomine suo, baptisat Spiritus sanctus. Sic dicunt Scripturæ: Emittes spiritum tuum, & renouabis faciem terræ: si-

Loci Scripturæ concordes de Christo & spiritu sancto.

mile est illi dicto, Emittes verbum tuum, & liquefacies ea. Ministrantibus ipsis Domino & ieiunanti- « «
bus, dixit: Spiritus sanctus: Segregate mihi Barnabam & Saulum in opus ad quod vocaui ipsos: si- « «
mile est illi, Dominus autem dixit, Ingredere in ciuitatem, & illic dicetur tibi quid oporteat te facere. Hi igitur emissi à spiritu sancto, deuenerunt ad Seleuciam: simile velut cum Dominus dicit, Ecce mit to vos sicut oues in medio luporum. Visum est spiritui sancto nullum aliud imponere onus, præter necessaria, velut si dicat: Dico autem non ego, sed Dominus, vt vxor à viro ne separetur. Penetrarunt autem Phrygiam & Galaticam regionem, prohibiti à spiritu sancto loqui verbum in Asia. Vbi verò venissent in Mysiam, conabantur in Bithyniam abire, & non permisit ipsis Spiritus: velut quum dicit Dominus, Euntes baptisate omnes gentes: & Ne gestetis peram, non virgam, neque calceamenta. Qui (inquit) dicebant Paulo per spiritum, vt ne ascenderet Hierosolyma. Et Agabus dicit: Hæc dicit spiritus sanctus, Virum cuius est hoc cingulum: simile, sicut cum Paulus dicit: An experimentum quæritis eius qui in me loquitur Christi? Et, Memores este verborum Domini, quoniam ipse dixit, Præstat dare quàm accipere. Et nunc ecce ego vinctus spiritu vado: velut cum ait Paulus, Vinctus Iesu Christi. Verùm spiritus mihi testimonium præbet per ciuitatem, dicens: simile sicut cum ait, Domi- C
nus testimonium præbet animæ meæ quòd non mentior. In virtute secundum spiritum sanctificationis: simile ei quod dicit, Sanctus in sanctis requiescens. Et, Circumcisio cordis in spiritu: simile est velut cum dicit, Et circumcisi estis circumcisione per manum non fiente, dum exuistis corpus peccatorum in circumcisione Christi. Siquidem spiritus Dei habitat in vobis: simile est ei quod dicit, Quemadmodum accepistis Christum, in ipso ambulate. Et, spiritus Domini locutus est in me. Et, sermo ipsius in ore meo. Et, Primitias spiritus habentes: simile sicut cum dicit, Primitię Christus. Sed ipse spiritus intercedit pro nobis: simile velut dum ait, Qui est in dextera Dei, qui & intercedit pro nobis. Vt fiat oblatio gentium acceptabilis, sanctificata in spiritu sancto: simile velut cum ait, Dominus autem sanctificet vos, vt sitis sinceri & inoffensi in diem Domini. Nobis autem reuelauit Christus per spiritum suum: simile est illi dicto, Quando complacuit Deo qui segregauit me ex vtero matris meæ per gratiam suam, ad reuelandum filium suum per me. Nos autem non spiritum mundi accepimus, sed spiritum ex Deo: simile est illi, Vosipsos probate an Christus sit in vobis. Templum Dei estis, & spiritus Dei habitat in vobis: simile est illi, Inhabitabo in ipsis, & inambulabo, & ero ipsorum Deus, & ipsi erunt mihi populus. Sed & gratiam & iusticiam ex vtrisque dicit: Iustificati autem in nomine Iesu Christi Domini nostri, & in spiritu Dei nostri: simile est illi dicto, Iustificati autem ex fide, pacem habemus apud Deum per Dominum nostrum Iesum Christum. Nemo potest dicere Dominum Iesum, nisi in Spiritu sancto & Nemo potest Spiritum sanctum accipere, nisi à Domino. Diuisiones autem donorum sunt, idem verò spiritus: & diuisiones ministeriorum sunt, idem autem Dominus: & diuisiones operationum sunt, idem autem Deus qui operatur omnia in omnibus. Sed & à gloria in gloriam, quemadmodum in Domino, ita à Spiritu. Et ne offendatis spiritum sanctum, per quem signati estis in diem redemprionis: si- D
mile est illi, Num prouocamus Dominum, num fortiores ipso sumus? Spiritus autem expresè loquitur: simile est illi, Hæc dicit Dominus omnipotens, Et spiritus meus stat in medio vestrum, & si quis mihi aperuerit, ingrediar ego & pater, & mansionem apud ipsum faciemus. Esaias autem, Et super ipsum spiritus Dei: Christus verò, spiritus Domini super me, eo quòd vnxit me. Et, Iesum à Nazaret quem vnxit Deus spiritu sancto. Et, Dominus demisit me, & spiritus ipsius. Manifesta autem est & vox Seraphim, clamans: Sanctus, sanctus, sanctus Deus sabaoth. Si verò audieris, quòd per dexteram Dei exaltatus est, & promissionem à Patre accipit: aut iubet vt expectent promissionem

Patris,

,, Patris,quam audiuistis (inquit) ex me. Aut, Quòd spiritus ipsum expellit in desertum. Aut quod ipse
,, dixit,Ne sitis solliciti quid dicatis,quoniam spiritus patris mei est qui loquitur in vobis. Aut,Si verò in
,, spiritu Dei eiicio dæmonia. Aut,Qui verò maledicit in Spititum sanctum,non dimittetur ipsi,& cæt.
,, Aut,Pater,in manus tuas deponam spiritum meum. Aut,Puer crescebat & confortabatur spiritu. Aut,
A ,, Iesus autem plenus Spiritu sancto reuersus est à Iordane. Aut,Reuersus est Iesus in virtute spiritus. Aut
,, Quod natum est ex spiritu,spiritus est: simile est sicut cũ dicit,Quod factum est in ipso,vita erat. Aut,
,, Et ego rogabo patrem meum,& alium paracletum dabit vobis,spiritum veritatis. Aut,Cur impleuit sa
,, tanas cor tuum,vt mentireris Spiritui sancto,dixit Petrus ad Ananiam,& postea:Non hominibus men
,, titus es,sed Deo. Ergo Deus est ex Deo Spiritus sanctus,cui mentiti erant illi detracto precio agri. Aut
Manifestatus est in carne,iustificatus est in spiritu: maius hoc non possum dicere,Deus autem est etiam
Filius. Ex quibus inquit,est Christus,quantum ad carnem attinet,qui est Deus in omnibus. Crede (in-
quit) in Dominum Iesum,& saluaberis. Et locutus est (inquit) ipsis verbum Domini: cúmque perdu-
xisset illos ipsos in domum,apposuit eis mensam,& exultauit cum tota,quòd credidisset Deo. Aut,In
principio erat Verbum,& verbum erat apud Deum,& Deus erat Verbum. Aut,Vt doctrinam saluato-
ris nostri Dei ornent. Aut,Apparuit gratia Dei salutaris omnibus hominibus,erudiens nos. Aut, Expe
ctantes beatam spem,& aduentum gloriæ Domini & Saluatoris nostri Iesu Christi. Nam idem est mi-
nisterium Spiritus & Verbi. Attendite, inquit, vobis ipsis, & toti ouili, in quo posuit vos Spiritus san-
ctus episcopos,vt pascatis ecclesiam Dei: simile est velut cum dicit,Gratiam habeo qui mè potentem fe
cit, Christo Iesu Domino nostro, quod fidelem me iudicauit, dum posuit in ministerium. Cooperatur
itaque,velut demonstratum est,Patri Filius,& Spiritus sanctus. Verbo enim Domini cœli firmati sunt, *Spiritꝰ S. adorãdus.*
& spiritu oris ipsius omnis virtus ipsorum. Adorandus autem est Spiritus sanctus. Qui enim adorant
B Deum,eos in spiritu adorare oportet,& veritate. Si verò cooperantur hæc, creatura creaturam non ef-
ficit,neque creata deitas fit,neque in mensura aut ambitu Deus cognoscitur. Est enim circumscriptus,
incomprehensibilis,inconsiderabilis,omnes creaturas complectens Deus. Neque adoratione colenda
est creatura. Coluerunt enim creaturam præter creatorem,& stulti facti sunt. Quomodo enim non est *Nomina varia patris & filii ac Spiritus sancti.*
stultum,creaturam Deum putare, & primum præceptum reprobare, quod dicit: Audi Israel, Domi-
nus Deus tuus Dominus vnus est,non erit in te Deus recens. Cæterùm in diuinis scripturis varia sunt
nomina Patris & Filii ac Spiritus sancti. Et Pater quidem appellatur, Pater omnipotens, Pater omni-
um, Pater Christi: Filius verò Verbum, Christus, lux vera: Spititus autem sanctus, paracletus, spiritus
veritatis, spiritus Christi, spiritus Dei. Deus itaque intelligitur pater,& lux præclarissima,& virtus,& sa-
pientia. Si autem lux est Deus & pater,lux ergo ex luce est filius,& propterea lucem habitans inacceſſi-
bilem. Virtus autem est totus Deus, & propterea Dominus virtutum. Sapientia est totus Deus, igitur
sapientia filius,ex sapientia,in quo omnes thesauri sapientiæ absconditi sunt. Vita item est totus Deus,
igitur vita ex vita est filius: Ego enim sum, inquit, veritas & vita. Spiritus autem sanctus ab vtrisque;
spiritus ex spiritu. Spiritus enim Deus & deitas,donorum dator est,verissimus,illuminator,consolator
& paracletus, consiliorum Patris annunciator. Sicut enim filius magni consilii angelus est, sic etiam
Spiritus sanctus. Sed accepimus (inquit) spiritum Dei, vt videamus quæ donata sunt nobis à Deo,
quæ & loquimur, non in persuasiuis sapientiæ sermonibus, sed in demonstratione spiritus Dei, spiri-
tualibus spiritualia comparantes. At dicet quis,Igitur duos esse filios diximus, & quomodo est vnige-
nitus? Quinimò tu quis es, qui contra Deum ratiocinaris? Si enim filium vocas eum qui est ex ipso,
C Spiritum verò sanctum qui ab vtrisque: quæ solum fide intelliguntur à sanctis,lucida,lucem dantia,lu
cidam operationem habent,& per fidem lucis consona ad ipsum Patrem fiunt. Audi ô bone,quòd Pa-
ter veri filii est pater,totus lux: & filius veri patris,lux de luce: non sicut facta aut creata,appellatione
solum: & Spiritus sanctus, spiritus veritatis est, lux tertia à Patre & Filio. Alia verò omnia adoptione,
aut appositione,aut appellatione: non similia his actione,aut potentia,aut luce,aut intelligentia: aut sa
nè velut dixerit quis,Filios genui & exaltaui: aut sicut dixerit quis, Ego dixi, Dii estis,& filii altissimi o-
nes: aut velut dicat quispiam,Qui peperit glebas roris: aut velut dixerit aliquis, Ex quo omnis patrum
familia in cœlo & in terra: aut sicut dicat quis, Ego qui firmo tonitruum, & creo spiritum. Non enim
velut reliqui patres aut patriarchæ vetus ille Pater incepit esse pater,aut vnquam desiit tempore esse pa
ter. Si enim incipit esse pater, filius ergo erat aliquando alterius patris, antequam esset ipse vnigeniti
pater. Iuxta similitudinem autem dum patres patrum & filii considerantur, in infinita antiquitate ve-
rè patrem inuenire est. Neque velut reliqui filii adoptione,verus filius adolescẽs est,vt sit filius. Si enim
adolescens est vt sit filius: erat aliquando tempus,quando non erat Pater,pater vnigeniti. Neque velut
reliqui spiritus,spiritus veritatis creatus aut factus est. Neque velut reliqui angeli, magni consilii ange-
lus vocatur. Illi enim principium habent & finem, hi verò imperuestigabile principium ac imperium
habent. Et hi creant omnia in infinita secula, cooperantes Patri: illi verò creantur ab his prout volue-
D rint. Et illi quidem colunt hos, hi verò coluntur ab vniuersis creaturis. Et hi quidem sanant creaturas,
illi verò medelam ab his accipiunt. Et illi iudicantur pro merito, hi verò iudicium iustum habent. Et il-
li quidem in tempore sunt, hi verò non sunt in tempore. Et hi illuminant omnia, illi verò illuminantur
ab his. Et hi vocant paruulos in altum, illi vocantur à perfecto. Et hi largiuntur omnibus, illi dona ac-
cipiunt. Et vt summatim dicam, illi hymnis celebrant sanctitatem in cœlis cœlorum, ac reliquis inuisi-
bilibus locis: hi verò celebrantur, & dona pro merito dignis exhibent. Plurimos autem spiritus *Spiritus multi in scriptura,*
dicit Scriptura, Qui facit angelos suos spiritus, & ministros suos ignis flammam, & Omnes spiritus
laudate Dominum. Cæterùm dignis dantur dona discretionis spirituum. Aliqui enim cœlestes sunt,

gau-

gaudentes veritate: aliqui terrestres, ad fraudem & errorem appositi: aliqui subterranei, abyssi & tenebrarum filii. Ipsum enim Euangelium dicit eos rogasse, vt ne mitteret ipsos in abyssum. Similiter autem & spiritibus imperauit, & spiritus expulit verbo, & non permisit ipsis loqui. Dicitur autem spiritus iudicii, & spiritus combustionis: & dicitur spiritus mundi. Nos verò, inquit, spiritum mundi non accepimus. Sed & spiritus hominis. Quis enim nouit ea quæ sunt hominis, nisi spiritus hominis? Et spiritus vadens, ac non reuertens. Nam spiritus pertransiit in ipso, & non existet, & Destrues spiritum ipsorum A & deficient. Et spiritus prophetarum prophetis subduntur. Ecce spiritus falsus stetit coram Domino, & dixit ipsi, Per quid decipies Achaab? Et ero, inquit, spiritus falsus in ore pseudoprophetarum. Dicitur porrò & spiritus compunctionis esse, & spiritus timiditatis, & spiritus Pythonis, & spiritus scortationis, & spiritus procellæ, & spiritus verbosus, & spiritus debilitatis, & spiritus immundus, & spiritus surdus, & spiritus mutus, & spiritus vix loquens, & spiritus valde horrendus, qui vocatur Legio, & spiritualia nequitiæ. Infinita autem sunt eloquia sapientibus de spiritibus. Sicut enim multi filii adoptione aut appellatione, non autem veritate, eo quòd principium habent & finem, & hoc per peccatum: sic etiam spiritus multi adoptione aut appellatione, etiamsi peccato non careant. Verùm Spiritus sanctus solus appellatur à Patre & Filio, spiritus veritatis, & spiritus Dei, & spiritus Christi, & spiritus gratiæ. Largitur enim vnicuique bonum diuersimodè, alteri spiritum sapientiæ, alii spiritum cognitionis, alii spiritum fortitudinis, alii spiritum sanationum, alii spiritum prophetiæ, alii spiritum discretionis, alii linguarum, alii interpretationum, & reliqua dona, velut ait: Vnus autem & idem spiritus est, qui diuidit vnicuique vt vult. Quoniam spiritus tuus bonus deducet me, inquit Dauid. Et spiritus vbi vult spirat: substantiam sancti Spiritus per talia nobis ostendens: Et vocem eius audis, sed non scis vnde venit, « « & quò vadit. Et nisi nati fueritis ex aqua et spiritu: simile est illi quod Paulus dixit, In Christo enim Ie- « « su ego vos genui, & de hoc dicit Dominus, Cum venerit paracletus, quem ego mittam vobis spiritum « « veritatis, qui à Patre procedit, ille testimonium præbebit de me, & Adhuc multa habeo quæ dicam, « « sed non potestis portare nunc: vbi verò venerit ille spiritus veritatis, deducet vos in omnem veritatem. B Non enim loquetur à seipso, sed quęcunque audiet loquetur, et ventura annunciabit vobis. Ille me glorificabit, quia de meo accipiet, et annunciabit vobis omnia. Si itaque à Patre procedit, et ex meo (inquit Dominus) accipiet, quemadmodum nemo nouit patrem nisi filius, neque filium nisi pater: sic ausim dicere, quod neque spiritum, nisi pater et filius, ex quo procedit, et à quo accipit: et neque filium et patrem, nisi Spiritus sanctus, qui verè glorificat, qui docet omnia, qui testificatur de filio, qui ex patre et ex filio solus dux est veritatis, legum expositor sanctarum, legis spiritualis enarrator, prophetarum doctor, Apostolorum magister, euangelicorum dogmatum luminare, sanctorum elector. Lux vera ex vera luce, est filius naturalis, filius verus, filius genuinus, solus ex solo: cum ipso etiam Spiritus, sed spiritus qui nominatur, hic Deus est qui glorificatur, semper in Ecclesia pater, semper filius, semper Spiritus sanctus, altus alti et altissimus, intellectualis, gloriam habens immensam, quo inferiora sunt creata et facta. In summa, omnia quæ intelliguntur, et singula quæ mente comprehenduntur. Deitas autem vna in Mose maximè denunciatur. Dualitas in prophetis vehementer prædicatur. Trinitas autem in Euangeliis manifestatur, amplius iuxta temporum occasiones ac generationes conueniens iusto in cognitionē

Iustificatio triplex

ac fidem. Cognitio autem hæc immortalitas ex fide dicitur, hæc adoptio in filios fit Verùm primùm iustificationes carnis enarrat, velut ambitum templi externum excitans in Mose. Secundas verò iustificationes animæ exponit, velut sancta ornans in reliquis prophetiis. Tertias autem iustificationes spiritus, velut propitiatorium et sancta sanctorum concinnans in Euangeliis ad suam habitationem. Tabernaculum verò sanctum, templum sanctum, ipsum iustum habet solum qui in his versatur. Habitat autē in ipso vna deitas incorruptibilis, vna deitas imperuestigabilis, incomprehensibilis, inenarrabilis, inui C sibilis, seipsam cognoscens sola, seipsam ostendens quibus vult, testes sibiipsi excitans, vocans, præfiniens, glorificans, ex inferno exaltans, sanctificans, vniens rursus ad suam ipsius gloriam ac fidem tria hęc cœlestia, terrestria, ac inferna: spiritum, animam, carnem, fidem, spem, charitatem: præterita, præsentia, futura: seculum seculi, secula seculorum, sabbata sabbatorum: circumcisionem carnis, circumcisionem cordis, circumcisionem Christi in exuendo corpus peccatorum. In summa, purificat sibiipsi omnia, in uisibilia et visibilia, thronos, dominationes, principatus, potestates, virtutes. In omnibus autem eadem vox sancta. à gloria in gloriam, sanctus, sanctus, sanctus clamans, patrem in filio, filium in patre, cū sancto Spiritu. Cui gloria, et imperium in secula seculorum, Amen. Et dicat, qui sic credit, Fiat, fiat.

Hactenus ex sermone Ancorato.

ET hæc quidem sunt quæ iam de fide patris ac filii et Spiritus sancti scribentes, breuissimè pro nostra mediocritate exposuimus, et ex antea dictis apposuimus. Adhuc autem persęuerabimus ad vitæ nostræ confirmationem in producendis piè testimoniis, et in pia tractatione ex recta ratiocinatione de deitate. Etenim in superioribus ostensum est per multa testimonia, quod vnigenitus communiter cum patre facit, et æqualiter in omnibus perficit ac largitur, velut ex patre existens: et non alienus à patris potentia et deitate, sed coessentialis patri. Non solum autem filius, sed etiam spiritus sanctus cooperatur filio et patri, et æqualiter facit, donans ac largitus prout vult, velut qui et ipse reuera ex Deo est, et D non alienus à patre et filio, sed coessentialis patri ac filio. Atque hoc omnibus manifestè per omnia ex tot testimoniis demonstratum est, ac demonstrabitur. Nunc verò propter aduersarios et inimicos sancti Spiritus, de solo sancto Spiritu ea quæ pia sunt, ex recta ratiocinatione, et ex eiusdem diuinæ scripturæ testimo-

teſtimoniis recenſuimus, & prioribus amplius addemus velut conſequenter vera pietas de ſancto Spiritu habet. Eſt enim ſpiritus ſanctus vnicus, qui ab omnibus adoratur, & ab omnibus creaturis ac facturis deſideratur, & nulli adæquatur, non angelo, non alij ſpiritui, ſed vnicus eſt. Cum enim multi ſpiritus ſint, hic omnium ſpirituum ſupremus eſt, velut exiſtens ſemper ex patre, & nō de aliis
A ex nihilo factis exiſtens. Multi enim ſunt ſpiritus. Vnus autem eſt Spiritus ſanctus, velut vnus Deus, & vnus vnigenitus filius Dei, ſic & Spiritus ſanctus Dei, à Deo autem & in Deo. Verum vnigenitus filius incomprehenſibilis eſt, & Spiritus incomprehenſibilis, ex Deo autem, & non alienus à patre & filio. Non autem eſt coniunctio cum patre & filio, ſed trinitas ſemper exiſtens eiuſdem eſſentiæ non alterius eſſentiæ à deitate, non eſt enim deitas alia ab eſſentia, ſed ipſa per ſe deitas, & ex eadem deitate filius & ſanctus Spiritus. Et ſpiritus quidem, ſpiritus ſanctus eſt, filius verò filius. At Spiritus ex patre procedens, & de filio accipiens, perſcrutans profunditates Dei, annuncians quæ filij ſunt in mundo, ſanctificans, ſanctos faciens per trinitatem, tertius nomenclatura: nam trinitas eſt pater, & filius, & ſpiritus ſanctus. Euntes enim, inquit, baptiſate in nomen patris & filij ac ſpiritus ſancti: ſigillum gratiæ, non coniunctio trinitatis, non alienus à ſanctificatione, non diſparatus nomenclatura, non alienus à largitione, ſed vnus Deus, vna fides, vnus Dominus, vna gratia, vna Eccleſia, vnū baptiſma. Semper enim trinitas eſt, velut ſæpe dixi, & nunquam trinitas additionem accipit, id quod dulce eſt confiteri, & nulla ſatietas dicere. Dulcia enim, inquit Propheta, gutturi meo eloquia tua. Etſi dulcia ſunt eloquia, quanto magis nomen ſanctum trinitas, fons omnis dulcedinis? Trinitas igitur quæ ſic numeratur, Pater, & filius, & Spiritus ſanctus. Non autem coniunctio eſt trinitas, neque diſparata eſt à ſuavnitate, verùm in ſubſtantia perfectionis perfectus pater, perfectus filius, perfectus ſpiritus ſanctus: Pater, & Filius, & ſpiritus ſanctus. Et rurſus ſpiritus locatur in donorum largitioni-
B bus. Diuiſiones enim donorum ſunt, idem autem ſpiritus. Et diuiſiones miniſteriorum ſunt, idem autem Dominus. Et diuiſiones operationum ſunt, idem autem Deus, qui operatur omnia in omnibus. Hi verò ſic ſe habentibus, cauti ſimus ne à veritate excidamus, ſed veritatem confiteamur, non patrocinantes Deo, ſed piè intelligentes, vt ne pereamus. Intolerabile enim eſt, creatum quid in trinitate dicere, aut cogitare, aut etiam poſtea genitum. Sed ſemper erat Pater, & Filius, & ſpiritus ſanctus. Neque confrater eſt Filius Patri, neque coniunctio. Et Spiritus neque coniunctio, neque confrater eſt Patri & Filio. Verùm Filius genitus ex Patre, & Spiritus procedens ex Patre, ita vt trinitas inenarrabilis ſit in identitatis glorificatione, & Filius incomprehenſibiliter ſit cum Patre & ſpiritu ſancto, ſimiliter vt nunquam deficiat trinitas à ſua ſempiternitate. Pater igitur ſemper ingenitus & increatus, & incomprehenſibilis. Filius autem genitus, ſed increatus ac incomprehenſibilis. Spiritus ſanctus ſemper, non genitus, non creatus, non confrater, non propater, non nepos: ſed ex eadem eſſentia Patris & Filij: ſpiritus enim eſt Deus. At huiuſmodi munitæ vitæ noſtrę teſtimonia in tota ſcriptura habentur. Verùm de pluribus pauca apponam proviribus, ne narrationē de ſpiritu in præſens ſine teſtimoniis relinquam. Statim etenim Pater de Filij præſentia dicit: Ponam ſpiritum meum ſuper ipſum, & iudicium gentibus annunciabit, quòd genuinum prædicet Deum ſanctum ſuum ſpiritum omnibus credentibus ad ſalutem. vnigenitus verò ad idem teſtimonium apponens dicit: ſpiritus Domini ſuper me, eo quòd vnxit me: quo aduentus ipſius in carne ſpiritu ſancto munitus, & cre-
C dentibus prædicatus, ex Chriſti teſtimonio claram confeſſionem haberet, quòd ſpiritus non eſt alienus à Deo. Rurſus autem dicit Dominus de ſpiritu, ſpiritus patris mei eſt qui loquitur in vobis. Et rurſus, velut non alienus ſit ſpiritus à deitate Dei, inſufflauit in faciem diſcipulorum, & dixit, Accipite ſpiritum ſanctum. Et rurſus, vt oſtenderet ſuam æqualitatem ac coeſſentialitatem ad ſpiritum ſuum, & patris ſui ſanctum, dicit: Si diligitis me, mandata mea ſeruabitis. Et ego rogabo Patrem, & alium paracletum dabit vobis: tanquam ipſe Dominus ſit paracletus, & ſpiritus ſanctus ſimiliter ſit ſymparacletus. At apoſtoli oſtendentes quod non eſt ſeruus ſpiritus, ſed eiuſdem deitatis, autoritatē ipſius demonſtrantes, dicunt: Et dixit ſpiritus ſanctus, ſegregate mihi Barnabam & ſaulum, ad opus ad quod vocaui ipſos, &c. Apoſtolus autem clarè de ipſo dicit: Dominus autem eſt ſpiritus. Vbi vero ſpiritus Domini, illic libertas, & vos populus Dei eſtis, & ſpiritus Domini habitat in vobis. Si itaq; templum Dei vocamur propter habitationem ſancti ſpiritus, qui audeat reprobare ſpiritum, & abalienare ipſum ab eſſentia Dei, cum palàm Apoſtolus dicat, Vos templum Dei eſtis: propter inhabitantem in ipſius dignis ſpiritum ſanctum. Quomodo verò alienus à Deo erit ſpiritus, qui profunditates Dei ſcrutatur? Et ne dixeris mihi, ſcrutatur, & nondum cognoſcit: velut quidam maledicere audent, & ſeip ſos perdere: alioqui idem ſanè dixerint & de Patre, quoniam etiam de ipſo ſcriptum eſt,
D Quòd ſcrutatur promptuaria ventris. Et ſi impiè intelliges, eo quòd non addita eſt vox Cognoſcit, ad vocem ſcrutatur, de ſpiritu ſancto: impius vtique fueris, dum cogeris etiam de Patre eandem opinionem proferre, Neque enim de Patre ſcrutante promptuaria ventris, addita eſt vox Cognoſcit. Neque enim erat opus dicere, cum prænotio Dei clarè indicetur, & ex voce ſcrutatur, perfectè enūcietur. Sic etiam de ſpiritu & Filio, cum vnam cognitionem ac prænotionem palàm habeat ſancta Trinitas, perfectionémque ac indentitatem. Et infinita poſſunt de his dici, & ingens teſtimoniorum moles ex diuina ſcriptura produci, & res ipſa diffuſè ampliari, vt etiam legentibus moleſtia inducatur. Verùm ſufficienter in vnaquaque hæreſi multa loquuti, omnes illas nos imbecilli per potentiā Dei ſubuertimus, & alienas à veritate eſſe demonſtrauimus, & ſingulas blaſphemare ac negare veritatem, aliam plus, aliam minus, quemadmodum & hi faciunt, fruſtrà in Dominum blaſphemantes,

s. trinitatis myſteriū explicatum.

Paracletus ipſe dominus.

& in ſpiritum ſanctum, & non habentes neque hic, neque in futuro ſeculo peccatorum remiſſionē, iuxta ipſa adeò Domini verba, propter blaſphemiam in ſpiritum ſanctum, & ab ipſa veritate concuſi, inſtar horrendæ ceraſtæ vnicornis: quum mentis blaſphemia totum corpus corrumpere poſſit, velut ex Domini ſermone, & vera vnigeniti confeſſione perſuaſi ſumus, quoniam blaſphemanti in ſpiritum ſanctum, neque in hoc ſeculo, neque in futuro remittetur, velut dixi. Conculcati itaq; ſunt ac contriti, & non valentes cōtra veritatem. Portæ enim inferni verè ſunt omnes hęreſes, ſed contra petram non præualebunt, hoc eſt, contra veritatem. Etiamſi enim aliqui ex ipſis voluerint dicere, Fidem equidem editam in Nicæa etiā ipſi confitemur, oſtende verò mihi ex ipſa, quòd ſpiritus ſanctus A in deitate, connumeratur: comperientur, quòd etiam ex ipſa redarguantur. Non fuit autem tunc de ſpiritu quæſtio. Nam ad hoc quod pro tempore accidit, ſynodi cautionem faciunt, Quandoquidem igitur Arius in filium maledicentiam produxerat, ea gratia cum ampliore diſputatione exacta ſermonum certitudo facta eſt. Vide verò ab ipſa confeſſione, quòd neque in hoc comperientur aliquid dicere pneumatomachi ſpiritum blaſphemantes, & à dono ac ſanctificatione eius alieni. Statim enim ipſa editio confitetur, & negat. Credimus in vnum DEUM patrem omnipotentem. At credimus, non ſimpliciter dictum eſt, ſed fides in DEUM. Et in vnum DOMINUM IESUM Criſtum, non ſimpliciter dictum eſt, ſed fides in DEUM. Et in ſpiritum ſanctum, & non ſimpliciter dictum eſt. ſed in vnam gloriſicationem, & in vnam vnitatem deitatis, & in vnam coeſſentialitatem, in tria perfecta, vnam verò deitatem, vnam eſſentiam, vnam glorificationem, vnam dominationem, à voce Credimus, & Credimus & Credimus. Atque hic corruit talium diſputatio. Et quouſque extendo ſermonem, quum hæc ſufficere putem his qui veritatem diligunt? Quapropter præteribo & hanc, inuocans DEUM, vt nobis conſueto more opem ferat ad horum omnium ſubuerſionem, quo per virtutem ipſius, abſoluta promiſſione noſtra, per omnia ipſi gratias agamus. B

Ceraſtes vnicornis

Nicæa ſynodus quæſtionem de Spiritu ſancto ignorauit.

Contra Aerium hæreſim LXXV.

AErius quidam rurſus ſimiliter exortus eſt, magnum mundo malum, furioſus mente, elatus opinione. Omnem enim hæreſim temeritate eorum quæ facta ſunt ab initio vſque ad finem, aut vanæ gloriolæ, aut elationis faſtuoſæ gratia effecit. Aut fecit ſanè hæc concupiſcentia, aut æmulatio erga proximos, aut exacerbatio, aut petulantia. In ſumma, cæcitas ex diabolo eſt: non quòd diabolus poſſit decipere non volentem, ſed quòd vnuſquiſque ſibiipſi author ſit operationis peccati, quo (vt inquit) probi ac integri manifeſti fiant. Hic Aerius in hunc vſque diem viuit in carne, & ſupereſt in vita: Arianus quidem in totum, aliter enim non ſentit, quàm velut Arius, & adhuc vltrà amplius quæ Arij ſunt perſcrutatur, acutus lingua, & armatus labiis in hac parte, qui pertrahat ad ſeipſum deceptū exercitum, & multitudinem eorum quibus ſemper pruriunt aures, & laxa mens eſt. Nam & ipſe magnam quandam fabuloſam ac vanam opinionem mundo excogitauit, quæ riſum quidem excitat prudentibus, & tamen per hanc multos decepit ac allexit. Hic condiſcipulus fuit Euſtathii Sebaſtei, Sebaſteæ Ponti appellatæ regionis, ſiue patuæ Armeniæ. Simul enim exercebantur prædictus Euſtathius & Aerius. Quum autem veniſſet Euſtathius ad epiſcopatum, ille magis concupiſcebat, ſed nō peruenit ad ipſum, Hinc oritur æmulatio. Videbatur autem Euſtathius blandiri Aerio: ſtatim enim poſtea conſtituit ipſum presbyterum, & xenodochium ſiue peregrinorum hoſpitium ipſi committit: quod ab alendis pauperibus ptochotropheum in Ponto appellatur. Talia enim quędam extruunt ob amorem hoſpitalitatis, & mutilatos ac imbecilles illic diuertere facientes, victum ſuppeditant ac neceſſaria pro viribus eccleſiarum prędes. Quandoquidem igitur ira ab ipſo non deficiabat, quotidie augeſcebant ſermones, & ęmulatio ipſorum in medium progrediebatur, ſermonéſque non boni & calumnię ab Aerio contra Euſtathium proficiſcebantur. At epiſcopus Euſtathius accerſito Aerio, blandiebatur, hortabatur, minabatur, infremebat, conſolabatur, & nihil perficiebat. Nam quod ab initio deiectum erat, in magnum malum ipſum opus impellebat tandem itaque relicto ptochotropheo, Aerius diceſſit. Hinc prętextum velut contra inimicum volens inuenire, aut contra aduerſarium telum mittere, perſcrutabatur: & de cętero apud omnes calumnians Euſtathium, dicebat: Nō amplius talis eſt, ſed declinauit ad pecuniarum collectionem, & ad omnis generis poſſeſſionem. Et D hęc ſanè per calumniam excogitauerat ille: reuera autem cum Euſtathius eccleſiaſticas neceſſitates haberet in manibus, aliter facere non poterat, & probabilia videbant quę ab Aerio dicebantur. Reputauerit autem forteſſis quis ſecum, quandoquidem contra Aerium dicentes, Euſtathium obiter induximus, nunquid etiam Euſtathium laudibus vehimus? Equidem vitam ipſius ac politiam nō pauci viri admirantur, vtinam autem & fide rectè ſenſiſſet. Arij enim dogma etiam ipſe ab initio vſque ad finem obtinuit, & neque perſecutionum tribulationes ipſum correxerunt. Perſecutionem enim paſſus eſt cum Baſilio & Bleuſio ac reliquis. Viſus eſt autem & ad Liberium beatum Romę epiſcopum vnà cum multis epiſcopis legatum agere, & editione ſynodi in Niceą factę, ac rectę fidei confeſſioni ſubſcribere. Verùm poſtea velut recordatus & ex ſomniis expergefactus, rurſus priora prauę Arianorum opinionis conſiderare non deſtitit. Attamen de Aerio nobis ſermo eſt, quapropter rurſus ad ipſum oratio dirigenda eſt. Hic Aerius propter huiuſmodi rationes in principio quidem renunciationem iactat: relicto autem ptochotropheo, magnam multitudinem virorum ac mulierum allexit. Fugabatur autem ipſe cum ſuis ab Eccleſiis & agris ac vicis, & aliis ciuitatibus. Sępe vero cū

Ptochotropheum.

Euſtathius Arianus.

Liberius Romanus epiſcopus.

multa

multa ſua turba vigilantes,ac ſobrij in agris degebant, ſubdioque & ſub petra pernoctabant, & ad ſyluas confugiebant.Erat autem ipſi ſermo furioſus magis,quàm humanæ conditionis, & dicebat: Quid eſt epiſcopus ad presbyterum?Nihil differt hic ab illo:vnus enim eſt ordo,& vnus(inquit)ho- *Epiſcopus*
A nor,& vna dignitas.Imponit manus epiſcopus,ita etiam presbyter. Lauacrum dat epiſcopus, ſimili- *non differt*
ter & presbyter:diſpenſationem cultus diuini facit epiſcopus,& presbyter ſimiliter. Sedet epiſco- *à presbyte*
pus in throno,ſedet etiam presbyter.In hoc multos decepit,& ducem hunc habuerunt. Deinde ait, *ro.*
Quid eſt paſcha,quod apud vos perficitur? Iudaicis fabulis rurſus addicti eſtis: Non enim oportet *Paſcha nõ*
(inquit)paſcha peragere,paſcha enim noſtrũ immolatus eſt Chriſtus.Deinde qua ratione poſt mor- *eſt peragẽ*
tem nominatis (inquit) nomina mortuorum? Orat enim(inquit)viuens, aut diſpenſationem facit, *dum.*
quid profuerit mortuo?Si verò omnino preces eorum qui hic ſunt,pro illis ſunt qui iſthic ſunt, igi- *Mortuis vi*
tur nemo ſit pius,neque boni quicquam faciat,ſed acquirat amicos quoſdam per quem vult modũ, *uorum pre*
aut per pecunias perſuadens,aut amicis id in obitu demandans,& orent pro ipſo,vt ne quid illic pa- *ces nõ pro*
tiatur,neque immedicabilia peccata ab ipſo perpetrata requirantur.Sed neq; ieiunium (inquit) erit *deſſe.*
ordinatum.Hæc enim Iudaica ſunt,& ſub iugo ſeruitutis.Iuſto enim lex non eſt impoſita,ſed patri- *Ieiunium*
cidis ac matricidis,& reliquis.Si verò omnino volo ieiunare, qualemcumque eligam diem à meipſo *ordinatũ*
& ieiunabo propter libertatem. Vnde apud ipſos ſtudium eſt,vt potius in die Dominica ieiunent, *non eſt ſer*
quarta verò & proſabbato edant.Sæpe verò etiam quarta ieiunant, non ex ſtatuto, ſed ex propria (vt *uandum.*
inquit)voluntate. In diebus autem paſchatis quando apud nos fiunt humi dormitiones, caſtitates,
afflictiones, ſiccorum eſus,preces vigiliæ,ac ieiunia, & omnes animarum ſalutes per ſanctas affli-
ctiones:ipſi à ſummo mane obſonantur,carnéque ac vino venas ſuas explentes cachinnantur, riden
tes ac ſubſannantes eos qui ſanctum hunc cultum hebdomadis paſchatis perficiunt. Tametſi enim
B renunciatorium habeant hi vitæ modum, non tamen exercetur apud ipſos, ſed multo plus carnis
eſus & vini potus:niſi fortaſſe rari aliqui in medio ipſorum ex propria voluntate hoc velint, verùm
plerique ipſorum magis vtuntur largis eduliis,carnis eſu & vini potu,velut ſæpe dixi. Hæc ſunt quæ
Aerius in mundo euomuit.Oſtendit itaque intelligentiam & incredulitatem ſuam, per ea quæ rur-
ſus ad prauam artem in mundum furioſè inuexit.Verùm ad oppoſitiones aduerſus ipſum deueniamus,pauca recenſentes atque ſic prætereuntes:& quòd quidem tota res eſt ſtulticiæ plena,apud pru-
dentes manifeſtum eſt. Dicere enim ipſum epiſcopum & presbyterum æqualem eſſe,quomodo erit *Epiſcopus*
poſſibile?Epiſcoporum enim ordo,Patrum generator eſt:patres enim generat Eccleſiæ. Præsbyte- *differt à*
rorum verò non potens generare patres,per lauacri regenerationem generat filios Eccleſiæ:non ta- *presbyte-*
men patres aut doctores. Et quomodo poſſibile erat,presbyterum conſtituere non habentem ma- *ro.*
nuum impoſitionem ad eligendum,aut dicere ipſum æqualem eſſe epiſcopo? Decepit autem prædi-
ctum Aerium nugacitas ipſius & æmulatio.Profert autem ad errorem ſuum & eorum qui ipſum au-
diunt,quòd Apoſtolus ſcribit presbyteris & diaconis,& non ſcribit epiſcopis. Et ad epiſcopum di-
cit:Ne neglexeris donum quod in te eſt,quod accepiſti per manus presbyterij.Et rurſus in alio loco
epiſcopis & diaconis ſcribit. Quare eſt,inquit,idem epiſcopus & presbyter?Et non nouit ille,qui
conſequentiæ veritatis ignarus eſt,& hiſtorias profundiſſimas non legit,quòd cum recens eſſet præ
dicatio,ſanctus Apoſtolus pro re nata,velut habebat ſcripſit.Vbi enim epiſcopi erant iam conſtitu
C ti,ſcripſit epiſcopis & diaconis.Non enim omnia ſtatim potuerunt.Apoſtoli conſtituere: presbyte-
ris enim opus erat & diaconis,per hos enim duos eccleſiaſtica compleri poſſunt.Vbi verò non inuẽ
tus eſt quis dignus epiſcopatu,permanſit locus ſine epiſcopo.Vbi autẽ opus fuit,& erant digni epi-
ſcopatu,conſtituti ſunt epiſcopi.Cum autẽ multitudo non eſſet,non inuenti ſunt inter ipſos,qui pre
sbyteri conſtituerentur,& contenti fuerunt ſolo epiſcopo in loco conſtituto. Verũ ſine diacono im
poſſibile eſt eſſe epiſcopum.Et curã adhibuit ſanctus Apoſtolus vt diaconi eſſent epiſcopo, propter
miniſterium.Sic Eccleſia accepit complementa diſpenſationis,ſic illo tempore erant loci.Nam ſin- *Principia*
gulæ res non ab initio omnia habuerunt,ſed progreſſu temporis ea quæ ad neceſſariorũ perfectio- *omniũ re-*
nem requiruntur,parabantur.Equidem Moſes mittitur in Aegyptum,velut vetus Teſtamentum ha- *rũ exigua*
bet,cum virga ſola.A Deo autem miſſus,cum proficiſceretur in Aegyptum, additur ipſi in auxilium *tẽpore au-*
Aaron,frater ipſius.Deinde poſtquam,fratri commiſſionem dediſſet,congregatus eſt apud ipſum ſe- *geſcunt.*
natus,& principes populi illius temporis.Et poſt hæc corroborato opere, & collecta conſequẽtia,
pertranſiuit mare Et nondum erant ſecundum legem,donec Dominus vocat ipſum in mõtem. Dat
autem ipſi plicas ſiue tabulas mandatorum,& oſtendit ipſi vt cõſtruat tabernaculũ,& præficiat prin-
cipes,decuriones,quinquagintarios,centuriones,& tribunos militum. Et vides quomodo res am-
D pliantur.Facies,inquit,omnia iuxta formã oſtenſam tibi in mõte Sina.Et vides quomodo additũ eſt
candelabrũ ſeptẽ faculas habens,veſtes ad pedes demiſſæ,indumenta ſacerdotalia,tintinnabula,chla
mydes,amicula,pilei mitræ,lapidũ precioſorũ cõpoſitiones,cyathi,mortariola,thuribula,pelues,al-
taria,catini,maſmaroth,quæ ſunt cola,midicoth qui appellãtur cyathi,mechonoth qui ſunt gradus
& quæcunque lex recenſet,cherubim,& alia,arca teſtamenti,vectes,anuli,tentoriũ,collaria & pelles:
rubefactæ,poculaq; & alia,ianitores & tubæ ductiles ac curuæ,aureæ ac argẽteæ, æreæq; ac corneæ,
& alia quæ lex dixit,ſacrificia diuerſa,doctrinæ.Nã cũ ab initio hæc non eſſent, nunquid ergo poſt-
quã factus eſt ordo,nõ exhibuerũt negocia?Sic etiã quæ apud Apoſtolũ ſcripta ſunt,donec ampliata *Ruina ſer-*
eſt Eccleſia,donec ad propriã mẽſurã deuenit,donec ornatu intelligẽtiæ iuſtiſſimè ex Patre & Filio ac *monis Ae-*
ſancto ſpiritu gubernata eſt.Et corruit Aerij ſermo. Et q̃ nõ poteſt idẽ eſſe,docet diuinus Apoſtoli *rii.*

sermo,quis sit episcopus,& quis presbyter,cum dicit ad Timotheum qui erat episcopus:Presbyterum ne obiurges,sed adhortare velut patrem.Quid negocij esset episcopo, vt presbyterum non obiurgaret,si non super presbyterum potestatem haberet? Quemadmodum etiam rursus dicit: Aduersus presbyterum ne citò admiseris accusationem,nisi coram duobus aut tribus testibus. Et non dixit ad aliquem presbyterum,Ne admiseris accusationem contra episcopum:neque scripsit ad aliquē presbyterum,vt ne episcopum obiurgaret.Et vides quòd omnis ruina eius qui ex diabolo concussus est,non est exigua.Videamus autem ac consideremus etiam alia ipsius,& primùm de paschate dicamus,quod dicit,Pascha nostrum immolatus est Christus:videamus ipsum qui dixit hoc, an non perfecit,& dicit,Festinabat quo perageret diem Pentecostes in Hierusalem.Qualem autem Pentecosten perficiebat Paulus,si non pascha perficiebat? A quo verò non assensum est in omnibus orbis terrarum regionibus,quòd quarta & prosabbato, ieiunium est in Ecclesia decretum? Si verò etiam oportet constitutionem Apostolorum proferre, quomodo illic decreuerunt quarta & prosabbato ieiunium per omnia,excepta Pentecoste,& de sex diebus paschatis,quomodo præcipiunt nihil omnino accipere,quàm panem & salem & aquam,qualémque diem agere,& quomodo dimittere in illucescentem dominicam,manifestum est.Quis autē magis de his nouit,hic ne seductus homo, qui etiam nunc supereſt,& hucusque in mundo versatur,aut qui antè nos testes fuerunt, habentes ante nos traditionem in Ecclesia,quique etiam à patribus suis traditum acceperunt:quemadmodum etiā hi à suis patribus didicerunt,qui ante ipsos fuerunt,quomodo Ecclesia acceptam à patribus suis veram fidem vsque huc continet,itémque traditiones. Et corruat rursus huius sententia de paschate, Deinde verò si non de eodem argumento quartarum & prosabbatorum,iidem Apostoli in constitutione dixissent,etiam aliter vndique demonstrare possemus. Attamen de hoc exactè scribunt. Assumpsit autem Ecclesia,& in toto mundo assensus factus est,antequam esset Aerius,& qui ab ipso appellantur Aeriani. Fortassis enim & ob hoc iustissimum nomen accepit:aerium enim spiritum habebat ex immundicia,quod ab aeriis spiritibus prauitatis,in ipso contra Ecclesiam habitauit.Posteà verò de eo quòd proferantur nomina vita defunctorum,quid hoc magis fuerit vtile,quid hoc commodius,& magis admiratione dignum,quòd credunt præsentes,quòd hi qui decesserunt viuunt,& non sunt nulli,sed sunt & viuunt apud Dominum: & vt pientissimam prædicationem recenseam, quod spes est orantibus pro fratribus velut qui in peregrinatione sint. Prosunt autem & preces pro ipsis fientes,etiamsi totam culpam non abscindant. Verum enimuero eo quod nos sæpe dum in mundo sumus,fallimur & erramus tum inuiti,tum voluntariè,quo id quod perfectius est significetur,& pro iustis,& pro peccatoribus memoriam facimus: pro peccatoribus quidem, misericordiam Dei imploranres: pro iustis verò & patribus,& patriarchis Prophetis,Apostolicis,Euangelistis,martyrib⁹ ac confessoribus, episcopisque & Anachoretis, &' pro vniuerso ordine, vt Dominum IESVM CHRISTVM ab hominum ordine separemus,per honorem quem ipsi exhibemus : & vt adorationē ipsi præstemus,illud mente voluentes,quod Dominus non est alicui homini adæquatus,etiāsimillies,& vltrà,in iusticia degat vnusquisque homo : quomodo enim possibile fuerit? Ille enim est Deus,hic homo:& ille in cœlo,hic in terra,per reliquias in terra:exceptis his qui resurrexerunt, & cum ipso ingressi sunt in ciuitatem sanctam,velut sanctum Euangelium dicit? Multa autem corpora sanctorum surrexerunt,& cum ipso ingressi sunt in sanctam ciuitatem. Sanctam autem ciuitatem quam dicit? In ambabus enim sermo hic impletur,in ea quæ hic est,& in superna. Quod enim in hāc Hierusalem cum ipso ingressi sunt primùm,id manifestum est. Antequam verò ascenderet Saluator in cœlum,nemo ascendit donec cum ipso ascenderunt. Nemo enim ascendit in cœlum,nisi qui ex cœlo descendit,filius hominis. Verùm de his cum locus ita ferret,duas sententias ostendimus. Si verò quis dicit,Nunquid sanè in Hierusalem ingressi sunt:is discat,quòd in illa die foribus clausis astitit Iesus,vbi erant discipuli eius congregati,& dixit ad ipsos,Pax vobis. Deinde verò rursus ad propositi argumenti consequentiam deueniam,quod Ecclesia necessario hoc perficit, traditione à patribus accepta. Quis autem poterit statutum matris dissoluere,aut legem patris? velut Salomon dicit: Audi fili sermones patris tui,& ne repudies statuta matris tuæ,ostendens per hoc quod & in scriptis & sine scripto docuit pater, hoc est Deus,& vnigenitus,& spiritus sanctus. Mater autem nostra Ecclesia,habet statuta in se posita,indissolubilia,quæ dissolui non possunt. Cum itaque ordinata sint in Ecclesia statuta,& bene se habeant,& omnia mirabiliter fiant, confutatus est rursus etiam hic seductor. Sed & hoc relicto,velut scarabæo,aut cantharide,aut bupresti animalculo, per ecclesiasticum fundamentum & Dei potentiam conculcato,ad reliquas consequenter procedamus,Deum auxiliarium inuocantes.

Pascha est peragēdū.

Ieiunium quarta & prosabbato decretū seruādum est.

Mortuisuorū preces prodesse.

ciuitas sāctaquæ.

Traditionum vsus.

Contra Anomeos,hæresim CXXVI.

SVnt rursus quidam qui appellantur Anomœi,hoc est inæquales,siue dissimiles.Hi autem recentes sunt.Habuerunt autem ducem Aetium quendam diaconum,euectum propter nugas suas à Georgio Alexandrino,qui Arianorum simul ac Meletianorum episcopus fuit,& temporibus Iuliani, velut suprà à me declaratum est,in pompam per vrbem ductus est super camelo : & primum quidem à Græcis conclusus & multa passus,ac per vrbem ductus, velut dixi,& lignis cæsus, deinde per totam fermè ciuitatem tractus,ac sic mortuus,& post mortem exustus, & cum multis pecorum ac bestiarū ossibus in cinerem redactus,& postea à ventis dissipatus,sic tandem finem adeptus est.Dixerit autem fortassis aliquis de eo qui sic mortuus est. Igitur martyr factus est,qui à Græcis hæc passus est. Et siquidem

Georgii Alexādrini interit.

siquidem pro veritate fuisset ipsi hoc certamen, & hæc accidissent ei à Græcis propter inuidiam, & ob confessionem in Christum: reuera intet martyres, eosque non paruos, locatus esset. Non erat autem causa propter confessionem in Christum, sed propter multam violentiam, quam in suo appel- *Georgii*
A lato episcopatu in ciuitatem & populum exercuerat, alicubi hæreditates hominibus à parentibus re- *Alexãdri-*
lictas diripiens. Et vt ne calumniemur virum: multa enim sunt quæ ab illo Alexandrinis facta sunt: *ni auari-*
quomodo nitrum omne excepit, quomodo paludes papyri & calami, & stagna salis gubernare & ad *cia.*
seipsum auferre excogitauit? Nam omnis turpitudo vitæ quæstus gratia per multas artes, vsque ad vilissimas res, ab ipso non negligebatur. Etenim & lecticas excogitauit corporibus eorum qui efferũtur, ad numerum certum facere, & sine his quæ ab ipso ordinatæ erant, non efferebatur corpus mortuorum, maximè peregrinorum: non propter hospitalitatem, sed velut dixi, quæstus gratia. Si quis enim sepeliisset per seipsum corpus, periculum subibat: sic autem à singulis qui efferebãtur lucri aliquid ipsi accedebat. Et omitto de his dicere quæ ille vir in deliciis & crudelitate & aliis accipiebat. Propter hæc igitur omnia Alexandrini in ipsum ira perciti, & maximè Græci, hac morte ipsum mulctarunt. Mihi verò obtigit occasio de hoc dicendi, eo quòd Alexandrini audito obitu Constantij statim hoc modo ipsum perdiderunt, & nulla alia de causa hic de ipso à me facta est mentio, quàm propter Aetium ab ipso constitutum diaconum. Hic Aetius etiam secundum mundanam doctrinam ine- *Aetius in-*
ruditus erat, vsque ad perfectam suam ætatem, velut fama refert. Cæterùm digressus in Alexandriam, *eruditus.*
operam dedit Aristotelico cuidam philosopho ac sophistæ: & cum sanè dialecticas argutias ex illo didicisset, nihil aliud cogitauit, quàm quomodo effingeret de Deo Verbo expositionem, & hãc rem attentius aggrediebatur, à summo mane & perpetuò vsque ad vesperam in hoc desidens: dico autem in hoc, vt per geometriam quandam & per figuras de Deo diceret ac decerneret, docens ac degens
B velut summus Arianus. Et cum Arij furiosam doctrinam haberet, amplior pernicies euasit per illorum conuersationem, & contra filium Dei, & contra spiritum sanctum linguam suam quotidie exacuit. Hic autem accusatur ab aliquibus, & eidem Constantio indicatur, & in exilium mittitur ad Tauri partes. In quo loco omnem suam doctrinam dilatauit, & in medium proferre cum dicendi fiducia deprehensus est, perfricta fronte per impudentiam ampliorem, & euomitiones malæ doctrinæ indesinenter ostendit. Ausus est enim dicere inæqualem & dissimilem filium patri esse, & non idem deitate esse ad patrem, non quòd nos similitudini innitamur. Nam super similitudinem, nouimus filiũ ad patrẽ velut eundem deitate, & æqualem, & omnino non alteratũ. Multa enim sunt assimilata Deo *Similitudi-*
sed non idem & æqualia sunt deitati: quemadmodum etiam homo secundum imaginem & similitu- *nis ratio.*
dinem est, sed non idem cum Deo ad æqualitatem. Et simile est regnum cœlorum grano sinapis, sed non idem cum regno, quòd nequaquam particeps est eiusdem ac similis fermenti. Et simile est decẽ virginibus, & viro patrifamiliàs velut ad similitudinem, sed non secundum identitatem. Cum autẽ filius similis sit patri, & plus quàm similis, eo quòd idem sit ad patrem, & æqualis patri: non similitudinem solum confirmare nobis studium est, sed etiam identitatem ac æqualitatem, velut qui est Deus ex Deo, & filius ex patre, & nõ alienus ab essentia, sed ex ipso genitus. Sic etiam de Spiritu sancto. At verò huic generoso Aetio neque similitudinem filij ad patrem approbare visum fuit. Verùm nos nõ solum similitudini innitentes, confirmationem fidei, & honorem Trinitatis verè proponentes con-
C fitemur. Nam & argentum stanno assimilatur, & aurum æri, & plumbum ferro. Et lapides precioſi assimilantur vitro: & similitudo non indicat naturam, sed assimilationem. Hic verò nos cõfitente scriptura filium imaginem Dei inuisibilis esse, vim diuinæ Scripturæ ex Dei munere diligenter cognoscentes (nimirum quæ ad Phariseos dixit, Non nouistis scripturas, neque virtutem Dei) nouimus duplicem esse hunc habitum. Verùm abusum velut ab homine accipientes, ad dictionis siue locutionis confirmationem declaramus: nam & hominis imago dicitur, & non similis. Hæc enim est per colores assimilata, illa verò per generatiuam coessentialitatem, tanquam genito filio ad patrem exprimente genus, & tanquam de cætero assimilatio reperiatur identitatis, & coessentialitatis, & expressę imaginis. Et est nobis vnigenitus filius Dei, idem cum patris deitate & dignitate, & æqualis per verã imaginem, ac similitudinẽ non euariantem, sed nihil immutatam, velut filius ex patre verè & coessentialiter genitus. Sic etiam de spiritu sancto, eo quòd ex patre procedit, etiamsi non est genitus, propterea quòd filius est vnigenitus. At hic Aetius amplius volens resistere veritatis confessioni, ne simi- *Aetius cõ-*
litudinem quidẽ filij ad patrẽ confiteri conatur. Nam alij Ariani à Luciano & Origene accepta occa- *tra Aria-*
sione, & alij qui conuersati sunt cum Asterio sophista, qui excidit in persecutione tẽpore Maximia- *nos rectè*
ni facta: partim quidem velut in superioribus à me declaratum est, creaturam filiũ Dei vnusquisque *inuehitur.*
D prædictorũ decreuit, & spiritum sanctum creaturã creaturæ docuerunt: partim verò dixerunt, similẽ esse filiũ patri, etiãsi creaturam ipsũm esse decreuissent. Hic verò totã quidem illorũ simulationẽ, suã verò impietatẽ clarè detexit, dogma illaudatum ac impudens aduersus Dominũ reuelans. Et vt quidem habet veritas iustissimè aduersus eos qui creaturã introducunt, huius Aetij etiam Anomœi appellati, exacta confessio inuehitur. Omne enim creatum dissimile est creatori, etiamsi ad gratiã assimiletur. Et creator creato dissimilis est, etiamsi colorũ varietatibus ipsum ornare conatus fuerit: nisi sanè secundum imitationem solũ speculationis fuerit expressum ad assimilationẽ ac similitudinẽ. Et quantũ ad Arianos, qui creatũ putant filiũ Dei, & spiritũ sanctũ, validus fuerit huius sermo, velut etiã postea ab ipsis Arianis, Eudoxio inquam, & Menophilo, atque aliis citatus, & corã rege constitutus, ipsos palã redarguit, cũ diceret, Qualiter ipsi habẽt, ego habeo, velut etiã ipsi omnes. Sed quod in me

verũ eſt,ipſi occultant:& quod ego clarè oſtendo ac confiteor,hi omnes eadem dicunt.Occultabant autem hoc,cum rex non aduerſaretur Arianæ fabulæ,ſed pium ſanè ſe eſſe putaret. Nam creaturam confiteri filium Dei recuſabat,indignabaturque,ac in exilium miſit Aetium,velut ſuprà oſtẽſum eſt. Atque hinc initium hæreſis cœpit,& ab vno argumento ad multam malorum calamitatem vir hic mente elatus,grauiter ſauciauit animam ſuam,& eorum qui ipſi fidem habuerunt. Nam ad eam imaginationem ſeductus ille poſtea deuenit,itémque diſcipuli eius,vt diceret:Sic ſcio Deum clariſſimè, & adeò ipſum ſcio ac noui,vt ne me quidem magis noſcam quàm Deum. Sed & alia multa de hoc audiuimus,quomodo diabolus horribiliter machinatus ſit,vt per ipſum animas hominum ineſcatorũ perderet.Etenim non ſolliciti ſunt de vitæ ſanctimonia,non de ieiuniis,non de mandatis Dei, non de aliquo alio ad vitam hominibus à Deo præcepto:ſed ſolum promptus eſt ipſis ſermo, per vnum verbum omnia.Velut ſi quis iactura è naui facta,& omni vectigali eiecto, detineat vnum quiddã ex his quæ in nauem impoſita ſunt,tegulam inquam,aut aliud quid,vt per vnum inſtrumẽtum omnem pontum pernatare poſſit,& ſalutem ſibiipſi parare:& talis fallatur,& non velut putauit de inſtrumento in manus ſumpto,finem reperiat,poſtea ſubmerſus,à toto negocio ac ſalute excidat.Sic etiam hic Aetius,& qui ex ipſo ſunt anomœi,in medium afferentes dictum quod à Domino in Euangelio dictum eſt,dictionem quidem exponunt, verùm vim ipſius non rectè tenentes,fallitur & falluntur. Quum enim in ipſos inciderit quis,& de mandatis mentionem fecerit:hoc dicunt velut dictum habet,quòd nihil aliud eſt quod quærit Deus à nobis,quàm vt cognoſcamus ipſum ſolum:quemadmodum etiam Chriſtus dixit,dum ait, Da ipſis pater vt habeant in ſeipſis vitam:hæc autem eſt vita, vt cognoſcant te ſolum verum Deum,& qnem miſiſti Ieſum Chriſtum. Audiuimus enim quoſdam dicentes,quòd ab ipſo palàm audiuerunt,quum quidam accuſarentur ob abſurdum factum,quòd cum muliere dormiuiſſent , & ab ipſis condemnarentur:ille omnino non indignabatur,ſed etiam fruſtra illudebat,dicens nihil eſſe tale.Corporalis enim,inquit,eſt neceſſitas & miniſterium,velut aurem ſcalpimus.Et ipſe quidem vereor dicere,quæ impurus ille narrauit.Accepta,inquit,penna aut ſarmento aurem ſcalpimus,& ſic ceſſat pruritus circa aurem:ita & hoc,inquit,contingit ſecundum naturam, & ſi quis perfecerit,non peccat.Et multa talia hic vir exponens , dilutè omnia & malè docuit : vt ex ipſis operibus videatur,quis ſit. At Domini verba clarè nobis declarant ipſum,vbi dicit: Attendite à falſis prophetis,qui veniunt ad vos in indumentis ouium,intrinſecus autem ſunt lupi rapaces:ex fructibus ipſorum cognoſcetis ipſos.Nunquid colligunt à ſpinis vuas,aut à tribulis ficus? Sic etiam huius per omnia dementiæ temeritas hinc & illinc redarguitur,qui ſanè contra Dominum ſuum aperuit os,& effreni lingua in Dominũ ſuum blaſphemias iacere non eſt veritus:quo ex fructibus proteruitatis ac aquoſitatis ipſius prudentes periculo facto non decerpant.Non enim poteſt vua ex ſpinis vindemiari,cum etiam ex peruerſa doctrina vitæ ſanctimonia conſpiciatur. Verùm hæc quidem circa virum facta eſſe acciditſe audiuimus.At per doctrinam ipſius commiſſa multa ſunt,cum elatio animi eius contra Dominum auſa vſque ad inſaniam proceſſerit.Pauca verò de multis apponam,& quæ Dominus dederit,ad ipſa ſubuertenda,etiã ipſi dicemus.Et eſt huius Anomœi de fide nugacitas & verborũ aſſimilationes,ex Scriptura quidem acceptæ,non autem ſic ſententiam habentes,ſed aliã vim tenentes,ab ipſo verò ſic accepta.Aſſerit autem ſtatim in principio,quòd non poteſt ingenitũ ſimile eſſe genito:nam & nomine differt:alterũ enim eſt ingenitũ,alterum genitũ.At verò totum eſt ſolidum,& quod ad inſaniam adegit virum.Si enim quæremus ingenito genitorem,vt ne opinionẽ veram de Chriſto perdamus:inuenietur non amplius vnus pater,neque pater patris, ſed infiniti patres patrũ,dum inquiruntur.Et non amplius vnus Deus eſt,qui ſemper eſt,& ante ſe nihil habuit,& ſemper perſeuerat ac manet, ex quo vnigenitus verus filius genitus eſt , & eſt , & ſanctus eius ſpiritus ex ipſo:ſed erunt dum quæruntur dij multi,Et de cętero,omnia fraus erunt,& non veritas.Oportet autẽ velut eſt,vnum ſcire Deum patrẽ Domini noſtri Ieſu Chriſti , ex quo etiam ſpiritus ſanctus ex patre procedens,& de filio accipiens.Et hæc eſt vna deitas,vnus Deus,vnus Dominus,Pater & Filius & ſpiritus ſanctus:non quòd coniunctio ſit Filius ad Patrem,aut etiam ſpiritus ſanctus:ſed Pater pater,& Filius filius,& ſpiritus ſanctus ſpiritus ſanctus.Tria perfecta,vna deitas,vnus Deus,vnus Dominus quemadmodũ iam ſæpe in his hæreticorum tractationibus hoc modo glorificationẽ de Deo expreſſimus.Igitur quandoquidẽ vnus eſt Deus,& non datur ſuſpicari alium præter eum qui eſt:admirabiliter & ingenitus eſt pater & increatus,& vnigenitus filius Dei ex ipſo genitus,non diſſimilis eſt ipſi per omnem modum:ſed idem cum Patre,& æqualis ſecundũ omnem dignitatẽ, etiamſi hic genitus eſt,ille verò ingenitus eſt.Siquidem enim omnino genuit ex ſe filium,impoſſibile eſt non eſſe æqualem ac ſimilem patri.Omne enim quod gignit,ſimile ſibiipſi gignit:& non ſolum ſimile, ſed æquale identitate,Homo etiam hominem gignit,& Deus Deum.Et homo quidem ex corporũ complicatione,Deus autẽ inenarrabiliter ſolus vnigenitum genuit:& non ſecundum aliquam defluxionem,neque contractionem,neque dilatationem. Sed ſpiritus exiſtens pater,ex ſeipſo ſine principio & ſine tẽpore filium genuit,ſimilẽ ipſi per omnia & æqualẽ,velut dicit ſanctũ Euangelium, ꝙ quærebant ipſum occidere Iudæi,nõ ſolum ꝙ diſſoluiſſet ſabbatũ,ſed etiã ꝙ filiũ Dei ſeipſum dixiſſet, æqualem ſeipſum faciens Deo.Quomodo enim nõ ſimilis ſit patri & æqualis per omnia, qui in ſeipſo habet vitã,& dicit, Quemadmodũ pater ſuſcitat mortuos,ſic etiam filius ſuſcitat mortuos.Et qui dicit, Qui vidit me,vidit patrem:non poteſt diuerſus eſſe,qui per ſeipſum patrem ſignificat.Et qui dicit, Qui cognoſcit me cognoſcit patrẽ.&, Qui vidit me,vidit patrẽ:velut ipſe nõ alius ſit præter patrẽ, quemad-

pater

Similenau fragicum.

Peccatorũ nulla ratio apud Aetium.

Similitudinis,æqualitatisac idẽtitatis ratio.

modũ etiã pater & filius ſignificat, Faciamus hominẽ ad imaginẽ noſtrã, & ad ſimilitudinẽ. Si enim nõ eſſet filius ſimilis patri, quomodo igitur homo ad imaginẽ & ad ſimilitudinẽ factus eſt? Nõ enim dixit pater, Faciamus hominẽ ad imaginẽ meam, aut iuxta imaginẽ tuam: ſed, Ad imaginẽ noſtrã. Ab
A eo verò quod dicit Noſtram, æqualitatem patris in filio oſtendit, & ſimilitudinẽ: & non hoc ſolùm, ſed etiam identitatem in omnibus, & in nullo diuerſitatem. Quomodo verò poteſt non eſſe æqualis, & non ſimilis, velut etiam iam dixi, qui dicit: Ego in Patre, & Pater in me. Non enim ipſe ſolũ in Euãgelio hoc dicit, ſed etiam in ſpiritu ſancto prophetans Eſaias nouit filium in patre, & non alienum à patre, neque diuerſum: quemadmodũ habet dictũ, quod hanc conſequentiã habet, ab Hebraico quidem ſic: Phthou, ſaarim viabotõ, ſadic, ſomer emmunim, ieſroſmooch Theſar, Salom ſalom, chibac batou, betub baldonai, addoth chibaia, adonai Sodolemim. Ex Græca verò interpretatione Aquilæ ſic: Aperite portas, ingrediatur gens iuſta, ſeruans fidem, figmẽtũ firmum, cuſtodia pacis, quia in ipſo confidunt: confidite in Dominũ vſque in ſeculũ, quia in Domino Dominus qui firmauit ſecula. At apud Septuaginta ſic: Aperite portas, ingrediatur populus cuſtodiens iuſticiam, & conſeruãs veritatem, defendens veritatẽ, & cuſtodiens pacem, quia in te ſperauerunt Domine vſque in ſeculũ, DEUS magnus æternus. Obſeruet autem lector, ꝙ pro DOMINUS DEUS: & magnus, pro IN DOMINO, apud Septuaginta habetur. Et quanta ac quot poſſent de hoc dici? Vereor autem, ne fortè in molem ingentẽ accumulem de his verbis tractationem. Omnia enim clara ſunt in diuina Scriptura his, qui pia ratiocinatione diuinũ ſermonẽ adire volunt, & non diabolicam operationẽ in ſeipſis conceperunt, ac ſeipſos in barathrum mortis coniicere conantur. Velut miſerabilis hic, & qui ab ipſo ſunt perſuaſi, contra veritatem arma mouerunt, ſuper omnes qui ante ipſos fuerunt blaſphemi in DEUM ac ipſius fidẽ. Et ꝙ quidem non poteſt diſſimilis eſſe Filius patri, imò neque huc enitẽtes hæc diximus: eſt enim nõ ſolum ſimilis, ſed etiã æqualis & idem deitate, idem ſempiternitate & potentia. Et non dicimus id eſ-
B ſentialẽ, vt ne dictio apud quoſdam vſurpata Sabellio aſſimiletur. Idem verò dicimus deitate, eſſentia & potentia, per omnia æqualem Patri & ſancto ipſius ſpiritui. Coeſſentialem autẽ dicimus, velut habet ſancta fides, qua ex voce Co, manifeſtè ſignificentur perfecta. Quoniã filius ex patre perfectus ex perfecto, perfectus etiam ſpiritus ſanctus. Cæterùm ab vno & altero aut tertio teſtimonio hi deprehendentur. Si enim omnino confitetur ab ipſo genitum, neceſſario confitebitur ſimilem eſſe genitori. Manifeſtum eſt autẽ, ꝙ in verbis quidem dicit genimen ſiue genituram, creaturam autẽ manifeſtè habet & credit. Per gratiam verò filium ipſum vocari, velut expertus eſt ille cœleſtium cognitor, & indiuiſibilium diuiſor, & noſtræ in Chriſtũ ſalutis geometra. Corruit autem omniũ horũ ſermo, qui creaturam ipſum eſſe falſo protulerunt, ſicut etiã huius corruet. Dicam enim ad ipſum iuſtiſſimè, dic mihi ô bone, quid dicis de filio Dei, creaturam ipſum dicis, aut genimen, ſiue genituram? Si enim creaturam ipſum eſſe dicis, ne amplius probabiliter occultes perniciem, dum nomine genituram Patris ipſum vocas. Omne enim creatum non eſt genitũ: & ſi eſt genitũ, non eſt creatũ. Omitte igitur vt neque ſermone genitũ dicas. Non enim conuenit tibi omnino, vt vel in vno ſermone veritatis verba in labiis feras. Sed dic omnes tuas inſidias, vt diſcamus quis es, & ſic inſidias tuas euitemus, quæ animas corripiunt: & ſtrue inſidias his qui tui deſiderio tenentur. Adoras itaque filiũ Dei, aut nõ adoras? Etiã, inquit, adoro ipſum. DEUM adoras, aut non? Etiã, inquit, DEũ adoro. Qualis igitur erit DEUS, qui apud te creatus dicitur, & adoratur? Siquidem enim vnum creauit adorandus DEUS, & hunc adorari voluit reliqua verò omnia ipſe creator non vult adorari. Imò etiam accuſat adorantes creaturam, per legem docens: Non facies tibi ipſi vllam ſimilitudinẽ, ac adorabis ipſam, neque in cœlo, neque in terra, ne-
C que in aquis. Et Apoſtolus dicit, Coluerunt creaturam præter creatorẽ, & ſtulti facti ſunt. Quomodo igitur de omnibus præcipit vt ne adorentur? Nunquid perſonarũ acceptio eſt apud DEũ? abſit. In hoc enim ꝙ vnus adoratur, oſtendit penitus aliũ eſſe eũ qui adoratur præter creaturã: & aliã creaturã quę non adoratur, præter adorandũ DOMINũ, filiũ DEI ex patre genitũ. Ideo enim ꝙ ex ipſo genitus eſt ſimilis ipſi, & ſecundũ ipſum filius, ea propter etiam adorandus eſt ab omnibus. Per ipſum enim fecit omnia, & ſine ipſo factum eſt nihil. Per ipſum enim & ſanctum ſuum ſpiritum, qui ex ipſo proceſſit, & de filio accepit, fecit & firmauit omnia. Verbo enim DOMINI cœli firmati ſunt, & ſpiritu oris ipſius omnis virtus ipſorum. Cum enim dixit vnigenitus, velut ſuprà à me relatum eſt, Vt cognoſcãt te ſolum verũ DEUM, & quem miſiſti Ieſum Chriſtũ, ſegregauit ſeipſum à creatura. quemadmodum etiam Apoſtolus dicit, Vnus DEUS ex quo omnia, & nos per ipſum: & vnus DOMINUS Ieſus Chriſtus, per quẽ omnia, & nos per ipſum. Et vides, quòmodò oſtendit vnũ DEũ patrẽ, & vnũ DOMINũ ex ipſo genitũ? Et non dixit, Vnus DEUS & vnus DOMINUS cũ omnibus ex ipſo factis: ſed, Vnus DOMINUS, per quem omnia. Si verò vnus DOMINUS per quem omnia ſunt, non eſt vnus ex omnibus, ſed factor omnium creatorum, omnium creator exiſtens. Cum autem filius ex patre genitus ſit, & ex patre ſit, per quem omnia facta ſunt: diſſimilis omnibus eſt, nempe creator vniuerſorum exiſtens. Nam vnus & vnus DEUS pater, ex quo omnia, & DOMINUS Ieſus per quem omnia: cohnita ſuperiore dictione per vnus, & vnus, & per ex quo & per quem: partim clarè ex patre filium manifeſtauit, partim non item filium ex reliquis eſſe mirabiliter pronunciauit, per quem omnia dicens: quo oſtenderet partẽ eſſe, & filiũ
D eſſe à patre exiſtente vnigenitum DOMINUM. Dixit autem hæc Apoſtolus ſpiritu ſancto ductus. Quapropter non habuit opus de ſpiritu aliquid declarare, non ꝙ non glorificetur ſpiritus cũm Patre, & Filio: neque vt ipſum ex omnibus ſignificaret, quæ per filium creata ſunt. Sufficiebat enim patri ac filio cõnumerari per firmã filij cõfeſſionẽ, dum dicit: Euntes baptiſate in nomen Patris & Filij & ſpi-

Ego in Patre, & Pater in me. Eſaiæ locꝰ expenſus.

Filius Dei nõ eſt creatura.

Pauli locꝰ explicatꝰ.

ritus ſancti. Loquens itaque Apoſtolus, imò potius ſpiritus ſanctus in ipſo, de ſeipſo non indicauit. Manifeſta enim erat cognitio de ipſo, vt de qua neque Iudæi ambigerent: reſeruabatur autem, vt ne ſpiritus ſanctus ſeipſum conſtitueret. Apoſtolus enim ſpiritu ſancto ferebatur, & de patre ac filio docebat, vt oſtendatur trinitas ſemper exiſtens, & nũquam eſſe deſinens. Ne admireris, ſi audieris, Vnus Deus ex quo omnia, & vnus Dominus per quem omnia. Nam in eo quòd dixit filium Dominũ, non omnino negauit Apoſtolus eſſe Dominum etiam Deum. & in eo quod dixit, Vnus Deus per quem omnia, non negauit eſſe Deum etiam Dominum. Simul enim & Dominus & Deus, & Deus & Dominus: & nihil differt de his quæ ad nos in veritate ſalutariter ex Deo per Apoſtolos prædicata ſunt. At vero idẽ Anomœus, & qui ex ipſo orti ſunt, relicta via veritatis, malè progreſsi ſunt, & verba Dei excogitantes, & de cætero ad diſſertiones ac diſputationes verborum, ſententiam euertentes, reſiluerunt à veritate, & à cœleſtibus exciderunt. Omnis enim dictio redarguet ipſos, ſi mentem ſuam ad A
Euangelij illuminationem conuertere voluerint. Nuſquam enim vnigenitus dicit, & quidem in carne præſens, Qui creauit me pater, demiſit me. Neque pater alicubi in Euangelio dixit, neque in veteri Teſtamento, Creaui vobis filium: ſed, Pater me miſit. & Ex patre exiui & venio. & Qui eſt in ſinu patris. &, Verbum erat apud Deum, & Deus erat Verbum. Et multa licet nobis de ſalute noſtra cognoſcere, & non à nequitioſa huius diaboli doctrina corripi. Diabolus enim volens perdere humanum genus, inuidia ductus aduerſus hominis gloriam, diuerſas, artes excogitauit. Primùm quidem per ignorantiam, deinde per idolatriam, aliquando per improbitatem, nunc verò per errorem & hæreſeon fraudem: quo vndiquaque hominem à cœleſtibus ſubuertat. Quot igitur & quanta poterit mediocritatis noſtræ mens aduerſus te dicere, ô Anomœe? Rectè enim Anomœus, hoc eſt, inæqualis & diſsimilis es, qui ab hominibus & mores & intelligentiam peruertiſti, his inquam, qui intelligentiam Dei adepti ſunt, & fidem veritatis habent. Non enim ad bonum procedens inæqualis factus es hominibus, ſed declinatione à via veritatis facta, diſsimilis factus es filiis eccleſiæ Dei: & prætextu arrepto, filium Dei qui ſecundum ipſius patrem eſt, diſsimilem patri dicens, tu diſsimilis factus es, & hoc nomen ſortitus, cum non amplius ſimilis ſis eorum qui in Deo ſeruantur. Quo vero non circa ipſius quæſtiones immorans tempus perdam, age ex ipſis dictionibus quas ipſe expoſuit dialecticè ad quoſdam ſcribens, ipſum confutabimus. Videbitur enim dialecticam quandam fraudem conſuere in ſuo libro, qui nullum ſermonem habet fidei ſimpliciſsimæ ac ſinceriſsimæ & in ſpiritu ſancto ac manſueto ornatæ. Totum vero per totum ipſius opus quod ad nos peruenit, in primis poſui, vt ab ipſo faciamus reliquam diſputationis aduerſus ipſum ſubuerſionem. Et eſt hic Aetij Anomœi libellus.

Aetii Anomœi.

Aetii libellus.

QVando quidẽ in tẽpore illatę nobis perſecutionis ab antiquariis, & his qui iam diu opinioni ſuę adhæſerunt, quidã ex prædictis abſtulerunt cũ aliis multis, etiã opuſculũ priuatim à nobis elaboratum, de ingenito Deo & genito, idque interpoſitionibus ac detractionibus corruptũ ediderũt, ordinis conſequentia interpellata: venit autem poſtea idipſum ad nos, ſtudioſo quodã nobis ipſum afferente: coactus ſum rurſus velut pater purgatum id ſcriptum vobis emittere, ô vos omnes pij de- C
certatores ac decertatrices, quo ſcire poſsitis iuxta ſanctarum ſcripturarum intelligentiam in prædicto opuſculo noſtram ſententiam prolatam eſſe, per quam omnem hominem vobis contradicere conantem de ingenito Deo & genito, compeſcere, ac breuibus illationibus pudefacere poteritis, maximè vero omnium prædictos: in verſuum ſpecie pronunciati pronunciationem, & ſolutionis ſolutionem, quo facilius retineantur, & aggreſsiones ac epicheremata clara ſint, facturus, initio de Deo ingenito ſumpto. j. Si poſsibile eſt ingenito Deo, genitum ingenitum facere. ij. Si omni cauſa ſuperior eſt ingenitus Deus, propter hoc etiam ſuperior generatione fuerit. Si vero ſuperior eſt omni cauſa, nimirum etiam generatione. Neque enim ab alia natura ipſum eſſe accepit, neque ipſe ſibiipſi eſſe exhibuit, iij. Si ipſe ſibiipſe eſſe exhibuit, non propter naturæ debilitatem, ſed eo quod tranſgreditur omnem cauſam, vndénam quis productam naturam ad eam quæ produxit, ineuariabilitatem in eſſentiam habere concedet, cum talis ſubſtantia generationem non admittat? iiij. Si indeſinenter Deus permanet in ingenita natura, & genimen indeſinenter genimen eſt, coeſſentialis & ſimilis eſſentiæ peruerſa opinio corrumpetur. Stat autem incomparabilitas in eſſentia, vtraque natura indeſinenter permanente in propria naturæ dignitate. v. Si ingenitus eſt Deus ſecundum eſſentiam, non eſſentiæ diſparatione genitum genitum eſt, ſed potentiæ quæ ipſum produxit. Eandem enim eſſentiam & genitam eſſe & ingenitam, nulla pia ratio permittit. vj. Si ingenitum genitum eſt, quid vetat genitum ingenitum factum eſſe? Omnis enim natura magis ad ſuum familiare feſtinat, quam ad alienum. vij. Si non totus Deus ingenitus eſt, nihil prohibet genuiſſe eſſentialiter. Si vero totus eſt ingenitus, non eſſentialiter ad generationem diſparatus eſt, verùm potentia genimen produxit. viij. Si totus eſt generatiuus ingenitus Deus, non eſſentialiter genitum genitum eſt, cum tota eſſentia ipſius habeat vt generet, non autem vt generetur. ix. Si vero transformata eſſentia Dei genimen D
dicitur, non immutabilis eſt eſſentia ipſius, cum mutatio operata ſit filij conſtitutionem. x. Si vero immutabilis fuerit & generatione ſuperior eſſentia Dei, id quod ſecundum filium eſt, vſque ad nudã appellationẽ confirmabitur. xi. Si ſeminaliter erat genimen in ingenito Deo, poſt generationem

Aetii propoſitiones ſiue epicheremata.

nem extrinsecus incremento sumpto, in virum, vt ita dicam, euasit. Perfectus igitur est filius, non ex eo quod genitus est, sed ex his quæ assumpsit. Quæ enim naturaliter assumunt, velut ex illis constantia, perfecti nomen diuersimodè admittere solent. xij. Si perfectum erat genimen in ingenito, genitA men est etiam non ex eo quod ingenitus ipsum genuit. Genitam enim naturam in ingenita essentia esse impossibile est. Est enim idem, & esse non esse. Genimen enim ingenitum non est, & ingenitum existens, genimen non erat: cum dissimilis pars in Deo, blasphemiæ figuram & contumeliam obtineat. xiij. Si ingenitæ naturæ existens Deus omnipotens, genitæ naturæ non nouit seipsum: Filius autem genitæ naturæ existens, hoc cognoscit seipsum quod est: quomodo non fuerit coessentialitas mendacium, cum ille cognoscat seipsum ingenitum, hic verò genitum? xiiij. Si non vox ingeniti substantiam Dei declarat, sed humanæ inuentionis est incomparabile nomen: gratiam debet Deus inuentoribus propter ingeniti inuentum, cum præeminentiam nominis non ferat in essentia. xv. Si extrinsecus de Deo consideratur vox ingeniti, qui considerant, potiores sunt considerato, cum præstantius natura nomen ipsi exquisierint. xvj. Si non cedit ingenita natura generationi, est hoc quod dicitur: si verò cedit, generationis passiones meliores fuerint substantia Dei. xvij. Si genimen immutabile secundum naturam est, propter genitorem: ingenitum essentia est immutabilis, non propter voluntatem, sed propter dignitatem quæ est in essentia. xviij. Si ingenitum essentiæ significatiuum est meritò à genituræ essentia oppositè distinguitur. Si verò nihil significat ingenitum, multo magis nihil significat genimen. Nihil autem ad nihil quomodo opponi potest? xix. Si verò ingenita prolatio ad genitam prolationem opponitur, silentio prolationi succedente: fieri contingit & perire Christianorum spem in prolatione sitam, at non in naturis sic habentibus, velut nominum vult significatio. xx. Si nihil plus distribuit ad præeminentiam essentiæ ingenitum genito: prolatione solum præeminens filius, meliores seipso cognoscet eos qui ipsum sic appellarunt, non appellatum Deum ipsius patrem. xxj. Si ingenita essentia melior est generatione, intra se habens ipsam præstantiam per se essentia est ingenitus. Non enim volens, quoniam vult, potior est generatione, sed quoniam natura est. Per se igitur existens essentia ingenitus Deus, nulla ratione permittit contra seipsam excogitare generationem, impellens ferri contra genita omnem examinationem ac omnem ratiocinationem. xxij. Si priuationis significatiuum est de Deo ingenitum, nihil autem fuerit ingenitum, quæ ratio abstulerit aliquid ab eo quod nihil est? Si verò significat id, quod est, quis secedere fecerit ab eo quod est, id
B quod est ipsum suiipsius? xxiij. Si priuationes, habituum sunt ablationes, ingenitum in Deo aut priuatio est habitus, aut habitus priuationis, At siquidem priuatio est habitus, quomodo id quod non adest, velut quod adest, Deo connumerabitur? xxiiij. Si verò habitus est ingenitum, necesse est præsupponere genitam essentiam, vt sic assumpto habitu ingenitum nominetur. xxv. Si verò genita ingenitæ essentiæ particeps fuit, & habitus abiectionem passa, ingenita natura priuata est: fuerit vtique essentia quidem genita, ingenitum verò habitus xxvj. Si verò genimen transitus significatiuum est, manifestum est quod habitus significationem habet, siue transformatum est ex essentia quadam, siue hoc est quod dicitur genimen. xxvij. Si ingenitum habitus est, & genitum habitus, essentiæ quidem habitibus priores sunt: habitus autem etiamsi essentiis posteriores sunt, attamen potiores. xxviij. Si ingenitum geniti causa est, ipsum esse significans, & genimen coinfert cum sua ipsius essentia ipsum autorem: vox genimen essentiæ significatiua est, & non habitus: quum ingenita natura? xxix. Si omnis essentia est ingenita, qualis Dei omnipotentis, quomodo alteram quidem passibilem, alteram vero passionis exortem quis dixerit? Si vero per sortem ac partem ingenitæ naturæ, altera permanet quaC titate & qualitate, & (vt summatim dicam) omni mutatione superior, altera vero passionibus obnoxia est, ita vt concessum sit ipsi, inuariabilitatem in essentiam habere, eo quod sponte sua permittit amicus ea quæ sunt prædicta: fuerit hoc vtique consequens, facientem quidem ingenitam dicere, genitam autem eam quæ transmutatur. xxx. Si factæ naturę ingenita natura est causa, ingenitum vero nihil est absolutum: quomodo id quod nihil est, fuerit causa eius quod factum est? xxxj. Si ingenitum est priuatio, priuatio autem habitus abiectio est, abiectio vero penitus perit, aut in aliud transit quomodo possibile est vt habitu transeunte aut pereunte, ipsa ingeniti scilicet appellatione, cognominetur essentia Dei? xxxij. Si ingenitum significat priuationem, quæ non adest Deo: quomodo ingenitum esse dicimus, genitum vero non esse? xxxiij. Si nudum nomen est de Deo vox ingenitum, nuda autem prolatio substantiam Dei attollit contra omnia genita: præstantior ergo est hominum prolatio, quàm omnipotentis substantia, vt quæ incomparabili præeminentia Deum omnipotentem exornauit. xxxiiij. Si omni genito consors & coniuncta est causa, causæ autem exors est ingenita natura: non causam significat vox Ingenitum, sed substantiam indicat. xxxv. Si omne quod factum est, ab alio factum est, ingenita autem substantia, neque à seipsa neque ab alia facta est, necesse est ingenitum essentiam significare. xxxvj. Si ex geniminis essentia comparet, quod causa est ingenita substantia, contra omnem causam inuariabilitatem habens: per se sanè essentia est incomparabilis, nõ extrinsecus coostendens in accessibilitatem, verùm per se existens incomparabilis & inaccessibilis, quoniam etiam ingenita. xxxvij. Si excidit omnem naturam ipse omnipotens, propter
D ingenitum excedit, quod causa est durabilitatis ipsis creatis. Si vero non essentiæ significatiuum est ingenitum, vndè nam habebit creatorum natura, vt conseruetur? xxxviij. Si nihil ex inuisibilibus ipsum ante seipsum seminaliter existit, verùm permanet in natura quam sorte adeptum est: quomodo ingenitus Deus liber & exors existens, nunc quidem suam essentiam, posteriorem

inge

in genimine videt: nunc verò priorem in ingenito, ſecundum primi & ſecundi ordinem? xxxix. Si permanet in natura ingenita Deus, auferatur ab eo quod in generatione & in ingenita natura ſeipſum noſcat. Si autem conceditur in ingenito ac genito ſuam ipſius eſſentiam extendere, ipſe ſui-

Ingeniti, & genita natura.

ipſius eſſentiam ignorat, dum à generatione & ingenita natura circumducitur. xl. Si verò etiam geni tum particeps eſt participationis ingeniti, verùm in geniti natura indeſinenter permanet: in imperfecta ſanè natura ſeipſum cognoſcit, ignorans videlicet ingenitam participationem. Non enim poſſibile eſt, ipſum de ſeipſo, & ingenitæ eſſentiæ & genitæ cognitionem habere. xlj. Si verò deſpicabile eſt ingenitum propter mutationis aptitudinem: dignitas naturæ eſt eſſentia immutabilis, cum ingenitam naturam omni cauſa ſuperiorem confiteamur. xlij. Si ingenitum ab omni cauſa exemptũ eſt, A fuerint autem multa ingenita, inuariabilem habebunt naturam. Non enim per ſortitionem, naturæ cuiuſdam communis & propriæ particeps facta, altera quidem faciebat, altera verò fiebat. xliij. Si omnis eſſentia eſt ingenita, nulla differet ab alia iuxta dominij libertatem: quomodo igitur dixerit quis aliam mutari, non permittens Deo producere ex non ſubiecta eſſentia? xliiij. Si omnis eſſentia eſt ingenita, omnis eſt inuariabilis: cum autem eſſentia inuariabilitatem habeat, facere & pati caſui ſpontaneo deferendum eſt. xlv. Cum autem multa ſint igenita & inuariabilia, innumerabiliter different inter ſe. Non enim numerabilia eſſe poterint, quæ diſtant aut in totum, aut iuxta aliquid: cum omnis diſtantia ſortem ac partitionem quandam oſtendat cauſæ diſiunctæ ingenitæ naturæ. xlvj. Si vox Ingenitus & Deus, ex comparatione & æqualitate idem ſignificant, ingenitus ingenitũ genuit. Si verò aliud quid ſignificat ingenitum, & aliud Deus, non abſurdum eſt Deo, Deum genuiſſe, ita vt vterque originem ſumpſerit ex ingenita eſſentia. xlvij. Si verò quod ante Deum eſt, nihil eſt, quem-

Ingenitũ quid ſit.

admodum non eſt: Deus & ingenitum idem ſignificat, non admittente genimine ingenitum: quapropter neque ſimul proferri cum Deo & patre ſuo ſuſtinet. Sanos & ſanas vos, is qui eſt per ſe genitus Deus, qui etiam ſolus verus Deus propterea appellatus eſt à miſſo Ieſu Chriſto, qui ſubſiſtit verè ante ſecula, & genitæ ſubſtantiæ verè exiſtit: conſeruet ab impietate, per Chriſtum Ieſum Saluatorem noſtrum, per quem omnis gloria Deo & patri, & nunc in ſecula ſeculorum. Amen. Aetij libelli finis. Atque hoc ſanè eſt principium corruptarum ipſius ſententiarum, velut dixi, quæ ex parte ad nos peruenerunt. Trecenta enim capitula ſimul his conformia ipſum feciſſe dicunt, omni blaſphemia referta: hic verò velut perdito corpore reptilis & putrefacto, ſtudioſo quodam ductore, qui reptilis reliquias & oſſa collegit, in perniciem quorundã, inſidias quas iactat, conſtruxiſſe, ad quoſdã nimirum ſcribens, velut ipſum opuſculum honeſti ſtudium præ ſe ferens continet. Cuius principiũ hoc eſt: Qua de cauſa etiam nos, operationis Dei curatiuos diuinæ ſcripturæ ſermones, ab initio vſque ad finem colligentes, ſubuerſoriam antidotum conſtruemus his qui à veneni ipſius eiaculatione ſanari volunt, è regione cuiuſque dictionis ipſius ſubuerſiones appoſituri eorundem ſyllogi-

Aetii obiectiones.

ſticorum capitum, hoc modo. Aetij Anomœi verba. Quandoquidem in tempore illatæ nobis perſecutionis ab antiquariis, & his qui iam diu opinioni ſuæ adhæſerunt, quidam ex prædictis abſtulerunt cum aliis multis, etiam opuſculum priuatim à nobis elaboratum, de ingenito Deo & genito, idque interpoſitionibus ac detractationibus corruptum ediderunt, ordinis conſequentia interpellata: venit autem poſtea idipſum ad nos, ſtudioſo quodam nobis ipſum afferente: coactus ſum rurſus velut pater purgatum id ſcriptum vobis emittere, ô vos omnes pij decertatores ac decertatrices, C quo ſcire poſſitis iuxta ſanctarum ſcripturarum intelligentiam in prędicto opuſculo noſtram ſentẽtiam prolatam eſſe, per quam omnem hominem vobis contradicere conantem de ingenito Deo, & genito compeſcere, ac breuibus illationibus pudefacere poteritis, maximè verò omnium prędictos in verſuum ſpecie pronunciati pronunciationem, & ſolutionis ſolutionem, qua facilius retineãtur, & aggreſſiones ac epicheremata clara ſint, facturus, initio de Deo ingenito ſumpto. Cõfutatio Dialectici faſtus tui & ſyllogiſticę vanitatis, ad verbum confutationem faciam, non tranſgrediens, neque poſthabens, dictionum quę tibi longiores aut etiam breues videntur, immenſitatem. Et primũ quidem, quandoquidem ſcribens ad multitudinis tuę decertatores ac decertatrices, dixiſti quoſdam antiquarios, & qui iam diu opinioni ſuę adhęſerunt, abſtuliſſe quod in manibus habueris opuſculũ, " cum producta ſit apud te dictio, vtique coarguerit, te magis hoc nomen poſſidere, & eos qui à te di- " dicerunt, vt ne dicã, ſeducti ſunt. Etenim ſancta Dei fidẽs ab initio exiſtens, & ſemper antiqua, & nõ " inueteraſcens, ſemper eſt, & firmatũ eſt huius fundamentum, & exiſtit habens ſuũ Dominum ſine tẽ- " pore. Ideo neque ipſa tẽporalis exiſtit, ſed cum angelis conuerſatur, & ſanctos per generationẽ ac ge- " nerationem ornat. Tu verò potius temporalis es, paſtus ac deceptus ab errore, & elatus mente, etiam " gregem tuum fuſim in pabulum ſpinoſum implicuiſti. Nemo enim ex veteribus tecum ſenſit ô Aeti qui contra antiquarios ſcribens ipſe temporalis es, & minimè antiquarius. Statim autem ex prima aggreſſione, vbi dixiſti opuſculum te ſcripſiſſe de ingenito Deo & genito, conturbaſti mundum per tantam tuam illuſtrem ſermonis aggreſſionẽ: quo ſic ridiculum faciam diſputationis tuę ſermonẽ, ex tanta nouatione ac nominũ effictione conſtantẽ. Quis enim ex Chriſtianis, ſalutarẽ Dei prędicationẽ adeptis, hanc reliquerit, à te per fabuloſum tuum errorẽ perſuaſus, ita vt relinquẽs Deum ſem- D per exiſtentem, & ſanctũ ipſius ſpiritum ſemper exiſtentem, veniat & audiat à te de genito Deo, quo etiã ipſe inter ſtultos recenſeatur, vt qui didicerit adorare creatutam prẽter creatorẽ, qui eſt benedictus in ſecula. Amen. Non habemus enim nos creatũ Deum, non factũ: ſed increatũ, & non factum, ex patre genitum ſine principio & ſine tẽpore. Siue enim voce genitum verſutè veteris, genitũ equi-

Sancta fides inuariabilis.

nocè

vocè etiam factum vocare volens, non admittam tuam dictionem: siue non sic intelligis, imminutè
sentis, præter hoc quòd ex patre genitus est. Ex spinis enim non colligunt vuas, neque ex tribulis fi-
cus: neque ex viro erroneo rectus expectari poterit sermo. Compescuit enim & Dominus dæmones
A Christum ipsum confitentes. At iuxta sanctarum scripturarum intelligentiam, dicis sententiam
tuã in prædicto opusculo prolatã esse: dic mihi, qualis scriptura diuina docuit adorare Deũ factũ? Et
ꝙ quidem ingenitus est Deus, omnibus manifestum est. Sed neque hoc nominatim habetur in diui-
na scriptura, verũ à recta ac pia ratiocinatione, & ex ipsa intelligentia, de Deo piè hoc cogitare ac di-
cere, congruum est. Dicis autem, quo scire possint decertatores ac decertatrices à te appellati, potius
autẽ seducti vocandi, quomodo vnicuiq; respõdeãt per compendiariũ, & retentum facilẽ sermonẽ,
in versuum specie ac modo capita à te cõposita esse. Quapropter ipsa tua quæ videntur fortia verba *Sophistica*
ac sophistica, quæ aduersus maiores in contradictionẽ à te elaborata sunt, imò potius vt aduersus ve *contra Ec-*
ritatem os attolleres: nos viles & idiotæ & non maiores, sed multis in sancta Dei Ecclesia tenuiors cõ *clesiã Dei*
futabimus, & velut prædixi, instabilis huius valdeq; vilis nugacitatis consistere non potentis subuer *refutãtur.*
sionẽ faciemus. Et hactenus quidẽ contra præfationẽ tuam opposuit se nostra tenuitas. Iam verò rur
sus capitibus tuis ex ordine locatis, è regione vniuscuiusque dictionis ac capitis vicissim apponã con
tradictiones ex diuinis scripturis ac recta ratiocinatione acceptas, & rationalium quæstionũ tuarum
confutationes: quo serui Dei & veri athletæ ac decertatores, lecta ac considerata omni tua absurdita-
te, derideant te ac dicant: Superbia cordis tui fecit tibi hæc, tu enim dixisti hæc in mente tua, Ascendã
in cœlũ, & supra stellas cœli ponam thronũ meũ. Sedebo in monte alto, super montes altos ad Aqui-
lonẽ. Ascendã supra nubes, & ero similis altissimo. Nunc verò in infernũ descendes, in fundamenta
terræ, & cætera. Aetij Cap. 1. Si possibile est ingenito Deo, genitum ingenitũ facere. Confutatio. Pri-
mùm quidem Deo attribuere impossibilitatem, impiũ est. Nam & quod indecorum est ipsius deita-
ti, etiam idipsum facere non est ei impossibile, sed imbecillitatis est ipsi malitia. Deo igitur nihil impossi-
B bile est, nisi quod impossibile est in diuina ipsius ac potente bonitate, & ipso qui bonus est, melũ esse.
Et aliter, Si genitum apud Deum bonum putaretur vt fieret, impotens autẽ sit ad bonum bene perfi-
ciendum, hoc sanè imminutio fuerit circa potentem, qui vult id quod præstantius est operari, & non
potest. Si verò ingenitum bonum est, genitum verò in proprio ordine bene factũ est, cũ bonus sit or-
do geniti ex bono Deo, & ab ipso approbatus, non vtique fecerit id quod bene genitum est ingeni-
tum, quoniam bene approbatũ est ipsi, sic bonum esse. Quandoquidem igitur boni ordo, non pro-
pter impossibilitatẽ, non transmutatur, sed quia bene sic est: bonus sanè est ingenitus Deus, bona etiã
quæ ab ipso facta sunt in proprio ordine, non assumentia ingeniti nomen. Non enim deos creatos fe
cit, quo alterũ iuxta alterum extentum deleat per cognomen, obscuritatem maioris nomine carentis
ad id quod minus est. Siquidem enim alius est Deus ingenitus, alius verò genitus, naturis nihil com
mune habentibus, impossibile est communicare secundũ naturam per nominis dignitatem: nisi for
tassis per abusiuam quandam gratiam: & hoc iuxta participationem, diuite largiente minori. At mi-
nor nunquam poterit maioris nomine seipsum appellare, cum omnino cognoscat alienum se esse à
dignitate secundũ naturã, & nomine, Dixerit autem quis tibi ô, Aeti hoc, Deum erat Verbum. Quo-
modo habebit nobilitatis secundum naturam nomen, aut quomodo æquabitur, siquidem factus est
per Dei dignitatem: Aut quomodo exscindetur hoc, Deus erat, cum tempus non admittat diuisionẽ
facere vocis Erat, ne in vulgari quidem re? Cognosces autem ꝙ principio carens Deus, & ingenitus
C Deus, genuit ex seipso Deum similem sibiipsi: & non hoc solum, sed etiam æqualẽ per omnia: & non
creauit, vt ne dissimilis factus ipse creatus, deleret nomen Deus, per diuersitatis distantiam. Impossi-
bile est enim, gignentem dissimilem & inæqualem sibiipsi gignere, & genitũ genitori dissimilẽ esse.
Quapropter hic amplectemur identitatẽ secundum naturã ex Euangelico testimonio, nempe: Omnia
patris mea sunt: hoc est, Deus pater, Deus ego: vita pater, vita ego, & cætera omnia quæ decent patrẽ,
& filium & spiritum sanctum in vna deitate, trinitate nihil diuersum habente: quum imperfecta co-
gnitione cautum sit, sine principio & sine tempore in substantia esse Verbum patris, & in substantia,
esse spiritum sanctum ex patre & filio. Aetij Cap. ij. Si omni causa superior est ingenitus Deus, pro-
pter hoc etiam generatione superior fuerit. Si verò superior est omni causa, nimirum etiam genera-
tione. Neque enim ab alia causa esse accepit, neque ipse sibiipsi esse exhibuit. Confutatio. Si omni
causa superior est ingenitus Deus, genitus verò ex ipso, indignè ipsi genitus est, & non iuxta æquali-
tatem etiam in præferendo patris nomine consistit: ignominiam genitori ipsum genimen affert, alte
rius nominis præter factas creaturas, dignitatem habens, & non velut creaturæ honorem factori vẽ-
dicans. Quæ enim extra ipsum sunt, gloriam creatori vendicant, cum non sint æqualia factori, neq;
nomine creatoris appellentur: sed serua facta sint in gloriam creatoris, quo à gloriosis & illustribus
id quod præeminet, & super ipsa est, proportionabiliter consideretur. Hoc verò non amplius horum
appellatione vocatũ, verùm ex præeminentis coessentialitate, ex eo quòd cunitè locatus est, digni-
tatem habens, si differet à præeminente iuxta diuersitatem, etiam præeminenti minorẽ dignitatẽ vẽ-
dicabit, quũ variata sit geniminis societas, ad id ꝙ præeminet. Quapropter simile ex simili, & æquale
D ex æquali germẽ, nõ ex corporali intelligẽtia nobis per fidẽ apprehensum est: sed Deus ex Deo, lumẽ
de lumine, & verbũ patris in substãtia existẽs, ita vt seruetur immutabilis præeminẽtis gloria, in eo
ꝙ præeminens non ipsum suiipsius causa est, sed à seipso æquale gignit impolluta & incõprehẽsibili es-
sentia, coessentiale ipsum essentiale & in substantia existẽs diuinũ genimẽ. Cuius imago nõ est inani

mata,

mata,ſed patris exprimens genus,velut dicit diuina ſcriptura, quæ inæqualitate genitoris genimen locat,imago inquiens inuiſibilis Dei. Et vt ne quis putet differentiam eſſe imaginis & identitatis, ipſe pater correctionem vitæ noſtræ proſpiciens,ante hunc ſermonem dixit hoc, Faciamus hominem ſecundum imaginem noſtram,& ad ſimilitudinem: non diſparans ſeipſum à Filio, ſed dualem & æquiuocam dictionem prolocutus,Faciamus hominem:quo duos ſignificaret,ſeipſum & filium, aut etiam ſpiritum ſanctum. Sed & æqualitatem imaginis, non per duos ſermones interponens vnam imaginem dixit,ſed per vocem Noſtram,dualitatem pronunciauit: factum autem hominem, non ad vnius imaginem, ſed ex duorum ſimilitudine, & æqualitate imaginem factum eſſe aſſeruit: quo penitus manifeſtum ſit,præeminentiam in Patre & Filio ac ſancto ſpiritu manere in identitate A & non alterari.Neque enim ab alia natura accepit Pater,aut Filius,aut ſpiritus ſanctus, aut alteri naturæ participationem ſuæ ipſius naturæ dedit:neque iuxta aliquam ſectionem aut defluxum,vt eſſet ex ipſo vnigenitus & ſpiritus ſanctus,naturæ alterationem operatus eſt.Sed quemadmodum ab initio præeminens natura ingenita & increata ſemper erat,ita ſemper ex ipſo præeminens genimen, & ſpiritum ſanctum nobis manifeſte prædicauit,& non immutatè. Aetij Cap.iij. Si ipſe ſibiipſi eſſe nõ exhibuit, non propter naturæ debilitatem, ſed eo quòd tranſgreditur omnem cauſam, vndenam quis productam naturam ad eam quæ ptoduxit,ineuariabilitatem in eſſentia habere conceſſerit, cũ talis ſubſtantia generationem non admittat? Confutatio. Oportet te,ô Aeti,ſurſum attendentem & tuam ipſius miſeriam conſiderantem,cohibere temeritatis mentis tuæ ſuperfluam impietatem: quo & nos cum tanta tua temeritate coinſanientes,ſuperati relinquamur,ſed tibi & nobiſipſis ea quæ ad pietatem pertinent conſulentes. Quum enim putes inter neceſſaria, & Deo conuenientia,diſſimilẽ & inæqualem Deum ei,qui ex ipſo genitus eſt ex,multo errore iuxta pium quoddam figmentum recenſens Deum magis inter indecentiſſima,ſimilem ipſum prædicas his quæ non decent ipſius deitatem.Et primùm quidem cogitare de Deo tantam mentis profunditatem,impietatis fructus eſt,& po B tius inſanæ mentis. Nam dicendo ſuiipſius autorem, aut hoc, Ipſe ſibiipſi eſſe exhibuit:in duabus malis ſuſpicionibus teipſum transfixiſti,refricans ac quærens de Deo, quomodo erat, nùm ſemper, aut à ſeipſo,aut caſu,ipſum eſſe adeptus. Et timeo & inhorreſco, dum prauam tuam cogitationem tracto. Ceſſa itaque,& ceſſabimus nos, quum ſufficienter & ſanctè habeamus ſemper, intelligere Deum,& credere,quòd erat ſemper Deus.Nam & in hoc ſtolidè loquens,ac ratiocinationem faciẽs, velut qui magnificè honoraris Deum,dixiſti,quòd neque ipſe ſibiipſi eſſe exhibuit:neque ergò,ſi ex tua ſententia à dictionibus & ſyllogiſmis dependet fidei ſalus,in inferioribus & miſerabilibus corporibus ſermonis tui ſimilitudinem habemus.Nulla enim creatura ſibiipſi cauſa eſt,aut ipſa ſibiipſi eſſe exhibuit,ab animantibus vſque ad hominem,& ab hominibus vſque ad angelos.Nulla item factura ſibiipſi eſſe exhibuit,ſed ex ſolo exiſtente,vnaquæque ab initio ipſum eſſe accepit. Deſine itaque hic,velut putas,ratiocinari,& concludens ne enitaris præter naturam te extendere iuxta maiorem:ſubuerteris enim per omnia:cum vnigenitus æqualis ſit & ſimilis patri,ſiue quòd natus eſt,ſiue quòd genitus eſt à patre, dignitatem habeat: nihil enim differt in hoc ab æqualitate ad patrem, ſicut neque à ſimilitudine:& quum non poſſint creata ſibiipſis eſſe exhibere, velut etiam præeminens ille & in omnibus perfectus,non ab aliquo ex ſupernis principium habuit,neq; enim incepit eſſe. Erat enim ſemper,& ſemper eſt,etiamſi in identitate maneat,& ſibiipſi eſſe non exhibeat, cum non æqui nocè dictiones quærantur,ſed ſpeculatio ſincera ad pietatem. Quandoquidẽ verò dixiſti,ſi ipſe ſibi- C ipſi eſſe non exhibuit,non propter naturæ debilitatem,ſed eo quòd tranſgrediatur omnem cauſam: diſce etiam tu,quòd non propter debilitatem,Filij nomen eſt,ſed propter decorum commune cum genitore,præeminentiam coeſſentialitatis habet.Nam ſicut Patri decentiſſimum eſt quòd tranſgreditur omnem cauſam,ſic etiam ſoli ex ſolo Patre cum ſolo ſpiritu eadem vna deitas decet, quæ neq; cauſam ſuſcipere poteſt:non propter debilitatem,ſed eo quòd tranſgreditur omnem numerum eorum quæ ex nihilo ſunt:cum vna ſit deitas, quæ in vno Trinitatis nomine numeratur,& in vno ſigillo,per nomina Patris & Filij & ſpiritus ſancti,illuminatis prædicatur, & nihil diuerſum à ſeipſa habet,vera doctrina æqualitatem nomenclaturæ exprimente, Patris & Filij & ſpiritus ſancti. Dixiſti porrò rurſus,Vndénam quis productam naturam eam, quæ produxit, ineuariabilitatem in eſſentiã " habere conceſſerit,cum talis ſubſtantia generationem non admittat? Et neque intelligis, neque in- " tellexiſti,quòd te ipſum abalienaſti à cognitione veritatis Dei, non ex ſpiritu ſancto veritatem do- " ctus,ſed ex ſapientia mundi infatuata,in ſupernis ambulare conans.Conſequenter enim etiam ipſe " audies,quod fruſtrà laboras.Nouit enim Deus ratiocinationes ſapientũ quod ſunt vanæ. Qui enim " genuit Verbum in ſubſtantia exiſtens,æquale ſibiipſi genuit,& non diuerſum à ſua deitate:non pro- " pter geniminis euariationem ac diuerſitatem,ſed quod indecorum omnino erat nos cogitare,indignum ſeipſo & inæqualem & genitore inferiorem genituram,ipſum genitorem genuiſſe.Quapropter per filium & in ſubſtantia exiſtens Verbum omnia facta eſſe dixit, quo ipſum non de creaturis factis numeraret,ſed in patre ſimilem & æqualem eſſe oſtenderet,& propter id quod decet patris nomenclaturam,ſemper eſſe eundem eſſentia,non peregrinum eſſe,ſed genuinum, velut filium coeſſentialem ex ipſo genitum,Aetij Cap,iiij. Si indeſinenter Deus permanet in ingenita natura, & ge- D nimen indeſinenter genimen eſt,coeſſentialis & ſimilis eſſentiæ peruerſa opinio corrumpetur. Stat autem incomparabilitas in eſſentia, vtraque natura indeſinenter permanente in propria naturæ dignitate. Confutatio. Si indeſinenter & inceſſanter Deus permanet, velut dixiſti,in ingenita natura,

natura

natura autem Dei eſt ſempiterna, indefinenter habens dignitatem, non propter qui aliud, ſed eo quòd eſt per ſe Deus, & per ſe ſempiternus: ergo ſanè etiam genimen coeſſentiale erit, ſi apud te indefinentis nomen accepit, velut fraudulenter filio gratificans probabiliter de natura diſſeruiſti. Dabis enim etiam coactus confiteri immenſum et incomprehenſibile nomen indefinentis in omnibus. Quomodo igitur non erit coeſſentiale? Nam quum putaris te cauillari, per nomen prauæ opinionis veritatem cõ tumelia afficere conatus, ex ipſis quæ protuliſti verbis, redargueris. Aut enim dabis finem eorum qui
A à te blaſphemia impetiti ſunt, velut diuerſam eſſentiam habeant: aut vbi indefinentem ipſum de creueris, in omnibus immutabilitatem & ineuariabilitatem indefinentis dignitatis inducere cogeris, veritate non admittente, finem habere filium: quoniam regni eius, inquit Scriptura, non erit finis: eo ꝙ cum patre regnat ſemper, & cum ſuo ſpiritu. Nam omne quod principium habet, etiam finem habebit ſi voluerit is qui eſſe exhibuit ei quod principium accepit. quod ſanè in omnibus poſſibile eſt, in Filio verò impoſſibile eſt. Eſt enim ſemper ex eo qui eſt, & apud eum qui ſemper eſt, nunquam eſſe deſinés. Quapropter & coeſſentialis erat, & eſt, & erit, ſolus ex ſolo, & in nulla re ab eſſentia diuerſus: ſed iuxta hominem dignitatem manente deitate in identitate, ita vt neque coniunctionem habeat, neque principium ipſius eſſe ſibijpſi exhibeat: neque quod diſſimile ſibijpſi eſt, aſſumat, quæ ſemper eſt, & nunquam eſſe definit, verùm ſemper decorum ſecum habet in dignitate patris ad filium, et filij ad patrem et Spiritus ſancti cum patre et filio, exiſtens et nunquam deſinens. Eſt enim ſibijpſi incomparabilis Trinitas, nullam in dignitate diuiſionem admittens. Aetij Cap. V. Si ingenitus eſt Deus ſecundum eſſentiam, non eſſentiæ diſparatione genitum genitum eſt, ſed potentiæ quæ ipſum produxit. Eandem enim eſſentiam & genitam eſſe & ingenitam, nulla pia ratio permittit. Confutatio. Sæpe nobis progreſſus es ô bone, proferens ingenitum & genitum voces, à Dei nomine abhorrens, qui in omni iniquitate mentem tuam ſepeliuiſti. Illud autem quiuis indigus expetit, vt facultatem habeat eius quo indi-
B get in ſolatium, & vt in ore ferat, ſi talis facultas non detur. Itaque etiam tu quandoquidem impius es, vel nomine tantum huius Dei nomen dicere magnifacis: nam ex natura timorem eius & fidem et ſpem et dilectionem erga ipſum, nunquam adeptus es. Alioqui ſuffeciſſet tibi ſemel hoc dicere, et non tranſgredi terminum ordinis præſcripti. Clara eſt enī contra te à Saluatore noſtro prolata ſentētia: nempe, A fructibus ipſorum cognoſcetis eos: quod es quidem amictus pelle ouilla, intus verò es raptor et lupus. Si enim eſſes ex Spiritu ſancto genitus, et a Prophetis ac Apoſtolis edoctus, oportebat te ab initio creationis mundi vſque ad tempora Heſter, euoluere viginti & ſeptem veteris Teſtamenti libros, qui viginti duo ab Hebræis numerantur, & quatuor Euangelia, et quatuor deſim epiſtolas ſancti apoſtoli Pauli, et vnà cum Actis Apoſtolorum, ante hæc et in iſdem temporibus factis, etiam ca- *Ingeniti*
tholicas epiſtolas Iacobi et Petri et Ioannis et Iudæ, et Iohannis Apocalypſim, et Sapientias, Solomo- *nomen nõ*
nis inquam, et filij Sirach, et omnes in ſumma diuinas Scripturas: & teipſum condemnare, eo quod *eſt inſcri-*
nobis protuliſti quod nuſquam habetur: non quidem indecorum Deo, ſed pium in Deum eſt ingeniti *ptura.*
nomen, ſed nuſquam in diuina Scriptura dictum continetur. Nemo enim adeo inſanus vnquam fuit, vt genitum Deum cogitarit. At neque opus habeo dicere ingenitum Deum ſolum patrem, propter eũ qui ex ipſo genitus eſt, vt ne quis de patre ſolo hoc certum eſſe putet, ſed etiam de filio & Spiritu ſancto: quum recta intelligentia & Spiritus ſanctus doceat omnes filios veritatis, vt né à ſeipſis hoc admirentur, ſed iuxta id quod exigitur, & quod in ipſis eſt, ratiocinationem de Deo ad pietatem ſciant. Oportet itaque eo quod ingenitus ipſe eſt, & nos à nobis hoc confitemur, & appellationis huius vocis cõ firmationem à Scriptura non habemus: à nobiſipſis per ratiocinationes hanc pietatem noſſe, quod ſic
C ſe habet. Ad quid enim eſſentiæ diſparatio erit ipſum genitum, ſi iuxta veritatem eo quod genitum eſt, nomen habet, naturali quadam & inenarrabili Deo conueniente, & ei qui ex ipſo genitus eſt ſine tempore & ſine principio, veritate, & non abuſiua quadam opinione? Hinc non creatam dicimus eſſentiam, neque alienam velut factam, ſed genitam eſſentialiter, et non alienam à genitore. Quapropter etiam increata permanet, et non facta, ſed genita ex eadem eſſentia Dei, non tempori ſuccũbens. Non enim qui genuit, in veritate tempori ſuccubuit, vt propterea temporalem produxerit eſſentiam. Quale enim eſt genimen, talis genitor: et qualis genitor, talis etiam qui genitus eſt. Aetij Cap. VI. Si ingenitum genitum eſt, quid vetat genitum ingenitum factum eſſe? Omnis enim natura magis ad ſuum familiare feſtinat quàm ad alienum. Confutatio. Si ingenitum fecit, & non genuit, in vna identitate poſita appellatione, & altero iuxta alterum non extento per nominis permutationem ſecundum veritatem, ipſa vis habitus in altero diſſonantia conſiſtit, nihil ad alterum communicãs, niſi ſolum ſecundum poteſtatem cauſæ præeminentis naturæ, erga omne quod ab ipſa creatum eſt. Quandoquidē autem in medio factoris & facti, & creatoris ac creati, alia quædam eſt appellatio, propinqua quidem ingenito nomini, longè verò diſtans à creatoris nomine, impoſſibile eſt omnia confũdere, ô Aeti, & diſſipare à teipſo perfectæ, iuxta verbum habitum filij ad patrem, ſemper exiſtentis & increatæ appellationis ſocietatem: impoſſibile eſt ingenitam & increatam naturam creatam aliquando fuiſſe, et ab eo ꝙ creata fuit, rurſus tranſmutatam recurriſſe ad ſuam ingenitam naturam, etiamſi ſexcentas connectas Ariſtotelicas propoſitiones, relicta ſuperna ſimplici & pura Spiritus ſancti doctrina. Aetij Cap. VII
D Si non totus Deus ingenitus eſt, nihil prohibet genuiſſe eſſentialiter. Si verò totus eſt ingenitus, non eſſentialiter ad generationem diſparatus eſt, verùm potentia genimen produxit. Confutatio. Et totus Deus ingenitus eſt, & qui ex ipſo genitus eſt, & increatus eſt, & ſanctus ipſius Spiritus, qui à te paruipenditur, ô carnalis & animalis Aeti, ſpiritualiter expenſum vniformiter habet ex ipſo præeminentiã, non aſſimilatus multis ex ipſo, & per ipſum, & ab ipſo creatis. Quapropter neque ſocietatē habebit cũ

multis,neque quis dignitatis ipsius particeps fuerit.Omnia enim præteruolant & cedunt, & omnem causam syllogisticam relinquunt doctrinali illi ex diuina Scriptura sententiæ,nempe: Nemo nouit filium nisi pater,neque patrem nisi filius,& cui is reuelauerit.Reuelat autem per sanctum Spiritum, nō his qui de ipso per syllogismos ratiocinantur,sed qui in ipsum legitimè ac perfectè credunt.Nam neq; iudicia ipsius perscrutari poteris,neque vias ipsius inuestigabiles,velut scriptum est,etiamsi tu misera A
bilis homuncio infinita nobis nugans progrediaris. Aërij Cap.VII. IX.X.Si totus est generatiu⁹ ingenitus Deus,non essentialiter genitum genitum est,cum tota essentia ipsius habeat vt generet,non autem vt generetur.Si verò transformata essentia Dei genimen dicitur,non immutabilis est essentia ipsius,cum mutatio operata sit filii constitutionem.Si verò immutabilis fuerit,& generatione superior essentia Dei,id quod secundum filium est,usque ad nudam appellationem confirmabitur.Confutatio.Oportebat igitur non solum te,ô Aeti,sed etiam omnem hæreticum post vnam admonitionem deuitare,velut sancta & sapiens doctrina docet: per te enim condemnatus es,tibiipsi perniciem attrahens,& non ab alio coactus.Quis igitur miserebitur eius qui sibiipsi malus, & nemini bonus est? At vt ne ob mala quæ in mundum produxisti,sentias de te velut qui magna & opposita in teipso habeas,
Aetius Iudas est. perseuerabimus etiam ipsi cum longanimitate per ancipitem gladium Christi doctrinam, spinosas tuas radices exscindere,in sana erga Deum perfectáque ac vera confessione.Sit enim gloria misericordi Deo,qui deprehendit te,qualis es,Iudæ videlicet locum obtinens,qui cum discipulis quidem numeratus est,separatus est autem,non Christi habens mentem,sed ex satana susceptit contra Dominum suum Dei abnegationem.Nuda enim dictione confessus es filium Dei habere in mente.Et quid opus est aduersus te disputatione,cum omnino alienus sis à Christianis,Prophetisque & Apostolis ac Euangelistis,martyribusque ac omnibus sanctis,qui te in diem iudicii promptè redarguere possunt,quoniã vsque ad mortem tormenta sustinuerunt,flagellati,cæsi,bestiis ac igni obiecti,& neci gladii,vt filium B
Dei existentem & ex ipso verè genitum non negarent.Generatiuus enim est pater solius vnigeniti,& non alterius cuiusdam adhuc post vnum: & ex ipso processit Spiritus sanctus, & non alius spiritus, creator autem & factor est eorum quæ ab ipso facta sunt, & semper fiunt. Quapropter non amplius multi filii gignuntur,neque multi spiritus ex ipso procedunt,eadem deitate semper in Trinitate manente,ac glorificatione habente,& nunquam accessionem accipiente,neque desinente,neque relicta, velut quæ non sit.Quaptopter etiam non vsque ad nudam nomenclaturam in genimine consistit digditas,alioqui multos fratres post ipsum habuisset similes ipsi,velut in hoc dicto,Filios genui & exaltaui.Et in hoc,Qui peperit glebas roris.Et in hoc,Aquo omnis patrum familia in cœlo&in terra nominatur.Et in hoc,Nonne vn. pater omnium vestrûm?Et in hoc,Filius meus Iacob.Et in hoc,Primogenitus Israel.Hi enim omnes nuda dictione allegoricè,à non esse ad esse progressi,non secundum essentiã uera appellatione consistunt,sed nudè & secundum gratiam.Quapropter per vnum qui neque secundum gratiam,neque nuda appellatione nominatur,sed secundum veritatem,creati sunt ab vno per vnum,cum eo qui ex ipso procedit,& de ipso accipit.Aetii Cap.XI.Si seminaliter erat genime in ingenito Deo,post generationem extrinsecus incremento sumpto,in virum,vt ita dicam,euasit. Perfectus itaque est filius,non ex eo quòd genitus est,sed ex his quæ assumpsit.Quæ enim naturaltier assumunt, velut ex illis constantia,perfecti nomen diuersimodè admittere solent.Confutatio.Si non confessio fit C
quod incorporeus est genitor,omnia apud te in fabulam conuertantur.Vbi verò fabulam composueris
Creaturæ Dei perfectæ. non alium quendam corrumpis ac conturbas,sed mentem tuam turbas à vera confessione.Ex seipso enim Deus perfectus existens,perfectum filium genuit,non alium præter naturam.Non enim indecens est ad genitorem,neque externæ assumptionis indigus. Non enim quid maius est post essentiam Dei, quo indigo aliquid impertiri possit incrementi assumendi ad perfectionem. Qui enim est semper incorporeus, eum qui incorporeus est apud ipsum reuera semper genito modo, perfectum perfectus semper reuera genuit & spiritus existens deus etiam spiritum verbum in substantia existens genuit.Omnino enim stolidum fuerit apud te Aetium, qui in supernis ambulas, & opiniones contra Deum ex syllogismis & mentis tuæ ratiocinatione perscrutaris, quod ei qui fecit omnia de nihilo, & potest omnia perfecta; sub vnum efficere, nihilque opus habet accessorio incremento, verùm certis legibus hęc adstrinxit,crescentem essentiam assumptici deitate indigentem atribuis,& creatis ab ipso adæquas. Ab initio enim perfecta ipsa fecit,& ea quæ ipsis adhuc germinant assumptionis indigentia, sapientię lege decreuit: quæ sanè sunt hæc,inter quæ sunt etiam quæ deinceps facta fuut ac fiũt:velut verbi gratia,cœlũ,terra,aqua,aer,sol,luna,astra,et quæ ex aquis genita sũt,vsque ad homi
nem.Non cœlum imperfectum fecit,non terram imperfectissimam,sed perfectam quidẽ terram,per- D
fectum item cœlum:verùm inuisibilem et inornatam tunc,propter eam quam facturus erat exornationem. Aquam autem et simul lucem primò creatam,per veram lucem,increatam ac vinificam omnia
Homo seminaliter dominum habet producẽdorũ germinũ. fecit:deinde etiam ea quæ ex terra producta sunt,et antea firmamentum.Non semiperfectum quid factum est,sed omnia in perfectione.Producat enim,inquit,terra herbam fœni,seminans semen secundum genus et secundum similitudinem, & lignum fructiferum, cuius semen ipsius in ipso, iuxta similitudinem in terra.Et vides,quòd nulla emendatione ad assumendum incrementum creata ipsa indigebant,sed virilia (vt ita dicam) & perfecta per præceptum statim inueniebantur,homini verò tradita quę sub ipso sunt,et in ipso seminaliter,in dominum,non perfecta tradita sunt,quo sciret homo semper benefactorẽ,et omnibus ipsum esse exhibentẽ,& in omnibus existentem,et incrementa vniuscuiusque creaturæ ad constitutionem eorum quæ ipsi commoda sunt,exibentem.Tradidit ipsi feminaliter terra velut fulcro, vt ita dicam, prostrata, et velut vtero ipsi tradita: quo eruptione eorum

quæ

quæ perfectè à Deo facta ſunt, ea quæ ſeminaliter per ipſum cum prudentia in terram mittuntur, ita vt lignorum & aliorum germinum, ipſe quidem tenuiter velut particulam à perfectis mutuat⁹ hanc in terram inſerat: ex perfecti Dei incremento ad augmentum peruentura ſperet, vt extrinſecus augeſcant ea quæ ab ipſo inſita ſunt, vt ne ignorans incrementi ſuppeditatorem, ſeipſum puter opificē
A & excidat à veritate. Etiamſi enim plantauit Noe vitem, non tamen ſcriptum eſt, quod erat vitis opifex, ſed erat vir agricola. Ali⁹ enim eſt, qui futuris authenticam poteſtatem exhibet, alius eſt qui eſſe ab ipſo accepit homo, cui illius agricultura concredita eſt: quo hic quidem colat ea quæ incremento ad perfectionem opus habent, ille verò perfectionem exhibeat per ſuum incrementum eorum quæ ab ipſo creata ſũt, & ad perfectionē augeſcũt. Sic etiã in animalib⁹, & volatilib⁹, ſic & in pecorib⁹, & reptilibus ac marinis. Omnia ab initio perfectè facta ſunt per præcipiētē, verùm per volũtatem ſapientiæ nũc incremento indigent, propter vtilitatem hominis in terra per intelligentiam dominantis, quo cognoſcat ſupernum omnium Deum, & ſuppeditorem ſeminum, & incrementi augeſcendi eſſe Deum & Dominum. Quapropter quæ ſunt in cœlo, & non per hominis manus ſeruntur, & neque generant neque generantur, ea ſiuit Deus in perfectione. Non enim inciderunt in mentem hominis, ad inſidias & vanæ gloriæ elationem: velut verbi gratia de Sole & Luna atque aſtris dicam. Neque enim eo quod generatur luna, aut deficit, aut augeſcit, à propoſito ſuo alteratus: ſed eo quod temporum eſt conſtitutio & ſuppeditatio: quę tempora Deus luminaribus ad ordinauit. Quomodo igitur corporalia & deficiē tia & quæ corrumpuntur, Deus voluntate ſua ſtatim perfecta effecit, eum verò quē ex ſeipſo genuit, vnum ex vno, qui eſt ſemper genito modo apud eum qui eſt, incrementi indigum genuit? Ceſſa igitur ô Aeti, vanas nobis & Ariſtotelicas dictiones proferre: cum ſufficienter habeamus nos, & non fallamur, Domini noſtri veram doctrinam, quæ hoc dicit, Ego ex patre exiui & venio: & cum nõ abuſi uè dictio vim habeat, ſed perfectionis ac dignitatis Dei eſſentiam ſignificet. Aetij Cap. XII. Si perfectum erat genimen in ingenito, genimen eſt etiam non ex eo quod ingenitus ipſum genuit. Genitã enim naturã in ingenita eſſētia eſſe impoſſibile eſt. Eſt enī idē, & eſſe & non eſſe. Genimen enim ingenitum non eſt, & ingenitum exiſtens, genimen non erat: cum diſſimilis pars in Deo, blaſphemiæ figuram & contumeliam obtineat. Confutatio. Oppoſitè introducit perperàm Aetius ex ſyllogiſticis no-
B menclaturis, humana intelligentia Deum comprehendere volens, & velut ex dictionibus mutilare conatur euidentis fidei firmam ſpem, diſſimilem diſſimiliter collidens, & in dictionem dictioni ſubuerſorio modo interponens, vt ex hoc conetur diſſimilitudinem filij ad patrem ſignificare: id quod impoſſibile eſt. Ex ipſis enim ſyllogiſmis quos mundum docuit, etiam ipſe concluderur. Dicit enim, Si perfectum erat genimen in ingenito, genimen eſt etiam non ex eo quod genitus ipſum genuit. Genitã enim naturam in ingenita eſſentia eſſe impoſſibile eſt. Eſt enim idem, eſſe & non eſſe. Genimen enim ingenitum non eſt: & ingenitum exiſtens, genimen non erat: cum diſſimilis pars in Deo, blaſphemiæ figuram & contumeliam obtineat. quare vndiquaque ſermonis eius confícti partes redarguuntur: quóniam nõ eſt poſſible, diſsimilem eſſe filium patri, neque inæqualem perfectæ ipſius deitati. Si enim omnino aſſerit violenter, contra ſeipſum verò dicta conuertit quæ recenſet, genitum & ingenitum ſemper dicens, ab hoc diſcat creatum & increatum. Quoniam non eſt poſſibile, hoc communionem dignitatis ad illud habere, quod eſt totum adorandum. Si enim omnino adorandum eſt diſſimile diſſimili adæquatum, non amplius diſtinguet ſermo vnum ab vniuerſis: cum diſſimilitudo non poſſit in ordine eiuſdem dignitatis locari, etiamſi in gloria excedatur, vnum ab omnibus diſſimilibus exiſtentibus ad vnum, eo quod nihil commune habeat cum vno, omnium ad vnum diſſimilitudo. Et erunt de cætero & Sol, & Luna, & aſtra, & terra, & amplius his inferiora adoranda: & non amplius vnus cum vno ſpiritu, hoc eſt, vna trinitas, & vna deitas, & vna adoratio. Igitur ſi hoc propter hoc concludendum eſt, e rit quidem idem in veritate: quoniam non ſimile eſt vnum Verbum omnibus verbis, neque vnus fili⁹
C omnibus allegoricè appellatis æqualis: non enim eſt Cum omnibus, ſed Per quem omnes. Quod igitur impoſſibiliter apud ipſum Aetium ab initio poſitum eſt, & ad contumeliam blaſphemiæ figuram obtinens, propter partem quam dixit in Deo eſſe: non differentiæ pars exiſtit, ſed æqualitatis: & quæ ne diuiditur quidem deitatis, ſed ſemper eſt perfecta, tria exiſtētia perfecta, vna deitas. Imò potius ad confirmationem veræ fidei, diſſimilitudinem nobis communiuit ad hoc, vt ne putemus, neque credamus præter dignitatem Græcę nationi, ob temeritatis præſumptionem damnatæ, ac ſentienti omnem creaturam adorandam eſſe, quæ diſſimilis eſt ad patrem, qui adoratur in filio, & filium qui adoratur in patre, cum ſancto Spiritu, cui gloria in ſecula. Aetij Cap. XIII. Si ingenitę naturæ exiſtens Deus omnipotens, genitæ naturæ non nouit ſeipſum: Filius autem genitæ naturæ exiſtēs, hoc cognoſcit ſeipſum quod eſt: quomodo non fuerit mendacium ipſa coeſſentialitas, cum ille cognoſcat ſeipſum ingenitum, hic verò genitum? Confutatio. Dixit Aetius, & pronunciauit diſtinctor ac definitor naturę Dei, homo exiſtens natura, & quæ ſupra naturam ſunt, ſcire volēs: atque hoc non ex conſequentia Scripturæ, ſed ex mortalis cogitationis ſyllogiſmis: quod ingenitę naturæ exiſtens Deus omnipotens, genitæ naturę non nouit ſeipſum. Vndique autem & ſemper & ab initio ſermonis, non amplius iuxta vete- *Vana Aetii in reb⁹ diuinis ex cogitatio.*
res Arianos, vel occultè filium vult appellare vnigenitum. Verùm in omnibus videtis vos filii veritatis, quod omnino vult ipſum alienum eſſe à patre, & omnino non participem eſſe diuinæ eſſentiæ: id quod clarum eſt ex his quæ vbique temerè pronunciat. Nam dicere, quod ſeipſum ingenitum
D cognoſcit, & genitæ naturę ſeipſum non nouit: fruſtra ab ipſo profertur, & ſi etiam vel per nudam dictionem filius, filius vocetur: ſubuertetur autem ipſius ſermo. Et enim ingenitus eſt pater, & genuit, ſẽ piternè vnigenitum, naturæ exiſtens ſibiipſi decẽtis, eo quod ſolum vnum vnigenitum genuit, & ſpiri-

ſpiritum protulit ſolus genitor ob ſolum vnigenitum, qui cum filio ſine principio genito coexiſtit, ſpiritus exiſtens, qui ſpiritum genuit, & non corpus exiſtens, quod corporaliter in ſuas dimenſiones deducitur, neque deficiens, neque creſcens, neque ſectionem ſuſtinens. Quare apud alia omnia, quæ generant & generantur, multorum adhuc neceſſitas requiritur. Hic verò nihil ſimile habet omnibus rebus, illa vnius ad vnum dignitas. Quapropter & ipſe qui genitus eſt præeminenter, ex eo qui genuit mirabiliter, velut ab ingenito genitus eſt concedens genitorem. Et ipſe non gignit amplius, ſecundum eſſentiam inquam: quo ex eo quod non gignit amplius ſecundum eſſentiam, et ex eo quod pater non eſt genitus, ex vtriſque partibus omnis gloria dignitatis conſeruetur in vna vnitate dignitatis Dei, patris perfecti, & filij perfecti, & perfecti Spiritus ſancti. Et propterea coeſſentialitatem non mendacium eſſe nouit diuina ſcriptura, neque pia ratiocinatio, quæ de patre & filio ac ſancto Spiritu piè didicit glorificare ac adorare, ex Deo gratia accepta. Aetij Cap. XIIII. Si non vox ingeniti ſubſtantiam Dei declarat, ſed humanæ inuentionis eſt incomparabile nomen: gratiam debet Deus inuentoribus, propter ingeniti inuentum, cum prę minentiam nominis non ferat in eſſentia. Confutatio. Et ingenitum dixi mus contra Actium inuehentes, & non negamus, etiam ſi in diuina Scriptura non habeatur, verùm piè vox hæc excogitata eſt. Ingenitum autem dicentes patrem, etiam ingenitum confitemur. Genitum autem filium non negamus, ſed non creatum. Neque enim ſi filium genitum decreuerimus, ex Deo patre eſſentiam habere negare poſſumus: genito modo enim genuit, & non creauit. Sicut enim is qui obliquè omnia de genito & ingenito cogitat, ſeipſũ ſubuertere vult, & non aliud quiddã: ſic etiã ipſe ex humanis ſyllogiſmis ſyllogiſticáque oppoſitione, ac humanæ vanitatis ſapiẽtia, audit hoc: Incũbit mens hominis ad praua diligenter à iuuentute. Dicemus autem & nos, quòd multo magis indecorum eſt Deo increato creare creata, & non facto facere: non enim poſſibile eſt increatum creare, & non factum facere futura: ſi non decet ingenito gignere, iuxta Aetij ſententiam. Cum autem creaturæ videantur, & maxima pars eſſentiæ ſubſtantię appareat, Deo autem increato non deceat vt ab ipſa creata ſint, quo ne incomparabile in mutationem factorum deductum, pro decoro apud Aetium magis indecorum putetur? quæretur de cætero alius Deus, qui eſt increatus, & alius creatus, & creare iuxta ſuiipſius proportionem potens. Cum autem creatus & creare potens, non ſit per ſe exiſtẽs, ſed creatus: quæretur etiam alius, qui huius cauſa fuit, & ab hoc alius animo concipietur, & multa erat profunditatis erroris cogitationum vanitas, mente non amplius ſtabilitatem habente, ſed implente id quod dictum eſt. Stulti facti ſunt ſerui Dei, & ſtultus factus eſt omnis homo à ſcientia & cognitione. Non enim quis ſibiipſi viuit, neque ſibiipſi moritur. Neque quis cognoſcet aliquid præter Deum, qui reuelauit nobis veram fidem, & dicit, Hic eſt filius meus dilectus, ipſum audite: ſed & qui ex ſeipſo genitus eſt, reuelauit nobis patrem ſuum, & dicit: Ego ex patre exiui & venio. Et neque ab hominibus habuit Deus incomparabile nomen, neque propter incõparabile nomen, ipſa dignitas veri in ſubſtantia exiſtentis Dei verbi, & ex patre ſine principio coeſſentialiter geniti euertetur: neque alterutri nominis inuenti gratia hominibus debetur. Nihil enim aſſumit Deus dignitatis aut additamenti. Verùm ipſe Deus omnibus exhibet ex ſua plenitudine ſemper in identitate manente, & non deficiente: ſed ſemper in propria eſſentia ferente nominis & potentiæ & eſſentiæ dignitatem. Aetii Cap. XV. Si extrinſecus de Deo conſideratur vox ingeniti, qui conſiderant, potiores ſunt conſiderato, cum præſtantius natura nomen ipſi exquiſiuerint. Confutatio, Nemo melior eſt Deo, velut veritas habet, ad Aetium loquor, qui ſic ratiocinatus eſt. Quomodo enim quis melior aut potior Deo fuerit, cum omnia ex Deo eſſe acceperint, & cum autor ſit Deus eorum quæ ab ipſo creata ſunt rationalium & irrationalium, viſibiliumque ac inuiſibilium. Melior eſt ipſe ſupra omnia, ſiue ratiocinationes mentis fiant rectæ ad pietatem, vt honorent id quod melius eſt, neque ex parte, neque ex toto, omnibus ſimul congregatis, & innumeris inſuper ad hymnũ Dei excogitatis, aſſequi potentibus & in ſeipſis cõplecti gloriæ ipſius perfectionẽ, excedente ſemper meliore inferiorum intelligentiam: ſiue pro viribus & ſupra vires laudem deferant meliori. Eſt enim non ſermonis prædicatione melior, ſed potentia, et nomine, et ſermonis elogio. At non differre facier incomparabile ab incomparabili, ipſa melioris ab inferioribus glorificatio. Nouit enim in patre id ꝙ melius eſt, per ingenitum, et id quod melius eſt, ex ipſo genitum. Quaproprer coeſſentialem confitetur recta intelligentia hominibus ex Deo donata, vt ne diſſimilitudine eſſentiæ filii ad patrem excogitata, diuiſionem faciat melioris et ſincerę perfectionis eius qui genitus eſt in veritate à genitore, incomparabiliter omnem intelligẽtiam excedente propter præſtantiam. Aetii Cap. XVI. Si non cedit ingenita natura generationi, eſt hoc quod dicitur: ſi verò cedit, generationis paſſiones meliores fuerint ſubſtantia Dei. Confutatio. Paſſiones omnino in Deo recenſere, impiiſſimum eſt. Nam intra paſſiones penitus non continetur Deus. Cum autem ſuperior ſit his quæ in nobis ad diuiſiuam intelligentiam ſuccumbunt, omnibus modis Aetii ſermo ſubuertetur. Omnia enim in nobis paſſiuè contingentia, in Deo citra paſſionem conſiſtunt. In nobis enim iuxta aliquam partem velle ipſum, eſt paſſio ſiue affectus: non dico velle pium eſſe, ſed velle quid facere quod eſt ſuper naturam: eo quod non poſſumus perficere officium voluntatis. Velut vt de homine dicamus, volare, in aerẽ ferri, venas profundi cognoſcere, noſſe fundum terræ, & ſimilia. Quantum autem eſt quod in me paſſiuè continetur, tantum eſt quod in Deo citra paſſionem exiſtit. Quapropter omnia quę vult, facere poteſt, natura non reluctante ipſi ad voluntatem: noſtra autem natura in nobis aduerſus voluntates repugnante, quæ ad impoſſibilitatem ſe in nobis extendũt. Et non propterea quod dicimus Deũ facere quod vult, ideo omnino dixerit quis, quòd facit quæ non decẽt: minimè genitum. Illa enim vult

Nonnulla tenenda quæ expreſſa nõ ſunt in ſcriptura.

Quomodo ſtulti facti ſunt ſerui Dei.

Cæcum Aetii de bonitate Dei iudicium.

Impiũre cenſere paſſiones eſſe in deo

quæ

quæ & facit iuxta proportionẽ ſuę dignitatis, neque volũtate reſiſtente aduerſus potentiã ne potẽtia op
ponẽte ſe aduerſus voluntatem: non ꝙ non poſſit, ſed ꝙ non velit. Et aliás poſt talem à paſſione abalie
nitatem in Deo exiſtentem, in nobis autem & aliis creaturis paſſiuam exiſtentem, ſi contingat ſic cogi *Quomodo*
tare, paſſio alia rurſus ſecundum veritatem eſt confitenda: poſt ſecundam autem, etiam tertia cogitan *paſſione*
A da venit. Paſſione gignim⁹ & gignimur, noſtra natura & aliorũ quæ gignamur & gignim⁹ ac gignunt *gignitur*
ſectionẽ ſuſtinẽte dilatationẽq; ac cõtractionẽ, molẽ itẽ ac imminutionẽ, & alia omnia quę paſſionẽ cõ
tinẽtur propter talem cauſam. In Deo verò nihil horum inerat in eo, quòd filium genuit. Si enim fuiſ
ſet vnum quoddam ex his in Deo, iuxta opinionis prætextum ad geniminis ſubuerſionem, ab alia ſe-
cũdũ nos parte oppoſitè aduerſ⁹ ipſos dicendũ eſt: ꝙ in nobis qui in paſſione gignim⁹ & gignimur, paſ
ſio altera eſt in creando: & patimur in eo, quòd gignimus & gignimur. Deus autem apud vos creator
& non genitor intelligitur. Quare propter generationem quidem, & ſubuerſionem faciendam falſo
paſſionem profertis, quo filij ingenuitatem negetis: verùm paſſionem in creando, obliuioni traditis,
quæ ſanè neque ipſa paſſio eſt in Deo. abſit. Neque enĩ nos paſſionem ipſi attribuimus, confitentes ipſũ
creatorem eſſe vniuerſorum; neque rurſus paſſionem circa ipſum eſſe cogitamus, genuiſſe ipſum verũ
filium verè ſine principio & ſine tempore confitentes. Quapropter naturam ipſius nouimus incompre
henſibilem eſſe, & paſſione non affici. Et ideo confitemur ipſum & genitorem & creatorem paſſionis *Filius*
exortem. Genuit enim vnigenitum paſſionis exors & non patiens. Et emiſit ex ſe ſanctum ſuum Spiri- *ex diuini*
tum, ſectionem non paſſus. Et creauit creata & quæ creantur, citra afflictionem, neque affectui obno- *tate im-*
xius. Et facit quod vult conuenienter ſuæ deitati, non prius conſultans, quo cogitando diſcat, an opor *paſſibilis*
teat quod efficitur: neque volens facere & non potens ſuppeditare voluntati quod efficitur, propter
paſſionem. Simul enim habet velle, facere, genuiſſe vnigenitum, creaſſe omnia: quum diuina natura
B & dignitas ſuperior ſit ſyllogiſtica Aetij ratiocinatione & tota humana natura, Deo potiore exiſtente
omni inuento, & neque paſſioni cedente, ſed ſuper excedente omnes paſſiones & omnes opiniones.
Aëtij Cap. XVII. Si genimen immutabile ſecundum naturam eſt, propter genitorem: ingenitum eſ
ſentia eſt immutabilis, non propter voluntatem, ſed propter dignitatem quæ eſt in eſſentia. Confuta-
tio. Quàm diu prodit nobis hic idem dicens, & nihil eorum quæ antea habentur tranſgrediens? Quæ
enim dixit ab initio & vſque ad finem, eadem de iiſdem & nihil aliud recẽſuit. Non enim miſteria no
bis oſtendit, non Deum quem iactat, docuit, non fidem per quam operantes Apoſtoli, firmam veritatis
confeſſionem nominantes, mortuos excitarunt, leproſos mundauerunt, & alia omnia bonæ conſonan
tiæ effecerunt, ex quibus exempla veræ operationis oſtenderunt, protulit: ſed vanos & inſolentis ſyllo
giſmos, non tranſgrediens tautologiæ prolationem, ſed illa ipſa & nihil aliud narrans. Quapropter ro
gamus vt nemo ex lectoribus nobis vitio vertat, ſi etiam nos in iiſdem verſamur, dum aduerſus ipſius *genitor in*
tautologiam dicere cogimur. Genimen enim immutabile eſt, quantum decet deitatem. Et genitor im- *diuinis*
mutabilis eſt, velut decet iuxta proportionem, immutabilem ipſius naturã. Manet autem genitor ſem- *ex ſua na*
per habens genitum ex ſeipſo (nullam ſuſpicionem cõcedens creatis ab ipſo, vt ſciant patrem ſine filio *tura im-*
& vnquam nouerint genitum ſine parre) & perfectum ipſius ſpiritum, qui ex patre procedit, & de filio *paſſibilis*
accipit. Et hoc decorum eſt dignitati eſſentiæ Dei, vt citra aſſumptionem non indigeat aliqua dignita
C te, ſed habeat ipſam ſempiternè in propria identitate. Aetii Cap. XVIII. Si ingenitum eſſentiæ ſignifi
catiuum eſt, meritò ad genituræ eſſentiam opponitur. Si verò nihil ſignificat ingenitum, multo magis
nihil ſignificat genimen. Nihil enim ad nihil quomodo opponi poteſt? Cap. XIX. Si verò ingenita
prolatio ad genitam prolationem opponitur, ſilentio prolationi ſuccedente: fieri contingit & petire
Chriſtianorum ſpem in prolatione ſitam, at non in naturis ſic habentibus, velut nominum vult ſignifi
catio. Confutatio. Quomodo præoccupare contra ſeipſos teſtimonia ſolent, qui inexpertorum mentes
ſtupefacere didicerunt. Qui enim in prolatione ſpem adeptus eſt ſolus Aetius, & non in veritate, hanc
de nobis prædicare audacter prodiit ipſe, & filium Dei, ac Deum patrem nudis verbis confiteri non rẽ
ueritus: cum nos maximè confiteatur naturalem eſſe patrem, & naturalem eſſe filium, & naturalẽ eſſe
Spiritum ſanctum. Trinitati enim nihil aliud comparabitur. Et propterea verè coeſſentiale eſt confeſ-
ſionis noſtræ fulcrum, & non per prolationem, quæ per ipſum ſublata eſt, vt quæ fiat ac creat, velut Ae
tii de patre & filio ac ſancto Spiritu opinio habet. Eſt enim reuera pater verus, et filius reuera verus, et
Spiritus ſanctus verus, etiamſi ſexcentos vanos ſyllogiſmos ſubſeminet. Nam de his diuina Scriptura,
Prudentiã prudentium reprobabo. Et, Nouit Dominus cogitationes hominum quòd vanæ ſunt, et cæ
tera. Aetii Cap. XX. Si nihil plus diſtribuit ad præeminentiã eſſẽtiæ ingenitũ ad genitũ: prolatione ſolũ
D præminens filius, meliores ſeipſo cognoſcet eos, qui ipſum ſic appellarunt, non appellatum Deum ipſ-
ſius et patrem. Confutatio. Nulla pia ratio conceſſerit, etiamſi innumera nobis confingat Aetius,
meliores eſſe eos qui ipſum eſſe ab eo qui eſt, acceperunt. Per ipſum enim etiam ipſe confi-
tetur eoſdem genitos eſſe. Neque enim ſecundum prolationem verbi ſciunt genimen vocare, ſed verũ
ex vero genitum, Chriſtiani qui ex ipſo beneficio affecti digni facti ſunt, vt ſciant ipſum in veritate, et
docti ſunt per patrem, non à carne et ſanguine, et propterea meritò beati prædicantur, velut ille qui cũ
additamento vocis viuentis, filium Dei ipſum cognouit. Sine enim ſpiritualiter percunctetur Spiritus
exiſtens vnigenitus, animalem Aetium quæ Spiritus ſunt, non ſuſcipientem: ſiue dicat, Vado ad Patrẽ
meum et Patrem veſtrum, et Deum meum et Deum veſtrum: ambæ hæ appellationes ad alterius
generis nomina adæquari non poſſunt, veritate ſemper manente, et vnoquoque vtili ordine in filio Dei
in veritate claritatem docente. Neque enim patrem meum et patrem veſtrum, ſecundũ carnem ad ip-
ſos referendum eſt. Quomodo enim pater carnis Deus, qui carnem non induit? Neque Deum meũ et

Deum veſtrum, ſecundum filii Deitatem, & ſecundum diſcipulorum adoptionem accipiendũ eſt. Sed
Patrẽ meum & patrem veſtrum, & Deum meum ac Deũ veſtrum, quomodo ſit accipiendum.
Deum meũ & Deum veſtrum, propter noſtram incarnationẽ, myſterialiter diſcipulos muniuit is qui vera in omnibus loquitur. Patrem autẽ meũ & patrem veſtrum, propter meam ad ipſum naturã & meã ad vos ſocietatẽ, quam ego hominũ amore ductus apud vos preſens dedi vobis vt fieretis, velut dictum eſt: Dedit ipſis poteſtatem vt filii Dei fierent. Quapropter etiam ipſe apud ipſos diuerſans formã ſerui accepit, recenter cum recente ſocietatem contrahens, primatiis & antiquis illis manentibus in identitate, & non ad confuſionem tranſeuntibus: ita vt filii quidem hominũ, per participationẽ ad incorruptibilitatem tranſmutati ſint, ſed non couniti ad coeſſentialitatem: & hic ſerui formam acceperit, vt per vocem Acceperit, recens factũ declaretur: per hoc verò quod in forma Dei exiſtit, quod ad mutationem non abierit, indicetur. His autem ſic ſe habentibus, & quĩ hæc in perfecta cognitione ſic, qui à Deo docti ſunt, clarè confiteantur: neque Deus meus & Deus veſter, neque pater meus & pater veſter: ex conſentanea ſocietate, per æquiuocationem à ſincera eſſentia differre faciet, & à præminẽtia propriæ proprietatis, patris ad filium, & filii ad patrem, & ſancti Spiritus ſimiliter. Aetii Cap. XXI. Si ingenita eſſentia melior eſt generatione, intra ſe habens ipſam præſtantiã per ſe eſſentia eſt ingenitus. Non enim volens, quoniam vult, potior eſt generatione, ſed quoniã natura eſt. Per ſe igitur exiſtens eſſentia ingenitus Deus, nulla ratione permittit contra ſeipſam excogitare creationem ac generationem impellens ferri cõtra creata ac genita omnem examinationem ac omnem ratiocinationem. Cõfutatio. Iiſdem vexationibus circundat nos Aetius, idem dicens, velut dixi, & ſæpe ſuam de iiſdem tautologiã ab initio vſque ad finem ſubornans. Nunquam enim fides, quæ omnem fidelem ſeruat, ex ſyllogiſtica hominum opinione conſiſtit. Fallaces enim ſunt hominũ cogitationes, & ad immenſitatẽ eſſentiæ Dei ſe extendere non poſſunt. Nam tota ſalus noſtra, viuax Chriſti myſterium, Iudæis quidem offendiculũ eſt, Græcis autem ſtultitia. Nobis autẽ vocatis Iudęis ac Græcis Chriſtus Dei potentia eſt, & Dei ſapientia. Quoniã quod ſtultũ eſt Dei, ſapiẽtius eſt hominibus. Et quod debile eſt Dei, fortius hominibus eſt.
Cogitationes humanæ non aſcendũt ad myſteria diuina.
Quomodo igitur non quis inter Iudæos conſtituerit Aetium, propter offendiculũ ſyllogiſmorũ ipſius inter Græcos autẽ, eo quòd ex propria quã ſibi perſuaſit ſapiẽtia, ſtultitiã putat veritatẽ Dei? Etenĩ vn⁹ & melior omni creatura ac opificio creator & opifex vniuerſorũ, nõideo q̃melior eſt his quæ ab ipſo facta ſũt nõ facit & creatẽ ea quę ab ipſo facta ſũt. Neq; enĩ inuider ꝓpriæ bonitati: ĩtra ſe enĩ habet ipſã per ſe bonitate, quę omnib⁹ melior eſt. Neqq, enĩ intra affectus cõtinetur, aut inuidiæ aut liuoris, & ea quę ſũt ex nihilo effecit. Nõ enim quæ ab ipſo facta ſunt, verũ incõparabili ipſi⁹ deitati inferiora ſunt, & nõ quæ ab ipſo creata ſunt, contra ſeipſum excogitauit: ſed in gloriã ſuã, vt oſtẽdat luculẽtã ſuam deitatem, ipſa per ſe bonitas exiſtens, & ipſa per ſe eſſentia, cõmunicãs his qnæ ex ipſo de nihilo creata ſunt ipſũ eſſe volẽs etiã ipſa participare ſuo dono, vnamquãque creaturã iuxta proportionẽ vniuſcuiuſque propoſiti. Et luminaribus quidem lumen contribuit, cœlo verò pulchritudinis ornatus. Terræ item ac aliis iuxta volũtatẽm ſuam partes virtutis largitus eſt, angeliſque ac reliquis ſanctis poteſtatibus ac virtutibus, eo quod dedit ipſis incorruptibilitatẽ. Homini item donauit imaginis dignitatẽ, vitęque ac cognitionis & rationalis beneficii donũ. Et nõ à volũtate ſolũ affuit ipſi hoc, velut quis dicere poſſit cũctãter, aut ſecũdum futurũ, aut conſultoriam ratiocinationẽ, ſed ſecũdũ ipſam per ſe bonitatẽ. Eſt enim ipſa per ſe bonitas, condecẽter ipſi omnia habens, et faciens ac operans. Quemadmodũ igitur bonitati ipſi non inde corum aſciuit hoc ipſum, ſed gloriã et cognitionẽ laudis luculẽtę munificẽtiæ, vt qui per hoc ad noticiã et ſenſũ eorum quæ ab ipſo facta ſunt, deuenit. Sic etiam gloria eſt, non aſſumẽs aliquid ipſius deitatis Nunquam enim indiget Deus gloriæ additamento: ſed ipſa per ſe gloria, et ipſa per ſe virtus, et ipſum per ſe miraculũ, et ipſa per ſe laudũ celebritas, quòd pater genuit, etiamſi ipſe non eſt genitus: quo ex fonte ſemper exiſtẽte, ſẽpiternus fons coexiſteret, ex ipſo exiſtẽs fons ex fõte, & Deus ex Deo, & lumẽ de lũmine, qui non eſſe cœpit, non ſub tempus cecidit, ſed ſimul patrem habet verè, ita vt ſimul pater filium habeat verè, non indecorum patri, non diſſipantem incomparabilitatem. Non enim eſt corporalis quædam diſtinctio, ſed Verbum in ſubſtantia Deus ex patre exiſtens, & Deus ex Deo, excludens omnem ſyllogiſticam ſuſpicionem, in vitam exiſtens fidelibus, & omnibus qui à patre, per ipſum & ab ipſo facti ſunt, credentibus ac cognoſcentibus, & non ſtulticiam putantibus potentiam Dei, & Dei ſapientiam, quæ excedit omnem examinationem, & omnem ratiocinationem corruptibilium, præſertim hominum, quemadmodum etiam ipſe Aetius inuitus cõfeſſus eſt. Aetii Cap. XXII. Si priuationis ſignificatiuũ eſt de Deo ingenitum, nihil autem fuerit ingenitũ, quæ ratio abſtulerit aliquid ab eo quod nihil eſt? Si verò ſignificat id, quod eſt, quis fecedere fecerit ab eo quod eſt, id quod eſt ipſum ſuiipſius
Bonitas diuina vbique ſui ſimilis.
Priuatiuè dictorum ratio.
Confutatio. Quæ ſecundum priuationem dicuntur apud externos dialecticos, ea profert nobis Aetius velut de Dei noticia, & vtilitate diſtinguens ac tractans, prius ignatus de quibus apud externos priuatiuum accipitur. Non enim de omnibus poſſibile eſſe ſecundũ priuationem dici, aſſerũt dialectici: ſed de his quæ ſecundum naturam quid poſſident. His enim quum ea quæ ſecundum naturam ſunt in contraria mutari poſſint, de ipſis ſanè ſecundum priuationẽ dicuntur. In his verò quæ impoſſibilia ſunt, non item: verbi cauſa, vocem Cæcus de lapide nemo dixerit. Nam qui à natura diſpoſitus eſt ad videndũ, deinde viſum amiſit, cæc⁹ dicitur. Volucris enim, aut homo, at pecus quod ex natura videre ſolet, quãdo priuatũ eſt, cæcũ priuatiuè dicitur. Sic etiam inſcibilem, aut innocentẽ, aut indefeſſum non dicimus lapidem: non enim ex natura eſt. At de homine aut pecore ex natura inſciſolito, quando non inſcitur, dixerit aliquis ſecundum priuationẽ, de impoſſibilib⁹ autem non itẽ. Sic etiam de Deo accipiendum ſermone velut aduerſus Aetium inuehente, & per interrogationem expendente. Dic nobis ô Aeti, noſti incomparabilem ad omnes qui non ſunt ex eadem eſſentia, aut etiam ipſum

cum

cum omnibus numerare audebis? Et siquidem cum omnibus hunc numeraueris, qui non ex essentia ipsius sunt, sed de nihilo ab ipso, per eum qui est ex ipso secundum essentiam, facta sunt, excepto solo hoc ipso & Spiritu sancto, qui ex incomparabili essentia patris & vnigeniti filii ipsius est: absurdissima fuerit tua confessio. Quomodo enim adhuc vnus ex omnibus fuerit is ex quo omnia de nihilo facta sunt?
A Impossibile enim est hoc, & neque ipse hoc dixeris. Cum autem impossibile sit ipsum esse similem aut æqualem his qui ex ipso de nihilo facta sunt, impossibile est ipsum similia pati his qui ipsi dissimiles sunt quibus est ex ipso vt sint ipsa de nihilo, & omnia quæ sunt in ipsis, quibus contingit iuxta priuationem, vt sit contrarium. Hæc enim vident non à seipsis. Neque enim & esse à seipsis habent, sed per gratiam datam eius qui largitus est ea in quibus contingit passio secundum priuationem eorum quæ in ipsis fuerunt per donationem. At qui largitus est, à passione alienus est, & non ex aliquo ipsum esse habet, neque potest priuari his quæ ex nihilo sunt. Si igitur non æqualis est ille filius, aut pater, aut Spiritus sanctus his, verùm alius est filius ab his, non æquali nomenclatura vocatus, sed præeminens & incomparabile nomen habens, ipsum per se bonum ab eo qui ipsum per se bonum est. quænam fuerit ea complicatio, quę ad priuationem oppositè se habet? Corruit enim Aetii sermo, qui nobis priuationem introduxit cum ingenitus Deus, & genitus filius, non secundum priuationem, quæ est creaturarum, habeat dignitatem existentem, sed iuxta id quod sponte & propriè per se decet ipsius essentiam ac deitatem. Sicut enim inirascibilis est, non quod non irascatur, sed quod ipsa per se, vt ita dicam, inirascibilitas est: ita etiam ingenitus, eo quòd ipsa per se ingenita natura est: etiamsi filius genitus sit ab ingenito, dictione priuatiua frustra posita de incomparabili ad alios, ex sententia eius qui ipsam suppossuit, & expressit. Ne
B que enim alia ipsi genito adæquantur. Neque ingenitus creaturis impertit coessentialitatem: non quod impotens potentem accuset, sed quod impotentia ad potentem non extendantur, propter præeminentiam vnius Dei, & vnigeniti ex ipso filii, cum sancto Spiritu. Aetii Cap. xxiii. Si priuationes, habituum sunt ablationes, ingenitum in Deo aut priuatio est habitus, aut habitus priuationis. At siquidem priuatio est habitus, quomodo id quod non adest, velut quid adest, Deo connumerabitur? Cap. xxiiii. Si verò habitus est ingenitum, necesse est præsupponere genitam essentiam, vt sic assumpto habitu ingenitum nommetur. Cap. xxv. Si verò genita ingenitæ essentiæ particeps fuit, & habitus abiectionem passa, ingenita natura priuata est: fuerit vtique essentia quidem genita, ingenitum verò habitus. Cap. xxvi. Si verò genimen transitus significatiuum est, manifestum est quod habitus significationē haber, siue trāsformatum est ex essentia quadam, siue hoc est quod dicitur genimen. Confutatio. Iam equidem cū Aetius de priuationis argumento, multum auxilium tulerit his qui à fide alieni sunt, etiam ipse æqualiter cum illis contra fidem se armauit, nihil de fide dicens, neque recordatus dicti aduersus eos qui à seipsis vanos sermones proferunt, & principium fidei non tenent, velut aduersus ipsos reprehensoriè Scriptura dicit, Ego dixi in excessu meo, omnis homo mendax, addito & hoc, Humiliatus sum valdè. Nunc verò rursus in iisdem tempus conterens, & priuationis ac habitus nomenclaturas, & syllogismorum fallacis humanæ opinionis onerosam molem obiiciens, & spiritualiter percunctans seipsum, eò enititur vt proprium suum propositum relidat, ex humana versutia, à qua de Deo dicit quę vult. Imò etiam nos etiamsi multa de priuatiuorum ratione disseruerimus, rursus cogit iisdem immorari, & in confutationibus aduersus ipsum tempus terere. Et erat quidem sufficiens præcedens confutatio, quæ propter æqualem progressum & syllogistici sermonis ipsius æquiuocationem, contra ambo ferri potest. Verùm quā-
C doquidem neque equum ferrei oris effrenem sinere oportet, siue per præcipitia feratur, siue ab impetu iam sit reuocatus & relisus: neque viro contra fidem eadem dicenti permittere, & non contra ipsum dicere: rursus dicimus, Siquidem priuationes, habituum sunt ablationes, ingenitum in Deo aut priuatio est habitus, aut habitus priuationis. At siquidem est priuatio habitus, quomodo id quod non adest, velut quod adest, Deo connumerabitur? Et siue taliter aut taliter de Deo cogitas ô Aeti, & habitus circa Deum coniectas, erit mens tua priuata. Quæcunque enim contenderit cor tuum apud Deum deponere, præterquam solum credere & admirari ac ex tota mente glorificare, redargueris: cum Deum quidem non possis syllogismis cōcludere, neque filium ipsius, neque sanctum eius Spiritum, quo te Deus redarguat & mendax fias, velut scriptum est: In nobis enim & habitus & voluntas & cogitationes fallaces sunt, quoniam naturæ & essentiæ talis sumus. Dicitur autem & natura & essentia Dei: & non eo quòd nos naturam & naturam audimus, & essentiam ac essentiam, ideo incomparabilem Deum nostrę naturæ comparare oportet. Sic etiam de omnibus quæ de Deo dixeris ô Aeti, ipsum totum nullam complicationem admittit, incomparabile existens & perfectum in seipso, nulla re indigens. Est enim ipse per se sensus, & ipsa per se voluntas. Quapropter incomparabilem vnigenitum filium incomparabiliter genuit, & neque sua ipsius essentia priuatus est, neque ipsius qui genitus est solus ex solo, & sanctus ipsius Spiritus, non habentes ad alia æqualitatem, aut dignitatis, aut naturæ, aut alterius cuiusdam argumenti. Non priuauit, inquam, seipsum, neque secundum habitum, neque secundum essentiam incom-
D parabilis suæ deitatis. Neque genimen ex ipso priuatum est, velut dixi, dignitate Patris, & æqualitate incomparabile existens, & sanctus ipsius Spiritus, ad omne quodcunque tandem id est: hoc est, tria sunt perfecta, perfectus pater, perfectus filius, perfectus Spiritus sanctus: non quod coniunctio aliqua sit, neque ad seipsam permixta, neque quid imminutum in seipsa habens: vt ne id quod disparatum, deleat incomparabile: & id quod alteratum est, priuationem ipsius esse efficiat: ita vt habitu solum dicatur & non veritate: aut quòd velut nudo sermone nominetur in transitu, & non sit quemadmodum tua omnino mens cogitat, à fidei doctrina abalienare tentans. Nam credere oportet accedentem ad Deum quod est, & requirentibus ipsum mercedis retributor sit: id quod in patre solo perfici non potest.

Confutātur Aetii dogmata.

Habituū & voluntatis ratio

Qui enim non habet filium, neque patrem habet: & qui filium dicit, non potest extra Spiritum sanctum. Est enim reuera pater verus Deus, velut testatur filius, qui vidit patrem: & vera lux filius, qui cognoscitur à patre, & testimonium ab ipso fert, & spiritus veritatis ipse Spiritus, qui non alienus est, sed à patre procedit, & de filio accipit. Hæc porrò tollunt totum syllogisticum verborum tuorum ô Aeti fabulamentum: & fieri non potest, vt nos impellas vt discipuli fiamus præceptoris tui Aristotelis, & sinamus doctrinam eorum qui illuminati sunt ex spiritu Dei, & sunt quidem piscatores & alieni à literis, & in eloquentia idiotæ, verùm præcones veritatis in potentia Dei qua digni facti sunt. Non enim in sermone syllogistico est regnum cœlorum, & in sermone iactabundo, sed in potentia & veritate. Etenim sufficienter coniectauimus ab initio sermonis tui, depriuatione habituum & situum, & genitam essentiam, & ingenitam essentiam, assumentem & non assumentem, & participationis habitus abiectionem sustinentem, & de essentia complicata genita, habitu verò ingenito: & genimen dictum in transitu, significatum autem in habitu solo, & significatiuum habitus, siue transformatum est ex essentia quadam, siue genimen dicitur, velut dixisti. Eadem enim de iisdem cogitatio tua loquitur, nihil absoluens, dum contra eadem fertur ac dicit. Aetii Cap XXVII. Si ingenitum habitus est, & genitũ habitus, essentiæ quidem habitibus priores sunt: habitus autem etiamsi essentiis posteriores sunt, attamen potiores. Cap. XXVIII. Si verò ingenitum geniti causa est, ipsum esse significans, & genimen coinfert cum sua ipsius essentia ipsum autorem: vox genimen essentię significatiua est, & non habitus quum ingenita natura nihil secum coinducat, quomodo non essentia fuerit, sed habitus ingenita natura? Confutatio. Habituum distinctiuum sermonem in Deo & post Deum construere rursus nobis Aetius conatur, velut videtis vos veritatis amici. Et alia priora facit, alia posteriora Deo. Deo autem priora aut posteriora accipere, nefas est dicere. Simul enim in Deo omnia adsunt, & additamento non habet opus. Quapropter etiam genimem non à tempore intelligi pia ratio concedit. Semper enim est. Deus pater & filius & Spirius sanctus, hoc Trinitas existẽs. Quapropter qui est vocatur Deus pater qui est etiam filius, qui est apud existentem, genitus existens sine principio & sine tempore velut in hoc dicto, Apud te est fons vitæ. Et hoc, In lumine tuo videbimus lumen. Et hoc, Qui est in sinu patris. Et hoc, In principio erat Verbum, & Verbum erat apud Deum, & Deus erat Verbum. Et de sancto Spiritu similiter, Spiritus meus consistit in medio vestrûm. Et vides quod nihil recens est in trinitate. Quare neque essentia ante habitum, neque habitus ante essentiam. Habitum autem non iuxta incertos appellatos habitus, qui mutationem sustinent in vnoquoque qui ipsos habent, accipere oportet, etiamsi coegetis nos ô Aeti, habitum de Deo dicere. Et neque quid in Deo potius est, neque posterius, sed quæcunque decent dignitatem ac glorificationem, vni deitati vna glorificatio, vnus honor vt colant filium sicut colunt patrem, & vt ne blasphement Spiritum, propter minarum sermonem, qui peccatum ipsis non remittit, neque hic, neque in futuro seculo, velut sanè decorum est. Nihil diuersũ circa trinitatem intelligere est, aut colere, aut glorificare. Verùm in patre pater, in filio filius, in Spiritu sancto Spiritus sanctus. Sic dicere, & sic in veritate glorificare, decenter vni trinitati adorationis cultũ tribuere, & dignitatem cõfiteri, vera fides est. Et neque ingenitũ genito indiget, vt coinferatur cum ipsius essentia, quo autor essentiæ ipsi fiat significantium geniminis nomẽ: neque habitus ingenitæ naturæ, essentia geniti est, aut dicitur. Nulla enim re indiget trinitas, neque additamentum alicuius accipit. Neque enim quia ipsa trinitas erat semper, & nihil erat creaturarũ, ideo sortis capiendæ, aut assumẽdę nominis alicuius, aut additamenti gratia, dignitatem sibiipsi excogitauit pater: qui per filiũ quidẽ creauit cœlum & terram, & omnia visibilia ac inuisibilia, & Spiritu suo firmauit omnem virtutem eorum quæ ab ipso creata sunt: quo ex eo quod creatæ sunt creaturæ, & facturæ factæ, coinductio cõtingat, vt creator appelletur, & opifex pater, & idem assumptiuè de filio intelligatur, per quẽ, & à quo creata facta sunt: aut de sãcto Spiritu, in quo firmamẽta firmata sunt. Etenim non mutatus ab habitu in habitũ Deus, & natura & essentia alteratus, velut secũdũ cogitationẽ & mutationẽ fecit ea quæ facta sunt. Habuit enim in seipso semper opificii vim ac perfectionẽ, & nullam assumptionis glorię indigentiam. Et quemadmodum in creaturis non oportet aliquem cogitare de Deo, quod dignitas essentiæ & gloriæ Dei, assumpticii habitus & dignitatis est, sic refelletur Aetius, qui vult Deum syllogismis concludere iuxta ingenitum & genitum, iuxtáque habitus & essentię ipsius inductum nobis sermonẽ: cum cõfiteãtur omnia creata, quòd sint verè, & non sint excogitata assumẽdæ gloriæ gratia à minimè indigo Deo quemadmodum etiam de vnigenito, & de sancto ipsius Spiritu, non æquale dicete licet creatis impossibile enim est hoc dicere. At sanè syllogismos profert nobis Aetiꝰ sublimia loquens, & cõtra superna audacter inuehens. Verum ab infernis vicissim concluditur creaturis, etiam ipse nihil reperiens in syllogistico suo sermone. Nam sapientia hominum præterit, & syllogistica hominum dictio sepelitur. Egredietur enim Spiritus ipsius, & cõuertet ipsa in puluerem. Omnes enim ratiocinationes hominum prætereunt, & homines vnà cum syllogistica Aetii arte, & artificiosa cõtra fidem versutia. Manet autem fides, spes, et charitas, velut scriptum est. Aetii Cap. XXIX. Si omnis essẽtia est ingenita, qualis Dei omnipotẽtis, quomodo alteram quidem passibilẽ, alterã verò passionis exortẽ quis dixerit? Si verò per sortẽ et partem ingenitæ naturæ, altera permanet quãtitatẽ et qualitate, et (vt summatim dicã) omni mutatione superior, altera verò passionibus obnoxia est, ita vt cõcessum sit ipsi, inuariabilitatẽ in essẽtiã habere, eo quòd spõte sua amicus permittit ea quæ sũt prædicta: fuerit vtique hoc cõsequens, facientẽ quidem ingenitum dicamus, genitam autẽ eam quæ transmutatur. Confutatio. Nõ omnem essẽtiam ingenitã esse dicimus, neque omnẽ ex Deo genitã. Nam qui genuit genitũ ex ipso, & emisit ex se Spiritũ suũ sanctũ, Spiritum filii participem: non omnes genuit, sed vnũ: quare etiam est vnigenitus, et vnum

Primum signum in christiano

Pessimi Aetii conatus.

Nihil recens in trinitate.

Trinitatis nullius in digens.

Philosophia Inanis speculatio in productione personarum.

generatio in diuinis qualis.

A B C D

ex se

ex se emisit Spiritum sanctum. Creauit autem per vnum, & firmauit in vno omnes, partim quidem generantes, & post creationem genitos: partim verò creatos, neque generantes, neque genitos. Multum autem distat increata trinitatis essentia ab his quæ à trinitate sunt creata, & non à trinitate genita. Quapropter habet trinitas à passione alienitatem & inuariabilitatem. Omnia verò post trinitatem passioni subiacent, nisi quid donauerit ille passionis exors de alienitate à passione, per incorruptibilitatem, his quibus vult gratificati luculenter per largitionem. Non habent autem incorruptibilitatem ex incor
A porea natura, sed ex luculentia boni & passionis exortis Dei. Nam neque quòd passus est vnigenitus in carne, passionem deitati ipsius ascisçit, quamuis ex vera confessione credimus ex vera fide, quòd passus est passionis exors existens Deus Verbum. Manst autem idem in alienitate à passione, non mutatus natura, neque alteratus. Quapropter sapientia existens, & Deus passionis exors existens, & gnarus quòd per passionem seruaturus esset eos qui passiones mortis habent: non legatum misit, non angelum, neque amplius velut ante ipsum prophetas: sed ipse Dominus venit, & passibilitate in seipso susçepta verè passus est, deitate ipsius à passione aliena manente. Non enim aduentus in carne potestatem deitatis ipsius hebetauit. Reperitur enim in sua deitate, ea quæ Dei sunt operans, & non à carne impeditus: ventum quidem increpans & fluctus ac mare, Lazarum verò proprtia autoritate euocans, & infinita alia supra hæc faciens. Et concedebat quidem prout consentaneum carni, vt & à diabolo tentaretur, & ab hominibus vapularet, & à comprehendentibus caperetur, quo in passibili passionis exors pateretur passionis exors manens in propria deitate, & non alienus à passionis exorte Deo. Verùm voluntariè faciens omnia secundum admirabile ipsius mysterium, sicut etiam pater Deus cum ipso vnigenito & sancto suo Spiritu, trinitas existens semper perfecta, & à passione aliena, vna deitas continens omnia, vnus Deus, vna dominatio, eodem Deo continente vniuersa. Et non eo quòd continet omnia, passioni subiacet, quum ea quæ contineantur, passioni succumbant. Intra omnia enim est, & extra vniuersa, omnium Deus, immixtus ad omnia. Vnde non eo quòd est vbique, neque eo quod extra omnia est, neque ideo
B quod continet omnia, neque eo quòd in ipso omnia mouentur, passionẽ inducer passionis exorti Deo. Sicut neque propterea quòd genuit vnigenitum, neque quòd vnigenitus genitus est, neque propterea quod Spiritus ipsius sanctus ex ipso emissus est, passionem inducet sanctæ trinitati. Neque enim passibilis est Spiritus sanctus, qui in columbæ specie descendit in Iordanem: neque vnigenitus qui à Ioanne baptisabatur ac contrectabatur: neque Pater qui ex supernis clamabat voce, quæ ab hominibus percipiebatur, *Hic est filius meus, hunc audite.* Inuariabilis itaque est filius. Et pater quidem ingenitus, filius verò genitus, passionis exors, & Spiritus qui citra passionem processit. Et cum alia creata sint, trinitas perfecta permanet in quantitate & increata nomẽclatura, ita vt neque melior trãsmutetur, neque quod genitum est passione contineatur. Neque enim qui genuit, passione detentus fuit. Non enim corporale est genimẽ, sed Spiritus ex Spiritu, & Filius ex patre. Similiter & sanctus Spiritus ex ipso, Spiritus patris, Spiritus Christi, non creatus, non genitus, non confrater, non propater, non nepos: incomparabili essentia Patris & Filii & Spiritus sancti, excedente omnem intelligentiam & omnem mentem non solũ dixerim hominum, sed etiam angelorum. Non enim trãsmutationem susçepit vnigenitus, neque ipsius pater, neque sanctus ipsius spiritus, eo quòd vnigenitus passionis exors existẽs in carne passus est, & sanctus Spiritus in columbæ specie descendit, & pater ex supernis vocem in aures hominum citra passionem immisit: quemadmodum non mutationem & passionem induxerunt creati angeli, & cœli, & terra, & omnia ei qui ipsa fecit: sed totum est admirabile mysterium, velut dictum est, O altitudo diuitiarũ & sapientiæ & scientiæ Dei. Aetii. Cap. xxx. Si factæ naturæ ingenita natura est causa, ingenitũ verò nihil est: quomodo id quod nihil est, fuerit causa eius quod factum est? Confutatio, Est quidem igitur se-
C cundum aliam sententiam, & non secundum æqualem ad omnia, ingenita natura ad vnigenitum genimen, & sanctum ex ipsa Spiritum: non autem causa, velut id quod est ad id, quod non est. Est enim non de nihilo qui genitus est, neque non existẽs est qui genuit, neque spiritus ex ipso sanctus. At aliorũ causa est id quod est. Quare semper cum propria gloria est S. Trinitas, semper existens proportionabiliter vnicuique nomini dignitatis ipsius. Per ipsam enim & non extrà, facta sunt, quum non essent. Quapropter neque per seipsum pater eorũ quę facta sunt causa est: sed pater & filius & S. sanctus fecit omnia. Si verò esset alienus filius, velut à causa non existẽs, progressus vtique cum omnibus etiã ipse equalis esset. Et causa esset Deus non amplius genito modo producti, sed instar creaturæ. Et non amplius vnus dici posset genimen, alia verò creaturæ: sed aut omnia cum ipso genimina dici oportebat, aut ipsum cũ omnibus similiter creaturam vocari. Et nihil esset præminens, adæquato vno omnibus, iuxta patrem, quæ de nihilo est, non solum dixerim Angelis, sed etiam hominibus, & pecoribus, & quæcunque infinita distantia absunt ab illius natura & dignitate, ad vnigenitum ipsorum factorem ac creatorem. Est igitur qui est cum eo, qui est, ex ipso sine tempore reuera genitus, non de nihilo, sed ex ipso. Et est sanctus ipsius spiritus, non alienus ab ipsius essentia: neque velut ad auxilium, iuxta Aetii sententiam, Deo exquisitus. Aetii Cap. xxxi. Si ingenitum est priuatio, priuatio autem habitus abiectio siue amissio est, abiectio verò penitus perit, aut in aliud transit: quomodo possibile est vt habitu transeunte aut pereunte, ipsa videlicet ingeniti appellatione, cognominetur essentia Dei? Confutatio. Si à te & hucusque gloria Dei à tuis ô Aeti syllogismis, ad glortam Deo comparata ac exquisita est, iuxta superius à te prolatos
D sermones: etiam ipse aduersus te, concedente Deo inuehens, paria tibi & ipse proferam, quod quum nullus veterum in veteri Testamento, itémque nouo, siue sanctorum Apostolorum siue Prophetarum hoc senserit, meliorem teipsum facis etiam ipso Deo, & planè certum. A te enim et hucusque assumpsit Deus, velut secundum tuum sermonem, in fidem suam syllogisticam hanc tuam artem, vt de ingeniti

Trinitatis constãtia.
Creatio passioni subiecta.
Passionis Christi ratio.
Miracula Christi ex vi propria
Testimonia patris de filio.
Si filius patri non esset æqualis inconuenientia.
Ingeniti suspicioſæ disquisitiones.

geniti priuatione dicamus,& omniño de amiſſione habitus & tranſmutatione, & de cognomẽto Dei in eſſentiæ Dei appellatione.Neque enim propterea quòd eſt Deus omnium creator,quę poſt vnigeni rum ipſius & ſanctum ipſius Spiritum extant, per creatorum conſtitutionem inuenta eſt priuatio eorum quæ non adſunt Deo, aut confeſſio eorum quæ ipſi adſunt, aſſumpta eſt:quo id quod poſtea creatum eſt,offerre Deo id quod melius eſt & ſincerum, per illam priuationem & immutabilitatem excogitarit. Sed quod eſt ſemper exiſtens ipſum ingenitum, totum gloria, & totum incomprehenſibile ab omnibus creatis ab ipſo,iuxta partem eorum qui ad glorificationem ſe extendunt:vt quod glorificetur quidem ab Angelis,ſecundum Angelorum linguam,quæ apud Apoſtolum humanæ præferenda præ dicatur: glorificetur item ſecundum hominum linguam menſura inferiorem,& ſecũdum eorum quæ adhuc inferiora ſunt facultatem. Et non omnino quod in vnaquaque creatura proportionaliter inferior ſit aut trãſmutata ſit glorificatio.Sed eſt quidem in ſeipſa immutabilis,quum priuetur omnis creatura eo vt ſe in glorificatione ad infinitum extendat,ſuprema eſſentia ſemper omnem mentem ac intelligentiam excedente, & non per ea quæ ab omnibus dicuntur ipſi licere, aut alterationem, aut mutationem,aut profectum ſiue præminentiam acquirente.Eadem enim deitas melior eſt,& incomparabilis ac glorificata.Aetii Cap. xxxii. Si ingenitum ſignificat priuationem quæ non adeſt Deo,quomodo ingenitum eſſe dicimus,genitum verò non eſſe? Confutatio.Ingenitum eſt equidem,nuſquam verò dictum eſt,non à Propheta,non ab Apoſtolo,non ab Euangeliſta: nihil enim miri erat hoc de Deo dicere, aderat enim piæ ratiocinationi ab ipſa naturæ lege. Tu verò Aeti hoc nobis nouè dicere tradens, velut miraculum teipſum proferre putas. Commiſcuiſti autem piæ naturæ legi,& fidei ſtatuto in additamentum, vt meliores fiamus ex Deo donato, vt ex ingenito genitum intelligamus adæquatum dignitate: quo qui apud te adoratur diſsimilis, æqualis inueniatur ei qui ſecundum te diſsimiliter prædicatur. Siquidem igitur adorauiſti patrem nuda nomenclatura,per ironiam & ſimulationem honorem obtuliſti.Et ſi filium adoraſti,diſsimilem patri agnoſcens, confuſionem operatus es in adoratione, diſsimilem diſsimili æqualiter veneratus. Si verò propter incredulitatis tuæ præſumptionem negabis te adorare filium, redargueris ab omnibus, non agnoſcens eum qui debite ab omnibus adoratur, & æqualis eſt. Adorabunt enim ipſum omnes Angeli Dei.Et adorauit ipſum Maria, vbi glorioſè reſurrexiſſet in carne,& omnes ipſius diſcipuli.Non enim habet facti nomen,neque creati,ex patre genitum ſciunt, & adorant exiſtentem ex eo qui eſt, & ſanctum ex ipſo Spiritum. Sciunt enim alienum ipſum eſſentia à creatis.Non enim eſt factus aut creatus,ſed genitus ex patre. Quare per omnia fatigatus,& multo tempore inſumpto,& peregrinis ſermonibus inductis, adorabis ipſum. Oportet enim omnes ſtare coram tribunali ipſius.Et omnis lingua confitebitur,quòd Dominus eſt Ieſus Chriſtus, qui non alienus à Deo eſt,ſed in gloriam Dei patris, velut ſcriptum eſt,ac creditur. Aetii Cap. xxxiii. Si nudum nomen eſt de Deo vox ingenitum, nuda autem prolatio ſubſtantiam Dei attollit contra omnia genita: præſtantior ergo eſt hominum prolatio quàm omnipotentis ſubſtantia,vt quę incomparabili præminentia Deum omnipotentem exornauit. Confutatio. Neque nudum nomen eſt de Deo vox ingenitum,neque cum creatis ſecundum eſſentiam communicans. Quare neque creaturæ nudi nominis ſunt ſignificatiuæ. Quum autem in medio ingeniti & creati aliud nomen requiratur,quod eſt filius & non creatus, cui nam præeminentia attribuenda eſt? Et ſiquidem creatis communicare debemus,. quum neutrum ex dictis nuda nomenclatura nominetur, ſicut de ingenito & creatore ac creatis factis non nudum nomen aſſumitur,ita de genito & filio non nuda nomenclatura ſuſcipitur, id quod fruſtra in calumniam raptum eſt ac concluſum apud Aetium, confuſionem indicabit, eo quòd non adæquatur nomini filii,creata in veritate eſſentia,& non nudum nomen. Nam neque ipſe filius filii nomenclaturam nudam ſuſcipit. Quum autem non ſit non exiſtens, neque ſecundum nudam nomenclaturam dicatur filius vnigenitus, & ſpiritus ſanctus: patris ſanè gloriæ connexus eſt, & non creaturarum nomenclatura confuſus. Neque enim elatione opus habet deitas, velut quæ non ſit: neque altitudinis indiga eſt, etiamſi ab aliquibus in ignorantia exiſtentibus non exaltetur: neque per aliquorum prolationem eſſentia deitatis conſtituitur: neque enim gloriabitur hominum aut aliorum prolatio, velut quæ Deo indigo gloriam aſciuit,aut omnipotentem Deum ornauit. Deum adorandum Deum nouit, & creatorem ac opificem ſuum.Neque enim ſeipſum gloria præminere putat,& ornatricem eſſe proprii ſui opificis: alioqui ſeipſam adorandam duxiſſes,& eum qui adoratur, non adoraſſet. Et fruſtra per omnia tuus,o Aeti,ſermo turbam concitat.Aetii Cap.XXXIIII. Si omnigenito conſors & coniuncta eſt cauſa,cauſæ autem exors eſt ingenita natura: non cauſam ſignificat vox ingenitum, ſed ſubſtantiam indicat.Confutatio. Et omnigenito conſors & coniuncta eſt cauſa, & non confitemur hoc velut à te docti. Præuidet enim fides veritatis hoc, & præconfitetur ac docet, quòd Deus eſt cauſæ exors, atque extra omnem cauſam, & immixtus ac purus ab omni æqualitate. Propterea enim etiam ipſi non adoramus omne quod infra ipſius Dei eſſentiam eſt, eo quòd ſoli puero decet adorationem tribuere, patri ingenito, & filio qui eſt ex ipſo, & Spiritu ſancto qui eſt ab ipſo, & per vnigenitum. Nam nihil eſt in Trinitate creatum,& ſub cauſam cadens. Non enim de nihilo eſt quicquam in Trinitate,velut alia ſub cauſam lapſa ſunt,& cauſam adepta. Quapropter Trinitas talis cauſæ exors exiſtens,ſolam ſe ipſam adorari citra errorem docuit,quoniam ſola hæc à cauſa aliena eſt. Omnia verò ſub cauſam ceciderunt.Hæc enim ſunt facta & creata,pater verò increatus,filium habens ex ipſo genitum,at non creatum: & Spiritum ſanctum ex ipſo procedentem,& non factum.His autẽ ſic ſe habentibus, neque paſſionem cauſæ ſortitus eſt filius, qui adoratur et Spiritus ſanctus, etiamſi patrem habeat genitorem: neque reliquæ creaturæ abſque paſſione fuerint ſortis cauſæ,à patre et filio

ac

Ingenii declaratio.

Confeſſio de chriſto vniuerſalis in iudicio.

ac Spiritu ſancto creatæ. Clarè autem abſque paſsione ſortis cauſæ fuerit filius vnigenitus, & ſanctus ipſius Spiritus, velut etiam pater. Quoniam filius eſt genimen, & non creatura: & non ex eo quòd genitus eſt, cauſam paſsionis ſortietur filius: neque Spiritus ſanctus, eo quòd ex patre procedit: neque enim pater, eo quòd genuit, & ex ſeipſo eduxit, alia verò omnia poſt filium & Spiritum creauit, ſub paſsione
A cauſæ reperitur, & quidem quum alia omnia in creando aut creando paſſioni obnoxia ſint. Proinde cauſæ exors eſt pater & filius & Spiritus ſanctus. Cauſa autem eſt Trinitas vniuerſorum concreans & cooperans, & nihil in ſeipſa creatum aut factum noſcens. Aetii. Cap. xxv. Si omne quod factum eſt, ab alio factum eſt: ingenita autem ſubſtantia, neque à ſeipſa, neque ab alia facta eſt, neceſſe eſt ingenitum eſſentiam ſignificare. Confutatio. Et hoc rurſus profert nobis Aetius, velut nouum quid ac recens narrans, quo dialecticæ ex ſuperfluo ratiocinantis inuentor eſſe videatur: hoc ipſum declarans de quo neque ambigitur, & quod in catholica Eccleſia in confeſſo exiſtit. Omne enim quod factum eſt, ab alio factum eſt. Ingenita autem ſubſtantia neque à ſeipſa, neque ab alia facta eſt. Et neceſſe eſt ingenitũ eſſentiam ſignificare. Et quid eſt hoc magis neceſſarium? Quod enim ſemper apud ipſos Anomœos & Arrianos doloſè accipitur ipſum eſſentiæ nomen, Aetius clarè coactus à veritate confeſſus eſt. Cum ita que ingenita natura eſſentia ſit, & ex ſeipſa, & non de nihilo impollutè & citra paſsionem vnigenitum genuerit ſine tempore & ſine principio, & ex ſeipſa eduxerit Spiritum ſanctum, & nõ de nihilo: palàm in ſancta catholica Eccleſia orthodoxè Trinitas coeſſentialis prædicatur, quum nulla creatura hoc nomine vocari poſsit, eo quòd neque ſecundum nãturam eſt quicquam ſimile vnigenito & ſancto Spiritui, neque ſecundum adorationem. Hæ enim ſunt de nihilo creatæ, & non adorandæ. Trinitas autem ſemper eſt, pater, pater perfectus: filius perfectus, ex patre genitus: & Spiritus ſanctus, ſpiritus perfectus ex patre procedens, & de filio accipiens. Et omnia nobis lucida ſunt in diuina Scriptura & ſancta
B fide, & nihil obliquum aut contrarium aut tortuoſum. Aetii Cap. xxxvi. Si ex geniminis eſſentia comparet, quod cauſa eſt ingenita ſubſtantia, contra omnem cauſam inuariabilitatem habens: per ſe ſanè eſſentia incomparabilis, non extrinſecus cooſtendens inacceſſibilitatem, verùm per ſe exiſtens incomparabilis & inacceſſibilis, quoniam etiam ingenitá. Confutatio. Sæpè Aetius contra eadem fertur, velut iam ſæpè dixi, in laborem ſolum nos inducens, & nihil amplius. Quapropter etiam in præſenti cogi mur labori additionem facere, & eadem de iiſdem repetere, quandoquidem & ipſi ſic viſum eſt. Nam etſi ex geniminis eſſentia comparet ingenita, quæ genuit: nihil tamen diſtinguet à ſe genitor ipſum genitum per dignitatem gignendi. Ex ſeipſo enim genuit eſſentialiter ſpiritum ex ſpiritu, & non corpus ex corpore. Quapropter incomparabiliter comparet genitor condecens genitum, & genitus genitorem. Neque enim additamento indiget Deus, vt aliquando pater vocetur, aliquando non: neque filius reperietur ex ſuperna coniunctione, aliquando non exiſtẽs, iam verò exiſtens. Quare per ſe eſſentia eſt Deus pater, & filius, & Spiritus ſanctus, & non diuerſa eſſentia. Neque enim eſt confrater, neque eſt poſtea genitus, ſed inenarrabiliter condecenter patris nomini, coeſſentialis eſt filius, & condecenter patri & filio ex ipſo ſanctus ipſius Spiritus. Quapropter inacceſſibilitas eſt in patre & filio ac ſancto Spiritu, ad omnia quæ ſunt inferiora, & ex ipſa Trinitate creata. At verò Trinitas ad ſeipſam non eſt inacceſsibilis: eſt enim increata, & ingenita & incomparabilis. Quare non poteſt quicquam adæquari patri. Non coadoratur ipſi quicquam ex his, quę de nihilo facta ſunt, & non genita. Nulli enim ex his, quę facta ſunt, dixit vnquam, Sede à dextris meis. Neque verò vnigenitus de aliquo dixit, Qui videt me, videt patrem. Et, Ego in patre, & pater in me. Et, Nemo nouit patrem niſi filius, & filium niſi pater, &
C cui ſanè reuelabit. Reuelat autem per Spiritum ſanctum cognoſcentem, & docentem ac annunciantem in mundo ea, quæ filii ſunt, perſcrutantémque profunditates Dei. Propterea enim dicit, Qui non honorat filium, velut honorat patrem, ira Dei manet ſuper ipſum. Et non dixit, Qui non honorat angelos, velut honorat patrem. Neque rurſus dixit, Qui non honorat etiam filium, ſed filium velut patrem, ſimiliter autem & Spiritum ſanctum. Quoniam non remittetur ei, qui in Spiritum blaſphemus eſt, neque hic, neque in futuro ſeculo: quo Trinitatis inacceſsibilitatem ſignificet, & incomparabilitatem in patre & filio & Spiritu ſancto. Aetii Cap. xxxvii. Si excedit omnem naturam ipſe omnipotens, propter ingenitum excedit, quod cauſa eſt durabilitatis ipſis creatis. Si verò non eſſentiæ ſignificatiuum eſt ingenitum, vnde nam habebit creatorum natura vt conſeruetur? Confutatio. Decet dicere ac confiteri, & ſic tenere, quòd omnem naturam excedit omnipotens. Ex quo nobis vnigenitus inenarrabiliter progreſſus eſt Deus verbum & ſanctus ipſius Spiritus. Et propterea ſecurè non creaturam Deum facimus, vt ne ſtulti fiamus, verum excedentem omnem naturam Trinitatem glorificamus, filium cum patre, & ſanctum ipſius Spiritum, eo quòd ingenitus eſt & increatus. Nam neque alterius naturæ eſt vnigenitus & Spiritus ſanctus. Sed Deus ex Deo, lumen de lumine: & cum omnipotente patre etiam ipſe filius vnigenitus omnipotens appellatur, velut etiam clarè habet diuina ſcriptura. Non enim alius à dignitate patris eſt vnigenitus, ſed condecens dignitatem patris, velut palàm teſtimonium præbet mihi ſanctus Apoſtolus, qui in ſpiritu ſancto de filiis Iſrael dixit: Quorum,
D inquit, eſt cultus diuinus et Teſtamenta, et quorum ſunt patres, ex quibus eſt Chriſtus, quantum ad carnem attinet, qui eſt in omnibus Deus benedictus in ſecula, Amen. Propterea enim et adorandus eſt vnigenitus, et Deus vnigenitus, et diuinus ſpiritus ipſe Spiritus ſanctus. Et poſt ſanctam Trinitatem non eſt alius Deus. Pater verò omnipotens et vnigenitus ipſius filius Ieſus Chriſtus, condecens patris dignitatem, et appellatus pater futuri ſeculi, condecens item ſanctum ipſius Spiritum increatum: ſemper Trinitas manifeſta et cognita, ex qua Trinitate omnibus factis cauſa eſt, ſiquidem ſinceræ et incomparabilis eſſentiæ ſignificatiua eſt, pater in filio, filius in patre, cum ſancto ſpiritu,

Vnigenitꝰ etiam omnipotẽs appellatur.

ita vt

ita vt durabilitas ſemper in ſeipſa habeat ſempiternitatem. Exqua Trinitate adeſt creatis vt conſeruentur. Aetii Cap. xxxvi ii. Si nihil ex indiuiſibilibus ipſum ante ſeipſum ſeminaliter exiſtit, verùm permanet in natura quam ſorte adeptum eſt: quomodo ingenitus Deus liber & exors exiſtens, nunc quidē ſuam eſſentiam poſteriorem in genimine videt, nunc verò priorem in ingenito, ſecundùm primi & ſecundi ordinem? Confutatio. Oportebat Aetium præſignificare nobis & quæſtiones ſuas claras proponere, maximè hanc dictionem reprehenſibilem, & omnino nullam ſimilitudinem cognationem habē- tem, quum neutrum ex his quæ ab ipſo nominata ſunt alteri coádæquari poſſet. Affert enim nobis mul A
torum inuiſibilium nomenclaturam. Sunt enim & inuiſibilia animalia ſpiritualia, Seraphim, inquam, ac Cherubim. Sed & Angeli, & alii quidam ſpiritus, in quibus verè impletur, quod neque in ipſis ſeminaliter quid exiſtit. Neque enim corpora dixerit quis ea quæ ſunt inuiſibilia. Et enim neque generāt, neque generantur. Creata autem ſunt ſecundum voluntatem deitatis ſemper exiſtentis clarè, & ſortitum eſt vnumquodque creatum, id quod ipſi is qui eſt, contribuit virtutis, in excellentia luculentæ ſuæ benignitatis. Et adeptum eſt vnumquodque id quod ſortitum eſt, & in hoc manet. Et liber eſt Deus ab omni cauſa, in ſeipſo totum habens: non in futurum, neque per pœnitentiam filium poſt tempora habens, aut ſanctum ſuum Spiritum, ſed condecenter ei vt habeat ſemper filium genitum, habens filium & hunc vnigenitum, habentem ſemper patrem in ſeipſo. Habet autem & ſanctum Spiritum ex patre exiſtentem, & de filio accipientem, ſemper ipſum habens. Nam neque propter in gloriam, neque ob gloriæ additamentum, ſiue vberiorem copiam (quum deitas ſemper ſit, nullum autem creatum ſemper extet) Trinitas vnquam ſeipſam in minore opulentia vidit. Et nunc quidem hoc vidit, nunc verò in additamento eſſentiæ ſeipſam videns, velut indiga poſtquam creata ſunt ea, quæ cauſa ſunt, in vberiore additamento gloriæ ſiue opulentiæ exiſtens. Et vndique nihil efficiet impetus eorum, qui contra veritatem ſyllogiſticas humanas opiniones obtrudere, & in medium afferre volunt: quum dignitas Dei patris & filii ac Spiritus ſancti omnem intelligentiam angelorum & vltra excedat, quanto magis humanæ naturæ? Nam ratiocinationes hominum miſeræ ſunt, & incorruptibiles ipſorum cogitationes, in ſyl B
logiſmos & quæſtiones ſeipſas inuoluentes ac transfigentes. Alii enim ex ſuis ratiocinationibus per ſo-
Quæſtiones hominum vanę phiſticam quandam opinionem percunctantur de malo, vnde incepit. Alii vnde eſt diabolus, aut cur factus eſt. Alii cur Deus peccaturum hominem ſic ipſum creauit. Alii quidam talem, inquiunt, ipſum fecit, cur poſtea ipſi culpam adſcribit: quo vbi omnes percelluerint ſuas cogitationes, diſcant ſeipſos corruptibiles, & attribuant Deo patri & filio ac Spiritui ſancto, hoc eſt vni trinitati, adorationem & ſcientiam, petántque ac aſſequantur ab ipſo veræ fidei cognitionem, vt ne ſuam menſuram excedere conentur, ſed diſcant ab occæcata intelligentia quieſcere, & non ſophiſticam fraudem exercere per linguam incenſam, & ratiocinationes imprudentes, ſed potius modeſti eſſe per prudens illud dictum ſanctæ & diuinæ Scripturæ, quæ iubet, vt ne vltrà ſapiamus quàm oportet ſapere, ſed vt ſapiamus in hoc, vt modeſti ſimus. Aetii Cap. xxxix. Si permanet in natura ingenita Deus, auferatur ab eo, quod in generatione & in ingenita natura ſeipſum noſcat. Si verò conceditur in ingenito ac genito ſuam ipſius eſſentiam extendere, ipſe ſuiipſius eſſentiam ignorat, dum à generatione & ingenita natura circumducitur. Cap. xl. Si verò etiam genitum particeps eſt participationis ingeniti, verùm in geniti natura indeſinenter permanet: in imperfecta ſanè natura ſeipſum cognoſcit, ignorans videlicet ingenitam participationē. Non enim poſſibile eſt ipſum de ſeipſo, & ingenitæ eſſentiæ & genitæ cognitionem habere. Cap. xli. Si verò deſpicabile eſt ingenitum propter mutationis aptitudinem, dignitas naturæ eſt eſſentia immutabilis, quum ingenitam naturam omni cauſa ſuperiorem confiteamur. Confutatio. In ingenita natura haud dubiè permanet Deus, qui omnia de nihilo creauit, ac fecit pater, genuítque ex ſeipſo coeſſen- C
tialem ſibiipſi filium & condecentem ipſius ſempiternitatem, & ſpiritum qui ex ipſo proceſſit, ac decet ipſius coeſſentialitatem. Et neque ideo quod Trinitas creauit de nihilo ea quæ ſunt, viſibilia ac inuiſibilia, ob id tollitur id quod correſpondet iuxta proportionem dignitati Dei, ipſa videlicet ſempiternitas eius qui eſt, per recens creaturarum nomen. Aufertur autem à creatis ſuperna excedens eſſentia, quæ non eſt is coeſſentialis, ſed hæc de nihilo adeſſe vocauit. Quare genitus filius, non ex nihilo, ſed ex eo qui eſt, condecenter ſimul conſideratur. Neque enim diſtenta eſt eſſentia, neque contracta, ſed ſpiritus exiſtens pater, ſpiritum verè filium genuit, & ex ſeipſo protulit Spiritum ſanctum: & non ſeipſum ignorat, neque eſſentiam ſuam contrahi aut dilatari nouit, aut ſectionem ſuſtinere. Hæc enim omnia circa Deum noſſe abſurdiſſimum eſt, ſicut etiam ignorare ipſum Deum, hoc eſt Spiritum ſanctum. Et neque ingenitus non particeps eſt cum genimine coeſſentialitatis: neque genitus non ſimul habet cum patre ſempiternitatem. Nouit enim pater filium, & filius nouit patrem, trinitate ſemper in deſinenter increata manente, & indeſinenter exiſtente: vnigenito genito ex eo qui ſemper eſt, & reuera exiſtēte, & in propria perfecta natura. Quapropter cognoſcit ſeipſum, & non ignorat neque filius ingenitam patris eſſentiam, neque ingenitus filii ex ipſo eſſentiam, quum fide dignus ſit ingenitus Dei Verbum, qui dixit: Nemo nouit patrem niſi filius, & filium niſi pater. Quare tollatur generoſi huius Aetii pronunciata ſententia, qua dixit, Non enim eſt poſſibile ipſum de ſeipſo, & ingenitæ eſſentiæ, & genitæ cognitionem habere. Anteuertit enim vnigenitus, & hanc iudiciariam ipſius vocem obliterauit, dum dixit ſe ipſum noſſe patrem, & neminem alium, comprehendítque ſimul Spiritus ſui ſancti ſubſiſtentiam, velut etiam in alio loco dicit: Spiritus patris docebit vos, Si autem patris eſt ſpiritus, non ignorat etiam ipſe D
patrem. Dixit autem, Nemo patrem nouit niſi filius: quo ſeipſum & patrem & Spiritum ſanctum, alia tranſgreſſum eſſe ſignificet, quæ non ſempiternè exiſtunt, ſed facta ſunt. Si verò anteuertit hoc dicendo quòd ſemper nouit patrem: fruſtrà nobis obrepit Aetius palàm vaniloquus, & omnibus manifeſtus.

quòd

quòd velut homo ratiocinatur, carnaliter percunctans, & animalis existens, propter eum qui seipsum & patrem & sanctum ipsius Spiritum cognoscit. Exemptus igitur est Deus ab omni causa, non solum pater, sed etiam filius & Spiritus sanctus: quum in confesso sit, Deitatem Patris & Filij & spiritus sancti omni causa superiorem esse. Aetij Cap. XLII. Si ingenitum ab omni causa exemptum est, fuerint autem multa ingenita, inuariabilem habebunt naturam: non enim per sortitionem, natura cuiusdam communis & propriæ particeps facta, altera quidem faciebat, altera verò fiebat. Confutatio. Ab omni
A causa, palàm exemptum est ingenitum, eo quòd vnum est ingenitum & adorandum, diuiso adorando ab his qui adorant. Adoranda est autem Trinitas, quę vnitas est, & in vno nomine Trinitas numeratur Pater & Filius & Spiritus sanctus, non alienum à seipsa in se possidens, sed condecenter genuit Pater Filium, & non creauit. Et hic quidem est ex ipso semper genitore, quare genimen est ex eo qui est, & ille processit ex seipso sanctus Spiritus, ita vt sit Trinitas in vna vnitate increatâ, omnia verò ex ipsa Trinitate de nihilo creata. Vnde vna Trinitas vnus est Deus, pater & filius & Spiritus sanctus, non alienum à seipsa in se possidens, increata, ingenita, non facta, sed faciens: non creaturæ nomen habens in se ipsa, sed creans, vna existens, & non multæ. Omnia verò ex ipsa, multa quidem sunt, sed non cum ipsa numerantur. Quapropter neque sortita est alteram naturam communem ab essentia incomparabili. Et ob hoc non creata est in Dei essentia natura, sed creatrix omnium, quæ non possunt cum incomparabili & vna essentia patris & filii & Spiritus sancti, in coessentialitate participare. Clarum est enim quòd ipsa ei qui veritatis cognitionem habet, reuelat, quòd ipsa sola adoratur, & non omnia: & quòd ipsa sola in nomen sui, ipsius baptizat, & non vniuersa. Aetii Cap. XLIII. Si omnis essentia est ingenita, nulla differet ab alia iuxta Domini libertatem. Quomodo igitur dixerit quis aliam mutari, aliam mutare, nõ permittens Deo producere ex non subiecta essentia. Confutatio. Omnis qui resistit veritati in admirationem, & ad perterrefaciendum colligens sibiipsi sententias, videtur quibusdam per subuersio
B nem impetere, & à vitali via transferre ac deuastare, velut hic Aetius, nunc quidem in hoc dicto à natura nihil dicens, perterrefacere videtur simplices, dum ex superfluo ea quæ ab ipso dicuntur, repetit, verbis tantum velut ex abundanti proferre solet, etiam in præsentiarum vsus. Non enim omnis essentia ingenita est iuxta intelligentium confessionem, alioqui omnis deificaretur. Quum autem non omnes essentiæ deificentur, sed vna præter omnes, quæ est vna deitas in Trinitate: quomodo adhuc reliquum fuerit generoso huic, vt perterrefactio ipsius ad Filios veritatis procedat? Differt autem et altera ab altera. Nam hæc quidem Trinitas creat, omnia verò ab ipsa creata sunt. Et hæc à dominio libera est: quæ verò ab ipsa facta sunt, dominio subiacent. Et hæc quidem transmutantur, illa verò inuiolabilem habet naturam, transmutans semper ea quæ ab ipsa transmutãtur, et de nihilo essentias & subsistãtias producere potens. Hoc enim est decens Deo, vt ex non subiectis, et ex nihilo ab ipso factis ac productis secũdum gubernationem transmutet prout vult. Actii Caput XLIIII. Si omnis essentia est ingenita, omnis est inuariabilis. Quum autem essentia inuariabilitatem habeat, facere et pati casui spontaneo deferendum est. Cap. XLV. Quum autem multa sint ingenita et inuariabilia, innumerabiliter different inter se. Non enim numerabilia esse poterint, quæ distant aut in totum, aut iuxta aliquid: quum omnis distantia fortem ac partitionem quandam ostendat causæ disiunctæ ingenitæ naturæ. Confutatio. Non omnis essentia ingenita est. Stultum est enim etiam hoc cogitare, et Græcæ ignorantiæ est hæc ratiocinatio: et ista sententia, sive expressè, sive per interrogationem ab Aetio dicta est. Manifestum est autem, quòd per interrogationem dixit. Interroget itaque de hoc Græcos, et illi assentiantur ipsi hanc quæstionem ex syllogismis sic habere, materiam quandam contemporaneam de Deo prædicantes, Capiatur autem simul cum illis, si fuerit assensus: quum
C veritas ipsa habeat vnum esse quod facit, ita vt in vna essentia perfecta Trinitas, et non per coniunctionem numeretur, alia verò omnia esse facta et creata, et nõ infecta: deitate verò increata existente, et Patre quidem generante, Filio verò genito, Spiritu sancto autem ex ipso Patre emisso, et de Filio accipiente, omnibus reliquis creatis existentibus. Quum autem sic inuariabilis in potentia maneat rota deitas condecenter in Trinitate, ita vt vnitas ad patrem referatur, propter dignitatem et stabilitatem, et ad tollendam Deorum multitudinem: inuariabilitas quidem manet potentia, dignitas autem conde center reputatur filij ad patrem, itemque Spiritus sancti. His itaque sic se habentibus ex integro corruet insidiosa quæstionis versutia. Non enim multa sunt inuariabilia, sed vna trinitas in vnitate, et vna deitas in Trinitate. Reliqua verò omnia distant, neque eo casu spontaneo habentia pati aut facere: neque sancta Trinitate in hoc quòd facit aliquid, pati potente, quum tota sit passionis exors & adoran
D do, Pater, inquam, & Filius ac Spiritus sanctus. Fecit enim omnia Deus per Filium, sed non Filium: nõ enim est cum omnibus, sed comministrat ac cooperatur patri, & coadoratur: neque etiam Spiritus sãctus, non enim numeratur de omnibus, verùm firmat potentiam vniuersorum, & coadoratur. Quum autem omnia sub vnius prouidentiam posita sint, feruntur & faciunt & patiuntur, & quæcunque alia. Quapropter vna trinitas ad seipsam inuariabilis est: alia verò ex ipsa variata ac mutata sunt, neque enim sunt contemporanea, neque consempiterna: sed illa sola sempiterna est & increata & ingenita ac non facta: filio quidem genito sine tempore & sine principio, semper autem existente, & nunquam esse desinente: vnde cautè caput & non principium, patrem filii docuit diuina Scriptura, propter coessentialitatem; & Spiritu sancto sempiternè existente, & ex patre emisso, qui etiam semper cum patre existit, & non à tempore esse incepit. Aetii Cap. XLVI. Si vox ingenitus & Deus, ex comparatione & æquálitate idem significat, ingenitus ingenitum genuit. Si verò aliud quid significat ingenitum, & aliud Deus: non absurdum est Deo, Deum genuisse, ita vt vterque originem sumpserit ex ingenita es

sentia. Cap. XLVII. Si verò quod ante Deum est, nihil est, quemadmodum non est: Deus & ingenitum idem significat, non admittente genimine ingenitum, quapropter neque simul proferri cum Deo & patre sustinet. Confutatio. Vnde vult nos Aetius acquirere in nobisipsis sententiam quęstionum ac ratiocinationum ipsius ab ipso propositarum? Et siquidem adstruit ex ratiocinationibus ac syllogismis, corruet etiam nostræ opinionis acquisitio simul cum ipso. Deum enim nemo vnquam syllogismis concluserit: neque dicit figmentum ad fictorem, Cur me sic fecisti, velut scriptum est. Cæterùm ex pia ratiocinatione ac iusta certitudine, ad sancti Spiritus per sanctas Scripturas doctrinam reflectendum est. Quum autem constans ac certa sententia doceat nos de his qui creaturę diuinum cultũ præstiterunt, quòd stulti facti sunt: quomodo non inuenietur Deum pro creatuta accipere, & hunc adorare ac honorare, quum fides ex natura reiiciat adorationem à creato, & creatum ab adorando. Etenim si omnino hoc nihil differet ab his qui creaturæ adorationem exhibent: nihil præferendum erit in Christianismo. Erit autem talis fides idololatria potius, quàm diuinus cultus. Adorant enim etiam illi Solem, & Lunam, & potestates, cœlum & terram atque alias creaturas: & non diuersitas creaturarum facit miraculum, neque id quod præminet, distinguet à seipso honoris æqualitatem, propter æqui uocationem, etiamsi alterum alteri valde præponderet. Vnus enim est qui ambo fecit, & assignauit vni cuique non nominis varietatem, sed essentię. In omnibus enim creatis seruum est creaturę nomen, sed non liberum. Et si in vna parte id quod seruum est, adoratur, nihil differet adoratio ab alia parte, etiãsi inferior sit. Aequalis enim est, cogitationem habens cum suprema creatura, de nihilo ab eo qui est, ipsã adepta, Hinc ingenitum condecens est Deo, & Deus ingenito. Quapropter genimen non opus dicimus, neque facturam, sed genimen essentialiter à patre impollutè genitum, coessentiale patri & quod simul adoratur: & Spiritum sanctum ex ipso, non alienum, ideòque etiam simul adorandum. At verò cum creatis non simul profertur nomen Deus, eo quòd transmurata sunt ab ingenita natura, quoniam de nihilo ipsum esse sortita sunt. Verùm Trinitas habet hoc, quòd semper est. Et non aliud quid est Deus, & aliud ingenitum. Confitetis autem ô Aeti, Filium ex Patre genitum esse per simulationem, & non ex veritate. Omne enim genitum non est creatum, & creatum non genitum. Si verò genitum est creatum, iuxta alium modum creatum est, velut vt verbi gratia dicamus, homines gignunt homines, sed non creant: hi verò superno ex Deo sunt creati. Quapropter quæ ab ipsis quidem gignuntur, genita sunt: à Deo verò omnia creata sunt. Quum autem sit Deus increatus, genuerit autem sibiipsi filiũ & non creauerit, non aliud gignit à sua essentia. Quomodo igitur genimen ex ipso erit creatum, quum pater increatus sit? Si verò creatum apud ipsum est genimen, non amplius genimen vocatur. Et multa sunt quæ aduersus eiusmodi absurdam opinionem dici possunt. Indecorum autem est etiam Deo, esse aliquando sine filio, postea verò vocari patrem post filium. Et indecorum est filio, esse ante ipsum tempus, erit enim tempus maius ipsius maiestate. Condecens est autem patri, vt semper habeat in identitate dignitatum nullum defectum ac sempiternitatem. Et quod ante Deum nihil erat, hoc manifestum est. Deus itaque, velut dixit Aetius, & ingenitum idem significat. Et quomodo seipsum complicando accusat potius quàm confirmat? Si enim cum Deo est Deus, velut etiam est, etiam ingenitũ admittit genitum filium, habet enim comprehensim vocem Deus. Simul profertur autem cum patre à voce Deus, & cum patre honoratur Deus verbum, etiamsi Aetio hoc non in mentem venit, quum ὁmnes creaturæ filium adorent, & omnis lingua confiteatur, quòd Iesus est Christus in gloriam Dei patris. Cui gloria Patri in Filio, cum sancto Spiritu, in secula seculorum. Amen. Aetij conclusio ad finem. Sanos & sanas vos, is qui est per se genitus Deus, qui etiam solus verus Deus propterea appellatus est à misso Iesu Christo, qui substitit verè ante secula, & genitæ substantiæ verè existit: conseruet ab impietate, per Christum Iesum Saluatorem nostrum, per quem omnis gloria Deo & patri & nunc & in seculã seculorum. Amen. Confutatio. Et ad finem Aetius suæ congregationi scribens, quos decertatores ac decertatrices dixit, non destitit ab eiusmodi verborum flagitiis: sed etiam in hoc quod sanos ait, ostendit doctrinæ suæ alieniratem. Dicit enim, Sanos & sanas vos, is qui est per se genitus Deus: nulla consideratione habita, quod in vno verbo totam quæstionis suæ subseminationem destruxit. quum enim dixerit in superioribus capitibus de ingenito Deo, præuidit etiam quòd neque seipsum fecit, hic verò per se genitum nobis falso introducit. Tota autem mens ipsis in obliuione sui constituta est, vt deprehendatur. Deinde dicit, Qui etiam solus verus Deus propterea appellatus est. At iuxta suum sermonem & sententiam, aut tollit filium esse Deum. & frustra profert nomen, vt Christianus nomine appelletur, aut Deum quidem habet filium, sed non verum. Et erit ipsi vnus Deus verus, & vnus non verus. Iuxta descensum verò vnum sub vno inueniens, & amplius Spiritum sanctum in minore ac inferiore ordine locans, aut minorem rursus Deum habebit, aut hunc Trinitati non connumerans, erit penitus à Christianis alienus miserrimus ille homuncio, et de cætero Græcus absolutissimus denunciabitur, et numero Sabducæus, alienus quidem à Spiritu sancto, velut etiam est, Græcis verò in parte comparatus: vnum quidem Deum asserens magnum, et vnum paruum: vnũ verum, et vnum non verum, velut Græci confitentur, vnum magnum Deum, alios paruos nominãtes: quum diuina Scriptura clarè redarguat et de patre, quidem dicat, quod est Deus verus, et de filio similiter, quòd est Deus: et de patre, quòd lux Deus. de filio verò: Erat lux vera: et Spiritu sancto, quo est spiritus veritatis. Verè itaque annunciatur nobis Trinitas in sapientia, & altitudine diuitiarum. Deinde rursus dicit, à misso Iesu Christo, & non reueritus est dedignari vnigenitum nomine Dei, sed solum nuda dictione vsus est, velut in superioribus capitibus confessus est, vsque ad nudam appellationem tribuens Filio nominis honorem. Dicit autem ante secula verè subsitisse, & verè genitę substantiæ esse. Conseruet aũtem, inquit, ab impietate:

solet.

solet autem omnis mala mulier suos mores præoccupare ac prædicare. Quum enim non videat in quã
ta sit impietate, seipsum pium putat. Quemadmodum qui ex leuissideratione insania laborant, seipsos
quidem putant sapientes esse, alios verò mente captos. Hinc verò per Christum Iesum Saluatorem no
strum, neque Dominum nostrum exprimere ausus fuit, sed per simulationem Saluatorem nostrum di-
xit. Et ait, Per quem omnis gloria, Patri, & cætera: & hoc ipsum quòd dicit omnis gloria
eò tendit vt detrahat filium ab honore & gloria, quod sanè nemo, pius vnquam sustinere pote-
A rit, & qui donum veræ fidei à Spiritu sancto accepit. Porrò quum hæc omnia ab hoc Ae-
tio per dialecticam quandam artem ac syllogisticam humanarum præstigiarum versutiam in ca-
pitibus quadraginta septem relata tractauerimus, hortatur vos ô Christiani ac serui Christi, & filii
veritatis, vt hæc diligenter legatis, & statim cognoscetis omnem ipsius terrenam vanitatẽ, & doctri-
nam à spiritu sancto alienam. Nam non fuit ausus vel in vna dictione mentionem facere diuinæ Scrip-
turæ, aut alicuius dicti veteris aut noui Testamenti, non ex Lege, non ex Prophetis, non ex Euangelijs
non ex Apostolis: non alicuius Patriarchæ testimonium afferre: non ipsius Saluatoris, non Patris, non
Sancti Spiritus dictam per Apostolos relactum, aut per Prophetas: quo penitus per se deprehendere-
tur ab amicis veritatis, quòd omnino alienus est à Deo & ipsius fide. Arbitror autem nos sufficienter
pro viribus ad propositiones ipsius respondisse, inerudito quidem sermone, verum confirmatione à di
uinis Scripturis & pia ratiocinatione sumpta. Et quandoquidem abundè in confutationibus aduersus
ipsum de fide palàm disseruimus, hæc sufficere putamus: vt ne ampliore facto additamento, molestiã
quandam ampliorem legentibus exhibeamus. Cæterùm rursus pauca ex quibus ipse mente elatus est,
post alienam suam fidem, & in Christum ac sanctũ ipsius Spiritum inimicitiam, & quæ ausum est os
ipsius ac discipulorum eius audacter in altum eructare, & ingentes blasphemias proferre, compendio
dicam. Hic etenim cum suis sectatoribus inani imaginatione deceptus est supra omnes homines, non
in eo quod noscant Deum secundum fidem, sed natura secundum scientiam, velut etiam suprà alicubi
memini. Dicunt enim ipsi non simpliciter se nosse Deũ in cognitione fidei, sed velut cognoscit quis om-
B ne visibile & quod manibus suis contrectat, velut si quis in manus accipiat lapidem aut lignum, aut
alterius cuiusdam materiæ instrumentum. Sic enim dixit hic generosus, nempe, ita noui Deum sicut
meipsum, & non in tantum noui meipsum sicut Deum. Cæterùm stulta dicere & audire, multis quidẽ
contingit ad fraudem, prudentibus verò in ludibrium. Quis enim vesanus ac furiosus non potest etiã
alios furiosos facere, maximè sequentes & obedientes? Si enim quis interrogauit ipsum & discipulos
ipsius ac dixit, Ne recense mihi quod Deum noscas incomparabilem & incomprehensibilem, qui se-
cundum speciem quidem non comprehenditur, verum per fidem à seruis cognoscitur, sed dic ac recẽ-
se mihi fundamenta terræ, promptuaria abyssi, venas maris, inferni locum, acris mensuram, cœlorum
formam & crassitudines, quod est summum supernorum, quod est extremum infernorum, quid in dex
tra, quid in sinistris, creationem ac formationem tui ipsius mihi dissere, & eorum quæ in terra sunt ine-
narrabilia, numerum ac mensuras. Vbi hæc audierũt, velut percepimus ab his qui ab ipsis decepti sũt,
ad sophisticos prætextus declinantes per cauillum dicunt, ab illo videlicet edocti, Omnia hæc corpo-
ralia, & sunt, & nosse non possumus, Deum autem qui ipsa fecit, nouimus clarè, quis est, & qualis est, &
quomodo est. Quis autem, his auditis, non statim risum effuderit? Stolidum enim est hoc totum, quod
opificem incomparabilem ac inenarrabilem dicit se nosse & exactè scire (atque vnum dixisset se per
fidem nosse & exactè cognouisse, & non secundum scientiam quandam ac noticiam contrectationis
C dicere ausus esset) quæ vero ab ipso incomparabili facta sunt, dicit seipsum & suos non scire, eo quod
secundum speciem apud videntes in admiratione esse possunt: maximè quum vbique diuinæ Scriptu
ræ clarè de Deo prædicent, inuisibilem ipsum esse & incomprehensibilem, & nulla mentis vi cognos-
cibilem, solum autem per fidem in veritate cognosci quod est, & diligentibus ipsum mercedis retribu-
tor fit. Quum porro qui ex rectè sentientibus de Dei gloria, fideque ac dilectione, et incomprehensibi
litate dixerit ipsis, Nos nouimus Deum inuisibilem, inenarrabilem, nouimus autem ipsum reuera exi-
stentes inuisibilem ac incomprehensibilem: per cauillum ac ludibrium velut fabulam quandam re-
censere ausus est hic, qui nouam dialecticam nobis producit. Cui igitur, inquit, similes estis, et vestra il
la fides, virgini corruptæ, cæcæ existẽti et surdæ ac mutæ; quę quidem quod corrupta est omnibus qui
ipsam noscunt, ostendit, interrogata autem quis sit violator, non audit vt intelligat, et neque vidit cor-
ruptorem, eo quod cæca est: neque eloqui potest, quoniam muta est. Verum hæc ipsius fabula vice ver
sa in ipsum retorqueri potest, iuxta id quod scriptũ est. Conuertatur labor ipsius in caput ipsius. Et, Cã-
det in foueam quam fecit, et quæ sunt his similia. Ipsa enim similis est cæco ex natiuitate. Sic genito,
loquenti autem et multa loquenti ac audienti, et scienti quidem albi ac nigri nomen, cærulei quidem
ac prasini ac fului, et aliorum diuersorum nominum, lucisque ac tenebrarum, quorum nomina quidẽ
auribus percepit, non tamen cognoscit quid sit species, ac forma, neque omnino potest ipsam interpre-
tari, eo quod ab initio cæcus genitus est, et varietatem vnius cuiusque qualitatis colorum ignorat, item
D que formam. Vnumquodque enim horum nominum conuenientem discretionem per sensum visus ha-
bet, non autem per sermonem, neque per contrectationem ac tactum probari potest ab eo qui ab ini-
tio formam non nouit. Quum igitur hi qui à natiuitate cæci sunt, de his differentes, et nigrum albo po-
ni scientes, et viridi cæruleum ac purpureum et coccinum, atque alios colores, interrogauerit à no-
bis qualitatem formæ, et vnius cuiusque qualitatis colorem, neque dicere possunt neque à vobis do-
sed solum per rationem mentes suas persuadent, decipiunt autem audientes, velut perfectę discretio-
nis gnari, etiamsi verbis dicant, ignorantiam tamen per incomprehensibilitatem possidentes. Sic etiam,

Impudentiam Aetianorum.

hic prodit nobis de Deo dicens, & de nobis quidem per cauillum prædicat mutæ et surdæ ac cæcæ vitiginis corruptionem, quum ipse per suas blasphemias magis sit corruptus, & ignorantiam velut à natiuitate cæcitatem adeptus: loquens quidem de Deo, verbis autē assimilans, & discipulos suos ad impudētiam instituens, nihil enim ipsi non audent. Blasphemant quidem igitur Prophetarū nomina & Apostolorum, cum ab aliquibus redarguūtur ac castigantur decurrentes & resilientes ac dicentes, hoc Apostol⁹ velut homo dixit. Aliquādo verò, quid mihi profers ea quæ sunt in veteri Testamento? Nō est autem hoc mirum iuxta ea quæ ab ipso saluatore dicta sunt, nēpe, Si patremfamiliàs Beelzebub vocauerunt, quanto magis domesticos ipsius? Si itaque ipsum Dominū & verā ipsius gloriam negant, quā to magis Prophetas ipsius & Apostolos. Quin & in ampliorem insaniam delati ipsius sunt discipuli, & horum successor Eunonimus quidam falso appellatus, qui adhuc hodie supereſt in vita magnū & temerarium flagitiū. Rebaptizat enim iam baptizatos, non solum eos qui ab orthodoxis & sectis aliis ad ipsum veniunt, sed etiam eos qui ab ipsis Arianis. Rebaptizant autem ipsos in nomen Dei increati, & nomen filii creati, & in nomen spiritus sanctificatiui, & à creato filio creati. Quò verò tota nequitiei & orchestræ ac scenæ ipsorum officina conspiciatur, quod non est fides, quæ ab ipsis prædicatur, sed ferè dixerim mimorum officina, affirmarunt quidam, quòd in caput baptizatos eos, qui ab ipso rebaptizantur, pedibus sursum versis, & capite deorsum. Et sic per iusiurandum cogit ipsos iurare, vt ne resiliant à tali hæresi ab ipso instituta. Aiunt autem eundem Aetium post obitum Constantij, à Iuliano rege ab exilio reuocatum esse, quum adhuc esset diaconus suæ hæresis, & à suæ hæresis episcopo ad episcopatū euectum esse. Hæc sunt quę ad nos de Aetio & discipulis ipsius peruenerunt, quibus aliqui Anomœorum nomē impoſuerunt, eo quòd amplius & vehemētius adhuc Arij hæresim amplexi sunt & sequuti.

Anabaptistæ.

Scolopendra multi pes Iulus reptile.

Quæ sanè cum pro viribus exactè ex Dei auxilio recensuerimus, & velut multi pedem scolopendram & reptile quod Iulus vocatur, per veritatis pedem conculcauerimus, & vera vnigeniti confessione contriuerimus, consueto more Deo gratias agentes, & ipsius potentiam in auxilium nostræ imbecillitatis cupientes, ad reliquas deinceps pro viribus ac captu nostro ô dilecti, transeamus, ipsum inuocantes, velut dixi, Dominum, vt adsit nobis ad illas ostendendas, & confutationem ipsarum faciendam, quo per virtutem potentiæ ipsius possimus implere promissionem tenuitatis ac paruitatis nostræ.

Finis primi Tomi, tertii libri Epiphanii.

SECVNDI TOMI TERTII LIBRI D. EPIphanii, Aut septimi, & Vltimi Tomi, iuxta numeri ab initio diuisionem, hæreses quatuor sunt hoc modo.

1 *Dimœritæ, qui non perfectam christi incarnationem confitentur. Quorum aliqui coessentiale corpus deitati dicere ausi fuerunt, quidam verò animā ipsū accepisse negabant. Aliqui autem propter dictū hoc Et verbum caro factum est: huic dicto innitentes negabant à creata carne, hoc est Maria, ipsum carnem accepisse, & contentiose solum Verbum carnem factum esse dicebant. Postea verò haud scio, quo consilio, mentem ipsum non accepisse dicunt.*

2 *Antidicomarianitæ, qui sanctam Mariā semper virginem, postquam genuit Saluatorem, ipsi Ioseph copulatam fuisse dicunt.*

3 *Collyridiani, qui in nomē eiusdē Mariæ in die quadam anni stata, collyridem quandam offerunt, quib⁹ in didimus Collyridianorum nomen.*

4 *Massiliani, quos interpretari possis precatores. Coniunguntur his hæreses à Græcis introductæ nēpe Euphemitæ, & Martyriani ac Sataniani. Hæc est septimi tomi summa, & trium librorum finis. Simul autē omnes hæreses octoaginta sunt. In ipso porrò fine huius tertii libri, ac septimi tomi, postremū fides catholicæ Ecclesiæ habetur, & Apologia pro veritate, & prædicatio Euangelii Christi, & catholicæ ac apostolicę Ecclesiæ character, quę est ab æternō, verū per temporum successionem manifestissimè in Christi aduentu in carne reuelata est.*

Contra Dimœritas, hæresim LXXVII.

Dimœritarum hæresis. 77.

Consequenter ab his, quas retulimus, rursus grauis molestaque & à fide aliena nobis prodiit in vitæ præsumptione sententia atque hæresis, ex qua causa non habeo, quod dicam: sed vt ne quiesceret, qui semper conturbat humanam naturam, & bello, vt ita dicā infestat diabolus, amara sua venena admirandis eduliis immittens, & velut in melle amaritudinem ammiscens, & per quosdam quorum vita in summa admiratione est, & qui ob orthodoxæ fidei laudem semper prædicantur. Nam hoc ipsius opus est, qui ab initio patri nostro Adā inuidit, & ab omnibus hominibus inimicus est. Et quemadmodum à quibusdam sapientib⁹ dictum est quòd inuidia semper magnis successibus aduersetur: sic etiam per magnas personas quosdam prætextus ille immisit, vt nos & sanctam Dei Ecclesiam inuexatos nō sineret, sed turbas semper cieret, & bello impeteret. Visum est enim quibusdam, & his ex nobis progressis, & in magna existimatione degentibus & qui apud nos & omnes orthodoxos semper in laude ac admiratione fuerunt, vt mentem Christi in carne aduentu abiecerint, ac dixerint, Quod carnem accepit Christus, vbi venit Dominus noster, itemque animam, mentē verò non accepit, hoc est perfectum hominē. Quid autem ex hoc vitæ conuoluerunt, nō habeo quod dicere possim, aut à quibus prioribus didicerint, aut quod vtile ex hoc lucrati

Diaboli inuidiæ magnitudo.

Mentē in Christo negantes.

sint;

ſint: aut nobis & audientibus ac ſanctę Dei Eccleſiæ commodarint. Nihil profecto præterquam turbam & diuiſionem in nobis excitarunt, triſticiamque ac damnum mutuæ dulcedinis ac dilectionis in duxerunt. Nam diuinarum Scripturarum conſequentiam ac rectitudinem, & innocentiæ confeſſionẽ propheticámque ac euangelicam & apoſtolicam fidem relinquentes, ſophiſticam & fabuloſam ſentẽtiam nobis falſo inuexerunt, cum qua etiam multorum grauium malorum conſequentiam: implentes in ſeipſis id quod dictum eſt, Quòd diſcedent quidam à ſana doctrina, intenti fabulis ac vanitatibus. Senex reuerendus, & nobis ſemper dilectus & beato Papæ Athanaſio, omnibuſque orthodoxis, Apollinarius à Laodicæa: hic erat qui in principio hoc verbum excogitauit ac produxit. Et primùm quidem vbi audiuiſſemus à quibuſdam ipſius diſcipulis, fidem non habebamus, quòd talis vir hanc ſententiam
A in vitam inuexiſſet, amplius in expectatione ſpei longanimes, donec rei certitudinem cognoſceremus. Dicebamus enim eos qui ad nos ab ipſo venerant, non intelligere profunditatem eorum quæ à tam docto ac prudente doctore dicerentur, & à ſeipſis hæc dicere, quæ ab ipſo non didiciſſent. Multa enim erant in his qui ad nos venerant, quæ ambigua erant. Quidam enim ipſorum auſi fuerunt dicere, Chriſtum ex ſupernis corpus detuliſſe, peregrinus autem ſermo in cogitatione hominum permanens vehementer profectum faciebat. Alii verò ex ipſis, etiam animam accepiſſe Chriſtum negauerũt Quidam etiam coeſſentiale corpus Chriſti deitati dicere auſi ſunt, & orientales partes in multam turbam concitarunt, propter quos neceſſe fuit Synodum conuocari, & tales anathemate ferire. Sed & cõmentarii facti ſunt, quorum exemplaria ad beatum Papam Athanaſium miſſa ſunt. Propter quam exẽplariorum cauſam etiam ipſe beatus coactus eſt ſcribere epiſtolam, contra eos qui talia dicunt, minis adiectis, atque eam epiſtolam ad reuerendiſſimum epiſcopum Epictetum miſit. Dignatus eſt enim de
B hoc vel ipſis turbatoribus reſpondere. Clarè verò de fide idem beatus Papa ſcripſit: & qui illa dicunt, ac turbas excitant, eos exterminauit. Cuius ſanè epiſtolæ exemplar hic apponere per totum neceſſariũ duxi, & eſt hoc.

Apollinarius.

Ambigua horũ dogmata.

Athanaſii epiſtola Epictetus epiſcopus Corinthiorum.

Athanaſius epiſcopus Alexandriæ, ad Epictetum epiſcopum Corinthiorum,

EGo quidem putabam omnem vaniloquentiam omnium qui vſquam ſunt hæretici ſedatam eſſe ex Synodo in Nicæa habito. Nam fides quam in ipſa confeſſi ſunt patres ſecundum ſanctas Scripturas, ſufficiens ad confutandam omnem impietatem, & confirmandam piam in Chriſto fidem. Propterea ſanè etiam nunc diuerſis habitis Synodis, in Gallia & Hiſpania ac magna Roma, omnes qui conuenerunt eos quidem qui occultant, & Arii dogma ſpirant, Auxentium inquantum in Mediolano, & Vrſatium & Valentem ac Gaium à Pannonia, vniuerſali ſuffragio, velut ab vno ſpititu commoti, deteſtati ſunt. Scripſerunt autem quoquouerſus, propterea quòd tales ſibiipſis Synodorum nomina excogitabant, vt nulla in catholica Eccleſia Synodus nominetur, niſi ſola ea quæ habita eſt in Nicæa, quæ omnis hæreſis trophæum eſt, & præſertim Arianæ, propter quam maximè etiam nunc Synodus congregata fuit. Quomodo itaque poſt tot facta aliqui adhuc ambigere, aut quæſtionem mouere conantur: Siquidem igitut ex Arianis ſunt, nihil miti eſt, ſi ea quæ contra ipſos ſcripta ſunt, calumniantur: quemadmodum etiam Græci quum audiunt, Simulachra genitum argentum & aurum, opera manuum hominum, ſtulticiam putant ſancti Spiritus doctrinam. Si verò ex his ſunt qui rectè credere, & ea quę
C à patribus manifeſtata ſunt, amplecti ſibi videntur, per quæſtionem deſtruere volentes, nihil aliud faciunt, quod velut ſcriptum, proximo potum præbent turbidam confutationẽ, in nullam verò vtilitatem verbis contendunt, quam ad ſubuertendos ſimplices. Hæc autem ſic ſcribo, quum adeptus ſim cõmentarios à pietate tua factos, qui ne ſcribi debebant, vt ne memoria quidem aliqua ipſorum ad poſteritatem tranſmitteretur. Quis enim vnquam talia audiuit? Quis autem docuit aut dicit. Ex Sion non exibit verbum Domini, & lex Dei ex Hieruſalem? hæc verò quando exiuerunt? Qualis infernus eructauit, vt coeſſentiale dicatur corpus ex Maria verbi deitati? Aut quod verbum, in carnem & oſſa ac pilos, & totum corpus tranſmutatum eſt, & à propria natura immutatum? Quis verò omnino audiuit à Chriſtianis, quòd adoptione & non natura corpus geſtauit filius? Aut quis adeò impius fuit, vt dixerit ſimul ac ſenſerit, quòd deitas ipſius quæ eſt coeſſentialis patri, ipſa circumciſa eſt, & imperfecta ex perfecta facta, & quòd in ligno clauis affixum erat, non erat corpus, ſed ipſa opifex natura eſſentia? Quis verò audiens, quod non ex Maria, ſed ex ſua eſſentia tranſmutauit ſibiipſi verbum deſideratum corpus dixerit Chriſtianum eſſe eum qui hæc dicit? Quis autem nefariam hanc excogitauit impietatem, vt vel in mentem venerit vt diceret, Qui dicit ex Maria eſſe Dominicum corpus, non amplius Trinitatẽ, ſed quaternitatẽ in deitate docet? Quare propter, hoc hi qui ſic ſentiunt, carnem quam induit Saluator ex Maria, eſſentiæ ipſius Trinitatis dicunt. Vnde verò rurſ⁹ eructauerunt aliqui ęqualem prædictis impietatem, vt dicant non eſſe recentius corpus deitate ipſius verbi, ſed conſempiternum ipſum per om
nia genitũ eſſe, quandoquidẽ ex ſapientia cõſtat. Quomodo verò etiã dubitare auſi ſunt hi qui appellã
D tur Chriſtiani? Si Dominus qui ex Maria prodiit, filius quidem eſſentia & natura Dei eſt, verum quantum ad carnem ex ſemine Dauid eſt, carnis autem ſanctæ Mariæ: qui igitur adeò audaces fuerunt, vt dixerint Chriſtum carne paſſum ac crucifixum, non eſſe Dominum ac Saluatorem & Deum & filium patris? Aut quomodo Chriſtiani volunt nominari hi, qui dicunt in ſanctum hominem, velut in vnum ex Prophetis veniſſe verbum, & non ipſum hominem factum eſſe, accepto ex Maria corpore: ſed alium eſſe Chriſtum, & alium Dei filium, qui ante Mariã & ante ſecula filius eſt patris? Aut quomodo Chriſtiani eſſe poſſunt, qui dicunt alium Deum eſſe, et aliud eſſe Dei verbum? Hæc erant in commentariis

Nicenæ Synodi auctoritas.

Vt deſtruant Eccleſiam omnia reuocant ad quæſtionẽ

Excogitata impietas de corpore Chriſti.

indifferenter quidem dicta, vnam verò & eandem ſententiam habentia reſpicientem ad impietatem. Propter hæc diſceptabant ac litigabant inter ſe hi, qui gloriantur ob confeſſionem patrum in Nicæa facta. Ego verò admiratus ſum pietatis tuæ patientiam, quòd non compeſcuit eos qui talia dicunt, & piam fidem ipſis propoſuit, quo aut ea audita quieſcant, aut contradicentes, velut hæretici nominentur. Nam prædicta, neque dicta, neque audita ſunt apud Chriſtianos, ſed omni modo ab apoſtolica doctrina aliena ſunt. Quapropter ſanè & ego illorum dicta nudè in epiſtolam inſcribi feci, quo etiam is qui audit ſolum, videat turpitudinem in ipſis ac impietatem. Etſi autem oportebat eorum qui hæc ex cogitauerunt turpitudinem plurib⁹ accuſare ac redarguere, attamen bonum eſſe duxi hacten⁹ & nihil amplius per epiſtolam ſcribere. Nam quæ ita palàm vitioſa oſtenduntur, amplius exercere, & curioſius inueſtigare non oportet, vt ne contentioſis velut ambigua putentur. Hoc verò ſolum ad talia reſpondere ac dicere ſatis eſt, Quòd nõ ſunt hæc catholicę Eccleſiæ, neq, patres hæc docuerũt aut ſenſerũt. Quo verò non ex perpetuo ſilentio noſtro, occaſionem impudentem ſibiipſis illi malorum repertores arripiant, bonum fuerit paucorum ex diuinis Scripturis mentionem facere: fortaſſis enim vel ſic reuerenti ceſſarint à ſordibus his inuentis. Vnde vobis in mentem venit, ô boni, vt dicatis coſſentiale eſſe corpus ipſius verbi deitati? præſtat enim ab hoc ordiri, vt vbi hoc putidum oſtenſum eſt, etiam omnia alia talia eſſe oſtendantur. Ex Scripturis enim non poteſt hoc inueniri, Deum enim in humano corpore fuiſſe dicunt. Sed & patres in Nicæa congregati, nõ corpus, ſed ipſum filium dixerunt coeſſentialem patri: & hunc quidem ex eſſentia patris, corpus verò ex Maria eſſe, rurſus confeſſæ ſunt Scripturæ. Aut igitur negate Synodum Nicænam, & velut hæretici hæc falſo inducite: aut ſi vultis filii patrum eſſe ne ſentiatis præter illa quæ ipſi ſcripſerunt: nam ex hoc abſurditatem ſpeculari vobis licet. Si coeſſentiale eſt Verbum corpori, ex terra naturam habenti, coeſſentiale autem eſt verbum patri iuxta patrum confeſſionẽ coeſſentialis erit etiam ipſe pater corpori ex terra facto. Et quid ſuccenſetis Arianis, qui ipſum filium creaturam dicunt? Dicunt enim & ipſi patrem coeſſentialem creaturis. Et quum ad aliam pietatem tranſeuntes dicatis, in carnem, & oſſa ac pilos & neruos atque totum corpus, verbum tranſmutatum eſſe, & à propria natura immutatum, tempeſtiuum fuerit vos dicere palàm ex terra ipſum factum eſſe. Ex terra enim, oſſium & totius corporis natura eſt. Quæ igitur eſt tanta dementia, vt etiam aduerſus voſipſos pugnatis, coeſſentiale quidem dicentes verbum corpori, aliud ad aliud ſignificatis, in carnem verò ipſius verbi mutationem tranſmutatam eſſe imaginamini. Et quis deinceps vos ferre poterit vel loquentes tantum hæc? Supra omnes enim hæreſes ad impietatem declinauiſtis. Si enim coeſſentiale eſt verbum corpori, ſuperflua eſt Mariæ mentio & vſus, quum poſſit corpus etiam ante Mariam ſempiternè eſſe, quemadmodum ſanè eſt etiam ipſum verbum, ſiquidem ſecundum nos eſſentiale eſt corpori. Quæ verò eſt vtilitas aduentus verbi, quo aut ſuam ipſius coeſſentialitatem indueret: aut à propria natura immutatum, corpus fieret Non enim ipſa ſeipſam apprehendit deitas, quo & coeſſentialitatem ſuam induat. Sed neque peccauit verbum, quod aliorum peccata redemit, quo mutatum in corpus, ſe ipſum pro ſeipſo oblationem offerat, & ſeipſum liberet at non eſt ita, abſit. Semen enim Abraæ apprehendit velut Apoſtolus dixit: vnde debuit per omnia fratribus aſſimilari, & aſſumere ſimilis nobis corpus. Quapropter etiam verè ſubiacet Maria, ut ex ipſa hoc accipiat, & velut proprium pro nobis ipſũ offerat. Et hanc Eſaias prophetans oſtendebat dicens, Ecce virgo in vtero habebit, & pariet: Gabriel autem mittitur ad ipſam, non ſimpliciter ad virginem, ſed ad virginem deſpõſam viro, quod ex ſpõſo oſtendat Mariam verè hominem eſt. Et partus meminit Scriptura, & dicit, Faſciis inuoluit, & beata prædicabantur vbera que ſuxit. Et oblatum eſt ſacrificium, velut aperuerit genitus vterum. Hæc verò omnia parientis virginis ſigna ac notæ erant. Sed Gabriel cautè ipſi nuncium attulit, dicens non ſimpliciter, quod naſcitur in te, vt ne forinſecus introductum ipſi corpus putaretur, ſed ex te: quo id quod naſcitur ex ipſa, palàm ex natura eſſe crederetur, et hoc oſtendit etiam natura. Nam impoſſibile eſt, corpus virginis lac ferre, quæ non peperit. Et impoſſibile eſt lacte nutriri corpus, et faſciis inuolui, quod non prius natura genitum eſt. Hoc eſt quod circumciſum eſt octauo die, hoc Simeon in vlnas ſuſcepit hoc puer fuit et creuit, et decem annorum factum ad trigeſimum annum peruenit. Nõ enim velut qui dã putauerũt, eſſẽtia ipſa Verbi mutata circũciſa eſt, quũ ſit inalterabilis & ĩmutabilis: ipſo quidẽ Salutore dicente, Videte me, quoniam ego ſum, et non alteratus ſum: Paulo verò ſcribente, Ieſus Chriſtus heri et hodie idem et in ſæcula: ſed in circumciſo corpore et geſtato, et quod comedit ac fatigatum eſt et in ligno affixum ac paſſum, erat paſſionis exors, et incorporeum Dei verbum. Hoc erat in monumẽto poſitum, quando ipſe iuit ad prædicandum etiam ſpiritibus in carcere, velut Petrus dixit, id quod maximè oſtendit dementiam eorum, qui dicunt in oſſa et carnem mutatum eſſe verbum. Si enim hoc eſſet, non fuiſſet opus monumento: ipſum enim iuiſſet per ſe ipſum corpus ad prædicandicandũ ſpiritibus in inferno. Nũc verò ipſum quidem verbum iuit ad prædicandum, corpus autem ſindone inuolutum depoſuit Ioſeph à Golgotha. Et oſtenſum eſt omnibus, quod non corpus erat verbum, ſed corpus erat verbi. Et hoc vbi ex mortuis reſurrexiſſet, contrectauit Thomas, et vidit in ipſo typos clauorum, quos ſuſtinuit ipſum verbum, videns ipſos configi in proprio corpore: et quum poſſet prohibere, non prohibuit. Sed et quæ propria ſunt corporis, incorporeum verbum velut ſua ipſius ſibi propria faciebat. Nam quum corpus verberaretur à miniſtro, velut ipſum pateretur dixit, Quid me cædis? Et quum natura intangibilis eſſet, tamen dicebat, Dorſum meum dedi in flagella, et non auerti faciem meam ab inſputamentis. Quæ enim humanitas verbi patiebatur, ea in ipſa degens verbum ad ſeipſum referebat: quo nos verbi deitate participes fieri poſſemus. Et erat admirabile præter omnem opinionem, quòd idem erat quod patiebatur

Corpus non eſſe coeſſentiale deitati Verbi.

Chriſtus ſemen Abraæ apprehendit

Naturarũ in Chriſto ratio.

Cur dixit Chriſtus Cur me cedis?

A B C D

tiebatur,& quod non patiebatur: patiebatur quidem,quoniam proprium ipſius corpus patiebatur, &
in ipſo quod patiebatur erat.Non patiebatur autem, quoniam natura Deus exiſtens, verbum paſſionis
exors eſt.Et ipſum quidem incorporeum erat in paſſibili corpore. Corpus verò habebat in ſeipſo paſ-
ſionis exors verbum, quod imbecillitates ipſius corporis delebat: faciebat autem hoc, & fiebat ſic, vt
A ipſum quæ noſtra ſunt ſuſcipiens, & oblationem offerens, ipſa obliteraret, de cætero ſuis ipſius nos
amplexum faceret Apoſtolum dicere: Oportet corruptibile hoc induere incorruptibilitatem,& mor-
tale hoc induere immortalitatem.Non autem adoptione hæc fiebant, velut rurſus aliqui opinati ſunt,
abſit: ſed reuera in veritate homine facto Saluatore, totius hominis ſalus facta eſt. Si enim adoptione
erat in corpore Verbum, velut illi volunt: quod autem adoptione dicitur, imaginatio eſt & apparen-
tia: reperitur quòd in apparentia etiam ſalus & reſurrectio hominum dicatur,iuxta impientiſſimi Ma
nichæi ſententiam. Atqui non in apparentia ſalus noſtra facta eſt,neque corporis ſolum, ſed totius ho-
minis,animæ & corporis verè in ipſo ſalus facta eſt. Humanum igitur natura eſt & verum corpus Sal-
uatoris quod ex Maria aſſumpſit,iuxta diuinas Scripturas: verum autem erat,quoniam idem erat cum
noſtro.Soror enim noſtra eſt Maria,quia omnes ex Adam ſumus.Et de hoc nemo dubitauerit,qui reuo
carit in memoriam ea quæ Lucas ſcripſit.Poſtquam enim reſurrexit ex mortuis,putantibus quibuſdam
quòd non viderent Dominum in corpore ex Maria accepto, ſed pro hoc ſpiritum conſpicerent,dice-
bat:Videte manus meas & pedes meos, & typos clauorum, quoniam ego ipſe ſum: contrectate & vi-
dete,quia ſpiritus carnem & oſſa non habet,quemadmodum videtis me habere.Et hoc locutus,oſten-
dit ipſas manus & pedes. Ex quibus verbis etiam rurſus redargui poſſunt, qui auſi fuerunt dicere, in
carnem & oſſa mutatum eſſe Dominum.Non enim dixit,Quemadmodum me videtis carnem & oſſa
eſſe,ſed habere: vt ne ipſum verbum in hæc mutatum putaretur, ſed idem & ante mortem, & poſt re-
ſurrectionem eſſe crederetur. Quum autem hæc ſic habeant demonſtrationem, ſuperuacaneum eſt
B adhuc alia attingere,& de ipſis aliquid tractare, quum corpus in quo erat Verbum, non ſit coeſſentia-
le deitati,ſed verè ex Matia natum, & ipſum Verbum non mutatum ſit in oſſa & carnem, ſed in carne
fuerit. Nam quòd apud Ioannem dicitur, Verbum caro factum eſt: hanc ſententiam habet, quemad-
modum etiam ex ſimili hoc inueniri poteſt. Scriptum eſt enim in Paulo, Chriſtus pro nobis factus eſt
maledictio: & quemadmodum non ipſe factus eſt maledictio, ſed quia maledictionem pro nobis ſuſ-
cepit,dictum eſt maledictionem factum eſſe: ſic etiam caro factum eſt Verbum,non mutatum in car-
nem,ſed quia carnem pro nobis ſuſcepit,& factus eſt homo. Etenim dicere, Verbum caro factum eſt,
æquale eſt,velut ſi dicas,Homo factum eſt,iuxta id quod dictum eſt in Ioele, Effundam de ſpiritu meo
ſuper omnem carnem: non brutorum erat promiſſio, ſed in homines vergit, quorum gratia etiam ho-
mo factus eſt Dominus. Hoc verò dicto hanc ſententiam habente,meritò condemnabunt ſeipſos om-
nes,qui putauerunt eſſe ante Mariam, carnem quæ eſt ex ipſa, & ante hanc habuiſſe verbum animam
humanam,& in ipſa ante aduentum ſemper fuiſſe.Quieſcent etiam,qui dixerunt carnem non eſſe ſuſ-
ceptiuam mortis,ſed eſſe hanc immortalis naturæ.Si enim non mortuus eſſet,quomodo Paulus trade-
bat Corinthiis, quod etiam accepit, quòd Chriſtus mortuus eſt pro peccatis noſtris,iuxta Scripturas?
Quomodo verò etiam omnino reſurrexit, ſi non prius mortuus eſt? Erubeſcant autem vehementer
quibus omnino in mentem venit poſſe fieri pro Trinitate quaternitatem, ſi dicatur ex Matia eſſe cor-
pus.Etenim ſi coeſſentiale dixerimus corpus Verbo, manet Trinitas Trinitas, quum nullum peregri-
C num Verbum ad ipſam accedat.Si verò hominem dixerimus corpus,quod eſt ex Maria,neceſſariò pe-
regrino exiſtente ſecundum eſſentiam corpore,& exiſtente Verbo in ipſo: quaternitas fit pro Trinita-
te,propter corporis appoſitionem.Hæc quum ſic dicant, non intelligunt quòd ſibiipſis contradicunt.
Nam etiam ſi non ex Maria dicant corpus, ſed ipſum coeſſentiale Verbo, nihilominus quod ſimula-
runt, ne ſanè ſic ſentire putarentur, hoc ipſum iuxta ipſorum dementiam, quaternitatem dicere de-
monſtrari poteſt. Sicut enim filius exiſtens ſecundum ipſos coeſſentialis patri, non eſt ipſe pater,ſed
filius ad patrem dicitur coeſſentialis: ſic coeſſentiale corpus Verbo, non eſt ipſum Verbum, ſed a-
liud coeſſentiale ad Verbum. Quum autem aliud ſit, erit ſecundum ipſos ipſorum Trinitas, quaterni-
tas. Non enim vera & reuera,perfecta ac indiuiſibilis Trinitas ſuſcepit additionem, ſed ea quæ ab his
eſt excogitata. Et quomodo amplius Chriſtiani ſunt, qui alium præter eum qui eſt Deus excogitant?
Rurſus enim etiam in alio ipſorum ſophiſmate deſipientiam eorum videre licet. Si verò propterea,
quòd eſt & dicitur in Scripturis, ex Maria eſſe & humanum Saluatoris corpus: putant pro Trinitate
quatetnitatem dici, vt corpus velut additamentum dicatur: longè aberrant, creatutam creatori adæ-
quantes, & putantes poſſe deitatem additamentum accipere: & ignorant quòd non propter addita-
mentum deitatis Verbum caro factum eſt, ſed vt cato reſurgeret: neque vt melius fieret Verbum pro-
greſſum eſt ex Maria, ſed vt humanum genus liberaret. Quomodo igitur poſſibile eſt corpus per Ver-
bum liberatum & viuificatum, facere additamentum ad deitatem ipſi viuifico verbo? Nam humano
D potius corpori magna acceſſio & additamentum contigit, ex verbi ad ipſum ſocietate ac vnione. Ex
mortali enim factum eſt immortale, & quum animale eſſet, ſpirituale factum eſt: & ex terra factum,
cœleſtes portas pertranſiit. Atqui Trinitas etiam vbi accepit Verbum ex Maria corpus, Trinitas eſt,
non ſuſcipiens additionem neque detractionem: ſed ſemper perfecta eſt, & in Trinitate vna deitas
cognoſcitur, atque ſic in Eccleſia prædicatur vnus Deus,qui eſt verbi pater.Ex hoc porro conticeſcent
de cætero & hi qui aliquando dixerunt,eum qui ex Maria prodiit,non eſſe ipſum Chriſtum, & Domi-
num & Deum.Si enim non Deus erat in corpore,quomodo ſtatim progreſſus ex Maria,vocatus eſt E-
manuel, quod eſt, ſi interpreteris, nobiſcum Deus.

Quaterni tatem in- ducentes.

Quomodo verò etiam Paulus, si non Verbum erat in carne, Romanis scripsit, Ex quibus Christus, quā-tum ad carnem attinet, qui est in omnibus Deus benedictus in secula. Amen. Igitur confiteantur qui prius negabant crucifixum esse Deum, se errasse, credentes omnibus diuinis Scripturis, maximè verò Thomæ, qui postquam vidit in ipso clauorum typos exclamauit, Dominus meus & Deus. Deus enim & Dominus gloriæ existens filius, erat in ignominioso crucifixo & honore exuto corpore. Corpus verò A
patiebatur quidem dum pungebatur in ligno, & defluxit ab huius latere sanguis & aqua: quum verò templum Verbi esset, plenum erat deitate. Quapropter Sol videns opificem suum, in contumeliis affecto corpore patientem, radios contraxit, & tenebras terræ induxit. Ipsum verò corpus naturam habens mortalem, supra suam naturam resurrexit, propter Verbum in ipso & à corruptione quidem secūdum naturam cessauit, indumentum autem factum est Verbi. Vbi verò induit Verbum hominem excedens, factum est incorruptibile. Cæterùm de eo quod imaginantur quidam & dicunt, quod quemadmodum super vnumquenque Prophetam factum est Verbum, sic etiam super vnum aliquem hominem ex Maria venit Verbum: supervacuum est tractare, quum dementia ipsorum palàm cognoscatur. Si enim sic venit, cur hic ex virgine, & non etiam ipse ex viro & muliere, sic enim & singuli sancti geniti sunt: aut cur quum sic venerit Verbum, non vniuscuiusque mors pro nobis facta dicitur, sed sola huius? Cur verò, quum in singulis Prophetis aduenerit Verbum, de solo eo qui est ex Maria, dicitur, quod semel aduenerit in consummatione sæculorum? Aut cur quum sic venerit ipse, velut venit in prioribus sanctis, alii quidem omnes mortui nondum resurrexerunt, hic verò ex Maria solus tertia die resurrexit? Aut cur quum similiter velut alii venerit Verbum, solus hic qui ex Maria prodiit, dicitur Emanuel, velut corpori pleno deitate & genito ex ipsa: nam Emanuel significat nobiscum Deus. Aut cur siquidem sic venit comedente vnoquoque sancto, & bibente ac fatigationem sentiente, & moriente: non dicitur quisque velut ipse comedere ac bibere, fatigationémque percipere ac mori, sed de solo eo qui est ex Maria? Quę B
enim pertulit hoc corpus, ea velut ipso patiente dicta sunt. Et quum alii omnes solum nati aut geniti esse dicantur, de eo qui ex Maria est solo dictum est, & Verbum caro factum est. Ex quibus ostenditur, quòd ad alios quidem omnes factum est Verbum prophetādi gratia. Verùm ex Maria ipsum Verbum carnem sibiipsi accepit, & prodiit homo, natura quidem & essentia, Verbum existens Dei, secundum carnem verò ex semine Dauid, & carne Mariæ factus homo, velut Paulus dixit. Hoc Verbum etiam pater ostendit in Iordane, & in monte dicens, Hic est filius meus dilectus, in quo mihi bene complacitum est. Hunc Arriani quidem negauerunt, nos autem cognoscimus adorantes, non diuidentes filium & Verbum, sed ipsum Verbum scientes esse filium, per quem omnia facta sunt, & nos liberati sumus. Quapropter etiam admirati sumus, quomodo omnino inter vos de his ita facta est contentio. Sed gratia Deo, quantum tristicia affecti sumus ex commentariorum lectione, tantum gauisi sumus ob horum finem. Cum concordia enim discesserunt, ac pacem amplexi sunt in confessione piæ ac orthodoxæ fidei. Hoc itaque quum ego longè prius considerassem, induxit me vt ista pauca scripserim, quum expenderim apud me, ne fortè ex silentio tristicia oriatur pro gaudio, his qui concordiam exhibuerunt nobis gaudii occasionem. Rogo itaque in primis tuam pietatem, & deinde etiam audientes, vt cum bona conscientia hæc suscipiatis: & siquidem deest quid à pietate, hoc ipsum corrigatis, ac mihi indicetis: si verò velut à dicendi artis imperito, neque pro dignitate, neque perfectè à me scriptum est, vt omnes nostræ circa eloquentiam tenuitati ac debilitati ignoscatis. Valete. Hactenus Epistola Athanasii. Quandoquidem igitur & Epistola apposita est, & non solum
ex his quæ de ipsis audiuimus, aut ab aliis contra illos scribere aggressi sumus: sed omnibus etiam C
manifestum est, quod nulli calumniam struimus: consequenter tractationem contra ipsos arripiemus, quo vndique suspicionem effugiamus, velut qui fratres nostros calumniemur. Et sanè opto etiam nunc ipsis, vt corrigant ea quæ videntur nobis molesta esse, vt ne aut ipsi nostri damnum petiantur, aut nos ipsorum. Sæpè enim hoc per legationem missam egimus, & adhortati sumus, & adhuc adhortari non cessamus, vt tollant contentionem, & sequantur Apostolorum & Euangelistarum ac patrum diuinam constitutionem, & confessionem fidei minimè curiosæ & firmæ ac incommobilis & iustissimæ in omnibus. Cæterùm alii in aures nostras retulerunt, quòd non hanc nostram, neque similem nostræ accepit Dominus, vbi venit, sed aliam à nostra. Atque vtinam per glorificationem ac in laudem dixissent. Nam & ipsi dicimus sanctum esse corpus & impollutum: peccatum enim non fecit, neque inuentus est dolus in ore eius: & manifestum est omnibus piè de Christo dicentibus ac sentientibus. Nos autem etiamsi ipsum corpus idem cum nostro suscepisse dicimus, tamen ipsius impollutum est corpus. In nobis verò, qui peccauimus inferius & imminutum est corpus, & non propterea alienum ac diuersum ab illo, sed propter peccata nostra ac delicta. Non enim aliud corpus Dominus accepit, & aliud nos habemus, sed idem corpus in ipso custoditum & impollutum conseruatum. Alii verò ex ipsis vsque in hunc diem in contentione quadam feruntur, opinionibus alienis perducti, non secundum doctrinam patrum, neque fidei caput continentes, ex quo totum corpus per iuncturas ac ligamenta compactum ac confirmatum augescit augmento Dei, velut Apostolus dicit, sed fortassis velut ab alienis quibusdam aures turbatas habentes, similiter vt Valen- D
tinus & Marcion ac Manichæus, etiam ipsi honorem Dei imaginantur magis, quàm verè dicunt. Vbi enim audierint à nobis, quòd habuit Christus corpus nostrum, statim ad fabulas conuertuntur contentionis proprias, dicentes vngues ipsum habuisse & carnem ac pilos, & si quid aliud est, non autem tales quales nos habemus: sed alios vngues habuisse, & alias carnes, & alia omnia non qualia nos habemus: sed aliena à nostris, nimirum rursus volentes sophisticè Christo attribuere, secundum

Valen-

Valentinum & relatas hæreſes, vanos ſermones. Dicunt enim, quum Chriſti omnia perfectè cõfeſſi fue
rimus, & dixerimus quòd curioſè ſcriptum eſt de talibus ab huiuſmodi perſcrutantibus, & nihil efficiẽ
tibus: conſternantes enim mentem ſimpliciorum, ſtatim dicunt: Igitur opus habuit his, quæ ſunt ſecun
dum conſuetudinem carnis, & his quæ exterminari ſolent, & ad ſeceſſum ſpectant. Et alia quæ ipſis vi
dentur ſapientia, verùm horrenda ſunt & nugis plena, velut dicit propheta: Quis enim requiſiuit hæc
ex manibus veſtris? De quo enim ſancto, & quidem quum homines ſint prophetæ, & non dii: & de quo
A Euangeliſta ac reliquis, qui ex anima & carne conſtant, & ſecundum nos ſunt citra ambiguitatem, ſcri-
ptũ eſt de talibus rebus? Vbi verò non potius honeſta attribuit ſanctis Scriptura, nedum Domino Chri
ſto? Dicant autem nobis illi petterrefactores ouium, & conſternatores columbarum, & fugatores agno
rum ac pecorum Chriſti, vbi ventrem exonerauit Moſes per quadraginta dies? Vbi ea quæ ad neceſſita-
tem ſpectant, fecit Helias in Chorra torrente, quando panem quidem mane comedebat, carnes verò
veſpere, à coruis allatas per præceptum Dei? Stolidum enim eſſet Scripturam de his dicere, ſicut nunc
ſtultum eſt hos exquirere. Quæ eſt enim horum vtilitas, aut quæ commoditas, niſi ſolum ad incredulí-
tatem præiudicatæ rei, prætextus vaniloquentiæ & inanis confutationis habere. Dicant autem rurſus
nobis, qua ratione quando voluit, fecit Deus, vt filiis Iſrael in quadraginta annis, neque pili nutriren-
tur, neque calceamenta veteraſcerent, neque veſtimenta attererentur aut ſordeſcerent? Num & hi à cœ
lo venerunt, vnum Dei tales erant, & quidem quum non inter laudatos cenſeantur, ſed qui in multis
Deum offendiſſent. Nunquid non erant ſimilibus affectionibus velut nos obnoxii? Sed vt oſtenderet
Deus, quòd omnia in ſeipſo poteſt, & permittit ex ſua voluntate fieri & non fieri. Vt ne enim aliqui rur
ſus illis deferrent ea quæ ſunt ſuper naturam, propter ea quæ in admirationem facta ſunt à Deo, hoc
eſt, quòd pili non augeſcebant, & veſtimenta non vetuſtatem ſentiebant, & alia, quòd panem angelo-
rum comedit homo, in noſtram gratiam cauit diuina Scriptura, & dicit: Accipiat vnuſquiſque clauum
ſiue pallum ferreum in cingulo ſuo, quo vbi in locum deſidet, fodiat ac peruium reddat proprium ſter-
quilinium, quoniam populus ſanctificatus eſtis, & Dominus præſens eſt in medio caſtrorum. Ad hoc
porrò etiam hiſtoriam afferunt Hebræi, quòd durauerit ipſis figura ad tempus quoddam, vſquequò vo
B luit Deus oſtendere in ipſis hoc miraculum, & quidem quum ipſe veſcerentur carnibus ac coturnici-
bus, contigit tamen ipſis vt hoc nõ eſſet eis opus. Et ſi apud Hebræos propter gloriam patrum, ſiue per
gratiæ donum, ſiue ſecundum veritatem, hoc decantatur, & quidem ſcientibus ipſis, quòd & homines
fuerunt quos celebrant, & corruptibiles ac non Dei, & ex carne ac ſanguine & anima: quis tolerabit ex
his audire adeò horrenda de Chriſto, qui ex ſupernis venit Deus Verbum, & de glorioſo in omnibus
vero ipſius in carne aduentu, in quo impleuit id quod dictum eſt, Tentatus per omnia velut homo, ex-
cepto peccato. Facultas enim erat ipſi in veritate carnem noſtram habenti, vt ne faceret quę nobis vilia
videntur, & faceret quæ honeſta erant, & proportionaliter deitatem decebant, per quem etiam filii Iſ-
rael pilos non nutriebant, & veſtes ipſorum non ſordeſcebant. Et hæc ſecundum traditionem ipſius cõ
tigerunt. Quod verò etiam veſtimenta habuit ab homine parata, minimè ambiguum eſt. Diuiſerunt e-
nim veſtimenta ipſius, & ſuper veſtitum ipſius miſerunt ſortem. Si verò veſtimentum erat ab homini-
bus paratum, nimirum ex lana erat & lino. Quæ verò ex lino ac lana facta erant, inanima erant, & ſen-
ſus expertia. Sed quando voluit oſtendere potentiam ſuam diuinam, transformatus oſtendit faciem
ſuam velut ſolem, & veſtimenta ſua alba velut niuem. Omnia enim poſſibilia ſunt potenti, vt oſtendat
& ea quæ ſunt præter expectationem, & ſenſus expertia ac inanima ad gloriam ac claritatem tranſmu-
tet, velut virgam Moſis, velut calceamenta filiorum Iſrael. Omnibus enim confeſſum eſt, quòd Apo-
ſtoli ſancti viri fuerunt, corruptibiles corporibus quo ad nos, incorruptibiles autem propter habitan-
C tem in ipſis Dei gloriam. Et vmbra quidem Petri omnes, qui afferebantur, habentes infirmitates ſana-
bat. Et ſudaria ac ſemicincta veſtimentorum Pauli virtutes operabantur. Et quomodo hi Deum curio-
ſè obſeruant, turpes quaſdam opiniones fabricantes, de quibus nullus vnquam neceſſe eſſe putauit diſ-
ſerere, non Propheta, non Euangeliſta, non Apoſtolus, non ſcriptor: Quæcunque enim talia hi dicunt,
etiamſi innumera vltra hæc mala opinati fuerint, non ſubuertent paternam noſtram fidem, quæ Chri-
ſtum in veritate annunciat. Genitus eſt enim Chriſtus in carne ſecundum veritatem à Maria ſemper
virgine per Spiritum ſanctum. Et ſtatim à partu Emanuel vocatur, quod eſt Deus nobiſcum: non am-
plius ſecundariò gignitur. Et aufugit in Aegyptum puer cum Ioſeph & Maria. Nam quærebant ani-
mam pueri, velut poſſet ipſe in carne occidi. Et adoratus eſt à Magis velut Deus verus, in carne geni-
tus, & non in apparentia. Et reuerſus ab Aegypto, ſecundum timorem Ioſeph non ingreſſus eſt in Hie
ruſalem propter Archelaum, velut poſſet puer comprehendi, & ante tempus in carne pati quod paſſu-
rus erat. Et prohibitus eſt à Ioanne, agnitus à ſeruo Dominus, quia Deus erat homo factus in veritate.
Non admiſit autem proprii ſerui in tali propoſito honorem, quo omnem iuſticiam in carne impleret, in
veritate & perfecta incarnatione delineationem ſalutis nobis relinquens. Sed & fatigatus eſt ex itinere
D in veritate, & non ſimpliciter fatigatus eſt, ſed etiam conſedit, eo quod verè homo factus erat, & clama
bat, dicens: Venite omnes qui fatigati eſtis & onerati, & ego reficiam vos: quo oſtenderet deitatem *Bonitas*
ſuam ſufficientem eſſe, vt omnem mundi multitudinem ad ipſum accedentem reficiat. Quin & tenta- *Chriſti ad*
tus eſt à diabolo, & manſit quadraginta dies ſine cibo ac potu, vt oſtenderet deitatem ſuam minimè in- *iuuamen*
digentem. Non enim famem ſuſtinuit, velut philoſophicè noſtro more abſtinens, & ſeipſum ſtrangu- *prompta.*
lans ac violans, ſed citra omnem penuriam, propter veram ſuam deitatem. Et poſtea, inquit Scriptura,
eſurijt, quo oſtenderet veram incarnationem, concedente deitate aduentui in carne, vt honeſtis neceſ-
ſitatibus ac veris particeps fieret, vt ne vera conſequentia veram incarnationem obliteraret.

Nam &

Nam & coram fico eſuriit, & lutum verum fecit. Sed ſermonem dixit ad ficum Deus, & factus eſt. Et in naui increpauit ventum, & quieuit: & per ſputum ac lutum, ſermone deitatis ſuæ, & ſputo humanitatis ſuæ, & ſputo rurſus velut ipſi Adam, ita etiam huic defectuoſam partem formans largitus eſt, omnibus perfectè in ipſo exiſtentibus, in carne paſſis, in deitate verò paſſionis exortibus donec reſurrexit ex mortuis, omnino non patiens de cætero, omnino non amplius moriens. Si verò aliqui propterea, A quòd non à ſemine viri corpus ipſe aſſumpſit, alienum intelligent: non omnino ea propter non eſt ſecundum noſtrum corpus. Ex quo enim ex Maria confeſſum eſt, noſtrum erat. Nam & Maria non alia erat à noſtris corporibus, & Adam non à ſemine viri erat, ſed ex terra formatus: & non omnino quia de terra erat, & non à ſemine viri, ideo alienus erat à noſtris corporibus. Nos enim ex ipſo geniti ſumus & non ſumus alieni ab illius corpore, quanquam ex ſemine viri, & ab vtero mulieris geniti. Cæterùm quidam hæc ſæpè comminiſcentes, & in mente habentes, à propoſito exciderunt. Quidam verò rurſus ex ipſis qui ad nos venerunt, innumera alia & vltra ſuperfluè de viro dicentes, multa laude celebrē illum criminati ſunt. Et reuera amplius quam oportet, aut ſecundum inſcitiam, aut iuxta conſequentiā, aut à ſeipſis, recenſentes ac proferentes turbam commouerunt. Verùm nūc de ſuperuacaneis hactenus ſufficiat dixiſſe, quum intelligāt legentes, quòd neque inuidia, neque odio aduerſus virum flagramus. Optamus enim ipſum non ſeparari ac Eccleſia Chriſti, & dulcedine totius fraternitatis, ſed deponere contentionis huius ſermonis inſtantiam, vt ſe conuertat, iuxta id quod dictum eſt: Reuertere: reuertere Sunamitis, reuertere vt intueamur in te. Attamen de propoſito rurſus conſequentiam apprehendam. Non vult perfectum dicere Chriſti in carne aduentum. Sed & ſalutem à quibuſdam repellit, timorem inducens ac dicens, quòd non oportet dicere perfectum hominem ipſum aſſumpſiſſe: nimirum à dicto B quod ait, Suſcipiens manſuetos Dominus. Nihil verò miri eſt, neque differentiam aliquam in hoc quiſquam oſtendere poteſt, in eo quod dicit Dominum carnem aſſumpſiſſe, aut perfectam humanam naturam ſuſcepiſſe: quemadmodum ſæpè inter nos multæ æquiuocæ ſunt dictiones. Suſcipiens enim, inquit, manſuetos Dominus: & Suſcepit me ex ouilibus ouium: & aſſumptus eſt, & dixerunt duo viri, Quid ſtatis viri Galilæi, hic qui à vobis aſſumptus eſt: & non omnino vox aſſumere vnam habet differentiam, in eo quòd dicit aſſumpſit, aut accepit, aut efformauit in ſeipſum propriam incarnationem. Non ex dictione hac conſternant nos, qui volunt contra ſimplices excitari, & oportet ac conuenit ſic dicere. Et ne quis putet calumniari nos, aut per ludibrium dicere de hoc argumento verba. Sæpè enim cōſideraui de hoc ſcribere, vt ne quis putet nos per inimicitiam contra ipſum inſurgere. Nihil enim vllus nos læſit, quod ad hominem attinet loquor: neque noſtra in mundo diripuit, verùm conſiderans quomodo non ſcriberem, coactus ſum ab ipſa veritate, vt ne relinquam eos qui præter fidem quid ſenſerunt, quemadmodum etiam pii lectores cognoſcent, quòd non mundanæ æmulationis gratia nobis inſtituta eſt hæc tractatio. Magis enim prodeſſet nobis, maximè hic in mundanis diſciplinis & in charitate, ſi concorditer cum ſancta Dei Eccleſia per omnia omnibus aſſenſus eſſet, & non nouum aliquod verbum falſo introduxiſſet. Siue igitur apud ipſum, ſiue apud diſcipulos ipſius ſermo aliter intelligitur, & per hanc figuram ac prætextum in tranſitu celebratur, non habeo quod dicam. Sæpè vero cogitauimus ac ſtupore percuſſi ſumus, quod huius ſermonis gratia, contentionis ac certaminis aduerſitas exorta eſt, & vſque ad mortem durat. Et ex hoc cognouimus, quod fortaſsis ex ampliore quadam opinione apud ipſos ſermo celebratur. Vbi enim interrogaueris aliquos ex ipſis, diuerſimodè omnes reſpondēt. Quidam enim dicunt non perfectam accepiſſe Dominum incarnationem, neque perfectum ipſum factum eſſe hominem. Quando vero hoc multi fugerunt, poſtea ſimulatione ac ironia vſi ſunt, velut poſtea ex ore ipſorum exactè didicimus. Nam in Antiochia conſtituti cum ramis ac geminibus ipſorum congreſſi ſumus, inter quos etiam Vitalius epiſcopus fuit, pientiſſimus vir, vita & ſtatu, ac conuerſatione. Dicebamus autem conſulentes ac rogantes, vt concordes eſſent fide cum ſancta Eccleſia, & ſineret contentioſum dictum. At Vitalius dicebat, Quid vero eſt quod in medio poſitum nos ſeparat? Habebat enim hic diſſenſionem aduerſus venerandum quendam virum ac inſignem, Paulinum epiſcopum, & Paulinus rurſus aduerſus Vitalium nobis accerſitum. Quum itaque cuperemus ambos ad pacem cōcordes facere, videbatur enim vterque orthodoxam fidem prædicare, & vterque diſſidium habebat propter quendam cauſæ prætextum. Vitalius enim Paulino obiiciebat dictum à Sabellio acceptum. Quapropter nobis iſthic præſentibus abſtinuit in totum à ſocietate ad Paulinum, donec cum editione conſcripta nos perſuaſit, cuius iam antea aſſenſionem fecerat, ſe purgandi gratia apud beatum Athanaſium. Obtulit enim & tradidit nobis illius exemplar cum ſubſcriptione, clarè habens de Trinitate, ſimúlque de intelligentia incarnationis Chriſti, manu ipſius beati patris noſtri Athanaſii ſcriptum. Eam editionem ſubiunxi, & eſt hæc.

Alios munerib° vocat ad ſe Chriſtus, alios minis.

Contētiones ſine prudentia periculoſæ.

Vitalius.

Exemplar manus Paulini epiſcopi.

D

Paulinus. EGo Paulinus epiſcopus ſic ſentio, quemadmodum traditum accepi à patribus eſſe & ſubſiſtere patrem perfectum, & ſubſiſtere filium perfectum, & ſubſiſtere Spiritum ſanctum perfectum. Quapropter etiam recipio præſcriptam interpretationem de tribus ſubſtantiis, & vna eſſentia, itémque eos qui ſic ſentiunt. Pium eſt enim, ſentire ac confiteri Trinitatem in vna deitate. Et de incarnatione Verbi Patris propter nos facta ſic ſentio velut præſcriptum eſt, quod ſecundum Ioannem verbum caro factum eſt. Non enim ſecundùm impientiſſimos, qui dicunt tranſmutationē ipſum paſſum eſſe, ſed quod propter nos homo factū eſt, & ex ſancta Virgine, ac ſancto Spiritu genitus. Neque enim inanimatū, neque

ſenſus

sensus expers, neque mētis exors corpus habuit Saluator. Et in manu episcopi Athanasii habetur: Non enim possibile erat, Domino pro nobis homine facto, mentis exors esse ipsius corpus. Vnde detestor eos qui reprobant fidem quam confessi sunt patres in Nicæa, & qui non confitentur ex essentia aut coessentialem esse filium patri. Detestor item eos qui dicunt Spiritum sanctum creaturam per filium factam. Insuper autem detestor Sabellii, & Photini, atque omnem hæresim, procedens secundum fidem in Nicæa editam, & secundum omnia præscripta. Dicebamus autem & fratri Vitalio, & his qui cum ipso erant: Quid verò vos dicitis? si quid est in medio positum nos separans, id corrigite. At ipse ait, Dicant. Dixerunt itaque, quòd non dicunt Christum perfectum fuisse hominem. At ipse statim respondit, Etiam, confitemur Christum perfectum hominem assumpsisse. Erat autem hoc admirabile audientibus, ac plenum gaudio. Quum autem nos sciremus sententiam prætextuum eorum, qui mente ac intelligentia proprios fratres priuant, instituimus exactè interrogare: Nimirum, natura carnem confiteris Christum assumpsisse? At ipse assensus est, & dixit, Etiam: à Maria sancta uirgine sine virili semine, & per Spiritum sanctum? At ipse ad hoc confitebatur. Natura ex virgine progressus carnem accepit Deus verbum filius Dei? At ipse grauiter assensus est. Iam verò in gaudio consistebamus. Nam ab aliquibus qui ad nos in Cyprum venerant, audiuimus quòd prædicti omnino non confiterentur carnem ex Maria. Quando verò ipse pientissimus vir, ex Maria carnem accepisse Dominum nostrum, Iesum Christum confessus est, rursus à nobis interrogabatur, an etiam animam accepisset? Ipse verò & in hoc similiter cum grauitate assensus est. Nam non conuenit aliter dicere, sed per omnia verum proferre. Oportet enim scribentem hominibus de veritate, omnem sententiam exprimere, & timorem Dei præ oculis habere, atque nihil adulterini in scripti sui promissionem componere. Confitebatur igitur Vitalius etiam animam humanam assumpsisse. Hic enim erat qui dixit, Etiam, perfectus homo erat Christus. Deinde postquam interrogassemus de anima & carne, tunc interrogauimus, Mentem accepit, vbi venit Christus? At ipse statim negauit, dicens, Non. Deinde nos ad ipsum, Quomodo igitur dicis perfectum fuisse hominem? Ipse verò ratiocinationem suæ mentis reuelabat, nempe, perfectum hominem dicimus esse, si deitatem pro mente faciemus, & carnem ac animam addemus, vt sit perfectus homo ex carne & anima, ac deitate pro mente. Cognito igitur contentionis studio, & multa nobis de hoc differētibus, & ex Scriptura confirmantibus, quòd oportet confiteri omnia perfectè suscepisse Deum verbum, perfectéque administrasse in aduentu in carnem, & hanc in perfectione etiam post resurrectionem ex mortuis couiuisse: & gloriosè spiritualem ipsam totam, & non aliam, cum propria deitate in seipso vnitam habere, totámque perfectionem vnam deitatem effecisse, & sedere in cœlo in dextra Patris, in throno gloriæ, suæ sempiternæ dominationis ac regni, de cætero surreximus, neutra parte persuasa, propter propositam contentionem. Intellectum est autem à nobis, quòd non mentis gratia hic sermo ab ipsis proferretur, sed quòd aliud esset à mente quod sentirent. Aliquando enim non confitebantur, etiam animam ipsum assumpsisse. Quum autem nos vicissim inferremus ac diceremus, Quid est mens, substantiam putatis hanc esse in homine, igitur multiplex est homo. Deinde putabatur à quibusdam esse spiritus, qui semper in diuina Scriptura in homine decantatur. Quando verò ostendimus quòd non Mens est spiritus, Apostolo clarè dicente, Psallam mente, psallam spiritu: hinc multi quidem fuerunt sermones, non potuimus autem ipsos contentiosos persuadere. Deinde quum quidam nostrûm dicerent, Quid substantiam dicitis esse mentem, quidam verò ex ipsis dicerent, non esse substantiam: ex eo quòd nos persuaseramus ipsis, quòd non oporteret putare ipsam spiritum hominis esse, eo quòd Apostolus dixit, Psallam mente, psallam & spiritu: quum ipsi non haberent quod ad hoc dicerent, dicebamus, Igitur si non est Mens substantia, sed motus totius nostræ substantiæ: Mentem autem dicitis Christum secundum hanc partem, ergo imaginamini Christum non in substantia esse, & verbotenus ac in apparentia solum accessionem aduentus in carne ipsum fecisse. Et similiter non poterant respondere. Et multum tristis factus est nobis tunc vitæ status, quòd inter prædictos fratres ac laudabiles, exortæ essent simpliciter contentiones, quo dissidia inter nos prædictus hominum hostis diabolus semper efficeret. Et ingens est talis culpæ, ô fratres, in intelligentia detrimentum. Siquidem enim ab initio de hoc non fuisset commotus sermo, simplicissimum hoc esset. Quid enim hæc nouitas mundo profuit, aut Ecclesiæ vtilis fuit, aut nónne magis nocuit, odium & seditionem operata? Quandoquidem verò sermo prolatus est, horrendus factus est, & ad nullam salutis nostræ vtilitatem. Abnegatio enim est, non solum in hac parte, quæ non confitetur, sed etiam in breuissima quadam. Non oportet enim ne in minimo quidem digredi à via veritatis. Dicamus itaque etiam contra hoc argumentum, non volentes extra nostram ipsorum vitam prodire, neque regulam sanctæ Dei Ecclesiæ ac cōfessionis relinquere. A nullo enim vnquam ex veteribus hoc dictum est, neque Propheta, neque Apostolo, neque Euangelista, neque ab aliquo expositore, vsque ad hæc nostra tempora, ex quo tempore prædictus eruditissimus vir tale sophisticum verbum protulit. Eruditione enim non vulgari hic vir præditus est, ab eloquentiæ ac artis dicendi institutione atque Græca doctrina exorsus, omnémque dialecticam ac sophisticam doctus. Sed & in reliqua vita integerrimus est, & inter orthodoxos semper in primo ordine locatus fuit vsque ad hoc dictum. Quin & exilium passus est, eo quod non cum Arrianis conuersabatur. Et quid opus est me dicere? Multa est nostra tristicia, & vita luctus, quoniam affligere solet nos semper diabolus, velut iam sæpè dixi. Incipiam itaque de hoc dicto dicere, vt nihil de veritate, velut dixi, relinquam. Quid prodest vobis, quod reiicitis mentem à Christi in carne aduentu? Si enim omnino vt auxilium (vt ita dicam) feratis Domino nostro Iesu Christo, & Deo Verbo, ac filio Dei, vestra ratiocinatio prolata est, vt ne dicamus ipsum accepisse men-

Corpus Meßiæ verum.

Scriptoris veri officium.

Mentem in Christo negantes.

Mens non est spiritus

Mentē humanam Christum assumpsisse.

ſe mentem, vt ne intelligamus imminutionem circa ipſius deitatem: longè præferendi ſunt vobis Manichæi & Marcioniſtæ, & aliæ hæreſes, non carnem ipſi annectere volentes, vt ne imminutionem deitati ipſius aſciſcerent. At non ſecundum hominum voluntatem veritas ipſa vim habet, ſed ſecundum A
ipſius gubernatricem ſapientiam, ac diſpenſatoriam incomprehenſibilitatem. Proinde nos ſic confitemur, & non ſecundum Manichæum habemus. Non enim ille gratiam dabit, dum videtur ſibi in laudē Chriſti dicere, carnem ipſum non aſſumpſiſſe, ſed potius à veritate excidet, in apparentia confitens aduentum Chriſti in carne. Sic etiam in præſenti veſtris fratribus vaniloquium illud inanis gratiæ erit. Confitentur enim ipſi & vos: Niſi voluerint aliter ſentire, quemadmodum aliqui ſæpè ex ipſis deprehēſi ſunt, quod propter hoc etiam negant carnem veram Chriſtum aſſumpſiſſe, velut ſuprà me dictum eſt. Nam aliqui auſi fuerunt dicere, coeſſentialem eſſe carnem ipſius deitati. Verùm reiiciantur illi, velut qui ſententiam mutauerunt, & ob talem abſurditatem refutati ſunt, ab his qui inter ipſos de carne rectè ſentiunt. Omnino enim idem pientiſſimus Apollinarius non negabit. Si itaque carnem ſuſcepit vbi venit Deus Verbum, & hanc à Maria in veritate, non à ſemine viri, ſed per Spiritum ſanctum, & conceptus eſt in veritate, & efformauit ſibiipſi corpus, velut qui Deus & plaſtes eſt protoplaſti hominis & vniuerſorum: igitur non imminutus Deus Verbum vbi venit, ſed manſit in propria immutabili natura. Nō enim aſſumpta carne mutationem ſuſtinuit, velut coeſſentialis Deo patri, & non alienus à patre, & ſancto ipſius Spiritu. Si itaque in confeſſo eſt, clarè carnem ipſum aſſumpſiſſe ac creuiſſe, ergo non ſine anima eſt. Omne enim quod creſcit, exceptis immobilibus, ex anima & corpore conſtat, iuxta id quod dictum eſt, Ieſus autem proficiebat in ſapientia ac ſtatura, vt ſtaturam oſtendat propter carnem. Statura autem ab anima & corpore, velut dixi, perficitur, poſtquam autem dixit, Proficiebat ſtatura, conſequenter inquit, ſapientia. Atqui eſt ſapientia patris, quomodo proficiebat in ſapientia? Si alienum erat vas à mente humana, & ſi ſine mente erat, quomodo ſapientia in anima & corpore proficiebat? Et vides quam coacta ſit violenter ſententia eorum qui mentem reiiciunt? At, inquit, non dico quod mentem B
accepit humanam, alioqui faciemus ipſum concupiſcere ac irritari, quandoquidem in nobis concupiſcētia prædita mens eſt, & in ſumma, multa eſt hominum vanitas, velut dixi. Fecit Deus ſimplicem prudentem hominem, ipſi verò fecerūt ſibiipſis ratiocinationes multas. Si enim omninò dum confitemur ipſum humanam mētem accepiſſe, cogitabimus in ipſo noſtræ imminutionis partes, multò ſanè magis dum confitemur ipſum carnem aſſumpſiſſe, concedemus iuxta hanc partem ſecundum eandem rationem, quòd in carne imminutus eſt, quòd abſit. Neque igitur in carne imminutus eſt, & quidem veram carnem habens Deus Verbum, neque in mente cogitauit ea quę non decent ipſius deitatem, ſed ea quæ erant honeſta carni & animæ ac humanæ menti, ea faciebat Dominus vbi venit, vt ne veri in carne aduentus ordinis conſequentiam turbaret. Honeſtum enim erat fames & ſitis & fatigatio ac ſomnus, profectio & triſticia, ploratus & fremitus. Hæc autem conſequenter in ipſo effecta, oſtendit honeſta eſſe, ac conſentanea vero aduentui in carne. Non enim ſcriptum eſt, quòd concupiuit concupiſcentiam malam. Verùm bonam concupiſcentiam concupiuit, dum dicit, Deſiderio deſideraui hoc paſcha manducare vobiſcum. Concupiſcentia verò ex deitate non contingit, neque ex ſola carne, neque ex anima mētis exorte, ſed ex perfecta humanitate corporis & mentis, & quicquid in homine exiſtit. Habebat enim hæc Verbum, corpus & animam ac mētem, & omnia quicquid eſt homo, excepto peccato, excepta imminutione, iuxta id quod dictum eſt, Tentatus per omnia velut homo, excepto peccato. Si verò per omnia tentatus eſt, omnia habebat, vbi venit Deus Verbum. Omnia verò habens, abſque imminutione in ipſo erant, impollutáque ipſa conſeruauit, perfectus exiſtens Deus ex carne genitus, & qui perfectè omnia impleuit, velus impletor totius vaſis, non diuiſa carne indecenter ad aliquod exercitium, non diſtractus aliena mentis, quæ in nobis eſt, meditatione. Non enim mens noſtra ad peccandum nobis data eſt C
ſed ad conſiderandam perfectionem rerum, quas in nobis in vtranque partem ſpeculamur, & ad conſiderandam operationem iuſticiæ & contrariæ partis. Mens enim verba diſcernit, gula verò cibos guſtat & oculus conſiderat, & mens videt: mens itaque in nobis eſt viſus, guſtus, & diſcretio, ex Deo nobis donata. Nondum autem aſſentitur his quæ ſemper fiunt, ſi non voluerit homo. At caro ſemper in tota ſcriptura reprobatur, propter ſentem in ipſa concupiſcentiam. Non omnino autem carnem ipſam reprobat, ſed quæ ex ipſa fiunt, reprobauit Deus Verbum: velut Apoſtolus dixit, Noui enim quòd non habitat in me, hoc eſt in carne mea bonum: propter ea quæ ex carne enaſcuntur. Quo verò repellat hæreticorum cogitationes, vt ne putent carnem à mortuorum reſurrectione deſperatam eſſe, dicit, Oportet " "
corruptibile hoc induere incorruptibilitatem, & mortale hoc induere immortalitatem: vt ne reiiciens " "
opera carnis, quæ carnem appellare ſolet Scriptura, puretur ſpem reſurrectionis carnis reiicere. Nam " "
opera quæ in ipſa fiunt mala, palàm reprobauit, ipſam verò carnem ſanctum templum oſtendit, in eo " "
qui carnem ipſius ſanctificauit: iuxta id quod ſcriptum eſt, Religio pura apud Deum & patrem hęc eſt " "
viſitare orphanos & viduas in tribulatione ipſorum, immaculatum ſeruare ſeipſum à mundo. Et alibi, " "
Beati qui puram carnem conſeruarunt. Sæpè verò contra ipſam dicens Scriptura, docuit nos concupi- " "
ſcentias & voluptates ex ipſa germinare. Verùm contra mentem nihil narrat Scriptura, ſed Pſallam mē " "
te, pſallam ſpiritu. Et rurſus, Si pſallam ſpiritu, at mens mea fructu vacat. Et vides, quòd in ipſo fructus " "
eſt in mente. Et ſi non fuerit fructus, non omnino mentem recēſuit in peccatis, ſed per ipſam magis fructum pronunciauit. Quid verò hoc in Domini noſtri potentiam deitatis irruet? Quid autem ipſius potentiam obſcurauit, ſanctę mulieris venter, vterus Virginis, partus meatus, vlnæ Symeonis, Annæ ſuſceptio, Mariæ geſtatio, meretricis contactus, capilli mulieris qui pedes ipſius cōtigerunt? Imò lachrymæ, imò ſitus in monumento? Sindon enim qui inuoluit corpus ipſius, non ſuperabat illius integritatem, & D

Actiones Chriſti honeſtæ.

Mentis vſus.

carnis appellatio de operibus carnis

maxi-

maximam ipſius potentiam. Nam quum adhuc in vetero eſſet, Ioannes exultabat gaudens ob Domini ſui ad ipſum ingreſſum, per ſanctæ Virginis imprægnationem. Natus autem, in præſepi poſitus, non latuit chorum angelorum, verùm caſtra demittebantur ad ſatellitium in regis ſeculi ingreſſu,
A hymni victoriales fiebant, pax inter paſtores prædicabatur. At quid potentiam ipſius obſcurauit? Quum enim ipſe adhuc infans eſſet & geſtaretur, ſtellæ ſigna fiunt ab Oriente, Magorum aduentus, adoratio & ſatellitū comitatus, ſcribarum interrogatio à rege, & de ipſo reſponſio ac confeſſio. Reliqua vero omnia, quæ habet conſequentia, quid impegerunt in ipſius deitatem? Quale velamentum habuit, velut in nobis carnis detentio ac impedimentum? Obiurgat vndas & ventos ac mare, & non impeditur à carne potentia ipſius deitatis, perficiens quod ſecūdùm naturam eſt deitatis. Sed & quū moles & grauitas ſit carnis, non impeditur grauitate. Deambulat enim ſuper aquas, velut immutabilis Deus, in carne quidem exiſtens, non autem à carne alterationem ſentiens. Et clamat voce, Lazare veni foràs: non oppoſitam habens carnem, neque deitate in carne ac perfecta humanitate in ſeruitutem adacta. Et multa poſſim dicere. Sed & ex mortuis reſurgit, & reſerat infernum, & extractam eduxit captiuitatem. Et reſurgens tertia die in ipſa ſancta carne, & anima ſancta, & mente, & toto vaſe; & deitate vnitus perfectus factus eſt homo, counita humanitate cum deitate, ita vt mors ipſi nō amplius dominetur. Et quod craſſum erat, counitum deitate tenue efficiebat, ingrediens foribus clauſis, & poſt ingreſſum oſtendens carnem & oſſa, vt ſalutarem potentiam indicaret, vt noſtram ſpem
» » demōſtraret, quòd omnia perfecit, vbi venit Verbum. Et iam ipſo corpore aſſumptus glorioſè, ſedet
» » in dextra patris, non à mole preſſus, non extra corpus exiſtens, ſub corpus ſpirituale ſuſcitans. Si no-
» » ſtrum ſeminatur in corruptione, ſuſcitatur in incorruptibilitate: ſeminatur corpus animale, reſurgit corpus ſpirituale, quanto magis vnigeniti filij Dei? Quare impletum eſt, Non dabis ſanctum tuum videre corruptionem, neque relinques animam meam in inferno. Cæterùm hæc omnia à me relata
B ſunt de perfecta ipſius humanitate, vt ne aliqui putent, propterea quòd ipſe carnem aſſumpſit perfectam, ideo etiam inhoneſta carnis opera fecerit. Nemo enim piè credentium in ipſum, hoc ſentit, aut dicit. Si verò nemo ſentit de ipſo, quòd carnis abſurda opera fecerit, neque mentis in honeſtas functiones ipſum feciſſe ſenſerit. Et quod quidem perfectè homo factus eſt, vbi venit Deus Verbū, idipſum manifeſtum eſt. Et ſi dixerimus perfectè, non duos Chriſtos habemus, non duos reges & filios Dei, ſed eundem Deum, eundem hominem, nōn velut qui in homine habitarit, ſed qui ipſe totus homo factus ſit: non quòd homo exiſtens venerit ad profectum deitatis; ſed quòd Deus à cœlis venerit, & in ſeipſum efformarit propriam humanitatem, iuxta potentem ſuam deitatem: quemadmodum dicit, Verbum caro factum eſt. Dicit autem, Verbum caro factum eſt, vt ne aliqui putent, ꝙ
» primùm homo fuerit, & venerit Chriſtus in hominem. Quapropter Verbum potius poſuit diuinum Euangelium, deinde carnem confeſſum eſt: nempe, Verbum caro factum eſt. Non enim dixit, Caro Verbum facta eſt: vt oſtendat primum, Verbum à cœlis veniſſe, in ſeipſum verò ſuſcepiſſe carnē ab vtero ſanctæ Virginis, & omnem humanam naturam perfectè in ſeipſum efformaſſe. Tametſi enim dicat, Verbum caro factum eſt: non quòd mutatum eſt Verbum in carnem, & factum eſt Verbum caro, vt tranſmutata eſt deitas in carnem dicit: ſed cum deitate aſſumpſit propriam ſuam humanitatem Deus Verbum poſtquam venit. Et proficiebat, inquit, Ieſus in ſtatura & ſapientia Quiverō mentem
» non habebat humanam, quomodo proficiebat, velut iam à me dictum eſt. Et teſtimonium præbet
» huic rationi ſanctus Dei Propheta Eſaias, qui dixit, Ecce intelliget filius meus dilectus, in quo mihi-
» bene complacui. Et vides quòd Intelliget vox, ad perfectam humanam naturam refertur? Non poteſt enim quis intelligere, qui mentem non habet. Neque de deitate hoc impletur. Non enim indiga eſt intelligentiæ, quæ ipſa per ſe intelligentia exiſtit: neque opus habet ſapientia, quæ per ſe eſt ſapiētia,
C ſed vox Intelliget, de mente humana accipitur. Vnde verò eſuriebat, dic mihi? Siquidem enim caro ſolum erat, quomodo poterat famis meminiſſe? Et ſi ex anima & corpore ſolum erat, anima non habente mentis rationalem partem & ratiocinationem humanæ naturæ, non malam dico, ſed etiā quæ ad honeſtam vtilitatem ac vſum ordinata eſt condecenter deitati, quomodo poterat eſurire; aut de fame cogitare? Vnde verò triſtitia affectus eſt, dic mihi, anima non habēte mentem ac ratiocinationem? Nam anima rationis exorte, aut carne animæ exorte exiſtente, neque in mœrorē incidiſſet; neque in triſtitiam. Et multa ſunt quæ conuenit nos cogitare ac noſſe, quòd ſophiſticæ ratiocinationes ſuperfluæ ſunt, & verberant magis eos qui volunt vltrà, quàm decorū eſt cogitare, & non meriti ſeipſos menſura nobis per admonitionem præſcripta à ſanctiſſimo Apoſtolo, qui dixit: Vt ne quid vltrà ſapiamus præter id quod ſapere oportet. Proferunt porrò nobis etiam dictiones quaſdam, quod aiū, Nos autem mentem Chriſti habemus. Et dicunt, Vides quòd Chriſti mens alia eſt à noſtra? Et ô ingētem hominum ſimplicitatem, quòd quiſque, ad quod vult, inclinat: & in quo putat ſe egregium quid commentum eſſe, in eo magis idiota reperitur. Quum enim nos ſimus idiotæ eloquentia, ſed non ſcientia, velut dictum eſt, ſimusque valde tenues, & admiremur talium hominum & ex eloquentia contendentium mentem: heſitatio anxia valde animū nobis ſubit, quòd dictum hoc ad confirmatiōnem talis ipſorum ſimpliciter vanæ cōtentionis accipiunt, re ipſa non habente indicationem, quòd
D aliquid commune habeat cum tali habitu. Nos enim, inquit, Chriſti mentem habemus. Quid igitur ſit Chriſtus, apud ipſos interrogandum eſt, aut quidnam ſit mens Chriſti. Hic verò oſtendunt, quòd ſentiant, alium Chriſtum eſſe, & aliam ipſius deitatem: Si enim promente Chriſtum accipiunt, Chriſtum autem aduentum ſolum Chriſti in carne nominant: ergo rurſus in aliam quæſtionem nos per-

Mētis functiones in homine.

ducere conantur. Et quod quidem ab aduentu in carne Deus Verbum & filius Dei declaratur, manifestum est. Tametsi autem præcesserint de ipso testimonia, quòd Christus vocetur etiam ante aduentum in carne, tamen ea in aduentu completa sunt, quum neque deitas extra Christi nomẽ existat, neque aduentus in carne & humana ipsius natura, sine tali nomenclatura nominetur: iuxta id quod dictum est, Ne dixeris in corde tuo, Quis ascendet in cœlum, hoc est Christum deducere: aut quis descendet in abyssum, hoc est Christum reducere ex mortuis. Et rursus idem dicit: Vt cognoscant te solũ verum Deum, & quem misisti Iesum Christum. At vox misisti, ex supernis habens speculationem, sed non aliena existens ab his quæ à Petro dicta sunt, nempe Iesum Nazoræum virum approbatum erga A
vos prodigiis & signis: &. Quem vnxit Deus spiritu sancto. Et quæ his similia sunt. Deinde verò rursus dulcissimi nostri fratres, volentes per omnia contentiosas nobis inducere sententias, etiam deitatem ipsius passam intrepidè prædicant ex dicto hoc: Si enim cognouissent, non vtique Dominũ glorię crucifixissent. Quidam verò ex discipulis eius non intelligentes hoc, velut puto, cum aliis proponentes fucum facere volunt. Admiror enim si ipse sic dicit. Nihil enim miri est si dicat Scriptura diuina, Dominum gloriæ crucifixum esse. Nam & Dominum gloriæ confitemur etiã ipsum in carne aduentum. Non enim diuisus est à deitate aduentus in carne, si vnumquodque propositum rectè intelligatur, & simul omne negocium ad vnam œconomiam ac dispensationem, & ad vnam perfectionẽ à nobis couniatur. Passibilis enim nobis prædicatur Christus, & creditur, non quòd per seipsum passus sit, neque quòd alius est qui passus est, & alius Dominus: neque quòd deitas passa est. Sed passus quidem est Dominus noster, Iesus Christus, deitate immutabili manente & passionis exorte, passa verò in carne & à passione aliena manẽte. Sic enim mortuus est Christus pro nobis, & reuera mortuus B
est: non deitas mortua est, sed mortuus est in carne, iuxta id quod dictum est, Mortificatus carne, viuificatus autem spiritu. Et rursus, Christo passo pronobis in carne: mirabiliter itaque nos confitemur passum in veritate, & passionis exortem in veritate, Deitate non passa, propter immutabilitatẽ & alienitatem à passione, & coessentialitatem cum patre: carne verò passa, & non diuisa deitate à præsentia in carne, in ipsa passione. Simul erant enim & deitas & humanitas, quando in cruce Christus patiebatur in carne, & passionis exors manebat in deitate: vt iustificationem non amplius in carne solum habeamus, sed & in deitate: & vt in deitate & in carne vtrinque nobis salus contingeret. Non enim nudus nobis homo est Christus, sed Verbum in substantia in carne, & Deus homo factus in veritate quum nos non habeamus spem in hominem, sed in deitate: & non habeamus Deum patientem, sed passionis exortem, verùm qui extra passionem salutem nostram non perfecit, sed in eo quòd pro nobis mortuus est, & seipsum obtulit patri, sacrificium pro nostris animis, in sanguine suo mundatione

Simile passionis Christi.

nostra facta, & chirographo contra nos fisso, & in crucem affixo: velut vbique Scriptura nos docet. Et possem de his, si opus esset, multa dicere ad confirmationem. Nam in alio loco tractauimus hanc speculationem, declarantes de firma nostra salute; quòd sicut si ex sanguinis respersione tinctura est in vestimento, corpus quidem gestantis non tingit: verùm tinctura vestimenti non ad vestem refertur, C
sed ad hominem gestantem. Sic etiam passio, in deitatem quidem non incidit, sed in humana natura facta est. Non relata est autem ad humanam naturam solam (vt ne impleretur in salutis dispensatione illud dictum, Maledictus omnis, qui spem habet in hominem) sed reputata est etiam ad deitatem,

Similitudinũ in scriptura ratio.

quum deitas non sit passa: quo in deitate reputetur sanctæ Dei Ecclesiæ passionis salus. At vero rursus " "
ne quis verborum venator velit seipsum magis ratiocinando concludere, quàm circa similitudinis " "
ænigmatis obscuritatem. Non enim omnis similitudo in Scriptura tota accipitur. Velut, Catulus leonis Iuda: propter robur animalis & regalitatem, sed non propter irrationalitatem ac rapacitatem. Sic & de veste, non quæ induitur & exuitur, sed semel iuxta id quod dictum est: Decorem indutus est: de- " "
inde, Indutus est potentiam, & præcinxit se: ita vt impleatur in hac sanctissimi Apostoli vox. Non am " "
plius moritur, mors ipsi non vltrà dominatur. His iraque sic se habentibus, volunt fratres nostri ad " "
confirmationem nobis proferre hoc, Nos autem mentem Christi habemus: secundum sermonem vero ipsorum quem in hac speculatione proferunt, in suspicionem nos inducunt, num fortasis in-

Mens Christi quid sit.

telligant, quod alia sit mens Christi. Si vero non reputant deitatem extra humanam naturam esse, sed vnam esse dispensationem, quid igitur erit eximium mens, quæ Christi appellatur? Nunquid per seipsum Deus Verbum est, non habens mentem humanam, velut aiunt, in aduentu in carne? Mentẽ vero aliam habet Christus præter suam substantiam deitatis? Aut abusiuè solet omne Verbum ingens nobis dici, ad confirmationem eorum quæ in nobis sunt? Etenim reuera omnis pius non secundum mentem humanam vitam agit, sed secundum mentem Christi, quæ à Christo impletur intelligentia, quæ secundum Christum reputatur in iusticia, quæ in Christo conuersatur per confessionem, quæ per Christum seruatur in iustis operibus. Hæc enim est mens Christi, quæ in nobis esse potest, & in loco detentino Christum non continere. Vbique enim est pater & filius & spiritus sanctus. Et in nobis est spiritualiter, si ipso digni fiamus: non loco aliquo concludente ipsum & patrem ipsius & sanctum eius spiritum, verùm potẽtia suæ deitatis in omnibus est, & nullis ammixtus est, propter ipsius insociabilem & incomparabilem essentiam, & sinceram ac incomprehensibilem deitatem. Quum autem dicat Apostolus, Nos autem mentem Christi habemus: quid nam cogitabimus, habebat propriam humanam, aut Christi mente impletus, propriam quidem reiecerat, mentẽ vero Christi pro propria habebat? Non penitus. Confitebitur enim vnusquisque audiens, quod propriam quidem habebat, Christi vero mente replebatur quæ ornauit ipsum secundum pietatem ac cognitionẽ, & Dei D

conuersationem cœlestem. Si itaque propriam habens mentem Christi, mente implebatur: igitur, & Christus ipse Verbum mens erat, siquidem sic dicere oportet. Nam quibusdam visum est, mentem vocare Deum. Ego verò mentem nostram non substantiam puto, neque quisquam Ecclesiæ Filius, sed actionem quandam ex Deo nobis datam, & in nobis existentem. Christum verò substantiam di-
A co, velut etiam omnes credentes confitentur: & Deum confiteor, & esse Dominum ex parte genitũ, perfectum ex perfecto, & lumen de lumine: & Deum ex Deo, attamen iuxta eandem rationem erat in ipso mens. Quemadmodum sanctus Apostolus docet de ipso, Nos autem mentem Christi habemus: habebat ipse & hi de quibus testimonium præbet, propriam suam mentem, & rursus implebantur Christi mente, sic potente gratia ipsius in illis perfici. Igitur nihil differet à præsenti similitudine etiam de Christo hanc accipere, quòd Christus existens in seipso Deus, etiam si particeps erat mẽtis humanæ, velut etiam carne participat ac sanguine, & animam habebat humanam, non ideo à mente captiuus ducebatur. Si enim Apostolus secundum naturam propriam mentem adeptus humanam, iuxta eam quæ ex participatione doni beneficiique ac gratiæ contigerat, & non amplius secundum propriam mentem, vitam degebat, sed excellenti quodam naturæ ductu, Christi mente ornabatur: quanto magis Deus Verbum habens in seipso omnem perfectionem, per se perfectus existens, per se Deus, per se potentia, per se lux, & mentis & totius corporis impletor fuit, imò potius absolutor, & in omnibus per aduentum suum in carne nobis salutem operatus est. Tollendus
» » itaque est hic sermo, non habens significationem talis propositi argumenti. Et tollendum est, non
» » confiteri omnia perfecta in Christo, excepto peccato. Omnia enim verè fecit verbum vbi venit, quæ
» de ipso sunt præscripta, perficiens iuxta id quod scriptum est, Ecce virgo in vtero habebit, &c. in ve-
» ritate conceptus & non in apparentia, gestatus in vtero in veritate, præsens in carne in veritate, car-
» nem habens & animam in veritate, & mentem in veritate, & omnia quicquid est homo in veritate,
B præter peccatum: & genitus ex virgineo vtero ac sancta Virgine in veritate, non ex semine viri. In veritate autem carnem habens & animam ac mentem, velut dixi, & pergenitales meatus in veritate repertus, & in præsepi in veritate fasciis inuolutus, à Maria portatus, & in Aegyptum profectus, & ab Aegypto reuersus, & in Nazaret diuersatus, & ad Iordanem progressus, & à Ioanne baptizatus, & à diabolo tentatus: & discipulos elegisse in veritate, & regnum cœlorum prædicasse, velut omnia in veritate cõperitur: & à Iuda traditus, & à Iudæis captus, & ad Pontium Pilatum deductus, & ab ipso morti adiudicatus, & cruci traditus, Sitio dicens, date mihi bibere, in veritate accipiens acetum cum felle, gustans, & non amplius potum accipiens: cruci affixus in veritate clamans, Eli Eli lemas abachthani, in veritate inclinans caput & expirans, in veritate corpore
» detracto, & accepto in veritate ac inuoluto à Ioseph, & in monumento posito in veritate, & lapide munito: Descendens in deitate cum anima ad infernum, & soluens ligatos in fortitudine ac potentia: rediens Deus Verbum cum anima sancta, cum qua liberauit captiuitatem: Tertia die in veritate cum corpore & anima & toto organo resurgens: Inuentus cum discipulis per quadraginta dies, benedicens ipsis in monte Oliuarum in veritate: ascendens in cœlum in veritate, discipulis ipsum videntibus assumi vsque ad nebulas in veritate: sedens in dextra patris in veritate, in ipso corpore & deitate, in ipsa perfecta humanitate, cum qua couniuit omnia in vnum, & vnam spiritualem perfectionẽ,
» » Deus existens in gloria, sedens ad iudicandum viuos ac mortuos: venturus in veritate. Et nihil est euã-
» » riatum, sed omnia perfecta perfectè in ipso in perfectione effecta. Quum porrò rectè à me fieri pu-
» » rauerim, si de his traderem, hactenus de ipsis dicere instum duximus. Cæterũ quæ rursus audiuimus de vanis sermonibus eorum qui talia dicunt, necessarium est & ea ipsa ostendere. Non autem valde credimus quòd sic apud ipsos celebrantur, attamen quæ audiuimus, non silebimus. Quidã enim ausi
C fuerunt dicere, quòd rursus aliqui ex ipsis dicunt de Maria, quòd postquam genuit Christum, copulata fuerit viro Ioseph. Admitor autem, si & ipsi hoc dicunt. Sunt autem, qui hoc dicunt, quos ipsos etiam inter sectas numerauimus, vt qui rogati etiam epistolam scripserimus ad quosdam in Arabia, contra eos qui hoc dicunt. Multa verò illic de hoc diximus in tractatione contra ipsos. Consequenter autem per gratiam Dei etiam ipsam hæresim priuatim subiungam. Porrò alij dixerunt, senem di-
xisse quòd in prima resurrectione milleniarium quendam annorum absoluemus, in iisdem versantes in quibus etiam nunc, nimirum & legem & alia seruantes, & omnia quæ in vsu sunt in mundo, nuptiisque ac circuncisione & aliis participantes: id quod non valde de ipso credidimus. Verùm sicut quidam affirmarunt, hoc dixisse ipsum asseruerunt. Et quòd quidem scriptum est de Millenaria hac secta, in Apocalypsi Ioannis: & quòd apud plerosque liber receptus est etiam apud pios, manifestum est. Plurimi verò & pij, de spiritualibus edocti, & quæ spiritualiter in ipsa se habent cognoscẽtes, vera quidem esse, in profunditate autem declarata esse credunt. Nõ solum enim hoc illic profundè dictum est, sed etiam alia multa. Verùm in præsens compendij gratia mẽtionem solum facio, quo sciant pij, quòd quisquis voluerit transgredi terminos sanctæ Dei ecclesiæ, & spem traditionis prophetica & apostolicæ fidei ac doctrinę, ab vno argumento exiguo ac breuis sermonis, vel exigui tem-
D poris momento in sapientię transgressione constitutus, ei de cætero ad multa vaniloquia & periculosas opiniones, & ad inconuenientes ac peregrinas quæstiones, & nunquam finiendas genealogias iuxta Apostoli dicta, ratiocinatio conuertetur. Nam esse hoc valde stolidum, & quòd neque opus habear interpretatione, omnibus clarum est qui intelligentiã habent: Neque enim quæstione indiget talis sapientia & sermonis argumentum. Si enim resurgimus rursus vt circuncidamur, qua ratione

Mens Deus.

Mens non est substantia.

Antidicomarianitæ

Millenarii hæresis.

non præuenimusvt circunciderem̃ur? Igitur iuxta hoc, magis neceſſarij quàm nos ſunt, qui hic quod perfectum eſt agnouerunt, & præuenerunt vt perficerent in futura tunc perfectione. Vbi igitur eſt id quod ab Apoſtolo dictum eſt, Si circuncidimini, Chriſtus vobis nihil proderit: & qui in lege iuſtificamini, à gratia excidiſtis. Et quomodo erit id quod à Domino dictum eſt, In reſurrectione neque ducunt vxores, neque nubunt, ſed ſunt æquales Angelis. At verò hoc, ſedebitis in menſa patris mei edentes ac bibentes. Et, Donec ipſum bibam nouum vobiſcum in regno cœlorum: cum additamento vocis, nouum & in menſa regni, aliam ſententiam habet. Nam & ipſi dicimus edocti ex diuinis Scripturis, participationem quandam potus ac cibi diuini: de quibus dictum eſt, Quæ oculus non A vidit, nec auris audiuit, & in cor hominis non aſcenderunt, quæ præparauit Deus diligentibus ipſum. At dicit, quòd primum quidem per mille annos naturalium voluptatum participes erimus, citra laborem ac triſticiam. Poſt mille verò annos participabimus his de quibus dictum eſt, Quæ oculus nō vidit, nec auris audiuit. Contrarius autem eſt ſermo totius Scripturæ ſpeculationi. Si enim lex nemi nem perfecit, legem autem poſt reſurrectionem ſeruare iubemur: & ſciamus nos, quòd ſancta lex per Moſen à Domino data, pædagogus ad Chriſtum nobis fuit, ipſiſque concreditum eſt, vt velut inferior ad maiorem & perfectiſſimū nos adduceret: & quòd Chriſtus venerit perfectus & Dominus, & acceperit ex manu prædagogi eum qui inſtituebatur, hoc eſt ſanctam virginem ipſam fidelium Eccleſiam: & cognouimus nos per legem pedagogum, maiorem & perfectiorem Ieſum: quomodo nō magis pauperis intelligentiæ aut potius ſtultitiæ iudicabitur ſermo eorum qui talia dicūt, quòd poſt Chriſti, perfectionem, rurſus pædagogo eſt opus, quo videlicet reuertamur ad principium elementorum ac doctrinæ & manuum impoſitionis, velut ſcriptum eſt, quum claré nobis Apoſtolus dicat, Omne veteraſcens ac ſeneſcens prope interitum eſt: de veteri nimirum Teſtamento ac legislatione. B Tranſpoſito enim, inquit, ſacerdotio, neceſſario etiam legis tranſpoſitio fit. Siverò tranſpoſitum eſt vetus, & renouatum eſt nouum, quis nobis rurſus temerè introduxerit vetus in vſum, nouo ad inueterationem tranſpoſito ita, vt nos à gratia quidem excidere faciat, & ab vtilitate Chriſti nos euomere conetur? Cæterùm quum hæc compendio ſermonis tractauerimus, & ſufficere hæc propter amplitudinem tractationis putemus, ad ſequentia ô chariſſimi pergamus, Deum conſueto more auxiliū inuocantes, ad reliqua proponenda ac oſtendenda, & ad ipſorum confutationem faciendam.

Contra Antidicomarianitas, hæreſim. LXXVIII.

Dimæritarum appellatio. AB hac Dimœritarum à quibuſnam appellata hæreſi, hoc eſt, quæ duas tertias partes humanæ naturæ in Chriſto confitetur, corpus videlicet & animam, & tertiam partem, ipſam mentem in aduentu Chriſti in carne negat: exorta ſunt alia quædam negocia, maximè in Arabia, perlata ſunt autē ad noſtram tenuitatem à quibuſdam piis. Et primum quidem epiſtolam de hoc argumento conſcripſimus, attamen propter numeri conſequētiam, etiam hic ipſam epiſtolam ex toto, vnà cum his quæ rationabiliter ipſi addita ſunt, aut ab ipſa ablata, contra hæreſim referemus. Nam quidam Antidico- C

Antidicomarianitarum appellatio. marianitæ, hoc eſt aduerſarij Mariæ, velut inimicitiam aduerſus Virginem habētes, & gloriam illius extenuare volentes, inuidia quadam aut errore elati, & hominum mentes polluere volentes, auſi fuerunt dicere, ſanctam Mariam, poſtquam Chriſtum genuit, viro copulatam eſſe, ipſi, inquam, Ioſeph. Dicunt autem, velut ſuprà à me relatum eſt, quòd ab ipſo ſene Appollinario prodiit hic ſermo, aut à quibuſdam ipſius diſcipulis: & ſanè ambigo. Verùm de his, qui hæc dicunt, neceſſe eſt mihi dicere. Quo verò non in alterum laborem me immittam, cōſequenter epiſtolam, quam in Arabum regio-

Epiſtola Epiphanii ad Arabas nem me ſcripſiſſe ſuprà dixi, ſubiungam, & eſt hæc. Dominis meis venerandiſſimis, & chariſſimis fi- liis ac fratribus genuinis, & eiuſdem fidei orthodoxis, à ſacerdote vſque ad laicum, & his qui in ſacris inſtructi ſunt in Arabia, Epiphanius minimus epiſcoporum gaudium. Eſt quod admiremur in præſenti tempore, & quod non admiremur. Quòd admiremur quidem, quòd in noſtra ætate omnia implentur: & quod non admiremur, oportet impleri. Quotidie enim per acceſſionem ampliorem contingit nobis ſophiſtica opinio, ex ratiocinationibus ac cogitationibus humanis, & in peius proficiēs & apoſtolicam doctrinam relinquens, quemadmodum ſanctiſſimus Apoſtolus prædixit: quòd diſcedent aliqui à ſana doctrina, attendentes fabulis & doctrinis dæmoniorum, &c. Si quid enim eſt per- D ſcrutari & excogitare vias prauas, hæc magis ſtudio habent homines, quàm vt impleant mandatum, quod iubet bona & ſuſceptu digna quærere, & ſermo veſter ſale ſit conditus, quo det gratiam audiētibus. Et ſi hæc cogitauerimus, vnde contingit vt ſingulis diebus renouentur nobis mala, erimus etiā ipſi velut inerudiți, & non attendentes diuinis ac prædictis ſermonibus: oportet enim hæc impleri. Nam in omnibus partibus fidei oportet perfici quod dictum eſt: Nunquid vbi venerit filius hominis inueniet fidem in terra? Quò enim deuenit mens hominum incumbens ad malum à iuuentute, quales fidei partes non amiſit, in quibus verò ſermonibus malum conſilium non turbauit vtilitatem eo-

Conſuetudo longa quid non poſſet. rum qui decentiſſimi ſunt & in ſtatu rationalis naturæ, cuius decorū erat pia potius cogitare, & eniti vt his addicti eſſent, etiamſi oportebat præter naturam, & non magis vera in impia peruertere, eniten tes ad deterius. De cætero enim, poſtquam omnia impleta ſunt in noſtro ſeculo, blaſphemiæque, & quæ extra Spiritum ſanctum ſunt, rurſus alia noua conuertuntur. Alij etenim patrem blaſphemant vniuerſorum Deum ac opificem, qui videlicet Gnoſtici appellantur: & rurſus qui Marciones & Archontici vocantur, & qui hos ſequuntur Manichæi, qui appellationem iuſtiſſimè ex iuſta quadā Dei diſpen

dispensatione acceperunt, insaniæ nomen habentes. Hi omnes cum pluribus hæresibus, nouis inquam, Sethianorum, Melchisedecianorum, Colorbasiorum, Cerdonianorum, & aliorum, blasphemant in vniuersorum patrem, in eo quòd negant esse Deum, qui in lege & in Prophetis loquutus A est, & qui iustè ab omnibus creaturis adoratur, velut opifex & creator. Hi cum adoratione conantur tollere etiam Dominum, eum, quidem qui reuera est negantes, alium verò qui non est fabulosa sua opinione imaginantes, vt ab eo qui est excidant, & quem opinantur non inueniant: Sic enim nugacitas, & diaboli seminium talem turbam ac commotionem inducere solet, per ratiocinationes blasphemas excitans creatorum hominum mentem, vt contra Dominum suum concitentur per malas opiniones & abnegationem Dei. Sed & rursus ex hoc emoti quidam, ad alia pergere ausi sunt, Dominum qui solus ipsos redemit, negantes, Vnigenitum filium Iesum Christum, filium Dei viuentis, qui reuera est ex patre genitus, sine principio & sine tempore; qui semper est ex patre & cum patre est, genitus autem incomprehensibiliter ac impolluté, coessentialis patri, & non alienus à patre. Et sanè hi rursus furiosi, instar rabiosorum canum proprium suum Dominum allatrant, quemadmodum ab initio Iudæi, hoc non agnito, meritò à Propheta appellati sunt canes muti, huius nominis cognomen adepti, ex impudente impetu suo in Dominum & ipsius aduentum, velut verè videre est. Aiunt enim rabiosos canes mutos appellari, eo quòd edentuli facti sunt ex relinquente ipsos ratione. Ea est enim canum natura, vbi in rabiem conuersi fuerint, qui aliquando dominum nouerũt, & filios ipsius, domesticosque & alios omnes domini familiàs genuinos, quum apprehenderit ipsos insania, alterantur personæ coram ipsorum aspectu, & in ipsos domesticos exurgunt, quos aliquando honorantes cauda ipsis blanditi sunt, moribusque subditi fuerunt. Statim enim qui expectabant Christi aduentum, qui parati erant suscipere sponsum, qui prophetas videre rogabant, qui obedire diuinis sermonibus promiserant, qui cum Mose pactum fecerant, nempe, Fac tu ea quæ ad Dominũ B spectant, & omnia quæcunque dixerit tibi Dominus, audiemus & faciemus: quando videbant ipsorum Dominum aduenisse, ignorantes formam, & figuras veritatis, quas Prophetæ antequam in carnem veniret expresserant, delinearant, annunciarant, significarant: primum quidem ad ipsum dicebant, Quis est hic qui loquitur blasphemiam? Aliquando verò ipsum dæmonium habere, nihil veriti, dicere ausi sunt. Insuper & Samaritam ipsum appellare non erubescebant. Tandem igitur, velut à me antea indicatum est, velut rabiosi canes insurrexerunt, & manus iniecerunt, velut semper cum rabie canis immissis antea manibus inuadit, & personas propriorum suorum dominorum consaucia-re non veretur: sic tradiderunt illi suum Dominum ad crucifigendum, Prophetásque domesticos eiusdem Domini partim dissecuerunt, partim lapidibus obruerunt, aliquos verò cæde gladij occiderunt. Post hos verò similiter qui nunc sunt, noui Iudæi alternatim eodem ductu vsi sunt. Et naturales quidem Iudæi, secundum carnem quidem negauerunt, noui verò negantes filij Dei perfectam ad patrem ingenuitatem, creaturam & factura, & omnino à patre alienum ipsum furiosi ac rabiosi inde sinenter affirmant. Ex his autem rursus alij, omissis prædictis blasphemis doctrinis, ipsam, vt ita dica, C secundum naturam cœlestem speculationem speculati, & superna rimati ac curiosè per scrutati, velut ex supernis venientes, contumaciter annunciam, & fortiter affirmant, reiicientes ex deitate Spiritum sanctum. Et patrem quidem non negauerunt, neque filij ad ipsum ingenuitatem, verùm ad alia rursus viam deflectunt, vt vndiquaque impleatur hoc, Deficit fides ex ore ipsorum. Quid enim aliud volunt, quàm in Spiritum sanctum, qui non est alienus à Patre & Filio, qui ex ipsa deitate est, & non possibile est vt sit alienus à deitate: velut ipsi potestatem habeant, Deo iubere magis quam iussa capessere? Non enim verentes quid, alienum dicunt spiritum, & seruum, & creaturam, & recentem, & factum, & si quid aliud turpe est, ad opinionem de ipso sibi ipsis magis ascisere cogitant. Quando quidem igitur mundus nunc sic magis immedicabili incredulitatis plaga percussus est, & ignorantia vana & mali consilij intelligentia, velut fugitiuos à blasphemia in sanctam Trinitatem, rursus ad alia traxit, vt ne quis peccans lateat. Nouum enim quid audio de sancta Maria semper virgine quendam statuere, & rudere blasphemam quandam opinionẽ in ipsam immittere, quo sit vndiquaque nostrũ tempus instar mali serpentis, ac bestiæ venenum eiaculantis, quæ in tenebris latibulũ habet, & morsibus omnes tentat, alium circa faciem, alium circa calcaneum, alium circa manum, vt in nẽminem lateat morsus incredulitatis, sed qui sibi videtur in hac parte effugisse, in alia venenum se habere cõperiat: & qui in alia sanam fidẽ habet, alio modo læsionem sibiipsi propinet. Vnde est hæc malignitas vnde tanta audacia, ipsum nomen nõ restimonium præbet, non persuadet te ô contentiose. Quis vnquam aut quo seculo ausus est proferre nomen sanctæ Mariæ, & interrogatus, non statim intulit virginis vocẽ? Ex ipsis enim nominibus epithetis, etiam virtutis signa elucent. Dignitates etenim appellationum acceperunt iusti vnicuique decenter, & prout congruum fuit. Et Abraamo quidem impositum est epitheton, amicus Dei, & non dissoluetur: Iacob verò vt Israel vocetur, & non alterabitur: & Apostolis Boanerges, hoc est filij tonitrui, & nõ relinquetur: & sanctæ Mariæ vox Virgo, & nõ mutabitur: impolluta enim permansit sancta. Ipsa natura non docet vos? O nouam insaniam, ô noua negocia. Multa verò sunt alia, quæ veteribus temporibus non ausi sunt patres. Nunc verò alius blasphemat in aduentu Christi in carne, alia loquens in ipsam deitatem. Alius autem defectuosum facit in seipso totius aduentus in carne mysterium. Alius de resurrectione mortuorum ambigit. Et in summa, ô turbulentum nostrum seculum, cuius vita in periculo versatur, vt quæ vndiquaque prauis superseminationibus cogitationum ac ratiocinationum malæ fidei, à diabolo obruitur. Quomodo

Canes muti Iudæi.

Canum rabiei ratio

Quod verè facere nõ possũt astu moliuntur

Epithetorum nominum ratio

audent impetere impollutam virginem, & quæ digna facta est habitaculum fieri filij Dei, & ad hoc de-
lecta est ex multis milibus Israel, quo vas & habitaculum dignum esset, in signum solum partus. Au-
diui enim à quodam, quòd aliqui audent de hac dicere, quòd postquam genuit Saluatorem, copula-
ta est viro: & non admiror. Nam ignorantia eorum qui certitudinem diuinarum Scripturarum non
nouerunt, neque in historiis versati sunt, semper ab aliis ad alia transfert, & distrahit eum qui ex pro-
pria mente vult aliquid de veritate inuestigare. Primùm enim quando virgo tradebatur ipsi Ioseph,
Ioseph cur virginẽ sibi tradità habuit. sortibus, cogentibus ipsam ad hoc venire, non tradita est ipsi ad coniunctionem, si verũ dicere opor- A
tet, quoniam viduus erat: sed propter legem quidem vir ipsius vocatus est. Iuxta consequentiam verò
ex Iudæorum traditione ostenditur, quòd non coniunctionis gratia ipsi tradebatur virgo, sed quo
conseruaretur in testimonium futurorum, quòd non spuria dispensatio aduentus in carne accessit,
sed quæ testimonia haberet in veritate, extra semen viri, in Spiritu sancto dispensata in veritate.
Quomodo enim poterat tantus senex virginem habere vxorem, quũ esset viduus à prima vxore per
tot annos? Hic equidem Ioseph frater fuit Clopæ, erat autem filius Iacob, qui Panther cognomina-
batur: hi ambo à Panthere appellato gignuntur. Habuit autem hic Ioseph primam suam vxorem ex
Ioseph hi-storia tota. tribu Iuda, & peperit hæc ipsi liberos numero sex, quatuor masculos, duas fœmellas, quemadmodũ
Euangelium secundum Marcum, & secundum Ioannem declarauerunt. Habebat igitur primogeni
tum Iacobum cognominatum Oblian, quod significat murũ, & cognominatum item Iustum. Erat
autem Nazoræus, quod significat sanctum. Et primus hic accepit cathedram episcopatus, cui concre-
didit Dominus thronum suum in terra primo, qui etiam frater Domini vocabatur, quemadmodum
etiam Apostolus his consentit, sic dicens: Alium verò Apostolum non vidi, nisi Iacobum fratrẽ Do-
mini, & cætera. Frater autem Domini hic appellatur, propter coeducationem, non secundum natu-
ram, sed per gratiã. Maria enim tradita ipsi Ioseph, videbatur vxor esse viri, non habens ad ipsum cor
porum coniunctionem. Ex hoc verò argumento vicinitas propinquitatis filiorum Ioseph ad Salua- B
torem, in fratrum loco appellata est, imò potius reputata est. Quemadmodum etiam ipse Ioseph non
habens societatem ad natiuitatem Saluatoris secundum carnem, in patris loco reputatur, secundum
mysterij dispensationem, velut dicit Lucas Euangelista de ipso Saluatore, Existens filius, velut puta-
batur, Ioseph. & velut etiam ipsa Maria dixit ad ipsum in Euangelio secundum Lucam: Ecce ego &
Pater tuus quærebamus te dolentes. Quis igitur dixerit Ioseph patrem Domini, qui nullã ad ipsum
Filii Ioseph quatuor, filiæ duæ. habuit causam, maximè quum aduentus in carne extra semen viri sit. Verùm per dispensationem res
ipsæ hanc sortem acceperunt. Et genuit quidem hunc Iacobum circa quadragesimum plus minus
ætatis suæ annum. Post ipsum verò nascitur ipsi filius Iose vocatus, deinde post ipsum Symeon, post-
ea Iudas. Et duæ filiæ, Maria, & quæ vocatur Salome. Et mortua est ipsius vxor. Et post multos annos
accipit Mariam viduus, agens annum viduitatis suæ fortassis octoagesimum, & vltra. Et accipit Ma-
riam, velut etiam Euangelium habet. De sponsa enim, inquit, Maria, & non nupta. Et rursus alibi,
Non cognouit ipsam. Admirari verò subit de omnibus, qui prauos prætextus venantur, & ea quorum
causas perscrutari non est opus: quòd & quæruntur non querenda, & à necessariis ad stultas quæstiun- C
culas conuertuntur, quo omnino vndiquaque pernicies incredulitatis, ac blasphemiæ nobis
immineat, propter ignominiam erga sanctos. Et primùm quidem redarguit vndique ipsa con-
sequentia, quòd primùm quidem senex octoagesimum annum supergressus, non accepit virgi-
nem in vsum, sed magis dispositus est ipsi ad custodiam. Deinde omnino sanè etiam ipsi erant iusti,
& non audebatis qui audierat, quòd ex Spiritu sancto esset, quod erat in ipsa, amplius aggredi post
talem misterij dispensationem, vt vteretur vase digno facto complecti, quem cœlum & terra non ca-
piebat, propter excellentiam gloriæ ipsius. Si enim etiam nunc in nomen ipsius virgines degere con
tendunt, & castitatem seruare ac continere: quomodo non erat potius fidelior Ioseph, & ipsa Ma-
ria, quæ omnia conseruabat in corde suo, velut scriptum est. At verò post tantam & talem ac tam in-
gentem dispensationem, copulatum fuisse senem virgini casta & honoratæ, & vasi, quod cæpit in-
comprehensibilem, & suscepit tale mysterium signi cœlestis & vitæ hominum, quæ fuerit impietas
hoc asseuerare? Vnde enim non ostendemus, quòd casta permansit virgo? Ostendant autem nobis
statim, quós nam genuit Maria post Saluatoris nostri partum, dicant nomina illi fictores & concin-
natores fraudis ac maligni tatis, & non poterunt ostendere. Non enim coniuncta est amplius virgo,
absit. Si enim perperisset vnquam, quæ semper erat cum ipso Saluatore, dixissent sanè etiam simul fi-
lios ipsius conuersatos esse. Seducit autem ipsos id quod dictum est, Ecce mater tua & fratres tui fo-
ris stant, quærentes te: & non sciunt quod ante hoc erat scriptum, quòd fratres ipsius credebant in
ipsum. Progredientes enim & nos tempore, & admirantes ea quæ in diuinis Scripturis velut simpli-
citer scripta sunt, iam per omnia sensum adepti, gratias agimus Deo, qui præmuniuit per exigua, ve-
lut videtur, verba in diuina Scriptura, vt totius Scripturæ veritas declaretur. Semper enim audientes
de Iacobo, quòd hic frater Domini vocabatur, admirantes dicebamus, quæ est vtilitas? Nunc autem
cognouimus, ob quam causam prædixit diuina Scriptura. Omninò enim vt quum audiamus, Ecce D
mater tua, & ecce fratres tui foris stant, quærentes te, discamus quòd de Iacobo dicit, & aliis filiis Io-
seph, & non de filiis Mariæ, qui non sunt. Manifestũ enim erat, quòd maior erat Iacobus ætate iuxta ad-
uentum Domini in carne: fratres autem ipsos dicit declarans Scriptura, & nominatim proferens Ia-
cobum & Iose, & Symeonem ac Iudam, & Salomen ac Mariam. Quo itaque discant cuius filius sit,
& ex qua matre Iacobus, intelligántq; quis maior sit ætate, audiant. Iesus enim crucifigitur anno tri-

gesi

geſimo tertio ſui in carne aduentus, Herodis autē erat illo tēpore filij Archelai annus vigeſimus. Nam in triceſimo tertio anno primi Herodis filij Antipatri, naſcitur Saluator in Bethleem. Iudæ, qui erat quadrageſimus ſecundus Auguſti regis: & perfectis duobus annis abducitur à Ioſeph in Aegyptum,
A propter ea quæ Herodi à Magis dicta erant, Hærode quærente puerum. Deſcendit autem in Aegyptum, & perficit illic annos duos annos, & moritur Herodes rex anno triceſimo ſeptimo. Succedit autem huic Archelaus filius ipſius per annos nouem. Et ſic negocium abſoluitur, & traditur cruci, decimo octauo anno Tiberij Cæſaris, Agrippæ verò appellati Magni, ſiue Herodis Iunioris: filij verò Archelai annus erat vigeſimus. Nuſquam autem audiuimus, Ioſeph filios feciſſe. Sed neque poſt reditum ab Aegypto idem Ioſeph multis annis vixit. Quartus enim annus erat Saluatori, Ioſeph autem quartus ſupra octoageſimum, quando ex Aegypti regione reuertebatur. Et permanſit aliis octo annis Ioſeph ſuperſtes. Et in duodecimo anno aſcendentibus illis ad Hieroſolyma, quæſitus eſt, quando non reperiebatur in itinere: velut habet Euangelium ſecundum Lucam. Poſt hos annos moritur Ioſeph, & educatus eſt non amplius à Ioſeph, ſed in domo Ioſeph. Vnde non amplius dicit Euangelium, quòd veniit pater ipſius & fratres, ſed, Ecce mater tua & fratres tui foris ſtant. Sed neque quando dicebant ad ipſum in Idumæa, Nemo hæc faciens, in occulto eſſe vult: ſi hæc facis, manifeſta teipſum: non dixit quod dixerint ad ipſum pater eius & fratres eius ſolum: velut Ioſeph non amplius exiſtente ſecundum corpus. Deinde in ipſa conſummatione, quando Saluator in cruce pendebat, velut habet Euangelium ſecundum Ioannem: Conuerſus, inquit, vidit diſcipulum quē diligebat Dominus, & dixit ipſi de Maria, Ecce mater tua, & eidem dicit, Ecce filius tuus. Si verò fuiſſent filij Mariæ, & ſi fuiſſet ipſi vir, qua ratione tradidiſſet ipſam Ioanni, & Ioannem Mariæ? Qua verò ratione non potius Petro tradit, qua ratione non Andreæ, Matthæóque ac Bartholomæo? Et manifeſtum eſt
B quòd Ioanni, propter virginitatem, Ecce enim mater; quanquā non eſſet mater ipſius Ioannis ſecundum carnem: ſed vt oſtenderet ipſam matrem eſſe principem virginitatis: quoniam ex ipſa vita erat. Et Ioanni quanquam ſecundum carnem alieno exiſtenti dicebat, vt doceret honorare propriā ſuā mentem, quoniam reuera ſecundum carnem ex ipſa Dominus ipſe genitus eſt, vt ne quis putet rem ipſam eſſe apparentiam, & non veritatē. Si enim non fuiſſet verè ipſius mater, quæ ſecundū carnē peperit ipſum, non ſanè de ipſa curam habuiſſet, vt ſemper virginem cōmendaret, quæ mater quidem facta eſt propter diſpenſationem, impolluta autem erat propter honorem erga ipſam, & vas admirabile. Dicit autem Euangelium, Et ab illa die accepit ipſam ad ſe ipſum. Si verò habuiſſet virū, ſi habuiſſet domum, ſi habuiſſet filios, in ſua ſeceſſiſſet, & non ad alienum. At ne hoc conuertatur in detrimentum quibuſdam, & videantur in hoc accipere occaſionem ac prætextum coinductas & amicas ſibi exquirendi, propter malignam opinionem. Illic enim res fiebant ſecundum diſpenſationem, diuiſis rebus ab omni alia ſecundum Deum ſeruari debente certitudine. Nam quando hoc factum erat, & aſſumpſit ipſam ad ſe ipſum, non amplius permanſit apud ipſum. Sed & ſi videntur quidam erraſſe, quærant veſtigia Scripturarum, & inuenerint vtique, neque mortem Mariæ, neque an mortua ſit, aut non mortua: neque an ſepulta ſit, aut non ſepulta. Et quidem quum Ioannes in Aſiam inſtituerit profectionem, & nuſquam dicit Scriptura, quod abduxerit ſecum ſanctam Virginem, ſed ſimpliciter ſiluit, propter miraculi excellentiam, vt ne ad ſtuporem perduceret hominum mentem. Ego enim non audeo dicere, ſed cogitans ſilentium mihi impero: fortaſsis enim alicubi etiam veſtigia inuenerimus ſanctæ illius ac beatæ, ſicut neque inuenire datur mortem ipſius. Alicubi enim Symeon dicit de ipſa. Et tuam ipſius animam per tranſibit gladius, quo reuelentur ex multorum
C cordibus cogitationes. alicubi vero Apocalypſis Ioannis dicit, quod Draco feſtinauit ad mulierem, quæ genuit maſculum: & datæ ſunt ipſi alæ aquilæ, & aſſumpta eſt in deſertum, vt ne ipſam arriperet draco, fortaſſis autē poteſt de ipſa accipi ac impleri. Nō autē omnino definio hoc, & nō dico, ꝙ immortalis manſit: ſed neque affirmo, an mortua ſit. Exceſſit enim Scriptura mentem humanam, & in ſuſpenſo reliquit, propter vas precioſum ac excellentiſſimum, vt ne quis ad ſuſpicionem veniat, carnalium de ipſa rerum. Siue igitur mortua eſt, non nouimus: ſiue ſepulta eſt, non copulata fuit carni. abſit. Quis verò collecta ſibi ipſi amentia, blaſphemam quandam opinionem impingere voluerit & os tollere, linguámque laxare, labia diſtrahere excogitatione praua, imò pro hymnis & gloria, cōtumelias quaſdam excogitare, & in ſanctam Virginem debacchari, & vas honoratum non colere? Si verò etiam ab alia quadam ſpeculatione ipſas res accipere conuenit, attingamus quoque rationū naturæ cognationes. Aiunt leænam non parere præterquam ſemel & vnum: habere autem hāc cauſam. Animal eſt voraciſſimum, ſpecie fuluum, robore ſolidiſſimum, & vt ita dicam, regaliſſimum genus ſu per alia animalia. Habet autem cenceptionem ex vno coniuge. Perficit autem immiſſum ſemen vigintiſex menſibus in vtero, ita vt catulus intus ad perfectionem geſtetur propter tempus, vt etiā omnes dentes habeat iam prius, quàm ex vtero prodeat, & vngues in ſtatura firma, clauiculares itē appellatos, & dentes caninos, atque molares, & alia quæ adſunt huic animanti. Itaque dum eſt ipſe in vtero in ſaltationibus motibus que ac aliis moribus, per vngues diuellere aiunt, incideréque matrices ac vteros prægnantes. Quū igitur mater ad pariēdū venerit, in illa die, ab omni moleſta geſtationis na
D tura ventrē alienū fieri. Nam vnà cum partu etiā vteros ac matrices ſimul excerni dicunt rerū naturæ periti, vt ne amplius coitū appetat fœmina, niſi quis vim inferat: neq; vero ſi contingat eā adcoitum cogi, amplius concipere poſſit, quū non habeat locos ſiue matrices. Nunquid igitur dedit nobis etiā hæc cōſequētia, vt exquiramus ad propoſitā rē, motionē quandā cognationis, ad vtilitatē potius, quā

Maria cur Ioāni à Chriſto commendata eſt.

Amicarū habendarum occaſio vnde ſit.

Mariæ mortis incertitudo.

tàm? Si enim catulum leonis Iudam obscurè dicit Iacob, Christum dicens: & in Apocalypsi habetur, Ecce vicit leo, inquit, de tribu Iuda, & ex semine Dauid: si itaque Dominus leoni assimilatur, non secundum naturam, sed propter ænigma, & eo quòd regium animal, inter omnia animantia violentissimum ac fortissimum, & alias per omnia gratiosissimum: profectò etiam genitricem ipsius Leænam dixerim. Vnde enim gignitur omnino Leo, si non Leæna mater vocabitur? Leænæ autem non contingit secundus partus. Ergo non amplius partum nouit Maria, non amplius coniunctionem corporũ sancta Virgo. Sed & alias videamus speculationes. Erat Maria assectatrix Iesu cum ipso semper existens. Vocatus est Iesus ad nuptias, & mater illius erat illic, & fratres, & nusquam Ioseph. Et dixit ad eam, Quid mihi & tibi cũ est mulier, nondum venit hora mea: & non dixit, Quid mihi, & vobis hominibus. Astabat Maria Magdalena, & Maria Clopæ, & Maria mater Rufi, & Maria alia, & Salome, atque aliæ. Et non dixit, Erat Ioseph illic, aut Iacobus, frater Domini, qui vbi annos vixit nonaginta sex, virgo existens mortuus est, in cuius caput ferrum non ascendit, qui balneo non vtebatur, qui animatis non participabat, qui imam tunicam non iterum induit, qui veste attrita linea sola vtebatur, quemadmodum & in Euangelio habetur, Fugiebat adolescens, & dimisit linteum quo erat amictus. Ioannes enim & Iacobus atque Iacobus, hi tres hanc vitæ conuersationem habuerunt, duo quidem filij Zebedæi, & filius Ioseph Iacobus, frater autem Domini, propter conuictum, propter coeducationem, propterea quòd fratris loco ipsum habuit, propter eam quam habebat solum Ioseph erga Mariam ingenuitatem, ex eo quòd ipsa legitimè illi attributa erat. Huic Iacobo soli licebat semel in anno ingredi ad Sancta sanctorum, eo quòd Nazoræus ipse esset, & sacerdotio amixtus. Huic enim iuxta duos modos Maria cognata erat ipsi Elizabet, & Iacobus præcellebat sacerdotio. Nam hæ duæ tribus soli coniungebantur inter se, regia sacerdotali, & sacerdotalis regiæ. Sic etiam suprà in Exodo Naasson é Iuda tribunus accipit Elizabet, seniorem filiam Aaron sibiipsi in vxorem. Vnde multæ hæreses genealogiam Saluatoris secundum carnem ignorant, & ex eo quòd ipsi dubitant, fidem non habent, & videntur sibi contradicere veritati, dicentes: Quomodo ea quæ est ex tribu Iuda & Dauidis, cognata esse potest Elizabet, quæ est à Leui? Hic Iacobus etiam bracteam in capite gestabat, & aliquando siccitate instante eleuauit manus ad cœlum, & precatus est, & statim cœlum dedit pluuiam. Laneum autem vestimentum nunquam induit. Genua verò ipsius obdurauerãt instar camelorum ex eo quod sem per flecteret ipsa coram Domino, propter excellentiam pietatis. Hunc igitur nomine non amplius appellabant, sed Iustus erat ipsi nomen. Hic nunquam in balneo se lauit, hic animatis non participabat, velut suprà à me indicatum est. Hic calceamentum non induit. Et multa de viro dicere possem, & de virtuosa ipsius conuersatione. Vides igitur quod domus omninò erat integerrima? Si enim filij Ioseph nouerunt virginitatis rationem & Nazaræorum opus quanto magis senex & venerandus vir nouit custodire Virginem castam, & honorare vas, in quod aduenit hominum salus? Neque ipsa natura nos docet, quòd vir erat senex ætate multum prouecta, magnus inter viros, fidelis moribus, pius specie? Dicit enim Euangelium, quòd fuerit vir timens Deum, & voluerit clanculum ipsam relinquere. Moritur autem hic Iacobus, frater Domini & filius Ioseph in Hierosolymis, vbi vixit post Saluatoris assumptionem annis plus minus viginti quatuor, anno suæ ætatis nonagesimo sexto, à fullone ligno percussus in caput, deiectus à pinnaculo templi, & delatus ac nihil læsus. Inclinauit autem genua, & orauit pro ipsis, qui eũ deiecerant, ac dixit: Ignosce ipsis Domine, non enim sciunt quid faciunt. Quemadmodum etiam Symeon procul stans nepos ipsius ex sorore, filius verò Clopæ dicebat, Cessate, quid lapidibus obruitis iustum? Et ecce pro vobis optima precatur. Et sic factum est ipsius martyrium. Si itaque huius filius tot annorum fuit, quomodo ergo huius pater videns horrendas res, Angelos natiuitatem filij stipantes, hymnósque à cœlo canentes & dicentes, Gloria in excelsis Deo, & in terra pax, in hominibus bona voluntas: & pastores cernens venientes in speluncam vbi natus fuit, & audiens ipsos hæc annunciantes, quomodo inquam, senex Ioseph, & prouectæ ætatis tanta signa ac miracula audiens, audebat debacchari, & cõtumelia afficere corpus sanctum, in quo habitauerat Deus, ex quo corpore collecta est nobis aduentus in carne dispensario, vnde sancta & impolluta caro nobis ædificata est in deitate Saluatoris, velut Angelus Gabriel illic dicit: spiritus sanctus superueniet in te, & virtus altissimi obumbrabit tibi. Quapropter & quod nascetur ex te sanctum, vocabitur filius Dei. Quomodo igitur audebat copulari tantæ ac tali sanctæ Virgini Mariæ? Quid verò prodest nobis de hoc quærere, an etiam copulatus ipsi fuerit? quod absit. vtrum verò magis eligendum est, num vt commendemus res Deo, aut vt enitamur ad deteriora? Quod quidem non scriptum est nobis: si non crediderimus, quòd non copulata fuit ipsi Maria, non habemus vitam æternam, sed in iudicium venimus: manifestum est. Scriptum est autem, Quid? Bona. Imò quid? Iusta. Quid? Reuerenda & honesta, quo demus etiam beneficium audientibus. verùm homines reliquerunt necessaria, de fidei veritate, de Dei glorificatione: & exquirunt vnde tandem comperiant sibiipsis detrimentum, heu quod periculosum est etiam cogitare, maximè quum Scriptura non dicat. Siquidem enim dixisset Scriptura, tradidissemus vtique veritatem, & nihil delibetassemus. Num enim inhonestæ sunt nuptiæ? num impurum cubile? num non est lectus impollutus, num obliterantur nuptiæ? At à Prophetis & pontificibus cohibentur propter maius ministerium. Nam postquam prophetauit Moses, non amplius vxori coniunctus est, non amplius liberos genuit, non amplius generat tales, habebat enim vitam Domino vacantem. Quomodo enim potuisset in monte Sina quadraginta noctes ac quadraginta dies degere,

Christus Leo dicitur.

Maria Leæna.

Iacobi fratris Domini sanctitas.

Tribuũ sacerdotalis ac regiaco gnatio.

degere, si nuptiis addictus fuisset? Aut quomodo potuisset quadraginta annos in deserto ad dispensationem Dei paratus esse, & sacerdotio vacare, & quomodo mysteria explicare, & colloquia cum Deo perficere, si nuptiis coniunctus fuisset? Si enim de nobis dicit sanctus Apostolus expresse,
A & dicit vt ad tempus vacent orationi, quanto magis de Prophetis hic sermo verus erit? Prophetissa itaque est etiam Maria. Ingressus enim est, inquit, ad prophetissam, & in vtero concepit, & peperit filium, & dixit Dominus ad me, Voca nomen eius, citò spolia, confestim deprædare, & cætera. Significat autem hic ingressum Gabrielis ad Mariam, quando exiuit vt bonum nuncium ei afferret, quòd genitura sit filium Dei Saluatorem mundo, non ex semine viri, sed per Spiritum sanctum. Sed & Philippo Euangelistæ quatuor fuerunt filiæ prophetantes, prophetabant autem propter virginitatem, quam habere dignæ factæ erant. Et Thecla incidit in Paulum sanctum, & à nuptiis exoluitur, quum curatorem siue sponsum haberet formosissimum, primarium vrbis, valde diuitem, generosissimúq; ac illustrissimum in vita. Et contemnit terrena sancta illa, vt cœlestium potens fiat. Si itaque hi talia, quanto magis Maria, in quam mirabilis tota dispensatio mysterij facta est? Vnde igitur contraham mentis intelligentiam ad bonum, & euertam caliginem eorum, qui horrenda conceperũt, velut scriptum est, Concepit laborem, & peperit iniquitatem. Hi enim vere concipiunt laborem cogitationũ, pariunt autem iniquitatem blasphemiarum. Cæterùm ne quis illa cogitet, & ipsa aliter subseminare sibiipsi tentans dicat, Quomodo igitur dixit Euangelium, quòd inuenta est in vtero habens Maria à spiritu sancto priusquam ipsi conuenissent? Igitur expectabatur congressus, & ea gratia dixit, Antequam conuenissent, siue congressi essent? Sed & rursus in alio loco, idem Euangelium rursus dicit: Et
B non cognouit ipsam, donec cognouit filium suum primogenitum: & non sciunt hi, qui speculationes Scripturarum se diuidere profitentur, & sublimia ac profundissima curiosè inuestigare conãtur, quod speculatio tali modo habet. Si vero primogenitus est omnis creaturæ ipse vnigenitus, ne tu multum facias. Non enim dixit, quod genuit primogenitum suum: sed quod nõ cognouit ipsam, donec genuit filium suum: & non dixit, Primogenitum suum, sed primogenitum. In eo enim quod dixit, filium suum, significauit ex ipsa secundum carnem genitum esse. In cognomine vero primogeniti, non amplius vocem, suum adposuit, se primogenitum solum. Hic enim est, qui apud Apostolum dictus est primogenitus omnis creaturæ, non coniunctus creaturæ, sed ante creaturam genitus. Nõ enim dixit primocreatus, sed primogenitus: distincta lectione ad id, quod melius ac tutius est, vt primùm dicat primogenitus, postea inferiorem creaturam nominet. Primogenitus enim de filio accipitur, creatura verò per filium. Genuit itaque filium suum primogenitum: non autem suum primogenitum, velut ipsa alium paritura esset. Et non cognouit ipsam. Vnde enim cognouisset, quòd tantam gratiam acceptura esset mulier, aut vnde cognouisset, quod tali gloria glorificanda esset virgo? Mulierem quidem nouerat ipsam formatione, & fœminam natura, & ex matre Anna, & ex patre Ioachim, & cognatam Elizabet, ex domo & familia Dauid: non nouerat autem, quod tali gloria honorandus esset aliquis in terra, maximè mulier. Non igitur cognouit ipsam, donec vidit miraculum, donec vidit genitum ex ipsa. Quando vero peperit, cognouit Dei honorem, quod ipsa esset, quæ audiuisset, Aue
,, gratiosa, Dominus tecum. Hæc est, quæ per Euam significatur quæ per ænigma accepit, vt mater viuẽ
,, tium vocetur. Illa etenim mater viuentium vocata est etiam, postquam audiuit, Terra es, & in terrã reuerteris, post transgressionem. Et mirum est quod post hanc transgressionem, magnum cognomẽ habuit. Et secundum sensum quidem, ab illa Eua omnis hominum generatio genita est in terra. Hic vero verè à Maria hæc vita mundo genita est, vt viuentem gigneret. Et facta est Maria mater viuentiũ.
C Per ænigma igitur Maria mater viuẽtium appellata est. Nam de duabus mulieribus dictum est, Quis dedit mulieri sapientiam, & scientiam variegandi? Nam prima sapiens est Eua, texẽs vestes sensibiles, propter Adam quem denudauit: ipsi enim datus est hic labor, quoniam per ipsam nuditas inuẽta est. Ipsi datum est amicire corpus sensibile, propter nuditatem sensibilem. Mariæ vero datum est à Deo, vt pepererit nobis agnum & ouem, & ex gloria ipsius agni ac ouis, factum est nobis velut á vellere, in sapientia per virtutem ipsius, indumentum incorruptibilitatis. Sed & aliud de his cogitare admirabile est, de Eua, inquam, & Maria. Eua enim mortis causa facta est hominibus, per ipsam enim ingressa est mors in mundum. Maria vero causa vitæ, per quam genita est nobis vita, & per hanc filius Dei accessit in mundum. Et vbi redundauit peccatum, ibi superabundauit gratia. Et vnde facta est, mors, illinc processit vita, vt vita pro morte fieret: & qui mulierem per nobis vita factus est, mortem ex muliere inductam excluderet. Et quandoquidem illic quidem Eua dum adhuc Virgo esset, in transgressione inobedientiæ fuit, rursus per Virginem obedientia gratiæ facta est, annunciato aduentu in carne de cœlo, & vita æterna. Illic enim dicit ad serpentem: Et inimicitiam ponam inter te & ipsam, & inter semen tuum & semen ipsius. Nusquam autem reperitur semen mulieris, verùm secundum ænigma de Eua, accipitur inimicitia aduersus ea quæ ab ipsa gignuntur, ipsius serpentis & diaboli qui in serpente fuit, & inuidiæ, proinde perfectissimè non potest totum in ipsa impleri. Implebitur autem reuera in semine sancto, eximio, solo, quod à Maria solum inuentum est, & non ex coniugio viri. Hic enim venit vt tolleret potestatem draconis, & obliqui serpentis fugientis, & totum terrarum orbem,
D se cepisse dicentis. Propterea aduenichat ex muliere vnigenitus ipse, ad tollendum serpentem, hoc est prauam doctrinam & corruptionem ac fraudem, errorémque ac iniquitatẽ. Hic est, qui verè aperuit vterum matris. Omnes enim quotquot geniti sunt primogeniti, quo etiam castius dicam, nõ potuerunt

Maria prophetissa.

Prophetiæ donũ virginitatis.

Primogeniti appellatio.

tuerunt hoc implere, verùm solus vnigenitus, qui virgineum vterum aperuit, in hoc enim solo perfectum est, & in alio nullo. Sed & ex ipsa argumenti tractatione videre est. De Maria enim accipitur dictio ipsa, & de Ecclesia hoc mihi dicendum erit. Propterea relinquet homo patrem suum & matrem suam, & adhærebit vxori suæ, & erunt duo in carnem vnam. Sanctus autem Apostolus dicit: Mysterium hoc magnum est, ego autem dico in Christum & Ecclesiam. Et vide mihi Scripturarum exactam sinceritatem: quòd de Adam quidem Formauit, dixit, de Eua verò non amplius Formatã esse dixit, sed ædificatam Accepit enim, inquit, vnam de costis eius, & ædificauit ipsi in vxorem: quo ostẽdat Dominum quidem de Martia efformasse sibi ipsi corpus, ab ipsa verò costa ædificatam esse Ecclesiã, in eo quòd punctum & apertum est ipsius latus, & mysteria sanguinis & aquæ, precia redemptionis facta sunt. Attamen cognouit Mariam Ioseph, non secundum cognitionem quandam vsus, non secũdum cognitionem societatis: sed cognouit ipsam reuerendam & ex Deo honoratam. Non enim nouit ipsam eiusmodi gloriæ esse, donec vidit Dominum ex muliere genitum. Et hoc, Priusquam cõgressi essent ipsi, inuenta est in vtero habens: vt ne vnquam inualesceret sermo eorum, qui putant ex societate viri esse mysterium Dei dispensatum. Dicit enim, Priusquam hoc factum esset quod expectabatur, non est autem facta hæc res. Etsi enim expectabatur Virgo Ioseph ad copulationem, quod neque fieri poterat propter senectutem: tamen præoccupat Scriptura, & nobis suggerit, & cogitationem munit, quum ipsum argumentũ diuini partus persuadere possit, vt non amplius accedat vir ad copulationem cum virgine. Sic etiam Angelus Ioseph persuasit, non esse eam opinionem quam ipse habebat. Simile est enim prædicto, Priusquàm congressi essent ipsi: velut expectata re, non autem facta. Quum enim iustus esset, quærebat non infamare ipsam, sed clanculum dimittere ipsam, vt qui prauus quidem fieret, si infamaret ipsam, non autem factus est, velut angelus docet, dicens: Ne metuas assumere Mariam vxorem tuam, quæ nondum facta est vxor, & si in suspicione peccati apud te est. At neque sic est velut putas, & cætera. Statim enim cõsequenter dicit, Quod enim genitum est in ipsa: velut iam genitum esset. Rursus autem, Pariet filium, velut de futuro. Sic enim erat, verùm ad fidem faciendam contigit præexclamatio. Sic etiam, Priusquam congressi essent: contenti sumus quod omnino non factum est. Et, Donec peperit filium suum primogenitum: eodem modo interpretari debes, propter miraculum cognitionis. Virginis apud Deum honoratæ. Neq; verò putet quis ex eo q̃ dicit, Priusquam congressi essent ipsi: quòd postea congressi sunt, neque enim potest quis demonstrare aut iudicare, sed vt ostendat impollutam conceptionem Saluatoris, Scriptura hoc confirmauit. A

Hoc igitur, Non cognouit ipsam: propter gloriam, Primogenitum verò, quoniam primogenitus est priusquam essent creaturæ, & primogenitus inter multos fratres, iuxta Apostolum, non iuxta eũ qui est à Maria, velut alij filij sint ex ipsa, sed inter eos qui digni facti sunt accipere per ipsum adoptionẽ in filios, quando filius ipsius fuit verè secundum carnem, vt ne apparentia esse putetur. Sed & primogenitus & filius ipsius Virginis, non quòd ipsa alios filios, velut dixi, habeat, simile enim est hoc in primo ante aduentum. Qui enim verè primogenitus est Patris superni ante omnem creaturam, non ex eo quod alij post ipsum ex patre geniti sunt, primogenitus dicitur. Non enim est ipsi frater secundus, propterea quod est unigenitus. Sic etiam in aduentu in carne, filius & primogenitus est Mariæ At vnigenitus Mariæ est, non habens secundum fratrem ab ipsa. Et cessent, qui contra seipsos machinantur nociua magis quàm vtilia. Ne me admoneas, Qui honorat Dominum, honorat etiam sanctum: Qui vero ignominia afficit sanctum, ignominia afficit etiam ipsius Dominũ. Sit Maria apud se sancta Virgo, sanctum vas. Nam hæc, quæ ad detrimentum spectant, nobis non prosunt. Oportet autem nos reuerentius cogitare, vt ne elatam ceruicem acquiramus, aut dissensionẽ, aut vaniloquiũ. De omni enim ocioso verbo rationem dabimus, velut scriptum est. De nobis ipsis curiosi simus, nostras ipsorum res consideremus, ne ea quæ nostra sunt, in sanctos reiiciamus, ne consideremus à nobis ipsis ea quæ sanctorum sunt. Omnino enim quidam grassatores & ad libidinem conuersi, & corruptam opinionem in seipsis habentes, etiam sanctos polluere volunt, ad honestam excusationem prauæ ac infirmæ suæ opinionis. Ad quos dixit Apostolus, Vellem quidẽ omnes esse sicut meipsum. Meipsum vero quomodo dicit præterquam propter castitatem? verùm propter scortationes vnusquisque suam vxorem habeat: subtractum est autem pronomen ipsum, habebat enim vim redarguendi ac retorquendi, poterat enim dicere, propter scortationes vestras. Detraxit itaque pronomen vestras, vt ne videretur in contumeliam quorundam hoc dixisse. Dictum est autem in condemnationẽ quorundam, qui non volunt vacare Deo, post vitam secundum legem, & postquam honestè cognouerunt vas suum ad liberorum generationem. Sic etiam veteres patres nostri hac forma vsi sunt, velut etiam inuenimus alicubi dicere Scripturam, Rebecca autẽ ex vno concubitum habens: quumautem ex vno dixit, castius quidem exposuit, ostendit autem conceptionem iustam esse. Postquã enim habuit libros, ostendit non amplius mulieri ipsum copulatum esse. Cæterùm quandoquidem facile & procliue est, ad praua potius conuerti mẽtẽ, quã ad necessaria, quũ lubrica sit nostra humana ratiocinatio, & nõ cito dirigat impetũ suũ ad rectã viã Domini, sed declinet nũc ad dextra, nũc ad sinistra: & grauatè impleat id quod apud Solomonẽ dictũ est: Ne declines ad dextra, neq; ad sinistra: & rursus aliter vertatur nostra malicia circa easdẽ cogitationes, & impellat nostrã modestiã rursus ad alias vias pergere, cauti igitur, simus, ne fortè hoc ipsũ q̃ abũdãti⁹ Virginẽ laudamus, fiat alicui in aliud offẽdiculũ imaginationis. Qui enim in filiũ blasphemi sunt, quẽadmodũ suprà à me ostẽsũ est, natura ipsũ abalie

B C D

Vellem omnes esse sicut meipsum, quomodo accipiendum.

nare à patris deitate conati ſunt. Alij verò rurſus aliter ſentientes, nimirum velut amplius honorare progreſſi, eundem eſſe Patrem dixerunt, & eundem filium & eundem ſpiritum ſanctum. Eſt autem vtriſque partibus incurabilis plaga. Sic etiam de ſancta hac & beata ſemper Virgine, aliqui quidem, A contumelia afficere ipſam auſi ſunt velut copulatam carni poſt maximam illam & ſinceram Domini diſpenſationem aduentus ipſius in carne, & eſt hoc impientiſſimum ac flagitioſiſſimum. Quemadmodum autem dicimus nos hoc audiuiſſe, quoſdam ita auſos fuiſſe, vt facilimè ſeipſos proiecerint in peccatum, ſic admirati ſumus, quum aliud rurſus audiuiſſemus, alios nimirum rurſus ita deſipere, vt in tractatione de ipſa ſancta ſempet Virgine, pro Deo hanc introducere ſtuduerint, & adhuc ſtudeant, & furore quodam ac amentia ducantur. Narrat enim quòd quædam mulieres illic in Arabia à patribus Thraces, hanc vanitatem inuexerunt, vt in nomen ſemper virginis collyridem quandam ſacrificent, & ſimul congregentur: & in nomen ſanctæ virginis vltra modum quid tentent aggredi, nephario ac blaſphemo negocio: & in nomen ipſius ſacra celebrent per mulieres, quod totum impium eſt ac nepharium, alienum à prædicatione ſancti ſpiritus: vt ſit totum diabolicum opus, & ſpiritus immundi doctrina. Impletur enim & in his hoc, Deficient quidam à ſana doctrina, attendentes fabulis, & doctrinis dæmoniorum. Erunt enim, inquit, mortuis cultum diuinum præſtantes, quemadmodũ etiam in Iſrael coluerunt. Et ſanctorum iuxta tempus in Deum gloria facta eſt aliis non videntibus veritatem in errorem. Nam in Sicimis, hoc eſt in Neapoli nunc appellata, indigenæ ſacrificiũ faciũt in nomen puellæ, nimirum ex occaſione filiæ Iephthæ, quæ aliquando oblata eſt Deo in ſacrificium, & deceptis factum eſt hoc in detrimentum idolatriæ & vani cultus. Sed & filiam Pharaonis, quæ honorauit ſeruum Dei Moſem, ſuſtulitque ac educauit, propter celebritatem tunc pueri, vltra decorũ honorauerunt Aegyptij pro Deo, atque hoc in malam traditionem ſtolidis demandarunt ad ſuperſtitioſam religionem. Et adorant Thermutim filiam Amenoph filij Pharaonis, quoniam educauit, velut dixi, Moſem. Et multa talia ac ſimilia facta ſunt in mundo ad ſeductionem deceptorum: nõ quòd ſancti ſint cauſa offendiculi quibuſdam, verùm quòd cogitatio hominum non quieſcit, ſed ad prauã euertitur. Siue enim mortua eſt ſancta Virgo & ſepulta, in honore ipſius dormitio, & incaſtitate, mors, & in virginitate corona: ſiue ſublata eſt, velut ſcriptum eſt, Animam ipſius pertranſibit gladius, inter martyres eſt ipſius gloria, & in laudibus ſanctum ipſius corpus, per quam lux exorta eſt mundo ſiue manſit, nam non eſt impoſsibile Deo omnia facere quæ vult, finis enim ipſius nemini notus eſt: non conuenit colere ſanctos vltra decorum, ſed honorare ipſorum Dominum. Ceſſet itaque error ſeductorum. Neque enim Deus eſt Maria, neque de cœlo corpus habet, ſed ex conceptione viri, & mulieris, ſecundum promiſsionem verò velut Iſaac diſpoſita. Et nemo in nomen huius offerat, ſuã enim animam perdit: neque rurſus debacchetur, contumelia afficiens ſanctam virginem, abſit enim, non fuit copulata carni poſt partum, neque ante partum Saluatoris. Et hæc quidem exigua nobiſcũ conſiderauimus, ac ſcripſimus volentibus diſcere Scripturæ veritatem, & non fruſtra inſultare ſermonibus, & blaſphemam quandam ſibiipſis exarmare linguam. Si vero non volunt quidam tolerare, neque vtilia ſuſcipere, ſed potius contraria etiam à nobis vilibus dicendum erit: Qui audit, audiat: & qui inobediens eſt, inobediens ſit: neque Apolis laborem exhibeat, neque nobis amplius. Quæ enim nouimus magis pia & vtilia Eccleſię, ea de ſancta Virgine diximus, patrocinantes per omnia gratioſæ, velut Gabriel dixit, Aue gratioſa, Dominus tecum. Si verò Dominus cum ipſa, quomodo erit in alio coniugio, quomodo carni miſcebitur, quæ à Domino cuſtoditur? Sancti ſunt in honore, qui eſ ipſorum in gloria: profectio ipſorum hinc, in perfectione: ſors ipſorum in beatitudine, in manſio- C nibus ſanctis, tripudium cum Angelis, diæta in cœlo, conuerſatio in diuinis Scripturis, gloria in honore incomparabili ac perpetuo, brauia in Chriſto Ieſu Domino noſtro, per quem & cum quo gloria Patri cum ſacto ſpiritu, in ſæcula ſæculorum. Amen. Salutant vos omnes fratres. Salutate autem, & ipſi omnes apud vos fratres fideles orthodoxos, qui odio habent ſuperbiam, qui auerſantur ſocietatem Arianorum, & nugas Sabellianorum: colunt autem coeſſentialem Trinitatem, Patrem & Filiũ ac ſanctum ſpiritum, tres ſubſtantias, vnam eſſentiam & vnam deitatem, & in ſumma vnam glorificationem, & qui non errant circa Saluatoris noſtri ſalutarem diſpenſationem & aduẽtum in carne, ſed credunt perfectẽ Chriſti in carnationem, perfectum Deum, eundem perfectum hominem, citra peccatum: non duos eſſe, ſed vnum Dominum, vnum Deum, unum regem, vnum pontificem, Deum & hominem, hominem & Deum: non duos, ſed vnum cognitum, non in confuſionem, neque in interitum ac obliterationem, ſed ad magnam gratiæ diſpenſationem. Valete. At verò epiſtolæ exemplari contenti, quod probẽ ſe aduerſus hos opponit, hactenus ſufficere hæc putamus. Et quum hanc hæreſim in Deo tranſgreſſi ſimus, velut reptile ex cauerna proſpectans, per ſapientem Dei doctrinam ac potentiam, quæ velut ſtyracis fragrantiam de ſe ſpirat in mundo: & per eum qui ex Maria lux exortus eſt mundo redarguerimus, & malum venenum ſerpentinæ ipſorum prauitatis oſtenderimus; ad alias rurſus pergamus, quo totum opus in Deo abſoluamus.

Mariapro Deo habita.

Homines pro Diis culti.

Contra Collyridianos Mariæ offerentes, hæreſim. LXXIX.

D

COnſequenter poſt hanc ad famam peruenit hæreſis, de qua iam mentionem fecimus in præcedente per epiſtolam in Arabiam ſcriptã, de Maria tractãtem. Sed hæc & hæreſis rurſus in Arabia à Thrace & ſuperioribus Scythiæ partibus emicuit, & ad aures peruenit, quę ſanè & ipſa ridicula eſt,

ac ludi

ac ludibrij plena apud prudentes reperitur. Incipiemus autem de ipsa tractare, & opiniones ipsius recensere: stoliditatis enim potius condemnationem incurret, quàm vt aliquid sapientiæ in ipsa esse iudicetur: quemadmodum etiam aliæ similes huic fuerunt. Sicut enim supra per cõtumeliam in Mariam, hi qui hæc opinari videntur, nociuas opiniones in cogitationes hominum seminant: sic etiam hi ad alteram partem inclinantes, in summo detrimento deprehenduntur: quo illud quod apud ex- A
Extremitates æqualitates, Prouerbium. ternos quosdam philosophos celebre est, dum dicunt, Extremitates æqualitates, etiam in ipsis impleatur. Aequale est enim in vtrisque his sectis detrimentum, quum illi quidem vilipendant sanctam Virginem, hi verò rursus vltra decorum glorificent. Hi enim qui hoc docent, qui sunt præterquã mulieres? Muliebre enim genus lubricum est, erroneumque ac intellectu humili præditum: etenim & ipsi diabolo visum est hoc à mulieribus euomere. Quemadmodum enim suprà apud Quintillam & Maximilliam ac Priscillam ridicula sunt dogmata, sic etiam hic. Quædam enim mulieres currũ quẽdam, siue sellam, quadratam ornantes, expasso super ipsum linteo, in die quadam illustri anni per alt quot dies panem proponunt, & offerunt in nomen Mariæ. Omnes autem pane participant, velut in epistola in Arabiam à me scripta ex parte disseruimus. Nunc autem clarè de ipsa dicemus, & confutationes contra ipsam pro viribus Deum inuocantes, apposituri sumus: quo huius simulacrificæ hæresis radicibus excisis, à quibusdam talem rabiem exoluere in Deo possimus. Age igitur, virilem animum induamus, & harum mulierum insaniam dissipemus. Totum enim hoc, mulieris opinio est, & Euæ rursus deceptæ morbus, imò potius serpentis, bestiæ illius irratiuæ, & quæ loquuta est in ipsa, est hæc erroris promissio, nihil in medium afferens, neque promissa perficiens: sed solum mortem efficiens, ea quæ non sunt, velut quæsint nominans, & per visonem ligni inobedientiam faciens, & auersionem ab ipsa veritate, & vt ad multa se conuerteret. Aestimare autem licet qualia impostorille seminarit, dum ait, Eritis sicut dij. Sic & harum opinio per prædictæ bestiæ elationem impulsa est. nã in hac natura rursus mortem operatur, velut sæpe dixi. Primùm equidem statim consideremus ab æterno vsque in hunc diem, cui non manifestum est, quòd dæmoniorum est doctrina & forma & aba-
Mulieres non sacrificant. lienata aggressio: Deo enim ab æterno nullatenus mulier sacrificauit: non ipsa Eua, & quidẽ in trãsgressione constituta. At non ausa fuit amplius talem impiam aggressionẽ perficere, non vna ex ipsius filiabus, & quidem quum Abel statim sacrificauerit Deo: & Cain obtulerit sacrificium coram Do- B
mino, sed non acceptum: & Enoch complacuerit Deo, ac translatus sit: & Noe obtulerit ex reliquiis quæ supererant ex arca, gratas oblationes Domino. Abraam autem iustus sacrificat Deo, & Melchisedec sacerdos Dei altissimi, & Isaac Deo complacens reperitur. Et Iacob pro viribus obtulit in lapide de Ieaticula, affuso oleo. Filij verò huius, Leuis quidem ex ordine sacerdotium suscepisse reperitur. Ex ipsius autem genere sunt, qui sacerdotalem ordinem susceperunt, Moses inquam, Propheta & Hierophantor, Aaron item & filij ipsius, Eleazárque & Phinees, & Ithamar huius nepos. Et quid opus est me recensere multitudinem eorum qui Deo sacrificarunt in veteri Testamento? Sic Achitob sacrificare reperitur, & Coritæ & Gersonitæ, & Meraritæ, quibus Leuiticus ordo demandatus fuit. Et domus Eli, & qui post ipsum de cognatione eius in domo Abimelech & Abiathar, Chelciasq; ac Buzi, vsque ad Iesum sacerdotem magnum, Esdrámque sacerdotem & alios, & nusquam mulier sacrificauit, aut sacerdotio functa est. Deueniam autem & ad nouum Testamentum. Si mulieribus præceptum esset sacrificare Deo, aut regulare quicquam operari in Ecclesia, oportebat magis ipsam Mariam sacrificium perficere in nouo Testamento, quæ digna facta est suscipere in propriis sinibus C
vniuersorum regem Deum, cœlestem filium Dei: cuius vterus templum factum est ac domicilium
Mulieres ne fungantur ministeriis in Ecclesia publicis. Discipuli. Domini. ad Domini in carne dispensationem, per Dei benignitatem, & admirandum mysterium præparatus est. At non complacuit. Sed neque baptisma dare concreditum est, alioqui potuisset Christus ab ipsa baptizari potius, quàm à Ioanne. At Ioãnes quidem filius Zachariæ in deserto perfecit baptisma remissionis peccatorum sibi concreditum habens. Pater vero huius Deo sacrificabat, & in tẽpore suffitus visionem vidit. Petrus item & Andreas, Iacobus & Ioannes, Philippus & Bartholomæus, Thomas Matthæus, & Iacobus Alphæi, & Iudas Iacobi, & Simon Cananæus, & Mathias qui in complementum duodecim electus est: hi omnes electi sunt Apostoli, sacrificantes per terrã Euangelium vnà cũ Paulo & Barnaba ac reliquis, & mysteriorum duces cum Iacobo fratre Domini & primo episcopo Hierosolymorum. A quo episcopo & prædictis Apostolis constitutæ sunt successiones episcoporũ, & presbyterorum in domo Dei: & nusquam mulier inter hos constituta est. Fuerunt autem, inquit, quatuor filiæ Philippo Euangelistæ prophetantes, non tamen sacrificantes. Et erat Anna prophetissa filia Phanuelis, sed non sacrificium concreditum habuit. Oportebat enim impleri hoc, Prophetabũt filij vestri & filiæ vestræ, & iuuenes vestri visiones videbunt, & seniores vestri somnia somniabunt. Et ministrarum quidem diaconissarum appellatarum ordo est in ecclesia, sed non ad sacrificandũ, neq; vt quicquam aggredi permittantur, verùm reuerentiæ gratia muliebris generis, aut propter horã balnei, aut visitationis affectionis, aut laboris. Et quando nudatum fuerit corpus mulieris, vt ne à viris sacrificantibus conspiciatur, sed à ministrante muliere, cui præcipitur à sacerdote vt curam gerat ad tẽ
Mulierum in Ecclesia ministeria quæ sint. Diaconissæ pus indigentis mulieris, in tẽpore denudationis corporis ipsius, ita vt ordo bonę disciplinæ & ecclesiasticæ bonæ constitutionis, valdè scientificè munitus sit, in mensura regulæ. Quapropter neq; per- D
mittit diuina Scriptura mulieri, vt in Ecclesia loquatur, neque vt viro dominetur. Et multa possunt de hoc dici. Obseruandum est autẽ, quod diaconissis solum indiguit ecclesiasticus ordo, viuásque eas nominauit, & ex his adhuc seniores: aniculas: nusquã autẽ presbyteras aut sacrificulas constituit. Nã

neque

neque diaconis in Ecclesia concreditum est, vtaliquod mysterium perficiant, sed solum vt administrēt & exequantur commissa. Vnde verò nobis rursus hæc noua fabula excitata est? Vnde mulierum fastus & insania mulieribris? Vnde nutrita malicia, rursus per fœminam nobis fœmineam opinionem mentibus infundens, suam voluptatem operans, à proposito decedere miseram hominum naturum cogere conatur? Cæterum suscipiamus animum ipsius Iob, firmitatem Athletæ illius, armemur iusta responsione in labia assumpta. Dicamus & ipsi, velut vna ex stolidis mulieribus loquuta es: vnde enim non stolidum hoc apparebit, omni prudentiam habenti, eamque per Deum adepto? Vnde non est simulacrificum hoc studium, & diabolicus conatus? Prætextu enim iusticiæ semper subiens hominum mentem diabolus, mortalem naturam in hominum oculis deificans, statuas humanas imagines præ se ferē, tes per artium varietatem expressit. Et mortui quidē sunt, qui adorantur, ipsorum verò imagines, quæ nunquam vixerunt: nequæ enim mortuæ esse possunt, quæ nunquam vixerunt adorandas introducūt adulterante mente ab vno & solo Deo: velut cōmune scortum ad multam multiplicis coitus absurditatem irritatum, & quod temperantiam legitimi coniugii vnius viri detriuit. Reuera sanctum erat corpus Mariæ, non tamen Deus. Reuera virgo erat ipsa virgo & honorata, sed non ad adorationem nobis data, sed ipsa adorans eum, qui ex ipsa, carne genitus est, de cœlis verò ex finibus paternis accessit. Et propterea Euangelium munit nos, dicens quòd ipse Dominus dixerit, Quid mihi & tibi curæ est mulier? nondum venit hora mea. Quo non putarent aliqui magis eximiam esse sanctam virginem, mulierem eam appellauit: velut prophetans, quæ futura essent in terra, sectarum ac hæreseon gratia: vt ne aliqui nimium admirati sanctam, in hanc hæresim eiusque deliramenta dilabātur. Est enim ludibrium tota res, & anicularum fabula, vt ita dicam, tota hæresis tractatio. Quę verò Scriptura de hoc narrauit? Quis Prophetarum præcepit hominem adorari, nedum mulierem? Eximium equidem est vas, sed mulier, & nihil à natura immutata: verùm & intellectu & sensu in honore honorata, velut corpora sanctorum, & si quid amplius ad glorificationem dixerim, sicut Helias ex matre virgo, & sic manēs in perpetuum, & translatus, & mortem non conspicatus, sicut Ioannes qui super pectus Domini recubuit, quem diligebat Iesus, sicut Thecla sancta. Et Maria adhuc honorarior hac est, propter dispensationem mysterii qua digna facta est. Sed neque Helias adorandus est, etiamsi in viuis sit: neque Ioānes adorandus, quanquam per preces suas proprias dormitionem suam admirandam effecerit. imò potius ex Deo gratiam acceperit. Sed neque Thecla, neque quisquam sanctus adoratur. Non enim dominabitur nobis antiquus error, vt relinquamus viuentem, & adoremus ea quæ ab ipso facta sunt. Coluerunt enim & adorarunt creaturam prętер creatorem, & stulti facta sunt. Si enim angelos adorari non vult, quanto magis eam quæ genita est ab Anna, quæ ex Ioachim donata est Annæ, quæ per preces & omnē diligentiam, secundum promissionem patri ac matri data est, non tamen aliter genita est prætер hominum naturam, sed sicut omnes ex semine viri & vtero mulieris. Tametsi enim historia Mariæ & traditiones habent, quod dictum est patri ipsius Ioachim in deserto, Vxor tua concepit, tamen non quòd sine coniugio hoc factum, neque sine semine viri, sed futurum Angelus missus præuaticinatus est, vt ne qua hæsitatio fieret propter id quod in veritate factum est, & iam ex Deo ordinatum, & iusto promissum. Et vndiquaque videmus Scripturas sic narrantes. Esaias enim prædicit de futuris in filium Dei implendis: Ecce virgo in vtero habebit & pariet filium, & vocabunt nomen ipsius Emanuel. Et quoniam virgo erat quæ genuit, & Deus nobiscum iuxta interpretationem in muliere conceptus: quo ne in suspicionis dubitatione esset veritas apud Prophetam, vidit in visione. & narrat ex Spiritu sancto coactus Propheta, & dicit, Et ingressus est ad Prophetissam: narrans de Gabrielis euangelico boni nuncii ingressu, qui missus est à Deo vt exoneret vnigeniti filii Dei ingressum in mundum, & natiuitatem ex Maria. Et in vtero concepit, inquit, & peperit filium. Et dixit Dominus ad me, Voca nomen eius, citò spolia, confestim deprædare, & cætera. Priusquam nouit puer vocare patrem & matrem, capiet vim Damasci, & spolia Samariæ, & cætera. Et hæc omnia nōdum erant perfecta, futura enim erāt in filio Dei, & implenda post mille et sexcentos plus minus annos. Et futura post tot generationes, velut iam facta videbat Propheta. Ergo nugæ erant? absit. sed cautè quod à Deo dispensatum fuit, velut iam perfectum prædicabatur, vt ne fides veritati non haberetur, vt ne in dubitationem veniret in suspicione Prophetæ tam admirandum ac stupendum mysterium, quod futurum erat. Aut non vides ipsam prędicationem quę subsequitur, quo dicit ipse sanctus Esaias: Sicut ouis ad cędem ductus est, et velut agnus coram tondente ipsum mutus, hic non aperiebat os suum. Generationem verò ipsius quis enarrabit, quia tollitur de terra vita ipsi⁹. Et dabo malos pro sepultura ipsi⁹ et cętera. Et vide quomodo prima velut posteriora narrat, & posteriora velut facta ītерpretatur, dū dixit, Sicut ouis ad cędē duct⁹ est: prætеritū esse dicit. Nō enī dixit, ducitur, et nondū erat ductus, qui ab Esaia prędicabatur. Dicebatur autē à Propheta velut iam facta res. Nam mysticus Dei ductus transiliri non poterat. Ex ipso verò procedens, non amplius velut facta dixit, vt ne rursus errorem efficeret: sed inquit, Tollitur de terra vita ipsius. Ex duabus autem sententiis ostendit veritatem. nam ductus, iam perfectum erat: & tollitur, postea inplebatur: quo ex eo quod factum esset, intelligeres veritatem, & ptomissionis Dei firmitatem: ex futuro verò, tempus coniectares reuelandorum mysteriorum. Sic etiam de Maria Angelus prædicebat id, quod futurum erat. Ingressus est pater huius in domum suam, vt à Deo acciperet id, quod per preces patris ac matris petitum erat, nempe, Vxor tua concepit in vtero: quo firmiter perficeret cogitationem fidelis in promissione: hoc verò factum est quibusdam in errorem. Impossibile enim aliquē in terra generari prętер hominum naturam. Solum enim ipsum decuit, soli ipsi natura cessit, hic velut plastes & rei potestatem habens, seipsum de Virgine velut de terra efformauit, qui de cœlis descendit,

Imagines damnatæ.

Sancti nō adorandi.

Historia Marię.

Futuraue lut prætеri ta Prophetæ narrant.

& carnem induit Deus Verbum ex ſancta Virgine: non tameu vt adoretur virgo, neque vt Deum hãc efficeret, non vt in nomen ipſius offeramus, non vt poſt tot ſæcula mulieres ſacerdotes ac ſacrificulas oſtenderet. Non cõplacuit hoc Deo in Salomone fieri, non in Maria. Non permiſit ipſi dare baptiſma non benedicere diſcipulos, non imperare in terra iuſſit, ſed & ſolam ipſam ſanctificationem eſſe, dignam factam eſſe regno ipſius. Non appellatę matri Rufi, nos his quæ ſequutæ ſunt ipſum à Galilæa, nõ Marthæ ſorori Lazari & Mariæ, non alicui ex ſanctis mulieribus quæ dignæ facta ſunt à præſentia ipſius ſaluati, & ſubminiſtrarunt ipſi ex propriis ſuis bonis, nõ mulieri Chananitidi, non è ſanguinis profluuio laboranti ac Satanæ, non vlli alicui mulieri in terra hanc dignitatem demandauit. Vnde igitur rurſus nobis rotundus & in orbem ſe gyrans draco? Vnde renouantur ob aliqua illa conſilia? Sit in honore Maria. Pater & Filus & Spiritus ſanctus adoretur. Mariam nemo adoret, non dico mulierem imò neque virum. Deo debetur hoc myſterium. Neque Angeli capiunt talem glorificationem. Deleãtur quæ malè ſcripta ſunt in corde deceptorũ. Tollatur ex oculis cupiditas ligni. Conuertatur rurſus figmentum ad Dominum, Reuereatur Euacum Adam vt Deum colat ſolum, ne ducatur ſerpentis voce, ſed permaneat in Dei præcepto, Ne comedas de ligno. Et erat lignum non error, ſed per ipſum lignũ facta eſt inobedientia erroris. Ne comedat quis de errore, qui eſt propter ſanctam Mariam. Nam etſi pulchrum eſt lignum, ſed tamen non ad cibum. Et ſi pulcherrima eſt Maria & ſancta & honorata, at non ad adorationem. Hæ verò rurſus renouant fortunæ mixturam, & præparant diabolo, & non Deo menſam, velut ſcriptum eſt. Et paſcuntur cibo impietatis, velut dicit diuina Scriptura, & fœminæ terunt pollinem, & filii colligunt ligna, vt faciant placentas oleo ſubactes exercitui cœli. Compeſcantur à Hieremia tales mulieres, & ne turbent orbem terrarum. Ne dicant, honoramus reginam cœli, nouit enim Taphnas has punire. Nouerunt loci horum ædificiorum corpora ſuſcipere ad putrefactionem. Ne credas Iſrael mulieri, Reſulta à malæ mulieris conſilio, Mulier enim precioſas virorum animas corripit. Huius enim pedes ducunt vtentes poſt mortem in infernum. Ne attendas prauæ mulieri. Mel enim diſtillat à labiis mulieris meretricis, quod ad tempus lenit guttur tuum, poſtea tamen amarius felle reperies, & magis acutum quã anceps gladius. Ne credas huic mulieri prauæ. Omnis enim hæreſis eſt praua mulier, amplius verò mulierum hæreſis hæc, & ea quæ eſt eius qui primam mulierem decepit. Honoretur mater noſtra Eua velut à Deo formata, ne audiatur autem, vt ne perſuadeat filios, vt edant de ligno, & tranſgrediantur mandatum, pœnitentiam verò agat etiam ipſa à vaniloquio, conuertetur pudefacta & foliis ficus amicta. Conſideret autem ſeipſum etiam Adam, & non amplius ipſi credat. Nam erroris perſuaſio, & mulieris ad contrarium conſilium mortem proprio coniugi effici, & non ſolum, ſed etiam filiis. Subuertit figmentum Eua per tranſgreſſionem, irritata per vocem ac promiſſionem ſerpentis, ſeducta ex prædicatione, & ad aliam ſententiam progreſſa. Quapropter omniũ Dominus & Saluator volens curare morbum, & ædificare ſubuerſum, & corrigere imminutũ, quãdoquidem à muliere mors in mundum venit, ex muliere virgine ipſe genitus eſt: quo mortem concluderet, & defectum expleret & imminutum perficeret. Reuertitur autem nobis rurſus malicia vt defectum in mundum producat. Sed neque iuuenes neque ſenes credũt mulieri, propter temperantiam ab initio. Non ludificat Aegyptia caſtum Ioſeph, neque euertit, & quidem per multas artes aſtuto conſilio erga adoleſcentem vſa. At non ludificatur homo, qui ex Spiritu ſancto prudentiam accepit, non diſſipat caſtitatem, vt ne nobilitatem vilipendat, relinquit amiculum, & corpus non perdit, fugit è loco, vt ne cadat in laqueum: ad tempus punitur, ſed in æternum regnat. In carcerem coniicitur, ſed præſtat in carcere manere, & in ãgulo ſub dio, quàm cum vxore pugnace & loquace. Et quàm multa dicere poſſem? Siue enim velut ipſam adorantes Mariam, ipſi offerunt collyridem ſiue placentam vanæ iſtæ mulieres: ſiue pro ipſa offerre conantur prædictam hanc putidam oblationem, tota res ſtolita eſt & aliena & ex dæmonum motu fraus & impoſtura. Quo verò non longius extendam ſermonem, ſufficient nobis relata. Maria in honore ſit. Dominus adoretur. Iuſti enim nemini exhibent errorem. Deus malis nõ tentatur. Et tentat etiam ipſe neminem, neque ſerui ipſius ad deceptionem. Vnuſquique verò tentatur ex propria concupiſcentia attractus & ineſcatus. Deinde cupiditas parit peccatum, peccatum autem perfectum parit mortem. Cæterùm quum de omnibus his hæc ſufficere ô chariſſimi putemus, et hanc vt ita dicam, cantharidem, forma quidem auricolorem, alatam verò ac volantem, venenumque eiaculantem, et virus in ſeipſam habentem, per doctrinam veritatis contriuerimus, ad vnam illam, quæ adhuc reſtat, pergamus, Deum inuocantes, vt opituletur nobis, quo veritatis partes inueſtigem⁹, et cõtra aduerſarios confutationem perfectam efficiamus.

Maria quomodo honorãda

Fortunæ mixtura.

Mulierum malicia.

Malicia defectum in mundũ prouehit.

Contra Maßalianos quibus coniunguntur Martyriani, ex Græcis exiſtentes, & Euphemitæ ac Sataniani, hæreſim LXXX.

Maſſalianorum & Martyrianorum hæreſis 80.

SAtiari non poteſt impudentia, neque repleri inſipientia, verùm ad omnia expandit ſuam cogitationem, et hians os haber, ut Adam et Noe, ſomnia corrumpat, diuerſimodè deterens temperantiã et ſcortationis ſtudium multiformiter iniuria affectis ſubſeminans. Nam poſt has hæreſes, rurſus fatua quædam & inſipientia plena exorta eſt, ridicula tota, inſtabilitatem habens opinionem, & viris & mulierculis deceptis. Maſſaliani autem hi appellantur, quos precatores interpreteris. fuerunt autem ante aliquod tempus, à temporibus Conſtantii & hucuſque. Alii verò ſunt rurſus Euphemitæ ſiue Maſſaliani appellati, & fortaſſis etiam hæc hæreſis imitatoriam illius æmulationem habuit. Verùm illi quidem ex Græcis origenem trahebant, neque Iudaiſmo addicti, neque Chriſtiani exiſtentes, neque

Maſſaliani. Euphemitæ.

ex

ex Samaritis,ſed ſolum Græci videlicet,& Deos quidem dicentes,nullum verò adorantes,ſed vni ſoli adorationem tribuentes,& ipſum omnipotentem appellãtes.Conſtruxerunt autem hi ſibiipſis domos quaſdam aut locos amplos inſtar fororum,& adoratoria ipſa vocauerunt.Et fuerunt quidam antiquitus orationum loci,tum inter Iudæos extra ciuitatem,tum inter Samaritas,velut etiam in actibus Apoſtolorum inuenimus,vbi purpuratum venditrix Lydia Paulo occurrit,& ſic quoque diuina Scriptura narrat: quòd videbatur locus orationis eſſe.& acceſſerunt ac docuerunt Apoſtoli mulieres,quæ illo tẽ
A pore conuenerant.Sed & orationis locus eſt in Sicimis, quæ nunc appellatur Neapolis,extra vrbem,in campeſtri regio ne duorum fermè ſignorum diſtantia,ſpeciem theatri præ ſe ferens,in aëre & ſubdio, conſtructus à Samaritis,qui omnia Iudæorum imitantur.Iſti verò priores Maſſaliani à Græcis orti,qui ante eos, qui nunc ſunt ex nomine Chriſti exorti, fuerunt: etiam ipſi in quibuſdam regionibus talia dam loca conſtruxerunt,adoratoria & precatoria appellantes.In aliis verò locis etiam natura Eccleſias ad ſimilitudinem ſibiipſi fecerunt,& ad veſperam & mane,multis lucernis ac luminibus incenſis congregãtur,& diu ac per longum tempus lectiones quaſdam per doctos ſuos,& laudes quaſdam in Deũ facientes,velut per lectiones ac laudes Deum placentes,ſeipſos decipiuut. Cæterum ignorantia cæca exiſtens,omnia hæc per opinionis exiſtimationem ſeductis illis efficit.Fulminę autem icta eſt ante tempus aliquod una quædã eiuſmodi ſtructura, haud ſcio in quo loco,fortaſſis autẽ in Phœnice hoc audiuimus. Sed & pricipes quidam æmulatores pietatis multos ex his occiderunt eo quod adulterant ueritatem,& imittentur Eccleſiæ mores,quum non ſint Chriſtiani, neque ex Iudæis orti. Arbitror autem Luppicianum prætorem vnum fuiſſe,qui eoſdem Euphemitas Græcorum ſupplicio affecit, Ex qua occaſione exortus eſt ipſius alius error.Quidam enim accepta corpora tũc occiſorum propter talem Græcanicam iniquitatem,ſepelierunt in quibuſdam locis,& illic rurſus eiſdem laudes perficiunt,& Martyrianos ſeipſos cognominauerunt,nimirum propter eos qui pro idolis martyrium ſubiuerũt. Alii porrò rurſus ex his adhuc profundius quiddam cogitantes,velut pro ſtultitia ſua,conſiliario intelligentia
B fua vſi dixerunt,Satanas magnus eſt & fortior,& multa hominibus mala facit.Cur non potius ad hũc confugimus,& ipſum adoramus,ipſúmque honoramus,& ipſi laudes dicimus,quo propter blandum cultum non faciat nobis mala,ſed nobis,vt qui ſerui ipſius ſumus facti,parcat: atque ſic etiam hi Satanianos ſeipſos cognominauerunt.Horum verò hæreſim ſic ſimul compoſuimus cum prædictis de quibus nunc dicturi ſumus,nam æqualiter ſub dio progreſſi,& à veritate digreſſi,precibus ac hymnis vacauerunt.Verum omnia quidem hæc ridicula & innoxia erant,& mentẽ à veritate abducere nõ poterant.Non enim in Chriſti nomen eſſe dicebantur,ſed in totum Græci. Nunc verò ab illis primis ſunt hi,qui nunc vocãtur Maſſaliani,quorum neque principium,neque finis,neque caput,neque radix:ſed per omnia ſunt ſine fulcro,& ſine principe,ac ſeducti,non habentes omnino fulcrum nominis,aut ſtatuti,aut ritus,aut legiſlationis.Videntur itaque hi ſimul viri & mulieres,nimirum in Chriſtum ſe credere dicentes,velut qui renunciauerint mundo,& de propriis bonis ſeceſſerint.Simul autem permixtim viri cum mulieribus,& mulieres cum viris in eodem loco dormiunt,in vicis & plateis æſtatis tempore eo quòd non habent poſſeſſionem,vt,inquiunt,in terra. Non ſunt autem impediti,& extendunt manus,ac petunt,velut victu carentes & nihil poſſidentes,verba verò ipſorum ſimilia ſunt ſermonibus inſipientium.Quæcunque autem ex ipſis interrogaueris,is illum ſeipſum eſſe dicit,quęcunque rãdem volueris. Siue enim Prophetam dixeris,dicet,ſum Propheta: ſiue Chriſtum nominaueris,dicit,ſum Chriſtus: ſiue patriarcham,eodem nomine ſeipſum impudenter nominat: ſiue angelum,etiam ſeipſũ
C ſic vocat.Et in ſumma,ô hominum vanitatem,ieiunium omnino ignorant,ſed vel orationibus vacantes,et ab hora ſecunda aut tertia,aut etiam nocte ſi famem perceperint,omnia intrepidè operantur edentes ac bibentes. Cęterum de turpitudine aut libidine non valde poſſum ſcire, veruntamen neque ab hac abſunt,præſertim quum ſimul in communi dormiant viri ac mulieres.Hi verò etiam in Antiochia ſunt à Meſopotamia digreſſi.Habuerunt autem noxiam hanc opinionem ex immodeſtia ſimplicitatis quorundam fratrum.Quidam enim ex noſtris fratribus et orthodoxis,non cognoſcentes menſuram conuerſationis vitæ in Chriſto, quæ præcipit renunciare mundo,poſſeſſionibúſque propriis,et à pecuniis alienum eſſe,venderéque ſua,et dare pauperibus: accipere verò crucem,et ſequi in veritate non ocioſum,neque ſine operatione,neque intempeſtiuè cibum capientem,neque hunc alieno labore partum,velut veſpa cum apibus ſolet,verùm operari propriis manibus, quemadmodum etiam ſanctus Apoſtolus Paulus mundo renunciauit, præco exiſtens veritatis. Cuius manus non ſolum ſibiipſi ſufficiebant,ſed etiam his qui cum ipſo erant,non quòd illi fuerint ocioſi,ſed ſimul affuerunt ipſi in operatione,velut alicubi gloriatur,ac manifeſtiſſimè docet,dicens : Qui non laborat,neque edat: quidam,inquam,ex prædictis fratribus velut à Mane edocti fortaſſis,vt ita dicam,eo qui à Perſide aſcendit,docuerunt quædam quæ non oportebat ſic eſſe verum potius conſiderare decebat tales,quæ præ-
D cepit diuinus ſermo his, qui nihil operatur. Seduxit enim quorundam opinionem ſermo à Saluatore dictus: Operemini non cibum qui perit,ſed qui manet in vitam æternam. Arbitrantur autem eũ,qui perit eſſe honeſtam operationem,cuius laborem habemus ad iuſticiam,quæ ſanè implebatur in Abraã per vitulum : & in labore viduæ per Heliam : & in operatione ipſius Iob,per filios ac ſeruos & iumenta ac poſſeſſiones : & in omnibus Dei ſeruis,qui ad iuſticiam laborant propriis manibus,ad impertiendum etiam indigentibus.Quemadmodum etiam in ſingulis monaſteriis tum in Aegyptiorum regione,tum in aliis omnibus ſic laborant ad iuſticiam,velut apis,in manibus quidem habens ceram opificii,ore verò guttas mellis,cum propria hymnifera voce,vniuerſorum Dominum iuxta proprium ſenſũ laudat,velut Solomon teſtatur: quod Sapientiam honorans producta eſt. Sic etiam ſerui Dei, qui

Adoratoria vbi fuerint.

Sicima, Neapolis

Maſſaliani vnde orti.

Luppicianus prætor.

Martyriani.

Sataniani

Vitæ Chriſtianæ renunciationis ratio.

Cibus qui perit,quis ſit.

Monaſteria laborã tum ſuis manibus.

verèin firma veritatis petra fundati ſunt, & domum ſuam ſecurè ędificant, propriis manibus tenues ſuas operationes operantur iuxta vniuſcuiuſque artem: in ore verò omnem fermè diuinam Scripturã annunciant, citráque fatigationem & impigrè frequẽtes agunt vigilias, partim in orationibus, partim in Pſalmodiis. Perpetuò autem conuentus ex more ſtatuto ordinatos faciunt, verſantúrque interdiu ſemper aſſiduis iuxta interuallum horis, preces ad Deum irreprehenſibiliter cum multa humilitate, & doloroſo eiulatu ſurſum emittens. Et propriis manibus, velut dixi, operantur, vnà cum ſpirituali operatione, vt ne egentes fiant, & in ſimulationes humanas incidant, ita vt non amplius impio veritatem A
dicere poſſint, neque extra ſordes eſſe hominum iniuſtorum diuitum & circumuenientium pauperes, neque extra cibos horum eſſe, quum non poſſint ex iuſtis laboribus quotidianum habere alimentum, ſed cogantur propter ocii egeſtatem menſę diuitum participes fieri. Quapropter præcepit diuina Scriptura, Ne cupias cibos diuitum, hi enim hærent ex vite mendaci: & rurſus in alio loco dicit, Quod oportet tales ſibiipſis parare: ſi verò inſatiabilior es, ne concupiſcas ipſorum cibos. Hac enim parte gloriam repererunt pueri in Babylone, qui abnegauerunt menſam regis, & maluerunt ſeminibus contenti eſſe, quàm menſa frui: & cibis ac pecuniis gloriæ renunciauerunt. Sic Moſes maluit coaffligi cum populo Dei, quàm frui theſauris in Aegypto, operans autem propriis manibus, adeptus eſt prophetiam. Otium enim hic paſtor conſtitutus fuit, generoſus ille & filius filiæ regis, vt ne ocioſum ederet panẽ. Sic etiam docet pater noſter Iacob, dicens ad Laban, Da mihi quod agam, vt labore acquiram propriũ
Laboris in Euãgelio ratio. panem: & ipſi rurſus paſtura pecoris demandata eſt à proprio ſocero, vt ne ocioſum panem edant iuſti. At verò Apoſtolis dictum eſt, vt contenti ſint prædicatione verbi, vt ne occupati ſint iter facientes à ciuitate ad ciuitatem, & à loco ad locum, ad prędicandum. Dignus eſt enim operarius mercede ſua. Et ſufficit operanti alimentum ſuum. Sed & paſtoribus ſimiliter propter aſſiduam occupationem circa populos, & eccleſiaſticam adminiſtrationem, & frequens miniſterium, dicit diuina Scriptura: Quis paſcit gregem ouium, & de lacte ipſius non edit? Aut quis plantat vineam, & de fructu ipſius non participat? Et dicit: Laborantem agricolam, oportet primùm fructuum participem fieri: quo presbyterum aut epiſcopum non quotidiano alimento deſtitutum conſtitueret, inhortans populos, vt ex iuſtis B
laboribus tribuant ſacerdotibus, quæ ad alimentum pertinent, per primitias & oblationes, atque alia. Quorum poteſtatem habentes hi, qui ex Deo conſtituti ſunt ad deducendum populos, neque his vtuntur ad ſatietatem, qui Deo perfectè complacere volunt. Nam & ex ipſis Dei ſacerdotibus quidam vnà cum prædicatione verbi imitantes ſanctum ipſorum poſt Deum in Chriſto patrem, Paulum inquã ſanctum Apoſtolum, etiam ipſi pro viribus, etiamſi non omnes, attamen plures propriis manibus operantur, qualem tandem iuxta proportionem dignitati & eccleſiaſticæ curæ aſſiduitati conuenientem repererint artem: quo cum verbo & prædicatione, cõſcientia ipſa gaudeat, dum etiam per manus proprias fructum affert, & ſibiipſi ſuppeditat, fratribuſque ac indigentibus impertit miniſterii fructum, ex primitiis inquam, & oblationibus, & ex manuum labore partis, propter excellentem affectionem erga Deum, proximis vltrò impertiens. Quanquam ipſi ad hoc non cogantur, neque deputati ſint, ſed iuſticię labores & operationem eccleſiaſticam habeant, & ſecundum iuſticiam alantur, verum propter excellentem voluntatis promptitudinem ipſi hoc faciant. Deſiderat enim diuina ipſorum anima & in timore Dei firmata, & ex Spiritu ſancto cognitionem adepta, cœleſtes diuitias, quæ ſunt ſecundum iuſticiam cum laude & gloria & rectè factorum merito, quæ ſunt per diuina dogmata & diuinũ ſtudium ſanctæ Scripturæ, & eloquiorum Dei: & per pſalmodias ac communiones, ſanctáque ieiunia ac caſtitatem & vitæ conuerſationem: & per operationem per manus iuſticiæ gratia cum promptitudine laborandi. Sed & in alia forma præoccupati ſunt iidem venerandi noſtri fratres, qui in monaſte
Comã muliebrẽ nutrientes. riis per Meſopotamiam degunt, quas & mandras, hoc eſt ouilia ſiue cohortes appellant, nam comas C
muliebres producunt, & ſacro conſpicuo incedunt. Oportebat autem filios ſanctæ Virginis matris noſtræ Eccleſiæ eſſe reuerendos in tonſura, & colere Deum occultè videntem occulta, & retribuentem in conſpicuo, velut ſcriptum eſt: atque hoc honeſto habitu, propter externos: & non velle accipere a videntibus mercedem ac gratiam. Alienum enim eſt à catholica Eccleſia, ſaccus conſpicuus, & coma extenta à prædicatione Apoſtolorum. Vir enim, inquit, non debet nutrire comam, quum ſit imago & gloria Dei. Quid verò ſit peius & contrarium? Hi barbam quidem formam viri reſecant, capillos autem capitis ſæpe nutriunt. De barba quidem in conſtitutionibus Apoſtolorum dicit diuina Scriptura ac doctrina. Ne corrumpas, hoc eſt, ne feces pilos barbę, neque meretricio more ob comam efferaris, neque ſuperbiam in progreſſu iuſticiæ exemplum habeas. Decebat enim Nazaræos hoc ſolum propter figuram. Figura enim ducebantur veteres eius, quod futurum eſſet, habentes comam in capite propter orationem, donec venit oratio mundi, & perfecta eſt. Caput enim apparuit Chriſtus vnigenitus filius Dei, & cognitus eſt mundo qui ſemper eſt, & non cognoſcitur ab omni humana natura, ſed ſolum à quibuſdam, qui in ipſum crediderunt: quo quum cognouerimus caput, non dedecore afficiamus caput, Non enim proprij capitis gratia dicit, ſed à proprio in Chriſtum irruit ludibrij opus. Quare dicit Apoſtolus. Ipſa natura non docet vos, quòd vir quidem ſi comam nutrit, ignominia ipſi eſt? Hæc autẽ ignominia non laudabilis eſt, velut illa quæ dicit, Turpitudines et ignominias contempſi. Non enim propter Deum eſt virtus, etiamſi propter Deum aſſumpta fuerit, ſed propter contentionem ſunt hi mo
Barbam ſecantes Latinos videtur notare, res: quum prætetierit figura legis, ſed venerit veritas. Dicunt autem. Si quis videtur contentioſus eſſe nos talem conſuetudinem non habemus, neque Eccleſiæ Dei. Reiecit igitur eos, qui talia operantur ac faciunt, & in contentione ſunt, à ſtaturis Apoſtolorum & ab Eccleſia Dei. Cæterum hæc coacti ſumus dicere propter prætextum ptędictorum Maſſalianorum. Nam & ipſi accepto hinc opinionis morbo D

& cogi-

& cogitatione euerſi, à veritate exciderunt, & conſtituta eſt hæreſis inuehementi atque aliis malis. Hęc ſunt, quæ de his audiuimus, qui in ludibrium mundi prodierunt, & impuram opinionem ac ſermones euomunt, inſtabiles autem ſunt & deſperati, & extra ædificationem Dei progreſſi. Vnde de his pauca exequuti, rurſus confutationes ipſorum faciemus. Et primùm quidem, quòd mulieres cum viris ſimul eſſe, neque à veteri conſuetudine eorum, qui natura coniugia habuerunt, iuſta ratio decernit, ſed virũ & vxorem ſimul, vnum ad vnam, velut Adam & Euam & Sarra & Abraam ſe habuit, & Rebecca Iſaac coniuncta fuit. Tametſi enim quidam patres duas & tres vxores habuerunt, non tamen in vna domo vxores fuerunt. Porcorum enim eſſet hæc forma, & pecorum talis coniunctio. Hi verò magis in admi

Vxores patribus multæ, nõ in vna domo.

A rationem nos ducunt, dum confitentur ipſi ſe coniũctionem cum mulieribus non habere, quum vice verſa magis ludibrium efficiant, & perfectam ſuam ipſorum turpitudinem oſtendant. Etiam ſi enim vxores haberent tales, ſparſim, & non permixtim has habere debebant. Si verò etiam ſunt in coniugio, non oportebat ipſos coniunctionem viri ad vxorem, ex Deo cum honeſtate & reuerentia ac ſciẽtia oſtenſam, ex propria libertate in medium proferre ac exponere. Sic verò etiam abſtinent à mulieribus quidam, in caſtitate degentes ac continentia, contumelia afficiunt iuſticam, per ſtoliditatem: & virtuoſam vitæ conuerſationem, per immodicam operationem in inſipientia, quum hoc non fecerint Apoſtoli, non ante Apoſtolos Prophetæ hoc conſtituerint. Moſes itaque in deſerto quum aſſumpſiſſet laudum celebrationem, canit Deo canticum, reuerſus ex mari dicens: Canamus Domino, glorioſè enim glorificatus eſt. Equum & inſcenſorem proiecit in mare: ſimul autem acclamabant ipſi viri, & nuſquam mulieres: quo bene ordinatam diſciplinam oſtenderet, quo reuerentiam bonæ diſciplinæ legis Dei prædicaret. Deinde poſtea dicit, Et quum accepiſſet Maria tympanum, incepit inter mulieres

Viri à mulieribus ſeorſim degant.

B & dixit, Canamus Domino, glorioſè enim glorificatus eſt: & mulieres ſimul acclamabant contribuli & eiuſdem generis exiſtenti, & in quadam parte præeminenti. Ex quo coarguitur imprudens & impura intelligentia eorum, qui permixtim operantur aliam doctrinam. At de reſurrectione dicit Propheta Et plangent ſecundum tribus, tribus ex aduerſo tribus, tribus Nathan per ſeipſam, & mulieres ipſorũ per ſeipſas: Tribus Iuda per ſeipſam, & mulieres ipſorum per ſeipſas, & cætera. Sic etiam Apoſtoli præcipiunt Eccleſiæ. Sic & Dominus præcepit in Euangelio, ab vna nobis exemplum prædicans, dum dixit Mariæ, Ne me attingas, nondum enim aſcendi ad patrem. Sic Giezi accedit ad Sunamitidem, repellens hanc vt ne ordinem violaret, vt ne ſtatutum prophetarum contumelia afficeret. At Propheta Spiritu ſancto ductus dolentem videbat Sunamitidem, conſolationis autem gratia tranſgreſſus eſt ordinem, & ſuſcepit ad tempus conſolationem propter mulierem, æquale ratus attingere mulierem pedes ipſius, afflictioni illius & mœrori mentis. Et quid opus eſt mihi multa dicere de his qui canes imitantur, & ſues æmulantur? Cæterùm de eo quòd quiſque ſeipſum dicit Chriſtum, cui prudenti non videatur inſaniæ eſſe hoc dogma, aut etiam quod dicit, Propheta ſum ego. Quæ enim Prophetæ ſpecies apud ipſos apparet? Aut quale factum Chriſti admirandum ſit? Si verò ipſe eſt Chriſtus, in

Epilogus

qualem Dominum ſperat aut credit? Quid ſunt erronea vaniloquia? Quid ſtolidorum dogmata? Verùm ſufficient & de hac, quæ contra ipſam dicta ſunt, & hactenus ſatis ſit, vt vniuerſam noſtram de his tractationem abſoluamus ac obſignemus, quum Deus nobis illuxerit, & auxilium tulerit, velut conteri par eſt, & ex tota anima ac mente ipſi Domino gratias agere, quod promiſſum quod polliciti ſumus per ipſum Dominum abſoluere digni facti ſum., dum contra hæreſes, inquam, narrationẽ ac con

C futationem fecimus, ſimulque reuelauimus quid ab vnaquaque agitur, iuxta noſtram humanæ tenuitatis facultatem. Hucuſque enim octoaginta hæreſeon, de quibus audiuimus & cognouimus in mundo numerum appellationes, & quarundam etiam dicta prætextúſque ac habitus, propoſita item ac cauſas, citra vllum defectum oſtendimus, & admiratione ducti ſtupemus de eo, quod in diuina Scriptura dictum eſt: Sexaginta ſunt reginæ, & octoaginta pallacæ, & iuuenculæ quarum non eſt numerus: Vna eſt columba mea, perfecta mea. Quum igitur de Pallacis his octoaginta dixerimus ab initio, Barbariſmo & Græciſmo & Scythiſmo & Iudaiſmo & Samaritiſmo, quæ ſunt appellationes vxorum non legitimarum, neque à rege dotarum, neque enim filij ipſarum in Teſtamentis hæredes eſſe poſſunt. Natura etenim ſunt ſeptuaginta quinque, & harum matres quinque. Quemadmodum autem Græciſmus eſt à quo Græci, & Iudaiſmus à quo Iudæi, Samaritiſmus à quo Samaritæ, ſic Chriſtianiſmus à quo defracti ſunt velut rami hæreſes ſegregatæ, in nomen quidem Chriſti appellatæ, non autem exiſtentes ipſius, ſed partim longè ac multùm ab ipſo diſtantes, partim in minima diſtantia, diſſitæ, ex hæredes & alienas ab ipſo ſeipſas fecerunt. Et filii ipſarum non ſunt legitimi, ſed extra progreſſi et nomine ſolum Chriſti appellati, reſtat ac ſupereſt nobis demonſtratio de veritate ipſaque columba, quæ ſola à ſponſo laudatur. Et quum in ocio noſ ſimus, et Deum valde rogauerimus, breuem quidem diſſertatione, certam autem et munitam traditione apologiam ac defenſionem pro veritate deinceps faciemus: non quòd hæc poſtrema ſit, ſed prima, et iam à nobis ſuperius ante hæreſes in ad-

D uentu Chriſti prolata. Nunc autem prima eſt, et Chriſto coniuncta ſancta ſponſa ab aduentu ipſius in carne, quæ ſanè eſt cum ipſo Adam formata, et inter patriarchas ante Abraam prædicata, et poſt Abraam credita, et per Moſem reuelata, et in Eſaia prædicta, in Chriſto verò oſtenſa, et cum Chriſto exiſtens, poſtea verò à nobis in poſtremis laudata. Oportet enim certantem primum certamini inſtare laboríque ac alijs certaminis luctis, quo poſtea corona ablata, cum corona in exultatione degat: non quòd corona poſtrema ſit, ſed luctæ quidem propoſita eſt, poſterius autem datur in gaudium et exultationem fatigato. Hæc porrò de his loquuti ad prędictos ſermones redeamus, vt oſtendamus quòd octoaginta quidem ſunt pallacæ, ſexaginta verò reginę. Vna autem Virgo et caſta et ſponſa ſimúlque

columba & agna, ciuitas item Dei ſancta, & fides & fundamentum veritatis, & petra firma, contra quam portæ inferni non præualebunt. Quando verò in omnibus, inuocato Deo, conſequuti ſumus vt promiſſum expleuerimus, tractationem videlicet contra omnes hæreſes, in qua vſque ad Maſſalianorum hæreſim peruenimus, & ipſam denique hanc conculcauerimus Euangelii calceamento, velut chamæleontem multipedem, deformem, informem, graueolentiam ſpirantem: in omnibus Deo gratias agamus, & glorificemus Patrem in Filio, Filium in Patre, cum ſancto Spiritu, in ſecula ſeculorum. Amen.

Chamæleon.

A

Compendiaria vera doctrina de fide catholicæ & apoſtolicæ Eccleſiæ.

QVum multifaria ac multifida obliquorum aduerſariorum conſilia tractauerimus, & proterua dogmata ſecundum ſpeciem ac genus diſtincta, vana & putida per virtutem Dei redarguerimus, & incenſos blaſphemiarum turpiloquiorumque ac inſuauiſſimorum ipſarum myſteriorum de vnaquaque hæreſi proficiſcentium fluctus tranſnatauerimus: vix tandem à quæſtionibus vndiquaque extricati, & ipſarum improbitatem tranſgreſſi, trãquillis veritatis regionibus appropinquauimꝰ. Omnem quidem maris difficultatem progreſſi, & omnem tempeſtatem ſpumáſque ac vndarum eleuationes perpeſſi, commotionem verò, vt ita dicam, vertigines, breuiáque non vulgaria, & locos feros ac immanis conſpicati, in periculóque horum per ſermones conſtituti, nunc pacis portum videntes, rurſus obſecramus Dominum, vt ad ipſum applicare nobis contingat. Iam enim ab omni timore & turbatione ac nauſea leuati, optimóque habitu à firma tranquillitate ac ſecuritate inſpirante, & ſereno portu recepti ſpiritu gauiſi ſumus: multa quidem, ſi verum dicere oportet, in his mala & contumelias non vulgares perpeſſi, per terram ac mare pedibus ac manibus itinere confecto, terræ aſperitates, & deſerti difficultates, & prædictorum pelagorum pericula experti. Proinde ciuitatem videntes ad ipſam feſtinemus ſanctam Hieruſalem, & Virginem Chriſti ac ſponſam, ſecurúmque fundamentum ac petram & reuerendam matrem noſtram, tempeſtiuiſſimè & ipſi dicentes: Venite aſcendamus in montem Domini, & in domum Dei Iacob, & annunciabit nobis viam ſuam, & cætera. Age igitur, vos Chriſti filij, filij ſanctæ Dei Eccleſiæ, qui hoc opus octoaginta hæreſeon placidè percurriſtis, et mecum immẽſam illam prædictarum prauarum doctrinarum amplitudinem tranſnataſtis, et tantum deſertum penetraſtis horrendum illud ac ſiticulorum, inuocemus vniuerſorum Dominum: et quum iam olim hoc concupiuerimus, et in ſingulis locis harum hæreſeon, velut in Merrha loco, et ſiticuloſo horrendóque ac imperuio deſerto, ſemper obliquis ipſorum doctrinis occurrerimus, inclamemus etiam ipſi, Quomodo deſiderat ceruus ad fontes aquarum, ita deſiderat anima mea ad te Deus. Et rurſus, Quando veniam, et videbo faciem Dei? Quapropter citius et ipſi inuocemus, non velut ille vocabat ſponſam, qui ſponſus ipſius eſt et Dominus ac herus, et rex et Deus et propugnator, ſed velut ſerui Dei nos inuocemus, et eadem quæ ipſe protulit, dicamus, Veni de Libano ſponſa, quoniam tota pulchra es, et macula non eſt in te, paradiſus magni opificis, ciuitas magni regis, ſponſa ĩmaculati Chriſti, virgo caſta, ſoli vni viro in fide deſponſa, illuſtris et promicans velut matutinus aër ac aurora, pulchra vt Luna, electa vt Sol, pauor qualis eſt ab ordinato exercitu, quæ beata prædicaris à reginis, et laudibus celebraris à pellicibus, quæ à filiabus laudaris, vt inalbata, et in dilectum tuum inniteris, quæ vnguenta ſpiras, quæ à deſerto aſcendis, velut virgula fumi, qui prodit à ſuffitu myrrhæ et thuris, et de omnibus pulueribus vngentarij, qui dedit ſibiipſi boni odoris fragrantiam, quem conſpicata dixit, vngentum euacuatum eſt nomen tuum. Propterea iuuenculæ dilexerunt te, quæ ſtas à dextris regis, induta fimbriis, deauratis variegata, quæ nihil tenebroſum habes, aliquando quidem denigrata, nunc autem pulchra et inalbata: quo in te conſtituti à negociis hæreſeon, quę nos præceſſerunt, odioſiſſimis quieſcamus, et à tem peſtuoſis earundem motibus quieſcamus, et in te ſancta mater noſtra Eccleſia, et in ſancta tua doctrina, et ſancta ac ſola Dei fide in veritate refrigeremur. Cęterum incipio de hac ſancta ciuitate Dei mirabilia narrare. Nam quę glorificata dicta ſunt de ipſa, velut ait Propheta, Glorificata dicta ſunt de te ciuitas Dei: nemo hominum aſſequi poteſt, ab incredulis autem ſunt aliena, credentibus autem hominibus ex verè piis, ex parte, et in perfectionis promiſſione ab ipſorum Domino exhibebuntur in regno cœlorum, vbi ipſa ſãcta Virgo et hęreſes cum proprio ſponſo, in cœlo ſortem ac hæreditatem habet. Et primum quidem Deus, qui Deus nobis eſt in omnibus, exiſtit his qui ex ſãcta hac Eccleſia geniti ſunt. Hęc enim prima demonſtratio eſt de veritate, et fundamentum fidei ſolius huius Virginis et ſãctę columbę ac innocentis. De qua Dominus in Spiritu Solomoni reuelauit in Cãtico cãticorum, et dixit: Sexaginta ſunt reginę, et octoaginta pallacę et iuuenculę quarum non eſt numerus. Vna eſt columba mea cum additione vocis Mea, et Mea. Ipſius enim eſt columba, et ipſius perfecta, velut alię dicãtur, et non ſint, ipſa autem duplex nominetur. Nam de alijs non dixit, octoaginta ſunt pallacę meę: ſed reginis quidem propter glorioſam appellationem, honoris coniunctionem attribuit. Verùm de pallacis perfectam alienitatem pronunciauit: quarum numeros quum iuxta figuratam ſpeculationem nominatim expreſſos accepimus, elaborare in hoc loco cogimur, vt ne quid tranſgrediamur velut frigidè rem tractãtes, ſed in veritate ſermones per veras Scripturas veris ſpeculationibus expẽdetes, Numerus enĩ ſcriptꝰ vniuſcuiuſque argumẽti minimè fallax eſt: & ꝙ in numero poſitũ eſt, vanũ quid eſſe nõ poteſt, neque velut ocioſum in ſcriptura æſtimari. Reginæ autem ſunt, quę iam antea in genealogiam nomina dederunt

Vngentũ euacuatũ.

B

C

D

dederunt animæ. Quemadmodum enim regem comitantur multitudines magnæ, rex autem eſt caput, ſicut quum in corpore multa ſint membra, à capite vnus homo numerabitur: ſic ab vno rege tota multitudo, quæ ſub rege eſt ad vnum reputabitur. Regina itaque appellata eſt generatio in Chriſto, non quòd omnis generatio ſiue progenies regnarit, ſed quòd vna quæ agnouit Dominum, per appellationem viri cauſa, regiam dignitatem ac ordinem habeat. Verbi gratia, Adam & tota ipſius generatio regina numerabitur, principatus item ipſius & patriarchatus, qui regnauerunt cum his, qui cum ipſo fuerunt, propter cognitionem Dei, & primam formationem qua formari dignus factus eſt: & quòd primus pœnitentiam oſtendit, velut rerum conſequentia habet. Deinde poſt hunc Seth, & vniuerſa cum ipſo humana natura, & Enos, & Caianan, & Maleleel, & Iared, & Enoch, & Mathuſala, & Lamech, & Noe: his ſanctis ex ordine in numero per generationes enumeratis, quorum numerus apud Matthæũ indicatur. Sexaginta enim & duæ generationes ac parriarchatus apud ipſum habentur, per nomina præſtantiorum virorum, qui cognitionem Dei habuerunt, aut propter aliud rectè factum regiæ gloriæ ac fortitudinis participes fuerunt. Catalogus numeri habetur vſque ad Chriſti aduentum. Ab Adam enim vſque ad Noe præterierunt generationes decem. Et à Noe vſque ad Abraam aliæ decem. Ab Abraam verò vſque ad Dauidem generationes quatuordecim. A captiuitate vſque ad Chriſtum, generationes quatuordecim: vt ſint ab Adam vſque ad Chriſtum ſexagintaduæ generationes. Quæ ſanè ſexaginta per compendium numeratæ ſunt. Nam quum & in deſerto ſeptuagintaduæ ſtirpes palmarum eſſent, ſeptuaginta nominantur: & ſeptuaginta in montem vocatis, reperiuntur ſeptuaginraduo, cum Elad & Modad: & ſeptuagintaduo fuerunt, qui interpretati ſunt tempore Ptolemæi, verùm compendii gratia ſolemus dicere interpretationem Septuaginta. Sic etiam nunc ſexaginta reginæ, vt puto, dictæ ſunt, exempto ſuperno & inferno numero, propter medium ſexaginta numerum, ad figuras & allegorias perfectæ ſpeculationis. Nam per ſex decadas contingit, vt expleatur circuitus ſex dierum, quo coniungantur ab vnaquaque generatione ſanctæ animæ, quæ in Deo regnauerunt ſecundum fidem. Hinc enim etiam ſex hydriæ reperiuntur in Cana Galileæ lapideæ: quæ vbi defeciſſent exhauſtæ, rurſus implebantur, capientes in ſe ſingulæ metretas ſiue amphoras duas aut tres, menſuræ veteris ac noui Teſtamenti, & plenitudinis ipſius Trinitatis, quæ ſanè ab aqua in vinum meracum tranſmutatæ ſunt, ad exhilarandas nuptias & filios hominum impletæ. Hinc enim ſexangulare vocatur apud externam philoſophiam, quod per ternarium ac ſeptenarium, ad numerum viginti vnius menſuratur. Cuius ſexanguli ſignificatio, eſt impletio vniuerſi ſpacii ac amplitudinis quæ videtur, eo quòd quadrifariam habet quadrangulum & fulcrum ac ſuperni faſtigii tectum, ſenarium numerum efficit. Cæterum vt ne latius extendam ſermonem, rurſus hæc dicta ſufficere arbitror de ſexagin ta reginis vſque ad Chriſti aduentum, hoc eſt ſexaginta generationibus numeratis. Poſt Chriſtum verò vſque huc generationes deinceps ſunt, velut ipſi Domino ſoli cognitum eſt. Non enim amplius ſecundum generationes prolati ſunt ab aliquibus numeri, aut digeſti ac diſtincti, eo quòd obſignatus eſt huiuſmodi argumenti numerus, & concluſus per harum reginarum numerum, vſque ad ipſius in carne aduentum numeratum. Deinceps enim poſteriores ſcriptores, aut librorum conditores, aut chronographi, aut hiſtoriographi, non amplius generationes numerant, ſed regum ſucceſſiones ac tempora, iuxta numerum annorum vniuſcuiuſque regis. Quare omnino valdè benè, qui prudens eſt, cognoſcere poteſt, quòd & ab hac quæſtione ac argumento, vniuerſum tempus ſectum eſt in ſexagintaduas generationes, vſque ad Chriſti numerum: eo quòd non amplius poſt Chriſtum, iuxta hoc propoſitum, mundi tempora per genealogias numerantur: qui mundus in vna counitione perficitur, quæ iuxta immutabile bonæ voluntatis Dei firmamentum cognoſcitur. Quare ab eadem & ſeculi conſummatio abbreuiatur, & tranſitus ad futurum ſæculum impletur. Quapropter dicit, Vna eſt columba mea, perfecta mea: tanquam vſque ad ipſam omnia perficiantur, & rempora & temporum partes, anniſque ac generationum interualla, ſiue ſecundum reges, aut conſules, aut olympiades, aut principatus mundus ſeipſum numerauerit. Octoaginta porrò ſunt pallacæ in medio reginarum, & ante regnum in carne, hoc eſt fidem, et ipſam hanc nympham ſponſámque ac virginem immaculatam, et columbam: quæ ſola eſt matri ac genitrici. Eccleſia enim eſt ab vna fide genita, generata autem per Spiritum ſanctum, vna ſoli et vni genitrici. Et quotquot poſt hanc venerunt et ante ipſam, pellices nominantur. Quę ſanè in totum non alienæ factæ ſunt à teſtamento et hæreditate, non tamen dotatæ à Verbo, neque ſuſceptionem ſancti Spiritus adeptæ, ſed ſolùm coniunctionem ſub conſcientiam ad verbum natæ. Bene enim interpretatus eſt Hebræus pellicem, dum dixit: Pheleg eſtha. Pheleg enim ſignificat vxorem, eſtha dimidiam, quaſi dicat dimidium vxoris. Quantum equidem ad Dominum attinet, omnes vocauit ad libertatem Lux ipſa, dum ait, Donec habetis lucem vobiſcum, in luce ambulate. Et ſanctus Apoſtolus dicens, Vos autem diei eſtis Filii, et Filii lucis. Et rurſus in diuina Scriptura, Qui facit mala, odit lucem, et non venit ad lucem. Sic etiam pellices non in conſpicuo, neque in perfectione, neque cum dote ducuntur à viris, etiamſi enim coniunctionem habuerint eædem ad corpora virorum, non tamen liberæ vxoris honorem et appellationem ac firmitatem, et dotem et ſponſaliorum dotationem ac ingenuitatem habere poſſunt. Pellices itaque ſunt hæreſes conſequenter numeratæ, velut ſuprà dixi, octoaginta. Nec verò miretur quis, ſi etiam aliis nominibus vnaquæque harum appellatur in ſingulis regionibus. Sed et illud obſeruandum eſt, quod vnaquęque hæreſis ſępè rurſus ſeipſam in multas partes ſidit, et in varia nomina ſciſſa eſt. Non enim eſt hoc mirum, ſic enim res ſe habet. Octoaginta verò vnius numerum reperimus. Vnius quidem, propter vnam ab omnibus diſtinctam, quę ſoli ſponſo

O cioſum nihil eſtin ſcripturæ

Reginarũ appellatio, & numerus ſexagenarius.

generatio num ab Adam ad Chriſtum catalogus anni 6200

Numerus integer, redundante relicto cõpẽdii gratia.

Sexangu-liratio.

Annorum poſt chriſtum ratio

Pallacarum ratio

obtigit,& quam ipſe confitetur tali appellatione,nempe,Vna eſt columba mea, & perfecta mea; tanquam omnes pellices degeneres ſint,& non in innocentia menſurentur,neque in caſtitate ac manſuetudine. Sunt quidem igitur ab initio coniunctæ Barbariſmo & Scythiſmo, vſque ad prædictos Maſſilianos ſeptuagintaquinque numero:& Græciſmus,ex quo Græcę hæreſes:& Iudaiſmus, ex quo Iudaicæ: & Samaritiſmus,ex quo Samaritice,ita vt his tribus ad numerum ſeptuagintaſeptem appoſitis,octoagenarius numerus impleatur,& vna ſuperſit,hoc eſt ſancta catholica Eccleſia,& Chriſtianiſmus re uera ab initio appellatus,& cum Adam, & ante Adam, & ante omnia ſecula cum Chriſto voluntate Patris & filii & Spiritus ſancti: & cum omnibus qui ſecundum generationes Deo placuerunt, creditus, & in ipſius aduentu in mundo clarè reuelatus:& nunc poſt hæreſes has omnes,pellices videlicet, rurſus à nobis iuxta orationis conſequentiam celebratus. Ipſum enim Verbum in Canticis ſic ex ordine numerauit,Sexaginta reginæ dicens,& octoaginta pellices,& iuuenculę quarum non eſt numetus.Vna autem eſt,inquit,columba mea,perfecta mea:vna eſt matri ipſius,electa genitrici ipſius.Et poſteaoſtendit quomodo apud omnes reperietur,velut honorator & præſtantior omnibus exiſtens,& omnibus imperans,& ipſi ſola electa.Cuius liberi hæredes regis & liberi veri,vtpote filii promiſſionis,& nõ filii ancillæ,neque pellicis,neque aliarum ſine numero poſitarum.Tametſi enim à Chettura pellice habuit Abraam filios, tamen non ſunt cohæredes cum Iſaac filii Chetturæ : dona verò acceperunt legati nomine,quo figura maneret in allegoriam Verbi, vt ne quis deſperet à vocatione Chriſti. Nam dona quæ dedit Iſmaeli & filiis Chetturæ,figura erant futurorum bonorum,ad conuerſionem animarum ad fidem & veritatem.Ipſi equidem Agar ancillæ &ab Abraam eiectæ,vt quæ ſeruiebat infra in Hieruſalem cum filiis ſuis, de qua dictum eſt, Abieci mattem veſtram,& rurſus,Dedi libellum repudii in manus ipſius:huic ancillæ Agar inquam,magis ſignificanter ob ſpem reditus,vtrem aquæ dat: quo lauacri regenerationis vim oſtendat datam eſſe incredulis ad donum vitæ, & ad conuerſionem omniũ gentium ad veritatis agnitionem . At filius Chetturæ dona erant,pecuniæ præſentes, aurum & argentum ac veſtitus:& in myſterio cõcluſit Abraam in peris,thus & myrrham & aurum regum Sodomorum & Gomorrhæ:quando Chodollogomor & Barſa,ac reliqui,captiuitatem à Sodomis & Gomorrhis ac reliquis acceperunt,& equos deprædati ſunt,& hominum multitudinem captiuam abduxerunt, & ab vnoquoque opulentiam pecuniarum,&aliarum rerum multitudinem ditipuerunt:quam reduxit Abraã runc à cæde regum,& neque auertere ea,quæ iam Deo deſtinata erant,auſus fuit,ſed dedit ipſam cum aliis dono filiis ſuis ex Chettura,velut in traditionibus Hebręorum reperimus.At verò in Chriſti aduẽtu,quum iidem filii Abraam ex Chettura,eiecti eſſent ab Abraam,& diſceſſiſſent,& habitaſſent in partibus Arabicis Magodiæ regionis:Magi qui ex ſucceſſione ſeminum illorum deſcenderunt,eadem dona in participationem eiuſdem ſpei,Chriſto in Bethlehem obtulerunt, quando ſtellam conſpicati venerunt.Quorum donorum manifeſtam certitudinem Propheta declarat dicens,Priuſquam nouerit puer vocare patrem aut matrem,& capiet vim Damaſci,& ſpolia Samariæ contra regem Aſſyriorum. Hæc enim à Damaſco in temporibus Abraam,velut antea dixi,à regibus qui venerant,accepta ſunt,& à Samaria.Quando igitur accepit ipſa,priuſquam noſſet vocare patrem aut marem,quando venerunt Magi,& aperuerunt peras ſuas,ſiue theſauros,velut aliqua exemplaria habent,& obtulerunt myrrham & thus & aurum?Et vides,quomodo veritatis ratio ad conſequentia ſeſe habet?Quòd hæ hæreſes pellices ſunt,& filii ipſarum dona acceperunt:vt quæ nomen ſolùm acceperint,& nomine ſolum Chriſti appellatæ ſint,& paucos ex diuina Scriptura ſermones ſuſceperint,vt per ipſos intelligãt veritatem ſi velint. Si verò noluerint,& reflexerint ad Herodem:admonentur enim vt ne reflectant ad Herodem, ſed per aliam viam redeant in patriam ſuam:& non fecerint imperata,fruſtra fuerunt ipſis dona,velut illis aduentus fuiſſet,ſi reflexiſſent ad Herodem: eo quòd ſimiliter adulterent eædem hæreſes diuinarum Scripturarum doctrinas.Hæ igitur ſunt octoaginta pellices,quarum hic numerus habetur expreſſus.Et illę reginæ ſunt animæ ſecundum generationes numeratæ,hoc eſt viri & patriarchæ.Iuuenculæ verò,quarum non eſt numerus,ſunt in reliquis per rotum mundum philoſophiis, & vniuſcuiuſque animæ conuerſationibus,ita vt alia laudata ſit,alia non.Quis enim numerauerit mundi huius differentiam? Quot enim aliæ apud Græcos, poſt prædictas quatuor manifeſtiſſimas , non ſunt exortæ ? Et adhuc poſt illas hæreſes,& ſequentes poſtea, in vniuſcuiuſque mente in opinione iuuenili ac temeraria, ſunt animæ ac hæreticæ opiniones & ſententiæ.Sic Pyrrhonii vocantur quidam,& alii plures, quorum nomina & opiniones ex ordine ſubiungam , quum multi ſint qui ad notiçiam noſtram peruenerunt , & multeſima pars eorum,qui in mundo ſunt,exiſtant.Et ſunt quidem ex Græcis hæreſes hæ, inter quas primam poſuerim ab initio Thaletis Mileſii ſententiam ac opinionem.Ipſe enim Thales Mileſius vnus de ſeptem Sapientibus,principium omnium rerum pronunciauit aquam.Ex aqua enim omnia eſſe dicit,et rurſus in aquam reſolui.Anaximander Praxiadæ,et ipſe Mileſius,infinitum dixit eſſe vniuerſorum principiũ, ex hoc enim omnia fieri,et in ipſum omnia reſolui.Anaximenes Euryſtatæ,et ipſe Mileſius,aerem vniuerſi principium eſſe dicit,et ex hoc omnia fieri,et in ipſum rurſus reſolui.Anaxagoras Hegeſibuli Clãzomenius,principia rerum Similaritates eſſe dixit. Archelaus Apollodori, aut ſecundum aliquos Miltonis,Athenienſis autem Phyſicus,Ex terra omnia facta eſſe dicit.Hæc enim principium vniuerſorum eſt,velut dicit.Socrates Elmagli,aut Sophroniſci,et Phænaretes obſtetricis,moralis philoſophus,dicit Oportet hominem ſolum ea quæ circa ipſum ſunt,inueſtigare,plura verò non. Pherecydes et ipſe terram dicit ante omnia factam eſſe.Pythagoras Samius Mneſarci filius,Deum dixit eſſe vnitatem,et ſine hac nihil factũ eſſe.Dixit item,nõ oportere ſacrificarę diis animalia,neque comedere quid de animatis,neque fabas : et ſapientes non bibere vinum.Dixit item,quæ infra Lunam ſunt , omnia eſſe paſſibilia:

Abraami filiorũ allegoria.

Magorũ dona vnde fuerint

Iuuẽcularum innumerarum appellatio.

Thaletis Mileſii hęreſis.

Philoſophorũ hæreſes.

bilia:quæ verò ſupra Lunam,paſſionis exortia. Dixit inſuper,tranſire animam in multa corpora.Præce
pit diſcipulis ſuis ſilentium ad quinquennium,& poſtremum Deum ſeipſum appellauit. Xenophanes
Orchomenius Colophonius, ex terra & aqua dixit omnia fieri. Eſſe verò omnia,velut dixit, nihil veri.
Sic rectum nobis obſcurum eſt,opinio verò in omnibus verſatur,maximè obſcuris.Parmenides Pyretis
filius, Eleates genere,& ipſe infinitum dixit eſſe principium omnium.Zeno Eleates contentioſus æqua
liter cum altero Zenone,terrã immobilem dicit,& nullũ locum vacuum eſſe.Et dicit hoc modo,Quod
A mouetur,aut in loco mouetur in quo eſt,aut in quo non eſt.Et neque in quo eſt loco mouetur,neque in
quo non eſt.Non ergo quicquam mouetur.Meliſſus Ithagenis,Samius genere,Vnum infinitum,eſſe v
niuerſum dixit:nihil autem firmum eſſe natura,ſed omnia eſſe corruptibilia in potentia.Leucippus Mi
leſius,iuxta quoſdam verò Eleates,& hic contentioſus in infinito etiam ipſe vniuerſum eſſe dixit. Iux-
ta imaginationem autem & apparentiam omnia fieri, & nihil ſecundum veritatem,ſed ſic apparere ve
lut remum in aqua.Democritus Damaſippi Abderita,mundum infinitum dixit,& ſuper vacuum poſi
tum eſſe.Dixit item vnum finem eſſe omnium.Et læticiam optimum eſſe,triſticias verò terminos mali
ciei.Et quod iuſtum eſſe videtur,non eſſe iuſtum,iniuſtum autem contrarium naturæ.Inuentum enim
malum leges dicebat.Et non oportet,inquit,ſapientem legibus obedire,ſed liberè viuere.Metrodorus
Chius dixit,neminem quicquam ſcire, ſed hæc quæ exactè cognoſcere nos putamus,non ſcimus. Ne-
que ſenſibus attendere oportet,inquit:omnia enim in apparentia ſunt.Protagoras Menandri Abderi-
ta dixit Deos non eſſe,neque omnino Deum exiſtere. Diogenes Smyrnæus,aut, vt alii, Cyrenæus, ea-
dem quæ Protagoras aſſeruit.Pyrrhon ab Elide,aliorum ſapientum dogmata collegit omnia,& oppo-
ſitiones contra ipſa ſcripſit,confutans ipſorum opiniones:& nullum dogma probabat. Empedocles
Metonis Agrigentinus,ignem & terram & aquam & aërem, quatuor primogenita introduxit elemen
ta,& dixit,Inimicitiam eſſe primum elementum.Separata enim erant prius,inquit,nunc autem counita
ſunt,velut ait,contracta mutua amicitia.Duo igitur ſunt ſecundum ipſum principia & virtutes,inimi-
citia & amicitia,quarum altera vnit,altera diducit.Heraclitus Bleſonis Epheſius ex igne omnia eſſe
dixit,& in ignem rurſus reſolui.Prodicus quidam quatuor elementa Deos vocat,deinde Solem & Lu-
nam:ex his enim omnibus vtilitatem eſſe dicebat.Plato Athenienſis tria principia poſuit,Deum & ma
teriam & formam,mundum autem factum & corruptibilem eſſe. Animam verò ingenitam & immor-
talem ac diuinam dicit: eſſe autem ipſius partes tres,rationalem, iraſcentem,& concupiſcentem. Di-
xit autem,Nuptias & vxores oportet omnibus communes eſſe,& nullum priuatim vnam vxorem habe
re,ſed volentes cum volentibus commiſceri. Ariſtippus Cyrenæus hic gulæ & voluptatibus deditus vo
luptatem finem animæ dixit.Et quiſquis delectatur,hic felix eſt:qui verò non delectatur,miſer & infe
lix,velut ipſe ait.Theodorus Atheos,hoc eſt Impi⁹ cognominatus dixit,nugas eſſe ſermones de Deo.
Putabat enim non eſſe Deum,& ea propter hortabatur omnes ad furta,periuria,rapinas, & vt ne quis
pro patria moreretur.Dicebat enim vnam patriam eſſe mundum.Et bonum dicebat ſolum felicem,fu
giendum autem infelicem,etiamſi ſapiens eſſet.Et præferendum eſſe ſtultum,diuitem exiſtentem & in
obedientem.Hegeſias Cyrenæus dixit,neque amicitiam neque gratias eſſe, non enim exiſtere ipſas di-
cebat.Sed ſi quis indiget, gratiam habet.Et cui eſt felix rerum ſucceſſus,is beneficus eſt. Dicebat item
malo viro vtile eſſe viuere,ſapienti verò mori.Quare quidam ſuaſorem mortis ipſum vocarunt. Antiſt
henes ex matre ſerua Thracenſi,ipſe verò Athenienſis,primùm Socraticus,deinde Cynicus dixit,Non
conuenite æmulari malo aliorum vt alienas turpitudines.Muros ciuitatum dixit non eſſe ſecuros,pro-
pter internum proditorem.Animę verò muros eſſe inconcuſſos & infractos.Diogenes Cynicus à Sino
pe vrbe Ponti ,per omnia cum Antiſthene verſabatur, & dixit bonum omni ſapienti tolerabile eſſe, a-
C lia verò omnia nihil quàm nugas eſſe. Crates à Thebis Bœoticis,& ipſe Cynicus, dixit libertatem eſſe
inopiam. Arceſilaus dixit,Deum ſolum aſſequi poſſe veritatem, hominem verò non. Carneades in ea-
dem cum Archelao opinione fuit.Ariſtoteles Nicomachi, iuxta aliquos Macedo à Stagiris, iuxta alios
Thrax genere,dicebat duo principia eſſe Deum & materiam,& quæ ſupra Lunam ſunt, diuinæ proui-
dentiæ eſſe : quæ verò infra Lunam,extra prouidentiam eſſe, & latione quadam temeraria ferri prout
contigit.Eſſe autem duos mundos,ſupernum & infernum, & ſupernum quidem incorruptibilem, in-
fernum verò corruptibilem.Et animam,perfectionem corporis dicit.Theophraſtus Epheſius Ariſtote
lis opiniones ſequutus eſt.Strato ex Lampſaco,Calidam eſſentiam vniuerſorum cauſam eſſe dixit.Infi-
nitas autem dicebat eſſe mundi partes , & omne animal negauit vim opinandi habere . Praxiphanes
Rhodius eadem quæ Theophraſtus ſenſit.Critolaus Phaſilita,eadem quæ Ariſtoteles ſenſit.Zenon Ci-
tienſis Stoicus dixit non oportere ædificare templa Deis , ſed Deum in ſola mente habere, imò potius
mentem Deum putare : eſt enim immortalis . Morientes autem beſtiis obiici oportere , aut in ignem
mitti,& maſcula venere citra impedimentum vti.Dicebat autem Deum omnia gubernare. Cauſas au-
tem rerum partim in nobis eſſe,partim verò non in nobis. Aſſerebat item animæ ſeparationem à corpo
re,& vocabat animam ſpiritum longæuum,non tamen incorruptibilem per totum ipſam eſſe dicebat:
conſumitur enim à multo tempore in interitum,velut ait. Cleanthes bonum & honeſtum eſſe dicebat
D voluptates.Et hominem vocabat ſolum animam.Et Deos myſticas figuras eſſe dicebat,& ſacras appel
lationes.Et Solem faciferum eſſe dixit, & mundum myſtas, & numine afflatos eſſe Deorum myſteria
ac feſtiuitates.Perſæus eadem quæ Zeno opinatus eſt.Chryſippus Solenſis leges nepharias ſcripſit. Di
cebat enim oportere filios matribus miſceri,& patribus filias,in reliquis conſenſit Zenoni Citienſi. Ad
hæc verò dicebat & homines edendos eſſe, finem verò omnium voluptatem eſſe ſtatuebat. Diogenes
Babylonius dicebat vniuerſa conſtare ex voluptate. Panætius Rhodius mundum dicebat immorta-

lem &

talem & immutabilem. Vaticinationem contemnebat, & quæ de diis dicuntur, tollebat: dicebat enim nugas esse sermonem de Deo, Posidonius Apameus dicebat maximum inter homines bonum esse, diuitias & sanitatem. Athenodorus Tarsensis eadem quæ Chrysippus sensit, & eadem cum Zenone approbauit. Epicureus Neoclis, Athenis educatus, voluptariam vitam degebat, & non erubescebat publicè cum petulantibus mulieribus coire: præterea dicebat non esse Deos, sed solum fortunam gubernare A omnia. Et nullum esse in vita liberum arbitrium, neque circa disciplinam, neque ignorantiam, neque aliud quicquam, sed omnia inuoluntariè omnibus fieri. Et non oportet vituperare quendam, velut dicit, neque laudare: non enim volentes hæc faciunt. Dicebat item non oportere timere mortem. Asserebat autem ex atomis & corporibus impartilibus vniuersa constare, & mundum infinitum esse. Et hi quidem sunt qui ex Græcis ad nostram noticiam peruenerunt: quot verò sunt apud Barbaros & Græcos Romanósque ac alias orbis terrarum regiones? Septuagintaduæ iniucundæ philosophiæ species in Indorum sodalitio habentur, & gymnosophistarum, & Brachmanorũ, solis his laudatis: & pseudobrachmanorum, & necyophagorum qui mortua edunt, & eorum qui turpia operantur, & eorum qui velut stupidi non sentiunt: de quibus speciatim dicere, & de his quæ ab ipsis abominabilia fiunt, superuacaneum arbitror ac indignum, propter multam in hominibus maliciei ac operationis corruptionem. In Media equidem sex diuersæ hæreses rursus esse dicuntur, quot verò sunt in Aethiopide, & apud Persas, & in Parthia, & Elamitide, & Caspia, & Germanorum regione, & Sarmatia? Et quot in Daunis, aut apud Zichos, & Amazonas, Lazósque & Iberas & Boosporenos, & Gelos, & Seras, & alias gentes, legum differentiæ philosophiæque ac hæreseon, & differentiarum innumera multitudo? Sic apud Seras quidem viri crines implicant, & domi desident vngentis delibuti, & effœminati ac vxoribus parati. Mulieres verò vice versa, capillum capitis tondent, virili cingulo se cingunt, et in agro omnia opera perficiunt. Apud Gelos econtrà, qui mala faciunt, à legibus ipsorum laudãtur. Quot autem sunt apud Græcos mysteria et festiuitates, velut Megaralia et Cerealia celebrantes mulieres inter se differunt. Quot a- B lia sunt in Eleusine mysteria Cereris et Proserpinæ, et adytorum isthic turpia facta, mulierum denudationes vt castius loquar, tympanáque ac placentæ, rhombus item ac calathus et lana confecta, et cymbalum, et cyceon potus in phiala præparatus? Quot verò alia apud Pythios, Archemori mysteria, et in Isthmis alia Athamantis et Melicertę de Ino nati? Et quot sunt, qui Phallum siue Priapum circumferunt, et quæ Ptiapeia turpitudinis sacra perficiunt, et viri qui Rheam colunt, puerósque masculos exsecant, et ipsi sine virilibus membris vitam degunt, neque viri amplius esse potentes, neque mulieres facti. Item Dionysii alii, qui Curetes et carnium distributionem in sacris habent, serpentibus coronati clamãtes ac Euantes Væ væ, illam adhuc Euam à serpente deceptam inuocantes, aut per aspiratam vocem ex Hebraica lingua, serpentem ad suum errorem euocantes. Eua enim citra aspirationem Hebræis mulierem, cum aspiratione serpentem significat. Et quid dico? Deficiet me tempus narrantem de his, quę nullo numero constant differentiis hominum, tum in virtutibus, tum in vitiis. Quot sunt in Aegyptiorum regione Saturno sacra facientes, qui vinculis ferreis seipsos incluserunt, comámque prolixissimam nutrierunt, et vestitum sordidum ac attritum gestauerunt, et quotidie suos nasos anulo incluserunt, ac perforarunt, in Saturni honorem, in vrbe Asto appellata, (est hæc ciuitatula Merropolis in Prosopitæ appellata præfectura siue regione) in sceleratis festiuitatibus publici conuentus illorum erroneorum, et perticas gestantium, et orgia celebrantium, furiosas nimirum sacrorum demonstrationes præ se ferentium. Exoleti autem sunt hi. Quot autem sunt apud alios, velut hi qui apud Buticum siue ipsam Buto ci C uitatem Harpocratem nutriunt instar nutricum, qui senes iam sunt ætate, quíque in mensis solennitate imaginarias Ori numinis afflationes perficere ex dæmone coguntur. Vnusquisque autem ciuis et valde iam senex, vnà cum adolescentibus contribulibus, et aliis ætatibus puberibus, sacerdotes eiusdem Ori videlicet et Harpocratis existentes, capite rasi, vnusquisque, inquam, fert impudenter serule ac detestabile signum: et furiosi ac desipientes, et ob hos ludos derisi, ab his qui seipsos à dæmonis præstigiis prudentes exemerunt, sursum ac deorsum nullo detinente ferunrur: et pulticulis farinæ ac similaginis, atque aliis eiusmodi confectionibus primùm facie obliti, ita vt in ebullientem lebetem faciem immittãt, et à facie, miraculi videlicet gratia, multitudinem fraudulenter exstimulent: impertiunt per manum de facie detergentes vnicuique petenti, vt particeps fiat, atque hoc sanitatis ac medelæ morborum gratia. At verò Memphitidas, Heliopolitidas orgia celebrantes, tympanóque ac tibia se oblectantes si recensuerim, Corritidásque ac Trieritidas, et quæ in profunda regione et Menuthitide pudorem et statum fœmineum egressæ sunt: ad quantam linguæ molem, aut quàm latam commentationem digressus, in prædictum inenarrabilem numerum meipsum immisero? Tametsi enim immensum laborem in meipsum suscepero, tamen imperfectam horum comprehensionem reliquero. Dictum est enim, Iuuenculæ quarum non est numerus. Quot verò in Sai, et in Pelusio, in Bubasto, in Abyde? Quot Antinoi templa et illic mysteria, quot in Pharbeto, quot in honorem Hirci Mendesii, quot in Busiride, quot in Sebennyto, quot in Diospoli? Sic alicubi asino in nomen Seth, gigantis videlicet Typhonis sacra fa- D ciunt. Alii Tithrambo, (Hecatem interpretantes) alii Senephthy, alii Thermutidi sacra fiunt, alii Isidi. Et quot eiusmodi dicere possem, quæ si singula speciatim recensenda essent, quantum temporis requirant? Quapropter vndiquaque verus sermo deprehenditur, quòd sunt iuuenculæ quarum non est numerus. Sunt porrò rursus etiam alia multa mysteria, et hæresiarchæ ac sectarii, quorum participes apud Persas Magusæi, apud Aegyptios Prophetæ appellati, adytorum ac sacrorum et Magorum duces. Apud Babylonios qui vocantur Gazareni, sapientésque ac incantatores. Apud Indos qui vocantur Euili et Barema. Apud Græcos Hierophantæ, et sacerdotum Cynicorum multitudo, et aliorum

Gentium omnium variæ religiones ac hæreses.

Eua mulier. Heua serpens.

Aegyptiorum hæreses.

Signa detestabilia. Antinoi templa.

& aliorum innumerorum philoſophorum principes. Maguſæi itaque apud Perſas, velut dixi appellati, ſimulachra quidem abominantur, & tamen ſimulachra adorant, ignem & Lunam & Solem. Alii verò ſunt rurſus in Græcia Myſi, appellati Abii à vita neglecta, lacte equino vtentes, & in totum agreſtem regionem inhabitantes. Et quot poterit mens humana colligere tales ac tantas, & magnas appellatas, & inter laudatas habitas? Quot ſunt differentiæ iuuencularum, quarum non eſt numerus, quæ partim laudantur, partim non? Quædam ex propria mente exercitamenta & ſtatuta ſibiipſis collegerũt ad vitam degendam, & promiſſa coma in conſpicuo progrediuntur, aliquæ verò in ſacco conſpicuo. Aliqui verò ſancti fratres in ſacco & cinere domi deſident. Et adhuc aliqui in vitæ conuerſationibus ac exercitibus ieiuniis & labore erga Deum, in iuuenili fortitudine & perfecta erga ſponſum conſcientia perficiuntur. Aliqui verò, velut dixi, non rectè, ſed iuxta quandam mentis præſumptionem, tyrannicè præter veritatem iuueniliter agunt. Quemadmodum Zachæus, qui nuper mortuus eſt in montana circa Hieroſolyma regione, qui penitus cum nullo homine preces faciebat, ſed & ob eandem cauſam, auden ter ſancta myſteria contrectabat, & ſacrificia quum laicus eſſet, impudenter tractabat. Alius verò quidam, quiſquis tandem ille erat vir, qui vitam ſummè piam viuere putabatur, & in monaſterio circa deſerta Aegypti habitabat, itémque alius ad Sinæum habitans: qui ex ſomniis iuueniliter ac fortiter, ſed temerè egerunt, vt impoſitionem manuum ad epiſcopatum ſuſceperint, ſe derintque, ac ea quæ epiſcoporum ſunt, facere aggreſſi ſint ad ſe non pertinentia. Alii autem non pauci ſeipſos caſtrare auſi ſunt, præter mandata, nimirum iuuenilis ac robuſtæ actionis gratia. Alii verò fortiter ſibi agere videntur, qui non conſultis aliis, & præter aliorum morem, velut ab orthodoxis progreſſi, collegium ſibiipſis contrahere audent. Sed & citra vniuerſalis Synodi approbationem, rebaptizare eos, qui ad ipſos accedunt, nimirum ab Arrianis: quum nondum ſit res ex cenſura Synodi, velut dixi, deciſa, eo quòd populi ſint, hodiéque inter ſe permixti, & multi quidem ſint orthodoxi, verùm per ſimulationem ſacerdotibus addicti, donec ſeparatio facta fuerit talis blaſphemæ hæreſis, & tunc contra ipſam decretum fiet. Ex his autem qui ſic rebaptizant ex proprio iuſſu, peruenit ad aures noſtras, quòd vnus ſit in Lyciorum regione presbyter. Sunt & alii quorum vnuſquiſque per ſeipſum precatur, & non cum aliquo in totum, aliqui verò in vinculis, præter Eccleſiæ ſtatutum. Quapropter in fine totius operis, iuuenculas dixi numerum non habere, quæ ex propria ſententia ſibiipſi iuueniliter præſtituunt ad bonum quidem, vt ſapientiæ ſpecies perficiant, prudentiæque ac fortitudinis, & modeſtiæ ac iuſticiæ, verùm iuueniliter agentes ad tyrannidem excedunt, & à veritate ſeipſas euertunt, vt non ſit harum numerus. At verò hæc vnica columba ac ſancta Virgo Deum confitetur Patrem & Filium & Spiritum ſanctum: Patrem perfectum, Filium perfectum, Spiritum ſanctum perfectum, coeſſentialem, Trinitatem: non coniunctionem ipſam Trinitatem, imò Filium verè ex Patre genitum, & Spiritum ſanctum à Patre & Filio non alienum: ita vt ſit ſemper Trinitas, & nunquam additionem ſuſcipiat, & non habeat quid in ſeipſa inferius, ſed ad vnam vnitatem, & vnum principium Dei & Patris reducatur. Et ex hac Trinitate Patris & Filii ac Spiritus ſancti, omnia creata eſſe, non vt vnquam fuerint, neque ſimul fuerint cum Deo, neque præextiterint: ſed facta ſint ex nihilo ad hoc vt ſint, à Patre & Filio & Spiritu ſancto. Et hunc Patrem & Filiũ & Spiritum ſanctum dignatum eſſe apparere ſanctis ſuis in viſionibus prout quiſque potuit capere, iuxta potentis deitatis ipſius donum, quod largitus eſt vnicuique digno facto, vt nunc quidem patrem viderit, quemadmodum audire potuit vocem ipſius prout capiebat, ſicut in ore Eſaiæ dixit, Ecce intelliget filius meus dilectus, hæc eſt vox Patris. Et ſicut Daniel vidit antiquum dierum: Hæc eſt viſio Patris. Verum ſicut in Propheta rurſus, Ego viſiones multiplicaui, & in manibus Prophetarum aſſimilatus ſum: hæc eſt vox Filii. At ſicut Ezechiel ait, Et accepit me Spiritus Dei, & eiecit me in campum: hoc dictum eſt de Spiritu ſancto. Et multa talia dicere licet, quorum ex parte mentione facta in tranſcurſu, ad Eccleſiæ characterem oſtendendum duo verba appoſuimus, quum ſexcenta & amplius ſint ſimilia his quę in diuinis Scripturis veteris ac noui Teſtamenti habentur. Et quod ipſe Dominus formauit corpus Adam, & inſpirauit ipſi ſpirationem vitæ, creans ipſi animam viuentem. Et quod ipſe Deus dedit legẽ Moſi, Pater & Filius & Spiritus ſanctus, vna deitas. Et quòd Prophetæ ab eadem deitate miſsi ſunt. Et quòd idem nobis Deus Iudæorum & Chriſtianorum Deus exiſtens, qui Iudæos vocauit ad iuſtificationem, eos qui non negant Domini noſtri Ieſu Chriſti aduentum, & qui ſaluat omnes, qui ſecundum veram ipſius fidẽ viuunt, & non negant veritatẽ prædicationis veræ & euangelicę ipſius doctrinæ. Venit enim vnigenitus. Et ſic habet mater noſtra Eccleſia, portus ille pacis ſerenus ac trãquillus, lætitia ſpirãs cyprũ vineæ, & botrũ ferens nobis benedictionis, & poculum doloré nobis exoluens, quotidie largiẽs ſanguinẽ Chriſti, meracum veritatis. Et quòd verè natus eſt Chriſtus ex Maria ſemper virgine, per Spiritum ſanctũ, non ex ſemine viri, ſed ab ipſa ſancta Virgine accipiens corpus in veritate, & non in apparentia, carnem verè, corpus verè, cum oſsibus ac neruis & omnibus noſtris, nihil à nobis euarians, præterquam in ſola gloriæ ſuæ ſanctitatis ac deitatis, & quod eſt vas ſanctificationis ac iuſticiæ, citra peccatum omnia perfectè habens. Et quod habuit animam humanam in veritate, mentem humanam in veritate: non quòd nos affirmemus mentem eſſe ſubſtantiam, velut alii dicunt, ſed per omnia nõ pollutam in peccato: os non mentitum, labia non locuta dolum, cor quod non declinauit ad irritationem, mẽtem non emotam ad quæ non oporteret, carnem quę non operata eſt ea quę ſpectant ad carnis voluptatem. Perfectus ex ſupernis Deus, qui non venit vt inhabitaret in homine, ſed ipſe totus homo factus eſt, non mutatus natura, ſed vna cum deitate propriam ſuam humanitatem cõplexus, in vtero virginis fuit in veritate, geſtatus eſt debito tẽpore, natus eſt per genitales meatus citra pudefactionem, impolluté, abſque inquinamẽtis educat⁹ eſt, & in vlnas acceptus à Simeone & Anna, geſtatus eſt à Maria, pedibus iter fecit, pere-

Zachæus hæreticus

Caſtrati prætermãdata.

Rebaptiſatio prediſ ũptuoſa.

Columbæ vnica.

peregrinatus est, puer fuit, vir factus est per ætatem, omnia habens in seipso in perfectione, in numero annorum reputatus est, in numero mensium in vtero gestatus est, factus ex muliere, factus sub legem, Progressus est in Iordanem, baptizatus est à Ioanne, non opus habens lauacro, verum propter consequentiam incarnationis in lege, non turbans iusticiam, quo impleretur, velut ipse dixit, omnis iusticia: vt ostenderet quòd veram carnem induisset, & veram humanitatem. Descendit in aquas, dans magis quam accipiens, exhibens magis quam indigens, illuminans ipsas, potentes efficiens ipsas, in figurã eorum quæ in ipsis perficienda erant: quo hi qui in ipsum credunt in veritate, & fidem veritatis habent, A discerent quod verè homo factus esset, verè baptizatus esset: atque sic per ipsius assensum etiam ipsi venientes acciperent condescensus ipsius virtutem, & illuminarentur ab ipsius illuminatione, vt hic impleatur Prophetæ dictum, in transmutationem virtutis, in exhibitionem salutis virtutis panis à Hierusalem accepti, & fortitudinis aquæ ita, vt hic fortis facta sit in Christo virtutis panis, & fortitudo aquæ: vt ne panis nobis fiat virtus, sed virtus ipsius panis. Et cibus quidem est panis, virtus autem in ipso ad viuificationem est, & non vt aqua nos mundaret solum, sed vt in fortitudine aquæ, per fidem & efficaciam ac spem, & mysteriorum perfectionem, & sanctificationis nomen claturam figerer nobis ad perfectionem salutis. Et quòd reuersus est à Iordane, & audierit vocem Patris præsentibus discipulis, ad ostendendum quis esset, de quo testimonium pręberetur. Et quòd Spiritus sanctus in specie columbæ descẽderit, velut in multis sectis diximus, vt ne cõiunctio putaretur ipsa Trinitas, quum Spiritus in propria substantia figuraretur. Insedit autem Spiritus ac venit super ipsum, vt videretur de quo testimonium præbebatur, quo caro sancta, chara existens & accepta Patri, ex Spiritu testimonium ferret: quo Pater approbator esset ac præco aduentus filii in carne, quo filius verus conspiceretur, & impleret quod dictũ est, Posthæc visus est in terra, & cum hominibus conuersatus est. Et quòd reuersus à Iordane, manifestè ac verè à diabolo tentatus est in deserto, & esuriit postea propter consequentiam & veritatem aduẽtus in carne. Et quòd elegit discipulos, & prædicauit veritatem, & curauerit morbos, dormierit, esurierit, iter fecerit, Dei signa operatus sit, mortuos excitarit, cæcis visum restituerit, claudos & paralyticos fortes fecerit. Et quòd prędicarit veritatem, ipsum Euangelium, regnum cœlorum, suam erga homines benignitatem, itémque Patris ac Spiritus sancti. Et quòd pro nobis passionem subierit in veritate, in carne, & in perfecta humanitate, passus in veritate in cruce, præsente ipsius deitate, sed non ad patiendum conuersa, sed à passione aliena & immutabili: ita vt duæ hæ consequentiæ clarè considerentur, Christo patiente verò pro nobis in carne, verum pasionis exorte manente in deitate, non homine per se existẽte, & per se item deitate, sed simul præsente deitate: non patiente autem, propter essentiæ sinceritatem ac incomparabilitatem, patiente autem ipso in carne, & mortem sentiente in carne, viuẽte verò semper in deitate, & suscitante mortuos, corpore sepulto in veritate. Et quòd exanimis permanserit ad triduũ, sine spiratione ac sine motu: inuolutúsque sit in sindone, & depositus in monumento concluso per lapidem, & sigillis additis: non concluśa deitate, non sepulta deitate, sed simul cum sancta anima descendente ad inferna, & auferente illinc animarum captiuitatem, frangente stimulum mortis, perrumpente claustra & vectes adamantinos, exoluente dolores mortis in propria potestate, ita vt redierit cum anima, non relicta anima in inferno, quãdo neque caro ipsa viderit corruptionem, quum ipsam deitas sem per ipsi præsens excitarit, ita vt resurrexerit ipse Dominus & Deus, & Verbum ac filius Dei, cum anima & corpore ac vniuerso organo, counito ipsius organo in spiritum, ipsum videlicet corpus spirituale existens, quod aliquando tactui subiectum fuerat, & flagris traditum, voluntaria deitatis voluntate, & tentari à diabolo permissum, ac famem sentire, & somnum ac ærũnam, tristiciámque ac mœrorem. Ipsum hoc corpus sanctum counitum est de cætero deitati, deitate indesinenter counita corpori sancto talia passo. Surrexit enim, & conuiuit ipsum in seipsum, in vnum spiritum, in vnam vnitatem, in vnam gloriB ficationem, in vnam suiipsius deitatem. Apparuit enim in veritate, & contrectatus est à Thoma, & cum Apostolis cibum accepit, & cohabitauit cum ipsis quadraginta diebus ac quadraginta noctibus. Imò ingressus est foribus conclusis, & ingressus ostendit neruos & ossa, typum clauorum & typum lanceæ: quòd ipsum esset verè corpus, & quod coniunctum esset in vnam vnitatem: non expectans amplius vt patiatur, non amplius moriens, velut sanctus Apostolus ait, Surrexit Christus, non amplius moritur, mors ipsi non amplius dominatur: passibile impassibile & passionis exors semper permanẽs, diuinum cum corpore & anima & tota humanitate. Et quod ipse Deus existens ascendit in cœlos, & sedet in dextra patris in gloria, non deposito sancto corpore, sed counito in spirituale, in vnius deitatis perfectione. Quemadmodum etiam circa nostra corpora futurum est, quæ nunc seminantur animalia, resurgent spiritualia: quæ nunc seminantur in corruptione, resurgent in incorruptibilitate: quæ nunc seminantur in morte, resurgẽt in immortalitate. Si itaque nostra corpora sic, quanto magis illud sanctum & inenarrabile, & incomparabile ac sincerum & Deo counitum, quod vnum de cætero vniforme, velut etiam in hoc testimonium præbet Apostolus dicens, Etiamsi cognouimus secundum carnem Christũ, at nunc non amplius cognoscimus: non quòd diremit carnem à deitate, sed quòd ipsa maneat, & Deo counita sit, non autem amplius secundum carnem, sed secundum spiritum, velut inquit, sanctificationis, ex resurrectione à mortuis Domini nostri Iesu Christi hunc simul Deum habens passionis exortem D ac passum, & sepultum, & qui resurrexit & ascendit in glotia, venturus ad iudicandum viuos & mortuos, velut dicit in veritate, Cuius regni non erit finis. Etenim credit mater nostra hæc sancta Ecclesia, quemadmodum ipsi verè prædicatum est, & verè præfinitum est: Quòd obdormiemus omnes, ac resurgemus cum corpore hoc, cum anima hac, cum toto nostro vase atque organo, vt vnusquisque recipiat prout fecit. Quod est resurrectio mortuorum, & iudicium æternum, & regnum cœlorum, & requies iustis, & hæ-

Panis cibus est, virtus panis viuificat.

ſtis,& hæreditas fidelium,& tripudium cum Angelis eorum qui fidem ſeruarunt,& caſtitatem ac ſpē & Domini mandata. Verè inſuper & prædicatum eſt,& certò confirmatum eſt ac creditur, quòd alij reſurgent in vitam æternam,& alij in iudicium æternum,velut ſcriptum eſt in Euangeliis. Quęcunque enim dicit Apoſtolus,& omnes ſanctæ Scripturæ,vera ſunt,etiamſi apud incredulos & malè intelligentes aliter accipiantur. At noſtra eſt hæc fides,& hoc præmium, & hæc mater noſtra Eccleſia, per fidem ſeruans,& per ſpem confirmata, & dilectione Chriſti perfecta, in confeſſione, in myſteriis,in
A purgatoria lauacri virtute,nempe,Euntes baptizate in nomen Patris & Filii & Spiritus ſancti: in nommen diuinæ Trinitatis,in nomenclaturas nullam differentiam habentes,ſed quod Deus vnus nobis in Lege & in Prophetis,& in Euangeliis atque in Apoſtolis,in veteri ac nouo Teſtamento prædicatus eſt, annunciatus ac creditus,Pater & Filius & Spiritus ſanctus,non vt coniunctio ſit deitas,ſed Trinitas v erè perfecta. Perfectus Pater,perfectus Filius,perfectus Spiritus ſanctus, Vna deitas,vnus Deus cui gloria,& honor & imperium,nunc et ſemper,& in ſæcula ſæculorum. Amen. Hæc eſt fides noſtræ vitæ opus,hoc fulcrum veritatis,hæc virgo Chriſti & columba innocens,hæc eſt vita & ſpes & confirmatio incotruptibilitatis. Cæterum rogo vos omnes,qui hæc lecturi eſtis,vt veniam detis meæ humilitati ac debilitati, & mentis meę tenuitati, quæ à multo hæreſeon veneno obſtupuit & hiat, inſtar nauſeantis & reuomentis,propter auſtera verba,per quę contra quoſdam commota inuecta eſt, dum aliquos ſceleſtos,aut impoſtores,aut erroneos,aut deceptores appellauit. Nam propter multam veneni moleſtiam ac vexationem: quamuis hic non noſter mos ſit,vt aliquos libenter fugillemus: coacti fuimus talibus ipſos impetere verbis, quo mentem quorundam auerteremus, ne fortè putent nos,ex eo ſi diſplicentiam noſtram non publicaſſemus in reuelando ea quæ ab ipſis dicuntur aut fiunt, partem habere mentis aſſentientis prauæ vniuſcuiuſque hæreſis opinioni. Feci autem & præfationem breuem in principio operis,de his ipſis præmuniens,ac veniam petens, vt ne quis iniuſticiam quandam nobis impingat,velut victos nos eſſe putans,& hinc ad fugillandum ac ſubſannandum progreſſos. Oſtendi-
B mus autem in præfatione etiam,de qualibus hæreſibus dicturi eſſemus, & in quot libros vniuerſum opus diſtinximus,& de quibus ac quot in ſingulis libris diximus. Sicut etiam hic rurſus mentione facta ſimiliter oſtendam,in vtilitatem legentium vndecunque hi nobis contigerint. Et ſunt quidem libri tres,Tomi ſeptem,Et in primo quidem libro hæreſes XLVI ſunt,iuxta numerum nominum expreſſæ,& iuxta ſeriem primi & ſecundi vſque ad vltimum locatæ librum. Nam primus liber habet hæreſes XLVI,in tribus Tomis. Secundus liber hæreſes XXIII,in duobus Tomis,Tertius liber hæreſes XI in duobus Tomis. Omnes itaque vos qui labori noſtro collaboratis, & hoc opus ſtudioſe ac patienter perlegitis,togati ſitis, dignemini vtilitatem lucrifacere, & moleſtias hæreſeon iniucundas ab anima excludere. Non enim in detrimentum reuelauimus,ſed ad vtilitatem & cautionem,vt ne in prędictarum inductionem illecti incidatis. Vbi verò totum laborem percurretis,aut etiam partes,pro nobis orate,& rogate vt Deus det nobis partem in ſancta & ſola catholica & apoſtolica Eccleſia, vera item ac vitali et ſalutari: & liberet nos ab omni hęreſi. Et ſi quid velut homines vlterius non potentes, ab incoprehenſibili & inenarrabili deitate extenti,& velut in anguſtias redacti,per humanam audaciā coacti in defenſionem pro Deo narrauimus ac protulimus,ignoſcente Deo,etiam vos ipſi ignoſcite,& rurſus pro nobis orare: quo Dominus portionem quam petiuimus,det nobis in ſancta ſua fide,quę ſola aliena eſt ab omni contrarietate: & peccatorum noſtrorum quę multa ſunt,veniam concedat,in Chriſto Ieſu Domino noſtro,per quem & cum quo gloria Patri cum ſancto Spiritu in ſecula, Amen. Et quæ quidē de fide habet hæc ſola catholica Eccleſia & innocens colūba,quę vna eſt viro ſuo,velut dicit: Vna
C eſt columba mea: & ſimiliter de innumerabilibus iuuenculis,quarum non eſt numerus,breuiter diximus, itemque de Patris & Filii ac Spiritus ſancti coeſſentialitate,& de perfecto Chriſti in carne aduē tu,& de aliis fidei partibus. At verò de ſtatutis ipſius ac traditionibus eiuſdem,rurſus neceſſarium eſt me breuibus apponere earundem traditionum formam ex parte. Quęcunque ex natura ſeruantur, in ipſa & ſeruata ſunt,partim ex prępcepto partim per ſuſceptionem voluntarię prōptitudinis ſeruantur. Deo gaudente ob virtutem ſuę doctrinę. Et primum quidem velut crepido,& vt ita dicam,fundamentum in ipſa eſt virginitas,quę exercetur & ſeruatur à multis,& glorificatur. Sequitur autem ad eandem virginitatem ſolitudo,apud pleroſque vtriuſque ſexus ſolitariam vitam degētes. Poſt hanc continentia ſuper eundem curſum fundata. Poſtea Viduitas cum omni attentione & impolluta conuerſatione. Poſt hos verò ordines conſequuntur Nuptię venerādę in magno honore,pręſertim in vnis nuptiis permanentes & in obſeruatione mandatorum. Si verò quis mortua ipſius vxore,aut mortuo viro alicuius vxoris, cupit ſecundę aut ſecundo copulari,poſt mortem prioris: vert ex autem horum omnium,aut mater,vt ita dicam,genitrix eſt ſanctum Sacerdotium, ex virginibus quidem vt plurimum procedens: ſi verò non ex virginibus,at ex ſolitariam vitam degentibus. Si verò non ſuffecerint ad miniſterium ad ſolitariam vitam degentibus,de his qui continent à propriis vxoribus,aut ab vnis nuptiis viduitatem ſeruātibus. Nam eum,qui ſecundas nuptias cōtraxit,non licet in ipſa ad ſacerdotium ſuſcipere: etiam ſiis qui ab initio cōtinens viduus fuerit,poſſit habere locum Epiſcopi & Presbyteri et Diaconi et Subdiaconi. Poſt hoc ſacerdotium deinceps eſt Lectorum ordo, ex omnibus ordinibus conſtans, hoc eſt virgini-
D bus,et ſolitariam vitam degentibus,et continentibus,et viduis,et his qui adhuc ſunt in venerando coniugio: ſi verò fuerit opus, etiam ex his qui poſt obitum primę vxoris ſecūdam duxerunt. Non enim eſt ſacerdos ip ſe lector,ſed velut ſcriba,ſermonis. Sed et Diaconiſſę conſtituuntur in myniſterium mulierum ſolum,propter reuerentiam,ſi opus fuerit balnei gratia,aut viſitationis et inſpectionis corporum. Et ipſę ſint etiam, quæ in vnis nuptiis continenter ſe habuērunt, aut ab vnis nuptiis viduitatē

Traditionum ratio

Virginitas Solitudo, ſeu monachatus. Continentia. Viduitas. Nuptiæ. Sacerdotium.

Lectorum ordo.

Diaconiſſæ.

seruarint, aut semper virgines sint. Deinde consequenter ab his sunt Eporcistæ siue Eiuratores & interpretes linguę in linguam, siue in lectionibus siue in colloquiis. Deinde Laboratores, qui corpora eo
Eporcistæ rum qui obdormierunt, obuoluunt ac cooperiunt, & Ianitores, & tota boni ordinis disciplina. Com- A
Laboratores. muniones autem siue synaxes fieri ordinatæ sunt ab Apostolis, quarta & prosabbato & dominica.
Ianitores Quarta verò & prosabbato ieiunium statutum est vsque ad horam nonã. Nam illucescẽte quarta assũptus est Dominus, & prosabbato crucifixus est. Et tradiderunt Apostoli vt in his diebus ieiunia fie-
Cõmunio rent: ita vt impleatur dictum hoc, Quum ablatus fuerit ab ipsis sponsus, tunc ieiunabunt in illis die-
nes, ieiunia statuta. bus. Et non vt gratiam aut beneficium exhibeamus ei qui pro nobis passus est, ieiunium nobis constitutum est: sed vt confiteamur ad nostram salutem Domini passionem, quam pro nobis ipse suscepit: &
Pẽtecoste vt pro peccatis nostris, ieiunia nobis apud Deum supputentur. Et per totum quidem annum ieiunium hoc seruatur in eadem sancta catholica Ecclesia, quarta, inquam, & prosabbato, vsque ad horam nonã excepta sola Pentecoste, per totos quinquaginta dies, in quibus neque genua flectuntur, ne ieiunium imperatum est. Cæterùm pro communionibus, quæ quarta & prosabbato, ad horam nonam fiunt, in
Natalis Domini. die Dominica, matutinis horis communiones fiunt. Insuper verò, in quinquaginta diebus Pentecostes de quibus dixi, non est ieiunium, neque in die Epiphaniorum, hoc est apparitionis & aduentus, quando natus est in carne Dominus, ieiunare licet, etiamsi contingat vt sit quarta aut prosabbatum. Verùm ex bono proposito, pietatis exercitatores in ipsa Ecclesia semper ieiunant, excepta dominica & pentecoste: semper item vigilias agunt. At verò dominicas omnes delicatas ducit sancta hæc catholica Ecclesia, & communiones mane perficit, & non ieiunant. Inconsentaneum enim est in dominica ieiunare. Porrò quadragesimam ante septem dies sancti paschatis, similiter seruare solet eadem Ecclesia, in
Quadragesima. ieiuniis perseuerans, dominicis verò omnino non, neque in ipsa quadragesima. Cæterùm per B
Siccorum esus. sex dies ipsius paschatis, omnes populi in siccorum esu perseuerant, pane, inquam, & sale & aqua tunc veteres ad vesperam. Sed & pietatis studiosi duplas & triplas ac quadruplas transmittunt, & aliqui totam hebdomada, vsque ad gallicinium dominicæ illucescentis, vigilias autem agunt per sex. Rursus verò communiones perficiunt per easdem sex dies, & totam quadragesimam à nono vsque ad vesperam. In quibusdam verò locis quintam solum illucescentem vigilant in prosabbatum ac dominicam. In aliis autem locis cultus diuinus dispensationis mysterii in quinta fit, hora nona, & sic cessat, permanentibus ipsis in eodem siccorum esu. In aliis rursus locis non fit cultus diuinus dispensationis mysterij, nisi solum illucescente dominica, quando ipsos dimittit circa gallicinium in resurrectionis die ac festiuitate, magna illa Paschatis dies, velut statutum est
Baptismꝰ Mysteria. At verò alia mysteria, de lauacro & internis mysteriis, velut habet traditio & Euangelii & Apostolo-
Defuncto rum ratio rum, ita perficiuntur. In his autem qui vita defuncti sunt, ex nomine memorias faciunt, orationes ad
Hymni. Deum perficientes ac cultus diuinos, & mysteriorum dispensationes. Matutini etiam hymni in ipsa sã
orationes cta Ecclesia perpetuò fiunt, & orationes matutinæ, lucernalesque simul psalmi ac otationes. Quidam verò ex solitariam vitam degentibus in ipsa Ecclesia, habitant in ciuitatibus. Aliqui verò in monasteriis
Religiosorum varietas. desident, & procul secedunt. Placuit autem quibusdam etiam capillos nutrire, honestæ videlicet vitæ gratia, ex proprio mentis inuento, non ex Euangelii præcepto, neque ex Apostolorum traditione. Nam C
sanctus Apostolus Paulus hunc habitum amputauit. Sunt præterea aliæ præeminentes vitæ conuersationes, quæ in eadem sancta catholica Ecclesia seruantur, eorum, inquam, qui ab omnibus carnibus abstinent, quadrupedibusque & volatilibus ac piscibus, ouo item & caseo: & alia diuersa vitæ instituta. Nam vnusquisque secundum proprium laborem accipiet mercedem. Et quidam sanè abstinẽt ab omnibus his, aliqui verò à qudrupedibus solum, volatilibus verò & reliquis vescuntur. Alii verò à volucribus abstinent, vruntur autem ouis & piscibus. Alii neque ouis vescuntur, alii piscibus solis. Alii etiam à piscibus abstinent, caseo verò vescuntur. Alii autem neque caseum sumunt. Iam verò adhuc alii etiam à pane abstinent, alii etiam ab arborum fructibus duris ac nucibus, & à coctis. Multi verò etiam humi dormiunt. Alii neque calceamenta induunt. Alii saccum gestant occultum, qui videlicet rectè gestant propter virtutem & pœnitentiam. Indecorum enim est in conspicuo sacco prodire, quemadmodum aliqui faciunt. Indecorum est item velut dixi, in vinculis prodire, velut quibusdam visum est. Plerique autem à balneo abstinent. Et quidam vitæ renunciarunt, arteſque tenues & nullius negocii sibiipsis excogitarunt, vt ne ociosam vitam degant, neque panem grauatum comedant. Pleri-
Hospitalitas, eleemosyna, prohibita in Ecclesia. que uerò in Psalmodiis, & assiduis orationibus, lectionibúsque sacrarum Scripturarum, & seceſſibus execrentur, Cæterùm de hospitalitate & benignitate etga homines, eleemosynáque in omnes, huius sanctæ catholicæ & apostolicæ Ecclesiæ fructus omnibus prædictus est. At uerò lauacrum habet pro inuterata circumcisione in Christo, Quiescit in magno sabbato. Abstinet à societate omnium hæreseon. Reprobat omnes scortationes & adulteria, & petulantiam atque idolatriam, & cędem & omnem iniquitatem, & Magiam, et veneficium, astronomiam, vaticinationes, tremorum obseruationes, incantationes, amuleta quæ appenduntur aut alligantur, et phylacteria quoque appellantur, prohibet D
theatra et ludos equestres, et venationem, musicos item, et omnem maledicentiam ac detractionem: et omnem pugnam et blasphemiam, iniusticiámque ac auariciam et vsuram. Negocitatores nõ recipit, sed inferiores omnibus dicit. Oblationes accipit à non iniustis, neque iniquè agentibus, sed à iustè viuẽtibus. Preces autem assiduè imperat cũ omni sedulitate ac prolixitate & geniculatione in ordinatis diebus, noctu atque interdiu ad Deum effundere. In quibusdam autẽ locis etiem in sabbatis cõmuniones faciũt, non vbique autem, sed apud Ancremonas. Seruatur ac cauetur, vt ne quis omnino iuret, neque cõuicietur, neque deteſtetur ex præcepto ipsius Saluatoris, et vt neque mẽtiatur quãtũ eius fieri potest.

Plerique

Plerique vero vendunt bona ſua ac poſſeſſiones,& dant pauperibus.Hic eſt character & forma huius ſanctæ catholicæ Eccleſiæ,cum ea quam antea declarauimus,fide:& hæc ſtatuta rituſque ac traditiones in ipſa habentur.Hic enim eſt charaſter Eccleſiæ,à lege & Propheris,Apoſtoliſque ac Euangeliſtis collectus,velut ex multis odorifetis virgultis ac medicamentis antidotus bona,ad ſalutem vtentiũ præparata,ex voluntate Patris & Fili & Spiritus ſancti.Hi ſunt characteres reuerendæ ac caſtæ huius ſponſæ Chriſti.Hæc eſt dos & Teſtamentum hæreditatis,& voluntas ſponſi ipſius,& cœleſtis Ieſu Chriſti
A Domini noſtri: per quem & cum quo,gloria Patri,honor & imperium,cum ſancto Spiritu in ſæcula ſeculorum,Amen.Omnes fratres apud nos ſalutant veſtram præſtantiam,maximè Anatolius,qui per *Anatoli⁹.* notas ac chartas,hoc contra octoaginta hæreſes opus, multo labore & magna diligentia ac promptitudine exarare ac emendare dignatus eſt & ſimul Hypatius venerandiſſimus ſyndiaconus ac commini ſter,qui tranſcriptionem de chartis in quatuor exemplaria fecit.Pro quibus orare dignemini vos venerabiles ac chariſſimi reuera fratres.Pax Domini noſtri Ieſu Chriſti & gratia & veritas,ſecundum ipſius mandatum,cum omnibus vobis optimarum rerum ſtudioſiſſimi ac dilectiſſimi fratres,Amen.

Finis ſeptimi & vltimi Tomi,vniuerſi operis D.Epiphanii,Panarii appellati,& contra octoaginta hęreſes conſcripti,Iano Cornario Medico Phyſico interprete.

D. EPIPHANII EPISCOPI CONSTANtia Cypri, *Epiſtola ſiue liber, aut Sermo Ancoratus appellatus, docens de vera fide Chriſtiana,*

IANO CORNARIO MEDICO PHYſico interprete.

B

LIBRI ANCORATI APPELLATI *Argumentum.*

Diuinus hic & magnus pater noſter Epiphanius,ex Eleutheropoli in Paleſtina originem traxit,vbi etiam pater fuit monaſtarum ſolitariam vitam degentium.Primam autem exercitationem in ſtudiis pietatis fecit profectus in Aegyptum, et commoratus eſt ibi vſque ad reditum in vigeſimo ætatis ſuæ anno,quo rurſus in vicinos Eleutheropolitarum vrbis locos rediit,et in ipſis monaſterium ædificauit. Ancoratus autem appellatus eſt ipſius liber,eo quòd inſtar ancoræ ducit mentem de vita et ſalute perſcrutantem,propterea quòd compoſitio ipſius multas fidei partes complectitur,nimirum eam quę eſt de patris et filii et Spiritus ſancti coeſſentialitate,et eam quæ eſt de perfecto Chriſti in carne aduentu: item de reſurrectione mortuorum,et vita æterna, ſimulque de iudicio carnis et animæ, item contra ſimulachra et hæreſes ex parte,tum Iudęorum,tum aliorum.Continet autem et octoaginta hæreſeon nomina,et aliarum in diuina Scriptura quæſtionum declarationem. Scriptus eſt ed eos,qui in Suedris Pamphylię degebant,et per epiſtolas hoc ab ipſo petiuerant,quæ epiſtolę ea de cauſa hic ante libri tractationem præpoſitæ ſunt.Facta autem ſunt hæc nonageſimo anno à Diocletiano,Valętis ãno
C decimo,Gratiani ſexto.

EPISTOLA SCRIPTA E PAMPHYLIA EX *ubre Suedrorum à Tarſino & Matidio atque aliis presbyteris, ad ſanctum Epiphanium, in qua petunt de fide in patrem & filium & ſanctum Spiritum edoceri, & de aliis eiuſdem fidei partibus.*

DOmino in Deo venerando,epiſcopo Epiphanio Matidius et Tarſinus, nouelli preſbyteri catholicę in Suedris Eccleſiæ,in Domino gaudium,Variè ſolet turbas ciere inimicus hominum diabolus,et propria ſemina contra ſimpliciores ſuperſeminare, præſertim eos qui nondum in fide ſanctæ Trinitatis ſunt confirmati.At ſolidum fundamẽtum,velut ſcriptum eſt,ſtat habẽs hoc ſigillum,Nouit enim Dominus eos qui ipſius ſũt. Cæterum ad omnia leues hęretici,omiſſa contra Ieſum blaſphemia,alio modo in Deũ impietatem declarant,contra ſanctum Spiritum propriam linguã magnificantes,et iniuſtitiam in altũ loquentes, Attamen quamuis innumeris commotis, ipſi per gratiam Domini in ſana fide ſtamus,in nulla omnino re à recta et ſana doctrina emoti.Et multi ex his,qui ſeducti eſſe putati ſunt, rurſus conualuerunr,ac firmitatem adepti ſunt,tum per literas memorabilis ac beati epiſcopi Athanaſii, tum per
D pientiſſimum comminiſtrum tuum Proclianum. Quandoquidemverò reliquiæ malæ doctrinæ apud quoſdam adhuc reſtant,oportet et has per vos peritos agricolas in bonam oleam inſeri,aut penitus exſcindi. Huius gtatia ad pietatem tuam ſcribimus,ac rogamus, vt pietas tua literas ad noſtram Eccleſiam exarare dignetur,et rectam ac ſanam fidem per latiorem narrationem exponere: quo poſſint etiam ſimpliciores et adhuc circa fidem ambigentes,per ſacras tuas literas confirmari,et inimicus Eccleſiæ diabolus per ſanctas preces tuas pudore affici atque confundi.Vale venerandiſſime.

EPISTOLA SCRIPTA A PALLADIO EIVSDEM VRBIS Suedrorum magiſtratu, & miſſa ad eundem ſanctum Epiphanium, in qua etiam ipſe de iiſdem petit edoceri.

DOmino animę meæ in Deo venerando epiſcopo Epiphanio Palladius in Domino gaudium. Qui magnum ac amplum tranſeunt mare, quandiu quidem tranquillus ventus nauem dirigit, parum de portibus ad ripas ſitis curioſi ſunt, putantes citra laborem trā ituram eſſe nauem. Vbi verò contrarius & vehemens inſpirarit ventus, qui fluctus in A
ltum vndique attollit, & nauem vndis obtundit, tunc ſanè tranquillum deſiderantes portum, & omnes circumſitam tetram circum ſpectantes, nuſquam verò applicare potentes, de cętero ad propinquam, ſi ita contigerit, inſulam diuertunt, omni modo ſalutem ſibiipſis exquirentes. Et vbi ad hanc acceſſerunt, & ſub protectionem obiectorum promontoriorum delati ſunt, vix tandem à circumcirca alluentibus malis liberari ac diſcedere poſſunt. Et nos ipſi nunc, ô Domine, ſalutari Verbo Dei inſtructi, & à mundana tempeſtate noſipſos liberare volętes, & ad tranquillum Chriſti portum nauem noſtram appellere cupientes: quandoquidem vanas quaſdam & temerarias, velut mihi videtur, de ſancto Spiritu quæſtiones ab aliquibus commotas cognouimus, qui aſſerunt nō oportere hunc cum Deitate ac dominatione glorificari, ſed in miniſtri ac Apoſtoli gradu locatum eſſe & prauiores ac humiliores de ipſo opiniones tractant: ob id velut inſtabili tempeſtate & graui fluctuatione detenti, neminem apud nos potentem reperire valentes, qui quæſtiones illas diſſoluerer, & ſanam fidem nobis exponere poſſet: ad tuam pietatem rem deferre coacti ſumus, hanc vocem meritò etiam ipſi emittentes, Prędceptor ſerua. Rogamus igitur tuam minimè ſimulatam ac rectam fidem, quā præuia bona fama, & teſtes fide digni teſtantur ac prædicant, dignare ab hoc à Saluatore ordinatus, vt preces noſtras clementer ſuſcipias, & per ſacrum libellum latiore ac clariore narratione ſanctæ Trinitatis fidem exponas, & hunc ad nos mittas: quo & nos in hac confirmati, ea quorum ſtudio tenemur, B
aſſequamur: & hi qui iam in ipſa pii ſunt, exhilarentur: & qui errarunt, ſi id fieri poteſt, ſanentur, & Dominus in omnibus glorificetur.

EPISTOLA RESPONSIVA, MISSA A ſancto Epiphanio, ad ſuperiores, Quæ totam de diuina fide Doctrinam, quam illi petiuerunt, in ſeipſa continet ac tractat.

DOminis & venerandiſſimis fratribus ac presbyteris, Matidio, Tarſino, & Numerio, & reliquis omnibus qui ſunt vobiſcum: & chariſſimis filiis noſtris Palladio & Seuerino, qui bonum zelum æmulati ſunt, & beatam ac deſiderabilem vitam ſibiipſis elegerunt, & rectæ de fide doctrinæ, & perfecti aſſenſus, qui quod à Saluatore dictum eſt, implęte Si vis perfectus eſſe, vende bona tua, & da pauperibus: & hoc, Vendebant poſſeſſiones ſuas, & ponebant ad pedes Apoſtolorum: & qui quæcunque commoda et optima ſunt, animis ſuis apponunt: Epiphanius minimus epiſcoporum, et qui mecum ſunt fratres, in Domino Deo gaudium. Iam equidem beatum prædicauerim meipſum ô chariſſimi, quòd quum non ſimus nos ſufficientes, ad virtuoſam ſanctorum et bonorum atque eorum, qui zelum Dei ſuſceperunt, vitam ac rem publicam: digni ſimus ab iiſdem ſtimulari, vt mentem excitemus, et ad vtilitatem incumbamus. Noſter enim ſemper humilis animus, quietè perſeuerare ſtudens, et non vltra eos qui nimium ſpeculantur C
extendi, illud conſiderans quod ab Apoſtolo dictum eſt, Vt ne extendar ſupra menſuram regulæ, quā dedit nobis Deus, nunc ad hoc deuenire cogitur. Nam ſuffragia vndiquaque firma diuini in vobis zeli
Hypatius itemque in aliis idem ſentientibus, rectam, inquam, fidem æmulantibus: et Hypatius filius noſter, qui ex Aegyptiorum regione propter hoc ad me venit: omnem ſegniciem et omnem cunctationem me deponere affecerunt, et non amplius continere, neque differre, aut vlli rei poſtponere, vt de fide vobis ſcribam, quum requiratis vos et fratres noſtri ea quæ ſpectant ad veſtram ſalutem, ex diuina ac ſancta Scriptura, firmum fundamentum fidei de patre et filio et Spiritu ſancto, et de reliqua vniuerſa in Chriſto ſalute, de reſurrectione, inquam, mortuorū, et de vnigeniti in carne aduętu, et de ſancto Teſtamęto ve
Conops. teri ac nouo, et in ſumma de alijs conſtitutionibus perfectæ ſalutis. Ego itaque huiuſmodi propoſitione accepta, quum non paucę eſſent petitiones fratris Conopis in presbyterio conſortis, & comitum ipſius, tum aliorum, tum præſtantiæ veſtræ filij chariſſimi: imò quum & filius noſter Hypatius ab Aegypto ad me propter hoc veniſſet, conſona ſuffragia ſimul multa videns, punctus animo ac cogitatione, cōſiderationem mecum feci, & viſum eſt mihi promptè animum indecere, iuxta literarum veſtrarum petitionem, ad hoc vt indubitanter ego tenuis hanc meam epiſtolam deſiderio veſtro ſcriberem. Et valdè quidem admiror admirabilem Domini & Dei noſtri diſpenſationem, cui complacuit ob excellentę ipſius bonitatem, omnibus dare ſanctum ſuum Spiritum, qui ipſum in veritate quærunt. Neque enim impias veſtras & veſtrorum petitiones per literas ô chariſſimi duxi, ſed motum examinaui, qui ex Dei D
gratia in vobis incœpit. Qui enim in veritate conſona & concinna cum beato Petro dicere nouerunt,
Bar Iona nempe, Tu es Chriſtus filius Dei viuentis, hic clarè ab ipſo Domino beati prædicabuntur: quemadmodum et ſanctus ille beatus prædicatus eſt, dum audiuit, Beatus es tu Simō Bar Iona, hoc eſt filius Ionæ pater enim ipſius Ionas vocabatur, Bar autem ex Hebræa lingua filium interpretari poſſis Atque hoc

erat

erat vita quam dedit vnigenitus filius discipulis suis, dicens, Vt habeant vitam in seipsis, & cognoscant
solum verum Deum, & quem misit Iesum Christum. In eo igitur quod dixit, Solum verum Deum, ad
A monarchiam & vnius principatum nos duxit, vt ne amplius sub elementis mundi simus seruitute pres- *Scortatio*
si, vt ne amplius deorum multitudo in nobis sit, & ad talem scortationem mentes hominum disper- *prima, cui*
gantur, sed ad vnitatem solius veri Dei. Prima enim scortatio, est excogitatio simulachrorum, inquit *vt simula-*
Scriptura. Et quem misit Iesum Christum: Quem Iesum Christū? Verū Deum. Sicut dicit de ipso Ioā- *chrorum.*
nes, Vnigenitus filius, qui est in sinu patris, ipse enarrauit. Vnus itaque Deus pater, & solus verus Deus
& non secundum effictos deos, quos putauerunt Græci quidam deos, quum non sint dii, sed solus ve-
rus Deus. Nam solus ex solo vnigenitus, & solus Spiritus sanctus. Trinitas enim in vnitate, & vnus
Deus, pater & filius & Spiritus sanctus. Frangit autem & consternat hic sermo eos qui non digni facti
sunt Spiritu sancto. Nemo enim potest dicere, Dominus Iesus, nisi in Spiritu sancto. Etenim nomen
Iesus etiam Iudęi dicunt, sed Dominum non putant. Et Ariani dicunt nomen, & Deum adoptatum
dicunt, & non verum, quoniam non fuerunt participes Spiritus sancti. Nisi enim quis susceperit Spiri
tum sanctum, non dicit Iesum Dominum verè, & Deum verè, & filium Dei verè, & regem æternum
verè. Discant enim qui malam opinionem habent, quòd vnigenitus filius Dei non vult omnia de seip
so testari. Sic enim dixit in Euangelio, Si testimonium præbeo de meipso, testimonium meum nihil est
Alius est qui testatur de me. Et quis est alius qui clamauit de cœlo, Hic est filius meus dilectus, in quo
mihi bene complacitum est. Hic verò qui dicit, Si ego testimonium præbeo de meipso, testimonium
meum nihil est: rursus dicit, Et si ego testimonium præbeo de meipso, testimonium meum verum est.
Et rursus, Ipsa opera testantur, quæ dedit mihi pater. Et rursus, Moses scripsit de me, & Moses testatur
B de me. Primùm quidem, Si ego testimonium præbeo de meipso, testimonium meum nihil est: quoniã
multi glorificant seipsos, & testantur de seipsis, quo excinderet gloriationem iactabundorum, & seip-
sos commendantium. Quum verò dicit, Et si ego testimonium præbeo de meipso, testimonium meum
verum est: ostendit, quòd non humanum est ipsius testimonium, sed quòd Deus est vera adstruens suo
testimonio. Verus itaque Deus pater, verus Deus filius, verus spiritus sanctus, spiritus Dei existens, & *Lux, &*
spiritus veritatis, Trnitas in vno spiritu numerata. Nam de patre ipse filius dicit, Quo cognoscant te so *lux vera.*
lum verum Deum. Fide dignus autem testis est, qui super pectus ipsius recubuit, vnigenitum Deum ip
sum appellans. Non apposuit autem vnigenito Deo, Deus verus: sed de patre scriptum est, Verus Deus
de filio verò, Vnigenitus Deus. Et rursus de patre, Lux Deus: de filio autem, Erat lux vera. Et vide mihi
exactam scripturarum sinceritatem: Est equidem pater lux, & non appositum est de patre, Lux vera
de filio verò dixit, Lux vera, & nemo audet aliter dicere. Quis enim insanus aut demens, audebit blas-
phemiæ suspicionem sibiipsi comparare: quum non inueniat appositam vocem, Vera? Si enim qui ex
ipso genitus est genuinus filius, lux vera est, filii genitor citra ambiguitatem lux vera est, ipse qui ge-
nuit ipsum sine prĩcipio & sine tẽpore lucẽ verã. Et quemadmodũ nõ audendũ est de patre dicere, ꝙ
non est lux vera: sed propter pietatem, cuique apud se cogitandum. Nouimus etiamsi non sit scriptũ
quod est lux vera, & non dubitamus, vt ne pereamus: Sic etiam de filio scriptum est, quòd Deus est
C filius. Et quamuis non additum sit, Deus verus, insaniam nobis ipsis aggregabimus si ausi fuerimus *Deus, &*
blasphemare, & non dicere filium Deum verum. Sufficit enim de vno omnem Trinitatis conligatio- *Deus ver⁹*
nem ferre, & à patre intelligere filium Deum verum, & spiritum verum, quum vicissim apposita sint
vtrisque nominibus æquiualentia veritatis: patri quidem, Deus verus: filio verò, Deus. Et vice versa
filio Lux vera, patri verò lux: quo duas glorificationes de Deitate coniungentes, de patre quidem, De⁹
verus, de filio autem, lux vera: & de patre lux, & de filio Deus: à luce & voce Deus, vnam Deitatem
à Deus verus, & lux vera, vnam potentiæ vnitatem confiteamur. Similiter etiam de sancto spiritu, Si e
go abiero, ille veniet, inquit, spiritus veritatis. Et amplius de seipso, Ego sum veritas. Et de patre, spiri-
tus patris mei, qui loquitur in vobis. Et de spiritu, spiritus meus stetit in medio vestrũm. At spiritus i-
neffabiliter cooperans filio, eiicit ipsum in desertum, vt tentaretur à diabolo. Et ipse Dominus, spiritus
Domini super me propterea quod vnxit me. Spiritus autem sanctus in propheris loquens, Hæc dicit
Dominus omnipotens, Qui loquitur in prophetis Dominus, qui firmat tonitru, & creat spiritum:
tonitru quidem quod resonat in auribus hominum, creans autem spiritus ad operationem pluuiarum *Creãs spi-*
quæ demittuntur à Deo ad terrã. Et de creaturis quidem sic dicit: Firmans tonitru, & creans spiritum. *ritũ, quo-*
Hæc enim creata sunt. Annuncians autem Christum suum hominibus, nõ amplius creans, non ampli⁹ *modo in-*
firmans: sed annuncians ipsum hominibus verè genitum ex ipso, increatum, immutabilem, inaltera- *telligẽdũ.*
bilem, qui semper est ex semper existente, qui per Iohannem prædicatus est semper existens. Qui est,
inquit, misit me, dicit Moses Et Ioannes: Qui est in sinu patris, ille enarrauit. Existens est filius, existẽs
est pater. Qui est, apud eum qui est, ex ipso genitus. Non coniunctio existens cum patre, non qui incœ
perit esse, sed sẽpẽr genuinus cum patre. Semper pater qui genuit filium. Non enim vnquam erat tem-
D pus quando pater non erat pater. Non erat vnquam tempus, quando filius non erat patri soli. Si enim
erat tempus quando non erat pater: ergo ipse erat filius alterius patris, antequam esset pater vnigeniti.
Et qui sibi vidẽtur pii esse in patrẽ, perfectè impii sunt. In Deo enim non tẽpus, non momentũ tempo
ris, non punctum, non in diuidua temporis particula, non ictus oculi, non mentis subleuatio recipitur
Sed quantum ascenderit mens tua, vt filium comprehendas ac credas, simul cogitat & patrem. Nomẽ
enim est significatiuum. Quum enim filium vocaueris, filium dicens, cogitas patrem: à filio enim pa-
ter intelligitur. Et cum patrem appellaueris, significas filium: pater enim omnino filii appellatur.
Quando igitur poteris audere ac dicere, quòd pater non erat pater, quo etiam filium audeas dicere nõ

non esse? Si verò non audes dignitatem apponere patri: nī vox Filius in identitate existit, & non opus habet additione, non gloria, non progressu: disce vt ne sis maledicus quicunque fidem infestas, imò potius teipsum à fide persequeris: sed semper crede sempiternum, qui verè genuit filium semper verè existentem apud verè existentem patrem. Filius enim semper, non coniunctio existens patri, non confrater, sed filius genuinus ex patre genitus, naturalis filius, non adoptatus, filius coessentialis patri, non synusios, hoc est simul essentiam habens, sed homousios, id est coessentialis: hoc est, non extra patrem genitus, velut quidam per cauillum dicunt, adoptione volentes esse filium, & non veritate. Colligantia autem est fidei, coessentialem dicere. Si enim dixeris coessentialem, soluisti Sabellij potestatē Non enim vnius substantiæ significationem habet vox coessentialis, sed significat & in substantia esse patrē, & in substantia filium, & in substātia spiritum sanctū. Cū verò coessentiale dicis, non alien ab eadē deitate significat, sed De eūx Deo filiū, & Deum spiritū sanctum eiusdem deitatis: non tres deos. Neque enim si dixerimus filium & patrem Deum, duos deos dicimus Vnus enim est noster De., velut beatus Moses dicit, Domin. Deus, Dominus vnus est. Non deos dicimus, Deum patrē, Deū filiū, Deum spiritum sanctum, & nō deos. Neque enim est multitudo deorum in Deo, Verùm per tria nomina vna deitas, patris & filii & spiritus sancti. Et non duo filii: vnigenitus enim vnus ipse filius, spiritus sanctus ipse spiritus sanctus, spiritus Dei, semper existens cum patre & filio, non alienus Deo, sed à Deo existens à patre procedens, & à filio accipiens. At filius quidem vnigenitus, incomprehēsibilis, & spiritus, incō prehensibilis: verùm ex Deo non alienus à patre & filio. Neque coniunctio est patris & filii. Sed Trinitas semper existens eiusdē essentiæ, non alia essentia prēter deitatē neque alia deitas præter essentiam, sed eadem deitas, & ex eadem deitate filius & spiritus sanctus. Et spiritus quidem, spiritus sanctus: filius verò, filius. Spiritus autem à parte procedens, & ex filio accipiens, perscrutās profunditates Dei annuncians ea quæ sunt filii, in mundo sanctificans sanctos per trinitatem, tertius nomē clatura, pater & filius & spiritus sanctus. Euntes, inquit, baptisate in nomen patris & filii & spiritus sancti: quoniam est sigillum gratiæ, colligatio Trinitatis, non alienus à numero, non separatus à nomenclatura, non alienus à dono, sed vnus Deus, vna fides, vnus Dominus, vnum donum, vna Eccleſia, vnum baptisma. semper enim Trinitas trinitas, nunquam additionem accipit: & sic numeratur, Pater, Filius, & sanct⁹ spiritus. Non est coniunctio ipsa Trinitas, non distans quid in Ipsa est à propria ipsius vnitate: verùm in substantia perfectionis, perfectus pater, perfectus filius, perfectus spirius sanctus: pater, & filius, & spiritus sanctus. Et vice uersa, spirit⁹ donis perfectus est. Diuisiones enim donorum sunt, idem autem spiritus: & diuisiones ministeriorum sunt, idem verò Dominus: & diuisiones operationum sunt, idē autem Deus, qui operatur omnia in omnibus. Ne excidamus à proposito, ne discedamus à veritate. Nos non patrocinamur pro Deo, sed pie consideramus, vt ne pereamus. Et loquimur non velut comprehendentes: nam vt homines loquimur quæ comprehendimus. Honor enim erga Deum infinitus, & innumeris modis in mente nostra glorificatus est, nihil amplius gloriæ assumens, neque detrahi sinens. Nihil enim in Trinitate creatum, aut postea factum. Sed pater quidem filium generat, non erat autē vnquam tempus quādo non erat filius. Neque enim pater in aliquo tempore pater non vocabatur: sed erat semper pater, & erat semper filius: non confrater, sed filios genitus ineffabiliter, & nominatus incomprehensibiliter. Cum patre verò existens semper, & nunquam esse desinens. Pater igitur ingenitus & increatus, & incomprehensibilis. Filius genitus, sed & increatus & incomprehensibilis. Spiritus sanctus semper, non genitus, non creatus, non confrater, non patruus, non propater, non filius: sed ex eadem essētia patris & filij spiritus sanctus. Spiritus enim Deus. Vnumquodque autem nomen vnicum nomen est, non habens secundam significationem. Nam Pater pater, & non habet comparandum, neque alteri patri quid coniunctum, vt ne duo sint dei. Et filius vnigenitus Deus verus ex Deo vero, non patris habens nomen, neque alienus à patre, sed vnius patris existens: vnigenitus autem, quo vnici nominis sit filius, & Deus ex Deo, quo vnus Deus pater & filius vocetur. Et spiritus sanctus vnici nominis est, non filij habens nomen, non patris nomenclaturam, sed spiritus sanctus sic appellatus, non alien⁹ à patre. Ipse enim vnigenitus dicit, Spiritus patris. &, Qui ex patre procedit. & , De meo accipiet, vt ne alienum putetur à patre, & filio, sed einsdem essentiæ, eiusdem deitatis, spiritus diuinus, spiritus veritatis, spiritus Dei, spiritus paracletus, vnico nomine appellatus, non habens comparationem, non alteri alicui spiritu adæquatus, nō appellatus nomine filii, aut nominat. nomine patris, vt ne vnica nomina æquiuoca sint: veruntamen Deus, sed in patre, Deus: in filio, Deus: in sancto spiritu, Dei & Deus. spiritus enim Dei, & spiritus patris, & spiritus filij, non iuxta aliquam compositionem, quemadmodū in nobis anima & corpus, sed in medio patris & filij, ex patre & filio, tertius nomēclatura. Euntes enim inquit, baptisate in nomen Patris & Filij & spiritus sancti, Si verò baptisat pater in nomen suum, in nomen Dei, & perfectum sigillum in nomine Dei obsignatum est in nobis: & baptisat Christus in nomē suum, in nomen Dei, & perfectum sigillum in nomine Dei obsignatum est in nobis: quis audebit suā animam impugnare, Spiritum alienum à deitate dicens? Si enim in nomen Dei, & in nomen filij, & in nomen sancti spiritus, vnum sigillum est trinitatis: vna etgo potestas deitatis in trinitate. Si verò vnum est Deus, alia verò creata, & non Deus, qua ratione colligata sunt, sunt duo ad vnum sigillo perfectionis? Igitur in regium nomen signati sumus vnum illud patris: & alia non sunt regia, sed adhuc elementis & creaturis seruitute subiecti sumus. Et non potuit solum nomen patris saluare, sed sibiipsi creauit alia duo elementa, iuxta maledicorum opinionem, vt assumeret deitas etiam alias virtutes, et signatum ab ipso saluare posset, et homo ab ipso creatus redemptionem remissionis peccatorum acciperet. Hei quales nugæ. O ingentem blasphemiam. Vnde irrepsit in mundum alia rursus

synusios et Homousios.

Filius nec à patre, nec à spiritu factō alienus.

A B C D

ſus noua incredulitas,imò potius dixerim fidei peruerſitas? Deterior eſt enim fidei peruerſitas incredu
litate.Incredulitas enim fidem accipiens corrigi poterit,fidei verò peruerſitas incorrigibilis eſt, & æ-
grè ſaluatur,niſi ſanè donum & gratia aliqua ex ſupernis acceſſerit. Dicit igitur beatus Petrus ad Ana-
niam:Quid tentauit te diabolus,vt mentireris Spiritui ſancto?Et ait, Non mentitus es hominibus, ſed
A Deo. Ergo Deus eſt ex patre & filio ſpiritus,cui mentitus eſt ille,qui de precio aliquid detraxit. Quem-
admodum etiam Paulus huic ſententiæ concinit,dicens:Vos autem templum Dei eſtis,& ſpiritus Dei
habitat in vobis.Igitur Deus eſt ſpiritus,ſicut antea dixi. Quapropter templum Dei vocabuntur etiam
ſancti homines,qui ſanctum Dei ſpiritum in ſeipſis habitare fecerunt. Quemadmodum teſtatur prin-
ceps Apoſtolorum,qui dignus factus eſt beatus prædicari à Domino,quòd pater ipſi reuelaſſet. Si ita-
que pater reuelat ipſi filium verum,& beatus prædicatur: idem etiam rurſus reuelat ſanctum ſuum ſpi
ritum.Ipſe autem Dominus conſtituit eum primum Apoſtolorum, petram firmam ſuper quam eccle- *Petri prin*
ſia Dei ædificata eſt,& portæ inferorum non valebunt aduerſus illam.Portæ autem inferorum ſunt hæ *cipatus et*
reſes & hæreſiarchæ.Iuxta omnem enim modum in ipſo firmata eſt fides, qui accepit clauem cœlorũ, *præſtãtia.*
& ſoluit in terra,& ligat in cœlo. In hoc enim omnes quæſtiones ac ſubtilitates fidei inueniuntur. Hic
eſt qui tertium negauit,& tertium ſe deteſtatus eſt,antequam gallus caneret. Hic excellentiam ſuæ er-
ga Dominum ſuum dilectionis ſignificans,affirmans dixit:Etiamſi omnes negabunt te,ego non nega-
bo: quantum in homine eſt,dico.Hic eſt qui plorauit ob vocem galli,vt verè confiteretur filii Dei con
ceptionem,non in apparentia eſſe,ſed veram: vt diceret ipſum verum hominem, in plorando ob eum
qui propter conceptionem ſuam traditus eſſet.Hic eſt ſocius eius qui ſuper pectus Domini recubuit.Il
le enim à Domino diſcens,& à filio accipiens cognitionis facultatem reuelauit. Hic verò à patre acce-
pit cernitudinem fidei fundans. Hic in naui in mari Tiberiadis nudus rurſus vbi vocatus fuit,piſcatus
eſt.At diſcipulus quem diligebat Ieſus,ob verbum quod dixit Saluator: Pueri,num quid obſonii ha-
B betis? Et ait,Mittite in dexteram nauigii partem,& inuenietis: ob hoc,inquam, verbum conſternati
illi ſunt.Et dicit Ioannes quem diligebat Ieſus,Dominus eſt: homo quidem ſecundum carnem à Ma-
ria genitus in veritate,non apparentia: Deus autem ſpiritus exiſtens, qui à cœleſtibus ex patre venit.
Hic eſt qui audiuit ex ipſo, Petre paſce agnos meos,cui concreditum eſt ouile: qui bene deduxit per
virtutem Domini ſui,qui confitetur de carne: qui verè quæ patris ſunt denunciat de filio,qui Spiritum
indicat,& dignitatem ipſius in deitate: qui dexteram porrexit Paulo & Barnabæ ſocietatis,cum Iaco-
bo & Ioanne,vt per tres teſtes ſtet omne verbum.Nihil enim ſine duobus aut tribus teſtibus eſſe poteſt *Triũ teſti*
Ad hoc enim confirmabatur per ænigma,quum in Lege ſolum patrem cognouiſſent,niſi virtutem fi- *monium.*
lii accepiſſent, & per teſtes patris & filii confirmati fuiſſent, per tertium verò teſtimonium Spiritum
ſanctum accepiſſent,& repleti eſſent,manifeſtè vocibus Cherubim & Seraphim tertium clamantium
ſanctus,ſanctus,ſanctus.Non enim per duas voces glorificatio in cœlo perficitur: neque quartùm ac- *Tertium*
clamant eadem ſancta & inuiſibilia ſpiritualia animalia, neque quartam vocem eadem edunt: neque *ſanctũ cla*
vnam ſolam,ſed tres voces ſingulares, Sanctus,ſanctus,ſanctus: & non dicunt,Sancti,ſancti,ſancti: *mant ipſæ*
quo ſingulare celebre pronuncient: neque trium numerum occultent,ſed ter quidem dant ſanctifica- *ſeraphim.*
tionem: vniformiter autem & ſingulariter proferunt ſermonem, vt ne multitudinem deorum nomi-
nent. Vnus enim eſt Deus,pater in filio,filius in patre,cum ſancto Spiritu: ſanctus ſanctis quieſcens,
pater verus in ſubſtantia,& filius verus in ſubſtantia,& ſpiritus ſanctus verus in ſubſtantia.Tria exiſten
C tia,vna deitas, vna eſſentia,vna glorificatio,vnus Deus.Neminaſti Deum,comprehendiſti mente tri
nitatem,habuiſti ſpiritum ſanctum,dignatus es ipſum potentia paterna,& filii Dei,glorificaſti patrem
ſignificaſti filium & ſanctum ſpiritum,ſed non iuxta coniunctionem. Eſt enim Pater pater,eſt Filius
filius,eſt ſpiritus ſanctus ſpiritus ſanctus ſpiritus ſanctus.Sed non abalienata trinitas ab vnitate & iden
titate: honoratur autem pater,ſecundum quod pater eſt; honoratur filius,prout ſpiritus verus eſt, &
ſpiritus Dei.Sic dicit vnigenitus,Qui honorat patrem,honorat filium. Hoc ipſo enim quod dicis pa-
trem,filium indicas,& filium honoras.Et qui filium honorat,honorat patrem.Hoc ipſo enim quod tu
nominas filium,honoras patrem,non minorem Chriſtum patre aſſerens.Si enim inter nos homines ta-
lis opinio eſt,& non minores filios volumus,neque à patrum honore imminutos: ignominia enim in fi
lios ad patres refertur: quanto magis Deus & pater non voluerit vnquam imminui filium ſuum? Qui
itaque eum qui verè eſt patris filius,egere & abeſſe putat à gloria patris, is magis ignominia afficit pro
honore,per ignorantiam inductus.Quemadmodum igitur reuelat patrem dicens, Nemo nouit patrẽ
niſi filius,& nemo nouit filium niſi pater:ita audeo dicere,neque ſpiritum quis nouit ſpiritum,niſi pa-
ter & filius,à quo procedit,& à quo accipit.Quomodo verò alienum à Deo ſpiritum dicere audẽt,qui
inſania potius correpti ſunt,& non veritate,et non diſcunt veram vocem fide digni et ſancti apoſto-
Pauli (cui dextram porrexit princeps Apoſtolorum Petrus,qui dignus factus eſt habere clauem regni
cœlorum) qui audiuit ex cœlis,Saule ſaule, quid me perſequeris? Qui dignus factus eſt audite verba
D arcana,quæ non licet homini loqui,qui dicit,Nemo nouit quæ ſunt hominis,niſi ſpiritus hominis,qui
habitat in ipſo: ab exemplo ſuperna declarare volens, vt ne hominis exemplum ad Deum conferret,
ſed per exemplum patrem ſupernorum reuelaret. Vniuerſa enim creatura congregata Angelorum et
Archangelorum,Cherubim et ſeraphim,cum exercitu cœleſti, cœlique ac terræ, terreſtrium ac cœle-
ſtium ac infernorum,luminarium & ſtellarum,ſiccorum & humidorum & omnium inſumma,quæ in
cœlo ſunt & terra:non poteſt oſtendere,neque per exẽplũ aſſimilari ſuo Domino,ſecundũ gratiã enim
imaginẽ largitur.velut ſcriptura,Fecit Deus hominẽ,ſecũdũ imaginẽ Dei fecit ipſũm.Per gratiam e-
nim habet imaginem omnis homo, Nemo verò ſuo domino aſſimilabitur.Alterũ enim inuiſibile, al-

terum visibile: alterum immortale, alterum morti obnoxium, & alterum omnis sapientiæ fons, & omnia habens in seipso perfecta. At homo gratiam habens ex parte destitutus est perfectissimis, nisi Deus velit exhibere iuxta dignitatem acceptæ imaginis, perfectionem per gratiam. Attamen exemplo vsus idem sanctus Apostolus, Nemo, inquit, nouit quæ sunt hominis, nisi Spiritus hominis, qui habitat in ipso. Sic & quæ Dei sunt nemo nouit: & non dixit, Nisi Spiritus Dei qui habitat in ipso: sed Spiritus Dei, solum. Vt ne quis compositum Deum intelligeret, Nisi, inquit, spiritus Dei. Spiritus enim Dei omnia perscrutatur, etiam profunditates Dei. Non alienus itaque est spiritus Dei, qui perscrutatur profunditates. Si verò reprehendit nos diuina Scriptura, dicens, Quæ tibi præcepta sunt, ea considerat, & Non opus est tibi occultis, & Altiora te ne quæras, & profundiora te ne expendas: Ergo dixetimus etiam de sancto spiritu, quòd magis per curiositatem, & non legitimè perscrutatur profunditates Dei? At vbi perscrutatur profunditates Dei, ob quam causam, dic ô stolide, velut curiosus, velut aliena inspectans, velut non propria concupiscens? absit. Sed quoniam digni fiunt sancti, vt Spiritus sanctus in ipsis habitet; vbi in sanctis fuerit Spiritus sanctus, largitur ipsis vt perscrutentur profunditates Dei, ad hoc vt profundè glorificent, quemadmodum etiam Dauid hoc confitetur, De profundis enim, inquit, clamaui ad te Domine: & iuxta infinitam magnitudinem, & non modicè parcéque ac imperfectè, quemadmodum hi qui sunt Arrianæ sectæ, & omnes externæ. Nam ex quo lex per Mosen data est, hæreses quę post ipsam dissectæ sunt, ante Christi in carnem aduentum, vndecim fuerunt: & post aduentum in carnem, aliæ sexaginta: exceptis his quæ ante legem fuerunt, & ante has omnes quinque: & aliis quatuor Græcis sectis, quæ sunt ante legem ex toto, nouem: simul autem omnes cum suis matribus, numero octoginta. Quarum matres quidem sunt quinque sic, Barbarismus, Scythismus, Græcismus, Iudaismus, Samaritismus. Ex his, ex Grecismo quidem hæreses quatuor, Pythagoræorum, Platonicorum, Stoicorum, Epicureorum. A lege verò ante Christi in carnem aduentum, vndecim. Ex Iudaismo quidem septem, Scribarum, Pharisæorum, Saducæorum, Ossæorum, Nasareorum, Hemerobaptistarum, Herodianorum. Ex Samaritismo verò quatuor, Gorthenorum, Sebnæorum, Essenorum, Dositheotum: simul vndecim à Lege ex Iudæis & Samaritis exortæ. Omnes igitur ante aduentum Christi in carnem, & vsque ad ipsum, ab Adam initio sumpto, viginti sunt. Post aduentum verò Christi in carne, vsque ad regem Valentinianum, & Valentem, & Gratianum, omnes hæreses quæ Christi nomen falso de se prædicarunt, sexaginta sunt, & sic numerantur: Simoniani, Menandriani, Saturniliani, Basilidiani, Nicolaitæ, Gnostici, qui & stratiotici & Phibionitæ, & apud quosdam secundianitæ, apud alios socraticæ, apud alios Zachæi, apud quosdam Coddiani appellati, ac Borboritæ: Carpocratitæ, Cerinthiani, qui & Merinthiani: Nazoræi, Ebionæi, Valentini, secundiani, quibus coniungitur Epiphanes & Isidorus: Ptolemæitæ, Marcosis, Colorbasii, Heracleonitæ, Ophitæ, Caiani, sethiani, Archontici, Cerdoniani, Marcioniſtæ, Lucianiſtæ, Apelleiani, seueriani, Tatiani, Encratitæ, Phrygastæ, qui & Montaniſtæ, & Tascodrugitæ: Peputiani, qui Priscilliani & Quintilliani. Quibus connectuntur Artotyritæ, Tessarescædecatitæ, qui pascha vnam diem anni faciunt: Alogi, qui Euangelium & Apocalypsim Ioannis non admittunt: Adamiani, sampsæi, qui & Helcesæi: Theodotiani, Melchisedeciani, Bardesianiſtæ, Noetiani, Valesii, Cathari, qui & Nouatæi: aut etiam Montesii, velut Romæ vocantur: Angelici, Apostolici, qui & Apotactici: sabelliani, Origeniastæ, qui turpia faciunt: Origeniastæ, ab Origene Adamantio: Pauli samosatensis sectatores, Manichæi, qui & Acuanitæ: Hieracitæ, Meletiani, qui in Aegypto sectam habent: Arriani, qui & Arriomanitæ: Audiani secta, & nonhæresis: Photiniani, Marcelliani, semiarii, Pneumatomachi, qui sanctum Dei spiritum blasphemant: Aeriani, Aetiani, qui & Anomœi: quibus coniungitur Eunomius, imò potius Anomœus: Dimœritæ, qui non perfectam Christi incarnationem confitentur, qui & Apollinaritæ, qui sanctam Mariam semper Virginem, post quam saluatorem genuit ipsi Ioseph coniunctam fuisse dicunt, quos appellauimus Antidicomarianitas. Qui in nomen ipsius Mariæ collyridem offerunt, & vocantur Collyridiani: Massaliani, quibus coniunguntur Martyriani à Græcis, & Euphemitæ, & sataniani. Et in summa, molestia vos afficio, atque ipse etiam afficior, in tot hæreseon nominibus recensendis, & in nefariis ipsarum actionibus enarrandis, ampliúsque duarum sectarum, tum eorum qui in Ægypto sunt, & Meletiani appellantur, qui propter quendam in persecutione factum casum, ab his qui sunt à nostris susceptiin ipsorum sortes post pœnitentiam, seipsos abscinderunt, non tamen in hæresi sunt: tum eorum qui in Mesopotamia Audiani vocantur, & schismatici existunt, sed non alienam fidem habent, solum priuatim de eo, quod secundum imaginem est contendentes, non propter fidem rebellantes & seipsos separantes, neque propter aliud quid, quàm per vltroneam iusticiæ arrogantiam, eo quòd non societatem habent cum episcopis & presbyteris aurum & argentum possidentibus: & eo quòd pascha faciunt, quo tempore Iudæi faciunt, & horum gratia seipsos abscindentes, & ab vnitate orthodoxæ ac rectam de fide sententiam habentis Ecclesiæ abalienantes.

Spiritus dei, quomodo profunda perscrutetur.

Hæreses oẽs lxxx.

Sectarum authores.

Nam qui non acceperunt spiritum sanctum, non didicerunt profunditates Dei, & ad has hæreses diffracti sunt, & ad sectarum per occasionem nugas. Relicta enim veritate ad multas calles transiuerunt, alias aliter & alia sentientes ac statuentes. Dicit autem idem sanctus Apostolus, declarans nobis ob quam causam hoc dixerit: Nos autem spiritum Dei accepimus, vt sciamus quæ à Christo donata sint nobis, quæ etiam loquimur, non sermonibus quos docet humana sapientia, sed quos docet spiritus sanctus, spiritualibus spiritualia comparantes. Spiritus itaque Dei non alienus est à Deo. Si enim à Deo alienus est, quomodo profunditates Dei perscrutatur? At dic mihi tu vanæ gloriæ appetens, qui teipsum impugnas, vt ne dicam spiritum sanctum Dei, dic mihi vanissime homo, cur bello impetis

Spiritum sanctum impugnãtes.

lo impetis eum qui bello expugnari non poteſt? Quid pugnas contra inexuperabilem: durum eſt tibi aduerſus ſtimulum calcitrare, teipſum ſcandalo afficis, & non verbum: teipſum capis, & non ſpiritum: teipſum à Dei gratia abalienas, & non filium à patre, neque Spiritum ſanctum à patre & filio. Omnino enim dicis iuxta verſutam calliditatem. Audiui enim iam aliquos vanè ſapientes, qui Dei & Saluatoris noſtri veritatem in blaſphemiam transferunt, ac dicunt, Scrutatur quidem profunditates Dei, ſed non comprehendit: eo quòd non additum eſt ad dictum illud, hoc verbum, ſed ſolum dixit Apoſtolus, Per
A ſcrutatur profunditates Dei: & non additum eſt, comprehendit. O ingentem ſtoliditatem. Opus enim erat ô phanatice, poſtquam dixit perſcrutatur, dicere compræhendit? Nam iuxta tuam amentiam clauda reperiri poſſit res, non appoſita voce. Nunc verò non relinquitur tibi prætextus. Vndiquaque enim congregat Scriptura pientiſſimo viro veritatem. De omnipotente enim Deo ſic ſcriptum eſt, Deus examinans renes, & perſcrutans promptuaria ventris. Si verò examinat renes, ergo non nouit, quoniam examinat, aut totam cognitionem in examinando pronunciauit? Perſcrutans autem promptuaria ventris: rurſus non additum eſt, compræhendens: ergo niſi additum fuerit dicto, compræhendit: mortem mihi procurabo, annectens ad dictum, non compræhendit, iuxta tuum ô ſtolide ſermonem? Sic igitur & de Spiritu ſancto dictum eſt, quòd perſcrutatur, & non opus erat dicere, quòd etiam compræhendit. In ipſo enim dicto declarat, quod eſt in Spiritu ſancto cognitio Dei, & profunditas Dei, & quamuis non dicat, compræhendit: hoc ipſum mihi intellige, & ne animam tuam perde. Sicut enim de patre non audendum eſt dicere perſcrutatur, & non compræhendit. Ipſe enim hominem creauit, cum filio & ſancto Spiritu. Semper enim Trinitas, Trinitas, & nunquam additionem accipit. Sic ſanè etiam de ſancto Spiritu intelligendum eſt. Quum enim dicat Scriptura, quòd fecit hominem. In principio enim fecit Deus cœlum & terram: indicat patris vocem conuocantem ad opificium: & quum dicat, Faciamus, de filio ac ſancto Spiritu vtique eum dicere dixerim. Sic enim dicit Scriptura, Verbo Domini cœli firmati ſunt, & ſpiritu oris ipſius omnis virtus ipſorum. Simul itaque creat verbum cum patre, ſimul creat etiam
B Spiritus ſanctus. Qui itaque fecit hominem omnipotens Deus, non nouit quę ſunt hominis, perſcrutãs promptuaria ventris? Imò maximam Dei cognitionem hic ſermo declarat, hoc dicens, vt ne quid inter vos peccatores putet adhuc à Deo occultatum eſſe. Ipſe enim nouit hominem, & quæ ſunt hominis. Perſcrutatur itaque pater promptuaria ventris, & nouit: perſcrutatur ſpiritus profunditates Dei, & nouit. Reuelat enim ſanctis Dei myſteria, & docet profundè Deum glorificare, & huius incompræhenſibilitatem ſuis oſtendit. Ergo non eſt alienus à Deo ſpiritus. Non enim dixit de angelis, perſcrutantur profunditates Dei: neque de archangelis. Nemo enim nouit diẽ, neque horam, inquit filius Dei, neque angeli cœli, neque filius, niſi pater. Putant autẽ ſtolidi, qui non ſunt ornati Spiritu ſancto, num eſt quid *Neque filius nouit, quomodo accipiẽdũ*
in patre, quod non eſt in deitate filii? Sicut enim habet pater vitam in ſeipſo, ſic habet filius vitam in ſeipſo. Et omnia quæ ſunt patris mei, mea ſunt, inquit idem Dei ſanctum Verbum. Quæ verò ſunt ea quæ patris ſunt, quàm hæc? Deus, patris eſt: hoc etiam filii, vita patris eſt: hæc etiam filii. Lux patris, nimirum etiam filii. Immortalitas patris, ſimiliter etiam filii incompræhenſibilitas patris, itémque filii. Omnia quæ patris ſunt, filii ſunt. Si itaque ea quæ patris ſunt, ipſius ſunt: etiam cognitio quæ eſt in patre, & in filio, & in ſpiritu ſancto eſt. Si verò quis putat filium ignorare diẽ, diſcat indoctus, & ne maledicat. Proponam enim ipſi cognitionem, & cognoſcet. Dic mihi ô dilecte, dilectũ enim te voco, neminem enim odi, niſi ſolum diabolum, & opera diaboli, ac peruerſam fidẽ: propter te verò preces effundo, vt venias
C ad Dei veritatem, & ne teipſum perdas in blaſphemia in Deum. Profunda enim ſunt verba ſancti Dei, verùm per Spiritum ſanctum per dona dantur. Alii enim, inquit, datur ſermo ſapientiæ, alii ſermo doctrinę, &c. idem autem ſpiritus diuidens vnicuique ſicut vult: quo tibi oſtendat, etiam ſpiritus ſancti autoritatem. Quum enim idem Spiritus omnibus dona det, ſicut vult, roga itaque patrem vt reuelet tibi Filium, & roga filium vt reuelet tibi patrem: & rurſus roga patrem vt det tibi filium, & reuelet tibi ſanctum ſpiritum, & det tibi ipſum habere in te, quo datus in te ſanctus Spiritus, reuelet tibi omnem cognitionem patris & filii & ſpiritus ſancti: vt diſcas quòd in filio non eſt vlla ignorantia, neque in ſancto ſpiritu. Etiamſi enim Angeli deſtituuntur maiore poteſtate ac cognitione, abſit vt etiam filius Dei & ſanctus ſpiritus deſtituãtur. Spiritualiter autem dicit Deus, qui à patre venit ad nos ſanctum verbum. Verùm animales diiudicant non intelligentes filii ſapientiam, imò potius ſapientiæ ſermonem. Interroga te, & dic mihi, vtrum maior eſt Pater, aut dies illa de qua dicit? Non audebis dicere patrem non eſſe maiorem. Si igitur maior eſt pater & dic & hora, & omnibus ab ipſo creatis ac creandis, & nemo ipſum cognoſcit niſi Filius: vtrũ igitur maius, cognoſcere patrem, aut illam diem? Manifeſtum eſt, quòd cognoſcere patrem. Quomodo igitur qui maiora nouit, minoribus deſtitutus eſt? Si itaque cognoſcit patrem, cognoſcit omnino etiam diem. Et nihil eſt quòd deſtituitur in cognitione filius. At dicis quòd maior exiſtens pater, omnium cognitionem habet: filius verò nequaquam, quemadmodum etiam ipſe *Pater meus maior me eſt, quomodo intelligendum.*
dicit, Pater meus maior me eſt? At hoc honorans patrem filius dicit, velut decebat eum qui ampliter honorarus eſt à patre. Oportebat enim verè genuinum filium honorare proprium patrem, vt oſtende-
D ret ingenuitatem. Quomodo verò tu putas maiorem eſſe ipſum, circumferentia, aut mole, aut tempore, aut remporis parte, aut dignitate, aut deitate, aut immortalitate, aut æternitate? Ne putes hæc. Nihil enim in deitate inæquale eſt ad filium, ſed prout pater pater eſt, & prout filius genuinus, honorat ſuum patrem. Neque enim mole fertur Deus, vt mole excedat filium pater: neque tempori ſubiacet, vt tempore pater filium excedat: neque iuxta menſuram in alto locum habet pater (omnia enim ipſe continet, & à nullo continetur) vt filius inferior intelligatur: Sedet enim in dextra patris, & non dixit Introiuit ad patrem: quo Sabellium deſtrueret, & Arriũ ſubuerteret cum ſua blaſphemia. Quapropter ne

quæras

Nemo bonus nisi vnus Deus q uomodo accipiẽdũ

quæras non quærẽda,sed honora filium,vt patrem honoras. Quum autem audis de Deo,Nemo bonus nisi vnus Deus:num audebis propterea quòd filius excellenter honorat patrem,pronunciare filium nõ bonum?Neque enim negans seipsum bonum esse,patrem bonum dicit:imò tanto magis seipsum reuelat in hoc, quòd honorem ad proprium suum patrem refert, quo à bonitate patris cognoscatur noticia bonitatis filii Dei,à bono patre Deo geniti . Multa est enim imbecillitas eorum qui tale de filio dicere audent.Etsi enim dixerit,Vnus est bonus Deus,ecce in multis docet scriptura, bonum vocans puerum pauperem & sapientem . Et bonus erat Samuel cum Domino & hominibus, & bonus erat Saul filius Cis ex tribu Beniamin,altior vniuerso populo Israel ab humetis & sursum.Et,Bonum est ire in domum luctus,magis quàm in domum conuiuii.Et,Aperi Domine cœlum thesaurum tuum bonum. Et,Bonus sermo præ dono.Et,Bonus canis viuens præ leone mortuo.Et,Bona duo præ vno.Et,Bonus finis seruorum præ initio.Et,Si vos mali quum sitis,nouistis bona dona dare filiis vestris: de pisce & pane dicens. Quomodo igitur audebis cogitare,filium abnegare suam bonitatem,& non propter excellentiam honoris patris ferre bonitatem:videbat enim dicentem ad ipsum,Magister bone:dicentem ore,& nõ corde,& redarguere ipsum volens, quòd non labiis ipsius crederet, sed cor redargueret, quemadmodum etiam in alio loco dicit,Quid mihi dicitis Domine Domine,& non facitis sermones meos?Et hic volebat ipsum redarguere:appellabat enim ipsum bonum magistrum, & non manebat in sua fide, vt crederet in ipsius bonitatem.Ipsum itaque sanctum verbum viuens in substantia,rex ille cœlestis,filius genuinus,qui semper est cum patre,qui ex patre prodiit,splendor gloriæ,character substantiæ,imago patris in veritate,ille eiusdem throni cum eo qui ipsum produxit, cuius regni non erit finis:iudex ille viuorum & mortuorum,qui sapientia est ex sapientia,qui fons est ex fonte.(Me enim,inquit,reliquerunt fontem aquæ vitæ,& effoderunt sibiipsis lacus contritos) fluuius ille perpetuus, qui exhilarat suo cursu ciuitatem Dei,quo ex fonte prodiit,ex quo fluuii (inquit) ex ventre ipsius fluent,sceptrum Dauidis,radix Iessæ,flos ille ab ipsa,leo,Rex ille ex tribu Iuda,ouis illa rationalis,lapis viuens, magni consilii Angelus,homo in veritate natus,& Deus in veritate existens,non mutata natura,neque altera deitate,qui genitus est in carne,verbum incarnatum,verbum caro factum,quod habet ante vocem Factum, interpositam vocem Caro.Verbum enim non dixit,factum:sed post verbum,infinitiuè ponit,caro. Et post vocem caro,dicit,factum est:quo, factum est, ex Maria probetur,quo verbum quod ex supernis à patre descendit,intelligatur.Hoc sanctum viuens verbum,ille apud patrem Deus,magni consilii nuncius,qui annunciat consilia patris,pater futuri seculi:ipse dixit,Nemo nouit diem & horam,neque angeli qui in cœlo sunt. Etenim non sciunt, quòd Iesus spirituali intellectu dicit, Nisi solus Pater. Si itaque nouit Filius Patrem, maior autem est Pater & die & hora , & nemo ambigit: quomodo igitur, qui maius nouit,minus ignorat?Neque enim nouit quis Patrem,nisi Filius: & nemo nouit Filium, nisi Pater.Sicut enim magnus est Pater,quia nouit Filium: ita & Filius magnus,quia nouit patrem.Si itaque nouit Patrem,quod maius est: quomodo ignorat id quod minus est,hoc est diem & horam ? Perscrutare Scripturas diuinas,& disce sancti Spiritus virtutem : & ipse spiritus,qui nouit patrem & filium,reuelabit tibi verbi filii Dei notionem,vt ne à veritate aberres, & animam tuam perdas . Duæ enim sunt notiones in diuina Scriptura, duæ cognitiones: vna secundum actionem, altera secundum scientiam & notitiam.Quo verò ab exemplis similia producam,ad hoc vt erronea mens tua & eorum qui sic sentiunt, per multa exæquetur : disce quid dicat Scriptura de Adam. Erant, inquit, nudi in paradiso , & non verecundabantur.Cæci autem non erant,videbant enim.Si enim non vidissent,quomodo conspexissent lignum,quòd bonum esset ad cibum,& aspectu pulchrum ? Et accipiens,inquit,mulier comedit,& dedit viro suo,qui cum ipsa erat.Ergo non erant cæci,sed apertos habebant oculos: quum nudi essent non verecundabantur videntes , & quum nudi essent seipsos videbant . Videbant autem secundum scientiam,non secundum actionem.Postquam enim eiecti essent ex paradiso, vbi comedissent de ligno,post multum tempus (inquit) cognouit Adam Euam vxorem suam.Quomodo itaque erit hoc, et quidem quum viderant se mutuò dum nudi essent?At conspexerant ac cognouerant seipsos visu,sed non actu.Scriptura autem mutuam coniunctionem,dixit cognitionem.Et solet cognitionem et cognitionem dupliciter appellare.Rursus enim sic dicit,Cognouit Iacob Liam vxorem suam,et concepit ac peperit.Et prius quidem cognouerat ipsam,cum ipsa enim septem annis pauerat oues Laban patris ipsius:verùm cognouerat ipsam cognitione per visum et notionem : cognouit autem postea per actionẽ. Et cognouit Rachel vxorem suam. Et rursus alio loco, Et consenuit Dauid , inquit, et tegebant ipsum vestibus,et non calescebat.Et dixerunt Regi,Quæratur virgo pulchra,et inuenta est Abisac Sunamitis et inquit,adducta est ad regem,et condormiuit ipsi, et confouit ipsum , et non cognouit ipsam Dauid, quæ cum ipsa erat, corpúsque applicuerat, et collateralis fuerat. Quam igitur cognitionem dicit, eam quæ per visum,aut eam quæ per actum contingit ? Et, Nouit Dominus qui sunt ipsius. Igitur eos qui non sunt ipsius,non nouit ? Et,Discedite à me operatores iniquitatis: nunquam enim cognoui vos:ergo est ignorantia in Filio Dei?Et rursus, Vos noui ex omnibus gentibus : Ergo gentes reliquas ignorat? absit.Sed nouit diuina Scriptura cognitionem,aliam secundum noticiam,aliam secundum actionem. Quandoquidem igitur vnigenitus patris implens voluntatem, ostendit iam omnia perfecta. Nouit enim pater horam et diem,nouit ipsam et secundum noticiam, et secundum actionem, nouit enim ipse omnia:etiam in eo quod dicit Filius,Pater omne iudicium dedit filio:etiam non iudicãs, per hoc quod dedit filio,ipse iudicat.Non enim abalienatus est Deus à iudicãdo eos qui iudicantur, et in eo quòd nõ iudicat pater,iam iudicauit.Filius autem nouit quando veniet:ipse enim fert ipsam diem,et ipse decernit,et ducit,et perficit.Dicit enim,Sicut fur in nocte veniet dies illa.Et dicit,Nõ erit in nocte quo dies

Epitheta Verbi filii Dei.

Cognitiones in scriptura duæ sunt.

A B C D

in tene-

in tenebris nos apprehendat. Si igitur serui Christi, Dei filii sunt, nunquid ipse filius ferens diem ignorat, quo ipsum dies apprehendat, & magis ipse diem ferat? Quis hæc secum cogitans non maledicet, dum non conuenientia de Patre & Filio cogitat, & pater quidem nouit diem & horam secundum duos modos, secundum notionem, & secundum actionem. Nouit enim quando veniet, & rursus iam iudicauit, dum filium iudicare decreuit, & cognouit secundum actionem. Filius verò Dei nouit quidem quando veniet, & ipse fert ipsam & non ignorat, verùm nondum fecit ipsam secundum cognitionem, hoc est secundum actionem. Amplius enim adhuc impii sunt, & increduli fidem non habent, & peruersam fidem habentes maledicunt, & diabolus operatur, & peccata fiunt, & iniusticia dominatur, & iudicium patiens est, donec veniat & cognoscat ipsum secundum actionem, & faciat vltionem, & seruet eos, qui in veritate in ipsum sperant, & non ipsius Deitatem blasphemiis impetunt, Patris & Filii & Spiritus sancti. Cæterùm sanctis angelis talis dignitas deest secundum duos modos. Honorati equidē sunt, à Patre & Filio & sancto Spiritu hoc adepti, deest autem ipsis hoc. Non enim nouerunt, quando ea, quæ sunt decreta, fiunt. In propria enim sua potestate posuit pater tempora. Si autem Pater in filio, & filius in patre, ergo non deest potestas filio, quæ est in patre: deest autem angelis, creati enim sunt angeli & archangeli & potestates. Pater autem increatus, Filius increatus, Spiritus Dei increatus. Non igitur sciunt angeli, neque secundum noticiam, neque secundum actionem, diem & horam. Non enim sciunt quando vult pater & filius & Spiritus sanctus diem inferre, & non sciunt secundum cognitionē actionis. Nondum enim præceptum est ipsis, vt egrediantur ac colligant zizania, & ligent fasciculos, vt comburantur igni inextinguibili. Nondum itaque neque fecerunt, neque nouerunt. Pater autem nouit & fecit. Filius verò nouit quidem, nondum autem fecit. Atque hoc est, nisi pater solus, neque angeli, neque filius. Consideremus itaque virtutem Scripturæ, vt ne fiat nobis litera mors. Litera enim, inquit, occidit, spiritus autem viuificat. Accipiamus spiritum, vt ex litera vtilitatem accipiamus. Non litera occidit, in litera est vita. Occidit autem imprudenter ad literam accedentem, & non habentem spiritum interpretantem, qui ad literam apetit, & quod in ipsa est reuelat. Hic igitur Pater sanctus vnigenitum filium suum genuinum ex ipso genitum, & sanctum suum Spiritum dedit Ecclesiæ suæ, in vna concordiæ cognitione, in vno perfectionis vinculo: quo in nomine patris perfecti & Dei sigillum capiamus, & in nomine Filii perfecti & Dei, & in nomine Spiritus Diuini & perfecti signaculum feramus. O sancta Trinitas, quæ trinitas in vno nomine numeratis. Non enim dicitur vnitas & dualitas, neque vnitas & vnitas, sed vnitas in trinitate, & trinitas in vnitate, vniformiter, vnico nomine, vnus Deus, Pater in Filio, Filius in Patre, cum sancto Spiritu. Voca mihi testes veritatis. Voca mihi pueros ex fornace Babylonis seruatos, qui digni facti sunt vt in ignem mitterentur, non autem consumerentur, non vt extinguerent ignem, vt ne deprehenderentur noua opera contra moliri, sed vt essent quidam in igne, non autem consumerentur in igne, propter rectam ipsorum fidem: Deo per ipsos nos docente, quæ sint creata quæ increata, quæ facta, quæ non facta, quæ semper existentia, quæ ex ipsis facta sunt. Tales pueri seruati, gratam ergo Deum mentem declarare voluerunt, qui ipsos seruauit, in quem ab initio sperauerūt, & non hæsitauerunt, & non inclinauerunt ceruicem imagini & temeritati ac tyrannidi regis. Et quum vellent aliquid tribuere Deo, vbi perscrutari essent profunditates per sanctum Spiritum in corde, vt qui sancti erant, & considerassent cœlum & omnia quæ in ipso sunt, terrámque & omnia quæ sub ipsa sunt, & omnia quę sunt non digna esse vt Deo in oblationem offerrentur. Neque enim habebant potestatem, ea quæ super ipsos erant Deo offerendi, & pro dignitate quidem, & iuxta facultatem volētes solum hymnis Deum celebrare. Hoc enim est, quod scriptum est, Sacrificate sacrificium laudis. Et, Sacrificium laudis glorificabit me. Iam enim transmutauerant vetus in nouum Testamentum à S. sancto stimulati, non animalium, non holocaustorum vsum habentes. Dicūt enim, non est locus sacrificandi, neque hostia, neque altare, velut omnibus ablatis: volentes autem talem laudem offerre, omissa sua ipsorū tenuitate, humiliter ferūtur. Omnis enim qui seipsum exaltat, humiliabitur: qui verò humiliat seipsum, exaltabitur, & cum hac gratiæ suæ ipsorū salutis, accipiunt etiam hoc donum humilitatis, & laudē Deo offerre volunt, & non malis delassari ac cedere. Et vbi expendissent seipsos ad inenarrabilē Dei glorificationē, dignātur secū assumere creaturam ad glorificationē, & incipiunt dicere cōprehendentes omnes creaturā, & distinctis opificiis ab opifice, & creatis à creatore, dicunt, Benedicite omnia opera Domini Dominum. Omnia dixerunt, nihil reliquerunt. Quo verò spiritus sanctus delineet perfectā cognitionem, ad hoc, vt sciamus qualis sit Deus, & qualia quæ ab ipso facta sunt, vt ne sempiterno ea, quæ ex nihilo facta sunt ammisceamus, vt ne mentem nostram perdamus: numero omnia collegerunt. Reuelabat enim ipsis Spiritus sanctus, velut dignis factis vt simul cum angelis essent, & angelorum cōtubernales forent, omnia quæ in cœlis sunt, & in terra, & sub terra. Et de cætero non ignorabant, et dicunt iidē sancti pueri, velut dixi, Benedicite omnia opera Domini Dominū. Et incipiunt numerare ac diuidere, qualia opera, qualia quæ fecerunt, qualia opificia, qualia quæ operantur, qualia effecta. Et numerāt cœlum, terram, aquas supra cœlū, et angelos, creati enim sunt angeli: et thronos, ac potestates, creata enim et hæc sunt, et Solem ac Lunū, facta enim hæc sunt, et non increata, et nubes, ventos, nimbos, niues, fulgura, tonitrua, terram, mare, fontes, abyssos, fluuios, omnem humanam naturam, montes, volatilia cœli pecora et animalia, animas sanctorum, spiritus iustorum, Ananiam, Azariam, Misael, sacerdotes ac seruos Dei. Omnia enim hęc facta sunt et creata, à Deo facta per Verbum et sanctū spiritum. Verbo enim Domini firmati sunt cœli, et spiritu oris ipsius omnis virtus ipsorū. Vide verò dilecte frater, quomodo omnia enumerauerunt ex spiritus S. ductu, et nō enumerauerunt filium inter creaturas, imò neque Spiritum sanctum. Sed nouerunt eandem Deitatem esse in trinitate, et eādem trinitatem esse in vna Deitate. Et glo-

Cognitio & notio patris gemina.

Cognitio filii vnica

Angelorū ignorātia

Nisi pater solus.

Hymnus trium puerorum.

te. Et glorificauerunt Patrem in Filio, et Filium in Patre, cum ſancto Spiritu, vnam ſanctificationem, vnum cultum Diuinum, vnam Deitatem, vnam glorificationem. At omnino et hoc audet diabolus inter homines mouere, vt ſint, qui incredulitatem contra ſanctos pueros effingere ac ementiri audeant, et dicere: Non nouerunt nomen ſancti Spiritus, Iudæi enim erant: & neque filium nouerunt, quum Iudæi eſſent. Statim autem verba ipſa redarguunt illorum malam opinionem habentium incredulitatem. Dicit enim, Et erat facies quarti, ſicut facies Filii Dei. Ecce nomen Filii Dei. Ergo non eſt ignorantia de hoc, etiam ante tempus fornacis, quando repletus fuit Daniel Spiritu ſancto & dixit, Purus ego à ſanguine ipſius: & reuerſi ſunt ad iudiciale forum, & iudicauit presbyteros Spiritu ſancto impletos. Ergo nouerunt Filium & nouerunt Patrem, & Spiritum ſanctum. Et non ignorantiæ gratia non dixerunt nomina, ſed ſecuritatis cauſa: Benedicite omnia opera Domini Dominum: & non dixit, Benedic Fili Dei Dominum, neque benedic Spiritus ſancte Dominum: ſed, Benedicite omnia opera Domini Dominũ. Et ne quis ex his, qui ſibiipſis prætextus venantur dicat, quòd non dixerunt Cherubim & Seraphim, ergo neque hæc ſunt opera Dei, anticipauit enim Diuinum verbum, vt muniret nos ab his, qui fraudes ſibiipſis excogitant, prænoſcens in ipſos & in pueros perniciem. Tripliciter enim duplicauerunt hymnum iidem ſancti pueri, creata & facta in hymnum Dei proferentes, vbi prius dixiſſent: Benedictus es Domine Deus Patrum noſtrorum, & laudatum ac glorificatum nomen tuum in ſecula. Deinde poſt alia, Benedictus es qui ſedes ſuper Cherubim. Et rurſus, Benedictus es qui ſedes ſuper thronos gloriæ regni tui. Et, Benedictus es qui vides abyſſos, ſedens ſuper Cherubim: Quo ex eo quòd dicunt thronum, intelligas Seraphim & Cherubim, & à nomine Cherubim & abyſſorum, & throni ſanctificati, & ex reliquis omnibus nominibus, intelligas ex numero omnium nominatorum, quòd ex operibus ſunt aliis connumerata. Vbi enim hæc omnia ad hymnum vocauerunt, ſtatim inferunt dicentes, Benedicite omnia opera Domini Dominum: quo Gabriel & Michael benedicat Patrem & Filium & Spiritum ſanctum. Sancti autem Angeli in cœlo victorialem hymnum canunt, cum Seraphim & Cherubim trinitatem concorditer & æqualiter & coeſſentialiter glorificantes ac dicentes, Sanctus, ſanctus, ſanctus, tres voces abſoluentes, in vnitate autem dicentes, & non multis vocibus. Non enim dicunt ſanctus quartũ, vt ne addant Trinitatis nomen creaturæ: non dicunt bis ſanctus, vt ne defectuoſa ſit gloria perfectionis: ſed ter, vt Patrem & Filium & ſanctum Spiritum, in eodem honore ſanctificent. Et non dicunt ſanctus & ſemiſanctus, ſed æqualiter dicunt ſanctus, vna voce & vno ſermone & vna perfectione Trinitatem glorificantes ſimul in vnitate, & vnitatem in trinitate. Nam vt hanc cognitionem nos doceret, vnigenitus Dei venit, hunc intellectum ſanctus Spiritus nobis prædicauit, hanc perfectionem Pater nobis reuelauit, hanc vitam in veritate largitus eſt nobis Verbum incarnatum. Hanc ædificationem ædificauit nobis ſanctus Spiritus. Si quis ſuper ædificat ſuper fundamentũ hoc, aurum, argentum, lapides pretioſos, ligna, fœnum, ſtipulam, non enim eſt aliud fundamentum. Nam fundamentum aliud nemo poteſt ponere, præter hoc quod poſitum eſt, quod eſt Ieſus Chriſtus Filius Dei, cuius ſumus ædificatio, & cuius ſumus agricolatio, ædificati ſuper fundamentum Prophetarum & Apoſtolorum, vt ſciamus noſtram ædificationem ſolidam eſſe in veritate, & noſtrum fundamentum ſemper eſſe, & non incepiſſe eſſe. At non in omnibus eſt hęc cognitio iuxta Apoſtolicum ſermonem, ſed in his qui digni facti ſunt ſpiritu ſanctõ vt ſciant myſteria veritatis. Ipſe enim qui reuelauit ſeipſum & Patrem ſuum, & ſanctum Spiritum, reprehendens quoſdam ignorantia, dixit, Non nouiſtis Scripturas, neque virtutem ipſarum. Et rurſus alibi, Qui habet aures ad audiẽdum, audiat. Et rurſus, Si nouiſſes, quis eſt qui quærit à te potum, tu ſanè petiuiſſes: ad Samaritidem dixit. Et rurſus, Neſcitis cuius ſpiritus eſtis. Igitur cognitio non eſt in omnibus, dona enim habet ex Deo diuerſa. Et ſanctum Verbum dicit, Cui datum eſt amplius, abeo amplius exigent: tanquam aliqui acceperint parum, aliqui omnino nihil, alii verò abundãtius. Et quòd hæc ſic ſe habeant, ex his quæ in Diuinis ſcripturis dicta ſunt, inuenire licet: quum plurima in Diuina Scriptura ſpiritualiter dicantur, maximè de noſtra vita, & de Domini cognitione. Quæ enim ſunt profundiora, & verba animam noſtram amplius incertam facientia: ea offendiculum conferunt his, qui cognitionem Dei non acceperũt, quemadmodum dicit Oſeas propheta, Quis prudens, & intelliget hæc? Et, Cui verbum cognitionis Domini datur, & cognoſcet ipſa, quoniam rectę viæ Domini, impii autẽ offendent in ipſis. Rectæ equidem ſunt, verùm impii offendunt ad vias Domini, quum hæ nullam cul pam apud homines habeant offendiculi ipſorum. Qui itaque offendunt ad lapidem offenſionis, indifferenter offendunt. Offenderunt enim ad lapidem offendiculi, & ſcandalum paſſi ſunt. Statim etenim Iudæi, videntes vnigenitum Filium Dei in carne veniſſe, diuina ſignã operari, & non digni facti cognitione cœleſti, dicebant, Quis eſt homo hic qui loquitur blaſphemias? Et alibi, Si eſſet homo hic ex Deo non vtique ſoluiſſet ſabbatum. Igitur Deitatem ignorabant, hominem verò nudum ſolum ipſum putabant. Alii verò qui etiam Deum ipſum cognouerunt, ignorantes perfectam ipſius gloriam, vbi audiuerunt ea quæ in profundo de ipſo dicta ſunt verba, & iuxta peractam in noſtram ſalutem diſpẽſationem errantes ac offendentes, in ipſius Deitatem peruerſam opinionem habent. Intelligentia enim ipſos ſeducit. Quemadmodum enim Iudæi offendiculum paſſi ſunt vbi audiuerunt, ſic etiam ipſi audientes offendunt. Illi enim videbant, quæ in prophetis ſunt prædicta, verùm in aduentum Chriſti in carne cõpleta ignorantes, perturbati ſunt. Et hi rurſus propter diſpenſationem ipſius eadem prędicta audientes & nudo modo ipſa intelligentes turbantur: & in ſuam ipſorum ſubuerſionem proponunt, quę ad noſtram ædificationem pertinent, et dicunt, At dixit, Ego abeo ad Deum meum & Deum veſtrum, & Patrem meum & Patrem veſtrum. Vides quòd & ipſe vnum eſt de creatis, ita enim blaſphemantes dicere audent. Vides itaque quòd fallit ipſos aduentus in carne diſpenſatio. Repetant enim ab initio, et interrogent

Tergeminum ſanctus.

Cognitio non in omnibus.

Iudæorum ignorãtia.

Deus meus & deus veſter.

rogent tempora aut temporum partes. Transitus enim ipsius, inquit, à diebus seculi. Videamus itaque ea quæ ante hæc sunt. Dicit Pater, Faciamus hominem secundum imaginem nostram, & secundum similitudinem: & non dixit, Faciam hominem secundum imaginem meam. Redarguere tu qui habes cor induratum, iuxta id quod scriptum est, Sed induratum est cor ipsorum: & disce Filium esse
A semper apud Patrem. Nam dicere, Faciamus: non vnius significatiuum est, sed Patris dicentis ad Filiũ Redargueretu qui dicis Filiũ inæqualem Patri. In hoc enim quod dicit ipse, Secundum imaginẽ nostram: non discreuit similitudinem Filij à Patre, neque distinxit quid inter identitatem Patris ad Filium. Non enim dixit, Secundum imaginem meam, aut secundum imaginem tuam: sed Patris, & Filij & sancti spiritus vnam essentiam indicauit & deitatem. Dicit enim secundum imaginem nostram & ad similitudinem: vt siquidem vna Patris & Filij & spiritus sancti deitas, homo verus factus sit secũdum imaginem vnius deitatis Patris & Filij & sancti spiritus. Redarguere & tu Ari, & audi Patrem dicentem ad Filium, Faciamus: & coopificem vocantem Filium. Sæpe enim audiui quosdam dicentes, Quod Filius fecit nihil, sed per ipsum facta sunt, quæ facta sunt. Si per ipsum facta sunt, etiam ipse fecit. velut clarè demonstratum est. Nam principalis artifex verbũ omnia fecit, & per ipsum Pater operatur. Audiant enim ipsum claré dicentem, Pater meus operatur vsque nunc, & ego operor. Et hic Patrem suum, coopificem vocat, in eo quod dicit hoc. At rursus ne te decipiat sententiæ intelligentiã, & ne accesseris ad filium velut seruum, & non sicut ad verum Dominum. Si enim seruus erat & non verus herus, quomodo formam serui suscepit, vbi venit qui est in forma Dei? Quomodo verò illius coopificem vocabat seipsum, si non habebat perfectionem? Proinde velut Deum perfectum accedas Filium, & Filium genuinum existentem à Patre, & ne dixeris ob peruersam opinionem: At pater dixit ad Filium, Faciamus, Filius autem non dixit ad patrem, faciamus. Et filius non dixit, Ego operor, & pater meus operatur, sed patrem locat primum dicentem & operantem. hæc enim stolidè dicis, & iuxta multa principia Deum consideras. Vnum autem est principium, & idem vna deitas. Nusquam verò in Deo filius dicit, Deus meus: non negante filio honorem erga Patrem, inquam, sed quomodo
B habet deitatis consequentia declarante. Et rursus, Audiuit Adam, inquit, Deum ambulantem in paradiso sub crepusculum: & nusquam dicit filius, Deum meum & Deum vestrum, sed Deum per se perfectum hic dicit. Et rursus, Et loquutus est Deus ad Noe: & nusquam habetur talis locutio. Et, Visus est Deus Abraam, sedente ipso ad quercum Mambre, & ecce tres viri, & occurrebat in obuiam itinem atque occursum, & adorauit super terram, & dixit, Si inueni gratiam coram te: quo vnum ostendere Deum, eos verò qui sequebantur ipsum, alios duos angelos ipsius. Huius enim gratia etiam ascendit Deus ab Abraam. Ipse verò qui venit ad ipsum, dicit, Num occultabo quid à filio meo Abraã: Clamor, inquit, Sodomorum & Gomorrhæ multiplicatus est apud me, & cætera: & nusquam inueniatur in his temporibus, Deus meus & Deus vester. Et ingressi sunt duo viri in Sodoma: tãquam eo qui ascendit supra Abraam relicto à duobus qui ingressi sunt in Sodoma ad subuersionem. Verùm de eo qui ascendit, dicit Scriptura, Et pluit Dominus super Sodoma & Gomorrha à Domino ignem & sulphur: & non erat opus locutione vt diceret, Deum meum & Deum vestrum. Et Moses in cantico dicit, Et adorent ipsum omnes angeli Dei. Si verò dixit, Angeli Dei, & ignem à Domino: & non dixit angeli solum, dicit sanè hoc, vt ostendat patris & filij vnum regnum, angelis non diuisis in principatus, sed angelis Dei existentibus, & adorantibus filium & Deum. Angelus enim non adorat angelum & nusquam hic, Deus meus & Deus vester. Dauid autem ait, Dixit Dominus Domino meo, sede à dextris meis, donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum. Dominus enim dicit Domino
C meo. Nam dispensatio carnis nondum erat, cuius gratia opus erat ipsum dicere, Deum meũ, & Deũ vestrum. Ecce virgo concipiet in vtero, & pariet filium, & vocabis nomen ipsius Emanuel, quod est, si interpreteris, nobiscum Deus, & nondum licebat dicere, Deus meus & Deus vester. Et tu Bethleẽ domus Euphrantha, non minima es vt sis in millenario numero vrbium Iuda, ex te enim egredietur qui erit mihi in principem in Israel. Et transitus ipsius ab initio à diebus sæculi. Et iuxta alia exemplaria, Et tu Bethleem non es minima in principibus Iuda: ex te enim egredietur Dux, & pascet populum meum Israel. Et vides quòd nondum opus erat dicere, Deum meum & Deum vestrum. Quãdo verò prophetia implebatur Hieremiæ & Esaiæ similiter, vt ex virgine natum esset verbum, & carnem haberet, quemadmodum Hieremias dicit, Et homo est, & quis cognoscet ipsum tunc particeps carnis, & efformata in seipsum eadem sancta carne, sine semine viri ex deipara Maria, iuxta id quod dictum est Factus ex muliere: & particeps nostri, propter nostrum dicit, Deum meum: propter sempiternitatem verò, suæ ingenuitatis secundum naturam dicit, Patrem meum: & propter gratiã ipsius erga discipulos suos, Patrem vestrum. Verũ propter naturam ipsorum discipulorum, ad ipsius & sempiterni Patris ipsius deitatem dicit, Deũ vestrum: Deus enim discipulorum est. Pater verò Domini secundum naturam: discipulorum autem pater, secundum gratiam. Deus autem filij est pater, propter
D carnem: pater verò propter sempiternitatem & incomprehensibilitatem generationis & ingenuitatis ipsius, quia in veritate est ipsius pater, qui genuit ipsum sine tempore & sine principio. secundũ deitatem. Deum autem suum dicere oportebat, propter eam quam nostri causa fecit dispensationem, verbum semper existens apud patrem, genitum sine principio, in carne verò ex Maria in extremis diebus genitum secundum carnem, ex Maria autem eadem sancta virgine per spiritum sanctũ. Considerent itaque profunditates tractationis Dei, & ne conuertant gratiam in ingratitudinem, gloriæ priuationem reputantes in inenarrabilem accomprehẽsibilem Dei naturam, salutẽ in nos

trinitas in creatione.

Filii gloriam immi nuentes.

collatã. At inquiũt, de Deo ſcriptũ eſt. Nõ eſuriet,neq; ſitiet,neq; eſt perſcrutatio ſapiẽtiæ ipſius:De
Affectus humani in Chriſto. filio verò,quòd eſuriit in deſerto in tentatione.Et dicit Scriptura,Deus noſter non fatigabitur: Dominus autem Ieſus fatigatus eſt in itinere.Et, Non dormitabit neque dormiet,qui cuſtodit Iſrael: dormiuit autem,inquit,Dominus in naue.O vanæ ſuſpiciones eorum,qui talia cogitant.Non enim ſolum noſtra oneta ſuſcepit ſanctum verbum,vbi propter nos venit,ſed etiam ſub contactum venit, & carnem accepit,& homo inuentus eſt,& à ſcribis compræhenſus eſt,& dorſum flagris præbuit. Et
Fleuiſſe leſum ex Luca ab orthodoxis exemptũ fuit, at hodie habetur. faciem meam non auerti à turpitudine inſpuitionum. Sed & fleuit,velut in Euangelio ſecundum Lucam habetur in incorrectis exemplaribus,& vtitur eo teſtimonio ſanctus Irenæus in opere contra hæreſes,aduerſus eos qui Chriſtum in apparentia apparuiſſe dicunt. Verum orthodoxi ſuſtulerunt verbum,timentes & non intelligentes ipſius finem,ac vim,& robur.Et conſtitutus in anxietate ſudauit,& fuit ſudor ipſius velut guttæ ſanguinis,& conſpectus eſt Angelus confortans ipſum. Et non hoc ſolum,ſed etiam ſicut homo interrogat,Vbi poſuiſtis Lazarum,& de laborante ex ſanguinis profluuio,Quis me attigit?& de quærentibus ipſum,Quem quæritis?Sed & diſcipulos velut homo interrogat,Quem dicunt me homines,eſſe filium illum hominis;Sed &, Quot panes habetis vobiſcũ dixit.Et fatigatus ex itinere ſedit ad puteum in Samaria.Et, Puer creſcebat & confortabatur ſpiritu. &,Proficiebat ætate ac ſapientia Ieſus.Sed & priuſquam noſſet Puer vocare patrem aut matrem,capiet vim Damaſci,& ſpolia Samariæ,qui ſapientia eſt,& docet homines cognitionem , & plantauit aurem homini,& articulatam fecit loquelam filiis hominum,& fecit linguam claram ægrè loquentium.Talia omnia ſuſtinuit pro nobis,quo omni conſequentia incarnationis propter nos diſpenſatæ cuſtodita,characterem veritatis non diſperderet.At vt ne teſtimonia, quæ adduximus , velut à
Scripturæ locorũ ali quot interpretatio. perſona aduerſarij contra veritatem oppſita,ex Diuinis Scripturis collecta, malè verò ab ipſis intellecta,ita ſinamus citra interpretationem,dicam vniuſcuiuſque ſententiam & vim in ipſo ſitam, ob quam cauſam velut iuxta humanos affectus dictum eſt.Et rurſus dicemus multa de hoc,Deus meus & Deus veſter:quum dixerimus iam,vt quiſque mente præditus cognoſcat ex ipſa conſequentia rectè dictum eſſe.Et,Homo eſt,& quis cognoſcet ipſum?In eodem duo oſtendit Diuina Scriptura, viſibile & inuiſibile.Et propter viſibile quidem,meritò Deus meus dictum eſſe,propter inuiſibile verò,Pater meus dictum eſſe,ita vt neutra locutio aduerſetur Verbo. Quomodo enim , ſi erat homo, non cognoſcebatur?Si verò non erat homo,quomodo homo dicitur?Quiſquis enim ex hominibus naſcitur,omnino ab hominibus cognoſcitur,à genitrice,à cognatis,à familiaribus,à vicinis , à contubernalibus aut conciuibus:& impoſsibile eſt hoc impleri, in nudo homine. Impletur autem in Deo Verbo ac filio Dei,in eo quòd dicit,Homo eſt in vetitate.Quis verò cognoſcet ipſum, quoniã Deus eſt,eo quòd participat,& homo & Deus eſt,ignotus hominibus propter incomprehenſibilitatem?Homo vero ex Maria in veritate,citra ſemen viri genitus.Et virgo in vtero habebit:Futurum enim ex tempore prædicauit propheta,& virgo in vtero habebit, futurum enim eſt,Pariet filium. Si itaque virgo eſt,non ex viro eſt conceptus diſpenſatio:eo quod ante hoc tẽpus dictum eſt ad Achaz, Pete tibiipſi ſignum in profundum aut in altum.Illeverò humiliter ſe gerens,non petam,neque tentabo Dominum Deum meum,inquit,recuſans petere ſignum.Statim autem eo quòd non petiuerat ipſe ſignum,duo largitur Deus,qui magna munera hominibus donat. Ab alto,verbum propria voluntate,& ipſius verbi propria voluntate mittens:à profundo verò,carnem propria bona voluntate cum ipſo verbo diſpenſans.Dicit enim poſtea,Et vocabunt nomen ipſius Emanuel: non enim dixit vocabo,ſed vocabunt.Hominibus enim reuelabatur Deus apud ipſos ignotus,ſed non recenter accipit nomen.Non enim dixit,vocabo nomen ipſius Emanuel,ſed vocabunt.Cæterum factus ex muliere, quemadmodum ſuprà a me declaratum eſt, quo in voce, ex muliere impleretur vox ,factus : Verbum verò ſempiternum omnibus clarè demonſtraretur. Sed, & nonſitiet , de Deo: de filio verò , quòd eſuriit & ſitiit , neceſſario nobis diſpenſatum eſt. Quomodo enim reperiatur diſpenſatio in veritate exiſtens, ſi non haberet neceſſariam incarnationis conſuetudinem? In hoc demonſtrauit nobis omnium quæſtionum ab hæreticis propoſitarũ ſolutiones.Statim enim ſoluit opinionem Manichæorum:in eo enim quod dicit ipſum edere ac bibere,carnem veram oſtendit.Soluit Lucianiſtarum propoſitum,& Arij facultatem ac vires. Lucianus enim & omnes Lucianiſtæ negant filium Dei animam accepiſſe,carnem autẽ ſolum dicunt habuiſſe:quo videlicet attribuãt Deo verbo humanam affectionem,ſitim,famem,fatigationem,fletum,triſticiam, perturbationem, & quæcunque in aduentu ipſius in carne habentur.Stolidum autem eſt hæc ad deitatem Filij Dei referre.At inquiunt, caro per ſeipſam exiſtens,neque edit,neque bibit,neque fatigatur,neque alia facit:& ego aſſentior carnem per ſeipſam non habere hæc. Habuit autem omnem diſpenſationem verbum ipſum quum venit,& carnem & animam & quæcunque ſunt in homine, Animæ vero & carnis erant partes,fames & fatigatio,ſitis,triſticia,& alia.Lachrymatur enim vt redarguat errorem Manichæi,quoniam non in apparentia corpus indutus erat,ſed in veritate. Sitit autem, vt oſtendat non ſolum carnem ſe habere,ſed etiam animã,Non enim deitas ipſius alicubi ſitiuit,ſed anima ſitiuit, & fatigatus eſt ab itinere,propter carnis & animæ conſequentiã.Quod autẽ corpus & animam habens venit verbum,perſuadeant ipſos diuinæ ſcripturæ veteris ac noui Teſtamenti.Statim enim Dauid de ipſo dicit,& Petrus Dauidi concinit: Non ſines animam meam in inferno, neque dabis vt ſanctus tuus videat corruptionem.Quo cõpoſitio dominici hominis intelligatur, & clarè de hoc cognitio nobis cõtingat:quo confirmet animam cum deitate per triduum depoſitam fuiſſe:quo carnẽ ſanctam

dã ostẽdat,& deitatẽ cũ anima,ita nõ cõtinereturin freno,mysterium perfeciſſe.Habet enim alicubi etiã aliud teſtimoniũ,ſic dicens,Inter mortuos liber.Liber ſignificat,infernũ non obtinuiſſe in ipſum imperiũ,verũ propria voluntate ad infernũ deſcẽdiſſe ipſum vnã cũanima. Dicit autẽ Petrus, Eo q̃ nõ erat poſsibile,teneri ipſum ab ipſo,hoc eſt ab inferno. Sed& ipſe Saluator dicit,Poteſtatẽ habeo ſumendi animã meã,& deponẽdi ipſam.Et,Ego ſum Paſtor bonus,qui ponit animã pro ouib⁹ Et,Anima mea turbata eſt,inquit,& dicam? Velut in ambiguitate dicens,Quid dicã?Pater, ſerua me ex hac hora ſed propterea veni in horã hãc:quo oſtẽdat,q̃ voluntaria ipſius deitas ad hoc venit. Verũ turbata eſt:quo ſpecies veritatis aduentus ipſius in carne nõ turbaretur.Nõ enim apparentia erat aduentus ipſius in carne,ſed inſtar magni Regis bellum gerenti aduerſus inferiorem, & noſcentis quod inimicus eius,ſi viderit ipſum in potentia veniẽtẽ ac multo robore,recuſabit,& vertetur ad fugã, & multas ſubditorum regiones diſſipabit:& propterea ex propria ſapientia prætextus fingentis, & terga dãtis ac fugiẽtis,donec inimicus audacia ſumpta expetat regem,velut timidum & impotẽte, & perſequatur ipſum.Rex verò conuerſus derepente cum ſua potẽtia totum ſubditũ capiet infirmũ & aduerſariũ.Sic etiam Dominus noſter non timuit mortem,qui antequam veniret ad hoc,vt pateretur,ſignificauit in itinere,quod filius hominis,futurum eſſet,vt traderetur,& crucifigeretur,& tertia die reſurgeret:& quum Petrus diceret,Propitius ſis Domine,nequaquam erit tibi hoc, increpauit ipſum dicens,Abi retro me Satana,quia non ſapis ea quæ ſunt Dei,ſed quæ ſunt hominum. Qui igitur hic prædixit,& propter hoc ipſum venit,quomodo poſtea precatur, vt tranſeat poculum, ne bibat? Qui ante mortem dixit de morte,vel ob hoc ipſum ne deprehenderetur mendax, non potuit precari vt tranſiret poculum.Sed prouocat per hunc modum aduerſarium, quo illo opinante timeré Saluatorem mortem inducat ipſi mortem,ad ſalutem morientibus, per diſpenſationem. Sed etiam ſi audieris quod mortuus eſt Dominus,noſce paſſionem mortis,quo completa eſt.Interpretatur enim tibi princeps Apoſtolorum Petrus mortis ipſius argumentum,dicens,Mortificatus carne,viuificatus autem Spiritu.Nam deitas ipſius,quæ ſuſcepit vt in carne pateretur, paſſionis expers eſt, & paſsionis exors erat,& à paſſione illæſa permanſit, non mutata paſſionis alienitatẽ, neque inutili facta ſempiternitate.Si verò rurſus dixerint illi vanæ gloriæ cupidi,Nõ poteris per talia verba nobis perſuadere,Chriſtum animam habuiſſe.Inuenimus enim ſuprà in Diuinis Scripturis,quod dicit Eſaias ex perſona Dei & Patris de vnigenito,Hic eſt filius meus dilectus,in quo mihi bene complacitum eſt,quem dilexit anima mea Quid intelligemus de Patre,animam accepiſſe in ſeipſo,aut animam habere? Quis vero delirans hoc cogitabit de patre? Quid igitur dicunt,figuratè videlicet verbũ dictum eſt.Si itaque de patre figuratè dictum eſſe dicunt,ergo etiam de filio idem accipiẽtẽ oportet. Etiamſi enim dicat,Anima mea turbata eſt:&,poteſtatem habeo dandi animam meam & accipiendi ipſam:non habuit,inquiunt,animam,ſed figuratè dictum eſt.Et videtur ſyllogiſtica ac ſophiſtica ipſorum aliquid dicere.quum veritas ipſa per ſe conſiſtat ex multis ſignis.A ſpecie enim accipitur omnis figura & tropus.Et in patre quidem non audendum eſt,eo quod neque carnem geſtauit. Quum autem confiteantur Lucianiſtæ ſiue Ariani de carne,non eſt ambiguitas.At inquiunt, Verbum caro factum eſt,dixit,& non dixit,Verbum caro & anima factum eſt.Cæterùm aduerſum ineruditam ipſorum contra dictionem etiam ego dico q̃ formauit Deus hominem,limo accepto à terra. Verùm in voce,Formauit omnia comprehendit:& in eo quod dixit, Verbum caro factum eſt, omnia complectitur.Nam iuxta eandem rationem ex aduerſo nos inferimus,dicentes, Ecce dicit, Formauit Deus hominem:& non dixit,Fecit ipſi hepar aut pulmonẽ,aut cor,aut venas,aut neruos,aut alia quę ſunt in corpore:per hoc intelligimus vnum quid eſſe ex toto fabrefactum hominem ipſum, eò quod nõ particulatim compoſitionem totius animalis Scriptura explicat.Nonne omnino res ſe ſic habet? Sicut igitur ab vna ſpecie tota comprehendit,ita ab ipſa carne animam accepiſſe ſaluatorem, manifeſtum eſt.Si itaque animam accepit & corpus,velut demonſtratum eſt,ergo non deitas erat imminuta ab eſſentia patris,ita vt in affectionibus fuiſſet conſtituta,quo ſtiret,& fatigaretur, & eſuriret, & quæcunque,homini neceſſaria ſunt faceret:quoniam non fatigabitur,neque eſt perſcrutatio ſapientiæ ipſius.At ſaluator Verbum quod ex ſupernis deſcendit,fatigatus fuiſſe reperitur:& non propterea non eſt ex eſſentia patris,non enim ſupernè fatigatus eſt,ſed in carne.Oportebat enim carnem fatigari, vt ne in apparentia putaretur, ſed in veritate. Et alia quæ eiuſmodi vim habent, dormitare & dormire,hominis ſunt indicia,& tactui ſubiectum eſſe:accepit enim hæc,& homo inuentus eſt.Inuenimus Meſſiam de quo ſcripſit Moſes. Qui vero inuenerunt ipſum,per comprehenſibilem naturam inuenerunt,hoc eſt incarnatum,nam in incomprehenſibilitate inuentus non fuiſſet. Quapropter à ſcribis comprehenditur,& dorſum ſuum præbuit flagris,& faciem ſuam non auertit à turpitudine inſpuitionum,fleuit,& quæcunque alia de ipſo dicuntur. Quis vero potuiſſet Deum verbum in cœlo flagris cædere,aut alapis verberare,aut conſpuere talem inenarrabilem & incomprehenſibilẽ? Si vero hæc paſſum,eſt paſſionis exors Dei Verbum,ergo paſſio corporea eſt, extra ipſius à paſſione alienitatem,& rurſus non extra,propterea quod ipſi ſic complacuit,& quidẽ quum ipſe non ſit paſſus,paſſionem in ſeipſum reputat.Et quemadmodum macula in veſte,corpus geſtantis non contingit,verùm macula veſtis geſtanti imputatur:ſic Deus paſſus eſt in carne,deitate ipſius nihil læſa, verum paſſio carnis à deitate geſtatæ relata eſt ad deitatem,quo in deitate ſalus nobis contingeret.Recordor autem dictum Euangelij ſecundum Lucam,& non volo omittere quo minus id ipſum interpreter,quod ſcriptum eſt:In anxietate conſtitutus ſudauit,& erat ſudor eius,ſicut guttæ ſanguinis,

Similè.

Tranſeat à me poculum, quomodo accipiendum.

Troporũ ratio.

apparuit autem Angelus Domini confortans ipsum. At profundiora dicta, velut appellare solemus, & necessaria, hi qui vim non intelligunt, subuertunt, simulque seipsos per maliciam pro bonis, nihil « «
enim hac re periculosius est. In eo quod dicit, Fuit in anxietate: Domini cum hominem verum homi « «
nem existentem ostendit. Et vt ostendat quòd verus erat homo, & quòd non à deirate anxietas illa cõ-
tigit, dicit, Sudauit, & sudor ipsius erat sicut guttæ sanguinis: corporea est species, & non spiritualis. A
Visus est autem Angelus Domini confortans ipsum: non quòd confortatione angeli opus habebat
qui maior Angelis est, cui flecti se omne genu cœlestium, terrestrium: ac infernorum, vt qui semper
est Deus Verbũ, & semper est apud patrẽ, & ex ipso genitus est: sed vt impleretur illud in cantico ma
gno Mosis in deserto cõposito, in quo dixit, Adorabũt ipsum omnes filij Dei, & cõfortẽt ipsum An- « «
geli Dei. Cõfortẽt ipsũ dixit, nõ vt exhibeant ipsi robur, sed quoniã inualuit glorificatio vt in his glo
rificẽt Deũ: quũ angeli & spiritualia animalia supernè clament ac dicant, Tua est potentia, tuũ est im-
perium, tuum est robur: In hoc ostendunt adorationem & confortationẽ, hoc est, quòd dant ipsi pro-
prium fortitudinis robur. Sic etiam angelus visus est coram discipulis adorans suum Dominum, nõ « «
ignorans excellentiam benignæ ipsius erga homines dispensationis, verùm admirans tantã in ipso « «
esse mansuetudinem, quæ diabolum superauit, quæ aculeum mortis contriuit, quæ de principatibus « «
ac potestatibus triumphauit, quæ peccatum confregit. Et propter excellentiam admirationis in glo « «
rificatione, Angelus adorans dixit, Tua est fortitudo Domine. Tu enim præualuisti contra mortem
& infernum, & contra diabolum, vt contriueris aculeum ipsius, & expuleris ab humana natura. Por-
rò quum rursus dicit, Vbi posuistis Lazarum, iuxta humanos affectus dicit. Et de laborante ex sangui
nis profluuio, Quis me tetigit? aut, Quem quæritis? aut, Quem dicunt me homines esse, filium illum B
hominis, aut Puer crescebat, & confortabatur spiritu: aut Proficiebat ætate & sapientia: aut Priusquã
nosset puer vocare patrem aut matrẽ. Non vides ex ipsa tractatione excellentiam cognitionis, quòd
ex carne & humana natura sunt narrationes? Quæcũque enim in veteri Testamento ex persona Dei
& Patris subdescendunt, & ad persuasionem hominum ignota sunt, non autem ignota Deo existũt:
ea Verbum vbi venit, impleuit, vt impleret id quod dictum est, Pater meus vsque nunc operatur, &
Lazari hi storia. ego operor, Vbi posuistis Lazarum, interrogabat quum prope locum esset. Antequàm verò veniſſet
ad locum, à nemine audiuit, & dixit discipulis suis, Lazarus amicus noster dormit. Qui itaque tanto
itinere distans à loco nouerat, quòd mortuus esset Lazarus, is præsens in loco ignorabat? Nequaquã,
verùm volebat ostendere, quòd hæc omnia faciebat, & nõdum quisquam perfectè ipsi credebat, quo
declararet suæ erga nos indulgentiæ insignem benignitatem. Oportebat enim illas non dicere, Qua « «
triduanus est, iam olet: neque abire ac demonstrare, sed dicere, omnia nouisti, & si voles viuet. Qua- C
propter etiam lachrymatus est, ob hominum obstinatam duriciam. Non itaque ignorans interroga-
bat, sed tentans redarguit ipsos, & benignè eos tractat. Et quis me tetigit, dicit, non quòd non nosset
quis ipsum attigisset, sed vt ne per seipsum diceret miraculum quod edebat: verùm vt illa, vbi audis-
set, ac curreret, & diceret beneficium in se collatũ, & vbi confessionem fecisset, audiret, Fides tua te
seruauit: quo etiã alios inhortaretur ad credendum vt sana rentur. Dicit autem, Quem me dicunt es-
se homines filium illum hominis, velut etiam in veteri Testamento, ex persona Patris dicit, Adã vbi
es? Nouerat autem ipsum vbi esset. Quapropter etiam redarguit ipsum postea dicens, Ex ligno co-
medisti. Et ad Cain, Vbi est Abel frater tuus, & non ignorans interrogabat. Dicit enim, Maledictus
tu super terram, quæ aperuit os suum vt susciperet sanguinem fratris tui de manu tua, ecce enim san-
guis ipsius clamat ad me. Non itaque ignorabat qui dicit, Sanguis clamat: verùm vt daret ipsi locum
ad pœnitentiam & excusationem, ideo interrogabat. At verò rursus conuertuntur ad imperitiæ con-
tentionem, & dicunt ipsius filij esse has voces in veteri Testamento. Statim autem redarguitur ipso-
rum studium. Qui enim dixit ad Mosem, Qui enim dixit ad Mosem. Quid hoc quo est in manu tua:
ipse dixit, Ego sum qui sum. Et dicit Dominus ad Sadducæos de resurrectione narrans, Quod autem
resurgunt mortui, dixit Deus, Ego Deus Abraam, & Deus Isaac, & Deus Iacob. Deus igitur viuen-
tium, & non mortuorum. Et multa rursus ostendere possim, quæ ex persona patris in veteri Testamẽ
to dicta sunt, imò etiam sæpe ex persona filij, & rursus ex persona spiritus sancti. Et, Vbi est Sara vxor
Saræ casti tas. tua, dixit ad Abraam, is qui venit ex supernis cum duobus angelis filiis Dei. Si enim ignorasset vbi es-
set, non vtique dixisset, Risit igitur Sara quæ intus erat, & vult sic ostendere ipsius castitatem, quæ exẽ
plũ est eorum quæ in veritate pietatem exercere volunt: quo vbi susceperint peregrinos, propriis qui
dem laboribus inseruiant, verùm propter verecundiam & castitatem, faciem suam viris ne ostendat. D
Illa enim beata omnia composuit ac constituit, & quum hoc faceret, in facie angelorum non con-
specta est, posterioribus sæculis reuerentiæ exemplar proponens. Sed & vt ostenderet, qui præsens
erat quis esset, nomen vxoris vocabat, hospitio exceptus ad horam, & quòd neque nominis ipsius
oblitus esset, neque figmenti, neque cogitationis hominis. Quem me dicunt, inquit, esse homines fi- « «
lium illum hominis: & filium quidem hominis confitens declarat, vt ne de inuisibili ipsum interro- « «
gare putent. illi verò dicunt, Heliam & Hieremiam, & Ioannem. Vos autem quem me dicitis? Tu es « «
Christus filius Dei viuentis, inquit, & statim ipsum beatum prædicat. Non enim ignorans interroga
bat, sed ostendere volens, quòd patris est doctrina, quæ filium ecclesiæ verum prædicat: quo cogere-
tur Petrus dicere, quæ à patre edoctus erat. Et ne mireris si dicit, per me ingrediuntur ad Patrem, & ne
ab alienatum à patris essentia opineris. Ipse enim rursus docet, Nemo venit ad patrem, nisi pater ip-
sum traxerit. Sicut igitur pater mittit ad filium, ita & filius infert ad patrem: quo ostendat vnã & eã-

dem

dem esse deitatẽ. At illud, Proficiebat ætate, & sapientia. Si est sapientia Dei, non opus habet sapientia. Verùm quoniam euacuauit seipsum forma serui assumpta: non plenitudo imminuta est, sed vt ostenderet à cœlo transeuacuatum in humanã naturã, hoc est in officinam Mariæ. Vngentum enim euacuatũ nomen tibi est, inquit: non dixit effusum, sed euacuatum de cœlo in terram, quo à terra in
A Mariam, & à Maria caro fiens conciperetur. In Bethleem enim gignitur, à Bethleem transit ad Nazareth, à Nazareth in Capernaum, à Capernaũ in Hierusalẽ. & mare, dum vadit super aquas, & ad partes Tyri & Nain, & in Iudæam & Hiericho, & ad Bethphage, & Bethaniam, in Hierusalémque ac tẽplum & montem Oliuarum, & Gethsemani, & ad domum Caiphæ, & ad prætorium, & ad Hærodẽ. ad locum Golgotha, ad monumentum, & vsque ad infernum, ad terram rursus post resurrectionem, & ad cœlos. Vngentũ enim euacuatum à vase in vas, omnia vasa vngentum redolere facit. Et Christi aduentus è cœlo totam terram sacrificauit, eos qui ipsum suscipiunt in veritate. Hic est mons qui est velut in Daniele habetur, & mons magnus: lapis sectus sine manibus, sine semine viri, insinuans id quod maius est, rursus paruus inuentus. Lapis rursus recipiens magnitudinẽ, & fiens rursus mons magnus. Et mons non est in loco, sed implet totũ orbem terrarũ. Hic qui est sapientia, & factus est homo, extendens virtutem suã super mundum, vt orbẽ terrarum gratia impleret, proficiebat ætate & sapientia Nam qui est sapientia patris & docet homines loqui, & articulat hominibus linguam, & plãtauit aurem audientibus, quomodo non nouerat vocare patrem & matrem, aut capiet vim ac potestatẽ Damasci, ac spolia Samariæ, & cætera? At quoniam genitus ex vtero, si statim loquens idq; purè ostensus fuisset, & velut pueritiã egressus aliquis verba faciens: imaginatio sanè putata fuisset, & non vera, aut potius in apparentia, ipsius conceptio: propterea expecta aliquid ætatis, vt ne consequentiæ veritatẽ dissiparet. Cæterùm rursus alias vanas venantur opiniones, quas diuinis sermonib⁹ implicent, eásque contrarias excogitat, & dicunt, Quomodo igitur scriptum est, Suscipite pontificẽ confessionis nostræ, qui fidelis est ei qui fecit ipsum, &, Notum sit vobis tota domus Israel, ꝙ hunc Iesum, quem vos crucifixistis, Dominum & Christũ ipsum Deus fecit. Et magna me subit admiratio
B quomodo hi qui consequentias contingunt, eam quę in ipsis declaratur, vim ignorant. Nam quod dicit, Suscipite pontificẽ, qui fidelis est ei qui fecit ipsum, non de deitate dictũ est. Deus enim venit, & omnia declarant nobis diuinæ Scripturæ. Nihil enim est in ipsis obliquũ aut distortũ, verum omnia corã exposita intelligentibus & recta his qui inueniunt cognitionẽ. Accipite enim, inquit, eruditionem & non argentũ. Si enim non accepit quis eruditionem à Deo, hoc est fidẽ veritatis, obliqua ipsi sunt omnia & distorta, quæ intelligentibus & inuenientibus cognitionẽ recta sunt, & extra omnem calumniã posita. Quo uerò ipsos redarguat Apostolus, dicit, Omnis enim pontifex, qui ex hominibus assumitur, propter homines constituitur, vt offerat dona & victimas. Quapropter etiã ipse vnigenitus, quãdoquidem ipse venit vt propter homines nascetetur, accepit ex nobis carnem, quo propter nos, ex nobis oblatio proprio patri Deo factus, discipulos fratres vocaret. Vbi igitur id factum impletur? non alibi quã à pontifice. Suscipite enim, inquit, pontificẽ qui fidelis est ei qui fecit ipsum. Quo verò etiã exemplo ampliore vtar, interrogauerit quis regem de proprio illius filio, & audacia sumpta dicet ad ipsum, Quis est hic? Vbi verò audiuit ex patre iustã cõfessionẽ, filius meus est: rursus dixerit, filius tuus secundum naturã, & vbi rex dixit, etiam: rursus inducetis qui interrogat, Cur igitur ipsum fecisti, & dicet omnino ille, Regem ipsum feci. Ergo quũ dignitatẽ dixerit, ingenuitatem negauit, quũ secundũ dixerit, primarium aboleuit? Nequaquam. Sic igitur etiã Deus & pater genuit filiũ
,, sine principio, & in carne impletum est, ꝙ pontificem ipsum fecit. At, inquiunt, scriptum est, Dominus creauit me principiũ viarũ ipsius in opera ipsius. Et primum quidem ignorant illi vanæ gloriæ
C cupidi ipsum nomen libri. Liber enim, Prouerbia Solomonis appellatur. Quicquid autem prouerbialiter dicitur, non idẽ est quod sermonis vis ac facultas. Ecce enim in parabolis loquutus est Dominus noster Iesus Christus. Et videmus parabolas non sic se habere ad propositum nostrũ. Simile est enim, inquit, regnũ cœlorum grano sinapis. Et si iuxta nostrã mẽtẽ voluerimus ratiocinari ex parte uidelicet, regnum cœlorum amplitudo est, aut locus, si modò locum dicere cõuenit, in quo regno est rex Deus & Pater & Deus verbũ & filius Dei, & spiritus sanctus Dei, angeliq; ac archangeli, exercitus spirituales, Abraã & Isaac & Iacob, & omnes iusti: vbi itaque tot res in grano sinapis cõprehendentur? Verũ figura sermonis per ænigma dicitur. Ergo non idẽ est quod prouerbialiter dicitur. Sed & mulieri simile est regnum cœlorum, quæ habuit decẽ drachmas, & perdidit vnã, & accẽdit lucernã, & inuenit ipsam: sed & sagenæ missæ in mare, & semini seminato in terrã. Hæc autẽ omnia per ænigma, & non idẽ sunt, quod sermonis vis præ se fert. Et non verè nouimus, an Prouerbiorum scriptor Solomon, de filio Dei hæc verba dixit, Est enim sapiẽtia, & sapientia. Solet igitur Apostolus dicere,
Non nouit mundus per sapientiã Dei Deũ. Et, Stultã fecit Deus sapientiã mundi. Et rursus dicit, Nõ in sapiẽtia carnali, sed virtute Dei. Et Solomon sapientiã vocare solet dicens, Amaui pulchritudinẽ
D ipsius, & sponsam duxit mihi ipsi. Et Iob sapientiã nouit ac dicit, Sapientia autẽ vnde inuenta est, qualis verò est prudẽtiæ locus? Et, sapientia pauperis annihilata est, & ipse est sapientiæ corrector. Et, sapientia patris, vnigenitus. Quid igitur dicimus? Si sapientia pater est, & filius iuxta illorum sententiã progressus est ex ipso, Verbũ & Deus existens, & sapientia existens: ergo pater destitutus est sapiẽtia in seipso, Deo sole sapiente inuisibili. Atque hæc omnia sunt incõprehensibilia & immensa hominibus. Quomodo igitur dedit Deus sapientiã Solomoni, & replenit sapienria ipsum Beseleel, & sapientes homines occultãt turpitudinẽ? Et multa de sapientia dici possunt. Verùm illa sapientia patris

Proficiebat sapientia, quomodo accipiẽdum.

vngentũ euacuatũ.

Pontifex Christus quomodo dicatur.

Prouerbiorum ac parabolarũ ratio.

Sapientiæ vocabulũ

vnius ſpeciei eſt,non habens aliam comparationẽ,quæ ipſi opponatur.Attamen an de ipſa ſit ſermo ille dictus,neque affirmo,neque denego,Deo autem permitto vt hoc ſciat. Video tamen ea quæ dicuntur violenter inter ſe oppoſita.Creauit enim,dicit,principium viarum ipſius in opera ipſius,antè ſæcula fundauit me,ante omnes colles gignit me. Quomodo igitur,ꝙ gignitur fundatur? Quomodo id,quod creatur,gignitur?Si enim creatum eſt,non eſt genitum.Nos enim ea quæ gignimus non creamus:& quæ creamus,ea non gignimus.Sumus enim creati:& quæ à nobis gignũtur,creata ſunt. In Deo autem increata,genimen ſiue genitura non eſt creata. Si enim genuit,non creauit. Si verò poſtquam creauit,rurſus genuit,quomodo ꝙ prius creatum eſt, poſtea gignitur? Si itaque de ipſo hæc dicta ſunt,in diſpenſatione in carne implẽtur.Et propterea viciniora primum dicit,& antiquiora poſtea narrat.Perſuadere enim hominespropinquiſſimos volẽs,à carne incipit.Principium enim viarum iuſticiæ Euangelij,nobis verbum caro in Maria factum eſt,animáque in ipſius carne fundata eſt:quo ſuperiora poſtea oſtendat,dicimus autem,ex finibus paternis è cœlis perueniſſe in terram Nam venit nobis poſtea omnem diſpenſationem perficiens.Non igitur creatum eſt verbum: abſit, & nihil nobis vtique ingenerauerit Diuina Scriptura in nulla penitus re. Sed & ex natura apud interpretes non ſic edita eſt locutio hæc.Aquila enim dicit,Dominus acquiſiuit me:quandoquidem in Hebraico dicit, Adonai Canai:id quod hoc ſignificat ꝙ diximus.Et nos iuxta conſuetudinem de nauis dicimus,acquiſiuit liberos.At neque ſic vim interpretationis obſignauit.nam Adonai Canai etiã ſic interpretari potes,Dominus excudit me.Et propterea Petrus claré pronunciat dicens, hunc Ieſũ quem vos crucifixiſtis:non dixit,illum ex ſupernis Deum verbũ, ſed hunc exiſtentem carnem, quæ cum verbo ex ſupernis in vtero Mariæ cõprehenſa eſt & concepta:hunc autem , dictũ propter Dominicum ex Maria hominem.In hoc enim & mortificatio impletur ſicut dicit Petrus. Mortificatus carne,viuificatus autem ſpiritu.Et rurſus,Chriſto igitur pro nobis paſſo in carne.Et rurſus, Ex quibus,Chriſtus,quantum ad carnem attinet,velut dicit Paulus.Et ipſe Saluator dixit in Euãgelio, Nũc autem me quæritis occidere hominem qui veritatem dixi vobis.Et,Audiui ex patre: quo oſtenderet paſſionẽ ex humana natura,ſeipſum verò ſcire naturalem filiũ Patris ex ſupernis.Concinit autẽ huic ſermoni ſanctus Apoſtolus Paulus dicens,Vnus deus,vnus etiam mediator Dei & hominum,homo Ieſus Chriſtus.Qui non rapinam arbitratus eſt eſſe,ꝙ eſſet æqualis Deo, ſed ſeipſum inaniuit, forma ſerui aſſumpta.Vides ꝙ hominem ipſum pronunciauit,ſed non nudum. Mediator enim Dei & hominum eſt,quoniam in medio vtrorumque eſt,ad Patrem quidem ſuum Deus exiſtens natura genuinus genitus:ad homines verò homo naturalis,genuinus ex Maria, citra ſemen viri genitus. Sic enim eſt mediator Dei & hominum,Deus exiſtens & homo factus,non mutatus naturam,ſed ſecundum vtraque ad ambo medius exiſtens.At rurſus indoctè dicunt, Videsquòd non rapinam arbitratus eſt eſſe,ꝙ eſſet æqualis Deo?Et neque vocabulum intelligunt illi contentioſi.Non enim dixit, Nõ voluit fieri æqualis Deo per rapinam:ſed non rapinam arbitratus eſt,quòd eſſet æqualis Deo quòd Dei eſſet natura,quòd erat.Si enim non erat,quomodo formam ſerui aſſumpſit?Et quòd recẽs erat ſignificauit,& ex hoc excellentiam admirans oſtendit,quanquam eſſet æqualis Deo,ſeipſum inaniuit forma ſerui aſſumpta:non vt quod liberum erat in ſeruitutem redigeret,ſed vt in forma,quam aſſumpſit obedientes ſeruos liberaret.Et teſtantur Iudæi, quòd non verebatur neque dubitabat dicere, quod æqualis eſſet Deo:ſed etiam confidentius ſic oſtendebat,dum dicebat, Si non dixero , ero ſicut vos mendax.Et propterea dicunt ad ipſum,Propter bonum opus non occidemus te ſed quòd quũ homo ſis,te ipſum facis æqualem Deo At inquiunt,ſi debemus figurata ipſius confiteri,& multa figurata dixit ſcriptura:etiam non oportet negare,quæ per ænigmata in ipſum dicta ſunt.Nam & oſtium appellatus eſt,& lapis,& columnia,& nubes,& leo,& ouis,& lucerna,& fax,& Sol, & angelus, & vermis, & petra,& lapis angularis,& via,& taurus,& vitulus,& aliis hniuſcemodi videlicet nominibus. Et nos non negamus,quæ in ipſo ænigmaticè ſunt impleta,nouimus autem ob quam cauſam hæc ſcripta ſunt.Via quidem,eo quod per ipſum vadimus ad regnum,ad ipſum & ad patrem.Oſtiũ verò,quia per ipſum ingredimur.Columna ,quia ipſe eſt noſtræ fidei fundamentum.Petra,propter immutabilitatem.Lapis,propter fundamentum. Sol iuſticiæ,qui noſtras tenebricoſas mentes illuſtrat. Deinde dicunt,Quoniam ſcriptum eſt de ipſo,quod creatura eſt,confiteri etiam oportet ſcripturam.Ecce & ego recenſui partem quandam vſuum ac vtilitatum,per ænigmata ipſius in nos impletam.Dicant nobis,in eo quod dicunt ipſum creaturam,quid commodat?Oſtium meritò dictus eſt figuratè,vt fiat nobis introitus & vtilitas:& via,vt per ipſum euntes,ne erremus. Creatura verò, propter quid nobis fit,quid nobis prodeſt?Etiam,inquit,contentioſus ille vanæ gloriæ ſectator,niſi enim ipſum dixeris creaturam,Patri paſſionem attribuis.Quiſquis enim gignit,paſſionibus & affectionibus circundatus eſt.Aut enim contrahitur,aut dilatatur,aut expanditur,aut defluit,aut in molem augeſcit , aut ſimile quid ſuſtinet.Hei prava cogitatio hæc,& non vera.Quis hæc de Deo cogitabit,quæ verò ſuſpicio talia audebit?Nimirum nemo,& ne diabolus quidem tale quid cogitauerit. Et ſi quis cõfitetur patrem,credit ipſum genuiſſe filium in veritate. Neque enim malè circumfertur Deus,neque corpus prægnans eſt,vt prædicta ſuſtinere poſſit.Spiritus enim eſt Deus,ſpiritus autem fluxionem non ſuſtinet,non ſectionem,non contractionem,non imminutionem,non extenſionem,neque tale quiddam. Prout itaque pater ſpiritus eſt filium Deum verbũ genuit ſpiritualiter,ſine tempore, incõprehẽſibiliter,& ſine principio.Quo verò hos,qui hæc dicunt perſuadeamus,nõ quidẽ ſimilia dicẽtes,verũ á ſimilibus prauam ipſorũ excuſationẽ auertentes,dicamus:Creatura eſt qua innnumeris ac infinitis modis à Doimino ſuo abeſt.Et multi in deſerto ignis indigni,vitreo vaſe aqua impleto,& ma-

Solomonis locus expenſus.

Increati verbi probatio.

Mediator Dei & hominum homo Ieſus Chriſtus.

Rapinæ uocabulum.

Apellationes Chriſti

Creaturã uerbum dicentes.

teria ex facili ardente adpoſita, ex lino aut ex ſtupa facta, ponunt ipſum etegione Solis, ita vt ſplẽdor ſolis de vitro in ſubiectã materiã reſplendeat: & ſtatim ab igne ſolis concipit, & igne accendit. Nunquid ergo ſecatur Sol per eſſentiæ participationem, nunquid defecit, nunquid imminutus eſt? Non inquiunt. Si itaque qui creatura eſt, non imminutus eſt: quanto magis qui infinitus & incomprehenſibilis & impollutus eſt Deus, dum ſpiritus exiſtens genuit ex ſeipſo Deum verbum, inenarrabilẽ & A incõprehenſibilẽ ac incorruptibilẽ, in incorruptibilitate genuit, non per affectionem, nõ per ſectionem, non per defectionem, ſed perfectus perfectum in perfectione? Et ignis quidem natura multas lucernas ab vna accendit, & quæ prima eſt, non imminuitur. Rurſus autẽ poteſt eadẽ eſſentia ex multis particularibus eſſe, lucernis, inquam, aut facibus. At non ſic Deus: Abſit. Non enim rurſus venit Verbum, & coniunctionẽ cũ patre fecit. Sed Pater, Pater eſt: & Filius, Filius: & ſpiritus ſanctus, ſpiritus ſanctus. Stultum eſt enim quod à Manichæis traditur, ꝙ ex mente ipſius Manis, Animæ à colũna lucis factæ vnũ corpus ſunt, & dum ſoluuntur à corporibus, rurſus in vnam eſſentiam reformantur, velut in vnam columnam, iuxta fabuloſum ipſorum figmentum At non ſic oſtendit Euangeliũ, ſed fregit de quinque panibus, & ſaturauit quinque milia: & nõ dimiſit, quæ ipſis ſuperfuerunt, ſed Colligite, inquit: & nihil relinquite de fragmentis: & collegerunt duodecim cophinos, & collegerunt quidẽ ſimul in capſas, verùm fragmenta nõ rurſus in coniunctionẽ panũ ſicut fuerant, fecit: collegerunt quidem multitudinem, ſed in multa fragmenta, in vnam verò cõgregationem. Indicauit cophinos, & non iuxta propoſitam ſpeculationem, nos hoc & prædictum ſolis exemplum, figuratè interpretati ſumus. Non enim panes dicimus animas, neque fragmenta: abſit. Neque Deum adæquamus Soli ab ipſo creato, neque vnigenitum ſplendori à Sole in ſtupam emiſſo. Verum iuxta ſimilitudinẽ etiam animæ factæ non connectuntur in vnam coniunctionem: abſit, ſed in Dei manſiones, de quibus ſcriptum eſt, Multæ manſiones apud patrem, neque in vnum collem factæ, ſed ita vt ſingulæ priuatim numerentur. Neque in eo quod dicimus genuiſſe Deum vnigenitum ſuum filium, affectionẽ ipſi attribuimus, iuxta prauam illorum blaſphemiam. Quiſquis enim affectuoſe gignit, patitur: & nõ B oportet neque creaturam, neque genimen ſiue genituram dicere iuxta illorum verba, vt ne demus Deum dolere aut pati. Vnde igitur inuenimus filium, aut cur nomen Dei habet: Hi verò ſunt hominum ſyllogiſmi, & à terrena ſapientia proficiſcentes. Nam noſtros hominum effectus, in Deum referre nephas eſt: quum Deus clarè dicat, Non ſicut cogitationes veſtræ, cogitatio mea eſt. Et rurſus, Non ſicut homo, ita etiam Deus. Ceſſent itaque à blaſphemia, & diſcant à Patre dicẽte; Hic eſt filius meus dilectus, in quo mihi bene complacitum eſt. Et rurſus, velut coram cunctantibus dicit, Es enim filius meus dilectus, quem elegi. Et nunc in Canticis, Electus ex multis milibus. Vnde igitur electio fit, dicant. Putant enim deliri illi in eo quod dicit, elegi: ſecundum gratiam ipſum filium vocati, & non ſecundum naturam. Oſtendant itaque quis ſit ipſi ſimilis, vt omnibus probatis illum elegerit. Si enim filius eſt vnigenitus, non eſt aliquis æqualis ipſi, neque conferendus ſimilis exiſtens, filio inter filios Dei, hos enim nouit ſecundum gratiam, illi verò nulla virtus ædæquatur, eo quòd eſt ipſe naturaliter filius. Manifeſtũ enim eſt, vnde ſit vox electus, & vnda electio. Quoniam multa milia in terra erant, & Maria ſola gratiã inuenit, & in ipſa elegit ſanctã carnẽ, & propterea eſt illa in qua ipſi bene complacitum eſt. Sicut etiã Dauid ex perſona Apoſtolorũ, qui in Dominum crediderant, & cum gaudio gratiã ipſius gentibus oſtenderunt, dicit: Subiecit populos nobis, & gentes, ſub pedes noſtros. Pulchritudinem Iacob quam dilexit, hoc eſt ſinceritatem ac frequentiam pulchritudinis ipſius, hoc eſt totius Iacob pulchritudinẽ, ipſam carnẽ à Maria per ſpiritũ ſanctum electã, ip- C ſam factã carnis diſpenſationẽ, pater ex ſupernis Ioanni Baptiſtę oſtendit. Bonã enim voluntatẽ habuit pater in aduentu Chriſti in carne. deitas verò infinitã naturã habet. Dicit autẽ Apoſtolus ipſum filium dilectionis, qui liberauit nos, inquit, ex poteſtate tenebrarũ, & tranſtulit in regnum filij dilectionis ſuę, & ſtolidi illi hic nõ intelligentes locutionẽ, iuxta profectum dilectionis, Dei eſſe filium dicunt. Et non ſciunt indocti illi cõparationẽ ſermonis. In alio enim loco dicit Apoſtolus, Deus dilexit nos in Chriſto. Verè enim Filius dilectus eſt vnigenitus, quoniam dilectio Pater, dilectio filius. Nam dilectio ex dilectione eſt, filius igitur eſt dilectionis propter nos, & propter ſeipſum, quia in ipſo dilexit nos, & filiũ ſuum vnigenitũ tradidit pro nobis. Neque igitur operãs laborat, neq; gignens patitur. Et ne fruſtra accumulent ſibi ipſis blaſphemias. Si enim creatus eſt filius, non eſt adorandus iuxta illorũ rationẽ. Stultum eſt enim creaturã adorare, & primũ mandatum reprobare ꝙ dicit, Audi Iſrael, Dominus Deus tuus, Dominus vnus eſt. Non igitur creatum eſt ſanctum Verbũ, quia adorandus. Adorauerũt ipſum diſcipuli. Adorãt ipſum Angeli in cœlo. Et, Adorẽt ipſum omnes Angeli Dei Et, Adoret te Domine fortitudo mea. Cæterũ una res eſt, quã dicã eámque breuẽ & oppoſitionẽ non habentẽ, & cui nõ poteſt aliquis cõtradicere. Si habent teſtimonia illi, qui filio Dei aduerſantur, oſtẽdant vbi dixit Pater, Creaui mihi filiũ: in veteri ac nouo Teſtamento. Aut vbi dixit filius, Creauit me Pater. Quatuor ſunt Euãgelia, habẽtia ſummas mille centũ ſexaginta duas, & ab initio vſq; ad finẽ loquutus eſt filius, & ad ipſum Pater. Et nuſquã dixit, Creauit me Pater meus: neq; Pater, creaui mihi Filiũ, aut creaui Filium meum. At inquit ille contentioſus & ambitioſus, Quid igitur dicis, corpus ex D Maria? nimirum aſſumptum. Maria verò, inquit, quid, creata aut increata? Creata nimirum etiam ipſi dicimus, genita ex viro & muliere. Corpus igitur ex Maria quid dicis? adoras Saluatorem incorporatum, aut non adoras? Quomodo vero non adorabo? Si enim non adorauero, non habeo vitam Ecce igitur creaturam adoras ipſum corpus. Ingens autem eſt væſania eorum qui talia dicunt. Nam

ſimilitudinum vſus.

Electus ex multis milibus, de quo dicatur.

Maria prę electa ex omnibus.

Filius dilectionis.

Creatura ex ſenõ adorãda.

Euãgeliorum IIII. ſummæ 1162.

rex purpuram indutus, ab omnibus adoratur, nunquid ergo purpura adoratur aut rex? manifestū est quòd rex. Coadoratur autem cum ipso etiam purpura quam gestat: vbi verò rex hanc exuit, & in locum reposuit, non amplius vestis purpura adoratur. Sed & etiam in templo sæpe rex in proprio throno, & adorantes adorant regem in templo ac throno proprio: vbi verò surrexit rex, nemo neque templum neque thronum adorat. Nemo autem adeò insanus est, vt adorare volens Regem in templo ipsius, dicat ad Regem, Egredere ex templo tuo vt te adorem. Sic sanè nemo dixerit vnigenito, Dimitte corpus vt te adorem: sed adorat cum corpore vnigenitum, increatum cū templo sancto, quod accepit vbi venit. Et nemo dicit ad regem, Surge ex throno vt te adorem, citra thronum: sed adorat regem cum throno. Itaque & Christus adoratur cum corpore sepulto, & quod resurrexit. At inquiunt, A
Qui igitur dicis, volens genuit Pater Filium, aut non volens, quādoquidem dicit, Erat semper Verbum, & non est tempus ante verbum: & quidem quum etiam ipsi Ariani ad quosdam decipiendos, Filium Dei sine tempore genitum esse asseraut, non volunt autem ipsum sempiternum dicere, sed dicunt, Erat aliquando, quando non erat. Putant autem vocem aliquando, non esse tempus: vbi verò
Erat aliquando, quando nō erat. Arianum dictum.
expenderis vocem, redargues imperitos. Nam vox aliquando, prout dictio est, dicta, temporis significationem habet. Et qui dicunt vocem aliquando, non dicere tempus, in absurditatem incidunt suæ opinionis in peruersa fide. Per ironiam enim & cauillum dictionibus vtuntur, aliàs sententiæ suæ opinione vehementer Filium Dei impugnantes, alienum & omnino à Patris deitate abalienatum glorificantes. Volens igitur genuit, aut non volens? Si dixerimus non volens, necessitate circundamus Deum. Et si dixerimus volens, damus quòd erat voluntas ante verbum: & si vel indiuiduū quoddam temporis momentum, vel multifida ac minutissima horæ particula fuerit, temporis significationem habet ante verbum. Et rursus delabimur in sermonem ipsorum. Et si dixerimus, quòd non volēs genuit, ergo necessitate naturæ ductus est Deus, & non voluntatis libertate. At non est horum quicquam in Deo, velut putas ambitiose. Apud Deum enim hæc non sunt. Neque volens itaque genuit, neque non volens, sed per excellentiam naturæ. Excedit enim diuina natura consilium, & non subiacet tempori, neque necessitate ducitur. In nobis enim nihil est paratum, quia non eramus aliquando. Et primùm quid deliberamus, postea facimus quod facimus. Aut vbi non deliberauimus nos, nō B
est quod nondum factum est à nobis. Apud Deum verò omnia perfecta ac plana, & omnia in ipso cōpleta sunt. Et neque volens genuit semper existens genitum ex ipso sanctum Verbum & Deum: sed in excellenti & inenarrabili sua natura. Maxima me subit admiratio, ô filij dei & Ecclesiæ, quomodo contentiosi illi vera subuerterunt in aliena, & quæ figuratè dicta sunt, in vera errantes accipiunt? Nā genitum esse, quod est ipsi secundum naturam, negant, dicentes non sicut vnū quiddam ex genimi-
nibus sine genituris. At creatum esse, quod est alienum ab ipsius deitate, etiam in allegoria aliquando dictum est, illud verum dicunt: quod autem verum est, abolent. Etenim dum dicit Esaias, Vidi Dominum Sabaoth. Et, Visus est Dominus Mosi. Et, Visus est Dominus Abraam. Et, Vidit visionē Da- ‘‘
niel antiquorum dierum, & huiuscemodi. Et Visus est Dominus Ezechieli, & dixit, Vidi speciem ‘‘
Dei: dicunt hæc non esse, & prophetas mentiri, probántque ex dicto Euangelij. Saluator, inquiunt, di- ‘‘
xit, Deum nemo vnquam vidit, Prophetæ vero se vidisse dicunt. Necessarium igitur est mentiri aut ‘‘
vnigenitum, aut prophetas. Et iuxta rationem eorum, qui sic dicunt ac Manichæorum, erunt ea quæ C
Videmꝰ et non videmus quomodo.
in prophetis sunt mendacia. Si vero non mentiuntur Prophetæ, sed vera dicunt, iuxta Saluatoris sermonem, nempe, Qui loquor in prophetis ecce adsum: intelligētiæ res est, & opus allegoria. Etenim hoc sæpe sic impletur. Videmus mare ex parte aliqua montis aut planicie, & verè dicimus, si nos vidisse asserimus. Sed & si quis dixerit, quod non vidit, non mentitur, sed vera dicit, non enim vidit, vbi profunditas vbi, longitudo: non uidit molem, non vidit amplitudinem. Et per foramen quoddam videmus hominem, verùm extensionem non scimus: & si dixerit quis vidi, vidit, & alius dixerit, non vidi, non vidit. Videmus enim verè, velut concipimus, non videmus autem, in quantum est. Sic etiam Prophetæ velut per foramen angusti sui corporis digni facti sunt videre, & veritatem viderunt: non vt intelligentiæ ac speculationis infinitas habet. Atque sic completæ sunt concordantes inter se diuinæ Scripturæ: tum quod Prophetæ dicunt se vidisse Deum, viderunt enim in veritate: tum quod Saluator dicit, Deum nemo vnquam vidit: non viderunt autem in quantum est. Sed & ipse vidit inuisibiliter secundum naturam, dedit autem non potenti videre, virtutem gratiæ ad videndum virtutem speculationis ac intelligentiæ. At ne rursus fabulam confingens dicas, Viderunt quidem Prophetæ, nō oculo, sed mente intelligentes & quasi videntes. Propter hoc enim exactè dicit Esaias, Miser ego quia compunctus sum, quod quum homo sim, & immunda labra habens, in populo immunda labra habenti habitem, & Dominum Sabaoth vidi. Et non dixit, Vidi mente, sed oculis meis. Vidit igitur, & non vidit, sed sicut potuit. In veritate autem vidit, non vidit autem velut infinitas incomprehensibilitatis habet. Sic multi etiam de paradiso allegoricè accipiunt, velut phanaticus Origenes voluit
Paradisus non est in terra, iuxta Origenem.
imaginationem magis, quàm veritatem in mundum introducere, & ait, Non est paradisus in terra, D
nimirum ex dicto à sancto Apostolo relato, Noui hominem ante annos quatuordecim, an in corpore, nescio: an extra corpus, nescio: Deus nouit, raptum huiusmodi vsque in tertium cœlum. At ne falsò intelligas ac dicas, quod dixerit vsque ad tertiam cœli partem. Nam quum dicit vsque ad tertium cœlum, non de tertia parte dicit, sed de tribus numero. Et dicit, Noui huiusmodi hominem raptum esse in paradisum, & audiuisse verba, quæ fas non est homini loqui. Gloria omnipotenti Deo qui per omnes modos declarat, & exactè explicat, ꝙ veri non fallantur. Non enim in vno contracto

sermo

sermonis compendio cœlum & paradisum coniunxit, sed Noui, inquit, hominem raptum vsque ad tertium cœlum. Et rursus, Raptum in paradisum, hoc est vt Græcè dicitur εἰς τὸ παράδεισον. Quod autem articulum habet, id de alia persona distinguit ac tractat, & ad alium modum transfert. Quemadmodum si quis haberet montem & planiciem, planiciem autem circumdantem ipsum montem, velit autem in partem vltra montem sitam in eadem planicie accedere. Et quando quidem volet per planiciem iter facere ad locum, ex quacunque parte montis inierit, possibile est ipsi eò peruenire. Si verò voluerit primum ascendere in montem, & de monte rursus in locum planiciei vltra montē sitæ accedere: etiam hoc ipsi facere possibile est. Sic intellige mihi etiam hoc, quod ab Apostolo dictum est, primum quidem in cœlum ascendisse: iuxta id quod dictum est, Descendit nepos meus in hortū suum. Et Saluator dicit, Hodie mecum eris in paradiso. Si verò non est in terra paradisus, & non vera sunt, quæ in Genesi scripta sunt, sed allegoricè accipiuntur: nihil est consequentiæ, sed omnia figuratè dicuntur. In principio enim fecit Deus cœlum & terram, & non sunt figuratè dicta, sed visibilia & firmamentum, & mare, germináque ac ligna, & herbas, fœnum, animalia, pisces, volucres, omnia visibilia in veritate facta, hominem in veritate quem fecit. Posuit itaque hunc quem fecit in paradiso secundum imaginem factū eundem hominem, verùm secundum imaginem Dei. Ne autem curiosius perscruteris dona Dei, per gratiam homini data, non negamus omnes homines esse secundum imaginem Dei. Quomodo verò non sumus curiosi de eo, quod est secundum imaginem. Neque enim corporis formationem intelligimus secundum imaginem, neque animam, neque mentem, neque virtutem. Multa enim sunt quę dicere me prohibent. Sed neque rursus dicimus corpus non esse seeū dum imaginem, neque animam. Credentium autem est, confiteri Scripturam, & non negare. Incredulorum verò, gratiam reprobare. Est igitur in homine id, quod est secundum imaginē, Deus autem ipse nouit quomodo est. Si enim dixeris, Hominem fecit secundum imaginem, & putaueris esse corpus: Deus autem est inuisibilis, incompræhensibilis, quomodo visibile, & comprehensibile ac tactui subiectum, imago erit inuisibilis & incompræhensibilis? Et si dixeris, Non est corpus secundū imaginem: Accepit, inquit, limū de terra, & formauit hominē. Et hominē vocat id quod terreū est, & hominem vocat id quod animale est. Insufflauit enim, inquit, in faciem ipsius, & factus est homo in animam viuentem. Et neque partē Dei dicimus esse animam, neque ab insufflatione alienam. Quomodo verò subtilitas hæc intelligatur, soli Deo cognitum est. Nos autem citra curiositatē & absque malignitate credimus Deo vera in omnibus dicenti. Et si dixeris, quòd anima est secundum imaginem: dicit: Apostolus, Viuens est sermo Dei & efficax, & penetrantior omni gladio ancipiti, & pertingēs, vsque ad diuisiones animæ. Si itaque diuisiones habet anima, Deus autem indiuisibilis est, quomodo potest anima esse id, quod secūdum imaginē est? Non enim nouit futurum anima, Deus autē omnia nouit, & videmus anteriora corporis, posteriora ignorantes. Et si dixeris, quòd non est anima, omnino etiam animā hominē vocauit: & anima & corpus est homo. At si dixeris mentem esse id, quod est secundum imaginem: dicit scriptura, Video aliam legem in membris meis, rebellantem legi mentis meæ, & captiuū facientem me legi peccati, quæ est in membris meis. Quomodo igitur, quæ captiua fit, erit secundum imaginem? Et alibi dicit, Canā mente, canam spiritu. Et si dixeris virtutē esse quod est secundū imaginē: dicam tibi, dic mihi de Adam, quam virtutem operatus est priusquàm ipse formatus esset? Non enim erat in principio, ab initio vero formatus est secundū imaginem. Et si dixeris non esse virtutē, non bene dicis. Cui enim conuenit secundū imaginem esse quā virtuti? Verùm ante virtutē secundū imaginem formatus est homo. Nondum enim erat Adam in virtute versatus, neque creatus. Et si baptismum esse dixeris id, quod est secundum imaginē: ergo qui non acceperunt baptismum iusti, non fuerunt secundum imaginem. A Mose enim & mari incepit figura. A Ioanne aperta est figura. In Christò vero perfectum est donū. Habent igitur omnes id quod est secundum imaginē, sed non secundum naturā. Non enim secundū æqualitatē Dei habent homines, id quod est secundū imaginem. Deus enim est incompræhensibilis, & mente appræhendi nō potest, quum spiritus sit, & super omnem spiritum, & lux super omnem lucem. Quæ vero ipse decreuit, his non caremus. Verus enim est, qui cum gratia id, quod est secūdum imaginē, homini largitus est. Et quot sunt quæ similia sunt. Videmus enim ϕ accepit Saluator in manus suas, veluti Euāgelista habet ϕ surrexit in cœna, & accepit hæc, & vbi gratias egisset dixit, Hoc meum est, hoc & hoc. Et videmus ϕ non æquale est, neq; simile, non imagini in carne, non inuisibili deitati, non lineamentis membrorum. Hoc enim est rotundæ formæ & insensibile, quantum ad potentiam. Et voluit per gratiam dicere, hoc meum est, hoc & hoc: & nemo non fidem habet sermoni. Qui enim non credit esse ipsum verum, sicut dixit, is excidit à gratia & salute. Quod autem audiuimus, id credimus quod est ipsius. Dominum verò nostrum nouimus totum sensum, totum sensitiuū, totum Deum, totum monentem, totum operantē, totum lucem, totum incomprehensibilē, sed qui cum gratia hoc nobis largitus est. Hic itaque Adam in paradiso positus fuit, & comedit de ligno. Paradisis autem, inquit, in Edem iuxta orientes, fons autem ascendebat ex Edem: & non dixit, Descendebat: vt ne putemus ex cœlo esse Edem. Si enim in cœlo esset, ex supernis vtique, dixisset, descendebat fons. Sed fluuius, inquit, erit ex Edem: & non dixit, descendit. Hic separatur in quatuor principia, nomen vni Phison. Et videmus ipsum Phison ob oculos nostros: & Phison quidem est Ganges apud Indos appellatus, & Aethiopes, Græci vero hunc Indum fluuium vocant. Totam enim terram Euilat circumdat, paruam & magnam, partésque Elymæorum. Penetrat autem magnam Aethiopiam, & cadit ad Austrum, & subit intra Gadira,

Allegoriæ non sunt in Genesi.

Secundum imaginem quomodo accipiēdū

Cœnæ Dominicæ verborum expensio.

dita, in magnum Oceanum. Secundus fluuius est Geon, & sensibilem videmus hunc fluuium, & nō allegoricè accipi. Hic enim per Aethiopiam descendit, & paruam Aethiopiam penetrat. Anubim quē ac Elemeniam & Ezomitibus, & alijs partes Thebaidis & Aegypti in mare hoc delabitur. Si verò quis non credat, audiat Hieremiā dicentem, Quid nobis cum terra Aegypti, vt bibamus aquā Geon turbatam? Tertius, inquit, fluuius Tigris cursum faciens in conspectu Assyriorum. Secat enim partes Orientis, & mergitur sub terram, & exoritur ab Armenia per medium Cardiensium ac Armenium tum, & rescaturit rursus, & secatur, in Assyriorum terram. Sed & quartus fluuius Euphrates similiter eodē modo subiens terrā, emergit ab Armenia, & sic alluit Persidē. Si itaque nō est paradisus sensibilis, non est fons, si non est fluuius, non est fluuius, si nō est fluuius nō sunt quatuor principia, nō est Phison, nō est Geon, nō est Tigris, non est Euphrates. Si non est Euphrates, non est ficus, si non sunt folia non est Adam, non est Eua, non est esus, non comedit de ligno. Si non est Adam, non sunt homines, & Babyla est de cætero ipsa veritas, & omnia allegoricè dicuntur. Est itaq; Adam, sumus enim ex ipso, genus ipsius existentes omnes per successionem; & videmus ipsum per multitudinem in successione. Adam enim genuit secundum id eam ac formam suam ipsum seth: vt ne quis putet aliū esse eum qui formatus est, & alios eos qui geniti sunt. Et ideo dicit scriptura, secundum ideam suā. Seth verò genuit Enos Cainam, Cainam Maleleel, Maleleel Iaret & Enoch, Enoch Mathusala, Mathusala Lamech, Lamech Noe: & factum est diluuium non allegoricum, sed in veritate, & periit omnis animans; manserunt autem octo animæ. Ab vna enim specie totus homo appellatur. Descendit enim Iacob in Aegyptum cum animis septuaginta quinque: non quòd animæ sequutæ sint absque corporibus, sed vna cum corpore. Et, Eramus in naui animæ fermè octuaginta, dicit Lucas qui scripsit actus Apostolorum. Et consuetudo solet seruos corpora vocare. Dominus, inquit, centum corporum, imò etiam animas habentium. Quandoquidem verò dominiū hominum, corporibus dominatur, & non animis: propterea seruos meritò corpora vocauerūt cùm anima, vt corporum vsum ostenderent. Egressus est autem Noe ex arca, vbi genuisset Sem, Cham, & Iapheth. Sem verò genuit Arphaxad, Arphaxad Cena, Cena Sala, Sala Heber. Heber Phalec. Phalec Rhagau. Rhagau Seruch. Seruch Nachor. Nachor Tharra. Tharra Abraam. Abraam Isaac. Isaac Iacob. Iacob Iudam. Iudas Phares & Phares Esrom. Esrom Aram. Aram. Aminadab Aminadab Naason. Naason Salmon. Salmon Booz. Booz Obed ex Ruth. Obed Iesse. Iesse Dauid Regem. Dauid Solomonem ex vxore Vriæ. Solomon Roboam. Roboam Abia. Abia Asaph, Asaph Iosaphath. Iosaphath Joram. Joram Ochoziam. Ochozias Ioas. Ioas Emesiam Emesias Oziam appellatum Azariam. Oziās Ioatham. Ioatham Achaz. Achaz Ezechiam. Ezechias Manasse. Manasses Amos. Amos Iosiam Iosias Iechoniam. Iechonias salathiel. salathiel zorobabel. zorobabel Abiud. Abiud Eliacim. Eliacim Asor. Asor sadoc. sadoc Achim. Achim Eliud. Eliud Eleazar. Eleazar Mathan. Mathan Iacob. Iacob Ioseph. Ioseph senes existens viduus postquam duxisset primam vxorem, & genuisset ex ipsa filios masculos quatuor, Iacobum fratrem Domini appellatum, eo quòd cum ipso eductus esset. Simeonem & Iudam & Iose: & duas filias, Mariam & Salomen. Hic Ioseph senex existens & viduus secundum necessitatem sortibus missis in viduos & non habentes vxores in singulis tribubus in virgines in templo: eo quòd consecrati essent in templo primogeniti filij masculi ac fœminæ, accepit iuxta sortem sanctam virginem Mariam. Ex qua secundum carnem natus est Dominus noster Iesus Christus per spiritum sanctum, non à semine viri, neque ex corporis coniunctione. Nascitur itaque Dominus ex tribu Iuda, ex semine Dauid & Abraam, secundum carnem, Deus existens, quadragesimo secundo anno regni Augusti. Augustus autem regnauit annos sexaginta sex, & menses sex. Post ipsum verò filius eius suscepit principatum, annis viginti tribus. Post Tiberium Caius, annos tres, menses nouem, dies viginti duos. Post Caium Claudius annos xiij. Post Claudium, Nero annos xiij. post Neronem Vespasianus, annos nouem. Post Vespasianum, Titus filius ipsius annos ij. post Titum, Domitianus frater ipsius, annos xv. menses v. Post Domitianum Nerua, annos iiij. post Neruam, Traianus, annos xix. post Traianum Adrianus, annos xxij. post Adrianum Antoninus Pius annos xxij. post Antoninum Marcus Aurelianus Antoninus, qui & Verus, annos xix. Commodus, annos xiij. Pertinax, annos vj. Seuerus, annos xviij. Antoninus filius ipsius, annos vij. Macrinus, annum j. Antoninus alius, annos ij. Alexander, non ille Macedo, annos xiij. Maximinus, annos tres. Gordianus, annos vj. Philippus, annos vj. Decius, annum j. Gallosophon & Volusianus, annos iij. Galienus, annos xv. Claudius alius annum j. Aurelius, annos xiiij. Tacitus, menses vj. Probus, annos vj. Carus, & Carinus & Numerianus, annos ij. Diocletianus annos xx. post Diocletianum Maximianus, Lucinius, Constans, Constantinus, Iulianus, Ionianus, Valentinianus, Valens, Gratianus, vsque in hunc annum, postquam mortuus est Gratianus, anni lxx. Nam hic annus est nonogesimus Diocletiani, Valentiniani & Valentis decimus, Gratiani sextus, consulatus Gratiani Augusti tertium, & Eseythij illustrissimi, Indictio ij. Nos itaque à prædicto Adam iuxta consequentiam, & non periit ordo. Neq; ea, quæ à Deo fiunt, allegoricè accipiuntur. Est igitur Adam, & sunt folia fici, & ficus, & lignum ad sciendum cognitionem boni & mali, & lignum vitæ in medio paradisi, & serpens, & inobedientia, & obedientia. Et sunt fluuij, & est Eua, & formatio hominis. Omnia enim possibilia sunt Deo, etiā corruptibilia transmutare in incorruptibilitatē, & quæ in terra sunt facere, vt in incorruptibilitate degant. Et ne quis miretur, venit enim, & hoc ipsum ostēdit, vt qui carnem corruptibilem accepit, & in

Adæ successores.

Anima pro toto homine.

Corpora pro hominibus ferè vsi.

A B C D

in deitate induit, ipsamque incorruptibilem declarauit. Quis enim accusabit Deum? Videamus
» » porrò etiam aliam speculationem. Eiecit ipsos extra paradisum, & posuit ipsa Cherubim & flam-
meum gladium ad custodiendum ingressum ad lignum vitæ. Et egressus Adam habitauit ex aduerso
paradisi. Nemo inanibus fabulis decipiatur. Potest enim Deus ex lapidibus excitare filios, & potest
Deus corruptibilia mutare in incorruptibilitatem: & potest in terra facere quietè paradisi, quia vult.
A Non enim alterius Dei est terra, & alterius Dei cœlum, sed omnia eiusdem sunt. Et sicut vult, largitur
vnicuique incorruptibilitatem. Nam & corpus ipsius Adam nouimus ex terra formatum, ex qua etiá
nostra sunt corpora, & spem habemus vitæ æternæ, & incorruptibilis hæreditatis. Nam Saluatoris
corpus ex Maria erat, & cognitum est spiritualiter Verbi in cœlo incorruptibilitati. Hæc autem om-
nia collegimus, & hic apposuimus, nihil ex his quæ scripta sunt reiicere volentes, sed magis in sim-
plicitate ferri, fidelésque reperiri erga Deum, in his quæ in veritate scripsit nobis, & largitus est
viam veritatis & nostram salutem. Decens est enim, vt ipsi soli concedamus scire incomprehensi-
bilia. Aliam verò rursus fabulosam stultitiæ imaginationem hic Origenes (cui Deus ignoscat) homi
nibus ex allegoria introduxit, asserens pelliceas tunicas, quas Diuina Scriptura Deum ipsi Adam ac
Euæ fecisse dixit, nõ esse tunicas pelliceas. Sed tunica, inquit, est pellicea carnositas corporis, vt ipsũ
corpus, quo post inobedientiam induit animas, & postquam de ligno comederunt. Et stultum est pe
nitus hoc dicere. Verùm ipse Origenes commentis vtitur, & dicit, Nunquid Deus coriorum tinctor
erat, vt paratis pellibus tunicas Adam ac Euæ fecerit. huiusmodi autem dictum multo magis ab omni
ratione abest. Vtrum enim facilius erat, cœlum & terram ex nihilo facere Deum, aut tunicas pelli-
ceas? Quando enim miracula sua volens non operatus est? Et in anima in animata transmutare quã
do non potuit? Virgam Mosis aridam & ligneam, serpentem animatum fecit, qui Mosen persequeba
tur, & à quo Moses in fugam conuertebatur: vt ostenderet, quòd non visum in apparentia esset, sed ve
rum quod fiebat. Quomodo verò per quadraginta annos populi vestes non attenuatæ sunt, & pili nõ
nutriebantur, & calceamenta non veterascebant? Dicant mihi stolidi illi, qui væsaniam Origenis in
B hac parte sequuti sunt quum surrexisset Christus ex mortuis, & reliquisset lintea in monumento, ve-
lut scriptum est, nudus ne apparebat discipulis, qui surrexit ex mortuis cum corpore & anima? Quan-
do verò ostendebat Thomæ ossa sua & carnes, manũsque ac latus, nimirum non erat nudus? Quis
igitur vestes ipsi texuit post resurrectionem? At dices mihi omnino, indumenta spiritualia ipsum fe-
cisse. Et si talia indumenta potuit sibiipsi facere, pelliceas illas tunicas facere nõ potuit Adam ac Euæ
proptia voluntate? Reuera concidit Origenis allegoria. Si enim postquam comedit de ligno, creata
est ipsi Adam caro, vnde igitur accepit Deus costam, vnde expergefactus ab altiore sopore Adam di
xit, Hoc os ex ossibus meis, & caro ex carne mea. Proinde nemo de cætero nobis molestias exhibeat,
sic enim sentit ac docet sancta Dei Ecclesia ab origine. Non enim astabit nobis Origenes in die iudi
cij. Admiror enim renera, quomodo aliqui sustinent eum, qui suum ipsius Dominum maledictis im
petit. Legant tales, Libros Origenis de Principiis, & discant qui sibi filij catholicæ Ecclesiæ esse viden
tur, & ne audeant filium à deitate patris saparare. Quomodo non dedignatus est Origenes dicere, q̃ *Origenis libri de Principiis erroribus referri.*
filius non videt patrem, sed dicit quòd non potest videre Patrem Filius, & spiritus sanctus non potest
videre filium, & rursus angeli non possunt videre spiritum sanctum, & homines non possunt videre
angelos. Et decepit seipsum magis, & eos quos seduxit, at non prudentem ac fidelem ac credentem
veritati & spirituali doctrinæ. Cessa itaque Origenes, & cessate vos Origenis discipuli. Vera enim di
cunt Apostoli ac Prophetæ, & non vos, neque vester peæceptor. Cessent Gnostici condemnatos mo
C res habentes. Cessent Valentiniani & Manichæi ac Marcionistæ per omnia errantes. Cessent Adria-
ni & Anomœi, & Sabellij, & Pneumatitæ, qui etiam Pneumatomachi: & Dimœritæ, qui stolidè men
tem amiserunt. Omnia enim vera dicit diuina scriptura. Verùm intelligentia opus est ad cognoscen
dum Deum, & vt credamus ipsi & sermonibus ipsius: & vt cognoscamus, quæ à Deo nobis data ac
donata sunt, & quæ futura sunt, & iuxta promissionem, mortuorum resurrectionem in perfectione.
Omnis enim hæresis mentitur, quæ non accepit spiritum sanctum, secundum traditionem patrum
in sancta Dei catholica Ecclesia. Et de his rursus dicemus pro nostra infirmitate, sed ex Deo digni fa
cti, sancta Dei catholica Ecclesia, vt nos minimi & humiles etiam huius fundamentum habeamus,
pro tenuitatis nostræ portione. Apposuimus autem ex parte de omnibus his, qui suæ ipsorum vitæ
curam habent. Et sufficiebant quidem hæc, quæ abunde de Patre & Filio ac sancto spiritu dicta sunt.
Quo vero amplius ad munitionem ac defensionem ac certificationem credentium declarare conemur, undiquaque collectis diuinæ scripturæ testimoniis, ad lautius instruendum conuiuium, ac fa-
ciendam exultationem credentibus, qui ista contingent: non cunctabimur rursus ostendere ad cer-
tam ac firmam in Deo spem nostram, quod nihil euariat in Patre & Filio & spiritu sancto, sed
eiusdem ordinis ac coessentialis est sancta Trinitas. Non aliunde vero, neque ex propriis cogita-
tionibus doctrinam facimus, sed à nostra vita, hoc est ex Prophetis, & saluatoris nostri aduentu,
ipsiusque benignitate. Venit enim, venit vita nostra, & lucem rursus nobis ostendit, quum erran-
tes nos reperiisset. Eramus enim, eramus in superbia & blasphemiis, simulachrorum imaginibus,
D spirituum impietatibus, malorum omnium imperio submersi. Quum itaque hæc adessent nobis
inuitis, non enim quod volebam, faciebam, sed quod odio habebam facere vrgebar, pecca-
to ita mihi ministrante: sanctus Pater Filium suum sanctum demisit, & per misericordiam suam
me seruauit, & ex omnibus corruptionibus meis me liberauit. Apparuit enim gratia Domini

Christi in nos beneficiæ.

ac Saluatoris nostri, docens nos vt abnegata impietate & mundana concupiscentia, temperatè ac piè viuamus in hoc seculo, expectantes beatam spem & aduentum gloriæ magni Dei, & Saluatoris nostri Iesu Christi, qui dedit seipsum pro nobis, vt liberaret nos ab omni iniquitate, & purgaret sibiipsi populum acceptum, æmulatorem bonorum operum: deleto per dogmata contra nos chirographo, qui nobis contrarius erat, sublatoque ex medio & in crucem affixo: exutis principatibus ac potestatibus, quas palàm vituperauit, ipsásque in seipso in triumphum dixit: portis æreis confractis, & vectibus ferreis contritis, lucem vitæ rursus ostendit: manum porrigens, deducens, viam faciens, scalam cœlorum ostendens, paradisum rursus habitare faciens. Habitauit itaque in nobis, & iustificationem legis dans nobis ipsius Spiritus, vt cognosceremus ipsum, & quæ de ipso sunt, hoc A est principium, & finem vitæ: lex iusticiæ factus est nobis, lex spiritus, liber ex lege vitæ peccati. Quapropter delector lege Dei secundum internum hominem. Intra nos autem est CHRISTVS, siquidem habitat in nobis. Ipse enim mortuus. via vitę pro nobis factus est, vt viuentes non amplius sibiipsis viuant, sed ei qui pro nobis mortuus est & resurrexit, & vitæ causa est. Nam iuramenti ante multa secula recordatus (secundum Dauid) Deus erat in Christo, & mundum sibiipsi reconciliauit, non reputans ipsis delicta ipsorum. Quia in ipso omne complementum habitare voluit, & per ipsum reconciliare omnia sibiipsi, pace facta per sanguinem in cruce. Accesit itaque ad dispensationem complementi temporum, quemadmodum promissum est Abraam & reliquis sanctis, vt instauraret omnia in ipso, quæ in cœlis sunt & in terra. Seditio autem & inimicitia erat in tolerantia Dei. Reconciliauit autem in corpore carnis ipsius, per ipsum faciens ambo vnum. Venit enim pax nostra, & inter septum parietem dissoluit, & inimicitiam carne sua. Legem mandatorum in dogmatis aboleuit, quo duo crearet in vnum nouum hominem. Iusitque gentes concorporatas & simul participes ac cohæredes promissionis esse dum dixit, venite omnes qui fatigati & onerati estis & ego reficiam vos. Ego itaque debilis eram per carnem, demissus est autem mihi Saluator, in similitudine carnis peccati talem dispensationem perficiens, quo me à seruitute redimeret, à corruptione, à morte. Et factus est mihi iusticia & sanctificatio & redemptio. Iusticia quidem, quoniam per fidem ipsius peccata dissoluit. Sanctificatio verò, quia per aquam & spiritum & verbum suum me liberauit. B Redemptio autem est sanguis ipsius, dum precium redemptionis agni veri pro me seipsum tradidit, propiciationem purgationis mundi, reconciliationis omnium in cœlo & terra mysterium occultum ante secula & generationes implens temporibus decretis. Idem transformabit corpus humilitatis nostræ, vt fiat conforme gloriæ ipsius, iuxta efficaciam potentiæ suæ, qua omnia sibi subiecit, quoniam in ipso habitat omnis plenitudo deitatis corporaliter, Receptaculum itaque sapientiæ & deitatis Christus mediator, reconciliat omnia Deo in seipso: non reputans peccatum, occulta mysteria implens, per fidem Testamenti sui prædenunciati à Lege & Prophetis: filius Dei prędicatus, Filius Dauid dictus. Ambo enim Deus & homo, Mediator Dei & hominum, vera domus Dei, sacerdotiũ sanctum: dator sancti Spiritus, qui regenerat ac renouat rursus omnia Deo. Nam Verbum caro factum est, & habitauit in nobis, & vidimus gloriam eius velut vnigeniti à patre. Pluuia cum arboribus & plantis in eandem naturam transiens, corpus efficit, & singulos fructus iuxta similitudinem. C Et in olea quidem oleum pingue fit, assumpta ex ipsa essentia. In vite verò vinum dulce incorporatur. In fico ficus dulce scit. Et in singulis seminibus ad speciem ipsorum augescit ac nascitur. Sic arbitror Dei Verbum in Maria caro factum est, & in semine Abraam homo inuentus est iuxta promissionem. Inuenimus enim Messiam de quo scripsit Moses. & dixit sanè Moses, Descendat sicut pluuia eloquium meum. Et Dauid, Descendat sicut pluuia in vellus, & sicut gutta stillans in terram. Lana itaque susc ipiens rorem, velleris fœcunditatem auget. Terra vero susc ipiens pluuiam, auget fructum ex præcepto Domini contribuens naturam promptiorem, & vt accipiat ab ipso amplius studium habet. Sic sanè etiam virgo Maria, Vnde cognoscam hoc, inquit, quod erit mihi iistud: & audiuit, Spiritus Domini superueniet in te, & virtus altissimi obumbrabit tibi. Quapropter & quod nascetur ex te, sanctum erit, & filius altissimi vocabitur. Christus in Angelo loquitur, efformat autem eipsum Dominus in sua ipsius formatione, forma serui assumpta. Et Maria quidem haurit sermonẽ ad conceptionem, velut pluuiam terra. Verùm verbum Dei seipsum sanctum fructum ostendit, assumens mortalis naturam. Sic igitur ex ipsa hauriente, velut terra & vellus, veræ spei fructus, & sanctorum expectatio: velut Elizabet dixit, Benedicta tu inter mulieres, & benedictus fructus ventris tui: " vnum assumpsit ex humana natura, quòd passioni obnoxius fuit, quum passionis exors sit Dei Verbum. Hic est panis viuens, qui de cœlo descendit, & vitam dat. Hic & veræ oleæ fructus, oleũ vnctionis & compositionis, quod præfigurauit Moses. Hic vera vitis quam colit solus pater, botrum gaudij generans nobis. Hic aqua viuens, quam vbi sitiens homo acceperit, non sitiet amplius, sed est in ventre ipsius saliens in vitam æternam. Ex hac acceperunt noui agricolæ, & transtulerunt in mundum, veteres autem agricolæ reiiccarunt, & corruperunt propter incredulitatem. Et sanguine quidẽ ipsius D sanctificantur gentes, spiritu vero suo proprio euehit vocatos in cœlum. Quicunque igitur spiritu ipsius ducuntur, hi viuunt Deo: qui vero non, adhuc morti imputati sunt, & hi animales aut carnales vocantur. Oportet itaque reprobare opera carnis, quæ sunt munimenta peccati: & mortificare membra mortis per gratiam ipsius, acciperéque spiritum sanctum, quem non habuimus gubernatorem: qui viuificat me olim mortuum, quem si non accepero, moriar. Sine spiritu enim ipsius, quiuis mortuus est. Si vero spiritus ipsius in nobis, qui suscitauit ipsum ex mortuis, viuificauit mortalia corpora

Similitudines conceptionis Verbi Dei in Virgine Maria.

nostra

noſtra per inhabitantem ipſius in nobis ſpiritum. A t arbitror quòd ambo habitant in homine iuſto Chriſtus & ſpiritus ipſius. Si verò Chriſtus ex Patre creditur Deus ex Deo, & ſpiritus ex Chriſto, aut ab vtriſque, ſicut Chriſtus dicit, Qui ex patre procedit: &, Hic de meo accipiet: Chriſtus verò ex ſpiritu ſancto, iuxta angeli vocem: intelligo myſterium quòd liberauit me, adero apud eum qui venit ad
A me fide, auditu, manſione, amicitia. Seipſum enim Deus cognitum facit, ſeipſum Chriſtus prædicat, ſeipſum ſpiritus ſanctus manifeſtat ſanctis. In ſcripturis autem ſanctis, Trinitas nobis annunciatur, & creditur, citra curioſitatem, citra contentionem, per aſſenſum auditus. Ex hac fide ſalus gratiæ. Ex fide iuſticia citra operis legis. Scriptum eſt, Ex auditu fidei ſpiritum Chriſti dari his qui ſaluantur. Fides autem præconum vniuerſalis Eccleſiæ vocibus hæc, vt puto, ſignificatur, prout ego quidem in fide inſtructus ſum ex ſcripturis: Tria ſancta, tria cõſancta, tria in forma, tria conformia, tria operantia tria cooperantia, tria in ſubſtantia extantia, tria coextantia in ſubſtantia, inter ſe conuerſantia Trinitas hæc ſancta vocatur, tria exiſtentia, vna concordia, una deitas eiuſdem eſſentiæ, eiuſdem ſubſtantiæ, eiuſdem potentiæ, ſimilia ex ſimili, æqualitate gratiæ Patris & Filij & ſpiritus ſancti. Quomodo verò, ipſis docẽdum relinquitur. Nemo enim nouit Patrem niſi Filius, nemo Filium niſi Pater, & cui voluerit Filius reuelare: reuelat autem per ſpiritum ſanctum, huic & Pater reuelat. Hęc igitur tria exiſtentia, aut ex ipſo, aut ab ipſo, aut ad ipſum, vnicuique dignè intelliguntur, prout ſingulis ſeipſa reuelant: lucem, ignem, ſpiritum: & aliis, vt puto, viſionum ſimilitudinibus, prout dignus eſt homo cui inſeruitur. Ipſe itaque eſt Deus, qui in principio dixit, Fiat lux, & facta eſt lux. Ipſe qui illuminauit nos ad videndum lucem veram, quæ illuminat omnem hominem venientem in mundum. Emitte lucem tuam & veritatem tuam, inquit, Dauid. Ipſe eſt Dominus qui dixit, In extremis diebus effundã de ſpiritu meo, & prophetabunt filij ipſorum & filiæ ipſorum, & adoleſcentes ipſorum viſiones videbunt: tres perſonas ſancti miniſterij oſtendens nobis ex ſubſtantia triplici exiſtente. Dico igitur Chriſtum miniſtrum & executorem factum eſſe circumciſionis pro veritate Dei, ad implendũ promiſſiones. Comminiſtrare autem ſpiritum ſanctum ſimul traditum accepimus ex Diuinis ſcripturis
B ſic. Demittitur Chriſtus à Patre, demittitur ſpiritus ſanctus: loquitur in ſanctis Chriſtus, loquitur ſpi
,, ritus ſanctus: ſanat Chriſtus, ſanat ſpiritus ſanctus: ſanctificat Chriſtus, ſanctificat ſpiritus ſanctus: baptizat Chriſtus in nomine ſuo, baptizat ſpiritus ſanctus. Sic dicunt ſcripturæ, Emittes ſpiritum tuum, & renouabis faciem terræ: ſimile eſt illi dicto, Emittes verbum tuum, & liquefacies ea. Miniſtrantibus ipſis Domino & ieiunantibus, dixit ſpiritus ſanctus, Segregate mihi Barnabam, & Saulũ in opus ad quod accerſiui ipſos: ſimile eſt illi, Dominus autem dixit, Ingredere in ciuitatem, & illic dicetur tibi quid oporteat te facere. Hi igitur emiſſi à ſpiritu ſancto deuenerunt ad Seleuciam: ſimile velut cum Dominus dicit: Ecce mitto vos velut oues in medio luporum. Viſum eſt ſpiritui ſancto nullum aliud imponere onus præter neceſſaria: velut ſi dicat, Dico autem non ego, ſed Dominus, vt vxor à viro ne ſeparetur. Penetrarunt autem Phrygiam & Galaticam regionem, prohibiti à ſpiritu ſancto loqui verbum in Aſia: vbi verò veniſſent in Myſiam, conabantur in Bithyniam abire, & non permiſit ipſis ſpiritus: velut cum dicit Chriſtus, Euntes baptiſate omnes gentes. Et, Ne geſtetis perã, non virgam, neque calceamenta, Qui, inquit, dicebant Paulo per ſpiritum vt ne aſcenderet Hieroſolyma. Et Agabus dicit, Hæc dicit ſpiritus ſanctus, virum cuius eſt hoc cingulum: ſimile ſicut cũ Paulus dicit, An experientiam quæritis eius qui in me loquitur Dei? Et memores eſtote verborum Domini, quoniam ipſe dixit, Præſtat dare quàm accipere. Et nunc ecce ego vinctus ſpiritu vado: velut cũ
,, air Paulus, vinctus Ieſu Chriſti. Verùm ſpiritus mihi teſtimonium præbet per ciuitatem dicens: ſimi-
C le ſicut cum ait, Dominus teſtimonium præbet animæ meæ, quòd non mentior. In virtute ſecũdum ſpiritum ſanctificationis: ſimile ei quod dicit, ſanctus in ſanctis requieſcens. Et, Circumciſio cordis in ſpiritu: ſimile eſt velut cum dicit, Et circumciſi eſtis circumciſione per manum non facta, dum exuiſtis corpus peccatorum in circumciſione Chriſti. Siquidem ſpiritus Dei habitat in vobis: ſimile ei quòd dicit, Quemadmodum accepiſtis Chriſtum, in ipſo ambulate. Et ſpiritus Domini loquutus eſt in me. Et, Verbum ipſius in ore meo. Et, Primitias ſpiritus habentes: ſimile ſicut quum dicit, Primitiæ Chriſtus. Sed ipſe ſpiritus intercedit pro nobis: ſimile velut dum ait, Qui eſt in dextera Dei, qui & intercedit pro nobis. Vt fiat oblatio gentium acceptabilis ſanctificata in ſpiritu ſancto: ſimile velut quum ait, Dominus autem ſanctificet vos vt ſitis ſinceri & inoffenſi in diem Chriſti. Nobis autem reuelauit Chriſtus per ſpiritum ſuum: ſimile eſt illi dicto, Quando complacuit Deo, qui ſegregauit me ex vtero matris meæ per gratiam ſuam, ad reuelandum filium ſuum per me. Nos autem nõ ſpiritum mundi accepimus, ſed ſpiritum ex Deo. Simile eſt illi, Vos ipſos probate an Chriſtus ſit in vobis. Templum Dei eſtis, & ſpiritus Dei habitat in vobis: ſimile eſt illi, Inhabitabo in ipſis, & inambulabo, & ero ipſorum Deus, & ipſi erunt mihi populus. Sed & iuſticiam & gratiam ex vtriſque dicit. Iuſtificati autem in nomine Ieſu Chriſti Domini noſtri, & in ſpiritu Dei noſtri: ſimile eſt illi dicto, Iuſtificati autem ex fide, pacem habemus apud Deum, per Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum.
D Nemo poteſt dicere Dominum Ieſum niſi in ſpiritu ſancto: & nemo poteſt ſpiritum ſanctum accipere niſi à Domino. Diuiſiones autem donorum ſunt, idem verò ſpiritus. Et diuiſiones miniſteriorũ ſunt, idem autem Dominus. Et diuiſiones operationum ſunt, idem autem Deus qui operatur omnia in omnibus. Sed & à gloria ad gloriam, quemadmodum à Domino, ita à ſpiritu. Et ne offendatis ſpiritum ſanctum, per quem ſignati eſtis in diem redemptionis: ſimile eſt illi, Num prouocamus Dominum, num fortiores illo ſumus? ſpiritus autem expreſſe loquitur: ſimile eſt illi, Hæc dicit Dominus

Loci ſcripturę concordes ſeu æquiualentes de chriſto & ſpiritu ſancto

omnipotens. Et ſpiritus meus ſtat in medio veſtrum &, Si quis mihi aperuerit, ingrediar ego & pater, & manſionem apud ipſum faciemus. Eſaias autem, Et ſuper ipſum ſpiritus Dei: Chriſtus verò, ſpiritus Domini ſuper me, eo quòd vnxit me. Et Ieſum à Nazaret quem vnxit Deus ſpiritu ſancto: & Dominus demiſit me, & ſpiritus ipſius. Manifeſta eſt autem & vox ſeraphim clamans, ſanctus ſanctus, ſanctus Deus Sabaoth. Si verò audiueris, quòd per dexteram Dei exaltatus eſt, & promiſſionē à A
patre accepit. aut, Iubet, vt expectent promiſſionem patris, quā audiuiſtis, inquit ex me. Aut, Quod ſpiritus ipſum expellit in deſertum, aut quod ipſe dicit, Ne ſitis ſoliciti quid dicatis, quoniam ſpiritus patris mei eſt, qui loquitur in vobis. aut, Si verò in ſpiritu Dei eiicio dæmonia. aut, Qui verò male dicit in ſpiritum ſanctum, non dimittetur ipſi, &c. aut, Puer creſcebat, & confortabatur ſpiritu. Aut, Ieſus plenus ſpiritu ſancto reuerſus eſt à Iordane. Aut, Reuerſus eſt Ieſus in virtute ſpiritus. Aut, Quod natum eſt ex ſpiritu, ſpiritus eſt: ſimile eſt ſicut quum dicit, Quod factum eſt in ipſo vita erat. Aut, Et ego rogabo patrem meum, & alium paracletum dabit vobis ſpiritum veritatis. Aut, Cur impleuit ſatanas cor tuum, vt mentireris ſpiritui ſancto: dixit Petrus ad Ananiam, Et poſtea, Non hominibus mentitus es, ſed Deo. Ergo Deus eſt ex Deo Spiritus ſanctus, cui mentiti erant illi detracto precio agri. Aut, Manifeſtatus eſt in carne, iuſtificatus eſt in ſpiritu: maius hoc non poſſum dicere. Deus autem etiam filius, Ex quibus, inquit, eſt Chriſtus, quantum ad carnem attinet, qui eſt in omni B
bus Deus. Crede, inquit, in Dominum Ieſum, & ſaluaberis. Et loquutus eſt, inquit, ipſis verbum Domini, quumque perduxiſſet ille ipſos in domum, appoſuit eis menſam, & exultauit cum tota domo, quòd credidiſſet Deo. Aut, In principio erat Verbum, & Verbum erat apud Deum, & Deus erat Verbum. Aut, Vt doctrinam patris noſtri Dei ornent. Aut, Apparuit gratia Dei ſalutaris omnibus hominibus erudiens nos. Aut, Expectantes beatam ſpem & aduentum gloriæ Domini & ſaluatoris noſtri Ieſu Chriſti. Nam idem eſt miniſterium ſpiritus & Verbi. Attendite autem, inquit, vobiſipſis & toti ouili, in quo poſuit vos ſpiritus ſanctus epiſcopos, vt paſcatis Eccleſiam Dei: ſimile eſt velut quum dicit, Gratiam habeo qui me potentem fecit Chriſto Ieſu, Domino noſtro, quòd fidelem me iudicauit, dum poſuit in miniſterium. Cooperatur itaque velut demonſtratum eſt, patri filius, & ſpiritus ſanctus. Verbo enim Domini cœli firmati ſunt, & ſpiritu oris ipſius omnis virtus ipſorum Adoran- " "
dus autem eſt ſpiritus ſanctus. Qui enim adorant Deum, eos in ſpiritu adorare oportet & veritate. Si " "
vero cooperantur hæc, creatura creaturam non efficit: neque creata deitas fit, neque in menſura aut " "
ambitu Deus cognoſcitur, Eſt enim incircumſcriptus, incompræhenſibilis, inconſiderabilis, omnes " "
creaturas complectens Deus. Neque adoratione colenda eſt creatura. Coluernnt enim creaturam C
præter creatorem, & ſtulti facti ſunt. Quomodo enim non ſtultum eſt creaturam Deum putare, & pri-

Nominauaria patris & filii & ſpiritus ſancti.

mum præceptum reprobare, quod dicit, Audi Iſrael, Dominus Deus tuus, Dominus vnus eſt, non erit in te Deus recens. Cæterùm in diuinis ſcripturis varia ſunt omnia patris & filij & ſpiritus ſancti. Et Pater quidem appellatur, Pater omnipotens, pater omnium, Pater Chriſti. Filius vero, Verbū, chriſtus, lux vera. Spiritus autem ſanctus, paracletus, ſpiritus veritatis, ſpiritus chriſti. Deus itaque intelligitur pater, & lux præluſtris, & virtus, & ſapientia. Si autem lux eſt Deus & pater, lux ergo ex luce eſt filius, & propterea habitans lucem inacceſſibilem. Virtus autem eſt totus Deus, & propterea dominus virtutum. Sapientia eſt totus Deus, igitur ſapientia, eſt filius ex ſapientia, in quo omnes theſauri ſapientiæ ſunt abſconditi. Vita item eſt totus Deus, igitur vita ex vita eſt Filius. Ego enim ſum inquit, veritas & vita. Spiritus autem ſanctus ab vtriſque, ſpiritus ex ſpiritu. Spiritus enim Deus & deitas, donorum dator eſt, veriſſimus, illuminator, paracletus, conſiliorum patris annunciator. Sicut enim filius magni conſilij angelus eſt, ſic etiam ſpiritus ſanctus. Sed accepimus, inquit, ſpiritū Dei, vt videamus quæ donata ſunt nobis à Deo, quæ & loquimur, non in perſuaſiuis ſapientiæ ſermonibus, ſed in demonſtratione ſpiritus Dei, ſpiritualibus ſpiritualia comparantes. At dicet quis, Igitur duos eſſe filios dicimus. Et quomodo eſt vnigenitus? Quinimò tu quis es qui contra deum ratiocinaris? Si enim filium vocat eum, qui eſt ex ipſo, ſpiritum vero ſanctum qui ab vtriſque: quæ ſolum fide intelliguntur, à ſanctis lucida, lucem dantia: lucidam ſanè operationem habent, & per fidem lucis conſona ad ipſum patrem fiunt: audi ô bone, quod pater veri filij eſt pater, totus lux: & Filius veri patris, lux de luce: non ſicut facturæ aut creaturæ, nomine ſolum: & ſpiritus ſanctus, ſpiritus veritatis eſt lux tertia à patre & filio. Alia vero omnia, adoptione aut appellatione: non ſimilia his actione, aut potentia, aut luce, aut intelligentia, aut ſanè velut dixerit quiſpiam, Filios genui & exaltaui. Aut ſicut di- D
xerit quis, Ego dixi, dijeſtis, & filij altiſſimi omnes. Aut velut dicat quis, Qui peperit glebas roris. Aut velut dixerit quiſpiam, Ex quo omnis patrum familia in cœlo & in terra. Aut ſicut dicat quis, Ego qui firmo tonitruum, & creo ſpiritum. Non enim velut reliqui patres aut patriarchæ, verus ille pater incepit eſſe pater, aut vnquam tempore defuit eſſe pater. Si enim incipit eſſe pater: ergo Filius aliquādo alterius patris, antequā eſſet ipſe vnigeniti pater. Iuxta ſimilitudinem autem dum patres patrum, & filij conſiderantur, in infinita antiquitate verè Patrem inuenire eſt. Neque velut reliqui filij adoptione, verus Filius adoleſcens eſt, vt ſit Filius. Si enim adoleſcens eſt, vt ſit Filius: erat aliquando tempus quando non erat pater, pater vnigeniti. Neque velut reliqui ſpiritus, ſpiritus veritatis creatus aut factus eſt. Neque velut reliqui angeli, magni conſilij angelus vocatur. Illi enim principium habent & finem, hi vero imperueſtigabile principiúm ac imperium habent. Et hi creant omnia, in infinita ſecula cooperantes patri, illi vero creantur ab his prout voluerint. Et illi quidem colunt hos, hi veto coluntur ab vniuerſis creaturis. Et hi quidē ſanant creaturas, illi vero medelā ab his accipiunt. Et illi

Pater quo modo pater.

iudican

iudicantur pro merito, hi verò iudicium iustum habent. Et illi quidem tẽpore sunt, hi verò non sunt in tempore. Et hi quidem illuminant omnia, illi verò illuminantur ab his. Et hi vocant paruulos in altum, illi vocantur à perfecto. Et hi largiuntur omnibus, illi dona accipiunt. Et vt in summa dicam illi hymnis celebrant sanctitatem in cœlis cœlorum ac reliquis inuisibilibus locis, hi verò celebrantur, & dona pro merito dignis exhibent. Plurimos autem spiritus dicit scriptura, Qui facit angelos suos spiritus, & ministros suos ignis flammam. Et, Omnes spiritus laudate Dominum. Cæterùm dignis dantur dona discretionis spirituum. Aliqui enim cœlestes sunt, gaudentes veritate: aliqui terrestres, ad fraudem & errorem appositi: aliqui subterranei, abyssi & tenebrarum filij. Ipsum enim Euangelium dicit eos rogasse, vt ne mitteret eos in abyssum. Similiter autem & spiritibus imperat, & spiritus expulit verbo & non permisit ipsos loqui. Dicitur autem spiritus iudicij, & spiritus combustionis. Et dicitur spiritus mundi. Nos verò, inquit, spiritum mundi non accepimus sed & spiritus hominis. Quis enim hominum nouit ea, quæ sunt hominis, nisi spiritus hominis? Et spiritus vadens ac nõ reuertens. Nam spiritus pertransiit in ipso, & non existet. Et destrues spiritum ipsorum, & deficient. Et spiritus prophetarum prophetis subduntur. Ecce spiritus falsus stetit coram Domino, & dixit ipsi, Per quid decipies Achaab? Et ero, inquit, spiritus falsus in ore falsorum prophetarum. Dicitur porro & spiritus compunctionis esse, & spiritus timiditatis, & spiritus Pythonis, & spiritus scortationis, & spiritus procellæ, & spiritus verbosus, & spiritus debilitatus, & spiritus immundus, & spiritus stultus, & spiritus mutus, & spiritus vix loquens, & spiritus valde horrendus, qui vocatur legio, & spiritualia nequitiæ. Infinita autem sunt eloquia sapientibus de spiritibus. Sicut enim multi filij adoptione, aut appellatione, non veritate, eo quòd principium habent & finem, & hoc per peccatum: sic etiã spiritus multi adoptione aut appellatione, etiamsi peccato non careant. Verùm sanctus spiritus solus appellatur à patre & filio, spiritus veritatis, & spiritus Dei, & spiritus Christi, & spiritus gratiæ: largitur enim vnicuique bonum diuersimodè, alteri spiritum sapientiæ, alij spiritum cognitionis, alij spiritum fortitudinis, alij spiritum sanationum, alij spiritum prophetiæ, alij spiritum discretionis, alij linguarum, alij interpretationum, & reliqua dona velut ait, Vnus autem & idem spiritus est, qui diuidit vnicuique vt vult. Quoniam spiritus tuus bonus deducet me, inquit Dauid. Et, spiritus vbi vult spirat: substantiam sancti spiritus per talia nobis ostendens. Et vocem eius audis, sed non scis vnde venit, aut quò vadit. Et nisi nati fueritis ex aqua & spiritu: simile est illi, quod Paulus dixit, in Christo enim Iesu ego vos genui, & de hoc dicit Dominus, Quum venerit paracletus quem ego mittam vobis, spiritum veritatis, qui à Patre procedit, ille testimonium præbebit de me. Et adhuc multa habeo quæ dicam, sed non potestis portare nunc: vbi vero venerit ille spiritus veritatis, deducet vos in omnem veritatem. Non enim loquetur à seipso, sed quæcunque audiet, loquetur, & ventura annunciabit vobis. Ille me glorificabit, quia de meo accipiet, & annũciabit vobis omnia. Si itaque à Patre procedit, & ex meo (inquit Dominus) accipiet, quemadmodum nemo nouit Patrem nisi Filius, neque Filium nisi Pater. Sic ausim dicere, Quod neque spiritum, nisi pater & filius, ex quo procedit, & à quo accipit: & neque Filium & Patrem, nisi spiritus sanctus, qui verè glorificat, qui docet omnia, qui testificatur de Filio, qui ex Patre & ex Filio solus dux est veritatis, legum expositor sanctarum, legis spiritualis enarrator, Prophetarũ doctor, Apostolorum magister, euangelicorum dogmatum luminare, sanctorũ electror. Lux vera ex vera luce, est filius naturalis filius verus, filius genuinus, solus ex solo: cũ ipso etiã spiritus, sed spiritus qui nominatur, hic Deus est qui glorificatur, semper in Ecclesia Pater, sẽper filius semper, spiritus sanctus, semper altus alti, & altissimus, intellectualis, gloriam habens immensam, quo inferiora sunt creata & facta: in summa omnia quæ intelliguntur, & singula quæ mente comprehenduntur. Deitas autem vna in Mose maximè denunciatur, dualitas in Prophetis valde prædicatur, Trinitas autem in Euangeliis manifestatur, amplius iuxta temporum occasiones ac generationes conueniens iusto in cognitionem ac fidem. cognitióque hæc immortalitas ex fide dicitur, hæc adoptio in filios sit. Verùm primùm iustificationem carnis enatrat, velut ambitum templi externum excitans in Mose. Secundas verò iustificationes animæ exponit, velut sancta ornans, in reliquis prophetiis. Tertias autem iustificationes spiritus, velut propiciatorium & sancta sanctorum concinnans in Euangeliis ad suam habitationem. Tabernaculum vero sanctum, templum sanctum, ipsum iustum habet solum, qui in his versatur. Habitat autem in ipso vna Deitas infinita, vna Deitas incorrupta, vna Deitas imperuestigabilis, incomprehensibilis, inenarrabilis, inuisibilis, seipsam cognoscens sola, seipsam demonstrans quibus vult, testes sibiipsi excitans, vocans, præfiniens, glorificans, ex inferno exaltans, sanctificans, vniens rursus ad suam ipsius gloriam ac fidem tria hæc, cœlestia, terrestria, & inferna: spiritum, animam, carnem: fidem, spem, charitatem: præterita, præsentia, futura: seculum seculi, secula, seculorum, sabbata, sabbatorum: circumcisionem carnis, circumcisionem cordis, circumcisionem Christi in exuendo corpus peccatorum In summa, purificat sibiipsi omnia, inuisibilia & visibilia, thronos, dominationes, principatus, potestates, virtutes. In omnibus autem eadẽ vox sancta à gloria in gloriam, sanctus, sanctus, sanctus, clamans, patrem in filio, filium in patre. cum sancto spiritu: cui gloria & imperium in secula seculorum, Amen. Et dicat qui sic credit, Fiat, fiat. Et de Trinitate quidem ac coessentialitate Dei Patris & Filij & spiritus sancti, vobis qui debiles estis ac idiotæ, citra fucum & citra humana commẽta, testimoniis ex diuinis scripturis collectis, quò ad manum sint fidelibus, & falsam fidem ac vanam opinionem habentibus se opponere possint, ex parte coacet uauimus. Multa enim est fidei in spiritu sancto virtus, in omnibus Diuinis Scripturis diuersimodè

Spiritus multi in Scriptura.

Iustificatio triplex

alutis nostræ securitas vbi sita.

prædicata. Quandoquidem verò salutis nostræ securitas, est certa confessio de Saluatoris nostri incarnatione & aduentu in carne, & confirmatio spei de resurrectione mortuorum, & nostra regeneratione: rursus etiam ipsi parum quid huic nostro labori, ex ipsis diuinis scripturis apponemus, his qui exactius rem hanc cognoscere volunt. Etenim quemadmodum iam in superioribus didicimus, ipse Dominus noster in Euangelio suo ad discipulos suos dixit. Euntes baptisate omnes gentes in nomi A
ne Patris & Filij & spiritus sancti, docentes ipsos seruare mandata, quæ præcepi vobis: Ipsum sanctũ Verbum quod in substantia existit, quod ex Patre prodiit, per quod secula facta sunt, per quod tempora & temporum momenta. Non enim erat temporis momentum, neque tempus ante Filium. Si enim erat tempus ante Filium, vtique maius est tempus Filio. Et quomodo per ipsum omnia facta sunt, & sine ipso factum est nihil quod factum est? Quoniam si quid factum est, per ipsum factum est. Ipse verò increatus est, & semper existens. Quia pater semper erat, & sanctus ipsius spiritus semper erat. Si enim erat tempus ante filium, quæritur sanè rursus per quem tempus ante filium erat: & infinita de cætero cogitationem nostram peruertent, & imaginationem intus in hominum opinione latentem, aut potius ad cogitationum scortationem, & minimè ad castimoniam. Non erat igitur tempus ante filium. Nam non per tempora filius factus est, sed per filium tempora, & Angeli, & aliæ omnes creaturæ. Non erat aliquando tempus quando non erat filius, neque erat aliquando, quando B

Ioannis Euangelistæ lectio declarata

non erat spiritus. Cæterum aliqui perperam legentes, & lectionem distinguere nescij, in eo quòd dicit, Omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil: hucusque dictum deponentes, & blasphemiæ suspicionem in spiritum sanctum accipientes, circa lectionem falluntur & errant, & à lectionis errore claudicant, & ad blasphemiam se conuertunt. At ipsa lectio sic se habet, Omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil, quod factum est in ipso: hoc est, si quid factum est, per ipsum factum est. Itaque pater semper erat, & spiritus ex patre ac filio spirat: & neque filius creatus est, neque spiritus. Quæ verò post patrem & filium & spiritum sanctum sunt, omnia creata sunt & facta: & quum non fuerint vnquam, facta sunt à patre & filio & spiritu sancto, per semper existens Verbum, cum semper existente patre. Per ipsum itaque verbum omnia creata facta sunt, per regem illum cœlestem, per Verbum in substantia existens, ipsum Saluatorem ac benefactorem nostrum. Ipse enim saluator sanctus est, qui de cœlis descendit, qui in officina Virginis salutem nostram operari dignatus est, qui ex Maria rursus genitus est, per spiritum sanctum conceptus. Qui carnem accepit, & Verbum caro factum est. Qui natura non immutatus est. Qui cum Deitate susceptit humanam naturam, perfectus existens à patre. Qui perfectam dispensationem impleuit, & venit in mun- C

Christi delineatio.

dum propter nos, & propter nostram salutem. Qui carnem & animam humanam accepit, perfectus existens à Patre, & in carne inter nos versatus est, non apparentia sed veritate. Qui perfectum hominem in seipsum efformauit ex Maria Deipara per spiritum sanctum, non vt qui in homine habitarit, velut in Prophetis loqui solet, inhabitaréque per virtutem ac operari, sed ipsum Verbum caro factum est. Non mutatus eò quòd sit caro, non transmutata Deitate in humanam naturam, sed cum proprio corpore suæ Deitatis, & cum propria substantia Dei Verbi in substantia existentis, complexus vt sit homo. Hominem autem dico perfectum, quæcunque in homine, & qualiter homo, & si quid est homo: hunc venit & accepit vnigenitus, quò in perfecto homine, perfectè totum negocium salutis Deus ipse existens operaretur, ita vt nihil hominis relinqueret, vt ne relicta pars, rursus in partem edulij diaboli cederet. Et si dixerint aliqui quod carnem solam accepit, animam verò minimè, fabulosa applicantes, & scripturam in fabulas euertentes ex dicto hoc, Nos autem mentem Christi habemus: ex ipso hoc dicto deprehendunt, quod hi qui dicunt, Nos autem mentem Christi habemus: eandem mentem habuerunt, & hanc non expuerunt. Si verò propriam habentes vnà cum Christi mente, ambabus satiebantur, Christi mente meliores facere potente, ipsorum verò mente rectè intelligente: idem etiam in Christo cognoscant, quod quum esset Deus, & in ipso esset mens, habebat hominis mentem cum carne, & animam accepit: & nequaquam velut homo ipsam euertebat verùm ipse mentis ornator & corrector & meliorem ipsam efficiens fiebat. Sicut enim carnem accepit à carne non superatus, ita etiam mente accepta, à mente non superatus est. Itaque vice versa & amplius tales in contrarietatem grauiter incidunt. Sursum enim ac deorsum Diuinæ scripturæ palã clamant non contra mentem grauia pronunciantes, sed contra carnem. Carnis enim fructus sunt, inquit, scortatio, adulterium, petulantia, & his similia. Et qui in carne sunt, Deo placere non possunt. D
Et, Caro concupiscit contra spiritum. At verò de mente dicit, Psallam spiritu, psallam & mente: &, Mens mea infructuosa aut fructuosa est. Posuit enim mentem, quam scriptura cor appellare solet, ducem, vt ita dicam, & aurigam totius vasis, discernentem bona & mala, approbantem ea quæ in nobis bene fiunt. Mens enim verba discernit. Gula verò cibos gustat. Vim enim discernendi mens in homine habet, nondum autem assentiendi, si non in mutationem seipsam dederit. Quid igitur visum est quibusdam vt hanc ab incarnatione Domini eiecerint? Quid verò vitæ profuerunt, quum magis in seditionem ipsam mutarint? Aut quid hoc obfuit nobis, aut profuit, vt ita dicam, quo auxiliarentur Christo, vel vt beneficium præstarent ipsi magnum hoc, & dicerent ipsi, Non accepit mentem. Galatæ equidem stolidi, & Cretenses semper mendaces, & Ephraim columba demens: Dominus autem noster in vitam incarnatus omnia perfectè assumpsit, imò potius ipse suiipsius corporis plastes fuit, ipse sibiipsi accipiens aut indens animam. Cæterùm aliqui defectuosum facere volentes Christi in carne aduentum, & perfectam in ipso dispensationem, haud scio qua cogitatione inducti, non rectè

dixerunt

dixerunt Christum mentem non accepisse: substantiam autem hi mentem esse putant, & natura dicere audent id, quod in scriptura dici solet. In homine spiritus: velut dicit Apostolus, Vt integer vobis spiritus & anima & corpus, in die Domini nostri Iesu Christi seruetur. Errant igitur. Si enim est mens spiritus, & spiritus mens, velut etiam ipsi putant, anima verò alia est à mente, & à spiritu: A non amplius duæ substantiæ erunt in homine in vna substantia contractæ: non amplius in substantia erit sola anima, & in substantia corpus. Sed reperimus de cætero quatuor. Mens vna est substantia, anima alia substantia, spiritus alia substantia, corpus alia substantia. Et si rursus perscrutemur, adhuc plures erunt. Quandoquidem enim plura nomina possidet homo, & internus homo, & externus homo: etiam hæc omnia spirituali intelligentia dixit scriptura, cogitationem nostram constringens, vt nihil salutis relinquamus, neque occasio nobis fiat à proposito excedendi. Sunt enim hæc in homine, verùm non oportet curiosè perscrutari. Attamen iuxta illorum rationem, Si mens est spiritus, & spiritus mens: hæc autem extra animam sunt, qua ratione rursus dicit, Psallam spiritu, psallam & mente. Per hoc enim ostendit spiritum non esse mentem, neque mentem spiritum. Deinde rursus, Anima peccans ipsa moritur: non exempto corpore pronunciauit. Erant enim, inquit, in naui fermè septuaginta animæ. Et omnino animæ non erant absque corpore, sed corpora cum animis. Et rursus solet hominum consuetudo vocare hominem vno nomine: nempe quum dicit, Dominus est octoaginta corporum: non omnino absque animis. Verbum itaque caro factum est: non absque anima, non absque reliquo toto negocio & apparatu. Non enim quum dicit Anima, absque corpore pronunciauit. Neque quando dicimus corpora, absque anima esse intelligimus. Quid igitur visum est quibusdam dicere volentibus, mentem à Christo eiectam esse, aut quid hoc Ecclesiæ profuit, aut cur non potius turbauit? Quomodo verò non defectuosam facit nostram salutem, qui talia cogitat? Nos enim non possumus intelligere, aliud mentem esse: neque hanc per se substantiam esse possumus affirmare, sed quod compositum est & rationale & sapiens in singulis delictis, velut si dicas, Cogitationem hominis. Sicut enim oculi sunt in corpore, ita mens in anima. Rursus porrò neB que hoc contentiosè astruimus, sed simpliciter intellectualem in hominibus partem esse asserimus.

» » Quid igitur est homo? Anima, corpus, mens, & si quid est aliud. Quid igitur vt saluaret, Dominus venit? omnino hominem perfectum. Igitur omnia quæ sunt in ipso, perfectè accepit. Alioqui vnde hæc in ipso implebantur, quæ in hominem contulit, à mente & corpore ac anima & vniuersa incarnatione, excepto peccato. Nam & vaticinabatur, & ratiocinabatur, id quod clarè nobis suggerit Diuina scriptura, dicens, Ecce intelliget Filius meus dilectus quem elegi, in quo bene complacitum est animæ meæ, ponam spiritum meum, &c. Ipsa igitur intelligentia vbi impletus est, siquidem in Deitatem, manca ergo est deitas intelligentia. absit. Hæc enim in dominicum hominem impletur. Si verò in dominicum hominem implera est, quomodo intelliget incarnatio, quæ sine mente est, impossibile hoc est. Si enim omnino vox, intelliget, ad Christum refertur: Christus autem ex supernis est Deus Verbum, caro verò factus ex Maria, & homo factus nobiscum conuersatus est, velut scriptum est, ergo citra ambiguitatem vnà cum mente dispensationem suscepit, nam huic conuenit intelligẽtia. Propter hoc enim de ipso dicit Euangelium, Proficiebat sapientia & ætate. Deitas non suscipit ætatem, neque sapientia caret, quæ tota sapientia existit. Verùm sapientia proficiebat Saluatoris humana natura, non mentis exors, quandoquidem neque falli potuit. Et ætate proficiebat, quum reuera puer creſceret. Si verò propterea quod mentem accepit, ipsum peccatum consequenter ponit:

» » igitur potius hoc consequetur, Si demus ipsum accepisse carnem, sine qua peccatum non perficitur.

C Manifesta autem sunt opera carnis penitus, quoniam damus, & in carne peccauit, carne accepta. Noui enim, inquit, Apostolus, quod non habitat in me aliquid boni, hoc est in carne mea. Quis verò audebit dicere, propterea quod saluator carnem assumpsit, à carne abductum esse, ita vt bruta carnis opera perfecerit, iuxta totius vasis proprij consequentiam, quem tamen vilem & humanam carnem habuisse constat, sed in nulla re lapsantem. Deus enim Verbum ex supernis à patre progressum quum voluisset in carne nasci, frenabat vas ipsum, & sicut volebat, cohibere ipsum ab omni inutili carnali turba potuit. Si verò volebat, remittebat, remittebat autem ad rationales, & decentes ipsius Deitatem, corporales necessitates. Neque enim quum haberet mentem in veritate, quemadmodum totam incarnationem in veritate, mens distendebatur ad irrationales concupiscentias: Neque ea quæ carnis sunt, similiter vt nos, faciebat aut cogitabat. Verùm vt Deus in carne vera genitus ex Virgine Maria, & carne & anima faciebat, itémque mente, & toto vase, in hominum genere conuersabatur, ex supernis ex patre in substantia existens Deus Verbum. Cæterum ne cauillentur aliqui abusiuè hoc dictum esse: velut illud, Intellige clamorem meum. Illud enim abusiuè propter preces datum est, & manifestus est vsus. Verùm exemplum carnalis ipsius aduentus per Prophetas prædictum est. Nam hoc, Et proficiebat ætate: verùm est. At quidtales se dicere putant? Si dixerimus Christum, perfectum hominem ex Maria natum, nunquid suspicabimur ipsum peccatis subiectum fuisse? absit.

D Peccatum enim non fecit, neque inuentus est dolus in ore ipsius. Si enim virtutem suam sanctis insufflauit, & hi quibus inspirauit testantur, quod erant sancti, iusti, progressi in diebus suis citra reprehensionem: quantò magis ipse, in quo omni Deitatis plenitudini habitare complacuit corporaliter, etiamsi carnem veram accepit ex Maria semper Virgine, & animam verè humanam, & mentem, & si quid aliud est in homine, ipse in seipso habens vniuersa, continuit Deus existens, non diuisa ad maliciam, non fracta à maligno illo, non capta voluptate, non cadentia sub delictum Adæ. Et propterea

Mentem Christum accepisse negantes.

Spiritum, & mẽtem esse diuersa.

Animę appetitio, itèmqae corporis, quomodo accipiẽda.

Homo quid sit.

Christus peccati exors.

dicit Apostolus, Factus ex muliere, factus sub legem. Et rursus, In habitu inuentus vt homo. At voces, In habitu, & factus, & sub legem, per vtraque collectæ, perfectionem significant, ac ab affectibus peccati alienitatem. Nam ex voce factus, quod sit perfectus indicatur: ex voce sub Legem, quod non in apparentia, ex voce in habitu, formæ firmitas, ex voce vt homo, à peccato alienitas. Hæc igitur quum sic habeant, nemo nos decipiat vanis fabulis. Si enim supernè verè genitus est à A
patre, etiam natus est ex Maria, & supernè uerax est & infernè. Et si supernè imperfectus est, etiam infra imperfectus est. Si verò supernè perfectus est, etiam infra perfectus est, & non in alio perfecto habitauit, sed in seipsum omnia perfecit. Et resurrexit ex mortuis, non amplius partitus in monumento in corpus, & Deitatem, & animam in infernis, non amplius sub tactum cadens, non amplius abstinens, sed ingrediens foribus concluſis, contrectatus tamen à Thoma, vt ne imaginatio putaretur, sed veritas. Qui à Thoma creditus est, vbi impletum esset quod prædictum est. Manibus meis Deum requisiui, & non sum deceptus. Idem Deus, idem homo, qui non confusionem operatus est, sed duo miscuit in vnum, non ad interitum cedens, sed corpus terreum vnà cum Deitate potens efficiens, in vnam virtutem vniuit, in vnam Deitatem collegit, vnus existens Dominus, vnus Christus, non duo Christi, neque duo Dei. In ipso corpus spirituale, in ipso Deitas incomprehensibilis, quod passum est, incorruptum, quod passionis exors est, incorruptibile, incorruptibilitas in totum. B
Deus Dominus sedens in dextra Patris: non relicta carne, sed in vnum counita, & in vnam in totum Deitatem, sedens in dextra Patris. Hic igitur vnigenitus, perfectus, increatus, immutabilis, inalterabilis, nulla intelligentia comprehensibilis, inuisibilis, qui homo factus, inter nos versatus est, & spiritualiter resurrexit, & non amplius moritur, non amplius inops est, qui propter nos inops fuit, quum dives esset, qui totus spiritus est, qui carnale & Diuinum vnit, Dominus vnus, Rex, Christus, filius Dei, qui sedet in dextera patris super omnem principatum ac potestatem, & virtutem, & omne nomen quod nominatur: hic dicit in Euangelio, Euntes baptisate omnes gentes in nomine Patris, & Filij & spiritus sancti, atque hoc in medio ipsorum existens, non significauit coniunctionem esse Filium Patri, sed Patrem nouit Patrem verum, & seipsum verum demonstrauit in substantia existens verbum: & spiritum suum sanctum in substantia existentem spiritum, & spiritum veritatis, increatum, immutabilem, inalterabilem. Non sicut quis suspicari possit, qui dolosè ad fidem feratur, & pedes suos occultet, & astutè se erga veritatem gerat. Scrutatur enim corda & renes Deus. Et dicit nimirum hæreticus, Credo quod Pater est Pater, & Filius Filius, & spiritus sanctus, spiritus sanctus: & confiteor tres substantias in vna essentia. Non autem aliam dico essentiam præter Deitatem, non C
aliam Deitatem præter essentiam. At propter exactum adeò sermonem faciendum, essentiam vocamus, vt ne aliam atque aliam speciem Deitatis ipsius Trinitatis dicamus. Talis enim astutè veluti dixi absconditus, etiam rursus dolosè, dicit, Credo quod Pater, Pater, Filius, Filius: spiritus, sanctus,
Trinitatis falsa opinio. spiritus sanctus. Verùm opinionem talem occultatem habet, & velut à nobis assimulans in seipso dicit: nempe, Sicut ego habeo corpus & animam & spiritum humanum, sic etiam Deitas, Pater quidem, vt ita dicam, est species, filius verò, sicut in homine anima, spiritus autem, sicut quod inspirat per hominem. Quidam enim dolosè agunt, & sic de Deitate iudicant. Nos autem non sic didicimus. Verùm ecce pater in cœlo per vocem testatur, Ecce filius in Iordane, ecce spiritus sanctus in specie columbæ descendens figurabatur: imò per seipsum figurabatur, vt qui per se substantia existat, non diuersa à Patris & Filij, sed eiusdem essentiæ. Rursus aliter, Ecce pater sedet in cœlo. At vocem sedet, ne rursus humano more accipe, sed talem quæ nec enarrari nec comprehendi possit, intellige. Et non dixit, Rediit Filius in Patrem, sed sedet in dextra Patris. Et rursus de spiritu sancto dicens vnigenitus docuit, Ego abeo, ille veniet spiritus sanctus, spiritus veritatis. Si ego non abiero, etiam ille non veniet. Si verò erat spiritus, coniunctio cum ipso filio, non vtique dixisset, Abeo, & ille veniet. Verùm vt indicet substantiam & substantiam. Vna enim est Deitas, vnus Deus, vna veritas. Atque sic scripsi ei, qui cupit vitæ nostræ consequentiam, & firmam confessionem à Lege ac Prophetis, & Euangeliis atque Apostolis, & temporibus Apostolorum, vsque ad nostra tempora in catholica Ecclesia impolluté seruatam, verùm per inuidiam seditionis vnius ac veræ fidei, iuxta temporis aliam atque aliam occasionem, per hæreses eandem fidem & spem ac salutem nostram persecutionem passam, ita tamen, vt durarit in sua veritate, quum hæreses singulis temporibus seipsas polluant, & ab Ecclesia abalienent. Quemadmodum etiam recens rursus audimus quosdam, qui primas sibi ferre D
videntur apud quosdam pietatis in Aegypto exercitatores, itémque in Thebaide, atque aliis regionibus: & similia Hieratitis sentiunt ac dicunt, resurrectionem quidem carnis nostræ affirmantes,
Hieratitæ non autem huius, sed alterius cuiusdam pro ipsa. Quum verò tales à vera via discesserint, & veritatem Dei ad fabulas conuerterint, itémque firmam spem nostram euerterint, ea de causa etiam de hoc rursus dicere cogimur. Increduli equidem totum resurrectionis negocium negant. Verùm falsam fidem habentium, & impurè ac stolidè à vera spe elapsorum est, sic de resurrectione sentire. Et Græci quidem sunt, qui penitus resurrectionem negant, propter impietatem multitudinis iniquitatum, quæ apud ipsos fiunt. Odio enim habent resurrectionem, per quam pudore confundentur, quod Deum ignorarint, & ipsius mandata. Verùm tamen resurgent, etiamsi nolint, & vniuersa creatura palàm ipsos redarguit, singulis diebus resurrectionis speciem ostendens. Occidit enim dies, & mortuorum modum innuimus per soporem. Exoritur dies nos expergefaciens, & resurrectionis signum

gnum demonſtrans Decerpuntur fructus,& ſtatus rerum exſcinditur, ita vt hinc noſtri diſceſſus facies præſtituatur.Seminatur terra,& germinat, quoniam fracta poſt ſectionem reſurgent. Locuſta moritur,vbi quãdam ſuiipſius fœturam abiectam in terram defodit, & poſt tempus terra reddit ea, quæ defoſſa ſunt.Semina fructuum ſeruntur,& primum moriuntur,deinde perficiuntur.Niſi enim mortua fuerint,non viuificantur.Signacula in nobis fecit Deus per vngues decem & decem, qui de
A reſurrectionis noſtræ ſpe teſtimonium præbent. Sed & velut per coronam capilli, reſurrectionem noſtram declarauit.Nam quod in nobis mortuum corpus videtur,hoc eſt pili, ſingulis vicibus reſecti rurſus pullulant,reſurrectionis ſpem indicantes.Et innumera dici poſſunt ad incredulorum certitudinem ab exemplis.Verùm non perſuaſit hos palumbes auicula,neque myoxus animal.Moritur enim hoc ſemeſtre,& palumbes in diebus quadraginta,& rurſus poſt tempora ſua reuiuiſcunt.Scarabæi morti vicini,in pila ſtercoris ſeipſos occultant,talem pilam in terra ſepelientes ac defodientes: atque ſic ex ſuo ipſorum humore rurſus reuiuiſcentes comperiuntur. Cæterùm de Phœnice Arabica auicula dicere ſuperfluum eſt. Iam enim ad aures multorum peruenit,credentium & non credentium.Hiſtoria autem de ipſo talis apparet.Quingenteſimum annum agens,& vbi cognouerit tempus mortis ſuæ inſtare,rogum ex aromatibus ſibi conſtruit,eáque in vrbem Aegyptiorum Heliopolim appellatam defert, & prepriis pedibus ac alis pectora ſua valde pulſans , ignémque à corpore ſuo proferens,ſubiectam materiam in loco incendit, atque ſic ſeipſum exurit, & omnes carnes ſuas vnà cum oſſibus.Verùm ex Dei diſpenſatione nebula demittitur,quæ pluuiam effundit,& flammam corpus alitis conſumentem extinguit,quum mortuus iam ſit phœnix & extremè toſtus.Extincta autem flamma,reliquiæ carnis ipſius adhuc crudæ reſtant,quæ ad vnum diem diſſipatæ vermẽ gignunt. Vermis autem pennas producit,pullus euadens. Tertia verò die creſcit, & accepto incremento , his qui in eo loco verſantur,ſeipſum oſtendit,& rurſus ad propriam patriam recurrit ac quieſcit. Porrò admiratio animum meum ſubit , de incredulorum Græcorum atque aliorum Barbarorum decepta per omnia mente : quòd in fabulis ſuis non uerentur reſurrectionem omnibus declarare , & de re-
B ſurrectione ſæpe canere,velut fabulæ ipſorum deſcribunt. Alceſtim quidem Peliæ filiam mortuam eſſe,propter virum ſuum Admetum,& propter Herculem,poſt triduum verò reſurrexiſſe, & ex adytis eductam eſſe,Pelopem verò Tantali filium,vbi carnes ipſius diſtributæ eſſent à proprio eius patre & Amphiarao , falſò appellatis ipſorum deis. Et Euclees ab Aeſculapio reſuſcitatus eſt, & Caſtor propter Pollucem fratrem ſuum , qui vltrò ipſi vitam alternis diebus alterare voluit, & Proteſilaus propter Laodamiam.Sed & Siſyphum,& Tantalum,& Caucaſi filias,quas Erinnyas vocauerunt, & vnà cum his Tireſiam , in Tartarum detruſos eſſe tradunt, atque illic pœnas dare, illum quidem per ſaxum,hunc per rotam,& alios aliter ſupplicio affectos eſſe,& adhuc in ſupplicio eſſe, velut qui non ad interitum ſint redacti,verùm ſint in corporibus . Si enim corpora non haberent, quomodo ſub petram & rotam,ſuppliciis traderentur?Et multa de his dici poſſent ad confirmandam noſtram fidẽ, atque ipſos redarguendos.Sed & qui ex hæreticis proficiſcuntur,ſimilia his canunt, & à fide aliena, in eo quòd aliqui hæretici dicunt,non corporis,ſed animæ reſurrectionem fore. Eodem modo autem etiam prædicti Græci idem putant,ac cum illis opinantur,vt ſint verba ipſorum nugacia,motus gratia magis profuſa.Si enim reſurrectionem aſſerunt hæreſes , & omnino reſurrectionem eſſe putant,verùm de anima hanc decernunt,ſtolidum eſt hoc ipſum.Quomodo enim anima reſurget,quæ non cecidit?Non enim ſepelimus animas in monumentis,ſed corpora. Animæ enim non cadunt, ſed carnes,quemadmodum etiam conſuetudo mortua corpora,cadauera appellare ſolet. Itaque ſi
C reſurrectionem ipſi confitentur, omnibus manifeſtum eſt quod nõ animæ,ſed corporis lapſi.At verò Græci rurſus redarguuntur reſurrectionem in totum negantes,deferentes in monumenta cibos ac potus.In Pandemis ,hoc eſt popularibus appellatis diebus,edulia quidem in totum exurunt, vina verò libant,nihil commodi mortuis ex hoc afferentes,imò potius ſeipſos lædentes. Verumtamen coguntur à conſuetudine confiteri mortuorum reſurrectionem. Nam vbi poſita ſunt corpora defunctorum,accedunt & inclamant,nomina proferentes ſepultorum mortuorum,Reſurge(dicentes)tu, comede & bibe,& lætare.Et ſi quidem animas illic putant permanere, vbi reliquiæ mortuorum ſepultæ ſunt:paſſionis exors eſt talis animarum expectatio,permanent enim iſthic in futuram diem & reſurrectionem regenerationis,donec compoſita & coniugata ipſorum receperint corpora,etiamſi abominentur Græci carnem vt vilem,& quæ penitus diſſipetur,ac ſpem non habeant reuiuiſcendi. Si vero non hoc modo id faciunt , qua ratione animas eſſentia corporum meliores illigantes: damnationi magis obiiciunt : opinione hæc decernentes : & aſſident mortuis reliquiis ? Aut ob quam ſpei expectationem permaneant:dicant. At manifeſtum eſt : quod non animas putent eſſe in monumentis : ſed in cuſtodiis quibuſdam vnicuique animę à Deo deſtinatis : pro vitę tran actę dignitate: & pro factorum merito. Corpora vero vnuſquiſque proximi ſui propriis manibus in corporum ſiue oſſium loculis depoſuit. Bonum autem fuerit apud omnes : vnam eſſe opinionem de his:& conſequentiam:ex his quę vndiquaque in confeſſo ſunt. Verùm apud incredulos vice verſa quę vera ſunt negantur : & quę in Deo poſſibilia ſunt:in ſpem apud ipſos
D non corroborantur. At de his ſatis dictum eſſe puto : paucis è multis exemplis a nobis productis. Cęterum de his qui Chriſtiani eſſe videntur : verùm Origeni credunt: & mortuorum quidem

Myoxi & palumbis natura.

Phœnicis hiſtoria.

Poetarum fabulas reſurrectionem adſtruere.

Cadauerũ appellatio Græcorum ritus circa defunctos.

Origenis opinio de resurrectione mortuorum.

resurrectionem confitentur, tum carnis nostræ, tum corporis Domini, sancti illius ex Maria assumpti, hanc autem carnem non resurgere dicunt, sed aliam pro hac ex Deo dari: quomodo non dixerimus magis impiam ali s habere ipsos opinionem, & stolidiorem quàm est Græca? Primùm equidem si alia pro hac resurgit, iuxta ipsorum sermonem, non iustum est Dei iudicium, quod aliam carnem pro ea quæ peccauit, iudicat, aut aliud corpus in gloriam hæreditatis, & regnum cœlorum infert, pro eo quod in ieiuniis ac vigiliis, & persecutionibus propter nomen Dei fatigatum est. Quomodo vero etiam anima sedebit sola, iuxta hæreticorum rationem, non præsente corpore quod simul peccauit? Contradixerit enim talis anima iudicio Dei, asserens corporis fuisse peccata Habet etiam demonstrationem, iuxta contentiosam rationem, sed non in veritate. Potest enim dicere, Non ego peccaui, sed corpus. Ex quo enim egressa sum de corpore, neque scortata sum, neque adulterium commisi, non furtum feci, non occidi, non simulachra colui, non quicquam mali & intolerabile perpetraui: & rationi consentanea reperietur ipsius defensio. Quum autem rectè se ipsa excuset, quid dicemus? cessat ergo Dei iudicium? Imo iniustè infert Deus iram contra homines? absit. Nouimus autem quod omnia Deo possibilia sunt, & potest & corpus proferre absque anima, & corpora deleta rursus reuiuificare potest, moueréque ipsa à seipsis sine animis, si ita velit: quemadmodum etiam iam circa sanctissimum Iezechielem talem dispensationem fecit. Dixit enim sancto Prophetæ, Dic fili hominis, congregabitur os ad os, & iunctura ad iuncturam. Et admiranda erat Dei potentia, quod nondum immissis animis, sed siccis existentibus ossibus, non solum vim motus habebant, ob Dei efficaciam, sed & intelligentia repleta sunt ossa, & cognitione non vulgari. Non enim pedum ossa per obliuionem ad caput accedebant, neque colli verticula circa talorum iuncturas errantes locum quærebant, sed singula ossa & mouebantur, & vadebant iuxta intelligentiam, & ad suam iuncturam accedebant. Si itaque vult Deus, potest & corpora sine anima suscitare. In hoc enim potentiam suam ostendit, quod videlicet id quod apud homines desperatum est, primùm resuscitat, per hoc quod Iezechieli præcepit. Et non dixit, Dic fili hominis vt primùm veniat spiritus: sed postquàm facilè factum est, quod difficile erat, propter fidem, corpora videlicet coniungi: tunc præcepit vt animæ in ipsa corpora ingrederentur. Et surrexit, inquit, multa congregatio. Proinde posse Deum facere dixi, vt etiam corpus citra animam reuiuiscat, velut prius dictum est. Sed non potest iudicari per seipsum corpus. Habet enim iustam excusationem aduersus iudicium Dei. Nam & ipsum dicit, Ex anima illa erat peccatum, ego non fui causa. Ex quo enim illa à me discessit, neque adulterium commisi, neque scortatus sum, neque furtum feci, neque simulachra colui, neque aliquod tale peccatum peregi. Et erit iudicium Dei inefficax contra contentiosorum rationem. Quapropter velut erat corpus & anima, compositus homo vnus ex Deo genitus, ita rursus iustus iudex corpus exuscitat, & animam ipsius ipsi indit. Et sic iustum fiet Dei iudicium, dum ambo participant aut supplicio propter peccatum, aut cultu Dei, & mercedis retributione sanctis reddenda propter virtutem. Cæterùm hæc ad confirmationem veritatis spei nostræ sufficere reputantes, pauca pro multis apposuimus. Verùm propter eos qui dicunt aliud corpus pro eo, quod cecidit resurgere, rursus laborem aggredimur, prodesse cupidi his qui intelligere volunt, & vitam suam perdere non conantur, & non negare carnis nostræ resurrectionem, in qua omnis thesaurus, & fundamentum omnis sapientis cogitationis, & omnis bonæ operationis deposita est, iuxta id quod dictum est: Habentes thesaurum hunc in testaceis vasis, &c. Abstinentiam enim exercemus nos debiles castè agentes, eleemosynam facere cupimus, qui sumus impotentes, propter eorum quæ speramus fruitionem, mortuorum videlicet resurrectionem. Atque sic is qui ægrotat, fundatus est in fide ac spe, dilectionis Dei testimonio, & pro nomine Dei in persecutionibus tormentorum & aliorum crudelium suppliciorum, inter eos qui non negant resurrectionem carnis nostræ, sed credunt quod ipsum hoc, quod seminatur in terra resurget. Duo enim manifesta & vera testimonia dederunt nobis diuinæ Scripturæ, per quæ possumus resurrectionis nostræ spem cognoscere, & non per fabulas vanorum hominum decipi, qui ipsi decepti sunt, & vitæ fraudem præscripserunt. Quo itaque non multis testimoniis vtar, non enim pauca sunt in nouo ac veteri Testamento, de nostra spe ac resurrectione, compendio hoc dicam. Si aliud esset quod resurgit, quemadmodum aliqui asserunt, non sanè Apostolus affirmasset, dicens, Oportet enim corruptibile hoc induere incorruptibilitatem. Quandoquidem vero & de gloria sanctorum, quomodo illustrabuntur & alterabuntur in gloria post resurrectionem, velut dicit, Resurgit in gloria: in spenos fundari oportet, dicit scriptura, Stulte, tu quod seminas non viuificatur, nisi mortuum fuerit. Et non ipsum quod nascetur corpus seminas, sed fortassis granum frumenti, aut aliorum seminum, & Deus dat ipsi corpus vt voluit. Hoc in gloriam eorum, qui resurgunt in claritudine, dixit. Quo vero ostendat granum sumere gloriam per seipsum, dixit in Euangelio qui etiam in Paulo loquutus est de resurrectione, Nisi granum frumenti lapsum in terram mortuum fuerit, solum manet. Si vero mortuũ fuerit, multũ fructũ fert. Igitur Apostolus granum dixit, & saluator idem granũ corporis sui demonstrauit. Quid igitur dicimus? Non ipsum quod seminatum est proprium corpus suum, hoc est granũ resurrexit, aut aliud erat quod ex ipso post triduum resurrexit ex monumento, velut angeli dicũt, Resurrexit, nõ est hic, & sicut ad Mariã dixit, Ne me tangas, nonnũ enim ascendi ad patrẽ meũ: & sicut ostendit manus & latus Thomæ, dicens, Ne fis incredulus? At incredulorũ est dicere, Omnino non resurrexit.

Corpus idẽ quod cecidit resurgere.

Eorum verò qui falsam fidem habent, est dicere, non id quod obdormiit resurrexit. Credentium autem est dicere, quod idem corpus resurrexit, & ab ipsius corpore suscitauit nostrum, vt nos in spem veritatis confirmet. Ea enim gratia & typos clauorum reliquit, non deletis ipsorum punctis, neque lanceæ loco obliterato, & quidem quum introiret foribus conclusis. Nam carnale ipsius, spirituale resurrexit, sed non aliud ab eo quod erat in Deitatem counitum, in spiritus subtilitatem redactum.
A Siquidem enim fuisset spiritus subtilitas, qualis terræ cauerna, ita paruum corpus suscepisset? Verùm vt ostendat, quod ipsa corruptibilitas nostra induit incorruptibilitatem. Etiamsi enim mortale est, induit immortalitatem. Intrauit quidem foribus clausis, vt indicaret crassum subtile, & mortale immortale, & corruptibile incorruptibile. Quò verò redargueret omnes incredulos de nostra salute, resurrectione inquam, is qui in subtilitatem transmutauit corpus, & resurrectionem in spiritum contemperauit, non deleuit cicatrices clauorum, neque lanceæ typum: sed ostendit id ipsum quod in cruce passum fuit, quod non aliud esset id quod resurrexit, neque aliud ex ipso productum, sed ipsum quod passum fuit passionis exors, & ipsum quod cecidit granum id quod resurrexit, resurrexit autem incorruptibile. Et vt ne rursus putemus partem aliquam ex ipso suscitatam fuisse, ipsum quidem totum non vidit corruptionem, sed ipsum totum resurrexit. Dicit enim, Resurrexit, non est hic verè surrexit, & non erant scripturæ, quæ sunt vita nostra. Et vt ne inueniant seducti prætextũ, ossa & carnem ostendit Thomæ, & discipulis suis dixit, Videte me quod ego sum. Spiritus enim ossa & carnem non habet, quemadmodum me videtis habere. Si verò quis cauillans dicat, At saluatoris nostri corpus electum ac præcipuum erat, eò quòd solum conceptum est à Maria, & sine virili semine. At nemo potest hoc dicere, neque demonstrare. Si verò qui rursus cauillans dicat, Christi solum corpus totum resurrexit, nostrum verò non idem resurgit, sed pro ipso aliud. Quomodo igitur dicit, Resurrexit Christus, primitiæ eorum qui dormierunt, ita est & id ipsum corpus primitiæ eorum, qui resurgunt. Quomodo autem primitiæ fuit Christus eorum qui obdormierunt, discant, & ne rursus ad alium errorem conuertantur, & alias scripturas mentiri putent. Ante seipsum enim suscitauit Lazarum, & filium viduæ in Naim, Et Helias suscitauit mortuum. Sed & Helisæus duos mortuos suscitauit, alterum adhuc super terra positum, alterum sepultum. Sed illi quidem vbi resurrexerunt, rursus mortui sunt, expectant autem vnam & catholicam resurrectionem. Christus autem est primitiæ eorum qui dormierunt, quoniam vbi resurrexit, non amplius moritur, mors ipsi non amplius dominatur, velut scriptum est. Semel enim mortuus est pro nobis sustinens passionem, propter nostras passiones: semel gustauit mortem, mortem autem crucis. Verbum ipsum vltrò propter nos ad mortem progressum, quò morte mortem mortificaret. Verbum caro factum, non patiens in Deitate, verùm compatiens cum humana natura. Passio ipsius reputatur, manente ipso in immortalitate. Ipse enim dixit, Ego sum vita. Neque per carnem nobis spes. Maledictus enim, inquit, qui sperat in hominem, & erit velut syluestris myrica in deserto. Quid igitur dicemus? Non est homo Christus, ex prædictis? Omnibus sanè manifestum est, quod citra ambiguitatem, confitemur Dominum Deum Verbum, hominem factum esse, non apparentia, sed veritate. At non est homo, qui venit in præminentia Deitatis. Neque enim in homine est nostra spes salutis. Nullus enim ex omnibus hominibus ab ipso Adam, salutem operari potuit, nisi Deus Verbum homo factus, vt ne spes nostra esset in hominem, sed in Deum viuentem & verum hominem factum. Omnis enim sacerdos ab hominibus acceptus pro hominibus constituitur, velut scriptum est. Vnde à nostra carne accepit Dominus carnem, & homo factus est nobis similis Deus Verbum, vt in Deitate
C daret nobis salutem, & in sua humanitate pateretur pro nobis hominibus, passionem per passionem soluens, & mortem per mortem propriam mortificans. Repurata est autem passio in deitatem, & quidem quum passionis exors sit deitas, quoniam sic voluit sanctus & passionis exors Deus Verbum. Est autem exemplum tale quoddam. Velut si quis vestem indutus, in veste vero sanguis respersus inquinet vestem, verùm ad corpus induti non perueniat, refertur autem macula ex sanguine ad eum, qui veste indutus est. Sic in carne passus est Christus, in ipso, inquam, dominico homine, quem ipse formauit, qui è cœlis descendit Deus Verbum, velut sanctus Petrus dicit, Mortificatus carne, viuificatus autem spiritu. Et rursus, Quum igitur Christus passus sit pro nobis carne. Itaque etiam vos eandem intelligentiam assumite, sic sanguinem in veste ad gestantem refertis, quomodo reputata est ipsi passio carnis ad Deitatem, nihil ipsa passa, ut ne in hominem habeat mũdus spem, sed in dominico homine, Deitate sustinente ad ipsam referatur passio, quo fiat salus pro mundo ipsa Deitatis à passione alienitas: quò passio in carne facta ad Deitatem referatur, etiamsi nihil passa sit ipsa, vt impleretur scriptura, dicens, si enim cognouissent, non vtique Dominum gloriæ crucifixissent, &c. Crucifixus igitur crucifixus est Dominus, & adoramus crucifixum, & sepultum & qui resurrexit tertia die, & ascendit in cœlos. O altitudo diuitiarum, & sapientiæ & cognitionis
D Dei, velut scriptum est. Ex parte enim cognoscimus, & ex parte prophetamus, velut guttam ex pelago cognitionis Dei haurientes, & huiusmodi dispensationis exemplum comprehendentes, spei videlicet nostræ gratiam, ex bona voluntate patris, voluntate Filij, cum voluntate spiritus sancti, eiusdem Dei dispensationis. Habebunt porrò omnes scripturæ sparsim resurrectionis prædicationem. Verùm perfectio reseruabatur ipsius in substantia existentis Verbi aduentui. Complementum enim legis Christus, sicut scriptum est. Vbi enim non dixit Diuina scriptura de resurrectione? Primùm sanguis Abel prædicat, post mortem enim adhuc loquitur. Dicit scriptura, Enoch

Primitiæ Christus quomodo dicatur.

Passionis Christi simile.

Cur adorãdus christus.

transpo

transpositus est,& non inueniebatur,& non vidit mortem.Complacuit Noë Deo,arcam construxit ex præcepto Dei,regenerationem sibi ipsi operans ac efficiens per propriam domum. Abraam senex acquirit Filium,mortificato iam corpore: & ex mortuis Deus spem largitus est,maximè quum vterus Sarræ emortuus esset,& quod inueteratum erat,& fermè ad deletionem peruenerat,iuxta consuetum mulierum morem,ipsa videlicet resiccatus fons,rursus vim accipit ad seminis deiectionem : & anicula iuuencula fert partum,& Isaac à morte viuens patri traditus est. Deus enim qui ex resurrectione mortuorum patri filium tradidit viuentem,spem prædicabat. Ioseph indicat hanc rem non in secundo loco ponens ossium spem,curam enim habebat talium, non velut pereuntium, sed quæ rursus reuictura essent,& præcipiebat ea afferri ex Aegyptiorum regione. Non frustra Ioseph hoc significabat,Comportate mihi ossa dicens,visitatione enim uisitabit vos Dominus. Si non spes fuisset resurrectionis,quales esset ossium cura,vt de corruptibililibus ossibus præciperent iusti? Primavox ad Mosem est testimonium Dei,Ego Deus Abraam,& Deus Isaac,& Deus Iacob,qui in mundo quidem mortui sunt, apud me autem viuunt. Vnus & idem spiritus est, qui loquutus est in Lege, & qui docet in Euangelio.Hoc enim & Sadducæis saluator significauit,Qui loquutus est in Prophetis, adest mihi. Ostendit hoc & virga Aaron, quæ per multos annos arida fuit, & in tabernaculo à vespera vsque ad matutinum relicta(nam viuæ arbores cum languoribus per duodecim menses, iuxta circuitum completo anno,fructus gignunt, & sole fouente,& pluuiis rigantibus,& rore extendente,nocte quoque ac die nutrientibus)& sub vnam vocem difficultatem Deus facilem effecit.Germinauit enim arida virga,& folia emisit,& fructus maturos.Similia enim ostendit Deus futuræ ab ipso resurrectionis. Vt vbi concipiuntur pueri secundum venerandas nuptias,quas Dominus ostendit,primùm deiicitur semen consequentiæ,velut Dominus dixit,in vteros genitales.Temporis autem progressu id; quod deiectum est obuoluitur in vtero,& perficitur per nouem mensium tempus,& absoluitur quod conceptum est ac gignitur.In resurrectione autem non sic,in momento enim res continget. Sonabit enim tuba,& mortui resurgent incorrupti,velut ostendit Dominus in tabernaculo testimonij. Quod nuces quæ viuis arboribus per duodecim menses gestantur,in arido ligno densantur, & germē edūt etiam sub vnam noctem.Et non hoc solùm,sed in vnius horæ spacio perfecit id, quod per duodecim menses,velut dictum est,gignitur. Et quod fœtus, qui per nouem menses in vtero est, per multum tempus coactus perficitur. Verùm in resurrectione sub momento completum resurgit. Persuadeat incredulos potentia Domini. Nemo resistat sententiæ. Audiat Moses, & ostendat, Quid in manu tua,inquit,Dominus.Ipse vero dixit.Virga. Virga autem hæc lignea erat,& sicca penitus:& dixit, Abiice ipsam in terram:& abiecit aridam virgam,& quod aridum erat,humidum Deus efficiebat, & nō solùm humidum,sed etiam animatum,imo & natura alteratum,& essentia aliter formatum.Non erat spectrum,hoc opus. Veritas enim Dei præcepto operatur,& non imaginatione. Nam in omnibus corrigens nostram cogitationem,per Mosem declarauit veritatem.Cognouit enim,Propheta,quod id quod factum erat,non erat factum in apparentia,sed veritate,in eo quod aufugeret. Si enim imaginatio fuisset quod factum erat,non aufugisset à conspectu serpentis. At, vt ne rursus hoc offendiculum præberet contentiosis, & dicant,quod alia erat virga, Deus vero dedit ipsi aliud corpus sicut voluit Primùm quidem igitur discant,quod non aliam pro alia nominauit,sed illam ipsam quæ arida erat animauit.Quoniam hoc datum virgæ corpus,& motum ab ipso genus,siue speciem Deus in iudicium non vocabat:neque pro virga draconem iudicare voluit,sed certitudinem resurrectionis per virgam operatus est,& propriam potentiam Deus ostendit,vt ne quis fidem deroget in omnibus potenti.Atque hoc ipsum cum omni certitudine fecit.Non enim partem quandam virgæ suscitauit, sed totam virgam transmutauit sicut voluit.Et quod hæc sic se habeant, & mortui spem vitæ æternæ habent,& qui in monumentis sunt,resurgent:cita mihi rursus testem fide dignissimum Mosem.Etenim vbi deliquisset Rubim,detestatur ipsum Pater eius,sanctus Iacob patriarcha,& dicit,Rubim primogenitus meus,& principium filiorum meorum contumeliam perfecisti,velut aqua non efferuescens, ascendisti enim in cubile Patris tui,& occultasti quo ascendisti.Verùm in Hebraico elthoar habetur quod est,si interpreteris,non reflexeris,aut non accesseris,aut non redundaueris, id quod nudo modo indicatum est per dictionem,non efferuescens,interpretes autem sic reddiderunt. Et si vis discere quod hæc sic dicit, & quod mors à patre huic qui peccauerat, decernebatur, Moses tibi declarabit. Nam quum & ipse duodecim tribubus benediceret, ad Rubim progressus, & gnarus quod esset sacerdos Leui:In manu enim sacerdotij soluebantur ac ligabantur peccata,inquit,Viuat Rubim,& nō moriatur.Quomodo vero viuere poterat:qui ante centum viginti sex annos sepultus erat? Verùm quoniam nouit resurrectionem omnium futuram esse:& nouit mortem secundam per condemnationem in die iudicij:volens ipsum pro vno supplicio leuare à futuris:dicit:Viuat:in resurrectione significans.Nouerat enim quod viuent omnes:& non moreretur:hoc est:non obiceretur morti secūdæ:condemnationis videlicet:& tormentis æternis.Si enim de viræ damno cura ipsi fuisset:sufficisset dicere solum: Viuat Rubim. Quandoquidem vero de futuris significat:dicit Viuat Rubim: & non moriatur. Et vnde potest quis tot testimonia colligere, de nostra spe:& resurrectionis expectatione veræ:& non in apparentia ? Dicant enim vanam opinionem fouentes & frustra contendentes : Vtrum quandoque pars corporum resurgit, aut omnia particulatim ? aut rursus quædam tota resurgunt: & quorundam particularis contingit resurrectio : quorundam vero totius corporis?

Mysterium translationis ossium Ioseph.

Virga Aaronis figuram gerit resurrectionis.

¶ *Alias Ruben.*

Resurrectionis modus.

Qualis

Qualis est talis personarum acceptio? Nunquid personarum acceptio est apud Deum? absit. Perscrutemur vbi aut quando suscitarint sancti mortuum ex parte & non totum corpus. Filius in viduæ in Saraphthia totus resurrexit, & non est pars relicta: filius Sumanitidis totus resurrexit, & nullum membrum reliquit, quod non resurrexisset. Et Dominus Lazarum suscitauit, & non reliquit reliquias in monumento, sed vnà cum tæniis ac indumentis: & non est omnino opus vestibus in iudicij die. Filium viduæ in Naim totum suscitauit, filiam principis Synagogæ, filiam Centurionis: & ô vanam opinionem eorum, qui talia cogitant, quod partem suscitat, & partem relinquit. Videamus autem ex ipsis subiectis, & his quæ iam æqualiter spei nostræ facta sunt. Enoch totus transpositus est, & non vidit hucusque mortem. Quò verò in duobus viuentibus corporibus declarem vobis perfectam resurrectionem, & vt ne quis ambigat, duos characteres duorum primogenitorum nostræ resurrectionis proponam. Enoch erat in præputio, & non prohibuit præputium resurrectionem, neque corporis per vitam huius vitæ expectationem ac durabilitatem. Helias in circumcisione: vt ne resurrectio his aut illis attribueretur, sed vniuersalis tota. Helias erat in virginitate, vt prærogatiua virginitatis immortalitatem prædicaret mundo, & cum corpore incorruptibilitatem. Quò verò non solùm in virginitate esse putetur resurrectio propter præminentiam, itémque ipsa corporis durabilitas, Enoch nõ erat Virgo, sed continens, & qui liberos genuerat. Et duo quidem hi sunt, qui in corpore, & anima permanserunt propter spem. Et, vt ne quis rursus ambigat, etiam alios in orcum detrusit vnà cũ corporibus. Aperuit enim terra os suum, & deuorauit Dathan & Abiron, Filios Core & Aiman, & descẽderunt in orcum viuentes corpore & anima. Ex ipsa enim hora in iudicium traditi sunt, neque corporibus solutis, neque reliquiis traditis, aut parte: sed totis ipsis cum corpore & anima traditis in supplicium. Iob dicit, Donec rursus nascar, & corpus hoc quod hæc exhaurit, & renouabis me. Et rursus Renouabitur velut aquilæ iuuentus tua. Esaias autem, Resurgent mortui, & suscitabuntur qui sunt in monumentis. Venit enim qui soluit in fortitudine ligatos, similitérque iritatos habitantes in sepulchris. Dicit autem Iob, Homo vbi obdormierit, non amplius resurget, neque agnoscet locum suum. Et etenim reuera quotidie non fit resurrectio, sed in vnam decreta est diem. Verùm ostendens quod nouit in quale tempus præfinitum respiciat, statim soluit quæstionem: Donec cœlum, & terra atteratur, sunt corpora in terra. Quum verò venerit qui vertit cœlum velut librum, & concutit terrã: tunc resurgent qui sunt in terra. Et proptrerea dicit ad Iezechielem: Fili hominis dic, congregabitur os ad os, & iunctura ad iunctura, & factum est ita, & facti sunt super ipsa nerui & venæ, carnésque ac pili & vngues. Et rursus, Dic fili hominis, Veni spiritus à quatuor angulis terræ, à locis videlicet animis destinatis. Et quam ob causam ipse Dominus non dicit, sed hominem dicere iubet? Quoniã quod dicit Dominus, simul etiam facit, & non amplius soluitur. Verùm homini dicere præcepit, quo post resurrectionem ad horam, significaretur quidem nostra spes salutis, hominis verò sermo solueretur, & non Domini. Erant enim illa ossa rursus moritura. Quum verò dicit Dominus. Resurgite: resurgunt, & non moriuntur. Dei enim Verbum non soluetur. Quapropter etiam Dominus in carne progressus suscitauit mortuos, quo id quod per carnem factum est rursus obdormiat, donec ipsa caro resurgat, & non amplius moriatur, & taceat hoc dicere ad vnum solum, Surge, veni foras: donec veniat, & non amplius singulariter dicat, Surge sed, Surgite omnes, vniuersalem resurrectionem faciens. Ipse enim est resurrectio mortuorum: qui sanè postquam resurrexit ex mortuis, nullum suscitauit ex recens mortuis. Resurrexerunt autem cum ipso multa corpora sanctorum qui dormierunt, & conspecti sunt multis, ingressi cum ipso in ciuitatem sanctam, velut scriptum est in Euangelio. Et non dixit, Resurrexit pars corporum sanctorum, sed corpora sanctorum, & apparuerunt multis, nõ alij quàm qui mortui fuerant, sed qui agnoscerentur à suis, si non ante multa tempora vita defuncti essent. Sed & alijs ostendere volens Dominus noster miraculum, difficilia illa facilia declarans perficiebat. Quando enim accessit ad recens mortuam puellam, filiam principis Synagogæ, quoniam eadem hora mortua erat, dignatus est ad ipsam dicere, Surge puella: per vocem Surge, fortificans quod erat iam dissolutum, nam adhuc in lecto erat. Filium verò viduæ in Naim, quoniam iam in loculo efferebatur, facilius suscitauit, attigit enim loculum, & non dixit aliquid puero, sed solùm attigit loculum, & resurrexit. Quod verò altissimum est, & omnem hominum spem longè excedens, quando venit ad quatriduanum Lazarum, neque dixit, Surge, neque attigit manu monumentũ, sed sic in promptu vocat in propria potestate, Lazare venit foras. Multò enim facilius est & promptius dicere, Veni foras, quàm attingere. Attingere verò facilius est, quàm vocare, Puella surge. Verùm sic omnia facit sanctum Dei Verbum, vt nobis spem resurrectionis demonstret. Quod si verò velim omnia ex omnibus scripturis testimonia colligere, exigua sanè fuerit mens nostra, modicáque ac idiota, attamen ob multitudinem in longum extendero sermonem, verùm compendio dicam: quod salus nostra compendiaria est, ita vt in omnibus in vna resurrectionis spe nobis prædicetur. Hæc autem non credunt increduli, corrumpunt falsa opinione imbuti, non admittunt contentiosi, repudiant vanæ gloriæ sectatores. At Deus omnibus misericordiam exhibeat, & caligino sas mentes illuminabit. Græci equidem accepto spiritu sancto à veritate redarguentur, & ab omnibus prædictis testimoniis, maximè vero à vobis sanctæ Dei Ecclesiæ & orthodoxæ fidei filiis. Docetis enim accepto spiritu sancto, digni facti sermone appositio in oris apertione: primùm quidem, quoniam digni facti estis ut discipuli Christi nitis, principalis pastoris & antistis nostrarum animarum, velut alimoniam Christi ouilibus, vestris populis colligentes, curantes quomodo & vobisipsis, & Dei pecoribus, volentibus inquam,

Enoch & Helias resurrectionis exempla.

Enoch non fuit virgo.

Iobis locus explicatus

Modus resurrectionis.

Christus resurrectio est mortuorum.

Resuscitatio Lazari

quam,profitis.& ex ſancto à Moſe inſinuato pabulo nutriatis Quis verò ex rectè ſentientibus ad vos pios & fideles reſpiciens,ô vos orthodoxi & Eccleſiæ filij:quum vero aliquos dico,omnes filios veritatis dico,iuxta id quod ſcriptum eſt,quis inquam,ambigat?Nam quum ſapientis & fortiſſimæ mulieris filij ſitis,cuius gloria eſt apud Solomonem dicentem,Mulierem fortem quis inueniet,velut rara ſit,imò potius vnà:id quod melius eſt eligitis,& quod vtile eſt amplectimini.Fortem autem mulierem intelligite mihi Eccleſiam Dei, veſtram matrem, qua nihil fortius eſt, vt quæ moriatur per ſingulas excitatas perſecutiones, pro nomine viri ſui. Hæc igitur manſuetiſſima proprium ſponſum exactè interrogat in libro Canticorum.Vbi paſcis,vbi cubile habes,in meridie?Paſcit autem Chriſtus in prædicta terra.& non ſolùm paſcit,ſed etiam præcipit ſoluere calceamentum pedum paſtorum,velut Moſes primùm dicit,à quo traditionem aſſumpſiſtis etiam vos,& eos qui ad ſanctam ſcientiam introducuntur primùm ſecurè manu ducitis,curantes vt ſingulorum calceamenta ſoluantur. Verùm calceamenta vniuſcuiuſque veſtrùm differentiam habent, nam vnuſquiſque per propriam ſuam actionem ea ſubligauit.Et de cætero ſinguli veſtri diſcipuli vobis bonis paſtoribus obedientes, qui quidem ſubligauerat idolatriam, eam per veſtram admonitionem ſoluit : alius vero adulterium ſoluit,alius ſcortationem,alius furtum,alius auaritiam.Et non hoc ſolùm,ſed etiam ſermonibus abominandis ac turpibus verbis renunciantes, vnuſquiſque diſcipulus tradit ſeipſum, vt per vos bonos paſtores beata ſpe ſub forti manu boni paſtoris paſcatur. Abſtinet enim vnuſquiſque ab errore penitus,& præ oculis habet veritatem,ſimulachra quidem oliterantes,& errorem circa ipſa palàm prædicantes.Neque enim mortuos hos putatis,quoniam nunquam vixerunt.Verùm vana & inania & quæ non ſint,merito omnes ſemper doceris.Non enim vnquam fuerunt,vt eſſe poſſint.Illi vero ſunt mali dæmones,humanæ mentis acceſſio per voluptatum impetus influens, vnde vnuſquiſque auſus eſt proprium affectum in numen aſciſcere.Primùm enim ſtatim quando hoc ab hominibus innouabatur per dæmonum maleficium,pima hæc ſortatio appellabatur,& vmbratili pictura ſimulachra exprimebantur.Deinde artem propriam quam quiſque tractabat,& per quam facultates habebat,propriis filiis ſuis in numen colendam tradebat,& per proprij artificij materiam deos effingebant, figulus ex luto,faber lignarius ex ligno,aurifuſor ex auro,& faber argentarius ſimiliter ex argento. Ampliusve ro vnuſquiſque proprium affectum ad formæ oculorum ſuorum ſimilitudinem deſcribebat. Sanguinarius quidam vir,Martem aſſerens:mœchus aut mœcha,communem Venerem: tyrannus, victoriã extollebat.Sordibus & rebus temporalibus inhians,Saturni figuram præſcribebat,effœminatus Cybelem & Rheam,propter fluxus,vt arbitror,multiplicis mixturæ à corporibus. Alius guloſus aut guloſa Artemiſiam venatricem proponebat,ebrioſus Dionyſium,ærumnoſus Herculem, quidam per varios coitus ſe volutans,Iouem & Apollinem.Et quid opus eſt me infinitorum affectuum in hominibus multitudinem recenſere?Verùm Aegyptij omnibus amplius errore inuoluti,nõ ſolum proprios affectus coluerunt,ſed etiam volatilia & quadrupeda,terreſtriáque ac aquatica, & quædam animantia fera,non manſuefientia & quæ ipſis in ſeruos à ſancto Deo tradita,eorum ordinem alterauerũt, & velut qui mente bruti ſint,nimium colunt animalia apud ipſos,deificare ipſa non erubeſcentes, canem latratorem,ſelem reptiliuoram,hircum ſalacem,ouiculam balantem, crocodilum multidum, & immitiſſimum,ibim veneniuoram,& miluum & accipitrem ac coruum,animalia ſeruiliſſima: ſerpentem obliquum & iniucundiſſimum.Et in ſumma,ô ingentem turpitudinem eorum, qui neque oculis ſuas ipſorum confuſationes conſiderant,& neque auribus ſenſum ſuſcipiunt,neque mente ea quę ab ipſis vanè fiunt,intelligunt.Malo itaque fato percuſſi ſunt vt qui neque à propriis philoſophis lumen acceperunt,neque eorum qui veritatem inuoluerunt,ſpeculationem fecerunt.Non enim audiunt Diagoram,qui Herculem ſuum ligneum in penuria ligni exuſſit,& per ludibrium ad ipſum dixit, Age Hercules decimum tertium laborem ſubiturus adeſto,obſonium nobis cocturus. Et ſanè accepto ipſum in ſcandulas fidit,deridens proprium Deum velut qui nullus eſſet,& appoſito ipſi prãdio illudens paſcebatur.Sed & alius Aegyptius Heraclitus ait,ſi dei ſunt,cur deplotatis ipſos? Typhonem enim & Oſyrim & alios ſubterraneos deos acerbè deplorantes,velut ſepultos lugent. Itaque hic dixit,ſi dei ſunt,cur deploratis ipſos? Si vero mortui ſunt,fruſtra lugetis ob ipſos.Alius vero Comicus Eudæmon nomine dixit,ſiquidem dei ſunt,non poſſumus de ipſis dicere quales ſunt : formidans declarare. Multa enim ſunt quæ me impediunt.Sed & Homerus dicit, Non bonum imperium eſt multorum.At noſtri ſeculi alius Comicus dicit,Qui vnum Deum colunt,bonas ſpes habent ad ſalutem.Apis enim vitulus paleis veſcens à Campide Aſſyriorum rege gladio in femur percuſſus eſt,vt ſi flueret ſanguis,deprehenderetur quod non eſſet Deus.Saturnini autem non negant proprium ſuũ Deum ferreis cathenis vinctum fuiſſe,ſic ſanè ſentientes.Si vero quis in vinculis eſt,is non ſolùm vni maiori ſubiectus eſt,ſed etiam velut maleficus in vinculis detinetur. Si vero de Iſide ſermonem facturus ſum,quæ iam & Armiis, & Io appellatur, filia vero eſt Aſpidis Cappadocis, qui & Inachus vocatur:erubeſco quidem illius actiones referre, veruntamen non verebor dicere, quæ ipſos adorare non pudet.Erubeſcant autem huius adoratores & ſtultigenæ,qui ſuas ipſorum filias & vxores ac ſorores,ipſorum deorum actiones imitari adhortantur. Et ſtatim quidem, quum ſacerdos proprium ſuum fratrem Typhonem amet, etiam alios contra fratres ſuos concitant. Ingens eſt autem turpitudo deæ, quæ neque turpitudinem fratris proprij veretur, ſed & amore æſtuat, & non contenta eſt externis viris, ſed etiam vſque ad proprium fratrem procedit: & non hoc ſolùm ſed etiam parricidium ob ſuæ concupiſcentię inexplebilitatem amiciſſimis ſuis oſtendit. Et Horus quidem vnum

Mulier fortis quæ ſit.

Calceamẽtorum ſolutio.

Simulachrorum cultus initiũ et progreſſus:

Aegyptiorum dii.

Hercules ligneus à Diagora exuſtus.

Horus quidem vnum genuit filium, cui nemo affirmare potuit, an verè genuinus esset ipsius pater. Et si quidem Typhonem coluerit, dubitatan sit ipsius pater, si verò Osyrim, quis etiam sit certitudinem declararit? Honestum verò Deum talis mater instituit, quæ ipsum assumpsit, & per decennium in Tyro scortata est. Quum verò Serapim ipsum Apim regem Sinopensium deum fecerunt, tyrannidi magis inseruierunt. Nam reuera hæc sunt deorum, quæ apud Aegyptios coluntur maliciæ præmia, de quibus si singulatim dicere vellem, multum tempus consumerem. Porrò Græci qui sibiipsis aliquid esse videntur, verbis solùm & linguæ volubilitate philosophantes, & non re ipsa, plus omnibus impegerunt. Qui sanè deducunt Saturnum à Cœlo, à Cœlo ipsum genitum esse dicentes, & virilia membra sui patris resecuisse. O peruersam actionem, turpemque opinionem, nam nisi sectus fuisset, multi Saturni essent. Hic verò generosus, qui vsque ad patrem processit, non contentus fuit prima impietate, sed quum adhuc iuuenis esset, iniuriam infert patri: senex autem factus, proprios suos filios, Neptunum & Plutonem deuorat, Iouem verò quærens, & à Rhea illusus, saxum magnum fasciis inuolutum pro infante deuorat, velut Deus scilicet. Quum autem huius filius ex generosis vt ita dicam, parentibus esset, Iupiter autem est ei nomen, periculum erat ne omnium mulierum vir fieret, itemque huius filius Mercurius. Atque vtinam secundum leges dotem dependisset, & non semper nuptias occultasset & malefactor fuisset. Penelopen enim corrupit, propter ipsam hircus factus. Hircus autem fiebat, vt puto, propter barbæ enatę vigorem. Erga Danaen verò aurum fiebat, vt Virginem castam in thalamo decumbentem corrumperet. At ille autum fieri nunquam potuit, sed prestigiator fuit, & per auri largitionem, Virginem decepit. Et apud Ledam rursus cygnus factus est, explicationem feruoris voluptatis suæ significans. Aquila verò nunquam alas expandit, verùm pædiconum magister presidet, nunquam aquila effectus, sed in naui aquilæ nomine insignito ob celeritatem, ad Troiam enauigauit, & filium regis Troianorum Ganymedem rapuit, ipsumque corrupit. Et erga Pasiphaem taurus factus est, similiter & erga Europam. Et quid attinet corruptoris illius insignis & corruptorum magistri, malefactorum multitudinem referre? Cuius monumentum non paucis notum est, in Creta enim insula in mõte Lasio appellato, vsque huc digito ostenditur. At verò Ioues non vnus aut duo sunt, sed tres aut quatuor numero fuerunt. Vnus ex his Saturnus, de quo diximus, proprium patrem suum in Caucaso monte tormentis affecit.

A *Græcorũ alii.*

Metamorphoses ridiculæ.

B *Ioues multi sunt.*

Alter verò Patriarius fuit, ex quo monomachi & gladiatores ortisunt. Alius autem Tragœdus qui, & manum suam combussit. Fortassis autem quum Deus esset, oblitus erat quòd ignis morderet, & non habebat prænotionem eius, qui ad hircum Satyrum dixit, vbi primum ignem vidisset, & ad osculandum ipsum accessisset, Ne attingas hirce, si enim attigeris barbam, exures. Porrò Mineruæ fuerunt, non vna, sed multæ. Vna quidem oberrans, & circa Tritonidem paludem vagabunda. Alia verò Oceani, alia Saturni filia: & multæ aliæ. Dianæ item, siue Artemides multæ sunt: vna Ephesia, altera Iouis, & aliæ similiter non paucę. Et Dionysius Thebanus, & alius Semeles filius, quem Corybantes comitantur, & qui à Titanibus distractus est, & qui Curitarum hæreditatem imminuit. Hercules autem qui dicitur apud ipsos depulsor malorum, cuius actiones omnes silebo, verum vnam ex omnibus, quæ fortassis apud ipsos laudantur, indicabo, Suffecerit huic vt hunc laborem subierit, quò mundo salus contingeret. Nisi enim in vna nocte quinquaginta Virgines corrupisset, quomodo mundus seruatus fuisset, imò potius periisset. Et in summa confiteor me tædio affici, si malas ipsorum actiones ex ordine recensere deberem. Insuper verò reges & tyranni sæuissimi, quum dilectos quosdam habuissent, eósque in terra defodissent, vt qui nihil amplius haberent in quo illis gratificarentur, nempe etiam ipsi corruptibiles velut illi existentes, in beneuolentiam erga illos, sepulchra ipsorum ad vitæ fraudem subditis suis per malum prætextum celebrare præceperunt. Sic Antinous sepultus, & in gluforio nauigio positus, ab Hadriano coli iussus est, Timagenes autem Anasię, & Canobus Menelai gubernator, & huius vxor Euo Eumenuthis in Alexandria sepulti, coluntur ad tipam maris, per duodecim signa distantes, & Marnas seruus Asterii Cretensis apud Gazæos, Casius autem nauclerus apud Peluſiotas. Hæc igitur omnia quando in media Ecclesia explicatis, malum exemplum lethalisvię eos, qui sic euecti sunt dissoluitis, alios verò ab adulterio ad modestiam transfertis. Et non solum ipsos ab occultis nuptiis libe ratis, sed etiam vt speciem secũdum naturam contemnant efficitis. Quod tempus contactum est, velut sanctus Apostolus dicit. Scortatores autem instruitis, vt ne nefariam & apud Deum & apud homines actionem operantes plectantur. Et quoniam hęc omnia per os & per opera laborantes traditis, persuadetis ipsos vt omnia vestra suscipiant, ita vt vbi opere primum omnia perfecerunt, & in seipsis expressserunt, doctrinæ fidem faciant, quam per actionem vos ipsos primum docuistis, vt etiam alios doceretis. Obtinetis enim tacentes Solis morem, qui etiam silens omnes vbique docet. Statim enim vbi exoritur, etiam tacens artes omnium redocet. Et quandoquidem horum omnium vtilitatem filiis siue fratribus vestris fidelissimis traditis, perducitis ipsos vt in terra quidem vadant, in cœlo autem conuersationem habeant. Ar monasticam vitam degentium zelum plurimis ingeneratis, per firmitatem vestram & fidem minimè fictam ac simulatam hæreticos odiosos facientes, Manichæis os obturantes, Marcionistas, & alios ipsis similes ab ouili Dei fugantes, omnes ipsorum prætextus dissoluentes & reprimentes. Quęcunque enim contra Deum & sanctos ipsius Prophetas audenter loquuntur, vt qui leues sint & vacui à Spiritu sancto, verum in vniuersorum opificem maledicta iaciunt: & quęcunque bona per sanctos ipsius Prophetas omnibus hominibus ex prophetia Deus largitus est, hi odio habent, itemque profundissima in Lege ac Prophetis, nempe quum terreni sint & corporales, interrogati non intelligunt, ac frustra blasphemi sunt: vos statim ipsorum errorem ab audientibus per veras demonstrationes

C *Paraſiti principũ.*

Scortatores instructi.

D

depellere ac excutere non cunctamini. Per talia enim verba vani illi velut sarmenta in diuitis fluuij fluento feruntur. Porrò dicunt, quod bonus Deus legis est, qui ignorans Adam vbi esset, interrogabat Adam vbi es? Et ad Cain dicit, Vbi est Abel Frater tuus? Et ad Abraham, Vbi Sara vxor tua? & alia multa huiusmodi. Ipsi qui talia dicunt, credent Deo Saluatori, ore & non in veritate Deo existenti, & prænotionem habenti, eadem verò similiter sicut in veteri Testamento interroganti, Vbi posuistis Lazarum? &, Quis me attigit? &, Habetis panes vobiscum? &, Quem vultis? aut, Quem quæritis? Facilis igitur & expedita est horum confutatio. Sicut enim interrogat filius prænotionem habens, ita etiam pater si ipse in Lege interrogat, qui idem est semper, & non alteratur. Si enim dixit, Vbi posuistis Lazarum, neque Euangelium ignorat, neque vetus Testamentum. Vbi posuistis ipsum, dicit, redarguere volens ea, quæ neque æqualem fidem ad Sumanitidem comparandam proferrent, & quidē quum illa erga hominem haberet, hoc est Heliſſæum sanctum Propheram, Martha verò cum suis erga Deum, Et si dicit, Quis me attigit? non ignorans dicit, sed vt persuadeat mulierem à seipsa confiteri, quò nō de seipso testimonium præbeat Filius Dei, sed ab aliis glorificetur. Et quum dicit, Habetis panes vobiscum? Propterea hoc dicit, vt paucitas panum omnibus significaretur, & magnitudo miraculi ipsius admirationi esset, si intelligerēt per tot panes tantam turbā nutritā esse. Et quum dicit, Quem quæritis, quærentes deceptos indicat, & Iesum quærentes, quem & medicum interpretari possis, & Saluatorē: quò vbi occiderent ipsum, ab huius salute deficiant. Quemadmodū igitur ea, quæ circa Domini nostri dispensationē contigerunt ostendimus, quæ humano quidē more dicuntur, prænotione verò non carent. Neque enim quispiā ex sana mente præditis dixerit ipsum ignorasse vbi posuissent Lazarū, quum propè locum esset: etiāsi per eum, quem diximus, modum interrogabat, & nudius tertius procul à Galilæa fuisset, & à seipso indicasset, quod Lazarus mortuus esset: ita & de veteri Testamēto hæc prudenter dissoluimus. Quod dixit Deus ad Adā, Vbi es? non ignorātis erat, sed ostēdētis à quali altitudine ad qualem turpitudinis profunditatē Adā excidisset. Et, Vbi est Abel Frater tuus? quoniam quem oportebat te semper in vlnis ferre, & ipsi semper conuiuere, hic à te in terrā prostratus est. Ex sequentibus enim ostendit, q̄ non ignorantiæ causa interrogabat, sed redarguens, in eo quod dicit Maledicta terra in operibus tuis: &, Maledictus tu à terra, quæ aperuit os suū, & suscepit sanguinē fratris tui de manu tua: Ecce enim, inquit, vox ipsius ad me. Et, Vbi est Sara vxor tua, nō ignorans dixit. Nam quomodo ignoraret qui riserat, intra domū ipsam esse sciens? Non itaque ignorans interrogabat sed vt admoneret filias ipsius professas pietatem, quò discerent ipsius vitæ ductū, quū ex propriis laboribus ministrare sanctis conantur. Illa, enim quum in tanto ministerio esset, atque ipsa azymos & cinericios panes pararet, & tantum ministerium ex ipsa penderet, vnà cum suis famulabus faciem eorū, quib⁹ inseruiebat non videbat, moderatæ pudicitiæ exēplū nostris seculis relinquēs. Atque hæc quidē ad declarandas vanorū illorū contradictiones sufficiēt. Si verò dixerint quod bonus est Deus legis qui Aegyptios quidē circūuenit, & proprios suos homines prædari docuit, dum ex Aegypto exibant, nesciunt vani illi quod apud Deū nihil perit, & quod iustū iudiciū est, & Deus naso non suspenditur. Quid enim putabant Aegyptii, quod volebant hæc sine mercede operatos esse Iudęos, & non vulgaribus annis, sed ducētis & quīdecim, vnà cum ducētis ac quindecim annis ipsius Ioseph. Quū enim quadringētorū ac triginta annorū peregrinatio ipsi Abraam & semini eius esset decreta, ad quē dicit, Peregrinum erit semē tuum in terra aliena: id quod decretum erat, perfectum erat. Proinde Deus per misericordiam suam annos peregrinationis ipsius diuisit. Et statim quidem ducentis quindecim annis adhuc existentibus, in terra Chananitide suscepit ipsum, & alios ducentos quindecim annos distribuit his, qui Aegyptum inhabitabant. Nam numerus horum annorum sic supputatur. Erat tunc septuagesimus quintus annus ipsius Abraam. Succedunt itaque à septuagesimo quinto anno ipsius Abraā, vsque ad natiuitatē Isaac, anni vigintiquinque. Isaac autē gignit Iacob agēs annum sexagesimum, & facti sunt anni octoagintaquinque. Iacob verò agens annum octoagesimum nonum genuit Leui, & fiunt anni centum septuaginta quatuor. Leui verò agens annum trigesimum quartum genuit Chaath. In trigesimo autē 7. anno ipsius Leui, descendit Iacob in Aegyptū, & fiunt ducenti & vndecī anni. Et post ingressum ipsorum in Aegyptum, alii quatuar anni: & implentur ducenti quindecim anni. Hinc verò rursus numerantur mihi reliqui ducenti quindecim anni Israelitarum peregrinationis. Caath post descensum in Aegyptum in sexagesimo quinto anno suo genuit patrem Mosis Abraam. Fiunt igitur à primo Abraam à septuagesimoquinto ipsius anno, vsque, ad natiuitatē postremi Abraam, anni ducenti octoaginta: à descensu verò in Aegyptum, anni sexaginta quinque. Abraam annorum septuaginta existēs, genuit Mosē. Et fiunt à primo Abraam anni trecenti quinquaginta, à deductione verò in Aegyptum anni centum triginta quinque. Mose verò trigesimo suo anno calcat rubrum mare, vnà cum Israelitis ex Aegypto egressus. Et fiunt à magno quidem Abraam, anni trecenti octoaginta, descensu verò in Aegyptum anni centū sexaginta quinque. Reliquos autē quinquaginta annos consumpserunt post trasitum rubri maris, vsque ad ingressum in Palæstinā, non propter viæ longitudinem, sed propter bella & impedimenta gentium, quæ ab ipsis invia inueniebantur. Faciunt igitur à septuagesimo quinto anno magni abraam, à quo prædicto hęc ipsi data est à Deo, vsque ad Mosem & filiorum Israel in Palæstinam reditum, anni quadringenti triginta. A descensu verò in Aegyptum, vsque ad regressum in Palęstinā, anni ducenti quindecim. Quum igitur tot annis laborarīt Iudæi sine mercede, nō erat iustum & apud Deum, & apud homines, vt daretur ipsis merces ipsorum vel in fine? Nō igitur iniustus est Deus, qui suos cum spoliis illinc eiecit. Si quis verò ambigit non ita enumerare annos, audiat Mosem dicentem, Habitatio autem filiorum Israel in Chanaan & Aegypto anni quadringenti triginta. Quum itaque

Interrogatio pro ignorantia Deo obiicitur falso.

Cur panci taspanum recitatur.

Deuslegis cur suos iussit deprædari aegyptios

Peregrinatio abraā quot annorum fuerit.

anni peregrinationis Israelitarum.

iustissimæ

mercedis Deo cura fuerit, qualis amplius relinquitur vana cõtradictio his, qui contra sanctum Deum vituperia producunt? At Deum verum nunquam quisquam vituperauerit, sed qui vituperant, seipsos vituperant. Porrò alia quędam vana contradictio ab ipsis profertur, similis priori, Quod bonus est Deus legis, qui circũuenit Chananæos, vt daret Israelitis ipsorũ locũ domos quas nõ ædificauerunt, & oliueta ac ficeta, & vineas, quas non plantauerunt. Ad quos dicã, O vani, siquidẽ fuisset Deus homo, ea quæ hodie dicũtur aut fiunt, præteriisset, & nihil esset ipsi in mẽte. Quãdo verò Deus Deus est, & non homo, ea quæ ad ipsũ relata sunt, in multas generationes vlciscens non obliuiscitur. Si enim ignorant rem hãc, discãt. Nouerãt omnes iustũ Noe reliquias mundi factũ post diluuium. Quum igitur relictus esset ipse & tres filii ipsius, vt qui iustus esset, & filios suos pios efficere conaretur, vt ne in eadẽ mala in ciderent, sicut hi qui in diluuio perierãt, nõ solum per doctrinam ipsis pietatẽ proposuit, sed etiã per iusiurandum ab vnoquoque ipsorum beneuolentiam erga fratrẽ exegit. Et diuidit quidẽ, velut hæres mundi à Deo constitutus, tribus filiis suis vniuersũ mundum sub sortẽ missum, & vnamquamque partẽ iuxta sortem singulis distribuit. Et ipsi quidẽ Sẽ primogenito cecidit sors à Persida & Bactris vsque ad Indiam, vsque ad regionẽ Rhinocururorum. Sita est autẽ hæc Rhinocururorum regio in medio inter Aegyptum & Palæstinam, è regione rubri maris. Ipsi verò Cham obtigit terra à Rhinocururorum regione vsque ad Gadira, ad meridiẽ. Tertiò autẽ filio Iapheth obuenerunt ea, quę spectant ad aquilonem, à Media vsque ad Gadira & Rhinocururos. Itaque Sẽ nascuntur filii & filiorum filii, vsquequò diuisæ sunt linguę, & dispersi sunt in linguis & tribubus ac regnis. Nomina verò ipsorum hæc sunt, Elymæi, Pęones, Bazi, Cossęsui, Gaspheni, Palęstini, Indi, Syri, Arabes, Caiani, Ariani, Masyccelii, Hyrcani, Magustæi, Troglodytæ, Assyrii, Carmani, Lydi, Mesopotamitæ, Hebræi, Cœleni, Bactriani, Adiabeni, Camilii, Saraceni, Scythæ, Chiones, Gymnosophistæ, Chaldæi, Parthi, Enotæ, Cordyleni, Massęni, Phœnices, Madienæi, Comageni, Dardanii, Elamasęni, Cedrusii, Elamitæ, Armenii, Cilices, Aegyptii Cappadoces, Pontici, Marmaridę, Biones, Cares, Chalybes, Psyllitę, Mossynici, Hiberes, Phryges. Ip si verò Cham secundo filio, filii ac filiorum fili nascuntur, triginta duo vsque ad eandẽ linguarum diuisionem, Aethiopes, Troglodytæ, Aggæi, Gangeni, Sabeni, Ichthyophagi, Hellanici, Aegyptii, Phœnices, Marmaridæ, Cares, Psyllitæ, Mossynici, Phryges, Macedones, Cracones, Syrtitæ, Leptitæ, Magnętę, Bithyni, Nomades, Lycii, Mariandeni, Pamphylii, Moschesidii, Pisideni, Augalæi, Cilices, Mauru sii, Cretes, Magardæ, Numidi, Aphri & Bizaceni, Nasamones, Phasgini, Mazices, Garami, Getuli, Blẽmyes, Auxomitæ: hi tenent loca ab Aegypto vsque ad Oceanum. Et insulę sunt ipsis, Curcudalopadusa, Gaulos, Ride, Melite, Cercyra, Mene, Sardane, Gortyna, Crete, Glaucus, Thera, Arianus, Astypalęa Chios, Lesbus, Tenedus, Imbrus, Iasus, Samus, Cous, Cnide, Nisurus, Megistas & Cyprus. Cæterum Iapheth tertio filio, filii ac filiorum filii nascuntur quindecim, vsque ad eandem linguarum diuisionẽ: Medi, Gargani, Armenii, Arrei, Amazones, Colli, Corzeni, Beneageni, Galatę, Cappadoces, Paphlagones, Mariadeni, Tibareni, Chalybes, Mossynici, Colchi, Meloscheni, Sauromatæ, Meotæ, Scythæ, Tauri, Thraces, Bastarni, Myrii, Macedones, Græci, Libyes, Phryges, Pannonii, Vesteri, Venni, Daunes, Iapyges, Calabri, Hippici, Latini, & qui Romani & Tyrrheni, Galli, qui & Celtę, Libysteni, Campani, Celtiberes Aquitani, Illyriani, Besontes, Samii, Cartani, Lusitani, Vacęi, Britannici, Scoti. Hipani. Insulęverò ipsorum, Britannia, Sicilia, Eubœe, Rhodus, Chaos, Lesbos, Cythera, zacynthus, Cephalenia, Ithaca, Cercyra, Cyprus. Quòd si verò alicui nomen gentis aut insulę bispositum est, in sorte alterius & rursus alterius, iuxta communia confinita, aut iuxta deductas pro temporis occasione colonias, au iuxta assumptionem ipsius Cham, qui per auariciam inuasit, & occupauit partẽ ipsius Sẽ: nemo miretur neque dubitet. Proinde quum hę gentes sic extribus filiis Noe genitę sint, & mundus trifariam tribus filiis, velut dixi, diuisus sit: iusiurandum exactum est ab ipsis per patrẽ, vt nullus ex ipsis fratris sortem inuaderet: & qui transgressus esset iusiurandi prœceptum, per iusiurandum exterminaretur, & vniuersum semen ipsius. Quandoquidem igitur Palęstina sub sortem Sem cecidit, & tota ipsius vicinia: auarus autem esset Chanaan filius Cham, postea Palęstinorum terram inuasit, hoc est Iudæam, ipsámque abripuit: longanimis autem esset Deus, pœnitentiæ tempus dans, vt pœnitentiam agerent hi, qui ex Cham nati essent, & restituerent filiis Sem propriam hæreditatem, illi verò pœnitentia nõ ducerẽtur, sed vellent mensuram ipsorum implere: tunc Deus post multas postea generationes iustus existens, vlciscitur iusiurandi transgressionem. Sic enim Amorrhæorum mensuram impleri oportebat. Sem enim genuit Arphaxad, Cham verò genuit Chanaan. Chanaan autem genuit post auariciæ designationem, Amorrhæum, & Gergesæum, & Pherezæum, & Euæum, & Aruæum, & Aradium, & Sidonium. Numerantur itaque sic generationes vsque ad ipsius Sem vltionem. Sem qui circumuẽtus fuit, genuit Arphaxad, velut dixim⁹. Arphaxad genuit Cena, Cena Sala, Sala Heber, & fit turris ædificatio. Heber genuit Phalec, & fit linguarum diuisio. Phaleẽ genuit Rhagau, Rhagau Seruch, Seruch Nachor, Nachor Tharra Tharra Abraham, Abraam Isaac, Isaac Iacob, qui cognominatus est Israel, ex quo Israelitæ. Iacob Iudã, Iudas Phares, Phares, Esrõ, Esrõ Atã, Arã Aminadab, Animadab, Naasõ, Naason Salmon. Hęc est progenies eorum, qui à Sem geniti sunt. Hos igitur iniuria affectos à filiis Chã, & proprio loco spoliatos, Deus vlciscitur, extreminans progeniem Chanaan, iuxta iusiurandum ipsorum. Et semen Sem propriam recipit regionem. Nequaquam igitur iniustè Deus egit, qui iusta vnicuique parti distribuit, Non enim naso suspenditur Deus, velut dixi. Itaque in exiru collectionem sibiipsi adaptans Deus, dicit ad Mosem, solue calceamenta ex pedibus tuis. Qui enim puras aquas accessurus erat, primum calceis exuitur. Quandoquidem igitur multum tempus interceßit, & quisque in via sua errauimus, & hæc collectio in propriis malis permansit. Nondum lauacrum regenerationis Deus re-

Deus legis cur circumuenerit Chananæos.

Mundi diuisio à Noe in filios suos facta.

Regionum appellationes & diuisiones

Gentes ex trib⁹ filiis Noe.

Sem quas generationes produxerit.

Vltio diuina in ĩpios

uelauit,ſed multis quidē ānis diſtulit,Poſtea verò ſanctæ Eccleſiæ ſanctiſſimū lauacrum reuelauit, in Moſe quidem calceamenta ſoluens,in Prophetis verò extrinſecam runicam exuens,perizoma,veſtem corpus tantum integentem,ſolum relinquens,velut in Hieremia,in Iohanne verò omnia mundi veſtimenta reiiciens,&ex pilis cameli transformans. In ipſo autem Saluatore ac diſcipulis ipſius mundi habitum exuit,& ſupernè ex cœlis poſt aquarum purificationem,ignis &ſpiritꝰ indumentum induit. At verò Iſraelitæ videntes gratiam hanc ipſius,non cognouerunt quod Deus eſt. Quapropter etiam Propheta reprehenſorio modo ipſos deplorat,propter ignominiam qua ipſi Saluatorem affecturi eſſent. Hæc,inquit, Domino redditis populus ſtultus,& cor non habens. Non enim nouerunt hunc,quod hic erat in principio cum quo pater conſultauit,Faciamus hominem ad imaginem noſtram, & ad ſimilitudinem,dicens.Nam vox Faciamus,non eſt vnius numeri ſignificatiua,itaque conſultauit pater cum filio & ſancto Spiritu. Verbo enim Domini cœli firmati ſunt,& ſpiritu oris ipſius omnis virtus ipſorum.Neque intellexerunt dictum quod in eodem libro dicit,quod pluit Dominus ignem,is qui ad Abraam venit à Domino,qui ipſum de cœlo demiſit.Neque cognouerunt ipſum eos ab Aegypto dicentem,Neque intellexerunt Prophetam dicentem,Et tu Bethleem non es minima. Quomodo enim conuenit minimam vocare ciuitatem,quę cepit eum,quem mundus & cœlum atque omnia capere nō poſſunt? Et neque hoc,Ex te mihi egredietur dux. Quid verò à Bethleem egreditur, & homo eſt, & quomodo Dei rationem habet, perturbat ipſos,quod eſt Deus & homo. In eodem verò tranſitus ipſius ſunt ab initio,à creatione mundi: hoc autem non eſt amplius hominis,ſed Dei.Non autem meminerunt eius,Quòd Virgo concipiet in vtero,& pariet filium,& vocabunt nomen ipſius Emanuel. Vox autem vocabunt,ſignificat modum ſanctorum & fidelium,filiorum Eccleſiæ. Interrogati enim à Domini occiſoribus Iudæis de Saluatore,quomodo crucifixum confitentur,ab iiſdem fidelibus audiunt,quoniam à vobis crucifixus eſt,nobiſcum verò Deus eſt. Ipſum autem Dauid non audiuerunt, & non cognouerunt ipſis timorem,quem videns in ſancto Spiritu dixit,Horrens futuram Domini ipſiꝰ diſpenſationem,Dixit Dominus Domino meo,ſede à dextris meis. Sabbata itaque antiqua prętierierūt Sabbatum autem verum à nobis prædicatur. Ceſſauit prima circumciſio,vnum membrum minutiſſimum circuncidens. Efficax eſt autem valdè cœleſtis circunciſio,totum corpus circumcidens. Aquę enim & ſanctorum nominum nomenclatura,nō in vno hominis membro fiunt,ſed totum hominis corpus purificant ac circuncidunt,& ab omnibus malis liberant. Itaque ſancta Eccleſia hæc myſteria ſuſcepit. Inſurrexerunt autem in ipſam etiam graues hoſtes,qui Oeciaci,hoc eſt domeſtici appellantur, non ſunt autem ex vera Apoſtolorum Domini fide. Si enim fuiſſent ipſis,manſiſſent vtique cum ipſis. Verùm ſpurii ſunt,& commixti,malam concupiſcentiam cibi ex piſcibus ac ficubus Aegyptiis habentes,& filium Dei ſurſum ac deorſum blaſphemantes, Ariomanitæ,quos iam in libris ante hunc editis notauimus,alii verò Sabellii. Et ſabellii quidem penitus negant eſſe Filium & ſpiritum ſanctum,dicentes,quod filius ipſe eſt pater,& pater ipſe eſt filius,& ſpiritus ſanctus ipſe eſt pater,vt non ſit filius & ſpiritus ſanctus: ſecundi Iudæi & Domini occiſores ſeipſos declarantes. Ariomanitæ verò omnium impiiſſimi ſunt,qui filium ab eſſentia patris diuellere & abalienare audent, & non dignantur filium æqualem eſſe patri,neque ipſum ex eſſentia patris genitum eſſe. Alii autem horum progenies ſunt, aut etiam ante hos,cum aliis ſupra relatis,quos neque Iudæis annumerare poſſis,blaſphemantes ſpiritum ſanctum,ſecundi ſabducæi ac ſamaritæ,& ignoti mortui & increduli. Cæterùm vt ne per atramentum & chartam teſtimonia contra hos in longum extendamus,& ne legentibus moleſti ſimus: ſufficiet ipſis quidem ſabellianis cùm aliis teſtimoniis teſtimonium Iordanis,velut iam dixi. Filius enim in Iordanem verè accedit,Deus homo factus,non qui ſubierit mutationem,ſed ſuſceperit carnem,non ex ſemine viri,ſed ex ſancta Virgine Maria ſuſcepto corpore,per ſpiritum ſanctum concepto. Atque id corpus ſuſcepit perfectum,hoc eſt hominem perfectum anima corpore. Factus eſt igitur Deus & homo, & ad Ioannem in Iordanem acceſſit,vnus exiſtens idem Filius,& Chriſtus & Dominus. Pater verò ex ſupernis vociferatur,teſtimonium prębens filio in Iordani exiſtenti,Hic eſt Filius meus dilectus. Sanctus verò ſpiritus in ſpecie columbæ deſcendit ſuper ipſum,quum in aquas deſcendiſſet,vt puras ipſas demonſtraret eorum gratia,qui in nomen Patris & Filii & ſpiritus ſancti baptizandi eſſent. At verò Arianis cùm prędictis ſufficiet id,quod dicit Filius,Ego in Patre,& Pater in me. Aequalitatem enim hic ad patrem oſtendit,& ingenuitatem. Progenici verò Arianorum,his qui ſpiritum ſanctum blaſphemāt ſufficient duo teſtimonia iam antè producta poſt alia teſtimonia. Vnum ex Daniele ſic habens, In camino ignis ſedrach, Miſac, Abdenago,laudantes Deum comprehendūt cum ſeipſis omnem Dei creaturam,& dicunt,Benedicite omnia Domini Dominum: & enumerauerunt cœlos & alia, Lunam,ſolem,& virtutes,terramque ac marę,et omnia quæ in eis ſunt,et nuſquam filium ac ſpiritum ſanctum connumerauerunt creaturis. Seraphim ſanctificant Trinitatem,non ſemel,non bis,non quater, ſed ter ſanctus vocem proferentia. Redarguat autem hos rurſus Petrus increpans Ananiam cum ſuis ac dicēs Tentaſtis ſpiritum ſanctum: & ait,Non mentitus es homini,ſed Deo. At Apoſtolus nouit,velut ſæpe diximus,Spiritum non eſſe alienum a Deo,quum dicit, Perſcrutatur profunda Dei. Quòd verò non eſt ex eſſentia Dei,id profūda Dei perſcrutari impoſſibile eſt. Nos verò nouimus patrē,patrē: filium,filium: Spiritum ſanctum,ſpiritum ſanctum: Trinitatem in vnitate. Vna enim eſt vnitas patris & filii ac ſpiritus ſancti,vna dominatio,vna,voluntas,vnā Eccleſia,vnum baptiſma,vna fides,& quieſcāt qui contra ſanctam Virginem Chriſti,& caſtam nympham,hoc eſt,matrem noſtram ſanctam Eccleſiam inſurgunt. Huius enim filii à ſanctis patribus,hoc eſt ſanctis Apoſtolis acceperunt,vt fidem cuſtodiāt ſimulque ſuis filiis tradant ac denuncient. Ex quibus etiam vos ipſi filii eſtis,ô venerandiſſimi fratres,

Iſraelitarum ingratitudo. A

Diuinitas Chriſti quos offēdit.

Oeciaci hæretici.

Sabellii.

Ariomanitæ.

B

C

Teſtimoniū patris & filio ad Iordanem

D

Triū perſonarum cōprobata vnitas.

&

& filiis veſtris hanc doctrinam tradidiſtis. Hęc itaque ſic dicere, & his ſimilia diuinis Scripturis confirmare, tum ipſos, tum auditores veſtros docentes, inſtruentes, neceſſe tis vos fideles & orthodoxi, hanc catholicę Eccleſiæ ſanctam fidem ſeruare, velut ſancta & ſola Virgo Dei à ſanctis Dominis Apoſtolis traditam accepit. Atque ſic vnumquemque in fide inſtructum, & ad ſacrũ lauacrum accedere volentem, non ſolum ſinere debetis, vt indicet ſe filiis veſtris in Domino quod credat,

A ſed etiam vt prolatis verbis, velut eadem omnium mater noſtra & veſtra recepit, doceat ac dicat. Credimus in vnum Deum patrem omnipotentem, creatorem cœli & terræ, viſibiliúmque omnium & inuiſibilium. Et in vnum Dominum Ieſum Chriſtum, filium Dei vnigenitum, & ex patre genitum ante omnia ſecula, hoc eſt ex eſſentia patris: lumen de lumine, Deum verum de Deo vero, genitum non factum, coeſſentialem patri, per quem omnia facta ſunt, quę in cœlis ſunt & in terra. Qui propter nos homines, & propter noſtram ſalutem deſcendit de cœlis, & incarnatus eſt de ſpiritu ſancto, ex Maria Virgine, & homo factus eſt, crucifixúſque pro nobis ſub Pontio Pilato, & paſſus, & ſepultus eſt. Et reſurrexit tertia die ſecundum Scripturas, & aſcendit in cœlos, & ſedet ad dexteram Patris. Et iterum venturus eſt cum gloria ad iudicandum viuos & mortuos. Cuius regni non erit finis. Et in ſpiritum ſanctum Dominum & viuificum, qui ex patre procedit, qui cum patre & filio ſimul adoratur & conglorificatur, qui loquutus eſt per Prophetas. Et in vnam ſanctam catholicam & apoſtolicam Eccleſiam. Confitemur vnum baptiſma in remiſſionem peccatorum, & expectamus reſurrectionem mortuorum & vitam futuri ſeculi. Amen. Cæterum eos qui dicunt, Erat aliquando non erat, & priuſquam gigneretur non erat: aut quod ex nihilo factus eſt, aut ex alia ſubſtantia aut eſſentia, dicentes eſſe fluxilẽ aut alterabilem Dei filium hos execratur catholica & apoſtolica Eccleſia. Et hæc quidem fides tradita

B eſt à ſanctis Apoſtolis, & recepta in Eccleſia in ſancto vrbis. Nicænæ concilio, ab omnibus ſimul tunc præſentibus Epiſcopis, trecentis & decem octo numero. Quandoquidem verò noſtro ſeculo prorumpe runt aliæ quædam hæreſes, alia ſuper aliam, hoc eſt à tempore Valentiniani & Valentis regis, circa decimum regni ipſorum annum, et rurſus circa ſextum annum Gratiani, hoc eſt nonageſimo anno Diocletiani tyranni: ea gratia vos et nos et omnes orthodoxi epiſcopi, et in ſumma, vniuerſa ſancta catholica Eccleſia, aduerſus illa hæreſes, in hoc ſanctorum illorum patrum præſcriptam fidem ſequentes, ſic dicimus, præſertim his qui ſacrum lauacrum accedunt, vt confiteantur, atque ſic dicant, Credimus in vnum Deum, patrem omnipotentem, omnium viſibilium et inuiſibilium creatorem, et in vnum Dominum Ieſum Chriſtum, Filium Dei, genitum ex Deo patre vnigenitum, hoc eſt ex eſſentia Patris, Deũ de Deo, lumen de lumine, Deum verum de Deo vero, genitum non factum, coeſſentialem patri, per quem omnia facta ſunt, quæ in cœlis ſunt et in terra, viſibilia et inuiſibilia.

Qui propter nos homines et propter noſtram ſalutem deſcendit, et incarnatus eſt, hoc eſt, genitus eſt perfectè ex ſancta Maria ſemper Virgine, per ſpiritum ſanctum, et homo factus eſt, hoc eſt perfectum hominem ſuſcepit animam et corpus ac mentem, et omnia quicquid eſt homo præter peccatum: non ex ſemine viri, neque in homine, ſed in ſeipſum carnem efformauit, in vnam ſanctam vnitatem: non quemadmodum in Prophetis inſpirauit, & loquutus eſt ac operatus, ſed perfectè homo factus. Verbum enim caro factum eſt, non mutationem paſſum, neque tranſmutata Deitate in humanitatem, ſed ita vt counierit ſuam ſanctam perfectionem ac Deitatem in vnam. Vnus enim eſt Dominus

C Ieſus Chriſtus, & non duo: idẽ Deus, idẽ Dominus, idẽ Rex. Idẽ paſſus eſt in carne, et reſurrexit & aſcẽdit in cœlos in ipſo corpore, glorioſè ſedens in dextera patris, vẽturus in ipſo corpore in gloria ad iudicandum viuos & mortuos. Cuius regni non erit finis. Et in Spiritum ſanctum credimus, qui loquutus eſt in Lege, & prædicauit in Prophetis, & deſcendit in Iordanem, et loquitur in Apoſtolis, atque habitat in ſanctis Sic autem credimus in ipſum, quod Spiritus ſanctus, ſpiritus Dei, ſpiritus perfectus ſpiritus paracletus, increatus, ex patre procedens, et à filio accipiens, ac fidem reperiens. Credimus in vnam catholicam et apoſtolicam Eccleſiam, et in vnum baptiſma pœnitentię, et in reſurrectionem mortuorum, & iudiciũ iuſtum animarum ac corporum, et in regnum cœlorum, et in vitam æternam. At verò eos qui dicunt quod erat aliquando quando non erat filius, aut ſpiritus ſanctus: aut quod ex nihilo factus eſt, aut ex alia ſubſtantia ſiue eſſentia mutabilem aut alterabilem filium Dei, aut ſpiritum ſanctum aſſerentes: eos execratur catholica et apoſtolica Eccleſia mater veſtra et noſtra. Et rurſus execramur eos, qui reſurrectionem mortuorum non confitentur et omnes hæreſes, qui non ſunt ex hac recta fide. Quum autem veſtri et noſtri filii, ô vos beatiſſimi, ſic credant et mandata ex hac fide perficiãt ſperamus vt ſemper pro nobis precentur vt habeamus partem et ſortem in eadem fide ac mandatorum ipſius ſorte. Et rogo vt oretis pro nobis vos & omnis, qui ſic credit, & mãdata Domini ſeruat, in Chriſto Ieſu Domino noſtro, per quem, & cum quo gloria Patri cum ſancto Spiritu, in ſecula ſeculorum. Amen. Porrò tenuitas noſtra, dilectiſſimi fratres, & infirma mentis facultas coacta eſt feſtinare, veſtra dexteritate nos impellente, etiãſi inſufficientes nos ſupra noſtrã menſurã declaret, multo auxilio ipſi ſit opus. Verum omnia nouit fidelis, qui in cœlo eſt. Cæterum pax ſit omni procedenti iuxta veræ et orthodoxę huius fidei regulã, ad ipſum Iſrael Dei. Salutate omnes ſãctos in Domino. Salutãt vos ſerui

D Domini præſertim ego Anatolius qui hunc librum ſcripſi ſermonis Ancorati appellati et opto vos in Domino valere.

Fidei catholicæ enumeratio.

Cauſa aduentus Chriſti.

Nicæni concilii epiſcopi CCCXVIII

In incarnatione nulla trãſmutatio.

Perſonarũ inæqualitas.

Oratio mutua.

Anatolij

Finis Sermonis ſiue Libri Epiphánii, qui Ancoratus inſcribitur.

EIVSDEM D. EPIPHANII ANACEPHALAEOSIS,

Siue ſumma totius operis Panarii appellati, & contra octoginta hæreſes conſcripti, eodem Iano Cornario Medico Phyſico interprete.

Panarium aut capſula medica

QVandoquidem volumus vobis & nomina hæreſeon indicare, & nefarias apud ipſos actiones reuelare, quæ velut virus & venena exiſtunt: ſimul autem cum ipſis etiam antidotos adaptare, quæ commorſis quidem ſint auxiliares, præoccupent autem in hoc illapſuros: nam panarium quoddam, aut capſulam medicam eorum, qui à beſtiis venenatis commorſi ſunt interpretabimur, hoc eſt, librum quendam per tres conſcriptum, continentem hæreſes octoaginta, quæ ſanè beſtiarum aut reptilium morſus ſunt. Vnum verò eſt poſt octoaginta veritatis fundamentum, ſimùlque doctrina, ſalutaris tractatio, & Chriſti ſponſa, ſancta Eccleſia, quæ fuit quidem ab æterno, verum per Chriſti, in carne aduentum, iuxta temporis ſucceſſionem, prædictarum hæreſeon pars reuelata, & à nobis in illorum ſcriptorum commentariis per Chriſti prædicationẽ locata, & rurſus poſt omnia harum hęreſeon flagitia, velut refrigerium eorum, qui & hæreſeon ærũnas perlegerunt, à nobis per orationis compendium iuxta Apoſtolorum doctrinam, clarè annunciata: rogamus vt omnes ſtudioſè verſetis & præfationem, & ſequentes deinceps hæreſes, & confeſſionem pro veritate, & veritatis doctrinam, & ſanctæ catholicæ Eccleſiæ fidem. Sunt autem in toto opere per prædictos tres libros diuiſo, primum, ſecundum, ac tertium, hæc. Tres libros in ſeptem tomos diuiſimus. In vnoquoque verò tomo numerus quidam hæreſeon ac ſectarum habetur. Simul autem omnes octoaginta ſunt, quarum nomina & prætextus hi ſunt. Barbariſmus, Scythiſmus, Græciſmus, Iudaiſmus, Samaritiſmus, Ex his ſunt quæ deinceps ſequutæ ſunt. Ante aduentum quidem Chriſti, poſt Barbariſmum & Scythicam ſuperſtitionem, ex Græciſmo productæ hæ, Pythagoræi ſiue Peripatetici, Platonici, Stoici, Epicuræi. Deinde Samariticæ hęreſis ex Iudaiſmo ortæ quatuor ſunt gentes, Gortheni, Sebuęi, Doſirhæi, Eſſeni. Deinde idem prædictus Iudaiſmus, qui ab Abraham formam accepit, & per datam Moſi legem ampliatus eſt, & à Iuda filio Iacob, qui etiam Iſrael appellatur, per Dauidem Regem ex eius tribu primum cognomen adeptus eſt, ſeptem ſectas habet, Scribarum, Phariſæorum, Saducæorum, Hemerobaptiſtarum, Oſſæorum, Naſaræorum, Herodianorum, Ex his ſectis etiam poſtea iuxta temporum ſucceſſionem, apparuit ſalutaris Domini noſtri Ieſu Chriſti diſpenſatio, ſiue ipſius in carne aduentus, & euangelica doctrina ac prædicatio regni, quæ ſola fons eſt ſalutis, & fides veritatis catholicæ, ac apoſtolicæ Eccleſiæ. Ex hac autem diffractæ ac fiſſæ ſunt nomen ſolum Chriſti habentes & non item fidem, hę hæreſes, Simoniani, Menandriani, Saturniliani, Baſiliadini, Nicolaitæ, Gnoſtici qui & Stratiotici, & Phibionitæ: apud aliquos verò Coddiani appellantur, ac Borboriani, apud alios Socratitæ, apud quoſdam zacchæi. Carpocratitę, Cerinthiani, qui & Merinthiani, Nazoræi, Ebionęi, Valentini, Secundiani, quibus adduntur Epiphanes & Iſidorus. Ptolemæi, Marcoſii, Colorbaſii, Heracleonitę, Ophitæ, Caiani. Sethiani, Archontici, Cerdoniani, Marciones, Lucianiſtę, Appelleiani, Seueriani, Tatiani, Eucratitæ, Phrygaſtæ, qui & Montaniſtæ, & Taſcodrugitæ. Pepuziani, qui & Priſcilliani ac Quintilliani: Quibus annectuntur Artotyritæ, Teſſareſcædecatitæ, qui paſcha vnam diem anni faciunt. Alogi, qui Euangelium & Apocalypſim Iohannis non admittunt. Adamiani, Samphæi, qui & Helceſæi, Theodotiani, Melchiſedeciani, Bardeſianiſtæ, Noetiani, Valeſii, Cathari, qui & Nauati, Angelici, Apoſtolici, qui & Apotactici, Sabelliani, Origenei, turpia facientes: Origenes ab Origene, Origine, qui etiam Adamantius appellatur: Paulus Samoſatenſis, Manichęi, qui & Acuanitę: Hieracitæ, Meletiani, qui in Aegypto ſectam habent: Ariani, qui & Ariomanitę. Audianorum ſecta, Photiniani, Marcelliani, Semiarii, Pneumatomachi, qui ſanctum Dei Spiritum blaſphemant. Aetiani, Aetiani, qui & Anomœi, quibus coniungitur Eunomius. Dimœritę, qui non perfectam Chriſti incarnationem confitentur, qui etiam Apollinaritæ. Qui Mariam ſemper Virginem, poſtquam Saluatorem genuit, ipſi Ioſeph coniunctam fuiſſe dicunt, quos ſanè appellauimus Antidicomarianitas. Qui in nomẽ eiuſdem Mariæ Deiparæ collitidem offerunt, qui vocantur Collyridiani: Maſſaliani, quibus coniunguntur Martyriani, qui à Græcis ſunt, & Euphemitæ ac Sataniani. Porrò facta rurſus repetitionẽ ac diuiſione harum hęreſeon, indicabo in hac ſummaria repetitione, quod ex his octoaginta ſectis in primò, & deinceps in ſecundo vſque ad tertium ſint librum. Imò etiam quot ſint hęreſes in ſingulis ſeptem tomis, in quos tres libri digeſti ſunt. Habet autem res hoc modo. In primo libro tomi tres ſunt, hęreſes autem quadraginta ſex, cum appellationibus ſuis, Barbariſmi videlicet ac Scythiſmi et Græciſmi, et Iudaiſmi ac Samaritiſmi. In ſecundo verò libro tomi duo ſunt, et hęreſes viginti tres. In tertio libro tomi duo, hęreſes vndecim. In primo igitur libro primi tomi hęreſes viginti ſunt, hę ſcilicet, Barbariſmus, Scythiſmus, Græciſmus, Iudaiſmus. Græcorum differentię, Pythagoręi, ſiue Peripatetici, Platonici, Stoici, Epicurei. Samaritica hęreſis, quę ex Iudaiſmo eſt. Samaritarum gentes quatuor ſunt, Gortheni, Sebuæi, Eſſeni, Doſithęi. Iudæorum hęreſes ſeptem, Scribæ, Phariſæi, Sabducęi, Hemerobaptiſtæ, Oſſæi, Naſaræi, Herodiani. In ſecundo verò tomo primi libri hæreſes tredecim ſunt, Simoniani, Menandriani, ſaturniliani, Baſilidiani, Nicolaitæ, Gnoſtici, qui & ſtratiotici ac Phibionitæ, apud aliquos verò ſecundiani, apud alios Socratitæ, apud alios zacchæi appellati: Carpocratitę, Cerinthiani, qui & Merinthiani: Nazoræi, Ebionęi, Valẽtini, Secundiani, quibus cõnectũtur Epiphanes & Iſidorus, Ptolemęi. In tertio autem tomo eiuſdem primi libri hæreſes item tredecim ſunt, Marcoſii, Colorbaſiii, Heracleónitæ. Ophitæ, Caiani, Sethiani Archontici, Cerdoniani, Marciones, Lucianiſtæ, Apelleiani

Diuiſio librorum et tomorum.

Origenei factatur-piſſima.

Numerus ſectarum, librorum & Tomorum.

iani, Seueriani, Tatiani. Hæc eſt ſumma trium tomorum primi libri. Secundi verò libri tomi duo ſunt. Et in primo quidem ſecundi libri tomo, qui quartus eſt iuxta numeri ab initio conſequentiam, hæreſes
A decem & octo habentur, hoc modo, Eucratitæ, Phrygaſtæ, qui & Montaniſtæ ac Taſcodrugitæ: Pepuziani, qui & Quintilliani, quibus coniunguntur Artotyritæ, Teſſareſcædecatitæ, qui paſcha vnam anni diem faciunt. Alogi, qui & Euangelium & Apocalypſim Ioannis non ſuſcipiunt. Adamiani, Sampſæi, qui & Helceſæi: Theodotiani, Melchiſedeciani, Bardeſianiſtæ, Noëtiani, Valeſii, Cathari, Angelici, Apoſtolici, qui etiam Apotactici: Sabelliani, Origenei, turpia facientes: Origenei, ab Origene Adamantio. In ſecundo autem tomo eiuſdem ſecundi libri, quinto verò iuxta prædictũ numerum hæreſes quinque ſunt. Pauli Samoſatenſis hæreſis, Manichæi qui & Acuanitæ: Hieracitæ, Meletiani, qui in Ægypto ſectam fecerunt, Arriani. Atque hæc eſt tomorum ſecundi libri ſummariani repetitio. Similiter autem & in tertio libro tomi duo ſunt. Et in primo quidem tomo tertii libri, ſexto autem iuxta numerum quẽ diximus, hæreſes ſeptem ſunt, Audiani, Photiniani, Marcelliani, Semiarii, Pneumatomachi, qui Spiritũ Dei ſanctum blaſphemant, Aeriani, Aetiani, qui & Anomœi, à diſſimilitudine ac inæqualitate perſonarum in ſancta Trinitate ab ipſis inuecta, appellantur. In ſecundo verò tomo eiuſdem tertij libri, ſeptimo autem iuxta diuiſionem quam diximus, hæreſes quatuor ſunt. Dimœritæ, qui non perfectam Chriſti incarnationem confitentur, qui etiam Apollinaritæ. Et qui ſanctam Mariam ſemper Virginem poſtquam Saluatorem genuit, ipſi Ioſeph copulatam fuiſſe dicunt, quos vocauimus Antidicomarianitas. Et qui in nomen eiuſdem Mariæ Collyridas offerunt, qui ſanè vocantur Collyridiani: Maſſaliani. Et de recta ac vera fide apologia, cum compendio doctrinæ, quæ ſit ſancta catholica Eccleſia. Hæc eſt
B ſumma & enumeratio totius contra octoaginta hæreſes operis, & vnius pro veritate apologiæ, hoc eſt ſola catholica Eccleſia, in tres quidem Libros digeſta, verùm in ſeptem Tomos diuiſa. Faciam porrò rurſus ſummariam repetitionem aliam primi tomi primi libri contra viginti hæreſes tractantis. Primũ etenim omnium hæreſeon matres habentur, & exemplaria ac nomẽclatura, ex quibus omnes aliæ ortæ ſunt, & ſunt hæ. Barbariſmus, quæ per ſeipſam eſt, & durauit à diebus Adam in decem generationes vſque ad Noë. Barbariſmus autem appellatus eſt, ex eo quod eius temporis homines non habuerint principem quẽdam, aut vnam concordiam, ſed quod vnuſquiſque pro ſua ratione procedebat, & ſibiipſi lex pro propriæ voluntatis prærogatiua fiebat. Schytiſmus à diebus Noe, & poſtea vſque ad turris Babylonis ædificationem, & poſt turris tempus ad paucos annos, hoc eſt, vſque ad Phalec & Rhagau, qui ad Europæ regionem declinantes, Scythiæ parti & ipſorũ gentibus adiudicati ſunt, ab ætate Tharra & vlterius, ex quo Thraces orti ſunt. Græciſmus à temporibus Seruch exorſus per idololatriam, & ſicut quiſque tunc procedebat ſecundum aliquam ſuperſtitionem, ad ciuiliorem vitam, morésque ac ſtatuta, ita tamen, vt ſimulachra tunc cœperint poni hominum genera, quæ tunc ſequebantur ac deificabant, per colores quidem ab initio depingentes ac repræſentantes eos, qui olim apud ipſos in honore fuerunt, aut tyrannos, aut præſtigiatores, aut qui aliquid fecerunt in vita memorabile, per fortitudinem ſiue corporum robur. Deinde verò à temporibus Tharra patris Abraham, etiam per ſtatuas idololatriæ errore inducto, primos ſuos parentes colentes, & eos qui ante ipſos vita functi erant fabricantes,
C ex ſingulari primum arte, deinde, quum omnes artes ad imitationem excitarentur, ædificatores quidem lapidem ad hoc cædentes ac exſculpentes: argẽtarii verò & aurifuſores per propriam artis ſuæ materiam effingentes. Ita etiam fabri lignarii, ac reliqui. Aegyptii autem & Babylonii, ſimulque Phryges ac Phœnices, huius ſuperſtitionis primi autores fuerunt, tum ſtatuariæ, tum myſteriorum, à quibus plurima ad Græcos translata ſunt, ab ætate Cecropis, & deinceps. Deinde verò & longè poſtea, Saturnum & Rheam, Iouẽmque ac Apollinem, & alios deos declararunt. Græci verò appellati ſunt Hellenes, ab Hellene quodam viro, qui in Græcia habitauit, & regionem ex ſuo nomine Hellada vocauit: aut, vt alii tradunt, ab elæa, hoc eſt olea, quæ Athenis enata eſt. Iones autem horum principes fuerunt, velut rei ſinceritas habet, ab Ione vno quodam viro ex his, qui turrim ædificauerunt, quando linguæ omnium diuiſæ ſunt. Ob quam cauſam etiam Meropes omnes appellati ſunt, propter partitam vocem. Poſtea verò Græciſmus in ſectas redactus eſt prioribus temporibus, Pythagoreorum videlicet & Stoicorum, Platonicorúmque & Epicureorum, ac reliquorum. Porrò diuini cultus forma ſimul fuit & naturæ lex in vitam inducta, ſeparans ſeipſam ab his gentibus, à iactis mundi fundamentis vſquẽ huc, media exiſtens inter Barbariſmum, Scythiſmum, ac Græciſmum: donec coniuncta eſt diuino ipſius Abraę cultui, & poſtea factus eſt Iudaiſmus, à temporibus Abraam formam adeptus, & per Moſem ſeptimũ ab Abraam, per legem datam ipſi à Deo dilatatus, à Iuda verò filio Iacob, qui & Iſrael appellatus eſt, per Dauidem qui primus ex eiuſdem tribu regnauit, perfectum Iudaiſmi nomen ſortitus. Differentiæ autem Græcorum hæ ſunt, Pythagorei, ſiue Peripatetici, qui vnitatem & prouidentiam & prohibere ſacrificare diis docent, item animatis non veſci, & à vino abſtinere. Decreuerunt autem ſimul ea, quæ à Luna & ſupra Lunam ſunt immortalia eſſe, quæ verò infrà mortalia. Et tranſire animas à corporibus ad corpora, vſque ad animalia & beſtias omnis generis. At horum præceptor ſilentium agens, ſeipſum Deum nominauit. Platonici Deum & materiam ac formam prodiderunt, & mundum factum ac corruptibilem eſſe. Animam verò ingenitam, & immortalem ac diuinam, eſſe autem partes ipſius tres, Rationalem, impetuoſam, quæ ira concitatur, & cupiditate præditam. Vxores verò omnibus communes
D eſſe, & nullum vnam propriam habere debere, ſed vnumquemque cum qua velit, illa item volente coire. Tranſitum verò animarum ſimiliter in diuerſa, corpora omnis generis animantium. Simul autem & deos multos ex vno docuerunt. Stoici vniuerſum eſſe corpus docuerunt, & ſenſibilem

Barbariſmi appellatio.

Thracum origo. Idolorum cultus origo.

Tharra pater Abraæ.

Hellenes, cur dicti Græci.

Meropum appellatio.

Pythagoræ dogmata.

platonicorũ dogmata.

Stoicorũ placita.

hunc mundum Deum putauerunt. Quidam verò ex ignis essentia naturam ipsum habere pronunciãt. Et Deum quidem mentem decernũt,& velut animam totius amplitudinis cœli ac terræ,corpus autem eius esse vniuersum,velut dicit,luminaria verò oculos. Carnem autem omnium perire. Animam verò omnium à corporibus ad corpora transire. Epicurei atomos & indiuisibilia corpora, similariáque ac infinita,vniuersorum principium esse statuerunt. Et finem fœlicitatis esse voluptatem docuerunt. Et neque Deum,neque prouidentiam res gubernare. Samaritismus,& ab ipso appellati Samaritæ. Hic est à Iudaismo,antequam deuenirent hæreses ad Græcos. Postquam verò cœpit esse Græcorum superstitio, medium eius & Iudaismi obtinuit. Originem autem accepit à temporibus Nabuchodonosor & captiuitate Iudæorum. Ipsi verò Samaritæ inquilini sunt ab Assyriis in Iudæa,& receperunt solùm quinque libros Mosis,quum Rex misisset ipsis à Babylone per sacerdotem Esdram appellatum. Omnia Iudæorum habent,præter quam obominati gentes,& neque attingere aliqua, & præterquam quod negãt resurrectionem mortuorum,& alias prophetias post Mosem. Samaritarum gentes quatuor sunt,Gortheni,qui alius temporibus festiuitates agunt, quàm Sebuæi. Sebuæi, qui propter eandem causam infestis celebrandis à Gortheni dissentiunt. Esseni, qui neutris aduersantur,sed cum quibuslibet indiscriminatim festa celebrant. Dosithei,in iisdem gentibus velut Samaritæ vitam degunt,circumcisione & sabbato atque aliis vtuntur,& quinque libris Mosis: Amplius autem quàm alii seruant abstinentiam ab animatis,& frequentius in ieiuniis viuunt. Quidam ipsorum etiam virginitatem seruant, alii continenter agunt. Credũt autem mortuorum resurrectionem,quod alienum est à Samaritis. Iudæorum hæreses septem sunt. Scribæ,qui legales fuerũt,& expositores traditionum seniorum apud ipsos, per superfluam superstitionem consuetudines seruantes,quas ex Lege non didicerunt,verùm sibiipsis præscribentes simulachra iustificationis legis. Pharisæi,hoc est separati,qui exactissimam vitam degebant, & longè aliis integriores. Apud quos etiam mortuorum resurrectio, velut etiam apud Scribas, & de Angelis ac Spiritu sancto,quod sit assensus. Vita autem diuersa,continẽtia vsque ad tempus,& virginitas,ieiuniũque per sabbatum. Vrceorum ac patinarum & poculorum purificationes,velut etiam apud Scribas. Decimationes & primitiæ,& assiduæ preces,& habitus superstitiosus indumentorum,per amicula,& dalmaticas,atque pallia,& dilatationes phylacteriorum,hoc est signorum ac notarum purpuræ,& imbriarum ac prætextuum in aliis palliorum,quæ sanè fuerũt signa continentiæ apud ipsos ad tempus. Iidem etiam nationitates introduxerunt,ac fatum. Sadducæi,hoc est iustissimi,ex genere quidem erant Samaritarum, simúlque sacerdotis Sadduc nomine: mortuorum verò resurrectionem negabant, & non admittebant Angelum,neque spiritũ,per omnia verò alia Iudæi erant. Hemerobaptistæ hi per omnia qui dem Iudæi fuerunt,dicebant autem neminem assequi vitam æternam,nisi quis quotidie baptizaretur. Osseni,quos impudentissimos interpreteris. Hi omnia secundum legem perficiebant. Vtebãtur autem & scripturis aliis post Legem,pleróque verò ex posterioribus Prophetis reiiciebãt. Nasaræi, quos interpretari possis rebellatores aut dissipatores,omnem carnis esum interdicunt,animatis penitus non fruũtur. Vsque ad Mosen & Iesum Naue sanctis in quinque Libris Mosis nomine patriarchis vtentes,ipsísque credentes,Abrahã inquam,& Isaac,& Iacob,ac superioribus,ipsóque Mose et Aaron ac Iesu. At ipsorum quinque librorum Mosis inscriptorum scripta,docent non esse Mosis,sed alia præter ea se habere affirmant. Herodiani: hi Iudæi quidem erant per omnia, Herodem verò Christum sperabant, et huic tum honorem,tum nomen Christi, attribuebant. Hic est primus tomus,continens contra omnes has viginti hæreses tractationem. In ipsi verò habetur etiam de Christi aduentu tractatio,et veritatis cõfessio,quæ vna et sola est vera Dei fides. Atque hactenus quidem procedit viginti hæreseon contradictio,et de fide atque aduentu Christi in carne tractatio. Statim enim et eueſtigio accesit Domini nostri Iesu Christi in carne aduentus, qui prædictas septem hæreses in Hierosolymis deprehendit, et virtus ipsius has extinxit ac dispersit. Deinceps verò post ipsius aduentum,posteriores omnes hæreses fuerunt: dico autem,postquam nuncium accepit Maria in Nazaret,et concepit Verbum quod est ècœlo ex sinibus paternis,genitum sine tempore et sine principio. Venit autem in extremis diebus Deus Verbũ, ex Deo patre verè genitus,coessentialis existens patri,et nihil à patre alteratus,sed immutabilis et inalterabilis existens, passioníque omnino exors, sed qui tamen nostro generi compassus est, et descendit de cœlo,conceptus non ex semine viri,sed ex Spiritu sancto verè,corpus de Maria adeptus,ita vt effor marit sibiipsi carnem à sancta matre,et animam humanam ac mentem acceperit,et totum quicquid est homo in seipsum cum sua ipsius Deitate vniuerit: natúsque est in Bethleem, circumcisus, oblatus in Hierosolymis,in vlnas acceptus à Symeone, confessionem faciente de ipso prophetissa Anna filia Phanuelis assumptus in Nazaret,venítque sequenti anno vt conspiceretur coram Domino, et fuit in Bethleem propter cognitos à matre gestatus,et rursus in Nazaret sublatus est,et secundum annorum circuitum in Hierosolyma venit, gestatus à propria matre. In Bethleem in domum descendit cum propria matre,et Ioseph sene,qui cum Maria erat: atque isthic secundo anno natiuitatis suæ visitatus est,munera accepit. Et in ipsa nocte quum Ioseph ab Angelo responsum accepisset,in Ægyptum translatus est, et vbi eo descendisset rursus post duos annos rediit,mortuo Herode et Archelao successore. Namtrigesimo tertio anno Herodis, quadragesimo verò secundo Augusti regis, nascitur Saluator in Bethleem Iudææ. Descendit autem in Ægyptum trigesimo quinto anno Herodis. Rediit deinde ab Aegypto post Herodis mortem. Quare in tricesimo septimo anno principatus Herodis, puer erat annorum quatuor. Herodes enim impleto trigesimo septimo, è vita decessit.

Archelaus verò nouem annis regnauit. Itaque Ioseph quum audisset Archelaum regnare,exiuit cum Maria et puero,et secessit in partes Galilææ,et habitauit in Nazaret. Archelaus verò genuit Herodẽ iuniorẽ,et re-

Epicureorum placita.

Samaritarum sectæ

Iudeorum hæreses.

Dalmaticæ Phylacteria.

Leuitas hæreticorum.

Christi aduentus.

Christus quando natus.

A

B

C

D

& regnauit Herodes nono anno regni patris sui Archelai iuxta successionem, & facti sunt tredecim annì, qui in aduentu Christi in carne supputantur. Ac decimo octauo anno Herodis, appellati Agrippæ, cœpit Iesus prædicare, & baptismum à Ioanne tunc accepit, & prædicat annum acceptum, à nemine
A contradictionem sustinens, neque à Iudæis, neque à Græcis, neque à Samaritis, neque à quopiam alio, deinde contradictionem habens prædicauit annum secundum. In vicesimo verò anno Herodis Tetrarchæ appellati. fit salutaris passio, & à passione alienitas, gustus mortis vsque ad crucem, patientis in veritate, verum passionis exortis in Deitate. Christo enim passo pro nobis carne, ait Scriptura. Et rursus, Mortificatus quidem carne, viuificatus autem spiritu, & cætera: crucifigitur, sepelitur, descendit ad inferna in Deitate & in anima, captiuam ducit captiuitatem, & resurgit tertia die cum suo sancto corpore, vnito corpore cum Deitate, quod non amplius soluitur, non amplius patitur, non amplius morti subiectum est, velut Apostolus dicit: Mors ipsi nō amplius dominatur. Ipsum corpus verè, ipsam carnem, ipsam animam, ipsa illa omnia, non aliud quid præter id quod est corpus, sed ipsum quod est fortificauit, & in vnam vnitatem, & in vnam Deitatem vniuit, carnale, incorruptibile, corporale, spirituale, crassum, attenuatum, mortale, immortale, ita vt non videritpenitus corruptionem, non relicta anima in inferno, non diuiso organo ad peccatum, non polluta mente ad mutationem, sed susceptis omnibus quæ sunt hominis, & omnibus perfectè seruatis concedente deitate veræ humanitati, in necessitatibus honestis. corporalibus ac animalibus, & ex mente humana requisitus ad perfectionem, hoc est in fame, siti, eiulatu, tristicia, lachrymis, somno, labore & quiete. Hæc enim non peccati species sunt, sed verissimæ humenitatis signa, deitate in veritate præsente, & humana non patiente, sed deitate in ea quæ honesta erant, & fieri oportebat consentiente, & in ea quæ extra peccatum ac mutationem interdictam existunt. Sed & resurrexit, & foribus conclusis ingressus est, vt crassum tenue ostenderet, ipsum quod
B erat cum carne & ossibus.

Passio Christi quo tempore euenerit.

Postquam enim ingressus est, ostendit manus & pedes, & latus perforatum, ossáque ac neruos, & alia, vt non esset imaginatio quod videbatur: fideique ac spei nostræ promissionem confirmabat per seipsum, omnia perficiens, & cibum vnà capiens & cohabitans, non in apparentia, sed veritate: Eruditéque docuit prædicare regnum cœlorum in veritate, magnum ac summum illud indicans discipulis, ac dicens, Docete gentes, hoc est transmutate gentes à malicia ad veritatem, ab hæreticis sectis ad vnam deitatem, baptizantes ipsos in nomen patris & filii & Spiritus sancti, in dominicam nomenclaturam Trinitatis, sanctum & regium sigillum: quò ostenderet ex nomine nullam alterationem esse vnius vnitatis. Vbi enim hi qui baptizantur, iubentur in nomen patris baptizari, certa fit glorificatio, in nomen filii, non deficientis est nomenclatura, in nomen sancti Spiritus, non est diuisa vnitas, neque ab vna deitate abalienata. Assumptus est in cœlos in ipso corpore, & anima ac mente, quæ conuenit in vnam vnitatem, & vnam spititualem substantiam, & diuina effecit. Sedet in dextera patris, missis præconibus in totum orbem terrarum, Simone Petro, Andrea fratre eius, Iacobo & Ioanne filiis Zebedæi, quos olim elegerat, Philippo & Bartholomæo, Matthæo, & Thoma, Iuda, & Thadæo, Simone Zelota, & Iuda Iscariota, qui etiam proditor ipsius factus est: & aliis septuaginta duobus. Ex quibus erant septem viduis præfecti, Stephanus, Philippus, Prochorus, Nicanor, Timon, Parmenas & Nicolaus, & ad hos Matthias, qui pro Iuda postremum allectus est inter duodecim Apostolos. Et cum his omnibus, Marcus, Lucas, Iustus, Barnabas, Apelles, Rufus, Niger, & reliqui ex Septuaginta duorum numero. At post hos omnes & cum ipsis, elegit Paulum sanctissimum Apostolum, & per propriam vocem è cœlo, Apostolum simúlque præconem gentium, & apostolici ministerii impletorem ipsum misit. Qui reperit Lucam
C ex septuaginta duorum disperſorum numero, ipsúmque sectatorem accepit, & in Euangelio auxiliarium. Hoc itaque modo absoluta est tota euangelica tractatio, vsque ad hoc tempus. Atque hucusque erit mihi sermo de viginti sectis, & de euangelica mundi per Christum ac discipulos eius facta illuminatione, per consequentiam & in compendio. Quibus etiam similia colligere ac apponere licet vaticinia ac prophetias, ex lege & psalmis, itémque aliorum cōsequentias ac ductus videre, ac certitudinem comprehendere, quod non spurius, sed verus, & ab omni veteri Testamento præannunciatus, ac minimè ambiguus est Christi aduentus, & euangelica doctrina. Quò verò non in nimiam molem extēdam operis tractationem his contentus ero. Progressione autem facta consequenter etiam eas, quæ postea in mundo exortæ sunt per malum prætextum, opiniones similiter describam. Hæc enim insunt in secundo tomo primi libri, qui de tredecim sectis tractat. Quarum prima est Simonis Magi, qui statim post Christum adhuc prædicantibus Apostolis apparuit, à quo etiam Simoniani appellati sunt, eiusdem hæresi addicti. Hic ex Samaria originem ducebat, è vico Gittharum. Christi verò nomen subiit solùm. Docuit turpia facere, & coitum inquinationis, vxorúmque indifferentiam. A corporibus autem reiecit resurrectionem. Et mundum dicebat Dei non esse. Imaginem suam & Helenæ scorti, quòd cum ipso erat, velut Iouis & Mineruæ, discipulis suis adorandum proponebat. Dicebat insuper seipsum, Samaritis quidem patrem, Iudæis verò Christum. Menandriani à Menandro quodam appellati sunt, qui in aliqua re differt à Simonianis, & mundum ab Angelis factum esse dicebat. Saturniliani, qui in Syria Simonianorum turpia facta corroborarunt, verùm alia à Simonianis prædicabant, quò magis admirationi essent. Originem à Saturnilo habuerunt, qui & ipse velut Menander, mundum ab Angelis factum esse asserebat, atque his solùm septem, iuxta superni patris sententiam. Basilidiani. Eiusdem turpis operationis actores, à Basilide; qui vnà cum Saturnilo Simonianorum & Menandrianorum discipulus fuit: & aliqua similiter sentiebat, in aliquibus verò
D dissentiebat.

Finis eruditionis Christi.

Discipuli Domini.

Libri tredecim sectarum.

dissentiebat. Dixit autem trecentos sexaginta quinque cœlos esse, & his nomina angelica imposuit: propterea quod etiam annus tot dierum sit. & Abrasax nomen virtutis eúdem numerum referat, nimirum ccclxv. & hoc nomen Spiritum sanctum esse dicit. Nicolaitæ, à Nicolao, qui viduis ab apostolis præfectus fuit, Hic ob zelum propriæ uxoris, turpia facere discipulos suos vnà cum aliis docuit, & de Caulaucauch & Prunico, atque aliis barbaricis nominibus, quæ mundo scelestus inuexit. Gnostici easdem hæreses susceperunt, verùm plus omnibus turpitudinem furiosè operati sunt. In Ægypto autem Stratioti ci appellati sunt, & Phibionitæ, in superioribus verò ac orientalibus partibus Secundiani. In aliis partibus Socratitæ, apud alios Zacchæi. Alii verò Coddianos ipsos dicunt, alii Borboritas eos vocant. Carpocratiani, à Carpocrate quodam in Asia, qui omnem turpem actionem perficere docebat, & omne stu dium peccati. Et nisi quis, inquit, per omnia pergressus fuerit, & voluntatem omnium dæmonum ac Angelorum perfecerit, non poterit ad supernum cœlum transcendere, neque principatus ac potestates præterire. Dicebat Iesum animam intellectualem suscepisse, & quum nosset superna, ea etiam hic annunciasse, & si quis similia Iesu faceret, eum eadem virtute præstare. Legem verò cum mortuorum resurrectione reprobabat, velut sectæ à Simone ortæ. Huius fuit Marcellina illa in Roma. Imagines fecit occultè Iesu & Pauli, & Homeri ac Pythagoræ: his suffitum faciebat, eásque adorabat. Cerinthiani, qui & Merinthiani: à Cerintho & Merintho, Iudæi quidam, qui circumcisionem iactant. Mundum verò ab Angelis factum esse dicunt, Iesum autem iuxta profectum Christum appellatum esse. Nazorẽi, hi Iesum quidem confitentur esse filium Dei, omnia verò secundum legẽ faciunt. Ebionæi, prædictis Cerinthianis ac Nazoræis similes. Quibus coniuncta fuit aliqua parte Sampsæorum & Helcesæorum hæresis. Hi Christum dicũt creatum esse in cœlo, itémque Spiritum sanctum. Aduenisse autem Christum in Adam primùm, & iuxta tempus exuisse ipsum Adam, & rursus induisse, hoc verò aiunt perfecisse ipsum in aduentu suo in carne. Quum autem Iudẽi essent, Euangeliis vsi sunt, carnis esum abominantur. Aquam pro Deo habent, Christum verò hominem in aduentu in carnem induisse asserunt, veluti dixi. Assiduè merguntur in aquis æstate ac hyeme, ad purificationem videlicet, velut Samaritæ. Valentiniani carnis resurrectionem reprobant, vetus Testamentum spernunt, itémque Prophetas, legentes quidem ac suscipientes ea, quæ ad similitudinem sectæ suæ figuratè exponi possunt. Verùm alia fabulamenta obiter inducentes, triginta seculorum nomenclaturas proferunt masculorum ac fœminarum, simul ex patre vniuersorum generatorum, quæ & deos putant ac secula, Christum verò è cœlo corpus intulisse, & velut per canalem, Mariam ipsam penetrasse. Secundiani, quibus coniungitur Epiphanes & Isidorus, qui & ipsi iisdem coniugationibus vsi sunt, eadem cum Valentino sentientes, verùm alia quodammodo ab ipsis exponentes. Apponunt iidem turpem operationem docentes. Reprobant autem etiam hi carnis resurrectionem. Ptolemæi. Et hi Valentini fuerunt discipuli, quibus coniungitur & Flora. Eadem verò etiam ipsi de coniugationibus dicunt, quemadmodum Valentinus & Secundiani, verùm in quadam parte etiam hi ab ipsis differunt. Atque hæc est summa secundi tomi primi libri, tredecim hæreses continentis. Cæterùm in tertio tomo eiusdem primi libri aliæ tredecim hæreses sunt, hæ scilicet. Marcosii. Marcus quidam fuit Colobarsi condiscipulus, duo principia & ipse introducens. Reprobat autem mortuorum resurrectionem. Imaginationes vero quasdam per pocula ex incantatione in cœruleum ac purpureum colorem transmutans, pelliciebat ad se ac sacra sua deceptas mulierculas. Sed & ipse omnia viginti quatuor literarum putari vult, similiter vt Valentinus Colorbasii, & hic Colorbasus similiter eadem narrans, in aliqua vero parte differens ab aliis sectis, à Marco, inquam, ac Valentino, emissiones & octonarios aliter docuit. Heracleonitæ, & ipsi octonariorum fabulamento ducũtur, aliter vero quàm Marcus, & Ptolemæus, ac Valentinus, atque alii. Sed & ad finem eos, qui apud ipsos moriuntur, similiter vt Marcus redimunt, per oleum & balsami succum & aquam, nomenclaturas quasdam per Hebraicas voces admurmurantes, super caput videlicet eius qui liberatur. Ophitæ serpentem glorificant, & hunc Christum putant, habent autem reptile hoc incista quadam. Caiani, similiter cum superioribus legem & eum, qui loquutus est in lege reprobant, carnisque resurrectionem negant. Et Cain glorificant, fortioris virtutis ipsum esse dicentes. Simul autem & Iudam demirantur ac laudãt, item Core, & Dathan ac Abiron, imo etiam Sodomitas. Sethiani: hi rursus ipsum Seth glorificant, asserentes ipsum esse ex pœnitentia supernæ matris, quæ post occisum Abel à Cain, superno patri congressa sit, & purum semen ipsum Seth produxerit. Ex quo deinceps deductum est omnium hominum genus. Sed & ipsi principatus ac potestates, & quæcunque alii docent, docuerũt. Archontici: hi rursus ad multos principes vniuersum referunt, & quæ facta sunt ex his facta esse dicunt. Deprehenduntur autem & in turpitudine quadam capti, carnis resurrectionem negant. Vetus Testamentum calumniantur. Vtuntur autem & veteri & nouo Testamento, singula verba ad suam sententiam falso trahentes. Cerdoniani, à Cerdone Heracleonis discipulo erroris participationem susceperunt, qui ex Syria Romã profectus est, & prædicationem suam exposuit temporibus Hygini episcopi. Duo autem principia hic prædicat inter se contraria, non esse vero christum genitum. Similitérque mortuorum resurrectionem negat, itémque ea quę habentur in veteri Testamento. Marcioniſtæ: Marcion à Ponto originem ducẽs, episcopi quidem filius erat, verùm vbi virginem corrupisset, aufugit, propterea quod expelleretur ex Ecclesia à proprio patre. Quum autem Romam adiisset, & pœnitentiam ac veniam petiisset ab his qui illo tempore isthic erant, & assequutus non esset, elatus est contra fidem, & tria principia induxit ac docuit, Bonum, & iustum, ac malum, essęque nouum Testamentum alienum à veteri, & eo qui in ipso loquutus est. Carnis resurrectionem negat. Baptisma dat non solùm vnum, sed & duo, & tria post lapsum. Pro mortuis autem in fide instructis alios baptizat, intrepidè verò etiam mulieribus permittit vt

Carpocratiani.

Error impius.

Nazoræi impii.

Valentiniani impietas.

Secundiani falsitas

Idololatria circa Ophitę serpentem.

Origo Marcionis.

A B C D

lauacrum

lauactum dent. Lucianiſtæ: Lucianus quidam antiquus, non is qui nunc temporibus Conſtantini vixit, omnia ſecundum Marcionem docuit. Et ad hæc, alia præter Marcionem, abundantius nimirum tradi-
A dit. Appelleiani: & hic Apelles ſimiliter vt Marcion & Lucianus docet, vitupetans omnem creaturam, & ipſum creatorem. Non autem ſimiliter his tria principia introduxit, ſed vnum principium & vnum Deum, qui ſit ſummus & innominatus, ipſum verò vnum feciſſe alium, & hic factus improbus comper tus, mundum in ſua malicia fecit. Seueriani: Seuerus quidam rurſus Apellem ſequens vinum reiicit. Et vitem ex draconi formi Satana ac terra inter ſe congreſſus productam eſſe fabulatur. Mulierem autem auerſatur, ſiniſtræ virtutis ipſam eſſe aſſerens. Nomenclaturas verò quaſdam principum, & libros quoſ-dam Apocryphos introduxit. Similiter autem velut alii carnis reſurrectionem negat, itémque vetus Te ſtamentum. Tatiani. Tatianus hic eodem tempore cum Iuſtino martyre ac philoſopho vixit, verùm poſt mortem Iuſtini martyris ac philoſophi, corruptus eſt Marcionis dogmatibus, diſcipulúſque ipſius fuit, atque eadem quæ ipſe docuit, aliis etiam præter ipſum appoſitis. Dicebatur autem à Meſopotamia originem ducere. Hæc eſt ſumma trium Tomorum primi libri per quadraginta ſex hæreſes. At in primo tomo ſecundi Libri, quarto verò iuxta numerum tomorum ab initio conſequentium, hæreſes ſunt decem & octo, hoc modo. Encratitæ, qui ſunt auulſio Tatiani, nuptias reiiciunt, ex Satana has eſſe dicentes. Omnem autem animatorum eſum vitant. Phrygaſtæ, qui & Montaniſtæ ac Taſcodrugitæ, vetus ac nouum Teſtamentum ſuſcipiunt, alios verò Prophetas introducunt poſt Prophetas, Montanum quendam iactantes ac Priſcillam. Pepuziani, qui & Quintiliani, quibus coniunguntur Artotyritæ, ex Phrygaſtarum numero hi ſunt, verùm alia præter illos docent, Pepuzam ciuitatem quandam deſertam in medio Galatiæ ac Cappadociæ ſitam admirantes, & hanc Hieruſalem putantes. Eſt autem & alia Pepuza. Mulieribus tribuunt vt imperent, & ſacerdotio fungantur. Sacra verò faciunt, puerum quendam
B iuuenem compungentes. Et ſanè Quintillæ, aut etiam Priſcillæ Chriſtum illic in Pepuza reuelatum eſſe, in fœminæ ſpecie, fabulantur. Vtuntur veteri ac nouo Teſtamento, iuxta mentem propriam tranſmutantes. Teſſareſcædecatitæ, qui vnam anni diem paſcha perficiunt. In quamcunque verò diem inciderit decimaquarta Lunæ, ſiue in ſabbatum, ſiue in dominicam, illam ieiunantes ac vigilantes celebrant. Alogi, ſic à nobis appellati, qui Euangelium Ioannis, & eum qui in ipſo eſt ex ſupernis à patre ſemper Deus Verbum reiiciunt. Ipſum ſanè Euangelium ſecundum Ioannem non ſuſcipientes, neque ipſius Apocalypſim. Adamiani, à quodam Adam viuente appellati, ludibrii magis quàm veritatis dog ma habent. Nudi enim velut ex matre, tum viri tum fœminæ, ſimul congregantur, & ſic lectiones ac preces, & quæcunque tandem perficiunt. Solitariè autem degunt, & continentiam exercent, & nuptias non admittunt. Et Eccleſiam ſuam paradiſum eſſe putant Sampſæi, qui & Helceſæi, hi adhuc hodie Arabiam inhabitant, in regione vltra mortuum mare ſua. Qui ſanè ab Elxai quodam falſo propheta ſeducti ſunt. Cuius ex genere adhuc hodie reſtant Marthis & Marthana duæ mulieres, quæ adorantur ab hæreſi velut deæ. Habent autem omnia ſimiliter velut Ebionæi. Theodotiani, à Theodoto coriario Bizantino appellati ſunt. Hic ſummus in eruditione Græca fuit. Quum autem tunc perſequutio fieret eius cum aliis quibuſdam, ſolus elapſus, quum illi martyrium ſubiiſſent, eo quòd id ipſi obiiceretur, Chriſtum nudum hominem dicere excogitauit, & ne in crimen veniret, quòd Deum abnegaſſet, ſic do cuit. Melchiſedeciani, hi Melchiſedec colunt, virtutem quandam ipſum aſſerentes, & non nudum hominem, & in huius nomen omnia reducere ac dicere audentes. Bardeſianiſtæ: Bardeſianus hic ex Meſopotamia originem ducebat, & primùm quidem veram fidem habebat, & in ſapientia celebris erat. Verùm poſtea declinauit à veritate, & ſimilia Valentino docuit, exceptis paucis quibuſdam, in quibus à Valentino diſſentit. Noetiani, hic Noetus ex Smyrna Aſiæ fuit, elatione verò euectus cum aliis quibuſdam, filium & patrem Chriſtum docuit, eundémque eſſe patrem & filium, ac Spiritum ſanctum.
C Seipſum verò dicebat eſſe Moſem, & fratrem ſuum dicebat eſſe Aaron. Valeſii: hi velut accepimus Bacathum inhabitant, qui principalis pagus eſt Arabiæ Philadelphię. Hi accedentes ac hoſpitio exceptos caſtrant, plures verò ipſorum eunuchi exſecti ſunt. Quædam alia docent hæreſis plena, delentes Legem ac Prophetas, & quaſdam alias turpes actiones introducentes. Cathari, hi cum Nauato Romano coniuncti, & digamos penitus reiiciunt, & pœnitentiam non admittunt. Angelici, hi omnino defecerunt. Gloriabantur autem ſe habere angelicum ordinem, vt propterea nomen illud habeant, A poſtolici, qui & Apotactici, & ipſi circa Piſidiam ſolùm ſunt, & Aporacticos ad ſeipſos ſuſcipiunt. Propinqui autem ſunt Encratitis, verùm alia etiam præter hos ſentiunt ac docent. Sabelliani, hi ſimilia Noetianis ſentiunt, præter hoc ſolùm, Dicunt enim non paſſum eſſe patrem. Origeniani, à quodam Origene. Turpia autem operantur hi, nefanda facientes, & corpora ſua corruptioni tradentes. Origeniani alii, ab Origene, qui & Adamantius & Compoſitor appellatur. Hi mortuorum reſurrectionem reiiciunt, Chriſtum autem creaturam, itémque Spiritum ſanctum introducunt. Paradiſum verò & cœlos, & alia omnia tropicè ac figuratè interpretantur. Et Chriſti regnum finem habiturum eſſe, audent dicere. Hæ rurſus ſunt decem & octo hæreſes primi tomi ſecundi libri. In ſecundo verò tomo eiuſdem libri, quinto verò iuxta prædictum numerum, quinque hæreſes ſunt, hæ ſcilicet. Pauli Samoſatenſis, qui epiſcopus fuit Antiochiæ magnæ. Hic parum abeſtut affirmet Chriſtum in ſubſtantia non eſſe, verbum prolatitium ipſum eſſe confingens, ita vt quæ de ipſo in Diuinis Scripturis dicta ſunt prædictorio more ſe habeant, ipſe verò non exiſtat, niſi à Maria & hucuſque ab aduentu ſuo in car-
D ne. Manichæi, qui & Acuanitæ, Manis Perſæ diſcipuli, Chriſtum figura dicunt. Solem & Lunam colunt, aſtris item ac virtutibus & dæmonibus ſupplicant. Principia duo introducunt, bonum & malum, Chriſtum autem in apparentia apparuiſſe dicunt, & in apparentia paſſum eſſe. Vetus Teſtamentum

Tatianus Iuſtino martyri contemporaneus.

Alogi cur appellati.

Theodotiani.

Angelicꝰ ordo hæreticorum.

amentum & Deum, qui in ipso loquutus est, maledictis impetunt. Mundum verò non totum, sed partem ex Deo factam esse asserunt. Hieraciтæ, ab Hierace Leontopolita Aegyptio, expositore quodam ac magistro. Carnis resurrectionem reprobant. Vtuntur veteri ac nouo Testamento, & nuptias in totũ prohibent. Solitariam vitam degentes, & virgines, & continentiam exercentes, & viduas suscipiunt. A

Carnis resurrectionis reprobatio.

Pueros verò qui nondum ad ætatis vigorem peruenerunt, regni participes fieri negant, eò quòd nondum decertarunt. Meletiani in Aegypto secta sunt, & non hæresis, vt qui non preces faciunt cum his, qui in persecutione lapsi sunt. Nunc autem Arianis coniuncti sunt Arriani, qui & Ariomanitæ. Filium Dei, creatutam dicunt, & Spiritum sanctum creaturam creaturæ. Carnem solum Saluatorem à Maria accepisse affirmant, & non animam. Erat autem hic Arius presbyter Alexandrinæ Ecclesiæ. Hæc est secundi tomi secundi libri summa, qui quintus est iuxta consequentiam ab initio, & quinque hæreses cõtinet. At verò in primo tomo tertii libri, sexto autem iuxta numerum quem diximus, septem hæreses sũt vnà cum sectis, sic. Audiani, rebellio & secta, non tamen hæresis. Hi conuersationem ac vitam bene ordinatam habent. Habent autem per omnia fidem velut catholica Ecclesia. Plerique in monasteriis habitant. Vtuntur & apocryphis multis abundè. Nobiscum verò preces non faciunt, vituperantes episcopos nostros, diuites ipsos appellantes, itemque alios. Faciunt & pascha priuatim, quando Iudæi id faciunt. Habent & priuatum quiddam ac contentiosum, durissimè id quod secundum imaginem est interpretantes.

Priuatum pascha.

Photiniani. Hic Photinus ex Syrmio oriundus, & adhuc hodie superstes, Paulo Samosateno similia sensit, verum in aliqua parte ab illo dissentit. Sed & ipse à Maria & hucusque Christum asserit. Marcelliani, à Marcello ex Ancyra Galatiæ. Hic in principio diffamatus est, velut qui similia Sabellio sentiret. Quum autem sæpe se defendisset, & scriptis se purgasset, à multis accusatus est velut, qui in iisdem permaneret. Fortassis autem pœnitentia ductus seipsum correxit, aut etiam discipuli ipsius. Nam pro ipso & pro discipulis eius quidam orthodoxi medio modo rationem reddunt. Semiarii. Hi B Christum quidem creaturam confitentur, per ironiam verò ac cauillum, creaturam ipsum asserunt. Nõ velut vnam ex creaturis, sed filium, inquiunt, ipsum dicimus, verum eò, quòd non afflictionem induxit patri per hoc quod genuit, creatum ipsum dicimus. Et spiritum sanctum similiter creaturam esse penitus decernunt, reiicientes filii coessentialitatem, volunt autem dicere similem essentia, & non coessentialem. Alii verò ex ipsis etiam similem essentia reprobant. Pneumatomachi. Hi de Christo quidem recte sentiunt, verùm spiritum sanctum blasphemant, creatum ipsum pronũciantes, & qui non sit ex deitate, imò abusiuè propter propriam efficaciam ipsum creatum esse, sanctificantem virtutem ipsius solũ esse asserentes.

Ob Arrianismi suspicionẽ rectus Episcopus.

Aeriani. Hic Aetius è Ponto originem duxit, & adhuc hodie supereſt tentatio vitæ. Presbyter hic erat episcopi Eustathii, qui pro Arriano habitus est, & ab episcopatu reiectus. Quandoquidem verò ipse Aerius non constitutus est episcopus pro Eustathio, multa contra Ecclesiam docuit, fide quidem existens Arrianus perfectissimus, verùm amplius docet, nõ oportere offerre pro his, qui obdormierunt. Prohibet autem & ieiunare quarta, & pro sabbato, & quadragesima, & paschate. Renunciationem verò prædicat, & carnis esu omnis generis vtitur, & voluptatum deliciis licentissimè. Si verò quis ex discipulis eius ieiunare velit, Ne in diebus ordinatis hoc facito, inquit, sed quando volueris. Asserit idem episcopum presbytero non esse excellentiorem. Aetiani, ab Aetio Cilice, qui fuit diaconus sub Georgio Arrianorum episcopo Alexandriæ. Hi etiam Anomœi, id est, inæquales appellantur, ab aliquibus verò Eunomiani, propter Eunomium quendam Ætii discipulum, qui adhuc supereſt. Cum ipsis verò erat & Eudoxius Arrianissans, verùm propter timorem Regis Cõstantini seperauit seipsum, & solus Aetius exterminatus est. Permansit tamen Eudoxius Arrianissans, non autem secundum Aetium. Hi Anomœi & Aetiani, Christum & spiritum sanctum penitus à Deo abalienant, creatum ipsum affir- C mantes, & neque similitudinem quandam habere dicunt. Ex syllogismis enim Aristotelicis ac geometricis Deum Patrem adstruere volunt, & Christum nõ posse ex Deo esse per hũc modũ. At Eunomiani ab ipso appellati, rebaptizãt omnes ad ipsos accedẽtes, atque ipsos etiã Arrianos. Rebaptizãt autẽ in caput, sursũ vertẽtes pedes eorũ, qui baptizãtur, cuius rei magna fama vagatur. Cæterũ aberrare aliquẽ in scortatione aut alio peccato, nihil esse aiunt. Nihil enim quærit Deus, dicũt, quàm vt sit quis solũ in ipsorum fide. Atque hæ sunt primi tomi tertii Libri, aut sexti tomi iuxta consequentiam, hæreses. Verùm in secundo Tomo eiusdem tertii Libri, septimo verò iuxta eam, quam diximus diuisionem, in quo etiã finis est vniuersæ tractationis, hæreses quatuor sunt hoc modo. Dimœritæ, qui etiam Apollinaritæ, qui non perfectam Christi incarnationem confitentur, quorum aliqui coessentiale Deitati corpus dicunt. Quidam verò ex ipsis aliquando ausi fuerunt & hoc dicere, quòd animam non accepit Christus, & hoc negarũt. Quidam dicto huic, Verbum caro factum est, innitentes: carnem ipsum accepisse à creata carne, hoc est Maria, negauerunt, & contentiosè solum verbum carnem factum esse dixerunt. Postea verò, haud scio, quo consilio, mentem ipsum non accepisse dicunt. Antidicomarianitæ, qui sanctam Mariam semper Virginem, postquam genuit saluatorem, ipsi Ioseph coniunctam esse dicunt. Collyridiani, qui in nomen eiusdem Mariæ, statо quodam anni die collyridem quandã offerunt, quibus indidimus Collyridianorum nomen. Massaliani, quos interpreteris peccatores, coniunguntur autẽ his hæreses à Græcis introductæ, nempe Euphemitæ & Marryriani & Sataniani. Hæc est septimi Tomi summa, & trium D Librorum finis. Simul autem vniuersæ hæreses octoaginta sunt. Verum in ipso tertii Libri fine, in septimo tomo postremum fides catholicæ Ecclesiæ habetur, & Apologia pro veritate, & prædicatio Euangelii Christi, & catholicæ ac apostolicæ Ecclesiæ character, quæ est ab æterno, verùm per temporũ successionem manifestissimè in Christi aduentu in carne reuelata est. Et quot poterit mens humana colligere tales ac tantas, & magnas appellatas, & inter laudatas habitas? Quot sunt differentiæ iuuencularum,

Anabaptistæ.

Verbum caro factum.

rum, quarum non est numerus, quarum aliæ laudantur, aliæ non laudantur? Aliquæ enim ex propria mente ea, quæ ad conuersationem vitæ, exercitationèmque ac statuta pertinent, sibiipsis colligunt, & promissa coma, in conspicuo progrediuntur, aliquæ verò in sacco conspicuo. Aliquę autem in sacco ac cinere domi desident. Aliquæ in vitæ conuersationibus ac ieiuniis ingentibus, & ærumnis Deo addictæ sunt, in iuuenili fortitudine perfectam erga sponsum conscientiam testantes. Aliquę verò velut dixi, non rectè, sed iuxta quandam mentis presumptionem, tyrannicè prętер veritatem iuueniliter agunt Quemadmodum zaccheus qui nuper mortuus est in montana circa Hierosolyma regione, qui penitus cum nullo homine preces faciebat, sed & ob eandem causam, audenter sancta mysteria contrectabat, & sacrificia, quum laicus esset, impudenter tractabat. Alius verò quidam, quisquis tandem ille erat vir qui vitam summè piam viuere putabatur, et in monasterio circa deserta Aegypti habitabat, itèmque alius ad Sinęum habitans: qui ex somniis iuueniliter ac fortiter, sed temerè egerunt, vt impositionem manuum ad episcopatum susceperint, sederintque, ac ea, quę episcoporum sunt, facere aggressi sint, ad se non pertinentia. Alii autem non pauci seipsos castrare ausi sunt, prætер mandata, nimirum iuuenilis ac robustæ actionis gratia. Alii verò fortiter sibi agere videntur, qui audent, non consultis aliis, & prętер aliorum morem, velut ab orthodoxis progressi, collegium sibiipsis contrahere: sed & citra vniuersalis Synodi approbationem rebaptizare eos, qui ad ipsos accedunt, nimirum ex Arianis, quum nõdum res sit ex censura sinodi, velut dixi, decisa, eò quòd populi sint hodièque inter se permixti, & multi quidem sint orthodoxi, verùm per simulationem sacerdotibus addicti, donec separatio facta fuerit talis blasphemæ hæresis, & tunc contra ipsum indecretum fiet. Ex his autem, qui sic rebaptizant ex proprio iussu, peruenit ad aures nostras, quod vnus sit in Lyciorum regione Presbyter. Sunt & alii, quorum vnusquisque per seipsum precatur, & non cum aliquo in totum, aliqui verò in vinculis, prętер Ecclesiæ statutum. Quapropter in fine totius Operis, iuuenculas dixi numerum non habere, quæ ex propria sententia sibiipsis iuueniliter præstituunt ad bonum quidem, vt sapientiæ species perficiant, prudentięque ac fortitudinis, & modestię ac iustici, verum iuueniliter agentes ad tyrannidem excedunt, & á veritate seipsas euertunt, vt non sit harum numerus. At verò hęc vnica columba, ac sancta Virgo Deum confitetur Patrem & Filium ac spiritum sanctum, Patrem perfectum, Filium perfectum spiritum sanctum perfectum, coessentialem trinitatem, non coniunctionem ipsam trinitatem, imò Filium verè ex Patre genitum, & spiritum sanctum à Patre & Filio non alienum: ita vt sit semper trinitas, & nunquam additionem suscipiat, & non habeat quid in seipsa inferius, sed ad vnam vnitatem, & vnum principium Dei & patris reducatur. Et ex hac trinitate Patris & Filii ac spiritus sancti omnia creata esse, non vt vnquam fuerint, neque simul fuerint cum Deo, neque præextiterint, sed facta sint ex nihilo ad hoc, ut sint à Patre & Filio & spiritu sancto. Et hunc Patrem ac Filium & spiritum sanctum dignatum esse, apparere sanctis suis in uisionibus, quemadmodum quisque potuit capere, iuxta potętis Deitatis ipsius donum, quod largitus est vnicuique digno facto, ut nunc quidem patrem uidetit, quemadmodum audite potuit vocem ipsius, prout capiebat, sicut in ore Esaiæ dixit, Ecce intelliget Filius meus dilectus, Hæc est uox patris. Et sicut Daniel uidit antiquum dierum, Hæc est uisio patris. Verum sicut in Propheta rursus, Ego visiones multiplicaui, & in manibus prophetarum assimilatus sum: hæc est vox Filii. At sicut Ezechiel ait, Et accepit me spiritus Dei, & eiecit me in campum: hoc dictum est de spiritu sancto. Et multa talia dicere licet, quorum ex parte mentione facta, in transcursu ad Ecclesiæ characterem ostendendum, duo uerba apposuimus, quũ sexcenta & amplius sint similia his, quæ in Diuinis scripturis ueteris ac uoui Testamanti habentur. Et quod ipse Dominus formauit corpus Adam, & inspirauit ipsi spirationem uitæ, creans ipsi animan viuentem. Et quod ipse Deus Legem dedit Mosi, Pater & Filius & spiritus sanctus, vna Deitas, & quod Prophetæ ab eadem Deitate missi sũt. Et quod idem nobis Deus, Iudæorum & Christianorum Deus existens, qui Iudæos uocauit ad iustificationem, eos qui non negant Domini nostri Iesu Christi aduentum: & qui saluat omnes, qui secundum veram ipsius fidem viuunt, & non negant veritatem prædicationis veræ, & euangelicę ipsius doctrinæ. Venit enim, venit vnigenitus. Et sic habet mater nostra Ecclesia, portus ille pacis serenus & tranquillus, lætitia spirans cybrum vineæ, & botrum ferens nobis benedictionis, & poculum dolorem nobis exoluens, quotidie largiens sanguinem Christi, meracum veritatis. Et quòd verè natus est Christus ex Maria semper Virgine, per spiritum sanctum, non ex semine viri, sed ab ipsa sancta Virgine accipiens corpus in veritate, & non in apparentia, carnem verè, corpus verè, cum ossibus & neruis ac omnibus nostris, nihil à nobis euarians, prætерquàm in sola gloria suæ sanctitatis ac Deitatis. Et quod est vas sanctificationis ac iusticiæ, citra peccatum omnia perfectè habens. Et quod habuit animã humanã in veritate, mentem humanã in veritate, non quod nos affirmemus mentem esse substãtiã, velut alii dicunt, sed per omnia non pollutã in peccato, os non mentitum, labia non loquuta dolum, cor, quod non declinauit ad irritationem, mentem non emotã ad quę non oportet, carnem quæ non operata est ea, quæ spectãt ad carnis voluptatem. Perfectus ex Perfectus ex supernis Deus, qui non venit, vt inhabitaret in homine, sed ipse totus homo factus est, non mutatus natura, sed qui vna cum Deitate propriã humanitatem complexus est, in vtero Virginis fuit in veritate, gestatus est debito tempore, natus est per genitales meatus citra pudefactionem, impollutè, absque inquinamentis, educatus est, & in vlnas acceptus à Simeone, & Anna, gestatus est à Maria, pedibus iter fecit, peregrinatus est, puer fuit, vir factus est per ætatem, omnia habens in seipso in perfectione. In numero annorum reputatus est, in numero mensium in vtero gestatus est, factus ex muliere, factus sub legem, progessus est in Iordanem, baptizatus est à Iohanne, non opus habens lauacro, verum propter consequentiam incarnationis in Lege,

Hæreses et sectę innumerabiles sunt.

Zacchæus hæreticus

Columba vnica.

Visio Danielis

Formatio Christi in vtero virginis.

non turbans iusticiam, quo impleretur, velut ipse dixit, omnis iusticia, vt ostenderet quod veram carnem induisset, & veram humanitatem. Descendit in aquas, dans magis quam accipiens, exhibens magis quàm indigens, illuminans ipsas, potentes efficiens ipsas, in figuram eorum quę in ipsis perficienda erat, quò hi qui in ipsũ credunt in veritate, & fidẽ veritatis habent, discerẽt q̃ verè homo factus esset, verè baptizatus esset, atque sic per ipsius ascẽsum, etiam ipsi venientes acciperent cõdescensus ipsius virtutẽ, & illuminarẽtur ab ipsius illuminatione, certiores fientes per Prophetæ dictum, in transmutationẽ virtutis, in exhibitionem salutis virtutis panis à Hierusalem accepti, & fortitudinis aquæ, ita vt hic fortis facta sit in Christo virtus panis, & fortitudo aquæ, vt ne panis nobis fiat virtus, sed virtus ipsius panis. Et cibus quidem est panis, virtus autem in ipso ad viuificationem est: & non vt aqua nos mundaret solùm, sed vt in fortitudine aquæ, per fidem & efficaciam ac spem, & mysteriorum perfectionem, & sanctificationis nomenclaturam, fieret nobis ad perfectionem salutis. Et quod reuersus est à Iordane, & audierit vocem patris præsentibus discipulis, ad ostendendum quis esset de quo testimonium præberetur. Et quod Spiritus sanctus in specie columbæ descenderit, velut in multis sectis diximus, vt ne coniunctio putaretur ipsa Trinitas, qui spiritus in propria substantia figuraretur. Insedit autem Spiritus ac venit super ipsum, vt videretur de quo testimonium præbebatur; quò caro sancta chara existens & accepta Patri, ex Spiritu testimonium ferret, quò Pater approbator esset ac præco aduentus Filii in carne, quò Filius verus conspiceretur, & impleret quod dictum est, Post hæc visus est in terra, & cum hominibus conuersatus est. Et quod reuersus à Iordane, manifestè ac verè à diabolo tentatus est, in deserto, & esuriit postea propter consequentiam & veritatem aduentus in carne. Et quod elegit Discipulos, & prædicauit veritatem, & curauerit morbos, dormierit, esurierit, iter fecerit, Dei signa operatus sit, mortuos excitarit, cæcis visũ restituerit, claudos & paralyticos fortes fecerit. Et quod prædicarit veritatem, ipsum Euangelium, regnum cœlorum, suam erga homines benignitatem, itèmque Patris ac spiritus sancti. Et quod pro nobis passionem subierit in veritate, in carne, & in perfecta humanitate, passus in veritate in cruce, prętẽte ipsius Deitate, sed non ad patiendum conuersa, sed à passione aliena & immutabili: ita vt duæ hæ consequentiæ clarè considerentur, in Christo patiente pro nobis in carne, verum passionis exorte manente in Deitate: non homine per se existente, & per se item Deitate, sed simul præsente Deitate, non patiente autem, propter essentiæ sinceritatem ac incomparabilitatem: patiente autem ipso in carne, & mortem sentiente in carne, viuente verò semper in Deitate, & suscitante mortuos, corpore sepulto in veritate. Et quod exanimis manserit per triduum, sine spiratione ac sine motu, inuolutúsque sit in sindone, & depositus in monumento concluso per lapidẽ & sigillis additis: non concluſa Deitate, non sepulta Deitate, sed simul cum sancta anima descendente ad inferna, et auferente illinc animarum captiuitatem, frągente stimulum mortis, perrumpente clausura & vectes adamantinos, ex oluente dolores mortis in propria potestate, ita vt redierit cum anima, non relicta anima in inferno, quãdo neque viderit caro ipsa corruptionem quum ipsam deitas semper ipsi præsens excitarit, ita vt resurrexit ipse Dominus & Deus, & verbum ac filius Dei, cum anima & corpore ac vniuerso organo, counito ipsius organo in spiritum, ipsum videlicet corpus spirituale existens quod aliquando tactui subiectum fuerat, & flagris traditum, voluntatia Deitatis voluntate, & tentari à diabolo permissum, ac famem sentire, & somnum & ærumnam, tristitiamque ac mœrorẽ. Ipsum hoc corpus sanctum counitum est de cętero Deitati, Deitate indesinenter simul presente corpori ipsi sancto taliá passo. Surrexit enim, & couniuit ipsũ in seipsũ in vnũ Spiritũ, in vnã vnitatẽ, in vnã glorificationẽ in vnam suiipsius Deitatẽ. Apparuit enim in veritate, & contrectatus est à Thoma, & cũ Apostolis cibum accepit, & cohabitauit cum ipsis quadraginta diebus & quadraginta noctibus. Imò ingressus est foribus conclusis, & ingressus ostendit neruos & ossa, typum clauorum, & typum lanceæ, quod ipsum esset verè corpus, & quòd coniunctum esset in vnam vnitatem, & in vnam Deitatem, non expectans amplius vt patiatur, non amplius moriens, velut sanctus Apostolus ait: Surrexit Dominus, non amplius moritur, mors ipsi non amplius dominatur: passibile impassibile, & passionis exors permanẽs semper, diuinum cum corpore & anima, & vniuersa humanitate. Et quod ipse Deus existens ascendit in cœlos, & sedet in dextera Patris in gloria, non depositio sancto corpore, sed counito in spirituale, in vnius Deitatis perfectione. Quemadmodum etiam circa nostra corpora futurum est, quæ nunc seminantur animalia, resurgent spiritualia. Quæ nunc seminantur in corruptione, resurgent in incorruptibilitate, Quæ nunc seminantur in morte, resurgent in immortalitate. Si itaque nostra corpora sic, quãto magis illud sanctum & inenarrabile, & incomparabile ac sincerum, & Deo counitum, quod vnum est de cætero vni formè, velut etiam in hoc testatur Apostolus dicens, Etiamsi cognouimus secundum carnem Christum, at nunc non amplius cognoscimus. Non quod diremit carnem à Deitate, sed quod ipsa maneat, & Deo counita sit, non autem amplius secundum carnem, sed secundum spiritum, velut ait, sãctificationis, ex resurrectione à mortuis Iesu Christi Domini nostri, hunc simul Deum habens passionis exortem & passum, & sepultum, et qui resurrexit et ascendit in gloria, venturus ad iudicãdum viuos et mortuos, velut dicit in veritate. Cuius regni non erit finis. Etenim credit hęc mater nostra, sãcta Ecclesia, quemadmodum ipsi verè prædicatum est, et verè præstitutum est. Quòd obdormiemus omnes ac resurgemus cum corpore hoc, cum anima hac, cum toto nostro organo, vt vnusquisque recipiat prout fecit. Quòd est resurrectio mortuorum, & iudicium æternum, & regnum cœlorum, & requies iustis, & hæreditas fidelium, & tripudium cum Angelis eorum, qui fidem seruarunt et castitatẽ ac spem, et Domini mandata. Verè insuper et prædicatum est et certò confirmatum est ac creditur, quòd alii resurgent in vitam æternam, et alii in iudicium æternum velut scriptũ est in Euãgeliis. Quæcunque

Panis cibus est. Virtus panis viuificat.

Figura spiritus in propria substãtia.

Veritas passionis Domini.

Cur surrexerit Christus.

Resurrectionis modus.

Resurrectio iustorũ qualis.

cunque enim dicit Apostolus & omnes sanctæ Scripturæ, vera sunt: etiamsi apud incredulos & male intelligentes aliter accipiantur. At nostra est hæc fides, & hoc præmium & hęc mater nostra Ecclesia, per fidem seruans, & per spem confirmata & dilectione Christi perfecta, in confesione, in mysteriis, in purgatoria lauacri virtute: nempe Euntes baptizate in nomen Patris ac Filii ac Spiritus sancti: in no
men Diuinę Trinitatis, in nomenclaturas nullam differentiam habentes, sed quod Deus vnus nobis
A in Lege & in Prophetis, et in Euangeliis, et in Apostolis, in veteri et in nouo Testamento prædicatus est et annunciatus ac creditus, Pater et Filius et Spiritus sanctus, non vt coniũctio sit Deitas, sed Trinitas vere perfecta, perfectus Pater, perfectus Filius, perfectus Spiritus sanctus. Vna
Deitas, vnus Deus. Cui gloria, honor, imperium, nunc et semper,
et in sæcula sæculorum. Amen

Finis Anacephalæoseos, siue Summæ totius Operis Panarii appellati, D. Epiphanii Episcopi, Iano Cornario Medico Physico interprete.

EIVSDEM EPIPHANII LIBELLVS DE MENSVRIS Et Ponderibus, et de Asteriſco ac obelo, déque notis ac characteribus in Diuinæ Scripturæ interpretibus per Origenem vſurpatis, eodem Iano Cornario Medico Physico Interprete.

SI quis voluerit cognoscere multum vsurpatas in Diuis Scripturis partes, de mensuris, inquam, et ponderibus, is Commentariolum hoc euoluere ne cunctetur. Et
B primùm quidem nosse oportet doctrinę ac sermonis studiosum, quot sint in Prophetiis partes. In decem enim speculationes diuisę sunt prophetię, hoc modo cõtinẽtes, doctrinas, speculationes, exhortationes, minas, luctus, lamentationes, preces, historias, prædictiones. Addita autem sunt iisdem prophetiis hęc signa. Y, de depositione prioris populi., ⅄, de reiectione legis secundum carnem, ⊥, de nouo Testamento. E, de gẽtium vocatione. 4, de Christo. 3, de promissionibus prioris populi. ⁂, de obscuritate in Diuinis Scripturis. ν, de futurorum prænotione. Quandoquidem verò aliqui secundum ac cẽtum signauerunt scripturas, etiam de accentibus hęc addemus. Accutus '. Crassus. Grauis \. Tenuis'. Circumflexus ~. Apostrophus siue auersio '. Longus —, Subunio ◡. Breuis ν. Subdistinctio,. Dicemus item de reliquis signis, & mox de asteriſco .. ※ Hic asteriscus vbi appositus est, significat verbũ quòd habetur eo loco, in Hebraico positum esse, & haberi apud Aquilam & Symmachum, raro verò & apud Theodotionem. Verum septuaginta duo interpretes omiserunt, & non sunt interpretati, velut talia bis legantur, & ex superfluo repetantur. Proponam autem breue exemplum, ad hoc vt hinc de reliquis cognoscas. In principio Geneſis habetur, Vaeei Adam Saloim Sameothsana, quod interpreteris velut etiam Aquila sequutus est, Et vixit Adam trigintaannos, & noningentos annos. Vnde septuaginta duo interpretes ex Hebręis originem ducentes, & à teneris vnguibus tum Hebræam, tum Græcam linguam exactè edocti, non solum Hebraicam in Græcam Scripturam interpretati sunt, sed etiam vocem in Hebraica lingua dupliciter prolatam, claritati inseruientes, detraxerunt, & pro eo quòd in duo
bus locis situm est anni nomen, in vno loco eo vsi, stridorem putatum in leuitatem transmutarunt, dũ
C dixerunt. Vixit Adam triginta & noningentos annos, & neque defectuosum sermonem fecerunt, sed lectionem etiam claram effecerunt. Id quod in Hebraica lingua per compendium fieri non potest, sicut septuaginta duo dicunt, nempe, Vixit Adam trigĩta & noningentos annos, neque in Græca sicut Aquila interpretatus est, in superficie dicens, Vixit Adam noningentos annos & triginta annos. Vides enim ô sermonis studiose, quod non decorum exhibet sermoni, non claritati orationis intendens, sed exactæ dictionis repetitioni. Et visum est hoc quibusdam apud septuaginta duos defectuosè positum esse, apud Aquilam vero & Symmachum atque alias editiones defectuosè expressum esse, quod sanè neque apud septuaginta duos defecit. Sed & apud Aquilam, cum malo sono, superfluè positum est, in duobus locis pro vno, hoc est pro voce annos, bis annos & annos. Quapropter in vno loco anni nomen septuaginta duo reliquerunt, Quum autem postea venisset Aquila, & relicta à septuaginta duobus edidisset, visa sunt esse superflua. At vbi postea Origenes, venisset, restituit quidem vnicuique loco deficientem dictionem, apposuit autem ipsi asteriscum, non quod necesse esset omnino requiri dictionem, superflua enim est, sed vt ne permitteret Iudæis & Samaritis reprehendere Diuinas Scripturas in sanctis Ecclesiis, quum nulla res sit reprehensione digna contra fidem, in remotis dictionibus. Sunt enim superfluæ, & bis repetitæ, velut ex ipsa lectione didicimus de Adam & ipsius vita. Quare vel ex
breuissimo sermone, etiam reliquis orationibus instare poteris, vbi asteriſci appositi sunt. Quò verò &
D hoc discas, quapropter asteriscos his sermonibus apposuit, luculenter, & hoc dicemus. Nosti hoc ô auditor, quod in firmamento cœli asteres & stellæ sunt, etiamsi a nubibus aut sole occultentur. Hoc consilio etiam is, qui asteriscos apposuit, vsus est, vt tibi uideatur, quod dictiones quibus appositi sunt asteriſci, fixę quidem sunt in Hebraico contextu, uelut stellæ in firmamento, occultatæ uerò sunt a septuaginta duorum interpretatione, uelut stellę a nubibus occultantur. Atque hęc est asteriſci ratio. At uerò obeli res hoc modo se habet. Obelus est, qui hic appositus est X, et scribitur similiter uelut appellata linea. Obelus autem appellatus est iuxta Atticam vsurpationem, aliis autem uocatur hasta, hoc est lan

Accentuũ ratio.

Asteriſci significatio.

Tempus vitę Adę.

Asteriſcorũ nomen vnde ſit.

Obeli ratio.

cea. Appositus est autem dictionibus Diuinę Scripturæ apud septuaginta duos interpretes positis, quę apud Aquilam & Symmachum non habentur. Nam septuaginta duo interpretes has dictiones à seip sis apposuerunt, non frustra, sed potius in vtilitatem. Quum enim ad defectuosas dictiones, illa appo suerint, lectionem ad claritatem deduxerunt, vt credamus nos, etiam participes ipsos factos fuisse Spi ritus sancti. Quorum enim nullus vsus erat, ea repetere omiserunt, vbi verò claudum videbatur verbum A esse in Græcam linguam translatum, illic additionem fecerunt. Admirari porrò licet ob hoc, & mini me audere reprehensionem inferre, sed potius laudem, quum pius homo intelligat ex Dei consilio sic

Septuagīta duo interpretes quomodo vixerint.

factum esse. Quum enim septuaginta duo numero essent, & in Pharia insula, superna terra appellata, è regione Alexandriæ, in triginta ac sex domunculis, par & par in domunculas, à matutino vsque ad vesperam concluſi, & vesperi in triginta sex nauiculis in Ptolemæi Philadelphi palatium transeuntes, & cum ipso cibum capientes, & par ac par in cubiculis triginta sex dormientes, vtne quid inter se con ferrent, sed incorruptè interpretarentur, sic uitam degebant. Prędictas enim triginta sex domunculas nominatus Ptolemæus construxit in vlteriore parte in insulā, ipsasq; duplices fecit, & duos ac duos, velut dixi, inclusit, & pueros duos ministros simul cum ipsis inclusit, opsonii parandi ac ministrandi gratia, vnà cum velociter scribendi peritis. Sed neque fenestras domūculis illis ex parietibus fecit, sed supernè ex domibus lucem introduxit. Illi verò sic degentes à matutino vsque ad vesperam clausstris cō clusi, hoc modo interpretati sunt. Singulis autē paribus vnus liber tradebatur, verbi causa, Liber creationis mundi binis, Exitus Filiorum Israël aliis binis, Leuiticus aliis binis, & sic deinceps alius Liber a-

Librorum Diuinæ Scripturæ apud Hæbræos ratio.

liis. Atque sic viginti septem libri electi receptique ac genuini, verùm viginti duo, iuxta alphabeti apud Hebræos ordinem numerati, conuersi sunt. Viginti enim & duo habent elementorum nomina, quin que verò sunt ex ipsis quæ duplicantur. Caph enim duplex est, & Mem, & Nū, & Phe, & zadic, Qua propter etiam libri iuxta hunc modum, viginti quidem duo numerantur, verum viginti septem repe riuntur, eò quòd quinque ex ipsis duplicantur. Connectitur enim liber Ruth Iudicibus, & numeratur B apud Hebræos vnus Liber. Connectitur primus Paralipomenō secundo, & dicitur vnus Liber. Conne ctitur primus Regnorum secundo, & dicitur vnus liber. Connectitur tertius quarto, & dicitur vnus Li ber. Connectitur primus Esdrę secundo, & dicitur vnus Liber. Sic igitur compositi sunt libri in operū quinarios quatuor, & manent alii duo extra hunc ordinem, vt sint Libri genuini hoc modo, quinque legales, Genesis, Exodus, Leuiticus, Numeri, Deuteronomium, Hic est primus Quinarius, qui & Legis latio. Deinde alter quinarius habet appellatas Scripturas, & ab aliquibus vocata Sancta scripta, & sūt hæc, Iesus Naue, Liber Iudicum cum Ruth: primus Regnorum cum secundo, tertius Regnorum cum quarto, Primus Paralipomenon cum secundo. Tertius dein quinarius, habet versu scriptos libros, Li brum Iob, Psalterium, Prouerbia Solomonis, Ecclesiasten eiusdem, Cantica canticorū eiusdem. Quar tus quinarius est postheticus. Duodecim Prophetę liber vnus, Esaias, Hieremias, Ezechiel, Daniel. Mā serunt autem extra hunc ordinem alii duo libri ipsius Esdræ, qui pro vno reputantur, & alius li ber Esther appellatus. Impleti igitur sunt viginti duo libri, iuxta numerum viginti duorum elemento rum apud Hebræos. Nam duo libri versu scripti, Solomonis Sapientia, Panaretus ab omni virtute ap pellata, & Sapientia Iesu Filii Sirach, & nepotis eius Iesu, qui sapientiam illam Hebraicè scripsit, ita vt

Psalterii libri quinque.

nepos ipsius eam interpretatus Græcè scripserit, vtiles quidem sunt & commodi, sed in numerum re ceptorum non referuntur. Quare neque in Aaron, neque in Testamenti arcam repositi sunt. Sed & ne que hoc te lateat o studiose, quod Hebræi Psalterium distinxerunt in quinque Libros, vt etiam ipsum C alius sit quinarius. A primo enim Psalmo vsque ad quadragesimum, vnum librum fecerunt. A quadra gesimo verò primo vsque ad septuagesimum primum, secundum librum, á septuagesimo secundo vs que ad octoagesimum octauum, tertium, ab octoagesimonono vsque ad centesimum quintum, quar tum librum, à centesimo sexto vsque centesimum quinquagesimum, quintum librum fecerunt. Vnum quemque enim Psalmum habentem in fine, Benedictus Dominus, fiat, fiat: finem libri esse statuerunt Inuenitur autem hoc & in quadragesimo, & in septuagesimo primo, & in octoagesimo octauo, & in cē tesimo quinto. Verum in fine quinti Libri, pro Benedictus Dominus, fiat, fiat, positum est, Omnis Spi ritus laudet Dominum. Alleluya, Hi itaque viginti ac septem Libri, qui viginti duo numerantur, cum Psalterio, & his, quæ in Hieremia sunt, Lamentationibus, inquam, ipsis, & Epistolis Baruch, etiamsi nō

Librorum Veteris Testamenti distinctio

habeantur Epistolæ apud Hebræos, sed solum Lamentationes Hieremiæ coniunctę, eo quo diximus, modo conuersi sunt in Græcam linguam, per circuitum singulis paribus interpretum traditi, & à pti mo pari secūdo, turs⁹a 2. tertio, atq; sic peruenerūt ad nos singuli sexies ac trigesies cōuersi, velut fama refert. Postquam verò absoluti fuerunt, consedit Rex in throno alto, itēque triginta sex Lectores, haben tes vnusquisque libri triginta sex conuersa exemplaria, ita vt vnus haberet libri Hebraici exemplar, & vnus ex lectoribus legeret, & alii sé continerent, & attenderent, an inueniretur dissensio. Verum mira bile est opus Dei ad hoc, vt cognosceretur, quod illi Viri donum Spiritus sancti habentes consense runt in deserto, & vbi apposita erat dictio vel verbum, idipsum ab omnibus appositum repertum est, D vbi verò detraxerant, omnes æqualiter detraxisse comperti sunt. Et quæ quidem detraxetunt, his non est opus, quæ verò non sustulerūt, his opus est. Quò verò manifestum tibi fiat id, quod dictum est, quod

Adonai significatum.

mirabiliter iuxta Dei dispositionem & ex consonantia Spiritus sancti concorditer interpretati sunt, & inter se non dissenserunt, exhibebo tibi per longiorem tractationem euidentem de hac re demonstra tionem, quò hinc edoctus ac persuasus nostram collaudes orationem. In centesimo quadragesimo Psal mo habetur in Hebraico sic, Adonai Elecha Carithi Ismael iebbita acol, quæ interpretari pores, Domi ne clamaui ad te, exaudi me, intende voci. Vide igitur, quomodo claudū repetitur. At septuaginta duo

inter-

interpretes addentes hoc,Precationis meæ,clauditionem ex verſu exemerent,& interpretati ſunt, Domine clamaui ad te,exaudi me,intende voci precationis meæ.Et vide,quomodo probè correctus canitur pſalm⁹.Proinde ex breuiſſimo verbo cõſidera ſimilia,quæ vbique ab iiſdem interpretibus per additionem appoſita ſunt.Bene enim verba eiuſmodi appoſita ſunt,ad locutionem & vtilitatem gentiũ, ad fidem Dei ducendarum,& adepturarum vitæ hæreditatem ex Diuinis Scripturis veteris teſtamenA ti.Eodem vero modo etiam Origenes rectè fecit,& de obelo indicauit,vtinam autem & alia ſic bene feciſſet.Nam ſex interpretationes,& Hebraicam Scripturam Hebraicis elementis atque ipſis verbis in vna columna compoſuit,& aliam columnam ex aduerſo appoſuit,per Græcas quidem literas,Hebraicas verò dictiones, ad intelligentiam eorum,qui non nouerunt Hebraica elementa,quo per Græca Hebraicæ linguę vim cognoſcerent.Atque ſic in appellatis ab ipſo Hexaplis & Octaplis,duas Hebraicas columnas,& ſex columnas interpretum alternatim collocans,magnam vtilitatem cognitionis ſtudioſis exhibuit.Vtinam verò & in operum ſuorum ſcriptis non excidiſſet,& ſeipſum ac mundum iniuria effeciſſet,dum male docuit de fide,& plurimas Scripturas male interpretatus eſt.Cæterum de obelo rurſus repetam narrationem.Diximus,quod obelus haſta dicitur,eſt autem gladius,ad cædem faciendam paratus.Vbi igitur dictio reperitur apud ſeptuaginta duos poſita,quæ in Hebraico non habetur,ea ex obeli nota ipſi dictioni oppoſita indicatur,quod ſublata eſt ex genitali loco,aut Scripturæ paulimento,vt quę non ſit in Libri loco.Et hæc quidem de aſteriſco & obelo recenſui. Deinceps etiam de Lymniſco & Sublimniſco dicendum eſt. Limniſcus igitur ſic velut propoſitum ſignum habet ſcriptus, — linea eſt vna in medio duorum punctorum aut notarum poſita, ita vt vnus punctus ſupernè ſit,alter inferne.Hunc apud Medicos ex naturæ ratione inuentum ac appellatum eſſe dicunt ex corporis chirurgia,dum duæ ſimplices ſectiones diducuntur,ſiue ſecantur,ita vt inter duas ſectiones inciſi loci,corpus diſparatum achians,iuxta vtraſque ſimplices ſectiones obeli figuram exhibeat,
B dum linamentum inditur,hoc eſt liteolum detritum,in tenuem ac longam formam confectum, immittitur ex vna ſectione, & pertranſit in alteram.Quare Limniſcus ab ipſis Medicis bene appellatus eſt,eò quòd linamẽtum,in loci humoribus immerſum,velut inundet,ac reſtagnet. Quapropter etiam huius notæ figuram Diuinis ſcriptis Origenes appoſuit,vt quando raro alicubi inueneris in Septuaginta duorum interpretatione diſſonantem dictionem,non tamen expreſſam,neque appoſitam ſimilibus ipſi dictionibus: cognoſcas quod ab vno pari aut duobus hæc dictio conuerſa eſt,propter appoſita duo puncta.Appellantur autem hæc,ſimul vtraque, aut ſimilia. Quò vero & hoc tibi clarum ſit ac facilè perceptu, etiam de hoc dicam. Quum inueneris velut in ſeptuageſimo Pſalmo habetur:Os meum annunciabit iuſticiam tuam,annunciabit iuſticias tuas.Rurſus in ſeptuageſimoprimo Pſalmo,Et honorabile nomen eorum coram ipſo.Verùm pro hoc præpoſitum eſt, Et honorabile nomen eorum in oculis ipſius,Atque ſic in multis locis inueneris,quum nihil ſit defectuoſum,neque alteratum, ſed idem ſit diuerſè nominatũ,vt non ſit expreſſum,ſed vtroque modo legatur,id quod per Limniſcum indicatum eſt,quod ab vno pari aut duobus conuerſa ſit dictio,& apud ipſos reperiatur.Et hæc de Limniſco diximus,eodem autem modo & de Sublimniſco declarabimus.Sublimniſcus itaque,tale eſt ſignum — ſimplex,videlicet linea obeli figuram habens,& ſubiectum habens punctum,ſiue notam, vbi igitur inueneris tale ſignum,ſublimniſci ipſum eſſe putes.Vim verò hanc haber,vbi enim inuentus
C fuerit ad dictionem aliquam appoſitus,indicium eſt ab vno pari interpretum prolatum eſſe ſermonẽ, velut vnum punctum indicat, & habet hîc ſe vtroque modo aut conſimiliter dictioni, cui incumbit. Hæc eſt de aſteriſco & obelo,limniſcóque ac ſublimniſco ratio,o ſtudioſe.Oportet autem nos etiam de ipſorum,de quibus diximus propoſito dicere.Vtilis enim fuerit tibi horum cognitio,ex ipſo tractatu narrationis de ipſis oſtendens,quis,vnde & quando,& cuius generis vnuſquiſque ipſorum fuit, & quæ fuerit ipſi interpretandi cauſa.Et primi quidem interpretes eiuſdem Diuinæ Scripturæ fuerunt, ex Hebraica lingua in Græcam ſeptuaginta duo Viri,qui eandem primam interpretationem tempore Ptolemęi Philadelphi interpretati ſunt,& electi fuerunt è duodecim tribubus Iſrael,ex ſingulis tribubus ſex Viri,velut tradidit Ariſtæus in Libro ſuo.De quibus ſanè itemque de aliis,hoc eſt, de Aquila & Symmacho ac reliquis,partim ſuperius tractauimus,in aſteriſci ac obelli mentione, hic verò etiam cauſas declarabimus.Nam qui poſt primum Ptolemęum ſecundus regnauit in Alexandria,Ptolemęus appellatus Philadelphus,ſtudioſus & linguarum ac doctrinæ amator fuit,qui bibliothecam in eadem vrbe Alexandria conſtruxit,in regione Bruchia appellata,& eſt hęc pars eiuſdem vrbis nunc deſerta. Tradidit autem curam eiuſdem Bibliothecæ Demetrio Phalareno, mandato dato,vt omnes vbique terrarum libros congregaret.Scripſit item Epiſtolas,& rogauit ſingulos terræ Reges ac Magiſtratus, vt ne cunctarentur demittere Poetas & Scriptores,Rhetorúmque ac Sophiſtarum,& Medicorum & Medicoſophiſtarum,& Hiſtoriographorum ac reliquorum libros.Quum autem res procederet,& libri vndiquaque accumularentur,interrogauit Rex eum,cui bibliothecam commiſerat,in quadam die Quot nam eſſent libri in bibliothecam collecti. Ille verò Regi reſpondit, Iam quidem,inquit,ſunt quinquaginta quatuor milia librorum,& octingenti plus minus. Audiuimus autem adhuc magnam
D multitudinem in mũdo eſſe,apud Aethiopes & Indos,Perſáſque ac Elamitas & Babylonios,Aſſyrios item ac Chaldæos & Romanos ac Phœnices,Syróſque ac eos qui in Græcia adhuc nondum Romani appellantur,ſed Latini.Sed & apud Hieroſolyma in Iudæa ſunt Libri Diuini Prophetarum,docentes de Deo & mundi creatione,& alia omni vtili doctrina.Si igitur videtur hoc potentiæ tuæ o Rex,vt & hos accerſas,ſcribe Doctoribus in Hieroſolymis,& tranſmittent tibi,quo etiam eoſdem libros in eadẽ pietatis tuę Bibliotheca reponamus.Tunc itaque ſcribit Rex epiſtolam hoc modo.Rex Ptolemęus Iu-

Origenis laus.

Hexaplæ & Octapla.

Limniſci nota.

Sublimiſci nota.

Interpretes ſacræ ſcripturæ

Ariſtæus ſcriptor.

Ptolemęi Philadelphi bibliotheca.

Epistola Ptolemæi ad Iudæas in Hierusalem.

dæis Doctoribus in Hierosolymis multum gaudii. Bibliothecam construxi, & multitudinem librorum ex singulis gentibus collectam, in ipsa reposui. Quum autem audiuerim, quod etiam apud vos habentur libri Prophetarum, de Deo & mundi creatione tractantes, etiam hoc cum aliis consecrare concupiscens, scripsi, quò hos nobis mitteretis. Quod enim honoris gratia, & non ob curiositatem, neque malignitatem, huius rei cupidus sim, sed fidei gratia, & amoris erga vos hanc petitionem faciam, ex nostra erga vos beneuolentia, si in memoriam reuocaueritis, scietis. Meministis sanè, quod captiuos multos ex patria vestra abductos, & in Aegyptum, nostram patriã perductos dimisi, idque cum multis viaticis, & non vulgari cura ipsorum habita, liberos dimisi, sed & percussos ac sauciatos sanos remisi, & nudos indui. Sed & nunc mensam auream preciosissimis lapillis exornatam, ponderis centum talentorum, pro mensa accepta à sancto loco Hierosolymorum demisi, vnà cum donis & preciosis thesauris reponẽdis in loco sancto. Horum itaque narrationem feci, quò cognoscatis, quod ex voto ac pietate libros peto. Et epistola quidem demissa est, itémque dona missa. Ipsi verò accipientes epistolam, & dona benignè, valdè gauisi sunt, & prædictos iam à me libros, promptè aureis literis Hebraicis transcriptos demiserunt, viginti duos genuinos, septuaginta verò duos apocryphos. At verò Rex adeptus libros, & legere non potens, quum elementa Hebraica essent, & in Hebraica lingua conscripta alteram Epistolam scribere ad ipsos cogitur, & petere interpretes, qui possint ipsi libros interpretari in Græcam linguam, per Hebraicam. Habuit autem Epistola hæc. Ptolemæus Rex, Pietatis doctoribus in Hierosolymis multum gaudii. Thesauri occulti, & fontis obsignati, quæ est vtilitas in vtrisque? Sic etiam librorum à vobis ad nos missorum doctrina se habet. Quum enim nos non possimus legere horum literas, nulla erit nobis hinc vtilitas. Verum dignemini interpretes nobis mittere, exactè eruditos in Græca ac Hebraica lingua. Tunc electis septuaginta duobus interpretibus, misserunt ipsos Hebræorum Doctores, iuxta formam quam aliquando fecit Moses, quando ascendit in montem ex Domini præcepto, quum audiisset, Assume tecum septuaginta viros, & ascende in montem. Ipse verò propter pacem in tribubus seruandam, vt ne ex aliquibus acciperet quinque viros, ex aliis sex, & seditionem in tribubus excitaret, excogitauit potius, vt septuaginta duos assumeret, & numerum augeret. Eodem sanè modo, velut dixi, etiam hos miserunt, qui interpretati sunt libros in Pharia appellata insulà, quemadmodum supra diximus. Et sic libri in linguam Græcam translati, repositi sunt in prima bibliotheca in Bruchio ædificata. Postea verò etiam altera facta est bibliotheca in Serapio minor priore, quę & filia ipsius nominata est. In qua repositi sunt Aquilæ & Symmachi & Theodotionis ac reliquorum translationes, post ducentesimum ac quinquagesimum annum. Nam post primum Ptolemęum filium Lagi, qui regnauit annos quadraginta, Ptolemæus hic Philadelphus, cuius tempore septuaginta duo interpretes interpretati sunt, dominatus est annos triginta octo, Post quem Ptolemęus Euergetes annos viginti quatuor, Post quem rursus Ptolemęus Philopator annos viginti vnum. Post quem Ptolemæus Epiphanes annos viginti duos. Deinde Ptolemæus Philopator alius annos triginta quatuor. Postea Ptolemæus Philologus & Euergetes annos viginti nouem. Ptolemæus Soter annos quindecim. Ptolemæus, qui & Alexander, annos duodecim. Ptolemæus, Alexandri frater, qui à matre expulsus est, annos octo. Ptolemæus Dionysus annos triginta vnum. Cleopatra, Ptolemæi filia annos, triginta duos, quæ sanè Antonio coniuncta fuit, & ab Octauio Rege superata. Itaque à primo Ptolemæo filio Lagi vsque ad Cleopatram, anni sunt trecenti sex. A decimo septimo verò anno Ptolemæi Philadelphi, cuius tempore eodem anno septuaginta duo interpretati sunt vsque ad Cleopatram, anni sunt ducenti quadraginta nouem. Et cessauerunt regnare Lagidę, à Lago videlicet deducti Ptolemæi, qui equestre certamen in Alexandria constituit, ac Lagion appellauit. Deinde Romanorum Reges regnauerunt, Augustus annos quinquaginta sex, cuius regni anno quadragesimo secundo, Dominus noster Iesus Christus secũdum carnem natus est. Tiberius annos viginti tres, cuius anno decimooctauo Christus crucifixus est. Caius annos tres, menses nouem, dies vigintinouem. Claudius annos tredecim, menses nouem, dies vigintinouem. Claudius annos tredecim, menses duos, minus duobus. Nero annos tredecim, menses septem, dies vigintiseptem. Galba menses septem, dies vigintisex. Otho menses tres, dies quinque. Vitellius menses octo, dies duodecim. Vespasianus annos nouem menses septem, dies duodecim. Titus annos duos, menses duos, dies duos. In hoc tempore facta est desolatio Hierosolymorum post sexagesimum quintum annum crucifixionis christi, & aliquot dies. Domitianus annos quindecim, & menses quinque. Nerua annum vnum, menses quatuor. Traianus annos decem & nouem. Adrianus annos vigintiunum, cuius anno duodecimo Aquila notus fiebat. Ab Augusto igitur vsque ad Adrianum anni centum octoaginta sunt, menses quatuor, minus diebus nouem vt sint à tempore septuaginta duorum interpretum, vsque ad Aquilam interpretem, siue ad duodecimum Adriani annum, anni quadragenti triginta, menses quatuor. At verò hic Adrianus læsus corpore, vniuersam multitudinem medicorum sub regno suo accersiuit, & corporis sui medellam ab ipsis petiuit. Verum illi multo labore insumpto ac nihil efficientes, ab ipso subsannati sunt, vt etiam epistolam contra ipsos scripserit exprobratricem, & artem ipsorum culpantem, velut nihil scientem morbi ipsi incumbentis gratia, proficiscitur itaque in Aegyptiorum terram.

Captiuorum multitudo.

Epistola altera Ptolemæi ad Iudæos.

Ptolemęi regesquot fuerint.

Romanorum regũ anni imperii.

Aquilæ interpretatio.

Titus Vespasianus.

Oportebat autem ipsum à Romanorum terra eò proficiscentem, has vrbes inuisere, erat enim vir multiscius. Pertrãsit itaque Antiochi vrbẽ, transcendit cauam Syriẽ, & Phœnicẽ, & venit in Palęstinã, quæ & Iudæa appellatur, post annum quadragesimum septimum deuastationis Hierosolymorum, & ascendit in Hierosolyma famosam ac celebrem vrbem, quam euertit Titus Vespasiani filius, secundo regni sui anno: & reperit ciuitatem totam solo adæquatam, & templum Dei conculcatum, exceptis paucis domib⁹, & Ecclesia Dei, quę parua erat, eo loco vbi reuersi discipuli quãdo Saluator assumpt⁹ est ab Oli

ueto,

ucto,ascenderunt in cœnaculum. Illic enim ædificatum fuerat, hoc est in parte Sion, quæ à deuastatione relicta erat,& partes domiciliorum circa ipsam Sion,& septem synagogæ,quæ solæ in Sion stabant velut tuguria. Ex quibus vna relicta fuit vsque ad tempus Maximonæ episcopi,& Constantini regis,velut tentorium in vinea,velut scriptum est. Itaque animo versat Adrianus extruere vrbem,non tamen templum. Et adeptus Aquilam,hunc prædictum interpretem,qui Græcus erat, & socrum ipsius à Sinope Ponti oriundum,constituit ipsum illic operarum extruendæ vrbis præfectum. Impositit autem vrbi proprium suum nomen,& regii nominis appellationem. Sicut enim ipse Ælius Adrianus nominatus erat,sic etiam ciuitatem Æliam nominauit. Itaque quum Aquila degeret in Hierusalem, & videret discipulos discipulorum ipsorum Apostolorum florentes fide,& magna signa operantes sanationũ & aliorum miraculorum. Erant enim reuersi ab vrbe Pella in Hierusalem, isthícque docebant. Quum enim vrbs Hierosolymorum capienda esset,præmoniti fuerunt omnes discipuli ab angelo,vt migrarẽt ab vrbe funditus perdenda. Hi itaque transmigrarunt & habitauerunt in prædicta vrbe Pella vltra Iordanem,quæ ex decem vrbiũ numero esse dicitur. At post deuastationem Hierusalem reuersi, velut dixi,multa signa perficiebant. Aquila igitur mente compunctus,Christianismo credidit, & quum petisset progressu temporis signaculum in Christo,idipsum assequutus est. Quum autem à primo suo habitu non discederet,à credendo videlicet vanæ Astrologiæ,quam exactè edoctus erat,sed quotidie positionem natiuitatis suæ spectaret:redargutúsque à doctoribus,& increpatus ea gratia,se non corrigeret, sed potius contentioſè opponerẽt, & non consistentia confirmaret, fatum videlicet & narrationes de ipso,expulsus est rursus ab Ecclesia,velut inutilis ad salutem. Ex quo facto amarulentiam,velut ignominia affectus,mente concepit,& ad æmulationem elatus est,& abnegato Christianismo ipsiúsque vita, proselytus fit,& circumciditur Iudæus. Atque tunc laborioso studio tradidit seipsum ad discendũ Hebræorum linguam,& ipsorum elementa. Vbi verò hanc summè didicisset, interpretatus est non recta ratiocinatione vsus,sed quo aliqua ex receptis libris peruerteret,irruẽs in septuaginta duorum interpretationem,vt testimonia de Christo in scripturis prolata aliter ederet,propter confusionem,quam sustinuit ob temeratiam suam excusationem. Atque hoc modo fit secunda huius interpretatio,post numerum tantorum temporum,velut superius scripsimus. Poteramus porrò, ô dilecte,etiam adulteratas ab ipso dictiones recensere,quæ ex interpretatione ipsius ipsum redarguunt, verùm quum iam de horum differentia suprà narrauerimus, visum est nobis hactenus ea sufficere. Cæterùm post hunc Aquilam & eius interpretationem,succedit Adriano in regno Antoninus appellatus Pius,& regnat annos viginti duos. Huic succedit Caracallus,qui & Geta,& Marcus Aurelius Verus dicebatur,& regnat annos septem. In ipsius autem temporibus etiam Lucius Aurelius Commodus regnat cosdẽ septem annos, Pertinax autem menses sex, Seuerus annos octodecim. Huius temporibus Symmachus quidam Samarita ex numero Sapientum apud ipsos,quum non reperisset fidem apud propriam gẽtem,principatus studio ægrotans,& contra propriam tribum indignatus,accedit ad Iudæos,ac fit proselytus,& circumciditur secunda circumcisione. Et ne mireris de hoc optime auditor,contingit enim hoc. Qui enim à Iudæis ad Samaritas profugiunt, rursus circumcidũtur, similiter & qui à Samaritis ad Iudæos transfugiunt. At hoc adhuc grauius est, quod etiam à circumcisione præputiati fiunt, arte quadam medica, per instrumentum attractorium Spathisterem appellatum,infernam membrorum cuticulam attrahi sinentes,futurámque admittentes,& glutinatoriis circumdatis, præputium rursus superinducunt. Habes & testimonium apud sanctum Apostolum,vbi hæc verba hoc modo dicit,Circumcisus aliquis vocatus est? ne attrahatur ipsi præputium. In præputio aliquis est? Ne circumcidatur. Hanc autem traditionem diabolici inuenti, Esau fratrem Iacob reperisse aiunt, ad abnegationem Dei,& ad deletionem characteris patrum ipsius. Quapropter aiunt Deum dixisse,Odio habeo ipsum Esau: Iacob verò dilexi. Hic itaque Symmachus ad peruersionem interpretationum apud Samaritas, tertiam edidit interpretationem á se conuersam. Post hunc autem mox sequenti progressu temporis,hoc est,circa Secũdi Commodi regnum,qui regnauit post prędictum Commodum Lucium Aurelium,annos tredecim, Theodotion quidam Ponticus,ex sectatoribus Marcionis hæresiarchæ Sinopitæ,infensus & ipse illius hæresi,& ad Iudaismum declinans ac circumcisus,& Hebræorum linguam ipsorúmque elementa edoctus, priuatim etiam ipse interpretationem edidit, & pleraque consonanter cum Septuaginta duobus edidit. Habebat enim hic plurima exercitia ex consuetudine septuagintaduorum. Proinde sis tu ipse ô studioſè, Iudex huius causæ,apud quos potius veritas reperietur,apud hos tres, Aquilam, inquam, & Symmachum ac Theodotionem,qui non simul fuerunt,sed quisque seorsim,& in tempore ac loco inter se disparati,& non multi,sed tres solùm,& non potuerunt inter se consentire? Aut apud septuaginta duos, qui primi sub vnum tempus fuerunt & interpretati sunt, & in triginta sex partes iuxta præceptum regium diuisi fuerunt, et sine mutua inter se collatione, ex Spiritu sancto sub vnum consensum totam interpretationem ediderunt,et vbi appositione opus fuit,sermonis gratia apposuerunt,et consonanter inter se consenserunt ac ediderunt, et hoc, quum ignorarent quid quisque per se interpretaretur. Vbi verò rursus verborum reiectione opus fuit,æqualiter reiecerunt,& concinnè interpretati sunt, velut omnes simul in vno loco consedissent, & per mutuam collationem interpretati essent. Manifestum profectò est quod in septuagintaduobus veritas reperietur. Quare cognitu facilè fuerit hoc his, qui ex veritatis studio expendere voluerint,quod non solum interpretes illi fuerunt,sed etiam ex parte Prophetæ. Quibus enim non erat opus ad interpretationem,ea omiserunt,quæ sanè postea in suis locis Origenes asteriscis insigniuit. Similiter autem & apposita non detraxit, gnarus quod ipsis magis esset opus,sed cum obelis prout singula reperit,reliquit,indicans solum per obelum,cognitionem lectionis eius loci. At verò per liminiscos similiter indicauit eorum, quæ apud quosdam ex septuaginta duo-

Aelia vrbs.

Discipuli Apostolorum in Pellã fugiũt.

Ratiocinatio inepta

Symmachi interpretatio.

Præputii resecti curatio.

Theodotionis editio.

Tralationes veteris testamenti.

bus interpretibus ſimul vtraque inueniuntur, declarationem, quum id rarò contingat, vt paucæ dictiones non diſſimiles ſint, ſed ſimiles & eandem vim habeant, velut verbi cauſa, pro locutus eſt, dixit: aut pro venerat, venit. Et hæc quidem de quatuor interpretationibus tibi ſcripſimus. De quinta verò & ſexta editione non habeo quod dicam, qui, aut vnde fuerint interpretes, niſi hoc ſolum, quod poſt perſecutionem regis Seueri, quinta inuenta eſt in doliis in Hiericho occultata, temporibus filii Seueri, qui appellatus fuit Caracallus, & Geta. Etenim conſequenter ab Antonino Pio tempus eorum qui regnauerunt, hanc ſucceſſionem habuit. Poſt Antoninum Pium regnauit Marcus Aurelius Antoninus, qui & Verus, annos decem & nouem. Poſt hunc Commodus alius regnauit annos tredecim, cuius tempore Theodotionem cognitum eſſe diximus, qui quartam interpretationem edidit. Huic Commodo ſuccedit Pertinax, & regnauit menſes ſex. Huic ſuccedit Seuerus cum filio ſuo Antonino, & regnauerunt annos octo decim. Mortuo autem Seuero, ſuccedit in principatu Antoninus filius ipſius qui & Geta, & Caracallus aliàs appellatus fuit, & regnauit annos ſeptem. In ſeptimo autem ipſius anno inuenti ſũt libri quintæ editionis in doliis in Hieticho occultati cum aliis libris Hebraicis ac Græcis. Caracallo autem ſuccedit Antoninus alius, qui regnauit annos quatuor. Poſt hunc regnauit Alexãder filius Mamææ annos tredecim. In medio horum temporum inuenta eſt ſexta editio, & ipſa in doliis occultata in Nicopoli ad Orientem ſita. Poſt hunc regnauit Maximianus annos tres. Huic ſuccedit Gordianus, & regnauit annos ſex. Poſt hunc regnauit Philippus annos ſeptem. Huic ſucceſſit Decius, & regnauit annum vnum, menſes tres. In temporibus autem Decii Origenes cognitus fiebat, floruítque à temporibus Decii vſque ad Gallum, & Voluſianum, atque vltra. Cæterum in perſecutione à Decio facta, martyrium ſubiit Babylas in Antiochia, Fabianus Romæ, Alexander Epiſcopus Hieroſolymorum in Cæſarea. Sed & ipſe Origenes multa paſſus, ad finem martyrii non peruenit. Verum delatus in Cæſaream Stratonis & conuerſatus in Hieroſolymis modico tempore, deinde progreſſus in Tyrum, ad annos vigintiocto velut fama refert, & vitam exercuit, & Scripturas interpretatus eſt, quando etiam hexapla, & duas Hebraicorum columnas ex aduerſo inter ſe conferendas compoſuit, hexapla nominans libros, velut ſuprà perlongum à me dictum eſt. Quum verò inueniſſet quinto & ſextæ editionis libros eo quem diximus modo, & non ſciret qui eſſent interpretes ipſorum, quo tempore inuenti eſſent, vnam ex his editionem conſequenter ad priores quatuor adiecit, & quintam appellauit, inſcriptione facta per quintã literam quinarii numeri ſignificatricem, atque ſic nomen eius declarauit. Eodem modo ſenarii numeri notam inſcribens, ei editioni quæ poſtea inuenta eſt, ſextæ interpretationis nomen indicauit. Sed & artificioſè hoc peregit, id quod aliqui ex ſtudioſis ignorant. Quum enim incidũt in hexapla aut octapla, quatuor enim ſunt Græca, quando Aquilæ & Symmachi, & ſeptuaginta duorum, & Theodotionis interpretationes coniunctæ fuerint, vbi autem quatuor hæ columnæ duabus Hebraicis abiectæ fuerint Hexapla appellantur. Si verò etiam quinta ac ſexta interpretatio coniunctę fuerint ad illas conſequenter, Octapla vocantur. Quidam igitur quum in hos libros, velut dixi, incidunt, & inueniunt duos Hebraicos ptimum poſitos, poſt hos verò Aquilæ interpretationem locatam, deinde Symmachi, poſtea ſeptuaginta duorum, poſtquam Theodotionis locata eſt, & conſequenter quinta & ſexta, putant primos interpretatos eſſe Aquilam ac Symmachum, ante ſeptuaginta duos, iuxta ordinem locationis, id quod non eſt, ſed Origenes ſciens ſeptuaginta duorum editionem exactam eſſe ac ſinceram, ipſam in medio locauit, quò hinc atque hinc poſitas interpretationes redargueret. Hoc autem ſolum Origenes vtiliter fecit. Quò verò etiam Romanorum regum ſucceſsionem, velut facere incipimus, non relinquamus, rurſus aliorum regum ſucceſſiones prout quiſque tegnauit, ſubiiciemus. Poſt Gallum & Voluſianum præſcriptos, qui regnauerunt annos duos, menſes quatuor: regnauit Valerianus & Galienus ad annos duo decim. In nono igitur horum imperii anno aſcendit Manes ſiue Manichæus à Perſide, quando etiam ad Archelaum epiſcopum Caſcharorum Meſopotamiæ diſputationis gratia venit, & ſuperatus latenter aufugit, & delatus in Diodoridem vicum in vicinia Caſcharorum, vbi diſputationem aduerſus ſanctum presbyterum Tryphonem inſtituiſſet, perfectè ab ipſo confuſus eſt. Quare & populus lapidibus ipſum obruiſſet, niſi ab Archelae epiſcopo liberatus fuiſſet. Itaque in Perſidem reflexit, & iuſſu regis harundine excoriatus eſt, atque ſic vitam finiuit. At poſt Valerianum & Galienum regnauit Claudius annum vnum, menſes nouem. Huic ſucceſsit Aurelianus, & regnauit annos quinque menſes ſex. Poſt hunc regnauit Tacitus menſes ſex. Poſt hunc Probus annos ſex, menſes quatuor. Poſt hũc regnauit Carus cum filiis Carino & Numeriano annos duos. Poſt hunc Diocletianus cum Maximiano & Conſtantio, annos tredecim. Quorum tempore magna perſecutio fuit, quæ duodecim annis durauit. Quum autem ceſſaſſet perſecutio, regnauit Diocletianus alium vnum annum, & depoſuit regnum, veteranum ac priuatum agẽs. Maximianus autem fato malo ex oculorum lippitudine laborauit, et in corporis morbum illapſus, priuatus eſt oculis, ſpontaneo morbo, quomodo martyres affecerat, et ſic vitam finiuit, rectore Licinio ac Conſtantinio regibus. Quibus vita defunctis, ſucceſsit Conſtantinus ille beatus, qui regnauit annis triginta duobus. Et hic mortuus, proprios filios reges reliquit, Conſtantem, et Conſtantium ac Conſtantinum. Poſt quos regnauit Iulianus, et Iouinianus, & Valentinianus Magnus, & Valens frater eius, & Gratianus filius Valentiniani, & Valentinianus Iunior, filius Valentiniani, fratres Gratiani, & Theodoſius pientiſſimus rex, & Arcadius filius eius, & Honorius clariſsimus frater eius. Quorum anni vſque ad Arcadii conſulatum ſecundum, & Rufini conſulatum numerantur quinquagintaſeptem. In quibus mortuus eſt Valentinianus Iunior, filius Valentiniani Magni, iuuentus ſubitò in palatio ſtrangulatus, vt fama refert Idibus Maii, pridiè Pentecoſtes, in die ſabbti, in ipſa verò die Pentecoſtes elatus eſt. Erat autem tunc ſecundum Aegyptios menſis Pachon dies vigeſimaprima:

Quinta editio.

Sexta editio.

Origenes ſub Decio vixit.

Hexapla & octapla cur dicta.

Manichæus ſub Galieno vixit.

Regũ Rõ. ſucceſſio.

cui ſucceſſerit Conſtantinus.

A

B

C

D

prima: iuxta Græcos Artemiſii menſis tertia & vigeſima, ſecundum Romanos decimoſeptimo calend. Iunias. Hactenus ô ſtudioſiſſime, prędictis contenti omnibus, interpretum propoſitum declarauimus. Deinceps verò ô Dei homo, ad reliqua quemadmodum precibus tuis polliciti ſumus, mentem conuer temus, de ponderibus & menſuris ac numeris in diuinis Scripturis tractaturi, vnde ſingula nominata
A ſunt, & qua gratia ſic vocata ſunt, & vnde nomenclaturæ occaſionem acceperunt, & quæ ſit vniuſcuiuſ que horum qualitas, & pondus ac vis. Menſura itaque eſt Corus, habetur in Euangelio Lucæ. Vbi Salua tor laudat prudentem diſpenſatorem, qui debitoribus pro tot coris, in ſuis ipſorum chirographis tantũ tranſcripſerat, & pro tot batis olei, tot fecerat. Nomina enim menſurarum hæc ſunt. Lethec, Gomor, Ba thos, Saton, Modius, Cabus, Chœnix, Hyphe ſimilaginis, Drax farinæ, Artaba, tres menſuræ ſimilagi nis, tria canapanum chondritarum ex alica. Nebel vini, Collathon, Alabaſtrum vngenti, Campſaces a quæ, Cotyla olei, cyathus, metreta vini, metreta olei, Tryblium, Sextarius, Amphora, Aporryma, Sabi tha, In, Chus ſiue Congius, Stamnos aurea in qua repoſitum erat Manna, Mares, Cypros, Congiariũ. Acceptus itaque eſt Corus ex Hebraica lingua, vbi vocatur Chor, ſunt autem modii triginta. Appella tionem haber ex argumento collis, Choria enim vocatur collis. Triginta autem modii in collem ac acer uum collecti faciunt onus Cameli. Lethec autem ſicut in Oſea Propheta ſcriptum eſt, mercede condu xi mihi Lethec ordei. In exemplaribus verò, Gomor ordei habetur, idem ſunt, quindecim enim modii ſignificantur. Lethec autem appellationem habet ſecundum Hebræorum linguam, hoc eſt eleuatio, ex eo quòd poſſint ab adoleſcente eleuari quindecim modii, & aſino imponi. Eadem menſura etiam Go mor vocatur. Sunt autem duo Gomor, magnum & paruum, magnum eiuſdẽ menſuræ eſt cum Lethec, quindecim modios etiam ipſum complectens, paruum verò duodecim batos. Et hoc ex Hebraica lin
B gua deductum eſt, & eſt ſynonymum cum vaſe in quo oleum excipitur, appellato Bith. Botos enim ſig nificat vas in officina olearia, eſt autem ſextariorum quinquaginta, & eſt menſura officinæ olearię. Mna ſis aut Medimnus ex Romana vt puto lingua acceptus eſt, à voce medium in eadem lingua. Mnaſis ita que apud Cyprios menſuratur & apud alias gentes, ſunt autem decẽ modii frumenti aut ordei. Eſtque Modius apud Cyptios ſextariorum decem ac ſeptem. Medimnꝰ verò apud ipſos Cyprios diuerſus eſt. Medimnum enim Salaminii ſiue Conſtantii ex quinque modiis habent, Paphii verò & Siculi ex qua tuor cum dimidio modiis ipſum metiuntur. Satu vocatur ex ipſa Hebræa lingua accepta, & muliebri genere prolata. Verùm in Græca neutro genere profertur, Saton enim dicitur, & non Satos. Eſt autem Modius ſuperexpletus, vt plenus quidem fiat Modius. verùm per id quod ſuperfluit, quarta modii pars fiat. Appellatur autem Saton iuxta eandem linguam prolatum, aſſumptio aut eleuatio, eò quòd menſu rans habitu quodam menſuram accipiat ac leuet. At Modii nomen per multam diligentiam ab He bræis inuentum eſt, viginti duos ſextarios complectens, non autem ſimpliciter, neque prout contigit, ſed propter multam ſinceritatem. Nam Modius iuſtus, quemadmodum lex dicere ſolet, iuxta Menſu ram ſanctam menſuratus eſt. At Menſura ſancta nihil aliud eſt, quàm viginti duo opera, quæ fecit Deus in ſex diebus hebdomadis. Prima enim die fecit ſuperiores cœlos, terram, aquas, ex quibus elemẽtis eſt & cryſtallus, & grando, & glacies, & ſpiritus miniſtrantes coram ipſo, qui ſunt hi, Angeli ante faciem, & Angeli gloriæ, & Angeli ventorum ſpirantium, & Angeli nubium ac caliginum, niuis ac grandinis, & glaciei. Et Angeli vocum, tonitruorum, fulgurum, frigoris, æſtus, hyemis, autumni, veris, æſtatis, & omnium ſpirituum, creaturarum ipſius, quæ ſunt in cœlo & in terra. Abyſſos tum infra tetram, tum te nebras ipſius Chaus, veſperam & noctem, lucem diei & diluculi. Hæc ſeptẽ opera maxima fecit Deus
C in prima. In ſecunda verò firmamentum in medio aquarum, & diuiſionem aquarum ſupra firmamen tum, & earum quæ ſunt infra firmamentum, in facie totius terræ. Hoc ſolũ fecit Deus ſecunda die. Ter tia verò die maria, flumina, & fontes ac ſtagna, & ſemina ſementi germina, ligna fructifera & infrugife ras ſyluas. Hæc quatuor opera maxima fecit Deus in tertia die. Quarta verò Solem, Lunam, ſtellas, hæc tria magna opera fecit Deus quarta die. Quinta autem cete magna, piſces, & alia reptilia in aquis, vola tilia alata. Hæc tria opera magna fecit Deus quinta die. Sexta verò die beſtias, pecora, reptilia terræ, ho minem. Hæc quatuor magna opera fecit Deus ſexta die, & fuerunt omnia in ſex diebus facta opera à Deo, viginti duo, & abſoluit Deus omnia in ſexta die, quæ in cœlis ſunt & in terra, in mari & in abyſſis in luce & in tenebris, & in omnibus, & requieuit Deus ab omnibus operibus ſuis in ſeptima die, & be nedixit ipſam, ac ſanctificauit ipſam, & manifeſtauit per Angelum Moſi, quod etiam viginti duo capi ta ſunt ab Adam vſque ad Iacob. Et eligam mihi ipſi ex ſemine ipſius populum acceptũ ab omnibus gẽ tibus. At verò capita de quibus dixit Dominus, hæc ſunt. Adã, Seth, Enos, Enoch, Arphaxad, Sala, Cai nam, Phalec, Maleleel, Heber, Ragau, Iared, Seruch, Nachor, Mathuſala, Thara, Lamech, Noë, Abraã, Iſaac, Iacob, Sẽ. In ſumma viginti duæ generationes. Quapropter etiam viginti duæ ſunt apud Hebræ os literæ, & ad ipſas numerati ſunt etiam libri ipſorum viginti duo, qui ſint viginti ſeptem. Verùm quo niam quinque duplicantur apud ipſos elementa vt ſint etiam ipſa viginti ſeptem & in viginti duo cõtra huntur, ea gratia etiã libros viginti ſeptẽ exiſtentes, viginti duos fecerunt. Quorũ primus eſt Breſchith, qui vocatur Geneſis mũdi. Veelleſmoth, qui exitus filiorũ Iſrael ex Ægypto. Vaiicra, qui Leuiticus. Va
D iedaber, qui eſt Numeri. Ellehadbarim, Deuteronomium. Dieſu, liber Ieſu Naue. Diob, liber Iob. Scho phtim, Iudicum. Diaruth, liber Ruth. Sephertehilim, Pſalterium, Dibreiamim, primus Paralipome non. Dibreiamim, ſecundus Paralipomenon. Semuel, primus Regum. Daduſemuel, ſecundus Regno rum. Dmelachim, tertius. Dmelachim, quartus. Dmiſchle, liber Prouerbiorum. Decoeleth, Eccleſia ſtes. Sir haſirim, Canticum canticorum. Dathariaſara, duodecim Prophetæ. Deſaiu, liber Prophetæ E ſaiæ, Dieremiu, Hieremiæ. Diezechel, liber Ezechielis. Didaniel, Danielis liber. Dideſdra, Eſdræ primus.

Corus mẽ ſura.
Lethec.
Gomor.
Ba'os.
Mnaſis.
M edimnꝰ
Modius.
Saton.
Modius iu ſtus.
M enſura ſancta.
Opera dei ſex dierũ vigẽtiduo
Vigẽtiduo capita.
Vigẽtiduo literæ.
Vigẽtiduo libri.

primus. Dideſdra, Eſdræ ſecundus. Deſther, liber Eſther. Hi viginti ſeptem libri, viginti duo numerantur, iuxta numerum elementorum, quandoquidem etiam quinque elementa duplicãtur, velut ſuprà diximus. Eſt autem & alius paruus liber, qui vocatur Cinoth, hoc eſt lamẽtatio Hieremiæ. Hæc autẽ Hieremiæ connectitur, & eſt ſuperfluus liber extra hunc numerum & Hieremiæ adiunctus. Hi viginti duo numeri, qui vbique inueniuntur, & in diuerſis ſpeciebus numerãtur, & in viginti duobus operibus, quæ fecit Deus in ſex diebus creationis mundi, & in viginti generationibus, ab Adam vſque ad Iſrael, & in viginti duobus elementis literarum, ab Aleph vſque ad Tau, & in viginti duobus libris, à Geneſi vſque ad Eſther, menſura nobis facti ſunt viginti duorum ſextariorum, quæ menſura vocatur, apud Hebræos Mode, apud Græcos Modion, propter claritatem. Similiter autem & Ægyptii, hanc menſuram vocãt, Syri item ac Arabes Modia dicunt, & ſignificat vox ipſa confeſſionem. Impletus enim modius confitetur, quod plenus eſt, appellatur autem & Gnomon. At per numerum viginti duorum operum Dei ab initio, & viginti duarum generationum vſque ad Iacob, & viginti duorum librorum vſque ad Eſther, & per viginti duarum literarum propoſitum, ex quibus lex Dei nobis exhibita eſt, & doctrina Dei nobis præexpreſſa, hoc indicatur, quod ex Lege & myſteriis in ipſa Chriſtus nobis venturus teſtimoniũ accepit, ac reuelatus eſt, qui vbi venit in Euangelio, impleuit nobis menſuram vitæ per modium, hoc eſt cõfeſſionem, omni ipſum confeſſo, & qui vitam ab ipſo accepit. Quapropter menſuram hanc ſanctã Hebræi dicunt, quæ eſt viginti duo ſextariorum, iuxta relatas rationes. Multæ enim aliæ gentes, aut apposuerunt, aut detraxerunt ab hac menſura exactè apud Hebræos numerata. Sed & apud Romanos contigit, modii menſuram ſimili capacitate appellati, quemadmodum apud Hebræos Aleph, admonet puerum vt diſcat, ita & apud Græcos Alphin quærere contigit vocari. Vnde nimirum etiam alpha ex Hebraica in Græcam tranſſumptum eſt linguam. Proinde Modius ex Hebraica lingua inuentus eſt, & à cõfitendo dictus, velut ſæpè dixi, ex ipſo vſu facta interpretatione. Niſi enim ipſum pleniſſimè quis impleuerit, non confitetur quod plenus eſt. Vbi verò repleuerit menſurã ac concuſſerit, tunc confitetur, quod plenus eſt. Cabus verò ex eadem lingua, diuerſa menſura eſt, hoc eſt quarta pars modii. Chœnix autem & Hyphe, vna menſura eſt, ſed duplici nomine appellatur, eſt autem duorum ſextariorum, & aliquãtulæ partis. Drax farinæ, hoc eſt pugillus, hæc menſura nullam curioſitatem requirit, & eſt omnibus manifeſta. Artaba, hæc menſura apud Aegyptios nomen requirit, eſt autem ſextariorum ſeptuaginta duorum, & hæc mẽſura ex multa diligentia collecta eſt. Septuaginta duo viri tunc turrim ædificabãt, quãdo in ſeptuaginta duas linguas ex vna cõfuſi ſunt. Vnde & Meropes appellati ſunt, propter diuiſam vocem. Eandem menſuram habet & Metreta, iuxta menſuram ſanctam. Tres menſuræ ſimilaginis, quas Abraam Angelis præparare Saram iuſſit, ex quibus menſuris panem ſubcinericium fieri præcepit, hæ autem menſuræ ſingulæ gomon capiebant. Gomon autem erat decima pars magnæ menſuræ, hoc eſt Artabæ, quæ decima pars eſt ſextariorum ſeptem, & quintæ vnius partis. Tria cana panum chondritarum, vbi conſueuerunt tunc reponere hondritas. Eſt autem ſpecies panis, Chondrites in duo partes cõſectus, ex alica conſtans. Nebel vini, eſt menſura ſextariorum cẽtum quinquaginta. Saton, ſextariorum quinquagintaſex eſt. Alabaſtrum vngenti, vaſculum eſt vitreum capiens libram olei, menſura verò eſt ſextarii dimidii. Alabaſtrum autem appellatum eſt propter fragilitatem. Campſaces aquæ duodecim ſextariorum aquæ menſura eſt. At Campſaces Helię præparatus, quatuor ſextariorum menſura eſt. Cotyla dimidium ſextarii eſt. Appellata eſt Cotyla, ab eo quòd Sextarius in duas partes ſecetur. Cyathus eſt ſexta pars ſextarii. Scriptura Cyathos Medecoth appellat. At cola ſiue colatoria inſtrumẽta Maſmaroth vocat. Eodem autem nomine ambo vſi ſunt, nam & eundem vſum & actionem exhibent. Trybliũ iuxta formam eſt vas ad intinctus obſoniorum paratum, ſiue paropſis, menſuram verò dimidii ſextarii habet. Sextarius Alexandrinus, duarum librarum pondus in oleo habet. Aporryma, apud ſolos Thebanos menſuratur, dimidium enim Saitæ eſt. Verus autem Saites, ſextariorum viginti duorum eſt. Sabitha Syriaticum nomẽ eſt, quod torculare hauſtorium interpretari poſſis, apud Aſcalonitas eſt ſextariorum viginti duorum. In, quod magnum vocatur, ſextariorum octodecim eſt. At ſanctum In, ſextariorum nouem. Congius, ſextariorum octo eſt, verùm ſanctus appellatus Congius, ſextariorum ſex, quæ eſt duodecima pars metretæ. Talentum omnem menſuram, quæ ponderatur, excedit, verùm iuxta libræ pondus, eſt libratum centum viginti quinque. Sex minuta talenti, ſeptem aſſaria ſunt. At ſeptem minuta aſſariorum. centum denarii ſunt. Argenteus excuſus eſt ab initio, numiſma, hoc autem ex aſſariis excuſum eſt, aiunt Abraam in Chananæam formam eius intuliſſe. Porrò ex partibus cẽtum viginti quinque talẽti, eſt libra vna. Libra autem, eſt duodecim vnciarum. Vncia, habet ſtateres duos. Stater, dimidium quidem eſt vnciæ, habet autem duo didrachma. Sichus qui & quadrans dicitur, quarta pars eſt vnciæ, dimidium ſtateris, habens drachmas duas. Vnciæ enim erant octo drachmæ. Vocabatur & Holce ipſa drachma. Eſt & eiuſdem ponderis holce cum Siclo, apud eum qui ponderauit per tem poris occaſionẽ capillum Abſolonis, quando tondebatur, habentem holcen ſiclorum cẽtum viginti quinque, hoc eſt libras duas & dimidiam. Obolus, & ipſe in argento excuſus erat, menſuram autem ſiue pondus etiã hic vnciæ habebat, non ex argento factus, ſed è ferro. Erat autem & alius obolus ex argento percuſſus, qui numiſma erat, quod tenuiſsimum fuit, nẽpe octoageſima pars vnciæ. Dicit enim in Leuitico, Didrachmon autem, ſunt viginti oboli. Quod autem quarta vinciæ eſt didrachmõ, iam docuimus. Aereoli, ſiue Chalci, hos Aegyptii inuenerunt, ſunt autẽ argentei excuſi, quapropter & apud Alexandrinos vocãtur Argentea, ærea. Eſt autẽ Aereolus pondere, octaua pars vnciæ, quemadmodum drachma. Mna, Latinis Mina, in Hebraica lingua Mneme vocatur. Italica Mina, quadraginta ſtaterum eſt, hoc eſt vnciarum viginti, id eſt libræ vnius & duarum tertiarum partium libræ. Argenteorum autem multæ formæ, pro tẽporis oc-

Menſurarum diſtinctio.
Aleph diſcere ſignificat.
Alpha inueſtigare ſignificat
Cabus.
Chœnix idem quod hyphe.
Drax.
Artaba.
Metreta.
Gomon.
Tria cana
Nebel vini.
Saton.
alabaſtrũ
Cãpſaces
Cotyla.
Cyathus.
Trybliũ.
Sextarius
Aporryma.
Saites
Sabitha.
In.
Congius.
Talentũ.
Argẽteus
Libra.
Vncia.
Stater.
Didrachmon.
Siclus.
quadrans
Dragma.
Holce.
Obolus.
Æreoli.
Mina.

A B C D

poris occasione excusæ sunt. At Nummus excusus est à Numa rege quodam Romanorum. Dichyson autem vocabant veteres dimidium argenti. At Argentum hoc est, quod Romani Miliaresium vocant, hoc est militare donum. Dichyson autem etiam hoc argentum erat, quod postea adulterinum vocatum est, ex causa quod sublatus esset rex eius temporis, & eiectus esset eius character siue imago ex dichyso quæ in ipsa ferebatur. Ex eo enim tempore vbi inuentum fuisset dichyson, sublati regis imaginem ferens, adulterinum nominabatur, siue reprobum. Pholes quod & Talantium vocatur, duplex est, ex duobus argentis compositum, & fiunt ducenti octo denarii. Et Pholes duo minuta iuxta denarisinum, sed non iuxta argentisinum. Mares, mensura est apud Ponticos duarum hydriarum, Hydria autem ipsis decem sextariorum est, vt sit Mares viginti sextariorum Alexandrinorum. Cypros apud eosdem Ponticos mensura est siccarum frugum modii duo, quæ mensura dicitur esse apud ipsos chœnicũ quinque. Chœnix autem apud ipsos sextariorum quinque est, vt sit Cypros sextariorum vigintiquinque. Nam magnus apud ipsos modius, sextariorum vigintiquatuor est. Collathon est apud Syrios dimidium liquidi sati, est autem sextariorum vigintiquinque. Congiarium, mensura est liquidorum, & ipsa apud Hebræos sic profertur. Hæc mensura est in Chronicis Eusebii, & aliis Chronographis indicata, prout quisque eius temporis regum per ambitionem populo Romano exhilarando largitus est, interpretari potes coniunctum aut contortum.

Nummus Dichyso. Miliaresium. Pholes. Mares. Hydria. Cypros. Collathõ. Congiarium.

DIVI EPIPHANII EPISCOPI CYPRI HISTORIA de Prophetarum vita & interitu, Albano Torino Interprete.

Nathan Prophetæ vita, interitus ac monumentum.

NAthan Propheta, eisdem ferè temporibus, quibus Dauid in lucem æditus, è tribu & prosapia Thock, popularis autem vrbis Galilææ Gabath, lege Domini Dauidem instituit. Præsciebat Nathan ille Propheta, quòd rex Dauid in Bersabeæ ardore plus æquo transgrederetur: confestim igitur, Gabath relicta, Hierosolymam contendit, quò eundem à tanto facinore Regem abstraheret. Sed eccè impedimento fuit Beliar, nam quum exanimen eum in itinere, nudum reperisset, tantisper cunctatus est, quoad terræ mandaret, ne indignis admodum modis corpus hominis ab animalibus brutis ac belluis dilaniaretur. Eadem tum nocte Nathan agnoscebat, quòd Dauid rex flagitium sese planè indignum iam pridem designauerat, quare mœrens, magnáque lamentatione reuersus Gabath repetit. Vbi verò Vrias Bersabeæ maritus à Dauide peremptus est, legauit Deus ad eum Nathan, ut grauiter regem, de piaculo corriperet & castigaret. Tunc demum Dauid in sese descendens, ingenti formidine perculsus, Dominum vehementer metuit, quod illi nunc manifestè perpetratum scelus displicere animaduerterat. Sentiebátque Dauid rex, Spiritu Dei sancto Nathan afflatum esse prophetam. Honorabat itaque & venerabatur hominem, tanquam numẽ aut sanctum Dei. Ipse verò extremo senio confectus vita decessit, & in Gabath proprio suo tumulatus est agro.

Quid viuus mortuusque Nathan commeruerit.

Achiæ Selonitæ quum vita tum obitus cum sepulchro.

ACchias verò Selonites è Selom oriundus, ex tribu habebatur Iuda, priscum vbi contueri illud erat arcæ tabernaculum, ex Armathem, Heli sacerdotis oppido. Hic est ille Propheta, qui super Solomone, Dauidis Filio loquutus est, quod futurus esset aliquando Dei aduersarius. Quique increpauit Hieroboam, quod suscepto olim principatu, dolo & fraudulenter foret acturus cum Domino. Visum namque suis apparuit oculis, Par boum pessundare populum, inque sacerdotes impetum facere. Cæterùm varicinatus est Solomoni, futurum vt muliebre genus alienaret ipsum à Domino. Item ingenuè dixit ad Hieroboam, Te par buccularum auertet olim à Domino, & erit in seruitutem tua propago. Vitã portrò Achias in mortem commutauit, & haud procul à quercu ea, quæ in Selom existit, postremum honorem & monumentum sortitus est.

Prædicationes Achiæ Selonitæ mirabiles.

Ioam Prophetæ vita, mors & tumulus.

IOam Propheta oriundus à Samaria, contusus in via à leone, fato functus est. Is est ille qui Hieroboã, propter aureas, quas erexit iuuencas, corripuit, quíque eiusdem hostias sacrificiúmque è medio sustulit & abrogauit. Quum autem eum ob hoc Hieroboam verbare conaretur, sublata in prophetam dextera, confestim arida eius facta est manus. Post hæc Ioam Prophetæ, falsò propheta imposuit. Nam quum esse panem tum vndam potare impulisset, egredientem pessum dedit, & contulit eum (in quem incidebat) leo, asinam autem suam nulla affecit iniuria. Solo autem redditus est in Bether iuxta pseudoprophetam. Quum verò paucis post diebus animam pseudo quoque propheta ageret, iurauit sacerdotibus quod vnà cum Ioam Propheta sepeliri affectaret, eò quòd illi verba dedisset, & in resurrectione iustitia ab vnoquoque exigatur. Ita vterque in eodem sunt monumento conditi.

Ioam insignis tumulus.

Azariæ Prophetę vita & interitus.

AZarias Propheta domo quidem & genere de Synphata fuit. Is est qui precibus suis auertit captiuitatem, quam Iuda machinabatur in Hierusalem. Cæterùm super aduentu Domini vaticinatus est haud pauca. Obdormiuit in Domino, in patria sua, vbi humatus est.

Preces Azariæ quæ apud Deum.

Heliæ

Heliæ Prophetæ vita & obitus.

HElias Propheta ex Thesbis erat, è continente Arabum, de tribu Aaron Leuita, morabatur autem in Galaad, quoniam Thesbis erant ædes sacerdotibus consecratæ. Quem quum enixeretur parens eius, eiusmodi Sobac patri visio apparuit. Viri niueum quendam præ se ferentes habitum, pusionem salutabant, matrisque vberibus in ignem alluebant, quin & flammam ignis cibi loco minastrabant. Profectus est itaque genitor in Hierusalem, visaque ad sacerdotes retulit. Respondit autem illi Chrematismus (hoc est Oraculum siue responsor) Caue manifestum facias. Erit quippè lumen filii huius domi cilium, sermóque eius, demóstratio ac sententia breuis, & iudicabit Israel quum in igne tum romphæa Hic est ille Helias, qui ter ignem è cœlo deduxit, quique imbrem sua lingua gestauit, mortuos item suscitauit, in cœlum denique nimbo, seu turbine ignis assumptus est.

Visio in Heliæ natiuitate magna portendēs

Helisæi Prophetæ vita & interitus

HElisæus Propheta erat ex Abelmuth, de terra Rubim, quo super huiusmodi contigit miraculum. Quot simulatque natus est in Galgalis, Bos illa aurea in Selom, clamore tam acuto vociferata est: vt auribus acciperetur Hierosolymis. Expositi tunc prodigium sacerdos. Hæc, inquit, argumento sunt prophetam hodie in lucem esse æditum, qui comminuet sculptilia, & confringet & euertet conflatilia Prodigia porrò innumera Deus per manum Helisæi designauit. Cæterùm carnis debitum soluens, in Sebastopoli Samarię supremo honore affectus est. Vaticinatus est autem de aduentu Christi, & aquas in Hiericho steriles, quæ amaræ sunt admodum, medendo dulcorauit, addens: Hæc inquit Dominus, Sanabo aquas istas: cōfestímque sanatæ sunt, in hanc lucem vsque hodiernam. Quin & exanimatis etiā vitam restituit. Leprosum item Neeman Syrum à lepra asseruit. Gieze contra puerum eius leprosum reddidit, & vbi iam efflasset animam, extinctum tanquam ab Orco in vitam reuocauit.

Pro Helisæo Deus prodigia fecit.

Esaiæ Prophetæ vita & interitus.

ESaias Propheta quidem in Hierusalem de tribu Iuda ortus, sub Manasse verò Rege Iuda sectus in duas partes, occubuit. Tumulatus est sub quercu Rogel iuxta transitum aquarum, quas olim Ezechias rex obstruxerat, quum eas vndas peruias efficeret. Fontem quippe Deus Seloam causa prophetæ effecit, quoniam priusquam moreretur, pusillum precatus est, vti vndas illic effingere dignaretur. Et confestim demisit illi cœlitus aquam viuentem, vnde sortitus est locus ille appellationem Siloam, quod si quis interpretetur, sonat demissum. Sub Ezechia quoque rege, antequam stagnum piscinásque fabricasset, precibus Esaiæ effectum, vt exigua lympha scaturiret, quod populus in obsidione hostium teneretur, & ne ipsa periret vndis destituta ciuitas. Milites igitur perscrutabantur vndique vbinam sedare sitim daretur, ignorabant etenim. Vrbe quippe iam potiti, obsidebant Seloam: quandocunque itaque indigetes Iudæi aquatum venerant, scaturiebat eis vnda, & aquabant: exterarum verò nationum homines reperire nesciebant, latex namque aufugiebat. Eóque ad hodiernum vsque diem eructatur clanculum, quò significetur misterium. Cæterùm quandoquidem Esaiæ Prophetæ istud acceptum referunt, in perennem eius rei memoriam, populus accuratè prophetam isthic solo cum gloria & honore reddidit, vt per eiusdem intercessiones in consummationem vsque seculi, aquæ eiusmodi fructus impetretur cui scilicet vsum referebant acceptum. Extat autem monumentum Esaiæ finitimum sepulturæ principum, post sepulchra sacerdotum versus Notum, partémque meridionalem. Solomon enim Hierosolymam constituens, regum excitauit Mausolea, pro vt illa Dauid descripserat. Existit autem Oriētem versus Sion, quæ introitum à Gabaoth possidet, quæque ab oppido viginti distat stadiis. Foueam prēterea fecit ille hic incomprehensibilem, magnæ etiamdum mortalium parti incompertam.

Quanta Dens in gratiam Esaiæ fecerit.

Hieremiæ Prophetæ vita & interitus.

HIeremias, Propheta Anathothides apud Taphnas in Aegypto à plebe lapidib⁹ obrutus occubuit. Iacet verò in eo loco sepultus, quo dudum Pharao rex habitauerat, quamobrem Aegyptii postea magna cum religione colebant, vbi pluribus se officiis ab illo adiuuari cognouerunt. Aspides enim & vndarum belluę (quas Nephod appellitant Aegyptii, Greci verò τους *crocodeilous*) eos interimentes postulationis Hieremię beneficio ex illis finibus sunt profligati, nec tam aspidum furor, quàm ex flumine ratione pari bestiarum insidiæ. Quique vel hodie adhuc fideles comperiuntur, eodem in loco supplicare consueuerunt, & sumpto puluere morsibus aspidum medentur, feræ quoque aquarum hinc aufugerunt. Idem propheta sacerdotibus Aegypti signum exhibuit dicens, Oportere olim cuncta eorum simulacra concidere, simúlque manufacta omnia præcipitari, vbi Aegyptum ascendet cum suo infante virgo enixa, Deo similis. Id quod tandem vsu venit illis. Hic est ille Propheta, qui ante mutationem tēpli arculam apprehendit, quæque fuere in ea singula, & curauit ea absorberi in saxum. Et loquutus est sacerdotibus plebis, & quicunque aderant, maioribus, Profectus Dominus è Sina in cœlos, sed reuertetur in maiestate & virtute diuina. Et hoc iudicium aduentus ipsius erit, Quando gentes vniuersæ ligno supplicabunt. Addidit præterea, Arcam hanc nec quisquam reserabit vnquam, neque sacerdotum neque propheterarum, excepto Mose electo Dei. Tabulas quas continet ipsa, nullus explicabit, præter Aaron. Cęterùm in resurrectione primùm arca resurget, & prodibit è saxo, inque Sina monte locabitur, & omnes

Miranda Hieremiæ facta.

& omnes ſancti ad eam confluent, vt illhic ſuſcipiant Dominum, & vitent inimicum, qui perdere illos affectabat. Tunc ſaxum ſigillauit digito, inſcribens nomen Domini, & factus eſt typus inſtar ſculpturæ ferri, & nubes petram cooperuit, & eum locum nemo nouit. Quin ne nomen quidem vſque in hunc diem & vſque in conſummationem ſeculi datur legere. Lapis deinceps ille habetur in ſolitudine, vbi
A primitus fabricata eſt arca, in medio montium in quibus iacent Moſes & Aaron ſepulti, in noctibus porrò nubecula nitet modo ignis, eodem loci. Pro typo qui erat ab initio, quoniam nunquam ceſſabit maieſtas Dei à lege eius.

Ezechielis Prophetæ vita & interitus.

EZechiel Propheta è terra Sarera de filiis Pontificum genus duxiſſe aſſeritur. Fato functus eſt tempore captiuitatis in regione Chaldæorum. plurima ille ſuper reuerſione populi, prophetauit, déq; reditu filiorum Iſrael, nec non & de aduentu Domini. Occidit autem illum dux populi, quum vnà ſecũ incola foret in Babylone, reprehenſus ab eo de cultibus idolorum. Quare in agro Maur funerauerunt eum in monumento Sem & Arphaxad progenitorum Abrahæ. Et ſepulchrum ipſius ad noſtra vſque tempora ſpecus eſt duplex. Etenim Abraham excitauit ad huius inſtar, Saræ coniugis ſuę monumentũ in Chebron. Quod quia defoſſum ſit atque latens, duplex dicitur è planicie, & in terra tabulatum petraque ſuſpenſum. Iſte quidem propheta populo obiecit prodigium, quum precatus eſſet ad amnem Chobar. Quod videlicet quum deficerent vndæ fluminis eius, falcem deſolationis ſperare deberent in finibus terræ, & quando exundaret fluuius ille, id ſignum eſſe reditus in Hieruſalem, & contigit illud. Etenim in terra Spyriorum vir pius ille ſepultus iacet. Multíque ad monumentum eius confluunt ad precationem & obſequium. Sanè quando tanta eò frequentia vnà ad monumentum eius conueniunt,
B formidant Chaldæi ac metuunt, ne illum auferant, quapropter egredientem comitantur, & deducũt Effecit verò Propheta conſiſtere hic fluminis vndas, quò terga darent filii Iſrael trans ripam. Cęterum Chaldęorum aliquod audaciores populum ponè perſequi tentabant, qui quidem ad vnum omnes ſubmerſi ſunt. Iſte quoque propheta ſpontinis orationibus filiis Iſrael vberrimum piſcium impetrauit commeatum, vt qui inedia tantum non periiſſent, piſcium eſu reficerẽtur. Plurimis etiam illorum, qui aura vitali iam veſci deſierant, vitam recuperauit. Is eſt quoque vates ille, qui plebe iam depreſſa ac peſſundata ab hoſtibus, ſtetit contra faciem ducum illorũ, & confundebat eos portentis & miraculis, ita vt milites territi cœpto deſiſterent. Tunc populo ſuo Ezechiel dixit, propterea quod arum conuenit inter uos, ſpes veſtra interiit. Nũc in prodigiis oſſium mortuorum fecit illos, quoniam eſt ſpes Iſrael quũ præſente, tum ætate futura. Hic eſt, inquam, propheta, qui quanquam eſſet in regione Chaldæorum, pleraque tamen populo, quæcunque in Hieroſolymis inque templo fiebant, aperuit. Iſte quoque propheta eduxit eos è finibus Chaldęorum, & reduxit in Hieruſalem ad redargutionem impiorum & infidelium. Hic Ezechiel per Moſem contemplatus eſt ſitum templi, murúmque eius ſpacioſum, prout locutus eſt etiam Daniel vti olim conderetur. Hic in Babylone iudicauit tribum Dan & Gad, quod impiè egiſſent aduerſus Dominum, perſequendo eos qui legi fidem ſuam aſtrinxerant. Obtulit autem illis inſignè prodigium & oſtentum, quoniam angues deuorauerunt infantes eorum, et omnia iumenta ipſorum. prædixítque quod culpa eorum nequeat populus regredi Hieroſolymam, quin in Media permaneret quo ad reſipiſcerent, & in viam, quod aiunt, redirent. Erat ſanè vnus illorum, qui eum interemit,
C oppoſitum enim erat illi, vſque in diem obitus ſui.

Varia Ezechielis prophetia.

Vita & obitus Danielis Prophetę.

DAniel prophetę tribu quidem fuerat Iuda, genere optimatum regiæ adminiſtrationis filius, adhuc infãs puſio è Iudæa in Babylona perductꝰ eſt. Prognatꝰ autẽ in Bethebera ſuperiore haud procul ab Hieroſolymis. Et ea ſemper fuit vir ille modeſtia ac probitate, vt ſpadonem putarent eum eſſe Iudæi. Magno mœrore luxit vrbem Hieroſolymam, ita porrò in abſtinentia & ieiunio vixit, vt ab omne genus cupediis facile temperarit. Vir aſpectu quidem aridiſſimus, ac ſqualloreobſitus, in fauore autem ac gratia Domini perquam pſecioſus. Plurimas fudit preces pro rege Nabuchodonoſor, quum factus eſſet hoſtia atque iumentum, ne perderetur. Præferebat enim anteriore parte, pariter & capite bouem, pedibus verò & poſterioribus leonem. His quippe optimates eorum plerique omnes in iuuentute ſunt prædíti, vt inſtar bouis de iugo naſcantur Beliar voluptatis deſideriorum gratia. Deinde beſtię tandem fiunt, nempe prędones, vaſtatores, percuſſores. Cognouit itaque Daniel vir ſanctus, quod (more bouis) fœno veſceretur, & deſtinat. eſt illi in humanę naturę pabulũ. Quocirca Nabuchodonoſor á flagello ſibi hoc miſſo, retinens etiamdum in corde ſúo humanum ſenſum, ingenti luctu perculſus eiulauit. Supplicabátque Deo diéſque noctéſque quadragies, implorans Beemon, quod eſt, Deum Iſrael, præſtò nanque erat illi ſpiritus Satan, & celãbat eum quod natus fuerat homo. Linguáque eius ligata
D hæſerat, ne verba faceret, & vox bruti dedicata eſt ei. Et reddita ſunt perinde ac caro à continuo eiulatu, plerique verò ſummi magiſtratus ſimul & ciues, ſpectatum ipſum, vrbem egrediebantur, ſolus Daniel illum viſere detrectabat. Proinde vbi Nabuchodonoſor trãsformatus eſt, aſſiduè precationibus vacabat nomine eius, dixíque fore vt iterum hominis formam indueret, principatúſque ſui gubernacula reſumat. Neque quiſquam Danieli fidem habere ambigebat. Septem porrò annos, quæ illi ſeptem tempora Daniel prædixit, ſupplicationibus ipſe ſuis ſuper eo ad Dominum in totidem menſes commutauit. Myſterium certè ſeptem temporum ſuper illo conſummatum eſt quod mediator ſep

Corporis Danielis phiſionomia.

tem restituit. Sex itaque annos & totidem menses supplex precatus est Dominum Deum, & confessus
Factorum commemoratio. est impietatem suam, & post remissionem sceleris sui, principatum illi Deus restituit. Ex eo igitur tempore neque carnibus vesci, neque vinū potare vnquam voluit, confitens vsque Deo, eò quòd Daniel sibi præcepit, in leguminibus viridibusue aut irriguis Dominum posse propitiari. Proinde Nabuchodonosor indidit Prophetę appellationem Baltasar, iuxta nomenclaturā vnigeniti filii sui. Volebat ad hæc Danielem cohæredem constituere pignoribus suis. At prius ille vir inquit, Arbitrare me maiorum hæ A
reditatem repudiare, & non circuncisorum hæreditati adhærere? Designauit complura præterea inter reges Persarum miracula, quę hoc quidem volumine annotata non sunt, cæterum in libro Danielis
Danielis interitus. prodita scriptis comperiuntur. Ille propheta incelsis montibus Babylonis monstrum annunciauit & exhibuit, dicens: Vbi cernetis montem ex parte Boreæ fumo denigratum, pro foribus Babylonis terminus imminebit. Quando verò isthunc flagrantem igne videbitis, aderit totius orbis terrarum finis. Sed quum ad meridiem mons aquas propellet, remeabit populus in patrium solum. Et condetur Hierusalē latè, campóque capaciori, perinde atque factum est etiam per Iesum pontificem pariter & zorobabel filium Salathiel. Quòd si denique mons iste cruentus sanguine manat, stragem portendit ipsius Beliar in vniuerso terrarum orbe. Aderit autem Dominus humana natura indutus. Tunc igitur Babylone ex hac vita discessit Daniel vir sanctus in pace. Et humatus est in angusta cauerna, honoribus magnis. Extat monumentum ipsius vsque ad hoc seculum nostrum, in Babylone cunctis notissimum.

Oseæ Prophetę vita & interitus.

Cur vixerit mortuusque fuerit Osea. OSea Propheta filius Beeri, in Belomoth de prosapia tribúue Isachar progenitus, signum dedit & prodigium, Dominum scilicet venturum cœlitus in terram, cæterum hoc fore indicium aduentus eius, Si quercus illa in Selom findatur a seipsa in portiones bis senas, & fierent totidem quercus, & B
accidit ita. Cæterum de fornicatione & stupro gentis suæ vaticinatus est haud parum. Vitam quum posuisset in pace, propria terra humatus est.

Amos Prophetæ vita & obitus.

AMos porrò Propheta è Thecue de terra zabulon oriundus, parens fuit Esaiæ Prophetæ. Ab Amasia autem sacerdote Bethel iugiter vapulans, insidiis & conuiciis notatus est. Postremò verò filius
Amos propheta breuis explicatio. Amasię fuste eum secundum tempora feriendo occidit, quod ipsum de insidiis duarum iuuencarum ex auro suggilasset. Cęterum adhuc spirans in patriam terram profectus, & inibi fato functus, cum maioribus suis vnà sepultus est.

Micheæ prophetæ vita & interitus.

MIcheas Marathides, propheta de tribu Ephraim oriundus. Quum plurima designasset *Τὸν* Achaab regi Iuda, ab eiusdem filio, cui nomen Ioam, præcipitatus, occubuit eò, quòd de iniquitatibus suis, progenitorumque suorum, quas per petrauerant, redarguisset. Is mortis carcere liberatus, in
Micheę origo. Marathi propria terra planè solitarius tumulū iuxta Polyndrum sortitus est. Est quidem monumentū ipsius vsque ad hodiernum tempus nobilissimum.

Iohelis prophetę vita & interitus.

IOhel porrò Propheta ex agro Bethor, de terra Rubim oriundus, per multa quoque super Hierusalē
Iohelis doctrina. prophetauit, & de consummatione gentium vaticinatus est. Hic quoque diem in pace obiit, & cum C
honore & gloria in Bethor humatus est.

Abdiu propheta vita & obitus.

ABdiu Propheta oriundus erat ex Sichem, agróque Bethachamar. Hic est vates iste, qui ter semicen
turionem egit, cuique pepercit Helias Thesbites. Descedit vt conueniret regem, post hæc verò regiæ ordinationem desertor, adhæsit diuinatori Heliæ, & factus est discipulus eius, cuius gratia pluri
Abdiu discipulus Heliæ. ma sustinens, seruatus est. Suum autem diem obiens, in agro Bethachamar cum patribus suis capulum obtinuit.

Ionę prophetæ vita & interitus.

IOnas Propheta, patria fuit ex terra Cariathamaum, haud porrò ab Azoto vrbe Græcorum mari vicina. Ea ætate Helias propheta redarguebat Achaab principem Samariæ. Is vbi per ingentem inediam super terram vocasset, corripuit se in solitudinem, vbi à coruis altus, de torrentis vnda sitim sedauit, & quando torrens exaruit, esuriebat, migrauítque in Seraphtha Sidoniæ ad fœminam quandam viduam pauperculam, genitricem Ionæ, ingressúsque est ædes ipsius. Mulier autem nihil reliqui fecit in his, quæ ei mandauit. Manducauítque, & benedixit tam in frumento, quàm in oleo. Et commotus est cum ea, nam cum incircumcisis consuetudinem habere non poterat. Quum antem filius viduæ eius fato functus esset Ionas, resuscitauit eum Deus per Heliam, restituítque ipsum suæ genitrici vinentem, propter hospitalitatem. Vbi igitur ad iustam prouectus esset ætatem Ionas, ablegatus est in Niniue ad Assyrios, quumque studeret effugere Dominum, absorptus est a ceto in itinere, profecturus in Tharsos. Egressus verò rursus balæam, prædicauit in Niniue. Tum resipuere Niniuitæ coram
Deo, & reddiderunt Deum sibi propicium. Mœrore autem affectus Ionas natale solum repetit, neque D
domi permanendum ducebat, verùm assumpta parente sua in Sur peregrinatus est, regionem alienigenarū, inquit enim, ne forte exprobraretur, vanam existere meam propheticam contra Niniue. Quum frequentaret itaque terram Saar, vita abidem functus in specu Cenezæi Iudicis humatus est. Propheta uit autem vates ille, quod vbi conspicerent olim in Hierusalem innumeras gentes ab occasu, tunc radicitus popularetur ea ciuitas, & euerteretur funditus.

Naum

Naum Prophetæ vita & interitus.

NAum verò propheta natus erat ab Elckesi trans Iordanem fluuium, versus Begabar de tribu Simeon. Hic est propheta ille qui post Ionam ostentum ac prodigium dedit super Niniue, quod ab aquis dulcibus, igneque terreno olim vastaretur, Id quod tandem contigit, quippe eam ex terræmotu igne vndique ambiente, mox etiam aqua de solitudine superueniens, sublimiores etiam omneis vrbis
A locos occupauit. Expirauit verò Naum animam in pace, & in Begabar Sedibus ille suis placidis in morte quiescit. *Vita genus que mortis Naum*

Abacuk Prophetæ vita & interitus.

ABaculk Propheta ex agro Bexzochar, è tribu Simeon oriundus, Quum ante expugnationem prospiceret captiuitatem Hierosolymæ, maximè quum super ciuitatem, tum super populum eius luxit. Appropinquante autem Nabuchodosor Hierosolymis, vt dissiparet eas, fugam dedit ille in Ostracinam, & manebat illhic incola in terra Ismael. Ast vbi Chaldæi Hierosolymis soluentes, remearent in patriam suam, cum exuuiis atque captiuis, & reliquiæ vrbis Hierosolymę in Aegyptum descenderent, Antistes ille reuersus in patriam, ministrauit messoribus sui agelli, seminauerat enim hordea. Cætetum statim vt esculenta præparauerat, vaticinatus est suis, dicens: Proficiscar ipse in longinquam terram, & reuertar ocyus, veruntamen si cunctauero diutius, apponite nostris messoribus quod manducent. Et translatus repente in Babylonem, exhibuit prandium Danieli, qui erat in cauea cum leonibus. Deinde egressus astitit messoribus dum iam cœnarent, neque communicauit cuiquam vel tãtillum de eo quod contigerat. Annunciauit præterea Abacuk, paucis post diebus postliminio ex Babylone, Hierosolymã populum remeaturum, Obiecit porrò ostentum iis, qui Iudæam habitant. Quod scilicet visuri essent in templo grande lumen lucidè micans, & ita contemplarentur gloriam Dei. Prædixit item de consũmatione templi, quòd à populo occidentali foret deuastatio eius Hierosolymis. Tum catbasus, inquit Dabir in duas findetur particulas. Geminarum item columnarum capitella seu epistelia è medio au-
B ferentur, neque quisquam cognouerit, vbi sint, quóue peruenerint, sed in desertum efferentur ab Angelis, vbi nuper compactum erat martyrii tabernaculum. Et in illis cognoscet in consummatione Dominus, quod illuminabunt persequutos à serpente tanquam ab initio. Et seruabit eos Dominus ab vmbra mortis, eruntque in tabernaculo sancto. Hic propheta de aduentu Domini non pauca vaticinatus est, atque ante biennium quàm populus à Babylone rediisset, mors prophetam occupauit, & magnis honoribus in agro suo sepultus est. *Historia vitæ & mortis Abacuk.*

Sophoniæ Prophetæ vita & interitus.

SOphonias quidem Propheta Sarabathides, siue à monte Sarabatha, è tribu ac prosapia erat Symeõ. Is quoque de Hierosolyma ciuitate prophetauit, nempe, Quod multò foret satius, si in longum, latumque ædificaretur. Super cõsummatione etiã gentium, necnon & super confusione impiorum dèque aduentu Domini. Vitam morte commu tauit in apocalypsi Domini, & solitarius in aruo suo funeratus est. *Narratio vitæ Sophoniæ.*

Aggæi Propehtæ vita & interitus.

AGgæus Propheta, etiamdum iuuenis admodum, ex Babylone profectus est Hierosolymam, & inge
nuè de reditione populi vaticinatus est. Et oculis structuram templi Hierusalem vidit. Idem ibidem omnium primus cecinit alleluya, quod est, Laudibus efferemus viuentem Deum. Amen, quod, fiat fiat, interpretatur. Eodem igitur loci vitam finiuit, & humo, propè sacerdotes, cum honore & gloria conditus est. Proinde etiamdum hodie psallimus Alleluya, qui hymnus Aggæi & Zachariæ
C perhibetur. *Aggei vita compẽdiaria,*

Zachariæ Prophetæ quum vita tum interitus.

ZAcharias Propheta, natus Barachia, è terra Chaldæorum soluit, & inter proficiscendum per multa populo vaticinat⁹ est. Et demõstrationis causa, plurima designauit miracula. Hic est qui in os annunciauit Iosedeck, Nascetur ex te filius, qui sacris initiatus Hierosolymis sacrificabit Domino. Hic etiam benedixi Salathiel in filio, dicens: Procreabit filium, & indet nomen illi zorobabel. De Cyro quoque Rege Persarum zacharias ostentum dedit, idque ad victoriam. Signum item super Crœso Lydorum Tyranno obiecit, necnon & super rege Medorum Astyage. Dèque pubjico ministerio, quod Cyrus Rex designaturus esset Hierosolymis, vaticinatus est, laudibusque euexit illum, nec vulgariter benedixit. De vaticinio porrò, quam prophetiam vocant, proprio in Hierusalem, de consummationeque gentium, & de templi Hierosolymitani ædificatione. De ocio denique & desidia tam prophetarum, quàm sacerdotum, nonnulla duplici quodam iudicio expositi, Decessit in vltima senectute in Iudæa, & proximè cum Aggæo propheta humatus est, *Gestorum Zachariæ narratio.*

Malachiæ Prophetę vita & interitus.

MAlachias Propheta è tribu zabulon emicuit. Hic post reditum populi de Babylone, natus perhibetur in Sopha in terra nempe zabulon. Is ab ineunte ætate, dúmque iuuenis esset, vitam inculpatam egisse fertur. Super aduentu Domini, deque vita functorum iudicio nonnulla ab eo vaticinata sunt, quódque ritus cum legibus Moysi consummabuntur & emendabuntur. Cætetum quũ populus
D eum vniuersus vt virum non minore sanctimonia, quàm mansuetudine præditum, coleret, indiderunt illi nomen Malachil, quod si quis interpretamẽtum requirat sonat Angelus, erat quippe forma oppidò quam præstanti. Quæcunque præterea dixit in prophetia Malachias, visus est Angelus se in dies instituere & declarare, perinde ac factum temporibus quoque Anarchiæ proditur, quum principatus existeret adhuc nullus, quemadmodum traditum est in Spharphotim, quod est in volumine Iudicum. *Vitę & interit⁹ Malachię cõpendium.*

Ante diem verò adhuc iuuenis, propheta ille fato est functus, iuxtáque maiores suos in proprio agello repositus est.

Alius Zachariæ vita & obitus.

Quid alter Zachariæ egerit.

ZAcharias adhuc alius fuit tum Propheta, tum sacerdos, Iorda sacerdote prognatus, Ioannis Baptistæ parens, quē Herodes ille tyrannus iuxta aram domumque Dei occidit, effusúsque est sanguis eius in vestibulo templi Domini. Is natione Hierosolymitanus erat, de familia Dauid, officialis in domo Domini. Inter cætera quę vaticinatus est, de origine quoque & natiuitate Christi nonnulla prophetauit. Eo igitur in in loco Propheta in domo Domini, & templo Domini humatus est. Ex eo sanè facta sunt in templo illo stupenda miracula, phantasięque, hoc est, visiones. Cæterùm sacerdotes nequibant amplius neque angelorum visa oculis vsurpare, neque oracula siue responsa populo ex Dabir teddere. Neque etiam poterant in Ephud per signa & portenta, quemadmodum prius soliti fuerant, vsque ad tempus hodiernum respondere. A

Simeonis Prophetæ vita & obitus.

Vita & obitus Symeonis prophetæ.

SYmeonis sacerdos è tribu Aaron emicuit. Hic quippe est is, qui oraculum accepit à Spiritu sancto, Neutiquam visurum esse mortem, quousque Christum Dominum incarnatum cerneret. Hic est, inquam, ille qui gestauit Dominum in vlnis suis, & glorificauit eum, dicens, Viderunt oculi mei salutare tuum. Nunc dimittis seruum tuum Domine, secundum verbum tuum in pace. Fato functus est Symeō iste pluribus quidem annis obsitus, bene confectus, nec porrò à sacerdotibus, postremum consecutus honorem, humatus est.

Ioannis Baptistæ quum uita tum obitus.

Ioannis Baptistæ uita.

IOannes Baptista, zacharia & Elizabeta, natus è tribu Leui emicuit. Is est qui tanquam digito ostendit nobis Agnum Dei patris filium, qui tollit errata mundi. Hic mortalibus viam præstruxit, & fores patefecit regni Dei. Nemo sanè inter natos mulierum maior Ioanne Baptista. Functus est autem vitā, decollatus ab Herode Tyranno propter Herodiadem fratriam, puta Philippi fratris sui coniugē. B

Conclusio.

NOnnulli pottrò aliquot alii extitere Prophetæ, quorum nomina in Natalitiis eorum scripta comprehendūtur, libro scilicet Nomenclaturarū Israel, quorū nullam hic planè mentionem fecimus.

Epiphanij Episcopi Cyri de Prophetarum vita, interitu & monumento finis.

EPIPHANII EIVSDEM QVONDAM ET SALAMINIS Simul in Cypro Episcopi, Epistola ad Ioannem Episcopum Hierosolymitanum, Diuo Hieronymo Presbytero Interprete.

Epiphanius Ioanni Episcopo Hierosolymorum.

Exhortatio Epiphanii ad Ioannem Episcopum

DOmino dilectissimo fratri Ioanni episcopo Epiphanius. Oportebat nos, dilectissime, clericatus honore non abuti in superbiam, sed custodia mandatorum Dei & obseruatione diligentissima hoc esse quod dicimur. Si enim sancta Scriptura loquitur, Clericorum non proderunt eis, quæ arrogantia clericatus conducere nobis potetit, qui non solùm cogitatione & sensu, verumetiam sermone peccamus? Audiui quippe quod tumeas contra nos, & irascaris, & minitiris scribere in extremos fines terræ, vt loca prouinciasque non nominem. Et vbi est Dei timor, qui nos debet illo tremore concutere, qui dictus est à Domino: Si quis irascitur fratri suo sine causa, reus erit iudicio? Non quod magnopere curem, si scribas quod placuerit. Scribebantur enim & epistolæ byblinæ iuxtà Esaiam: & mittebantur super aquas, quæ cito cum seculo transeunt. Nihil tibi nocuimus, nihil iniuriæ fecimus, nec quicquam violenter extorsimus, In monasterio fratrum, & fratrum peregrinorum, qui prouinciæ nihil tuæ deberent, & propter nostram paruitatem & literas, quas ad eos crebro direximus, communionis quoque tuæ cœperunt habere discordiam, ne uiderentur quadam duricia & conscientia nostra, antiquæ fidei ab Ecclesia separari, ordinauimus diaconum: & postquam ministrauit, rursum presbyterum, super quo debueras gratulari, intelligens quod ob Dei timorem hoc sumus facere compulsi: maximè cùm nulla sit diuersitas in sacerdotio Dei, & vbi vtilitati Ecclesiæ prouidetur. Nam & si singuli ecclesiarum episcopi habent sub se Ecclesias, quibus curam videntur impendere, & nemo super alienam mensuram extēditur tamen pręponitur omnibus charitas Christi, in qua nulla simulatio est: nec considerandum quid factū sit, sed quo tempore, & quo modo, & in quibus, & quare factum sit. Cum enim vidissem, quia multitudo sanctorum fratrum in monasterio consisteret, & sancti presbyteri, Hieronymus & Vincentius propter verecundiam & humilitatem nollent debita nomini suo exercere sacrificia, & laborare in hac parte ministerii, quæ Christianorum præcipua salus est, inuenire autem & comprehendere seruum Dei non posses, qui te, eò quòd graue onus sacerdotii nollet suscipere, sæpe fugiebat, sed nec alius quis episcoporū facile eum reperiret. Vnde & satis miratus sū, quomodo dispensatione Dei ad nos venerit cum diaconis monasterii & cæteris fratribus, vt mihi satisfaceret, quia nescio, quid aduersū eos habebā tristiciæ. Cū igitur celebraretur collecta in Ecclesia villæ, quæ est iuxta monasteriū nostrū, ignorātē eū, & nullā penitus habentē suspicionē, per multos diaconos apprehēdi iussimus, & teneri os eius, ne fortè liberari se cupiens, adiuraret nos per nomen Christi & primum diaconum ordinauimus proponentes ei timorem Dei, & compellentes vt ministraret. Valde quippe obintebatur, indignum se esse cōtestans. C

Modestia Epiphanii in scribendo.

simulatio procul sit ab Ecclesiasticis.

D

Vix

Vix ergo compulimus eum,& perſuadere potuimus teſtimoniis Scripturarum,& propoſitione mandatorum Dei. Et cùm miniſtraret in ſanctis ſacrificiis,rurſus eum ingenti difficultate tento ore eius,ordinauimus presbyterum,& iiſdem verbis,quibus antea ſuaſeramus, impulimus vt ſederet in ordine presbyterii. Poſt hæc ſcripſimus ad ſanctos presbyteros monaſterii,& cæteros fratres,& increpauimus eos, *Charitatis effectꝰ.*

A quare non ſcripſiſſent ſuper eo, cùm ante annum multos eorum queri audiſſem,cur non haberent qui ſibi Domini ſacramenta conficerent,& illum omnes ſuo poſcerent teſtimonio, & grandem vtilitatem in commune monaſterii teſtarentur,quare tunc reperta opportunitate non ſcripſiſſent nobis, neque ſuper ordinatione eius aliquid popoſciſſẽt. Hæc ita acta ſunt,vt loquutus ſum,in charitate Chriſti,quam te erga paruitatem noſtram habere credebam,quanquam in monaſterio ordinauerim,& non in parrochia,quæ tibi ſubiecta ſit. O verè benedicta epiſcoporum Cypri manſuetudo & bonitas,& noſtra ruſticitas,ſenſu tuo & arbitratu digna miſericordia Dei. Nam multi epiſcopi communionis noſtræ & preſbyteros in noſtra ordinauerunt prouincia,quos nos comprehendere non poteramus,& miſerũt ad nos diaconos & hypodiaconos,quos ſuſcepimus cum gratia. Et ipſe cohortatus ſum beatæ memoriæ Phi- *Epiſcoporũ Cypri manſuetudo.*

lonem epiſcopum & ſanctum Theoprobum,vt in Eccleſiis Cypri,quæ iuxta ſe erant,ad meę autẽ parrochiæ videbantur Eccleſiam pertinere,eò quòd grandis eſſet & latè patens prouincia,ordinarẽt presbyteros,& Chriſti Eccleſiæ prouiderent. Nunquam autem ego ordinaui diaconiſſas,& ad alienas miſi prouincias,neque feci quicquam vt Eccleſiam ſcinderẽ. Quid ergo tibi viſum eſt,ſic grauiter intumeſcere & iactari contra nos pro opere Dei,quod in ædificationem,& nõ in deſtructionem fratrum factũ eſt? Sed & illud vehementer admiratus ſum,quod meis locutus es clericis,aſſerens te per ſanctum presbyterum,& abbatem monachorum Gregorium mandaſſe michi,ne quenquam ordinarem,& ego hoc

B pollicitus ſim, dicens: Nunquid iuuenis ſum, aut canones ignoro? Audi igitur veritatem in ſermone Dei,me hoc nec audiſſe,nec noſſe,nec iſtius ſermonis penitus recordari. Suſpicatus autem ſum,ne forſitan inter multa,quaſi homo oblitus eſſem,& ob hanc cauſam ſanctum Gregorium ſciſcitatus ſum,& Zenonem presbyterum,qui cum eo eſt. E quibus abbas Gregorius reſpondit,ſe hoc penitus ignorare. Zenon autem dixit, quia cùm ei presbyter Ruffinus neſcio, quæ alia tranſitoriè loqueretur, etiam hoc dixerit: Putásne aliquos ordinaturus eſt ſanctus epiſcopus? Et huiuſce ſtetiſſe ſermonem. Ego autem Epiphanius nec audiui quicquam,nec reſpondi. Vnde dilectiſſime non te præueniat furor, nec occupet indignatio,nec fruſtrà mouearis,& aliud dolens,te vertas ad alia,vt peccandi occaſionem inueniſſe videaris. Quod propheta deuitans,Dominum precatur,dicens: Non declines cor meũ in verba malitiæ,ad excuſandas excuſationes in peccatis. Illud quoque audiens admiratus ſum, quod quidam qui *Honeſta Epiphanii reſponſio.*

ſolent vltrò citróque portare rumuſculos,& his quæ audierunt ſemper addere,vt triſtitias & rixas inter fratres concitent, te quoque turbauerunt, & dixerunt, quod in oratione quando offerimus ſacrificia Deo,ſoleamus pro te dicere: Domine,præſta Ioanni vt rectè credat. Noli nos in tantum putare ruſticos,vt hoc tam apertè dicere potuerimus. Quanquam enim hoc in corde meo ſemper orem, tamen vt ſimpliciter fatear,nunquam in alienas aures protuli,ne te viderer paruipendere dilectiſſime. Quando autem complemus orationem ſecundum ritum myſteriorum, & pro omnibus & pro re quoque dicimus: Cuſtodi illum, qui prædicat veritatem. Vel certe ita: Tu præſta Domine & cuſtodi,vt ille verbum prædicet veritatis: ſicut occaſio ſermonis ſe tulerit, & habuerit oratio conſequentiam. Quapropter obſecro te dilectiſſime,& aduolutus pedibus tuis precor,præſta mihi & tibi,vt ſaluetis, ſicuti ſcriptum eſt,à generatione peruerſa,& recede ab hæreſi Origenis,& à cunctis hæreſibus,dilectiſsime. Vi-

C deo enim quod propter hanc cauſam omnis veſtra indignatio concitata ſit,quod dixerim vobis,Arrii patrem Origenem ſcilicet,& aliarum hæreſeon radicem,& parentem laudare non debetis. Et cùm vos rogarem,ne ita erraretis, et monerem, contradixiſtis, et me ad triſtitiam atque lachrymas adduxiſtis, non ſolùm autem me,ſed et alios plurimos catholicos qui intereant. Inde vt intelligo,hæc eſt omnis indignatio,et iſte furor. Et idcirco comminamini,quod mittatis aduerſum me Epiſtolas,vt huc illúcque ſermo veſter diſcurrat,et propter defenſionem hæreſeos,aduerſum me odia ſuſcitantes, rumpitis charitatem,quam in vos habuimus,in tantum vt feceritis nos etiam pœnitẽtiam agere,quare vobis communicauerimus,ita Origenis errores et dogmata defendentes. Simpliciter loquor, nos ſecundum quod ſcriptum eſt,nec oculo noſtro parcimus,vt non effodiamus eum,ſi nos ſcandalizauerit: nec manui,neque pedi,ſi nobis ſcandalum fecerit. Et vos ergo,ſiue oculi noſtri,ſiue manus,ſiue pedes fueritis,ſimilia ſuſtinebitis. Quis enim catholicorum poſſit æquo animo ſuſtinere, et eorum qui fidem ſuam bonis operibus exornant,vt audiant Origenis doctrinam atque conſilium,et credant præclaræ illius prædicationi,non poteſt filius videre patrem,neque Spiritus ſanctus videre filium. Hæc in libris Periarchon *Arrii pater creditus Origenes*

ſcribuntur,his verbis legimus,et ita loquutus eſt Origenes. Sicut enim incongtuum eſt dicere, quod poſſit filius videre patrem, ſic inconſequens eſt opinari, quod Spiritus ſanctus poſsit videre filium. Illud quoque quis Origenem dicentem patiatur,quòd animæ,angeli fuerint in cœlis,et poſtquam peccauerint in ſupernis,directas eſſe in iſtum mundum et quaſi in tumulos et ſepulchra,ſic in corpora iſta relegatas,pœnas antiquorum luere peccatorum,et corpora credentium non templa Chriſti eſſe,ſed carceres damnatorum? Exinde veritatem hiſtoriæ,allegoriæ deprauans mendacio,infinita verba multipli- *Origenis errores circa trinitatem.*

D cat,et ſimplices quoſque varia perſuaſione ſupplantans, nunc aſſerit animas, iuxta Græcam etymologiam Pſichas apo tòu Pſicheſthe idcirco vocitatas,quia de cœleſtibus ad inferiora venientes, calorem priſtinum amiſerint,nunc corpus hoc, ob id iuxta Græcos Diemas, id eſt vinculum, ſiue iuxta aliam proprietatem, cadauer dici, quia animæ de cœlo ruerint, à pleriſque autem ſecundum variam Græci ſermonis ſupellectilem Soma, id eſt corpus, Syma, id eſt monumentum interpretetari, eò quòd *Pulchra a buſio grãmaticorũ Græcorũ.*

ita animam in se clausam habeat, quomodo sepulchra & tumuli cadauera mortuorum. Et si hoc verum est, vbi est fides nostra, vbi præconium resurrectionis, vbi apostolica doctrina, quæ in Ecclesiis Christi hucusque perdurat, vbi illa benedictio ad Adam, & ad semen eius, & ad Noë, & ad filios eius: Crescite A & multiplicamini, & replete terram. Iam enim non erit benedictio, sed maledictio, iuxta Origenem, qui Angelos vertit in animas, & de sublimi fastigio dignitatis facit ad inferiora descẽdere: quasi Deus generi humano non possit animas per benedictionem dare, nisi Angeli peccauerint, & tot in cœlo sint ruinæ, quot in terra natiuitates. Dimittenda ergo nobis est doctrina Apostolorum & Prophetarum, & Legis & ipsius Domini saluatoris in Euangelio pertonantis. E contrario Origens præcipit, & legem dat, vt non dicam, constringit discipulos suos, ne quis oret in cœlum ascendere, ne peius iterum peccãs quàm in terris antè peccauerat, præcipitetur in mundum. Quanquam istiusmodi nugas deliramenta sol leat ille Scripturarum interpretatione peruersa, & aliud significante quàm quòd verùm est, affirmare, dicens: Prius quàm à malicia humiliaret, ego deliqui. Et illud, Reuertere anima mea in requiem tuam. Necnon & illud, Educ de carcere animam meam. Et in alio loco, Confitebor Domino in regione viuorum, cum alius proculdubio sensus Scripturæ diuinæ sit, quam ille in hæresim suam maligna interpretatione detorquet. Quod faciunt & Manichæi, & Gnostici, & Hebionitæ, & Marcionis sectatores, & aliæ hæreses numero octoginta, quæ de purissimo Scripturarum fonte assumentes testimonia, non ita interpretantur vt scripta sunt, sed simplicitatem sermonis ecclesiastici id volunt significare, quod ipsi sentiunt. Illud quoque quod asserere nititur, doleam ne an rideam, nescio. Doctor egregius Origenes audet docere diabolum id rursum futurum esse quod fuerat, & ad eandem rediturum dignitatem, & conscensurum regna cœlorum. Proh nephas, quis tam vecors & stolidus, vt hoc recipiat, quod sanctus Ioã- B nes Baptista, & Petrus, & Ioannes Apostolus & Euangelista, Esaias quoque & Hieremias, & reliqui Prophetæ, cohæredes fiant diaboli in regno cœlorum? Prætereo friuolam eius expositionem super tunicis pelliceis, quanto conatu, quantísque egerit argumentis, vt tunicas pelliceas, humana esse corpora crederemus. Qui inter multa ait: Nunquid coriarius aut sordiscarius erat Deus, vt conficeret pelles animalium, & consueret ex eis tunicas pelliceas Adam & Euæ? Manifestum est ergo, inquit, quòd de corporibus nostris loquatur. Et si hoc ita est, quomodo legimus ante pelliceas tunicas, & ante in obedientiam & de paradiso ruinam, Adam loquentem non secundum allegoriam, sed verè, Hoc nunc os ex ossibus meis, & caro de carne mea? Aut vnde assumptum est illud, quod Diuinus sermo testatur, Et iniecit Deus soporem in Adam, & dormiuit, & sumpsit vnam de costis eius, & adimpleuit pro ea carnem, & ædificauit costam, quam tulerat ex eo, illi in vxorem? Aut quæ corpora contegebat Adam & Eua soliis ficus, postquàm comederunt de arbore vetita? Quis autem patienter ferat Origenem lubricis argumentationibus resurrectionem carnis huius negantem: sicut declarat manifestissimè in volumine Explanationum primi Psalmi, & in aliis multis locis? Aut quis audiat in tertio cœlo donantem nobis Origenem paradisum: & illum quem Scriptura commemorat, de terra ad cœlestia transferentem, & omnes arbores, quæ scribuntur in Genesi, sic allegoricè intelligentem, quòd scilicet arbores, angelicæ fortitudines sint, cùm hoc veritas non recipiat? Neque enim dixit scriptura Diuina, Deposuit Deus Adam & Euam in terram, sed eiecit eos de paradiso, & habitare fecit eos contra paradisum. Non ait, Sub paradiso. Et posuit romphæam flammeam & Cherubim custodire introitum ligni vitæ. Non dixit, Ascen C sum. Et fluuius egrediebatur ex Eden. Non dixit, Descendit ex Eden. Iste diuiditur in quatuor principia, nomen vni Phison, & nomen secundi Geon. Ego vidi aquas Geon, aquas quas his carneis oculis aspexi. Iste est Geon, quem Hieremias demonstrat, dicens: Quid vobis & viæ Ægypti, vt bibatis aquam Geon turbidam? Bibi & de hoc magno flumine Euphrate aquas simpliciter, quas manu potes tangere, ore sorbere, non aquas spirituales. Vbi autem flumina sunt, quæ & videntur & bibuntur, ibi consequens est quod & ficus & alia ligna, de quibus dicit Deus, Ex omni ligno, quod est in paradiso, comedes, similia sint lignis & aliis arboribus, sicut flumina similia sunt fluminibus & aquis. Si autem aqua quę cernitur, verè aqua est, necesse est vt & ficus vera sit, & alia ligna, & Adam verus statim á principio plasmatus in corpore sicut & Eua, & non in phantasmate, & post ruinam (vt vult Origenes) propter peccatum postea corpus acceperit. Sed dicis, Legimus quòd sanctus Paulus raptus sit vsque ad tertium cœlum, & vsque in paradisum. Bene dicis. Quando ponit tertium cœlum, & postea addidit, Et in Paradisum, ostendit alibi esse cœlum, & alibi paradisum. Illas verò præstigias quis non statim abiiciat atque contemnat dicente Origene, de aquis quæ super firmamentum sunt, non esse aquas sed fortitudines quasdam angelicæ potestatis, & rursum aquas quæ super terram sunt, hoc est, sub firmamẽto, esse virtutes contrarias, id est dæmones? Et quomodo legimus, in diluuio apertas cataractas cœli, & aquas inundasse diluuii? Vnde aperti sunt fontes abyssi, & totus mundus opertus est aquis? O furor hominum iunctus stulticiæ, qui reliquerunt illud quod in Prouerbiis dicitur: Audi Fili sermonem Patris tui, & ne abiicias legem matris tuæ: & conuersi sunt ad errorem, & dicunt stulto, vt princeps sui sit, nec contemnunt res fatuas, quæ dicuntur à fatuo, sicut Scriptura testatur. Fatuus autem fatua loquitur, & cor eius vana intelligit. Vnde obsecro te dilectissime, & quasi membris meis parcens, propter charitatem quam in te habeo, precor scribens & orans, vt impleas illud quod dicitur, Nónne odientes te Domine odiui, & super inimicos tuos tabescebam? Inimica & digna odio Origenis verba sunt, & Deo repugnantia, & sanctis eius, & non ista sola quæ dixi, sed & alia innumerabilia. Neque enim nunc mihi D propositum est aduersus omnia Origenis dogmata disputare. Nihil mihi subripuit Origenes, nec in mea generatione fuit, nec propter aliquas res mundi & hæreditatem, odium aduersum illum pugnásque suscepi: sed (vt simpliciter fatear) doleo, & valde doleo, videns plurimos fratrum, & eorum

Origenis de diabolo ad paradisum reducẽdo vanitas.

Vana Origenis de resurrectione Adam opinio.

Primorũ parentum de paradiso eiectio.

Raptꝰ Pauli ad tertiũ cœlũ.

rum præcipuè qui profeſſionem habent non minimam,& in gradum quoque ſacerdotii maximum per uenerunt,eius perſuaſionibus deceptos,& peruerſiſſima doctrina cibos factos eſſe diaboli:in quibus cõ
A pletum eſt illud quod dicitur, Super omnem munitionẽ ludit,& eſcæ eius electæ, & congregauit ſicut arenam,captiuitatem. Te autem frater,liberet Deus & ſanctum populum Chriſti,qui tibi creditus eſt, & omnes fratres qui tecum ſunt,& maximè Ruffinum presbyterum ab hæreſi Origenis,& ab aliis hæreſibus & perditione earum. Si enim propter vnum verbum aut duo,quæ cõtraria fidei ſunt,multæ hæreſes abiectæ ſunt ab Eccleſia:quantò magis hic inter hæreticos habebitur, qui tantas peruerſitates,& tam mala dogmata contra fidem adinuenit,Deíque & Eccleſiæ hoſtis extitit? Inter multa enim mala etiam illud auſus eſt dicere, perdidiſſe imaginem Dei Adam, cum hoc in nullo penitus loco Scriptura ſignificet. Si autem ita eſſet,nunquam omnia,quę in mundo ſunt ſeruirent ſemini Adam,id eſt,vniuerſo generi hominũ,ſicut & Iacobus apoſtolus loquitur: Omnia domantur,& ſubiecta ſunt humanæ naturæ. Nunquam enim vniuerſa ſubiecta eſſent hominibus,ſi non haberent homines iuxta id quòd vniuerſis imperaret,imaginem Dei. Coniungens autem atque conſociãs ſcriptura diuina gratiam benedictionis,quam Adam donauerat,& generationibus quæ ex eo erant,ne qui forſitan maligna interpretatione auderent dicere,vni datam gratiam Dei,& illum ſolum factũ eſſe ad imaginem Dei,quia plaſmatus eſſet ex humo,& vxorem eius,quam creaſſet de coſta viri: eos verò qui conciperentur in vtero, & non ita naſcerentur vt Adam, Dei non habere imaginem: ſtatim per ordinem iungit,& dicit: Et vixit Adam ducentos triginta annos,& cognouit Euam vxorem ſuam, & peperit ei filium iuxta ſpeciem & iuxta imaginẽ eius,& vocauit nomen eius Seth. Rurſúmque in decima generatione poſt annos bis mille ducentos ſexagintaduos,vindicans Deus imaginem ſuam,& oſtendens,quòd gratia,quam dediſſet hominibus,perſeueraret in eis, ait: Ne comederitis carnem in ſanguine: ego enim vlciſcar ſanguinem veſtrum de manu omnis hominis effundentis illum,quia ad imaginem Dei feci hominem. Necnõ poſt
B alteras decem generationes vſque ad Abraham,& ab Abrahã vſque ad Dauid alias generationes quatuordecim,quæ vigintiquatuor generationes ſimul faciunt annos bis mille,centum,decem & ſeptem. Spiritus ſanctus in trigeſimo octauo Pſalmo,cum quereretur de omnibus hominibus, quòd in vanitate ambularent,& peccatis eſſent obnoxii, loquitur: Veruntamen in imagine perambulat omnis homo. Nec non poſt Dauid, etiam ſub Solomone filio eius, legimus tale quiddam ſuper Dei imagine nominatum. Dicit enim in Sapientia,quæ titulo eius inſcribitur: Creauit Deus in corruptum hominem,& imaginem ſuæ proprietatis dedit ei. Et rurſum poſt annos trecentos vndecim plus minus,in nouo legimus Teſtamento, quòd non perdiderunt homines imaginem Dei. Iacobus enim Apoſtolus & frater Domini,cuius & ſuprà meminimus,inſtruit nos,ne Origenis laqueis capiamur,habere hominem imaginem & ſimilitudinem Dei. Nam quum de lingua hominis latius diſputaſſet,adiecit: Inſtabile malũ, in ipſa quippe benedicimus Deum patrem,& in ipſa maledicimus homines qui ad ſimilitudinem Dei conditi ſunt. Paulus quoque vas electionis,& qui doctrinam euangelicam ſua prædicatione compleuit docet nos,quod homo ad imaginem & ſimilitudinem Dei conditus ſit, dicens: Vir non debet nutrire comam,quum gloria & imago Dei ſit: imaginem ſimpliciter appellans ſuo nomine: ſimilitudinem autem,gloriæ appellatione ſignificans. Pro tribus igitur teſtimoniis,quæ tibi,ſi de ſcriptura ſancta reperirem,dicebas poſſe ſufficere,ecce ſeptem teſtimonia dedimus. Quis ergo ſuſtinebit Origenis ineptias, vt non grauius aliquid loquar, & ſimilis efficiar vel ipſi vel diſcipulis eius, qui audent in periculo animæ ſuæ aſſerere,quodcunque eis in buccam venerit: & magis iubere Deo,& non ab eo vel orare vel diſcere veritatem. Quidam enim eorum dicunt,quòd imago Dei,quàm prius accepit Adam, illo peccante perierit. Alii ſuſpicantur corpus,quod filius Dei habiturus eſſet ex Maria, ipſam eſſe imaginem, alii ſenſum, alii virtutem, iſti baptiſma, hi quòd homo ad imaginem Dei dominetur omnibus, ebriorum
C more hæc vel illa ructantes,quos oportebat tantum effugere diſcrimen,nec negare quæ loquitur Deus, & credentes ſimpliciter ſaluos fieri, Deóque concedere donationis ſuæ certam & veram ſcientiam, in qua potiſſimum parte homines condiderit ad imaginem & ſimilitudinem ſuam. Qui hæc relinquẽtes, multis ſe quæſtionibus implicarunt, & per hoc in cœnum demerſi ſunt peccatorum. Nos autem dilectiſſimè credimus his quæ locutus eſt Dominus,& ſcimus quòd in cunctis hominibus imago Dei permaneat: ipſique concedimus noſſe in qua parte homo ad imaginem Dei conditus ſit. Sed neque illud, quod quidam in epiſtola Ioannis legentes non intelligunt,quenquam decipiat,vbi loquitur: Nunc filii Dei ſumus,& nondum apparet quod erimus. Nouimus autem,quia cum ille reuelatus fuerit,ſimiles ei erimus. Videbimus enim eum,ſicuti eſt. Hoc enim propter gloriam quæ ibi reuelanda eſt ſanctis eius,dictum eſt: ſicut & in alio loco legimus, A gloria in gloriã: cuius gloriæ iam in iſto ſeculo ſancti arrabonem & portiunculam ſuſceperunt. Primus eorum Moyſes,cuius fulſit facies valde,& radiabat veluti fulgor & ſol. Secundus Elias,igneo curru raptus in cœlum, & ignis detrimenta non ſentiens. Stephanus lapidabatur,& faciem habebat angeli,quę ab omnibus cernebatur. Hoc autem quod in paucis diximus,de omnibus intelligendum eſt,vt impleatur illud quod ſcriptum eſt: Omnis qui ſanctificat ſe metipſum,inter beatos numerabitur. Beati enim mundo corde,quoniam ipſi Deum videbunt. Cũ hæc ita ſe habeant,dilectiſſime,cuſtodi animam tuam,& deſine circa nos murmurare. Dicit enim ſcriptura diuina: Nolite murmurare adinuicem,ſicut quidam murmurauerunt,& à ſerpentibus perierunt: magis acquieſce veritati, & dilige diligentes te, & veritatem. Deus autem pacis præſtet nobis iuxta ſuam
D clementiam, vt conteratur Saranas ſub pedibus Chriſtianorum, & abiiciatur omnis occaſio peruerſa, ne ſcindatur in nobis vinculũ charitatis & pacis,& rectæ fidei prædicatio. Præterea quod audiui quoſdam murmurare contra me, quia quando ſimul pergebamus ad ſanctum locum, qui vocatur Bethel,

Influs dolor de erroribꝰ Origenis.

Interpretatio aliena.

Vetꝰ imaginũ vſus.

Origenis ineptiæ.

Peregrinationis ãtiquitas.

vt ibi collectam tecum ex more ecclesiastico facerem, & veniſſem ad villam quæ dicitur Anablatha, vidiſſémque ibi præteriens lucernam ardentem, & interrogaſſem, quis locus eſſet, didiciſſémque eſſe eccleſiam, & intraſſem vt orarem: inueni ibi velum pendens in foribus eiuſdem eccleſiæ tinctum atque depictum, & habens imaginem quaſi Chriſti, vel ſancti cuiuſdam. Non enim ſatis memini, cuius imago fuerit. Cum ergo hoc vidiſſem, in eccleſia Chriſti contra autoritatem Scripturarum hominis pende re imaginem, ſcidi illud, & magis dedi conſilium cuſtodibus eiuſdem loci, vt pauperem mortuum eo obuoluerent & efferrent. Illíque contrà murmurantes dixerunt: Si ſcindere voluerat, iuſtum erat vt aliud daret velum, atque mutaret. Quod cum audiſſem, me daturum eſſe pollicitus ſum, & illicò eſſe miſ- A

Cur imaginem ſcinderit.

ſurum. Paululum autem morarum fuit in medio, dum quæro optimum velum pro eo mittere: arbitrabar enim de Cypro mihi eſſe mittendum. Nunc autē miſi quod potui reperire, & precor vt iubeas presbyteros eiuſdem loci ſuſcipere velum à latore, quod à nobis miſſum eſt: & deinceps præcipere, in eccleſia Chriſti eiuſmodi vela. quæ contra religionem noſtram veniunt, non appendi. Decet enim honeſtatem tuam hanc magis habere ſollicitudinem. vt ſcrupuloſitatem tollat, quæ indigna eſt eccleſia Chriſti & populis qui tibi crediti ſunt. Palladium verò Galatam, qui quondam nobis charus fuit, & nunc miſericordia Dei indiget, caue, quia Origenis hæreſim prædicat & docet, ne fortè aliquos de populo tibi credito ad peruerſitatem ſui inducat erroris. Opto vt valeatis in Domino.

FINIS OPERVM D. EPIPHANII EPISCOPI CONSTANTIÆ *Cypri, Iano Cornario Medico Phyſico interprete.*

EPIPHANIORVM VITA EX SVIDÆ *Collectaneis tumultuariè verſa.*

Epiphanius Vlpiani, ſophiſta, natione Petræus, cũ in patria tũ Athenis, diſciplinas & ingenii cultus docuit. Scripſit de cõmunicatione & diſcordia ſtatuum, Progymnaſmata, hoc eſt præexercitamẽta: præterea Declamationes, Tribunitias item, necnon & Polemarchicum, Orationes demonſtratiui generis, Miſcellaneas denique quaſdam ſpeculationes.

Epiphanius alius (nempe hic noſter) Salaminis prius, dein Conſtantiæ, quæ in Cypro eſt, epiſcopus, in lumen orationes aliquot aduerſus omnes hæreticos, edidit, quæ Panaria nuncupauit: alia item non pauca, quæ ab eruditis rerum gratia, ab illiteratis ob verba leguntur: natu admodum grandis ſuperis conceſſit aboris.

Fuit quoque Epiphanius præſul Selybriæ, Olybriæ ve, qui aduerſus imaginum cõcrematores Cõmentarium contradictorium, impendio frugiferum conſcripſit.



THEODORETI

EPISCOPI CYRI ERANISTES

SEV POLYMORPHVS, IN QVO tribus Dialogis contrà quosdam sui temporis Hęreticos acerrimè & subtilissimè disputat.

Eiusdem, Hæreticorum improbarum nugarum ac fabularum compendium.

Eiusdem, Diuinorum decretorum seu dogmatum epitome.

Quæ omnia nunc primum in lucem exeunt, à Gentiano Heruetо Aurelio latinè versa.

Marcellò Ceruino S. Crucis Card. amplissimo, sanctæ sedis Apostolicæ in Concilio legato, Gentianus Heruetus. S. P. D.

INter cæteros Græcos scriptores, qui præclara ingenij sui monimenta in omni disciplinarum genere literis mandauere. Ampl. pater, Theodoretus Cyrensis Episcopus, Vir in omni doctrinæ genere summa cũ laude versatus, in rebus sacris, si non primùm, certè inter primos locum obtinet. Quis enim eo est in arcanis sensis eruendis perspicacior & ingeniosior? Quis in re ulla docenda ac explicanda breuior & clarior? Quis in dicendo iucundior, in argumentando subtilior, in mouendo acrior? Quis, si rationibus pugnandum est, vel validius in hostes tela iacit, vel ab eis iacta facilius repellit, et eos sæpius etiam suo, vt aiunt, gladio confodit? Quis, si authoritatibus fortè sit de certandum est, vel omni exemplorum genere, vel summa totius antiquitatis cognitione instructior? Ego quidem eum esse existimo, qui id quod admodum paucis datum est, fœlicissimè præstiterit, vt summam rerum cognitionem cum eleganti & ornata dictione coniungeret. Cum autem plurima pulcherrimè scripserit, quorum nonnulla in linguam latinã iampridem traducta sunt, ego quidem Eranistem, seu Polymorphum, quo aduersus alios sui temporis Hæreticos depugnat, nulli esse eorum postponẽdum existimo. In quo Hæreticum Proteo mutabiliorem, & in omnes se formas, vt euadat, mutãtem ita agitat, & in omnem partem versat, vt cum nullus omninò sit effugij locus, ei vel inuitus manus dedere cogatur. Præter cætera autem quæ à Theodoreto ad eum impugnandum afferuntur, hoc vel maximam studiosis vtilitatem afferet, quòd per multa Ignatij: Poly-

carpi, Irenæi, & cæterorum longe antiquissimorum ecclesia Doctorum, nostræque religionis facile principum, testimonia in eo proferuntur. Liber quoque, quem de improbis Hæreticorum fabulis & ecclesiasticis doctrinis inscripsit, est eiusmodi, vt vel post Irænæum, Epiphanium, & Augustinum, qui præclare de hæresibus scripserunt, sit lectu lõ A
ge omnium dignissimus. Nemo certè Hæreticorum fraudes & impostoras eo melius detexit, nemo eorum ridiculas planéque aniles fabulas summámque stultitiam clarius oculis subiecit. Decreta autem ecclesiastica aperte ostendunt eorum quæ hodiè à Catholicis & Orthodoxis obseruantur fuisse perpetuam & à Christo & Apostolis per manus acceptam traditionem, nec vllis vnquam temporibus defuisse Hæreticos, qui à patrum præscriptis discederent, & se ab ecclesiæ vnitate seiungerent. Qui cum post insanos suos conatus ita tandem funditus interierint, vt nullum eorum vestigium vsquam B
relinquatur, ita Christo duce sperandum est, eorum qui nostris temporibus à nobis recesserunt, non admodum dissimiles tandem futuros exitus. Hoc autem pulcherrimum opus Theodoreti, quod Ampl. bonæ memoriæ Card. Ardingellus paucis ab hinc mensibus in lucem græce edendum curauerat, cum tuo hortatu in linguam latinam vertissem, & in lucem edere statuissem, & apud me quærerem cuiusnam potissimum auspiciis in doctorum manus exiret, tu vnus mihi occurristi, qui cum suscipiendi huius muneris causam dederis, id quoque iam perfectum omnium optimè possis & velis defendere. Quod quidem meo te lubentius facturum mihi persuadeo, quòd cum præclara doctorum hominum monimenta late propagari, & à carcere ac tenebris vindicari magnopere cupias, & vt fiat, quoad eius à te fieri potest, ad labores, Theodoretum certe propter C
insignem eius doctrinam & eloquentiam semper singulariter dilexeris, honestaris, & summis laudibus ornaris. Qui nunc tibi eo nomine quam maximas potest agit gratias petitque, vt si non tam diserte, at certè paulo magis familiariter, eum nunc loquentem audias, & ab inuidorum, præcipue autem Hæreticorum, quorum tibi cum illo esse commune odium non ignorat, calumniis defendas. Vale.

BEATI THEODORETI EPISCOPI CYRI ERANISTES SEV POLYMORPHOS.

S

A

SVNT nonnulli, qui cum nec ex genere, nec ex eruditione, nec ex rebus præclarè gestis vllam laude dignam claritatem habeant, improbis studiis insignes euadere contendunt. Talis erat ille Alexander Faber ærarius, qui cum nihil in se egregium, & suspiciendum haberet, non generis nobilitatem, non dicendi facultatē, non regendi populi artem, non ducendi exercitus scientiam, non rerum in bello fortiter gestarum commendationem, & solummodo sordidam, & illiberalē exercere artem, ex sola sua aduersus diuinissimum Paulū insania notus extitit. Porrò autem Semei quoque homo planè obscurus, & omnino illiberalis, ex sua aduersus diuinum Dauid insolentia celeberrimus euasit. Iam verò Manichæorum quoque Hæresis inuentorē ferunt seruum fuisse Mastigiam, & à gloriæ cupiditate impulsum, execrandum illum religionis ritum conscripsisse. Hoc ipsum nonnulli quoque nunc faciunt, qui expetendam virtutis gloriam, propter eos, qui illam præcedunt, labores fugientes, ignominiosissimam, & longè miserrimam sibi famam peperere. Cum enim nouorum decretorum primi esse authores desiderassent, ex multis sectis impietatē emendicarunt, & hanc pernicioſam hæresim constituerunt. Ego autem paucis cum eis conabor differere,

B tum vt eis aliquid remedij afferam, tum vt eis, qui sani sunt & integri, prouideam. Libri autem à me scripti nomen est Eranistes, seu Polymorphos, hoc est Emēdicator, seu forma multiplex. Cum enim à multis iisque impiis hominibus infausta sua decreta emendicarint, varia & multiplicata cogitata proferunt. Quòd enim Deum solum Dominum Christum nominant, est simonis, & Cerdonis, & Marcionis, & aliorum, qui huic execrandæ sententiæ sunt affines. Quòd autem ex virgine quidē natiuitatem fatentur, sed eam dicunt fuisse traiectitiam, nec Deum verbum quidquam ex virgine accepisse, ex Valentini, & Bardisanis, & eorum, qui non sunt ab illorum opinione remoti, prodigiosis dictis surripuerunt. Quòd autem Domini Christi diuinitatem, & humanitatem vnam naturam appellant, ex Apollinaris nugis suffurati sunt. Rursus autem quod Christi diuinitati animi perturbationē tribuunt, ex Arrij, & Eunomij blasphemia cœperunt. Vt re vera videatur eorum principium, mendicorum vestibus, quæ ex diuersis pannis consarcinantur, non dissimile. Quamobrem Eranistem, seu Polymorphum, hoc est Emendicatorem, seu forma multiplicem, hunc librum appello. More autem Dialogi procedit oratio, vt quæ interrogationes, & responsiones, propositiones & solutiones, obiectionésque, & cætera, quæ sunt Dialogorum formę propria, contineat. Eorum atem qui interrogāt, & respondent, nomina non inseram orationi, quemadmodum qui olim fuerunt ex Græcis viri docti, sed extra in versuum initiis adscribam. Illi enim, iis qui omne doctrinæ, & disciplinæ genus peruaserant, quique toto vitæ tempore in dicendi arte versati erant, sua scripta offerebant. Ego autem ab

C iis etiam qui eloquentiæ mysteriis non sunt initiati, volo & lectionem, & vtilitatis inuentionem facilè posse perspici. Hoc autem ita erit, si personæ eorum, quæ differunt, ex nominibus quæ extra adscripta sunt, manifestæ fuerint. Atque ei quidem, qui pro Decretis Apostolicis decertat, Orthodoxus nomen est. Alius autem Eranistes, ist est Emendicator, nominatur. Sicut enim eum qui à multis misericordia motis alitur, *prosætin*, id est mendicum, nominare consueuimus, & *chrimatistin* eum qui scit pecunias colligere: ita etiam huic ex eius studiis acceptum cognomen imposuimus. Rogo autē eos, qui in eum inciderint, vt absque vllo anticipatæ opinionis præiudicio veritatē examinet. Nos enim, vt res sit aperta, curam gerentes, Librum in tres Dialogos diuidemus. Et primus quidem esse immutabilem vnigeniti filij diuinitatem contendet. Secundus autē inconfusam, si ita mihi piè dicere fas est, Domini Christi diuinitatis & humanitatis vnionem fuisse ostendet. Tertius autem fuisse impatibilem, & ab omnibus perturbationibus, passionibusque remotam seruatoris nostri diuinitatem decertabit. His autem peractis certaminibus, quædam alia veluti certaminū additamenta adiiciemus, vnicuique capiti ratiocinationem adiungentes, & apertè ostendentes id à nobis seruari quod ab Apostolis prædicatum est.

2. Ti. 4.

Manichæorum hæresis auctor.

2. Reg. 16.

Maniche.

IMMVTABILIS DIALOGVS PRIMVS.

Orthodoxus & Eranistes.

Orthodoxus.

MELIVS quidem esset nos consentire,& Doctrinam Apostolicam integram, ac sinceram conseruare. Sed quoniam nescio quam ob causam soluta concordia, nobis noua decreta proponitis, absque vlla, si videtur, contentione, veritatem communiter quæramus. A

ERAN. Nos quidem inquisitione non egemus. exactè enim veritatem tenemus.

ORTH. Hoc etiam Hæreticorum vnusquisque existimat. Quinetiam Iudæi, & Græci se veritatis decretorum authores existimant. nec ij soli, qui Platonis & Pythagoræ scita colunt, sed etiam qui sunt partium Epicuri, & qui sunt omnino impij, & ab omni probabili opinione alieni. Non conuenit autem iam anticipatæ opinioni seruire, sed veram cognitionem inquirere.

ERAN. Suasioni tuæ acquiesco, & quod à te instituitur accipio.

ORTH. Quoniã ergo vt prioré admitteres adhortationé facilè persuasus es, velim rursus ne tu humanis rationibus veritatis inquisitionẽ permittas, sed Apostolorũ, & Prophetarum, & qui eos secuti sunt sanctorũ vestigia inquiras. Hoc enim solent facere viatores, quãdo à via regia deflexerint, vt semitas considerent, si aliquorũ recedentiũ, aut venientiũ pedũ typos habeant, aut hominum, aut equorum aut asinorum, aut mulorum, & quando inuenerint, instar canum vestigia persequuntur, nec prius desistunt, quam rectam viam recuperauerint. B

Viatores.

ERAN. Ita faciamus. Tu ergo præi, vt qui orationem incœperis.

ORTH. De diuinis ergo nominibus, substantia inquam, & hypostasibus, personisque & proprietatibus, primum certi quid constituamus, cognoscamusque, & definiamus quamnam inter se habeãt differentiam. Deinde quæ deinceps sequuntur, attingemus.

ERAN. Pulcherrimum, & maximé necessarium dedisti nostro sermoni exordium. Si hæc enim rectè diiudicata, & constituta fuerint, nostra facilius procedet disputatio.

ORTH. Quoniam ergo hæc ita fieri oportere nobis visum est, respondé sodes. Dei Patris, & vnigeniti filij, & sanctissimi spiritus vnam substantiam dicimus, quẽadmodũ à diuina scriptura tam veteri, quã noua, & à Patribus, qui Niceæ conuenerunt, docti sumus, an Arij blasphemiam sequentes? C

Niceæ.

ERAN. Confitemur esse vnam sanctæ Trinitatis substantiam.

ORTH. Hypostasim autem aliquid ne aliud quàm substantiam significare putamus, an substantiæ esse aliud nomen existimamus? ERAN. Est ne aliqua differentia inter substantiam & hypostasim?

ORTH. Si externa quidem spectetur sapientia nulla est. Nam & substantia, seu essentia, id quod est, significat, & id quod subsistit est hypostasis. Sed si Patrum doctrina: quam habet differentiã cõmune, & proprium, vel genus & species, ac indiuiduum, eandem habet substantia & hypostasis.

ERAN. Dic paulò clarius de genere, specie, & indiuiduo.

ORTH. Genus quidem dicimus animal. Multa enim simul in eodem significat. Nam & quod est ratione præditum, & quod est expers rationis significat. Et eorum quæ sunt rationis expertia, rursus sunt multæ species. Alia enim sunt volucria: alia vitam ancipitẽ degentia: alia pedestria: alia natatilia. Porrò autem vnumquodque eorum rursus in multa diuiditur. Pedestrium enim aliud quidẽ est Leo. aliud Pardus. aliud autem Taurus, & alia innumerabilia. Ita etiam volucrum, & aliorum sunt multæ species, sed eorũ tamen omniũ genus est animal: species autem quæ prius dictæ sunt. Ita etiam hoc nomen homo, est huiuscæ naturæ nomen cõmune. Significat enim & Romanũ, & Athenienſem, & Persam, & Soromatã, & Ægyptium, & vt semel dicã, quotquot sunt huius naturę participes. Hoc autẽ nomen, Petrus, vel Paulus, non vtique id quod est naturæ cõmune significat, sed quẽpiã hominẽ. Nemo enim, qui Paulũ audiuerit, ad Adã, vel Abraã, vel Iacob suã cogitationẽ cõuertit: Sed is solus ei in mẽtẽ venit, cuius appellationẽ audiuit. Sed si hominẽ simpliciter & absolutè audiuerit, nõ in aliquod indiuiduũ cogitationẽ defigit, sed Indũ etiã, Scythã, & Massagetã, & vniuersum, vt semel dicã, humanũ genus cogitat, Idque nos non natura solũ, sed etiam diuina scriptura docet. Dixit enim Deus, inquit. Delebo hominẽ, quẽ formaui, à facie terrę. Hoc autẽ dixit de innumerabilibus hominibus. Cũ enim plus quã bis mille & ducẽti anni post Adã præteriissent, per inundationẽ hominibus exitiũ attulit. Ita etiã dicit beatus Dauid. Homo cũ in honore esset, nõ intellexit, nõ hũc, vel illũ, sed omnes homines cõmuniter accusãs. Inuenire autẽ licet eiusmodi innumerabilia. Sed nõ opꝰ est de hac re plura dicere. D

Genus.

ERAN. Cõmunis, & proprij discrimẽ aperte ostẽsum est. Sed ad substantiam & hypostasim redeamus.

ORTH. Sicut ergo hoc nomen homo, commune huius naturæ nomen est, ita etiam diuinam substantiam, vt quæ sanctam trinitatem significet: hypostasim autem, vt quæ aliquam vel Patris, vel Filij, vel spiritus sancti personam declaret, accipimus. Hypostasim enim, personam, & proprietatem idem significare dicimus, ea, quæ à sanctis Patribus sunt definita, sequentes.

ERAN. Hæc ita habere confitemur.

ORTH. Quæcunque ergo dicuntur de natura diuina, ea sunt cõmunia Patris, & Filij, & spiritus sancti, vt Deus, Dominus, Opifex, Omnipotens, & quæ sunt his similia.

ERAN. Hæc citra vllam controuersiam sunt trinitatis communia.

Orth.

OR. Quæ autem rursus hypostaſes ſignificant, ea non ſunt vtique ſanctæ Trinitatis communia, ſed ſunt illius hypostaſis, cuius ſunt propria. Quemadmodum hoc nomen Pater, & itidē in genitus, ſunt Patris propria. Et rursus hoc nomen Filius, & itidem vnigenitus, & Deus Verbum, non Patrem, nec Sanctum ſpiritum, ſed Filium ſignificant. Sanctus quoque ſpiritus, & Paracletus, ſpiritus hypostaſim declarant. *Spiritus.*

A ER. Non vocat ergo ſancta ſcriptura ſpiritum, Patrem, & Filium?

OR. ſpiritum vocauit, & Patrē, & Filiū, id quod eſt diuinæ naturæ incorporeum, & quod circumſcri bi non poteſt, per hoc ſignificans, ſpiritum autē ſanctum ſolam ſpiritus hypostaſim nominat.

ERAN. Hoc quoque eſt ab omni dubitatione remotum.

OR. Quoniā ergo aliqua quidem diximus eſſe ſanctæ Trinitatis cōmunia, aliqua verò vniuſcuiuſq; hypostaſis propria: hoc nomē, Immutabile, dicimus ne eſſe cōmune ſubſtantiæ, an proprium alicuius hypostaſis? *Ioan. 1.*

ERAN. Immutabile, commune eſt Trinitatis, neque enim fieri poteſt, vt Trinitatis ſit hoc quidem immutabile, illud verò mutabile.

ORTH. Optimè dixiſti. Sicut enim mortale eſſe, commune eſt hominum, ita ſanctæ Trinitatis cōmune eſt, eſſe, immutabile, vertique, & variari non poſſe. Eſt ergo immutabilis vnigenitus quoque Filius, ſicut & Pater, qui ipſum genuit, & ſanctus ſpiritus.

ERAN. Immutabilis.

ORTH. Quomodo ergo, quod in euangelio dicitur adducentes, Verbum caro factum eſt, mutationem immutabili naturæ tribuitis?

B ERAN. Non per mutationem, ac conuerſionem ipſum carnem factum eſſe dicimus, ſed quemadmodum ipſe ſcit.

ORTH. Si non carne accepta, caro factus eſſe dicitur, duorum alterum dicere neceſſe eſt, vel ipſum mutationem in carnem ſuſtinuiſſe, vel exiſtimatione quidem, & apparitione talem viſum fuiſſe, ſed reuera carnis expertem Deum eſſe.

ERAN. Hæc eſt Valentinianorum, & Marcioniſtarum, & Manichęorum opinio. Nos autem edocti ſumus confiteri Deum verbum verè incarnatum eſſe.

OR. Incarnatum autē eſſe, quomodo intelligitis, carnē ne accœpiſſe, an in carnem conuerſum eſſe?

ER. Quæ nos euangeliſtam dicentem audiuimus, Verbum caro factum eſt.

OR. Illud autem factum eſt, quomodo intelligitis?

ER. Qui mutationē in carnē ſuſtinuit, caro factus eſt. & iam dixi, quemadmodum ipſe ſcit. Nos autē ſcimus nihil eſſe, qnod ipſe non poſſit, Nam & aquam Nili in ſanguinem, & diem in noctem mutauit, & mare terram ſolidam & continentem effecit, & aridam, aquiſque carentem ſolitudinem aquis repleuit. Audiuimus etiam Prophetam dicentem. Omnia quæcunque voluit Dominus fecit in cœlo, & in terra.

OR. Creaturam creator transformat vt voluerit. eſt enim mutabilis, eiuſque qui ipſam fabricatus eſt nutum ſequitur. ipſe autem habet naturam immutabilem, & quæ nec verti, nec variari poteſt. Et ideo de creatura quidem dicit Propheta. Qui facit omnia, & transformat. De Deo autem verbo dicit

C magnus Dauid. Tu autem idem ipſe es. & anni tui non deficient. ET rursus ipſe Deus de ſeipſo. EGO ſum, & non mutor.

ER. Quæ ſunt occultata non oportet quærere.

OR. Nec quæ ſunt declarata penitus ignorare.

ERAN. Incarnationis quidem me latet modus, audiui autem quòd Verbum Caro factum eſt. *Pſal. 134.*

ORTH. Si mutatus, caro factus eſt: non manſit, quod prius fuerat. Hoc autem ex multis ſimilitudinibus facilè ſciri poteſt. Nam arena quædam, cum igni conſuetudine & coniunctione inita, primū quidem liquida & fluida redditur. deinde in vitrum concreſcit, & ſimul cum mutatione vnà quoque appellationem commutat, non eſt enim amplius arena, ſed vitrum nominatur.

ERAN. Ita eſt.

OR. ET qui vitis fructum vuam nominamus, quando eam expreſſerimus, non vuam, ſed vinum nominamus.

ER. Maximè.

OR. Ipſum quoque vinum, cum fugerit. & mutatum fuerit, non amplius vinum, ſed acetum nominare ſolemus.

ER. Verùm.

OR. Ita etiam cum coctum lapidem diſſoluimus, non amplius lapidem, ſed calcem appellamus. Innumerabilia quoque alia poſſunt inueniri, quæ vnà cum mutatione nomen quoque commutant.

ER. In confeſſo eſt.

OR. Si ergo Deum verbum mutationem in carnem ſuſtinuiſſe dicitis, cúrnam ipſum, Deum, & non carnem appellatis? Naturæ enim mutationi conuenit appellationis mutatio. Si enim, quando ea quæ mutantur, habent aliquam cum iis, quæ prius erant, cognationem, acetum enim cum vino *Pſal. 101. Mal. 3.*

D habet aliquam propinquitatem, & vinum cum fructu vitis, & vitrum cum arena, ea poſt mutationem aliam ſortiuntur appellationem: Vbi infinita eſt differentia, & tanta, quanta ſi conferatur culex cum vniuerſa creatura, tam quæ ſub aſpectum cadit, quàm quæ viſum effugit (tantum enim eſt, vel potius maius interſtitium inter naturam carnis & diuinitatis) quomodo fieri poteſt, vt poſt mutationem prior maneat appellatio?

ER. Sæpè dixi, ꝙ non per mutationem caro factus est, sed manens quod erat, factus est quod nõ erat
OR. Sed illud, factum est, nisi apertum fiat, conuersionẽ, & mutationẽ videtur innuere. Nisi enim carne accepta, caro factum est mutatum caro factum est.

Accæpit. ER. Hoc accœpit, à vobis inuentum est. Euangelista enim dicit. Verbum caro factum est.
OR. Videris vel diuinam scripturam ignorare, vel si scias, te improbè gerere. Ego autem te vel esse ignarum, vel improbum conuincam. Responde ergo. Diui Pauli doctrinam fateris spiritalem?
ER. Maximé.
OR. Et eundem spiritum per Euangelistas & Apostolos dicis esse operatum? A

1. Cor. 12. ER. Ita dico. Ita enim me docuit scriptura Apostolica, Diuisiones enim, inquit, Sunt Gratiarum, idẽ autẽ spiritus, & rursus. Hæc autẽ omnia operatur vnus atque idẽ spiritus, diuidens seorsum vnicuiq; sicut vult, & rursus. Habentes autem eundem spiritum fidei.
OR. Opportunè Apostolica testimonia adduxisti. Si ergo eiusdem spiritus esse dicimus Euangelistarum & Apostolorum doctrinam, audi Apostolum id quod in Euangelio dicitur interpretantem.

Heb. 2. Ad Hæbræos enim scribens ita dicit. Non enim Angelos apprehendit, sed semen Abrahæ apprehẽdit. Responde itaque, Quid intelligis semen Abrahæ? An non id quod habuit Abraham secundum naturam, habuit etiam semen Abrahæ?
ER. Non omnia. Christus enim peccatum non fecit.
OR. Peccatũ non est naturæ, sed malæ electionis, maliq; instituti, & ideo nõ dixi indefinitè, Quod habuit Abraham, sed quod habuit secundum naturã, hoc est corpus, & animam ratione præditã. Dic ergo apertè, an confiteris semen Abrahæ & corpus esse, & animã ratione præditam? nisi forte in hoc

Apolinar. quoque tibi conuenit cum nugis Apollinaris. Sed etiam aliunde te hoc quoque fateri compellã. Dic ergo. Iudæi corpus ne habent, & animam rationẽ præditam?
ER. Clarum est eos habere.
OR. Quando ergo Prophetam dicentem audierimus, Tu autẽ Israel fili mi Iacob quem elegi, Semẽ Abrahæ, quem dilexi, non solum carnes Iudæos existimamus? Non intelligimus homines, qui constant ex corporibus, & animis? B
ER. Verum.
OR. Et semen Abrahæ, non animæ, & mentis expers, sed quod omnia habet quæcunque Abrahæ naturam effingunt?
ER. Qui hæc dicit, duos adornat filios.
OR. Qui autem Deum verbum in carnem conuersum esse dicit, nullum dicit filium. Caro enim ipsa per se non est filius. Nos autem vnum filium confitemur, qui semen Abrahæ apprehendit, vt ait diuinus Apostolus, & hominum salutem procurauit. Si autem tibi non placet doctrina Apostolica, apertè confitere.
ER. Dicimus ergo Apostolis dixisse repugnantia. Videtur enim quodammodo repugnare illud Verbum caro factum est, ei quod est, Semen Abrahæ apprehendit.
OR. Tibi non animaduertenti, vel temerè contendenti, videntur repugnare, quæ rectè conueniunt. Iis enim quia sapienter considerant, non videntur. Docet enim diuinus Apostolus, ꝙ non cõuersus Deus, verbum caro factũ est, sed Abrahæ semine apprehenso. Simul etiam & factam Abrahæ promissionẽ in memoriã reuocat. An nõ meministi promissionũ, quæ Abrahæ ab vniuersorũ Deo datæ sũt?
ER. Quarúmnam?

Gen. 12. ORTH. Quando ex paterna eum domo eduxit, & eum in Palæstinam venire iussit, non dixit ei, Benedicentes te benedicam, & maledicentibus te maledicam, & benedicentur in semine tuo omnes gentes terræ? C
ER. Recordor harum promissionum.
ORTH. Recordare ergo etiam pactorum conuentorum, quæ à Deo cum Isaac & Iacob facta sunt. Nam eis quoque easdem dedit promissiones, secundis, & tertiis priora confirmans.
ER. Eorum quoque memini.
OR. Hæc autem pacta conuenta interpretans diuus Paulus in Epistola ad Galatas, dicit. Abrahæ

Gal. 3. autem dictæ sunt promissiones, & semini eius. Non dicit & semini eius, tanquam de multis, sed tanquam de vno qui est Christus, apertissimè ostendens Christi humanitatem, quæ ex semine Abrahæ germinauit, & quæ Abrahæ facta est, promissionem impleuit.
ER. Hæc ab Apostolo dicta sunt.

Gen. 49. OR. Hæc quidem satis sunt ad soluendam omnem, quæ mouetur, controuersiam. Ego tamen aliam quoque prædictionem tibi in memoriam reuocabo Iacob Patriarcha hanc benedictionẽ, quæ sibi & patri & auo data erat, Iudæ filio soli dedit. Sic autem dicit, Non deficiet princeps de Iuda, & dux de femoribus eius, donec veniat cui repositum est, & ipse expectatio gentium. An non admittis hanc prædictionem, vt quæ de Christo seruatore dicta sit?
ER. Iudæi huiusmodi Prophetias interpretantur, ego autem Christianus sum, credens diuinis scripturis, & de seruatore nostro prophetias absque vlla dubitatione recipio. D
OR. Quoniã ergo te prophetiis credere cõfiteris, & quæ prædicta sunt, de seruatore nostro diuinata fuisse dicis, considera deinceps quis sit scopus eorũ quæ dicit apostolus. Quæ enim Patriarchis facta erant, promissiones finem accœpisse ostendens, admirabilẽ illã vocẽ emisit. Non enim angelos vtiq;

appre

apprehendit, propemodum dicens, Vera est promissio, imposuit Deus finem promissionibus, apertus est gentibus fons benedictionis. Deus semen abrahæ apprehendit, per eum superius promissam salutem procurat: per eum gentium expectationem confirmat.

ER. Prophetica cum Apostolicis optimè coniuncta sunt.

OR. Item rursus diuinus Apostolus, iudæ beneficium nobis in memoriã reuocans, & ipsum quoq; finẽ accœpisse ostendens, clamat. Clarum est enim quòd ex iuda exortus est Dominus. Idem autem
A fecit & propheta Michæas, & Matthæus Euangelista. Ille enim prædixit. Hic verò historiæ testimonium adiunxit, & quod est in primis admirabile, eos, qui sunt veritatis hostes manifestissimi, Herodi apertè, dixisse dixit, ℣ Christus nascitur in Bethleem. Scriptum est enim inquit, Et tu Bethleem terra iuda, nequaquam es minima in principibus iuda. Ex te enim mihi exibit dux, qui reget populũ meũ israel. Nos autem id quoque subiungamus, quod à iudæis malignè prætermissum est, dum imperfectum testimonium adducunt. Cum enim dixisset Propheta, ex te egredietur mihi Dux, subiunxit. Et egressus eius à principio à diebus sæculi. ER. Optimè fecisti, quòd totum Prophetæ posuisti testimonium. Ostendit enim esse Deum, qui in Bethleem natus est.

Heb.7. *Matth.2.* *Mich.5.*

OR. TH. Non solum Deum, sed etiam hominem. Hominẽ quidẽ, vt qui ex iuda secundũ carnẽ get
B minauit, & in Bethleem natus est. Deũ autem, vt qui est ante sæcula. Hoc enim, Ex te mihi egredietur Dux, generationem secundum carnem, quæ in extremis diebus facta est, ostendit. Illud verò, Egressus eius à principio à diebus sæculi, eum ante sæcula extitisse apertè pronunciat. Ita etiam diuinus Apostolus in Epistola ad Romanos, veterem iudæorum fœlicitatem in deterius mutatam esse deflens, diuinámque promissionem, & datam eis legem in memoriam reuocans, hoc quoque adiecit. Quorũ patres, & ex quibus Christus secundum carnem, qui est in omnibus super omnes Deus, benedictus in sæcula sęculorum. Amen. Atqui eundem esse omnium opificem, dominũm, & gubernatorem, vt pote Deum, ostendit, & ex Iudęis germinasse, vt qui homo sit. ER. Ecce autem, qui hæc interpretatus est, ad Hieremiæ prophetiã quid dixeris? Illa enim ipsum solum Deũ prædicat. OR. Quã dicis Prophetiam? ER. Hic est Deus noster. non reputabitur alius præter ipsum, inuenit omnem viam sciẽtię, & dedit eam Iacob filio suo, & Israel dilecto suo. Post hęc in terris visus est, & cum hominibus con-
B*ar.3.* uersatus est. In his Propheta, nec de carne, nec de humanitate, nec de homine, sed de solo Deo prædixit. OR. Alicubi ergo ratiocinatione opus est. Diuinámne naturam sub aspectum cadere posse dicimus? An non credimus Apostolo, qui dicit. Immortali, inuisibili, soli Deo?

chri. Deus homo. *Rom.9.*

C ER. Citra vllam controuersiam, diuina natura sub aspectum non cadit.

OR. TH. Quomodo ergo videri poterat diuina natura sine corpore? Annon meministi eorum verborum Apostoli, quę apertè docent diuinam naturam non posse videri? Sic antẽ dicit, Quem nullus homo vidit, nec videre potest. Si ergo ab hominibus, dico etiam ab Angelis, videri non potest diuina natura, dic quomodo, qui sub aspectum non cadit, ab hominibus visus est?

1.Tim.1.

ER. Propheta dixit, quòd in terra visus est.

OR. TH. Et Apostolus dixit, Immortali, inuisibili, soli Deo, & quem nullus homo vidit, nec videre potest.

ER. Quid ergo? falsum ne dicit Propheta?

OR. Absit. Diuini enim spiritus sunt & hęc, & illa verba. Quæramus ergo quomodo inuisibilis visus est. ER. Ne mihi rationes, & humanas ratiocinationes adduxeris. Ego enim soli diuinę scripturę fidem habeo.

OR. Nullam rationem admittes, quę non diuinę scripturę testimonio confirmetur.

ER. Si mihi ex diuina scriptura dubitationis solutionem attuleris, admittam, & minimè contradicã.

OR. Scis ne quòd dictum Euangelij per Apostoli testimonium paulò ante explicauimus: & nobis declarauit Apostolus quomodo verbum caro factum sit, apertè dicens. Non enim angelos vtique apprehendit, sed semen Abrahę apprehendit. Idem ergo nos quoque docebit apostolus, quomodo Deus sermo in terra visus est, & cum hominibus conuersatus est.

ER. Ego autem credo iis, quę dicuntur ab apostolis & Prophetis. ostende ergo Prophetię interpretationem, vt iam pollicitus es.

1.Tim.6. *1.Tim 3.*

OR. TH. Ad Timotheum scribens diuinus apostolus, hęc quoque adiecit. Manifestè magnum est
D pietatis mysterium. Deus manifestatus est in carne, iustificatus in spiritu, visus angelis, prędicatus gẽtibus, creditus est in mundo assumptus est in gloria. Clarum est ergo quòd sub aspectum quidem nõ cadit diuina natura, caro autem cadit, & per eam, quę videri potest, quę non videri potest, visa est, & per eam fecit miracula, & suam reuelauit potentiam. Manu enim videndi sensum fabricatus est, & eum, qui à natiuitate cęcus erat, curauit, & rursus surdo auditum restituit, & prępeditam alligatamq; linguam soluit, digitis quidem pro instrumento vtens, sputum autem, tanquam salutare aliquod medicamentũ, adhibens. Ita rursus cum super mare ingressus est, suæ diuinitatis omnipotentiam ostendit. Aptè ergo dixit diuus apostolus, Deus manifestatus est in carne. Per illam enim apparuit natura quę videri non poterat. Per illam, ipsam viderunt angelorum quoque aliqui. Visus est enim inquit, angelis. Nobiscum ergo etiam incorporeę naturę vt hoc dono fruerentur euenit.

Man° chri stimirifica *Deus quo modo angelis visus.* *Matt.18.*

ER. Ergo priusquàm seruator apparuisset, Deus non videbatur ab angelis:

OR. Apostolus dixit, quòd manifestatus in carne, angelis visus est.

ER. Atqui Dominus dixit. Videte ne contemnatis vnum horum paruorum, qui sunt minimi. Amen

Ioan.6. enim dico vobis, quòd angeli eorum quotidiè vident faciem patris vestri, qui est in cœlis.
OR. Sed Dominus rursus dixit, Patrem non vidit quisquam, nisi qui est à Deo, is vidit Patrem. Et
Ioan.1. ideo Euangelista quoque apertè clamat. Deum nemo vidit vnquam, & confirmat quod à Domino dictum est. Vnigenitus enim, inquit, filius qui est in sinu patris, ille narrauit. Magnus quoque Moyses, cùm naturam quæ sub aspectum non cadit videre desideraſſet, audiuit ipsum Dominum
Exod. 33. Deum dicentem. Nemo videbit faciem meam, & viuet.
ER. Quomodo ergo intelligemus, quòd Angeli eorum quotidiè vident faciem patris vestri?
OR. Sicut solemus intelligere ea, quæ dicuntur de hominibus, qui Deum vidisse existimati sunt. A
ER. Dilucidius, non enim intellexi.
OR. Nunquit potest Deus videri ab hominibus?
ERAN. Nequaquam.
Esa.6. ORTH. Et tamen audimus diuinam scripturam dicentem. Visus est Deus Abrahæ ad quercum Mambræ. & Esaiam dicentem. Vidi Dominum sedentem in throno alto & sublimi. Idem quoque
Deu.34. dicit Michæas, & Daniel, & Ezechiel, De Mose autem legislatore dicit historia. Locutus est Dominus
Num.12. Moysi facie ad faciem, perindè ac si quis loquatur amicus ad amicum suum. Quin etiam ipse quoque vniuersorum Deus dicit, Ore ad os ipsi loquar in specie, & non per enigmata. Quid ergo dicemus, quòd diuinam naturam viderunt?
ERAN. Minimè. Ipse enim Deus dixit. Nemo videbit faciem meam, & viuet.
ORTH. Mentiuntur ergo, qui se Deum vidisse dixerunt:
ERAN. Absit. ea enim videbant, quæ ab ipsis videri poterant.
ORTH. Ex eorum ergo qui vident viribus Dominus Deus reuelationes metitur.
Ose.13 ERAN. Maximè.
ORTH. Et hoc per Prophetam manifestum reddidit Ggo enim inquit, Impleui visiones, & in Pro-
Assimila- phetarum manibus assimilatus sum. Non dixit, visus sum, sed assimilatus sum. Assimilatio autem,
tio. non significat eandem eius, qui videtur, naturam. Neque enim Regis imago ostendit ipsius Regis naturam, etiam si expressos, & euidentes Regis characteres referat.
ERAN. Hoc est obscurum, & non satis apertum.
ORTH. Ergo nec Dei substantiam viderunt, qui reuelationes illas contemplati sunt.
ERAN. Quis autem ita insanierit, vt hoc dicere audeat?
OR. Dictum est tamen, quòd viderunt.
ERAN. Dictum est.
ORTH. Nos autem & piis rationibus vtentes, & diuinis sententiis credentes, quæ apertè clamant, Deum nemo vidit vnquam, dicimus ipsos non vidisse diuinam naturam, sed quasdam visiones, quæ eorum facultati conuenirent, nec eius modum excederent.
ERAN. Ita dicimus. « «
ORTH. Ita ergo de Angelis intelligamus, audientes Quotidie vident faciem Patris vestri. Non « «
enim vident diuinam substantiam, quæ nec circunscribi, nec comprehendi, nec mente percipi potest « «
& quæ vniuersa comprehendit, sed quandam gloriam, quæ eorum viribus respondeat sitque eis cõ- O
moderata. ERAN. Hæc ita habere in confesso est.
ORTH. Postquam autem homo factus est, visus est etiam Angelis, vt vult diuus Apostolus, non in similitudine gloriæ, sed vero, & viuo vtens veluti quodam velo, carnis integumento. Manifestatus est enim, inquit in carne, iustificatus in spiritu, visus angelis.
ERAN. Hoc quidem, vt quod scripturæ sit, admisi. nominum autem innouationes non admitto.
ORTH. Quodnam nos nomen innouauimus?
velũ caro Christi. 35 39. ERAN. Illud veli nomen. Quæ enim scriptura Domini carnem velum appellauit?
ORTH. Videris non valdè diligenter legere sacram scripturam. Non enim certè reprehendisses,
Ge.49. quod à nobis tanquam in similitudine dictum est. Primum enim, quòd per carnem manifestatam esse naturam quæ sub aspectum non cadit, dixit Apostolus, permittit vt carnem diuinitatis velum intelligamus. Deinde diuinus Apostolus in Epistola ad Hebræos apertè hoc nomine vsus est, Ita autem dicit. Habentes ergo fratres, libertatem in introitu Sanctorum in sanguine Iesu, quam initiauit nobis viam nouam, & viuentem per velamen, id est carnem suam. & sacerdotem magnum super domum Dei, accedentem cum veritate, ingredientem cum vero corde in plenitudine fidei &c.
ERAN. Demonstratio hæc est, cui cõtradici non potest. Apostoli enim testimonio cõfirmata est.
Vestis 93 9. ORTH. Ne nos ergo rerum nouarum accuses. Tibi enim præbebimus aliud quoque Prophetæ testimonium, quod carnem Domini vestem & indumentum nominat.
ER. Si non videatur perplexum & ambiguum, non contradicemus, & tibi gratias habebimus.
Gen.49 OR. Efficiam vt de veritate promissi ipse feras testimonium. Scis ꝙ cum Iacob Patriarcha Iudam be- D
Infra fol 3. nediceret, Iudæ principatum Domini natiuitate circumscribit? Non deficiet, inquit, Princeps ex Iuda, nec Dux ex femoribus eius, donec veniat, cui repositum est, & ipse erit expectatio gentium. Hanc autem Prophetiam antea confessus es de Christo fuisse vaticinatam.
ER. Confessus sum.
OR. Recordare ego eorum quæ deinde sequuntur. Ita enim dicit. Cuius præsentiam gentes expectant. Lauabit in vino stolam suam, & in sanguine vuę indumentum suum.

Eran.

ER. De veſtibus dixit Patriarcha, non de corpore.
ORTH. Oſtende ergo, quando, vel vbi in ſanguine vuæ lauerit indumentum.
ERAN. Tu oſtende quòd his corpus purpureum reddiderit.
ORTH. Velim te paulò magis myſticè reſpondere. Adſunt. n. fortaſſe nonnulli, qui non ſunt initiati myſteriis.
A ERAN. Ita audiam, & ita reſpondebo.
ORTH. Scis quòd ſeipſum Vitem Dominus appellauit? *Ioan. 15.*
ERAN. Scio eum dixiſſe. Ego ſum Vitis vera.
ORTH. Vitis autem fructus expreſſus quomodo appellatur? *Ioan. 19.*
ERAN. Vinum.
ORTH. Quando autem ſeruatoris latus milites lancea ſauciauerunt, quid ex eo profuſum eſſe dicunt, qui Euangelia conſcripſere?
ERAN. Sanguinem & aquam.
ORTH. Sanguinem ergo vuę ſeruatoris ſanguinem appellauit. Si enim Dominus vitis eſt nominatus, fructus autem vitis, vinum appellatur, ſanguinis autem & aquæ ex Domini latere manantis riui per reliquum corpus infernè deſcenderunt: Iure ergo & appoſite prædixit Patriarcha, Laudabit in vino ſtolam ſuam, & in ſanguine vuæ indumentum ſuum. Sicut enim nos myſticum vitis fructũ, poſt ſanctificationem, Domini ſanguinem nominamus, ita veræ vitis ſanguinem vuę ſanguinem nominauit. *Euchariſtia.*
ERAN. Myſticè ſimul & dilucidè, quod propoſitum fuerat, oſtenſum eſt.
ORTH. Etſi ea quæ dicta ſunt, tibi ad fidem faciendam ſatis ſunt, ad veritatem tamen confirmandam aliam probationem adiiciam.
ERAN. Rem mihi gratam facies ſi id feceris, vtilitatem enim auxeris.
ORTH. Scis quòd Deus ſuum corpus panem appellauit?
B ERAN. Scio.
ORTH. Porrò etiam alibi carnem triticum nominauit.
ERAN. Hoc etiam ſcio. Audiui enim eum dicentem, Venit hora vt glorificetur filius hominis, & Niſi granum tritici, quod cecidit in terram, mortuum fuerit, ſolum maner. ſinautem mortuum fuerit, fert multum fructum. *Ioan. 12.*
ORTH. In myſteriorum autem traditione, corpus panem appellauit, & ſanguinem, id quod in calice infuſum & commixtum eſt.
ERAN. Ita nominauit.
ORTH. Atqui, & quod eſt ſecundum naturam corpus, corpus iure vocabitur, & itidem ſanguis.
ERAN. In confeſſo eſt.
ORTH. Seruator quidem certè noſter nomina commutauit, & corpori quidem, id quod erat ſymboli ac ſigni nomen, impoſuit: ſymbolo autem, quod erat corporis. Ita cum ſe vitem nominauiſſet, ſanguinem, id quod erat ſymbolum, appellauit.
ERAN. Hoc quidem verè dixiſti. Vellem autem ſcire cauſam mutationis nominum.
ORTH. Manifeſtum eſt inſtitutum iis, qui ſunt diuinis myſteriis initiati. Volebat enim eos, qui ſunt diuinorum myſteriorum participes, non attendere naturam eorum, quæ videntur, ſed propter nominum præmutationem, mutationi, quæ fit ex gratia, credere. Qui enim, quod natura corpus eſt,
C triticum & panem appellauit, & vitem rurſus ſeipſum nominauit, is ſymbola & ſigna quæ videntur, appellatione corporis & ſanguinis honorauit, non naturã quidẽ mutans, ſed naturæ gratiã adiiciens *Mutatio.*
ERAN. Et myſticè myſtica dicta ſunt, & apertè declarata ſunt, quæ non ſunt nota omnibus.
ORTH. Quoniam ergo in confeſſo eſt, & Patriarcham corpus Domini veſtem & indumentũ nominaſſe, ad dicendum autem de Diuinis myſteriis ingreſſi ſumus, dic per veritatem, cuius ſymbolum & figurã eſſe exiſtimas alimẽtũ ſanctiſſimũ, Diuinitatisne Domini Chriſti, an corporis & ſanguinis?
ER. Clarum, quòd illorum, quorum etiam appellationem ſuſcœperunt.
ORTH. Corporis & ſanguinis dicis? ERAN. Ita dico.
ORTH. Vt decet amicum veritatis dixiſti. Enim Dominus cum accœpiſſet ſymbolum, ſeu ſignum, non dixit, Hoc eſt deitatis mea, ſed Hoc eſt corpus meum. & rurſus. Hic eſt ſanguis meus, & alibi, Panis autem, quem ego dabo, caro mea eſt, quam ego dabo pro mundi vita.
ERAN. Vera ſunt hæc, ſunt enim diuina eloquia.
ORTH. Si ergo vera, corpus vtique habuit Dominus.
ERAN. At ego ipſum dico incorporeum.
ORTH. Sed ipſum corpus habuiſſe fateris.
ER. Ego dico quòd Verbum caro factum eſt, ita enim doctus ſum. *Ioan. 6.*
OR. In dolio, vt videtur, perforato, vt eſt in prouerbio, haurimus. Poſt omnes. n. illas probationes, & eorum, quæ obiiciebantur, ſolutiones, eodem reuolueris.
D ER. Non ego tibi mea dicta, ſed Euangelica profero.
OR. Ego autem Euangelicorum interpretationem non ex Propheticis, & Apoſtolicis dictis attuli?
ER. Illa non ſufficiunt ad ſoluendum, quod quæritur.
OR. Atqui oſtendimus, cũ eſſet inuiſibilis, manifeſtatus eſt per carnem. Quinetiam ipſam carnis cognationem à ſanctis viris docti ſumus. Semen enim Abrahæ apprehendit. Dominus quoq; Deus

dixit Patriarchæ. In ſemine tuo benedicentur omnes gentes terræ. Et Apoſtolus. Clarum enim eſt ex Iuda exortus eſt Dominus. & multa alia eiuſmodi teſtimonia adduximus. Quoniam autem etiam alia audire deſideras, audi Apoſtolum dicentem Omnis nanque Pontifex ex hominibus aſſumptus, ad offerẽdum dona & ſacrificia conſtituitur. Vnde etiam neceſſe eſt eũ habere aliquid, quod offerat.

Heb. 5.

ERAN. Oſtende ergo, quòd adſumptum corpus obtulit.

Heb. 10.

ORTH. Ipſe diuinus Apoſtolus in eodem loco apertè docet. Paulo poſt enim ſic dicit. Ideo ingrediens mundum dicit. Hoſtiam & oblationem noluiſti, corpus autem perfeciſti mihi. Nõ dixit In corpus conuertiſti, ſed corpus adaptaſti mihi. Significat autem eam, quæ à ſpiritu facta eſt, corporis formationem, vt dicit Euangelium. Ne timeas enim, inquit, accipere Mariam vxorem tuã. Quod enim in ea generatum eſt, ex ſpiritu ſancto eſt. A

Matth. 1.

ERAN. Virgo ergo corpus tantum genuit.

ORTH. Ne ipſam quidem ſyllabarum compoſitionem, ſententiam quidem certè, vt videtur, minimè aſſecutus es. Modum enim conceptionis, non generationis docet Ioſeph. Non enim dixit. Quod ex ipſa generatum, hoc eſt factum, vel formatum, ex ſpiritu ſancto eſt. Quoniam enim Ioſeph ignorans myſterium, adulterium ſuſpicatus fuerat, ſancti ſpiritus efformationem apertè edoctus eſt. Hæc per Prophetam ſignificans, dixit, Corpus autem perfeciſti mihi. Cum eſſet ſpiritalis diuinus Apoſtolus, id quod prædictum fuerat interpretatus eſt. Si eſt ergo ſacerdotũ propriũ offerre munera, Chriſtus autem, quod ad humanitatem quidem attinet, Sacerdos appellatus eſt, non aliam autem hoſtiam quàm ſuum corpus obtulit. Dominus ergo Chriſtus corpus habuit.

Ioſeph adulterã ſuſpicatur.

ERAN. Quod ſæpè dixi, dico. quòd neque deus Verbum apparuit incorporeum, nec ipſum tamen corpus accœpiſſe, ſed carnem factum eſſe aſſero.

ORTH. Quantũ video, cũ Valentini, & Marcionis, & Manetis ſodalibus nobis certamen inſtitutũ eſt, imo, quod magis eſt, nec illi quidem immutabilem naturam in carnem vnquam fuiſſe conuerſam dicere auſi ſunt.

ERAN. Eſt à chriſtianis alienum maledicere.

ORTH. Non maledicimus, ſed pro veritate pugnamus, & valde agre ferimus, quòd aduerſus ea, quę minimè ſunt dubia, tanquam aduerſus dubia, conſertis, vt aiunt, manibus decertetis. Ego verò illiberalem hanc ruã contendendi cupiditatem cõpeſcere & infirmare conabor. Reſponde ergo, polliciationum, quæ Dauid à Deo factę ſunt, meminiſti? B

ERAN. Quarum.

ORTH. Quas in 88. Pſalmo Propheta poſuit.

ERAN. Scio multas pollicitationes fuiſſe factas Dauid. Quasnam ergo in præſentia requiris?

ORTH. Quæ de Domino Chriſto factæ ſunt.

ERAN. Ipſe, quæ ab eo dicta ſunt, in memoriam reuoca. Ipſe enim demõſtrationes te allaturum es pollicitus.

ORTH. Audi ergo ſtatim in principio pſalmi Prophetã Deũ collaudãtẽ. Cũ enim Propheticis oculis præuidiſſet futurã populi iniquitatẽ, & quæ propter eã euẽtura erat, captiuitatẽ, Domino ſuo vera eius promiſſa in memoriã reuocat. Sic enim dicit, Miſericordiæ tuæ Domine, donec pręparabitur veritas tua. Per hæc autẽ omnia, docet Propheta & promiſſionem, quæ per Dei benignitatẽ facta eſt, & promiſſi veritatẽ. Deinde dicit quænã, & quibusnã ſit pollicitus, ipſum Deũ loquẽtẽ oſtendẽs. Diſpoſui, inquit, teſtamentũ electis meis. Electos autẽ vocauit Patriarchas. Deinde ſubiũgit. Iuraui Dauid ſeruo meo. Dicit autẽ etiã de qua re iurauit. Vſque in æternũ præparabo ſemen tuum, & ædificabo in generatione & generationẽ ſedẽ tuã. Dic ergo, quemnam exiſtimas appellatum eſſe ſemen Dauid? C

Electi patriarchæ.

Semen Dauid.

ERAN. De ſolomone promiſſio facta eſt.

ORTH. Ergo cũ Patriarchis de Solomone pacta cõuẽta fecit. Ante enim quæ de Dauid dicta ſunt promiſſiones, quæ illis factæ ſunt, in memoriã reuocauit. Diſpoſui, enim inquit, teſtamentũ electis meis Pollicitus autẽ erat Patriarchis ſe in ſemine eorum benedicturum omnes gentes. Oſtende ergo benedictas gentes per Solomonem.

ERAN. Hanc ergo promiſſionẽ, non per Solomonẽ, ſed per ſeruatorem noſtrum impleuit Deus.

ORTH. Promiſſis ergo, quæ Dauid facta ſunt, Dominus Chriſtus finem impoſuit.

ERAN. Ego exiſtimo Deum feciſſe has promiſſiones, vel de Solomone, vel de zorobabel.

ORTH. Paulò antè Martionis, & Valentini, & Manentis verbis vſus fueras, nunc autẽ ad ſectã ex Diametro contrariã te contuliſti. Iudæorũ enim impudentiã defendis. Eſt autẽ hoc propriũ eorum, qui à recta via diuertunt. Huc enim & illuc oberrant, per viam minimè tritam ingredientes.

ERAN. Eos qui maledicto vtuntur, Apoſtolus è regno expellit.

ORTH. Si temere maledicant. Nã diuinus etiã Apoſtolus opportunè nonnũquã inſectatione vſus eſt. & Galatas quidẽ ſtultos nominat. de aliis autẽ dicit. Homines corrupti mẽte, reprobi circa fidem, & rurſus de aliis. Quorum Deus venter eſt, & gloria ignominia ipſorum, & cætera. D

ERAN. Quamnam ego maledicti tibi occaſionem præbui?

ORTH. Quòd apertiſſimos veritatis hoſtes alacriter & vehementer defendis. Annon tibi videtur hæc eſſe piis iuſtiſſima cauſa, vt indignentur?

ERAN. Et quosnam ego defendi, qui aduerſus veritatem decertent? ORTH. Nunc Iudæos.

ERAN. Qui & quonam modo?

ORTH. Iudęi Solomoni & zorobabel has prophetias ac cõmodãt, vt Chriſtianorũ quęſtionẽ minimè poſſe conſiſtere oſtendant. Sufficiunt autem vel hæc verba ad confutandam eorum iniquita-

tem. VSQVE in æternum enim, inquit, præparabo ſedem tuam. Non ſolum autem Solomon, & Zorobabel, quibus tales Prophetias accommodant, cum præſcriptum tempus vixiſſent, vitæ terminũ accæpetunt: ſed etiam vniuerſum Dauid genus extinctum eſt. Quis enim nouit hodie aliquem, qui ex Dauidica radice deſcenderit?

Eran. Qui ergo dicuntur Iudæorum Patriarchæ, non ſunt ex cognatione Dauidica? *Patriarchæ Herodes.*

A Orth. Minimè.

Eran. Sed vndenam deriuantur?

Orth. Ex Herode alienigena, qui ex patre quidem erat Aſcalonites, ex matre autem Idumæus. Quanquam ipſi quoque omnino interierunt, & tempus præteriit, ex quo eorum principatus finem cœpit. Dominus autem Deus ſe non ſolum ſemen Dauid in æternum conſeruaturum, ſed eius etiam regnũ ſtabile & integrum cuſtoditurum eſt pollicitus. ÆDIFICABO, enim inquit, in generatione & generationem ſedem tuam. Videmus autem & genus eius petiiſſe, & regnum finem cœpiſſe: Quinetiam hæc videntes, ſcimus in vniuerſi Deum mendacium non cadere.

Eran. Clarum eſt veracem eſſe Deum.

Orth. Si ergo Deus verax eſt, vt re vera verax eſt: pollicitus eſt autem Dauid, ſe & genus in æternum ſeruaturum, & regnum nulla ſucceſſione interruptum cuſtoditurum: neque genus autem nec regnũ videmus, vtrunque enim ceſſauit: quomodo iis, qui contradicunt, Deũ veracem eſſe perſuadebimus?

Eran. Reuera ergo Prophetia Dominum Chriſtum prædicat.

Orth. Quoniam ergo confeſſus es, ea, quæ ſunt pſalmi quoque intermedia, communiter conſideremus. Prophetiæ enim intelligentiam facilius aſſequemur.

Eran. Præi mihi in indagando. ego enim veſtigiis tuis inſiſtens, conſequar.

Orth. Cum Deus multa de ſemine ſit pollicitus, quòd & in mari & in terra dominabitur, & iis qui in terra regnant erit ſuperior, & Dei primogenitus vocabitur, Deum que patrem liberè, & audacter appellabit, hæc quoque adiecit. IN ÆTERNVM ſeruabo illi miſericordiam meam, & thronum

B eius ſicut dies cœli.

Eran. Supra naturam humanam eſt promiſſio. Immortalitatem enim & æternitatem vita & honor complectitur, homines autem non admodum magno durant temporis ſpatio. natura enim exiguis vitæ limitibus circumſcribitur: & regnum habet etiam in vita multiplices & varias mutationes. Soli ergo ſeruatori Chriſto conuenit promiſſi magnitudo.

Orth. Perge ergo etiam ad reliqua. ita enim firmior, ac ſtabilior euadet tua de hac re ſententia. Dicit enim rurſus vniuerſorum Deus. SEMEL iuraui in ſancto meo, ſi Dauid mentiar, ſemen eius vt luna perfecta in æternum. & veritatem promiſſionis oſtendens, ſubiunxit. Et teſtis in cœlo fidelis.

ERAN. Oportet iis, quæ à fideli teſte promiſſa ſunt, abſque vlla dubitatione credere. Si enim homi nibus vera dicere profeſſis, etiam ſi quæ dicuntur iureiurando non confirmauerint, fidem adhibere ſolemus, quis eſt adeo ſtupidus, & attonitus, vt vniuerſi effectori diffidat, qui ſuis dictis iuſiurandum adiicit? Qui aliis enim iurare prohibet, vt conſilij ſui immobilitatem oſtenderet, quemadmodum dicit Apoſtolus, iuſiurandum interpoſuit, Vt per duas res immobiles, quibus impoſſibile eſt mentiri *Heb. 6.* Deum, validam conſolationem habeamus, qui confugimus ad tenendam propoſitam ſpem.

ORTH. Si ergo abſque controuerſia vera eſt promiſſio, apud Iudæos autem, Prophetæ Dauid nec genus nec regnum videmus, certo credamus Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum ſemẽ Dauid, quod ad humanitatem attinet, nominari. Ipſe enim habet & vitam, & regnum æternum.

C ERAN. Non dubito, ſed ſic habere confiteor.

ORTH. Et hæc quidem ſufficiunt ad partẽ oſtendendam Dei, & ſeruatoris noſtri, quàm ex ſemine Dauid ac cœpit, humanitatem. Vt autem plurium teſtimonio omnem omnino dubitationem abigamus, audiamus Deum, per vocem Eſaię prophetę, quę Dauid factę ſunt pollicitationum recordantem. Diſponam enim, inquit, Vobis teſtamentum æternum. Et oſtendens legislatorem ſubiunxit. ſanc- *Eza. 55.* ta Dauid fidelia. Quoniam enim ea Dauid pollicitus eſt, & per Eſaiam eſt locutus, promiſſum quoque perficiet. Et reliqua Prophetię, quę deinceps ſequuntur, his congruunt. dicit enim. Ecce teſtimonium in gentibus. Dedit ipſum Principem & imperantem in gentibus. Ecce gentes, quæ te non nouerunt, te inuocabunt: & populi quite neſciunt, ad te confugient. Hęc autem nonnulli eorum, qui ex Dauid deſcenderunt, conuenit. Quis enim eorum, qui ex Dauid deſcenderunt, princeps gentium, vt ſcribit Eſaias, conſtitutus eſt? Quenam autem gentes, aliquem eorum, qui ex Dauid deducti ſunt, orantes, tanquam Deum inuocauerunt?

ERAN. De iis, quæ ſunt manifeſta, non eſt longiori oratione vtendum. Etenim hęc quoque Domino Chriſto conueniebant.

ORTH. Ad aliud ergo Propheticum teſtimonium tranſeamus; & eundem Prophetam dicentem audiamus. Egredietur virga, de radice Ieſſe aſcendet. *Eza. 11.*

Eran. Exiſtimo hanc Prophetiam factam eſſe de zorobabel,

ORTH. si quæ deinceps ſequũtur, audieris, non manebis in tua opinione, nã nec ipſi Iudęi hanc

D prædictionẽ ſic intellexere. Subiungit enim propheta. Et requieſcet ſuper eũ ſpiritus Dei, ſpiritus ſapiẽtiæ, & intellectus, ſpiritus conſilij & fortitudinis, ſpiritus ſcientiæ, & pietatis, ſpiritus timoris Dei implebit ipſum. Hæc autẽ nemo vnquã nudo homini tribuerit. Nã etiã valde ſanctis dantur, ex diuiſionẽ ſancti ſpiritus gratię. Teſtis eſt diuus Paulus dicẽs, Etenim datur per ſpiritũ ſermo ſapiẽtię, alij autẽ ſermo ſcientiæ ſecundũ eundẽ ſpiritũ, & cætera, Hic autẽ propheta, eũ, qui de radice ieſſe eſt ger

minaturus, dicit habere omnes ſpiritus operationes.

Eran. Aduerſus hæc contendere eſt aperta inſania.

Orth. Audi ergo ea, quæ ſequuntur. Videbis enim nonnulla eorum, quæ vel humanam naturam ſuperant. Ita enim dicit. NON SECVNDVM opinionem iudicabit, neque ſecundum famam arguet, ſed iudicium faciet in iuſtitia humili, & arguet in rectitudine nobiles terræ: & percutiet terrã ſermone oris ſui, & ſpiritu per labra perimet impium. Horum autem quæ prædicta ſunt, alia quidem A
ſunt humana, alia verò diuina. Iuſtitia enim, & veritas, & rectitudo, & perpetua in iudicando conſtantia, declarant virtutem; quæ humanæ naturæ conuenit.

Eran. Per hæc apertè didicimus, quòd ſeruatoris noſtri præſentiam Propheta per hæc vaticinatus eſt.

Orth. Quæ conſequuntur, apertius docebunt veritatem interpretationis. Subiungit enim. TVNC paſcetur lupus vnà cum agno, & quæ ſequuntur. Per quæ docet & morum differentiam, & fidei concordiam. Portò autem prædictionis teſtem habemus rerum experientiam. Nam & eos qui ſuas diuitias factitant, & qui in paupertate victitant, ſeruos & dominos, eósque qui imperio parent, & qui imperant, & milites, & priuatos, & eos qui orbis terrarum ſceptra tenent, vna excipit piſcina, vna omnibus offertur doctrina, vna omnibus menſa myſtica apponitur, & quilibet credentium æquali parte fruitur. *Euchariſtia.*

Eran. Sed hęc Deum eſſe, qui prędicitur, oſtendunt.

Orth. Non ſolum Deum, ſed etiam hominem. ea autem de cauſa ſtatim cum Prophetiam incœpiſſet, dixit virgam ex radice Ieſſe eſſe germinaturam. Et cum prædictionem perfeciſſet, iterũ accępit proœmium. Dixit etenim. ET ERIT RADIX Ieſſe, & exurgens ad imperandum gentibus, in eo gentes ſperabunt, & erit requies eius honor. Ieſſe autem pater Dauid. Dauid autem facta eſt cum iureiurando promiſſio. Non appellaſſet autem vnicam ex Ieſſe germinaturam, Dominum Chriſtum B
ſi Deum tantum modo eum eſſe ſciuiſſet. Pędixit autem Prophetia etiam terrarum orbis mutationem. IMPLETA eſt enim, inquit, vniuerſa terra, vt cognoſcat Dominum, vt aqua multa operiat maria.

Eran. Audiui quidem Prophetica vaticinia. Vellem autem clarè ſcire, an etiam Diuinus Apoſtolorũ chorus dicit Dominum Chriſtum germinaſſe ex ſemine Dauid ſecundum carnem. *Act. 2.*

Orth. Nihil poſtulaſti arduum, ſed valde facile & expeditum. Audi ergo primum Apoſtolorum clamantem. PROPHETA cum eſſet Dauid, & ſciret quòd iureiurado iuraſſet illi Deus de fructu lumbi eius excitaturum, vt ſecundum carnem Chriſtus ſederet ſuper ſedem eius, prouidens locutus eſt de reſurrectione eius, quòd neque derelicta eſt in inferno anima eius, neque caro eius vidit corruptionem. Ex his facile ſcire potes, quòd etiam ex ſemine Dauid ſecundum carnem germinauit Dominus Chriſtus, & non ſolum carnem, ſed etiam animam habuit.

Eran. Quis alius ex Apoſtolis hæc prædicauit?

Orth. Suffeciſſet quidem vel ſolus magnus Petrus, veritati teſtimonium ferens. Etenim cum Dominus ab eo ſolo pietatis teſtimonium excœpiſſet, eam inſigni beatitudine confirmauit. Quoniam autem alios quoque hoc prædicantes audire deſideras, audi. In Antiochia Piſidiæ, cum Paulus & Barnabas concionarentur, ij Dauid mentionem facientes, hæc ſubiunxerunt. Huius ex ſemine Deus “ *Matt. 16.* *Act. 13.*
ſecundum promiſſionem excitauit Iſraeli ſaluatorem Ieſum, &c. Ad Timotheum quoque ſcribens C *Tim. 2.*
Diuinus Apoſtolus, hæc etiam poſuit. MEMOR eſto Dominum Ieſum Chriſtum reſurreſſiſſe à “
mortuis ex ſemine Dauid ſecundum Euangelium meum. Et ad Romanos ſcribens, ſtatim in principio meminit Dauidicæ cognationis. Sic enim dicit. PAVLVS Apoſtolus, & cætera. In ſcripturis “ *Rom. 4.*
ſanctis de filio ſuo, qui factus eſt ei ex ſemine Dauid ſecundum carnem &c. “

Eran. Sunt quidem frequentes, & veræ demonſtrationes. Dic mihi autem, cur quod deinceps ſequitur ex teſtimonio prætermiſiſti.

Orth. Quia de humanitate non etiam de diuinitate dubitas.

ſecundum carnem. Quòd ſi de diuinitate dubitaſſes, de ea tibi probationes attuliſſem. ſufficit tamen dicere SECVNDVM carnem, ad declarandam, quæ ſilentio prætermiſſa eſt, diuinitatem. Si communis enim homi
Matth. 1. nis doceam cognationem, non dico, Hic illius ſecundum carnem filius, ſed dico ſolum, filius. Ita etiã diuinus Euangeliſta ſcripſit genealogiam. Abraam enim inquit, genuit Iſaac: & non adiicit, ſecundũ carnem. Iſaac enim homo ſolum extitit. ſimiliter etiam aliorum meminit. erant enim homines, nec quidquam præter naturam habebant. Verum enim vero de Domino Chriſto differentes veritatis præcones, & iis, qui ignorabant inferiorem cognationem oſtendentes, adiungunt illud, ſecundum carnem, hac ratione ſignificantes deitatem, & docentes quòd non homo ſolum, ſed etiam Deus ante ſæcula Chriſtus Dominus.

Eran. Multa quidem & Apoſtolica, & Prophetica adduxiſti teſtimonia. Ego autem credo Euangeliſtæ, qui dicit, Verbum caro factum eſt,

Orth. Ego quoque credo huic diuinæ doctrinæ, verum eam piè intelligo, quòd ſcilicet carne accepta, & anima ratione prædita, caro factum eſſe dicitur. ſin autem nihil ex noſtra natura accœpit Deus ſermo, non ſunt vera quæ cum Patriarchis à Deo vniuerſorum cum iureiurando facta ſunt pacta conuenta. inutilis autem eſt & Iudæ benedictio: falſa verò eſt, quæ Dauid facta eſt, promiſſio: ſuperuacanea eſt & virgo, quæ Deo incarnato nihil noſtræ naturæ attulit: quæ autem Prophetę prędixerunt, nondum finem tępere, inanis ergo eſt prædicatio noſtra, inanis fides noſtra, vana quoque eſt ſpes D

reſurre

resurrectionis:mentitur etiam vt videtur Apostolus,cum dicit Suscitauit,& considere nos fecit in cœlestibus in Christo Iesu. Si enim nostræ naturę nihil habuit Christus Dominus,falsò quidem nostræ primitiæ appellatus est,corporis autem natura non excitata est ex mortuis.sed neque in cœlo à dextris sedem assecutus est.Quòd si nihil horum assecutus est,quomodo Deus nos suscitauit,& cum Christo sedere fecit,qui nihil ad eum secũdum naturam attinemus? Sed hęc dicere impium est.Diuinus enim
A Apostolus,licet nondum facta sit resurrectio communis,nec regnum cœlorum iis qui crediderunt data sit,clamat tamen. Suscitauit, & considere nos fecit in cœlestibus in Christo Iesu,docens quòd cùm primitię nostræ resurrectionis & sessio à dextris fuerit,nos quoque resurrectionem omnino consequemur: & vna cum primitiis gloriæ sunt participes,qui habent naturæ communionem,& sunt participes fidei. *Eph.2.*

ERAN. Et multa & vera dicta exposuisti,sed vellem scire sententirm dicti Euangelici.

ORTH.Externa interpretatione tibi minimè opus èst. Ipse.n. Euangelista seipsum interpretatur. Cum.n.dixisset,Verbum caro factum est,subiunxit,Et Habitauit in nobis,Græcè Esquinyose Tentoria fixit in nobis,hoc est,fixis in nobis tabernaculis,& veluti quodam templo,carne à nobis acceptà vsus,dicitur factum fuisse caro.& docens quòd à mutatione omnino alienum remansit, subiunxit, Et Vidimus gloriam eius quasi vnigeniti à patre,plenum gratiæ & veritatis.Carne enim amictus,nobilitatem paternam ostendebat,& diuinitatis radios emittebat,& dominicæ potestatis splendorem euibrabat, latentem naturam miraculis aperiens.His sunt similia,quæ scripsit ad Philippenses diuinus Apostolus.Hoc Sentite in vobis,quod & in Christo Iesu,qui cum in forma Dei.& cætera.vsque ad Mortem crucis.Vide autem quàm sint inter se cognata,qeæ ab eis prędicata fuerunt.Euangelista dixit.Verbum caro factum est,& habitauit in nobis.Apostolus. Serui formam accipiens. Rursus dixit Euangelista.
B Vidimus gloriam eius,gloriam quasi vnigeniti à patre.Apostolus.Qui Cum in forma Dei esset, non rapinam arbitratus esse se ęqualem Deo.Et,vt paucis dicam,ambo docent,quod cum esset Deus, & Dei filius,& patris gloria circundatus,& eandem haberet naturam & potentiam cum genitore,& cum esset in principio,et esset apud Deum,et Deus esset,et creaturas esset fabricatus,serui formam accœpit et videbatur quidem hoc solum esse,quod cernebatur,erat autem Deus humana natura indutus,et hominum salutem procurabat.Hoc significati illud,Verbum caro factum est.et illud. In similitudinem hominum factus,et habitu inuentus vt homo.Hoc enim solum videbant Iudæi,et ideo dicebant illi. De Bono Opere non lapidamus te, sed de blasphemia,quòd cum sis homo,facis teipsum Deum. Et Rursus.Hic Homo non est ex Deo,quia sabbatum non seruat. *Ioan 1. habitauit 84. In nobis 140. Phil.2. Ioan.10.*

ERAN.Iudæi cæcutiebant propter suam infidelitatem,et hanc ob causam vtebantur his verbis.

ORTH.Si autem etiam Apostolos resurrectionem hæc dicere inueneris,admittes interpretationem

ERAN. Audio eos in nauigio post maximum tranquillitatis miraculum dicentes. Qualis est hic homo,quod et mare et venti ei obediunt? Hoc quidem demonstatum est.Sed dic mihi,diuinus Apostolus eum in similitudine hominis fuisse factum dicit? *nõ legitur Matt.10. Luc 8.*

ORTH.Quod accœptum est,non similitudo hominis,sed hominis natura.Serui enim forma, sicut et Dei forma,Dei natura intelligitur.Ipse quidem certè qui eam accœpit,in similitudine hominis factus est,et habitu inuentus vt homo.Cum enim Deus esset,videbatur esse homo,propter eam naturã,
C quam susceperat. Euangelista autem illud,In similitudine hominis factum esse,dicit carnem factum esse.Vt autem scias,quòd sunt contrarii et repugnantis spiritus discipuli qui Seruatoris nostri carnem inficiantur, audi magnum Ioannem dicentem in Catholica. Omnis spiritus qui confitetur Iesum Christum in carne venisse,ex Deo est.et Omnis spiritus qui non confitetur Iesum in carne venisse,ex Deo non est,et hoc est Antichristi. *Marc 4. sed,hic,et. iste. in similitudine hominis 1oan 4.*

ERAN.Probabiliter quidem interpretatus es. Ego autem vellem scire, quomodo antiqui Ecclesię Doctores illud,Verbum caro factum est,intellexerint.

ORTH.Oportebat te quidem Apostolicis et Propheticis probationibus credere. Quoniam autem sanctorum quoque Patrũ requiris interpretationẽ,ego hãc quoque tibi,si Deus velit,medicinã afferã.

ERAN.Ne mihi Viros obscuros,aut ambiguos adduxereris.eiusmodi enim hominũ interpretationẽ non admittam.

ORTH.Videtur ne tibi fide dignus celeberrimus ille Athanasius,qui fuit clarissimum Ecclesiæ Alexandrinæ lumen? ERAN.Maximè. *Athanas.*

ORTH.Suis enim,quas pro veritate pergressus est,afflictionibus,doctrinam confirmauit.Audi ergo eum scribentem ad Epictetum.Ita autem dicit.Quod apud Ioannem dicitur.Verbum caro factum est,hanc habet intelligentiã,sicut etiam ex eo quod est huic simile potest inueniri. Scriptum est enim apud Paulum.Christus pro nobis factus est maledictum.Quemadmodum non quòd ipse maledictum factus sit,sed quòd pro nobis maledictum suscœpit,maledictum factus est,ita non quòd conuersus sit in carnem,sed quod carnem pro nobis suscœperit,dicitur factus caro.Hęc quidem diuinissimus Athanasius.Gregorius autem,cuius insignis ad omnes gloria peruasit,qui olim quidem regiam vrbem,quæ
D in hostio Bosphori sita est,gubernauit,postea autem Nazianzum habitauit,aduersus Apollinaris præstigias sic scripsit ad Cledonium. *Gal.3. Gregor. Nazianz*

ERAN.Vir fuit illustris,et eximius propugnator pietatis,et veræ religionis.

ORTH. Audi ergo eum dicentem.Illud ergo,Verbum caro factum est,mihi videtur perinde esse,ac cum dicitur,illum factum esse peccatum et maledictum,etc.Vsque ad,Qui morbos nostros portauit.

ERAN.Congruit vtriusque interpretatio.

ORTH. Quoniam ergo eos, qui & Australium, & Borealium partium pastores fuerunt, tibi inter se
conuenire ostendimus, age te quoque ad Celeberrimos Occidentis Doctores, tanquam hospitem dedu
Ambr. camus, qui dira quidem lingua, sed non dia sententia interpretationem conscripserit.
ERAN. Audio Ambrosiũ, qui Mediolani Archiepiscopalẽ sedẽ administrauit, aduersus omnẽ quidẽ
hæresim se præclarè gessisse, pulcherrima autẽ scripsisse, & quæ cum Apostolorũ doctrina conueniunt.
ORTH. Eius tibi interpretationem afferam, Hæc autem dicit in Libro de Fide. Sed scriptum est in- A
quit, Verbum caro factum est. Quod scriptum est non nego, Sed vide quod dicitur, Sequitur enim. Et
2. Cor. 5 inhabitauit in nobis, hoc est in carne humana habitauit. Miraris scriptum esse, Verbum caro factum
est, carne à Deo verbo sumpta, quando etiam de peccato, quod non habuit, dictum est. Factus pecca-
tum, hoc est, non peccati natura & operatio effectus est, sed vt nostrum peccatum carne crucifigeret.
Cessent ergo dicere verbi naturam mutatam esse, quòd caro assumpta sit. Alius est enim qui adsump-
sit, aliud quod adsumptum est. Post hos, conuenit audire Doctores, qui sunt ad orientem, hæc enim so
la pars nobis restat ex vniuerso terrarum orbe. Et oportebat eos quidem primos veritati ferre testimo-
nium. Apostolicæ enim prædicationis primi fuere participes. Sed quoniã aduersus primogenitos pie-
tatis filios, vestras linguas acuistis, eásque mendaciorum cote adsecandum præparastis, vltimum eis lo
cum dedimus, vt cum alios primum audiueritis, deinde quæ ab illis dicta sunt, cum iis, quæ ab his dicũ
Flauian. tur, cõparaueritis, eorum quidem concordiam admiremini, & à vestro linguæ morbo cessetis. Audite
ergo Flauianum, qui Antiochenæ Ecclesiæ clauum lõgissimo tempore sapienter tenuit, & Arianicis
fluctibus potentiores, quas rexit ecclesias, effecit, Euangelicum dictum interpretantem. Verbum, in-
quit, caro factum est, & habitauit in nobis, non in carnem mutatum est, neque Deus esse destitit: sed
illud quidem fuit in æternum, hoc autem factum est ex diuino consilio, & ex quadam dispensatione,
cum ipse suum templum ædificasset, & passione, & generatione in eo habitauit. Si autem etiam vete-
res Palestinos vis audire, præbe aures in primis admirabili Gelasto, qui Cęsarienssem agrum diligen-
ter coluit. Hæc ergo dicit in concione Apparitionis Dominicę. Disce veritatem à Ioanne piscatore, B
qui dicit, Verbum caro factum est, non ipsum mutatum, sed in nobis tanquam in tabernaculo habi-
tans, aliud est tentorium, aliud verbum, aliud templum, & aliud Deus, qui in ipso inhabitat.
ERAN. Valde miror concordiam.
ORTH. Ioannẽ autẽ, magnũ orbis terrarũ lumẽ, qui primũ quidẽ Antiochenã Ecclesiã maximo stu-
dio irrigauit, deinde regiam vrbem sapienter coluit, non putas Apostolicam fidæi seruasse regulam?
ERAN. Valdè quidem admiratione dignum eum doctorem existimo.
ORTH. Is omni ex parte optimus, hunc Euãgelii locũ est interpretatus. Ita autẽ dicit Quare quãdo
audieris, Verbum caro factum est, non perturberis, nec animo deiiciaris, non enim substantia in car-
Gal. 3. nem mutata est, hoc est enim extremę impietatis, sed id quod est, manens, ita serui formam accœpit.
Quemadmodum enim quando dicit, Christus nos redemit à maledicto legis, factus pro nobis male-
dictum, non dicit quòd eius substantia à propria glotia discedens, maledicti substantia effecta est, hoc
n. ipsi Dæmones intellexerint, nec qui valde stulti, & vel naturali & communi sensu priuati fuerint,
tantam cum impietate continet amentiam. Non hoc ergo dicit, sed quòd nostro suscepto maledicto,
non permittit nos esse deinceps maledictos, ita etiam hic carnem dicit ipsum factum esse, non mutata
Seuerian. in carnem substantia, sed hac accepta, illa manente integra. Si autem tibi cordi sit etiam Seuerianum
Gabalarum audire pastorem, ego tibi eius quoque interpretationem afferam, tu verò aurem præbe.
Illud enim, Verbum caro factum est, non ipsum à sua natura excidisse, sed nostram naturam susce-
Gal. 3. pisse significat. Si enim illud, factum est, mutationem existimas, si audieris Paulum dicentem, Chri- C
stus nos redemit à maledicto legis, factus pro nobis maledictum, ita vt naturam, & in maledictum mu
tationem significet, dictionem accœperis. Sicut ergo illud, Factus maledictum, nihil aliud significat,
quàm quód maledictum, quod orat aduersum nos, ipse in se susceepit, Ita etiam illud, Verbum caro fa
ctum est, & habitauit in nobis, nihil aliud significat, quàm quod carnem susceepit.
ERAN. Miror horum virorum concordiam & consensionem. Omnes enim dicta Euangelica sic in-
terpretati sunt, perinde ac si simul conuenissent, et quod eis visum esset communiter conscripsissent.
ORTH. Maria quidem et montes maximis eos interuallis inter se inuicem distingunt, sed eorum
Diodo. consensioni locorum distantia nihil damni attulit. Omnes enim ab vna spiritali gratia afflati, et initia
Theodor. ti erant. Adduxissem tibi etiam fortissimorum veritatis propugnatorum, Diodori, et Theodori,
apoolli- interpretationes, nisi vos in eos viros infenso animo esse viderem, et Apollinaris in eos odio et ma
nar: leuolentiæ successisse. Vidisses enim eos etiamalijs conuenientia scripsisse, et ex diuino fonte fluenta
hausisse, ipsósque etiam sancti spiritus riuos extitisse. Sed hos quidem prętermittam. Perpetuum enim
et implacabile bellum aduersus eos suscepistis. Ostendam autem tibi verè omni ex parte benedictum
Ignat. ecclesię Doctorem, et illius de diuina humanitatis susceptione sententiam, vt scias quænam de susce-
pta natura eius fuerit opinio, De illo enim Ignatio omnino audiuisti, qui per magni Petri dexteram Põ-
Iren. tificatus gratiam susceepit, & cum Antiochenam Ecclesiam rexisset, martyrij corona tedimitus est: et
Irenæum, cui vt Policarpi doctrina frueretur contigit, Occidentalium autem Gallorum lumen fuit: et
Hippolytum, et Methodium Põtifices et Martyres, et alios, quorũ doctrinis nomina quoque adiũgam. D
ERAM. Valde cupienti mihi hæc quoque testimonia afferes.
ORTH. Audi ergo viros doctrinam apostolicam proferentes.

Sancti Ignatij Episcopi Antiocheni et Martyris ex Epistola ad Romanos.

Verè de Dominos nostro persuasos, et certiores redditos, qui ex genere Dauid secundum carnem, fi-

lius

lius autē Dei ſecundū diuinitatē & potentiam, verè factus ex virgine, tīctus, à Ioanne, vt omnis Iuſtitia ab ipſo impleretur. Verè ſub Pontio Pilato, & Herode Telrarcha cruci pro nobis affixus in carne.

Eiuſdem ex eadem Epiſtola.

A Quid enim me iuuat, ſi quis me laudat, Dominum autem meum blaſphemat, dum non cōfitetur eū car nē geſtare? Qui autem hoc nō dicit, eū perfectè negauit, tanquam qui cadauer mortuum circumferat.

Eiuſdem ex eadem epiſtola.

Si autem opinione tantum, & quòd ita videretur, hæc à Domino noſtro facta ſunt, ego quoque opinio ne vinctus ſum, cur autem meipſum morti tradidi, ad ignem, ad gladium, ad belluas? Sedqui ſum pro pe gladium, ſum prope Deum, ſolum in nomine Ieſu Chriſti ad ei compatiendum. Omnia ſuſtineo, ip ſo me confirmante perfecto homine, quem quidem ignorantes negant.

Eiuſdem ex Epiſtola ad Epheſios.

Deus enim noſter Ieſus Chriſtus in Mariæ quidem vtero geſtatus eſt, ex ſemine quidem Dauid, ex ſan cto autem ſpiritu, qui natus eſt, & baptizatus, vt quod noſtrum mortale eſt purgetur.

Eiuſdem ex eadem Epiſtola.

Siquidem viritim omnes communiter in gratia ex nomine conuenitis in vna fide, & in vno Ieſu Chri ſto ſecundum carnem ex genere Dauid, filio hominis, & filio Dei.

Eiuſdem ex eadam Epiſtola.

Vnus eſt medicus carnalis, & ſpiritalis, genitus ex ingenito in homine Deus, in morte vera vita, & ex Maria & ex Deo, primum patibilis, & tunc impatibilis Ieſus Chriſtus Dominus noſter.

Eiuſdem ex Epiſtola ad Trallianos.

Obſurdeſcite ergo, quando ſine Ieſu Chriſto vobis loquitur quiſpiam: qui eſt ex genere Dauid, qui ex
B Maria, qui verè natus eſt, verè comedit, & bibit, qui ſub Pontio quidem Pilato paſſus eſt, crucifixus, et mortuus, videntibus cœleſteſtibus, terreſtribus, & inferis.

Irenæi Epiſcopi Lugdunenſis ex Tertio libro in hæreſes.

Cur autem adieceruntillud. I N ciuitate Dauid, niſi vt à Deo factum Dauid promiſſum, quod ex fructu *Iren.* ventris eius erit rex æternus, impletū annūciarēt? Quod quidē promiſſū fecerat huius opifex vniuerſi.

Eiuſdem ex eodem libro.

Et dum dicit, Audite domus Dauid, erat ſignificantis, quòd Deus Dauid erat pollicitus, ſe de fructo ventris eius æternum regem excitaturum. Is autem eſt qui ex virgine Dauid natus eſt.

Eiuſdem ex eodem libro.

Si ergo primus Adam et patrem habuiſſet hominem, et ex ſemine eſſet genitus, conſentaneum quoque eſſet dicere ſecundū Adam ex Ioſeph eſſe genitum, ſinautē ille ex terra ſumptus eſt, eius autē effictor eſt Deus, oportebat etiam eū qui inſtaurabat, & veluti deintegro in ſūmam capūtque redigebat homi nē, qui à Deo fuerat formatus, eandē cum illo generationis habere ſimilitudinē. Cur ergo nō rurſus ac cœpit limū Deus, ſed ex virgine effecit, vt fieret formatio? Ne alia fieret creatura, nec aliud eſ ſet, ꝙ ſeruaretur, ſed ille ipſe de ītegro reſtauraretur, cōſeruata ſimilitudine. Valde ergo labūtur qui di cunt ex virgine eum nihil accœpiſſe, vt carnis hæreditarem expellant, & ſimilitudinem eiiciant.

Eiuſdem ex eodem libro.

C Quandoquidem æqualis eſt eius in Mariam deſcenſus. Cur enim in eam deſcendiſſet, ſi ex ea nihil e- *Ioan. 4.* rat ſūpturus? Prærerea ſi ex Maria nihil cœpiſſet, nec quæ ex terra quidē capiūtur nutrimēta admiſiſſet quibus ex terra ſūptū corpus, alitur, neque poſtquàm quadragīta dies, vt Moſes & Helias, ieiunauit, eſu riiſſet, corpore ſibi propriū requirēte nutrimētū: nec Ioannes eus diſcipulus de ipſo ſcribens dixiſſet, Ie ſus autē defeſſus ex itinere ſedebat, nec Dauid de ipſo lōgè prius exclamaſſet. Et ſuper dolorē vulnerū meorum addidetunt, nec propter Lazarum fleuiſſet, nec ſudaſſet guttas ſanguinis, nec dixiſſet, Triſtis eſt anima mea: nec puncto eius latere aqua & ſanguis exiiſſet. Hæc enim omnia carnis e terra acceptę ſigno ſunt, quam in ſeipſo à capite inſtaurauit, proprium figmentum conſeruans.

Eiuſdem ex eodem Libro.

Quemadmodum enim per vnius hominis inobedientiam, qui primo ex terra inculta factus erat, pec- *Adam 37.* catores multi conſtituti ſunt, & vitem amiſerunt: ita oportebat etiam per vnius hominis obedientiam, qui primum ex virgine factus eſt, multos iuſtificari, & ſalutem recipere.

Eiuſdem ex eodem libro.

Ego dixi, filij altiſſimi eſtis omnes, & dij, vos autem vt homines morimini. Hæc dixit ad eos, qui adoptionis donum non ſuſcœperunt, ſed puræ Dei verbi natiuitatis incarnationem contemnunt, & aſcen ſu ad Deum hominem priuant, & in Dei verbum, quod oro eis incarnatum eſt, ingtati ſunt. Propterea enim verbum homo factum eſt, vt homo qui ipſum retinuerit, & adoptionem acceperit, fiat filius Dei.

Eiuſdem ex eodem Libro.

Cùm ſpiritus propter præfinitam œconomiam deſcenderit, & filius Dei vnigenitus, qui eſt etiam ver-
D bum patris, cum veniſſet plenitudo temporis in homine incarnatus ſit, & omnem, quæ eſt ſecundum hominem œconomiam & diſpenſationem impleuerit Dominus noſter Ieſus Chriſtus, qui eſt vnus & idem, vt ipſe Dominus teſtatur, & Apoſtoli confitētur, & Propheta prędicāt: falſæ oſtenſæ ſunt omnes eorum doctrinæ, qui ogdoades, & quaterniones, & viſiones, ſeu falſas apparitiones inuenerunt. *Hippolyt*

Sancti Hippolyti Epiſcopi & martyris ex oratione, quam fecit in illud, Dominus paſcit me. *Arca*

Porrò autem arca ex lignis, quæ putreſcere non poterant, erat ipſe Seruator. Eius enim tabernaculum *Pſal 37* nulli putredini obnoxiū, & ab interitu alienū ideò prædicabatur, quod nullā peccati putredinē produ

xisset. Qui.n. peccauit, & cõfitetur, & dicit. Putruerũt &, corruptæ sũt cicatrices meæ à facie insipiẽtię meæ. Dominus autem erat à peccato alienus, vt qui ex lignis putrefactioni minimè obnoxiis, quod ad humanitatem attinet, nempe ex virginis, & spiritus Dei verbi, veluti auro puriſſimo, intra & extra esset contectus.

Eiusdem ex Sermone in Helcanam & Annam.

Duc autem mihi ò Samuel in Bethleem iuuencam, quæ trahitur, vt ostendas eum regem qui ex Dauid nascitur, qui idem à patre Rex & Sacerdos vngitur. A

Eiusdem ex eodem Sermone.

Dic mihi ò beata Maria, quid erat quod in tuo erat vtero conceptum, & quid erat, quod à te in virginali matrice gestabatur? Sermo erat Dei primogenitus de cœlis ad te descendens, & homo primogenitus in vtero formatus, vt primogenitus sermo Dei homini primogenito coniunctus ostenderetur.

Eiusdem ex eodem Sermone.

Secundam autem, quæ per Prophetas facta est, vt per Samuel reuocans, & conuertens populum à seruitute alienigenarum. Tertiam autem, in qua incarnatus aderat, qui ex virgine hominẽ susceperat, qui etiam cùm vidisset ciuitatem, fleuit super ipsam.

Eiusdem ex sermone, qui est in principio Esaiæ.

Aegypto quidem mũdũ assimilauit, manufactis autem Idololatriam, terræ motui autem transmutationem, & eius euersionem, Dominum autem, verbum, nubem autem leuem, puriſſimũ eius tabernaculũ in quo tanquã in sede collocatus Dominus noster Iesus Christus, ingressus est in vitam ad cõcutiẽdum & labefactandum errorem. Sancti Methodii Episcopi & Martyris ex sermone de Martyribus. A deò e nim admirabile, & tanto studio expetendum est Martyrium, quòd ipse Dominus Iesus Christus Filius Dei se id honorare tastatus sit. Non rapinam arbitratus se esse æqualem Deo, vt etiam eo dono hominẽ ad quem descendit coronaret.

Method. *Martyriũ* *Phil. 2.* B

Sancti Eustachij Episcopi Antiocheni & confessoris ex interpretatione Psalmi. xv.

Atqui anima Iesu habuit vtriusque experientiam. Nam & fuit in loco humanarum animarum, & cum intra carnem, viuit & subsistit. Ratione ergo prædita, & eiusdem cum animis hominum substantiæ, si cut & caro est eiusdem substantiæ cum carne hominum, vt quæ ex Maria processerit.

Eustah.

Eiusdem, ex libro de Anima.

Quid autem dixerint, qui ad infantis educationẽ respexerint, vel ętatis incremẽtũ, vel tẽporũ accessionẽ, vel auctionẽ corporis? Vt autẽ prætermittã miracula, quę in terra facta sunt, videant mortuorũ resuscitationes, passionis signa, flagellorũ cicatrices, plagarum vibices, perforata latera, clauorum typos effusionem sanguis, mortis signa, & vt omnia complectar, ipsam proprij corporis resurrectionem.

Eiusdem: ex eodem libro.

Atquisi quis corporis generationem respicit, apertè inuenerit, quòd in Bethleẽ natus, fasciis inuolutus est, & in Ægypto aliquandiu nutritus est propter immanissimi Herodis insidias, & in Nazareth aduirilem ætatem peruenit.

Eiusdem ex eodem Libro.

Nõ est enim idẽ tabernaculum verbi & Dei, per quod contẽplabatur diuinã gloriã beatus Stephanus.

Eiusdem ex sermone in illud, Dominus creauit me initium viarum suarum. C

Si ergo generationis principium cœpit verbum, ex quo per maternum vterum traiiciens, corporales tulit compages: constat quòd factus est ex muliere. Sin autem verbum, et Deus erat apud patrẽ superioribus retro sæculis, et vniuersa per eum facta esse dicimus, non est ergo factus ex mulieris, qui est et genitis omnibus causa et author est, sed est Deus natura sufficiens, infinitus, et qui nec mente comprehendi potest, ex muliere autem factus homo est, qui in virginali vtero sancto spiritu compactus est

Eiusdem ex eodem Sermone.

Templum enim propriè purum et impollutum, quod est, quod ad humanitatem attinet, circa verbum tabernaculum, in quo facto tabernaculo Deus manifestè habitauit. Et hæc non probabilibus coniecturis moti dicimus. Huius enim templi solutionem et resuscitationem, qui Dei est natura filius, prædicẽs, hæc nos apertè docẽs suggerit, sceleratis dicẽs Iudæis. Soluite tẽplum hoc, et in tribus diebus excitabo ipsum.

Templum *Ioan 2.*

Eiusdem ex eodem Libro.

Quando ergo hominem, templum ipsum fabricatus, sermo gestauit, corpore quidẽ ad homines accedens omnis generis miracula inuisibiliter effecit, Apostolos autem æterni regni prædicatores emisit.

Eiusdem ex interpretatione Psalmi. xcij.

Clarum est ergo, quòd si vngẽs demõstrat Deum cuius sedẽ æternã dixit, manifestè quidẽ natura Deus ex Deo genitus est, qui vnxit. Qui autẽ vnct⁹ est, acquisitam virtutẽ accepit, egregio templi opificio ornatus ex habitante in eo diuinitate.

Sancti Athanasii Episcopi Alexandrini, ex defensione facta pro Dionysio Episcopo Alexandriæ. Ego vitis, vos plamites, Pater meus agricola est. Nos enim, Domini, quod ad corpus attinet, cognati sumus & propterea dixit ipse. Annunciabo nomen meum fratribus meis: & quemadmopum palmites eiusdẽ cum vite substantiæ, & ex ea sunt, ita etiam nos cum corpora Domini cogitata, & eiusdem generis corpora habentes, accipimus ex eius plenitudine, & illud habemus radicem ad resurrectionem, & ad salutem. Pater autem dictus est Agricola, ipse enim per Verbum vitem effecit, quę est corpus Domini.

Athan. *Ioan. 15.* *Cognati.* *39.* C D

Eiusdem ex eodem opere.

Vitis autẽ appellatus est Dominus, propter corporalẽ, quæ cũ palmitibus, qui sumu⁹ os, intercedit cognationem.

Eiusdem ex maiore de fide Oratione.

Quod

Quod ſcriptum eſt, In Principio erat verbum, apertè diuinitatem ſignificat, illud autem Verbum caro factum eſt, Domini humanitatem indicat.

Eiuſdem ex eadem Oratione. *Gen. 49.*

A Et illud. Lauabit in vino ſtolã ſuã, hoc eſt, in proprio ſanguine, corpus, quod eſt indumentũ diuinitatis

Eiuſdem ex eadem Oratione.

Hoc enim, Erat, refertur ad eius diuinitatem, illud verò, Caro factum eſt, ad corpus. Verbum caro factum eſt, non in carnem reſolutum, ſed carnem geſtans. Quemadmodum ſi dixerit quiſpiam. Hic ſenex factus eſt, cum non talis eſſet genitus, vel, miles factus eſt veteranus, cum non prius eſſet talis, qualis factus eſt. Eſt autem Græce Gegonen, quod & factum eſt, & fuit latinè dici poteſt. Ioannes, Egenomin, inquit hoc eſt factus ſum, ſeu fui in ſula Patmo, in die Dominico, non quòd illic factus fuerit, ſed dixit, Egenomin en Patmo, factus ſum in Patmo, pro eo quod eſt, acceſſi, vel adfui, ita etiam verbum ad carnem acceſſit, vt dictum eſt, Verbum caro factum eſt. Audi dicentem, Factus ſum tanquam vas perditum, & factus ſum tanquam homo ſine auxilio inter mortuos liber. *Gegonen* *Apoc. 1.* *Pſal. 30. 87.*

Eiuſdem ex epiſtola ad Epictetum. *Ea. 2.*

Quis enim vnquam talia audiuit, quis docuit, quis didicit? Ex Sion enim egredietur lex, & verbum Domini ex Hieruſalem. Hęc autem vnde egreſſa ſunt, quis infernus eructauit, quòd dicatur ex Maria acceptum corpus eſſe eiuſdem ſubſtantiæ cum verbi diuinitate? vel quòd verbum in carnem, & oſſa, & pilos, & totum corpus immutatum eſt? Quis autem audiuit in Eccleſia, vel omnino apud Chriſtianos, quòd adſcitum & non naturale Deus corpus geſtauerit? *corpus diuinitati homiſion.*

Eiuſdem ex eadem Epiſtola.

B Quis autem audiens, quòd non ex Maria, ſed ex ſua ſubſtantia ſibi corpus patibile verbum transformauerit, dixerit eum eſſe Chriſtianum, qui hæc dicit? Quis autem hanc nefariam impietatem excogitauit, vt vel ei in mentem venerit, & dixerit, quòd qui dicit Domini corpus eſſe ex Maria, non vtique trinitatem, ſed quaternionem eſſe in Deitate ſentit? tanquam qui ita affecti ſunt, dicant propterea ſubſtantiam trinitatis eſſe carnem, quam Seruator ex Maria induit. Vndènam autem nonnulli æqualem iis, quæ antedicta ſunt, impietatem eructauerunt, vt dicerent corpus non eſſe recentius verbi diuinitate, ſed illi perpetuò coæternum extitiſſe, quandoquidem ex ſapientiæ ſubſtantia compoſitum eſt? *quaternio* *coæternũ.*

Eiuſdem ex eadem Epiſtola.

Erat ergo humanum natura corpus, quod ex Maria natum eſt, vt volunt ſcripturæ diuinæ, verum autem erat, quoniam idẽ erat cũ noſtro. Soror enim noſtra Maria, quoniã omnes ſumus ex Adã, nemo autem de hoc dubitauerit, qui recordabitur eorum, quæ Lucas ſcripſerit.

Sancti Baſilii Epiſcopi Cæſarienſis ex interpretatione Pſalmi. LIX. *Baſil.*

Omnes alienigenæ iugo Chriſti ſe ſubiunxere, & ideo vſque ad Idumæam extendit calceamentũ ſuũ Diuinitatis autem calceamentum caro eſt Deifera, per quam ad homines acceſſit. *caro deifera.*

Eiuſdem, ex iis quæ ſcripſit ad Amphilochium Epiſcopum de ſancto ſpiritu.

Et rurſus hac dictione, Ex quo, pro ea quæ eſt, per quem, vſus eſt, vt quando dicit Paulus. Factus ex muliere. Hoc enim alibi nobis apertè diſtinxit, mulieri quidẽ conuenire dicens hoc, Ex viro factum eſſe, viro autem illud, Per mulierem, cum dicit, Sicut mulier ex viro, ita vir per mulierem, ſimul quidem in-

C differentem. vt ita dicam, vſum indicans, ſimul etiam nonnullorum errorem obiter corrigens, qui exiſtimant ſpiritale eſſe corpus Domini. Vt autem oſtenderet quòd ex humana maſſa Deifera caro concreta & compacta eſt, vocem magis ſignificantem, & maiorem emphaſim habentem prætulit. Hoc enim, Per mulierem, traiectitiam tantum fuiſſe generationem videretur oſtendere: illud autẽ, Ex Muliere, communionem naturæ eius, quod naſcitur, cum ea, quæ genuit ſatis oſtendere. *ex.per Gal. 4. 1. Cor. 11.* *Spiritali corp.*

Sancti Gregorii Epiſcopi Nazianzi ex priore expoſitione ad Clydonium. *caro cœle.*

Si quis dicit carnem de cœlo deſcendiſſe, & non hinc & ex nobis eſſe, anathema ſit. Illud enim, Secundus homo è cœlo, & qualis cœleſtis, tales & cœleſtes, & Nemo aſcendit in cœlum, niſi qui de cœlo deſcendit, filius hominis, & ſi quid eſt aliud huiuſmodi, exiſtimandum eſt dici propter vnionem cum homine, quemadmodum & per Chriſtum omnia facta eſſe, & habitare Chriſtũ in cordibus noſtris, non qua Deus apparet, ſed qua intelligitur, confuſis, vt appellationibus, ita etiam naturis. *1. cor. 15.* *Ioan. 3.* *Eph. 3.*

Eiuſdem ex eodem libro.

Quæ eſt autem eis ratio ſuſceptæ humanitatis ſeu incarnationis, videamus, vt ipſi dicunt. Siquidẽ vt contineretur Deus, qui aliàs contineri non poteſt, et tanquam ſub velamine, carne, cum hominibus verſaretur, eſt elegans eis ſuſcepta perſona, & pulcher repræſentationis actus. dicam quòd etiam nobiſcũ alitet verſari poterat, ſicut in rubo ignis, et humana forma prius. Sin autem vt peccati condemnationẽ ſolueret, ſimili ſimile arripuit: ſicut carne opus habebat, propter carnem cendemnatam, et anima propter animam, ita et mente propter mentem, quæ non ſolum in Adam lapſa erat, ſed etiam prior paſſa et

D affecta fuerat, ut dicunt etiam Medici de ægritudinibus. Quod enim mandatũ accœpit, id etiam mandatum non ſeruauit. Quod autem mandatum non ſeruauit, id etiam trãſgreſſionem perpetrare auſum eſt. Quod autem trangreſſum eſt, hoc etiam ſalute indigebat, quod autẽ ſalute indigebat, hoc etiam adſumptum eſt. Quòd ergo mẽs adſumpta ſit, oſtẽſum eſt, velint, nolint, Geometricis neceſſitatibus & demonſtrationibus. Tu autẽ perinde facis, ac ſi, cum alicuius hominis et oculus laboraret et pes ei lapſus eſſet, pedẽ quidẽ curares, oculum autẽ immedicatum relinqueres: vel cum pictor aliquid non rectè pinxiſſet, quod pictum quidem eſſet mutares: pictorem autem, tanquam is ſe rectè gereret præ *velum* *caro animæ mens.* *Simile*

rires. Quòd si ab his rationibus deturbati eo confugiunt vt dicant, Deum posse etiam sine mente hominem seruare. Potest vtique etiam sine carne, vel sola voluntate, sicut & alia omnia, quæ effecit, & efficit corporaliter. Tolle ergo vna cum mente carnem quoque vt omni ex parte perfecta tua sit amentia A

Nissen. Sancti Gregorii Episcopi Nisseni, Ex sermone de Abraam.

Descendit ergo non nudum verbum, sed caro factum, non Dei forma, sed forma serui. Is est ergo qui
Ioan 5. dixit se non posse ex se aliquid facere. Non posse. n. est imbecillitatis. Sicut. n. luci tenebræ, & mors vitæ, ità potentiæ vt contraria imbecillitas opponitur. Atqui Christus est Dei potentia. Non est ergo omnino imbecilla, & impotens potentia. Si enim imbecilla est potentia, quid est potens? Quando ergo verbum pronunciat quòd non potest facere, clarum est quòd non vnigeniti diuinitati impotentiam tribuit, sed nostræ imbecillitatis impotentiam suo testimonio comprobat. Est enim caro infirma, sicut
Matt. 16 scriptum est. Spiritus quidem promptus, caro autem infirma.

Eiusdem ex libro de perfectione vitæ,

Sed rursus verus legislator, cuius figura erat Moses, ex terra nostra sibi naturæ tabulas edolauit, neque
Luc. 1 enim matrimonium diuinitatis susceptricem ei carnem fabricatum est, sed ipse carnis suæ diuino digito conscriptę latomus & lapidicida fuit. Spiritus. n. sanctus venit ad virginem, & altissimi potentiam obumbrauit, Postquam autem hoc factum est, euasit rursus natura valida & inuiolabilis, immortalis effecta diuini digiti impressionibus.

Eiusdem ex libro aduersus Eunonium.

Prou. 9 Dicimus ergo, quòd cum in iis, quæ prius dicta sunt, dixit sapientiam ædificasse sibi domum, carnis Domini verbo constructionem mysticè intelligit. Non enim in alieno domicilio vera sapientia habitauit, sed ex corpore virginali habitaculum sibi ædificauit. B

Eiusdem ex eodem opere.

Verbum erat ãte sæcula, caro autem extremis temporibus facta est, nec conuertens contra quispiam dixerit vel eam esse ante sæcula, vel in vltimis temporibus factum esse verbum.

Eiusdem ex eodem opere

Prou. 8 Non de diuino & ab omni corruptione & interitu alieno est hæc vox, Creauit me, sed sicut dictum est de eo quod per diuinam dispensationem assumptum est ex creata nostra natura.

Eiusdem ex prima Oratione de Beatitudinibus.

Phil. 2 Qui cum in forma Dei esset, non rapinam arbitratus est se esse æqualem Deo, sed seipsum exinaniuit serui formam accipiens. Quid mendicius in homine, quàm forma serui? Quid humilius in Rege eorũ omnium quæ sunt, quàm ad mendicæ nostræ naturæ communionem venire? Rex regum, & Dominus Dominantium, seruitutis formam sua sponte suscipit.

Flauian. Sancti Flauiani Episcopi Antiocheni, ex sermone de Ioanne Baptista.

Ne corporalem ergo coniunctionem intellige, nec coniugalem consuetudinẽ accipe. Tuus enim creator & opifex, corporeum suum templum, quod ex te nascitur, fabricatur.

Esa 61. Eiusdem ex Oratione habita super eum locum. Spiritus Domini super me.

Audite dicentẽ. Spiritus super me, qua de causa vnxit me, nescitis, inquit, quę legitis. Venio enim ad vos vnctus spiritu. Vngitur autem spiritu, non natura, quæ sub aspectum non cadit, sed id quod est eiusdem nobiscum generis. C

Amphil. Amphilochi Episcopi Iconii, ex oratione in eum locum. Pater meus maior me est.

Ioan. 14. Discerne mihi deinceps naturas Dei & hominis. Neque enim homo ex Deo factus est, quod à Deitate exciderit: neque ex homine Deus, quod eo prouectus sit. Deum enim me & hominem dico. Quando autem & affectiones carni, et Deo miracula dederis, necesse est, vt etiam si nolis, quæ humiliter quidem dicuntur de homine ex Maria genito: Quæ autem sublimiter, & quæ diuinitati conueniunt, Verbo quòd erat in principio: Propterea enim alicubi quidem loquor sublimiter, alicubi verò humiliter, vt per sublimia quidem verba ostendam inhabitantis verbi cognationem, per humilia autem, humilis carnis imbecillitatem significem. Vnde alicubi quidem dico me esse Patri æqualem, alicubi autem Patrẽ
Ioan 5. maiorem, non mecum quidem pugnans, sed ostendens quod Deus sum & homo: Deus quidem ex sublimibus: homo verò ex humilibus. Si autẽ vultis scire quomodo Pater meus maior me est, id dixi habita ratione carnis, & non personę diuinitatis.

Eiusdem ex sermone in eum locum.

Adam Nihil potest filius ex se facere. Quis autem fuit Adam in cœlis inobediens? Quis autem ex cœlesti corpore effictus est primum protoplastus? Sed formatus est à principio, qui ex terra factus est, Inobediẽs fuit, qui è terra factus est, rursus assumptus est qui erat è terra: & qui erat è terra, seruatus est, vt ità simul vera & necessaria videatur diuinæ œconomię ratio. D

Chry. Sancti Ioannis Episcopi Constantinopolitani, ex oratione quam habuit, Cum Gothus senex ante eum dixisset.

Vide quod facit à principio, nostra natura induitur, quæ infirma & impotens erat, & deuicta fuerat, vt per ipsam depugnaret, & colluctaretur, & statim à principio arrogantiæ naturam radicitus euellit.

Eiusdem ex Genethliaco.

Idololatręs. Quomodo enim non est extremi stuporis, ipsos quidem in lapides, & ligna, & viles statuas suos Deos inducentes, & tanquàm in aliquo carcere includentes, se nihil turpe existimare facere, nec dicere: nos autem reprehendere qui dicimus, quòd Deus viuo templo ex sancto spiritu constructo, vniuersum terrarum orbem per ipsum iuuit. Si enim turpe est Deum in humano corpore habitare, multo magis in

lapide

lapide & ligno,quanto lapis & lignum eſt homine vilius.Niſi forte his etiam materiis nullo ſenſu præditis noſtrum genus ab illis vilius exiſtimatur. Ipſi in lapides & canes: multi autem hæretici etiam in alia his multo turpiora Dei ſubſtantiam deducunt.Nos autem nihilvnquam horum ne audire quidem ſuſtinuerimus,Illud autem dicimus,quòd puram carnem,& ſanctam,& ab omni reprehenſione alienam,& ad quam nulli vnquam vitio datus eſt aditus,ex virginali vtero cœpit Chriſtus,& ſuum vas ſibi rectum & probum effecit. Et paulo poſt.Illud autem dicimus,quòd cum Deus verbum, ſibi ſanctum templũ conſtruxiſſet,per illud,ex cœlis deductã agendæ vitæ rationẽ ad vitam noſtrã introduxit

Eiuſdem ex libro,quòd quæ humiliter dicta & facta ſunt à Chriſto,non propter imbecillitatem potentiæ,ſed propter diuerſas œconomiæ rationes dicta & facta ſunt.

Quænam autem ſunt cauſæ,quòd & ipſe,& Apoſtoli de ipſo humilia dixerint? Prima quidem cauſa & maxima,quòd ipſe carne indutus fuerit,& vellet & iis qui tunc erant,& poſteris omnibus fidem facere,quòd non eſt vmbra aliqua,nec figura tantum quod videtur,ſed naturæ veritatis.Si enim cum tot humilia & humana & ipſe et Apoſtoli de eo dixerint,potuit tamen Diabolus miſeris aliquot hominibus perſuadere,vt Diuinę œconomiæ rationem negarent,et auderent dicere,quòd carnem non ſuſcepit,& omne humanitatis fundamentum tollerent:Si nihil eorum dixiſſet,quàm pauci fuiſſent,qui nõ in hoc barathrum inciderent? Paucas ex plurimis veritatis pręconibus authoritates adduxi,ne eorum multitudine tibi autes obtunderem.Hæ autem ſufficiunt ad oſtendendum,quę ſit laudatiſſimorum virorum de ea re ſententia.Tuum autem eſt dicere,quomodo habere videantur,quæ dicta ſunt.

ERAN.Inter ſe quidem conuenientia omnes dixerunt,& ii,qui terram ad orientem incoluerunt,cũ iis conſentiunt,qui ad occidentem plantauere: per multam autem video in eorum dictis diuiſionem.

ORTH.Hi viri fuerunt ſucceſſores ſanctorum Apoſtolorum,& nonnullis vſu venit,vt ſacra eorum voce,& admirabili viſione frueretur.Plurimi autem eorum,martyrii coronis exornati ſunt,fas ne ergo tibi videtur blaſphemam & maledicam linguam aduerſus eos vibrare? *Cõtemporanei Apoſtolorũ Ignat.& Iren.*

ERAN.Hoc quidem facere timeo,ſed multam diuiſionem non admitto.

ORTH.Sed ego tibi rurſus incredibile & inopinatum remedium afferam,vnum enim admirabilis veſtrę hæreſis doctorem,Apollinarem,in medium producam,& ſimiliter ac Sancti Patres,illud,Verbum caro factum eſt, intellexiſſe oſtendam Audi ergo in compendiario eius libro quid de eo ſcripſerit.

Apollinaris ex libello compendiario.

Si quod adſumit quis,is in id non uertitur,Chriſtus autem carnem adſumpſit. Ergò in carnem non verſus eſt.Et rurſus paulo poſt ſubiungens,dicit.Etenim ſeipſum nobis in cognationem per corpus largitus eſt,vt ſeruaret, eſt autem multo pulchri⁹ eo quod ſeruatur,id quod ſeruat. Eſt ergo nobis multo pulchrius in ipſa corporis ſuſceptione.Non eſſet autem pulchrius,ſi in carnem eſſet conuerſus.Et paulo poſt ita dicit:Quod ſimplex eſt,vnum eſt,Quod autẽ compoſitũ eſt,non poteſt eſſe vnum, mutationem vnici verbi dixerit,qui ipſum carnem factum eſſe dicit.Si autem compoſitum vnum eſt,ſicut homo,per compoſitionem vnum dicit,qui ptopter vnionem cum carne,dicit, Verbum caro factum eſt. *Apollinar.*

Et rurſus paulo poſt hęc quoque dixit,Incarnatio,exinanitio.Exinanitio autem non hominis,ſed filii hominis,oſtendit eum ſeipſum exinaniiſſe, per indumentum,non per mutationem: Ecce tibi indumenti quoque nomen attulit tuorum dogmatum Doctor.Porrò autem etiam in Libello de fide, ſic dicit. *Exinanitio.*

Credimus ergò immutabili manente diuinitate,eius incarnationem factam eſſe ad reuocationem humanitatis,neque enĩ mutatio,nec trãſmotio nec incluſio facta eſt circa ſanctã Dei potẽtiã. Et paulò poſt Adoramus aũt Deũ,qui carnem ex ſancta virginitate accepit,& propterea eſt quidem homo ſecundũ carnem,Deus autem ſecundum ſpiritum.Iam verò etiã in alia Expoſitione ſic dicit.Confitemur filium Dei,fuiſſe filium hominis,non nomine,ſed qui verè ex Maria virgine carnem accepit.

ERAN.Non exiſtimabam hæc ſentire Apollinarem.De homine enim aliter ſentiebam Ecce ergo didiciſti,quòd non ſolum Prophetæ, & Apoſtoli,& qui poſt eos ſunt electi terrarum orbis doctores,ſed etiam Apollinaris,qui nugas Hæreticas compoſuit,& immutabilem fatetur Deum verbũ nec in carnem fuiſſe conuerſum dicit,ſed carnem ſuſcepiſſe,& hoc in multis locis dixit,vt audiuiſtis. Ne ergo veſtra blaſphemia doctorem veſtrum obſcurare contendatis.Non eſt enim diſcipulus ſuper Magiſtrum,ait Dominus.

ERAN.Ego quoque confiteor Deum Verbum eſſe immutabile,nec in carnẽ fuiſſe conuerſum, ſed carnem ſuſcepiſſe.Tot enim teſtibus repugnare eſt extremi ſtuporis. *Ioan.13.*

ORTH.Vis ne vt reliquarum quoque quæſtionum fiat ſolutio?

ERAN.Earum examinationem in craſtinum reijcimus.

ORTH. Abeamus ergo noſtra ſoluta congreſſione,& eorum quæ confeſſi ſumus recordemur:

Finis Primi Dialogi.

INCONFVSVS, DIALOGVS SECVNDVS.

Eranistes, & Orthodoxus.

ERAN.

EGO quidem veni, vt fum pollicitus, oportet autem te alterum duorum facere, vt vel foluas quæſita, vel iis, quæ à me dicuntur, aſſentiaris.

ORTH. Quam mihi proponis cõditionem accipio, eam enim rectam & iuſtam exiſtimo, oportet autem nos primum in memoriam reuocare vbinam heri reliqui mus, & quem finem habuit noſtra diſputatio. ERAN. Ego tibi eius finem redigam in memoriam. Memini enim nos fuiſſe confeſſos Verbum diuinum eſſe immutabile, & carnem accepiſſe, non ipſum in carnem eſſe conuerſum. A

ORTH. Videris iis quæ viſa & decreta ſunt acquieuiſſe, ea enim verè in mentem reuocaſti.

ERAN. Iam prius dixi, quòd qui tot & talibus doctoribus repugnat, inſanit apertiſſimè. Non parum autem me nouit Apollinaris, eadem dicens cum Orthodoxis, quanuis in ſuis libris de incarnatione alia via apertè ingreſſus ſit.

ORTH. Deum ergo carnem ſuſcepiſſe dicimus? ERAN. Maximè.

Caro. ORTH. Carnem autem quid intelligimus, corpus ne tantum, vt videtur Arrio & Eunomio, an corpus & animam? ERAN. Corpus & animam.

ORTH. Quamnam animam, rationis ne compotem, an eam, quæ à nonnullis Plantalis ſeu vitalis & vegetatiua dicitur? Cogunt enim nos rogare quæ nõ decet, Apollinaris ſcriptorum fabuloſę præſtigiæ.

corpus a nima mẽs ERAN. Enimuero Apollinaris dicit animarum eſſe differentiam.

Vna homi nis anima ORTH. Dicit hominem eſſe ex tribus compoſitum, ex corpore, & vitali anima, & rurſus ex eã, quæ eſt ratione prædita, quam mentem appellat. Sancta autem ſcriptura vnam tantum nouit animam, non

Gen.2. duas animas, idque nos apertè docet primi hominis formatio. Accepit, enim inquit, Deus limum terræ & formauit hominem, & inſpirauit in faciem eius ſpiritum vitæ, & factus eſt homo in animam viuen- B

Matth.10. tem. Quinetiam Dominus in euangeliis dicit ſanctis diſcipulis. Ne timete eos, qui occidunt corpus, a-

Luc 12. nimam autem non poſſunt occidere, magis autem timete eum, qui corpus & animam poteſt perdere in gehenna. Diuiniſsimus quoque Moſes cum deſcripſiſſet numerum eorum, qui deſcenderunt in Ægyptum, & dixiſſet cum quibuſnam vnuſquiſque tribus princeps ingreſſus eſt, ſubiunxit, Omnes animæ

Exod.1. ingreſſæ Ægyptum ſeptuaginta quinque, vnam vniuſcuiuſque eorum qui ingreſſi ſunt, animam nume

Hen.46. rans. Et diuinus Apoſtolus in Troade, cum omnes exiſtimarent mortuum eſſe Eutychum, dixit. Ne tur

Act,20. bemini, anima enim eius in ipſo eſt.

ERAN. Apertè oſtenſum eſt vnumquemque hominem habere vnam animam.

ORTH. Sed Apollinaris dicit duas, & eam quidem quæ eſt expers rationis Deum Verbum accepiſſe pro ea autem quæ eſt ratione prædita, ipſum in carne fuiſſe, & ea de cauſa interrogabam quamnam dicis animam cum corpore acceptam eſſe.

ERAN. Ego dico ratione præditam. Diuinam enim ſequor ſcripturam?

ORTH. Dicimus ergo à Deo Verbo ſuſceptam perfectam ſerui formam. ERAN. Perfectam. C

Imago perdita deleta, renouata. ORTH. Et iure perfectam. Quoniam enim primus homo ſub peccato totus fuit, & diuinæ imaginis characteres perdidit, & Principem generis genus eſt conſecutum, neceſſario volens Opifex deletam renouare imaginem, tota ſuſcepta natura, priotibus multo meliores characteres effinxit.

ERAN. Hæc quidem vera. Vellem autem primum, vt nobis certa, & rectè conſtituta eſſet nominum ſignificatio vt diſputatio abſque vllo impedimẽto procederet, & nihil ambiguum quæſitum interrumpeter. ORTH. Optimè dixiſti: Roga ergo quod velis.

1.x. Homo ERAN. Ieſum Chriſtum oportet ne vocare hominem?

ORTH. Neutrum ſine altero, ſed vtrunque. Deus enim verbum homo factum, Ieſus Chriſtus nominatus eſt. Vocabis enim, inquit, nomẽ eius Ieſum. Ipſe enim ſeruabit populum ſuum à peccatis eorum.

Matt.2. Ethodie nobis naſcitur Chriſtus Dominus in ciuitate Dauid. Sunt autem hæ voces angeli. Antequam

Luc.2 autem carnem ſuſcepiſſet, Deus, & Dei filius, & vnigenitus, & Dominus, & Deus Verbum, creatór-

Ioan.1. que & opifex nominabatur. In principio enim, inquit, erat verbum, & verbum erat apud Deũ, & Deus erat verbum, & omnia per ipſum facta ſunt, & vita erat, & erat lux vera, quæ illuminat omnem hominẽ venientem in hunc mundum, & quæ ſunt his ſimilia, & diuinam naturam declarantia. Poſtquam autem homo factus eſt, Ieſus & Chriſtus nominatus eſt.

ERAN. Ergo Deus ſolum Ieſus Dominus?

ORTH. Hominem factum eſſe Deum verbum audis, & Deum ſolum vocas?

ERAN. Quoniam non conuerſus homo factus eſt, ſed manſit id quod erat, oportet eum vocare id quod erat. ORTH. Immutabile quidem Deus verbum & erat, & eſt, & erit. Humana autem ſuſcepta D natura, homo factus eſt. Oportet ergo nos vtramque naturam confiteri, & quæ accepit, & quæ accepta eſt. ERAN. A meliore oportet nominare.

ORTH. Homo ille, animal inquam, ſimplex eſt, an compoſitus?

ERAN. Compoſitus.

ORTH. Ex quibus compoſitus?

ERAN. Ex corpore & anima.

ORTH.

ORTH. Harum autem naturarum vtra est præstantior?
ERAN. Clarum est quòd anima. Est enim & ratione prædita, & immortalis, & ei animalis principa
tus mundatus est. Corpus autem est mortale, & corruptioni & interitui obnoxium, & si ab anima sepa
retur, ratione caret, & iacet mortuum. *Animæ principatus.*
A ORTH. Oportebat ergo sacram scripturam à præstantiore natura denominare animal.
ERAN. Ita nominat. Eos enim qui in Ægyptũ ingressi sunt, animas appellauit. In Septuaginta, enim, *Exod. 1.*
& quinque inquit, animabus descendit Israël in Ægyptum.
ORTH. A corpore autem nullam sacra scriptura appellauit?
ERAN. Eos qui carni seruierunt, carnes vocauit. Ita enim dixit Deus, Non permaneat spiritus meus *Caro*
in his hominibus, quia carnes sunt. *Gen. 6.*
ORTH. Sine reprehensione autem nullum carnem vocauit?
ERAN. Non memini.
ORTH. Ego verò tibi in mentem reuocabo, & docebo, quòd etiam valde sanctos, carnes appellauit.
Responde ergo, Apostolos quid vocaueris, spiritales an carnales?
ERAN. Spiritales, & spiritalium Principes & Doctores.
ORTH. Audi ergo diuinum Paulum dicẽtem, Quando autem placuit ei, qui me ex vtero matris meæ *Gal. 1.*
segregauit, & vocauit per gratiam suam, reuelare filium suum in me, vt ipsum annunciarẽ in gentibus,
statim non acquieui carni & sanguini, nec ascendi ad eos, qui ante me fuerant, Apostolos an accusans
Apostolos eos ita appellauit?
ERAN. Nequaquam.
B ORTH. Sed ab ea quæ videtur natura nominans, & cum cœlesti vocatione, eam quæ fit per homines
vocationem conferens.
ERAN. Verum.
ORTH. Audi verò etiam Dauid Psalmistam Deo canẽtem, & dicentem. Ad te omnis caro veniet, & *Psal. 64.*
Prophetam Esaiam vaticinantem, Videbit omnis caro salutare Dei nostri. *Esa. 40.*
ERAN. Apertè ostensum est, quòd etiam absque vlla insimulatione humanam naturam sancta scrip-
tura ex carne nominat.
ORTH. Ego autem tibi aliud quoque ostendam.
ERAN. Quodnam aliud?
ORTH. Quòd diuina scriptura nonnullos accusans, ab anima sola eos nominat.
ERAN. Et hoc vbi inuenies in diuina scriptura?
ORTH. Audi Dominum dicentem per prophetam Ezechielem, Anima quę peccat, ipsa morietur. Iã *Ezech. 18.*
verò etiam per Magnum Mosem dicit. Anima quæ peccauerit, & rursus, Et erit, vt omnis anima, quæ *Leuit. 4.*
non audierit prophetam illum, exterminetur. Et inueniri possunt multa alia eiusmodi. *Deut. 18.*
ERAN. Hæc demonstrata sunt.
ORTH. Si ergo, vbi est naturalis vnio, & eorum quæ creata, & conseruata, & tempore sunt æqualia,
coniunctio, non à sola præstantiore natura mos est sacræ scripturæ nominare hoc animal, sed & à mino
re, & à maiore, quomodo nos reprehẽditis, qui Dominum Christum cum eo quòd Deum confitemur,
hominem quoque nominamus, idque cum multa nos hoc facere vehementer cogant?
ERAN. Et quid est, quod vos cogit Seruatorem Christum hominem nominare?
ORTH. Diuersa & omnino contraria Hæretica decreta.
C ERAN. Et quæ quibus contraria decreta?
ORTH. Arrii & Sabellii: Ille quidem diuidit substantias, Hic verò cõfundit hypostases seu personas. *Arrius Sabell.*
Arrius quidem tres substantias inducit. Sabellius verò pro tribus vnam hypostasim esse dicit. Dic ergo
quomodo est vterque morbus curandus, an si ambabus affectionibus adhibeatur idem medicamentum
an verò si vtrique quod aptum & conducibile fuerit?
ERAN. Si quod fuerit vtrique aptum & conducibile.
ORTH. Arrio ergo persuadere conabimur, vt sanctæ Trinitatis substantiam confiteatur, eiúsque rei
probationes adducemus ex sacra scriptura.
ERAN. Ita faciendum.
ORTH. Cum Sabellio autem differentes, faciemus contrarium. De substantia enim nihil dicemus, et
enim ipse vnam fatetur.
ERAN. Clarum.
ORTH. Quod autem eius opinionis malè affectum est, id curare conabimur.
ERAN. Maximè.
ORTH. Quonam autem morbo eum diximus laborare?
ERAN. Circa hypostases seu personas diximus eum claudicare.
ORTH. Quoniam ergo ille dicit vnam Trinitatis hypostasim, ostendimus ei sanctam scripturam tres
hypostases seu personas prædicare.
D ERAN. Hoc quidem est ita faciendum. Sed nos quod erat nobis propositum reliquimus.
ORTH. Minimè. De eo enim demonstrationes colligimus, & hoc statim cognosces. Dic ergo mihi,
omnes Hæreses, quæ à Christo vocantur, confiteri ne existimas diuinitatem & humanitatem?
ERAN. Minimè.
ORTH. Sed aliquas quidem solam Diuinitatem: aliquas verò solam humanitatem,

Eran.

ERAN. Certè.

ORTH. Alias autem partem humanitatis.

ERAN. Ita opinor. Oportet autem nobis declarare, quemadmodũ qui hoc modo, & qui illo sentiunt A nominantur, vt fiat apertius, quod quæritur.

Hæreses de Christo

ORTH. Ego autem dicam. Simon, & Menander, & Marcion, & Valentinus, & Basilides, & Cerdo, & Manes, apertè negauerunt humanitatem Christi. Attemõ autem, & Theodorus, & Sabellius, & Paulus Samosatenus, & Marcellus, & Photinus, in blasphemiam ex diametro contrariam inciderunt. Christum enim hominem solum prædicãt: quæ est autem ante sæcula, diuinitatem negant. Arriuś autem & Eunomius creatam vocant vnigeniti Diuinitatem, solum autem corpus eum suscepisse dicunt. Apollinaris verò animatum quidem fatetur acceptum corpus, sed compotem rationis animam & honore & salute in suis scriptis priuat. Hæc quidem est corruptorum dogmatum differentia. Ipse autem dic verè & ingenuè, cum eis ne aliquantisper differere conuenit, an ex abruptis deorsum præcipitantes, eos despicere, & valere iubere? ERAN. Est inhumanum eos qui laborant despicere.

ORTH. Conuenit ergo eorum & misereri, & pro viribus mederi.

ERAN. Maximè.

Morbus multiplex

ORTH. Si corporibus ergo mederi scires, multi autem circumsistentes rogarent vt medereris, & diuersas affectiones ostenderent, vt verbi gratia, oculorum suffusiones, & aurium vlcera, & dolorem dentium: & hi quidem neruorum extensionem, illi resolutionem ac paralysim, & hic quidem bilis inundationem & repletionem, ille verò pituitæ, Dic mihi quid faceres, vnum ne omnibus medicamentum cõponeres, an vnicuique morbo id quod conuenit?

ERAN. Id scilicet quod vnicuique morbo conuenit, & ad morbum propulsandum est appositum.

ORTH. Ergo calidas quidem affectiones refrigerans, frigidas autem calefaciens, & intensa quidem remittens, resoluta autem corroborantibus medicamentis confirmans, & humida quidem exiccans, sic B ca verò humectans, morbos quidem expelleres, ab iis verò amissam sanitatem reduceres?

Medicandi lex.

ERAN. Ita curare præcipit lex artis Medicæ. Contraria enim, inquiunt, contrariis curantur.

Plantãdi ars.

ORTH. Sin autem plantandi arbores artem teneres, iisdém ne arboribus eandem curam & culturam adhiberes, an malo quidem punico eam, quæ ei conuenit, & ficui, quæ est ei accommodata, & piro & malo similiter, & viti, quæ est ei apposita & congrua, & eam, vt semel dicam, arbori quæ conuenit?

ERAN. Clarum est quòd vnaquæque arbor propria cultura opus habet.

Fabricãdi

ORTH. Sin autem fabricandarum nauium artem exerceres, videres autem mali receptaculum tui artificii opera indigere, eámne, quæ clauo conuenit, curationẽ adhiberes, an eam, quæ mali receptaculo?

ERAN. Hæc quidem sunt extra omnem controuersiam. Vnumquodque enim propriam curã & studium requirit, & arbor, & pars corporis, & instrumenta, & partes nauis.

ORTH. Quomodo ergo non est miserum, corporibus quidem & rebus inanimatis conuenientes curationes adhibere, in animis autem hanc medendi regulam non seruare?

ERAN. Est longè iniquissimum, & non solum iniuriæ, sed etiam insaniæ plenum. Qui enim aliter faciunt, sunt ipsius medicinæ imperiti.

ORTH. Cum vnaquaque ergo Hæresi disputantes, ei conueniens medicamentum adhibebimus.

ERAN. Maximè.

ORTH. Conueniens autem medicina est, id quidem, quod deest, adiicere, quod autem redundat, detrahere. ERAN. Certè.

ORTH. Photinum ergo, & Marcellum, & eorum affines curare conantes, quanam re á nobis addita, medendi regulam impleuerimus?

ERAN. Diuinitatis Christi confessione, ea enim illis deest. C

ORTH. De humanitate autem nihil eis dicemus. Hominem enim Christum Dominum confitentur.

ERAN. Rectè dicis. ORTH. Si autem cum Arrio & Eunomio de unigeniti incarnatione differamus, quid eos suæ confessioni addere suadebimus?

ERAN. Animæ adsumptionem. Dicunt enim Deum Verbum corpus solum adsumpsisse.

ORTH. Quid deest autem Apollinari, vt humanæ susceptæ naturæ rationem exactè teneat?

ERAN. Ne mentem ab anima disiungat, sed fateatur animam ratione præditam vnà cum corpore adsumptam esse. ORTH. Ergo cum eo quoque de hoc differemus.

ERAN. Maximè.

ORTH. Marcionem autem, Valentinum, & Manetem, & qui ad eos accedũt, quid diximus quidem in hac parte fateri, quid verò omnino negare?

ERAN. Quòd dixerunt quidem se credere in Christi diuinitatem, quod autem de humanitate dicitur, non admittunt.

ORTH. Eis itaque persuadere tentabimus, vt quod de humanitate dicitur, amplectantur, & ne visionem, ac imaginationem, diuinam œconomiam appellent.

ERAN. Ita facere conuenit.

ORTH. Eis ergo dicemus, quòd non oportet solum Deum, sed etiam hominem vocari Christum.

ERAN. Maximè.

ORTH. Quomodo fieri potest vt nos, qui recusamus hominem Christum vocare, hoc aliis præcipiamus? neque enim nostris concedent suasionibus, sed nos eadem sentire conuincent. D

ERAN. Et quomodo nos idẽ cum illis sentimus, qui fatemur carnẽ & animam ratione præditã Deũ

Verbum

Verbum ſumpſiſſe? ORTH. Si ergo res fatemur, cur nomina fugimus?
ERAN. Ab iis quæ ſunt præſtantiora Chriſtum appellare conuenit. ORTH. Serua ergo regulam, & ne crucifixum appellaueris, neque à mortuis excitatum, & quæ ſunt his ſimilia.
ERAN. Sed hæc quidem ſunt affectionum & paſſionum ſalutarium nomina: Paſſionum autem negatio, ſalutis eſt peremptio.
ORTH. Hoc autem nomen, homo, naturæ nomen eſt. Huius autem reticentia, eſt naturæ negatio, naturæ autem negatio, eſt paſſionum peremptio, Earum autem peremptio, efficit vt intereat & euaneſcat ſalus. ERAN. Scire quidem adſumptam naturam conducibile eſſe ſtatuo: orbis autem terrarum ſeruatorem hominem appellare, eſt de Domini gloria detrahere.
A ORTH. Te ergo & Petro, & Paulo, & ipſo etiam Seruatore ſapientiorem exiſtimas? Dominus enim dixit Iudæis. Quid me quæritis interficere, hominem, qui veritatem vobis locutus ſum, quam audiui à patre meo? Et multis in locis ſeipſum hominis filium appellauit. Benedictus autem Petrus cum populo Iudaico diſſerens ait. Viri Iſraëlitæ audite verba hæc. Ieſum Nazarenum virum à Deo approbatum in vobis. Et beatus Paulus, in Arco pago, iis, qui præerant, ſalutarem prædicationem afferēs, inter multa alia hæc quoque dixit. Tempora ergo ignorantiæ reſpiciens Deus, nunc annunciat vbique omnibus vt pœnitentiam agant, eo quòd ſtatuit diem in quo iudicaturus eſt in iuſtitia orbem, in viro in quo ſtatuit, fidem præbens omnibus, ſuſcitans eum à mortuis. Qui ergo nomen, quod à Domino, & Apoſtolis impoſitum eſt, & prædicatum, recuſat, is ſeipſum vel magnis Doctoribus doctiorem exiſtimat, atque adeò etiam ipſo ſapientiſſimorum Doctorum fonte.

Ioan. 7. tomo.

Act. 2

ERAN. Illi infidelibus doctrinam attulerunt, nunc autem totius orbis pars maxima credidit.
ORTH. Imo ſunt adhuc & Iudæi, & Gentiles, & innumerabiles Hæreticorum cateruæ, & oportet vnicuique eorum conuenientem doctrinam exhibere. Quòd ſi etiam omnes eadē ſentiremus, dic quid obeſt Chriſtum Deum & hominem confiteri? An non diuinitatem in eo perfectam, & humanitatem ſimiliter, cui nihil deſit, conſideramus?
B ERAN. Hæc ſæpè confeſſi ſumus.
ORTH. Cur ergo nunc tollimus, quod ſæpè confeſsi ſumus?
ERAN. Vocare Chriſtum hominem ſuperuacaneum exiſtimo, maximè cum fidelis quiſpiam cum fideli loquitur. ORTH. Diuinum Apoſtolum fidelem eſſe putas?
ERAN. Fidelium quidem omnium magiſtrum.
ORTH. Timotheum autem dignum hac appellatione exiſtimas?
ERAN. Vt illius diſcipulum, & aliorum magiſtrum.
ORTH. Audi ergo magiſtrum magiſtrorum ad perfectiſsimum ſcribentem diſcipulum. Vnus Deus vnus etiam interceſſor Dei & hominum homo Ieſus Chriſtus, qui dedit ſeipſum redemptionem pro omnibus. Ceſſa ergo fruſtra nugari, & leges nobis de diuinis nominibus imponere. Quinetiam ipſum nomen interceſſoris hic & diuinitatem & humanitatem ſignificat. Neque enim ſi Deus ſolum eſſet, appellatus fuiſſet interceſſor. Quomodo enim inter nos & Deum interceſsiſſet, ſi nihil noſtri penitus habuiſſet? Sed quoniam Patri, vt Deus, coniunctus eſt, vt qui eandem habeat ſubſtãtiam, vt homo autem
C nobis, à nobis enim accepit ſerui firmam, meritò interceſſor dictus eſt, vnione naturarum, diuinitatis, inquam, & humanitatis, ea quæ ſunt diſtantia & diſiuncta coniungens.

1. Tim. 2.

70. Interceſſor 86. 85. 75. 135.

ERAN. Annon Moyſes dictus eſt interceſſor, cum eſſet homo ſolum?
ORTH. Ille erat typus & figura veritatis, figura autem non habet quæcunque habet veritas. Quamobrem non erat ille quidem natura Deus, ſed tamen Deus nominatus eſt, vt figuram impleret. Ecce enim inquit, poſui te Deum Pharaoni. Protinus ergo illi tanquam Deo etiam prophetam conſtituit. Aaron, enim inquit, frater tuus erit tibi propheta. Veritas autem, & Deus natura, & natura homo eſt.

Moſes.

ERAN. Et quis typum figurámve appellauerit eum, qui non habet euidentes archetypi exemplaris characteres? ORTH. Vt videtur, Regis imagines, non vocas imagines Regis.
ERAN. Imo voco.

Imagines

ORTH. Atqui eæ non habẽt omnia, quæ habet exemplar archetypum, Primum enim ſunt inanimes, & rationis experres, deinde carent inteſtinis, corde, inquam, ventre, & iecore, & aliis quæ his coniũcta ſunt. Prẽterea habent quidem firmam ſenſuum, ſed non habent eorum actionem, neque enim audiunt, nec loquuntur, nec vident, nec ſcribunt, nec incedunt, nec quidquam eorum, quæ fiunt ab hominibus, & tamen Regis imagines vocantur. Ita etiam Moſes interceſſor, & Chriſtus interceſſor. Sed ille quidẽ vt typus & imago, hic verò vt veritas. Vt autem hoc tibi etiam per alia apertius oſtẽdam, fac mihi in memoriam reuoces ea, quæ dicta ſunt de Melchiſedec in Epiſtola ad Hebræos.

Melchiſedech.

ERAN. Quænam?
ORTH. Vbi Leuiticum Sacerdotium cum Chriſti ſacerdotio comparans, aſsimilauit quidem in aliis Melchiſedec Chriſto Domino, ſacerdotium autem dixit habere Dominum ſecundum ordinem Melchiſedec. ERAN. Exiſtimo diuinum ita dicere Apoſtolum. Hic enim Melchiſedec Rex Salem, Sacerdos Dei altiſsimi, qui obuiam factus eſt Abrahæ reuertenti à cæde Regum, & benedixit ei, cui & decimas omnium diuiſit Abraam, qui primum interpretatur Rex iuſtitiæ, deinde & Rex Salem, quod eſt
D Rex pacis, ſine patre, ſine matre, ſine genealogia, neque initium dierum habens, neque finem vitæ, aſsimilatus autem filio Dei, manet ſacerdos in perpetuum. Exiſtimo te de iis verbis dixiſſe.

Pſal. 109. Heb. 7.

ORTH. De his dixi, & laudo quod locum non diſſecueris, ſed totum poſueris. Dic ergo, conuenit ne vnumquodque eorum Melchiſedech natura & veritate?

Eran

ERAN. Et quis fuerit tã audax,& tã temerarius,vt ea seiungat,quę diuinus Apostolus ei adaptauerit?
ORTH. Dicis ergo hæc Melchisedec secundum naturam conuenire?
ERAN. Dico.
ORTH. Hominem eum esse dicis,an aliam assumpsisse naturam? A
ERAN. Hominem.
ORTH. Genitum,an ingenitum?
ERAN. Adducis admodum absurdas interrogationes.
ORTH. Tu quidem in causa es,qui tam apertè veritati repugnas:Responde ergo.
ERAN. Est vnus solus ingenitus,Deus & Pater.
ORTH. Genitum verò Melchisedec esse dicimus?
ERAN. Genitum.
ORTH. Sed id,quod de eo dicitur,docet contraria. Recordare enim eorum, quæ nuper in memoriã reuocasti. Sine patre,sine matre,sine genealogia,neque initium Dierum,neque vitæ finem habẽs. Quomodo ergo illi conuenit illud,Sine patre,sine matre? Quomodo autem hæc quoque,neque initium cœpisse vt esset,neque finem capturum,non humanam naturam superant?
ERAN. Hæc re vera superant modum humanæ naturæ.
ORTH. Quid ergo, falsum ne dixisse dicemus Apostolum?
ERAN. Absit.
ORTH. Quomodo ergo fieri potest, vt & Apostolus de veritate testimonium ferat, & Melchisedec ea,quæ naturam superant, tribuat?
ERAN. Valde obscurus locus,& qui longiori in primis explicatione indiget.
ORTH. Qui volunt attendere, il horum verborum sententiam facilè possunt assequi. Cum enim dixisset diuinus Apostolus,Sine patre,sine matre,sine genealogia,neque initium dierum,neque vitę finẽ habens,subiũxit. Assimilatus autem filio Dei,manet in perpetuum sacerdos:& nos apertè docet, quòd Melchisedec eius,quæ humanam naturam superat,archetypum exemplar est Christus Dominus. Melchisedec quidem certè dicit assimilatum filio Dei, sic autem consideremus. Dicísne Dominum habuisse Patrem secundum carnem? B
ERAN. Nullo modo.
ORTH. Quamobrem?
ERAN. Quoniam ex sola virgine genitus est.
ORTH. Iure ergo nominatus est sine patre.
ERAN. Verum.
ORTH. Dicis ne eum,quod ad diuinam naturam attinet,habuisse matrem?
ERAN. Nequaquam.
ORTH. Ex eo ergo solo Patre,qui est ante sæcula,est genitus?
ERAN. In confesso est.
ORTH. Itaque & sine genealogia,vt qui ineffabilem eam,quæ ex patre est,generationem habeat,appellatus est. Generationem enim eius,inquit Propheta,quis enarrabit? *Esa. 53.*
ERAN. Rectè dicis.
ORTH. Ita ei hoc cõuenit,neque Dierum initium,neque vitæ finem habere,neque enim habet principium,nec in eum cadit interitus,& vt semel dicam,est æternus,& Patri coæternus.
ERAN. Hæc ita mihi quoque videntur. Oportet autem deinceps considerare, quomodo hæc etiam admirabili Melchisedec conueniant.
ORTH. Vt imagini & figuræ. Imago autem,sicut antè diximus,non habet omnia, quæ habet exemplar archetypum. Seruatori ergo hæc natura,& ipsa rei veritate conueniunt. Melchisedec autem ea veteris genealogiæ historia attribuit. Cum enim nos docuisset Patriarchæ Abrahæ patrem,Isaac autẽ patrem & matrem, & Iacob similiter, & eius filiorum, & eorum etiam genealogiam ostendisset, qui diu etiam ante nos fuerant,Melchisedec nec patrem dixit,nec matrem,nec eum ex aliquo ex filiis Noë genus ducere docuit,vt esset figura eius,qui verè est sine patre, & sine matre. Hoc autem ita intelligere nos diuinus docuit Apostolus. In eodem enim loco hæc quoque adiecit. Cuius autem generatio nõ annumeratur in eis,decimas sumpsit ab Abraam,& hunc,qui habebat repromissiones, benedixit. C
ERAN. Et quoniam eorum, qui ipsum genuerunt,non meminit scriptura, potest sine patre, & sine matre vocari?
ORTH. Si verè esset sine patre & sine matre,non esset imago,sed veritas. Sed quoniam non hæc habet natura,sed ex diuinæ scripturæ œconomia,ostendit figuram veritatis.
Homo dei imago. ERAN. Oportet imaginem habere expressos & euidentes exemplaris characteres.
ORTH. An non homo Dei imago appellatur?
ERAN. Non est imago Dei,sed ad Dei imaginem factus est.
ORTH. Audi ergo diuinum Apostolum dicentem,Vir quidem non debet velare caput,cum sit imago & gloria Dei.
ERAN. Sit imago Dei.
ORTH. Oportet ergo,si est ita,vt dicis,eum seruare euidentes archetypi characteres,& nec esse creatum,nec compositum,sed nec esse circumscriptum. Oporteret eũ non secus ac ipse,ex iis,quæ nõ sunt, fabricari. Oporteret eum verbo & sine labore omnia architectari, præterea autem nec ægrotare, nec D

animi

animi ægritudine affici, nec ità sci nec peccare, sed esse immortalem, & ab interitu & corruptione remotum, & omnia denique habere, quæ habet exemplar archetypum. E R. Non est in omnibus homo imago Dei. O R. Verum in quibuscunque eum imaginem esse dederis, eum maximo interuallo à veritate abesse inuenies. E R. In cõfesso est. O R. Hóc que vnũ cõsidera. Diuin⁹ Apostolus filiũ patris imagi
A nem apellauit. Dicit enim, Qui est imago Dei inuisibilis. E R. Quid ergo, non habet filius omnia, quæ pater? O R. Pater non est, nec sine causa, nec ingenitus. E R. Si hæc haberet, non esset filius. O R. Verũ est quod dixi, non habere imaginem omnia quæ archetypon? E R. Verum. O R. Ita ergo etiam dixit diuinus Apostolus assimilatũ esse Melchisedec Dei filio. E R. Dem⁹ illud, Sine patre, & sine matre, & sine genealogia ita esse vt dixisti, Illud autẽ, Neque initium dierum, nec vitæ finem habens, quomodo intelligimus? O R. Antiquam genealogiam conscribens diuinus Moses, docuit nos, quòd Adam, cum tot annos natus esset, genuit Seth, & cum tot annis vixisset, vitæ finem accepit. Ita etiam dixit de Seth & Enos, & aliis: Melchisedec & generationis initium, & vitæ finem silentio præteriit. Ergo si historia spectetur, nec initium dierum, nec vitæ finem habet, te vera autem Dei filius, nec esse cœpit, nec finem accipiet. E R. In confesso est. O R. In his ergo maximis & verè diuinis fuit Melchisedec figura Christi Domini, in Sacerdotio autem, quod hominibus magis, quàm Deo conuenit, Dominus Christus Pontifex fuit secundum ordinem Melchisedec. Melchisedec enim gentium fuit Pontifex. Et Dominus Christus pro omnibus hominibus sanctum & salutiferum sacrificium obtulit. E R. Multa de ea re verba consumpsimus. O R. Etiam pluribus opus erat, vt scis, dixisti enim locum esse intellectu difficilem. E R A N. Redeamus ad id, quod erat propositum. O R T H. Quid autem à nobis quærebatur? E R. Cum dicerem non oportere vocare Christum hominem, sed solum Deum, & multa alia testimonia adduxisti, & hoc etiam dictum Apostoli, quod posuit scribens ad Timotheum. Vnus Deus, vnus etiam intercessor Dei & hominum, homo Christus Iesus, qui dedit seipsum redemptionem pro omnibus.
B O R T H. Memini quomodo ad hanc digressionem defleximus. Cum ego enim dixissem, quòd hoc ipsum intercessoris nomẽ, Seruatoris nostri duas naturas significat, tu dixisti etiam Mosem vocatum esse intercessorem, is autem homo solum erat, non autem Deus & homo, ea de causa necesse habui hæc persequi, vt ostenderem figuram non habere omnia, quæ habet archetypum. Dic ergo, an confiteris Seruatorem Christum etiam hominem appellari? E R A N. Ego ipsum voco Deum, est enim Dei filius. O R T H. Si eum Deum vocas, quòd doctus sis eum esse Dei filium, voca etiam hominem. Ipse enim seipsum sæpe filium hominis appellauit. E R A N. Non conuenit ei hoc nomẽ, homo, sicut illud nomẽ Deus. O R T H. Vt quod non sit verum, vel propter aliquam aliam causam? E R A N. Hoc nomen, Deus, est nomen naturæ, illud autem, homo, est appellatio seu vocabulum œconomiæ. O R T H. Oeconomiam autem veram ne dicimus, an imaginariam, & falsam? E R A N. Veram. O R T H. Si vera est gratia œconomiæ, Dei autem verbi incarnationem vocamus œconomiam: hoc quoque nomen, homo, verum est. Humana enim natura suscepta, homo appellatus est. E R A N. Ante passionem vocabatur homo, post passionem autem non vocatus est amplius. O R T H. Atqui post passionem & resurrectionem scripsit Timotheo Epistolam diuinus Apostolus, in qua Christum Seruatorem appellauit hominẽ post passionem & resurrectionem. Scribens enim ad Corinthios, clamat, Quandoquidem enim
C per hominem mors, & per hominem resurrectio mortuorum. Et docens apertius de quonam dicat, subiunxit, Sicut enim in Adam omnes moriuntur, ita etiam in Christo omnes viuificabuntur. Post passionem & resurrectionem diuinus Petrus cum Iudæis disserens, ipsum virum appellauit. Post eius in cœlos assumptionem, glorioſus Stephanus lapidibus appetitus, dixit Iudæis, Ecce video cœlos apertos, et filium hominis sedentem à dextris Dei. Ne nos ergo existimemus sapientiores magnis Dei præconibus E R A N. Non existimo me esse sapientiorem sanctis doctoribus, sed non inuenio vsum nominis. O R. Eis ergo, qui negant humanitatem Domini, Marcionistis, inquam, & Manichæis, & alijs, qui hoc morbo laborant, quomodo persuaseris, vt confiteantur prædicationem veritatis, an non, si hæc & alia eiusmodi testimonia afferas, docens quòd non est Deus solum, sed etiam homo Christus Dominus? E R. Iis fortasse hæc afferre necesse est. O R T H. Fideles autem cur non doceas veritatem dogmatis? Oblitus ne es legis Apostolicæ, quæ iubet esset paratum ad respondendum? Ita autem consideremus. Optimus Imperator cum solis ne hostibus manus conserit, & in eos sagittat, & iaculatur, phalangésque eorum & ordines perrumpit: an suos etiam milites armat, & ordinat, & ad se fortiter gerendum animos & spiritus excitat? E R A N. Hoc ei potius faciendum est. O R T H. Non sunt enim partes Imperatoris, vt ipse quidem pericula adeat, ipse stet in acie, sinat autem milites in vtramuis aurem dormiere sed oportet eum etiam illis animum addere, vt stent in acie, & ordines rectè seruent. E R A N. Verum
D O R T H. Hoc etiam dicit diuinus Apostolus. Ad eos enim qui crediderant scribens, dicit: Accipite armaturam Dei, vt possitis resistere insidiis diaboli. Et rursus. State ergò succincti lumbos vestros in veritate. & cætera. Recordare etiam eorum, quę antea diximus, quòd medicus quoque adiicit qualitatem, quæ deest naturæ. Si enim inuenerit redundãtem frigidam, adiicit calidam, & similiter alias. Hóc etiam fecit Dominus, E R A N. Et vbi ostendes hoc fecisse Dominum? O R T H. In sanctis Euangeliis. E R A N. Ostende ergo, & imple promissum. O R T H. Quid Seruatorem Christum existimabant Iudæi? E R A N. Hominem. O R T H. Quòd autem etiam Deus erat, omnino ignorabant. E R A N. Verum. Cum ergo ignorarent, eósne didicisse oportuit. E R A N. In confesso est. O R T H. Audi ergo ipsum eis dicentem. Multa opera ostendi vobis à patre meo, propter quod nam eorum lapidatis me? Cum autem dixissent, Nonè bono opere lapidamus te, sed de blasphemia, quòd cum homo sis, facis teipsum Deum, subiunxit. In Lege vestra scriptum est. Ego dixi, Dii estis. Si illos dixit Deos, ad quos

F. dei imago *Col. 1* *F. nõ sine cauſa.* *Interceſſoris nom.* *Oeconomia.* *1 Cor. 15* *Act. 7* *1 Pet. 3* *Imperator* *Epheſ. 6.* *medicus* *Ioan. 10*

Deus verba fecit, nec poteſt ſcriptura ſolui, Quem pater ſanctificauit, & miſit in mundum, is iure Deus vocatur. Vos me blaſphemare dicitis, quod me dixi deum eſſe. Si non facio opera patris mei, nolite credere. Nam & ego in patre meo, & pater in me eſt.

E R. In iis quæ modo legiſti, oſtendiſti dominum ſe Iudæis Deum, non hominem oſtendiſſe. A

O R. Neque enim opus habebant diſcere, quod nouerant. Quòd enim homo erat, nouerant. Quòd autem Deus etiam eſſet non nouerant. Hoc autem ipſum etiam fecit in Phariſæis. Cum enim vidiſſet eos

Matt. 22. tanquam ad communem hominem accedere, eos ſic interrogauit. Quid vobis videtur de Chriſto, Cuius eſt filius? Cum illi autem dixiſſent, Dauid, ipſe ſubiunxit. Quomodo ergo Dauid in ſpiritu Dominum ipſum vocat. Dixit enim, inquit, Dominus Domino meo, ſede à dextris meis. Deinde ratiocinatur. Si Ergo eſt eius Dominus, quomodo eſt eius filius?

E R A N. Aduerſus teipſum adduxiſti teſtimonium. Dominus enim Phariſæos apertè docuit, ne vocarent ipſum filium Dauid, ſed Dominum Dauid, Per hæc autem clarè oſtendit ſe Deum velle vocari, non hominem.

O R T H. Non attendis, vt videtur, ſacram doctrinam. Neque enim ſuſtulit quominus vocetur filius dauid, ſed adiecit, opottere etiam credi eum eſſe filium Dauid. Hoc enim apertè docet illud, Si Ergo

quomodo. dominus eius eſt, quomodo eſt filius eius? Non dixit enim, Si Dominus eſt, filius non eſt, ſed quomodo filius eius eſt? pro eo quod eſt. Qua ratione Dominus & qua ratione filius? Hæc autem Diuinitatem & Humanitatem apertè indicant.

E R A N. Non opus eſt ſyllogiſmis. Dominus enim manifeſtè docuit ſe nolle vocari filium Dauid.

Filius dauid O R T H. Oportebat ergo & cæcos, & Chananæam, & etiam turbas docere, ne eum vocarent filium Dauid. Nam & cæci clamabant, Fili Dauid miſerere mei, & Chananæa. Fili Dauid miſerere mei, Filia B mea malè à Dæmonio vexatur, & multitudo populi, Oſanna fili Dauid, benedictus qui venit in nomine Domini, & non modò ęgretulit, ſed etiam fidem laudauit. Cęcos enim à nocte longiſſima liberauit

Matt. 20. videndíque eis actum donauit. Chananææ autem filiam inſtar Corybantis debacchantem, & furore percitam curauit, & longè ſceleratiſſimum Dęmonem ab ea expulit. Cum autem Pontifices & Phariſęi iis ſuccenſerent qui clamabant, Oſanna filio Dauid, non modo non prohibuit ne clamarent, ſed etiã

Luc. 19. fauſtam illam acclamationem confirmauit. Amen, enim inquit, dico vobis, etiam ſi ii tacuerint, lapides loquentur.

E R A N. Ante Reſurrectionem has appellationes ſuſtinuit, ſe dimittens ad eorum imbecillitatem qui nondum ſincerè & germanè crediderant: Sed poſt Reſurrectionem hæc nomina ſunt ſuperuacanea.

O R T H. Age Beatum Paulum in quo ordine ſtatuemus, inter perfectos an imperfectos?

E R. Non eſt ludendum in rebus ſeriis. O R. Non eſt ergo negligenda lectura ſacrarum ſcripturarum.

E R A N. Et quis eſt adeò miſer, vt ſuam ſalutem negligat? O R T H. Reſponde ad rogatum, & cognoſes ignorantiam. E R A N. Quod rogatum? O R T H. Quo in loco ponimus diuinum Apoſtolum?

E R. Clarum quòd inter perfectiſſimos, & perfectorũ magiſtrũ. O R. Quando autẽ cœpit prędicare?

E R A N. Poſtquam Seruator eſt aſſumptus, venítque ſanctus ſpiritus, & inſignis victor Stephanus fuit lapidatus.

O R T H. Is, cum circa vitæ finem, vltimam ſcriberet Epiſtolam ad diſcipulum Timotheum, & ei ve- C

2 Tim. 2 luti paternam quandam hæreditatem in teſtamento traderet, hæc etiam adiecit. Memẽto Ieſum Chriſtum ſuſcitatum à mortuis ex ſemine Dauid ſecundum Euangelium meum. Oſtendit autem ea etiam quæ pro Euangelio paſſus eſt, ea ratione oſtendens veritatem Euangelii. In Quo, enim inquit, affligor vt male operans facile eſſet multa mihi alia teſtimonia adducere, ſed hoc ſuperuacaneum exiſtimo

E R A N. Pollicitus te oſtenſurum, Dominum, quæ deerat doctrinam, iis qui opus habebant, adiicere quòd is cum Phariſęis quidem & aliis Iudæis de ſua diuinitate diſſerebat, dixiſti: Quòd autem etiam de carne doctrinam attulerit, non oſtendiſti.

O R T H. Fuiſſet quidem valde ſuperuacaneum diſſerere de carne quæ videbatur, apertè enim cernebatur & comedens, & bibens, & laborans, & dormiens. Veruntamen vt multa eaque diuerſa omittam,

Luc. 24 quæ fuerunt ante paſſionem, poſt reſurrectionem diffidentibus Apoſtolis non diuinitatem oſtendit, ſed humanitatem. Videte enim, inquit manus meas, & pedes meos, quod ipſe ego ſum. Palpate me, & videte quòd ſpiritus carnem et oſſa non habet, ſicut me videtis habere. Ecce impleuimus quod polliciti ſumus, oſtendimus enim iis, qui ignorabant Diuinitatem, allatam fuiſſe de ea doctrinam, iis autem qui diffidebant reſurrectioni carnis, eam fuiſſe oſtenſam. Ceſſa ergo contendere, et confitere duas eſſe naturas Seruatoris.

Naturarũ vnio. E R A N. Erant duæ ante vnionem, poſtquam autem conuenerunt, vnam naturam effecêre.

O R T H. Quando autẽ dicis factam fuiſſe vnionem? E R A N. Ego dico ſtatim in ipſa conceptione

O R T H. Deum autem verbum dicísne nõ fuiſſe ante conceptionẽ? E R A N. Imo dico eũ ante ęcula D

O R T H. Carnem autem vnà cum illo extitiſſe? E R A N. Minimè. O R T H. Sed à ſpiritu ſancto fuiſſe formatam, poſtquam prędictum eſt ab Angelo? E R A N. Ita dico.

O R T H. Non erant ergo duæ naturę ante vnionem, ſed vna tantum. Si enim vnà præexiſtit quidem diuinitas, non ſimul autem exiſtit humanitatis, formata enim eſt poſt ſalutationem angelicam, formationi autem coniuncta eſt vnio: vna ergo natura erat ante vnionem, quæ ſemper eſt, & eſt ante ſæcula. Verumenimuero hoc quoque rurſus cõſideremus. Incarnationem, ſeu humanæ naturæ ſuſceptionem aliquid ne exiſtimas eſſe aliud, quàm vnionem? E R A N. Non.

O R T H.

ORTH.Carne enim assumpta incarnatus est.ERAN.Videtur.
ORTH.Coniuncta est autem adsumptioni vnio.ERAN.Ita dico. *Incarnatio.*
ORTH.Vna ergo erat natura ante humanæ naturæ adsumptionem.Si enim idem est vnio,& humanæ naturę adsumptio,homo autem factus est humana susceptа natura,accepit autem Dei forma serui formam,erat ergo vna natura diuina ante vnionem. *assumptio*
A ERAN. Et quomodo idem est vnio, & humanæ naturæ susceptio? *susceptio.*
ORTH.Cõfessus es nuper hæc nomina non differre.ER.Tu me tuis decepisti ratiocinationibus.
ORTH.Idipsum quod diximus,iterum resumamus.ERAN.Hoc faciendum.
ORTH.Incarnatio differt ne ab vnione in ipsa rei natura?ERAN.Vel maximè. ORTH. Doce paulo fusius eius species.
ERAN.Quin ipsa nominum intelligentia ostendit differentiam.Incarnatio enim carnis adsumptionem significat,vnio autem,eorum,quæ sunt disiuncta,coniunctionem.
ORTH.Incarnationem autem dicisne vnione antiquiorem?ERAN.Minimè.ORTH.Sed in cõceptione factam esse vnionem.ERAN.Ita dico.
ORTH.Ergo si ne momentum quidem temporis intercessit inter carnis adsumptionem & vnionẽ: adsumpta autem natura non fuit ante adsumptionem & vnionem,eandem quidem rem significat incarnatio&vnio.Vna erat ergo natura ante vnionem seu incarnationem:sed post vnionem duas dicere conuenit,eam videlicet quæ adsumpsit,& eam quæ adsumpta est.
ERAN.Ex duabus quidem naturis dico Christum,sed non duas naturas. *Similes*
ORTH.Explica quomodo dicis illud, Ex duabus naturis,an vt argentum auro illitum, aut electri compositionem aut collam,quæ ex plumbo & stagno temperatur.Dico hanc vnionem esse nulli eorũ simílem,neque enim dici,nec explicari potest,& omnem intelligentię captum superat.
B ERAN.Ego quoque fateor vnionis rationem neminem posse consequi.Quòd autem vtraquè natura etiam post vnionem pura & integra remansit,sacra me scriptura docuit.
ERAN.Et vbi me docuit hoc sacra scriptura?ORTH.Ea vbique hac doctrina plena est. ERAN. Affer eorum quę dicis probationes.ORTH.An tu non confiteris,quę sunt vtriusque naturę propria? ERAN.Minimè post vnionem.ORTH.Idipsum nos docuit sacra scriptura.ERAN. Ego credo sacræ scripturæ.
ORTH.Cum ergo audieris diuinum Ioannem clamantem:In principio erat verbum, & verbum erat apud Deum,& Deus erat verbum,& omnia per ipsum facta sunt,& quęcunque alia huiusmodi,dicis carnem in principio fuisse apud Deum,& natura Deumesse, & omnia fecisse, an Deum verbum, quod est à Patre ante secula genitum?ERAN.Deo quidem verbo hæc conuenire dico,ipsum autem à carne vnita non separo. ORTH.Nec carnem à Deo verbo separamus,nec ex vnione confusionem facimus. ERAN.Ego vnam noui naturam post vnionem. OR.Euangelistæ quando scripserunt Euangelia,ante vnionem,an longo tempore post vnionem? *Ioan.1*
ER.Clarũ est ꝙ post vnionẽ,& Natiuitatẽ,& miracula,& passionẽ,& resurrectionẽ &assumptionẽ in cœlos, & post aduentum sancti spiritus. ORTH.quidem Audi ergo Ioannem dicentem. In principio erat Verbum,& Verbum erat apud Deum,& Deus erat Verbum.Hic erat in principio apud Deũ. Omnia per ipsum facta sunt,& sine ipso factum est nihil & cætera.Mattheum autem,Liber generationis Iesu Christi filii Dauid, filii Abraam,& quæ sequuntur.Lucas quoque eius genealogiam ab Abraam et Dauid recensет.Hæc ergo et illa vni naturæ accommoda.Sed non poteris.Et enim quod est, *Ioan.1* *Matt.1* *Luc.3*
C In Principio esse,contrarium est,esse ex Abraam,et ei quòd est, omnia fecisse, creatum proauum aut atauum habuisse.
ERAN.Hęc cum dicis,filium vnigenitum in duas personas diuidis.
ORTH.Vnum quidem filium Dei et scio et adoro Dominum Iesum Christum diuinitatis autem et humanitatis didici differentiam.Tu autem, qui dicis vnam naturam factam esse post vnionem, ei Euangeliorum proœmia accommoda.
ERAN.Tu nimis,vt videtur,validam,et fortasse etiam in expugnabilem propositionem putas.
ORTH. Sit tibi expedita et facilis, nobis tantum solue, quod quæritur.
ERAN.Vtraque Christo Domino conueniunt,et in principio esse, et ex Abraham et Dauid secundũ carnem germinasse.OR.Statuisti post vnionem non oportere vnam naturam dicere,tuam ergo legem ne transgrediaris,carnis mentionem faciens.ER.Etiam absque eo quòd carnis mentionẽ faciam,propositionẽ facile est soluere.Vtrũq; enim Christo Seruatori attribuo.OR.Ego quoque et hæc, et illa dico cõuenire domino Christo,sed duas in ipso naturas contẽplans,et vtrique ea,quæ cõueniũt,attribuẽs Sinautẽ vna est natura Christus,quomodo fieri potest,vt illi ea,quę sunt cõtratia,adaptes? Ei enim ꝙ est,Esse in principio,cõtrariũ est,ex Abraham et Dauid principiũ cœpisse,atque adeò nescio quot gene-
D rationibus post Dauid natũ esse.Rursus autẽ ei quod est,omnia fecisse,cõtrariũ est ex iis,quę facta sunt germinasse,et ei quod est ex Deo esse,Parẽtes mortales habuisse,æterno quoque contrariũ est id, quod est recens. Atque ideo ita consideremus,dicimúsne Deũ Verbũ esse omniũ opificem?ER.Ita credere sacer anos scriptura docuit. OR. Quoto autẽ die didicim⁹ formatũ esse Adã post cœli et terræ opificium? ER.Sexto.OR.Ab Adã autẽ vsquè ad Abrahã,quot trãsiere generationes?ER.Ego eas esse vigiti existimo.OR.Ab Abrahã autẽ vsque ad Seruatorẽ nostrũ Christum,quot generationes enumerat Mattheus Euangelista?ER.Quadraginta duas.OR.Si ergo vna est natura Dominus Christus,quomodo fieri potest vt idem sit tam eorum quę sub aspectũ cadunt,quam quæ non cadunt,opifex,et post tot generatiõ

nes à ſancto ſpiritu in virginali vtero formatus ſit? Quomodo autem eſt & Adam effector, & eorum qui ab Adam deſcenderunt filius? ERAN. Iam antè dixi & hæc & illa ei conuenire vt Deo incarnato Vnam enim ſcio verbi incarnatam naturam.

ORTH. Nec nos ò bone, duas Dei Verbi naturas incarnatas eſſe dicimus. Vnam enim ſcimus Dei Verbi naturam, ſed carnem, qua incarnatus eſt, alius eſſe naturę didicimus. Exiſtimo autem te hoc quo A
que confiteri. Dic ergo per quámnam mutationem dicis incarnationem factam eſſe?

ERAN. Neſcio quomodo, ſed ipſum incarnatum eſſe credo.

ORTH. Improbè, & non ſecus ac Phariſæi, ignorantiam prætexis. Illi enim cum viderent quę valida
Incarnatio ſine mutatione eſſet Domini interrogatio, & ne conuincerẽtur timerent, ſe neſcire dixerunt. Ego autem apertè clamo diuinam incarnationem eſſe à mutatione liberam. Si enim per mutationem & conuerſionem aliquam fuiſſet incarnatus, nec diuina nomina, nec res póſt conuerſionem ei amplius conuenirent.

ERAN. Sępe confeſſi ſumus Deum verbum eſſe immutabile.

ORTH. Carne ergo ſumpta incarnatus eſt. ERAN. Verum.

ORTH. Alia quidem eſt incarnati verbi natura, alia autem carnis, quàm cum accepiſſet Dei verbi natura, incarnata homo facta eſt.

ERAN. In confeſſo eſt. ORTH. Non eſt ergo verſum in carnem. ERAN. Nequaquam.

ORTH. Si ergo non conuerſum, ſed carne accepta incarnatum eſt, & hæc & illa tanquam incarnato Deo conueniunt, hoc enim paulo ante dixiſti: non confuſæ ſunt naturæ, ſed puræ, & integræ remanſerunt. Si enim ita intelligamus, etiam Euangeliſtarum concordiam videbimus. Vnius enim vnigeniti, Domini, inquam, Chriſti, hic quidem diuinitatẽ, ille verò humanitatem prædicat. Ita etiam intellige re nos docet ipſe Chriſtus Dominus, nunc quidem ſeipſum filium Dei appellans, nunc autem filium hominis, & aliquando quidem matrem, vt quæ eum genuerit honorat, aliquando autem vt Dominus increpat, & aliquando quidem eos qui ipſum filium Dauid nominant admittit, aliquando autem do- B
Ioan. 8. cet eos, qui neſciunt, ſe non ſolum eſſe filium, ſed etiam Dominum Dauid, & vocat quidem Nazareth & Capernaum patriam: Rurſus autem clamat, Priuſquam Abraam fieret ego ſum. Sacram autem ſcripturam multis eiuſmodi refertam inuenies. Hæc autem non vnam naturam ſed duas ſignificant.

ERAN. Qui duas naturas in Chriſto conſiderat, in duos filios diuidit vnigenitum.

ORTH. Ergo etiam qui Paulum ex anima & corpore conſtitutum eſſe dicit, duos eſſe Paulos Paulũ
Athanaſii ſimilitudo diſſimilis. qui vnus eſt oſtendit. ERAN. Non eſt exemplum ſimile.

ORTH. Ego quoque id ſcio. Hîc enim eſt naturalis eorum, quę ſunt contemporanea, & creata, & cõſerua, vnio. In Domino autem Chriſto id totum eſt bonæ eius ac liberæ voluntatis, humanitatiſque & gratiæ. Verum hic etiam naturali vnione manente, pura & integra manſerunt ea, quæ ſunt naturarum propria.

ERAN. Si non commixta manſerunt, quæ ſunt naturarum propria, quomodo anima vnà cum corpo
Sitis fames ſomnus corporis, nõ animę re nutrimentum appetit?

ORTH. Non anima nutrimentum appetit. Quomodo enim id faceret, quæ eſt immortalis, & nutrimento melior ac præſtantior? ſed corpus, ab ea vitalem facultátem recipiens, ſentit indigentiã, & quod deſit accipere deſiderat. Ita etiam quietem poſt laborem appetit, & ſomnum poſt vigiliam, & alia ſimiliter. Cum primum itaque facta eſt diſſolutio, dum vitalem nõ habet amplius operationẽ, nec quòd deficit appetit, & dum id non ſuſcipit, corruptionem interitumque patitur. C

ERAN. Vides eſſe animæ ſitire & eſurire, & quæ ſunt his ſimilia?

ORTH. Si hæc eſſent animæ, etiam poſtquam à corpore liberata eſt, & famem, & ſitim, & alia ſimiliter ſentiret.

Animæ propria. ERAN. Quænam ergò dicis animæ propria? ORTH. Eſſe ratione præditam, ſimplicem, immortalẽ & ſub aſpectum non cadere. ER. Quid autem corporis? OR. Eſſe compoſitum, aſpectabile, mottale.

ER. Ex his autem hominem compoſitum eſſe dicimus? OR. Dicimus.

ER. Definimus ergo hominem animal præditum ratione, mortale. OR. In confeſſo eſt. ER. Eum au-
Corporis tem ex his & illis nominamus. OR. Verum. ER. Sicut ergo hic non diuidimus, ſed eundem vocamus & rationis participem & mortalẽ, ita etiam in Chriſto faciẽdũ eſt, et diuina et humana ſunt ei tribuẽda

OR. Noſtrum eſt quod dicis, etiam ſi non id perfectè tractaueris. Ita autem conſidera. Quando huma-
Homo nam animam examinamus, ea ſolum, quæ eius operationi et naturæ conueniunt, dicimus? ER. Sola.

OR. Quando autem rurſus de corpore verba facimus, non ea ſola quę ſunt eius propria perſequimur?

ER. Verum. OR. Quando autem rurſus de toto animali diſſerimus, audacter deinceps et hæc et illa ad-
Propria naturis cõmunia ſũt perſonia. ducimus. Homini enim conueniunt tam quæ ſunt corporis, quàm quę animæ propria. ER. Pulcherrimè locutus es. OR. Ita ergo etiã de Chriſto verba facere conuenit, et de naturis quidẽ diſſerẽtes, vtrique tribuere, qnæ ad eam pertinent, et ſcire aliqua quidẽ diuinitatis, aliqua verò humanitatis propria. Quando autẽ de perſona loquemur, oportet ea facere cõmunia, quæ ſunt naturarũ propria, et hæc et illa Chriſto Seruatori tribuere, et eundẽ vocarè et Deũ et hominẽ, et filiũ Dei, et filiũ hominis, et Dauid D
filium, et Dauid Dominum, et ſemen Abrahæ, et Abrahæ effectorem, et alia omnia ſimiliter.

ER. Vnam quidẽ eſſe Chriſti perſonã, eíque diuina et humana cõuenire, admodũ rectè dixiſti, et fidei decretũ ſuſcipio. Quod autẽ rurſus dicis, oportere de naturis diſſerẽtes, vnicuique quę ſunt eius propria tribuere, hoc mihi vniõnem ſoluere. Quamobrem ea, & quę ſimiliter videtur videtur non admitto.

OR. Atqui quando quæ de anima et corpore dicebantur examinabamus, magni tibi facienda, et æſti-

manda

mãndã visa est illorum rationum diuisio, protinus enim bonis verbis & laude eam es prosecutus. Cur ergo in Christi Domini diuinitate & humanitate eandem regulam non admittis? An ne animæ quidẽ & corpori Christi diuinitatẽ & humanitatẽ exæquas? sed animæ quidẽ & corpori das incõfusam vnionẽ, commixtionem autem & cõfusionẽ sustinuisse audes dicere Christi diuinitatem & humanitatem?

ERAN. Ego quidem Christi diuinitatem, atque adeò vel ipsam carnem, anima & corpore multis iis
A que infinitis partibus esse prẽstãtiorem & pretiosiorẽ iudicio, sed vnã tamẽ naturã post vnionẽ esse dico.

ORTH. Et quomodo non est impium & miserum, dicere quidem animam corpori coniunctã, cõfusionis affectionem minimè subiisse: vniuersorum autem Domini diuinitatem nec potuisse propriã naturam integram conseruare, nec quam accepit humanam in suis finibus retinere, sed quæ confundi non possunt, confudisse, & quæ non permiscerí, permiscuisse? Vna enĩ natura vt hæc suspicemur efficit

ERAN. Ac mihi quidem fugiendum est nomen confusionis, duas tamen dicere naturas recuso, ne eo deueniam, vt duos filios dicere censear.

ORTH. Ego autem studeo vitare vtrunque præcipitium, tam impię confusionis, quàm diuisionis impiæ. Mihi enim est æquè nefarium, & vnum filium bifariam diuidere, & duas esse naturas inficiari. Dic mihi autem per veritatem, si quis eorum, qui Arii & Eunomii factionem sequuntur, tecum disserẽs de filio retrahere conetur, et patre esse minorem et inferiorem ostendere, illa dicens, quæ dicere cõsueuerunt, et ex sacra scriptura illud afferens, Pater si possibile est, transeat à me calix iste, et illud, Nunc anima mea turbata est, et alia eiusmodi, quomodo has obiectiones dissolueris? Quomodo autem ostenderis ex iis non effici minorem esse filium, nec alius sustantiæ, sed esse ex patris substantia genitum?

confusio naturarũ diuisio per sonæ. *Matt. 26.* *Ioan. 12.*

ERAN. Dixerim quòd sacra scriptura hęc quidem dicit theologicè, illa verò œconomicè, et quòd nõ oportet ea quæ œconomicè dicta sunt, Theologicis attribuere.

Theologia œconomia

B ORTH. Atqui ille dixerit quòd etiam in veteri Deus multa dicit œconomicè. Tale est enim illud, Audiuit Adã vocẽ Domini Dei ambulãtis, et illud, Descendã, et videbo an secũdũ clamorẽ eorũ ad me venientẽ faciãt, sin minus, vt cognoscã, et illud, Nũc cognoui quòd tu times Deũ, et multa eiusmodi alia.

Gen. 3.

ERAN. Ad hæc rursus respondeam, quòd multiplex est œconomiarum differẽtia. In veteri enim est eiusmodi verborum œconomia, hic autem etiam rerũ. OR. Sed interrogauerit ille quarũmnam rerũ.

22.

ERAN. Sed statim audiet, earũ, quæ pertinent ad incarnationẽ. Homo enim Dei filius, et verbis et factis aliquando quidem carnem, aliquando diuinitatem ostendit, sicut certè hoc in loco ostendit & animæ, & carnis imbecillitarem, est enim timiditatis affectio.

ORTH. Sinautem excipiens dixerit, Atqui non animam, sed solum corpus accepit, diuinitas autẽ corpori pro anima vnita, omnia quæ sunt animæ suscepit, quibũsnam rationibus contradictionem solueris? ERAN. Ex sacra scriptura rationes afferens, & ostendens quòd non solam carnem, sed etiam animam Deus verbũ susceperit. ORTH. Et quásnam eiusmodi probationes inueniemus in scripturis?

ERAN. Non audiuisti Dominum dicentem, Potestatem hábeo ponendi animam meam, & potestatem rursus habeo accipiendi eam, pono eam à meipso, vt rursus accipiam ipsam. Et rursus Anima mea nunc turbata est. Et rursus, Tristis est anima mea vsque ad mortem, & quod à Dauid dictum est, & à Petro interpretatum, Non Derelicta est in inferno anima mea, neque caro eius vidit corruptionem. Hęc, & quæcunque sunt eiusmodi, apertè ostendunt, quòd non solum corpus, sed etiam animam Deus verbum susceperit.

Ioan. 10. 8

ORTH. Aptè admodum & sapienter adduxisti testimonia. Ille autem obiecerit quòd etiam ante
C humanæ naturæ susceprionem, Iudæos Deus alloquens dixit, Ieiunium, & sabbata, & festa vestra odit anima mea, deinde ratiocinans dixerit, quòd sicut in veteri, animam non habens, anime meminit, ita etiam hic fecit.

Matt. 26. *Psal. 15.* *Act. 2.*

ERAN. Sed audiet rursus, quòd etiam corporis partium sacra de Deo differens scriptura meminit. Inclina, enim inquit, Aurem tuam, & aperi oculos tuos, & vide, & Os Domini hoc locutũ est. Et Manus tuæ fecerũt me, & formauerũt mę & alia innumerabilia. OR. Si ergo etiã post in carnationẽ anima nõ est intelligẽda anima: nec corpus ergo corpus intelligẽdũ est, & inuenietur visio quædã & apparitio magnũ œconomiæ mysteriũ, & nihil à Martione & Valetino & Manete differem⁹. Nam illí etiam quędã eiusmodi fabulantur. Quid si autẽ nobis differẽtibus venerit repẽtè quispiã sectator Apollinaris, & roget, Quámnã, ò vir optime, dicis animã suscepisse, quid respõderis? ER. Primum quidẽ, quòd vnã noui hominis animã, deinde adiecerim, Quòd si tu duas existimas, & hanc quidẽ rationis expertẽ, illã verò ratione prædităarbitraris, eã quę est ratio prædita susceptã esse dico. Tu enim vt videtur eã habes, quæ est rationis expers, imperfectã nostrã saluté existimans. OR. Quid si eorũ quæ dicis probationes postulauerit? ER. Dabo facilè, & ei respõsa Euãgelica in mentẽ reuocabo. Puer Iesus crescebat, & cõfirmabatur in spiritu, & Dei gratia erat in ipso. Et rursus. Iesus autẽ proficiebat ætate, et sapientia, et gratia apud Deũ et homines, et dixerĩ quòd nihil horũ cõuenit diuinitati. Ætate enim corpus proficit, sapientia autẽ anima, nõ quę caret ratione, sed, quę est cõpos rationis. Rationeergo prędi
D tã animã Deus verbũ, qui est etiam ratio, nempè logos, sucepit. OR. Valde quidem fortiter tres aduersariorũ perrupisti cuneos, sed vnionem illam, et iam diu iactatam cõmixtionem, ac cõfusionem nõ solum bifariam, sed etiam trifariam tuis verbis dissoluisti, et nõ solum diuinitatis et humanitatis differentiam ostendisti, sed ipsam etiam humanitatem bipertito diuisisti, aliud quidem esse animam, aliud corpus docens, vt non ampli⁹ duę, vt dicebamus sed tres intelligãtur naturę Seruatoris nostri Iesu Christi.

Vna anima. *Luc. 2.* *profuit anima.*

ERAN. An tu non aliam dicis esse substãtiam animæ, quàm corporis? OR. Nę. ER. Quomodo ergo tibi visum est admirabile quod dictum est? OR. Quoniam duas dicere recusans, tres natũrás confessus es.

Logos.

ER. Quæ contra aduersarios suscipitur concertatio nos hoc cogit facere. Quomodo enim aliter cũ eis

differetur,qui carnis,velamine, vel mentis negant aſſumptionẽ,niſi eorum probationes ex ſacra ſcriptura afferantur? Quomodo autẽ eos qui de vnigeniti diuinitate detrahere contendunt,refellere,eorũque rabiem compeſcere poterimus,non ſi oſtenderimus ſacram ſcripturam alia quidem dixiſſe Theologicè,alia œconomicè? O R. Verum eſt quod dicis,idipſum eſt enim quod dicimus,atque adeò omnes qui firmam ac ſtabilem ſeruant regulam Apoſtolicam. Ipſe autem noſtrorum dogmatum defenſor apparuiſti. E R. Et quomodo veſtra defendo,qui duos non dico filios? O R. Vbi vnquam nos audiuiſti A duos filios inducentes? E R. Qui duas dicit naturas,non duos dicit filios? O R. Tu ergo tres dicis filios tres enim dixiſti naturas. E R. Non poterant aliter ſolui quæ ab aduerſariis obiiciebantur. O R. Hoc ipſum quoque à nobis audias,eoſdem enim habemus aduerſarios. E R. Sed ego poſt vnionem non dico duas naturas. O R. Atqui poſt multas vnionis generationes iiſdem nuper verbis vſus es. Tu tamẽ doce nos,quomodo dicis vnam naturam poſt vnionem? an quòd vna exambabus facta ſit,an quòd altera de

Humanit. abſorpta. leta altera remanſerit? E R. Ego dico manſiſſe diuinitatem,humanitatem autem ab ipſa abſorptam eſſe ac deuoratam. O R. Hæc ſunt fabulę Græcorum,& nugę Manichæorum. Ego autem,vel eas in mediũ proferre erubeſco. Illi enim Deorum deuorationes,hi verò filię lucis,ſuis ſcriptis commendarunt. Nos autem huiuſmodi dicta,non ſolũ vt impia,ſed etiam vt valde ſtulta refugimus & auerſamur? Quomodo enim ſimplex & incompoſita natura,& quæ omnia complectitur,quam nec vllus vnquã aſſequi poteſt,nec vllis finibus circumſcribere,eam deuorauit naturam,quam adſumpſit? E R. Vt mare,quod mel

Vt mel à mari. lis guttam adſumpſit. Illa enim gutta ſtatim euaneſcit aquæ maris permixta. O R. Maris & guttæ eſt in quantitate differentia,& in vna quidem certè qualitate. Illud enim eſt maximum,hæc verò minima,et hęc quidem dulcis,illud verò falſum,in aliis autem quidem certè plurimã cognationem inuenire poſſumus. Habent enim vtraque liquentem,& humidam,fluxamque naturam: Quinetiam hoc illis cõmune eſt quòd ſint creata & inanima. Corpus quoque & hæc & illud appellatur. O R. Eſt ergo ſatis pro- B babile,nec quidquam habet abſurdi,ſi quæ propè accedunt naturæ,permiſceantur ac cõfundantur,et altera ab altera perimatur. Hic autem eſt infinita diuerſitas,& tanta vt nulla omnino veritatis inueniatur ſimilitudo. Ego autem tibi etiam multa oſtendam, quæ commiſcentur quidem & confundantur, ſed tamen pura & integra permanent. E R. Et quis vnquam meram ac puram audiit mixtionem? O R. Ego quidem efficiam vt hoc confitearis. E R. Si verum eſſe quod dicetur appatuerit, veritati minimè

Lux repugnabimus. O R. Reſponde ergo annuens,vel renuens,prout quod dicetur ſe tibi habere videbitur

Aer. E R. Reſpondebo. O R. Videtur ne tibi lux oriens omnem aerem implere,niſi forte ſi quis in ſpeluncis ſubterraneis incluſus nunquam illuminatus fuerit? E R. Ita mihi videtur. O R. Et lux tota per totũ aerẽ procedere? E R. Hoc quoque ita mihi videtur? O R. Mixtio autem ac temperatura non per omnia procedit quæ miſcentur? E R. Verum. O R. Qui illuminatur autem,aerem,non lucem,& videmus,& nominamus? E R. Maximè. O R. Sed tamen etiam præſente luce,ſiccam qualitatem humidamque ſentimus,ſæpe etiam frigidam & calidam. E R. Ea ſentimus. O R. Poſtquam autem lux receſſit,manet dein

Ferrum ceps aer ipſe per ſe. E R. Ea vera ſunt. O R. Hoc quoque conſidera. Ferrum,quod cum igne coniungi-

Ignis. tur,candens ignitumque redditur? E R. Maxime. O R. Et ignis per totam eius ſubſtantiam procedit? E R. Certe. O R. Quomodo ergo non mutat ferri naturam ſumma vnio,& quæ per totum procedit cõmixtio? E R. Atqui mutat omnino,neque enim amplius ferrum,ſed ignis eſſe cenſetur. Iam verò habet etiam ignis operationem. E R. An non ergo Faber ferratius ipſum adhuc ferrum nominat,& in incude ſtatuens ei malleum incutit? E R. Hæc in confeſſo ſunt. O R. Non corrupit itaque ferri naturam ignis coniunctio. Si poteſt ergo inueniri inconfuſa mixtio,mera eſt & aperta inſania,in natura quæ nec corrumpi,nec immutari poteſt,cogitare confuſionem,& naturæ quę adſumpta ſit deletionem,& interitũ C idque cum adſumpta ſit ad beneficium generis. E R. Non dicimus eſſe deletã naturam,quæ adſumpta eſt,ſed tantum mutatam in ſubſtantiam diuinitatis. O R. Non habet ergo genus humanum & priorẽ circumſcriptionem E R. Nequaquam. O R. Quando autem accepit hanc mutationem? E R. Poſt ſummam vnionem. O R. Quando autem eam dicis fuiſſe factam? E R. Dixi ſæpe,in conceptione. O R. Atqui poſt conceptionem fuit & fœtus in vtero? & natus infans & fuit & dictus eſt,& à paſtoribus adoratus,& puer ſimiliter euaſit,& ita ab Angelo vocatus eſt,ſcis hæc,an nos fabulas fingere exiſtimas? E R.

Circunciſ Chri. Hęc nos docet ſanctorum Euangeliorum hiſtoria,eique contradici non poteſt. O R. Reliqua quoque conſideremus,non confitemur Dominum fuiſſe circunciſum? E R. Confitemur. O R. Cuius ergo fuit circunciſio,carnis,an diuinitatis? E R. Carnis. O R. Cuius autem eſt augeri,ætateque & ſapientia proficere? E R. Clarum eſt,nihil eorum cõuenire Diuinitati. O R. Ergo nec eſurire,& ſitire. E R. Minime. O R. Sed nec ambulare,nec laborare,nec dormire,nec alia,vt ſemel dicam,eiuſmodi. E R. Nequaquã O R. Si ergo facta eſt in conceptione vnio,hæc autem omnia poſt conceptionem & natiuitatem facta ſunt non ergo poſt vnionem ſuam naturam amiſit humanitas. E R. Non recte definii,poſtquam enim à mortuis reſurrexit,accepit caro mutationem in naturam diuinitatis. O R. Nihil ergo in ea manſit,poſt reſurrectionem, eorum quæ naturam declarant? E R. Si manſit,ne facta quidem eſt diuina mutatio. O R. Quomodo ergo diffidẽtibus diſcipulis & manus oſtẽdit & pedes? E R. Sicut clauſis ianuis ingreſſus eſt. O R. Sed ingreſſus eſt clauſis ianuis,quemadmodũ egreſſus eſt ex vtero, cum virginis clauſtra

Gen.32. obſiſterent,et ſicut in mari ingreſſus eſt,nondũ autem,vt tu dicis,facta erat naturæ mutatio, E R. Oſtẽdit Dominus manus Apoſtolis,ſicut cũ Iacob luctatus eſt. E R. Sed nõ ſinit Dominus nos ſic intelligere D Cum enim diſcipuli coniectaſſent ſe ſpiritum videre,hanc Dominus ſuſpitionem remouit,et naturam

Luc.24. carnis oſtẽdit. Quid enim,inquit Turbati eſtis,et cur cogitationes aſcendũt in cordibus veſtris? Videte manus meas,et pedes meos,quòd ipſe ego ſum. Palpate me,et videte quòd ſpiritus carnem et oſſa non habet,

habet,ſicut me videtis habere. Et videte quàm accuratè,& exactè locutus eſt. Non enim dicit, Carnem & oſſa eſſe,ſed carnem & oſſa habere,vt oſtenderet aliud quidem eſſe quod habet ſecundum naturam, aliud autem quod habetur. Sicut enim aliud quidem eſt id quod accepit,aliud quod acceptum eſt, vn autem ex ambobus Chriſtus conſideratur:ita id quod habet,plurimum differt ab eo quod habetur, nõ tamen diuidit in duas perſonas id quod intelligitur. Dominus quidem,diſcipulis adhuc dubitantibus *Quod habet habetur.*

A & cibum petiit,& cum accepiſſet, comedit, nec viſione tantum cibum conſumens, nec quod corpori deerat,explens. E R. Atqui duorum alterum neceſſe eſt eligas, vel enim egens ſumpſit, vel non egens, viſus eſt quidem comeſſe,verum cibum non ſumpſit. O R. Cibo quidem non egebat corpus,quod immortale factum fuerat. De iis enim qui reſurgunt dicit Dominus. Illic nec vxores ducunt,nec nubunt ſed ſunt tanquam Angeli. Quod autem cibum ſumpſit,teſtes ſunt Apoſtoli. Beatus enim Lucas dixit in Proœmio Actuum, quòd conueſcens cum Apoſtolis Dominus iuſſit ne Hieroſolymis diſcederent. Diuus autem Petrus dixit apertius. Qui cum eo comedimus,& bibimus, poſtquã reſurrexit à mortuis. Quoniam enim eorum qui ſunt in præſenri vita proprium eſt comedere,neceſſario Dominus carnis reſurrectionem oſtendit per cibum & potum iis qui ea vera eſſe non putabant. Hoc ipſum autem fecit& in Lazaro,& in filia Iairi. Cum eam enim ſuſcitaſſet,iuſſit ei dari quod comederet,& vnà cum Lazaro conuiuium iniit,oſtendens ea ratione veram eſſe reſurrectionem. E R. Si dederimus Dominum verè comediſſe,demus etiam omnes homines poſt reſurrectionem cibum ſumere. O R. Quæ conſilio aliquo, & propter certam œconomiam à Seruatore facta ſunt,non ſunt regula & decretum naturæ. Etenim nõ nulla fecit certo ſuæ diſpenſationis conſilio,quæ iis qui reuiſcunt minimè euenient. E R. Quænam hæc? O R TH. Eorum qui reſurgunt corpora nónne ſunt à corruptione aliena,& planè immortalia? ER A N. Nos diuus Paulus ita docuit. Seminatur,enim inquit,in corruptione:ſurgitur in incorruptione. Seminatur in ignominia:ſurgitur in gloria. Seminatur in infirmitate:ſurgitur in potentia. Seminatur corpus animale:ſurgit corpus ſpiritale. O R T H. Sed Dominus,qui minimè mutila & manca,ſed *Matt.22.* *Act.2.* *Ioan.12.* *1.Cor.15.*

B integra & perfecta omnium corpora ſuſcitat (neque enim cœcitas,nec claudicatio inuenitur in iis,qui ſuſcitantur) in ſuo corpore quæ à clauis facta erant foramina, & vulnus, quod in latere acceperat, reliquit. Huius autem teſtes ſunt & ipſe Dominus,& manus Thomæ. E R A N. Verum. O R. Si ergo poſt reſurrectionem cibum ſumpſit Dominus,manúſque & pedes ſuis oſtendit diſcipulis cum iis, quæ erãt in ipſis,clauorum foraminibus,& etiam latus cum ipſo vulnere,quod ex ictu acceperat, eis autẽ dixit, Palpate me,& videte quia ſpiritus carnem & oſſa non habet,ſicut me videtis habere: mãſit ergo etiam poſt reſurrectionem natura corporis,& non mutata eſt in aliam ſubſtantiam. E R A N. Eſt ergo & mortale & patibile poſt reſurrectionem? *Luc.24.*

O R. Nequaquam,ſed à corruptione,& interitu alienum,& impatibile & immortale.
E R A N. Si eſt ab interitu alienum,& impatibile,& immortale,in aliam naturam mutatum eſt.
O R. Ergo omnium quoque hominum corpora mutabuntur in aliam ſubſtantiam, erunt enim omnia abinteritu aliena,& immortalia. An non audiuiſti Apoſtolum dicentem. Oportet enim corruptibile hoc induere incorruptibilitatem,& hoc mortale induere immortalitatem. E R A N. Audiui. *1.Cor.15.*
O R. Ergo manet quidem natura:mutatur autem quod eſt eius corruptibile,in incorruptionẽ,& mortale in immortalitatem. Sic autem conſideremus. Quod eſt infirmum corpus,& quod ſanum,ex æquo corpus appellamus? E R. Ita eſt. O R. Quamobrem? E R. Quia vtrunque eſt eiuſdem ſubſtantiæ particeps. O R. Atqui videmus in iis multam differentiam. Hoc eſt enim ſanum,integrum,& illæſum:illud

C autem vel effoſſum oculum,vel crus ſaucium,vel aliquam aliam grauiſſimam habet affectionem.
E R. Sed circa eandem ſubſtantiam verſatur vtrunque,& ſanitas,& infirmitas.
O R. Corpus ergo ſubſtantia vocandum,morbus autem & ſubſtantia accidens. *Accidẽtia*
E R. Vtique. Nam hæc quidem corpori & accidunt,& recedunt.
O R. Corruptionem ergo,interitum,& mortem,accidentia,& non ſubſtantias nominare conuenit,euenium enim,& recedunt. E R. Conuenit.
O R. Ergo etiam hominum corpora,ſurgentia quidem,à corruptione ac interitu,& mortalitate liberantur,ſed tamen propriam naturam non amittunt. E R A N. Verum. *Corpus d. circũſcriptum.*
O R. Igitur corpus Dominicum ſurrexit quidem à corruptione & interitu alienum,& impatibile,& immortale,& diuina gloria glorificatum, & à cœleſtibus adoratur poteſtatibus, corpus tamen eſt, & habet quam prius habuit circumſcriptionem.
E R. In iis videris dicere veriſimilia & rationi conſentanea. Sed poſtquam in cœlos aſſumptus eſt, non exiſtimo te dicturum eum non fuiſſe conuerſum in naturam diuinitatis.
O R. Ego quidem non dixerim humanis rationibus perſuaſus,nec ſum vſque adeò audax & temerarius vt dicam aliquid,quod ſacra ſcriptura ſilentio præteriit. Sed tamen audiui diuum Paulum clamantem, Statuit Deus diem in quo iudicaturus eſt terrarum orbem in iuſtitia,in viro quem præfiniit,fidem præbens omnibus,ſuſcitans è mortuis ſeipſum. Didici etiam à ſanctis Angelis, quòd venier eo modo quo

D viderunt ipſum Diſcipuli euntem in cœlum. Viderunt autem naturam circumſcriptam, non eam quæ circumſcribi non poteſt. Audiui autem etiam Dominum dicẽtem. Videbitis filium hominis veniẽtem in nubibus cœli. Scio verò eſſe circumſcriptũ quod videtur ab hominibus. Videri enim non poteſt natura,quæ non poteſt circumſcribi. Porrò autem & ſedere in throno gloriæ, & ſtatuere quidem agnos à dextris, hœdos verò à ſiniſtris, id quod circumſcriptum eſt ſignificat. E R. Ergo nec antequam homo factus eſſet,erat eiuſmodi vt circũſcribi non poſſet. Vidit enim Propheta eũ à Seraphim circumdatum. *Act.17.* *Act.1.* *Mat.26.* *Mat.15.* *Eza.6.*
O R. Non vidit Propheta ipſam Dei ſubſtãtiã,ſed quandã viſionem ſuæ facultati cõuenientẽ. Sed poſt

Zach.11. resurrectionem,omnes videbunt iudicis eam,quæ videtur,naturam.
ERAN.Pollicitus te dicturum non sine testimoniis,tu nobis tuas rationes adducis.
ORTH.Sacra scriptura hæc me docuit.Audiui enim Zachariam Prophetam dicentem. Viderunt in
Act.7. quem transfixerunt.Quomodo autem finem accipiet Prophetia,si qui crucifixerunt, naturam non cognoscent quam crucifixerunt? Audiui autem etiam præclarum victorem Stephanum clamantem.Ecce
video cœlos apertos,& filium hominis stantem à dextris Dei.Vidit autem eam quæ videtur naturam, A
non quæ sub aspectum nõ cadit.ERAN.Hæc quidem ita scripta sunt. Sed postquam in cœlos assumptus est,existimo re non ostensurum corpus à viris sancto spiritu inspiratis corpus dici.
ORTH.Maximè quidem etiam ea,quæ prædicta sunt,corpus apertè significant, quod enim videtur,
corpus est,ostendam tamen etiam post assumptionem corpus Domini corpus vocari. Audi ergo Paulũ
Phil.3. dicentem.Nostra enim conuersatio in cœlis est,ex quo etiam expectamus Seruatorem Dominũ Iesum qui transformabit corpus humilitatis nostræ,vt sit conforme corpori gloriæ ipsius.Non est ergo mutatum in aliam naturam,sed mansit quidem corpus verum,diuina gloria impletum,& lucis emittens radios.Illi fient sanctorum corpora conformia.Sinautem illud in aliam naturam mutatum est,eorũ quoque corpora similiter mutabuntur,fient enim illi conformia. Sinautem corpora sanctorum seruant suæ
Quomodo naturæ characterem,corpus quoque Domini similiter habet suam substantiam immutabilem.
nostra cor- ERAN.Erunt ergo corpora sanctorum corpori Domini æqualia.
pora cor- ORTH. Ab interitu quidem & corruptione erunt ea quoque aliena,& mortalitatis participia.Habe
pori domi bũt etiam gloriæ partem,&communionem,quemadmodum dicit Apostolus.Siquidem compatimur,
ni contra- vt etiam glorificemur,in quantitate autem magna potest inueniri differentia,&tanta,quantum differt
ria. Sol à stellis,vel potius quantum Dominus à seruis,& quod illuminatur,ab eo quod illuminat.Suos ta-
Rom.8. men seruos etiam suis nominibus impertiit,& qui lux appellatur, sanctos quoque lucem vocauit. Vos, enim inquit,estis lux mundi,& qui sol iustitiæ nominatur,dicit de seruis.Tunc fulgebũt iusti sicut sol. B
Matth.5. In qualitate ergo,non quantitate,erunt sanctorum corpora corpori Domini conformia.Ecce tibi aper
13. tè ostendimus quod nobis mandauisti.Sinautem tibi videtur,hoc quoque aliter consideremus.
ERAN. Oportet omnem mouere lapidem, vt est in prouerbio,vt verum inueniatur, sed vel maximè cum diuina decreta proponuntur.
Euchari- ORTH. Dic ergo.Mystica symbola,quæ Deo à Dei sacerdotibus offeruntur , quorũmnam dicis esse
stia. symbola?ERAN.Corporis & sanguinis Domini.ORTH.Corporis,quod verè est,vel verè non est?
ERAN.Quod vere est.ORTH.Optime,oportet enim imaginis esse exemplar archetypum.Etenim pictores imitantur naturam,& eorum quæ videntur depingunt imagines.
ERAN.Verum.ORTH.Si ergo diuina mysteria corpus quod vere est representant:ergo corpus etiam nunc Domini quoque corpus est,non in naturam diuinitatis mutatum,sed impletum diuina gloria.ER.Opportunè accidit vt verba faceres de diuinis mysteriis.Nam vel ex eo ipso tibi ostẽdam corpus Domini in aliam mutari naturam.Responde ergo ad mea interrogata.
Ante inuo ORTH.Respondebo.
cationem. ER AN.Quid appellas donum quod offertur,ante inuocationem sacerdotis?
Panis vi- ORTH.Non oportet aperte dicere,est enim verisimile adesse aliquos mysteriis non initiatos.
uum. ERAN.Respondeatur ænigmaticè.ORTH.Id quod fit ex huiusmodi seminibus nutrimentum.
ER.Aliud autem signum quomodo nominamus?OR.Commune etiam hoc nomen, quod potus spe- C
Post conse ciem significat.ER.Post sanctificationem autem quomodo ea appellas?
cratione OR.Corpus Christi, & sanguinem Christi. ER. Et credis te fieri participem Christi corporis & san-
&c. guinis? OR.Ita credo.
ER.Sicut ergo symbola Domini corporis & sanguinis,alia quidem sunt ante inuocationem Sacerdotis,sed post inuocationem mutantur,& alia fiunt:ita etiam corpus Domini post assumptionem mutatur in diuinam substantiam. OR. Quæ ipse texuisti retibus captus es.Neque enim signa mystica post
Euch.ado sanctificationem recedunt à sua natura.Manent enim in priore substantia,& figura,& forma, & vide-
ratio.102. ri,& tangi possunt,sicut & prius,intelliguntur autem ea esse,quæ facta sunt,& creduntur,& adorãtur, vt quæ illa sint quæ creduntur.Confer ergo imaginem cum exemplari,& videbis similitudinem.Oportet enim figuram esse veritati similem.Illud enim corpus habet priorem quidem formam, & figuram, & circumscriptionem,& vt semel dicam,corporis substantiam.Immortale autem post resurrectionem factum est,& potentius quàm vt vlla in ipsum cadat corruptio,& interitus,sessioneque à dextra dignatum est,& ab omni creatura adoratur,vt quod appelletur corpus naturę Domini.
ER. Atqui symbolũ mysticum priorem mutat appellationem, neque enim amplius nominatur, quod prius vocabatur,sed corpus appellatur.Oportet ergo etiam veritatem,Deum,& non corpus vocari.
Panis vi- OR.Ignarus mihi esse videris,non enim corpus solum, sed etiam panis vitæ nominatur , ita Dominus
tæ. ipse appellauit.Porrò autem ipsum corpus diuinum corpus nominamus,& viuificum,& Dominicum D
docentes non esse commune alicuius hominis, sed Domini nostri Iesu Christi, qui est Deus & homo.
Iesus enim Christus heri & hodie idem,& in sæcula.
Heb.13. ER.Multa quidem de hac re disseruisti,ego autem sequor sanctos,qui olim in Ecclesia fulserunt. Ostẽde ergo illos post vnionem suis verbis naturas diuidere.
OR. Ego quidem ea,quæ ab illis scripta sunt,tibi legam.Tu autem sat scio admiraberis,eos in suis scriptis toties diuisionis mentionem facere,dum aduersus impias hæreses decertant. Audi ergo eos, quorum iam tibi testimonia citaui,hæc apertè & dilucidè dicentes.

Sancti

Sancti Ignatii Antiocheni Episcopi pars Epistolæ ad Smyrnæos.

Ego enim etiam post resurrectionem ipsum in carne esse scio, & credo, & quando ad eos qui cum *Ignat.*
A Petro erant, accessit, dixit eis. Accipite, palpate me, & videte quòd non sum dæmonium incorporeum, & protinus ipsum tetigerunt, & crediderunt. Eiusdem ex eadem epistola. Post resurrectionem autem vnà cum ipsis comedit, & bibit, vt qui carnaliter & spiritualiter Patri esset vnitus.

Irenæi antiqui Episcopi Lugdunensis ex libro secundo de Hæresibus.

Vniuit ergo, sicut antè diximus, hominem Deo. Nisi enim homo vicisset hominis aduersarium, non *Iren.*
iustè victus esset hostis. Et rursus. Nisi Deus dedisset salutem, eam nō firmiter ac stabiliter haberemus. Et nisi Deo vnitus esset homo, non potuisset non esse corruptioni & interitui obnoxius. Oportebat enim intercessorem Dei & hominum, per suam cum vtrisque familiaritatem & necessitudinem, vtrosque in amicitiam & concordiam redigere, & Deo quidem hominem commēdare, Deum autem in hominum notitiam deducere. *Intercessor.*

Eiusdem ex tertio libro eiusdem operis.

Et ideo rursus dicit in epistola. Quicunque credit quòd Iesus Christus ex Deo genitus est, vnum & *1. Ioan. 5.*
eundem sciens Iesum Christum, cui sunt apertæ portæ cœli propter suam in carne assumptionem, qui etiam in eadem carne, in qua passus quoque est, veniet, Patris gloriam reuelans.

Eiusdem, ex quarto libro de Hæresibus. Quemadmodum dicit Esaias, Filii Iacob germinabunt, & *Ezæ. 27.*
efflorescet Israel, & implebitur orbis fructu eius. In vniuerso ergo terrarum orbe fructu eius dissemināto, merito relicta, & de medio sublata sunt, quæ aliquando quidem pulchrè fructū tulerunt, ex iis enim quod ad carnem attinet, Christus fructus productus est, & Apostoli, nunc autem non sunt amplius apta ad fructum ferendum.
B

Eiusdem, ex eodem libro.

Interrogat autem etiam Ebionitas, quomodo possint seruari, nisi Deus esset, qui eorum salutem in terra operatus est, vel quomodo ad Deum procedet, nisi Deus ad hominem processerit.

Eiusdem ex eodem libro. Qui ex virgine natum Emanuel prædicabunt, vnionem Dei verbi cū suæ creatura declarabant.

Eiusdem ex eodem opere.

Non enim hæc in visione, sed in veritatis substantia facta essent, si qui non erat homo, homo apparuisset, nec qui erat in veritate, mansisset spiritus Dei, quādoquidem spiritus videri non poterat, nec vlla esset in eo veritas, non enim essent illa, quæ viderentur, diximus enim antea, quòd Abraham, & reliqui prophetæ, eum propheticè videbant, id quod futurum erat per visionem prædicentes. Si ergo nunc etiam talis apparuit, cum non esset qui videretur, prophetica quædam visio hominibus apparuit, & oportet eius aliam expectare præsentiam, in qua talis erit, qualis nunc videtur propheticè. Ostendimus autem hoc esse visione apparuisse, & nihil ex Maria cœpisse. Neque enim verè carnem & sanguinem habuit, per quæ nos redemit, nisi antiquam Adę creationem in seipso instauauerit. Vani ergo & inepti Valentiniani, qui hæc decernunt, vt carnis vitam abiiciant.

Sancti Hippolyti Episcopi pars, ex libro, qui est de distributione talentorum.

Eos autem, & illos qui aliter sentiunt, dixerit quispiam esse vicinos, vt qui errent similiter. Nam illi *Hippolyt.*
etiam vel nudum hominem confitentur apparuisse Christum in vita, diuinitatis eius talentum negantes, vel deum confitentes, rursus hominem renuunt, docentes visionē esse pulsos eorum visus, qui aspiciebant, vt homo, non qui verè hominem gestauerit, sed apparenti quadam potius opinione, & existimatione fuerit, quemadmodum Valentinus, & Marcion, & Gnostici, dum carnem à verbo diuellunt,
C vnum talentum abiiciunt, nempè carnis humanæ susceptionem.

Eiusdem, ex epistola ad Reginam quandam. Eum ergo dicit primitias dormientium, vtpote mor- *1. Cor. 15.*
tuorum primogenitum, qui cum surrexisset, vellétque ostendere id esse excitatū, quod erat etiam mor- *Col. apoc.*
tuum, dubitantibus Discipulis, aduocato Thoma, ait, Palpa hic, & vide quòd spiritus carnem & ossa *1.*
non habet, sicut me videtis habere. Eiusdem, ex oratione de Helcana & Anna. *Ioan. 20.*

Et ideo tria anni tempora præfigurabantur in ipso Seruatore, vt quæ de ipso prædicta sunt mysteria, peragerent. In Pascha quidem, vt ostenderet seipsum tanquam ouem sacrificandum, & verum Pascha ostendendum, vt dicit Apostolus. Pascha autem nostrum pro nobis immolatus est Christus. In Pēte- *1. Cor. 5.*
coste autem, vt præsignificaret regnum cœlorum, cum ipse primus cœlos cōscenderit, & hominem donum Dei obtulerit. Eiusdem, ex Oratione in magnum canticum.

Qui primum ex terra creatum hominem, perditum, & mortis vinculis alligatum, ab infimis inferis extraxit: qui à superis descendit, et eum qui erat inferius, in supernas partes deduxit: qui mortuorum Euangelistes seu felix annunciator, animarúmque redemptor, eorúmque qui sepulti erant, fuit resurrectionis erat qui fuit deuicti hominis per se auxiliator, ei similem verbum primogenitum, protoplastum Adam in virgine visitans, spiritalis terrenum in matrice requirens. Qui semper viuens, eum qui per inobedientiam erat mortuus, et cœlestis terrenum ad superna vocabat. Ingenuus, qui seruum per suam obedientiam liberum volebat efficere. Qui cum hominem in terram solutum, et serpentis cibum effectū
G ip. adamantem vertisset, cúmque in ligno suspensum Dominum aduersus victorem effecisset, is propterea per lignum victor iquenitur. Eiusdem, ex eadem Oratione.
D

Qui enim filium Dei incarnatum nunc non agnoscunt, agnoscent ipsum iudicem in gloria venientem, qui nunc in vili, humilique corpore iniuriis afficitur. Eiusdem, ex eodem sermone. *Ioan. 20.*

Et enim Apostoli cum veniissent ad monumentum die tertio, non inuenerunt corpus Iesu, quomodo filii Israel montem cōscendentes Mosis sepulturam quærebant, et non inueniebant. *Mosis sepulchrum*

Eiusdem, ex interpretatione secundi Psalmi. Hic qui processit ut mundum, Deus et homo est.

Humanitatis argumenta. est. Et eum quidem hominem facilè est intelligere, quando esurit, & defatigatur, & fatigatus sitit, & timens fugit, & omni tristitia afficitur, & super ceruical dormit, & passionis calicem deprecatur, angoréque & ægritudine confectus sudat, & ab Angelis confirmatur, & à Iuda traditur, & à Caipha probris & contumeliis afficitur, & ab Herode contemnitur, & à Pilato flagellatur, & à militibus illuditur, & à Iudæis ligno affigitur, & ad Patrem clamans suum commendat spiritum, & inclinans caput expirat, & latus ei lancea pungitur, & sindone inuolutus in monumento ponitur, & tertio die à Patre A
suscitatur. Diuinitas autem eius rursus potest apertè videri, quando ab Angelis adoratur, & à pastori-
Diuinitatis. bus inuisitur, & à Simeone expectatur, & Annæ ostenditur testimonio, & à Magis quæritur, & per stellam significatur, & in nuptiis ex aqua vinum efficit, & mare vi ventorum commotum increpat, & super mare ambulat, & eum, qui à natiuitate cœcus erat, videre facit, & mortuum Lazarum quatriduanũ excitat, multasque virtutes facit, & peccata remittit, & dat potestatem Discipulis.

Eiusdem, ex Oratione in 23. Psalmum.

Venit ad portas cœlestes. Angeli vnà cum eo inceduntˌ sunt autem portæ cœlorum clausæ, nondum enim cœlos ascendit, nunc primum videtur à celestibus potestatibus caro ascendens. Dicitur ergo potestatibus ab Angelis, qui Seruatorem & Dominum præcurrunt. Attollite portas principes vestras, & eleuamini portæ æternæ, & introibit Rex gloriæ.

Eustach. Sancti Eustachii Episcopi Antiocheni, & confessoris in inscriptionibus Tis Silographias.

Illinc ergo eum in throno sancto sedere scripsit, significans quòd cum diuinissimo spiritu confessor effectus est, propter Deum in ipso assiduè habitantem.

Eiusdem, ex Oratione de Anima.

Ante passionem quidem corporalem suam mortem semper prædicebat, se tradendum Sacerdotibus dicens, & crucis trophæum annuntians. Post passionem autem cum post triduum à mortuis surrexisset, & dubitarent Apostoli, an suscitatus esset, & eis in ipso corpore apparuisset, se omnem quidem B
carnem cum ossibus habere confessus est: eorum autem oculis perforata latera, & ipsorum clauorum fissuras subiiciens, ostendebat.

Eiusdem, ex Oratione habita super eo. Dominus creauit me initium viarum suarum.

Non enim dixit Paulus conformes filii Dei, sed conformes imaginis filii ipsius, aliud quidem ostendens, filium esse, aliud verò, imaginẽ ipsius. Filius enim diuina paternæ virtutis indicia ferens, est imago patris. Nam etiam similes qui ex similibus generantur: & qui nascuntur, veræ apparent genitorum imagines. Homo autem quem gestauit, est imago filii, quoniam & ex dissimilibus fiunt coloribus imagines, & hæ quidem compositione manu fabricatæ, illæ verò natura et similitudine factæ sunt. Hoc au-
Imagines tem vel maximè dicit ipsum veritatis oraculum. Nõ enim incorporeus sapientiæ spiritus est corporalibus hominibus conformis: sed qui per spiritum corpore præditum homo factus est character, is omnibus aliis fert membra numero æqualia, et simili vnicuique forma, ac specie indutus est.

Eiusdem, ex eadem Oratione.

Quòd autem dicit corpus esse humanis corporibus conforme, nos docet apertius scribens ad Phi- "
Phil. 3. lippenses. Nostra conuersatio, inquit, in cœlis est, ex quibus etiam Seruatorem expectamus Dominum "
Iesum Christum, qui transformabit corpus humilitatis nostræ, vt sit ipsum conforme corpori gloriæ ip C
sius. Si autem humile transformans corpus hominum, proprio corpori conforme constituit, inanis omnino demonstrata est aduersariorum calumnia.

Eiusdem, ex eadem Oratione.

Sed quemadmodum ex virgine natus, ex muliere factus esse dicitur, ita etiam sub lege factus esse
Gal. 4. scribitur. Quoniam per legalia præcepta quandoque incessit, quãdoquidem et ipsum, cum esset infans "
Legalia. octo dierum, Parentes magno studio circuncidere festinauerũt, sicut tradit Lucas Euangelista. Postea "
Luc. 2. autem etiam in templum deduxerunt, vt sisterent Domino, purificationis oblationem peragentes, vt darent hostiam, prout dictum est in lege Domini, per turturem, vel duos pullos columbarum. Si ergo purificationis munera, vt lex volebat, pro ipso oblata sunt, et octauo die circumcisus est: ideo non sine causa eum sub lege factum esse scribit. Neque verò verbum erat legi subiectum, vt opinantur sycophantæ, cum ipse esset lex, nec Deus indigebat lustrantibus et expiantibus sacrificiis, cum ipse denso, ac repentino motu omnia purificet, ac sanctificet, sed etiam si ex virgine humanum instrumentum susceptũ tulit, et sub lege fuit pro primogenitorum dignitate purgatus et expiatus, non ipse egens horum submi-
Athan. nistratione, has obseruationes, cultúsque sustinuit, sed vt eos à legis seruitute redimeret, qui vænundati erant condemnationi maledicti.

Sancti Athanasii Episcopi Alexandrini, ex secundo libro aduersus Hæreses.

Et quemadmodum non liberati essemus à peccato et maledicto, misi natura humana caro esset, quã verbum induit, nihil enim nobis fuisset commune cum alieno: ita nec homo Deus factus esset, nisi natu D
ra ex patre, et verum, et proprium esset eius verbum, quod caro factum est. Propterea enim talis facta est coniunctio, vt diuinitati, quæ est secundum naturam, qui est secundum naturam, hominem coniungeret, firmaque ac stabilis esset eius salus et Deificatio. Qui ergo ex patre natura esse negant, et propriũ eiusdem substantiæ filium: negent etiam eum veram carnem et humanam sumpsisse ex Maria Virgine,

Eiusdem ex epistola ad Epictetum.

Si ex eo quòd sit et dicatur in scripturis ex Maria esse, et humanum corpus Seruatoris, existimant

mant pro Trinitate dici quaternionem, tãquam propter corpus facto additamento: valde falluntur, vt qui effectum effectori exæquent, & existiment posse Deitati aliquid accedere, & ignorant quòd verbũ non ideo caro factum est, vt Deitati aliqua accessio fieret, sed vt caro resurgeret, nec vt melius haberet, verbum ex Maria processit, sed vt genus humanum redimeret. Quomodo ergo existimant, propter per verbum redemptum & viuificatum corpus, verbo viuificanti ad Deitatem aliquid accessisse? *quaternio*

A

Eiusdem, ex eadem epistola.

Audiant quòd si verbum esset creatura, non accepisset corpus creatura, vt hoc viuificaret. Quodnã enim creaturis est à creatura auxilium, quæ ipsa quoque salute indiget? Sed quoniam verbum, cum esset creator, fuit ipse creaturarum opifex: propterea etiam in sæculorum consummatione ipse sibi creatum constituit, vt rursus ipsum vt creator renouare, & recreare possit. *Creatura nõ potest assumere.*

Ex Oratione de Fide, maiore.

Quæ autem de eo adiecimus, Sede à dextris meis, de corpore Dominico dicta sunt. Si enim cœlum & terram ego impleo, dicit Dominus, vt inquit Hieremias: omnia autem cõtinet Deus: à nullo autem continetur: in quánam sede sedet? Corpus ergo est, cui dicit, Sede à dextris meis. *Psal. 109. Sedere à dextris. Hier. 23.*

Eiusdem ex eadem Oratione.

Corpus est ergo cui dicit, Sede à dextris meis, cuius etiam fuit inimicus Diabolus cum malis potestatibus, & Iudæi, & Græci, per quod corpus, Pontifex, & Apostolus & fuit, & dictus est, per id, quod nobis tradidit mysterium, dicens. Hoc est corpus meum, quod pro vobis frangitur, & sanguis noui testamenti, non veteris, quod pro vobis effunditur. Diuinitas autem neque corpus habet, nec sanguinem sed homo, quem ex Maria portauit, eorum causa est, de quo dixerunt Apostoli, Iesum Nazarenum virum à Deo ostensum in vobis. *Matt. 26. Act. 2.*

Eiusdem ex Tomo aduersus Arrianos.

B

Et quando dicit. Quare & Deus ipsum superexaltauit, & dedit ei nomen, quod est super omne nomen, de templo corporis eius dicit, non de diuinitate. Non enim exaltatur altissimus, sed caro altissimi exaltatur: & carni altissimi dedit nomen, quod est super omne nomen, nec verbum Dei ab initio accepit, vt vocaretur: sed caro eius cum ipso deificata est. *Philip. 2. Exaltatus 81.*

Eiusdem ex quadam Oratione. *Ioan. 7.*

Et quándo dicit, Nondum erat spiritus sanctus, quoniam Iesus nondum erat glorificatus, dicit carnem eius nondum fuisse glorificatam. Non enim Dominus gloriæ glorificatur, sed caro domini gloriæ ipsa gloriam accipit, cum ipso in cœlum ascendens. Vnde dicit, Et spiritus adoptionis nondum erat in hominibus, quia primitiæ acceptæ ex hominibus, nondum cœlum conscenderant. Quęcunque ergo dicit scriptura accepisse filium, & esse glorificatum, dicit propter eius humanitatem, non diuinitatem. *F. accipe redicitur. 80.*

Eiusdem, ex eadem Oratione.

Quare hic est verus Deus, antequam homo fierer, & etiam postquam factus est, intercessor Dei & hominum Iesus Christus, vnitus patri secundum spiritum, nobis autem secundum carnem, qui intercessit inter Deum & homines, qui non solum est homo, sed etiam Deus.

Sancti Ambrosii Episcopi Mediolanensis in Expositione Fidei.

Confitemur Dominum nostrum Iesum Christum filium Dei vnigenitum, ante omnia quidem secula sine principio à patre genitum secundum diuinitatem, in vltimis autem diebus ex sancta virgine
C Maria eundem incarnatum esse, & perfectum hominem ex anima rationali & corpore suscepisse, consubstantialem patri, secundum diuinitatem, & nobis consubstantialem secundum humanitatem. Duarum enim perfectarum naturarum vnio ineffabiliter facta est. *Ambro.*

Quamobrem vnum Christum, vnum filium Dominum nostrum Iesum Christum filium Dei confitemur, scientes quod Patri suo secundum diuinitatem coæternus existens, secundum quam est etiam hominum opifex, voluit post sanctæ virginis ascensum, quando dixit Angelo, Ecce ancilla Domini, fiat mihi secundum verbum tuum, sibi ex ipsa templum inenarrabili & arcana ratione ædificare, & id sibi ipsi ex ipsa conceptione vnire, non coæternum ex sua substantia cœlitus allatum corpus, sed id ex nostræ substantiæ massa, hoc est de virgine Maria, sumens, & sibi vniens, non Deus verbum in carnem conuersum, neque visum aut phantasma apparens, sed inconuertibiliter, & immutabiliter suam substantiam conseruans, sumptas nostræ naturę primitias sibi vniit, non Deus verbum sumens principium ex virgine, sed patri suo coæternum existens, nostræ naturæ primitias per multam bonitatem sibi vnire dignatum est, non confusum, sed in vtrisque substantiis vnus & idem apparens, sicut scriptum est, Soluite templum hoc, & triduo excitabo illud. Soluitur enim Christus Deus, secundum meam substantiam, quam suscepit: & solutum excitat templum idem secundum diuinam substantiam, secundum quam etiam est omnium opifex: nunquam post vnionem, quam sibi ex ipsa conceptione vnire dignatus est, vel à suo templo recedens: vel propter ineffabilem benignitatem potens recedere. Sed est idem
D patibilis, & impatibilis, patibilis secundum humanitatem, impatibilis secundum diuinitatem. Videte enim, videte me, quòd ego sum, & non mutor. Cum ergo suum templum Deus verbum excitasset, & naturæ nostræ resurrectionem, & renouationem in eo effecisset, & suis eam discipulis ostendisset, dicebat. Palpate, videte, quod spiritus carnem & ossa non habet, sicut me videtis, non esse, sed habere. Vt cum & qui habet, & id quod habetur cogitaueris, non confusionem, non conuersionem, non mutationem, sed vnionem factam intelligas. Propterea & elauorum fissuras, & lanceæ punctura ostendit, & coram Discipulis comedit, vt per omnia nostræ naturæ resurrectionem in ipso esse renouatam eis fidem faciat, & quia secundum beatam diuinitatis substantiam est perpetuo inconuertibilis, immutabi- *Ioan. 2. Mal. 3. Luc. 24.*

mutabilis,impatibilis,immortalis nulla re indigens:omnes affectiones,&passiones ex permissione suo templo inferri sinit:& ipsum propria potentia excitauit:& per suum templum perfectam nostræ naturæ renouationem effecit.Eos autem qui dicunt solum hominem Christum,vel patibile Deum verbum vel in carnem conuersum,vel habuisse corpus consubstantiatum, vel id è cœlis detulisse, vel visum ac phantasma esse,vel qui dicunt mortale Deum verbum opus habuisse,vt à Patre suscitaretur,vel inanimatum corpus sumpsisse,vel sine mente hominem,vel duas Christi naturas per commixtionem confusas vnam naturam factas esse, & qui non confitetur in Domino nostro Iesu Christo duas esse naturas inconfusas,vnam autem personam,quatenus vnus Christus, vnus filius: eos anathematizat catholica & Apostolica ecclesia. A

Hæreses in christiũ

Eiusdem.

Ergo si caro omnium in Christo contumeliis subiecta est, quomodo cum diuinitate vnius esse substantiæ existimatur? Si est enim vnius substantiæ verbum,& caro,quæ ex terra habet naturam,vnius ergo substantiæ est verbum & anima, quam perfectam accepit. Est enim vnius substantiæ verbum cum Deo,etiam secundum Patris & ipsius filii confessionem,quæ dicit.Ego & Pater vnum sumus,ergo etiã pater debet existimari eiusdem substantiæ cum corpore. Et quid ergo adhuc Arrianis succensetis, qui dicunt filium esse Dei creaturam,cum ipsi dicatis Patrem esse vnius substantiæ cum creaturis?

Ioan.10.

Eiusdem,ex Epistola ad Gratianum Imperatorem.

Conseruemus diuisionem diuinitatis & carnis,siquidem vtrisque respondet filius Dei, quoniam vtræque sunt in eo naturæ.Idem loquitur,sed non semper nobis.Attende autem quomodo nunc quidẽ gloriam,nunc autem passiones loquitur.Vt Deus,diuina loquitur, quoniam verbum est,vt homo, humilia loquitur,quoniam in ea substantia loquitur.

Eiusdem,ex eodem libro. B

Vnde illud quod lectum est,quòd Dominus gloriæ crucifixus est: ne in sua gloria crucifixum esse existimemus.Sed quoniam is est Deus & homo,secundum diuinitatem quidem Deus, secundum carnis autem assumptionem homo Iesus Christus Dominus gloriæ crucifixus esse dicitur, est enim vtriusque naturæ particeps,hoc est diuinæ & humanæ.In natura enim hominis passionem sustinuit, vt indiuisibiliter & Dominus gloriæ,& filius hominis esse dicatur,qui passus est, quemadmodum scriptum est,qui de cœlo descendit.

1.Cor.2.

Similiter eiusdem.

Sileant ergo vanæ de verbis quæstiones.Regnum enim Dei,sicut scriptum est,non est in persuasibilibus verbis,sed in ostensione potentiæ.Seruemus differentiam carnis,& humanitatis. Vnus enim Dei filius,vnus vtraque dicit,quoniam vtraque natura in ipso est.Sed etsi idẽ loquitur,non vno tamen semper modo loquitur.Vides enim in ipso nunc quidem Dei gloriam,nõ autem passiones,affectionésque hominum.Vt Deus,diuina loquitur,quoniam verbum vt homo,humana loquitur,quoniam in ea natura loquebatur.

Eiusdem,ex libro de Incarnatione Domini aduersus Apollinaristas.

Sed interea dum eos coniungimus,exorti sunt alii,qui dicunt corpus Christi & diuinitatem esse vnius naturæ. Quis infernus tantam eructauit blasphemiam. Arriani enim iam sunt iis toletabiliores, quorum infidelitas per hos confirmatur,vt magis contendant Patrem,Filium,& Spiritum sanctũ non esse eiusdem substantiæ,quoniam hi diuinitatem,& carnem Domini vnius esse naturæ ausi sint dicere.

Eiusdem.

Nicen.

Et hic mihi quidem assiduè se tenere Nicenæ Synodi expositionem. Sed in illa expositione Patres nostri,non carnem,sed Dei Verbum ex vna esse in Patre substantia dixerunt:& verbum quidem ex Patris substantia accessisse,carnem autem ex virgine habuisse confessi sunt Cur ergo nobis Nicenæ Synodi nomen prætendunt,noua autem,& quæ nostri maiores non cogitarunt,inuehunt? C

Eiusdem,aduersus Apollinarem.

Lib.de incarn.ca 4. vbi legitur. Transfigurand. transmutatio in altari 18. Gen.4. In lxx.

Ne velis ergo corpus esse æquale diuinitati secundum naturam, etsi enim credideris esse verum corpus Christi,& altari obtuleris ad transmutationem,non distinxeris autem naturam corporis & diuinitatis:tibi quoque dicemus.Si rectè obtuleris, rectè autem non diuiseris:peccasti,quiesce. Diuide enim quod nostrum est,& quod verbi proprium. Ergo ego quidem non habebam quod erat ipsius,ille autem non habebat quod erat meum:& accepit quod erat meum,mihi impertiturus quæ sua erat,& hoc ad implementum,non ad confusionem accepit.

Eiusdem,paulopost.

Cessent ergo qui dicunt quòd verbi natura in carnis naturam cõuersa est,ne videatur ex eadem interpretatione mutata esse verbi natura,& eisdem cum corpore affectionibus, & passionibus corrupta esse. Aliud est enim quod assumpsit,& aliud quod assumptum est.Potentia accessit ad virginem,vt ei dicit Angelus.Virtus altissimi obumbrabit tibi,sed ex corpore virginis erat quod natum est,& propter ea diuinus quidem est descensus, humana autem conceptio. Ipsa ergo non idem poterat quod corporis spiritus,& natura diuinitatis.

Basil. Ioan.11. Luc. mat. 4.Ioan.19

Sancti Basilii Episcopi Cæsarienſis,ex oratione de Euchatistia. D

Quamobrem ipse quidem propter amicum lachrymatus,ostendit humanæ naturæ communionem. nosque ab iis quæ sunt vtrinque immoderationibus & exupetationibus liberauit, nec vt in ferendis iis quæ accidunt, nimis effœminati, mollésque uideamur,nec vt eorum,quæ molesta sunt, nullum omnino sensum habeamus,permittens.Sic ergo esurit Dominus,ei solido cibo perflato,& sitiit,consumpta incor

incorpore humiditate, & defessus est, neruis & musculis ambulando extensis, non diuinitate oppressa labore, sed corpore, quæ ex natura consequuntur, accidentia suscipiente.

Eiusdem, aduersus Eunomium.

Ego enim in forma Dei esse perinde existimo ac esse in Dei substantia. Sicut enim formam serui accepisse, in humanitatis substantia, Dominum fuisse significat: ita cum dicit in forma Dei esse, diuinæ substantiæ proprietatem constituit. *Esse in forma dei & serui Phi. 2.*

Sancti Gregorij Episcopi Nazianzeni, ex oratione de nona dominica.

Venturum rursus cum sua gloriosa præsentia iudicantem viuos & mortuos, non amplius quidem carnẽ, non tamen incorporeum, iis quas ipse nouit rationibus diuiniore corpore, vt & videatur ab iis qui pupugerunt, & maneat Deus à crassitudine remotus. *Nazian.*

Eiusdem, ex epistola ad Cledonium.

Duæ enim naturæ Deus & homo, quia & anima & corpus, filij autẽ non duo, neque enim hic sunt duo homines: etiam si sic Paulus vocat id quod est intra hominem, & quod extra, & si oportet paucis dicere, aliud quidem, & aliud ea sunt ex quibus Seruator constitutus est. neque enim idẽ est id quod est aspectabile, cum eo quod non cadit sub aspectum: & id quod est expers temporis, cum eo quod tempori subiicitur. Non est autem alius & alius absit. *Homo interior & exterior. Aliud.*

Eiusdem ex priori expositione ad Cledonium.

Si quis dicit carnem nunc esse depositam, & Deitatem esse corpore nudatam: & non cum eo quod accepit, & esse, & venturam esse: præsentiam aduentus non viderit. Vbi enim nunc est corpus, nisi cũ eo quod id assumpsit? Neque enim, vt nugantur Manichæi, in sole est depositum, vt honoretur propter ignominiam: vel in aërem effusum est, & dissolutum, vt vocis natura, & odoris fluxus, & fulguris minimè consistentis cursus. Vbi est autem etiam palpatum esse post resurrectionẽ, in qua aliquando videbitur ab iis qui pupugerunt? Diuinitas autem per se sub aspectum non cadit. *Non, alius vbi corp. Non in sole.*

Eiusdem, ex secunda oratione de filio.

Vt enim quatenus Verbum, nec obediens erat, nec inobediens. Hæc enim sunt eorum quæ subiecta sunt, & secunda. Illud quidem meliorum: hoc verò eorum qui digni sunt qui condemnentur. Quatenus autem serui formam, se ad conseruos demittit: & eius quod est alienum formam suscipit, totum in seipso me ferens cum meis. Vt in seipso consumat id quod est deterius, vt terram ignis: vel vt sol, terræ vaporem.

Eiusdem, ex oratione in theophania.

Quoniam ergo processit ex virgine cum adsumptione duorum quæ sunt sibi contraria, carnis, & spiritus. Quorum hæc quidem ex eis, in Deum relata est: ille verò præbuit gratiam diuinitatis. *Caroet. Spiritus.*

Eiusdem, paulopost.

" Missus est quidem, sed vt homo. Duplex enim erat eius natura. Hinc certé & laborauit, & esuriit, &
" sitiit, & defatigatus est, & fleuit lege humani corporis.

Eiusdem in secunda oratione de filio.

Et hoc est quod facit errare Hæreticos, nominum coniunctio. Signum autem hoc est, quòd quando naturæ intelligentia seiunguntur, vnà quoque nomina diuiduntur.

Eiusdem in eadem oratione.

Vt Deus Domini nostri Iesu Christi, pater glóriæ. Deus quidem Christi, pater autem gloriæ. Nam etsi vtráque vnum sint, sed non natura, sed coitione & congressu. *Deus. Pater.*

Eiusdem in eadem oratione.

Dicetur autẽ Deus, non verbi, sed eius quod videtur. Quomodo enim fuerit Deus eius quod propriè Deus est? quemadmodum etiam pater non eius quod videtur, sed verbi. Erat enim duplex. Quare illud quidem proprié in vtrisque, hoc verò non proprie, sed contra quã in nobis habebit, noster enim proprie quidem Deus est: sed non proprié pater. Et hoc est quod in causa est vt errent Hæretici, nominum coniunctio. Signum autem hoc est quod quando naturæ intelligentia seiũgantur, diuidũtur etiam nomina. Audite Paulum dicentem. Vt Deus Domini nostri Iesu Christi, pater gloriæ, Christi quidem Deus, pater autem gloriæ, etsi enim vtrunque simul vnum, sed non natura. Eorum autem cõgressu & coniunctione quid potest esse notius? Quintum dicatur ipsum accipere vitam, vel iudiciũ, vel hereditatem gentium, vel potestatem accipere dicitur omnis carnis, vel gloriam, vel discipulos, vel quecunque dicuntur. Et hæc sunt humanitatis. *Deus Pater.*

Eiusdem, ex eadem oratione.

Vnus enim Deus, vnus etiam intercessor Dei, & hominum, homo Christus Iesus. Nam nunc etiã vt homo pro mea salute intercedit, quia est cum corpore quod accepit, donec me Deum fecerit, potestate susceptæ humanitatis, etiam si non amplius secundum carnem cognoscatur, carnales dico affectiones, & sine nostro peccato. *1. Tim. 2.*

Eiusdem, ex eadem oratione. *1. Cor. 2.*

An non omnibus manifestum est quòd cognoscit quidem vt Deus, ignorat autem, inquit, vt homo si quis id quod apparet separauerit ab eo quod intelligitur. Esse enim absolutam filij appellationem, & absque relatione, nulla re addita filio, præbet hanc coniecturam, vt ignorantiam existiment. Sed nos eam magis piè humanitati non diuinitati arribuimus.

Sancti Gregorij Episcopi Nysseni, ex oratione Catechetica.

Et quis hoc dicit, quòd carnis circunſcriptione, tanquam vaſe aliquo, infinitas carnis circunſcripta eſt?

Eiuſdem, ex eadem oratione.

Anima vbique. Si autem hominis anima ex naturę neceſſitate corpori commixta, per poteſtatem eſt vbiq; quid neceſſe eſt dicere in natura carnis diuinitatem includi?

Eiuſdem ex eadem oratione.

Quid prohibet quandam diuinę naturæ vnionem & appropinquationem ad humanam naturam cognoſcere: & diuinitatis tamen intelligentiam etiam in ea appropinquatione conſeruare, extra omnem circumſcriptionem credentes eſſe diuinitatem. etiam ſi ſit in hominibus? A

Eiuſdem ex oratione aduerſus Eunomium.

Si autem qui ex Maria quidem natus eſt, cum fratribus diſſerit: vnigenitus autem fratres nō habet quomodo enim inter fratres conſeruaretur eſſe vnigenitum. Et qui dixit. Spiritus deus eſt, idem dicit diſcipulis. Palpate me, vt oſtenderet eſſe palpabilem ſuam naturam humanam, Deum autem tāgi non poſſe, Et qui dixit, Vado, localem deſignat remotionem. Qui autem omnia comprehendit, in quo, ſicut dixit apoſtolus omnia creata ſunt, & in ipſo conſiſtunt omnia nihil in his quæ ſunt extra ſe habet, quod vlla ratione tranſeat, aut moueatur.

Ioan.4. *Luc.24.*

Eiuſdem ex eadem oratione.

Dextera dei exaltatus. Quis ergo eſt exaltatus, humilis, an altiſſimus? Quid eſt autem humile niſi humanitas? Altiſſimus autem, quid eſt aliud niſi diuinitas? Atqui Deus non habet opus vt exalteretur, cum ſit altiſſimus. Apoſtolus ergo dicit humanitatem fuiſſe exaltatam. Exaltatam autem eſſe eo, q̄ Dominus & Chriſtus facta ſit. Non ergo Domini ſubſtantiam, quæ fuit ante ſecula, per hoc verbum oſtendit apoſtolus, ſed humilis in altum euectionem, quæ à dextris Dei facta eſt. Declaratur autem per hoc verbum pietatis myſterium. Qui enim dixit, Dextra Dei exaltatus, apertè detegit arcanam myſterij œconomiam, quòd Dextra Dei quę eſt eorum omnium quæ ſunt effectrix, quę eſt Dominus, per quem omnia facta ſunt, & ſine quo nihil ſubſtitit eorum quæ facta ſunt, ipſa hominem ſibi vnitum ad propriam deduxit altitudinem per vnionem. B

Act.2. *Exaltatus* *Ioan.1.*

Amphiloc. Sancti Amphilochij Epiſcopi Iconij, ex oratione habita, ſuper hoc, Pater meus maior me eſt.

Diſcerne deinceps naturas Dei & hominis, neque enim homo factus eſt quod à Deo exciderit, neque Deus ex homine, quòd profecerit, prouectúsve ſit.

Eiuſdem ex oratione habita ſuper eo, Non poteſt filius quidquam ex ſe facere.

Ioan.26. ianuis clauſis. Poſt reſurrectionem Dominus vtrunque oſtendit, & q̄ corpus eſt eiuſmodi, & quòd id eſt quod reſurrexit. Recordare hiſtoriæ, erant diſcipuli congregati poſt paſſionem & reſurrectionem, & portis clauſis ſtetit in medio eorum Dominus. Neque hoc vnquam fecit ante paſſionem. An non potuit hoc iam olim Chriſtus facere? Deus enim poteſt omnia. Sed non fecit ante paſſionem, ne exiſtimare viſionem aut apparentiam eſſe œconomiam: nec putares eſſe ſpiritalem Chriſti carnē, nec ex cœlis deſcendiſſe, nec alius eſſe ſubſtantiæ quàm ſit noſtra caro Hęc enim omnia nonnulli viſione, & imaginatione concipientes, & per hęc ſe Dominum magni facere putantes, non aduertunt ſe per ipſam euchariſtiam blaſphemare, & falſi veritatem accuſare, vt omittam quòd eſt mendacium omnino à ratione alienum. Si enim aliud corpus accepit, Quid ad meum quod ſalute indiget? Si autem carnem è cœlis deduxit, quid ad meam carnem quę è terra ſumpta eſt? C

Eiuſdem ex eadem oratione.

Propterea ergo non ante ſed poſt paſſionem, portis clauſis ſtetit Dominus in medio diſcipulorum vt ſcias q̄ etiam tuum animale corpus, ſeminatum, ſurgit corpus ſpiritale. Ne autem rurſus exiſtimes aliud eſſe quod ſurgit: cum Thomas reſurrectioni diffideret, oſtendit illi fiſſuras clauorum: oſtendit illi vulnerū veſtigia. An non poterat ſibiipſi mederi, maximè poſt reſurrectionem, qui omnes etiā ante reſurrectionem curauerat? Sed per hoc quidē q̄ clauorū fiſſuras oſtendit, tradit eſſe idem. Per illud autē q̄ clauſis portis ingreditur, oſtendit q̄ non tale. Hoc quidem, vt diuinæ œconomiæ & diſpenſationis modum impleret, eo excitato quod morte erat affectum. Non tale autem, ne rurſus in corruptionem & interitum incideret, nec rurſus mortem obiret.

Non tale.

Beati Theophili Epiſcopi Alexandrini, ex iis quæ ſcripſit aduerſus Origenem.

Theophy. Nec noſtra ſimilitudine, cuius fuit particeps, in naturam diuinitatis mutata, nec eius diuinitate conuerſa in noſtram ſimilitudinem. Manet enim quod erat ab initio, Deus, manet etiam noſtram in ſeipſo ſubſtantiam prępparans.

Eiuſdem ex eodem opere.

Sed enim non quieſcens rurſus blaſphemas, Dei filiū calumnians, & ſic dicēs his verbis. Quemadmodū filius & pater vnū ſunt, ita etiā quā accepit filius, anima, & ipſe, vnū ſunt, neſciens q̄ filius quidē & pater vnū ſunt, propter vnā ſubſtantiā & eandem diuinitatem anima autē, & filius, altera eſt ab altero, ſubſtantia & natura, Si enim quemadmodū pater & filius vnū ſunt, ita etiā anima filij & filius vnū ſunt: erit etiā vnū pater & anima, & dicet etiam aliquando anima filij. Qui vidit me, vidit & patrem. Sed non ita eſt, abſit. Filius enim & pater vnum, quia non ſunt diuerſę qualitates. Anima autem, & filius eſt & natura & ſubſtantia alterum, quandoquidem ipſa quoque per ipſum facta eſt, eſtque D

Ioan.14.

eiuſdem

eiuſdem nobiſcum ſubſtantiæ. Si enim quomodo pater, & filius vnum ſunt, eodem modo & anima, & filius vnum ſunt, vt vult Origenes: erit etiam anima, vt filius, ſplendor gloriæ Dei, & character eius ſubſtantiæ. Atqui hoc fieri non poteſt. Fieri ergo non poteſt vt filius & eius anima vnum ſint, ſicut ipſe & pater vnum ſunt. Et quid faciet rurſus, ſibi ipſi repugnans? Sic enim ſcribit. Non enim vtique perturbata triſtiq́ue anima erat vnigenitus, ettotius creaturæ primogenitus. Deus enim verbum, vt
A quod ſit anima præſtantius, ipſe, inquam, filius dicit. Poteſtatem habeo ponendi eam, & poteſtatem habeo accipiendi eam. Si ergo filius eſt ſua anima præſtantior, ſicut eſſe præſtantiorem, inconfeſſo
.. eſt, quomodo eſt eius anima deo æqualis & in forma ipſius? Si eam enim eſſe dicimus, quæ ſeipſam exinaniit & ſerui formam accepit, quomodo non erit aliorum Hæreticorum propter inſignem impietatem, ſicut annotauimus, longe nobiliſſimus? Si enim in Dei forma eſt verbum, & deo eſt æquale: In forma autem dei eſſe, & Deo æqualem ſeruatoris animam eſſe, is putat qui ſic ſcribere auſus eſt quemadmodum id quod eſt æquale, eſt præſtantius? Quæ enim naturam ſubeunt, eorum quæ ſupra ipſa ſunt præſtantiam teſtantur. *Ioan.10.*

Sancti Ioannis Chriſoſtomi Epiſcopi Conſtantinopolitani, ex oratione quæ habita eſt in magna eccleſia. *Chry.*

.. Dominus quidem tuus hominem in cœlum deduxit. Tu autem ne forum quidem ei impertis, & quid dico in cœlum? etiam in throno regali eum collocauit: tu autem etiam ex vrbe expellis.

Eiuſdem in principio 41 Pſalmi.

.. Non ceſſat Paulus in hodiernum vſque diem dicere. Pro Chriſto intercedimus, tanquam Deo per nos adhortante, pro Chriſto rogamus. Reconciliamini Deo, & non hic quidem conſtitit, ſed de tua *2.Cor.5.*
B natura acceptis primitiis, eam ſupra omnem principatum, & poteſtatem, & virtutem, & omne nomẽ quod nominatur collocauit, non ſolum in hoc ſæculo, ſed etiam in futuro. Quis honor huic æqualis eſſe poteſt? Primitiæ generis noſtri, quod in tot rebus offendit, & ignominia ac dedecore affectum eſt, ſedet in tanta altitudine, & tanto honore fruitur.

Eiuſdem de diuiſione linguarum.

Cogita quale ſit videre noſtram naturam vehi ſupra Cherubin, & omnem poteſtatem eſſe ei circũfuſam. Conſidera autem etiam Pauli ſapientiam: quot nomina conquirit vt Chriſti oſtendat humanitatem? Non enim dixit per ſe & abſolutè gratiam, nec itidem diuitias ſed excellentes diuitias gratię in bonitate.

Eiuſdem, ex oratione dogmatica.

Quia quæ humiliter à Chriſto dicta & facta ſunt, nõ propter potentiæ imbecillitatem, ſed propter varias & multiplices œconomię rationes, & poſt reſurrectionem, cum videret diffidentem diſcipulũ, *Ioan.20.* non recuſauit ipſi & vulnera, & clauorum fixuram oſtendere, & manus contactui cicatrices ſubiicere, & dixit. Scrutare, & vide quòd ſpiritus carnem & oſſa non habet. Et ideo nec à principio, perfectæ *Luc.24.*
,, ætatis hominem ſuſcepit, ſed ſuſtinuit & concipi, & naſci, & lacte nutriri, & tanto tempore in terra
,, verſari, vt & temporis diuturnitate, & aliis omnibus hoc confirmaret.

Eiuſdem aduerſus eos qui dicunt quòd Dęmones res hominum adminiſtrant.

Nihil erat homine vilius: & nihil homine præſtantius, & honeſtius factum eſt. Is erat vltima pars
C creaturæ ratione prędita. Sed pedes caput euaſerunt, & in regalem ſedem deducti ſunt per primitias Sicut enim homo quiſpiam liberalis ac magnificus, cum vidiſſet quendam ex naufragio euaſiſſe, & *Simile.*
ſolum corpus nudum à fluctibus conſeruare potuiſſe, ſupinis eum manibus exceptum ſplendida veſte induit, & ad ſupremum honorem deducit: Deus quoque hoc ipſum in noſtra fecit natura. Homo omnia quæ habebat perdiderat: libertatem, cum Deo conſuetudinem, & quam in paradiſo acceperat conuerſationem, eámque miſera, & calamitoſa vita commutauerat, & tanquam ex naufragio nudus ita illinc exceſſerat. Sed Deus eum exceptum protinus amiciit: & paulatim veluti manu deducẽs, ad cœlum perduxit.

Eiuſdem, ex eadem oratione.

Sed Deus fecit vt lucrum damno maius eſſet: & ad regalem ſedem noſtram naturam perduxit. Et Paulus clamat, dicens. Suſcitauit & conſidere fecit in dextra ſua in cœleſtibus. *Eph.1.*

Eiuſdem, de iis qui paſcha primum ieiunant.

Cœlos aperuit, hoſtes amicos effecit, in cœlum deduxit, ad dextram throni noſtram naturam collocauit, & aliis innumerabilibus nos beneficiis affecit.

Eiuſdem, ex oratione de aſſumptione.

Ad hanc ergo diſtantiam & altitudinem naturam noſtram perduxit. Vide vbi erat inferius poſita, & quo ſurſum aſcendit. Neque inferius deſcendi poterat, quàm quo homo deſcendit, neque ſuperius aſcendi, quàm quo eum rurſus deduxit.

Eiuſdem, ex interpretatione epiſtolæ ad Epheſios.

D Secundum bonam voluntatem, quam propoſuit in ipſo, hoc eſt, quod deſiderabat, hoc peperit. Vt
C ſi quis dixerit, effari myſterium. Quodnam hoc? Quod vult hominem ſuperius collocare, quod etiã factum eſt,

Eiuſdem ex eadem interpretatione.

De hoc dicit Deus, videlicet Domino nostro Iesu Christo, non de Deo verbo.

Eiusdem ex eadem interpretatione.

Et cum essemus mortui peccatis, nos, Christo conuiuificauit. Et rursus, Christus medius, & res fide digna. Si enim principium viuit, & nos etiã: viuificauit & illum, & nos. Vides quòd omnia dicta sunt de eo quod est secundum carnem.

Eiusdem ex Euangelio secundum Ioannem.

Quid enim inducit? Et habitauit, eschynioseu tentoria fixit, in nobis, propemodum dicens, nihil absurdi existimaueris ex eo quod dixi, Factum est. non enim conuersionem & mutationem illius naturæ immutabilis, sed significat inhabitationem, & quasi in tabernaculo mansionem. Quod autẽ in tabernaculo manet aut habitat, non est idem, quod tabernaculum, sed alterum in altero habitat, aliàs non esset in tabernaculo habitatio. Nihil enim in seipso habitat. Aliud autem dixi in substantia. Vnione enim, & coniunctione vnum est Deus verbum, & caro, non confusis nec deletis substantiis, sed quadam ineffabili, & inexplicabili vnione. A

Eiusdem, ex euangelio secundum Mathæum.

Et quemadmodum stans quispiam in confinio duorum à se inuicem distantium, ambabus vtrinq; extensis manibus ea coniunxerit, ita etiam fecit ipse, antiquam nouæ, diuinam naturam humanæ, & quæ sua sunt, nostris conjungens.

Eiusdem de assumptione Christi.

Sicut enim cum duo cominus pugnare incipiunt, quidam alius in medio interiectus, contendentium pugnam & discordiam componit, ita etiam fecit Christus. Nobis succensebat, vt Deus: nos autem illius iram contemnebamus, benignum Dominum auersantes, & medium seipsum iniiciens Christus, vtranque naturam ad amicitiam reduxit, & quod erat nobis à patre impositum supplicium sustinuit.

Eiusdem, ex eadem oratione.

Medius Chri. Obtulit ergo patri nostræ naturæ primitias, & munus ipse pater admiratus est, & propter maximum eius qui obtulit meritum, & quod id quod oblatum est, esset ab omni vitio & reprehensione alienũ ipsum itaque suis manibus excepit, & propriæ sedis particeps esse fecit. Et quod magis est, ipsum in suæ dextræ parte collocauit. Agnoscamus ergo quis ille est qui audiit, Sede à dextis meis, Quæ erat illa natura cui dixit. Terra es, & in terram reuerteris. B

Eiusdem paulo post.

Psal.109. Gen.3. Qua vtar oratione, quibus verbis eloquar nescio. Putrida natura, natura vilis, & abiecta, quæ omnibus minor ac inferior euaserat, omnia vicit, omnia superauit, hodie quæ omnibus esset superior digna habita est, hodie accepit quod longo tempore desiderarunt Angeli, hodie Archangeli eorum quæ valde desiderabantur spectatores esse potuerunt, & naturam nostram in throno Regis immortalitatis gloria refulgentem contemplati sunt.

Sancti Flauiani Episcopi Antiocheni ex Euangelio secundum Lucam. 35.

Flauian. In omnibus nobis Dominus describit pietatis characterem, & variæ nostræ naturæ ostendit vias salutis, multásque & euidentes præbet nobis demonstrationes corporalis sui aduentus, & diuinitatis, quæ per corpus operatur. De vtrisque enim suis voluit naturis fidem facere, eásque comprobare.

Eiusdem in Theophania.

Quis verè loquetur potentias domini, auditas faciet omnes laudationes eius? Quis illius in nos beneficij magnitudinem verbis expresserit? Humana natura diuinitati coniungitur, vtraque in se natura manente. C

Cyrilli Episcopi Hierosolimitani, ex catechetica quarta oratione de decem dogmatibus de generatione ex virgine. 44.

Cyrill. Crede autem quòd hic vnigenitus Dei filius, propter peccata nostra ex cœlis in terrã descendit, similibus affectionibus obnoxia hac nostra suscepta natura, & generatus ex sancta virgine, & sancto spiritu, incarnatione, non per visionem aut apparitionem, sed re vera facta, neque tanquam per carnalem, aut tubum per virginem transmissus, sed verè ex ipsa incarnatus, qui verè comedit sicut & nos & lacte ab ipsa verè nutritus est. Si enim in visione, aut imaginatione esset humanæ naturæ susceptio, visum quoque & phantasma esset Salus. Duplex erat Christus: homo quidẽ id quod videbatur, Deus autem quod non apparebat: comedens quidem vt homo verè, vt nos: habebat enim carnis nobis similes affectiones: quinque autem panibus nutriens quinque millia virorum, vt Deus, moriens quidem verè vt homo: quatriduanum autem cadauer suscitans, vt Deus, dormiens in naui, vt homo, & ambulans super aquas, vt Deus.

Antiochi Episcopi Ptolemaidis.

Antioch. Ne confundas naturas, & circa œconomiam minimé ostupesces.

Sancti Hilarij Episcopi & confessoris in nono libro de fide sua.

Hilarii. Suam vitam non verè nouit, qui Iesum Christum, vt verum Deum, ita etiam verum hominem nescit. Res enim in eodem periculo versatur, si Christum Iesum, & spiritum Deum, vel carnem corporis nostri negemus. Quicunque ergo me confessus fuerit coram hominibus, & ego quoque confitebor ipsum coram patre meo qui est in cœlis. Quicunq; autem negauerit me corã hominibus, & ego negabo eũ corã patre meo qui est in cœlis. Hæc dicebat caro verbum factũ, & homo Iesus Christus Dominus E D

minus gloriæ docebat ad ſalutem eccleſiæ, ipſe interceſſor exiſtens in ipſo myſterio, per quod fuit Deo & hominibus interceſſor, vtrunque ſimul vnus exiſtens ex duabus in eodem vnitis naturis. Vnũ & idem exiſtens per vtranque naturam, ſed ſic vt in vtroque, neutro eorum orbatus aut viduatus eſſet ne vtique ceſſaret Deus eſſe, dum homo naſcitur, vel rurſus homo non eſſet, quòd Deus permaneret. Hæc eſt ergo beatitudo veræ fidei quæ eſt in hominibus, Deũ quidẽ & hominẽ prædicare, carnẽ autẽ & verbum confiteri, & Deũ quidẽ ſcire ꝙ etiam homo ſit, & carnẽ non ignorare quòd etiã ſit verbũ.

Eiuſdem in eodem libro.

A Ex virgine itaque natus homo Deus vnigenitus, & adimpleto tempore vt homo ſibi in Deum proueheretur effecturus, hunc ordinem ſeruauit in omnibus, quæ dicuntur in Euangeliis, vt ſe quidem eſſe Dei filium credi doceret, & filium hominis prædicare admoneret, eo quidem quòd homo eſſet, omnia loquens, & faciens quæ ſunt hominis: ita tamen vt eo ipſo qui eſt in altero genere ſermone nunquã loquatur, niſi etiã eo ipſo ſignificet ſe eſſe Deum, & hominẽ. Simpliciores ergo, & ignorãtes ineſcandi fuit hæreticis occaſio ac prætextus, ꝙ quæ ab illo ſecundũ humanitatẽ dicta ſunt mentientes, dicant quòd ſecundũ diuinæ naturæ imbecillitatẽ dicta ſint: & quoniam vnus, & idem eſt qui omnia loquebatur quæcunq; locutus eſt, ipſi contendant ipſum omnia de ſe dixiſſe, neque nos negamus omnia eius verba ac dicta eſſe propriè eius naturæ: Sed quia vnus Chriſtus homo & Deus, & neque homo tunc primum, Deus, neque quando homo tunc non erat etiã Deus, & neque poſt hominẽ in Domino, non etiã verbum homo, & verbum Deus: neceſſe eſt vnũ & idem eſſe myſteriũ eorum quæ ab eo dicta ſunt, quod etiã fuit natiuitatis, & quando in ipſo pro tempore hominem à Deo diuidis, tunc etiã quæ dei ſunt, & quæ hominis verba diuide, & quando Deum & hominẽ cõfiteris in tempore, Dei quoque & hominis verba diſcerne. Quando autem Dei & hominis, & rurſus hominis omnino, & Dei omnino tẽpus cogitas, ſi quid eiuſmodi dictũ eſt ad illud tempus ſignificandũ, tẽpori quæ dicta ſunt accommoda. Et quoniam aliud eſt ante hominẽ Deus, aliud autem rurſus homo, & Deus, & aliud poſt hominẽ, & Deum, totus homo & totus Deus, ne iis quæ dicũtur & quæ facta ſunt confundas diuinæ œconomiæ myſterium. Neceſſe eſt enim, pro qualitate generum & naturarũ, aliũ
B quidem fuiſſe ipſorum ſermonẽ, cum nondum eſſet myſterium humanæ eius natiuitatis, alium autẽ, cum adhuc ad mortem tenderet: alium cum iam eſſet æternus. Oſtendens ergo omnia, hæc quidem vt Chriſtus Ieſus, & natus homo noſtri corporis, pro noſtræ naturæ conſuetudine locutus eſt, hæc verò vt Deus, quòd Deus eſſet. Si enim etiam in natiuitate, & paſſione, & morte, ea quæ ſunt noſtræ naturæ peregit, hæc tamen omnia ſuæ naturæ potentia perfecit.

Eiuſdem in eadem oratione.

Vides ita Deum & hominem eſſe confeſſum, vt mors quidem homini, Deo autem carnis reſurrectio adſcribatur. Dei quidẽ naturã in reſurrectionis potentia cogita: humanitatis autem œconomiã, in morte cognoſces, & quoniam vtraq; propriis naturis facta ſunt, fac vnius Ieſu Chriſti illius recorderis, qui eſt vtrunque. Hæc autem ideo paucis oſtendi, vt vtranque naturam eſſe in Domino noſtro Ieſu Chriſto meminerimus. Qui enim erat in Dei forma, ſerui formam accepit.

Eiuſdem ex Epiſtola ad Bluſiam, Sanctiſſimi epiſcopi Auguſtini 38.

Nunc autem hic inter Deum & hominem interceſſor apparuit, vt ipſe in perſonę vnione vtranque AUGV.
C naturam coniungeret, & mores veris auctur us, & vera moribus temperaturus.

Eiuſdem de, expoſitione Euangelij ſecundum Ioannem.

Quid ergo Hæretice, quandoquidem Chriſtus Deus eſt & homo. Sed ſi quidem vt homo, Deum autem calumniaris, ille in ſeipſo humanam naturam extollit, tu autem audes illius diuinitatem vilipendere.

Eiuſdem de expoſitione fidei.

Noſtrum enim eſt credere, illius autem ſcire. & ita ipſe Deus verbum, cum quidquid eſt hominis ſuſceperit, homo ſit, & qui adſumptus homo eſt, cum id totum ſuſceperit quod Deus eſt, non aliud ſit quàm quod Deus. Nec quoniam incarnatus & mixtus eſſe dicitur, diminutam eius ſubſtantiam eſſe exiſtimandum eſt. Scit Deus ſeipſum miſcere abſque propria corruptione & interitu, & verè quidem miſcetur, ita autem nouit in ſe ſuſcipere, vt nihil ei additamenti creſceret. Vt ipſe nouit, ſeipſum totum infudit, ita vt nulla ei diminutio eueniret. Ne ergo ex noſtra imbecillitate iudicantes, & ex ſenſilibus experientiæ doctrinis conjectantes, quemadmodum creaturæ ex æquo inter ſe miſcentur, Deum & hominem commixtum eſſe putemus, nec verbum carnem fuiſſe confuſum, & tanquam aliquod ex eis corpus factum eſſe credamus, ne forte inſtar eorum quæ confunduntur, duas naturas in vnam ſubſtantiam deductas eſſe exiſtimemus. Eiuſmodi enim mixtio, eſt vtriuſque partis corruptio & interitus. Chriſtus autem continens, ſed non contentus, ſcrutans non ſcrutatus,
D implens non impletus, vbique totus ſimul exiſtens, & per vniuerſum ſimul procedens, vt ſuam infunderet potentiam, vt pote miſericors, humanæ naturæ mixtus eſt: non tamen hominis natura diuinæ commixta eſt.

Seueriani Epiſcopi Gabalarum, De natiuitate Chriſti.

O verè cœleſte & terreſtre myſterium, quod videtur, & non apparet. Talis enim quoque Chriſtus natus. cœleſtis, & terreſtis. qui continebar, & non continebatur. qui videbatur, & ſub viſum non cadebat. Cœleſtis, ſecundum naturam diuinitatis, terreſtris, ſecundum naturam humanitatis. Vide-

batur ſecundum carnem, non videbatur ſecundum ſpiritum, & continebatur quo ad corpus, quantum autem ad verbum attinet, contineri non poterat.

Atti. Attici Epiſcopi Conſtantinopolitani, ex epiſtola ad Eupſychium.

Quid ergo oportuit facere ſapientiſſimum? Adſumptæ carnis interceſſione, & Dei verbi ex Maria genito homini vnione, fit vtrunque, vt qui ex vtrisque vnitus erat Chriſtus, diuinitate quidem diſponens, in ſua impatibilis naturæ maneret authoritate, cum carne autem morte conuerſans, ſimul quidem & carni cum qua generis affinitate iunctus erat, ſe mortem per mortem deſpicere oſtenderet, & ſimul etiam noui teſtamenti iura morte confirmaret. A

Cyrill. Cyrilli Epiſcopi Alexandrini, ex epiſtola ad Neſtorium.

Et quòd diuerſæ quidem naturæ in vnam veram vnionem collocatæ ſunt, vnus autem ex ambabus Deus & filius, non tanquam naturarum differentia propter vnionem ſublata.

Eiuſdem ex epiſtola ad Orientales.

Duarum enim naturarum vnio facta eſt. Quare vnum Chriſtũ, vnum filium, vnum Dominum, confitemur per hanc inconfuſæ vnionis intelligentiam. Confitemur Sanctã virginem Deiparam, & Dei verbum incarnatum, & homo factum, ex eius conceptione templum ex ipſa factum ſibi vnierit.

Eiuſdem.

Vnus enim Dominus Ieſus Chriſtus, etiamſi naturarum non ignoretur differentia, ex quibus ineffabilem vnionem factam eſſe dicimus.

Eiuſdem.

Laudantes ergo, vt dixi, modum incarnationis, videmus duas naturas inter ſe inuicem conueniſſe vnione inſeparabili, abſque vlla confuſione, & diuiſione. Caro enim caro eſt, & non diuinitas, etiãſi Dei caro facta ſit. Similiter autem etiam verbum Deus eſt, & non caro, etiam ſi certo ſuę œconomię conſilio propriam carnem fecerit.

Eiuſdem, ex interpretatione epiſtolæ ad Hebræos.

Si enim etiam diuerſæ, & inter ſe inæquales, eorum quæ ad vnionem concurrerunt, naturæ, carnis, B
inquam, cogitentur & Dei, vnus tamen eſt qui ex vtriſque conſtat filius.

Eiuſdem, in interpretatione eiuſdem epiſtolæ.

Etſi enim forte dicatur vnigenitum Dei verbum eſſe carni in ſubſtantia vnitum, non dicimus vllam fuiſſe factam naturarum inter ſe confuſionem, ſed vtranque potius id extitiſſe quod eſt.

Eiuſdem de ſcholiis.

Homo de Homo nominatus eſt, licet ſecundũ naturã Deus eſſet, quod ex virgine natũ eſt verbũ vt quod ſimiliter a nobis fuit carnis & ſanguinis particeps. Ita enim viſus eſt iis, qui in terra erant, & non dimiſit quidem quod erat, ſed noſtram humanitatem adſumpſit, quæ ſe perfectè habet, propria ratio.

Eiuſdem, de incarnatione.

Vnus ergo eſt etiam ante incarnationem verus Deus: & manens in humanitate, quod erat, eſt, & [illegible]. Non eſt ergo diuidendus vnus Dominus Ieſus Chriſtus ſeorſum in hominem, & ſeorſum in Deum. ſed vnum & eundem Chriſtum Ieſum eſſe dicimus, ſcientes naturarum differentiam, & eas inter ſe inconfuſas ſeruantes.

Eiuſdem poſt alia.

Intellige enim omnino vt alterum, quod in altero habitat, Hoc eſt, diuina natura in humanitate: & nec vllam commixtionem, nec concretionem, nec tranſlationem paſſa fuit quod non erat. Quod enim in altero dicitur habitare, non eſt id quod eſt, in quo habitat. Intelligitur enim potius alterum C
in altero. Sed in natura verbi & humanitatis, nobis ſolam differentiam ſignificat. Vnus enim Chriſtus ex ambobus intelligitur. Hoc ergo pulchrè conſeruans, quòd nulla ſit confuſio, dicit verbum in nobis habitaſſe. Vnum enim filium nouit vnigenitum, qui caro factus eſt, & naturam humanam ſuſcepit. Audiniſti, O vir egregie, magna orbis lumina, & eorum doctrinæ radios intuitus es. & exactè diciſti quòd non ſolum poſt natiuitatem, ſed etiam poſt ſalutiferam paſsionem, & reſurrectionem, & aſcenſionem, inconfuſam diuinitatis & humanitatis vnionem oſtenderunt.

E R. Non exiſtimabam eos diuidere naturas poſt vnionem: ſed diuiſionem inueniri infinitam.

Apollina. O R. Inſani eſt & nimium temerarij hominis aduerſus viros illos inſignes fideiq; principes linguã mouere. Vt autem ſcias quòd etiam Apollinaris dicit inconfuſam fuiſſe vnionem, eius quoque tibi verba afferam. Audi ergo eum dicentem,

Apollinaris, ex libro compendiario.

Vnitur ergo Deus & corpus adorandus opifex ſapientia, & qui eſt æterna potentia. hæc ex diuinitate. filius Mariæ vltimo tempore natus. adoro Deum. Sapientia proficiens, virtute confirmatus. hæc ex corpore. Pro peccato quidem paſsio & maledictum proceſsit. Sed non præteribit, neque in incorporeum mutabitur.

Homines. Et rurſus paulo poſt.

Homines autem ſunt eiuſdem ſubſtantiæ cum animalibus ratione carentibus, quod ad corpus attinet quod caret ratione. alius autem ſunt ſubſtantiæ, quatenus ſunt ratione pręditi. Ita etiam Deus D
cum. ſit eiuſdem ſubſtantiæ cum hominibus, quod ad carnem attinet, eſt alius ſubſtantiæ, quatenus eſt verbum & homo. Alibi autem ſic dicit. Eorum quæ commiſcentur, qualitates miſcentur, non intereunt. Quo fit vt etiam nonnulla à commixtis ſeparentur, ſicut vinum ab aqua, nec comixtionem

cum

cum corpore, nec qualis est corporum cum corporibus, sed quæ est etiam absque commixtione, ita vt prout oportuerit, semper diuinitatis operatio, vel sit seorsum, vel admisceatur: quemadmodũ vsu venit in ieiunio Domini. admixta quidem diuinitate, quòd ea nullius egeat, arcebatur fames. cum autem non opponeret indigentiæ suam nullius rei indigentiam, exorta est fames ad Diaboli confusionẽ. Si autem corporũ mixtio nequaquã mutata est, quanto magis diuinitatis? Et in alio etiã loco hęc dicit. Si ignis cũ ferro cõmixtio, quæ ferrum ita ostendit, vt etiam ea faciat quæ sunt ignis, eius naturam non mutat: nec Dei cum corpore vnio, est mutatio corporis. Atqui corpore diuinas præbente operationes iis qui possunt attingere, eis rursus coniungit. Si homo habet animam & corpus, eáque manent in vnione: multo magis Christus habens diuinitatem cum corpore, habet vtraque permanentia, & non confusa. *Ieiunium. Ferrum ignitum.*

Et rursus paulo post.

Est enim humana diuinę operationis particeps, quoad licet: est autem alia, vt minima à maxima. Et homo quidem seruus Dei est. Deus autem non est seruus hominis, nec suus. & ille quidem Dei est creatura: hic verò nec hominis, nec sui ipsius est creatura.

Et paulo post.

Si secundum diuinitatem in Christo accipit quispiam hoc, Qui videt patrem, & ipse fecit: & non secundum carnẽ, per quam qui est incarnatus, seorsum est ac separatim à patre non incarnato: diuidit duas diuinas operationes, sed non diuiditur. non dicit ergo diuinitatem. Deinde rursus hæc quoque posuit. Sicut homo non est expers rationis, addita ratione rationis vacuitati, ita nec Seruator est creatura, increato Deo creatura addita. Eis autem hæc quoq; adiungit. Quod sub aspectum nõ cadit, & est cõpositum, ideóq; aspicitur, manet etiam non aspectabile, manet autem etiam incompositũ, quatenus non vnà circunscribitur cum corpore, manensq; in sua mensura corpus adsumit cum Deo vnionem eo quod viuificetur, neque viuificatum viuificat. *Seruus Creatura Creatura Anima cũ corp.*

Et paulo post, sic rursus dixit.

Si ne animæ quidem cum corpore commixtio, licet ab initio concreuerit & coaluerit, efficit vt ea per corpus cerni possit, nec eam in alias corporis proprietates commutat & conuertit, vt id scilicet vel secetur, vel diminuatur: quanto magis Deus, qui non est cum corpore congenitus & coalitus, vnitur corpori immutabiliter? & si corpus hominis manet in propria natura, idque animatum: neque in Christo commixtio immutauit corpus, vt non esset corpus.

Et post plurima, hæc rursus posuit.

Qui animam & corpus confitetur, tanquam vnũ, à scriptura statui, sibiipsi repugnat, vt qui quam dicit verbi cum corpore vnionem esse mutationem, nec in anima dicat considerari. Audi eum rursus aperte clamantem. Si qui carnem Domini dicunt non remanere, sunt impij: multo magis qui nec ab initio quidem incarnatum fuisse confitentur.

Et in libello de incarnatione rursus hæc scripsit.

Illud ergo, Sede à dextris meis, dicit tanquam ad hominem. Neque enim ei qui semper sedet in throno gloriæ, quatenus Deus verbum, dictum est, post ascensionem è terra: sed ei qui nunc in cœlestem gloriam fuit exaltatus, quatenus homo, vt dicunt Apostoli. Non enim Dauid in cœlos ascendit. Ipse autem dicit. Dixit Dominus Domino meo sede à dextris meis. Humanũ quidem iussum, quod dat sessioni principium, sed diuina est authoritas, & dignitas, cum Deo considere, cui ministrãt mille millia, & quem innumerabiles circunsistunt myriades.

Et paulo post.

Non enim tanquam Deo subiicit inimicos, sed tanquam homini, vt idem sit & Deus qui videtur, & homo. Quod autem tanquam homini dicitur illud, Donec ponam inimicos tuos scabellum pedũ tuorum, docet Paulus, proprium eius factum esse, dicens videlicet quod attinet ad diuinitatem, & actus naturam, quatenus ipse potest etiam sibi omnia subiicere. Vide inseparabilem in vna persona diuinitatem & humanitatem. *Act. 2.*

Et post quædam alia pauca.

Glorifica me tu apud teipsum, gloria quam habebam apud te, antequam mundus esset apud te. Illud enim Glorifica, dicit vt homo, se autem habuisse gloriam ante sæcula, vt Deus reuelat.

Et rursus paulo post.

Sed nos ne humiles abiectique reddamur, humilem abiectámque existimantes filij Dei adorationẽ etiam cum humana similitudine, sed tanquam regem aliquem, qui vel in vili veste apparuerit, regia gloria, & honore afficientes, & maxime cum videamus ipsum quoque indumentum gloriã & honore affectum, vt conueniebat corpori, Dei, & Seruatori mundi, & vitæ æternæ semini, & diuinarum actionum instrumento, qui omne vitium sustulit, & mortem peremit, & resurrectionis author fuit, & princeps. Etenim etsi naturam habuit ex hominibus, sed vitam ex deo habuit, & potestatem ex cœlo diuinámque virtutem. *Ioan. 17.*

Et paulo post.

Vnde nos corpus adoramus, vt verbũ: corporis sumus participes, vt spiritus. Ecce tibi eum, qui primus naturarum confusionem inuexit, ipsum quoque diuisione vti aperte ostensum est. Is corpus & vestem, & creaturam, & instrumentum appellauit. Quin etiam seruum quoque & mancipium vo-

cauit, quod nullus noſtrum vnquàm dicere auſus eſt. Hoc etiam dixit dignatum eſſe ſeſſione à dextris & alia etiam plurima, quæ à vana veſtra hæreſi eiiciuntur.

E R. Et quamobrem, qui primum commixtionem & confuſionem induxit, tantam verbis ſuis diuiſionem ſtatuit?

O R. Cogit vis veritatis, eos etiam, qui ei valde repugnant, iis quæ ab ipſa dicuntur aſſentiri. Sed ſi tibi videtur, id etiam quod de impatibilitate Domini dicitur agitemus.

E R. Scis etiam Muſicos ſolere chordas quieti tradere, eáſque remittere, paxillos circumagentes. Quòd ſi ea etiam quæ anima & ratione carent penitus, aliqua quiete indigent, nihil vtique à ratione alienum ab ſurdúmve fecerimus qui ſumus animæ & rationis participes, ſi viribus laborem metiamur. Differamus ergo in craſtinum.

O R. Diuinus quidem Dauid iubet nos die & nocte diuina eloquia meditari. fiat tamen vt dixiſti, & in craſtinum reſeruemus eorum quæ reſtant inquiſitionem.

Finis Secundi Dialogi.

IMPATIBILIS DIALOGVS TERTIVS.

ORTHODOXVS ET ERANISTES.

ORTH.

QVOD DEVS quidem Verbum, ſit immutabilis, & homo factus ſit, non in carnem conuerſus, ſed humana perfectè accepta natura, in iis quæ antea fuerunt examinata oſtendimus. Quòd autem etiam poſt vnionem manſit qualis erat, ab interitu & corruptione alienus, immutabilis, & qui circunſcribi non poteſt, & quòd quam accepit naturam integram conſeruauit, nos docet apertè ſacra ſcriptura. Quinetiam eccleſiarum doctores, & orbis terrarum lumina, nos id docuerunt. Reſtat ergo nobis vt de paſsione verba faciamus, quod eſt nobis propoſitum. Id autem erit longe vtilis ſimum, vt quod nobis diuina fluenta obtulerit.

E R. Hanc ego quoque valde vtilem diſputationem exiſtimo, ſed à nobis prius inſtitutum ordinem non ſeruabo verum ipſe interrogabo.

O R. Ego autem reſpondebo, nec ordinis mutationem formidabo. Veritatis enim patronus, non ſolum inter rogans, ſed etiam interrogatus, veritatis robur obtinet. Roga ergo vt volueris.

E R. Quem dicis paſſionem ſuſtinuiſſe? O R. Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum. E R. Homo ergo nobis ſalutem præbuit. O R. Hominem enim eſſe Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum confeſſi ſumus ſolum. E R. Nunc defini quid Chriſtum eſſe credis. O R. Filium Dei viuentis, qui homo factus eſt. E R. Dei autem filius, Deus? O R. Deus, eandem habens ſubſtantiam cũ Deo qui genuit. E R. Deus ergo paſsionem ſuſtinuit. O R. Si incorporeus cruci affixus eſt, diuinitati paſsionem tribue. Sin autem carne adſumpta homo factus eſt, cur id quidem, quod eſt patibile, impatibile eſſe ſinis, quod autem eſt impatibile, paſsioni ſubiicis? E R. Sed ideo carnem adſumpſit, vt per patibile, id quod eſt impatibile, paſsionem ſuſtineret. O R. Impatibile dicis, & ipſi paſsionem tribuis.

E R. Dixi eum accepiſſe carnem, vt pateretur. O R. Si ea fuit eius natura, vt poſſet paſsionem ſuſcipere: & id etiam ſine carne pati potuiſſet: erat ergo caro ſuperuacanea. E R. Diuina natura eſt immortalis, carnis autem, mortalis. Itaque immortalis mortali vnita eſt, vt per illam mortem guſtaret.

O R. Quod eſt natura immortale, ne ſi mortali quidem coniungatur, mortem ſubit, & hoc eſt facile cognoſcere. E R. Hoc oſtende & ſolue dubitationẽ. O R. Dicis humanã animã immortalẽ, an mortalem? E R. Immortalẽ. O R. Corpus autẽ, mortale? an immortale E R. Mortale ſcilicet. O R. Ex his autem nãſuris dicimus ne conſtare hominem? E R. Ita dicimus. O R. Immortale ergo mortali cõiunctum eſt. E R. Verum. O R. Sed coniunctione ſeu vnione diſſoluta, quod mortale quidem eſt, ſuſcipit mortis terminum: manet autem anima immortalis, quanuis peccatum mortem introduxerit. An non mortem ſupplicium eſſe putas? E R. Hoc diuina docet ſcriptura. Ab ea enim diſcimus, quòd cum Deus Adæ prohibuiſſet ne cognitionis arboris eſſet particeps, ſubiunxit, Qua autem die ex ipſo comederis, morte moriemini. O R. Mors ergo eorum qui peccarunt pœna eſt. E R. In confeſſo eſt. O R. Quænam ergo cauſa eſt, quòd cum corpus, & anima ſimul peccarunt, ſolum corpus ſubit mortis ſupplicium? E R. Ipſum enim lignum male aſpexit, & manus extendit, & fructum vetitum diripuit, ipſúmque rurſus os dentibus hoc comminuit, & molaribus Læuigauit: portò autẽ cũ Oeſophagus ſeu gula id ſuſcepiſſet, trãſmiſit ad vẽtriculũ. Ille autẽ conuerſum & immutatũ iecori tradidit. Iecur autẽ quod accepit id mutauit in naturã ſanguinis, & venæ cauæ tradidit. Illa autẽ venis quæ proxime cohærẽt. Illæ verò per alias corpori. & ita ad omne corpus peruaſit pœna cibi prohibiti. Iure ergo ſolũ corpus pro peccato ſuppliciũ ſubiit. O R. Nobis naturaliter de nutrimẽto diſſeruiſti, & per quot partes procedẽs, & quot mutationes ſuſcipiẽs, cõuertitur in naturam corporis. Sed illud quidem certè non potuiſti perſpicere, quòd ſine anima nihil eorum quæ dicta ſunt corpus efficit. A coniuncta enim anima derelictũ, iacet vocis, & reſpirationis expers, mutumque & immobile, & neq; oculus videt, aut benè, aut malè, neq; aures vocũ ſonũ admittũt, manus nõ mouẽtur: pedes nõ ingrediũtur, & eſt ſimile inſtrumento cui deeſt muſicus. Quomodo ergo dixiſti corpus ſolũ peccaſſe,

casse,quod sine anima ne potest quidem omnino respirare?E R.Corpus quidem vitam ab anima accipit,sed damnosam peccati possessionem animæ conciliat.O R.Quonam modo?
E R.Per oculos quidem,efficit vt malé videat,per aures autem vt audiat ea quæ non est vtile, & per linguam,vt loquatur quæ damnum atque adeò exitium afferunt,& per alias partes, ea quæ nefas est facere.O R T H.Surdi nobis,vt videtur beati existimandi sunt,quique visu orbati , & aliis partibus
A priuati sunt.Neque enim eorum animæ vllam ex corporis improbitate omnino iacturam sentiunt. Cur autem,ô sapientissime,vituperandorum quidem corporis ministeriorum meministi, quæ sunt autem vel magna laude digna prætermisisti?Licet enim & amicé,& benigné intueri, & compunctionis lachrymam abstergere,diuináque audire eloquia,& egenti & roganti aurem præbere, linguáque creatorem celebrare,& proximum docere quæ opus est,manúsque porrigere ad misericordiam, & vt semel dicam,ad omnem virtutem assequendam vti partibus corporis.E R.Vera hæc sunt.
O R T H.Est ergo proprium animæ,& corporis,& leges seruare,easdémque transgredi. E R. Commune.O R T H.Mihi videtur vtrique præesse anima,vt quæ ante corpus vtatur ratiocinatione.
E R. Quomodo hoc dicis?O R. Mens primum virtutem vel vitium describit , ac delineat, & ea ita formet,vtens quidem instrumentis partibus corporis,coloribus autem & materiis,iis quæ ad vtrumuis conferunt.E R.Videtur.O R.Si ergo peccat vnà cum corpore,vel potius peccato imperat:vt animal enim regeret,& id perinde,ac auriga currum,gubernaret,eius fidei creditum est:cur si peccati est
B socia,non partem quoque habebit supplicij.E R. Et quomodo fieri posset, vt quæ est immortalis ei mors obueniret? O R T H. Iustum tamen erat,vt quæ peccati fuit particeps,esset quoque particeps supplicij.E R.Iustum.O R.Non fuit autem particeps.E R.Nequaquam. O R. In futura autem vita simul cum corpore tradetur gehennæ.

Anima præest.

E R.Ita dixit.Ne timete eos qui occidunt corpus,animam autem non possunt occidere. Sed magis eum timete,qui animam & corpus post perdere in gehenna. *Mat.10.*
O R. Ergo in hac quidem vita effugit mortem,vt quæ sit immortalis.In illa autem vita dabit pœnas, non mortem quidem subiens,sed in vita punita.E R.Hoc etiam docet sacra scriptura.
O R.Fieri ergo non potest,vt mortem subeat natura immortalis E R.Ita visum est.
O R Quomodo ergo dicitis Deum verbum mortem gustasse?Si enim quod immortale creatum est, visum est fieri non posse mortale:quomodo fieri potest,vt qui non creatus, & ab æterno est immortalis,quique mortalium & immortalium naturarum est effector,sit mortis particeps?
E R. Scimus nos quoque eius immortalem naturam,carne autem ipsum dicimus mortis fuisse participem. O R.Sed nos aperté ostendimus nullo modo posse mortis esse particeps,quod est natura immortale. Neque enim anima quę vna cum corpore creata,eique coniuncta est,& cum eo peccati fuit
C particeps,potuit cum eo mortis habere societatem,propter solam naturę immortalitatem Hoc ipsũ autem etiam aliter consideremus.E R.Nihil vetat quò minus omnem moueamus lapidem, vt veram inueniamus O R. Sic ergo queramus.Virtutis & vitij dicimus ne esse aliquos magistros, aliquos autem eorum ipsorum Discipulos?E R A N.Dicimus.O R.Virtutis autem magistrum,maiori ne mercede ac remuneratione dignum esse dicimus?E R.Maximé.

Diabolus vitii Magister.

O R. Similiter autem vitij magistrum dupla ne ac tripla pœna dignum?E R.Verum.
O R.Diabolus autem quo in loco ponendus est?Magistrum ne esse dicimus,an discipulum?
D E R.Magistrorum quidem magistrum.Ipse enim omnis vitij & iniquitatis est & pater & magister.

Discipuli primi homines.

O R. Quinam ergo homines fuerunt primi eius Discipuli?E R.Adam & Eua.
O R.In quósnam autem lata est mortis sententia?E R.In Adam & vniuersum genus illius.
O R. Discipuli ergo pœnas dederunt eo quòd malè docti sunt.Magistrum autem , quem nuper duplo ac triplo supplicio dignum esse dicimus,etiam pœnam effugere consentaneum est.E R.Videtur
O R.Et tamen quanuis hæc ita facta sint,iustum iudicem & scimus & nominamus.E R.Maximé.
O R. Cur ergo cum sit iustus,non exegit ab illo rationem malæ suæ doctrinæ?
E R.Illi quidem nullo vnquam tempore extinguendam gehennæ flammam construxit. Ite, inquit, maledicti in ignem æternum,qui paratus est Diabolo, & angelis eius Hic autem ea de causa nõ fuit cum suis discipulis mortis particeps,vt qui naturam haberet immortalem. *Mat.25.*
O R.Neq; ergo,qui maxima crimina perpetrarunt,existimantur posse esse mortis participes, si naturã
D habeant immortalem.E R A N. In confesso est.O R.Si ergo ne ipse quidem vitij inuentor & magister,mortis particeps effectus est,propter immortalitatem naturę,quomodo non horretis, dicentes ipsum immortalitatis & iustitiæ fontem,mortem obiisse?
E R.Si quidem eum inuitum mortem subiisse diceremus,aliquem fortasse iustum prętextum haberet vestra nostri accusatio.Si autem passio spontanea,& mors voluntaria à nobis predicatur:non nos accusandi,sed laudanda est eius insignis humanitas. Lubens enim passus est , & volens mortem obiit.
O R. Diuinam,vt est veri simile,naturam penitus ignoratis.Dominus Deus nihil vult eorum, quæ non sibi suapte natura insunt,potest autem quæcunque vult,vult autem quæ sunt suæ naturæ apta & conuenientia.
E R. Nos dicimus omnia esse Deo possibilia.
O R. Indefinitè enuntians,ea quoque cõprehendis quæ diabolo conueniunt.Qui enim absolutè dixit,omnia,& quæ bona sunt,& quę his contraria,simul dixit.

Eran.

ERAN. Beatus ergo Iob non dixit absolutè. Scio quòd omnia potes, & nihil est tibi impossibile.
Iob.10. OR. Si legeris quæ à iusto antea dicta sunt, horum quoque scopum & institutum ex illis inuenies. Sic autem dicebat Memento quòd lutum me formasti, in terram autem me rursus conuertis, an non sicut lac me mulsisti, coagulasti autem tanquam caseum, pelle & carne induisti me, ossibus autem & neruis compegisti me, vitam autem & misericordiam posuisti apud me, Visitatio autem tua seruabat spiritum meum His subiungit. Hæc habens in me ipso, scio quòd omnia potes, & nihil est tibi impossibile. Quæcunque ergo his conueniunt, & à corruptione & interitu alienam decent naturã, posse dicit vniuersorum Deum, ER. Nihil non potest qui omnia potest Deus. OR. Et peccare ergo po- A
Operis multa non potest. test qui omnia potest Deus, vt tu quidem definis. ER. Nullo modo. ORTH. Quare? ER. Quoniã non vult. ORTH. Qua de causa autem non vult? ER. Quoniam ab eius natura alienũ est peccare.
OR. Multa ergo non potest, multa sunt enim peccatorum genera. ER. Nihil horum est eiusmodi, vt ea Deus vel velit vel possit. ORTH. Sed nec illa quæ sunt diuinæ naturæ contraria. ER. Quenã hęc?
OR. Quemadmodum intelligentem & veram lucem Deum esse didicimus. ER. Verè. OR. Sed nec ipsum esse tenebras dixerimus aut posse, aut velle. ERAN. Nequaquam. ORTH. Rursus inuisibilem eius naturam dicit sacra scriptura. ERAN. Ita dicit. ORTH. Sed vt ea sit visibilis fieri posse nunquam dixerimus. ER. Minimè
OR. Sed nec vt sit comprehensibilis ER. Neutiquam.
OR. Est enim incomprehensibilis, & quem nemo omnino possit assequi, ER. Vera dicis.
OR. Ergo nec qui est, fieri potest vt non sit ER. Absit. OR. Sed nec vt pater sit filius.
ER. Est ex numero eorum quæ fieri non possunt. OR. Neque verò vt qui est ingenitus, sit genitus.
ER. Quomodo enim fieri posset? OR. Sed neque filius fuerit vnquam pater.
ER. Nequaquam. OR. Neque spiritus sanctus fieri vnquam poterit filius vel pater.
ER. Hæc omnia sunt ex numero eorum quæ fieri non possunt.
OR. Multa quoque alia eiusmodi inuenimus quæ fieri non possunt. Neque enim quod est æternũ, fuerit subiectum tempori: neque quod est increatum, creatum vel factum: neque finitum, quod est infinitum, & quæ sunt his similia ER. Nihil horum potest fieri. OR. Multa ergo inuenimus, quæ qui omnia potest Deus ER. Certè OR. sed horum quidpiam non posse, est infinitæ potentiæ signũ B
non imbecillitatis, posse autem, vtique impotentiæ, non potentiæ. ER. Quomodo hoc dicis?
OR. Quoniam vnumquodque eorum, Deum esse immutabilem, vertique & diuersum fieri nõ posse prædicat. Eum enim qui bonus est, non posse malum fieri, insignem bonitatem significat, & eũ qui
Quedam non posse potentiæ, posse, impotentię. iustus est non posse esse iniustum, nec eum qui verus est, mendacem, in veritate ac iustitia firmitatem stabilitatémque significat. Ita etiam vera lux nunquam fuerit tenebræ, nec qui est, fieri vnquàm possit vt non sit. sufficiens enim & perpetuum habet esse, luxque est immutabilis, nec diuersa potest fieri. Ita etiam si alia consideraueris, inuenies illud non posse, summam potentiam significare. Ita in Deo talia non posse, diuinus Apostolus & intellexit & posuit. Ad hębræos enim scribens, sic dicit. Vt per
Heb.6. duas res immobiles, quibus impossibile est mentiri Deum, firmam consolationem habeamus, nõ esse infirmum ac imbecillum illud impossibile, sed ipsum valde potens, & validum ostẽdens. Ita enim inquit, verum est, vt fieri non possit, vt in eo vnquam sit falsum aut mendacium. Veritatis itaque potentia per id quod fieri non potest significatur. Ad Beatum autem Timotheum scribens, hæc quoq; C
adiecit. Fidelis sermo, nam si commortui sumus, & conuiuemus, si sustinebimus, & conregnabimus, si negauerimus, & ille negabit nos si diffidimus, ille fidelis manet, seipsum negare non potest. Rursus ergo illud, non potest, infinitam potentiam significat. Nam etiam si omnes homines ipsum negauerint, ipse, inquit, Deus est, & à propria natura non recedit. Habet enim suum esse eiusmodi, vt in ipsum non cadat interitus. Hoc enim significat illud, se ipsum negare non potest. Redundantem ergo potentiam significat eius in deterius mutationis impotentia.
ER. Hæc vera sunt, & sacræ scripturæ dictis conuenientia.
2.Tim.2. OR. si ergo multa sunt quæ deus non potest & tot quæ sunt diuinæ naturæ cõtraria: cur alia omnia omittentes quæ sunt ei secundum naturam, bonum, iustum, verum, quòd videri non potest, quod nemo eum assequi potest, & quòd nequit circunscribi, æternum, & alia quæ Deo adesse dicimus, solam immortalitatem & impatibilitatem mutabiles esse dicitis, & in eis conceditis vt verti & diuersa fieri possint: Deoque potentiam datis, quæ infirmitatem & imbecillitatem significat.
ER. Hoc nos sacra scriptura docuit. Etenim diuinus Ioannes clamat. sic deus dilexit mundum, vt filium suum vnigenitum daret. Et Diuinus paulus. si enim cum inimici essemus, reconciliati sumus Deo per mortem filij sui, multo magis reconciliati, seruabimur in vita ipsius.
OR. Hæc quidem vera sunt sunt enim diuina eloquia. sed recordare eorum quæ sæpe confessi sumus. ER. Quænam dicis? OR. Quòd filium Dei Deum verbum non incorporeum apparuisse, sed D
humanam naturam perfectam suscepisse confessi sumus. ER. Hæc confessi sumus.
OR. si ergo corpus & animam accepit humanam, ea ratione etiam filius hominis appellatus est.
Ioan.3. ER. Verum. OR. ergo Dominus Iesus Christus, etiam Deus noster verè. Earum enim naturarum
Rom.3. aliam quidem semper habuit, aliam verò verè accepit.
ER. Hæc sunt sine omni controuersia. ORTH. Ergo vt homo passionem subiit, vt Deus autẽ, maior & potentior mansit, quàm vt posset pati. FRAN. Quomodo ergo sacra scriptura Dei filiũ passum esse dicit? OR. Quoniam quod passum est corpus, fuit eius corpus. sic autem consideremus.

Quando

Quando audimus ſacram ſcripturam dicentem. Factum eſt poſtquam conſenuiſſet Iſaac, caligauerunt eius oculi ne viderent, mens noſtra quo fertur, & in quem defigitur, in animam Iſaac, an in corpus? E R. Clarum eſt quòd in corpus. *Gen. 27.*

O R. Ergo etiam animam coniicimus fuiſſe cæcitatis affectionis participem? E R. Neutiquam.

O R. Sed ſolum corpus ſenſus viſu priuatum eſſe dicimus? E R. Ita dicimus. O R. Et rurſus quando audierimus Amaſiam dicentem prophetę Amos, Videns, vade in terram Iuda, atque etiam Saul ſciſci
A tantem, Vbi eſt domus videntis, nihil corporale ſuſpicamur. E R. Minimè.

O R. Ea tamen omnia ſignificant ſanitatem eius partis qua videtur. E R. Verum.

O R. Scimus tamen quòd puriſoribus animis ſuppeditata ſpiritus operatio gratiam immittit prophetricam. Ipſa autem efficit vt vel occulta videat. Quòd ea autem videant, vt ipſi videntes & cernentes appellentur facit. E R. Vera dicis.

O R T H. Ergo illud quoque conſideremus. E R. Quidnam? O R. Quando audierimus ſacrorum euangeliorum hiſtoriam declarantem, quòd obtulerunt Deo Paralyticum in lecto iacentem, partiúmne animæ dicimus fuiſſe ſolutionem, an corporis?

E R. Clarum eſt quòd corporis. O R. Quando autem epiſtolam ad Hebræos legentes, inuenerimus i
B illum locum vbi dicit Apoſtolus. Propter quod remiſſas manus & ſoluta genua erigite, & greſſus rectos facite pedibus veſtris, vt non quod claudicat auertatur, magis autem ſanetur, de partibus ne corporis dicemus hæc ſanctum Apoſtolum dixiſſe? E R. Nullo modo.

O R T H. Sed animæ timiditatem & ignauiam eum auferre dicemus, & ad virtutem & animi magnitudinem incitare diſcipulos? E R. Maximè.

O R T H. Sed non inuenerimus hæc ſacra ſcriptura diſtingui, neque enim cum Iſaac narraſſet cæcitatem, corporis meminit, ſed Iſaac abſolutè dixit eſſe cœcum, nec cum prophetas nominaſſet videntes, *Vide Prophe.* dixit eorum animas videre, & intueri quæ occulta ſunt, ſed ipſarum tantum perſonarum meminit.

E R. Hæc ita habent. O R. Neque verò paralytici corpus oſtendit eſſe ſolutum, ſed hominem nominauit paralyticum. E R. Verum.

O R. Nec diuinus Apoſtolus animarum nominatim meminit, eas confirmare, & excitare volens.

E R. Non certè O R. Nos autem ſenſum verborum perſcrutantes, cognoſcimus quænam animæ, et quænam ſunt corporis propria. E R. Et meritò quidem ita facimus. Nos enim rationis facultate præditos fecit Deus. O R. Hac ergo ratione in eo etiam qui nos fecit & ſeruauit vtamur: & agnoſcamus
C quænam eius diuinitati, & quæ humanitati conueniunt.

E R. Sed ſi ita fecerimus, ſummam illam vnionem ſoluemus.

O R. Atqui cum in Iſaac, & Prophetis, & Paralytico, & in aliis hoc fecimus, naturalem animæ & corporis vnionem non ſoluimus, ſed nec à propriis corporibus animas ſeparauimus: ſed ſola ratione diſcreuimus, quid ſit proprium animæ, quid corporis. Quomodo ergo non eſt miſerũ, nos qui hoc in animis & corporibus facimus, id in Seruatoris noſtri corpore facere recuſare, & naturas confundere quæ habent inter ſe differentiam, non quantã habet anima ad corpus: ſed quantum diſtat quod *Heb. 12.* eſt recens ab æterno: & quod factum eſt, ab eo qui fecit.

E R. Sancta ſcriptura dicit filium Dei paſſionem ſuſtinuiſſe. O R T H. Nec nos aliquem aliũ paſsũ eſſe diſcimus: ſcimus tamen, docti à ſacra ſcriptura, eſſe impatibilem naturam diuinitatis. Cum ergo impatibilitatem & paſſionem audimus, humanitatisque & diuinitatis vnionem, patibilis corporis paſſionem eſſe dicimus. Impatibilem autem naturam à paſſione liberam manſiſſe confitemur.

E R. Corpus ergo nobis ſalutem procurauit.

O R T H. Nõ ſolus hominis corpus, ſed Domini noſtri Ieſu Chriſti vnigeniti Dei filij. Sin autẽ id tibi paruum & vile putatur, quomodo eius typum ac figuram venerabilẽ & ſalutarẽ exiſtimas? Cuius autem typus eſt adorandus & venerandus, quemadmodum eſt ipſum exemplar archetypum vile, & aſpernandum? E R A N. Non exiſtimo vile corpus, ſed vt à diuinitate ſeparetur non patior.

O R T H. Nec nos quidem, ô vir bone, vnionem diuidimus, ſed quæ ſunt naturarum propria conſideramus, atque tu ea vtique ſtatim fateberis. E R. Hæc tu propheticè dicis.

O R. Non propheticè, ſed vt qui ſciam vim veritatis. Sed tu mihi hoc quoque interroganti reſponde. Quando Dominum dicentem audieris, Ego & pater vnũ ſumus, & qui vidit me, vidit & patrem, diciſne hæc propria carnis, an diuinitatis? E R. Et quomodo fieri poteſt, vt caro & pater in ſubſtantia vnũ
D ſint. O R. Hæc ergo diuinitatem ſignificant. E R A N. Verum.

O R. Et hoc in principio erat Verbum, & Deus erat verbũ, & quæ ſunt his ſimilia. E R. In cõfeſſo eſt.

O R. Quando autem rurſus dicit ſacra ſcriptura. Ieſus autem defatigatus ex itinere ſic ſedebat ſupra fontem, cuius exiſtimanda eſt laſſitudo, diuinitatis an corporis.

E R. Non poſſum ferre vt quæ vnita ſunt diuidantur. O R T H. Diuinæ ergo, vt videtur, naturæ laſſitudinem tribuis. E R. Ita mihi videtur. O R. Sed apertè Prophetæ contra dicis, qui clamat, Non eſuriet, neque defatigabitur, neq; eſt eius prudentiæ inuentio, qui dat robur eſurientibus, & iis qui non dolore afficiuntur triſtitiam et paulopoſt. Qui autẽ me ſuſtinent, vires mutabũt, pẽnas vt aquila producent, current, & non defatigabuntur, ambulabunt, & non eſurient. Quomodo ergo qui aliis largitur vt nec egeãt nec defatigentur, ipſe laſſitudinis famiſq; & ſitis affectionem ſuſtinuit. E R. Sæpe dixi Deum eſſe impatibilem, & nullius rei egentem: ſed poſt incarnationem affectiones ſuſtinuit.

O R T H. Diuinitaténe affectiones ſuſcipiens, an patibili naturæ cedens, ſecundũ naturã affectio-

nes

nes ſuſtinet,& eo ipſo quòd patitur, prædicat & proclamat, quòd non eſt viſione aut imaginatione apparens,ſed verè ex humana natura deſumptum. Ita autem conſideremus. Diuinam ne naturã non poſſe circumſcribi dicimus? ERAN. Certè.

OR. Quæ autem circumſcribi non poteſt,natura à nullo circumſcribitur? ER. Nequaquam.

OR. Non eget ergo à loco ad locum tranſitione,eſt enim vbique? ER. Verum.

OR. Quod autem tranſitione non indiget,neque ambulatione? ER. Videtur. OR. Quod autem non vadit aut ambulat,non defatigatur? ER. Nequaquam. OR. Non ergo defatigata eſt diuina natura,cum circumſcribi nequeat,& ambulatione non egeat. ER. Sed diuina ſcriptura narrat Ieſum fuiſſe defatigatum. Ieſus autem Deus eſt. Vnus enim Dominus Ieſus Chriſtus, per quem omnia. A

1. Cor. 8. OR. Quoniam ergo ſacra ſcriptura ipſum dicit defatigatum eſſe,& non defatigari: conſiderandum eſt quomodo hoc & illud poteſt vni perſonæ accommodari. ERAN. Tu hoc oſtende. Tu is enim es qui nobis diuiſionem inuehis. ORTH. Exiſtimo hoc facile eſſe vel barbaro diſcernere, quòd cum diſſimilium naturarum vnio in confeſſo ſit, Chriſti quidem perſona,& hæc, & illa propter vnionem ſuſcipit, vtrique autem naturæ quæ ei ſunt apta attribuuntur, ei quidem quæ circunſcribi nequit eſſe indefatigabilem, ei verò quæ tranſit & ingreditur, labor & defatigatio. Pedum enim proprium eſt, ingredi,& neruorum, nimio labore extendi. ERAN. Has eſſe corporales affectiones in confeſſo eſt.

ORTH. Eſt ergo vera illa prædictio, quam ego quidem protuli, tu verò ludificatus es: ecce enim nobis oſtendiſti, quænam diuinitati,& quæ humanitati conueniunt.

ERAN. Sed non diuiſi vnum in duos filios. ORTH. Nec nos hoc facimus, amice, ſed naturarum diuerſitatem intuentes, conſideramus quid deceat diuinitatem,& quid corpori conueniat.

ERAN. Non nos ſic diuidere docuit ſacra ſcriptura, ſed Dei filium dixit eſſe mortuum. Ita enim dixit apoſtolus. Si enim cum inimici eſſemus, reconciliati ſumus Deo per mortem filij ſui, & Dominum dixit ſuſcitatum eſſe à mortuis. Deus enim, inquit,& dominum ſuſcitauit.

1. Cor. 6. Act. 8. OR. Quando ergo dicit ſacra ſcriptura. Extulerunt autem Stephanum viri pij, & fecerunt planctũ magnum ſuper ipſum, dicésne animam vnà cum corpore eſſe ſepulturæ mandatam?

Gen. 49. ER. Minimè. OR. Et quando audieris Iacob Patriarcham dicentẽ, Sepelite me cum patribus meis, de corpore an de anima hæc dicta eſſe coniicis? ERAN. Clarum eſt quòd de corpore. B

OR. Lege autem etiam ea quæ deinceps ſequuntur. ERAN. Illic ſepellierunt Abraam,& Sarã vxorem eius,& illic Sepellierunt Iſaac,& Rebeccam vxorem eius,& illic ſepelierunt Liam.

ORTH. In his quæ legiſti, corporis non meminit ſacra ſcriptura, ſed per nomina, animam ſimul, & corpus ſignificauit. Nos autem rectè diuidimus,& dicimus animas eſſe immortales, ſola autẽ corpora patriarcharum eſſe in duplici ſpelunca depoſita. ER. Verum.

Act. 12. Matth. 10. OR. Et quando audiuerimus Actuum hiſtoriam narrantem, quòd Herodes interemit Iacobum fratrem Domini gladio, neutiquam animam mortuam eſſe exiſtimabimus.

ER. Quomodo enim, qui ſimus Dominicæ ſuaſionis memores, quæ dicit, Ne timet eos qui occidũt corpus, animam autem non poſſunt occidere? Non tibi valde videtur impium & miſerum, eos quidem qui hominum nomina audiunt, non ſemper animam ſimul & corpus intelligere: nec cum ſcriptura de morte & ſepulchro loquatur, intelligere quòd vnà cum corpore animam comprehendat, ſed ea ſoli corpori conuenire putare, ſcire autem immortalitatem animæ, Domini doctrinæ credentes: qui autem filii Dei paſſionem audiunt, ne hoc quidem facere, ſed corporis quidem, cui conuenit paſſio, minimè meminiſſe, diuinam autem naturam, quæ eſt impatibilis,& immutalis, verbis ſuis mortalem & patibilem oſtendere, idque cum ſciant quòd ſi pati poſſet Dei verbi natura, fuiſſet ſuperuacanea corporis adſumptio. ER. A ſacra ſcriptura id didicimus quòd filius Dei paſſionem ſuſtinuit. C

Heb. 2. OR. Atqui diuinus apoſtolus paſſionem interpretatur,& oſtendit naturam quæ paſſa eſt.

ER. Oſtende ergo hoc quàm primum,& ſolue dubitationem.

ORTH. Non noſti illum locum epiſtolæ ſcriptæ ad Hebræos, vbi dicit Diuus Paulus. Quare non erubeſcit ipſos vocare fratres, dicens, Annunciabo nomen tuum fratribus meis, in media eccleſia laudabo te. Et rurſus. Ecce ego,& pueri, quos mihi dedit Deus.

ERAN. Hæc ſcio, ſed nihil eſt in his eorum quæ te oſtenſurum es pollicitus.

ORTH. Subindicant quidem hæc quoque ea quæ me oſtenſurum pollicitus, nomen enim paternitatis cognationem ſignificat, cognationem verò effecit adſumpta natura, adſumptio, diuinitatis impatibilitatem apertè proclamat ac prædicat. Vt autem te clarius doceam, lege etiam ea quę ſequuntur

ERAN. Quia ergo pueri communicauerunt carni & ſanguini, ipſe quoque eorum ſimiliter fuit particeps, vt per mortem eum deſtrueret, qui habebat mortis imperium,& eos liberaret, qui timore mortis per totam vitam erant obnoxij ſeruituti. ORTH. Exiſtimo hæc declaratione non egere. Apertè enim docent diuinæ œconomiæ myſterium.

ER. In his nihil vidi eorum quæ te oſtenſurum es pollicitus. D

OR. Atqui apertè diuinus docuit Apoſtolus,& quòd effector hominum naturam miſeratus, quæ nõ ſolum acerbè à morte rapiebatur, ſed in tota vita timoris ſeruituti addicta fuerat, per corpus, corporibus procurauit reſurrectionem,& per mortalem naturam mortis potentiam confregit. Quoniam enim habebat ipſe naturam immortalem, volebat mortis imperiũ iuſtè delere, ex iis quæ morti ſubiecta ſunt acceptis primitiis. Quas cum ab omni reprehenſione alienas,& peccato minimè initiatas conſeruaſſet, morti quidem cedit: Sed cum eas mors corripuiſſet, ſuam quidem ipſam inexplebilem

expleuit

expleuit ingluuiem,ſed propter ſumnam eius in illas iniuriam,vt iniuſta quoque in alios ipſius tyran-
A nis ceſſaret effecit.Cum enim iniuſtè deuoratas abſorptáſque primitias Chriſtus ſuſcitauerit,vt eas quo
que genus ſequatur efficiet.Confer cum verbis Apoſtolicis hanc interpretationem,& diuinitatis im-
patibilitatem clarè videbis.

E R.In iis dictis quæ ſelecta ſunt,de diuina impatibilitate nihil ſignificatũ eſt.O R.Cum itaque dicat Apoſtolus,eum propterea pueris communicaſſe carni & ſanguini,vt per mortem eum deſtrueret qui mortis habebat imperium,an non impatibilem diuinitatem,patibilem autem carnem apertè ſignificat,& quòd cum pati non poſſet diuina natura,accepit eam quæ pati poſſet,& per eam Diaboli impe rium confregit ac profligauit?E R.Quomodo per carnem & Diaboli imperiũ confregit,& mortis po tentiam?O R.Quibúſnam armis vſus ab initio Diabolus humanam naturam in ſeruitutem redegit?

E R.Per peccatum,captiuum abduxit eum qui paradiſi ciuis fuerat conſtitutus.

O R.Præcepti autem tranſgreſſioni quamnam pœnam Deus conſtituit?E R.Mortem.

O R.Ergo peccatum quidem mortis mater eſt,eius autem pater eſt Diabolus.E R.Verum.

O R.Ab eo ergo oppugnabatur hominum natura.Ipſum enim eos qui perſuadebantur,in ſeruitutem redigens, & ad ſceleratiſſimum patrem adducebat, & ad acerbiſſimum conceptum, fœtum tranſmittebat. E R A N. Videtur.

O R T H.Iure ergo volens effector vtranque potentiam delere,quæ ab eis oppugnabatur ſuſcepit na-
turam,quam cum nulli penitus peccato initiam,puramque & immaculatam conſeruaſſet,& à Dia-
boli tyrannide liberauit,& per eam Diaboli imperium fregit ac deleuit.Quoniam enim mors erat pœ
B na eorum qui peccarant,corpus autem Domini,quod peccati labem non habebat,præter legem diui-
nam mors iniquè arripuit,primum quidem reſtituit ac ſuſcitauit id quod contra leges inuaſum &occu
patum fuerat,deinde autem,iis etiam qui iuſte retenti fuerant,liberationem eſt pollicitus.

E R A N.Et quemadmodum tibi iuſtum eſſe videtur,vt corpora,quæ morti iuſte dedita fuerant,cum
eo quod iniuſte inuaſum & occupatum fuerat,reſurrectionem participent? *peccatum origin. per Adam*

O R.Tibi autem quomodo videtur eſſe iuſtum,vt cum Adam ſit præceptum tranſgreſſus,genus quo
que primum parentem conſecutum ſit?E R A N. Etiam ſi non illius fuit peccati genus particeps,ſed
alia tamen peccata perpetrauit,& ea de cauſa fuit mortis quoque particeps.

O R.Atqui non ſolum peccatores,ſed etiam iuſti,& Patriarchæ,& Prophetæ,& Apoſtoli,& qui in va
riis virtutis generibus refulſerunt,mortis laqueis implicati fuere.

E R.Quemadmodum enim fieri poteſt,vt qui ex mortalibus parentibus orti ſint,immortales perma-
neant?Adã cũ poſt tranſgreſſionem,& diuinam ſententiam ſub mortis eſſet poteſtatem ſubiunctus, co
gnouit vxorem,& pater eſt appellatus.Cum ergo factus eſſet mortalis,mortalium pater conſtitutus eſt
iure ergo omnes qui mortalem naturam ſuſceperunt,ſequuntur primum parentem. *Satiſfactio per Chriſtum.*

O R.Optime nobis oſtendiſti quæ ſit cauſa quod ſimus mortis participes.Hoc ipſum ergo dandum eſt
etiam in reſurrectione.Oportet enim medicamentum eſſe affectioni acomodatum.Quemadmodum
enim principe generis condemnato,vniuerſum quoque genus ſimul condemnatum eſt,ita cum Serua
tor execrationem & maledictionem ſoluiſſet,naturæ quoque vt libertate frueretur euenit,& quemad
modum deſcendentem ad inferos Adam ſecuti ſunt qui erant naturæ participes:ita cum Chriſto Do-
mino reſurgente reſurrectionis erit particeps vniuerſa hominum natura.

E R A N. Probanda ſunt, & non inſtar ſententiæ pronuncianda, eccleſiæ decreta. Oſtende ergo
C ſcripturam quæ hæc doceat.

O R.Audi Apoſtolum ad Romanos ſcribentem,& hæc per illam omnes homines docentem,Si enim *Rom.5.*
vnius delicto multi mortui ſunt:multo magis gratia Dei & donum,in gratia vnius hominis Ieſu Chri
ſti in multos abundauit,& non ſicut per vnum qui peccauit,donum.Nam iudicium ex vno in condem
nationem,gratia autem ex multis delictis in iuſtificationem.Si enim vnius delicto mors regnauit per
vnum:multo magis abundantiam gratiæ,& donationis,& iuſticiæ accipientes,in vita regnabunt per
vnum Ieſum Chriſtum.Et rurſus.Igitur ſicut per vnius delictum in omnes homines in condemnatio-
nem:ſic & per vnius iuſtitiam in omnes homines in iuſtificationem vitæ.Sicut enim per inobedientiã
vnius hominis,peccatores conſtituti ſunt multi:ita etiam per obediẽtiam vnius,iuſti cõſtituentur mul
ti.Porrò autem Corinthijs de reſurrectione ſermocinationem afferens,diuinę œconomiæ myſterium
eis ſummatim aperit,& dicit.Nunc autem Chriſtus ſuſcitatus eſt à mortuis, primitiæ dormientium
fuit.Quandoquidem enim per hominem mors:et per hominem reſurrectio mortuorum. Sicut enim
in Adam omnes moriuntur:ita etiam in Chriſto omnes viuificabũtur.Ecce tibi etiam ex diuinis elo-
quijs teſtimonia adduxi. Vidę ergo quomodo quæ Chriſti ſunt,cum ijs quæ ſunt Adam, conferantur
cum morbo medicina,cum vulnere medicamentum,cum peccato iuſtitię copiæ,cum execratione be- *1.Cor.15.*
nedictio,cum condemnatione remiſſio,cum tranſgreſſione obſeruatio,cum morte vita,cum inferis re
D gnum.Chriſtus cum Adam,homo cum homine.Quanquam non homo ſolum,ſed etiam omnibus ſæ-
culis prior Deus eſt Chriſtus Dominus.Sed ex adſumpta eum natura nominauit Diuinus Apoſtolus,
quoniam cum ea,illa,quę Adę erant,conferebat.Eius enim eſt iuſtificatio,eius lucta eius victoria,eius
affectiones eius mors,eius reſurrectio,eius ſumus naturæ participes,ea conregnant,qui regno cõuenię
tem vitæ rationem prædmeditati fuerint.Ea autem dixi,non diuinitatem ſeparans,ſed dicens quæ ſunt
propria humanitatis.

E R.Multa de hac re diſſeruiſti,& ea ſcripturæ teſtimonijs confirmaſti.Si ergo verè carnis eſt paſſio, *Rom.8.*
quomodo clamat diuinus Apoſtolus, Dei humanitatem et benignitatem laudans.Qui proprio filio nõ

pepercit,ſed pro nobis omnibus tradidit ipſum,quem filium dixit eſſe traditum?

vnigenit⁹ ORTH.Bona verba ò homo. Vnus eſt Dei filius,& ea de re vnigenitus appellatus eſt.

ERAN.Si ergo eſt vnus Dei filius:ipſum diuinus Apoſtolus proprium filium appellauit. A

ORTH. Verum. ERAN. Ipſum ergo dicit fuiſſe traditum.

ORTH. Ipſum, ſed non incorporeum, vt ſæpe confeſſi ſumus. ERAN. Sæpe confeſſi ſumus ipſum corpus & animam ſumpſiſſe.

ORTH.Apoſtolus ergo dixit de iis quæ corpori euenerunt.ERAN.Valde apertè clamauit diuinus Apoſtolus. Qui proprio filio non pepercit.

Gen.22. ORTH. Quando ergo audis Deum dicentem Abrahæ, Propterea quòd non pepercisti filio tuo dilecto propter me, occiſum Iſaac fuiſſe dicis? ERAN. Nequaquam.

ORTH.Atqui Deus dixit hoc.Non pepercisti,verus eſt autem vniuerſorum Deus.

ERAN.Abrahę promptitudini,hoc,non pepercisti,attributum eſt,ea enim fuit impulſus, vt ſuum filium vellet ſacrificare,ſed Deus prohibuit,

ORTH.Quemadmodum ergo in iis quæ dicuntur de Abraham,non adhæſisti litteræ,ſed ea explicata,ſententiam declarasti,ita etiam dicti Apoſtolici inſtitutum perſcrutare,Videbis enim diuinę naturę minimè parſum eſſe,ſed carni,quæ ligno affixa eſt.facile eſt autem etiam in typo veritatem perſpicere

Abrahæ ſacrific. Videturne Abrahæ ſacrificium,typus eſſe ac figura ſacrificij,quod pro mundo oblatum eſt?

ERAN.Non omnino,neque enim dogmatum ac decretorum regulam,ea duco,quæ in eccleſiis panegyricè & declamatoriè dicuntur.

Ioan.8. ORTH.Maximè quidem ſequi oportebat doctores eccleſiæ,ſed quoniã iis aduerſaris,non rectè qui dem faciens,ipſum certè Seruatorem audi dicentem Iudæis.Abraam pater veſter exultauit vt videret diem meum,& vidit,& gauiſus eſt,& conſidera quòd Dominus diem paſſionem appellat. B

ER.Accepi teſtimonium Domini,& credo figuræ.

OR.Confer ergo figuram cum veritate: & videbis etiam in typo diuinitatis impatibilitatem. Pater enim eſt & hic,& illic:& filius ſimiliter dilectus & hic,& illic, & ferens vterque materiam ſacrificii. Hic enim ligna,ille verò crucem portauit humeris. Dicunt autem & montis verticem vtriuſque ſacrificii operatione eſſe dignatum,conuenítque dierum & noctium numerus,& quæ poſt eos facta eſt reſurrectio,etenim Iſaac patris ſui animi promptitudine interfectus,à quo die magnorum donorum largitor,Deus,hoc iuſſit fieri,tertio typicè reuixit,eiuſdem benigniſſimi,& humaniſſimi voce. Viſus eſt autem aries ab arbore pendens,& crucis imaginem oſtendens,qui cædem pro puero paſſus eſt.Si autem hæc ſunt figura veritatis,in figura autem cædem non ſuſtinuit vnigenitus,ſed pro eo aries introductus eſt,altaríque oblatus impleuit myſterium ſacrificii cur hic quoque non carni paſſionem tribuitis,ſed diuinitatem eſſe impatibilem prędicatis? ER.Tu quoque qui hanc exponis figuram,dicebas Iſaac diuina voce reuixiſſe.Nihil ergo abſurdi fecimus, ſi typo veritatem accommodantes,& Deum verbum paſſum eſſe,& reuixiſſe prædicemus.

OR.Sępe dixi fieri non poſſe vt imago habeat quæcunque habet exemplar archetypum.Hoc quoque hinc etiam facile ſciri poteſt.Iſaac enim,& aries,quod ad naturarum quidem diuerſitatem attinet, ſimilitudine & imagine conueniunt.Quod ad diuiſionem autẽ attinet,ſeparatis ſubſtantiis non vtique Nos enim diuinitatis & humanitatis talem vnionem prædicamus,vt vnam quæ diuidi non poteſt per ſonam cogitemus,eundémque Deum & hominem ſciamus,qui videtur,& videri non poteſt, circunſcriptus eſt,& nequit circunſcribi,& alia omnia,quæ diuinitatem,& humanitatem ſignificant,vni ex C perſonis tribuentes.Quia ergo fieri non poterat,vt in ariete prę figuraretur reſurrectio,cum ſit animal expers rationis, & diuina carens imagine, ita œconomiæ myſterii figuram partiuntur,vt hic quidem mortis,ille verò reſurrectionis imaginem oſtenderet.Hoc autem ipſum etiam in Moſaicis ſacrificiis inueniemus.Nam in illis etiam videri poteſt antè deſcripta ſalutaris paſſionis figura.

ER.Et quodnam Moſaicum ſacrificium adumbrat veritatem?

Heb.10. OR.Omne quidem,vt ſemel dicam,vetus eſt noui figura.Et ideo Diuinus quoque Apoſtolus apertè

Cor.10. dicit.Vmbram enim habens lex futurorum bonorum.Et rurſus.Hęc autem omnia in figuris eueniebãt illis. Apertiſſime autem archetypi imaginem oſtendit Ouis in Ægipto ſacrificata,iuuenca ruffa quę lõ

Heb.13 gè à caſtris vrebatur.Huius quoque Apoſtolus in Epiſtola ad Hebræos mentionem faciens,ſubiunxit.

Leu.16. Quare Ieſus vt populum per proprium ſanguinem ſanctificaret,extra ciuitatem paſſus eſt. Sed de iis quidem in præſentia nihil dicam,ſed illius ſacrificii mentionem faciam,quod duos habet hircos qui offerebantur,& alter quidem ſacrificabatur,alter verò dimittebatur.Hi enim duarum naturarum Seruatoris imaginem præfigurant,is quidem qui dimittebatur,diuinitatis impatibilis,qui verò mactabatur, patibilis humanitatis.

ER.Deinde non tibi videtur impium,& blaſphemum,Dominum hircis aſſimilare?

ORTH.Quid magis fugiendum,magíſque odio habendum,& abhorrendum exiſtimas,ſerpentem D an hircum? Serpentem eſſe odio habendum,& auerſandum certũ eſt.Iis enim qui appropinquãt affert exitium.Sæpe autem eos etiam lædit qui nullam injuriam fecerunt.Hircus autem eſt ex numero eorũ quæ ſunt eſculenta & munda ex lege.

ORTH.Audi ergo Dominum ſalutiferam paſſionem æneo ſerpenti aſſimilantem. Sicut Exaltauit,

Num.21. inquit,Moſes ſerpentem in deſerto:ita exaltari oportet filium hominis,vt omnis qui credit in ipſo,nõ

Ioan.3. pereat,ſed habeat vitam æternam.Si autem ſerpens æneus cruci affixi corporis typum impleuit:quid abſurdi fecimus,cũ ſalutifera paſſione hircorũ ſacrificiũ cõferentes? ER.Quia Ioãnes Dominũ agnũ

appellauit,

appellauit,et Esaias similiter agnum & ouem.O R.Beatus autē Paulus vocat ipsum peccatū & male- 2.Cor.3.
dictū.Itaque vt maledictum quidem,maledicti & execrandi serpentis implet figuram. Vt peccatum Gal.3.
autem,hircorū sacrificii ostēdit imaginē.Pro peccato enim,ex lege,nō agnus,sed capella ex capris of
ferebatur.Et propterea Dominus quoque in Euangeliis agnis quidem iustos assimilauit,hœdis autem
peccatores.Quoniam ergo non pro iustis solum,sed etiam pro peccatoribus erat passionem subiturus
A iure per agnos & hircos suum sacrificium præfigurat.E R.Sed duorum hircorum typus duas personas Matt. 25.
præbet intelligendas.O R.Non poterant in vno hirco ambo simul præfigurari,& patibilitas humani-
tatis,& diuinitatis impatibilitas.Is enim interfect⁹ viuentem naturam non ostendisset,& ideo duo as-
sumpti sunt ad duas naturas declarandas.Hoc autem etiam in alio sacrificio intellexeris.E R.Quonam aues
O R.Vbi duas aues ex mundis iubet Legislator offerri,&hanc quidem sacrificari,alteram verò in eius Leu.1.
quæ est sacrificata sanguine intinctam dimitti.Nam hic quoque videmus figuram diuinitatis & huma
nitatis,huius quidem quæ sacrificatur,illius verò quæ sibi passionem adaptat & accommodat.
E R.Multas nobis adduxisti figuras: ego autem quæ ænigmaticè dicuntur non admitto.
O R.Atqui diuinus Apostolus etiam historias figuras esse dicit,& Agar testamenti veteris figuram ap Gal.4.
pellauit,& Sarram cœlesti Hierusalem assimilauit,& Ismael quidem dicit esset figuram populi Israel.
Isaac autem noui populi.Accusa ergo etiam magnam spiritus tubam,quòd nobis omnibus dicta æni-
gmatica attulerit.ER.Etsi mihi alia huiusmodi innumerabilia attuleris,vt passionem diuidam minimè Matt. 28.
persuadebis.Audiui enim Angelum dicentem Mariæ,& eius comitibus.Venite,videte vbi positus e-
rat Dominus.E R.Nos hoc quoque facere cōsueuimus.Cōmunibus enim nominibus etiam partē appel
lamus.In sanctorū enim Apostolorū,vel Prophetarum,vel Martyrū ædes sacras ingredientes,interro- Sāctorū ædes sacræ
gamus,Quis situs est in arca?Qui verū autē sciūt,respōdentes dicūt,vel Thomā forte Apostolū,vel Ioā reliquiæ
B nē Baptistā,vel Srephanū primū Martyrē,vel aliquem aliū ex sāctis nominatim dicētes,licet valde pat
uæ nōnunquā reliquiæ in eis sitę sint.Nemo autē cōmunia hæc nomina audiens, quæ & animā simul
& corpus significāt,in thecis animas quoque esse inclusas existimabit,sed scit quòd corpora sola in the
cis,vel paruæ etiam corporū particulæ sitæ sunt.Hoc ipsum etiā fecit sāctus ille Angelus, qui personæ
nomine corpus appellauit.E R.Et vndenam ostendes,quòd de corpore Domini dixerit Angelus mu-
lieribus?O R.Primū quidē ad id soluendū quod quæritur,ipsum sepulchrū sufficit.Neque enim ani-
ma sepulchro traditur,vel diuinitas,quæ suapte natura minimè circūscribitur:corporibus enim sepul
chra construūtur.Porrò autē hoc quoque diuina apertè docet scriptura.Diuinus enim Matthæus hoc
modo narrat.Vespere facto venit homo dives ab Arimathia nomine Ioseph,qui & ipse fuerat discipu- Matt. 2.
lus Iesu.Is accedēs ad Pilatū petiuit corpus Iesu.tūc Pilatus iussit red di corpus,& acceptū corpus Io-
seph inuoluit in sindone munda,& posuit ipsum in nouo suo monumento,quod exciderat in petra:&
cum aduoluisset saxum magnū ad hostium monumēti,recessit.Vide quoties corporis meminit,vt eo-
rū qui diuinitatē blasphemant ora obturaret. Hoc etiam fecit beatissimus Marcus.Dicā autē etiā ea Marc.15.
quæ is narrauit,Cum iam sero factū esset,inquit,quia erat parasceue,quod est ante sabbatum,venit Io-
seph ab Arimathia,nobilis decurio,qui & ipse erat expectans regnum Dei,& audacter introiuit ad Pi
latum,& petiuit corpus Iesu.Pilatus autem mirabatur si iam obiisset,& accersio Centurione interro-
gauit an iā mortuus esset,&cum cognouisset à Cēturione donauit corpus Ioseph.Ioseph autē mercat⁹
sindonē,& deponens eum,inuoluit sindone,& deposuit in monumento,& quæ sequuntur.Admirare
ergo vidēs concordiā,et quòd concorditer et continenter fertur nomen corporis.Benedictus quoque
Lucas similiter narrauit,quod Ioseph corpus petiit,et acceptum iis quæ iusta erāt est prosecutus.Diui-
C nissimus autem Ioannes alia quoque adiecit.Rogauit enim Pilatum Ioseph ab Arimathia,qui erat dis- Ioan. 19.
cipulus Iesu,sed occultus propter metum Iudæorum,vt tolleret corpus Iesu,et permisit Pilatus. Ve-
nit ergo,et tulit corpus Iesu.Venit autē et Nicodemus qui venerat ad Iesū nocte primum ferens mix
turam Myrrhæ et aloes libras cētum. Acceperunt ergo corpus Iesu,et ligauerunt illud linteis cum
aromatibus,sicut mos est Iudęis sępelire.Erat autem in loco vbi crucifixus est ortus, et in orto monu-
mentum nouum,in quo nondum quispiam positus erat.Ibi ergo propter parasceuem Iudæorum,quia
iuxta erat monumentum,posuerunt Iesum.Vide ergo quòd qui toties corporis meminisset,& id cruci
affixum esse,& id Ioseph à Pilato petiisse,& id de ligno deposuisse,& id linteis cum myrrha et aloe in
uoluisse ostendisset,tunc personę nomen posuit,et Iesum dixit in monumento esse positum.Ea de cau
sa dixit vtique etiam Angelus.Venite,videte vbi positus erat Dominus,à communi appellatione cor-
pus vocās.Ita enim nos quoque dicere consueuimus.In hoc,vel illo loco,hic,vel ille sepultus est,& nō
dicimus corpus huius,vel illius,sed hic,vel ille.Quicunque autem est sanæ mētis,scit nos loqui de cor
pore.Ita autem sacra scriptura dicere cōsueuit.Mortuus est,enim inquit,Aaron,& sepelierunt ipsum
in hoc monte,& Mortuus est Samuel,& sepelierunt ipsum in Armathem,&eiusmodi alia innumerabi 1.Leg. 25.
lia.Hanc cōsuetudinem seruauit diuinus Apostolus,cum mortis Domini mentionem faceret.Tradidi 1.Cor.15.
enim vobis,inquit,in primis,quod & accepi,quòd Christus mortuus est pro peccatis nostris secūdum
scripturas,&ꝙ sepultus est,&ꝙ resurrexit tertia die secūdū scripturas,&quæ sequuntur.ER.In iisquæ
iā legisti,Apostolus nō meminit corporis,sed nostrū omniū Seruatoris Christi.Aduersus teipsū ergo te
stimoniū produxisti,&tuis teipsū telis cōfodisti.O R.Citò oblitus es,vt videtur,eorū quæ fusè disserui
D ostēdens ꝙ, sæpe nominibus personarum corpus quoque appellant. Hoc autem ipsum nunc quo
que fecit diuinus Apostolus.Hoc autē hinc quoque facile cognosci potest.Sic autē cōsideremus.Qua-
re scripsit hæc vir diuinus Corinthijs?E R. Quidam eos deceperant,in hanc opinionem inducentes,
quòd non sit resurrectio corporum.Hoc ergo cum resciuisset orbis terrarum magister,apud eos de re-

ſurrectione verba fecit.

OR. Et quamnam ob cauſam, cum vellet corporum reſurrectionem oſtendere, reſurrectionem Domi A
ni in medium adduxit?

ER. Vt quæ ſatis ſit ad oſtendendam omnium noſtrum reſurrectionem.

OR. Quam habet ſimilitudinem cum morte aliorum, vt ex eius reſurrectione, de reſurrectione omniũ
coniecturam faciat?

ERAN. Ea de cauſa vnigenitus Dei filius, homo factus, & paſſus, mortémque expertus eſt, vt mor-
tem deleret ac perfringeret. Cum ergo reſurrexit, per ſuam reſurrectionem omnium hominum reſurre
ctionem prædicat.

OR. Et quis Dei reſurrectionem audiens, omnium quoque hominum reſurrectionem ei conſimiliter
futuram crediderit? Non ſinit enim, vt ei, quod de reſurrectione dicitur, credamus, naturarum diſſimi
litudo. Ille enim, Deus, Hi verò, homines. Inter Deum autem & homines plurimum intereſt. Ii enim
ſunt mortales, corruptioníque & interitui obnoxii, fœnóque & flori aſſimilati, Ille autem eſt
omnipotens.

ER. Sed corpus habebat Deus verbũ homo factus, & per id cum hominibus oſtendit ſimilitudinem
OR. Corporis ergo omnino eſt affectio, ſeu paſſio, & mors, & reſurrectio. Et hoc etiam alibi oſtendẽs
diuinus Apoſtolus, reſurrectionem omnibus pollicetur, & iis quidem qui Seruatoris credunt reſurre-
ctioni, communem autem omnium reſurrectionem fabulam exiſtimant, clamauit dicens. Si Autem
1. Cor. 15. Chriſtus prędicatur quòd à mortuis ſuſcitatus eſt, quomodo dicunt nonnulli in vobis quòd non eſt re
ſurrectio mortuorum? Si autem non eſt reſurrectio mortuorum, nec Chriſtus reſurrexit. Si autem Chri B
ſtus non reſurrexit, inanis eſt fides veſtra, adhuc eſtis in peccatis veſtris. Et ex eo quidem quod factum
eſt, quod futurum eſt confirmat. Ex eo autem quod non creditur, repellit quod creditur. Si. n. illud, in-
quit, vobis videtur non fieri poſſe, & hoc vtique falſum eſt. Sin autem hoc verum & credibile eſſe vi-
detur illud quoque ſimiliter videatur eſſe credibile. Corporis enim reſurrectio hic quoque prædicatur
& hoc quidem illorum primitiæ appellatur. Hoc enim poſt multas præcedentes ratiocinationes tan-
dem pronuntiat. Nunc autem Chriſtus ſurrexit à mortuis, primitiæ eorum qui dormierunt factus eſt.
Quoniam enim per hominem mors: & per hominem reſurrectio mortuorum. Sicut enim In Adam
omnes moriuntur, ita etiam in Chriſto omnes viuificabuntur, & non ſolum quod de reſurrectione di
citur confirmauit, ſed etiam diuinæ œconomiæ myſterium aperuit. Ea ratione etiam hominem quo-
que Chriſtum appellauit, vt morbo medicinam conuenientem oſtenderet.

ERAN. Homo ergo ſolum eſt Chriſtus?

OR. Abſit. Contrarium enim ſæpe diximus quòd non ſolum homo eſt, ſed etiam Deus ante ſæcula
Paſſus eſt autem vt homo, non vt Deus. Et hoc nos apertè docuit diuinus Apoſtolus, cum dixit, Quo-
niam enim per hominem mors: & per hominem reſurrectio mortuorum. Iam verò ad Theſſalonicen
ſes ſcribens, ex Seruatoris noſtri reſurrectione, quod de communi reſurrectione dicitur, confirmat. Si
1. Theſſ. 4 Enim credimus, inquit, quòd Ieſus mortuus eſt, & reſurrexit: ita Deus etiam eos qui dormierunt per
Ieſum cum ipſo habebit.

ER. Probauit quidem Apoſtolus communem reſurrectionem per reſurrectionem Domini, & clarum
eſt, quòd hic quoque corpus erat quod mortuum eſt, & reſurrexit, non enim per id conatus eſſet om-
nium reſurrectionem oſtendere, niſi cum illis eſſet in ſubſtantia cognatio, non feram tamen vt ſoli hu-
manæ naturæ paſſio attribuatur: ſed conſequens mihi eſſe videtur dicere Deum verbum carneel C
ſe mortuum.

OR. Sæpe oſtendimus, quòd id quod natura eſt immortale, nullo modo mori poteſt. Si ergo mortuus
eſt, non eſt vtique immortalis. Quanta autem in ſunt verborum blaſphemię pericula?

ERAN. Eſt quidem immortalis, homo autem factus paſſus eſt.

OR. Mutationem ergo ſuſtinuit. Quomodo enim alioqui, cum ſit immortalis, poſſet mortẽ ſuſcipere?
Atqui cõfeſſi ſumus eſſe immutabilem trinitatis ſubſtantiam. Mortem ergo minimè ſortitus eſt, vt qui
naturam habeat mutatione ſuperiorem.

1. Pet. 4. ERAN. Diuus Petrus dixit, Chriſto ergo paſſo pro nobis carne.

OR. Ei quidem id etiam conuenit quod à nobis dicitur. A ſacra enim ſcriptura didicimus dogmatum
& decretorum regulam: ER. Quomodo ergo non dicitis Deum verbum carne eſſe paſſum? OR. Quia
in ſacra ſcriptura non inuenimus hanc vocem. ER. Atqui magni Petri nuper talem ſententiam adduxi
OR. Ignoras, vt videtur, nominum differentiam ER. Quorum nominum? non videtur tibi Deus eſſe
verbum Dominus Chriſtus?

OR. Hoc nomen Chriſtus, in Domino & Seruatore noſtro, quod homo factum eſt verbum ſignificat
Emanuel. Emmanuel autem, Deum qui eſt nobiſcum, Deum & hominem. Illud autem, Deus verbum ita dictum
Verbum ſimplicẽ naturã, quæ eſt mundo prior, tẽpore ſuperior, & incorporea, ſignificat. Quamobrẽ ſãctus ſpiri
tus, qui per Sanctos Apoſtolos locutus eſt, nequaquã paſſionem vel mortem huic vocabulo attribuit. D
ER. Si Chriſto paſſionem attribuit, Deus autem verbum homo factum, Chriſtus nominatum eſt: ni-
Sanctus. hil abſurdi puto facit, qui Deum verbum carne paſſum eſſe dicit. OR. Audaciſſimus itaque eſt & val-
de temerarius conatu. Ita autem quod dicimus examinemus. Deum verbum ex Deo & patre dicit eſſe
ſacra ſcriptura. ER. Vera dicis. OR. Iam verò ſpiritum ſanctum ſimiliter ex Deo eſſe docet. ER. Incõ
feſſo eſt. OR. Sed Deum quidẽ verbum filium nominat vnigenitum. ER. Ita nominat. OR. Spiritum
autẽ ſãctum nuſquã ſic appellauit. ER. Nequaquã. OR. Atqui is quoque ex patre & Deo ſuã habet ſub
ſtantiam:

ſtantiam. E R. Verum.
A O R. Quoniam ergo ex Deo & pàtre eſſe & filium & ſpiritum confitemur, auderes ne vnquam ãpellare ſpiritum ſanctum filium?
E R. Nequaquam. O R. Quamobrem? E R. Qui non inuenies hoc nomen in ſacra ſcriptura.
O R. Sed factum? E R A N. Ne hoc quidem. O R T H. Qua de cauſa? E R A N. Nec hoc me ſacra ſcriptura docuit.
O R T H. Quod autem nec genitum eſt, nec rurſus creatum, quãmnam eſt appellationem habiturum?
E R A N. Id ingenitum & increatum nominamus.
O R T H. Spiritus autẽ ſãctus nec creatus eſt, nec eum rurſus genitum eſſe dicimus? E R. Nullo modo.
O R T H. Auderes ne autem vocare ſpiritum ſanctum ingenitum? E R A N. Nequaquam. *ſanctus an ingenitus.*
O R T H. Et cur eum non vocas ingenitum, qui natura quidem eſt increatus, minimè autem genitus?
ER. Quòd hoc à ſacra ſcriptura non didici, & valde vereor ea dicere quæ ſunt ab illa ſilentio præterita
O R T H. Hanc ergo nobis, ò vir bone, religionem in ſalutari quoque paſſione conſerua, & quæcunque diuina nomina dimiſit ſcriptura à paſſione libera, tu quoque ea libera eſſe ſine, nec eis paſſionẽ tribue.
E R A N. Et quę ea ſunt? O R T H. Huic vocabulo, Deus, nequaquam paſſionem adiunxit.
E R. Nec ego Deum verbum dico paſſum eſſe ſine corpore, ſed dico paſſum fuiſſe carne.
O R T H. Dicis modum paſſionis, nõ impatibilitatẽ. Hoc autẽ ne de humana quidẽ anima dixerit quiſpiam. Quis. n. dixerit, niſi valde delyrus, quod carne mortua eſt anima Pauli? Hoc enim ne de homine quidẽ improbiſſimo & ſceleratiſſimo diceretur. Sunt. n. etiam malorum immortales animæ, ſed illum quidẽ, veri gratia, homicidã, interẽptum eſſe dicimus, eius autẽ animã nemo dixerit occiſam eſſe car- *animę & malorum immortales.*
B ne. Quòd ſi homicidarum, eorumque qui ſepulchra effodiunt, animas à morte liberas eſſe dicimus: multo certè iuſtius eſt immortalem eſſe cognoſcere Seruatoris noſtri animam, quę ne ſub peccato quidem fuit. Si enim, quæ maxima ſcelera perpetrarunt, mortis experientiam propter naturam euaſerunt: quomodo illa quæ & habet immortalẽ naturã, & cui nec minima peccati labes inſedit, mortis hamũ ceperit
E R. Fruſtra tam longa apud nos oratione vteris, fatemur enim immortalem Seruatoris animam.
O R T H. Et quo non ſupplicio digni eſtis, qui animam quidem, quæ creatam habet naturam, immortalem dicitis, mortalem autem verbo ſubſtantiam diuinam adſtruitis? & Seruatoris quidẽ animam nõ dicitis mortem carne guſtaſſe, ipſum autem Deum verbum, qui eſt omnium opifex, eum mortem eſſe paſſum audetis dicere? E R A N. Impatibiliter ipſum paſſum eſſe dicimus.
O R T H. Et quis compos mentis ridiculas has captiones & tendiculas tulerit? Impatibilem enim paſſionẽ nemo vnquam audiuit, nec mortem immortalem. Quod eſt enim impatibile, non paſſum eſt, & quod paſſum eſt, non manſerit impatibile. Nos autem Diuum Paulum clamantem audiuimus. Qui So- *1. Tim. 6.*
lus habet immortalitatem, & lucem habitat inacceſſabilem.
E R. Cur ergo dicimus & inuiſibiles poteſtates, & hominũ animas, & ipſos etiã Dæmones immortales?
O R. Dicimus. Sed Deus propriè eſt immortalis, eſt enim immortalis, ſubſtantia, non participatione, *quo ſolus deus immortalis*
neque enim alii acceptam fert immortalitatem. Angelis autem, & aliis, quorum nuper meminiſti, ipſe immortalitatem largitus eſt. Si ergo ipſum immortalem diuinus Paulus nominat, & ſolum dicit habere immortalitatem: quomodo ei mortis paſſionem tribuitis?
E R A N. Poſt incarnationem ipſum mortem guſtaſſe dicimus.
C O R. Sed ipſum immutabilem ſæpe confeſſi ſumus. Sin autem cum prius eſſet immortalis, per carnem mortẽ poſtea ſuſtinuit: præcedente mutatione mortẽ ſuſtinuit: defecit autem eius quoque vita tribus diebus & totidem noctibus, hęc autem ſi dicantur, quid dici poteſt magis impium? Exiſtimo certè neiis quidem qui aduerſus impietatem decertant, hęc lingua proferre tutum eſſe.
E R. Ceſſa nos impietatis inſimulare. Neque enim nos diuinam naturã paſſam eſſe dicimus, ſed humanam: diuinam autem vnà cum corpore paſſam eſſe.
O R. Illud, Vnà paſſum eſſe, quomodo dicis, an tãquã clauis corpori infixis, diuinam naturam ſenſum doloris accepiſſe? E R A N. Ita.
O R. Atqui nunc etiam, in iis quæ prius examinata fuerunt, oſtendimus, nec animam quidem omnium quæ ad corpus pertinent eſſe participem: ſed corpus vitalem facultatem ſuſcipiens, affectionum ſenſum habere per animam. Quòd ſi etiam conceſſerimus animam vnà cum corpore pati per conſenſum *anima cõ ſenſu pati tur.*
nihilo ſecius impatibilem diuinam naturam inueniemus, Non enim pro anima corpori cõiuncta eſt. An non confiteris ipſum animam adſumpſiſſe?
E R. Sæpe confeſſus ſum. O R. Et animam ratione prędita? E R. Maximè.
O R. Si ergo vna cum corpore ſuſcepit animam: conceſſimus autem animam pati vnà cum corpore per conſenſum: anima ergo, non diuinitas, vnà cum corpore paſſa eſt, dolores, vt eſt veriſimile, per cor-
D pus ſuſcipiens. Sed cum corpore quidem per conſenſum pati animam dixerit fortaſſe quiſpiã, ſed hõ cum ea commoti, immortalem enim naturam ſortita eſt. Quapropter hoc quoque dixit Dominus: No- *Matth. 10*
lite timere eos qui corpus occidunt, animam autem non poſſunt occidere. Si ergo nec Seruatoris quidem animam dicimus fuiſſe mortis cum corpore participem: quemadmodum, quam audetis dicere, blaſphemiam admiſerit quiſpiam, quę diuinam naturam mortis fuiſſe participem non veretur aſſerere idque cum Dominus nunc quod offertur corpus, nunc autem etiam animam turbatam oſtendat. E R. Et vbi corpus quod offertur oſtẽdit Dominus? an rurſus illud vulgo iactatũ teſtimoniũ nobis afferetis? ſoluite tẽplũ hoc, & in tribus diebus excitabo ipſum, & cum graui quodã ſupercilio dicentẽ nobis Euãgeliſtã producetis? Ipſe autẽ dicebat de tẽplo corporis ſui, & quando ſurrexit a mortuis, cognouerunt

discipuli ipsius quod hoc dixit Iesus,& crediderunt scripturę & sermoni,quem dixit Dominus. OR. Si diuinas voces tam ægrè sertis,quæ magnum diuinæ œconomiæ misterium prædicant:cur non simi
hæretici liter ac Marcion,& Valentinus,& Manes,eiusmodi voces deletis?illi enim hoc ipsum fecerunt.Sin au
fuesharii. tem hoc videtur & audax & impium:ne verba Domini ludificemini,sed sequamini Apostolos,qui cre
Ioan.6. diderunt post resurrectionem diuinitatem excitasse templum quod Iudæi soluerant.E R.Si validū habes testimonium,cessa maledicere,& imple quod es pollicitus.OR.Meministi omnino eorum dicto- A
rum Euangelii,in quibus Mannę & veri nutrimenti Deus fecit comparationē.ER.Memini.O R.In eo loco cum de pane vitæ prolixè disseruisset,hæc quoque subiunxit.Panis autem,quem ego dabo, caro mea est,quam ego dabo pro mundi vita.In his autem verbis videre licet beneficentiam ac liberalitatē diuinitatis,& donationem carnis.E R. Ad soluendam dubitationem non sufficit vnum testimonium.
Act.8. O R.Æthiops Eunuchus non multas legit scripturas.Sed cum vnum Propheticum inuenisset testimonium,per illud ad salutem deductus est,ad vobis autem persuadendum,non sufficiunt omnes Apostoli,& Prophetæ,& qui post illos fuerunt veritatis præcones.Sed tamen tibi quoque alia de corpore Domini testimonia afferam.Scis certè locum illum Euangelicę historię,in quo pascha cum suis discipulis comedens,ostendit quidem typicæ ouis finem, docuit autem quodnam sit illius vmbræ corpus. E R.
Matt.26. Noui historiam.OR.Recordare ergo quid acceptū qudē fregit Dominus:quid autē acceptū appellauit
Marc.14. & dixit. E R.Propter eos,qui non sunt initiati mysteriis,dicam aliquāto magis mysticè.Cum accepisset
Luc.22. & fregisset,& discipulis diuisisset,dixit,Hoc est corpus meum,quod pro vobis datur,vel frangitur, vt
1.Cor.11. dicit Apostolus.Et rursus,Hic est sanguis meus noui testamenti,qui pro multis effunditur.O R. Non meminit ergo diuinitatis,passionis typum ostendens.E R.Nequaquam.O R.Sed corporis & sanguinis.ER.Verum.O R.Corpus ergo cruci affixum est.E R.Videtur.O R.Age verò hoc etiam examine
Ioan.20. mus:Quando post resurrectionem,clausis ianuis ad sanctos suos discipulos Dominus ingressus est,& B
Luc.24. eos timore perculsos aspexit,quonam modo metum soluit,& pro metu fidem immisit?E R A N.Dixit eis.Videte manus meas & pedes meos,quòd ego sum,palpate me,& videte quòd spiritus carnem, & ossa non habet,sicut me videtis habere.O R.Corpus ergo ipsis diffidentibus ostendit?E R.Clarum O R.Corpus ergo surrexit?E R.Videtur.O R.Quod autem surrexit,hoc vtique etiam mortuū fuerat. E R.Est verisimile.OR.Quod autem mortuum fuerat,hoc est cruci affixum.E R.Necesse est. O R. Corpus ergo passum est,vt ipse dicis.E R.Hoc dicere cogit verborum series.O R.Consideremus autē sic quoque.Ego autem interrogabo,tu autem ingenuè,& vt veritatis amicum decet,respondē.E R.Res
Act.2. pondebo.O R.Quando ad Apostolos sanctus venit spiritus,& ad incredibile spectaculum, eáque audienda,quæ inaudita,& inusitata fuerant,multa hominum millia ad illam domunculam conuenerūt quænam Apostolorum primus,tunc concionans,dixit de resurrectione Domini?ER. Diuinum Dauid in medium produxit,dixitque eum ab vniuersorum Deo promissiones accepisse,quòd Dominus Christus de fructu lumborum eius germinabit,eisque credidisse, & Propheticè eius resurrectionem præuidisse,& apertè dixisse,quòd anima eius non relicta est in inferno,nec caro eius vidit corruptionē
Psal.15. O R.Horum ergo est resurrectio.E R.Et quemadmodum quis sanæ mentis dixerit resurrectionem esse animæ quæ non est mortua?O R.Qui immutabilis,& quę circumscribi non potest, diuinitatis & passionem,& mortem, resurrectionem esse dicitis,quomodo vobis repente sanæ mentis visi estis,vt vel animæ recusetis resurrectionis nomen attribuere?E R.Quia ei quod cecidit conuenit nomen resurrectio
Ioan.11. nis.O R.Sed non sine anima corpus resurrectionem assequitur,sed diuina voluntate renouatum,& cō iungi coniunctam,vitam recipit.An non sic Dominus Lazarum suscitauit?E R.Clarum est quòd non
Ezech.37 solum corpus resurgit.O R.Apertius docet diuinus Ezechiel. Ostendit enim quemadmodum iussit C
Deus ossa concurrere,& quomodo vnumquodque eorum propriam accepit compagem,& produxit neruos,& venas,& arterias & carnes,quæ inter ea interiectæ sunt,& pellem,quæ est eorum omnium integumentum,& tunc iussit animas reuerti ad propria copora.E R.Hæc vera sunt.O R.Corpus verò Domini,hanc corruptionem & interitum non sustinuit:sed integrum & incorruptum remanens, tertio die suam animam recepit.E R.In confesso est. O R.Eorum itaque est passio quorum est mors. E R. Maximè.O R Resurrectionis autem mentionem faciens,magnus Petrus,ac etiam diuinus Dauid,dixerunt quidem animam non esse relictam in inferno,corpus autem non subiisse corruptionem. E R. Ita dixerunt.O R.Non ergo diuinitas mortem obiit,sed corpus,separatione animæ.E R. Absurda hæc ego dicta non feram.O R.Propriis ergo dictis repugnas,hæc enim tua sunt,quæ absurda vocasti.E R.
Homo. Tu me omnino calumniaris.Nullum enim horum dictorum meum est.O R.Quando interrogante aliquo,quodnam est animal simul prædituum ratione,& mortale,respondeat quispiam & dixerit,homo quemnam eius dicti interpretem, & explicatorem vocaueris, eum qui interrogat,an eum qui respondet?

E R A N.Eum qui respondet.

OR.Iure ergo dixit,hæc à te dici.Tu enim vtique respondens,& hæc quidem inficians,illa verò cōfitens,quæ dicta sunt confirmasti.

E R.Ergo ne quaquam quidem respondebo,sed tantum interrogabo,tu autem respondē.

O R.Respondebo.

1.Cor.2. E R A N. Quid dicis ad illud dictum Apostoli. S I E N I M cognouissent, Dominum D
gloriæ non crucifixissent.Hic enim nec corporis nec animæ meminit.

O R T H.Ergo nec illud carne,hic adiiciendum est,

E R.Hęc est uestra aduersus verbi diuinitatem excogitata machinatio.

ORTH.

ORTH. Sed nudæ verbi diuinitati est ne attribuenda passio?
ERAN. Nequaquam carne enim passus est. In corporea autem natura ipse per se pati non poterat.
ORTH. Sed verbis Apostoli nihil adiiciendum est.
ERAN. Non est absurdum, vt qui nouit scopum & institutum Apostoli, id quod deest adiiciat.
ORTH. Diuinis quidem aliquid adiicere insanum est & temerarium, quæ autem scripta sunt explica
A re, & quæ latet sententiam aperire, & pium & sanctum est. *Diuinis nihil adiiciendum.*
ERAN. Rectè dixisti. ORTH. Nihil ergo alienũ nec impium fecerimus, si nos quoque eorum quæ scripta sunt sententiam perscrutemur. ERAN. Neutiquam.
ORTH. Communiter ergo quod occultum videtur esse quæramus.
ERAN. Maximè. ORTH. Fratrem Domini diuum Iacobum magnus appellauit Paulus. *1. Cor. 15.*
ERAN. Verum. ORTH. Quomodo ergo ipsum fratrem esse intelligemus, vtrum propter diuinitatis, an humanitatis necessitudinem? *Quomodo Iacob. fr. domini.*
ER. Non feram, vt vnitæ naturæ diuidantur. OR. Atqui in iis quæ antea examinata sunt, eas sæpè diuisisti, hoc ipsum autem nũc quoque facies. Dic enim mihi, vnigenitum Deum verbum dicis filium?
ER. Ita dico. OR. Vnigenitus autem solum filium significat?
ERAN. Admodum. OR. Vnigenitus autem minimè habet fratrem. ER. Non habet. Si enim fratrem haberet, non diceretur vnigenitus. OR. Falso ergo vocauerunt Iacobum fratrem Domini. Vnigenitus enim Dominus. Vnigenitus autem minimè habet fratrem.
ER. Sed non est Dominus incorporeus, vt ea sola, quæ diuinitati conueniunt, dicant veritatis prædicatores. OR. Quomodo ergo verum ostenderis quod dicit Apostolus?
ER. Si dicam quòd is secundum carnem fuit dominicæ cognationis particeps.
OR. Ecce rursus nobis induxisti eam, quæ à vobis accusatur, diuisionem.
ER. Non poterat aliter ostendi cognatio. OR. Ne accusa eos ergo, qui ea, quæ sunt eiusmodi, non pos-
B sunt aliter dissoluere. ER. Orationem aliò abducis, volens declinare quæstionem.
OR. Nequaquam, ô vir bone. Per ea enim quæ sunt examinata, illud quoque soluetur, & sic considera. Cum audisti Iacobum fratrem Domini, non diuinitati, sed carni dixisti conuenire cognationem?
ERAN. Ita dixi. OR. Itaque hic etiam cum crucis passionem audieris, eam carni tribue.
ER. Apostolus Paulus Dominum gloriæ vocauit crucifixum. *1. Cor. 2.*
ORTH. Et idem Apostolus Iacobum fratrem Dominum appellauit. Idem est autem Dominus & hic & illic. Si ergo rectus es, & cognationem carni attribuisti: & passio vtique est ei tribuenda. Est enim longè absurdissimum, cognationem quidem ex diuisione intelligere, passionem autem ei citra diuisionem attribuere. ER. Ego credo Apostolo, qui Dominum gloriæ crucifixum appellat.
ORTH. Et ego mihi persuadeo, & credo eum esse gloriæ Dominum. Non enim communis alicuius hominis, sed Domini gloriæ corpus fuit ligno affixum. Oportet autem scire quòd vnio facit nomina communia. Illa autem considera. Carnem Domini dicis è cœlis descendisse?
ERAN. Minimè. *Caro non descendit de cœlo 13*
ORTH. Sed in virginis vtero formatam esse.
ERAN. Ita dico.
ORTH. Quomodo ergo dicit Dominus. Si videritis filium hominis ascendentem vbi erat prius. Et *Ioan. 6.*
C rursus. Nemo ascendit in cœlum, nisi qui de cœlo descendit, filius hominis qui est in cœlo.
ERAN. Non dicit de carne, sed de diuinitate.
OR. Sed diuinitas est ex Deo & patre. Quomodo ergo eum vocat filium hominis?
ER. Communia personæ euaserũt quæ sunt propria naturarum. Idem enim propter vnionem, & filius hominis, & filius Dei, & æternus, & recens, & filius Dauid, & Dominus Dauid, & alia huiusmodi similiter. *Communia naturis propria personæ.*
OR. Rectè admodum. Illud quoque tamen sciendum est, quòd nominum confusio, non fecit naturarum confusionem. Propterea enim etiam discernere quærimus, quemadmodum est quidem filius Dei, quemadmodum autem rursus idem filius hominis, & quomodo idem heri, hodie, & in sæcula sæculorum, & pia verborum discretione, quæ sunt contraria inter se consentire, & conuenire inuenimus. *Heb. 13.*
ER. Rectè dixisti.
OR. Quemadmodum ergo diuinam quidem naturam dicebas è cœlis descẽdisse, filium autem hominis propter eam vnionem vocatum esse dixisti, ita ligno quidem carnem esse affixam conuenit dicere, sed diuinam naturam ab ea inseparabilem confiteri, & in cruce, & in sepulchro, passionem illinc non susci-
pientem, quandoquidem nec ad patiendum nec moriendum sua natura apta est, sed habet immortalem & impatibilem substantiam. Hac vtique ratione Dominum quoque gloriæ crucifixum appellauit, impatibilis naturæ nomen patibili attribuens, Quoniam eius corpus appellatum est. Hoc quoque præterea examinemus. Diuinus dixit Apostolus, Si enim cognouissent, Dominum gloriæ non crucifi-
D xissent. Crucifixerunt ergo naturam quam cognouerunt, non quam penitus ignorarunt. Si autem cognouissent quam ignorarunt, non crucifixissent quam cognouerunt. Quia autem diuinam ignorauerunt, humanam crucifixerunt. An non eos audiuisti dicentes? De bono opere non lapidamus te, sed de blasphemia, quod cum homo sis, te ipsum facis Deum. Per hæc autem ostendunt, quòd quam videbant quidem naturam cognoscebant, quæ autem sub visum non cadit, eam omnino ignorabant. Sin autem illam quoque nouissent, Dominum gloriæ non crucifixissent. *Diuinitas ab humanitate inseparabili.* *Ioan. 10.*

Niceæ. ERAN. Hæc quidem ſunt vtcunque ſatis probabilia. Sed patrum qui Niceæ conuenerunt de fide doctrina, ipſum vnigenitum, verum Deum, & eiuſdem cum patre ſubſtantiæ, paſſum & crucifixum eſſe dixit. ORTH. Eorum, quæ ſæpè in confeſſo fuerunt, vt videtur, oblitus es.

ERAN. Quorumnam? ORTH. Quòd poſt vnionem, tam quæ ſunt ſublimia, quam quæ humilia, diuina ſcriptura, vni perſonæ attribuit. Fortaſſe autem illud quoque ignoraſti, quòd cum prius dixiſſent ſancti Patres, Incarnatum, hominem factum, tunc ſubiunxerunt, Paſſum, crucifixum, & cum prius paſ A
ſionis ſuſceptricem naturam oſtendiſſent, ita paſſionem iis quæ dixerant adiunxerunt.

ERAN. Patres filium Dei, lumen de lumine, & qui eſt de ſubſtantia Patris, dixerunt paſſum eſſe & crucifixũ. ORTH. Sæpè dixi, vnam perſonam, & diuina & humana ſuſcipere. Et ideo beatiſsimi patres, cum quomodo oportet in patrem credere docuiſſent, & ad filii perſonam tranſiiſſent, non ſtatim dixerunt, Et in filium Dei. Atqui valde erat conſequens, vt qui de Deo, & patre dixerãt, ſtatim quoque filii appellationem ponerent. Sed voluerunt nobis ſimul, & de Theologia ſeu de diuinitate, & de œconomia, hoc eſt de ſuſcepta humanitate, tradere, vt non alia quidem diuinitatis, alia verò humanitatis perſona crederetur. Et ideo iis quæ de Patre dicta erant ſubiunxerunt, quòd oportet etiam credere in Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum filium Dei. Chriſtus autem poſt incarnationem Deus verbum ap
Chriſtus. pellatus eſt. Hoc ergo nomen omnia ſuſcipit, & quæcunque diuinitatis, & quæcũque humanitatis ſunt propria, & tamen cognoſcimus quæ ſunt huius, & quæ illius naturæ. Et hoc etiam ex ipſo fidei ſymbolo facilè poteſt intelligi. Cui enim dic mihi conuenit illud, Ex ſubſtantia patris, diuinitati, an formatæ ex ſemine Dauid naturæ? ERAN. Clarum eſt quòd diuinitati.

ORTH. Deum autem verum, de Deo vero, cuiuſnam proprium eſſe dicis, diuinitatis an humanitatis?

ERAN. Diuinitatis. ORTH. Eiuſdem ergo cum patre ſubſtantiæ, non caro, nec anima, ſunt enim creatæ, ſed diuinitas, quæ omnia fabricata eſt.

ERAN. Verum. ORTH. Oportet ergo eos qui paſſionem & crucem audiunt, agnoſcere naturam, B
quæ ſuſcepit paſſionem, & non tribuere impatibili, ſed illi quæ ea de cauſa aſſumpta eſt. Quòd enim e-
can. patr. tiam ſancti & admiratione digni patres impatibilem diuinam confeſſi ſunt naturam, carni autem paſſionem attribuerunt, teſtatur fidei finis. Sic enim habet. Eos autem qui dicunt, Erat aliquando, quando non erat, & priuſquam naſceretur non erat, & quòd ex iis quæ non ſunt factus eſt, vel ex aliqua alia hypoſtaſi vel ſubſtantia, & qui dicunt eſſe mutabilem, vel verti poſſe filium Dei, eos anathematizat, ſancta, catholica, & Apoſtolica eccleſia. Vide ergo cuiuſmodi ſupplicium iis comminati ſunt, qui diuinæ naturæ paſſionem tribuunt.

ERAN. De mutatione, & conuerſione ab eis hoc in loco agitur.

ORTH. Paſſio autem quid eſt aliud quam verſio & mutatio? Si enim qui ante incarnationem erat impatibilis, poſt incarnationem paſſus eſt: mutationem vtique ſuſtinens paſſus eſt, et ſi qui antequam homo fieret erat immortalis, poſtquam homo factus eſt mortem guſtauit, vt vos aſſeritis, poſtquam homo factus eſt, omnino mutatus eſt, mortalis ex immortali factus. Sed huiuſmodi dicta, eorúmque parentes
Excõmunicatio. & authores, benedicti patres à ſacris ſeptis exterminant, et tanquam putrida membra à ſano corpore reſecant. Quamobrem te adhortamur, vt pœnam timeas, et blaſphemiam odio habeas. Oſtendam autem tibi ſanctos patres ea quæ nos diſſerui mus in ſuis ſcriptis ſenſiſſe. Quorum nonnulli quidem admirabilis illius conuentus ſocii fuerunt, nonnulli autem poſt illos ſe in eccleſiis pulcherrimè et præclariſſimè C
geſſerunt, aliqui autem à multis iam retro ſeculis vniuerſum tertarum orbem illuſtrarunt. Sed neque
Symphonia ſ. pat. temporum diuerſitas, nec linguarum varietas, eorum læſit concordiam, ſed ſimiles lyræ fuerunt, quæ multas quidem et diuerſas habet chordas, vnam autem ſymphoniam et ſonorum vnum concentum emittit. ERAN. Valde mihi gratam et expetendam narrationem afferes. Certa eſt enim eiuſmodi doctrina, et valde vtilis.

ORTH. Face ergo aures pateant, vt ſpiritalium fontium fluenta accipias.

Ignat. Sancti Ignatii Epiſcopi Antiocheni et martyris, ex epiſtola ad Smirnenſes.

Euchariſtia. Euchariſtias et oblationes non admittunt, quòd non confiteantur Euchariſtiam eſſe carnem Seruatoris noſtri Ieſu Chriſti, quæ pro peccatis noſtris paſſa eſt, quam pater ſua benignitate ſuſcitauit.

Iren. Irenæi Epiſcopi Lugdunenſis, ex tertio libro aduerſus Hæreſes.

Clarum eſt ergo quòd Paulus alium Chriſtum non nouit, quàm eum qui et paſſus, et ſepultus eſt, et
1. Cor. 15. reſurrexit, et natus eſt, quem etiam hominem dicit. Cum enim dixiſſet, Si autem Chriſtus prædicatur
Rom. 14. ſurrexiſſe à mortuis, ſubiungit reddens cauſam eius incarnationis. Quia enim per hominem mors: per hominem reſurrectio à mortuis, et vbique in paſſione Domini noſtri, et eius humanitate, et morte, Chriſti nomine vſus eſt, Sicut in illo, Ne cibo perde fratrem tuum, pro quo Chriſtus mortuus eſt.

Et rurſus.

Eph. 1. Nunc autem in Chriſto, qui aliquando longè fuiſtis, prope facti eſtis ſanguine Chriſti.

Et rurſus. D

Gal. 3. Chriſtus nos redemit à maledicto legis, factus pro nobis maledictum. Scriptum eſt enim, Maledictus omnis qui pendet in ligno.

Eiuſdem, ex eodem libro.

Quemadmodum enim fuit homo vt tentaretur, ita etiam verbũ, vt glorificaretur, et quieſcebat quidem verbum, dum tentaretur, et crucifigeretur, et mortem obiret, homini autem aderat, dum vinceret, ſuſtineret: ſe benignum humanúmque præſtaret, reſurgeret, in cœlos aſcenderet.

Eiuſdem ex quinto libro eiuſdem operis.

Cum

Cum ergo proprio ſanguine nos Chriſtus redemerit, & animam ſuam pro noſtris animis dederit,
» & carnem ſuam pro noſtris carnibus.

Sancti Hippoliti Epiſcopi & Martyris, ex epiſtola ad Reginam quandam. *Hippolytus.*

Dicit eum primitias eorum qui dormierunt, tanquam mortuorum primogenitum. Qui cum reſurrexiſſet, & vellet oſtendere idipſum fuiſſe ſuſcitatum quod fuerat mortuum: ambigentibus diſcipulis 1.Cor.15.
A accerſito Thomæ dixit. Palpa hic, & vide quòd ſpiritus carnem, & oſſa non habet, ſicut me videtis ha- Col.apo.1
bere. Luc.24.

Eiuſdem ex eadem epiſtola.

Cum dixit eum primitias, id ſuo teſtimonio confirmauit quod à nobis dictum eſt, quòd qui ex ea-
» dem maſſa carnem acceperat Seruator, eam excitauit, iuſtorum carnis primitias conſtituens, vt omnes *Primitiæ.*
in ſpe eius qui reſurrexit, reſurrectionem expectemus qui credidimus.

Eiuſdem ex oratione, De duobus latronibus.

Corpus Domini vtrunque mundo præbuit, ſanguinem ſacrum, & aquam ſanctam.

Eiuſdem, ex eadem oratione.

Atque etiam cum ſit corpus mortuum humano more, magnam vitæ in ſe habet facultatem. Quæ e-
» him ex mortuis corporibus non profluunt, ea ex ipſo profluxerunt, ſanguis & aqua, vt ſciamus quantũ
ad vitam valeat poteſtas, quæ in corpore habitauit, vt nec ipſum corpus mortuum aliis ſimile appareat,
nobis autem ea quæ ſunt vitæ cauſæ poſſit profundere.

Eiuſdem, ex eadem oratione.

Non confringitur autem os ſanctæ ouis, oſtendente figura paſſionem non attingere virtutem. Oſſa
enim ſunt vites corporis.

Sancti Euſtathii Epiſcopi Antiocheni & confeſſoris ex libro de anima.

Paucis conuinci poteſt impia eorum calumnia, & maximè quidem, ſi neque ſalutis hominum cau- *Euſtach.*
» ſa ad mortem ſuum corpus ſponte tradidit. Primum quidem ei magnam imbecillitatem & impoten-
tiam tribuunt, quòd non potuerit inimicorum impetum reprimere.

Eiuſdem, ex eodem libro.

» Cur autem magni faciunt oſtendere Chriſtum corpus inanimum ſuſcepiſſe, terreſtres fraudes con
B fingentes, vt ſi potuerint aliquos corrumpere, vt hæc ita habere definiant, tũc affectionum mutationes
diuino ſpiritui tribuentes, eis facilè perſuadeant, non eſſe mutabile quod ex immutabili natura genitũ
eſt. Eiuſdem, ex oratione habita ſuper illo, Dominus creauit me
initium viarum ſuarum.

Homo enim qui erat mortuus, tertio quidem die reſurgit, Mariæ autem, quæ propter animi fortitu
» dinem ad ſancta membra tangenda magna alacritate ferebatur, eam repellens dixit, Ne me tangas, nõ- *Ioan.20.*
» dum enim aſcendi ad Patrem meum. Vade autem ad fratres meos, & dic illis. Aſcendo ad Patrem
» meum & patrem veſtrum, Deum meum & Deum veſtrum. Illud autem, Non dum aſcendi ad patrem
meum, non dixit verbum, & Deus, qui è cœlo erat profectus, & in ſinu patris verſabatur, nec quæ om-
nia genita continet ſapientia: ſed is qui ex omnibus membris erat compactus, homo hoc protulit, qui
cum eſſet à mortuis excitatus, nondum poſt mortem ad Patrem aſcenderat, ſibi autem profectionis pri
mitias reponebat.

Eiuſdem, ex eadem oratione.

Dominum autem gloriæ, ipſum hominem crucifixum apertè nominat, ſcribens, quãdoquidem & 1.Cor.2.
Dominum & Chriſtum ipſum oſtendit, quemadmodum Apoſtoli cum ſenſili Iſraele concorditer diſſe
rentes, dicunt. Certò ergo ſciat omnis domus Iſrael quòd Dominum eundem & Chriſtum Deus fecit,
eum Ieſum, quem vos crucifixiſtis, qui paſſus eſt. Ieſum ergo fecit Dominum, & non ſapientiam, nec *Act.2.*
verbum, quod ab omni antiquitate habet ius Dominii, ſed eum qui in ſublime erectus eſt, & qui in cru
ce manus expandit.

Eiuſdem, ex eodem libro.

Si enim eſt incorporeus: nec manuum tactui cedit, nec ſenſilibus oculis apprehenditur, non accipit
» vulnera, non clauis configitur, non eſt mortis particeps, non terræ conditur, non ſepulchro includitur,
C non ſurgit ex monumento.

Eiuſdem, ex eadem oratione.

Nemo tollit à me animam, poteſtatem habeo ponendi animam meam, & poteſtatem habeo rurſus *Ioan.10.*
accipiendi ipſam. Si autem vtriuſque habet poteſtatem, vtpote deus, eis quidem conceſſit templum ſol
uere inconſideratè volentibus, reſurgens autem, ipſum pulchrius & magnificentius reædificauit. Vali-
diſſimis, & quibus contradici non poteſt, ſententiis oſtenſum eſt, quòd ipſe per ſe proprium templum *Suſcitatio*
reſurgens refecit, aſcribenda ſunt autem etiam diuiniſſimo patri quæ à filio magna & præclara geſta *Chriſti cõ*
ſunt. Neque enim filius abſque patre fabricatur, vt ſacræ ſcripturæ conſtanter & ſtabiliter pronuntiãt. *munis p.*
Ea enim de cauſa, aliquando quidem diuiniſſimus genitor ſcribitur Chriſtum à mortis ſuſcitaſſe: ali- *& f.*
quando verò pollicetur filius ſe proprium templum excitaturũ, Si ergo ex iis quæ antè examinata ſunt
oſtenſum eſt, eſſe impatibilem diuinum Chriſti ſpiritum, decretis Apoſtolicis fruſtra nituntur impii. Si
enim dixit Paulus Dominum gloriæ eſſe crucifixum, ad hominem apertè reſpiciens, non propterea o-
D potebit diuinitati paſſionem tribuere. Cur ergo coniungunt contexentes ex imbecillitate, dicẽtes Chri
ſtum eſſe crucifixum.

Eiuſdem, ex eodem libro.

Si autem etiam imbecillitatis formã ei attribuere conueniebat: hæc homini adſcribere conſentaneum
eſſe di-

esse dici potest, non autem diuinitatis plenitudini, vel supremæ sapientiæ authoritati, vel ei qui in omnibus à Paulo scriptus Deus est.

Eiusdem, ex eodem libro.

Hic est autem modus imbecillitatis, per quem secundum Paulum dicitur ad mortem venisse. Viuit
2. Cor. 13. enim ex virtute Dei, qui diuino scilicet spiritu vnà versatur homo, quoniam & eum qui in ipso creditur esse, altissimi virtutem ex iis quæ præcesserunt decretis ostensum est. A

Eiusdem, ex eodem libro.

Si autem virginis vterum ingressus, non minuit potestatem: nec corpore ligno crucis affixo, spiritus polluitur. Corpus enim sublime cruci affigebatur, diuinus autem sapientiæ spiritus, & intra corpus versabatur, & cœlestibus insidebat, & omnem terram continebat, & abysis imperabat, & singulorum animas perscrutans discernebat, & omnia vt consueuerat tanquam Deus faciebat. Non enim intra moles corporeas suprema sapientia inclusa cõtinetur, quemadmodum humidæ & siccæ materiæ intra vasa quidem includuntur, continentur autem potius quam repositoria contineant: Sed quæ est quidem diuina & inexplicabilis potentia, & quæ intra, & quæ extra templum sunt, comprehendens continet, & illinc vlterius procedens, omnes simul moles ac magnitudines continens, coercet ac moderatur.

Eiusdem, ex eadem oratione.

Sol. Si autem sol, cum sit corpus, quod cadit sub visum, qui sensu potest comprehendi, tot & tantas vbique terrarum iniurias, & probraferens, non mutat ordinem, nec paruum vel magnum ictum sentit: incorpoream sapientiam pollui existimas, & mutare naturam, si eius templum cruci affigitur, vel solutionem suscipit, vel vulnera perpetitur, vel corruptionem aut interitum admittit? Sed templum quidem patitur, substantia autem immaculata, & omni ex parte impolluta remanet.

Eiusdem ex libro, de descriptione graduum.

Acquisitum autem gloriam pater non suscipit, vt qui sit perfectus, infinitus, & nec mente comprehendi potest, & nec pulchritudine indiget, & est ab omni probro & contumelia alienus, sed neque ver B
bum eius, qui Deus est ex ipso genitus, per quem facti sunt Angeli, & cœli, & infinitæ terræ magnitudines, & omnes, vt semel dicam, rerum generabilium materiæ & compositiones: sed homo in Christo, qui surgit à mortuis, exaltatur, & glorificatur, aduersatiis probrum & ignominiam in se accipiẽtibus.

Eiusdem, ex eodem libro.

Qui autem propter inuidiam aduersus eum inimicitias susceperunt, & infesta acie in eum processerunt, funduntur & fugantur, cum verbum & Deus suum ipsius templum splendidè & magnificè restituit.

Eiusdem, ex interpretatione 92. Psalmi.

Tandem ergo Propheta Esaias ipsa quidem eius passionũ vestigia prosequens, iis hoc quoque ma-
Esa. 53. ioti & altiori voce subiunxit. Et vidimus ipsum: & non habebat nec speciem, nec pulchritudinem, sed speciem eius sordidam & abiectam præter filios hominum. Deinde apertè ostendens, quòd ad hominem, non ad Deum, referuntur indecoræ species, & affectiones, protinus subiungit. Homo in plaga exi stens, & sciens ferè infirmitatem.

Eiusdem, ex eadem interpretatione.

Ipse ergo is est, qui post contumelias indecorus, & deformis visus, deinde rursus mutatione facta decorem induit. Neque enim qui in ipso inhabitabat, Deus, instar agni ad mortem ducebatur, & tanquam ouis mactabatur, qui naturalitet sub visum non cadit. C

Athan. Sancti Athanasii Episcopi Alexandrini, & confessoris, ex epistola ad Epictetum.

Quis est adeò impius, vt dicat simul & sentiat, quòd diuinitas, quæ est eiusdem cum patre substantiæ fuit circumcisa, & imperfectus ex perfecto factus est, & quòd id quod ligno affixum est, non erat corpus, sed ipsa opifex substantia?

Eiusdem, ex eodem opere.

Quæ enim verbi patiebatur humanitas, ea conuenienter ad seipsum referebat, vt nos diuinitatis ver
bi participes esse possemus, & erat admirabile, quòd idem erat patiens, & non patiens. Patiẽs quidem,
Patiẽs & nõ patiẽs. quòd eius proprium corpus patiebatur, & erat in ipso patiente, non patiens autem, quòd cum natura sit Deus verbum, est impatibilis. & ipse quidem incorporeus erat in corpore patibili, corpus autem in se habebat verbum impatibile, quod delet ipsius corporis infirmitas.

Eiusdem, ex eadem Epistola.

Cum enim esset Deus, & Dominus gloriæ, erat in corpore turpiter & ignominiosè cruci affixo. Cor
pus autem, patiebatur quidem in ligno punctum, & ex eius latere fluebat sanguis & aqua, cum verò esset verbi templum, erat plenum diuinitate. Propterea ergo sol quidem, cum videret suum opificem ac
Sol. creatorem, in corpore probro & contumelia affecto patientem, radios contraxit, & terram obscurauit. Ipsum autem corpus, quod naturam habebat mortalem, præter suam naturam resurrexit propter verbũ quod in ipso erat, & cessauit quidem à naturali interitu & corruptione, indutum autem verbo, quod est supra hominm, ab interitu et corruptione alienum euasit. D

Eiusdem, ex libro maiore de fide.

Quod excitatur à mortuis, homo erat, an Deus? Interpretatur Petrus Apostolus, qui melius nobis
Act. 13. scit, et dicit. Cum eum de ligno deposuissent, posuerunt ipsum in monimento.
Deus autem suscitauit à mortuis. Corpus ergo Iesu mortuum, quod de ligno depositum est, et in moni
Ioan. 2. mento positum, à Ioseph autem ab Arimathia sepultum, ipsum Deus verbum suscitauit, dicens. Solui te templum hoc, et in tribus diebus excitabo ipsum. Qui cum etiam omnes mortuos viuificet, etiam

ex Maria

ex Maria ſuſceptum hominem Chriſtum Ieſum viuificauit,quem adſumpſit.Si enim cùm eſſet in cruce,quæ prius diſſoluta erãt,ſanctorum mortua corpora ſuſcitauit:multo magis ſuſcitare potuit corpus quod geſtauit,qui eſt ſemper viuens Deus verbum,vt dicit Paulus. Viuẽs enim Dei verbum, & efficax. *Matth.2.*

Eiuſdem,ex eadem oratione.

A Vita ergo non moritur,ſed mortuos viuificat.Sicut enim lux in loco tenebricoſo nõ læditur:ita nec vita pati poteſt,quæ mortalem naturam inuiſit,eſt enim immutabilis,& nec verti, nec diuerſa & altera eſſe poteſt verbi diuinitas.Sicut enim in prophetia dicit de ſeipſo Dominus.Videte me,quid ego ſum, & non ſum immutatus. *Heb.4.* *vita* *Lux*

Eiuſdem,ex eadem oratione.

Qui viuit,mori non poteſt,ſed mortuos potius viuificat.Eſt ergo & fons vitæ,diuinitate,quam habet ex parte: & homo qui mortuus eſt,vel potius à mortuis ſuſcitatus: qui etiam intercedit pro nobis: qui ex virgine Maria natus eſt:quem verbi diuinitas propter nos ſuſcepit. *Mal.3.*

Eiuſdem,ex eadem oratione.

Accidit vt Lazarus morbo affectus,moreretur.Homo autem Domini,non ægrotans,nec inuitus periit,ſed ex ſe ad mortis œconomiam acceſſit,confirmatus à Deo verbo,qui in ipſo habitabat, qui dixit. Nemo tollit animam à me,ex meipſo eam pono.Poteſtatem habeo ponendi ipſam. Diuinitas ergo eſt filii,quæ ponit,& accepit animam hominis,quem geſtauit.Plenum enim hominem ſuſcepit,vt & plenum ipſum,& cum ipſo mortuos viuificet. *Ioan. 10.*

Eiuſdem,ex oratione aduerſus Arrianos.

Quando ergo dicit beatus Paulus,Pater ſuſcitauit filium à mortuis,Ioannes nobis narrat, quòd Ieſus dixit, Soluite templum hoc, & in tribus diebus excitabo ipſum, dicebat autem, inquit, de proprio cõrpore:clarum eſt ergo iis qui attendunt,quòd corpore excitato,dicitur filius apud Paulum ſurrexiſ-
B ſe à mortuis.Quæ ſunt enim eius corporis,in ipſius perſona dicuntur.Ita etiam quando dicit,Vitam dedit pater filio,vitam carni datam,intelligendum eſt.Si enim ipſe vita eſt, quomodo vita vitam accipit? *Ioan.2.* *Ioan.5.*

Eiuſdem,ex oratione de incarnatione.

Cum enim vidiſſet verbum non aliter eſſe ſoluendum hominum interitum,niſi omnino moreretur fieri autem nõ poterat,vt verbum moreretur,quod eſt immortale,& patris filius:ea de cauſa,quod mori poſſet ſibi corpus adſumit,vt rationis ac verbi quod ad omnes peruenit effectum particeps,pro omnibus morti ſatisfaceret,& propter verbum inhabitans, ab interitu & corruptione ſeiugatum maneret, & deinceps interitus & corruptio ceſſaret ab omnibus,reſurrectionis gratia. Vnde tanquam hoſtiam ab omni macula liberam,corpus à ſe acceptum ad mortem offerens cõuenienti oblatione,ab omnibus ſimilibus protinus mortem deleuit.Cum enim ſuper omnes eſſet Dei verbum,merito ſuum ipſius templum,& corporale inſtrumentum,pro omnium animis pretium offerens,id quod morti debebatur impleuit:& ita per id quod erat ſimile, cum omnibus conuerſans,ab interitu & corruptione alienus Dei filius,iure quoque omnes incorruptione induit,in promiſſione reſurrectionis. Ea etenim quæ erat in morte corruptio & interitus,aduerſus homines non amplius habet locum,propter verbum quod in eis habitat per vnum corpus. *Corp. Inſtrumentũ.*

Eiuſdem,ex eadem oratione.

Ea de cauſa poſt diuiniſſimas ſui ex factis oſtenſiones, iam etiam pro omnibus ſacrificium obtulit,
C pro omnibus templum ſuum morti tradens.Vt omnes ab antiqua tranſgreſſione immunes & liberos faceret,ſeipſum autem,vel morte ſuperiorem oſtẽderet,primitias vniuerſorum reſurrectionis,proprium corpus ab interitu alienum oſtendens.Corpus etenim ipſum quidem communem habebat ſubſtãtiam: erat enim humanum corpus,etiam ſi recentiori miraculo ex ſola virgine conſtitutum.Cum eſſet tamẽ mortale, ex ſimilium conſequentia mortuum eſt, ſed propter verbum quod ipſum inuaſerat, non amplius ſecundum propriam naturam corrumpebatur,ſed propter inhabitans Dei verbum,fuit ab interitu & corruptione ſeiunctum.

Eiuſdem,ex eadem oratione.

Vnde,vt antea dixi,verbum,cum fieri non poſſet vt ipſum moreretur, erat enim immortale, accepit ſibi corpus quod poſſet mori vt ipſum,tanquam proprium,pro omnibus offerret,& vt ipſe pro omnibus patiens,eo quòd in ipſum deueniſſet,eum deleret qui mortis habebat imperium.

Eiuſdem,ex eadem oratione.

Patiens enim corpus ſecũdum corporum naturam,moriebatur,habebat autem fidem incorruptionis ex verbo in eo habitante.Neque enim moriente corpore verbum quoque moriebatur.Sed erat quidem ipſum impatibile,& ab interitu alienum,& immortale,vt pote quod eſſet Dei verbum, imo poti cũ ipſo corpore conuerſans,arcebat ab ipſo eam,quæ eſt ſecundum naturam,corporũ corruptionem: Vnde etiam dicit ei ſpiritus.Non dabis ſanctum tuum videre corruptionem. *Pſal. 25.*

D Sancti Damaſi Epiſcopi Romani,ex expoſitione. *Dam.*

Si quis dixerit quòd in paſſione crucis dolorem ſuſtinuerit filius Dei, & Deus,& non caro cum anima quam induit forma ſerui,quam ſumpſit,ſicut dixit ſcriptura,anathema ſit.

Sancti Ambroſii Epiſcopi Mediolanenſis,ex libro de fide catholica. *Ambr.*

Sunt nonnulli qui eo impietatis proceſſerunt,vt exiſtiment Domini diuinitatem fuiſſe circunciſam, & ex perfecto factum eſſe imperfectum,& quòd in ligno non fuit caro,ſed illa diuina ſubſtantia, quæ eſt omnium opifex.

Eiuſdem,ex eodem libro.

Caro

Caro passa est, diuinitas manet à morte immunit. Corpus lege humanæ naturæ cessit vt pateretur.

Matt.10. Quomodo enim potest mori Deus, cum anima mori nequeat? Ne timete enim inquit, eos qui corpus occidunt, animam autem non possunt occidere. Si ergo anima occidi non potest, quomodo potest diuinitas subiecta esse morti?

Sancti Basilii Episcopi Cæsariensis.

Basil. Quod cuilibet notum est, qui dictionis Apostolicæ voluntatem parumper attenderit, quòd nō tradit nobis modum diuinitatis, sed œconomię rationes, declarat illud. Dominum enim ipsum, & Christū A

Act.2. Deus fecit hunc Iesum quem vos crucifixistis, voce indicatiua, ad id quod est in eo humanum, & quod ab omnibus videtur, apertè referens.

Gregorii Episcopi Nazianzeni, ex epistola ad beatum Nectarium Constantinopolitanum.

Nazan. Quod autem in ecclesiasticis difficultatibus est omnium difficilimum, est Apollinaristarum licentia, quos nescio quomodo tua contempsit sanctitas, sibi æquè ac nos, communicandi arrogantes potestatem. Et paulopost. Et nondum est hoc graue, sed quod est omnium grauissimum, ipsum vnigenitum Dei filium, eorum qui sunt iudicem, vitæ principem, mortis euersorem, mortalem esse asserit, & sua diuinitate passionem susceptisse, & in triduana illa corporis morte, diuinitatem quoque vnà cum corpore morte affectam esse, & ita rursus patrem eum à morte suscitasse.

Apollina.

Eiusdem ex priore expositione ad Cledonium.

Arrian. Si est homo quidem inanimus, hoc etiam dicunt Arriani, vt passionem ad diuinitatem referant, tàn quam quod mouet corpus, id etiam patiatur.

Eiusdem, ex oratione de filio.

Restaret, vt de eo quod est, ei mandatum esse, eúmque mandata seruasse, & omnia quæ ei grata & accepta erant fecisse tractaremus, præterea autem de perfectione, & exaltatione, & quod didicit ex iis quæ passus est obedientiam, & de sacerdotio, & oblatione, & traditione, & oratione ad eum qui à morte potest seruare, & anxietate, & guttis & precatione, & si quid aliud eiusmodi, nisi omnibus esset manifestum, quòd eiusmodi nomina, quæ sunt eius quod afficitur ac patitur, non naturam immutabilem, B & quæ est altior quam vt patiatur, significent.

Eiusdem, ex oratione de paschate.

Esa.63. Quis is est qui venit de Edom, & de terrestribus? Vel quomodo rubræ vestes eius qui caret & sangui ne, & corpore, tanquā eius qui torcular ingressus est, & plenum torcular calcauit? Propone tibi pulchritudinem vestis corporis passi, & passione exornati, qua nihil est amabilius, neque formosius.

Sancti Gregorii Episcopi Nisseni ex oratione catechetica.

Nissen. Et hoc quidem est Dei naturale, quod attinet ad œconomiam de morte, et resurrectione à mortuis vt morte quidem solui animam à corpore, ex necessaria naturæ consequentia non prohibeat, sed ea inter se rursus reducat per resurrectionem.

Eiusdem, ex eadem oratione.

Quoniam enim non aliundè quàm ex nostra massa erat homo qui Deum suscepit, qui per resurrectionem exaltatus est cum diuinitate. Quemadmodum in nostro corpore, vnius sensorii operatio, ad omnem consensum secum trahit id quod parti vnitum est. Ita perinde ac si vniuersa natura sit vnū quod piam animal, quæ fit ex parte resurrectio, peruadit ad vniuersum quod est in natura continuum et vnitum, ex parte toti impartita, et communicata. Quid ergo præter probabile mysterium dicimus, si qui stat, inclinat ad eum qui cecidit: qui iacet, ad id quod resurrexit?

Eiusdem, ex eadem oratione. C

Consequens autem fuerit etiam in hac parte, non hoc quidem respicere, illud verò negligere: sed in morte quidem id quod est humanum intueri: in labore verò, id quod est diuinius curiosè inquirere?

Eiusdem, ex opere aduersus Eunomium.

Ioan.11. Neque humāna natura Lazarum viuificat, nec deflet iacentem impatibilis potentia. Sed lachryma quidem est hominis propria, vitæ autem ea quæ verè vitæ sunt. Non nutrit multa hominum millia humana mendicitas, non adcurrit, ad ficum omnipotens potestas. Quis ex itinere defatigatur, et quis vniuersum mundum citra vllum laborem verbo constituit, quid est splendor gloriæ, et quid est quod clauis configitur, quænam forma in passione colaphis cæditur, et quæ ex æterno glorificatur, hæc aperta sunt, licet nemo orationes interpretetur.

Eiusdem, ex eodem opere.

Reprehendit eos qui humanæ naturæ passionem ad scribunt. Vult autem omnino ipsam diuinitatē passioni subiicere, cū enim sit duplex et ambigua existimatio, diuinitàne an humanitas passa sit, vnius accusatio, est omnino eius quod deest confirmatio. Si ergo eos reprehendunt, qui passionem in humanitate fuisse vident, eos omnino laudant, qui dicunt fuisse passam filii diuinitatem. Quod autē per hæc confirmatur, est absurdi eorum dogmatis parrocinium. Si enim patitur quidem, vt ii volunt, filii diuinitas, patris autē diuinitas seruatur impatibilis: impatibilis ergo natura ab ea quæ passionem suscipit aliena est.

Amphiloch.

Sancti Amphilochii Episcopi Iconii, ex oratione in illud, D

Amen amen dico vobis.

Ioan.5. Qui sermonem meum audit, et credit ei qui misit me, habet vitam æternam. Cuius ergo sunt carnis affectiones? Ergo si das quidem carni affectiones, ei quoque verba humilia concede, et cui miracula adscribis, sublimia quoque et magnifica verba tribue. Qui enim miraculorū effector Deus est, alta et suis factis

Humilia & sublimia.

factis digna loquitur. Qui autem patitur, homo rectè humilia & suis affectionibus dicit conuenientia,

Eiusdem, ex oratione in illud Pater maior me est.

Quando autem carni affectiones, & Deo miracula dederis, necesse est vt velis nolis, humiles quidem sermones ex Maria nato homini, sublimes autem & Deo conuenientes, verbo quod erat in principio: Propterea enim alicubi quidem magnifica & sublimia, alicubi verò humilia & abiecta verba loquor, vt per sublimia inhabitantis verbi nobilitatem ostendam: per humilia autem, humilis carnis imbecillitatem significem. Quocirca alicubi quidem dico me esse patri æqualem, alicubi verò maiorem patrem, non mecum pugnans, sed ostendens me esse Deum & hominem: Deum quidem per sublimia, per humilia verò hominem. Si autem vultis scire quomodo pater meus maior me est, id dixi ex carnis, & non ex diuinitatis persona,

Eiusdem ex oratione in illud. Si possibile est, transeat à me calix iste.

Ne ergo carnis passiones verbo impatibili inieceris. Deus enim sum & homo, Hæretice. Deus vt spondent miracula. Homo, vt testantur affectiones, & ea quæ passus sum. Quoniam ergo Deus sum & homo, dic quis passus est? Si Deus passus est: id dixisti quod est blasphemum. Sin autem caro passa est cur non ei tribuis passionem, cui timorem adiungis? Alio enim patiente, alius non pertimescit, & dum homo crucifigitur, Deus non perturbatur.

Eiusdem, ex oratione aduersus Arrianos.

Et ne longiori vtar oratione, paucis rogo te Hæretice, Qui ex Deo est antè secula genitus, passus est an qui ex Dauid postremis tẽporibus natus est Iesus? Si ergo diuinitas passa est: dixisti quod est blasphemum. Sin autem homo, vt habet veritas: quare homini passionem non adscribis?

Eiusdem ex oratione de filio.

Cum enim dixisset Petrus, quòd & Dominum & Christum ipsum fecit Dominus, subiunxit. Iesum quẽ vos crucifixistis, eũ Deus suscitauit à mortuis. Nõ diuinitas autẽ morte affecta est, sed homo, & qui eũ suscitauit à mortuis, verbũ est Dei potẽtia, qui dixit in Euãgelio. Soluite tẽplum hoc, & triduo excitabo illud. Quare si dicatur, & Dominũ ipsum & Christũ fecit Deus, qui morte affectus est, & ex mortuis resurrexit, cãrnem dicit, & non diuinitatem filij *Act. 2.*

Eiusdem, ex oratione in illud, Non potest filius ex seipso facere quidquam.

Neque enim habebat naturã, vt vita à corruptione & interitu detineretur. Quandoquidem diuinitas ad passionem non attracta est. Quanam enim id posset ratione? Sed humanitas ad incorruptionem renouata est. Oportet enim, inquit, mortale hoc induere immortalitatem, & hoc corruptibile induere incorruptionem. Vides quam exactè & accuratè dictum sit, mortale hoc monstrauit, ne putares esse alius carnis resurrectionem. *Ioan. 2. 1. Cor. 15. Faluian.*

Sancti Flauiani Episcopi Antiocheni in dominica paschæ.

Propterea etiam crux nobis liberè prædicatur, & mortẽ Domini confitemur, nihil præbente diuinitate, est enim diuinitas impatibilis: sed corpore œconomiam implente.

Eiusdem de Iuda proditore.

Quare quando Dominum traditum audiueris, ne diuinam authoritatem ad humilitatem & abiectionem detraxeris, neque corporales affectiones diuinæ potestati adscripseris. Quod enim est diuinum, est impatibile, & ab omni mutatione versionéque remotum. Etsi enim propter humanitatem, suam tamen naturam non mutauit. Sed cum esset id quod erat, concessit diuinitas vt corpus mortis periculum faceret.

Theophilacti Episcopi Alexandrini, ex festiuo tomo. *Theophyl.*

Eorum enim quæ carent ratione, non tolluntur & ponuntur rursus animæ, sed vnà cùm corporibus intereunt, & in terram resoluuntur. Seruator autem, cum animam suam passionis tempore è proprio corpore abstulisset, resurgens à mortuis, in eo rursus reposuit. Huius autem rei nobis fidem faciens, prædixit per Psalmistam clamans, NON relinques animam meam in inferno neque sanctum tuum adire corruptionem. *Animæ Irrationales mortales. Psal. 15.*

Beati Gelasii Episcopi Cæsareæ Palestinę ex oratione in Epiphania.

Vinctus, vulneratus, crucifixus, contrectatus est, vibices tulit, lanceę cicatricem accepit. Hęc omnia corpus ex Maria natum sustinuit. Id autem quod ante sæcula ex patre genitum est, nemo poterat lædere, neque enim ea fuit verbi natura. Quomodo enim posset diuinitas retineri, quomodo vulnerari, quomodo incorporea natura cruentari, & quomodo sepulturæ vinculis implicari? Da ergo ea quæ non potes lædere, & honora diuinitatem, & te necessitatis oratio contineat. *Gelas. Cry.*

Sancti Ioannis Episcopi Constantinopolitani, ex oratione in illud. Pater meus vsque adhuc operatur, & ego operor.

Quod signum ostendis nobis quòd hæc facias? Quid ipse? Soluite templũ hoc, inquit, & ego triduo excitabo illud, dicens de suo corpore. Sed illi hoc non intellexerant. *Ioan. 2.*

Et paulopost.

Quomodo non prætermisit hoc Euangelista, sed subiunxit correctionem, dicens. Ille autem dicebat de templo sui corporis. Non dixit enim, Soluite corpus hoc, sed templum, vt Deum inabitantem ostenderet. Soluite templum hoc Iudaico multo melius. Iudaicum enim habuit legem, hoc verò legislatorẽ Illud literam quidem occidentem, hoc verò spiritum viuificantem. *Templum Iudæorũ.*

Eiusdem, ex oratione, quòd quæ humiliter dicta & facta sunt, non propter potentiæ imbe-

cillitatem,sed propter œconomiam facta sunt.

Matt.26. Quomodo ergo hic dicit,Si possibile est? Ostendit humanę naturę imbecillitatem,quæ à præsenti vita abrumpi nolebat, sed recusabat,& tergiuersabatur,propter præsentis vitæ amorem illi à Deo ab initio inditum.Si enim cum ipse tot & tanta dixit,ausi sunt quidem dicere,quod carnem non acceperit:Si nihil horum dictum esset,quid non dixissent? A

Eiusdem,ex eadem oratione.

Vide quomodo etiam priorem eius ætatem exposuerunt.Interroga ergo Hæreticum,Deus veretur ne,& recusat,& cunctatur,& dolore afficitur? & si dixerit ita,deinceps recede,& statue eum infra cũ Diabolo,vel potius eo inferius.Neque enim ille audebit hoc dicere.Sin autem dixerit nihil horum esse Deo non indignum,dic ergo nec orat Deus.Nam præter hæc,aliud quoque erit absurdum,si Dei verba sint . Non enim angorem solum & tristiciam hæc verba significant , sed etiam duas voluntates: vnam quidem patris,vnam filii , inter se contrarias dicere enim,Non vt ego volo , sed sicut tu est eius qui hoc indicat.

Duæ volũtates.

Eiusdem,ex eadem oratione.

Si hoc enim in diuinitate dictum sit,exoritur quædam contradictio,& multa ex eo absurda enascuntur.Si autem in carne,sunt rationi consentanea quæ dicta sunt,& nihil erit quod possit reprehẽdi. Neque nolle mori carnem,damnati potetit,hoc est enim naturæ.Ipse enim,quæcunque sunt naturæ, præter peccatum,copiosissimè ostendit,vt ora Hæreticorum obturaret.Quando ergo dicit,Si possibile est,transeat à me calix istè,& Non vt ego,sed vt tu vis,nihil aliud ostendit,quàm se verè esse circundatum carne,quæ mortem timeret . Timere enim mortem , & recusare,& angore ac mœrore affici, est illius . Quandoque ergo eam nudam , & à sua operatione destitutam relinquit, vt cum eius infirmitatem ostenderit , eius quoque naturam probet . Quandoque autem eam cœlat , quia non est homo tantum. B

Seuerian.

Seueriani Episcopi Gabalarum,ex eius oratione de signaculis.

Iudæi de iis pugnant quæ appatẽt,ignorantes id quod non apparet,& carnem quidem crucifigũt diuinitatem autem non perimunt.Si enim scripto,quod est verborum indumentum,mea verba nõ pereunt: quomodo Deus verbum,fons vitæ vnà cum carne interiit? Passio est in corpore,impatibilitas autem in dignitate . Ecce tibi eos qui & orientales, & occidentales,& etiam australes & boreales orbis terræ partes colunt,vanam vestram hæresim reprehendere ostendimus,& diuinam naturam esse impatibilem apertè prędicare,& vtranque linguam,græcam dico & romanam consentientem de diuinis confessionem proferre.

Scriptũ verb. indumentũ

Hyperbolæ veterũ similes arboratoribus.

E R.Ego quoque admiror virorum concordiam,multã quidem certè in eorũ scriptis diuisionẽ aspexi. OR.Ne ægrè tuleris.Vehemens enim aduersus aduersarios contẽtio,in causa fuit vt modũ excederẽt. Hoc ipsum solent etiam facere qui plantant arbores.Quando enim viderint inclinatam arborem,non solum eam erigunt,sed in alteram etiam partem inflectunt,vt per nimiam in contrarium inclinationẽ vt recta sit efficiant.Vt autem scias,quòd,qui hanc multiplicem,& multiformem hæresim immodicis blasphemiis confitmare contendunt,veteres quoque Hęresiarchas cęlare conantur,audi rursus scripta Apollinaris,quæ diuinam naturam impatibilem prædicant,& corporis esse passionem confitentur.

Apollina.

Apollinaris,ex summa.

Solutum templum,hoc est corpus eius qui excitat,dicit Ioannes.Omnino autem vnum est corpus apud ipsum,& non est aliquod aliud apud ipsos.Si autem apud Dominum vnum fuit corpus Domini quæ sunt propria corporis,fuerunt eius propria per corpus. C

Et rursus.

Hoc enim verum est,quòd verbi cũ corpore coniunctio non fit ex verbi circunscriptione,vt nihil amplius habeat quàm corporis complexus. Quare etiam in morte manet circa ipsum immortalitas.Si est enim hac compositione superior,est etiam dissolutione.Dissolutio autem mors est.Neque enim cõpositione comptehensus est.exinanitus enim esset mundus,neque in dissolutione,quæ ex dissolutione oritur,indigentiam habuit,vt anima.

Et rursus.

Sicut enim ex monimẽtis mortuos egredi dicit Seruator,& si animæ illinc nõ egrederẽtur:ita seipsum dicit ex mortuis resurrecturum,etiamsi corpus quod resurgat.

Et in alio etiam simili opere hæc scripsit.

Est hominis surgere a mortuis,Dei autem excitare. Vtraque autem Christus.Deus ergo erat, & homo.Si homo solum Christus,non viuificasset mortuos,& si solum Deus: non seorsum a patre aliquos mortuos viuificasset.Vtraque autem Christus.Deus ergo & homo idem.Si solum homo Christus: mũdum non seruasset,& si solum Deus,per passionem non seruasset.Vtraque autem Christus. Deus ergo est & homo.Si solum homo Christus,si solum Deus,non inter homines & Deum intercederet.Et paulopost.Caro est non vitæ instrumentum,quod affectionibus cum diuinis consiliis congruit,nec verba sunt,nec facta carnis propria,& affectionibus subiecta,vt carni conuenit,affectionibus dominatur , eo quòd sit caro Dei. D

Et rursus paulopost.

Filius in mundo peregrinatur,carne a virgine sumpta,quam sãcto spiritu impleuit ad omniũ nostrũ sanctificationem:morti autem morte tradita per resurrectionem, mortem soluit ad omnium nostrum resurrectionem.

In libello autem de fide hæc scripsit.

Et

Et cum essent circa carnem affectiones, suam impatibilitatem habuit potentia. Impius est ergo, qui affectionem aut passionem ad potentiam deducit.

Et in libello de incarnatione hæc rursus scripsit. Hic ergo eundem significans, vt hominem quidē, surrexisse à mortuis, vt Deum autem, vniuersæ creaturæ imperare. Vides vnum ex nouæ hæresis Magistris diuinitatem impatibilem apertè prædicare, & templum corpus vocare, & Deum verbum id suscitasse asserere.

A

ER. Audiui, & miratus sum, & me valde pudet nostra magis visa esse fugienda, quam quæ ab hoc viro noua introducta sunt.

OR. Ego autem tibi quoque ex altero Hæreticorum grege testem producam, qui vnigeniti diuinitatē esse impatibilem apertè prædicat.

ER AN. Quemnam eum dicis

Eusseb. Emes. Phenix. Arrian.

ORTH. Eusebium fortasse audiuisti Phænicem, qui Emesæ vrbis ad libanum fuit Pontifex.

ER. Incidi in aliquot eius scripta, & inueni eum valde consentire cum dogmatibus Arrii.

OR. Is erat illius sectæ & tamen cum vellet ostendere Patrem maiorem vnigenito, prædicat esse impatibilem eius cui detrahitur diuinitatem, & de ea re magna & admirabilia certamina suscepit.

ER. Valde mihi cupienti eius quoque dicta afferes.

OR. Prolixius ergo tibi testimonium afferam, vt tuum desiderium expleam. Audi ergo virum clamantem. Existima autem eum ad vos his verbis vti.

Eusebii Emeseni.

Qui de causa timet mortem? ne quid a morte patitur? quid. n. erat illi mors: an non secedere virtutem & potentiam a carne? nunquid enim clauum suscepit virtus ac potentia vt timeret. Si enim anima

anima nō patitur cū corpore.

B

nostra nō patitur quę sunt corporis, licet cū eo vna sit: sed excæcatur quidē oculus, mens autē confirmatur: pes amputatur, & non claudicat ratio, idque & natura testatur, & Dominus sui sigilli authoritate cōprobat, dū dicit, Nolite timere eos qui corpus possūt occidere animā autē occidere nō possunt. Si nō possunt, qui non fecerunt, nō quod nolint, sed quod nō possint si velint, efficere, vt eadem patiatur quod ei coniunctum corpus: qui creauit animam, & corpus formauit, is eadem patitur quę corpus, & si maximè corporis affectiones in se suscipit. Sed passus est Christus pro nobis, & non mentimur. Panis enim quem ego dabo caro mea est, quam dedit pro nobis. Detentū est ꝙ detinetur, crucifixū est quod crucifigitur. Qui autē habet potestatē & habitādi & recedēdi, hoc dicit. Pater in manibus tuis deponā spiritum meū, in manibus eorū qui vim afferūt vt exeat. Non sū cōtentiosus, sed a cōtētione abstineo. benignè autem de iis, quę sunt in controuersia, volo rogare tanquam fratres. An non verum dico quòd virtus nō potuit carnis affectiones passiones ve suscipere? ego itaque taceo, dicat quivelit, quid passa est potentia defecit, vide periculum, extincta est, vide blasphemiam, non amplius erat, hoc est enim mors virtutis, Dic quid potes obtinere quod ea passa sit, & non contendo. Si autem non potes dicere; quid mihi succenses, quòd id non possum dicere quod non potes? Non suscepit clauum? Infige in animam, & fatebor in virtutem. Sed per consensum passus est. Explica mihi quid sit pati per consensum. Passus est per consensum, vt pote in carnem clauus, in potentiam autem peruadit dolor. Hoc dicamus per consensum passa est, dolore affecta est potentia non percussa. Dolor enim passionem omnino consequitur. Si autem etiam corpus, sępe confirmata & corroborata mente, dolores contemnit propter vires cogitationis: hic exponat aliquis ingenuè & non cōtentiosè, vel quid passa est, vel quid per cōsensū passa est. Quid igitur? Christus non mortuus est pro nobis? Quomodo mortuus est? Pater in manibus

Matt. 10.

Ioan. 6.

Ioan. 19. consensu pati.

C

tuis depono spiritū meū, recessit spiritus: māsit corpus: non spiritās māsit corpus. Nō mortuus est ergo? Mortuꝰ est pro nobis. Pastor ouē obtulit sacerdos obtulit hostiā, dedit pro nobis seipsū, & Qui proprio filio non pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit suum filium. Non infirmo aut abrogo hæc dicta, sed quæro eorum sensum. Dicit Dominus. Panis Dei descēdit de cœlo, & interpretans, etiam si non posśū apertius dicere propter mysteria, tātum vult dicere ac si diceret, caro mea est. Caro filii descēdit ne de cœlo? Non descendit de cœlis. Quomodo ergo dicit; Panis Dei viuit & descendit de cœlis, Interpretans autem dicit. Quoniam virtus, suscepto corpore, de cœlis descēdit: id quod habet virtus, carni ascribitur. Ergo etiam conuerte. Quæ caro patitur, virtuti adscribuntur. Quomodo passus est Christus pro nobis? Consputus est, in maxilla percussus est, fronti eius coronam imposuerunt, fossi sunt eius manus & pedes. Hæ sunt omnes in corpore passiones: referuntur autem etiam ad eum qui inhabitat. Proiicit lapidem in Imperatoris imaginem, Quid dicitur? Fecisti iniuriam Imperatori. Coscinde vestem Imperatoris, Quid dicitur? Insurrexisti aduersus Imperatorem. Crucifige corpus Christi, Quid dicitur? Christus mortuus est pro nobis. Sed quid te aut me opus est? Accedamus ad Euangelistas. Quomodo accepistis a Domino, quemadmodum mortuus est Dominus? Dicunt, Pater in manus tuas commendo spiritum meum, spititus sursum & corpus in cruce pro nobis. Obtulit enim ouem, quod, quę in eius sunt corpore, illi attribuuntur.

Rom. 8.

Ioan. 6.

Imago. Imp.

Eiusdem, ex eodem libro.

Venit ad nostram naturam seruandam, nō ad suam perdendā. Si voluero dicere camelū volare, uos protinus alienum ac peregrinū ducitis, quia naturæ nō conuenit, & rectè facitis. Si voluero dicere, homines in mari habitare, nō toleratis, & rectè quidem facitis. neque enim id admittit natura. Quemadmodū ergo, si aliena & peregrina dixero de iis naturis, vós ea peregrina, & aliena ducitis, ita si dixero quod virtus illa, quę est ante secula, quæ est incorporea natura, quæ est dignitate impatibilis, quę est apud patrem, quæ est a dextris eius, quæ in gloria: si dixero quòd illa natura incorporea patitur, non

Absurda.

D

Angel. *Anima.* vestras aures obturatis? Si aures vestras non obturatis hæc audientes, ego quidem certè cor meum obstruam. An Angelo possumus aliquid facere, vt pote ense ferite, vel omnino scindere aut findere? Quid dico, Angelo? animæ ne possumus? Nō admittit clauū anima, non scinditur anima, nō vritur. Et si dixeris mihi, Quamobrem? Dico tibi, Ita enim condita est. Opera eius sunt impatibilia, & ipse patibilis? Nō vilipendo carnis susceptæ œconomiam, sed iubeo valere improbitatem & malitiam. Mortuus est Christus pro nobis, & crucifixus, ita scriptum est. Ita vt admisit natura, nec verba deleo, nec naturā blasphemo. Sed hæc vera non sunt, dicantur veriora, non grauis est qui benefacit, nec inimicus qui docet, nisi forte ingratus sit qui docetur. Pores aliquid pulchri dicere? aures patent vel lubentissimè. Vincendi cupiditate ducitur aliquis, & ita ei studens contendit. Potuerunt Iudæ filium Dei crucifigere, ipsam potentiam morte afficere. Potest ne viuens mori? eius potentię mors, est eius defectio. Corpus nostrū, post quam fuerimus mortui, manet. Si illam potentiam morte affecerimus, eo illam ducem⁹, vt non sit amplius. Nescio an non possitis audire. Corpus si mortuum fuerit, anima separatur, & manet. Si autem anima mortua fuerit, quoniā est incorporea, non est amplius. Anima quæ moritur, nō est penitus, Mors enim eorum, quæ sunt immortalia, illa eo redigit vt non sint. Aliud considera. Nam nec dicere quidem audeo. Hæc dicimus vt sentimus: legem autem non ferimus, si quis contra contendat. Vnū autem scio, quòd vnusquisque ex iis quæ sentit fructum percipiet, & accedit vnusquisque ad Deum, & proponit quod de eo dixit & sensit: Ne putes enim Deum libros legere, vel in recordando discruciari. Quid dixisti, & quis audii, omnia manifesta sunt. Sedet Iudex. Producitur Paulus qui hic est. Hominem me dixisti, non habes vitā mecū. Quoniā me nō cognouisti, nec te cognosco. Accedit alius: Dixisti me vnū eorū quæ sunt, nō nosti meā dignitatē, non te noui. Accedit alius, Dicis me non accepisse corpus, gratiā meā pro nihilo duxisti, non eris meæ immortalitatis particeps. Accessit alius. Dixisti me nō esse natum de virgine, vt seruarē corpus virginis. non seruaberis. Vnusquisque refert ea quę sensit de fide. Vidisti etiā aliam vestrorum magistrorum sectam, à qua passā esse vnigeniti diuinitatē nos didicisse putastis, hanc blasphemiam execrari, & diuinitatem esse impatibilem prædicare, & eorum, qui illi passionem audēt attribuere, cateruam rumpere ac dissoluere.

Mors Immortaliū annihilatio. *Secta contra Chr.* *A*

ERAN. Vidi, & præclaram eius disputationem admiratus sum, pulchraque viri sensa & cogitata demiror.

Apes *B*

ORI. Imitare ergo apes, ò vir bone, & sacræ scripturæ prata, & sanctorum patrum pulchros flores mēte circunuolās, fidei fauos in te contexe. Quòd sicubi herbam inueneris, nec ducem, nec esculentā, cuiusmodi est hic Apollinaris & Eusebius, habet tamen aliquid vtile ad mel conficiendum: non est alienum quod bonum quidem est sumere, quòd verò noxium relinquere. Etenim apes sæpe in venenosis fruticibus insidentes, quod est quidem pernicioſum relinquunt, quod est verò sibi accommodatum accipiūt Hæc tibi quidem, ò amice, iure fraternæ amicitiæ consulo. Tu autem recte quidem feceris, si monitioni parueris. Sinautem non parueris, nos cum Apostolo dicemus, Nos mundi. Diuisimus enim secundū Prophetam, vt iusi sumus.

Quòd Deus verbum est immutabile.

Vnam patris, & filii & spiritus sancti substātiam confessi sumus, & eam esse immutabilem communi cōsensu diximus. Si est ergo vna trinitatis substantia: ipsa autē est immutabilis: est ergo immutabilis vnigenitus Dei filius, qui est vna persona trinitatis. Si est autē immutabilis: non vtique mutatus cōuersusque caro factus est, sed carne accepta dicitur caro esse factus.

ALITER.

Si per mutationem & conuersionem in carnem Deum verbum caro factum est: nō est ergo immutabile. Quod enī mutatur, & fit diuersū, nemo sanæ mētis immutabile appellauerit. Si autē est mutabilis, nec est eiusdē cum eo qui genuit substātię. Quomodo enim fieri poreſt, vt simplicis substātię hoc qui dē sit mutabile, illud verò immutabile? Si hoc autē concesserimus, omnino in Arrii & Eunomii blasphemiam incidemus. Illi enim filium dicunt esse alterius substantiæ.

Arr. Euno. *C*

ALITER.

Si filius est eiusdem cum patre substantiæ: factus est autē caro filius, susceptà in carnem mutatione: est ergo mutabilis substantia, & non immutabilis. Si autem hanc blasphemiam quis dicere ausus fuerit eā omnino augebit blasphemia in patrem. Etenim ipsum quoque nominabit mutabilem, vt qui sit eiusdem substāntiæ particeps.

ALITER.

Deum verbum, carnem, & etiam animam sumpsisse dicunt sacræ scripturæ. Diuinissimus autem Euangelista dixit. Verbum caro factum est. Necesse est ergo duorum alterum facere, vt vel verbi mutationem in carnem, vt falsam, vt pote quæ doceat omnem sacram scripturam, ram nouam quam veterē auersari, susciplamus, vel diuinæ scripturæ credentes, carnis quidem adsumptionem confiteamur, ex animo autem mutationem eiiciamus, dictum Euangelicum piè intelligentes. Hoc est ergo faciendum, quandoquidem immutabilem Dei verbi naturam confitemur, & adsumptæ carnis habemus innumerabilia testimonia.

ALITER.

Tētor. *Ioan. 1.* *Ioan 2.* *D*

Quod tentorium inhabitat, aliud est ab eo quod inhabitatur. Euangelista autē carnem tabernaculū Appellauit. In eo autem dixit Deum verbum habitasse. Verbum enim, inquit, caro factum est, & habitauit in nobis. Si autem conuersum caro factum est: non habitauit in carne. Atqui eum in carne habitasse didicimus. Idem enim Euangelista etiam in alio loco corpus eius templum appellauit, Credem

dum

dum est ergo Euangelistæ qui hoc dictum explicauit, & quod aliquibus videbatur dubium, interpretatus est.

A

ALITER.

Si Euangelista, qui scripsit, Verbum caro factum est, nihil attulisset quod posset dubitationē solvere: iustam fortasse haberet excusationem de hoc dicto decertatio, scripti silicet obscuritatem. Sed cum statim subiunxerit Kæ eskinosen en imin, hoc est, tanquam in tabernaculo in nobis habitauit, frustra ergo consertis manibus dimicantes nugantur. Id enim quod antè scriptum est, id quod sequitur interpretatur.

ALITER.

Deum verbum esse immutabile sapientissimus Euangelista apertè prædicauit. Cum enim dixisset, Verbum caro factum est, & habitauit in nobis, statim subiunxit. Et vidimus gloriam eius gloriam quasi vnigeniti a patre, plenum gratiæ & veritatis. Si autem in carne mutatus esset, vt stulti volunt: non mā fisset id quod erat. Sin autē etiā carne tectus, emittit radios paternæ nobilitatis: habet naturā immutabilē, splendet autē etiā in corpore, & ex eo emicat iubar naturæ quæ sub aspectū non cadit. Illā enim lucē nihil potest obscurare. Lux enim lucet in tenebris, & tenebræ eam non comprehenderunt, vt dicit diuinissimus Ioannes.

ALITER.

Cū benedictus Euangelista vellet explicare gloriam vnigeniti, deinde non posset implere quod conabatur: ex societate quam haber cum patre eam ostēdit. Ex illa enim est, inquit, natura, perinde facies ac si quis iis qui Ioseph præter dignitatem seruire viderent, & eius generis nobilitatem ignorarent, di- *Ioseph.*

B ceret, Iacob quidem eius esse patrem, proauum autem Abraam. Ita enim hic quoque dixit, quòd in nobis inhabitans, non obscurauit naturę gloriam. Vidimus enim gloriam eius, gloriam quasi vnigeniti à patre. Si autem etiam cum incarnatus esset, manifestum erat quis esset: mansit ergo id quod erat, nec mutationem in carnem sustinuit.

ALITER.

Non solum carnem, sed etiam animam, Deum verbum susceptisse confessi sumus. Cur ergo diuinus Euangelista animam quidem hic prætermisit, solius autem carnis meminit? Nunquid manifestum est quòd naturam quæ videtur ostendit, eam autem quæ ei naturaliter coniuncta est per eam declarauit? Facta enim mentione carnis, animæ quoque mentio vtique consequitur. Quando enim audimus Prophetam dicentem. BENEDICAT omnis caro nomen sanctum eius, non existimamus Prophetam carnibus inanimis præcipere: sed ex parte totum ad Dei laudem hymnosque dicendos vocari credimus. *Ex parte totum.*

ALITER.

Illud, Verbum caro factum est, non mutationem, sed suam humanitatem declaret. Cum enim dixisset beatus Euangelista, In principio erat verbum, & verbum erat apud Deum, & Deus erat verbum, & ostendisset cum esse tam eorum quæ videntur, quam quæ non videntur opificem, & vitam & veram lucem nominasset, & quædum alia similia posuisset, & Theologiam tractasset, quantum posset mens humana capere, & lingua eius fluentis inseruire, subiunxit, Et verbum caro factum est, tanquam obstupescens, & admirans insignem eius humanitatem. Qui est, & semper est, & Deus est, & omnia fecit, & vitæ æternę, & veræ lucis fons est, hominum salutis causa carnis sibi tabernaculum imposuit: existima-

C tus est autem id solum esse quod apparebat, ea de causa nec animæ meminit, sed solius carnis, iquā cadit interitus, & est mortalis: animam autem vtpote immortalem prætermisit, vt ostenderet immensam bonitatem.

ALITER.

Semē Abrahæ diuinus vocat Apostolus Christū Dominū. Si hoc autē verum est, vt certe est, non ergo Deus verbum in carnem mutatum est, sed semen Abrahæ accepit, vt ipse docet Apostolus. *Semen*

ALITER.

Iurauit Deus Dauid se ex fructu lumbi eius secundum carnem Christum excitaturum, sicut & Prophera dixit, & magnus Petrus interpretatus est. Si autem Deus verbum in carnem conuersum, Christus nominatum est, nequaquam iuramenti veritatem inueniemus. Atqui Deum esse verum, imo ipsam potius veritatem didicimus. Mutationem ergo in carnem Deus verbum non sustinuit: sed ex semine Abrahæ, vt erat pollicitus, accepit primitias. *Heb. 2. Psal. 131. Act. 2.*

Quòd est vnio inconfusa.

Qui vnam diuinitatis & humanitatis naturam post vnionem effectam esse credunt, naturarum separatas proprietates ea ratione tollunt: earum autem ablatio, est vtriusque naturæ negatio. Non enim permittit vnitorum cōfusio, vt carnem, carnem intelligamus, nec Deum, Deum. Sin autem etiam post

D vnionem discerni potest eorum quæ vnita sunt diuersitas: non est ergo facta confusio, sed est inconfusa vnio. Si hoc autem in confesso est, non est ergo vna natura Christus Dominus, sed est vnus filius purā & sinceram vtranque naturam ostendens. ALITER. *vnio incō mixta.*

Vnionem & nos dicimus, & ipsi confitentur, factam esse in conceptione. Si ergo vnio naturas cōmiscuit, & confudit: quomodo caro post partum nihil moui habere visa est, sed etiam humanam effigiē & characterem ostendit, & infantis mensuram seruauit, & fascias sustinuit, & matris mammam suxit. Sinautem hæc non per visum & existimationem, & quòd ita appareret facta sunt, per visum ergo & existimationem, vt aiunt, non admittunt: verè ergo corpus erat quod videbatur. Sin autem hoc in cō-

feſſo eſt,non ergo confudit naturas vnio,ſed vtraque pura & integra remanet.

ALITER.

Qui hanc variam & multiformẽ hæreſim compoſuerunt,aliquãdo quidem Deum verbũm carem factũ eſſe dicunt,aliquando autem carnem dicunt ſuſcepiſſe mutationem in naturam diuinitatis. Vtrunque autem eſt & vanum & ineptum,& plenum falſitatis. Si enim Deus verbum,vt hi dicunt,caro factum eſt:cur ipſum Deum nominant, & hoc ſolum,nempe hominem,eum nominare recuſant,ſed nos etiam qui cum eo quòd Deum fatemur,etiã hominem eſſe dicimus,valde accuſant. Sin autem caro mutata eſt in naturam diuinitatis:cur iis communicant quæ corpus repreſentant?eſt enim figura ſuperuacanea,ſi ablata ſit veritas. A

Euchariſtia.

ALITER.

circũciſio Incorporea corporaliter natura non circunditur, Corporaliter autem adiectum eſt,propter ſpiritalem cordis circunciſionem. Circunciſio autem eſt vtique corporis. Circunciſus eſt autẽ poſt vnionem Chriſtus Dominus:Sin autem hoc in confeſſo eſt:quod de confuſione dicitur confutatum eſt.

ALITER.

Eſuriiſſe quidem & ſitiiſſe Chriſtus Seruatorem noſtrum didicimus, & hæc quidem verè & non apparitione ſola facta fuiſſe credimus. Hęc autem nõ incorporeę naturæ ſed corporis propria. Habuit ergo corpus Chriſtus Dominus,quod ante reſurrectionem naturæ affectiones ſuſcepit. His autem ſuffragatur diuinus quoque Apoſtolus. Non enim habemus,inquit,Pontificem,qui non poſſit compati infirmitatibus noſtris,tentatum autem per omnia in ſimilitudine abſque peccato. Peccatum enim nõ eſt naturæ,ſed malæ electionis & inſtituti.

Heb.2.4.

Peccatum

ALITER.

Pſal.120. dormi. Chri. De diuina natura dixit Propheta Dauid,Non dormitabit,neque dormiet,qui cuſtodit Iſrael. Euangeliorum autem hiſtoria oſtendit Chriſtum Dominum in naui dormientem. Ei autem quod eſt nõ dormire,dormire eſt contrarium. Sunt ergo Prophetiæ contrariæ Euangeliis,ſi vt illi dicunt,ſolum Deus eſt Chriſtus Dominus. Atqui non ſunt cõtraria,ab eodẽ enim ſpiritu & hæc & illa fluẽta promanarũt. Corpus ergo habuit Chriſtus Dominus cognatum aliis corporibus,quod ſomno itidẽ opus habuit,& quod de confuſione dicitur,fabulam eſſe oſtenſum eſt. B

Marc.4.

ALITER.

Eza.40. Eſaias Propheta dixit de diuina natura,Non eſuriet,neque defatigabitur,& quæ ſequuntur. Euangeliſta autem dicit. Ieſus autem defatigatus ex itinere ſedebat ſic ſupra fontem. Non defatigabitur autẽ contrarium eſt ei quod eſt defatigari. Contraria eſt ergo Prophetia hiſtorię Euangelicę. At qui non eſt contraria , nam & hæc & illa vnius Dei ſunt . Naturæ ergo,quæ circunſcribi non poteſt , eſt non laborare,implet enim omnia. Corporis autem,quod circunſcriptũ eſt,eſt tranſire propriũ. Quod autẽ tranſit,ſi viam ingredi cogatur,ex itinere laborẽ capit,Corpus ergo erat,quod & ambulauit,& defatigatum eſt. Vnio enim non confudit naturas.

Ioan.4.

ALITER.

Act.27. Dominus Chriſtus dixit diuo Paulo in carcere incluſo. Noli timere Paule,& quæ ſequuntur, Is autem, qui ab eo timorem expulit,paſſionem timuit,vt dixit beatus Lucas,vt etiam cruentæ guttæ ex toto corpore promanarent,& terram corpori ſubiectam irrigarent,ipſéque ab Angelico auxilio confirmaretur. Sunt autem hęc contraria. Quemadmodum enim non ſint contraria,timere,& timorem expellere? Verumtamen non ſunt contrarria. Idem enim eſt & Deus natura & homo,& vt Deus quidem eis animum addit qui opus habent,vt eis animus addatur. vt homo autem,ab Angelo fidenti eſſe animo monetur,& ab eo audaciam , & confidentiam accipit, licet & diuinitas,& ſpiritus vnà adeſſet vnctio,ſed nec coniuncta diuinitas,nec ſanctus ſpiritus tunc corpus aut animam ſuſtentarunt,ſed Angelo hoc miniſterium permiſerunt:vt & animæ & corporis imbecillitatem oſtenderent,& per imbecillitatem oſtenderentur naturę infirmorum. Hæc autem facta ſunt,diuina ſcilicet natura permittente vt eorum qui poſtea futuri erant,qui animam quidem & corpus ſuſceptum crederent , probationibus & demonſtrationibus confirmarentur:qui autem contradicerent,euidentibus teſtimoniis confutarentur. Si ergo conceptioni coniuncta eſt vnio:vnio autem,vt illi dicunt,ambas naturas vnam effecit:quemadmodum integra permanſerint,quæ ſunt naturarum propria? Et triſtis quidem fuit anima,ſudauit corpus,vt etiam cruentę guttæ ex nimio timore promanarent. Si autem hoc quidẽ corpus,illud verò animę proprium. Non ergo vnà natura carnis & diuinitatis ex vnione facta eſt,ſed vnus apparuit filius qui in ſe diuina & humana oſtenderet. C

Luc.22.

ALITER.

Sin autem dicant poſt reſurrectionem corpus in diuinitatem mutatum eſſe:ita eis reſiſtere oportet. At qui poſt reſurrectionem viſum eſt circunſcriptum, & habens manus,& pedes,& alias corporis partes & tangi poterat,& ſub aſpectum cadebat,vulneráque & cicatrices habebat ſicut ante reſurrectionem. Duorum ergo alterum dicere neceſſe eſt,vel diuinæ etiam naturæ has partes eſſe tributas,ſiquidẽ corpus in diuinitatis naturam conuerſum has partes habuit,vel fateri corpus manſiſſe in ſuę naturæ finibus. Atqui diuina natura ſimplex eſt & incompoſita. Corpus autem compoſitum,& in multas partes diuiſum. Non eſt ergo mutatum in naturam diuinitatis,ſed poſt reſurrectionem quidem eſt & immortale,& à corruptione,& interitu alienum,& diuina gloria plenum,ſed tamen corpus quod habet propriam circunſcriptionem. D

ALITER.

Luc.24. Apoſtolis non credentibus oſtendit Dominus poſt reſurrectionem & manus,& pedes,& fiſſuras clauorum. Deinde docens non eſſe viſionem quod videatur,ſubiunxit. Spiritus carnem,& oſſa non habet, ſicut

ſicut me videtis habere. Corpus ergo non mutatum eſt in ſpiritum: erat enim caro, & oſſa, & manus & pedes. Ergo etiam poſt reſurrectionem corpus remanſit corpus.

ALITER.

Diuina natura ſub aſpectum non cadit. Beatus autem Stephanus dicit ſe vidiſſe Dominum. Corpus *Act.7.*
A ergo Domini etiam poſt adſumptionem corpus eſt. Id enim vidit inſignis victor Stephanus, quando-
quidem diuina natura cerni nequit.

ALITER.

Si vniuerſa hominum natura viſura eſt filium hominis venientem in nubibus cœli, vt ipſe dicit Do- *Mat.26.*
minus. Moſi autem rurſus dixit ipſe, Nemo videbit faciem meam, & viuet. Sunt autem ambo vera. Ve- *Exod.33.*
niet ergo cum corpore, cum quo in cœlos aſcendit: illud enim eſt aſpectabile. Hoc autem Angeli quo- *Act.1.*
que dixerũt Apoſtolis. Hic Ieſus à vobis in cœlum aſſumptus, ita veniet rurſus quomodo vidiſtis eum
euntem in cœlum. Si autem hoc verum eſt, vt certè verum eſt: non eſt ergo vna natura carnis & diuini-
tatis, eſt enim inconfuſa vnio.

Quòd diuinitas Seruatoris eſt impatibilis.

Filium eiuſdem eſſe ſubſtantiæ cum Deo & patre, à ſacra ſcriptura, & ſanctis patribus qui Niceæ *Nicen.*
conuenerunt, confiteri docti ſumus. Patrem autem eſſe impatibilem, & natura docet, & ſcriptura præ-
dicat. Impatibilem ergo etiam filium confitebimur. Ex eo enim quòd eadem eſt ſubſtantia, hæc doce-
tur definitio. Quando ergo Domini Chriſti crucem & mortem diuina prædicãte ſcriptura audierimus
dicamus eſſe paſsionem carnis. Diuinitas enim quæ eſt natura impatibilis, nullo modo pati poteſt.

ALITER.

Omnia quęcunque habet pater, mea ſunt, inquit, Chriſtus Dominus. Omnium autem vtique vnum *Ioan.17.*
B eſt, impatibilitas. Si ergo eſt impatibilis, vt Deus: vt homo ergo paſſus eſt. Diuina enim natura affectio-
nem & paſſionem non admittit.

ALITER.

Dixit Dominus Panis autem quem ego dabo, caro mea eſt, quam ego dabo pro mundi vita. *Ioan.6.*
Et rurſus.
Ego ſum paſtor bonus, & cognoſco mea, & cognoſcor à meis, & animam meam pono pro ouibus.
Corpus ergo & animam dedit paſtor bonus pro ouibus, quæ animam & corpus habebant.

ALITER.

Ex corpore & anima conſtituta eſt hominum natura. Ipſa autem peccauit, & opus habuit hoſtia,
quæ nulli eſſet reprehenſioni affinis. Cum ergo corpus & animam accepiſſet opifex, & ea à peccati ma-
culis pura intactaque ſeruaſſet: pro corporibus quidem dedit corpus, pro animis autem animam. Si au-
tem hæc vera ſunt, vt ſunt, ab ipſa enim veritate dicta ſunt. nugantur ſimul, & blaſphemant, qui diui-
næ naturæ paſsionem affectionémque tribuunt.

ALITER.

Primogenitum ex mortuis Dominum Chriſtum Beatus Paulus appellauit. Primogenitus autem ha- *Col.1. Pri-*
bet vtique eandem naturam cum illis quorum dicitur primogenitus. Vt homo ergo, eſt primogenitus *mogenit⁹.*
ex mortuis. Primus enim ſoluit dolores mortis, & dedit omnibus iucundam ſpem reſurrectionis. Qua
ergo ratione ſurrexit, ea etiam paſſus eſt. Vt homo ergo paſſus eſt, vt Deus autem admirabilis, manſit
impatibilis.

ALITER.

C Primitias eorum qui dormierunt Seruatorem Chriſtum Diuus nominauit Apoſtolus. Primitiæ au- *Primitiæ.*
tem habent eandem cognationem cum vniuerſo eo cuius ſunt primitiæ. Non ergo quatenus Deus eſt, *1.Cor.15.*
appellatus eſt primitiæ. Quæ eſt enim cognatio diuinitatis & humanitatis? Illa enim natura eſt immor- *Reſurre-*
talis: hęc verò mortalis, huiuſmodi autem eſt natura eorum qui dormierunt, quorum primitię Chriſtus *ctio Chri-*
appellatus eſt. Huius ergo naturæ eſt & mors & reſurrectio. Huius enim reſurrectionem habemus, tan- *ſti fideiuſ-*
quam fideiuſſorem communis reſurrectionis. *ſor reſur-*
rec. noſtræ

ALITER.

Cum dubitantibus Apoſtolis vellet Chriſtus Dominus perſuadere ſe morte profligata reſurrexiſſe, *Ioan.20.*
ipſis corporis partes oſtendit, latus, & manus, & pedes, & quæ in his ſeruata erãt paſsionis indicia. Hoc
ergo reſurrexit, hoc enim iis qui non credebant vtique oſtenſum eſt. Quod autem reſurrexit, hoc etiam
ſepultum eſt. Quod autem ſepultum eſt, hoc etiam fuerat mortuum. Quod autem fuerat mortuum, hoc
vtique etiam cruci affixum fuerat. Diuina ergo natura permanſit impatibilis, & coniuncta corpori.

ALITER.

Qui viuificam Domini cărnam appellant, ipſam vitam eſſe mortalem dictis ſuis cõfirmant. Oportet *Caro viui-*
autem eos intelligere, quòd propter vnitam ei vitam ipſa eſt viuifica. Sin autem, vt ipſi dicunt, morta- *fica.*
lis vita eſt: quomodo caro, quæ eſt natura mortalis, propter vitam autem facta eſt viuifica, viuifica
manſerit?

ALITER.

D Deus verbum eſt natura immortalis, caro autem mortalis natura. facta eſt autem ipſa quoque immor-
talis poſt paſſionem, propter communionem cum verbo. Quemadmodum ergo non eſt miſerandum,
eum, qui immortalitatis dator eſt, mortem eſſe ſortitum?

ALITER.

Qui carne Deum verbum passum esse affirmant, rogentur quid sentiant, & si dicere quidem ausi fuerint, quòd corpore affixo diuina natura dolorem subiit, discant diuinam naturam animæ vsum non impleſſe, etenim Deus verbum, animam cum corpore susceperat. Sin autem hoc dictum, vt impium & blasphemum, auersentur, dicant autem carnem quidem natura esse passam, Deum autem verbum passionem vtpote propriæ carnis sibi accommodasse: ne perplexas verborum tendiculas tenebrâsque affe A rant, sed peruersi dicti sententiam apertè pronuntient. Huic enim interpretationi eos suffragantes habebunt, qui sacram scripturam sequi volunt.

Verbũ nõ aĩæ locõ.

ALITER.

Diuus Petrus in sua catholica Christum carne passum esse dicit. Qui autem Christum audit, non incorporeum Deum verbum intelligit, sed incarnatum. Christi ergo nomen vtramque naturam significat. Illud autem Carne, adiectum passioni, non vtramque, sed alterutram passam esse designat. Qui enim audit Christum carne esse passum, eum rursus vt Deum impatibilem intelligit, soli autẽ carni passionem tribuit. Sicut enim cum ipsum rursus dicentem audimus, quòd Deus iurauit Dauid, se de fructu ventris sui secundum carnem Christum suscitaturum, non Deum verbum ex semine Dauid initium sumpsisse dicimus, sed carnem quæ est eiusdem generis cum Dauid, quam Deus verbum sumpsit. Ita oportet eum qui audit Christum carne esse passum, scire quidem carnis passionem, sed impatibilem esse diuinitatem confiteri.

1. *Pet.* 4.

Psal. 131.

ALITER.

Crucifixus Christus Dominus dixit. Pater in manus tuos commendo spiritum meum. Hũc autem B spiritum, Ariani quidem & Eunomiani dicunt esse diuinitatem vnigeniti. Inanimum enim corpus susceptum fuisse existimant. Qui veritatem autem prædicant, ita animam vocatam esse dicunt, hoc ex iis quæ consequuntur intelligentes, statim enim subiunxit sapientissimus Euangelista, Et cum hoc dixisset Expirauit. Hæc quidem sic narrauit Lucas. Beatus quoque Marcus similiter posuit illud, Expirauit. Diuinissimus autem Matthæus, quòd emisit spiritum. Admirabilis verò Ioannes, quòd tradidit spiritum. Omnia quidem ex humano more dixerunt. Nam & expirauit, & emisit, ac tradidit spiritum, de iis qui moriuntur dicere consuetimus. Nihil ergo horum diuinitatem sed animam apertè significat. Quòd si quis etiam Arrii hac in re sententiam admiserit, nihilo secius sic quoque diuinæ naturæ immortalitatẽ ostendet. Patri enim eam commendauit, non autem morti tradidit. Si ergo ii etiam qui animam adsumptam esse negant, & Deum verbum creaturam esse dicunt, & pro anima ipsum in corpore fuisse asserunt, eum non dicunt fuisse morti traditum: quænam eis venia dari potest, qui vnam quidem esse Trinitatis substantiam confitentur, & animam in sua immortalitate esse sinunt, Deum autem verbum, qui est eiusdem cum patre substantiæ mortem gustasse impudenter audent dicere?

Ioan. 19. *Spiritus Christi nõ est verb. Arr. eun.*

Marc. 23. *Matt.* 27. *Expirare.*

ALITER.

Si Christus est, & Deus & homo, vt & sacra docet scriptura, & beatissimi Patres perpetuo prædi- C cârunt: vt homo ergo passus est, vt Deus autem mansit impatibilis.

ALITER.

Si carnem adsumptam fuisse confitentur, & eam dicunt fuisse patibilem ante resurrectionem, diuinitatis autem naturam prædicant impatibilem: cur patibilem naturam dimittentes, impatibili passionem tribuunt?

ALITER.

Si chirographum nostrum Seruator & Dominus cruci affixit, vt ait diuinus Apostolus: Corpus ergo affixit. Quilibet enim homo, peccatorum maculas, tãquam aliquas litteras, in corpore imprimit, & ea de causa pro iis qui peccauerunt, immune ab omni peccato corpus tradidit.

Col. 2. *Chirographum.*

ALITER.

Quando corpus: vel carnem, uel humanitatem passam esse dicimus, diuinam naturam non separamus. Sicut enim vnita erat & esurienti, & sitienti, & defatigatæ, quinetiam dormienti, & de passione subeunda tristitia ac mœrore confectæ, nihil horum quidem suscipiens, sed ei permittens vt naturæ affectiones, & passiones susciperet: ita etiam ei coniuncta erat dum crucifigeretur, & concessit vt perageretur passio, vt passione mortem solueret, dolorem quidem ex passione non suscipiens, passionem autẽ sibi adaptans & accommodans, vtpote templi sui, & carnis coniunctæ: per quam etiam membra Christi appellantur qui crediderunt, & eorum qui crediderunt ipse caput appellatus est. D

Finis libri beati Theodoreti qui inscribitur Eranistes seu Polymorphus.

Hæretica-

HÆRETICARVM FABVLARVM COMPENDIVM.

MAGNIFICENTISSIMO ET ILLVSTRISSIMO Domino, & Christi amantissimo filio Sporacio Theodoretus Episcopus Cyri augustoeuphratestæ in Domino Salutem.

A

LAude quidem dignum est vestræ magnificentiæ institutum. Cupitis enim scire, quænam ab vtroque rectæ viæ latere à quibusdam innouatæ sunt semitæ, quorum finis est barathrum perditionis. Hoc autem nos cepit desiderium, non vt pessimè confictas, & quæ tetrum emittunt odorem, fabulas audiatis, sed vt eos qui ignorāt doceatis, quæ sit via publica, quæ Apostolicis, & Propheticis vestigiis exornatur, & finem habet regnum cœlorum, & quæ sunt hæreticorum semitæ, quæ summum exitium iis qui in eis ingrediuntur afferunt. Institutum itaque vt dixi, est optimū, & valde laudandum. Piam autem vestram animam scire decet, quòd plurimæ ex antiquis hæresibus, Dei gratia, extinctæ sunt, & fuerunt, vt cum Propheta dicam, tanquam fœnum domorum, quod priusquam efflorescere exaruit. Et nos fortasse quispiam reprehenderit, quot quæ obliuionis tenebris mandatæ sunt, eas in memoriæ lucem rursus proferamus. His accedit, quòd plurimæ sunt fabularum nugæ, & temerè ac impudenter aduersus Deum susceptæ blasphemiæ magnitudo, quam nefarium est effari linguis, quæ ad piè loquēdum institutæ sunt. Quæ autem ab eis lege lata instituta, & re ipsa exercita est impudicitia, vitæque obscœnitas, ne qui in scena quidem educti sunt, vel dicere, vel alios audire sustinuerint, adeò vel insignes libidinum artifices longè à tergo relinquit. Quoniam autem si sceleratissimo rum horum dogmatum abominatio aperiatur, magis inuisos reddit tam eos qui genuerunt, quàm eos qui stolidè crediderunt: hunc laborem prompto & alacri animo suscipiam, quod ex eo redit emolumē tum respiciens. Conabor autem de fabularum nugis quam breuissimè fieri poterit dicere: ex blasphemiis autem, eas quæ sunt maximæ pretet mittere, & libidinosissima & maximè execranda orgia transilire. In quinque autem libros, si Deus velit, opus nostrum diuidemus. Et primus quidem, illarum fabularum narrationem continebit, quarum parentes alium quidem opificem & creatorem confixerunt: cum vnum autem vniuersorum principium negassent, alia quæ non sunt principia posuerunt, visione autem & existimatione Dominum inter homines apparuisse dixerunt. Eorum autem dogmatum, primus quidem inuentor fuit Simon Magus Samaritanus: vltimus autem Manes Præstigiator Persa. Secundus autem, eos ostendet, qui his contrariam religionem obseruarunt: Qui esse quidem vnum vniuersorum principium confessi sunt, hominem autem solummodo Dominum appellarunt. Huius autē hæresis princeps quidem fuit Hebion, vsque ad Marcellum autem, & Photinum varia sensa & diuersas accepit intelligentias. Tertius verò, eos ostendet, qui inter hos & illos germinarunt, & diuersorum decretorum parentes fuerunt. In quarto autem demonstrabimus recentiores hæreses, Arrii inquam, & Eunomii, quæcunque post illas exortæ sunt, vsque ad hanc vltimam, quam Dominus repente euellit radicitus. In his ergo quatuor libris multiplicem hæresum sectarúmque errorem aperiemus. Vt autem eorū qui lecturi sunt, linguas, & eorum qui audituri sunt, aures abstergamus, & à tetro ac pestifero odore liberemus: veluti quendam suffitum, & odoriferum vnguentum, afferemus Euāgelicorum Decretorum C veritatem: & omnem hæresim diuinorum eloquiorum doctrinæ contrariam ostendemus. Portò autem hæresum antiquarum fabulas ex antiquis ecclesiæ doctoribus collegi, Iustino philosopho, & Martyre, & Ireneo, qui Galliæ gentes & coluit & illuminauit, & Clemente, qui cognomine Stromateus appellatus est, & Origene, & Eusebio, tam Palestino, quam Phœnicè, & Adamantio, & Rodone, & Tito, & Diodoro, & Georgio, & aliis qui linguas suas aduersus falsum armarunt. Quæ autem ab illis sparsim scripta sunt, in ordinem redigam, & quæ ab illis prolixè dicta sunt paucis dicam. Neque enim eis cōtra dicere in præsentia institui, nam etiam aduersus eas quæ nunc sunt, libris editis in acie depugnaui, sed ipsarum fabularum differentiam, quod mihi mandatum est, ostendere decreui. Execrabiliū autem hæresum collectioni, nomen est, Hæreticarum fabularum compendium. Veritatis autem doctrinæ, Diuinorum decretorum epitome. Horum autem, & illorum commune est, veritatem à falso discernere. Hortor autem eos qui in illos incident, vt vnumquodque dogma Hæreticorum, cum veritatis doctrina collatum, examinent. Ea enim etiam de causa quintum librum conscripsi. Videbit enim eam sequi spiritus eloquia: illa autem esse prauæ cogitationis inuenta. Qui autem in alienis laboribus veritatis vires apertè inuenerit, in precationibus suis gratiam reddat tam ei qui conscripsit, quam ei qui vt conscriberetur postulauit, quòd cum sago, & cingulo vtatur, & ei tegendus exercitus mandatus sit, & propterea ad regiam adsidere cogatur, rerum tamen diuinarum cognitionem, & veritatis doctrinam præfert omnibus, & cum Propheta clamat, Quàm dilexi *Psal.118.*

D legem tuam Domine: tota die meditatio mea est.

Psal.128.

HÆRETICARVM FABVLARVM COMPENDII LIBER PRIMVS.

Veri, & falsi diiudicatio.
De Dei benignitate, & Diaboli malignitate.
De Simone Mago.
De Septem hæresibus.
De Menandro.
De Sartonilo.
De Basilide.
De Isidoro.
De Carpocrate.
De Epiphane.
De Prodico.
De Valentino.
De Secundo, & de iis qui ex Valentino occasionem accepere.
De Marco præstigiatore.
De Ascodrytis, vel qui vocantur Ascodrupitæ.
De Archonticis.
De Colobarsiis, qui ex iis excisi sunt.
De Barbeliotis seu Borborianis.
De Sethianis, seu Ophianis, vel Ophitis.
De Cainis.
De Antictatis.
De Peratis.
De Monoimo.
De Hermogene.
De Tatiano.
De Seuero.
De Bardisane.
De Armonio.
De Ephnem.
De Florino, & Blasto.
De Cerdone, & Marcione.
De Marcione.
De Apelle.
De Potito, & Præpone, & aliis.
De Manente.

SApientissimus vniuersorum Deus, paucis viris, iisque piscatoribus & publicanis & vni funium contextori, vniuersum terræ habitabilis orbem colendum tradidit. Sceleſtiſsimus autem Dæmon hominum pernicies, cum videret eos multo-
A rum Deorum adorationis errorum ſpinas radicitùs euellere, ſeque iis qui ei obedirent priuari ac deſtitui : cum ſit machinarum conſarcinator, & improbitatis artifex, alias inſidiandi rationes excogitauit. Cum enim homines ſua operatione dignos elegiſſet, & veluti perſonam quandam, eis Chriſtianorum appellationem impoſuiſſet, & tanquam melle quodam os poculi illiuiſſet, exitiale mendacii venenum hominibus obtulit : & cum hominum perniciem ſitiret, non expectauit vt Apoſtolorum prędicatio confirmaretur & inualeſceret, & tunc fraudem offerret : Sed cum primum illi terram colere cœperunt, & veræ pietatis ac religionis ſemina deiicere, is interea ſeminauit Zizania. *Paulo.*

De Simone.

SImon autem primus, Samaritanus Magnus, ſceleratiillius artificii adminiſter extitit. Qui ex Gitthis profectus, is eſt autem vicus Samariæ, & ad ſummum preſtigiarum gradum prouectus, primum quidem admirabilium & prodigioſarum quas efficiebat rerum operationibus, multis perſuaſit, vt ei aſſiderent, & diuinam quandam eum potentiam nominarent. Deinde cum uidiſſet Apoſtolos vera & diuina miracula peragere, & iis qui accedebant ſpiritus gratiam elargiri: & vellet ab eis æqualem poteſtatem accipere : poſtquam magnus Petrus ſceleratum eius animum deprehendit, & immedicabilia mentis eius vulnera iuſſit pœnitentiæ curare remediis, ille ſtatim ad priorem improbitatem reuerſus, eſt & relicta Samaria, vt pote quæ ſalutifera ſemina ſuſceperat, ad eos, quos nondum Apoſtoli coluerant excu-
B rit, vt, cum ſuis præſtigiis ac impoſturis ſimplices, & qui facilè capi poterant, decepiſſet, fabuloſiſque ſuis narrationibus vinctos tenuiſſet, efficeret vt ſanctorum Apoſtolorum decreta difficilius ſuſciperentur. Sed diuina gratia magnum Petrum armauit aduerſus eius inſaniam. Is enim conſequens, execrandam eius doctrinam, veluti quandam caliginem & tenebras, diſcuſſit : lucis autem veritatis radios oſtendit. Sed tamen quamuis vel apertè eſſet conuictus homo longè miſerrimus, non ceſſauit aduerſus veritatem dimicare, donec venit Romam Claudio Cæſare imperante. Romanos autem ſuis præſtigiis tanta admiratione affecit, vt etiam ęnea columna honoraretur. Sed rurſus veniens diuinus Petrus, fraudis eum pennis nudauit. Qui cum eum tandem in miraculorum certamen prouocaſſet, & diuinæ gratiæ & preſtigiarum diſcrimen oſtendiſſet, omnibus Romanis videntibus eum ex magna altitudine deturbauit, cum oraſſet : & qui miraculum viderant, eos cępit ad Salutem. *Act.8.* *Petr.Ro.*

Simonis hæreſis.

ISitaque eiuſmodi fabulam peperit. Infinitam quandam poſuit potentiam, eam autem vniuerſorum radicem appellauit. Eam autem ignem eſſe dicebat, qui duplicem habebat operationem: hanc quidē quæ cernebatur, illam verò quæ latebat : mundum autem eſſe genitum, genitum autem ex operatione ignis, quæ cernebatur, ex ipſa autem primo productas eſſe tres coniugationes, ſeu tria paria, quas etiā radices appellabat. Et primam quidem appellabat mentem, & mentis inuentionem. Secundam, vocē, & mentis comprehenſionem, tertiam autem, rationem, & cogitationem. Seipſum autem nominabat
C infinitam potentiam, & ſe Iudæis quidem tanquam filium apparuiſſe : ad Samaritanos autem tanquā patrem deſcendiſſe : ad alias autem gentes tanquam ſpiritum ſanctum acceſsiſſe & cum meretricem neſcio quam, quæ ſtabat in proſtibulo, vocabatur autem Helena, ſecum habitare, feciſſet, eam eſſe primam ſuæ mentis comprehenſionem dicebat: & matrem omnium nominabat, & ſe per ipſam Angelos & Archangelos feciſſe: ab Angelis autem mundum eſſe Architeſtatum Angelos verò ei inuidentes ipſā apud ſe detinuiſſe aſſerebat. Dolebant enim, inquit, ſe eius dici opera aut effecta, qua de cauſa eam quo que in multa muliebria corpora introduxerunt, atque adeò in ipſam etiam Helenam, propter quam Troianum bellum geſtum eſt. Propter eam quoque ſeipſum dicebat deſcendiſſe vt ipſam ab ei impoſitis vinculis liberaret, & hominibus per eius agnitionem ſalutem præbere, mutatum autem deſcendiſſe, ne ab Angelis, qui creatoris opificium adminiſtrant, cognoſceretur, & in Iudæa tanquam hominem apparuiſſe, cum non eſſet homo, & paſſum eſſe, cum non eſſet paſſus. Prophetas autem fuiſſe Angelorū adminiſtros. Iubebat autem eos, qui in ipſum credebant, illos non attendere, nec legis minas pertimeſcere, ſed eos, tanquam liberos, facere quæ voluerint. Non enim per bonas actiones ſed per gratiam eos eſſe ſalutem conſecuturos. Quocirca, qui eius ſectæ erant, ſe audacter omni libidini & intemperantiæ dedebant, & omni incantationum & præſtigiarum genere vtebātur, amatoria quædam & pellicentia machinantes, & quæcunque alia ſunt incantationum & præſtigiarum propria, tanquam diuina myſteria, perſequentes, & cum eius quidem ſtatuam in Iouis figuram conſtruxiſſent, Helenæ autem in Mineruæ ſpeciem, eis thura adolebant, ac libabant, & tanquam Deos adorabant, Simonia nos ſeipſos no-
D minantes. Ex hac autem amariſſima radice exorti ſunt Doſithiani, Cleobani, Gortheni, Maſbothei, Adrianiſtæ, Eutichiſtæ, Caniſtæ. Sed ii omnes, cum impiæ ſectæ paruas quaſdam mutationes excogitaſſent, non diu durarunt, ſed obliuioni omnino traditi ſunt. *Ignis.167.* *mens.* *vox* *ratio.* *Filius pa.* *ter ſancti⁹* *ſpiritus.* *Gal.* *helena.* *Angel.* *Prophetæ* *Salus ex* *d gratia* *non exope* *ribus.163.* *155.*

De Menandro.

MEnander autem, qui ipſe quoque fuit Samaritanus, ex Chabrai, qui dicebatur, vico profectus, illius quidem excepit præſtigias. Se autem non primam nominauit potentiam, dicebat enim, eā cognoſci non poſſe : Sed ab illa ſe miſſum eſſe iactitans, ſeipſum ſeruatorem appellauit.

Similiter

Similiter autem ac Simon, dicebat fuisse Angelos à mentis comprehensione productos, & eos mundũ esse fabricatos, seruari autem eos qui in ipsum baptizabantur, & potẽtiores effici, etiam in hac vita, & potestatem accipere vt mũdi effectrices potestates possent facillimè superare. Aduersus eum scripsit Iustinus, qui in habitu philosophi fuit defensor veritatis, & fuit Martyrii corona redimitus, & Irenæus, cuius etiam ante meminimus fuit autem hic quoque vir Apostolicus, & Origenes, qui in multis disciplinis studiosè versatus est. Eum cum habuissent Magistrum Saturnilus & Basilides, ille quidem Antiochiam, quæ est propè Orontem fluuium, patriam esse suam prædicans, Basilides verò Alexandriam, & A Magistro & sibi inuicem repugnantes fabulas confinxere. Vterque autem fuit tempore Adriani Cæsaris.

Seruator Angel. Baptism. Iustin.

De Saturnilo.

EGo autem Saturnili primum fabulas ostendam. Is quemadmodum Menander, dicebat vnum esse patrem, qui omnino cognosci non potest: eum autem fabricatum esse Angelos, & alias potestates. Septem autem ex iis mundum fecisse, & hominem finxisse, & ipsos, inquit, dixisse, Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram. Cum autem figmentum non posset erigi, sed instar vermis serperet, miserta, inquit, diuina potentia, vitæ scintillam immisit, & imperfectum hominem perfecit, hanc autem vitæ scintillam, post vitæ dissolutionem, reuerti ad potẽtiam, quæ illam miserat. Seruatorem autem & Dominum non solum dicit ingenitum, sed etiam ingenitum, & incorporeum, & nulla formæ præditum; Visione autem, potiúsquam rei veritate, hominibus apparuisse. Deum autem Iudæorum dixit vnum fuisse ex Angelis. Deinde commenti oblitus, Ingenium enim seruatorem appellauerat, dicit patrem Christi volentem cum aliis angelis Iudęorum quoque Deum euertere, misisse Christum in mũdum, ad salutem eorum hominum qui in ipsum crederent. Duas hominum dicit esse differẽtias, & hos quidem bonos, illos verò malos, & hanc in natura cœpisse differẽtiam. Dum autem mali Dæmones malis auxilium ferrent, venit, inquit, Seruator, vt bonis subueniret. Hic autem primus, matrimonium, Diaboli doctrinam nominauit. Iubet etiam abstinere ab animatis. Ex prophetiis autem, alias quidem dicebat dictas esse ab Angelis, qui mundum effecerunt: alias verò à Satana. Eum autem esse Angelum, qui B Iudæorum Deo valde aduersatur.

Angel. Gen. Faciamus 162. Seruator. Naturæ duæ. Dæmones. 169. 164. Matrimonium quæ carnium prophetæ.

De Basilide.

BAsilides autem, has vt viles fabules contemnens, alias multo magis impias confinxit. Dixit enim ingenitum primum mentem genuisse, à mente autem prudentiam productam esse, prudentiam autẽ à ratione, à prudentia sapientiam & potentiam, ex iis autem, Angelos & Archangelos, eos autem cœlum esse fabricatos, porrò autem ex eorũ defluxu alios factos Angelos aliud cœlum fecisse primo simile deinde rursus ex eorum defluxu alios enatos, architectatos autem esse etiam hos aliud cœlum, & qui ex his enati sunt, rursus aliud, & vsque ad tricentesimum & sexagesimum quintum enatum hunc defluxum, & cœlorum fabricationem duraſſe. Angelos autem, qui hoc cœlum vltimum, quod à nobis videtur, habitam, mũdum fabricatos esse, & terræ dominium diuisisse, vnum autem, Iudæorum administrationem sortitum esse, & eum aliis imperare. Volenti autem ei suis gentibus omnes gẽtes subiicere, alios principes restitisse. Ingenitum autem hæc videntem, primogenitam mẽtem suam misisse, quam etiam Christum appellauit, vt seruaret eos qui vellẽt credere. Dicit autem eum minimè esse passum, sed Simonem Cyrenæum passionem sustinuisse, dum Christus esse putaretur. Christum autem eminùs videntẽ Iudæorum insaniam & stuporem irrisisse, deinde posta ad eum qui miserat recessisse. Dicebat autem oportere credere non in crucifixum, sed in eum qui visus erat crucifigi. Ita enim, inquit, fieri poterit vt à potestate eorum qui mundum fecernnt liberentur. Is autem negauit etiam carnis resurrectionem. Prophẽtias quoque dixit ab Angelis esse factas: legem autem fuisse latam à principe Iudæorum. Iusit autẽ immolatis securè vesci, & vetitas actiones nullo adhibito discrimine peragere. Porrò autem ii quoque, sicut qui Menandri, & Simonis sectam sequuntur, incantationibus, & præstigiis, & omnis generis imposturis vtuntur. Quinetiam Angelorum nomina effingentes, hos quidem dixerũt primum habere cœlum, illos verò secundum, & ita deinceps vsque ad tricentesimum sexagesimum quintum. Seruatorem autem, & dominum Caulacuam nominant. Hæc autem dicunt esse ineffabilia, & nec ab omnibus capi aut comprehẽdi posse, præterquam ab vno ex mille. Dicit autem principem ipsorum esse Abraxax. Nominis enim suppũtatio trecentorum sexaginta quinque numerum significat. Habebat autem etiam Prophetas Basilides Barcabam, & Barcoph, & quosdam alios similiter barbaros. Quinetiam his alias sceleratiores fabulas confinxit, quas non addidi, nẽ ii qui in eas incidérent, aliquid detrimenti ex eis acciperent.

Christus Sim. cyre. 169. 166. 162. Caro resur. prophetæ. Lex Idolothyta opera. Abraxax

De Isidoro.

ISidorus quoque filius Basilidis, cum aliquo additamento Patris fabulosa commenta confirmauit. Aduersus eos autem decertant Agrippa, cui etiam cognomen est Castor, & Irenęus, & Clemens Siromateus, & Origenes pro veritate pugnantes.

De Carpocrate.

CArpocrates autem Alexandrinus genere, ab Angelis quidem dicebat ipse quoque creationis factũ esse opificium. Dominum autem Iesum ex Ioseph & Maria natum esse, sicut & alii homines. Virtute autem fuisse insignem, vt qui puram habebat animã, & memorem suæ cum ingenito consuetudinis. Dicit autem etiam eos qui illi similes fuerint, contemptis mundi effectoribus Angelis, potestatem accipere ad facienda similia. Quòd si etiam puriorem quis habuerit animam, superabit, inquit, vel filii dignitatem. In tantam arrogantiæ insaniam impegerunt hi homines, præstigiis quidem vtẽtes, & Dæmonas

Angel. d ex Ioseph.

monas inuocantes, libidinem autem & impudicitiam tegere non ferentes, ſed incontinentiam & intemperantiam pro lege habentes. Opinione enim, inquit, non veritate, hæc quidem mala, illa verò bona eſſe videntur. Verum enimuero quoniam nunc in hoc loco verſor, neſcio quomodo poſſim tranſilire legem impudicitiæ. Cum enim Pythagoricas à corporibus in corpora traiectiones admiſiſſent, quod ei connexum à Pythagora dicebatur, non admiſerunt. Pythagoras enim dicebat animas quæ peccarant mitti in corpora, vt & pœnas darent, & ritè ex piarentur. Hi autem cauſam afferunt illius incorpora tranſitus, quæ Pythagoricæ ex diametro repugnat. Dicunt enim animas mitti in corA pora, vt omne genus libidinis & petulantiæ per agant. Eas ergo, quæ in vno deſcenſu impleuerint, non egere alia miſſione. Quæ autem parum peccarunt, & bis mitti, & ter, & ſepius, donec omnia vitiorum genera impleuerint. Ne quis autem exiſtimet me hæc aduerſus eos fingere, Ireneiviri Apoſtolici, qui occidentem illuminauit, teſtimonium proferam. Is autem ſcribit in primo libro eorum quos ſcripſit aduerſus hæreſes. Et fieri quidem ab eis impia, nefaria, & vetita ego non credidetim, ſed in libris eorum ita ſcripta ſunt, & ipſi ita ex ponunt, dicentes Ieſum in myſterio cum diſcipulis ſuis & Apoſtolis ſeorſum eſſe locutum. eumq; iis qui digni erant, & parebant tradete voluiſſe. Per fidem enim & dilectionem ſeruari, reliqua autem, cum ſint indifferentia, pro opinione hominum aliquando quidem bona, aliquando mala exiſtimari, cum nihil ſit natura malum. Hæc ergo de his dixit admirabilis Irenæus. Quæ autem ſequuntur non adicit. Inſignem enim continent inſaniam.

Metẽphychoſis.
Mala & bona.
Iren.
Fides dilectio opera

De Epiphane.

EPiphanes autem eius filius, in platonica inſtitutus doctrina, eius fabulas vberiores & ampliores effecit. Hi autem Adriano imperante improbas has hæreſes confirmarunt.

De prodico.

B EVm verò ſecutus Prodicus, eorum qui Adamitæ dicũtur hæreſim cõſtituit. Is apertè & palã ſortari adiecit decretis Carpocratis. Mulieres enim eſſe communes conſtituit. Quamobrem non ſolum in conuiuiis publicis, candelæ lumine paulo longius remoto, in quancunque inciderat, cum ea vnusquisque coibat, ſed etiam myſtica initia eiuſmodi incontinentiam exiſtimabant. Atque huius quidem etiam teſtem Stromateum Clementem producam, virum ſanctum, & qui multarum rerũ peritia omnes antecellit. Ita autem dicit in tertio ſtromatum. Sunt autem qui publicam veneré myſticam communionem nominant, vel ipſo nomine ſe petulanter, & contumeliosè gerentes. Deinde cum nonnulla ſubieciſſet de ſuilla eorum intemperantia, hęc quoque ſubiunxit. Homines infœlicis ſimi carnalem concubitus communionem conſecrant, & eam exiſtimant illos ad regnum Chriſti perducere. Eos ergo ad fornices, & lupanaria hæc deducit communio: & cum eis communicauerint & ſues & hirci: in maxima autẽ ſpe apud eos fuerint meretrices, quæ præſunt proſtibulo, vt quæ volentes omnes paſſim & liberè admittant. Cum autem etiam alia ſimilia adieciſſet, ſubiunxit. Talia etiam Prodici ſectatores, qui ſe Gnoſticos falſo nomine appellant, dogmata decernunt.

Ptonicę Adamitæ.
Mulierum cõmunio.
Myſtica.

C

De Valentino.

VAlentinus, accepta occaſione ex his omnibus hæreſibus, infinitas fabulas compoſuit. Conſtituit autem hæreſim tempore Antonini primi. Poſuit autem primum æonem, hoc eſt æuum, perfectũ quem, & ante principium, & propatrem, & profundum appellat. Quin etiam ennœam quãdam, hoc eſt mentis conceptionem, eſſe vnã cum illo, quæ gratia & veneranda dicitur. Eum dicit infinitis ſecuLis amplexum eſſe quietem. Sequente autem poſtea tempore, ex vtriſque factam eſſe mentem & veritatem. Vnigenitum autem mentem nominant. Has autem duas coniugationes vocant Pythagoricũ quaternionem, & omnium radicem. Ex mente autem & veritate dicit productam eſſe rationem & vitam, ex ratione autem & vita hominum etiam eccleſiam. Quatuor autem coniugationes eſſe generis, principem ogdoadem, & radicem, & ſubſtantiam omnium, & primum æona eſſe dicunt, deinde rationem & vitam, poſt hominis & eccleſiæ productionem, produxiſſe alios æonas decem, profundũ, & mixtionem, ſenij expertem, & vnionem, per ſe naſcentem, & voluptatem, immobilem, & concretionem vnigenitam, & beatam. Ex homine autem & eccleſia alij producti ſunt æones duodecim, Paracletus, & fides, Paternus, & ſpes, maternus, & dilectio, mens, & intelligentia, eccleſiaſticus & beatitudo, voluntarius, & ſapientia. Hos xxx. æonas dicunt cæteros quidem omnes latere, ſibi verò eſſe cognitos. Deinde cum multa fabuloſa commenta narraſſet, vt oſtenderet eſſe venerandum octonariũ, D & denarium, & binarium, & triceſimum numerum, dicit profundum eſſe eiuſmodi naturæ, vt ab iis quæ ab eo orta ſunt nec apprehendi, nec videri, nec aliis declarari poſſit, retinuit ſilentium, & hoc agredi prohibuit. Poſtremus autem æon, quem vocant ſapientiam, cum idem eum cepiſſet deſiderium quod autem deſiderabat non potuiſſet aſſequi, peperit, inquit, informen ſubſtantiam. Talem autem fœtum editum ægrè ferens, acceſſit ad Propatrem, & ſuam ei affectionem expoſuit. Vnà autem cum ipſa reliqui quoque æones ſupplicarunt, & ei quidem aliqua vænia data eſt: Informem autem fœtũ, dicunt eſſe materiam, quæ ex ignorantia, & triſtitia, & metu, & increpatione orta eſt. Prouidens autẽ

Gnoſtici. Æones. Pythago. Eccleſia.

profundum,ne alij quoque æoni aliqua eiuſmodi affectio accideret,producit terminum, non cum fœmina coniuge. Aliorum enim æonum vnuſquiſque cum fœmina coniunctus eſt.Hunc autem terminum crucem quoque nominãt.Quinetiam alia quoque nomina confingunt. propterea dicit etiã expiatam purgatámque ſapientiam,ab affectione fuiſſe liberatam,cogitationem autẽ illam, quam & affectionem,& fœtum informem,& materiam nominarunt,terminus ab ea procul abiecit. Poſtea dicit vnigenitum, patris conſilio & ſententia,ad æonum ſecuritatem & conſtitutionẽ,produxiſſe Chriſtum & ſanctum ſpiritum.Dicunt enim Chriſtum docuiſſe æonas patrem eſſe incomprehenſibilẽ. ſpiritus autem ſanctus præſtantiorem æqualitatẽ ęonibus inter ſe dedit. Hæc autem aſſecuti æones, A Propatrem quidem laudarunt.Cum autem communiter pulcherrima eorũ quę habebant vnuſquiſque contuliſſet,per ea Ieſum producunt,quẽ & ſeruatorẽ nominant,& Chriſtum verbum. Cum ipſo autẽ alios quoque Angelos produxerunt,vt eſſent eius ſatellites Hęc autẽ omnia intra pleroma nominant.Extra pleroma autem hęc ſunt ea quę dicuntur.Cogitationem ſapientię illius, quem etiã fœtum informem appellarunt,vocant Achamoth.eſſe autem extra pleroma, & in vmbra quadã & inani degere,miſericordia autẽ motum,eum qui dicitur Chriſtus,extenſum eſſe per terminum,& crucẽ quę dicitur,& formam quę eſt ex ſubſtantia illi dediſſe,cognitione autem deſtitutã reliquiſſe,& poſtea ad ſeipſum contraxiſſe potentiã.Illam autem cũ ſenſiſſet lucem,quę eam apprehenderat, ad eum quidem in quirendum cucurriſſe,à termino autem prohibitam eſſe progredi,cum dixiſſet, Iao.hinc enim hoc quoque nomen factum eſſe dicunt,deinde ęgre ferentem ſe progredi prohibitam, triſtitiã, & metũ,& dubitationẽ admiſiſſe,poſtea ad eam acceſſiſſe conuerſionis deſiderium. Ex his autẽ affectionibus dicunt hunc mundum conſtitutum.Ex conuerſione quidem, Creatorẽ, & omniũ animas: ex aliis autem affectionibus,reliqua.Ex eius quidem lachrymis humidã ſubſtantiam, ex riſu autẽ lucem,ex aliis verò alia.Non enim à reprehenſione alienum futurum,puto,ſi dicam omnia quę illi fabulantur.Dicunt autẽ eã rogaſſe Chriſtum,qui eius erat miſertus,vt ei lucem impertiret,eum autem preces quidẽ ſuſcepiſſe,non autem acceſſiſſe,ſed Ieſum miſiſſe vt in eo crearentur viſibilia & inuiſibilia & throni,& dominationes,& diuinitates,vt ipſi dicunt.Acceſſit ergo cum productis Angelis, & B ab iis quę euenerant affectionibus ſeparauit,eáque ſeparata compegit.Ipſam autẽ ſeparatam ab affectionibus cœpit Angelorum deſiderium,& ſpiritalẽ fœtum produxit Angelis ſimilẽ Is autem ſurſum recurrit.Ex conuerſione autem,dicunt animalem factam eſſe ſubſtantiam, Deũmque ex ea eſſe formatũ,& Patrẽ,& Regẽ eorum, qui eandem,inquit,cum eo habent animam,quæ dextra appellant, & materię quæ ſiniſtra nominant.Dicunt enim omnia quę videntur eum ſibi propria effeciſſe.Vocant autem eũ & Matripatrem,& Patrem,& Creatorem ſeu opificem.Et quid opus eſt vt eorum fabularũ omnes ineptias recenſeam:iis enim quę dicta ſunt eſt vniuerſum figmentũ ſimile. Dicit Chriſtum, cũ apparuiſſet,ex Achumoth quidem accepiſſe id quod eſt ſpiritale: à Creatore autẽ id quod eſt animale Chriſtũ indutum eſſe ab Oeconomia autem adiectum eſſe corpus,quod habet animalem ſubſtantiã,arcano autẽ & ineffabili modo factũ eſt,fuiſſe autẽ contrectabile,aſpectabile,& paribile,materiale autẽ nihil penitus dicunt eum cœpiſſe.Nihil enim eorum quę ex materia conſtant,ſalutẽ ſuſcipit.Dicunt autem ſe quidem ſeruari ex ſola cognitione,nos autẽ ex fide & bona actione. Se autem operibus non egere,cũ ad ſalutẽ ſufficiat cognitio.Quocirca qui ſunt apud eos perfectiſſimi, quidquid eſt diuinis legibus prohibitum,ſecuré & abſque vllo metu perpetrant. Nam & feſta gentilium celebrant,& immolatis veſcuntur,& libidini ac voluptati ſeruiunt,& quidquid malum eſt indiſcriminatim audent admittere.

Chriſtus.

Ieſus. Angel.

Iao.

Materia ſalutis Inca par.

Opera. Idolothyta.

De Secundo. C

SEcundus autem,qui Valentino ſucceſſit,bipertito diuiſit ogdoadem, & hoc quidẽ illius vocat dextrũ,illud verò ſiniſtrum,& adiecit lucem & tenebras.Porrò autẽ hinc quoq; innumerabiles exorti ſunt hęreſeon principes & authores,Coſſianus Theodotus,Heracleon,Ptolemęus, Marcus, qui diuerſa dogmata excogitarunt.

De Marco.

Ridiculum ſilentium æones litte re.Baptiſ. Hæbraic. 161.2.

MArcus autem in arte quoque Magica verſatus eſt:& cum pręſtigiis & incantationibus quædam admirabilia faceret,multos ſimplices, & qui facile capi poterant,decepit.Is cum magnã quandã fabulam confinxiſſet,hanc ſibi dicebat dixiſſe ſilentiũ,nec eum pudet ineptum pronunciare ſilentium.Is etiam XXIIII.literis ęonas aſſimilauit,& has quidem mutas, illas ſemiuocales,alias verò vocales appellauit,Hi falſis nominibus inſcriptorum & adulterinorum bellorũ magna conſcripta multitudine,ſtultos conantur per terre facere.Tingentes autem eosqui decipiuntur,dicere conſueuete,In nomine ignoti patris vniuerſorum,in veritatem matrẽ omnium,in Ieſum qui deſcendit, in vnionem,& redemptionem,& poteſtatum communionem Admiſcent autẽ etiam nomina Hebraica terrentes eos qui initiantur,quorum meminiſſe duxi ſuperuacaneum.Ex his plurimæ,poſtquam ſerpens Agroſtis germinauit:pullularunt hęreſes.Eorum quoque partem eſſe dicunt eos:qui à nonnullis Aſcodrutę:ab aliquibus autem Aſcodrupitę vocantur.

De iis qui dicuntur Aſcodruti vel Aſcrodupetę. D

HI autem dicunt non oportere diuina myſteria:quę ſunt inuiſibilium ſigna:per res quę videntur peragi:nec incorporea per ſenſilia:& corporea. Eſſe autem perfectam redemptionem, veram eius quod eſt cognitionẽ.Quæcunque enim videntur:ex ignorãtia & affectione cõſtituta:per cognitionem

tionem dissoluuntur. Oportet ergo etiam spiritalem esse redemptionem, quapropter nec eos qui accedunt baptizant, nec ab eis peragitur mysterium baptismatis. Vocant enim redemptionem, vniuersorum cognitionem. Ex his autem nonnulli, qui dicuntur Archontici, confictis quibusdam libellis, eos vocant reuelationes prophetarum. Vnum autem appellarunt, ensymphonia in quo septē cœlos conscripserunt. Vnumquenque autem ipsorum habere vnum principem, Matrem autem quandam Photinam esse supremam. Anathematizant autem lauacrum, & mysteriorum communionem, vt quę fiat in nomine Sabaoth. Dicunt enim eum in septimo cœlo tyrannidem exercere. Principum autem
A nutrimentum dicunt esse animas, & sine eo non posse illos viuere. Diabolū verò esse filium Sabaoth. Esse autem Sabaoth, Deum Iudæorum, filium autem, cum malus sit, non honorare ipsum, sed ei in omnibus aduersari. Cain autem & Abel dicunt filios diaboli. Quædam autem alia quoque fabulosa referunt, quæ sunt omni impietate referta. Aliqui autem alij, post mortem, mortuorū capitibus oleū & aquam iniiciunt. Ita enim dicunt fore, vt ipsi sint inuisibiles, & potentiores iis quæ intercedunt dominationibus, & potestatibus. Docent autem eos quoque dicere quandam fabulam, quam si scriptis inseram, me illarum quoque ineptiarum socium esse duxerim.

Baptism. Archōtici
Cœl. Sacra. Sabaoth. Cain. Abel.. Bapt. mortuorū.

De Colorbasiis.

COlorbasij autem, ab eo quem ipsi propatrem appellant, dicunt primam factam esse ogdoadem. Seruatorem autem hi quidem ex triginta æonibus productum esse dicunt, & ideo vocari etiam, Sydochiteon hoc est complacendum, quia omne pleroma per ipsum complacuit patrem glorificare. Alij autem ex solis decem æonibus, alij verò ex Christo, & spiritu, ad pleromati, stabilimentum factū esse, ipsumque Patris appellatione vocari Christum, & multa eiusmodi alia prodigiosa recensent.

Seruator. Christus.

De Barbeliotis seu Borborianis.

EX Valentini seminibus, Barbeliotarum, seu Borborianorum, vel Naasinorum, vel Stratioticorū, vel Phemionitarum, qui vocantur, execranda secta pullulauit. Ponebant enim æonem quendam ab interitu alienum degere in spiritu virginali, quem nominant Barbeloth. Barbeloth autem ab eo petiisse præscientiam. Cum ea autem processisset, deinde rursus petiuisset, processit incorruptibilitas deinde vita æterna. Lætatam autem Barbeloth concepisse, & lucem peperisse. Eam dicunt inunctam
B spiritus perfectione, Christum fuisse nominatam. Hic rursus Christus mentem annunciauit, & accepit. Pater autem adiecit etiam rationem. Deinde coniugati fuerunt mentis conceptio, & ratio, incorruptio, & Christus, vita æterna & voluntas, mens & præscientia. Deinde rursus ex mentis conceptione & ratione dicunt vnà cum ea fuisse productam veritatem, & aliam rursus factam esse coniugationem Per se geniti, & veritatis. Et quid opus est dicere alias quoque productiones ex luce, & incorruptiones? Longa est fabula, & quæ, præterquam quòd est impia, nihil habet delectationis. His quoque Hebraica nomina adiecerunt, simpliciores per terrere conantes. Per se genitum autem, dicunt produxisse hominem perfectum & verum, quem etiam Adamantem appellant. Vnà autem cum eo productam quoque esse coniugem, perfectam cognitionem hinc rursus ostensam esse matrem, Patrem, & filium, ex homine autem & cognitione lignum germinasse. Cognitionem autem hoc quoque nominant. Iam verò ex primo Angelo productum esse dicunt spiritum sanctum, quem etiam sapientiā pronyicon appellarunt. Hanc autem dicunt coniugem appetentē, peperisse opus, in quo erat ignorātia & arrogantia. Hoc autem opus protarchonta, hoc est primum principem appellant, & eum esse
C dicunt creaturarum opificem. Ipsum autem cum arrogantia congressum genuisse vitium; & partes eius. Hæc ergo summatim exposui, figmenti prolixitatem prætermittens. Eorum autē mysteria quis est adeò infelix, vt vel lingua proferat? Omnem enim improbam ratiocinationem, omnem denique execrabilem cogitationem superant, quæ ab illis tāquam diuina peraguntur. Sufficit autē vel cognomen ad sceleratissimā eorū audaciā vt cunque significandā. Borboriani ea de causa cognominati sunt

Naasin. Stratiotic Phemionitæ. Christ. Hebraic. Adamas. Lignū scientiæ.

De Sethianis, seu Ophianis, vel Ophitis.

SEthiani autem, quos Ophianos, vel Ophitas quidam nominant, hominem vocant omnium Deū, lucem ipsum rursus cognominantes, & beatum, & ab interitu alienum vocantes, & in profundo habitationem habere affirmantes, eius autem mentis comprehensionem, filium hominis, & secundū hominem appellant. Post eum autem esse spiritum sanctum. Infrā eos autem esse quatuor elementa, aquam, tenebras, abyssum, chaos. Fœmininum autem spiritum vocant, & eum super elementa ferri dicunt, amasse autem primum & secundum hominem formā spiritus, & progenuisse lucē, quā Christum vocant, cum non posset autem mulier fere nimiam lucis magnitudinem, scaturiisse, & Christum quidē vnā cum matre attractum esse in æonem à corruptione & interitu alienum, quam etiā veram ecclesiam appellant, rorem autem qui è luce scaturiit, deorsum cecidisse dicunt, & appellatum esse sapientiam, & pronyicon & masculo fœminam. In aquis autem natantem corpus quidem ex ipsis accepisse, & ne submergeretur in periculum venisse, sed tamen emersisse, ex corpore autem toto cōtecto
D fuit cœlum esse constitutum. Deinde cum reliquum abiecisset, ad matrem euolasse. Illum autem appellant filium Prunici. Is autem rursus alium filium produxit, & ex illo dicunt alium esse constitutū, & vsque ad septenarium numerum processisse productiones, ab vnoquoque autem eorum vnū cœlum fuisse fabricatum, & vnumquenque proprium habitasse. Prædictis autem filiis nomina imposuerunt, vsi lingua Hebraica, quorum meminisse duxi superuacaneum. Dicunt autem alios cum primo seditionē agitasse, qui horum quidem erat auus, illorum verò abauus, aliorū tritauus, eū verò animi

Secundꝰ homo. Elementa Fœmini spiritus. Christus. Ecclesia. Hebraic.

anxium,in materiæ fecem cogitationem defixiſſe,& genuiſſe ex ipſa filium Ophiomorphon,ſeu ſerpentiformem.Deinde glorlantem Ophiomorphi patrem dixiſſe.Ego Deus & Pater,& nullus eſt me ſuperior, matrem autem ægrè tuliſſe,& acclamaſſe.Ne mentire eſt enim te ſuperior pater omnium, A primus homo filius hominis.Hęc autem verba cum audiiſſet ſerpentis pater,inquit, Agite faciamus hominem ad imaginem noſtram,Quinetiam multa alia adiiciunt,quæ & impietate plena ſunt,& nihil habent iucunditatis.Ophiomorphum autē illum vocant Michaelem,& Sa.nana. Prophetas etiā diuidunt,& ſeptem filiis,vt volunt,attribuunt,& Seth diuinā quandam potentiam eſſe dicunt. Quāobrem etiā Sethiani appellati ſunt.Ieſum autem dicunt eſſe alium præter Chriſtū, & eum quidē qui deus eſt,ex virgine eſſe natum.Chriſtum autem é cœlis ad ipſum deſcendiſſe.Dicunt autem Apoſtolos quoque erraſſe,tatos Seruatoris carnem reſurrexiſſe.Quidā autē ex ipſis,dicunt Chriſtum in ſerpentis ſpeciē transmutatum,virginis vterum ſubiiſſe,& ita miſeri intelligunt dictum Apoſtoli,Qui cū in forma Dei eſſet,non rapinā arbitratus eſt eſſe ſe æqualē Deo,ſed ſeipſum exinaniuit, ſerui formam accipiens.Nonnulli autem dicunt ipſum ſerpentem cum ſapientia conſuetudinem habere, & tanquā cum Deo aduerſario,cum creatore bellum gerentem,Adam decepiſſe,& cognitionē dediſſe & propterea dictum eſſe prudentiſſimum eſſe omnium ſerpentem:flexuoſam quoque noſtrorū inteſtinorum poſitionem corpus ſerpentis imitari,ea ratione oſtendentem genitalē ſerpentis ſapiētiam. Et ea de cauſa ſerpentem adorant,quē cum quibuſdam carminibus demulſerint,in tenebris nutriūt, & in execrandis ſuis myſteriis eum menſæ offerunt.Cum is autem aſcenderit,panibus tanquā ſanctificatis communicant.

Faciamus Michael. Seth. Ieſus. Chri.

De Cainis.

Phil.2. Gen,2. 166. Menſa. Cain.

ALij autem,quos Cainos nominant, dicunt etiam Cain à ſuperna authoritate fuiſſe liberatum. B Eſau autē,& Core,& Sodomitas,& omnes alios eiuſmodi,ſuos eſſe cognatos cōfitentur, & eos odio quidē eſſe habitos à Creatore,ſed nihil ab eo noxiæ accepiſſe.Sapientia enim ab eis eripuit & in eis habebat.Quinetiā Iudam proditorē ſolum ex omibus Apoſtolis dicunt hanc cognitionē habuiſſe,& ideo effeciſſe proditionis myſterium.Eius autē etiā Euangelium proferunt,quod illi compoſuerunt.Ille enim protinus ſtrangulatus eſt,quæ fuit merces eius proditionis,& eū faciunt ea quæ ſunt vetita,alicuius Angeli nomen inuocant,tanquā illi vtique intemperantiam largientes,& invnaquaque impudicæ actionis ſpecie hoc faciunt.Pro variis enim impudicitiæ formis totidē quoque numero Angelos eis dicunt reſpondere,qui earum rerum operatione coluntur.

De Antitactis ſeu aduerſatiis.

Eſau. Core. Sodom. Iudas

ERant autem etiam quidam alij,quos impij Antitactas vocabant, qui magnum ignotum Deū vt ipſi dicunt,Patrem ſuum nominabant,eum autē eſſe bonum,& Deum creatorem.Vnum autē quēpiam eorum qui ex ipſis erant geniti,ſeminaſſe Zizania,qui in nos omnes, vt ipſi dicunt, mala iniecit,vt qui optimo noſtro patri reſtiterit.Quamobrem nos quoque illi reſiſtimus,eius legibus,vt de patre vltionē ſumamus,aduerſantes.Et quoniā is dixit,Non adulteraberis,nos,inquit, adulteremur, vt eius præceptum infirmemus.Eos malorum inuentores iure quiſpiam nominauerit,qui ſuis libidinibus & impudicitiis blaſphemias adiungunt.

De Peratis.

Euang.Iu. Malis operib.colunt

ADemes autē Caryſtius,& Peraticus Euphrates,à quo Peratæ vocati ſunt,qui in ea ſententia fuerunt:dicunt vnum eſſe mundum tripertio diuiſum,& vnam quidē partē eſſe veluti quendam magnum fontem,qui poteſt in infinita ratione diuidi,Primam autem partem appellant trinitatem, & eā vocant bonum perfectum paternum.Secundum autē,potentiarum infinitarum multitudinē.Tertiā verò vocant ſpecialem,& primum quidem appellant ingenitum,& nominant tres Deos, tres rationes,tres mentes,tres homines ē ſuperis autem ex Agenneſia,& prima mundi diuiſione,in ipſa mundi conſummatione in temporibus Herodis deſcendiſſe quendā triplicis naturæ hominē,& tricorporem,& triplici poteſtate præditum,qui Chriſtus vocatur,& tranſiiſſe mundum ingenitum, & per ſo genitum,& veniſſe in hunc mundum in quo ſumus.Cum autem Chriſtus de cœlis deſcenderit, quæ ex ſupernis quidem deſcenderunt,vt reuertantur perficiet:quę autē eis inſidiata ſunt tradet ſupplicio & mundum quidem ingenitum,& eum qui eſt per ſe genitus,etiam ſeruandum eſſe dicunt:hunc autem mundum perire,quem nominant ſpecialem.

Angelos. 234. Adulteriū Rom.1. Mund.tripertit.

De Monoimo.

Trinitas. Tricorpor Chriſt. Arithmet.

DIcunt Monoimum Arabem,cum ex ſcientia Arithmetica accepiſſet occaſionem, ſuam formaſſe hæreſim.

De Hermogene.

Materia. 166. Corp.d.In Sole.

HErmogenes autem ex ſubiecta materia & congenita dicit Deum omnia eſſe fabricatum. Exiſtimabat enim ſtolidus fieri non poſſe vt Deus vniuerſorum ex iis quæ non ſunt fabricaretur:Is dicebat corpus Domini in ſole eſſe repoſitum.Diabolum autem & Dæmones eſſe in materiam refundendos. Theophilus Antiochenus Epiſcopus ſcripſit in eum,& ſimiliter Origenes. Aduerſus Valentinum autem,& eos,qui ab illo originem cœpere,& Irænęus,& Clemens,& Origenes.

De Tatiano & Hydroparaſtatis ſeu Encratiſtis.

TAtianus autem Syrus fuit primum ſophiſta,poſtea verò etiam diuini Iuſtini Martyris fuit diſcipulus.Poſt Magiſtri autem mortem,deſiderauit eſſe author,& princeps hæreſis,figmenti autē ſui

marg

materiã emendicauit,à Valẽtino quidẽ æonũ productiones,à Saturnilo autẽ & Marcione abhorrere nuptias,& animantium & vini vſum. Hũc habent ducẽ qui dicuntur Hydroparaſtatæ, & Encratiſtæ. *Nuptiæ. carn.& vini vſus.*

Cur dicuntur hydroparaſtatæ,& Encratiſtæ.

NOminantur autem Hydroparaſtatæ,ꝙ aquã pro vino offerant.Encratitæ autem, quòd neque vinum bibant,nec animatis veſcantur.Ab his autem abſtinent,ea tanquam rem malã aborrentes,
A & cœlibatum perſequuntur,matrimonium ſcortationem appellantes, & legitimam cõiunctionem Diabolicam nominantes.Is autem compoſuit etiam Euangelium,quod dicitur Per quatuor,amputatis genealogiis,& aliis,quæcunque oſtendunt Dominum natum eſſe ex Dauid ſecundum carnem. Eo autem vſi ſunt,non ij ſoli qui ſunt illius ſectæ,ſed ij etiam qui dogmata Apoſtolica ſequuntur, cõpoſitionis fraudem non cognoſcentes,ſed ſimplicius eo tanquam libro compendioſo vtentes. Ego quoque inueni plusquam ducentos huiuſmodi libros,qui in honore habebãtur in noſtris eccleſiis. Quos cum omnes ſimul coegiſſem,depoſui,& loco eorum repoſui quatuor Euangeliſtarum Euangelia. *Euang. ex quattuor.*

De Seuero.

SEuerus,ſuſcepta eorum doctrina, eos qui ab ipſo decepti fuerant, à ſuo cognomine appellauit. Hinc nonnulli.Encratitas Seuerianos appellant.Hi diuini Pauli epiſtolas,& Actuum hiſtoriã reiiciunt. Aduerſus eos ſcribit Muſanus veritatis patronus, & Clemens ſtromateus, & Apollinaris,qui ſacræ ciuitatis in Phrigia fuit Epiſcopus,& Origenes. *Paul.& Act.*

De Bardiſane.

BArdiſanes autem Syrus ex Edeſa ortus,floruit tempore Seueri & Marci Cæſaris.Ferunt eũ multa reſecuiſſe ex Valentini fabulis. Scripſit autem multa etiam lingua Syriaca, quidam autem ea in linguam græcam tranſtulerunt.Ego quoque in eius libros incidi,quos & contra fatum ſcripſerat
B & aduerſus hæreſim Marcionis,& alios non paucos.Dicunt autem etiam Armonium, qui fuit eius filius,Athenis in græca lingua fuiſſe inſtitutum.Is quoque lingua Syriaca multa conſcripſit. *Armonius*

De Ephraim Syro.

VTriusque autem errorem vir planè benedictus Ephraim Syrus confutauit.

De Florino & Blaſto.

IAm verò Florinus quoque & Blaſtus,qui in Præsbyterorum catalogum Romæ erant cooptati, in Valentini pernicioſam ſectam declinarunt.Ferunt beatiſſimum Irenæum eorum morbum deplorantem ſcripſiſſe aduerſus Valentinum.Hi ergo omnes à Simone initium ducentes, quædam inter ſe cognata,& conuenientia decreta pepererunt,æonas quoſdam nominantes,& æonum productiones,& alias productiones productionum. *Simoniani*

De Cerdone & Marcione.

C MArcion autẽ,& Cerdo eius magiſter,à Simonis ipſi quoque impoſturis blaſphemiæ occaſionẽ cœpere.Sed aliam impietatis nouam viam excogitauere. Cerdo enim fuit tempore Antonini primi. Dicebat autẽ alium eſſe Deum,pattẽ Domini noſtri Ieſu Chriſti,non cognitũ Prophetis:aliũ autem vniuerſi effectorem,& legis Moſaicæ Legislatorem : & hunc quidem eſſe iuſtum,illum,verò bonum.Hic enim,inquit,iubet in lege oculum pro oculo,& dentem prodente excindere. Ille verò bonus,iubet in Euangeliis,ei qui maxillam dextram pulſauit aliam quoque obuertere, & ei qui vult accipere tunicam,pallium quoque dare.Et hic quidem in lege iuſſit diligere amicum,& odio habere inimicum.Ille verò iuſſit etiam inimicos diligere,& non animaduertit ſtolidus, quòd etiam in lege iubet errantem inimici bouem reducere,& quod ceciderit iumentum erigere, & inimicum auxilio indigentem non deſpicere,& quòd,qui ab eo ſolus bonus vocatur,ei qui fratrem ſtultum vocat, minatur gehennam,& ſeipſum iuſtum oſtendens,dixit,Qua menſura metimini,remitietur vobis. Sed hoc confutare non eſt præſentis temporis,maximè cum ab iis qui diuinas ſcripturas legerunt, facile poſſit deprehendi maledictum,& euidens blaſphemia. *Dii duo. Iuſtus, bonus. Matth.5.*

De Marcione.

MArcion autem Ponticus,cũ hæc à Cerdone didiciſſet,non fuit tradita ſibi doctrina contentus, ſed etiam auxit impietatem. Quatuor enim ingenitas ſubſtantias oratione ſuas confinxit, & & hunc quidem vocant bonum & ignotum,quem etiam appellauit patrem Domini:illum verò opificem ſeu creatorem,& iuſtum,quem etiam malum nominabat, & præter hæc materiam, quæ mala
D eſt,& alij malo ſubeſt.Opificem autem,malo deuicto,accepiſſe materiam,& ex ea vniuerſa fabricatum eſſe. Cœlum quidem,ex eo quod erat puriſſimum, ex reliquo autem quatuor elementa.ex fece autem quæ ſubſederat,inferos,& tartara.Rurſus autem,cum terræ id quod erat puriſſimum percolaſſet,conſtituit,inquit,Paradiſum,ex eo autem,vno accepto ceſpite formauit Adam,ex ſua,ſubſtantia illi animam largitus.Hinc,inquit,exiſtit inter corpus & animam concertatio,cũ corpus quidẽ ad materiam illam attrahere contendat,anima autem conetur corpus trahere ad Creatorem.Hi etiam ſerpentem Creatore meliorem & præſtantiorem audent dicere.Hic enim arboris cognitionis partici- *Materia. Serpens.*

pes esse vetuit, ille verò permisit. Nec animaduerterunt impij quòd serpentis consilium mortem peperit. Nonnulli itaque eorum serpentem quoque venerantur, & egò quidem apud eos inueni serpẽtem æneum in arcula quadam situm cum execrandis eorum mysteriis. Non solum autem Creatorẽ A
blasphemant: Sed etiam Patriarchas, & Prophetas iniquos appellant, vt Creatorẽ malorum amatorẽ
Scriptura reiicit. esse ostendant. Is ex euangeliis quidem id quod est secundum Lucam solum suscepit, etiam genealo-
Christ. gia magna ex parte amputata. Legem autem & prophetas & omne vetus testamẽtum reiecit, vt quod
Resurr. ab alieno Deo datum esset. Dicit autem Dominum nostrum Iesum Christum descendisse, vt qui in
Impij salui. eum credidissent, eos à Creatoris seruitute liberaret. Visum autem esse hominem, cum nihil huma-
Pij dãnati num in se haberet, & visum esse pati, cum nequaquam passus esset. Reiecit autem etiam corporum
Oridiculũ resurrectionem, eam fieri non posse existimãs. Is Cain quidem, & Sodomitas, & omnes alios impios
hæreticũ. salutem dicebat assecutos, cum apud inferos ad Christum seruatorem accessissent, & in regnum esse adsumptos. Abel autem, & Enoch, & Noe, & Patriarchas, & reliquos Prophetas, & iustos, datam illis libertatem non esse adeptos, cum ad eum accedere noluissent. Qua de causa, inquit vt etiã apud inferos habitarent condemnati sunt. Hæc Marcion aduersus Creatorem furiosè debacchatus est, atque adeò his etiam multo grauiora. Maiores enim blasphemias silentio preterij. Noui autem quendam eorum senem nonagenarium, qui mane surgens sputi sui excremento faciem suam lauabat, & causam rogatus, dixit se nolle opus habere Creatore, nec aquam, quæ est ex illius operibus, accipere. Cũ autem præsentes dixissẽt, Quomodo ergo comedis, quomodo bibis, & vestiris, & dormis, & quæ cõstituta sunt mysteria peragis? Dixit se necessitate adductum hoc facere, quòd nec possit aliter viuere, nec mysteria peragere, & confessus est insanus vel inuitus nihil habere eum qui ab illis vocatur bonus, sed omnibus bonis frui ex operibus Creatoris. Ego autem plurimis relictis, ad ea quæ deinceps B
consequuntur transibo. Nam hic rursus conuentus in multas partes diuisus est.

In quot & quænam dogmata diuisa est Marcionis secta.

Ign. Corp. d. APelles enim Marcionis ingenitis alium quoque Pyrinon hoc est Igneum, adiecit. Is quoq; aliũ librum à se compositum Philumenes Prophetiam appellauit. Christo autẽ corpus attribuit, non humanum, sed è mundi substantia effectum.

De Potito, & Prepone, & aliis.

POtitus autem, & Blastus, & Syneros, & Prepone & Pithon, diuersis doctrinis præfuerunt. Ij autẽ omnes accepere occasionem ex blaspemia Marcionis. Plurimi aduersus hanc impietatẽ scripsere. Iustinus enim philosophus & Martyr, & Theophilus Antiochenus Episcopus, & Philippus Gortinæ Episcopus, & Irenæus, cuius ante meminimus, Lugdunensis Episcopus, & Modestus, & Origenes, & Rhodon, & Adamantius, & Hyppolytus, & Emesenus Eusebius, ij omnes optimè, & doctissimè, hanc blasphemiæ rabiem confutarunt.

De Manente.

Seruus. MAnẽs autem erat quidem Persa genere, vt aiunt, longo autem tempore seruitutis iugum pertulit. Dum autem seruus esset, appellabatur Scythianus. Qui cum Dominæ suæ hæres factus esset, non satis habuit præter spem ditescere, quinimo nec bonorum donatorem laudauit, sed ad blasphe-
Deus & Materia. miam, impiarúmque fabularum narrationem, linguam suam mouit, fuitque perfectissimum instru- C
Lux & tenebræ. mentum inimici veritatis. Is dixit duos esse ingenitos & æternos, Deum & materiam, & Deum quidem lucem appellabat. materiam verò tenebras, & lucem quidem bonum, tenebras autem malum.
Arbores. Imposuit autem eis etiam alia nomina. Lucem enim appellauit bonam arborẽ bonis fructibus plenam: materiam autem, malam arborem fructus radici conuenientes ferentem. Dicebat fuisse Deum
Mũdi partes. longè à materia remotum, ipsumque à materia ignorari, & ab ipso materiam, & tenuisse quidẽ Deũ septentrionales partes, & orientales, & occidentales, materiam verò, meridionales, multis autẽ post-
Bellum. ea sæculis materiam cum seipsa seditionem agitasse, fructusque eius, inter secum autem cœptum es-
Lux. set bellum, & hi quidem persequerentur, illi verò fugerent, eos vsque ad lucis fines venisse, deinde lucem contemplatos, simul & lętitia & admiratione affectos esse, & voluisse omnibus simul cõiunctis copiis aduersus ipsam bellum gerere, & rapere, & cum suis tenebris lucem miscere. Profecta est ergo, vt dicit stulta, & inepta, & quæ non potest consistere, fabula, cum Dæmonibus, & imaginibus, & aqua, aduersus lucem quæ apparuerat. Deus autem veritus rem vniuersam pugnæ discrimini committere: neque enim habuit, inquit, ignem, vt fulgure & fulmine uti posset: neque aquam, vt inundationem induceret: neque ferrum, vel aliqua alia arma: tale quid machinatur. Acceptalucis particula,
Dæm. Imagin. Homo. Adam. Eua. Ioel. veluti quadam esca, vna quoque hamum materiæ immisit. Cum autem iuxta illum sita, & supra ipsũ D
strata esset, ea id quod immissum erat deuorauit, & alligata, ac veluti quadam glacie concreta & confixa est. Hinc dicunt coactum esse Deum mundum fabricari. Partes autem mundi dicunt nonesse eius effecta, sed materiæ. Fabricatus est autem, dum vult eius dissensionem componere, & quæ pugnabãt in pacem redigere, adeò vt etiam paulatim lucem, quæ tenebris confusa est, liberaret. Porrò autem hominem quoque dicunt non esse à Deo formatum, sed à Principe materię, eum autem Saclam nominant, & similiter dicunt Euam à Sacla & Nembrod factam esse, & Adam quidem, beluina forma præditum fuisse creatum, Euam autem, inanimam & immobilem. Masculinam aurem virginem, quã filiam lucis nominant, & Ioel appellant, vitam, & lucẽ Euæ impertiisse. Adam verò ab Eua feritate liberatum

beratum esse: deinde eam postea luce nudatam esse. Saclam autem cum ea primum coiisse, & beluę forma præditum filium ex ea suscepisse. Deinde cum ea etiam rursus coniunctũ esse dicunt. Sed me fortasse merito quispiam reprehenderit qui hæc vt scribam possim in animum inducere. Quamobrẽ aliis fabulis nugisq; prætermissis, dicam paucis capita impiæ hæresis. Ii solem & Lunam Deos nomi *Sol. Luna.*
nant, Ipsum quidem quandoque Christum vocantes: & eius rei sufficiens argumentũ afferunt, quòd
A sol defecerit dum esset crucifixus: aliquando autem dicentes defunctorũ animas esse nauigia, quæ à *Animæ separatæ.*
materia in lucem transeunt. Ita enim, inquit, paulatim liberantur à mala temperatura. Lunã autẽ di- *Luna.*
midia sui parte cæsam fieri, quod exinaniatur, & luminosas animas à materia quidem accipere, apud
lucẽ autẽ deponere, & ita lucem paulatim à mala temperatura liberari. Quando autẽ vniuersa lucis
natura à materia separata fuerit, tunc dicunt Deum eam igni traditurum, & glebam, aut cespitẽ vnũ
facturum, cum ea autẽ illas quoque animas, quæ in Manetem non credidissent. Diabolum autẽ, ali- *Diabol.*
quando quidem vocat materiam, aliquando vero materiæ principẽ. Nuptias autem dicit à Diabolo *Nuptiæ.*
fuisse constitutas. Quæ autem in pauperes exercetur benignitatem, & humanitatem reprehendunt, di- *Eleemosina.*
centes eam esse venerationem materiæ. Dicunt autem Dominum nec sumpsisse animam, nec corpus *Chri. Incarn.*
sed tanquam hominem quidem apparuisse, cum humani nihil haberet. Crucem quoque, & passionẽ,
& mortem, visione tantum fuisse. Porro autem corporum resurrectionem, tanquã fabulã, reiiciunt. *Resurr.*
Nullam enim materiæ particulam dignam salute existimant. Dicunt autẽ animas quoque transire in *Metẽpsychosis.*
B corpora, & has quidẽ in volucrum, illas vero in iumentorum & ferarum & serpentum corpora im-
mitti. Omnia autem esse animata, & ignem, & aquam, & aerem, & plantas etiam & semina existima- *Omnia animata.*
runt. Quamobrẽ qui apud eos perfecti vocantur, nec panem frangunt, nec olus scindũt, sed eos etiã *Præstigiæ.*
qui hęc agunt, tanquã homicidas, aperte execrantur: ex iis tamen quæ franguntur & scinduntur co-
medunt. Præstigiis quoque egregie vtuntur, scelerata sua mysteria peragentes. Ea de causa valde dif-
ficiliter elui potest eorũ doctrina, & qui execrandis eorum Orgiis interfuerit, eorumque particeps
extiterit, valde est difficile transmouere à perniciem animis afferentium Dęmonũ operatione, qui *Incãtationes.*
ipsos initiantium incantationibus eorũ animas alligant. Hic autem Manes habuit ab initio tres disci- *Discipuli*
pulos, Aldan, & Thomam, & Herman. Et Aldam quidem misit prędicatum in Syriam: ad Indos vero
Thomam. Postquam autem ij reuersi sunt, dicentes, se multa grauia, & perpessu difficilia sustinuisse,
quod nemo posset in animum inducere, vt Manentem magistrũ susciperet, ausus est sceleratissimus
se Christum appellare, & sanctum spiritũ nominare, & dicebat se esse missum sicut Seruator erat pol- *Man. christus & Paraclet.*
licitus. Promiserat enim discipulis se alium paracletum missurum. Is cum xij. discipulos ad Domini
exemplum feciisset, venit in Mesopotamiã, fugiens Regem Persarum. Cum enim se iactasset curatu-
C rum Regis filium, qui in morbum quendam inciderat, effecit vt in grauiora mala incideret. Postquã
illinc quoque vt Dei aduersarius, expulsus est, & Persidem repetiit, ac rege correptus, Persico supplicio luit pœnas. Pelle enim nudatus, canibus deuorandus obiectus est. Is fuit exitus Manentis. Hęc *Manetis mors.*
sunt impię hæresis capita. Si quis enim vellet persequi omnes fabularum ineptias, multis libris opus
esset. Talia impiorũ hominũ mentibus dogmata immisit Dęmon sceleratissimus, eiusmodi vsus est *Eza. 59.*
Tribunis militũ & Centurionibus, aduersus veritatem dimicans. Sed araneę telã, vt Propheticé dicã
texuit. Dominus enim facillimé mendaciũ conuicit, & eius defensorũ classes & cẽturias dissoluit. Ad-
uersus autẽ Manentis impietatẽ scripserunt prędari veritatis patroni, Titus, & Diodorus, quorũ al-
ter quidem fuit pastor Bostrenorũ ecclesię: alius vero rexit Cilicum Metropolim. Scripsit etiã Geor- *Geor. Arr. Phi.*
gius Laodicenus, vir qui fuit quidem author hæresis Arrianę, in philosophicis autem disciplinis eru
ditus, præter eos autem Phœnix quoque Eusebius cuius etiam prius meminimus. Ego autẽ ad aliam
transibo cateruam.

LIBER SECVNDVS.

De improba diaboli machinatione.
De hęreticis, qui fuerunt tempore Apostolorum.
De Hymenęo, et Philęto, et aliis. Quod etiam de aliis Hęreticis prædixit diuinus Apostolus.
De Hebione.
De alia Hębręorum secta.
D De Nazoręis.
De Cerintho.
De Artemone.
De Theodoto.
De Melchisedechianis.
De Elcesęis.
De Paulo Samosateno.
De Sabellio.
De Marcello.
De Fotino.

HÆRETICARVM FABVLARVM SECVNDVS.

CIVSMODI ramos ediderit amarissima radix Simonis, & quàm exitiales ij fructus produxerunt, in primo libro aperté ostendimus, fabularum quidem proxilitatẽ quàm breuissimè fieri potuit amputatam narrantes, maximas autem blasphemias dicere formidantes, ex sceleratis autem mysteriis, ea quæ erant nimis impia & execranda, silentio prætermittentes. Nos enim peccaturos existimauimus, si eos doceremus qui illa nesciunt. Neque enim, qui se omnino voluptati, & libidini manciparunt, ea quæ illi improbè, & sceleratè audebant, cogitarent, vt tanquam execranda auersarentur. Hæc autem eorum animis immi A

christiani Catholici hæretici. *Hæretici apostolis contempo ranei 239. Cerinth.* *2. Tim. 2.*

sit Dæmon sceleratissimus, cum aduersus veritatis præcones bellum susceptisset, & aduersus eos, qui deumrité colunt, malam per hæc famam & existimationem spargere conaretur. Appellationis enim societatem, vt in omnes maledictum caderet, effecturam existimabat. Christiani enim, & execrandorum dogmatũ magistri, & ij qui erant Euangelicorum decretorũ prædicatores, nominabantur. Quicunque autem ignorabat differentiam, omnes impios & nefarios existimabat, qui erant vnius appellationis participes, & hæc ausus est improbitatis inuentor & artifex, cum primum veritatis lux exorta est, & instar radiorum diuinos Apostolos in vniuersum terrarum orbem emisit. Cum enim adhuc essent superstites, & Simon exortus est, & Menander, & alij Simonis discipuli, quorum antea meminimus. Porrò autem dicunt Cerinthum, cum benedictus Ioannes, qui diuinum Euangelium conscripsit, adhuc viueret, seminasse suæ hæresis zizania. Diuirus quoque Paulus alios accusauit in suis Epistolis ad Timotheum. Ita autem dicit. Prophanas autem vocum nouitates deuita, multum enim proficiunt ad impietatem, & sermo eorum vt cancer serpit, ex quibus est Hymenæus & Phyletus, qui à veritate exciderunt, dicentes resurrectionem esse iam factam, & subuertunt quorundam fidem. B

Deinde ostendit veritatis firmitatem & stabilitatem. Sed solidum fundamentum fidei stat, habens signaculum hoc. Docet autem etiam quomodo Dominus omnium suorum curam gerit. Cognouit enim, inquit, Dominus qui sunt sui Deinde hortatur fugere improborum consuetudinẽ, & Discedat ab iniquitate omnis qui vocat nomen Domini. Deinde exemplo medetur eis qui ægré ferunt, quòd mali vnà cum bonis versentur. In magna enim, inquit, Domo non sunt solum aurea vasa & argentea, sed & lignea, & fictilia, & quædam quidem in honorem, quædam autem in contumeliam. Docet autem nostri etiam arbitrij libertatem, mentémque esse imperatricem, & quæ potest suam inclina-

Lib. arb.

tionem conferre quo voluerit. Ita autem dicit. Si quis emundauerit seipsum ab eiusmodi, erit vas in honorem sanctificatum & vtile, ad omne opus bonum paratum. Scripsit autem etiam similia in prio re epistola. Hoc præceptum enim, inquit, commendo tibi fili Timothee, secundum præcedentes in te prophetias, vt milites in illis bonam militiam, habens fidem, & bonã conscientiam, quam quidã repellentes, circa fidem naufragauerunt, ex quibus est Hymenæus & Alexander, quos tradidi Sataneæ, vt discant, non blasphemare. Per hæc autem apertè docuit vitam iniquam esse fundamentum impie-

1. Tim. 2. *1. Tim. 4. 6*

tatis. Bonam enim conscientiam bonam vitam appellauit. Dicit autem illos ea reiecta naufragasse circa fidem. Et rursus. Prophanas autem & aniles fabulas deuita. Et rursus Si quis aliter docet, & nõ C

acquiescit sanis sermonibus Domini nostri Iesu Christi, & ei quę secundum pietatem est doctrinæ, superbus est, nihil sciens, sed verbis pugnans, & circa quęstiones ægrotans, & cætera. Et paulopost. Radix omnium malorum est cupiditas, quam quidam appetentes, aberrauerunt à fide, & seipsos confixerunt doloribus multis Porrò autem in ipso fine clamat præcipiens. O Timothee depositũ custodi, deuitans prophanas vocum nouitates, & oppositiones falsi nominis scientiæ, quam quidã promittentes, circa fidem exciderunt. Hæc quidem apertè indicant, & eis adhuc prædicantibus, exorti sunt multi execrandarum hæreseon authores. Prædicit autem etiam, quòd postquam excesserint, nonnul-

1. Tim. 4.

li eos qui ipsis crediderint vana dogmata docebũt. Spiritus enim manifestè dicit, quod in nouissimis temporibus deficient quidam à fide, attendentes spiritibus erroris, & doctrinis dæmoniorum, in hypocrisi loquentium mendacium & cauteriatam habentium suam conscientiã, prohibentium matrimonium contrahere; abstinere à cibis, quos Deus creauit ad percipiendum cum gratiarum actione fidelibus, & iis qui cognouerunt veritatem. In secunda etiam, cum multa eorum qui post se futuri

1. Tim. 3.

erant probra prædixisset, hæc quoque adiecit. Ex his sunt qui penetrant domos, & captiuas ducunt mulierculas oneratas peccatis, quæ ducuntur variis desideriis, semper discentes, & nunquam ad sciẽtiam veritatis peruenientes. Quemadmodum autem Ioannes & Mambre restiterunt Moysi, ita & hi resistunt veritati, homines corrupti mente, reprobi circa fidem. Deinde etiam prædicit fore vt falsum facile deprehendatur. Sed non multum proficient. Insipientia enim eorum manifesta erit omnibus, sicut & illorum fuit. Ego autem Apostolica adduxi testimonia, vt ostenderem quod dum adhuc seminarent, communis inimicus hęreseon zizania seminauit Sed sapientissimus Dominus malorũ quidem seminum deiectionem non prohibuit: plurima autem zizania in frumentum conuertit. Testantur & vrbes, & vici, qui à Simonis, & Menandri, & Cleobij, & Dosithei, & Gorthei, & Adriani, & Saturnili, & Basilidis, & Isidori, & Carpocratis, & Epiphanis, & aliis, vt semel dicam, eiusmodi zizaniis liberari sunt. Fruméta enim ab illis dispẽsata Dominus matura nominauit. Pauci autẽ admodũ, iiq; dispersi per aliquot ciuitates, Valẽtini, & Marcionis, & Manẽtis pernicie affecti remãserũt, ad eos forte cõuincẽdos, quibus nunc ecclesiarũ pascendarũ cura cõmissa est, qui nec paruas quidẽ impiarũ hęresũ reliquias mutare possunt. Dei autẽ aduersariũ Dęmonẽ belli aduersus pietatẽ gerẽdi nõdum D

cœpit

pit ſatietas Sed alij rurſus aduerſus veritatem bellum mouerunt, qui prædictis Hæreticis aperte contraria ſanxerunt.

De Ebione.

HVius autem cateruę princeps fuit Ebion. Hebræi autem mendicum ita vocant. Is vnum quidem dicebat ingenitum, ſicut & nos, & eum oſtendebat eſſe mundi opificem. Dominum autē Ieſum
A Chriſtum dicebat ex Ioſeph, & Maria eſſe natum, qui homo quidem erat, ſed virtute vitæque innocentia & integritate aliis antecellebat, ex lege autem Moſaica vitam inſtituebat. Solum autem admittunt Euangelium, quod eſt ſecundum Hebræos. Apoſtolum autem vocant Apoſtatam.

Ioſeph.
Lex.

De aliis Ebionitis.

EX iis erat Symmachus, qui vetus teſtamentum ex lingua Hebraica in Græcam linguam tranſtulit. Erat autem præter eam, alia ſecta, quæ idem cognomen habebat. Hi enim etiam Ebionitæ vocantur, qui in aliis quidem omnibus cum prioribus conueniunt, niſi q̃ Seruatorē & Dominū dicunt natum eſſe de virgine. Vtuntur autem ſolo Euangelio ſecundum Matthæum, & honorant quidem quidem ſabbatum, vt vult lex Moſaica, Diem autem Dominicum ſanctificant, ſicut & nos.

Heb. Enā.

De Nazoræis.

B NAzoræi autem ſunt Iudæi, qui Chriſtum tanquam iuſtū hominē venerantur, & Euangelio quod dicitur ſecundum Petrum vtuntur. Conflatas eſſe has hæreſes imperante Domitiano dixit Euſebius. Aduerſus eos ſcripſit Iuſtinus Philoſophus & Martyr, & Irenæus ſucceſſor Apoſtolorum, & Origenes.

Paul.

De Cerintho.

EOdem autem tempore, Cerinthus quoque aliam cepit hęreſim. Is cum in Ægipto plurimo tempore eſſet verſatus, & in philoſophicis ſcientiis eſſet eruditus, venit poſtea in Aſiam, & ſuos diſcipulos ex ſuo nomine appellauit. Is autem docuit eſſe quidem vnum vniuerſorum Deum: eum autē non eſſe mundi creatorem, ſed ſeparatas quaſdam poteſtates, & eum omnino neſcientes. Ieſum autē, ſimiliter ac Hæbrei, dicebat natum eſſe ſecundū naturā ex viro & muliere, nempe Ioſeph & Maria, temperantia autem, iuſtitia, & aliis bonis excelluiſſe. Chriſtum autem in ſpecie columbæ è ſupernis in ipſum deſcendiſſe, & tunc Deum qui ignorabatur prædicaſſe, & quæ ſcripta ſunt miracula feciſſe. Regnū autē poſt reſurrectionem futurum eſſe dicebat in terra, & Hieroſolymis ædificatum, & rurſus ab ipſo ædificatum, nuptiis humanis ſeruiturum. Per numerum autem parabolicum conuiuarum dies, qui ſunt in nuptiis, ſignificari ſuſpicabatur. Alia quoque quæ dicta ſunt per parabolas, ad hæc referebat. Dicebat præterea mortuos reſurrecturos, & poſt reſurrectionem mille annis cum Chriſto regnaturos, & corporibus reſuſcitatis ſpiritualibus voluptatibus perfruendum. Mille autem annos nuptiis ſacris vacaturos. Hæc autem ſcripſit per Apoſtolum ſanctum, dicens: Non in ſermonibus ſapientiæ humanæ, ſed in oſtenſione ſpiritus & virtutis. Et hæc quidem ſecundum reuelationem myſterij ſanctorum Apoſtolorum ſcripſit, ſe ipſum ſibi fingens ſapientem. Non autem ſecundum reuelationem Dei, neque ſecundum veritatem, ſed ſecundum humanam ſapientiam, ſecundum quam ſe ipſum ſibi fingens ſapientem, ſe ipſum extollebat, ſe eſſe Apoſtolum veritatis arbitrans. Cum autem in Concilio Apoſtolorum ſententia lata eſſet, vt qui ex Gentibus ad fidem conuerterentur, circumciderentur, & ſecundum legem Moſaicam viuerent, ſolum hoc ei placuit, & non ſecundum veritatem, ſed ſecundum ſu

Quinetiam vnumquenque eorum ſua propria correxiſſe, adeò vt exemplaria plurimum inter ſe diſſentirent. Diuinis ergo hęc didicimus.

De Melchiſedechianis.

MElchiſedechianos autem dicunt eorum eſſe partem: in vna autem re tantum diſſentire, quòd Melchiſedech potentiam quandam & diuinam & maximam exiſtimarent, ad eius autem imaginem Chriſtum eſſe formatum. Incepit autem hanc hæreſim Theodotus artificio argentarius.

De Elceſæis.

A

ELceſæi autem, cum ex quodam Elceſai, qui hæreſim incepit appellationem accepiſſent, fabulis ex diuerſis hæreſibus corrogatis, ſuum errorem compoſuerunt, & quod ad vniuerſorum quidē principium attinet, nobiſcum conſentiunt. Vnum enim ingenitum dicunt, & eum vocant omnium opificem. Chriſtum autem non vnum dicunt, ſed hunc quidem inferné, illū verò ſupernè, & eū olim in multis habitaſſe, poſtremo autem deſcendiſſe. Ieſum autem aliquando quidem ex Deo eſſe dicit, aliquando autem vocat ſpiritum, quandoque autem virginem matrē habuiſſe, in aliis autem ſcriptis ne hoc quidem. Rurſus autem eum etiam dicit tranſire in alia corpora, & in vnoquoque tempore diuerſè oſtendi. Incantationibus autem, & Dæmonum inuocationibus, & baptiſmatibus hi quoq; vſi ſunt in elementorum confeſſione. Aſtrologiam autem & Magicam, & Mathematicum errorem amplectebantur, & ſeipſos Prognoſticos appellabant. Apoſtolum autem omnino abnegarunt. Librum quoque quendam compoſuerunt, quem dicebant deſcendiſſe de cœlis. Qui eum autem audiniſſet, peccatorum remiſſionem conſequi, præter eam quam Chriſtus dedit. Aduerſus hanc hæreſim veré B ſcribit Origenes. Eam autem conflauit Alcibiades, ex Apamæa Syriæ profectus.

Chri. Ieſus.

Magię. Paul. Lib. celic.

De Paulo,

PAulus autem Samoſatenus fuit quidem Antiochenus Epiſcopus, cum autem illo tempore imperaret zenobia (Perſæ enim, victis Romanis, eam Syriæ, & Pheniciæ gubernatricem dederant) in Artemonis impegit hæreſim, ſe ea ratione illam ſibi conciliaturam exiſtimans, quæ idem cum Iudæis ſentiebat, eisque fauebat. Hoc cum intellexiſſent eccleſiæ rectores, tutum eſſe non putabant tantum morbum negligere, qui ſerpere contendebat, & maximæ ciuitatis principem habebat adiutricem. Et Dionyſius quidem Alexandrinus Epiſcopus, qui fuit doctrina inſignis, peregrinationem quidem diſtulit, propter ſenectutis imbecillitatem: Literis autem ei ſuaſit ea quæ conueniebat: & Epiſcopos qui conuenerant ad zelum pro veritate ſuſcipiendum excitauit. Eorum autē qui conuenerant, primas partes obtinebant & Gregorius ille magnus, & celebertimus, qui quæ ab omnibus decantantur miracula, per in ſe inhabitantem ſpiritus gratiā peregit, & Athenodorus eius frater, & Firmilianus Cęſareæ Cappadociæ Epiſcopus, vir illuſtris, & qui vtranque habebat, & externam, & diuinam ſcientiam, & præterea Helenus qui Cilicum regebat Metropolim. Ij autē, cū multi eſſent qui conuenerant, prę- C erant, & primū quidē ſuaſionibus & exhortationibus conati ſunt Paulum ab improba opinione abducere. Poſtquam autē ille apertè negauit ſe tale quid ſenſiſſe, ſed ſe Apoſtolica decreta ſequi dixit, laudato pro concordia, & conſenſione Domino, ad ſuos greges redierunt. Procedente autē tempore, fama vbiq; peruadens ſignificat Paulum declinaſſe. Sed ne ſic quidē benedicti patres ad eū amputandū proceſſerunt. Sed primū quidem literis eius morbū ſanare tentarunt. Sed poſtquā affectionem viderunt eſſe immedicabilem, Antiochiā rurſus redierunt, & rurſus lenia mendicamenta adhibuerūt admonentes, & exhortantes, & pacta eius conuenta in memoriā reuocantes. Deinde videntes eum quidem inficiantē, inſtantes autem accuſatores, & ſe eū conuicturos pollicentes, conuenerunt in cōciliū. Cū autem quidā Malachio, qui prius quidem fuerat Rhetor, poſtea autem ordinatus erat Presbyter, cū Paulo diſſeruiſſet, deprehenſus eſt dicere Chriſtū hominē, qui diuina gratia fuerat inſignitus dignatus. Tunc ergo illū à ſacris numeris ſeparatarunt, concorditer aduerſus eū ſententiā ferentes. Quoniā autem reſiſtebat, & eccleſiæ principatū obtinebat, cū Aurelianū, qui tunc imperabat, Pauli audaciā docuiſſent, et perſuaſerūt illū ab eccleſia abigere. Etenim vel idolorū cultui ſeruiēs, iuſtū exiſtimauit, vt qui eorum ſententiæ reſiſteret qui erant eiuſdem fidei, ab eorum ſocietate & communione abſcinderetur.

Zenobia.

Grego. miraculorū operator.

Aurelian. Imp.

De Sabellio.

SAbellius autem Apher Pentapolitanus talem inchoauit hæreſim. Dicebat patrem & filiū & ſpiritum ſanctum vnam eſſe hypoſtaſim, & vnā perſonā, quæ tria habet nomina, & eundem aliquando quidē vocat vt patrem, aliquando autem vt filium, aliquando verò vt ſpiritum, ſanctū, & in vetteri quidem teſtamento, vt Patrem legem tuliſſe, in nouo autem vt filium hominem factum eſſe: vt ſpiritum autē ſanctum, ad Apoſtolos veniſſe. Aduerſus eum conſcripſit Dionyſius Alexandrinus Epiſcopus.

De Marcello.

D

MArcellus autem Galata: ei quidē conſimiliter: negauit trinitatem perſonarum. quandā autē extēſionem diuinitatis patris dicebat ad Chriſtum veniſſe: & eam vocabat Deum verbum. Vniuerſa autem peracta œconomia: eam rurſus retractam: & reuerſam eſſe ad Deum: à quo extenſa fuerat.

Extenſio.

Spiritum

Spiritum autem ſanctum dixit eſſe extenſionem extenſionis,& eam Apoſtolis eſſe exhibitam, & omnino exiſtimabat Trinitatem,& extendi,& contrahi pro conſiliorum & œconomiarum diuerſitate. *Cõtra Ilio*

De Photino.

PHotinus autem exiſtimabat vnam eſſe operationem Patris,& filij,& ſpiritus ſancti, aliis nominibus dogmatum Sabellij ſenſum prædicans. Aduerſus hos quatuor ſcripſit Diuinus Diodorus,qui rexit Cilicum Metropolim,oſtendens Chriſtum Deum ante ſæcula in vltimis diebus hominem factum eſſe,& hominum ſalutem procuraſſe. Has omnes hæreſes ad euertendam vnigeniti diuinitatẽ excogitauit qui hominum perniciem molitur Dæmon. Sed omnes extinxit qui increpat abyſſum, & eam exiccat,qui dicit abyſſo,Fies deſerta,& tuos fluuios exiccabo. Neque enim eorum vel minimæ manſerunt reliquiæ. non Cerinthianorum non Ebionitarum,non Elceſæorũ, non Melchiſedethianorum,non Sabellianorum,non Paulianiſtarum,non Marcellianorum, non Photinianorum. Sed omnia obliuionis tenebris ſemel tradita ſunt,& nec eorum quidem ſunt nomina multis cognita. Verum eſt enim quod à noſtro Seruatore dictum eſt,Omnis plantatio,quam non plantauit pater meus cœleſtis, eradicabitur. Diuina autem Euangeliorum dogmata pullularunt,& ad mare vſque extenſi ſunt Apoſtolorum Palmites,& propagines terrarum orbem implerunt,& impleta eſt vniuerſa terra cognitione Domini, At multa aqua maria tegat,& prædictionis veritatẽ rerum teſtimoniũ oſtendat. Quòd de futuris hæreſibus Dominus quoque Chriſtus prædixit. *Matt.15. Pſal.79.*

De Nicolaitis.
De Montaniſtis.
De alia eorum hæreſi.
De Noeto Smyrnæo.
De Teſſareſcædecatitis.
De Nauato.
De Nepote.

HÆRETICARVM FABVLARVM TOMVS TERTIVS.

QVoniam hæreſes inter ſe conttarias in prioribus libris explanauimus:age alias quoque quæ inter has &illas pullularunt,eos qui ignorant doceamus. Quemadmodum enim terreſtres mures,ex quadam æris intemperiẽ,& fœtida putrefactionis qualitate è terra enaſcuntur,& ſeminibus quidem exitium afferunt, & arbores quoque perdunt, Agricolæ autem venantes eos interimunt:ita ex malitioſo diaboli artificio hæreſes exortæ ſunt,quę paulo quidem leuiores homines lædebant: Sed optimi veritatis Agricolæ eas ex diuinis ſegetibus expulerunt,& vt omnino de medio tollerentur effecerunt. Earum autem inſidias & perZizaniarum parabolam prædixit Dominus,& aperte Apoſtolos docuit,aliquando quidem dicẽs multos Pſeudochriſtos, & falſos Prophetas,falsósque Apoſtolos exorituros: aliquando autem præcipiens vt eos cauerent,& ſubiungens. Multi venient ad vos in veſtimentis ouium, intus autem ſunt lupi rapaces. Deinde docet quomodo oportet diſcernere differentiam ouis,& lupi,qui ouillo vellere indutus eſt. Ex fructibus,enim inquit,eorum cognoſcetis eos. Deinde per quandam ſimilitudinẽ, quod docet apertius oſtendit. Nunquid,inquit,colligunt ex ſpinis vuas,vel ex tribulis ficus? Ita omnis arbor bona bonos fructus facit,mala autem arbor malos fructus facit. Deinde cum de eo prolixius eſſet locutus,ſubiunxit. Igitur ex fructibus eorum cognoſcetis eos. Impia ergo & execranda dogmata per ſe ſufficiunt ad ſuum patrem oſtendendum. Ex fructu,enim inquit,arbor cognoſcitur. Sufficit autem etiam eorum exitus ad falſitatem conuincendam. Quod enim falſum eſt,facile diſſoluitur,firmæ autem & ſtabiles ſunt veritatis vires. Quocirca euanuerunt quidem diabolicę operationis fabulæ,floruerunt autem,& germinarunt Euangeliorum dogmata. & cum multi ea oppugnarint populi,& populorum duces,regésque & imperatores,permanſerunt ſupra petram collocata eccleſiæ fundamenta. Infauſtarum autem execrandarúmque hæreſon paedicatores, fugerunt vt dixit ſapiens,nullo perſequente. Eius enim vox eſt. Immiſi manus meas,& aruerunt, & facti ſunt tanquam fœnum ſiccum ſupra domos. Salutare autem meum erit in æternum,& iuſtitia mea non deficiet. Sed tranſeamus ad narranda quæ reſtant dogmata. *Mures hæretici. Matt.13. Matt. 24. Marc.13. Matt.7.*

De Nicolaitis.

NIcolaitarum hæreſis,non ſolũ ex ignorantia,ſed etiam ex intemperantia & impudicitia conflata eſt. De ea autẽ Clemens apertius docuit. Dixit autem Nicolaum fuiſſe vnum ex ſeptem Diaconis quos Apoſtolorum Chorus elegit ad viduarum miniſterium. Tum autem, cum aſpectu pulchram vxorem haberet,apud Apoſtolos fuiſſe accuſatum,quòd zelotypiæ morbo laboraret,cum autem hãc opinionem amouere conaretur,mulierem in medium adduxiſſe,& permiſiſſe,vt qui vellet, cum ea haberet conſuetudinem,non hoc quidem decernentem,ſed eorum qui accuſauerant calumniã conuincentem. Hinc nonnulli,quod ob cauſam iam antè dictam ab eo factũ fuerat,peſſimè accipientes, communes habere oportere vxores ſanxerunt. Clemens autem dicit Nicolaum fuiſſe ex eorum numero,qui propter temperantiam clari,& inſignes fuere, & liberos ſuos ſuper naturalẽ caſtitatem do cuiſſe: *Heretici exitus. Falſum veritas.*

cuisse:& filium quidem suum cœlibem permansisse,filias verò virgines.Ex quibus pulchrè conuincũ tur eos falso ex illius appellatione nomen sumpsisse,qui ante dictam intemperantiam exercent. Aduersus eos scripsit,& Clemens quem antè diximus,& Irenæus,& Origenes,& Hyppolytus Episcopus & Martyr

De Montanistis.

Paraclet. HÆresim autem,quæ Cataphryges vocatur,incepit Montanus,ex quodam vico,qui illic situs est, nomine Ardaban,exortus.Is ambitione,& primum locum obtinendi cupiditate motus, seipsũ Paracletum vocauit:& duas fecit Prophetissas,Priscillam,& Maximillam:& earũ scripta libros Pro- A pheticos appellauit.Vicum autem Pepuzam nominauit Hierusalem.Is vt & matrimonium soluere- tur constituit,& noua ieiunia præter ecclesiæ consuetudinem introduxit.Quod autem ad veram trinitatis rationem attinet,non offendit,& de mundi creatione eadem nobiscum sensit.Qui autem ab eius doctrina pendent,vocantur quidem ab eo Montanistæ, vocantur autem etiam Cataphryges, à gente.Pepuziani autem,a vico quem ille nominauit.Hierusalem.Priscillæ autem & Maximillæ prophetiæ in maiori sunt apud eos honore quàm sacrum Euangelium. De mysteriis autem nonnulla quidam iactitant:Sed illi non fatentur,& sui accusationem calumniam appellant. Nonnuli autẽ eo-

Hierusalẽ Matrimonium. rum,tres personas diuinitatis,sicut & Sabellius negarunt,eundem esse dicentes,patrem, & filium, & spiritum sanctum,quemadmodum Asianus Noetus. Aduersus eos scripsit Apollinaris, qui fuit sacræ vrbis in Phrigia Episcopus,vir laude dignus,& qui præter rerum diuinarum cognitionem, erat quoque externa disciplina præditus. Similiter autem & Miltiades, & Apollonius, & alij scriptores. Aduersus Patroclum autem qui huic hæresi præfuit, scripsit Canius, cuius etiam paulo antè meminimus. B

De Noeto.

NOetus autem erat genere quidem Smyrnæus,renouauit autem hæresim, quam quidam Epigonius nomine primus peperit.Cleomenes autem acceptam confirmauit.Hæc sunt autem capita hæresis.Vnum dicunt esse Deum & patrem omnium opificem, latentem quidem quando voluerit, rursus autem apparentem,quando placuerit, & eundem esse inuisibilem, & videri, & genitum & ingenitum, ingenitum quidem ab initio: genitum autem, quando nasci voluit ex virgine,impatibilem & immortalem:rursus patibilem & mortalem. Cum enim esset impatibilis, crucis, inquit, passio nem sua sponte sustinuit. Eum & patrem & filium nominant, prout vsus exegerit,vel hoc vel illud appellantes.Noeti autem appellati sunt qui hanc sunt hæresim secuti.

De Calisto.

Ieiunia. Pepuziani. EAm post Noetum defendit Callistus, qui etiam excogitauit quædam additamenta impietatis dogmatis.

De Tessarescæde catitis.

TEssarescædecatitarum autem,seu Quarti decimariorum hæresis,hoc habet argumentum. Dicũt C Ioannem Euangelistam, cum prædicaret in Asia,docuisse ipsos celebrare festum Paschæ luna quartadecima.Apostolicam autem traditionem malè intelligentes,non expectant diem resurrectionis Domini,sed quandoque quidem tertia,quandoque verò quinta, aliquando autem sabbato, vel quomodocúmque acciderit,passionis memoriam celebrant.Vtuntur autem etiã aberrantibus Apostolorum Actibus,& aliis adulterinis,vel potius à gratia alienis,quæ vocant Apocrypha.Conueniunt autem etiam cum Nauato.Nam ipsi quoque pœnitentiam auersantur.

De Nauato.

NAuatus autem erat Romanæ ecclesiæ Presbyter.Cum autem vehementissima tempestas in ecclesias inuasisset,accidit vt quidam eorum, qui in pietate educti fuerant,post multa probra & tormẽ ta renunciarent,& verbis abnegationis abuterentur,Ii cum exorta esset tranquillitas,rogarunt vt pœ

Test. Paschæ. Apocryph Ezech.34. Luc.22. nitentiæ medicamen ta sibi consequi liceret.Atque optimis quidem Pastoribus visum est timendã esse Domini sententiam,quæ dicit,O pastores,quod confractum erat,non colligastis,& quod aberrauerat non reduxistis,& quod ceciderat,non erexistis:lapsisque manum esse porrigendam,& eos esse cõ firmandos,vt vult præceptum Domini.Ad magnum enim Petrum dixit Dominus,Simon,Simon,ex petiuit Satanas,vt vos cribraret sicut triticum,& ego rogaui pro te,vt nõ deficeret fides tua.His con siliis Nauatus non acquieuit,sed aperte contradixit,dicens non oportere eos qui abnegassent,salutẽ consequi,similiter faciens ac ij qui ægrotis prohibent ne vtantur medicamentis.Qui autem pœnitẽtiæ remedium postulabant,arguebant eum sæpe fuisse rogatum,& admonitum, vt ad eos veniret, & verbis saltem confirmaret : qui Tyranni machinis pulsabantur.eum autem se occultantem:& latere D conantem:se quoque esse Presbyterum inficias iuisse.Sed tamen quamuis hæc audiissent qui Romæ conuenerant Episcopi:conati sunt persuadere:vt iis quæ optimè constituta fuerant assentiretur.Post quam autem viderunt eum furere:& Deo inuisam crudelitatem statuere : eum ab ecclesię corpore separarunt:cum Cornelius Romæ ecclesiam regeret.Hic autem Nauatus:cum admodum paucos:& qui

facile numerari possent, suæ esse hæresis socios persuasisset, abiit in Italiam, & tres oppidulorum Episcopos decipiens, deduxit, tāquam apud Romanum Episcopum pro eo interceſſuros. Cum autem in quē dam vicum vnà cum ipsis venisset, coegit vt eum manibus impositis Episcopum ordinarent. Atque ipsi quidem, cum Romam venissent, hanc vim sibi factam conquesti sunt, & que facta fuerant docuerunt. Miser autem ordinē suffuratus, hæresis princeps effectus est. Qui suæ autem sectæ assectæ erant, eos nō solū Nouatianos, sed etiam Catharos, hoc est mundos, appellauit, & nec Domini Dei accusationē veritus est, quam fecit aduersus nōnullos, dicens. Qui dicunt, mundus sum, ne me tāgas, & subiūxit. Ipse fumus itæ meæ, ignis ardet in ipso omnibus diebus Dominus enim superbis resistit. Eius autem successores etiam alia ipsius dogmati adiecerunt. Eos enim qui secundum matrimoniū coiissent, à sacris mysteriis arcebant. Pœnitentiam autem à suo conuentu arcent penitus, iisque qui ab ipsis tinguntur, sacrū chrisma nō præbent. Quocirca eos etiam qui ex hac hæresi corpori ecclesiæ coniunguntur, benedicti patres vngi iusserunt. Aduersus hanc hæresim, multas quidem epistolas scripsit Cornelius, multas autem Dionysius Episcopus Alexandrinus, & multi alii qui fuere tunc temporis Episcopi, per quos, omnibus statim aperta euasit Nouati crudelitas.

Cathari.
Exa. 65.
Nuptiæ.
Chrisma.
Vnctio.

A

De Nepote.

NEpos autem Episcopus vrbis Aegyptiacæ, in aliis quidem omnibus conueniebat cum dogmatibus ecclesiæ: in diuinis autem promissionibus errabat, vt qui eas in terra futuras crederet, & cibū & potum, & festa Iudaica, & mille annorum ambitus, qui in his insumuntur. Aduersus eum rursus scripsit Dionysius Alexandrinus Episcopus, in aliis quidem laudans: in his autem errorem conuincens. Hec quidem inter eos, qui Dei & Seruatoris nostri negant humanitatem, & eos, qui hominem solum vocant, qui est Deus ante sæcula, exorta sunt dogmata. Et plurima quidem ex his, cum primum germinassent, emarcuerunt, & arida manserunt. Quis enim nunc vllum nouit, qui à Nepote, vel Nicolao, vel Noeto, vel Proclo cognominetur? A Montanistis autem & Nouatianis & Tessarescædecatitis liberatus quidem est omnino oriens, liberata est autem etiam Aegyptus, & Lybia. Ab his autem etiam in mundis est occidens, paruæ vero Asianę & Ponticæ particulæ adhuc habent eorum Zizania. Neque enim Pontus Polemoniacus, nec Helenopontus, nec Armeniæ, nec Cappadociæ, non Lycaonia, non Pisidia, non Pamphilia, non Lycia, non Caria has hæreses susceperunt. Iis autem, qui colunt veritatē, plena quidem est terra: pleni quoque sunt ipsi orbis terræ fines. Vera est enim Dei vniuersorum prædictio quam fecit per linguam Prophetę, dicens Seruatori. Ecce dedite in testamentum generis, in lucem gētium, vt sis salus vsque ad extremum terræ. Esaiæ quoque conuenientia dicit beatus Dauid. Dominatur enim inquit, à mari vsque ad marę, & à fluuiis vsque ad fines orbis terræ, coram eo procident Aethiopes, & inimici eius terram lingent. Reges Tharsis & insulæ dona offerent. Reges Arabum, & Saba dona adducent, & adorabunt eum omnes Reges terræ. Omnes gentes seruient ipsi. Hæ autem predictiones per ecclesiam finem accepere. Hæreticorum autem doctrina, partim quidem radicitus euulsa est partim autem à semiaridis arboribus nihil differt, in paucis vrbibus & vicis manens, & eorum qui illa composuerunt imbecillitatem & falsitatem ostendens. Dominus enim dispergit ac dissipat signa vehementium, & diuinationes à corde, & statuit verba filii sui, & consilium Angelorum suorum verum esse ostendit, & dissipat consilia gentiū, & infirmat cogitationes populorū. Cōsiliū autē Domini manet in æternum. Cogitationes cordis eius in generationē & generationem. Beatus ergo Populus, cuius est Dominus Deus eius, populus quem elegit in hæreditatem suam.

Hæreses extinctæ.
Esa. 42.
Psal. 71.

B

De Ario.
De Eudoxio.
De Eunomio & Aetio.
De Pfatyrianis.
De Cyrtianis.
De Dulianis.
De Macedonianis.
De Donatistis.
De Meletianis.
De Apollinaristis.
De Polemianis.
De Aliis Apollinaristis.
De Audianis.
De Messalianis, et Euchitis.
De Nestorianis.
De Eutychianis.

C

HAERETICARVM FABVLARVM TOMVS QVARTVS.

QVod plurimæ infaustæ & execrandæ hæreses, antiquis Valentini, Deis profundo consilio traditæ sunt, in libris iam scriptis ostensum est. Verum autem esse quod diximus, testantur vrbes & vici ab eis liberati. Sed patet mendacii, quem Dominus meritò homicidam appellauit, hominum enim animis semper insidiatur, has insidiarum machinas fabricatus est. Cum enim animaduertisset omnibus execranda videri, quæ de Deo vniuersorum ab illius discipulis dicta sunt, & quę de diuina œconomia ab eis dicuntur, nō ipsa probabilia illi enim solam apparuisse diuinitatem, hi verò humanitatem destituant, & œconomiam peregisse dixerūt: temperauit impietatem ab vtraque exuperatione remotam. De Ario.

Diuinitas.
Ioan. 8.

D

ET cum inuenisset Arium humanæ gloriæ cupidum & in eo aroglinpiæ affectionem inflammauit, et Hæresis errorem ei inhibit. Cum enim is esset relatus in numerum Presbyterorum Alexandrinæ ecclesiæ, et magnum Alexandrum in Pontificali sedentem videret inuidię stimulo perditus est, et cum pugnæ cum eo committendæ materiam quærerer, occasionem inuenit dogmatum impietatem.

Cum ille enim herbam Apostolicam gregi offerret, & oues ad fontes Euangelicos duceret: is contradixit his quæ dicebantur, et cum sapientissimus doctor diceret filium esse eiusdem cum patre substantiæ, is repugnauit, creaturam vocans, quem filium germanum appellabat, & cum ille diceret Deum verbum Deo patri esse coæternum, vt qui esset in principio, & Deus verbum, & splendor gloriæ: is est qui est, ex his quæ non sunt factum esse dicebat, & ipsum mutabilem habere naturam asserebat. Porrò autem ipsam quoque incarnationem mutilam & truncam efficiebat. Ipsum enim corpus inanimum ac sine sensu esse affirmabat. Diuinitatem autem ea quæ ad animam pertinebant exercuisse, vt ei etiam attribueret qui ex corpore procedit consensum. Is etiam, gloriæ diuinæ decantandæ legibus prætermissis, quas qui ab initio viderunt, & verbo inseruierunt, tradiderant, aliam formam introduxit, docens eos quos decepera[illegible]

Gloria. P. F. S. S.

A

decepera[illegible] glorificare Patrem per filium in spiritu sancto, & quæ in diuino quidem fit baptismate innouationem, propter nimis apertam transgressionem mutare non ausus est: sed ex Domini quidem præcepto tradidit baptizandum esse in nomine patris, & filii, & spiritus sancti: ex lege autem baptismi glorificare prohibuit, licet Deus, & Seruator noster, non absolutè baptizare, sed prius docere iusserit. Euntes, enim, inquit, docete omnes gentes, baptizantes ipsos in nomine patris, & filii, & spiritus sancti. Ex hac lege autem, & diuini Apostoli, & qui illos secuti sunt, ecclesiæ doctores, docent eos qui accedunt, credere in nomine patris, & filii, & spiritus sancti, & eos quos docuerunt baptizant in nomine patris, & filii, & spiritus sancti. Quocirca ii qui donum acceperunt, vt docti erant, ita etiam baptizati sunt. Patrem enim, & filium, & spiritum sanctũ glorificant. Est enim miserabile eos qui à trinitate baptismi donũ receperint, soli patri gloriam dare, & filium, & spiritum sanctum nullo honore affectum relinquere. Sed hæc quidem in iis quæ aduersus illos scripsimus prolixè diximus. Præsentis autem operis est institutum vniuscuiusque hæresis formam ac figuram ostendere. Hunc ergo Arium, qui hæc sentiebat, qui Niceæ conuenerunt, sancti Patres apertè abdicarunt, vt qui omnino à diuinis scripturis aliena planéque externa dogmata introduceret. Paulopost autem pœnitentiam prætexens, eis qui apud magnum Constantinum authoritate valebant, persuasit, vt sibi daretur locus pœnitentiæ. Imperator autem, suscepta supplicatione, iussit Regiæ vrbis Episcopum ei salutem desideranti manum porrigere. Diuinus autem Alexander, is enim illius ciuitatis clauum tenebat, primum quidem conatus est persuadere Imperatori, ne fictis Arii verbis seduceretur. Postquam autem vidit eum ægrè ferre, tacitus exiit constitutum autem erat vt mane admitteretur Arrius. Sabbatum enim erat quando hæc dicta sunt. Alexander ergo, qui Dei verè homo erat, cum duobus ex iis qui cum eo versabantur, diuinum templum ingressus, rogauit ecclesiarum Dominum, ante sancta altaria humi prostratus, & lachrymas effundens ne permitteret vt lupus misceretur cum ouibus, siquidem quæ sunt luporum verè volens agere, se ouis pelle contegit. Ferunt autem eum hoc quoque verbum suis precibus adiecisse. Sin autem permittis, vt quanuis hæc moliatur, tamen ingrediatur, per tuum ineffabile consilium, neque enim inuestigari possunt tua iudicia, me famulum tuum à præsenti vita libera. Ita facta oratione, in domũculam lachrymãs reuersus est. Arius autem existimans esse confirmanda Imperatoris promissa, diluculo processit. Deinde cum ventre ad egerendum vrgeret, publicas latrinas ingressus est, qui eum sequebatur famulo foris relicto. Repente autem dissolutis & excretis intestinis, intus sedens mortuus est. Cum ii autem qui vna sedebant, quod acciderat vidissent, & exclamassent, accurrens famulus & videns mortuum, id quod euenerat domesticis renunciauit. Cum autem plaga diuinitus immissa vniuersę populosissimæ ciuitati significata esset, in templum omnes simul adcurrerunt. Postquam autem & Imperatoris promissum, & Pontificis preces cognouerunt, ecclesiarum præsidem collaudarunt, & impietatis hæresim abominati sunt. Sed quanuis hæc ita facta sunt, & diuina sententia apertè ostensa fuit, perstiterunt tamen qui morbum susceperant, aduersus vnigenitum & sanctum spiritum suas linguas acuentes. Sed cum hæc in ecclesiastica historia fusè scripserim, eadem dicere superuacaneum existimo. Relicto itaque Eusebio, & Theognio Perinthio, & Menophanto Ephesio, & Patrophilo Scythopolitano, & aliis, Eudoxii tantum meminero. Quæ enim de Aetio, et Eunomio narranda sunt, postulant vt eius fiat mentio.

Niceæ.

Arii mors

Autor hist Eccl.

B

C

De Eudoxio.

HIc Eudoxius fuit Episcopus Getmaniciæ, quæ est ciuitas prope Taurum. Sed contempto oppidulo Antiochiam profectus est, cum Leontii mortem intellisset. Deinde arripit sedem præter leges ecclesiasticas. Imperatoris autem literis illinc expulsus, et venire ad Synodum, quæ in Seleucia Isaurię cogebatur, iussus, accessit quidem, vt ei imperatum fuerat: Sed tamen confessum ingredi non ausus est; sed maxima celeritate contendit Cõstantinopolim, et Imperatoris blanditus cubicularijs, persuasit vt illic cogeretur Synodus, et ne in illis dicendis sim prolixior, eorum enim omniũ in illis scriptis memini; potuit et illius ciuitatis sedem inuadere, et ecclesias prædicatoribus veritatis priuare.

Scleu. cõcil.

Imp. cogit concil.

De Eunomio et Aetio.

TVnc cum benedictum Eleusium Cyzico amouisset, Eusebium pro illo ordinauit. Eunomius autem Syrum Magistrum iactabat, et magnificè efferebat, cuius miserrimam vitam et quæ persequebatur studia, et Gregorius Nyssenus, et Theodorus homo psychos, in iis quæ aduersus Eunomium scripsit, perfectè docuerunt. Is Arii blaphemias apertè auxit. Qua de causa ipsum Constantius in quandam Phrygiæ solitudinẽ relegauit, idque cum nõdũ à recta via deflexisset, nec in aliam declinasset. Post patris enim mortẽ, seductus à quibusdam, quibus cura illius corporis fuerat credita, legem tulit, quæ prohibebat, vt neque Omoousion neque eteroousion auderet aliquis dicere filiũ Dei, nõ enim fas esse dicebat Dei substãtiã scrutari, in omnibus autẽ eum Patri simile iussit dicere, et ideo Aetiũ, qui primus ausus fuerat dicere filiũ esse in omnibus dissimilẽ patre qui genuerat, misit in antè dictã solitudinẽ. Hæc cum sciret

Aetiũ 191.

Cõst. imp.

Omoousiõ & terousion.

D

eum sciret Eudoxius, persuasit Eunomio ne quid sentirent aperirent, sed occultum tenerent, & tanquã furtiuum fœtum in tenebris alerent, donec loquendi opportunitatem & potestatem acciperent. His acquiescens Eunomius, adumbratam multis in Cyzico doctrinam afferebat. Impietatem autem partu riens, eam inter differendum præ se ferebat, & eorum qui audiebant animas sauciabat. Tunc diuino quidam Zelo inflammati, zelum quidem prędicant: hæresis autem personam suscipiunt, & domum
A Eunomii venientes, rogarunt vt apertè doceret veritatem dogmatis. Illi autem inductus, & eos eiusdem secum esse sententiæ ratus, euomuit venenum quod celabat. Illi autem rursus vehementius orarũt vt eam doctrinam toti populo exhiberet, & Imperatoris obseruantiæ gregem suum præferret, qui veritatem scire desiderabat. Ita rursus deceptus Eunomius blasphemiam publicat. Ille autem, statim multis acceptis ex iis qui erant eiusdem fidei, in aulam contenderunt, & Eudoxium, quam ausus erat dicere, blasphemiam docuerunt. Eudoxius autem ægrè quidem tulit, cum audiisset Eunomium pacta conuenta transiliisse, accusatoribus autem pollicitus est rem sibi curæ fore. Sed eam omnino negligebat, negotiorũ quibus detinebatur multitudine prætexẽs. Eunomii verò accusatores, cum Eudoxii institutum animaduertissẽt, Eunomii blasphemias Imperatori significarũt. Imperator autẽ primũ quidẽ iussit Eunomiũ ad Eudoxiũ deducere, & propositam accusationem examinare. Postquam autẽ cognouit eũ differre, assiduè enim veniebant accusatores, minatus est se vtrunque missurum in solitudinem in qua agebat Aetius. Timens itaque Eudoxius, duxit Eunomium, & primum quidem pacta conuenta ei in memoriam reuocauit, postea autem manifesto conuictum deposuit, etiam si ipse eodem morbo laboraret Imperatoris enim minas formidabat. Eunomius autem se protinus hæresis authorem & principem cõstituit, idque cum in quadam Pamphylię solitudine esset habitare coactus, Hinc exorta est secta Eunomianorum. Is Theologiã Tethnologiá, id est, ex Theologia artem effecit, & aduersus vnigenitum & sanctum spiritum palam blasphemias eructauit, & filium quidem primam & eximiam Parris creaturam
B esse dicebat: spiritum autem sanctum ante alias creaturas esse à filio fabricatum. Ipse quoque subuertit sancti baptismi ritum à Domino & Apostolis ab initio traditum: & contrariam legem apertè tulit, dicens non oportere ter immergere eum qui baptizatur, nec trinitatem inuocare, sed semel baptizare in mortem Christi. Porrò autem baptizantes, ad pectus vsque aqua madefaciunt, reliquis autem partibus corporis, tanquam abominandis, aquam adhibere prohibent. Qua de causa, quando in solio quidem baptizabant, cum hominem extra id statuissent, eius caput vsque ad pectus semel in aquam deprimebant. Postquam autem contigit sauciati quempiam, cum caput ad solium impegisset, excogitarunt aliud genus baptismatis. In aliquo enim subsellio pronum hominem, extra id autem, caput sublime erigentes, effundunt aquam, quæ nullam aliam partem attingit. Alii vero ex iis alium quoque modum baptismatis inuenerunt. Maximam enim vitam componunt, eámque consecrant, & ea hominem ad vngues vsque inuoluunt, à pectore incipientes, deinde sic aquam infundunt. Hæc autem significarunt. qui illorum impietatem effugerunt, & se Seruatoris & Dei nostri ouibus coniunxerunt. Porrò autem eos quoque aliud audere dicunt, quod non ausim scriptis committere. Sufficit enim vel sola rei nefariæ & execrandæ auditio ad mentem polluendam. Sed an hæc quidem ab illis perpetrentur, an non, ego quidem non ausim affirmare: audiui tamen a viris qui res eorum perfectè nouebant. Cum aduersus veritatem ita debacchatus esset Eunomius, studebat in dies morbum amplificare. Ausus est enim dicere se nihil ex rebus diuinis ignorare, sed ipsam etiam Dei substantiam exactè scire, eandémque habere de Deo cognitionem, quam ipse de seipso habet Deus. Hoc eius furore perciti qui sunt execrandæ illius sectæ participes, audent apertè dicere se ita Deum nosse, vt ipse seipsum. Alia quoque excogi
C tauit, vt videretur nouorum esse dogmatum inuentor.

Simulare hæresi ad eã deprehendã

Bap.

De Arianis & Eunomianis seu Aetianis.

HInc Ariana secta bipertito diuisa est, & hi quidem appellati sunt Ariani, illi verò Eunomiani. Ariani autem Eudoxiani quoque appellati sunt tempore Eudoxii. Vanę enim gloriæ seruiens, suam appellationem iis qui idem sentiebant imponere cupiebat. Illi ipsi autem etiam Exaconitę vocantur, suscepta à loco appellatione, in quo solebant conuenire. Eunomiani autem, etiam Aetiani appellabantur, nempe quòd Eunomius Aetium, suum magistrum & doctorem appellasset. Iidem autem etiam Troglytæ seu Trogloditæ vocantur, vt qui clanculum in domibus conuentus suos celebrent, sunt enim admodum pauci, cum omnes eos abhorreant & auersentur, propter blasphemiæ impudentiam, & maxima quidem pars orbis terrarum ab eorum pernicie liberata est, paucæ autem admodum ciuitates habent eorum aliquos, qui ipsi quoque conantur latere.

Eudoxiani.
Exaconita.
Troglytæ.
Troglodita.

De Psatyrianis, qui ipsi quoque ab Arii hæresi dariuati sunt.

EX Arii autem blasphemia alia rursus secta erupit. Hi autem dicunt, Pater Deus, semper autem etiam filius à Deo creatus est. Idem est enim in Deo, & creare, & gignere. Eos Antiocheni vocant Tapsyrianos. Eum enim qui fuit illius sectæ ptinceps, dicunt eiusmodi placentarum fuisse effectorem.

creare gignere.
Psathy.

De Cyrtianis seu Pythecianis.

D

POrrò autem alii quoque ab ipsis separati, à nonnullis quidem Cyrtiani, ab aliis verò Pitheciani appellati sunt, cum quidam homunculus, & qui scapulas altas habebat, cum eis esset egressus, & vt hoc cognomen eis imponeretur effecisset.

De Dulianis.

POstea autem alius quoque conflatus est cœtus, ab Arianis separatus. Appellationem autem ab impietate sortiti sunt. Duliani enim appellati sunt, quòd vnigenitum Dei filium doulum, hoc est seruũ Patris vocare ausi sunt. Eiusmodi autem syllogismo vtentes, suam blasphemiam confirmant. Omnis, inquiunt, creatura seruit ei qui illam creauit. Filius autẽ patris est creatura. Quot autẽ ceperunt ex Arrii furore blasphemiarum ansas, in tot etiam sectas Arrii hæresis diuisa est.

Seruus.

Creatura

De Macedonianis.

IAm verò alia quoque præter prædictas ex his germinauit hæresis, quæ minus esse impia existimata est. Cum enim Paulus regiæ vrbis pastor, ab iis qui morbo Arrii laborabant, esset expulsus: Macedonius in illius Ecclesiæ administratione in eius locũ suffectus est. Hic autem Macedonius filium quidem esse eiusdem cum patre substantiæ omnino repudiauit. Vt similis autem in omnibus diceretur cõstituit, & vt Omoiousios pro Omoousios hoc est similis substantię, pro eiusdem substantię, diceretur, excogitauit. Spiritum autem sanctum similiter ac Arrius & Eunomius blasphemare perrexit. Vnde qui ab eius secta appellabantur, pneumatomachi, hoc est, spiritus aduersarii, nominati sunt. Hinc etiam Macedonianorum seminata est zizania. A

Omoiousios Omoousios

De Donatistis.

IN ea quoque regione, quæ olim Lybia, nunc autem Aphrica appellatur, eorum qui Donatistæ vocantur amẽtiam excitauit communis humani generis hostis. Ii autem in Hæresi quidem cum Arrianis cõueniunt: sed nouum insaniæ genus excogitarunt violentam enim mortem martyrium nominant, & qui hanc quidem appellationem assequi volunt, id longo antè tempore iis qui idem secum sentiunt significant. Illi autem eos omni genere officii obseruant, eisque inseruiunt, & omne ciborum genus affe runt, veluti quædam sacrificio destinata animalia præpascentes, & pinguefacientes. Cum diuturno autem tempore in his deliciis lautè & opiparè vixerint, cogunt eos quos in viis inuenerint, lætalia eis vulnera ense afferre, & nonnulli quidem institutum assequuntur, alii verò ab eo excidunt. Quis enim sanę mentis in se cædis manifestæ crimen susceperit? Instar Corybantum itaque furentes, & debacchãtes, se ex alto è præcipitiis deorsũ præcipitant. Ego autem interim dũ de Arrianis loquor, volo aliquid lepidum quod in his euenit narrare. Cum enim permulti ex iis, instar Phasianorum adipati in genero sum quendam iuuenem incidissent, deinde nudum ensem ei porrexissent, iusserunt vt eis afferret vulnera: & se eum interfecturum minati sunt, uisi imperatum faceret. Is autem dixit se vereri, ne aliquibus occisis, qui supereſſent, pœnitentia ducti, pœnam cædis ab eo exigerent. Oportere itaque prius vnicuique eorum vinculum imponere, deinde sic ensem adigere. Cum illi autem acquieuissent, & vinculo accepissent, cum virgis omnes cecidisset, eos vinctos relinquens, abiit. Eis vere hanc phrenesim immisit malus Dæmon. B C

Martyriũ mors violenta.

Corybant.

De Meletianis qui sunt in Aegipto.

IN Alexandria autem Aegipti, quo tempore Arrius aduersus vnigenitum blasphemiam inchoauit, Meletius quidem episcopus aduersus Alexandri magni principatum seditionem agitans, in multis ciuitatibus ordinauit Episcopos, & Presbyteros, & Diaconos, non nouæ hæresis principatum gerens, sed eadem quidem cum ecclesia sentiens, sed ambitionis & impetandi cupiditatis morbo laborans. Eũ qui Niceæ conuenerunt, sanctissimi Patres, ab ecclesiæ administratione remouerunt. Qui autem ab eo ordinati fuerant, iis quæ præter leges donata erant priuarunt. Hinc Meletianorum schisma in Aegipto conflatum est. Sed ille quidem pietatis dogmatum nihil innouauit, hi autem, cum Arrianorum hæresim ab iis qui tunc imperabant cõfirmari viderent, ad illam declinarunt. Nunc autem dicunt quidem eos esse ab hoc morbo liberatos, sed sine vllo metu degere, nec velle ab vllis regi, & cum ecclesiis coniungi recusare. Ea ratione, tanquam liberi & sui iuris, illa quoque ridicula excogitarunt, interdiu quidem corpus aqua mundare, cum plausu autem manuum, & quadam saltatione hymnos concinere, & multa tintinabula funi appensa mouere, & alia his similia. Qua de causa magnus ille Athanasius perpetuo cum eis bellum gessit.

Nicen.

Schisma.

athan.

De Apollinari.

APollinaris autem Laodicenus, nonnullis quidem scriptis, quod de Trinitate pronũciatum est non violauit, sed quemadmodum & nos, vnam quoque diuinitatis substantiam, & tres hypostases, seu personas, prædicauit: in nonnullis autem gradus dignitatum definijt, se diuinæ distributionis diuisorem constituens. Eius enim inuẽtum est illud, magnum, maius, maximum, tanquam magnus quidem sit spiritus, maior autẽ filius, maximus autẽ pater. Quid autem hoc magis ridiculũ esse potest? Si enim vnã reuera esse dicit trinitatis substantiã, quomodo eandẽ & paruã & magnã existimauit? In corporibus enim quãtitas & qualitas eiusmodi mẽsuras efficiunt. Natura autẽ ab his libera, ne horũ quidẽ mẽsuras admittit. Sed nunc nõ cõtradicere, sed diuersas opiniones ostendere proposuimus. Hic ergo rursus in nõnullis scriptis hypostaseon seu personarum proprietates cõfundebat, & idẽ faciebat in trinitate, quod in œconomia ausus est. Vnde etiã insimulatus est quòd esset Sabellianus. Dixit autẽ incarnatũ esse Deũ verbũ, corpore & anima suscepta, non ea quæ est ratione prædita, sed quæ est expers rationis, quã naturalem, seu vitalẽ, nonnulli nominãt. Cum autẽ diceret mẽtem aliud esse quàm animam, nõ dicebat eam esse adsumptã, sed diuinam suffeciſſe naturam ad vsum mẽtis implẽdum, nec animaduertit sapiẽtissimus, quòd ne corpore quidem opus habuisset si voluisset, sed vel sine corpore visus esset, sicut olim Patriarchis. Sed de œconomia sermonem differemus in librum sequentem. D

Gradus Trinit.

Mens. anima.

De

De Polemianis.

POlemius autem quiſpiã, ex eius ſcriptis anſa ſumpta, dicit fuiſſe factã conſubſtantiationem & commixtionem diuinitatis & corporis. Hinc germinauit Polemianorum hæreſis.

De aliis Apollinariſtis.

POrrò autem quidam alii ex conuentu Apollinaris, dicebant corpus Domini deſcendiſſe de cœlis. Cum autem diuerſa dogmata in illius ſcriptis inueniſſent, hec quidem his, illa verò his placuerunt. Quomodo autem hic ab eccleſiæ corpore reſecatus, diuerſas pepererit dogmatum nugas, duxi ſuperuacancum dicere.

De Audianis.

QVidam autem Audæus, ex Syria trans Euphratem ortus, dixit Deum eſſe ſimilem hominis. & corporis illi partes tribuit, quæ à ſacra ſcriptura ad captum hominum ſe ſubmittente dicta ſunt, ſtultè intelligens. Etenim ſacra ſcriptura loquens hominibus, qui ne eorum quidem que videntur naturam exactè intelligunt, prout eis audire licuit, doctrinam adhibuit, & ideo qua deus vidit facultatem, oculos appellauit, aures verò, qua audit, poteſtatem autem agẽdi, manus, & ſimiliter alias operationes. Horum ſtultus nihil intelligens, humanam formam Deo attribuit. Ita enim hoc quoque intellexit, Faciamus hominem ad imaginem & ſimilitudinem noſtram. Ac rationis quidem inopia laborãs, non perſpexit animam immortalem, & quæ ſub aſpectũ non cadit, in ſolum autem corpus ſuam cogitationẽ defixit. Sed etiam de eo, in ijs quæ de hominis formatione, dicenda ſunt, ſi Deus velit, dicetur. Dicunt ergo hunc Audæum, & tenebras, & aquam, & ignem dicere ingenita. Qui ſunt autem huius appellationis participes, hæc celant. Prætexunt autem ſe fugere eccleſiæ communionem, propter fœneratores, & eos qui cum mulieribus cohabitant, quamuis multa etiam his grauiora ab eis perpetrentur, & nõ animaduertunt, quòd ne diligentibus quidem, & ſuo officio exactè fungentibus Epiſcopis abſcindere facile eſt, ſed opus eſt quidem accuſatoribus, opus autem eſt etiam teſtibus, ut vult lex Apoſtolica. Accuſationem, enim inquit, aduerſus Presbyterum non admittes ſine duabus vel tribus perſonis. Quòd autem eos qui deprehenduntur aut conuincuntur puniunt leges eccleſiaſticę, vbique & in tetra, & mari teſtantur ea quæ fiunt. Nam & Epiſcopi, & Diaconi, & Presbyteri ab eccleſiaſticis numeris ſeparantur Hi autem ſe iactant peccata remittere. Poſtquam enim ſacros libros vnà cum adulterinis bipertito diuiſerint, eos enim mirandum in modum arcanos & myſticos exiſtimãt, & hinc & illinc perverſus poſuerint, iubent unumquenque inter eos tranſire, & quæ à ſe peccata ſunt confiteri. Deinde confeſſi donant remiſſionem, non tempus ad pœnitentiam, vt iubent leges eccleſiæ, præſcribentes, ſed ſua poteſtate condonantes. Scientes autem, qui tranſeunt, id quod agitur ludum eſſe, vera quidem peccata cœlant, quædam autem paruà, & ridicula dicunt, quæ etiam dicere vereretur aliquis, niſi eadem qua ipſi amentia laboraret.

Anthropomorphitæ.
Fenératores.
Fornicatores.
Excõmunicatio.
1. Tim. 5.
Peccá. remiſſio.
Confeſſio

De Meſſalianis, ſeu Euchitis.

MEſſaliani autem, (hoc autem nomen in gracam linguam traductum, Euchitas, latinè verò precatores ſignificat) dicunt quidem baptiſmum nihil iuuare eos qui ad eum accedũt. Inſtar enim nouaculæ aufert priora peccata, peccati autem radicem non excindit. Perpetua autem oratio, & peccati radicem radicitus euellit, & malum Dæmonem, qui ab initio ſorte datus eſt, ab anima expellit. Dicunt enim vnumquemque hominem, cum naſcitur, protinus ſequi dæmonem, eumque ad improbas et ſceleratas actiones incitare, eum autem nec baptiſmum, nec aliquid aliud poſſe ab anima exigere, præterquam ſolam orationem, egredi autem dicunt inhabirantem, per mucum, & ſputorum excrementa Ita decepti homines longè miſerrimi, nullum opus agrediuntur, vocant enim ſeipſos ſpiritales. Sed orationi vtique vacantes, maximam diei partem dormiunt. Deinde à Dæmone qui eos infurias adigit decepti, dicunt ſe vidiſſe reuelationes, & quæ futura ſunt, prædicare conantur. Rebus autem ipſis mentiri conuincuntur. Iactant autem ſe videre patrem, & filium, & ſpiritum ſanctum corporeis oculis, & ſpiritus ſancti aduentum ſenſu percipere. Sunt autem ad negandum parati, & ſi vrgeantur, protinus anathematizant eos qui horum aliquid dicunt. Iam enim cum apud benedictum Flauianũ Antiochenum Epiſcopum eſſent in ius vocati, quæ aduerſus eos intendebantur criminationes, calumnias vocabant. Sed vir ille ſapientiſſimus latentem deprehendit hæreſim. Cum enim viſus eſſet ſuccenſere accuſatoribus, & ęgrè ferre, quòd quæ dicebant confinxiſſent, iuſſit ſibi aſſidere Adelphium is enim eis præerat qui accerſebantur hæreſis, capularis ſenex, & portis mortis proximus. Ei dixit beatiſſimus Flauianus, accuſatores, vt pote craſſiores, ignorare ſpiritalem viuendi formam. Nos autem, inquit qui conſeruimus, eam tempore, cognitionem accepimus, ſed dic mihi verè & ingenuè, quænam ſunt ea quæ dicuntur. Ita delinit⁹ Senex, & ſe ſuorum dogmatũ ſociũ inueniſſe ratus, cõfeſſione accuſationẽ cõfirmauit. Hæc cum intellexiſſet vir diuinus, eos à finibus orientis expulit.

Baptiſm.
Oratio.
Reuelatiõ

De Enthuſiaſtis.

POrrò autem multa quoque alia faciunt, quæ phreneſim eorum arguunt. Nam & repente ſaltant, & ſuper Dæmones ſe ſaltaſſe iactitant: & digitis ſagittantium ſpeciem præſe ferunt, ſe in Dæmones iaculari affirmantes: & quædam alia faciunt ſimili furore plena, & ideo Enthuſiaſtarum, hoc eſt diuino furore correptorum, nomen ſortiti ſunt. Huic hæreſi præfuit Sabbas, & Adephius, & Daodes, & Symeones, & Hermas, & quidam alii. Scripſit autem auerſus eos epiſtolas is qui deprehendit hæreſim benedict⁹ Latoius Melitines Epiſcopus, omniũ autẽ optim⁹ Amphilochius, qui Iconii rexit eccleſiã, hęreſim exactius confodit, eorum voces ſuis monimentis inſerens quę eorum dogmatis differentiam apertè declarant.

De Neſtorio.

POſtquam autem mundo paulatim labente, & ad huius vniuerſi diſſolutionem feſtinante, vnuſquiſque exiſtimabat ſe eſſe idoneum pietatis & religionis magiſtrum, cum propter ignorantiæ arrogã tiam nemo diſcere ſuſtineret, homicida Dæmon, mendacii pater, zizaniorum ſeminator, non amplius per externos & manifeſtos hoſtes aduerſus eccleſiam arma mouit. Sed cum inueniſſet inſtrumentum, quod omnẽ eius, vt ſemel dicã, artẽ ſuſciperet: ut orthodoxiæ ſpecie, ſimul & diuinitatis & humanita- A
philoſo. tatis vnigeniti negationem inducit, noſtræ fidei ſimplicitatẽ, à dicẽdi artificio alienã, philoſophicis cõ turbãs argutiis. De Neſtorio omnino audiuiſtis, fuit enim is vir inſignis ex Germanicæorũ oppidulo or tus. Qui neſcio cuiuſmodi ab initio ſtudiis eductus, alia aliã regionẽ cõmutãs, vt maſtix Aegiptiaca, in magnã Antiochiæ ciuitatẽ irripuit. In ea cum in liberalibus diſciplinis mediocriter eſſet eruditus, vocẽ que quã, pulchetrimã & quàm maximã exercuiſſet, in eccleſiã Dei procedẽte tẽpore adoptatus, & in nu merũ Presbiterorũ relatus eſt, cui cum docẽdi populũ munus eſſet commiſſũ, ſtatim in exordio oſtẽdit
Hypocri. qualis tota vita ſua eſſet futurus. Neque enim generoſum, & genitalẽ, & qui hominũ poſſit animas ex colere, dicẽti chatacterẽ ſecutus eſt. Sed cũ ad populi delectationẽ ſuam orationem cõferret, & inanes plauſus, vt ſi quis alius, aucuparetur, inconſideratũ & iudicio defectum vulgus in ſui deſiderium exci rauit, fuſca veſte indurus, triſtis incidens, ſtrepitus forẽſes declinãs, corporis pallore vt continẽs videre tur aucupans, libris domi vt plurimũ animũ intẽdens, & in otio & quiete ſecum verſans, & habitãs. Hoc
Matt. 10. habitu, & hac ſimulatione multos ineſcans, magnam ætatis ſuæ partem peregit. vt Chriſtianus videre tur, magis quàm vt eſſet, perſequens, & Chriſti gloriæ ſuam præferens. Quoniam autem, vt à Domino
1. Tim. 5. dictũ eſt, Nihil eſt tam occultũ quod non cognoſcatur, neque tã ſecretum, quod nõ manifeſtetur, & bo na opera manifeſta ſunt, & quę aliter habent, celari non poſſunt, per inueſtigabilem Dei iudiciorũ a-
Primatus byſſum, & eorum qui in regia ſedibuśque regalibus verſabantur, eiuſque qui vniuerſi terrarum B
Conſtan- orbis ſceptra tunc tenebat, ſuffragio. Neſtorius Conſtantinopolitanæ orthodoxorum eccleſiæ,
tinopolita Preſul eligitur, illiúsque adminiſtratio eius fidei committitur. Hinc mihi deinceps ea acta protulit
næ eccle. quorũ & terra & mare plena ſunt. Poſtquã enim maximã illam ſedẽ accepit, cum Põtificatus principa tũ, ſummámque dignitatẽ, veluti quandã tyrranidẽ, arripuiſſet: nõ potuit quam diu parturiebat impie tatẽ amplꝰ cõtinere, ſed ex ea, quam habebat, poteſtate, ſtolida accepta dicẽdi libertate, profert in me diũ, & omnibus exponit blaſphemiam, quam iam olim aduerſus vnigenitũ cõceperat, & aduerſus de creta Apoſtolica apertè bellũ gerit, & ſanctorũ Patrum, qui ex quo annunciatũ eſt Euangeliũ, orthodo
Gal. 5. xorũ fidei pręfuerant, dicta reijcere contendit, regiæ vrbis turbans eccleſiam, atque adeò vniuerſũ ter rarũ orbẽ diuini Pauli nullam curam gerens, qui clamat, Qui autem turbat vos, portabit iudicium, qui cunque is ſit ſed ſuper candelabrum diuini Pontificatus ſuggeſtus, non lãpadẽ veritatis, ſed obſcuritatis & incertitudinis tenebras imponit. Primum autẽ quod innouare aggreſſus eſt, fuit, non oportere ſan
deipara. ctam virginem, quæ Dei verbũ peperit, quod ex ipſa carnẽ ſuſcepit, Deiparam cõfiteri, ſed tantũ Chri
Chriſtipa ra, ſtiparam cum tamen antiquiſſimi orthodoxæ fidei prędicatores, ex Apoſtolica traditione, Deiparã do cuerint nominare, & credere matrem Domini. Age mihi deinceps obſerua non prius cognitum impiũ & blaſphemum dicendi artificium. Chriſti, inquit, appellatio duas naturas ſignificat, diuinitatẽ vnigeniti, & humanitatem. Vox autem Dei, ſi abſolutè dicatur, ſimplicem & incorpoream Dei verbi ſubſtantiam oſtendit. Hæc autem vox, homo, ſolam humanã naturã indicat, & ideo dicit eſſe neceſſarium non Deiparam, ſed Chriſtiparam virginem cõfiteri, ne forte imprudentes dicamus Deum verbũ initium ex ſancta virgine ſumpſiſſe, et ideo antiquiorem eſſe matrẽ eo, quod ex ipſa genitũ eſt, ex cõſequẽ tia confiteri cogamur. Ne videat autẽ vana ſolũ maledicta in eum torquere, illũ ipſum ſuis verbis ſuæ C
impietatis teſtem producam. Apoſtolicorum enim documentorum, et cuiuſuis ſancti memoria ex ſua cogitatione exterminata, in orthodoxorum eccleſia huiuſmodi non paucas voces edidit. Non peperit o optime, Maria Deum, ſed peperit hominem diuinitatis inſtrumentum. Et in alijs rurſus nugis. Nulli eſt reprehenſioni affinis gentilis, qui Diis matrem inducit. Hæc mihi quidem pauca ex multis illius verbis dicta ſint, dum ad ea quæ ſequuntur feſtinat oratio. Vnde quoniam turpiſſima & maximè igno
Epheſ. miniosa morte perituri ſunt iniqui, Pontificatu per ſanctos, qui Epheſi congregati fuerant, diuino ſuf
Conc. fragio eiectus, eſt & iuſſu Imperatoris Oaſim habitare damnatus, futuri impiorũ ſupplicii illinc cœ
1. Tim. 5 pit exordium, vt qui à ſua amentia conſumptus ſit, & in ſe dictum Apoſtoli cõpleuerit, Quorundã ho minũ peccata manifeſta ſunt præcedentia ad iudiciũ. Sed hæc quidem, vt quæ à multis aliis ſunt exami nata, neceſſe eſt præter currere, ad id autem quod in hiſtoria ſequitur veniamus.

De Eutyche.

VLtimam autem omnium infauſtam Eutychianorum hæreſim inuidus Dæmõ introduxit, per quã quæ ſunt in vniuerſo terrarum orbe eccleſias afflixit, cum ſuæ improbitatis capax inſtrumentum miſerũ Eutychẽ inueniſſet: & quę iã olim exaruerat, Valẽtini hæreſim rurſus fecit pullulare. Arrꝰ enim ſolũ corpus, Apollinaris ſolam animã adſumptã confitebatur. Hic autẽ etiam corpus adſumptũ eſſe ne gabat. Dicebat enim Deum verbũ nihil humanũ ex Virgine ſumpſiſſe: Sed ipſum immutabiliter cõuer ſum, et carnẽ factum, (ridiculis enim eius vtor verbis) ſolum per virginem traieciſſe, crucíque affixam D
et appenſam eſſe, quæ circũſcribi et comprehendi ac contineri non poteſt, vnigeniti diui tatẽ, eãque ſepulchro mãdatũ reſurrexiſſe. Vt autem inſignem illius inſaniã relinquamus, illud cõſideremus, quòd nulla ad nos ex humanę naturę ſuſceptione redit vtilitas, noſtræq; reſurrectionis nullũ pignꝰ habemus

Neque

Neque enim si Deus resurrexit ex mortuis, omnino quoque homo resurget, est enim maxima naturarũ diuersitas. Cur ergo diuinus Paulus ex Christi resurrectione nostram futuram confirmat, & ad Corinthios scribens, clamat, Si autem Christus prædicatur quod à mortuis resurrexit, quomodo dicunt quidam inter vos quòd non est resurrectio mortuorum? Si autem non est resurrectio mortuorũ, nec Chri- 1. Cor. 15.
A stus resurrexit. Per id enim quod credebatur, id quod non credebatur ostendit, cum eo autem quod nõ credebatur, etiam id quod credebatur cõtulit. Si enim, inquit, verum est Christum resurrexisse: verum est ergo nos quoque resurrecturos. Si autem hoc falsum est: & Christum ergo resurrexisse falsum est. Nam illud etiam corpus & cum hæc ita pluribus syllogismis confirmasset, affirmatiuè deinceps subiunxit. Nunc autem Christus à mortuis resurrexit, primitiæ eorum qui dormierunt. Per primitias autem, apertè quoque massam ostendit. Primitiæ enim eandem habent naturam cum illo cuius sunt primitiæ. Docet autem etiam causam œconomiæ. Quoniam enim per hominem mors, & per hominem resurrectio mortuorum. Deinde à naturis ad personas transit. Sicut enim in Adam omnes moriũtur, ita etiam in Christo omnes viuificabuntur. Sed cum de eo iam multa sæpè scripserim, de eo fusius dicere duxi superuacaneum, maximè, cum in quinto libro sim de iis, si Deus velit, dicturus. Huic ergo quarto libro finem imponens, Euangelicæ doctrinæ veritatem & ingenuitatem ostendere conabor.

CAPITA QVINTI LIBRI.

Proœmium.
De Principio.
De Patre.
De Filio.
De Sancto spiritu & diuinis nominibus.
B De opificio seu creatione.
De materia.
De Æonibus, seu sæculis.
De Angelis.
De Dæmonibus.
De Homine.
De prouidentia, & de Seruatoris œconomia.
Quòd Dominus corpus susceperit.
Quòd etiam animam cum corpore adsumpserit.
Quòd perfectam naturam humanam susceperit.
Quòd quam susceperit naturam restituerit.
Quòd idem bonus est iustus.
Quòd idem nouum & vetus dederit testamẽtum.
De baptismate.
De resurrectione.
De iudicio.
De promissionibus.
De secundo Christi aduentu.
De Antichristo.
De virginitate.
De nuptiis.
De secundis nuptiis.
De fornicatione.
De pœnitentia.
De abstinentia.

DIVINORVM DECRETORVM EPITOMES PROOEMIVM.

MEl quidem omnibus hominibus dulce esse videtur, etiamsi cum nullo conferatur. Mel.
Sed dulcius esse apparet, si amara aliqua qualitas iuxta ipsum statuatur, & sanitatẽ quidem valde esse diligendã omnes existimant, sed post morbum multo magis cõplectendam statuunt. Iam verò tranquillitas quoque est post tempestatem gratior. Ita etiam veritatem, quicunque sapiunt, rem & sedulo comparandam, & diligẽter retinendam intelligunt, eam tamen splẽdidiorem, & diuiniorem reddit, si cum ea conferatur & examinetur quod falsum est. Quoniam ergo falsi turpitudinem & ig-
C nominiam ostendimus, & hæreticas fabulas aperuimus, & planum factum est quàm sint impiæ, iniucũdæ, & minimè probabiles: age cum his doctrinam Euangelicam conferentes, ostendamus quid inter se differant lux & tenebræ, & perfectã sanitas & morbus molestissimus & difficilimus. Verumenimuero non potest inueniri similitudo, quæ nobis propositæ comparationi conueniat. Nam & tenebræ, etsi luce careant, necessarium tamen vsum hominibus afferunt. Iis enim qui inter diu laborant, quietẽ nox cõciliat. Morbus quoque multis fuit vtilis. Per eum enim, Seruatorẽ & Creatorem agnoscentes, & vt à malis liberarentur vota fecerunt, & quæ petierunt adepti, virtutis curam gesserũt. Ex sceleratissimis autem illis fabulis, & ineffabilibus blasphemiis, nihil non detrimenti & exitii redit ad eos, qui illis fidem adhibent. Non potest ergo inueniri aliqua similitudo, quæ contrariorum horum dogmatum differentiæ respondeat? Imo verò inueni vnam, eamque longè euidentissimam. Quantum enim inter Deum & Diabolum interest, tanta est Dei & Diaboli doctrinæ differentia. Hoc autem apertius ostendet cum illis fabulis collata diuinorum eloquiorum pulchritudo, intelligentiæ lucis splendorem emittens. Oportet autem ante omnia alia, dicere quid de vniuersorum principio didicimus. De Principio.

VNum esse vniuersorum principium, & vetus & noua docet scriptura, Deum vniuersorum, & Patrẽ Domini nostri Iesu Christi, ingenitum, ab interitu alienum, æternum, infinitũ, qui nec definiri, nec circumscribi potest, incompositum, incorporeum, sub aspectum nõ cadentem, simplicem, bonũ, iustũ, lucem intelligentẽ, potentiã quæ nulla mensura cognoscitur, eam autẽ sola diuina voluntas dimetitur.
D Quæcũque enim vult, potest. Et hoc nos Propheta apertè docuit. Omnia, enim inquit, quæcunque voluit Dominus fecit. Ea autẽ quæ dicta sũt docet sacra scriptura. Audimus enim Deũ dicẽtẽ in principio legis. Ego Dominus Deus tuus, qui eduxi te de terra Ægypti, non erũt tibi alii Dii præter me. Et rursus Audi Israel, Dominus Deus tuus est. His quoque conuenientia docet per Esaiam Propheram.

Ego,enim inquit,Deus,ante me non est alius Deus,& post me non erit,& præter me non est. Et rursus Ego Deus,& post me non erit. Et rursus. Ego sum Deus,& non est alius præter me, iustus Seruator non est præter me. Apertè autem per hæc,& Valētini,& Marci,& Basilidis,& Marcionis nugas refellit. Neque enim ante ipsum,neque post ipsum,alium Deum esse dicit,sed eundem esse,& primum & vltimū. His quoque conuenit doctrina sanctorum Euangeliorum. Ipse enim Seruator & Dominus noster,qui omnem pro nobis implet iustitiam:ipse enim dicit Ioanni,Sine modo,ita enim oportet omnem implere iustitiam:vt qui homo esset,accepit vtilitatem ex oratione,& vt Pater Apostolos doceret petiit: Sub orationis autem specie Apostolos diuinitatis doctrinam docuit. Hæc est,inquit,æterna vita,vt cognoscant te solum verum Deum. Et rursus,Confiteor tibi pater Domine cœli & terræ,quod abscondisti hęc à sapientibus,& prudentibus, & reuelasti ea paruulis. Porrò autem diuinus etiam Apostolus sic dicit, Regi autem seculorum,immortali,inuisibili,soli Deo,gloria & honor in seculorum. Amen. Et rursus, Vnus Deus,vnus intercessor Dei & hominum,homo Christus Iesus. Et rursus. Vnus deus pater,ex quo omnia. Permultæ quoque aliæ possunt inueniri sententiæ,quæ veteris & noui testamenti concordiam ostendunt,& vnum Deum prædicant. Iam verò eum esse inuisibilem, & vetus & nouum docet testamentum. In veteri enim dicit Moysi. Nemo videbit faciem meam,& viuet. In sacris autem Euangeliis dicit Dominus. Non videt aliquis Patrem, nisi qui ex Deo est, is vidit Patrem. Hoc idem etiam clamat diuinus Euangelista. Deum nemo vidit vnquam. Ostēdit autem etiam vnde didicerit. Subiungit enim, Vnigenitus filius qui est in sinu patris ille enarrauit. Clamat autem etiam Apostolus. Immortali,inuisibili,soli sapienti Deo honor & gloria,in sæcula sæculorum. Amen. Et rursus. Quem nullus homo vidit, nec videre potest. Eum rursus esse infinitum,nec circumscribi posse, & ex veteri & ex nouo testamento didicimus. Et in veteri quidem,dicit Deus,Nunquid ego cœlum & terram impleo, dicit dominus. Et rursus. Cœlum mihi sedes est,terra autem scabellum pedum meorum. Quam domum ædificabitis mihi,dicit Dominus:vel quis est locus quietis meæ? Diuinissimus autem Dauid clamat. In manu eius sūt omnes fines terræ. Et manum quidem appellauit operationem potestatis œconomiæ. Ostendit autem non esse ipsum in omnibus circumscriptum,sed omnia pendere ab eius prouidētia. In alio autem hymno ei dicit,Quo ibo à spiritu tuo,& quo à facie tua fugiam? Si ascendero in cœlum,tu illic es,& si descēdero in infernum,ades. Si accepero pennas meas mane,& habitauero in finibus maris,etenim illic manus tua deducet me,& retinebit me dextera tua. Hæc autem circumscribi non posse nec substātiam nec potentiam indicant. Quinetiam Esaias Propheta clamat. Qui continet ambitum terræ,& habitantes in ea,tanquam locustas. Et rursus idolorum imbecillitatem & infirmitatem conuincens,hanc nobis de vniuersorum Deo doctrinam præbuit. Quis enim,inquit,mensus est manu sua aquam, & cœlum pugillo? Quis statuit montes trutina,& syluas lance? Quis nouit mentem Domini,vel quis consiliarius eius fuit? Quis conciliabit ipsum,vel quis ostendit ipsi iudicium,vel viam prudentiæ quis ostēdit ipsi? Deinde quoad eius fieri potest,cogitatione humana,& lingua ex luto facta,ostendit infinitam potentiam. Si omnes,enim inquit,gentes,tanquam gutta ex cado,& tanquam momentum trutinæ, & tāquam saliua existimati sunt & reputabuntur:cui assimilabitis Dominum,vel cui similitudini ipsum assimilabitis? Si autem cœlum,& terra,& aquarum natura,omnem naturam creatam comprehendunt:eorum autē omnium mensura,est mensura manus Domini:considerent,qui Deum lingua metiri conantur,illius naturæ infinitatem,manum intelligentes,nō corporis particulam,sed quæ omnia fabricata est & gubernat operationem. Hæc itaque de vniuersorum Deo vetus docet scriptura,inueniri autem possent etiā alia iis quæ dicta sunt similia,quæ & substantiam,& sapientiam,& diuinam potentiam docent comprehēdi non posse. In sanctis autem Euāgeliis Dominus quoque Samaritanam his similia sentire docuit. Cū illa enim Deum loco circumscriptum esse coniiceret,& ea de causa dixisset,Patres nostri in hoc monte adorauerunt. Vos autem dicitis quòd Hierosolymis oportet adorare: Dominus eam contrariam sentētiam docuit,& diuinam naturam circumscribi non posse indicauit. Dicit enim ei,Amen dico tibi mulier,veniet hora,& nunc est,quando nec Hierosolymis,nec in loco hoc adorabunt patrem. Cum sic docuisset,non aliquibus locis circumscriptam esse adorationem,subiunxit,Spiritus Deus,& qui eum adorant,in spiritu & veritate adorare oportet. Simul autem & esse incorpoream,& circumscribi non posse diuinitatem ostendit. Quòd autem etiam est æternus vniuersorum Deus,docet beatus Dauid,nūc quidem dicens. A sæculo & in sæculum sæculi tu es,nunc autem,Audiet Deus,& humiliabit ipsos,qui est ante sæcula. Docet autem etiam Propheta Esaias,clamans. Deus æternus qui constituit fines terræ non esuriet,neque defatigabitur,neque est inuentio prudentiæ eius. Diuinus autem Apostolus scit eum esse etiam sæculorum effectorem. Dominus autem dicit non solum diuinam naturam esse ante creationem sed etiam regnum fuisse sanctis paratum ante mundi constitutionem. Hæc & à noua scriptura de vniuersorum principio didicimus,non prout volunt Valentini & Basilidis fabulæ,qui masculorum & fœminarum æonum coniunctiones,& congressiones,& productiones inducunt,nec quemadmodū Cerdo,et Marcion,& Manes,diuersa et contraria principia,sed vnum principium attulimus,idque iustū, vt postea ostendemus.

Manus. A

Manus. B

Manus. C

De Filio.

D

QVemadmodum autem in vnum Deum credere didicimus:ita etiam in vnum filium, qui est ante sęcula generatus,et nec vt volunt Valentini fabulæ,alium esse dicimus vnigenitum,et aliū Verbū et alium Christum,et rursus Iesum. Neque,vt vult Arrii et Eunomii blasphemia,Christum Dominum nostrum creaturam nominamus. Vnigenitum enim esse dicit sacra scriptura. Sin autem est creatus,non est vnigenitus. Habet enim creaturam sororem,et quæcunque sunt creaturæ partes. Sin autē est,vt certè est,vnigenitus:nulla est ergo ei societas cū creatis. Quòd autē sit vnigenitus,docuit ipse vnigenitus, dicens,

Creatura

dicens. Sic Deus dilexit mundum, vt filium suum vnigenitum dederit, vt omnis qui credit in eum non pereat, sed habeat vitam æternam. Et paulo post. Qui credit in ipsum, non iudicatur. Qui autem nõ credit, iam iudicatus est, Quoniam non credit in nomen vnigeniti Dei filii. Euãgelista autem sic dixit. Et verbũ caro factum est: & habitauit in nobis, & vidimus gloriam eius, tanquã vnigeniti à Patre, plenum gratiæ & veritatis. Neque enim carnis natura de diuinitatis dignitate quidquam detraxit. Sed etiã carne amictus paternam nobilitatẽ ostendit. Et rursus. Vnigenitus Dei filius, qui est in sinu patris, ille enarrauit. Iam verò Baptista quoque clamat, Qui credit in filium, habet vitam æternam. Qui autem non credit in filio, non videbit vitam, sed ira Dei manet super ipsum. Quinetiam omnes Apostoli, eum filium Dei & germanum, & verum nominant. Porrò autem ipse quoque pater bis de cœlo loquutus, eum esse suam veram, & germanã prolẽ ostendit. Dixit enim. Hic est filius meus dilectus in quo complacui. Et quid dico Baptistam, & Euangelistam, & alios Apostolos, & vniuersorum Deum? Neque enim ipse Diabolus pater mendacii aliter eũ nominare ausus est. Sed antequam decertasset quidem, dubitans docebat, Si Filius Dei es. Post victoriã autẽ cũ apertè quisnam esset didicisset, clamat, Quid nobis & tibi fili Dei? Venisti ante tẽpus torquere nos. Philippis autẽ ipsum & altissimũ, & Deũ appellauit. Hi, enim inquit, Homines, serui altissimi Dei sunt, qui annũciant vobis viam salutis. Seruos autẽ Apostolos Christi appellabat, vt qui hoc ab eis didicisset. Diuũ enim Paulũ hoc & dicentẽ & scribẽtẽ audiebat. Paulus, enim inquit, seruus Iesu Christi, vocatus Apostolus, & Paulus & Timotheus serui Iesu Christi. Si autem ipse quoque mẽdacii magister, & filiũ nominat, & altissimũ, & filiũ dei, cedens veritatis fulguribus: Patris ergo appellationem superare contendunt, qui audẽt filium appellare creaturam. Quòd autẽ etiam diuini Patres eum altissimum nominant, licet audire Zachariam suo filio dicentem. Et tu, puer, Prophẽta altissimi vocaberis. Præibis enim ante faciem Domini parare vias eius. Præiuit autem magnus Ioannes non Deum & patrem, sed vnigenitum filium. Ipse autem eius quoque fuit testis. Interrogatus enim an ipse sit Christus, hoc quidem negauit, dixit autem, Missus sum ante illum. Iam verò Diuinus quoque Dauid ei dicit, Cognoscant, quòd nomen tibi Dominus, tu solus altissimus super omnem terram. Si enim Dominus filius: vnus enim Dominus Iesus Christus, Per quem omnia, secundũ diuinum Apostolum, & vnus Dominus, vna fides: Altissimus ergo filius, quandoquidem & Dominus. Sed de iis quidẽ aduersus Arriũ & Eunomiũ in iis quæ aduersus illos scripsimus, copiosè disseruimus. Ad propositã ergo doctrinam transeamus, & ostendamus, quòd eundẽ & Dominũ, & vnigenitũ, & Deũ esse verbũ, & Seruatorem, & Iesum didicimus. Petrum autem primum in mediũ adducamus, qui has appellationes vno & concordi ore confessus est. Primus enim Apostolorum à Seruatore rogatus, Vos autem quẽ me esse dicitis, respondit, Tu es Christus filius Dei viuentis. Diuinus autem Ioannes Euangelista, cũdẽ appellat & verbum ante sæcula, & vnigenitum filium, & omnium opificem, & Christũ Iesum. In principio, enim inquit, erat verbum, id autem eum esse æternum significat. Qui enim erat in principio, scilicet semper erat. Non dixit enim, In principio factus est, vel in principio creatus est, sed erat in principio. Docet autem etiam quid erat. Subiunxit enim, & verbum erat apud Deum, & Deus erat verbũ. Deinde proximum rursus assumit, & dicit. Hic erat in principio apud Deum, & per nominis quidem cõmunionem eum esse eiusdem substantiæ ostendit, eo autem quòd dixit Deum apud deum, personarũ differentiam declarauit. Eum & filium vnigenitum, & Iesum Christum sæpè vocauit. Porrò autem sapientissimus quoque Paulus sic dixit. Quando autem venit plenitudo temporis, misit Deus filium suum factum ex muliere, factum sub lege, vt eos qui sub lege erãt redimeret, vt filiorum adoptionem reciperemus. Et rursus, Quando autem placuit ei qui me segregauit ex vtero matris meæ, & vocauit me per gratiam suam ad reuelandum filium suum in me. Huiusmodi autem innumerabiles possunt inueniri sententiæ, per quas ipsum & Christũ nominant, & æternum filium. Et qui Patri eum docet coæternum, idem Doctor primum quidem ipsum sæculorum effectorem ostendit. In vltimis, enim inquit, his diebus locutus est nobis in filio, quem posuit hæredem omnium, per quem etiam sęcula fecit. Quoniam autẽ qui diuina diuinè nolunt intelligere, existimant fieri non posse vt sit Deo coæternus, qui ex Deo est: Hominum enim naturæ legi diuinam quoque naturam esse subiectam stultè existimãtes, Patrem esse filio antiquiorem existimarunt: satis insistens Diuinus Apostolus, per quãdam similitudinem apertè ostendit, quòd & ex Deo, & cum Deo est vnigenitus filius. Splendorem enim ipsum appellauit gloriæ. Splẽdor enim & suam habet ex igne substantiam, & est simul cum igne. Splendor enim suapte natura est simul cum igne, & radius cum sole. Ex quo enim sol, ex illo etiam radii. Sed sol quidem radiorum author, & causa est, & ignis, splendoris. Non enim sol ex radiis, sed radii ex sole gignũtur, & splendor ex igne producitur. Ita vnigenitus filius ex patre quidem est genitus: est autem vnà cum mente, vt verbũ cũ eo qui genuit, et splendor cũ igne, et radius cum sole. Sed vnumquodque eorũ, non ipsum per se subsistit, sed in illo, ex quo productũ est, habet substantiam. Deus autem verbũ splendor glorię, non est aliqua Patris operatio non subsistens, sed substantia viuens, et per seipsam subsistens. Non enim absolutè verbũ nominatus est, sed Deus verbũ, nec solũ splendor glorię, sed etiam character substantiæ. Quoniam enim fieri non poterat vt vna similitudine diuina apertè doceret, per plures similitudines ea sic vtcũque discimus. Et splẽdor quidẽ gloriæ, eum docet coęternum. Character autem substantiæ, et perfectam similitudinẽ ostendit, et personarum docet differentiam. Verbũ autem, impatibilem fuisse generationem significat. Ne enim filiũ audientes, in humanas intelligentias, et coniecturas incidamus, et vniuersorum opificem ita vt nos genitum esse putemus, eum verbum appellauit, ea ratione docens, illius generationem fuisse ab omni affectione liberam. Neque enim mens nostra sermonem parturiens, opus habet coniunctione fœminæ: aut sectionem fluxionémue sustinet, sed vt quæ perfecta ipsa est, perfectum sermonem efficit.

Ioan. 3.

Altissim⁹.

Autor cõtrà Ar. & Eunom.

F. coæternus p.

Heb. 1.

Splendor simul cum igne.

Radius cũ sole.

Verbum cum mẽte.

Per hæc

Per hæc ergo,& generationis impatibilitatem,& vnigeniti æternitatem didicimus. Quòd autem & ei qui genuit æquales habet vires,& in omnibus æqualis est,& similis,ex Domini doctrina facilè sciri potest. Pater,enim meus inquit,vsque modo operatur,& ego operor,& sicut Pater excitat mortuos,& viuificat,ita etiam filius quos vult viuificat,& omnia quæcunque habet pater, mea sunt, & ego in patre, & pater in me,& qui vidit me,vidit & Patrem. In his autem apertè immutabilem similitudinem ostendit. Cum enim Philippus rogasset vt patrem ostenderet,Dominus seipsum ostendit,ea ratione docens se esse viuam eius qui genuit imaginem,apertè ostendens eius qui genuit characteres. Dixit enim Philippo,Tanto tempore vobiscum sum,& non cognouisti me,Philippe Patrem,inquit,desideras videre, cum me vides ergo,non me nouisti. Si enim me nouisses,non illum videre desiderasses. In me enim Pater cernitur. Propterea enim subiunxit,Qui vidit me,vidit patrem. Visionem autem,hic fidei contemplationem appellauit. Tanto,enim inquit,tempore vobiscum sum,& non cognouisti me,Philippe. Nō dixit,Non vidisti,sed non cognouisti. Videbat enim Philippus quod videbatur. Sed quæ sub visum nō cadebat,diuinitatem non contemplabatur. Qua de causa etiam reprehensus est, vt qui filium perfectè non cognouisset,& ideo etiam Patrem videre desiderasset. Verum enimuero si aduersus omnem hæresim probationibus vteremur,non solum decem,nec viginti libros accusatione impleremus. Aduersus eos autem nuper iam x i i. libros conscripsimus, & præter eos nunc etiam alius moralis Theologiæ, & doctrinæ scopum ostendimus.

Ioan.5.

Visio fidei contẽplatio.

Autoris x i i. libri prof. Theologia moralis.

De sancto spiritu.

SPiritum ergo sanctum ex Deo & Patre substantiam habere didicimus. Substantię autem modus nec creaturæ est similis,increatus est enim spiritus sanctus,nec vnigenito filio. Nullus enim sanctus sancti spiritus substantiam appellauit generationem. Ipsum autem ex Deo esse,& diuinum esse,docent sacræ scripturæ. Dominus enim Christus hæc de ipso dicit. Expedit vobis vt ego recedam. Si enim non abiero,Paracletus non veniet ad vos. Et rursus, Cum autem venerit Paracletus spiritus veritatis, qui à Patre procedit,deducet vos in omnem veritatem. In eo autem quòd dixit,Ex Patre procedit, ostendit Patrem esse fontem spiritus & non dixit,Procedet,sed Procedit,ostendens eandem esse naturam,& inseparabilem,& minimè differentem substantiam,& personarum vnionem. Quod enim procedit,nō potest ab eo separari à quo procedit. Diuinus autem Apostolus hæc dixit de spiritu. Spiritus autē omnia scrutatur,etiam profunda Dei. Et ne quis ignorationem scrutationem existimaret,subiunxit, Nullus homo nouit quæ sunt hominis,nisi spiritus hominis qui in ipso est. Ita etiam quæ Dei sunt nemo nouit, nisi spiritus Dei. Ita etiam cum de eius cognitione testimonium tulisset, ostendit etiam vndenam habeat substantiam. Nos,enim inquit, non accepimus spiritum mundi, sed spiritum qui ex Deo est. Ea itaque ratione eum Patri & filio perpetuo coniungit,creaturæ autem nunquam coniunxit. Non enim eum nouit partem creaturæ,nec primam facturam nominat,vt vult Arrii, & Eunomii, & Macedonii blasphemia. Sed diuinæ gratiæ dona ostendens,sic dicit, Diuisiones autem gratiarum sunt, idem autem spiritus,& diuisiones ministrationum sunt,idem verò spiritus,& diuisiones operationum sunt,idem autem Deus qui operatur omnia in omnibus. Deinde cum ostendisset gratiarum donationem,subiunxit. Omnia autem hæc operatur vnus & idem spiritus, diuidens seorsum vnicuique prout vult. Non enim seruilis,inquit,ministerii,sed dominicæ authoritatis est sanctissimus spiritus: nec ad opus exequendum subseruit,sed cooperatur,& vt Dominus operatur. Ita etiam in fine secundæ ad eos epistolæ,benedictionē contexuit. Gratia Domini nostri Iesu Christi,& dilectio Dei, & communicatio sancti spiritus sit cum omnibus vobis, Amen. Et in priore quidem Epistola primum statuit spiritum, hic autem vltimum docens ordinem nominum non facere dignitatum differētiam. Hac ratione etiam hic patri filium prępositum,non euertens ordinem quem posuit Dominus,sed trinitatis in honore æqualitatem ostendens. Ita etiam ad Apostolos diuinè accessit. Primum enim domum concussit,Deum apparere ostendens. De vniuersorum enim Deo dicit Propheta. Qui respicit super terram,& facit eam tremere. Deinde autem linguis in specie ignis insedit,sicut olim dixit Moses Deum in rubo apparuisse,& sicut ille,dum vreba tur,non consumebatur: ita etiam linguæ Apostolorum vrentis operationis periculum non sensere. Hęc cum non verbis sed factis diuus Petrus didicisset,Deum ipsum vocauit, Ananiæ furtum conuincens. Cum enim dixisset,Cur seduxit Satanas cor tuum,vt tu mentireris in spiritum sanctum,subiunxit,Nō es mentitus hominibus,sed Deo. Conueniunt autem etiam quæ à Diuino Paulo de spiritu dicta sunt. Eos enim qui crediderunt,Dei templa appellauit,vt qui inhabitantem spiritus gratiam habuerint. Nescitis,enim inquit,quòd templum Dei estis,& spiritus Dei habitat in vobis? Et rursus,Nescitis quòd corpora vestra sunt templum sancti spiritus,qui est in vobis,quem habetis à Deo? Hæc autē apertè docent sanctissimum spiritum esse diuinæ naturæ. Si enim qui crediderunt,Dei templum appellātur,quia spiritus gratiam susceperunt: ex Deo est ergo sanctus spiritus. Eius enim gratiam habentes inhabitantem, Dei templum nominati sunt. Euidentius autem nobis ostendit Dominus dignitatem spiritus. Docens enim baptismatis mysterium,ita dixit discipulis,Euntes docete omnes gentes,baptizātes eos in nomine Patris,& filii, et spiritus sancti. Si autem creatam haberet naturam filius vel spiritus sanctus,nō cum Deo qui creauit connumerati essent. Eos enim accusant sacræ scripturæ,qui creaturam adorarunt præter eum qui illam creauit. Quamobrem etiam vnigenitus homo factus est,vt ab hoc errore homines liberaret,et Dei et creaturæ differentiam ostenderet. Cum autem creaturæ adorationem sustulerit, non iussit rursus creatam naturam adorare. Est enim longè absurdissimum,homines quidem à Diis qui non sunt abducere,eos autem ad creaturis rursus seruiendum adducere. Clarum est ergo quòd non creatam habet naturam filius et spiritus sanctus. Propterea enim docemur credere in patrem, et filium, et spiritum sanctum,et baptizamur in nomine patris,et filii,et spiritus sancti.

Act.2.

Templum

Act.5.

Matth.

Rom.1.

Adoratio creaturæ.

Quoniam

Quoniam enim primum hominẽ non ſolus formauit Pater, ſed & filius, & ſpiritus ſanctus: dixit enim, Faciamus hominem ad imaginem & ſimilitudinem noſtram: iure ergo eius quæ fit reformationis, & nouæ quæ per agitur creationis, particeps eſt cum Patre filius, & ſpiritus ſanctus: & trinitatis inuocatio vnumquenque eorum qui baptizantur renouat. Verumenimuero de ſancto ſpiritu, aduerſus eius gratia deſtitutos Hæreticos, tres libros conſcripſi: & ſuperuacaneum exiſtimo hic pluribus agere, cum capita quæ reſtant noſtram ad ſe orationem reuocent. Cum itaque diuinorum nominum interpretationem adiecero, ad illa me conferam. Quoniam enim ſtolidi, Hebraicorum nominum ignorantes ſignificationem, diuerſos eſſe Deos exiſtimarunt, Adonai, Eloi, & Sabaoth, operæpretium me facturum exiſtimo, ſi quid vnũquodque eorũ græca lingua ſignificet, iis qui neſciunt oſtendero. Nomen ergo Eloth Deus interpretatur. Eloi autem eſt Deus meus. El autem, ſi tenuetur quidem, ipſum quoque Deum ſignificat. Si verò aſpiretur, fortem. Adonai autem Dominum. Dominus autem Sabaoth, Dominus copiarũ interpretatur, vel Dominus exercituum. Militares enim ordines copiæ latinè appellãtur. Saddai autem ſufficientem & potentem ſignificat. Alia verò eum qui eſt. Id autem erat etiam apud Hebræos ineffabile. Samaritani autem id dicunt Iauæ, ignorantes verbi virtutẽ. Hæc cum ſtulti non intellexiſſent, Deos diuerſos appellarunt. Nos autem ad reliqua quæ reſtant ſcribenda nos conferemus.

Autoris lib. de Spiritu ſancto.

Hebraica nomina.

De creatione.

OPortet autem ante omnia oſtendere, quòd creationis eſt opifex, non qui, vt vult Valentini fabula, ex paſſione Achamoth formatus eſt, & poſt xxxv. æonum productiones ex conuerſione & paſſione factus eſt: neque Angeli quidem, vt vult Baſilides, & Cerinthus, & alii, quorum principatum dicunt obtinere Iadabaoth, nec, vt execrandus Marcion, aliquem alium præter bonum opificem eſſe dicimus. Sed vniuerſorum Deum cum verbo vnigenito & ſanctiſsimo ſpiritu omnia eſſe fabricatum, & didicimus, & docemus. Verbo enim Domini Cœli firmati ſunt, & ſpiritu oris eius omnes virtutes eorum. Et alibi cum tam quæ videtur creaturæ, quàm quæ ſub aſpectum non cadit, mentionem feciſſet, & effectorem laudare præcepiſſet, ſubiunxit. Ipſe dixit, & facta ſunt, ipſe mundauit, & creata ſunt. Et rurſus. Qui extendit cœlum, tãquam pellem, qui tegit aquis ſuperiora eius. Et paulo poſt. Qui fundas terram ſuper ſtabilitatem ſuam. Et rurſus. Et qui fecit cœlos in ſapientia, qui firmauit terram ſuper aquas. Ante eum autem, magnus Moſes nos docet certius, quòd ipſe fecit cœlum & terram cum aliis elementis: quòd ipſe lucis naturam fabricatus eſt, & cœlum quidem exornauit luminaribus, terram autem ſyluis, pratis, & ſegetibus: & ipſe animalium produxit genera: & volucribus quidem dedit habitandum aerem, natatilibus autem humidam ſubſtantiam: pecoribus autem, & feris terram diſtribuit: & quomodo poſt omnia humanam naturam formauit. His conuenienter nos quoque docent omnes Prophetæ, & clamat quidem Eſaias, Qui fecit cœlum, & compegit ipſum qui firmauit terram, & quæ in ipſa ſunt. Qui dat flatum populo, qui eſt in ea, & ſpiritum iis, qui eam conculcant. Et rurſus. Qui ſtatuit cœlum tanquam fornicem, & extendit ipſum tanquam tabernaculum. Quinetiam ipſe Deus dicit per ipſum. Extendi cœlum ſolus. Beatus autem Hieremias ſic dixit. Hic eſt Deus qui oſtendit terram, impleuit eam pecoribus, quadrupedibus, qui emittit lucem, & ambulat, vocauit ipſam, & obediit ei in tremore. Verumenimuero mihi Propheticis vocibus non opus eſt. Ante legem enim, & Prophetas, natura hæc homines docuit. Et antiquus ille Melchiſedech benedicens Abrahæ ſic dixit. Ipſe quoque Patriarcha Sodomitis hæc dicit, Extẽdam manum meam ad Deum altiſsimum, qui creauit cœlum & terram. Benedictus Abraham à Deo altiſsimo qui creauit cœlum & terram. Et rurſus emittens Abraham famulum ad nurum petendam. Pone, inquit, manum tuam ſuper femur meum, & adiurabo dominum Deum cœli & terræ. Generoſus autem Iob, qui antequam lex ferretur, fuit virtute inſignis, verum Deum nouit creatorem. Qui extendit, inquit, cœlum ſolus, qui ambulat ſuper mare, tanquam ſuper ſolum. Quinetiam ipſe Agonotheta fortem ac præclarum decertatorem multa docet de creatione. Sed ne demus occaſionẽ iis, qui vetus teſtamentum non admittunt, contradicendi iis quæ dicta ſunt: tranſeamus ad nouum, & oſtendamus ipſum his conuenientia dicere. Ita enim & hæc & illa fluenta ex eodem fonte manare videbuntur. Audiamus ergo diuinum Ioannem omnia per Verbum facta eſſe dicentem, & creaturarum quæ vel cernuntur, vel intelligentia apprehenduntur, nihil ſine eo factum eſſe. Sine eo, enim inquit, factum eſt nihil. Audiamus autem diuinum quoque Paulum clamantem. In ipſo creata ſunt omnia ſiue viſibilia, ſiue inuiſibilia. Et rurſus. Per ipſum ſæcula fecit Pater. Porrò autem in Areopago concionans, ſic dixit. Deus, qui fecit mundum, & omnia quæ in ipſo ſunt. Is cœli & terræ exiſtens Dominus, non in manufactis templis habitat: neque ab humanis manibus colitur, tanquam qui ipſe aliquo indigeat, dans omnibus vitam, & ſpiritum, & omnia: fecitque ex vno ſanguine omne genus hominum habitare ſuper vniuerſam faciem terræ. Et Lyſtris iis qui ſacrificare volebant hæc dixit. Nos quoque ſimiliter vt vos paſſibiles homines ſumus, annunciantes vobis ab his vanis conuerti ad Deum viuum, qui fecit cœlum & terram, & mare, & omnia quæ in eis ſunt, & quæ deinceps ſequuntur eandem habent ſententiam. Sed ſuperuacaneum eſt de his amplius dicere, & plura ex ſacra ſcriptura teſtimonia afferre, cum qui etiã apud Græcos fuerunt inſignes Philoſophi, ii Deum eſſe opificem & creatorem dixerint. Nã & Socrates Sophroniſci, & Plato Ariſtonis filius, & eorum ſucceſſores, et alii etiam plurimi in hac opinione fuere, & ex ſubiecta materia creationis cauſam accepiſſe dixere. Age ergo in hoc quoque capite, quę ſint vera & germana eccleſiaſtica dogmata, oſtendamus.

Natura ante legem agnouit creatorem D.

Philoſ.

De Materia.

ILli ergo, vt dicebam, ex ſubiecta materia omnia dicunt eſſe fabricata, & eam Deo eſſe coæternam dicentes, Deum eius authorem nominant, non tamen ipſam malam defendunt, vt eſt Marcionis, & Manentis impietas, blaſphemiam enim maximam exiſtimant, dicere Deum eſſe effectorem malorum.

philoſop. ſcripturis deſtituti. Atque illis quidem fortaſſe aliqua venia dari poteſt, cum nec quid dicant Prophetæ audierint, nec diui-
nos Apoſtolos doctores habuerint, ſolis autem rationibus eorum quæ ſunt cognitionem permiſerint.
Rationib. nituntur. Ii autem quaſnam pro ſua impietate pœnas dederint, qui cum diuina Euangelia acceperint, eorum lu- A
cem euitarunt, & non ſecus ac Veſpertiliones tenebras amplexi ſunt? Oportebat autem eos horum ſal-
tem Philoſophorum tenere ſententiam: quoniã aures obturauerunt, & diuini ſpiritus eloquia audire
noluerunt: & materiam quidem introducere, non tamen eam malam vocare. Eſt autem hoc quoque
Argumentum ab arte. hũmanarum rationum imbecillitatis argumentum. Quoniam enim omnis ars, apud homines ſubiecta
materia indiget: & fingendi quidem ars, luto, ædificandi verò, lapidibus, & lateribus, ligniſ autem,
fabrilis, & nauium ædificatrix: texendi ars, lanis: & coriariorum quidem ars, pellibus: pingendi autem
& incruſtandi coloribus: & vt ſemel dicam, vna quæque ars materia conuenienti exiſtimarunt ſtolidi
etiam Deum non poſſe ſine materia fabricari, nec intellexerũt quanta ſit Dei & hominum differentia,
Heb. 11. & quòd fieri non poteſt vt imago omnia habeat quæ exemplar, & quòd homo quidem, vt imago, ex iis
Rom. 4. quæ ſunt fabricatur: Deus autem, & ex iis quæ non ſunt, & hoc nos aperte docuit ſacra ſcriptura. Apo
Quid creatum & quid fact. ſtolus enim dicit. Fide intelligimus aptata eſſe ſæcula verbo Dei, vt ex inuiſibilibus viſibilia fierent.
Et rurſus. Qui vocat ea quæ non ſunt, tanquam quæ ſunt. Qui autem mundi ortum conſcripſit, aperte
docuit, quænam quidem ex iis quæ non erant, & quænam ex iis quæ erant fabricatus eſt opifex, & quod
cœlũ quidem & terram & alia elementa ex iis quæ non erant fecit. IN principio enim, inquit, fecit
Deus cœlũ & terram. Similiter autem & lucem ex iis quæ non erant fabricatus eſt. DIXIT enim in-
quit, Deus, fiat lux, & facta eſt lux. Firmamentum autem produxit ex iis quæ iam facta fuerant. Fiat,
enim inquit, firmamẽtum in medio aquæ, & ſit diuidens inter medium aquæ & aquæ. Semina quoque
& arbores à terra germinare iuſſit. Germinet, inquit, terra herbam fœni ſeminans ſemen ſecundum
genus, & ſecundum ſimilitudinem, & lignum fructiferum faciens fructum, cuius ſemen ipſius in ipſo B
ſecundum ſimilitudinem, ſecundum genus in terra. Ita etiam ratione carentium animalium genera
produxit. Ex aquis quidem, quæ per aërem ingrediuntur, & quæ in aquis degunt, & quæ amphibia,
quòd nunc in aquis, nunc in tertis viuant, appellantur. Producãt, enim inquit, aquæ reptilia animarum
Anima. viuentium, & volucres volantes in firmamento cœli. Ex terra autem, quadrupedes & ſerpentes. Produ-
cat, enim inquit, terra animam viuentem, quadrupedes, et pecora. Hominum autem, ex iiſque erant,
et ex iis quæ non erant fecit. Corpus enim formauit, limo de terra accepto, animam autem ex iis quæ
non erant fabricatus eſt. Neque enim vt impius dicit Marcio, anima eſt eiuſdem ſubſtantiæ cum Deo
qui illam fecit: ſed ex iis quę non erant creata eſt, facillimé enim quæcunque vult fabricatur. Non enim
oportet iis quę facta ſunt creatoris potentiam metiri. Longè plura enim his eſt ei facilè producere. Diui-
nus autem Dauid id oſtendit, cum dixit. Omnia enim, inquit, quæcunque voluit Dominus fecit. Non
dixit, Quæcunque potuit, ſed quæcunque voluit. Habet enim potentiam voluntati æqualem. Vnde
non ſolum ex iis quæ ſunt, ſed etiam ex iis quæ non ſunt, fabricatur. Iure ergo à veritatis decretis expul
ſum eſt quod de materia dicitur. Qui autem creationem maledictis perſequuntur, & omni ex parte re-
Gen. 1. ctum & aptum opificium calumniari conantur, & ideo id quod de materia dicitur introducunt, au-
diant diuina oracula clamantia. Vidit Deus omnia quæcunque fecit, & ecce valde bona. Nihil enim ex
iis, quæ à Domino facta ſunt, eſt natura malum. Sed quæ de eo dicuntur poſtea explicabimus. Interea
de Aeonum fabulis pauca dicamus.

De Aeonibus. C

Aeon. Tempus. VAlentinus, & Secundinus, & Marcus, & illorum ſucceſſores, dicunt permultos æonas eſſe rerum
opifice antiquiores, cum id non ex diuinis eloquiis didicerint, ſed ipſi fabulas confinxerint, nec ani
maduerterunt ſtolidi quòd æon, quod eſt latinè æuum, aut ſæculum, non eſt aliqua ſubſiſtens ſubſtan-
tia, ſed aliqua diſtantia, quæ tempus ſignificat, aliquando quidem infinitum, quando de Deo dicitur,
aliquando verò creationi, aliquãdo autem humanæ vitæ commoderatum. De ſe enim Diuinus Dauid,
Æuum noſtrum in illuminationem vultus tui. De oratione autem dicit Dominus: Ecce ego võbiſcum
ſum omnibus diebus vſque ad conſummationem ſæculi. De Deo autem vniuerſorum rurſus dicit beatus
Dauid. A Sæculo & vſque in ſæculum tu es, pro eo quod eſt, nec principium nec finem habes. Et
quoniam æuum, aut ſæculum, diſtantiam aut ſpatium ſignificatne quis ſtultè exiſtimaret non eſſe ante
ſæcula Deum vniuerſorum, in alio pſalmo dicit idem Propheta: Audiet Deus, & humiliabit ipſos qui
eſt ante ſæcula. Vniuerſorum ergo Deus, qui eſt omnium creator & opifex, non poſt xxiv. æonas natus
eſt ex affectione Achamoth poſt Ogdoadem & decadem, & dodecadem, & Achamoth, & terminũ
& filium, & ſpiritum. Sed eſt ante omnia ſæcula, non hæc turpia, quæ per coniugationẽ conficta ſunt,
ſed quæ quantacunque diſtantiam & ſpatium ſignificant. Propterea etiam ſæculorum eſſe creatorem
Heb. 1. patrem & filium Beatus dixit Paulus. Locutus eſt enim nobis in filio, inquit, quem fecit hæredem om-
nium, per quem & ſæcula fecit. Illud autem, Fecit, non ſignificat ſæculorum ſubſtantiam: Sed quòd nul-
lus eſt Deo vniuerſorum antiquior. Porrò autem in alio etiam loco dicit, Regi ſeculorum immortali, in D
uiſibili, ſoli Deo honor & gloria in ſæcula ſæculorũm, non docens quidem aliqua ſæcula ſubſiſtere, ſed
Dei æternum regnum prædicans. Et rurſus idem Apoſtolus: Sapientiam autem loquimur inter perfe-
ctos, ſapientiam autem non ſæculi huius, neque principum ſæculi huius qui euacuantur. Sed loquimur
ſapientiam Dei in myſterio abſconditam, quam præfiniit Deus ante ſæcula. Si autem Domini diſpenſa
tionis & incarnationis conſilium myſterium eſt, vt definit Apoſtolus, ſæculis antiquius: eſt extremæ im-
pietatis, Deum vniuerſorum, ſæculis iuniorem ac recentiorem dicere. Prõpheta quoque clamat Eſaias,
Deus æternus qui conſtituit fines terræ. Et rurſus. A ſæculo non audiuimus, neque oculi noſtri viderunt

A Deum

Deum præter te. Ante ſæcula ergo Deus eſt vniuerſorum opifex.

De Angelis.

ANgelos autem, nec, vt Græcorum Poetæ & Philoſophi, in Deos referimus: nec in maſculinum & fœmininum ſexum incorpoream naturam diſtinguimus: nec intemperantis coitus quæ ſub aſpectum non cadunt poteſtates accuſamus, neque, vt ſtatuunt Hęreticorum fabulę, eſſe creationis effectores definimus, neque coæternos eſſe dicimus Deo vniuerſorum. Fœmina enim eſt hominibus vtilis ad incrementum generis. Hoc enim præuidens Deus vniuerſorum, hanc naturam ita formauit. Quamobrem hanc quoque generi benedictionem præbuit, dicens, Creſcite & multiplicamini, & replete terram, & dominamini eius. Quoniam enim mors hominum naturam deprædatur, & tanquam meſſor quidam, non ſolum ſenes, ſed etiam iuuenes amputat: natura neceſſario opus habuit iis qui terram colerent, & ſeminarent, & pro iis quæ excinduntur alias ſpicas introducerent, & per agriculturam vincerent manus meſſoris. Immortali autem naturæ ſuperuacanea eſt generis diuiſio, neque enim incremẽto opus habent, cum non diminuantur, neque coitu, cum ſint à corporibus liberi. Et hæc docet ſacra ſcriptura. Angelos enim nõ duos ab initio ſolos, quemadmodũ homines, fabricatus eſt, ſed quotquot voluit produxit myriadas. Quæ enim ab interitu aliena eſt natura, nõ eget incremẽto. Homines autẽ qui mortale corpus ſortiti ſunt, mortíque ſunt obnoxii, neceſſario egẽt fœmina. Nemo autẽ eorũ qui libidini & voluptati ſunt dediti, propter ignorantiã Angelos accuſet, ad maledicendũ occaſione ſumpta ex eo quòd apud ſapientiſſimũ Moſem narratũ eſt, quòd vidẽtes filii Dei filias hominũ quòd pulchræ ſunt, acceperunt ex ipſis in vxores. Eſt enim extremæ amẽtiæ, hominũ incontinentiã Angelis tribuere. Erant enim tũc duo genera, genus Cain, & genus Seth. Et genus quidẽ Cain erat execrãdũ & maledictũ: genus autẽ Seth, pietatis & religionis curã gerebat. Enos enim filius eius ſperauit inuocare nomen Domini Dei. Hinc qui ex eo nati ſunt, qui filij Dei appellabãtur, cauebãt ne cũ genere Cain permiſcerẽtur, & vllã cum eis haberẽt cõſuetudinẽ. Cum multi autẽ anni præterijſſent, illorum filias elegãtes & venuſtas contẽplati piorum nepotes, à pulchritudine victi, & legẽ paternã trãſgreſſi ſunt, & cum eis affinitatem lubenter contraxerunt. Deinde quæ fuit eis cum illis coniunctio, vitium & improbitatẽ inuexit. Quando ergo audierimus ſacram ſcripturam, dicentẽ, Ingreſſi ſunt filij Dei ad filias hominum ne incorporeos Angelos accuſemus. Homines enim iniquitatem perpetrare auſi ſunt, qui filii Dei appellabantur. Et quòd hæc ita ſe habeant, teſtis eſt ipſe Deus vniuerſorum, qui ita dicit. Non manebit ſpiritus meus in his hominibus, quia carnes ſunt. Et rurſus hiſtoriographus. Et vidit Dominus terram, & erat corrupta, quia omnis caro corrupit viam ſuam in terra. Noe quoque dixit vniuerſorum Deus. Ecce ego perdo omnem carnem: et cum iuſſiſſet eum conſtruere arcam, ſubiunxit, Quia te inueni iuſtum in generatione hac. Neque verò ſi Angeli peccaſſent, homines puniſſet iuſticiæ legiſlator, & homines, nõ decem, et viginti, et centum, ſed innumerabiles. Neque ergo incrementi, neque coniunctionis gratia, opus habet fœmina Angelorum natura. Eſſe autem multas Angelorum myriades docet ſacra ſcriptura. Mille, inquit, millia miniſtrabant ei, & decies mille myriades adſiſtebant ei. Angelorum autem miniſterium, eſt Dei laudatio, & hymnorũ decãtatio. De Seraphim enim dicit Beatus Eſaias, quòd clamabant, & dicebant, Sanctus, ſanctus, ſanctus, Dominus Deus Sabaoth, plenum cœlum & terra gloria eius De Cherubĩ autem dixit diuinus Ezechiel, quòd audiuit dicentes, Beata eſt gloria domini ex loco eius Non ſolum autem hymnos decantant, ſed diuinæ etiam œconomiæ miniſtrant. Et hoc nos ſapientiſſimus docuit Paulus, cum dixit, Non omnes ſunt miniſtratorij ſpiritus, in miniſterium miſſi propter eos qui ſunt hæreditaturi ſalutem? Ipſe quoque Dominus dixit in ſacris Euangelijs. Videte ne cõtemnatis vnum ex paruis vel minimis eorum qui credunt in me. Amen enim dico vobis, quotidie Angeli eorum vident faciẽ patris mei, qui eſt in cœlis. Diuinus autem Daniel Propheta, etiam gentium principes eſſe dicit aliquos. Imò verò non ipſe: ſed Angelus, qui cum illo loquebatur. Reſtitit enim mihi, inquit, Princeps Perſarum. Meminit autem etiam Principis Græcorum, & adiecit, quòd nullus alius ei opem ferebat pro Iudæorum libertate ad Deum intercedenti, niſi Michael Princeps eorum. Magnus quoque Moyſes dixit in cantico. Quãdo diuidebat altiſimus gentes, quos diſſeminabat filios Adam, ſtatuit terminos gentiũ ſecundum numerũ Angelorum Dei. Ex his autem, & ijs quæ à Daniele, & quæ à Domino dicta ſunt, conijci poteſt, nõnullos quidem ex Angelis præeſſe gentibus, aliquibus autem vniuſcuiuſque hominis creditam eſſe curã, ne eos læderent, & perniciem eis afferrent ſceleratí & execrãdi Dæmones Ab vniuerſorum autem Deo Angelos factos eſſe credimus. Ita enim docti ſumus. Pſalmiſta enim Dauid præcipiens Angelis, & cœleſtibus poteſtatibus Deum laudare, ſubiunxit. Quia ipſe dixit, & facti ſunt, ipſe mandauit, & creati ſunt. Et rurſus. Qui facit Angelos ſuos ſpiritus, et miniſtros ſuos flãmam ignis. Tres autem pueri Deo in fornace benedicentes, omnem quidem creaturam ad laudum ſocietatem vocarunt, primam autem Angelos. Ita autem habet laudationis principium. Benedicite omnia opera domini Domino, laudate, et ſuperexaltate eum in ſæcula. Deinde protinus ſubiungunt, Benedicite Angeli Domini Domino, docentes eos quoque eſſe partem diuinorum operum. Diuinus autem Apoſtolus nos hoc apertius docuit. Cum enim Domini noſtri Ieſu Chriſti mentionem feciſſet, ſubiunxit, quòd in ipſo creata ſunt omnia quæ in cœlo, & in terra, ſiue viſibilia, ſiue inuiſibilia, & ijs quę videntur relictis tanquam manifeſtis, dicit ordines inuiſibilium, Siue Throni, ſiue Dominationes, ſiue principatus, ſiue poteſtates, omnia per ipſum & in ipſo creata ſunt. Hæc de Angelis ſentire didicimus.

Cõtra pœtas Orphi. *Fœmina.* *Mors.* *Gen.6.* *Genera Cain & Seth.* *Dan.7* *Ang. mini ſterũ.* *Eza.6.* *Heb.1.* *Matt.18.* *Dan.10.* *Deu.32.* *Pſal.103.* *Da.3.* *Col.1.*

De Diabolo, & Dæmonibus.

DIabolum autem, & qui illi ſubſunt, Dæmones, non vt Marcion, & Cerdo, & Manichęi fabulantur, ingenitos eſſe dicimus. Si enim ingeniti, æqualem eum vniuerſorum Deo honorem ſortiti ſũt.

Quòd si æqualem sunt honorem sortiti, clarum est eos quoque æqualem habere potestatem. Si autem æqualem habent potestatem, quomodo eos à Deo vniuersorum fabricatos esse dicimus? Quomodo enim iustè punirentur, qui talem ab initio naturam essent sortiti? Quòd autem puniendi sint, apertè dixit Dominus ijs qui sunt à sinistris. Discedite à me maledicti in ignem æternum, qui paratꝰ est Diabolo & Angelis eius. Hoc autem ipsi quoque apertè sciunt Dæmones. Vnde clamabant, Quid nobis & tibi fili Dei altissimi? Venisti ante tempus torquere nos. Et rursus Adiuro te ne me torqueas. Fore itaque vt puniantur apertè didicimus. Deinceps autem consideremus, an hoc iustè patientur, cum talem naturam ab eo qui illos fecit accœperint. Quomodo autem bonus vocari posset creator vicij? Quomodo autem iustus, qui punit naturam quæ nihil potest boni facere, sed vitij vinculis constricta est et alligata? Atqui iustum esse scimus De vniuersorum, & fontem iustitiæ. Non ergo iniustè puniet Dæmones: & illorum ducem & bonorum opificem esse scimus Deum, qui ab omnibus rectè sentientibus bonus vocatur. Non ergo fabricatus est naturam, quæ nihil quidem posset bonifacere, solum autem vitium præter suam sententiam inuita pariat. Si autem nec malam naturam Deus est fabricatus, bonorum enim est sicut & bonus est, effector: neque iniustè punire in animum inducit, iustus enim est, & iusticiæ legislator. Puniet autem Diabolum, & qui illi subsunt. Suapte ergo sententia & sponte malus est Dæmon, & qui sunt eius partium. Sicut enim hominem bonum ab initio Deus fabricatus est: libero autem mentis arbitrio, hi quidem seruarunt incorruptam & integram quam acceperunt naturam, illi verò in peius declinarunt, & diuinos characteres corruperunt, & qui erant Deo similes, ferinos fecerunt: ita & Diabolus, & Dæmonum caterua, qui erant cum alijs incorporeis, illorum quidem in dominum deum beneuolentiam non sunt imitati, insolentiæ autem & arrogantiæ morbo susceptо, ad id quod est deterius conuersi sunt, & à priori sorte exciderunt. Hoc autem declarauit diuinus Apostolus, de Episcopali ordinatione legem ferens. Non Neophytum, ne in superbiam elatus, in iudicium incidat diaboli. Per hæc enim verba innuit, quòd superbia causa fuit diabolo vt caderet. Ad Ephesios autem scribens, declarauit, quòd antequam ad id quod est deterius esset conuersus, erat ei credita aeris administratio. Secundum principem, inquit, potestatis aeris huius spiritus, qui nunc operatur in filios diffidētiæ. A priori autem ordine lapsus, habet eos ministros qui deo contradicunt. Dominus quoque dixit in sacris Euāgelijs. Vidi satanam tanquam fulgur de cœlo cadentem. Et in alio loco. Ille, inquit, homicida erat ab initio, & in veritate non stetit. Hoc autem ostendit, quod à veritate auersus, veritati contraria elegit. Beati quoque prophetæ Esaias & Ezechiel similibus ænigmatibus vsi sunt. Id enim significat illud, Super astra ponam thronum meum, & ero similis altissimo, & comprehendam orbem terræ tanquam nidū & tanquam derelicta oua tollam. Ezechiel quoque per principem Tyri, Apostatam, & qui defecit Principem, innuit, qui illi operatus est. Sic autem dicit. Hęc autem dicit Dominus Adonai. Tu signaculum similitudinis, plenus, sapientia, & corona pulchritudinis, & in delitiis paradisi dei genitus es, omnem lapidem indutus es. Deinde cum lapidum species enumerasset, subiunxit. A Quo die constructus es cū Cherubim inunctus inhabitante, & posuite in monte sancto dei, genitus es in medio lapidum igneorum, ambulasti irreprehensibilis tu in diebus tuis à qua die creatus es, donec inuentæ sunt iniquitates in te. A multitudine enim circumcursationis tuæ impleuisti promptuaria tua iniquitate, & peccasti, & vulneratus es a monte dei, deduxit te Chrubim ad vmbram ex medio lapidum ignitorum, exaltatū est cor tuum ob pulchritudinem tuam, corrupta est scientia tua cum pulchritudine tua, propter multitudinem peccatorum tuorū in terram proieci te, aduersarium regibus dedite, vt traducereris propter multitudinem iniquitatum tuarum, & iniusticiarum negotiationis tuę, prophanaui sanctificationem tuam educo ignem ignem in medio tui hic te deuorat. Hæc dicta Prophetæ ostendunt Diabolum quidem ab initio fuisse bonum, sua sponte autem ad id quod est deterius inclinationem susсepisse, improbis autem machinationibus improbitatem auxisse circuncursationem enim & negotiationem improbitatis cogitata vocauit. Eum traduxit, eius imbecillitatem coarguens, & iussit conculcari ab ijs qui eum olim adorabant. Eius enim vox est. Ecce dedi vobis potestatem calcandi super serpentes & scorpiones, & super omnem potestatem inimici. Porrò autem alia quoque multa licet inuenire, per quæ facile sciri potest, quòd bonus creatus Diabolus sua sponte ad vitium declinauit. Satis est autem etiam quod ei minatus est Christus suppliciū, ad ostendendū eum sua sponte improbitatem elegisse. Non est enim iusti Dei proprium eum punire qui necessitate malus fuit.

Matt. 25. *Lib. arb* *1. Tim. 3.* *Eph. 6.* *Ioan. 8.* *Eza. 14.* *Ezec. 28.* *Luc. 10.*

A B C

De Homine.

HOminem autem formatum esse dicimus, non à quibusdam Angelis, vt volunt Basilidis & Cerinthi fabulæ, neque ab Ialdabaoth, vt vult Sethianorum stupiditas nec a Sacla, vt asseruit Manetis amentia. Sed a diuina & sanctissima trinitate, quæ omnia fabricata est. Audiuimus enim sacram scripturam dicentem, vt dixit vniuersorum Deus. Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram. His quoque conuenientia dixit beatus Dauid. Manus enim, inquit, tuę fecerunt mē, & formauerunt me, doce me, & discam mandata tua. Manus autem Dei intelligimus, non aliquas partes corporales, sed creatricem eius potestatem. Non est enim composita, quæ est incorporea, nec potest circunscribi natura, vt vult Audeæ delyrium, sed simplex, formæque & figuræ expers, & quæ omnia comprehendit. Dum itaque audimus Mosaicam historiam narrantem quod accepit Deus limum è terra, & formauit hominem, scripti sensum inquirimus, & intelligimus quàm habet insignem in humanum genus affectionem, vniuersorum Deus. Hoc enim magnus Propheta significans, alia quidem dicit verbo fecisse Deum vniuersorum, hominem autem suis formasse manibus. Neque verò verbum in illis iussū intelligimus, sed solam voluntatem, neque hic operationem manuum, corporis formationem, sed ampliorem

Gen. 1. *Psal. 118.* *Manus. Gen. 2.*

D

pliorẽ in id quod ab eo factũ eſt affectionẽ. Sicut enim nũc ipſo volẽte fœtus in vtero creatur: & termi
nos qui in initio ab ipſo poſiti ſunt natura cõſequitur: ita etiã humanũ corpus è terra ipſo volẽte cõcre
uit & compactũ eſt, & caro factũ eſt, & ſãguis, & cutis, & adeps, & nerui, & venę, & arteriæ, & cerebrũ
& medulla, oſſiũ ſuſtentacula, & oculorũ tunicæ, & pupillæ puritas, & aurũ flexuoſi meatus, & odorũ
apprehenſio, & oris ad loquendũ inſtrumentũ, in quo dentes quidẽ implent vſũ chordarũ, lingua verò
A imitatur plectrum, mens autẽ dexterã Muſici. Cæterum quis pro dignitate ſatis poſſit mirari huius vita
prædíti animalis formationem? Quam & multi alij conantur calumniari, & in primis Manetis ſucceſſo
res. Quambrem non Deum ſed Saclam id formaſſe dicunt, qui eſt princeps materiæ. Græcorũ autem
ſapientes, Socrates, & Hippocrates, & Plato, & Xenophon, & Ariſtoteles, & Galenus, & innumerabi-
les alij, humani corporis aptam compoſitionem ſuſpiciunt, & admirantur vſum vniuſcuiuſque particu
læ: fatentúrque laudes ſuas ſuperari à præclari vniuerſorum artificis ſapientia, quæ in hoc animali cer-
nitur, adeò ſunt ij execrandis hæreticis meliores, cum neque Propheticam agriculturam ſuſceperint,
nec Apoſtolis ducibus eis frui contigerit. Sed ſoli rationi diuinarum rerum cognitionem permiſerint.
Atque hęc quidem dico, non vt de errore, quo multos Deos adorant, illos qui vocantur Philoſophos
defẽdã: Sed vt oſtendam eos qui ſe de Chriſti appellatione iactitant, nõ ſolũ Philoſophis, ſed ipſis etiã
Dæmonibus eſſe magis impios. Quid eſt enim his magis impium, qui ex re qualibet capiunt occaſionẽ
blaſphemię & maledicti aduerſus creatorem? Nos autẽ eũ in omnibus laudare didicimus nõ ſolũ in iis
quæ videtur iucũda, ſed etiã in iis quę moleſta & acerba putãtur. Sed nondũ de iis tractandũ eſt. Opor
tet enim noſtrã orationẽ ſeruare cõpoſitionis conuenientiã. Dicimus ergo ex quatuor elemẽtis forma-
tum eſſe corpus. Habet enim ab igne quidem caliditatẽ, abdere verò frigiditatẽ, à terra autem ſiccita-
tem, & ex aqua humiditatem. Animam autem ſimplicem eſſe dicimus, & ratione prædítam, & immor
B talem, non tamen ante corpus præexiſtere. Pythagoras enim, & Plato, & Plotinus, & qui eius ſectæ fũt
immortales animas eſſe confeſſi, dixerunt eas ante corpora præexiſtere, & eſſe quendã innumerabiliũ
animarum populũ, etquæ peccant quidem, demitti in corpora, vt tali purgatæ diſciplina in locum pro
priũ reuertãtur: quæ autẽ etiã in corporibus vitã iniquã et ſceleratam amplexæ fuerint, in rationis exper
tia demitti animalia. Eos quidem qui amaræ bilis ſunt et iracundiæ veneno referti, in ſerpentes, rapa-
ces verò in lupos, audaces autem in leones, fraudulentos in vulpes et eiuſmodi quaſdam ineptas cõfin
xere fabulas. Aiunt autẽ Peripateticos animæ quoque immortalitatem ſuis ſcriptis auferre. Doctiſſimi
autem medici bonã corporis temperaturam animam appellarunt, ex affectionibus autẽ quæ corpori e
ueniunt, ex morbo comitiali, inquam, apoplexia, et phreneſi hanc opinionem acceperunt. Quia enim
vnaquæque harũ affectionum affert rationi exitium, et vt ea euaneſcat et intereat efficit: exiſtimarũt bo
nam corporis tẽperaturã eſſe animã. Oportebat autẽ ipſos cõſiderare, quòd etiã qui lyra ſcit, ſi nõ rectè
aptata et inſtructa lyra fuerit, ſuam non oſtendit ſcientiã. Nã ſi vel nimis intenſæ vel remiſſę chordæ
fuerint, harmoniã, et concentũ corrũpunt. Quòd ſi etiã aliquæ exectę fuerint, omnino otioſum muſicũ
efficiunt. Hoc itidem videri poteſt in tibiis et aliis inſtrumentis. Ita etiam cymba madefacta, vel præ-
ter artis rationem conſtructa, artẽ gubernatoris deperdit, et equi claudicantes, vel natura tardi, atque
etiam quæ curribus eueniunt affectiones, Aurigis pernicię afferunt. Ita etiam animam nonnullę corpo
rum affectiones, non ſinũt oſtendere operationẽ rationis. Sed ſi in lingua quidem fuerit affectio, ſermo
ſiſtitur. Sinautem in oculis, videndi operationis facultas non amplius procedit per particulam. Quòd
ſi in membranam, quę meninx dicitur, morbus incubuerit: vaporum et ſuccorum malignitas cerebrũ
offendit, ab iis autem inundatum et obrutum, non recipit operationem animę, ſed eſt ſimile alicui a-
C qua obruto, qui pedes, et manus et reliqua membra corporis mouet temerè, Bona ergo corporis tempe
ratura nõ eſt ſubſtãtia animæ. Sed in bona corporis tẽperatura animę ſubſtãtia ſuam ſapientiã oſtẽdit,
Hi ergo in hãc à ratione alienã opinionẽ inciderũt impii hæretici, Carpocrates, et Epiphanes, et Pro-
dicus, et Caiani, et Antitactę. Euchitę autẽ multo his magis impias nugas ſibi cõparauere. Dicebãt enim
animas in corpora demitti, vt dũ omnẽ in his intẽperãtiã et iniquitatẽ facerẽt, impietatis ſtudiis mũdi
creatores Angelos colerẽt. Eccleſia autẽ diuinis verbis credẽs, quæ ab his dicũtur valde execratur, auer
ſatur autẽ etiam aliorũ fabulas. Diuinæ autẽ ſcripturæ credẽs, dicit animã vnà cũ corpore fuiſſe creatã
nõ ex materia quidẽ ſeminis habentẽ creationis cauſam, ſed ex effectoris voluntate poſt cõſiſtentẽ cor
poris formationem. Etenim diuiniſſimus Moyſes dixit quidem prius Adæ formatũ eſſe corpus, deinde
ſic in ipſum animam inſpiraſſe. Accepit enim Deus limũ terræ, et formauit hominẽ, et inſufflauit in fa
ciem eius ſpiritum vitæ, et factus eſt homo in animam viuentem. Illam autem inſufflactionem nõ dici
mus eſſe aliquam diuinæ ſubſtantię partem, vt cenſet Cerdonis, & Marcionis rabies: ſed animæ natu
ram per id ſignificari dicimus, quòd ſcilicet anima eſt ſpiritus ratione prædítus & intelligens. Rurſus
autem etiam in legibus idem Propheta nos apetè docuit, quòd corpus prius, formatur, deinde ita pro
creatur & inſeritur anima. De eo enim qui prægnantem percuſſit, dixit. Si egreſſus fuerit formatus fœ
tus, reddet oculum pro oculo, dentem pro dente, & quæ deinceps ſequuntur. Si autem nõ egreſſus fue
rit formatus, multabitur, hac ratione docens id quidem quod eſt formatum, eſſe animatum, quod au-
tem nõ eſt formatum, eſſe inanimatum. Benedictus quoque Iob ita dixit Domino. Memento quòd lu
tum me formaſti, in terram autem me rurſus cõuertis. An nõ ſicut lac mulſiſti me, & tanquam caſeum
D coagulaſti, pelle & carne induiſti me, oſſibus autem & neruis compegiſti me? Et cum per hæc oſtendiſ
ſet priorem corporis formationem, ita animationis canticum laudatorium adiecit. Vitam, enĩ inquit,
et miſericordiam apud me poſuiſti. Meminit autem etiam curæ quæ ab eo poſt hæc geritur. Specula-
tio autem tua ſeruabat ſpiritum meum. Deinde prædicat Dei omnipotentiam. Hæc habens in in te ip

Philoſo.

Elementa

Philoſ. de anima.

Medici.

Lyricen.

Tebincẽ.
Cymba.
Equi.

Gen. 2

Inſufflatio.

Corp. prius quàm anima.

Iob. 10.

ſo,ſcio quòd omnia potes,& nihil eſt tibi impoſſibile.Prioris autem temporis priuilegijs Deus corpus honorauit,æqualitatem procurans.Quoniam enim animam effecit immortalem,corpus autem mortale: attribuit corpori priuilegia temporis,ne anima aduerſus ipſum gloriaretur,ſeque iactaret,ſi & natura & tempore eſſet ſuperior.

De prouidentia.

HAnc de anima,& corpore ſententiam à diuinis eloquijs didicit eccleſia.Non ſolum autem nouit opificem Deum vniuerſorum,ſed etiam curatorem,adminiſtratorem,& vniuerſorum gubernatorem.Eſt enim longè abſurdiſſimum,dicere quidem ipſum omnia feciſſe,non quòd ipſe vllum eis opus haberet,ſed ſola ſua benignitate & humanitate adductum: eorum autem quæ fecit nullam curam gerere,& creaturam,veluti cymbam aliquam & clauo & gubernatore deſtitutam,à contrariis ventis huc & illuc impelli,ſcopuliſque & rupibus alliſam confringi.Execrantur enim Diagoram impium,auerſamur autem etiam Epicurum,qui deum quidem eſſe concedit,ſed eum ad ſe conuerſum eſſe dicit & nihil eorum quæ fiunt in creatione ſentire.Ariſtotelis quoque prouidentiam reprehẽdimus.Ei enim lunam limitem conſtituit,duorum alterum,vel eius impotentiam,vel ſocordiam accuſans. Vel enim non habet potentiam quę ad vniuerſorum curam gerendam ſufficiat.Vel ſi habet,propter ſocordiam noſtra ſine regimine & gubernatione reliquit.Sed vtrunque eſt plenum blaſphemiæ.Qui enim vel minimas creationis partes fabricari voluit,quomodo poterit impotens vocari? Quomodo autem propter ſocordiam,eorum curam abiiciet quæ fecit propter bonitatis abyſſum? Sed illorum ſtultitiam ſatis conuincit Platonis prouidentia.Ille enim,& qui ſunt eiuſdem cum illo ſententiæ,dicunt vniuerſorũ Deũ omnium curam gerere.Deo autem prouidente,& curam gerente,de fato,& Parcis nentibus, fabula exploſa eſt.Eſt enim extremæ amentiæ,Deo gubernante,in terratum orbis nauem alium gubernatorẽ introducere.Oportet autem oratione diuidi ac diſtingui,quænam a prouidentiæ clauis & gubernaculis pendeant.& quæ ratiocinandi animæ facultati attributa ſint,& quænam quidem naturalia, quæ verò æquiuocè appellantur,vt quæ non ſint,ſed mala eſſe exiſtimentur.Rerum itaque humanarum,natura quidem bona ſunt,prudentia,& temperantia,& iuſtitia,& animi magnitudo,& aliæ partes virtutis.Mala autem,imprudentia,& intemperantia,& iniuſtitia,et timiditas, et alia quæ ſunt his ſimilia. Diuitiæ autem,et paupertas,et ſeruitus,et dominium,et ſanitas,et morbus,et aliæ vitæ humanæ proſperitates,et aduerſitates,ſunt cuiuſdam medię ſortis et conditionis.Sunt enim veluti quædam inſtrumenta hominibus propoſita.Et qui ſunt quidem ex hominibus optimi et prętantiſſimi,per vnumquodque eorum quę dicta ſunt,ſibi virtutem cõparant.Tam enim eos qui ſe propter diuitias efferunt,quàm qui in paupertate degunt,videre licet virtutis curam gerentes,et benefactorem in ſanitate laudantes,et in morbo ſe toleranter,et fortiter gerentes:et ſeruos qui propter temperantiam et iuſtitiam clari euadunt,et rurſus alios,qui in pauperte quidem vitium amplectuntur,et non ſolum furantur,ſed etiã mortuorum monimenta diripiunt,et ſacrilegia committere non verentur.alios verò qui diuitias iniuſtitiæ inſtrumentum efficiunt,et in ſanitate quidem ſuperbi ſunt et inſolentes,in morbis autem maledicta et blaſphema verba eructant.Per quæ facile ſciri poteſt,quòd eorum quidem qui vtuntur, diuitiæ et paupertas,et ſeruitus,et dominium,et quæ ſunt his ſimilia,nunc quidem laudanda,nunc verò vituperanda ſunt quemadmodum et ferrum nunc quidem hominum vitę opem ferre dicimus,vt quod per arattrum bipalium,et ligonem terram colat,per falcem autem putet arbores,per dolabram verò et ſerram, et domorum et variorum inſtrumentorum et multiplicis ſuppellectilis conſtitutionem præbeat:nunc autem nonnulli id illi inſidiati dicunt,dum vident enſes, & cædes quæ per eos fiunt. Sed neque enſis cædium cauſa eſt,ſed is qui enſe malè vſus eſt.neque diuitiæ & paupertas, aliæque vitæ proſperitates & aduerſitates reprehendi & accuſari merentur,ſed qui vno quoque eorum prẽter leges vtuntur.Si enim vnunquodque eorum eſſet malum natura,non vllis vnquam bona conciliaret.Inuenimus autem multos per hęc ſe rectè & ex virtute geſſiſſe. Neque ergo malum eſt quod boni inſtrumẽtum efficitur,neque rurſus bonum,quod alij fit inſtrumentum ad vitium.Eſt ergo in ordine medium, ſicut etiam medicamenta.Opium enim,& cicuta,ſi à medicis cum optimo iudicio adhibita fuerint, ſunt ad propulſandos morbos optima remedia. Si autem præter artis rationem ſumpta fuerit,venena ſunt & exitialia.Panis autem & vinum nonunquam etiam morbos iis qui vtuntur afferunt.Exuperatio enim detrimentum procreat.Ita etiam proſperitatem & aduerſitatem,qui ea quidem rectè & ſapiẽter gubernant,ſalutaria medicamenta conſtituunt.Qui autem ſtultè & inſipienter,exitij occaſionem per ea ſuſcipiunt.Hæc ergo,& quæcunque ſunt his ſimilia,terræ fertilitas & ſterilitas,ſecunda nauigatio, et naufragium,dependent a diuina prouidentia.Quocirca oportet omnes ijs qui ab ipſo fiunt acquieſcere,et de cauſis non eſſe ſollicitos Diuinæ enim adminiſtrationis rationem nemo poteſt aſſequi:eorũ autem quæ ſunt in noſtra poteſtate curam gerere:et vitium quidem omnino expellere, virtutem autẽ admittere,et eius partibus oblectari,et quemadmodum mulieres,quæ ſe ornandi ſunt ſtudioſæ,exornandi arte corpus elegans et ſplendidum efficiunt:ita etiam animę ornare decorem,temperantiæ, et iuſticiæ,& fortitudinis,et prudentiæ floribus.In noſtra enim eſt poteſtate eorum acquiſitio.Eſt autem extremæ ſtultitię,eorum quidem quę non ſunt in noſtra poteſtate poſſeſſionem,eámque facillimis mutationibus obnoxiam,tam anxiè quęrere:quę autem in noſtra ſunt poteſtate,quę ſunt & illuſtria & ſufficientia,firmáque & ſtabilia,tanquam vilia quædam, & vili facienda negligere .Si hanc retũ humanarũ diuiſionem cognouerimus:Diuinæ gubernationis motibus acquieſcemus,& de prouidentia quæ omnia gubernat non dubitabimus . videmus enim ordine mutari anni tẽpora,in tempore autẽ omnia produci,& vnũquodque fieri in tẽpore Neque enim,vt volunt petulantiſſimæ Manentis fabulæ,Mare

riç

riæ principes lucis filiam concupiſcentes,& eam perſequentes,ſudant,& pluuiam ſuppeditant.Sed vniuerſorum opifex innuit,& cõdenſantur nubes.Id autem docet apertè ſacra ſcriptura Suſtollés,enim inquit,nubes ex finibus terræ,fulgura in pluuiã fecit.Qui educit vẽtos ex theſauris ſuis.Et rurſus.Qui *Pſal.* 134.
euocat aquam maris,& effundit ipſam in faciem terræ.Et rurſus.Flabit ſpiritus eius,& fluent aquæ.Et 147.
alibi.Qui irrigat montes è tabulatis ſuis,de fructu operũ tuorũ cibabitur terra,qui producit fœnũ iu- 103.
A mẽtis,& herbã ſeruituti hominũ,vt producat panẽ è terra.Innumerabilia quoque alia poſſũt inueniri *Autor de*
in ſacra ſcriptura,quę Dei prouidẽtiã oſtendãt.Sed cũ iã dedẽ libros de prouidẽtia ſcripſerim,exiſtimo *prouiden-*
nunc ſuperuacaneum fuſius de ea dicere. *tia.*

De Seruatoris diſpenſatione,ſeu incarnatione

DE diuina autem incarnatione quid ſentiamus operæ pretium eſt oſtendere. Quod enim de ea dicetur,id vniuerſorum Dei prouidentiam apertius prędicat. Valentinus ergo in fabulis qua finxit,alium quidem dixit eſſe vnigenitum,alium verò verbum,et alium Chriſtũ qui eſt intra pleroma, & aliũ Ieſũ,aliũ rurſus Chriſtũ qui extra eſt.Incarnatum autẽ dixit eſſe Ieſum.Chriſto qui extra eſt indutũ& accepiſſe corpus ex animæ ſubſtantia per virginẽ autem traieciſſe,nec ex humana natura quid quam cœpiſſe.Baſilides quoque ſimiliter alium vnigenitum,& aliud verbum,& aliam dixit ſapientiã. Cerdo autem,& Marciõ,& Manes,tanquã hominem apparuiſſe Chriſtus dicebãt,cum nihil humani haberet.Cerinthus autẽ Ieſum quidẽ ex Ioſeph et Maria eſſe genitum ex cõmuni lege hominũ: Chriſtũ autẽ è ſuperis ad Ieſum deſcendiſſe.Ebionęi autem, & Theodotiani,& Artemoniani & Photiniani,dixerunt ſolum hominem Chriſtũ ex virgine natum eſſe. Arrius autem,& Eunomius,eum quidẽ corpus dicebant accepiſſe,ſed diuinitatem vſum animæ exercuiſſe.Apollinaris autẽ dicebat quidem Seruatoris corpus eſſe animatum,ſed ratione prædita non habuiſſe animam.Mens enim eſt,inquit,ſuperua- *Veritas ec-*
B canea,vbi Deus adeſt.Multarũ autẽ hæreſũ poſui opiniones,volens oſtẽdere veritatẽ eccleſiæ. Eccleſia *cleſiaſtica*
enim eundem & filium,& vnigenitum,& Deum verbum,& Seruatorem Dominum,& Ieſũ Chriſtũ nominat.Sed filius quidem vnigenitus,& Deus verbum,& Dominus nominabatur,etiam ante incar- *Ieſus.*
nationem,& poſt incarnationem ſimiliter vocatur.Ieſus autem Chriſtus poſt incarnationem idem no *Luc* 1.
minatus eſt,ex rebus ipſis acceptis appellationibus.Ieſus enim interpretatur Seruator.Huius autẽ teſtis *Mat.*1.
eſt Gabriel,dũ dixit virgini,Vocabis nomẽ eius Ieſum,quia ipſe ſeruabit populũ ſuum à peccatis eius. *Chriſtus.*
Chriſtus autẽ,hoc eſt vnctus,apellatus eſt,propter vnctionẽ ſpiritus.Dicit enim pſalmiſta Dauid.Propterea vnxit te Deus Deus tuus oleo lętitiæ præ cõſortibus tuis.Per linguã autẽ Eſaiæ Prophetæ dixit ipſe Dominus Spiritus Domini ſuper me,qua de cauſa vnxit me.Ita autẽ intelligere Propheticã ipſe nos Dominus docuit.Synagogã enim ingreſſus,cum librum Propheticũ accepiſſet,antè dictũ quidẽ locũ legit.Dixit autẽ ptæſentibus.Hodie impleta eſt ſcriptura hęc in auribus veſtris.Prophetis quoque cõue nientia prædicauit magnus Apoſtolus Petrus.Cornelio enim,& eius familię oſtẽdens myſteriũ,ſic dixit.Vos ſcitis verbum quod factum eſt per vniuerſam Iudęam,incipiens à Galilęa poſt baptiſmũ , quę prædicauit Ioãnes.Ieſum à Nazaret vnxit eũ Deus ſpiritu ſancto & virtute.Ex his ergo manifeſtũ eſt quòd propter vnctionem ſpiritus nominatus eſt Chriſtus.Vnctus eſt autem,nõ vt Deus,ſed vt homo. Etſi autem quatenus homo,vnctus eſt,& poſt incarnationem Chriſtus nominatus eſt,nõ eſt tamen a-
C lius Deus verbũ,& alius Chriſtus.Deus enim verbũ homo factus,nominatus eſt Ieſus Chriſtus.Homo autem factus eſt,vt à peccato corruptam naturã renouaret,propterea totã quę peccauit accepit,vt toti mederetur.Neque enim diuinitatis integumento vtens,ſuſcepit naturam corporis , vt voluit Arrij & Eunomij delyrium.Erat enim ei facile vel ſine corpore videri,vt olim Abrahæ,& Iacob,& alijs ſanctis Prophetis viſus eſt.Sed voluit ipſam deuictam naturam ſuperare aduerſariũ,& referre victoriam . Ea de cauſa &corpus accepit,&animam ratione præditam.Hominem enim ſacra ſcriptura nõ diuidit tripertito:Sed ex anima & corpore dicit hoc animal cõſtare.Deus enim cũ ex limo corpus finxiſſet,in- *Homo.*
ſpirauit animam,&duas naturas oſtendit,non tres.Ipſe autem Dominus dixit in Euangelijs.Ne timete eos qui occidunt corpus,animam autem nõ poſſunt occidere.Multa autem eiuſmodi poſſunt inueniri in ſacra ſcriptura.Quòd autem non diuinitati integumentum cõſtruens,vt volunt Hęreticorum *Matth.*10.
fabulæ,ſed per primitias toti generi victoriã procurãs,perfectã humanã accepit naturã,teſtis verus & *Rom.*5.
doctor abſolutus eſt diuinus Apoſtolus.In Epiſtola enim ad Romanos,œconomiæ aperiens myſteriũ ſic inquit.Propterea ſicut per vnũ hominẽ peccatũ in hunc mundũ intrauit,& per peccatũ mors,& ita in omnes homines mors peruaſit,in quo omnes peccauerũt.Cũ autẽ per hæc,peccati initiũ,& fructũ qui ex eo germinauit,& eũ qui à principio illud ſuſcepit,oſtẽdiſſet,eius quoque finẽ oſtẽdit.Vſque ad legẽ enĩ,inquit,peccatũ erat in mũdo,peccatũ autẽ nõ imputatur,cũ lex nõ ſit. Sed regnauit mors ab Adã vſque ad Moyſẽ etiã in eos qui nõ peccauerunt,in ſimilitudinẽ pręuaricationis Adã,qui eſt forma futuri Moſẽ autẽ vocat legẽ.Vſque ad Seruatoris autẽ aduentũ,vigebat legis inſtitutio & adminiſtratio.Tranſgrediẽtibus autẽ & iis qui ſub illius erãt regimine,& iis qui legi naturæ ſuberant , inferemors regnauit,eius potentiã peccato confirmãte.Mors enim erat peccati condẽnatio.Cum ita docuiſ-
D ſet,& vndenã peccatũ accepit initiũ,ei quouſque mors regnauit,oſtẽdit quomodò diſſoluta eſt & confracta eorum potentia,& immenſam Dei laudat benignitatem,dicens,Sed non ſicut delictũ,ita et donũ.Si enim vnius delicto multi mortui ſũt:multo magis gratia Dei & donũ,in gratia vnius hominis Ieſu Chriſti in multos abũdauit.Superat,inquit,benignitas et humanitas iuſtitiã.Iuſtitiæ enim decretũ, cum vnus peccaſſet,vniuerſorũ genus morti tradidit.Diuina autẽ miſericordia,cũ omnes homines eſſẽt ſub maledicto,et peccati laqueis eſſent implicati,per vnius iuſtitiam dedit omnibus ſalutẽ.Seruato

rem autem appellauit hominem,non negans eius diuinitatẽ:sciebat enim eum ẽsse Deũ,& honore patri æqualem: sed docens quod simile simili curatum est & primitijs totum fuit sanctificatum. Quantũ enim ad humanitatẽ attinet,cum legi subiectus legem impleſſet,eos qui legẽ trãſgreſſi erant liberauit A à maledicto. Deinde idem rurſus dictum aliter verſat. Et non ſicut per vnum qui peccauit,donum. Nã iudiciũ ex vno in condemnationem,gratia autem ex multis delictis in iuſtificationem. Quãdo,inquit, vnus peccauit,omnes condemnati ſunt: nũc autẽ cum omnes peccauerint,omnibus volentibus ſalus propoſita eſt per fidem. Cum ſic oſtendiſſet vnius iuſtitiam fuiſſe cõmunis peccati ſalutare medicamẽtum,oſtendit per ipſum quoque fuiſſe peractam mortis diſſolutionem. Si enim vnius delicto mors regnauit per vnum: multo magis abundantiam gratiæ & donationis & iuſtitiæ accipientes, in vita regnabunt per vnum Ieſum Chriſtum. Peccatũ,inquit,mortẽ cõciliauit,vitam autẽ in regno,vnius hominis iuſtitia. Seruamur,nõ lege,ſed diuina miſericordia iuſtitiam aſſequentes. Lex enim eius quod iuſtũ eſt,omnes ad ſupplicium adduxit. Omnes enim fuimus peccati perpetratores. Si enim cum vnus peccaſſet, genus condemnatũ eſt,erat vtique omnino iuſtius eos qui ſub peccato fuerunt ſubire ſuppliciũ Sed diuina miſericordia eius quod iuſtum eſt limites tranſilijt,& benignitas vicit æqualitatem,& cum vnus legem impleuerit,licet omnibus ei credere volentibus frui ſalute. Cum autem in his oſtendiſſet humanitatis inæqualitatem,rurſus ad reddendam ſui dicti rationem ſe confert. Igitur ſicut per vnius delictum in omnes homines in cõdemnationem: ſic & per vnius iuſtitiam in omnes homines in iuſtificationem vitæ. Deinde tranſit à rebus ad perſonas. Sicut enim per vnius hominis inobedientiam peccatores conſtituti ſunt multi: ita & per obedientiam vnius,iuſti cõſtituentur multi. Valde autem neceſſario illud Multi,in vtroque poſuit. Etenim cum Adam peccaſſet,& plurimi diuinas leges tranſgreſſi eſ- B

Multi. ſent,permanſerunt nonnulli in decretis naturæ,& virtutis curam geſſere,ſicut Abel,Enoch,& Noe,& Patriarchæ,& Prophetæ,& alij plurimi,non ſolum apud Iudæos,ſed etiam apud alias gentes,de quibus dixit diuinus Apoſtolus: Quando enim gentes,quæ legem nõ habent,quæ legis ſunt natura faciũt

Rom.2 ij legem non habentes ſibi ipſis ſunt lex,& poſt Seruatoris aduentum,non omnes ſalutem aſſequuntur ſed qui credunt,& vitam ex diuinis eius legibus inſtituunt. Ea de cauſa,& in exẽplari,& in imagine,illud Multi,poſuit. Sed videamus quanã de cauſa homo factus eſt vnigenitus Dei filius,& humana ſuſcepta natura,homo appellatus eſt. Hanc autem doctrinam nobis obtulit,etiam in epiſtola ad Corinthios

1 Cor.15 Sic autem dicit, Nunc autem Chriſtus reſurrexit à mortuis, primitiæ eorum qui dormierunt Quia enim per hominem mors, & per hominem reſurrectio mortuorum Deinde à natura tranſit ad perſonas,& dicit,Sicut enim ómnes in Adam moriuntur,ſic etiam in Chriſto omnes viuificabũtur. Et non dixit, Seruabuntur, ſed viuificabuntur Communis enim eſt reſurrectio poſt reſurrectionem autem fiet diſtinctio. Et hoc declarauit ſubiungens, Vnusquiſque autem in proprio ordine. Mul-

Ordines ſeruãdorum et dãnãdorum. ti enim ſunt, & eorum qui puniuntur, & eorum qui ſeruantur, ordines. Pro qualitate enim & quãtitate iuſtitiæ præbebuntur donorum remunerationes. Similiter autem & pro peccatorum differentia erunt ſupplicia.

Quòd Dominus ſuſceperit ſupplicia:

QVoniam ergo diuinæ incarnationis cauſam didicimus,age oſtendamus diuinorum eloquiorum afferentes teſtimonia,quòd homo factus Deus verbum humanũ corpus ſuſceperit. Primũ enim, C

Eza.7 faciæ erant corporis,non diuinitatis Deinde butyrum,& mel,quòd propheta longè antè prædicit,et lac maternum,& alius cibus,& potus oſtendit naturam eorum ſuſceptricem. Si quis autem per ſtultitiam obiiciat nutrimentum,quòd fuit in Abrahæ tabernaculo,is ſe ſtultè loqui intelligat. Illa enim fie-

gen.18. ri videbantur: alio autem ſunt conſumpta modo,quem is demũ nouit qui conſũpſit. Quòd ſi quis etiã ſtolidè conceſſerit incorpoream illorum fuiſſe participem: illic tamen nec famen,nec ſitim inuenies.

Largitur hic autem indigentia tales excitauit affectiones,non quòd non poſſet efficere vnita diuinitas, vt corpus ab indigentia alienum eſſet. Qui enim paulo poſt omnibus corporibus immortalitem largitus eſt facilius ſuum corpus ab egeſtate inuictum reddidiſſet. Sed ei conceſſit ſuam naturam oſtendere,vt hę reſes quę illius adſumptionem negarent,falſum dicere apertè conuincerentur. Quemadmodum enim cum id morte potentius poſſet reddere (nam hoc etiam fecit poſt tres dies) pati tamen,& mori permiſit,vt incarnationis œconomię myſterium impleret: ita etiam conceſſit eſurire,& ſitire,& defatigari,

Phantaſio docitæ. et dormire,ne vllam caperent occaſionem Docitæ,id eſt qui non verè,ſed ſola viſione et apparitione credebãt fuiſſe myſterium incarnationis,confirmandi falſam ſuam hæreſim. Fames ergo,et ſitis,et præterea defatigatio,et labor,et ſomnus,humanum eſſe corpus teſtantur corpus Domini. Hoc autem con-

Heb.2 firmans diuinus Apoſtolus,clamat,dicens. Quia ergo pueri cõmunicarunt carni et ſanguini, ſimiliter et ipſe eorum fuit particeps,vt per mortem deſtrueret eum qui mortis habebat imperium, et liberaret eos quicunque timore mortis per totã vitam erant morti obnoxii. Per hæc autẽ apertè declarauit,quòd

Gen.49 eandem quam nos naturam induit. Si quis autem ęgrè fert indumentum,audiat Patriarchã Iacob præ-

Heb.10. dicentẽ. Lauabit in vino veſtem ſuam,et in ſanguine vuæ indumentum ſuum. Audiat autem diuinum D quoque paulũ clamantẽ, Habẽtes itaque fratres libertatẽ in introitu ſanctorũ in ſanguine Chriſti, quã initiauit nobis viam nouam et viuentẽ per velamen,id eſt carnem ſuam, et Sacerdotẽ magnum ſuper domum Dei,accedimus cum vero corde in plenitudine fidei,et quæ deinceps ſequũtur. Velamẽ enim carnẽ eius appellauit,ſicut Patriarcha Iacob veſtẽ et indumẽtum. Cæterũ ſuperuacaneũ eſt de his dicere prolixius,cum et nouum,et vetus teſtamentum apertè oſtendant corpus Domini.

Quòd

Quòd ſuſceperit etiam animam cum corpore.

QVòd autem etiam animam ratione præditam ſuſceperit vnigenitus Dei filius, homo factus, docet Lucas Euangeliſta, dicens. Ieſus autem proficiebat ætate, & gratia apud Deum & homines. Proficit autem ætate quidem corpus ſapientia autem anima. Diuinitas enim neutrum incrementum ſuſci- *Luc.2*
A pit. Eſt enim omni ex parte perfectũ Dei verbũ. Iure autem, ætatis augumento coniunxit incrementũ ſapientię. Pro menſura enim ętatis corporis, reuelabat diuina natura ſuam ſapientiam. Apertius autem adſumptam eſſe animã docet Dominus. Iis enim, qui conijciebant paſſionẽ eſſe inuoluntariã, dicebat ante paſſionem, Poteſtatem habeo ponendi animam meam, & poteſtatem habeo rurſus accipiendi ip- *Ioan.10.*
ſam. Nemo tollit ipſam à me, ego pono ipſam à me ipſo vt rurſus accipiam ipſam. Per hæc autẽ apertè declarauit, quòd alia quidem eſt quæ ponitur & ſumitur anima, alia autem, quæ ponit & ſumit, diuini- *Alia*
tas. Aliam autem & aliam dixi, non in duas perſonas diuidens, ſed naturarum oſtendens differentiam. Sic etiam alibi dixit. Propterea pater me diligit, quia ego pono animam meam pro ouibus. In alio autẽ *Ioan.12*
loco etiam turbationem quam ſuſtinuit anima tempore paſſionis apertè oſtendit. Dixit enim. Nunc anima mea turbata eſt. Et, quid dico? Pater ſerua me ab hac hora. Sed propterea veni ad horã hanc. Per has autem cogitationes, nunc quidem paſſionem reformidantes, nunc autem metum abiicientes, triſtitiam & angorem oſtendit, hunc autem eius timorem docuit Lucas apertius. In tanta enim eum agonia fuiſſe ſcribit, vt cruentus eſſet ſudor eius corporis. Fuit, enim inquit, ſudor eius tanquam guttæ ſanguinis. Hoc autem etiam adiecit, quòd Angelus veniens confirmauit ipſum, Cõſidera autem mihi per omnia humanæ naturæ imbecillitatem. Cur enim etiam vnita vnigeniti diuinitate, & ſpiritu tanquam vnctione præſẽte, Angelus ſuſtentat animæ & corporis imbecillitatẽ? an clarũ eſt quòd diuina permittente natura hæc omnia facta ſunt, vt eorum qui poſtea futuri erant, ii quidem qui animæ & corporis adſumptioni crederent, confirmarentur demonſtrationibus: qui autem contradicerent, euidentibus teſtimoniis conuincerentur?

B

Quòd perfectam humanam ſuſceperit naturam.

PRopterea autem ſeipſum & hominem, & filium hominis appellat. Sæpe enim dixit Apoſtolis. Tra- *Filius*
detur filius hominis in manus hominum, & ocident ipſum, & tertia die reſurget. Ei autem qui ſe- *hominis.*
qui volebat. Vvlpes, inquit, foueas habent, & volucres cœli nidos; filius autem hominis non habet vbi *Luc.9*
caput reclinet. Iudæis autem apertè dixit Quid me quæritis interficere, hominem qui veritatẽ dixi vo- *Ioan.8*
bis, quam audiui à patre meo. Diuinus autẽ Apoſtolus clamat. Vnus Deus, vnus etiã interceſſor Dei & *1 Tim.2*
hominum. Et rurſus. Quoniam per hominem mors, & per hominẽ reſurrectio mortuorum. Ea de cau- *1 Cor.15.*
ſa ſemen Abrahæ, & filius Dauid nominatus eſt. Quia enim pollicitus eſt Abrahæ vniuerſorũ Deus ſe in *Semen A-*
ſemine eius benedicturum omnes gentes, & promiſſionem edit & Iſaac, & Iacob: iure diuinus Apo- *brahæ.*
ſtolus ſcribens ad Galatas dixit. Abrahæ autem dictę ſunt promiſſiones & ſemini eius, et docens quem
nam dicit ſemen, ſubiunxit. Nõ dicit ei, Seminibus, vt in multis, ſed in vno. Et ſemini tuo, qui eſt Chri- *Gal.3*
ſtus. Et ad Hebræos ſcribens, ſic dixit. Non enim Angelos vtique apprehendit, ſed ſemẽ Abrahæ appre
hendit. Vnde debuit in omnibus, fratrib⁹, aſſimilari, vt miſericors eſſet et fidelis Sacerdos, in iis quę ad
Deum pertinent. Præterea autem etiam Iudę, quàm ab vniuerſorum Deo accepit, Iacob Patriarcha be- *Heb.2*
nedictionem tribuit, dicẽs. Non deficiet princeps ex Iuda, et dux ex fœmoribus tuis, donec venerit cui *Gen.49.*
repoſitum eſt, et ipſe erit expectatio gentium. Iam verò Michæas quoque Propheta reuocat prædictio
nem, dicens. Et tu Bethleem terra Iuda, nequaquam es minima in principibus Iuda, Ex te enim egre-
dietur mihi dux, et egreſſus eius ab initio à diebus ſęculi. Et rurſus diuinus Apoſtolus oſtendit finem *Mich 5.*
C prædictionum, et ſubiunxit. Manifeſtum eſt enim quòd ex Iuda exortus eſt Dominus noſter. Has autem promiſsiones Dauid quoque Rex et Propheta ab vniuerſorum Deo accepit. Dixit enim ei, Vſque *Heb.7*
in ſæculum parabo ſemen eius: et ædificabo in generationem et generationem thronum tuum. Et rur- *Dauid ger*
ſus. Et ponam in ſæculum ſæculi ſemen ipſius, et ſedem eius, vt dies cœli. Et paulopoſt. Semel iura- *mẽ Pſa.88*
ui in ſancto meo, ſi Dauid mentiar, ſemen eius in ſæculum manet, et ſedes eius tanquam ſol corrã me,
et tanquam luna perfecta in ſæculum, et teſtis in cœlo fidelis. Has autem promiſſiones, per Eſaiam pro- *Eſa.11*
pheram, verax rurſus Dominus renouauit. Egredietur enim, inquit, virga de radice Ieſſæ, et flos è radi
ce aſcendet, et requieſcet ſuper ipſum ſpiritus Dei, ſpiritus ſapientiæ, et prudentiæ, ſpiritus conſilii et
fortitudinis, ſpiritus cognitionis, et pietatis, ſpiritus timoris Dei implebit ipſum, et quę deinceps ſequũ
tur in eadẽ ſententia. Et rurſus. Erit radix Ieſſæ, et exurgẽs ad imperandũ gentibus, in ipſum gentes ſpe
rabunt, et erit requies eius honor. Et in alio loco. Et diſponam, inquit, teſtamentũ nouum, ſancta Dauid *Eſa.55*
fidelia. Quæ enim promiſit illi implebo, et per ſemẽ illius ſeruabo orbẽ terræ, eſt enim mihi fidelis et
vera promiſſio. Harũ promiſſionum veritatẽ oſtẽdens Matthęus Euangeliſta in ipſo proœmio libri ſui
annunciat orbi terrarum quòd floruit expectatio Liber eni m inquit, generationis Ieſu Chriſti, filij Dã- *gentium.*
uid, filij Abrahæ, Vtriſque enim factæ erant de ſemine promiſſiones. Quinetiam diuinus Apoſtolus ſcri
bens ad Romanos, in principio epiſtolæ oſtendit finem promiſſionis factę Dauid. Paulus, enim inquit
ſeruus Ieſu Chriſti, vocatus Apoſtolus, ſegregatus in Euangelium Dei, quod promiſit per Prophetas
ſuos in ſcripturis ſanctis, de filio ſuo, natò ex ſemine Dauid ſecundum carnem. Cum autem adiecit il-
D lud Secundũ carnem, oſtendit quòd Dominus noſter Ieſus Chriſtus erat etiam Deus ante ſæcula. Filiꝰ
autem Dauid ſecundum humanã naturam appellatus eſt, & hoc docens, apertius ſubiunxit, Filij Dei in
virtute ſecundum ſpiritum ſanctificationis, ex reſurrectione à mortuis Domini noſtri Ieſu Chriſti.

Cum enim à mortuis, inquit, resurrexisset, & spiritus gratia Apostolos implesset, per miracula quæ ab illis facta sunt Deus ostensus est. In nomine enim eius maxima miracula fecerunt. In medio autem epistolæ, cum bonorum olim Iudæis datorum mentionem fecisset, subiunxit. Quorum patres, & ex quibus Christus secundum carnem, qui est in omnibus Deus, & in vna persona duarum naturarum differentiam ostendit, ex Iudæis quidem natum secundum carnem, in omnibus autem Deum, vt Deum, & in sæcula benedictum. Beato autem Timotheo præcipit, dicens. Memento Iesum Christum resurrexisse a mortuis ex semine Dauid secundum Euangelium meum, in quo laboro vsque ad vincula quasi maleficus. Multa quoque alia possunt inueniri testimonia in vtroque testamento, quæ prædicant Domini nostri cognationem secundum carnem. Hæc autem sufficiunt ad docẽdum, quòd perfectam humanam accepit naturã, & ideo & filius Dauid, & filius Abrahæ, & filius hominis, & homo, & Adam, & Iacob, & Israel nominatus est. Quemadmodum enim erat perfectus Deus: ita etiam homo perfectus, perfectam salutem præbuit hominibus.

Rom. 9.

2. Tim. 2.

A

Quòd quam suscepit naturam suscitauerit.

QVòd autem etiam quam suscepit naturam suscitauerit, testatur quidem ipse, Apostolis & manus, & pedes ostendens, restantur & Thomę digiti, qui vulnera tetigerunt. Hoc autem reliqui quoque fecerunt Apostoli, iubente Domino. Palpate, enim inquit, & videte, quoniam spiritus carnem & ossa non habet, sicut me videtis habere. Clamat autem etiam diuinus Ioannes Apostolus in principio epistolæ. Quod vidimus, & manus nostræ contrectauerunt. Magnus autem Petrus apud Iudæos concionans, cum mentionem fecisset prædictionis Dauid, quam predixit de resurrectione Domini, hæc quoque dicit. Viri fratres, cum liceat libetè ad vos dicere de Patriarcha Dauid, quòd & mortuus est & sepultus, & sepulchrum eius est apud nos vsque in hodiernum diem. Propheta igitur cum esset, & sciret quòd iureiurando iurasset illi Deus de fructu lumbi eius secundum carnem suscitaturum Christum, vt sederet super sedem suam: prius significauit dicẽs de resurrectione eius, quòd non derelicta est in inferno anima eius, nec caro eius vidit corruptionem. Duo ergo nos simul testes docent, hic quidem Apostolus, ille verò Propheta, alter quidem prædicens, alter verò post finem interpretans prædictionem, quòd non diuinitatis sed corporis & animę est resurrectio, quorum autem resurrectio, eorum vtique erat passio, anima non vnà cum corpore perempta, sunt enim immortales etiam animæ hominum, sed corpore per separationem animæ finem accipiente. Diuinitas autem non est quidem separata ab humanitate, nec in cruce, nec in sepulchro. Sed cum esset immortalis & immutabilis, nec mortẽ, nec passionem sustinuit. Si enim anima, propter immortalitatem ei insitam, non fuit particeps mortis corporis quomodo fieri potuit, vt natura quæ circumscribi non poterat, vel crucifigeretur, vel sepulchro mandaretur? Hoc significantes quatuor Euangelistæ, Ioseph ab Arimathia mentionem fecere, dicentes eũ accessisse ad Pilatum, & petiisse corpus Iesu, & cum Pilatum dedisset, corpus de ligno deposuisse, & sindone inuoluisse, & sepulchro tradidisse. Sæpè autem corporis nomen posuerunt, impudens os blasphemantium apertis & euidentibus testimoniis obstruentes.

Luc. 24.

1. Ioan. 5.

Act. 2.

B

Diuinitas ab humanitate inseparabilis.

Matt. 27. Mar. 15. Luc. 23. Ioan. 19.

Quòd idem sit & bonus & iustus.

QVia autem execrandus Marcion alium dicit iustum, quem etiam Creatorem appellat, alium autẽ bonum, quem dicit esse Iesum Christum: age de eo quoque pauca differamus, & ostendamus Dominum nostrum Iesum & seruatorem & creatorem, eundémque & bonum & iustum. Quia enim audiuit scelestissimus legem dicentem, Oculum pro oculo, & dentem pro dente, adustionem pro adustione, liuorem pro liuore: Dominus autem iubet percutienti dextram maxillam, obuertere etiam aliam, & volenti iudicio contendere, & tunicam cãpere, dare etiam pallium: existimauit stolidus illum quidem esse iustum, hunc verò bonum, nec animaduertit quòd legum Euangelicarum perfectio est legibus Mosaicis terribilior. Lex enim Mosaica vetat homicidium. Lex verò Euangelica ei etiam qui fratrem stultum appellat minatur gehennam. Quicunque enim, inquit, dicit fratri suo, stulte, reus est in gehennam ignis. Ita rursus Lex antiqua accusat adulterium. Euangelica verò etiam turpem cupiditatem per lasciuum aspectum ingredientem vocat adulterium. Et antiqua quidem, prohibet periurium, noua autem, etiam iusiurandum, & antiqua quidem, eum qui mulierem odio habet, iussit illam dimittere recens autem vocat adulterium, dimissionem quæ fit absque fornicatione. Quicunque, enim inquit, dimittit vxorem suam, præterquam fornicationis causa, facit eam adulterari, & qui dimissam ducit, adulteratur. Præterea autem etiam prootioso sermone se rationem exacturũ minatus est, & supplicium æternum, & tenebras exteriores, & gehennam ignis, et multa eiusmodi alia. Ex his autem inuenietur is qui ab ipso quidem appellatur iustus, bonus, qui autem bonus nominatur, iustus. Leges enim seueriores constituit, & grauiora supplicia minatus est. Verum hæc etiam dicere aperta est insania. Qui enim in Euangeliis præcipit inimicos diligere, iussit etiam in veteri non despicere iumẽtum inimici quod oneri succubuerit, sed opem ferre, & non meminisse inimicitiarum, in tempore necessitatis. Ita etiam rursus inimici bouem errantem iubet reducere, & reddere Domino. Non solum autẽ in homines docet. Lex vetus humanitatẽ & beneficentiã, sed etiam brutorum animaliũ præcipit misereri. Non alligabis, inquit, os boui trituranti, & Non coques agnũ in lacte matris suæ. Quinetiam iis qui quarũdam auiũ pullos inueniunt, prohibet vnà etiam illarum venari parentes. Septimo quoque die iussit feriari, vt non solũ seruus & ancilla quiescant, sed etiam bos & iumentum, tantam vel brutorum animalium curam gerit.

Matt. 5.

C

Euãgeliũ & lex cõparantur.

Amor inimici.

D

Inueniri

Inueniri quoque possunt leges scriptæ de Proselytis, plenæ omni humanitate. Non affligetis, enim, inquit, aduenam, quia fuistis aduenæ in Aegypto. Eos quoque qui metunt, iussit eas quæ excidunt spicas relinquere aduenæ, & Orphano, & viduæ. Ita etiam eos qui vindemiant, vuas quæ excidunt, & botros qui latent, bis colligere. Hoc ipsum iubet fieri etiam in aliis fructibus. Non reuindemiabis, inquit, vineam tuam, nec rursus decerpes oleam, sed erit aduenæ & orphano, & viduæ, & volucribus cœli, & bestiis terræ. Iam verò captiuæ quoque magnam curam gerit. Neque enim libidinosis eam abutendam permittit. Sed primum iubet vt ei concedatur suos lugere, deinde tonderi, & tunc coniungi. Quòd si Dominus fuerit voluptate satiatus: nec concedit vt uendatur, nec permittit vt seruiat, sed liberam iubet dimittere, quam cum illa habuit consuetudinem pro pretio reputantem. Quasnam ergo luent pœnas, quæ blasphemiæ magnitudini respondeant, qui eum, qui verè bonus est, Legislatorem, non solum non iustum, sed etiam malum vocare ausi sunt?

Proselytorũ paupertum curæ.

Captiuorum.

Quòd idem & vetus & nouum dederit testamentum.

NOs autem vnum scimus & veteris, & noui testamenti datorem. Idque per Hieremiam Prophetam apertè docet. Disponam enim, inquit, domui Israel, & domui Iudæ testamentum nouum, non secundum testamentum quod disposui patribus vestris, in die quo apprehendi manum ipsorum ad educendos eos de terra Aegypti, sed disponam eis testamentum nouum, dans leges meas in mentem ipsorum, & in corde ipsorum scribam eas. Apertè autem per hæc quæ dicta sunt docuit, quòd qui vetus dedit, etiam nouum præbebit. Disponam enim, inquit, non secundum testamentum quod disposui. Et per Esaiam Prophetam dixit. Et disponam eis testamentum nouum sanctà Dauid fidelia. Et Dauid similiter Propheta clamat. Exurge Domine, ne roboretur homo, iudicentur gentes coram te; constitue Domine Legislatorem super ipsos. Sin autem fidem non habent Prophetis: audiant Legislatorem leges veteres non subuertere, sed adstringere. Subuertentis enim esset dicere, Dictum est antiquis, Non adulteraberis, ego verò dico vobis, Adulterare. Et dictum est antiquis, Non occides, ego verò dico vobis, Occide. Hoc enim faciunt Antitactæ cognati Marcionis. Dominus autem, per leges quas fert, apertè docet, quòd non veteres leges rescindit, sed perfectiorem administrandæ reip. formam inducit. & quemadmodum Grammaticus, eos quidem qui discere incipiunt, docet literarum characteres, iis autem qui illas didicerunt, præbet syllabarum connexiones, alios autem docens, quomodo sint coniungenda nomina, & alios quomodo sit in legendo seruandus accentus, non affert leges doctrinæ repugnantes, sed præbet ætati conuenientem disciplinam. Ita etiam Dominus Christus dedit vnicuique generationi leges conuenientes. Necessarias enim & primas conscripsit in natura hominum. Habet enim vnusquisque boni & mali discernendi facultatem, & dum facimus quæ pati nolumus, eo ipso prædicamus nos scire id esse malum quod fit à nobis. Qui enim occidit, vel adulteratur, scit id esse malum quod facit. Non modo enim non vult occidi, sed nihil etiam non facit, ne id ei pati contingat, & stuprata vxore, cum qui violauit cubile, accusat adulterij, & si contumeliam acceperit, agit iniuriarum, & si cætera hoc modo examinauerimus, inueniemus omnes homines scire quòd malum est malum. Eas ergo in natura inseruit Deus, qui nos fabricatus est, alias autem variè dedit, in vna quaque generatione. Adæ enim dedit legem de arbore. Noe autem legem de esu carnium, circunciſionem verò Abrahæ Patriarchæ constituit, alias autem per Mosem magnum Prophetam conscripsi. In diuinis autem Euangeliis, de paruis rebus latas leges, veluti quorundam elementorum meditationem, cessare faciens, leges dedit perfectissimas, & sicut mattes recenter natis infantibus mammam præbent, paulo post autem cibum dentibus comminutum, deinde cum pueri & adolescentes euaserint, solidum. Sic vniuersorum Deus, iis qui illa didicerant, præbet perfectiorem disciplinam. Vetus tamen etiam testamentum, vt mammam maternam amplectimur, & honoramus: sed lactis non sumus participes. Perfectis enim est superuacaneum lac eius quæ nutriit: nutricem tamen honorant, vt qui ab illa sint nutriti: ita nos etiam, circunciſionem quidem, & sabbatum, & sacrificia, & asperſiones seruare non ferimus: alia autem veteris testamenti vtilitate fruimur. Pietatem enim, & fidem in Deum, & dilectionem in proximum, & temperantiam, & iustitiam, & animi magnitudinem, perfectè docet: et veterum sanctorum exemplaria imitanda proponit.

Hier. 31.

Ezæ. 35.

Psal. 9.

Euangelium lege perfectius Grammatic.

Lex naturæ.

Matres.

Nutrix.

De Baptismate.

PRo illis autem asperſionibus, sufficit iis qui credunt, donum sanctissimi baptismatis. Non solum enim donat remissionem veterum peccatorum, sed etiam spem inserit promissorum bonorum, et mortis Dominicæ resurrectionisque efficit participes, et doni spiritus largitur participationem, et filios Dei reddit, et non solum filios, sed etiam hæredes Dei, et cohæredes Christi. Non enim, vt dicunt amentes Messaliani, baptismus nouaculam imitatur, quæ præcesserunt peccata auferens, hoc enim ex super abundanti largitur. Si enim hic solus esset baptismi effectus, cur pueros baptizamus, qui peccatum nondum gustarunt? Non enim hoc solum pollicetur sacramentum, sed his etiam maiora et perfectiora, est enim arra futurorum bonorum, et futuræ resurrectionis typus, & passionis Domini communicatio, & Dominicæ resurrectionis participatio, & pallium salutaris, & tunica lætitiæ, & stola luminosa, vel potius lux ipsa. Quotquot enim in Christum baptizati estis, Christum induistis, & quicunque in Christum baptizati sumus, in mortem eius baptizati sumus, vt sicut suscitatus est Christus per gloriam patris, ita etiam nos in vitæ nouitate ambulemus. Si enim complantati facti sumus similitudini mortis eius, etiam resurrectionis erimus. Hæc nos de sanctissimo baptismo sentire docuit diuinissimus Apostolus, quòd Christo consepulti, erimus resurrectionis participes. Verum enimuero hic magis mystico sermone opus est, & cum alioqui duodecim mysticos libros conscripserimus, studiosos ad eos remittemus. Nos autem quæ restant capita examinabimus.

Nouacula.

Gal. 3.

Rom. 6.

xij. Mystici autoris libri.

De

De resurrectione.

ITa baptismatis sacramentum peragentes, resurrectionis spem accipimus, corporum autem resurrectionem expectamus. Hoc enim declarat ipsum resurrectionis vocabulum apud Græcos, nempe
Corpus. Anastasis, Anastasis enim dicitur quasi Anothen Stasis, quasi dicas, quæ fit è superis restitutio, est au-
Psal.145. rem corpus, quòd interit & dissoluitur, & in terram mutatur. Exibit enim inquit, spiritus eius, & re- A
103. uertetur in terram suam. Et rursus. Tolles spiritum ipsorum, & deficient, & in terram suam reuertentur.
Gen.3. Porrò autem ipse quoque Creator dicit Adæ. Terra es, & in terram reuerteris. Huius ergo quæ fit è superis restitutio, iure vocatur Anastasis. Immortalis enim animæ non est resurrectio, sed est ad corpus reuersio. Marcion autem, & Cerdo, & Manes, & quicunque corporum resurrectionem non admiserunt, hunc in vitam regressum, tanquam qui omnino fieri non posset, reiecerunt. Quemadmodum enim existimarunt Deum non posse fabricari absque materia: ita putarunt eum non posse id quod semel est dissolutum, & in exiguum puluerem conuersum, & tempore consumptum, in priorem rursus formam reducere. Atqui ipsi quoque dicunt, Deum, accepto è terra cespite, hominem fabricatum esse, & considerare eos oportuit, quòd quemadmodum tunc eum cespitem in corpus facile mutauit vniuersorum Deus, & multas, & diuersas fecit partes; ita est ei facile ex paruis his reliquiis corporis substantiam constituere, etenim hoc quoque modo, veteri fabricationi non absimili, nunc videmus in matrice fieri, ex parua enim materia seminis, producuntur & ossa, & membranæ, & nerui, & venæ & arteriæ, & adeps, & caro, & alia omnia, ex quibus corpus constitutum est. Ex diuino enim præscripto natura procedit & veluti quidam statuarius, statuam animatam effingit, & neque materiæ paruitas, nec loci angustiæ, nec quæ circunsistunt tenebræ fabricationem continent. Est ergo extremæ amentiæ, iis
Ioan.5. quæ videntur fidem non habere, & maximè cũ id Deus polliceatur. Ipse enim Christus dixit, Qui sunt in monimentis audient vocem filii Dei, & egredientur qui bona fecerunt in resurrectionẽ vitæ, qui autem mala fecerunt, in resurrectionem iudicii. In monimẽtis autem animas agere nemo dixerit rectè sen-
Saducæi. tiẽs, corpora enim in iis sita sunt. Iam verò Saducæos quoque id quod de resurrectione dicitur, non B admittentes, increpans Dominus, dixit. De resurrectione autem mortuorum non legistis quod à Deo
Matt.22. dictum est, dicente, Ego sum Deus Abraham, Deus Isaac, & Deus Iacob, & subiunxit. Non est Deus,
Ioan.11. Deus mortuorum, sed viuentium. Quinetiam Marthæ dixit. Resurget frater tuus. Illa autem quæ ex veteri hoc scriptura didicerat, respondit. Scio quòd resurget frater meus in resurrectione in nouissimo die. Deinde excipiens Dominus dicit. Ego sum resurrectio & vita. Qui credit in me, etiam si mortuus fuerit, viuet. Quemadmodum ergo qui tunc dixit, Resurget frater tuus, non solam animam Lazari suscitauit, Sed eam quidem reduxit, corpus autem fœtidum & dissolutum susciatuit: ita etiam cum sit communem resurrectionem pollicitus, dissoluta corpora, rursus composita & constituta reddet animis, ea à morte & interitu libera efficiens. Et hoc apertè docuit diuinus Apostolus. Oportet enim corruptibile hoc induere incorruptionem. Et rursus. In quo nolumus expoliari, sed superuestiri, vt absorbeatur mortale à vita. Et rursus. Seminatur in corruptione, resurgitur in incorruptionem. Seminatur in
1.Cor.15. infirmitate, resurgitur in virtute. Seminatur in ignominia, resurgitur in gloria. Seminatur corpus animale, resurgit corpus spirituale. Et rursus. Canet enim tuba, et mortui resurgent incorrupti. Posuit autem etiam ea quæ ab iis qui non credunt obiiciuntur. Sed dicet quispiam. Quomodo resurgunt mortui? Quo autem corpore veniunt? Et primum quidem eos stultos appellauit, vt qui viderent in seminibus typum resurrectionis, et ex eo non inducerentur ad credendam corporum resurrectionem Insipiens enim, inquit, tu. Quod seminas, non viuificatur, nisi mortuum fuerit, et quod seminas, non corpus quod futurum est seminas, sed nudum granum, vt puta tritici, aut alicuius cæterorum. Respice, inquit, ea quæ fiunt quotidie. Sulci enim nihil differunt à sepulchris. In iis enim, tanquam in sepulchris, semina effodiuntur. Omnium autem Dominus imbrem suppeditans, efficit vt ea radices producãt, et C
folia, et culmos, et stipulas, et aristas, et agricolis nihil aliud facientibus, nisi quòd sepeliũt, eius, qui omnia fabricatus est, præscriptum reliqua efficit. Hoc enim dixit etiam diuinus Apostolus. Deus autẽ dedit ei corpus sicut voluit, et ne quis existimaret aliud corpus fingi, necessario adiecit etiam vnicuique
Phil.3. semini proprium corpus. Et ad Philippenses etiam scribens, clamat. Conuersatio enim nostra in cœlis est, ex quo etiam Seruatorem expectamus Dominum Iesum, qui transformabit corpus humilitatis nostræ, vt sit ipsum conforme corpori gloriæ eius. Transformationem autem appellauit, non mutationẽ in aliam formam, sed mutationem ex corruptione in incorruptionem. Et Thessalonicẽses, qui propter
1.The.5. morientes nimium dolorem capiebant, consolans, eis resurrectionem adduxit. Nolo, enim inquit, vos ignorare fratres de dormientibus, ne contristemini, vt et reliqui qui spem nõ habent. Si enim credimus quòd Iesus mortuus est, et resurrexit: ita Deus etiam eos qui dormierunt, per Iesum ducet cum ipso. Et ne quis existimaret eum hæc diceret suis propriis vtentem rationibus, subiunxit. Hoc enim vobis dicimus in verbo Domini, quòd nos qui viuimus qui residui sumus in aduentu Domini, non præueniemus eos qui dormierunt. Alia quoque innumerabilia apud eum testimonia possunt inueniri, quæ apertè resurrectionem prædicant. Iam verò Hierosolymis quoque, cum accusaretur quòd legem transgederetur, clamat. De resurrectione mortuorum ego hodie iudicor. Et quid dico Apostolos manifestiorem
Artic.23. hanc de resurrectione doctrinam à Domino accedisse? Et enim diuini quoque Prophetæ hanc de re-
Psal.103. surrectione spem perpetuo habuere: Audimus enim diuinissimum Dauid Deo dicentem. Auferes spiritum ipsorum, & deficient, & in terram suam reuertentur. Emittes spiritum tuum, & creabuntur, & D
Esa.26. renouabis faciem terræ. Audimus diuinum quoq; Esaiam clamantem, Resurgent mortui, & resurgent qui sunt in monimentis. Ter beatus autem Iezechiel dixit etiam se vidisse ipsum modũ resurrectionis.
Ezech.37. Cum enim vidisset multa ossa, iussus est ipse eis præcipere, vt carnẽ producerent, & neruos, & pellem.

Et

Et factum est, inquit, cum prophetarem, & ecce terræ motus, & coniunxerunt se ossa, os ad os, vnunquodque ad compagem suam. & vidi, & ecce super ea erant nerui, & caro ascendit, & excreuerunt eis carnes, & ascenderunt super ipsa, & pellis super ea extensa est. Deinde docet quomodo iussi vndique sunt reuerti spiritus, & quòd illis his coniunctis resurrectionis futuræ typus præfiguratus est. Si autem etiam ante aduentum Seruatoris, hæc prædixerunt Prophetæ: quo non ergo supplicio digni fuerint, qui post Seruatoris resurrectionem, & Apostolorum prædicationem, ei quod de resurrectione dicitur non credunt?

A

De Iudicio.

Animæ cũ corp.

QVomodo autem iustè fiet iudicium, si corpora, vt dicũt infideles, minimè resurgant, à solis autem animis peccatorum ratio exigatur? Neque enim æquum est vt anima quæ cum corpore peccauit, & per oculos & inuidiam, & improba desideria suscepit, per aures autem impiis verbis delinita est, & per vnamquamque corporis particulam non bona irritamenta admisit, sola peccatorum pœnas luat, & hoc sustineat, non paruo aliquo tempore, sed in infinitis sæculis. hæc enim à diuina scriptura didicimus. Hi enim, inquit, ibunt in vitam æternam, & hi in supplicium & ignominiam sempiternam. *Ioan. 5.* Quomodo autem rursus fas & sanctum est, vt sanctorum animæ solæ promissis bonis fruantur, quæ *Matt. 25.* coniunctæ corporibus ex virtute rectè gesserunt? Oculi enim profundunt lachrymas compunctionis, aures diuina eloquia ad animam transmittunt lingua autem & laudat benefactorem, & assiduè offert orationem, manus autem subseruiunt ad subministrandum egenis, & pedes nunc quidem currunt ad domos orationis, nunc stant in orationibus, & plurimum laborem sufferunt. Quomodo ergo iustum est, vt corpus, quod vnà cum anima virtutis opes comparauit, puluis sit & abiiciatur: sola autem anima vt victrix pronuncietur? Sinautem hoc graue est & miserum: iustum est ergo vt corpora prius resurgant, deinde eorum quæ gesserunt ab eis communiter ratio exigatur. Hoc enim diuinus quóque dixit
B Apostolus. Omnes enim, inquit, sistemur ante tribunal Christi, vt referat vnusquisque ea quæ gessit per *2. Cor. 5.* corpus, siue bonum, siue malum. His autem conuenientia dicit etiam beatus Dauid. Tu reddes vnicuique secundum opera sua. Itaque Pythagoras animarum in corpora transitus fabulatus est, dicens *Psal. 61.* eas non solum in corpora brutorum, sed etiam in arbores transire. Itidem etiam Plato hanc fabulam *Pythago.* nescio quomodo secutus est. Hinc Manes, & quæ eum præcessit, impiorum Gnosticorum hæresis, accepta occasione, dixerunt hoc esse supplicium. Scelerati autem Carpocrates, & Epiphanes, & Prodicus, & Caieni, suillam planè vitam constituentes, dicebant animas in corpora transmitti, vt per libidinem & omnem intemperantiam vnunquemque Angelorum mundi conditorum colerent. Piorum autem ecclesia, eos & huiusmodi fabulas execratur: diuinos autem sermones sequens, credit corpora resurgere, & vnà cum eis animas iudicati, & eos quidem qui vitio vixerunt, puniri, qui verò virtutis curam gesserunt, quæ eis promissa sunt consequi. *Plato.*

De promissionibus.

POllicitus est autem magnificus & liberalis Deus nihil fragile, caducum, aut momentaneum, sed æternum bonorum fructum. Non enim, vt vult Cerinthus, & qui sunt illi similes, terrenum erit Dei & Seruatoris nostri regnum, nec præfinito tempore circunscriptum. Apprehendant illi visione & *Chiliasta* phantasia mille voluentium annorum curriculum, & quæ intereunt delitias, & alias voluptates, &
C præterea sacrificia, & Iudaicorum festorum celebritates nos enim vitam senij expertem expectamus. Hi enim, inquit Dominus, resurgent in vitam æternam, illi verò in supplicium & ignominiam sempiternam. *Ioan. 5.* Et rursus. Venite benedicti patris mei, hæredes estote parati vobis regni ante constitutionem *Matt. 25.* mundi. Et, Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum cœlorum. Et, Beati qui persecutionem *Matt. 5.* passi fuerint propter iustitiam, quoniam ipsorum est regnum cœlorum. & prædicantibus Apostolis *Mc* iussit dicere, Appropinquauit regnum cœlorum, & alibi eis dixit, Quando exaltatus fuero à terra, *Luc. 3.* omnia mecum traham, & rursus, Apud patrem meum mansiones multæ sunt, &, Si autem non dixissem vobis quòd ibo, & parabo vobis locum, & rursus. Veniam, & accipiam vos ad me, vt vbi ego sum, *Ioan. 12.* sitis & vos. Et rursus. Qui comedit carnem meam, & bibit meum sanguinem, habet vitam æternam. Quinetiam patri loquens, sic dixit, Pater, quos dedisti mihi, volo vt vbi ego sum, & illi quoque sint mecum, vt videant gloriam meam quam dedisti mihi. Quoniam dilexisti me ante constitutionem mundi. Hæc cum dixisset diuinus Apostolus, dixit. Rapiemur in nubibus in occursum Domini, & ita semper cum Domino erimus. Et rursus. Fidelis sermo. Si enim commortui sumus, & conuiuemus, si sustinemus, & cõregnabimus. Ad Romanos autem scribens, dixit. Si vnius peccato mors regnauit per vnum, *1. Thes. 5.* multo magis abundantiam gratiæ, & doni, & iustitiæ accipientes, in vita regnabunt per vnum Iesum *2. Tim. 1.* Christum. Et rursus. Id enim quod in præsenti est momentaneum & leue tribulationis nostræ, supra *Rom. 5.* modum in sublimitate æternum gloriæ pondus operatur in nobis, non contemplantibus nobis quæ videntur, sed quæ non videntur. Quæ enim videntur, tẽporalia sunt. Quæ autem non videntur, æterna *2. Cor. 4.*
D sunt. Bonorum autem summa est, & colophon, promissam vitam à peccato esse immunem. Cum enim resurgant corpora ab interitu aliena, & animæ immutabilitatem suscipiant, nullum deinceps locum habebit peccatum. Sublato autem peccato, et procul exturbato, ac Diabolo cum Dæmonibus gehennæ tradito, cessabunt etiam labores certaminum, et metus ne vincamur, et de victoria solicitudo. Vita autem iucunda, et molestiæ experſiis qui digni fuerint dabitur, et luce fruentur diuina, et intelligentes, vel ipsi potius fient luminosi. Tunc enim, inquit Dominus, Fulgebunt iusti sicut sol. *Matt. 13.*

De secundo Dei et Seruatoris nostri aduentu seu apparitione.

Erunt

ERunt autem hæc post secundum Seruatoris nostri aduentum. Sic enim etiam Apostolis promisit. Reuertor & venio ad vos. Et rursus. Veniam ad vos, & adsumam vos ad meipsum. Et in alio loco. Tunc videbitis filium hominis venientem in nubibus cœli in gloria sua, & omnes sancti Angeli cum
Matt.25. ipso, tunc sedebit in throno gloriæ suæ, & congregabuntur ante ipsum omnes gentes, & separabit ipsos A
à se inuicem, sicut pastor separat oues ab hœdis, & statuet quidem oues a Dextris suis, hœdos autem à
sinistris. Hunc autem eius aduentum diuinus quoque vidit Daniel. Vidi, inquit, donec throni positi sũt
& antiquus dierum sedit, indumentum eius album sicut nix, & pilus capitis eius, sicut lana pura, thro-
Dan.7. nus eius flamma ignis, rotæ eius ignis ardens, fluuius ignis ambulans protrahebatur ante ipsum, mille
millia ministrabant ipsi, & decies mille millia assistebant ipsi, iudicium sedit, & libri aperti sunt, & ec-
ce in nubibus cœli venit tanquam filius hominis, & vsque ad antiquum dierum peruenit, & illi data est
potestas, & regnum, potestas eius, potestas æterna, & regnum eius erit in æternum, & translatum est im
perium bestiarum, & datum regnum filiis altissimi. Tanta est concordia prædicationis Euangelicæ, &
Propheticarũ prædictionum. Vnius enim Dei hæc sunt & illa oracula. De hoc igne dicit etiam Esaias
Esa.66. Propheta, Quis annunciabit vobis locum æternum? Et in fine prophetiæ dicit. Vermis eorum non mo
Psal.49. rietur, & ignis eorum nõ extinguetur. Hunc etiam aduentũ diuinus Dauid prædicens, dixit, Deus deo
rum locutus est, & vocauit terram. Ab ortu solis vsque ad occasum, ex Sion decor pulchritudinis eius.
Deus manifestè veniet, Deus noster, & non tacebit. Ignis coram ipso ardebit, & in circuitu eius tempe
stas valida. In alio quoque psalmo. Nubes & caligo in circuitu eius, iustitia & iudicium correctio sedis
eius. Ignis ante ipsum præceder, & inflammabit in circuitu inimicos suos. Et rursus. Quando venit iu-
dicare terram, iudicare orbem terræ, in iustitia, & populos in rectitudine. Et per Malachiam Prophetã
Mal.4. idem vniuersorum Deus. Ecce ego mitto vobis Heliam thesbitem, vt non veniens percutiam terrã fun
Tit.2. ditus. Diuinus quoque Apostolus scribens ad Beatum Titum, priori nostri Seruatoris aduentus etiã se- B
cundum coniunxit. Apparuit, enim inquit, gratia Dei salutaris omnibus hominibus, docens nos, vt ab-
negantes impietatem, & sæcularia desideria, modestè, & iustè, & piè viuamus in hoc sæculo, expectan-
tes beatam spem & aduentum gloriæ magni Dei & Seruatoris nostri Iesu Christi. Per hæc autem osten
dit priorem quoque aduentum fuisse propter secundum. Ideo enim, inquit, apparuit, vt, cum nos ab im
1.Thes.1. pietate, & iniquitate liberasset, & omnem virtutem docuisset, bono & alacri animo secundum aduen-
tum expectaremus efficeret. Et admiratur & suspicit Thessalonicenses, quòd ab Idolorum seruitute li-
berati, elegerint seruire Deo viuenti & vero, & expectare filium eius è cœlis quem suscitauit à mortuis,
Heb.12. Iesum qui liberat nos ab ira veniente. Et ad Hebræos scribens, hunc aduentum significauit Prophetico
Phil.3. vsus testimonio. Adhuc, enim inquit, modicum, veniens veniet, & non tardabit. Hæc autem docuit e-
1.Thes.5. tiam Philippenses. Nostra enim, inquit, conuersatio est in cœlis, ex quo etiam saluatorem expectamus
Dominum Iesum. Similiter etiam ad Thessalonicẽses. Ipse enim, inquit, Dominus in iussu, in voce Ar-
changeli, & in tuba Dei, de cœlo descendet, et mortui in Christo resurgunt primi, et quæ sequuntur, fa
cilè est autem etiam alia adducere testimonia, quæ secundum Seruatoris nostri aduentum prædicent.
Sed sufficiunt hæc ad persuadendos vel maximè contentiosos.

De Antichristo.

Dæm. ante incarnat. ILlud quidem necesse est addere iis quæ dicta sunt, quòd ante aduentum Domini veniet humanã na- C
turam subiens hominibus pernicios⁹us, Deíque aduersarius Dæmon, diuini nominis prædo, et sicut
olim hoc nomen, nẽpe Deus, suffuratus, id sibi imposuit, suaque improbitatis et nequitiæ administris,
et auxiliatoribus: et persuasit hominibus, per manibus hominum fabricatas statuas, et diuinum honorẽ
exhibere: Ita Christi Domini appellatione vsurpata, omnes quidem, vt semel dicã, decipiet, multis quo
que imponet ex iis qui sanctum, et venerabile nomen accepere, dicens se esse Christum, quem diuini va
ticinantes Prophetæ apparituru prędicebant. Inescabit autem etiam simplices, et ad capiendum faci
Autoris opus de Antich. les, fraudulentis quibusdam miraculis mens. Et hoc quidẽ multi ex Prophetis in veteri ęnigmaticè prę-
dixerunt. Latius autem et apertius de eo vaticinatus est diuinus Daniel. Quòd si etiam aliqua ex iis de-
claranda sunt, ea antea explicauimus, vt qui omnem eius Prophetiam verbatim interpretati sumus, et
quæ Thessalonicẽsibus à diuo Apostolo scripta sunt, vnà cum aliis epistolis interpretati, prolixiori quã
1.Thes.2. pro nostra consuetudine oratione vsi sumus, eum locum qui est de Antichristo scrutantes. Nonnullos
enim qui existimabant aduentus Domini tempus appropinquare, necessario diuinus docuit Apostolus, quòd oportet prius diuinæ cognitionis radiis illuminari orbem terræ, et manifestos fieri alumnos
fidei, et ab iis qui crediderunt separari eos qui contradicunt, deinde sic prius aduenire, sęque ostende-
re artificem mendacii, ad eos conuincendos qui veritatis prædicationem non admiserunt. Hoc enim
etiam Dominus dixit Iudæis. Ego veni in nomine patris mei, et non accipitis me, venit alius in proprio
nomine, et illum accipietis. Hoc ipsum dixit etiam diuinus Apostolus. Eo quòd veritatis dilectionẽ non D
Ioan.5. susceperunt, vt ipsi seruarentur, et propterea mittet eis Deus operationem erroris, vt ipsi credant men-
dacio, vt iudicentur omnes qui non crediderunt veritati, sed assensi sunt iniustitiæ ad reprobationem.
Eorum ergo, qui veritatis prædicationi non crediderunt, veniet improbitatis pater et magister. Quia
enim Iudæi, pro Deo vtique pugnantes, Dominum tanquam Dei aduersarium cruci affixerunt, maxi-
ma impietatis eorum confutatio, erit Antichristi præsentia. Dominus enim Christus, cum esset verus
Deus, et veri Dei filius, se filium hominis, et hominem appellauit, à natura quæ videtur appellationes
imponẽs: raro autem seipsum Dei filium nominauit. Sceleratissimus autem Dæmon Deum maximum

seipsum

ſeipſum nominabit. Hoc enim etiam ſanctus Angelus docuit Danielem prophetam. Super Deos, enim inquit, patrium ſuorum non intelliget, & Deum Mazurim in loco ſuo glorificabit, hoc eſt, fortē & potentem ſeipſum Deum appellabit. Sed tamen ii qui Dominum crucifixerunt, quòd ſe Dei filium non inaſſet, ei credēt cum apparuerit, ea ratione oſtendentes, quòd ſunt veritati infeſtiſſimi, mendacii, autē operarii, ea de cauſa permittit ſapientiſſimus vt adueniat & ſe oſtendat ille ſceleſtus & perditus. Clarū eſt enim quòd ſi Deus nollet, non appareret, non tamen actionē aut operationē eius voluntatē vocamus. Deus enim non eſt cauſa malorum, vt volunt etiam extetni philoſophi. Nec enim ipſe Cain effecit homicidam, quia cum vellet fratrem occidere, non prohibuit. Neque vt filii Iacob fratrē venderent perfecit, quia eorum conatum nō repreſſit. Inuenire enim poſſumus illos quoque malè eſſe vſos libero ſuæ mentis arbitrio: ſapientiſſimum autem Dominum per illorum improbitatem ſomniorum veritatē oſtendiſſe. Permittit ergo vt is appareat, & illius improbitatem aperiens, & Iudæorum ſcelus arguēs. Affert autem & quidem quàm primum exitium, Iudæis verò remedium. Mittit enim Thesbitem, qui & illius fraudem cōuincat, & ſalutarem eius aduentū prænunciet. Hic autem veritatis aduerſarius Domini aduentum omnino imitabitur, & electo humano inſtrumento ſua operatione digno, ita abutetur hominibus, falſis vtēs miraculis, & hoc apertè docuit diuinus Apoſtolus, per ea quę ſcribit ad Theſſalonicenſes. Sic autem dicit, Rogamus autem vos fratres, pro aduentu Domini noſtri Ieſu Chriſtri, & noſtra congregatione in ipſum, vt non cito moueamini à veſtro ſenſu, neque terreamini, neque per ſpiritum, neque per ſermones, neque per epiſtolam, tanquam per nos miſſam, quaſi inſtet Dies Domini. Per hęc autem oſtendit, quòd quidam eos deceperant, dicentes dixiſſe Apoſtolum appropinquare diē Domini. Vnde non ſolum per verba & ſcripta prohibuit deceptionem, ſed etiam per eam quæ exiſtimabatur propheticam prædictionem. Hoc enim dixit, Neque per ſpiritum. Deinde ſubiungit, Ne quis vos ſeducat vllo modo, quoniam niſi venerit defectio primum, & reuelatus fuerit homo peccati filius perditionis, qui aduerſatur & extollitur ſupra omne quod dicitur Deus, aut quod colitur, ita vt in tēplo Dei ſedeat oſtēdens ſe tanquā ſit Deus. Defectionē appellat, Antichriſti præſentiā. Multi enim à futuris miraculis decepti, à veritate deficient, & mendaciū amplectentur. Ipſum autem hominem peccati, & filium perditionis vocauit, & naturam quæ videtur oſtendens, & omnis generis peccati operationem reuelās. Oſtendit autem eius tyrannidem, faſtum, arrogantiam, & ſuperbiam, aduerſarium, & qui ſuper extollitur, appellans, & oſtendens quòd nō ſolum iis qui Dii falſò nominantur ſeipſum ſuperiorē nominabit, ſed etiam in tēplo Dei vt Deus ſedebit. Dei autem templum, vocat eccleſias. Deinde eis in memoriā redigēs ea quæ ſæpe docuerat. Non meminiſtis, inquit, quòd cum adhuc eſſem apud vos hæc dicebam vobis, & nunc quid detineat ſcitis, vt reueletur in ſuo tempore. Iam, inquit, apparuiſſet, niſi ipſum diuina gratia prohibuiſſet, & eius aduentū conuenienti tēpore præfinijſſet. Iā enim myſterium iniquitatis exercetur. Per hæc autem ſignificat eas quæ tunc exorræ ſunt hæreſes. Tantum vt qui tenet nunc teneat, donec de medio fiat. Diuinum, inquit, præſcriptum prohibet quo minus ipſe appareat. Oportet enim ex diuina prædictione in omnes gentes prædicari Euangeliū, deinde ſic illū videri Et tūc reuelabitur ille inimicus, quē Dominus Ieſus interficiet ſpiritu oris ſui, & deſtruet illuſtratione aduentus ſui. Apertè oſtendit quòd cum primum apparuerit Dominus, faciet vt ſceleratus ille euaneſcat, & tradet eum æternis ſupplicijs, cuius eſt preſentia ſecundū operationem Satanæ, in omni virtute ſignis, & prodigijs falſitatis, & in omni ſeductione iniquitatis iis qui pereunt. Nō enim omnes venabitur ad exitiū, ſed eos qui mobilem, & ad perſuadendū facilē mentē habent. Docuit autem quòd etiā Satan Diaboli operationem ſuſcipiet. Sicut enim vnigenitus Dei filius, ſanctis quidem Prophetis, & ſacris Apoſtolis, & aliis etiā ſanctis diuiſit dona ſancti ſpiritus: homo autem factus nō particularem aliquam ſumptæ naturę dedit gratiā, ſed omnem diuinitatis plenitudinem, vt vult Apoſtolus, viſū eſt ei in ipſo habitare: ita Diabolus aliis quidem hominibus, quoſcūque perſuaſit eſſe operarios iniquitatis, nō omnes immiſit ſpecies iniquitatis: huic autem ipſe totus coniūctus, omnis generis vitiorū & ſcelerū machinas per ipſū oſtendet. Deinde dicit etiam cauſā permiſſionis. Eo quòd charitatem veritatis nō receperūt, vt ſalui fierent, ideo mittet illis Deus operationem erroris, vt credant mendacio, vt iudicētur omnes qui non crediderunt veritati, ſed conſenſerunt iniquitati. Hæc de Antichriſto à ſacra ſcriptura didicimus. ſummatim autem quę de eo dicta ſunt ſcripſimus, quoniam & Prophetā Danielem & Apoſtolum interpretātes, de eius aduentu prolixius diximus, facile eſt autem ei qui voluerit, illa ſcripta adire, & ſi quid in his prętermiſſum eſt, in illis inuenire. Hæc à viris diuinitus inſpiratis, Prophetis, inquā & Apoſtolis, & qui eis ſucceſſerunt, accepit eccleſia dogmata, non impias confingens fabulas, neq; humanas rationes ſecuta, ſed diuinis credens ſermonibus. Quoniam autem moralem etiam doctrīnam ſcelerati corrupere, & vias ſibi inuicem contrarias excogitauere: Alij enim matrimonium fornicationē nominauere: alij verò omnem illicitam, & nefariam libidinem amplexi ſunt: age etiam oſtendamus quidnam in moralibus ſenſerit eccleſia.

Dan. 11.

Gen. 4.

Lib. arb.

Defectio.

Hæreſes. tēporibus apoſtolo.

Col. 2.

Autor in. Dan. & Paul. Hactenus de fide iā de morib.

De virginitate.

CErdo itaque & Marciō virginitatem lege conſtituerunt, aduerſus Creatorem bellum gerentes, ne per matrimonium, illius augerent opificium. Manes autem dixit nuptias eſſe materiæ adiutrices, et ea de cauſa iuſſit virginitatem exerceri. Saturnilus autem et Tatianus apertè matrimonium Diabo li nominarunt. Dominus autem Deus non tulit quidem leges de virginitate: intellexit enim eſſe rem ſupra naturam: eam autem laudibus proſequendo, eos qui vellent ad certamen adhortatus eſt. Cum

Quid sit castrare seipsum.

enim dixissent Apostoli, Si ita est causa hominis cum vxore, non expedit vxorem ducere: respondens Dominus dixit, Non omnes capiunt verbum hoc, sed quibus datum est. Sunt enim Eunuchi, qui quidē castrati sunt ab hominibus, & sunt Eunuchi, qui castrauerunt seipsos propter regnum Dei. Hoc autem non de testium sed de prauarum cogitationum dixit amputatione. Deinde subiunxit. Qui potest capere capiat. Qua de causa, diuinus etiam Apostolus, de virginitate loquens, dixit. Præceptum autem Domini non habeo. De virginitate enim legem non tulit Dominus. Consilium autem do, vt misericordiam à Deo assecutus vt sim fidelis. Consulo autem, inquit, non legem fero idque non vtens audacia, sed vt qui à Diuino calculo prædicationis subministrationem accepisset. Existimo enim hoc bonum esse propter instantem necessitatem, quod bonum est homini sic esse. Huic nempe, sic esse, addidit illud existimo, non dubitans de ijs quæ consulebat, sed orationem moderans, vt non esset lex. Lex enim habet etiam transgressionem transgressio autem inducit etiam supplicium. Ea autem de causa adiecit illud, Puto, vt ostenderet id quod dicitur, non esse legem, sed consilium. Deinde ostendit quid bonū appellauerit. Alligatus es vxori, ne quære solutionem. Solutus es ab vxore, ne quære vxorem. Præuidēs enim letalia Hæreticorum venena, præseruatiuam medicinam constituit. Qua de causa prius confirmauit legem matrimonij, deinde de virginitate admonitiones & consilia sic intulit. Ne quis enim existimaret eum legem accusantem, de castitate ac cœlibatu legem ferre, matrimonii legem necessario cōfirmauit, dicens, Ne quære solutionem. Hoc ipsum autem cum posuisset etiam in cœlibatu, & dixisset, Ne quære vxorem: non perstitit in decreto, sed subiunxit. Si nautem etiam duxeris vxorem, non peccasti, & si nupserit virgo, non peccauit. Non enim tanquam iniquitatem suadeo fugere matrimonium, sed tanquam ad vitam meliorem adhortans. Ostēdit autem etiam lucrum virginitatis. De iis enim qui matrimonio coniunguntur dicit. Tribulationem autem carni habebunt eiusmodi. Qui enim vxorem duxit, in multas sollicitudines distrahitur, non solum vxoris, sed filiorum, & famulorum, & ancillarum curam gerens, & hoc significans dixit Tribulationem autem carni habebunt eiusmodi. Qui enim vxorem duxit, in multas curas distrahitur. Suam etiam amicitiam & affectionem aperit. Dicit enim, Ego autem vobis parco. Et paulo post. Volo autem vos esse sine solicitudine. Deinde facit comparationem eius qui vxorem duxit, & eius qui cœlibatum amplectitur. Qui cœlebs est, curat quę sunt Domini, quomodo placebit Domino. Qui autem vxorem duxit, curat quæ sunt mundi, quomodo placebit vxori diuisa est etiam mulier. &, Virgo innupta cogitat quæ Domini sunt, quomodo placebit Domino, & sit sancta corpore & spiritu. Quæ autem nupsit, cogitat quæ sunt mundi, quomodo placeat viro. In his autem apertè docuit vsum virginitatis neque enim iubet tanquam illicitum fugere matrimonium, sed vt à curis liberam persequi virginitatem, eorum enim, qui matrimonio iuncti sunt, in multa diuisa cogitatio, exactam & perfectam rectè gerere vitam prohibet. Qui autem solitariam vitam delegerunt, omnem in res diuinas curam conferunt. Pergit autem & vtilitatem ostendere, & legis necessitatem ab oratione remouere. Porrò hoc ad vtilitatem vestram dico, non vt laqueum vobis iniiciam. Nō enim propter necessitatem eum qui non vult traho: Sed quæ oritur vtilitatem indico. Propterea enim subiungit. Sed ad id quod honestum est, & vt Domino sine vllo impedimento indiuulsè assideatur. Qui enim à matrimonii iugo liber est, facile trahit eius iugum, cum nihil aliud eum abducat, quominus ei rectè possit assidere. pergit autem execrandorum Hæreticorum, quas de non contrahendo matrimonio ferunt, leges refellere. Dicit enim, Si quis autem se turpiter gerere existimat in virginem suam, si sit superadulta, & ita oportet fieri: quod vult faciat, non peccat, nubant. Hoc autem dicit de iis quę virginitatis pacta conuenta seu vota nondum fecerant. Qui autem statuit firmus in corde, non habens necessitatem, potestatem autem habens suæ voluntatis, & hoc iudicauit in corde suo seruare suam virginem, rectè facit. Hoc autem, Non habens necessitatem, posuit pro eo quod est, qui non est in potestate alterius. Seruos enim, quominus faciant quæ velint Domini prohibent. Ita cum & ei qui vult desponere, & ei qui filiam castam seruare cupit & constituit, potestatem dedisset, subiunxit. Igitur & qui matrimonio iungit virginem suam, benefacit, & qui non coniungit, melius facit. Talia de virginitate præscripta ac decreta à vitis rerum diuinarum cognitione præditis accepimus, non quæ matrimonium accusent, sed ad vitam curę expertem adhortantur.

1 Cor 7.

A

B

Vota virginitatis.

C

De Matrimonio.

OPeræ prætium autem existimo matrimonii quoque leges persequi, & eorum qui illud accusant audaciam refellere. Sufficit autem vel sexus differentia ad ostendendam causam opificii. Eius enim gratia formauit mulierem vniuersorum effector. Quamobrem eam etiam adiutricem vocauit. Faciamus enim, inquit, Adæ adiutorium secundum ipsum. Non solum autem formauit, sed etiam viro coniunxit, vt vult lex quæ nunc in vsu ciuili versatur, & ad virum deduxit, & ipse fuit & paranymphus & pronubus, ipse veluti quoddam donum matrimonio hanc benedictionem obtulit. Crescite, dicens, & multiplicemini, & replete terram, & dominemini ipsi. Hanc primam hominum genus à Deo vniuersorum benedictionem accepit. Iam verò multis postea annis, cum innundationis quę omnia perderet exitium induxit, non viro solos, sed etiam mulieres vtris numero pares in arcam ingredi iussit, & postquā pœna cessasset, priorem benedictonem renouauit. Nam hic etiam dixit. Crescite & multiplicamini, & replete terram. Porrò autem cum Abraham Patriarcham è terra paterna duxisset, iussit eum intueri stellas cœli, & pollicitus est se eis numero æquales homines effecturum. Faciam, enim inquit, semen ruum vt stellas cœli, multitudine, & vt arenam, quæ est in littore maris. Si autem malum esset matrimonium

Gen. 2.

Gen. 9.

D

Gen. 15.

non

id Dominus Deus à principio coſtituiſſet: non liberorum ſuſceptionem,benedictionẽ vocaſſet. Propterea enim etiam veteres plures habere vxores nõ vetuit,vt genus humanum augeretur. Ea de cauſa etiam viri boni & religioſi Dei cultores,& duabus,& tribus,& pluribus etiam mulieribus matrimonio iungebantur,plurimum filiorum patres eſſe cupientes. Quòd enim non libidini ac voluptati ſeruiẽtes,plurimum mulierum conſuetudinem ferebant,teſtatur quid Patriarcha Abraham,qui poſt mul
A tas Sarræ adhortationes cum Agar rem habuit,deinde poſtquam peperiſſet,cum ea nunquam poſtea coijt. Teſtatur autem etiam ſapientiſſimus Iacob,qui prẽter ſententiam quidem Liam accepit,propter coniugum autem zelotypiam,cum ancillulis conſuetudinem habere ſuſtinuit. Illæ quoque non voluptati ſeruiẽtes,ſed plurium liberorum matres eſſe deſiderantes,litem inter ſe inuicem habuerunt. Fidei ergo alumnos vetus etiam ſcriptura docet ſcopum matrimonij. Qui autem veteres leges non admittũt diſcant ex nouo ſimilia. Nam in hoc quoque laudatur omnino matrimonium. Primus enim Apoſtolorum,ex eorum qui vxores duxerant claſſe vocatus eſt,& illius teſtes ſunt Euangeliſtę,qui docent apertè quod eius ſocrum febricitantem curauerit Dominus. Ipſe autem Dominus non ſolum non prohibuit matrimonium,ſed etiam in nuptiis conuiuatus eſt: & vinum abſque vlla agricultura productum, donum nuptiis obtulit. Adeò autem legem matrimonii confirmauit, vt etiam eum qui vellet ſoluere matrimonium,præterquam propter fornicationem,alia lege vetuerit. Quicunque enim inquit,vxorẽ dimittit,præterquam fornicationis cauſa,facit eam adulterari. Deinde cum Phariſæi dixiſſent veterem legem iuſſiſſe dare libellum repudii,interpretatus eſt eis inſtitutum legis. Dixit enim, Ad duritiam cordis veſtri,ſcripſit vobis hoc mandatum. A principio autem creationis,maſculum & fœminam fecit ipſos Deus. Propterea relinquet homo patrem & matrem,& adhęrebit vxori ſuæ,& erunt duo in carne vna. Ita cum primam legiſſet legem quam ipſe dederat,ſubiunxit,Quare non ſunt amplius duo. Quod ergo Deus coniunxit,homo non ſeparet. Hæc autem omnia oſtendunt licitum & legitimum eſſe ma-
B trimonium. Porrò autem magnus quoque Petrus, Ananiam,& Saphiram coniunctos quidem non ſeparauit,furatos autem vehementer reprehendit. Illud enim erat licitum: hoc verò valde iniquum,& legi contrarium. Diuinus autem Apoſtolus Paulus Philemoni & Appiæ matrimonij lege coniunctis integram ſcripſit Epiſtolam. Corinthiis autem,qui ſcire voluerant an oportet eos qui Domino crediderunt cœlibatum matrimonio proferre,hæc declarauit. De quibus autem ſcripſiſtis mihi,Bonum eſt homini mulierem non tangere: Sed propter fornicationes vnuſquiſque ſuam vxorem habeat: & vnaquę que proprium vitum habeat. Hæc cum decreuiſſet,perfectam eos inter ſe habere iubet beneuolentiam Mulieri vir debitam beneuolentiam reddat. Similiter autem & vxor viro. Quia autem veriſimiliter fieri poterat,vt vel maritus,vel vxor continentiam coniunctioni præferrent: id autem ſi non ex conſenſu fieret,eueniret vt qui continere & firmus eſſe non poſſet,in ſcortationem incideret: prohibet eam,quę fit abſque conſenſu,continentiam,& dicit. Mulier non habet poteſtatem proprii corporis,ſed vir,& vir non habet poteſtatem proprii corporis,ſed mulier. Eſtis,inquit,alter in alterius poteſtate,non potes facere quod vis abſque eo qui iugum tecum vnà trahit. Et confirmans legem ſubiunxit,Ne fraudetis vos inuicem,niſi ex conſenſu ad tempus,vt vacetis ieiunio & orationi. Et rurſus. Ad idem conuenite,frau
dationem autem vocauit,ceſſationem à coniunctione quæ fit præter animi ſententiam. Nam ſi altera pars contineat,altera pars exiſtimat ſe eſſe coniunctione fraudatam. Docet autem etiam quamnam ob cauſam poſt orationem & ieiunium,rurſus iuſſerit conuenire. Subiunxit enim,Ne rurſus vos tentet ſatanas. & oſtendens quòd ille belli gerendi anſam à nobis accipit,neceſſario adiecit,Propter intemperantiam veſtram. Vobis,enim inquit,certantibus,ille nunquam erit ſuperior. Deinde adhortans ad prę
C ſtantiora,inquit. Hoc autem dico ſecundum veniam,non ſecundum mandatum. Volo enim omnes homines eſſe ſicut & me ipſum in continentia. Sed vnuſquiſque proprium habet donum ex Deo, hic quidem ſic,ille verò ſic. Si autem beatiſſimus Paulus donum Dei vocauit matrimonium quod eſt cum temperantia: clarum eſt eſſe iniquas miſerorum Hæreticorum leges,latas aduerſus matrimonium. Et quæ deinceps ſequuntur,ſunt eiuſdem ſententię: his autem qui matrimonio iuncti ſunt,præcipipio, nõ ego,ſed Dominus, vxorem à viro non diſcedere: Quòd ſi diſceſſerit,manere innuptam,aut viro ſuo reconciliari. Et vir vxorem non dimittat. Tantum abeſt vt prohibeat matrimonium,vt etiam eum qui illud ſoluit,legibus Domini teneri dicat. Non enim inquit ego hanc legem ſcribo,ſed Dominus Deus, qui hoc in diuinis adiecit Euangeliis,& eam quæ eſt ſeparata,innuptam manere iuſſit,ea ratione cogẽs reuerti ad maritum. Quinetiam iis quæ maritos habent infideles,& iis qui infidelibus mulieribus ſunt matrimonio coniuncti,præcipit non ſoluere matrimonium. Si quis enim,inquit, frater habet vxorem infidelem,& hæc conſentit habitare cum illo,non dimittat illam. Et ſiqua mulier habet virum infidelẽ & hic conſentit habitare cum illa, non dimittat ipſum. Si autem non ſoluit coniugium, in quo non eſt fidei concordia: clarum eſt quòd licitum ac legitimum eſſe matrimonium, non autem legibus contrarium eſſe nouit.

Polyguã.

Petrus cõmix. Matt.8. Luc.4. marc.1. ioan.2. Matt.19.

act.5.

1.Cor.7

Fraudatio

De ſecundis nuptiis.

ET quid dico primum matrimonium? etiam ſecundam decreuit coniunctionem. Dico enim,inquit iis qui non ſunt coniuncti matrimonio,& viduis, bonum eſt ipſis, ſi ſic permanſerint ſicut ego. Quòd ſi ſic non continẽt: iungantur matrimonio. Melius eſt enim matrimonio iungi quam i. Vrocat
D autem vnctionem,non cupiditatis vexationem,ſed eius victoriam. Paulo poſt autem legem quoque confirmat. Sic autem dicit. Mulier alliquata eſt legi quam diu viuit vir eius. Quòd ſi dormierit vir eius libera eſt vt nubat cui vult,tantum in Domino,hoc eſt,modeſtè, & legitimè pio viro & fideli. Conſu-

lit autem etiam continentiam: Beatior autem erit, si sic permanserit, secundum meam sententiam. Et
Vslio. inductione ostendit esse legem fide dignam. Puto enim, inquit, quod & ego spiritum Dei habeam. Nō
rationibus humanis vtens, hæc decerno, sed diuini spiritus existens instrumentum. Notandum est autē
quòd non beatam, sed beatiorem dixit eam quę se contineat, ea ratione docens, quòd etiam quæ secun
dum matrimonium amplectitur, nō est omnino beatitudine destituta, si quidem, vt vult lex hic posita
coniugium susceperit. Porrò autem ad Romanos scribens, & legis & gratiæ docens differentiā, posuit
exēplum secundum matrimonij. An ignoratis fratres, inquit, facientibus enim legem loquor, quòd lex
Rom.7 in homine dominatur quanto tempore viuit, Deinde exēplum. Nāque sub viro est mulier, viuente viro A
alligata est legi. Si autem mortuus fuerit vir eius, soluta est à lege viri. Igitur viuēte viro vocabitur adul
tera, si fuerit cum alio viro. Sinautem mortuus fuerit vir eius, libera est à lege viri, vt non sit adultera si
fuerit cū alio viro. Et hic ergo cōprobauit secundas non esse reiiciendas nuptias. Scribēs quoque ad bea
tum Timotheum, & de ecclesiasticis ordinibus decernens, cum de viduarū ordine multū differuisset,
subiunxit. Adolescentiores autem viduas deuita. Et cum dixisset causas, subiungit. Volo ergo iuniores
Tim: nubere, filios procreare, matres familias esse, nullam occasionem dare aduersario maledicti gratia. Sed
Paulo dicente, Volo, Nauatus audet dicere, Nolo. Sed nos leges Pauli sequamur. Nauati autem arrogā
Nouat. tiam vale iubeamus.

De fornicatione.

FOrnicationem autem, & omnem intemperantiam, tanquam iniquas actiones legique contrarias,
prohibemus, Audimus enim diuinissimum Paulum clamantem, Fornicatio autē & immunditia no
Eph.5. nominetur quidem in vobis, sicut decet sāctos. Et rursus. Ne quis fornicator vel prophanus, vt Esau, et
Heb.12. Honorabile coniugium in omnibus & cubile immaculatum: fornicatores autem & adulteros iudica-
bit Deus, Et in epistola ad Corinthios. Si quis qui frater nominatur, sit fornicator, vel auarus, vel idola
1.Cor.6. tra, vel conuitiator, vel ebriosus, vel raptor: cum eo ne commedatis quidem. Propter hanc intemperā
tiam & libidinem, cum etiam qui fornicatus est tradidit satanæ, & clamat apertè. Si quis templum Dei
perdit, perdet & ipsum Deus. Templum enim Dei sanctum est, quod estis vos. Hoc modo certè iubet B
omnino vitare omnem intemperantiam. Nescitis enim, inquit, quòd qui adhæret meretrici, est vnum
corpus. Erunt enim, inquit, duo in carne vna. Qui autem adhæret Domino, est vnus spiritus. Fugite for
nicationem, Omne peccatum quod fecerit homo, extra corpus est. Qui autem fornicatur, in proprium
corpus peccat. Scribens etiam ad Galatas, eandem doctrinam attulit. Manifesta enim sunt opera carnis
quæ sunt adulterium fornicatio, immunditia, intemperantia, idololatria, veneficium, inimicitiæ lis, æ-
mulationes, iræ, seditiones, dissensiones, hæreses, cædes, ebrietates, comessationes, & quæ sunt his simi
Gal.5 lia. Quæ prædico vobis, sicut & iam prædixi, quòd qui hęc agunt, regnum Dei non possidebunt. Hæc
autem Basilides, & Carpocrates, & Epiphanes, & Prodicus, & reliqui intemperantiæ & iniquitatis ma
Phi.4. gistri, legerunt quidem, sed eis contrariam legem introduxerunt, legibus spiritus apertè repugnantes.
His quoque conuenientia scripsit ad Ephesios. Dico enim inquit, & testificor in Domino, vt iam non
ambuletis, sicut & reliquæ gentes ambulant, in vanitate mentis suę, tenebris obscuratum habentes in-
tellectum, alienati à vita Dei propter ignorantiam quæ est in ipsis, propter cęcitatem cordis ipsorum
qui desperantes tradiderunt semetipsos impudicitiæ, in operationem immunditiæ in auaritia. Vos au-
tem non ita didicistis Christum, siquidem ipsum audiistis, & in ipso docti estis, quatenus est veritas in
Iesu: vt deponatis vos secundum priorem conuersationem veterem hominem, qui corrumpitur secun
dum desideria erroris, & quæ sequuntur. Et paulo post. Hoc enim iutelligite quòd omnis fornicator,
aut immundus, aut auarus, quod est idolorum seruitus, non habet hæreditatem in regno Christi & dei C
Hæc etiam scripsit ad Philippenses. De cætero fratres, quæcunque sunt vera, quæcunque pudica, quæ
col.3. cunquebona, quæcunque iusta, quæcunque casta, quæcunque amabilia, quæcunque bonæ famę, si qua
virtus, & si qua laus, hæc cogitate, quę & didicistis, & accepistis, & vidistis in me, hęc agite. Similiter au
tem scribit etiam ad Collocenses. Mortificate ergo membra vestra, quę sunt supra terram, fornicationē
immunditiam, passionem, cupiditatē malam, & auaritiam, quę est idolorum seruitus, propter quæ ve-
nit ira Dei super filios diffidentiæ. Vetus quoque testamentum ea statuit quæ sunt nouo conuenientia.
Etenim dicit ipse Deus. Sancti estote sicut & ego sanctus sum, & ne mentē adbibe mulieri malæ. Mel
enim distillat à labijs mulieris meretricis: quod ad tempus quidem delinit guttur tuum: postea autem
inuenies felle amarius. Possunt etiam alia innumerabilia inueniri, quæ hanc accusant libidinem & in
temperantiam. Scelerati autem & execrandi Hęretici etiam mysticam communionem nominarunt
intemperantiam.

De Pœnitentia.

Nouat. DIuina autem scriptura non solum iniquitates & peccata prohibet, sed etiam iis medetur qui eorū
vulnera acceperunt. Nauati enim feritatem & beluinam crudelitatem abhorret: & accusat pasto
Ezec.14. res qui non suarum ouium curam gesserunt. Et dicit ipse Deus. O Pastores, quod infirmum fuit non con
firmastis: & quod ægrum non curastis: & quod malè habebat non refecistis: & quod aberrabat non re
duxistis: & quod perierat non requisistis. Qui autem eos accusat qui eam curam non gesserunt, clarum
est quod vult infirmas oues curari. Propterea dixit eidem Prophetæ. Speculatorem dedite domui Israel
& audies ex ore meo verbum: & eum ex me præmunies. Cum dixero impio, Morte morieris, & non
annunciaueris peccatori vt caueat, impio vt se auertat à via sua mala, vt ipse viuat: ipse quidem impius D
morietur in iniquitate sua, sanguinem autem eius ex manu tua requiram. Et paulo post.

Viuo

Viuo Ego dicit Adonai Dominus,quòd nolo mortem peccatoris,ſed vt ſe conuertat à via ſua mala &
viuat. Deinde ſuaſorie. Conuerſione conuertimini à via veſtra mala,& cur moriminiDomus Iſrael? Dein
de iubet Prophetam hoc quoque verbum ad eos tranſmittere. Et tu fili hominis dic filiis populi tui. Iuſ
titia iuſti non eximet ipſum in die quo errauerit & iniuſtitia iniuſti non interficiet ipſum, in quo die
A conuerſus fuerit à ſua iniquitate,& fecerit iudicium & iuſtitiam, & dignus debitoris reddiderit, &
quod raptum fuerat reſtituerit,ſi iniuſtus in præceptis vitæ ambularit,vt non faciat id quod iniuſtũ eſt
vita viuet,& non morietur,& omnia peccata eius quæ peccauit,obliuioni mandabuntur,quia iudiciũ
& iuſtitiam fecit,in eis viuet. Et Nabuchodonoſor beatus Daniel pœnitentiæ medicamenta præbuit. *Dan.4.*
Et nunc,inquit enim,ô Rex conſilium meum tibi placeat:& in eleemoſina elue iniquitates tuas,& in
iuſtitias tuas in miſerationibus pauperum. Diuini autem Hieremiæ Prophetia hac doctrina plena eſt.
Nunc enim dicit quidem. Conuertimini filii qui defeciſtis,& conuertar ad vos,dicit Dominus Deus:
nunc autem ablue à vitio cor tuum Iſrael vt ſerueris,ne forte inueniantur in te diſputationes laborum
tuorum. Et rurſus,Num qui cadit,non reſurgit,vel qui auertitur non conuertitur? Plurimas quoque,li-
cet alias eiuſmodi inuenire admonitiones. Sapientiſſimus autem Eſaias clamat. Quando auerſus lugebis,tunc ſeruaberis, & cognoſces vbi eras quando confidebas in vanis. Quinetiam in Proœmio cum
multas populi iniquitates eſſet perſecutus,& morbum eſſe curatu difficilem oſtendiſſet. Non eſt enim
inquit, imponere malagma,nec oleum,nec ligamenta: paulo poſt eis pœnitentiæ medelam adhibuit,
cum dixit. Lauamini,mundi eſtote,auferte iniquitates veſtras ab animabus veſtris coram oculis meis,
ceſſate à malis veſtris,diſcite bonum facere,quærite iudicium,libertate eum qui iniuria afficitur à ma-
nu eius qui eum iniuria afficit. Deinde pollicetur ſe eos lanæ albæ & niui ſimiles reddiderum,etiam ſi
coccineum & pupureum colorem habuerint,hoc autem poteſt ſolus Deus facere. Infectores enim in a-
lios quidem colores album mutant: aliquem autem alium colorem in album mutare non poſſunt. Crea
tori autem ſunt omnia familia. Verum enim vero orationem vltra modum extendemus,ſi omnes Pro-
B phetarum adhortationes collegerimus. His enim plena ſunt & cantico Prophetica,& aliorum Prophe
tarum oracula. Sed ij qui Nauati arrogantiam ſuſceperunt,dicunt non oportere poſt baptiſmum ijs qui
Nauati arrogantiam ſuſceperunt, dicunt non oportere poſt baptiſmum iis qui peccant præbere me- *Patientia*
dicinam. Oportebat autem eos conſiderare,quòd etiam veteres ſacrorum myſteriorum typum & figu- *poſt bap.*
ram habebant,aſperſiones,& diuina ſacrificia. Vt autem fuſiſſimè & copioſiſſimè eam ignorantiam cõ
uincamus, Aaron in medium producamus. Is enim cum vnctus,& primus Pontifex creatus,diuini ſpi *Exod.31*
ritus gratiam accepiſſet,impijs iniqui populi ceſſit petitionibus. Conſtruxit autem vituli effigiem, &
cum alijs Leuitis ſacrificia obtulit. Veniam tamen conſecutus eſt,& in Pontificatu ad mortem vſque *Dauid.*
permanſit. Magnus quoque Dauid,cum eſſet Propheta,& diuini ſpiritus gratiam haberet inhabitan-
tem,fecit duo grauia peccata: ſed vulnera curauit per pœnitentiam, nec eſt ſpiritus gratia priuatus:
Sed etiam poſt peccatum multa futura vaticinatus eſt. De eo verò qui Corinthi fornicatus erat quid di
xerint,qui non ſolum diuinis ſacramentis dignus eſt habitus,ſed etiam docendi gratiam aſſecutus eſt. *Fornica-*
Quamobrem cum qui illi ſuberant,de eo tanquam de viro docto & ſapiente ſe iacturent,ſibique place *tor Pauli*
rent,eos reprehendit,dicens. Et vos inflati eſtis,& non potius luxiſtis,vt tollatur de medio veſtri qui *vir doctus*
opus hoc fecit. Sed tamen cum eum qui & Doctor erat,& maximum flagitium perpetrare auſus fue-
rat,Satanæ tradidiſſet,ab illius manibus eum rurſus eripuit,& corpori eccleſiæ reddidit. Ita autem ſcri *1 cor.5*
bit in ſecunda epiſtola. Cui autem aliquid donatis,& egõ. Nam & ego ſi quid donaui,propter vos. Et *2 cor.2*
ne quis exiſtimaret eum id feciſſe in gratiam hominum,adiecit,In perſona Chriſti. Hoc eſt, tanquam
videnre vniuerſorum Domino,vt pote ſciens id quod fiebat illi quoque eſſe gratum. Vnde etiam cauſã
ſubiungit,Ne à Satana propter eius plura habendi cupiditatem inuadamur. Non enim eius cogitata
C ignoramus. Vt vos potius ei condonetis,& conſolemini,ne is forte nimia triſticia abſorbeatur. Eiuſ-
modi habebant commiſerationem eccleſiæ Doctores,erant enim medici ſpiritales, ſanorum quidem
valetudinem conſeruantes,eorum autem qui malè affecti erant,morbos propulſantes. Hoc procurans
hæc quoque adiecit in ijs quæ ad eos ſcripſit,Ne rurſus cum venero me humiliet Deus meus apud vos *2 Cor.12.*
& lugeam multos eorum qui prius peccauerunt,& pœnitentiam non egerunt de immunditia,& for-
nicatione,& intemperantia quam egerunt. Ita etiam Galatas,qui poſt gratiæ vocationem,& diuinorũ
ſacramentorum perceptionem,à fide declinauerant,& circunciſionem ſuſceperant,& legalium obſer
uationem amplexi erant,reducit ad ſalutem,& eis ipſorum pœnitentiæ medicamenta adhibet,pjeque
matris vocem emittit. Filioli mei,quos ego rurſus parturio,donec formetur in vobis Chriſtus. Porrò au *Gal.4*
tem eandem nobis doctrinam Dominus quoque Chriſtus per ſuas parabolas præbuit. Nam ouis quę
perierat,& drachma quæ exciderat,docent nos curam gerere eorum qui peccarunt. Prodigus autem fi *Luc.15.*
lius tranſgreſſionem quę poſt baptiſmum facta eſt apertè ſignificat. Paternarum enim facultatum,quę
ad eum redibat parte accepta,eáque prodigè & pet luxum exeſa,reuerſus eſt,& tamen prima ſtola di
gnus eſt habitus,& per annulum Dei imaginem recepit,& de ſaginato vitulo comedit,& vt maximũ
feſtem celebraret Pater,cauſa fuit. Iam verò omnis Domini doctrina & actio docens peccatorum cu-
rationem. Vocati quoque Publicani,& quæ acceſſit meretrix,& latro qui credidit,et verba hæc huma
nitatis et clementiæ, Non veni vocare iuſtos,ſed peccatores ad pœnitentiam. Non enim opus habẽt *Matt.9*
medico,ſed qui malè habent. Quòd ſi hæc dicunt facta eſſe ante baptiſmum,diſcant primum eccleſiæ *Petr.eccl.*
D fundamentum fuiſſe labefactatum et a diuina gratia confirmatum. Cum ter enim magnus negaſſet pe *ſecũdum*
trus,manſit primus,ſuis lachrimis curatus. Hanc alijs etiam fratribus adhibere medicinam iuſſit Do- *Luc.22.*
minus. Et tu,inquit enim,conuerſus,confirma fratres tuos,et cum diſcipulis otandi formam dedit,iuſ

Matt.6 sit eis dicere, Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris. Hanc autem orationem, non eos, qui non sunt sacramentis initiati, sed qui sunt initiati, docemus. Nullus enim eorum qui non sunt initiati audet dicere, Pater noster qui es in cœlis, cum nõdũ adoptionis filiorum vnctionẽ susceperit. Qui autem baptismatis donum est assecutus, Patrem vocat Deum, vt qui in gratiæ filiorum ordinẽ sit allectus. Ii ergo iussi sunt dicere, Dimitte nobis debita nostra. Sunt ergo medicabilia etiam quę post baptismum fiunt vulnera: medicabilia autem, non vt olim per solam fidem data remissione, sed per multas lachrymas, & fletus, & luctus, & ieiunium, & orationem, & laborem facti peccati quantitati commoderatum. Qui enim non sic affecti sunt, eos nec admittere quidem didicimus, nec diuina A
Matt.7. sunt eis manu impertienda. Nolite, inquit dare sanctum canibus, nec margaritas porcis. Has habet ecclesia leges de Pœnitentia.

De Abstinentia.

AVino autem, & ab esu carnium, & ab aliis eiusmodi abstinentiam, non similiter ac Hæretici amplectitur. Illi enim ab iis, tanquam abominandis, abstinendum esse censent. Ecclesia autem nihil horum decernit, neque enim eorum prohibet participationem, & ideo alij quidem permissis à lege bonis & voluptatibus securè fruuntur, alij verò ab eis abstinent, nullus autem qui sapit, & rectè sentit, cõ
Monastic. demnat eum qui comedit. Nam & abstinentia, & esus participatio, sunt in mentis potestate. Porrò autem vita monastica non est ex necessitate sed libera animi voluntate suscepta. Et hoc ex Apostolicis le
Rom.14. gibus didicimus. Qui comedit, inquit, non comedentem non spernat, & qui non comedit, comedentem non iudicet. Et rursus. Omnia munda, sed malum est homini, qui per offendiculum comedit. Itaque ipsos impios in epistola ad Timotheum reprehendens, hæc scripsit. Spiritus autem manifestè dicit
1 Timot.15 quòd in nouissimis temporibus aberrabunt quidam à fide, attendentes spiritibus erroris, & doctrinis Dæmonum, in hypocrisi loquentium mendacium, & cauteriatam habentium suam conscientiam, prohibentium matrimonium contrahere, abstinere à cibis quos Deus creauit ad percipiendum cum gratiarum actione fidelibus, & ijs, qui cognouerunt veritatem, Quòd omnis creatura Dei bona est, & nihil est reijciendum quòd cum gratiarum actione percipitur. Sanctificatur enim per verbum Dei & o- B
1 cor.10. rationem. Et Corinthijs etiam iussit quidquid in macello venditur comedere, nihil interrogantes propter conscientiam, & eum qui ab aliquo infideli vocatur ad conuiuium, eorum quę apponuntur securè participem esse iussit, nisi forte aliquis significauerit aliqua ex obsonij fuisse immolata. Tantum abfuit vt diuinus ille vir carnibus vesci prohiberet. Iam verò ipse quoque Dominus de seipso dixit. Venit fi-
Matth.11. lius hominis comedens & bibens, & dicunt, Ecce homo vorax, & vini potor, publicanorum amicus et peccatorum, & cum pascha perageret, agnum comedit, scilicet cum discipulis, et ad nuptias vocatus, non solùm non prohibuit bibere, sed etiam conuiuantibus vinum admirabiliter fabricatus est. Encratitarum ergo seu abstinentium errorem diuina etiam decreta pulchrè conuincunt. Dei autem ecclesia
Ioan 2. aduersatur quidem fabulis Hæreticorum: diuina verò decreta sequitur. Rogo ergo eos qui in hæc scripta incidetint, vt cum vnoquoque malo dogmate diuina conferant, et ex collatione intelligant quantũ
2 cor 6. sit discrimen inter verum et falsum. Quæ est enim societas luci cum tenebris? Quæ autem conuentio Christo cum Belial? Re vera enim illa quidem sunt Diabolicæ improbitatis et calliditatis inuenta: hæc autem diuini spiritus decreta, quæ assiduè sequi conuenit, ea immobilem eorum seruare regulam, et per ea suam animam corrigere. In Christo Iesu Domino nostro, cum quo Patri cum sancto spiritu conuenit gloria, honor, et magnificentia, nunc, et semper, et in sæcula sæculorum.

AMEN. C

FINIS. DEO HONOR ET GLORIA.

AD LECTOREM ADMONITIO.

CVm hic liber nunc editus sit in multorum manus venturus, quorum non deerunt aliqui etiam in rebus sacris versati, qui fortasse facilè offendentur, Lectorem admonendum duximus, esse in hoc
A authore nonnulla, quæ si non diligenter attendantur, in malam partem accipi, & aliquid fortè scrupuli iniicere possint: animaduersa autem & rectè ponderata nihil omnino offensionis afferant.

Ac primũ quod de Sacrosanctæ Eucharistiæ mysterio dicit charta 424. pagina 2. & charta. 447. pagina prima, dictum esse videtur ex eorum sententia, qui falsò asseruerunt esse in eo pane corpus Christi, remanente tamen panis substantia: quod quidem falsum est, cum ecclesia, & ipsius Christi verbis id apertè significantibus, & omnium tam veterum quàm recentium Doctorum authoritate mota, facto Oecumenici concilii decreto pronunciarit, substantiam panis in corpus Christi transubstantiati. Quã quam Theodoretus hoc fortasse nomine aliqua venia dignus videatur, quòd de ea re eius tempore ab ecclesia nondum fuisset aliquid promulgatum. Et minus mirandum est, si dum aduersus Hæreticos acerrimè disputat, veritatis tuendæ studio longius prouectus, in alteram partem nimium quandoque declinet. Cum illud in primis ponderari soleat qua mente aliquid à quopiam dicatur. Quod autem alicubi videtur minus plenè loqui de veritate corporis & sanguinis Domini, vt cum symbola & rypos corporis & sanguinis Domini sæpè repetat, charta etiam 424. ita scribit, In mysteriorum autem traditione corpus panem appellauit, & sanguinem id quod in calice commixtum est. Et paulo post. Seruator noster nomina commutauit, & corpori quidem id quod erat symboli nomen imposuit: symbolo vero quod erat corporis. Et statim aliquot interiectis. Qui enim quod natura corpus est triticum & panẽ appellauit, & vitam rursus seipsum nominauit, is symbola & signa, quæ videntur, appellatione corporis & sanguinis honorauit. Rursus ibidem. Cuius symbolum & figuram esse existimas sanctissimam es-
B cam? Respondetur autem, Corporis & sanguinis Domini. Et charta. 462. Corpus ergo salutem procurauit. Non solius hominis corpus, sed Domini nostri Iesu Christi vnigeniti Dei filii. Sinautẽ hoc tibi paruum & vile putatur, quomodo eius typum ac figuram venerabilem & salutarem existimas? Vbi autem typus est adorandus & venerandus: quemadmodum est ipsum exemplar & Archetypon vile & aspernandum? Et charta. 481. Si autem caro mutata est in naturam diuinitatis, cur iis communicant quæ corpus repræsentant? Clarum est enim hæc verba Theodoreti posse ad impium sensum torqueri, quanquam pium & verè catholicum sensum etiam habere possint. Rectè autem Theodoretum sensisse de veritate corporis & sanguinis, & de reali & substantiali (vt Theologorũ verbovtar) præsentia Domini, satis apparet ex multis quæ ab eo huic operi inspersa sunt. Et in iis hoc primum valde ponderandum est, quod de Sacrosancta Eucharistia, tanquam de abditissimo & prorsus incredibili fide Christianæ arcano, verba facturus, tam diligenter præfatur se nolle Christianæ religionis arcana iis propalare qui non sunt christianis mysteriis initiati. Vnde etiam Orthodoxus dicit Eranistæ. Velim te paulo magis mysticè respondere. Adsunt enim fortasse nonnulli qui non sunt mysteriis initiati. Neque verò vsquam in hoc opere præfatur, nisi quando in Eucharistiæ mentionem incidit. Quid autem tanta præfatione opus fuisset, si nihil in Eucharistia exhiberi credidisset præter signa? Credendum certè est Theodoretum non alia ratione in solius Eucharistiæ mentione præfari, quàm qua prisci Christiani &
C patres sacramentum hoc & huius sacramenti fidem maxima inter se religione tractabant, & Prophanos procul arcebant. Porrò autem idem Theodoretus se non nisi mysticè de Eucharistia locuturũ præfatus, ne sanctum daret canibus, aut sacra prophanis proderet, satis clarè se Orthodoxam tenere fidem ostendit, quando ait eodem in loco, Volebat enim eos qui sunt diuinorum mysteriorum participes, non attendere naturæ eorum, quæ videntur, sed propter nominum immutationem mutationi quæ fit ex gratia credere. Hæc ille. Quænam est autem illa mutatio quam dicit Theodoretus, nisi ea quam nos credimus? Si eius itaque verba & sensa penitus inspiciamus, non erit quòd dubitemus asserere, eum non solũ de vera corporis Christi præsentia, sed etiam de transmutatione & transsubstantatione nobiscum sentire. Ad ostendendum autem quàm rectè de corporis Christi in Eucharistia veritate sentiat, nihil magis facit, quam quòd charta 471. ad suam sententiam confirmandam allegat hoc præclarum Ignatii Episcopi Antiocheni & Martyris testimonium, ex epistola ad Smyrnenses. Eucharistias & oblationes non admittunt (Hæretici scilicet quos ille taxat) quòd non confiteantur Eucharistiã esse carnem Seruatoris nostri Iesu Christi, quæ pro peccatis nostris passa est: quam pater sua benignitate suscitauit. Quo quid clarius & apertius dici potest? Valde etiam facit, quòd charta 452. citat ex Ambrosio his verbis. Ne velis ergo corpus esse æquale diuinitati secundum naturam. Etsi. n. credideris esse verum corpus Christi: & altari obtuleris ad transmutationem, non distinxeris autem naturam corporis & diuinitatis, &c. Accedit his quòd ipse Theodotetus in epistola 1. ad Corint. cap. 11. exponẽs locum illum, Accepi à Domino, hæc dicit. Sacram illam & omni ex parte sanctam noctem in memoriam reuocauit, in qua & typico Paschati finem imposuit, & verum typi archetypum ostendit, & salutaris sa-
D cramenti portas aperuit, & non solum vndecim Apostolis, sed etiam Iudæ proditori pretiosum corpus & sanguinem impertiit. Et rursus exponens illud, Reus erit corporis & sanguinis Domini, hæc dicit. Hoc significat, quòd quemadmodum tradidit ipsum Iudas, ipsi autem insultarunt, & eum probris, & conuitiis affecerunt Iudæi: ita eum ignominia & dedecore afficiunt, qui sanctissimum eius corpus immundis manibus accipiunt, & in pollutum & incestum os immittunt. Hæc ille, quæ quidem satis indicant, eum de corpore & sanguine Domini, verè, & vel in primis catholicè sensisse.

Euchari-stia.

Transsub stantiatio

Vit. c. et S. domini.

Mysteriũ Eucharistiæ.

Mutatio.

Transmu tatio.

iud. cor. d.

Sancti processio. Secundo cum charta.206. pagina.2. dicit spiritum sanctum à patre procedere atque existere, nec subiungit. Et à filio, id ex eorum Græcorum sententia dictum videri possit, qui negarunt spiritum sanctum ex patre, & filio procedere. Quæ quidem sententia est ab Ecclesia adeò improbata, vt ipse etiam Theo- A

Theod damnatus. Et restitutus. doretus à Concilio Ephesino damnatus, & episcopatu priuatus sit, ad quem tamen, cum ipse errorem suum confessus esset, à Chalcedonensi synodo restitutus est, vt locupletissimus testis est Bessarion in Concilio Florentino. Tertio quod charta.231.pagina.1. dicit infantes nondum peccatum gustasse, quo in loco non peccatum originis, sed quod actuale, & personale vocant, illic intelligendum est, & si verò minus clarè loquitur de peccato originis, id illi ferè cum aliis omnibus Græcis commune est. Quanquã

Origin. peccatum ipsum Theodoretum non negare peccatum originis, ex hoc ipso etiam opere constat. Charta.n.106.pagina prima ait. Quemadmodum.n. Principe generis condemnato, vniuersum quoque genus simul cõdemnatum est: ita cum Seruator noster execrationem & maledictionem soluisset, naturæ quoque vt libertate frueretur euenit, & rursus charta.223.pagina prima. Cum omnes homines essent sub maledicto & peccati laqueis implicati, per vnius iustitiam dedit omnibus salutem. Cautè itidem legendũ est quod charta.106.pagina prima dicit Eranistes, quod etiam confirmat Orthodoxus. Eranistes. Etiam, inquit, si genus illud non fuit peccati illius (nimirum Adæ) particeps, sed alia tamen peccata perpetrauit, & ea de causa fuit mortis quoque particeps &c. Orthodoxus. Optimè nobis ostendisti, quæ sit causa quòd

Antichristum. sumus mortis participes. Quarto quod charta. 237. pagina.2. dicere videtur Antichristum fore Diabolum humana natura indutum: id a Sanctis Ecclesiæ Doctoribus damnatum est. Neque.n. Antichristus futurus est Diabolus cum humana natura copulatus, sed homo quispiam omnem Satanæ operationem ostendens. In hac sunt sententia præclari Doctores. Hieronymus, Augustinus, Chrysostomus, Ioannes Damascenus, Thomas Aquinas. Quanquam probabile est Theodoretum non sentire Antichristum fore purum Dæmonem, sed velle quæ ab illo homine perpetrabuntur scelera, inhabitanti Dæmoni tribue- B re: quemadmodum etiam supra, hæreses omnes à quibuscunque hominibus inuentas, confictas, & disseminatas, ei tribuit, qui impijs illis hominibus tanquam instrumento vsus est. Dicit autem de Antichristo. Hic autem veritatem aduentus Domini omnino imitabitur, & electo humano instrumento sua operatione digno, & rursus. Ipsum autem hominem peccati & filium perditionis vocauit, & naturã quæ videtur, & omnis generis peccati operationem ostẽdens. Et rursus, Sicut, inquit, Vnigenitus Dei filius sanctis quidem Prophetis, & sacris Apostolis, & aliis etiam sanctis diuisit dona Spiritus sancti, homo autem factus non particularem aliquam sumptæ naturæ dedit gratiam, sed omnem diuinitatis plenitudinem, vt vult Apostolus, visum est ei in ipso habitare: ita Diabolus (norentur verba) aliis quidem hominibus, quoscunque persuasit esse operarios iniquitatis: huic autem ipsa coniuncta ratio, omnis generis vitiorum & scelerum machinas per ipsum ostendet. Hactenus Theod. Ecce audis Diabolum homine aliquo vsurum tanquam omnium scelerum instrumento quod in eo sensu accepit quo dicit Hieronymus in septimum caput Danielis. Ne eum putemus iuxta quorundam opinionem vel Diabolum esse vel Dæmonem, sed vnum ex hominibus in quo totus Satanas habitaturus sit corporaliter, & multa similia legimus variis in locis apud Augustinum. Antichristum autem futurum esse verum hominem se sensisse docet aperte Theodoretus in 2.cap.epistolæ Pauli ad Thessalonicẽses, his verbis. Ipsum autem hominem peccati appellauit, quandoquidem natura homo est, qui omnem operationem Diaboli in se C susceperit. Filium autem perditionis, vt qui & ipse pereat, & aliis interitum procuret. Imitatur enim capitalis hominum hostis Dei & Seruatoris nostri humanæ naturæ susceptionem, & sicut ipse, humana susceptа natura, nostram procurauit salutem: ita ille eum elegit hominem qui possit eius omnem susceptionem, & per eum omnes homines decipere conabitur, seipsum Christum & Deum nominans. Hæc & multa alia in hanc sententiam dixit Theodoretus, quæ ab omni calumnia eum facilè liberant.

Angelorũ visio. Præterea quod charta 16. pagina prima ita scribit. Ita etiam de Angelis intelligamus, audientes quòd quotidie vident faciem patris, non.n. vident substantiam diuinam, forsitã aliquos offenderet, cum Angeli sint beati, & videant deum facie ad faciem, & sicuti est. Sed nodus facilè soluitur. Theodoretus.n. iudicat se non loqui de simplici visione, sed de ea quam nonnulli appellant comprehensiuam. Simili-

Chri. cor. resurg. ter quando charta.68.pagina prima ex Diui Greg. Nazianz. magni sententia sic scribit. Venturum rursus cum gloriosa sua præsentia iudicatum viuos & mortuos, non amplius quidem carnem, sed non incorporeum, iis quibus ipse nouit rationibus diuiniori corpore, & vt videatur ab iis qui pupugerunt, & maneat Deus à crassitudine remotus: quando, inquam, ita scribit, nemo debet offendi, quasi aut Theodoretus aut Basilius sentiat cum Origenianis Christum substantiam veræ carnis non resumpsisse in re-

F. non sine causa 50. surrectione, sed nescio quod corpus. Statim enim subiungitur ex eiusdem Basilii sententia Christum in resurrectione carnem non deposuisse. Item, 80. Carnem inquam, carnales dico affectiones. Denique post resurrectionem, inquit, vtrunque ostendit Dominus, & quòd non tale corpus, & quòd id quod est, resurrexit. Nonnullos etiam non nihil fortasse offendere poterit, quod de filio loquens, ita scribit, Pater nec est, nec sine causa, & pronunciat filium non esse αἴτιον, quasi scilicet filius sit à causa aliqua. D

Gregorius autem Nazanzenus libro primo de filio ita scribit de eodem, ἐν ἀρχῇ ὢν ὁ υἱὸς ἀναίτιος (τὸ γὰρ αἴτιον πατρός) ἀλλὰ καὶ ὕστερον γέγονεν ἢ αἰτία. Et lib. 2. ἀλλ' ὡς ἐκεῖνον ὑπάρχοντος ἀρχῆς, καὶ ἀναιτίου. Intelligendum est ergo illud ἀναίτιος pro ἀνάρχου, & causa pro principio, quemadmodum admonent quidam recentiores Theologos Græcos nonnunquam feciſſe. Quinimo ipse Gregorius lib. 2. de filio, tractans illud Pater maior me est, & coniungens cum illo, Non rapinam arbitratus est se esse æqualem Deo, ait. ἄλλο ὅτι τὸ μὲν μεῖζον ὂν τῆς αἰτίας, τὸ δὲ ἴσον τῆς φύσεως. Maius, (inquit) est causæ, æquale naturæ. Hæc sunt, quorum lectorem

ctorem admonendum esse censuimus, vt omnibus quæ eum remorari poterant impedimentis sublatis, hoc opus lectu longè dignissimum citra vllam offensionem perlegat. Quanquam ipse Theodoretus, se ipsum in suis libris satis defendat, & maximè in commẽtariis in Epistolas Diui Pauli. Qui ab eodem interprete in linguam latinam versi, in omnium studiosorum vtilitatem in lucem propediem prodibunt, & quàm sit sacrarum literarum doctus interpres, & omni ex parte orthodoxus Theodoretus, facilè indicabunt.

Theodoret. in pau.


MORS IN ME
VITA IN ME

ALFONSI A CASTRO, ZAMORENSIS ORDINIS MINORVM REGVLARIS OBSERVANTIÆ, PROVINCIÆ SANCTI IACOBI, ADVERSVS OMNES HAERESES.

LIBRI XIIII.

Opus hoc nũnc poſtremò ab autore recognitum eſt, & tam multis ab eo locis ſupra omnes priores æditiones auctum atque locupletatum eſt, vt merito NOVVM OPVS, *cenſeri poſſit, prout Autor in Epiſtola Nuncupatoria apertè demonſtrat, quæ addita ſunt, pagina ſeptima per breuem epiſtolam reperies.*



PARISIIS,

Apud Hieronymum de Marnef, & Gulielmum Cauellat:
ſub Pelicano, Monte D. Hilarii.

1564.

SERENISSIMO ET CATHOLI-

CISSIMO PHILIPPO HISPANIAE, AN-

GLIAE, ET HYBERNIAE REGI ECCLESIAE DEFEN-

sori Frater Alfonſus à Caſtro, ordinis Minorum omnem optat fœlicitatem.

TANTA EST, Sereniſsime & Catholiciſsime Rex, hæreticorum improba nocẽdi cupiditas, tantaque rabies ad perdẽdas animas pro quibus Chriſtus mori dignatus eſt, vt ipſe idem Chriſtus ſumma Dei ſapientia illos luporum nomine appellare voluerit, vt hoc nomine oues ſuas cogeret ab illorum conſortio diligentiſsimè cauere. Attendite, inquit ille, à falſis prophetis qui veniunt ad vos in veſtimentis ouium, intrinſecus autem ſunt lupi rapaces. Admonuit quidem his verbis oues ſuas Saluator noſter, vt ſibi ipſis caueremt ab hæreticis, qui ſub nomine Chriſtiano tanquam ſub ouina quadam pelle latitãtes, in oues Dominicas furiunt, & illas prorſus perdere tam obſtinato animo nituntur, vt nihil intentatum relinquant, quouſque illas, ſi poſsint, ſuæ doctrinæ veneno interimant. Sacrarum ſcripturarum catalogum detruncant & mancum faciunt, detrahẽtes ex eo quicquid peſtiferæ illorum doctrinæ contradicit, ne habeant Catholici teſtimonia quibus illos conuincere poſsint. Ipſas ſcripturas, quas negare non audent eſſe ſacras, in alienum ſenſum detorquent. Sanctos ſcripturæ diuinæ interpretes, quos Catholica eccleſia tanquã quoſdam Dei prophetas ſemper venerata eſt, contemnunt: & illis non ſolum pares ſe facere, ſed impudentiſsima temeritate præferre audent, vt hac ratione ſimplici & parùm cauto populo perſuadeant, doctrinam ſuam non tanquam humanam ſed tanquam diuinam eſſe ſuſcipiendam. Mille mendacia confingunt, vt populum ad ſe trahant, & ſibi propitium reddant Regum & Principium fauorem anxia ſolicitudine quærunt, vt eorum auxilio & potentia populum contradicentem coercere valeant. Vt autem hunc fauorem venari facilius poſsint, eiſdem regibus & principibus blandiuntur & applaudunt, dicentes illis licere quicquid libuerit. Nullum denique non mouent lapidem, vt ſua venenoſa doctrina oues Dominicas inficere, & ſic illas perdere valeant. Tametſi hæretici tam verſuti & ſoliciti ſint, & tam feroces ad perdendas animas, vt tanquam lupi ouibus, ſic illi animabus ſemper inſidiantur. Deus tamen qui illarum eſt optimus paſtor, & illas intimo quodam affectu diligit, noluit prorſus hos lupos delere, vt hac ratione homines Chriſtianos ad maiorem cautelam & vigiliam cogeret, & ſic illis maioris meriti occaſionem præberet. Nam qui hoſtes ſe habere agnoſcunt, cautius eos viuere oportet quàm quibus nemo inuidet. Et ciuitates, quæ ſunt hoſtibus finitimæ, magis munitas & maiori diligentia cuſtoditas eſſe conuenit, ne fortè hoſtium præda fiant. Deſtructis olim Carthaginenſibus, Græciſque ſubiectis, cum quidam in Senatu dixiſſet res Romanas iam eſſe in tuto, Scipio Naſica, Plutarcho authore, reſpondit: immò verò nunc in magno periculo ſumus, quia non habemus quem timeamus. Ne igitur Chriſtiani hoſtibus fidei carentes, ocio torperent, & in eadem fide tepeſcerent, pientiſſimus Deus permiſit, vt in Eccleſia ſua poſt prædicatum Euangelium & fidem ſuſceptam, vix vnquam deeſſet hæreticus, qui illam vexaret. Nam à Chriſti Saluatoris noſtri in cœlos aſcenſione ad hunc vſque diem, nullum fuit ſeculum in quo non fuerint nouæ ortæ hæreſes aut veteres renouatæ. Hoc enim noſtro ſeculo, vt alia propria nunc omittam, cùm reſpirationem aliquam ab *Matt.7.*

hæreticorum infeſtationibus Eccleſiæ datam eſſe arbitrabantur omnes, ne hæretici qui in aliis multò fœlicioribus ſeculis fuerant, huic noſtro ſeculo tot vitiis referto deeſſent, ecce repente Lutherus prodit omnem ferè poſt ſe trahens damnatarum hæreſum cateruam. Nam cum alii hæretici ſingula ſibi genera quæſtionum intricata & cauilloſa propoſuerint, de quibus contra Eccleſiæ Catholicæ fidem ſentirent atque docerent, iſte vniuerſa ferè hæreticorum dogmata iam denuo ab Eccleſia reiecta reuocauit, ita vt variis hinc inde aſcitis hæreſibus, factus ſit ipſe tanquam alueus quidam latè patens, per quem omnium hæreſum colluuies flueret ac laberetur. Vix enim eſt vna & altera hęreticorum familia, præſertim ex iis quæ circa mores errarunt, cum qua non habeat aliquid commune Lutherus. Solicitat enim ille antiquus humani generis hoſtis, vt nunquam æui ſenio hæreſes moriantur, nullaque ſit tam noxia doctrina, quæ aut temporibus obruatur, aut obliuione ſepeliatur. Nec prodiit Lutherus ſolus, tanta eſt huius ſeculi infœlicitas, ſed multorum hæreticorum agmine, ceu quodam ſatellitio ſtipatus proceſsit qui illum expectaſſe videntur, vt ſub illius vexillo poſteà militarent. Illi enim nomina dederunt Philippus Melancton, Fabritius Capito, Lambertus, Conradus Pellicanus, Andreas Oſiander, Martinus Butzerus, multique alii progreſſu temporis cateruatim ſe illius familiæ inſeruerunt. Prodierunt etiam alii, qui etſi in multis hæreſibus Luthero ſubſcripſerunt, ſub illius tamen vexillo militare dedignati ſunt, & ideo alias finxerunt hæreſes, de quibus inter eorum quemque & Lutherum minimè conueniret, vt vel hoc nomine eorum quilibet propriam conſtitueret aciem, cuius ipſe dux haberetur. Fuit enim ſemper, atque eſt omnibus fermè hæreticis inſita quædam popularis gloriæ cupiditas, quę improbè eos ſolicitat nouam aliquam confingere doctrinam, vt rei nouitate alios in ſui admirationem trahant. Oecolampadius à Luthero diuiditur, Zuinglius ab vtroque ſeparatur, Ioannes Caluinus his omnibus in multis contradicit. Anabaptiſtæ denique omnium peſtilentiſſimi omnibus aduerſantur. Tot certè ac tanta hoc noſtro ſeculo nata ſunt hæreticorum monſtra, vt nouo quodam Hercule monſtrorum domitore eſſet nunc opus, qui illa omnia ex orbe Chriſtiano profligaret. Quorum omnium hæreticorum ſibilis ſerpentinis quàm totius Eccleſiæ diuinis vocibus magna Germaniæ pars obedire mallens, in varias hæreticorum factiones diuiſa eſt. Et vtinam peſtis hæc intra ſolos Germaniæ fines ſe contineret, & non in reliquas Chriſtiani orbis partes tam ſæuè atque potenter graſſaretur, vt iam rara ſit Chriſtiani nominis prouincia in qua deſint qui publice aut latenter Lutheri aut aliorum eiuſdem farinæ errores amplexętur. Vt ergo huic tam latè graſſanti morbo vel aliqua ex parte, qua poſſem, mederer, ante viginti duos iam elapſos annos, anno videlicet triceſimo quarto ſupra milleſimum quingęteſimum, opus quoddam ædidi quatuordecim partitum libris, in quo omnium hæreſum, quæ poſt Chriſti in cœlos aſcenſionem in Eccleſia fuerunt ortæ, certiſsimam primò reddere rationem curaui: deinde contra illas omnes ſigillatim pugnaui, vt vel hac via apertiſsimè demonſtrarem, omnes iſtos recentes hæreticos à fecibus iam olim ab Eccleſia reiectis ſuas hęreſes hauſiſſe: & ſi quiſque tanto facilius venenoſa illorum dogmata fugeret, quanto apertius cognoſceret, illa fuiſſe velut talia ab Eccleſia damnata. Quod opus, Deo fauente, cauſámque (vt Chriſtianè loquar) ſuam agente, adeò Catholicorum omnium oculis placuit, vt infrà hos viginti duos annos elapſos fuerit iam pluſquam decies in Gallia, Germania, & Italia typis excuſum. Quæ res vehementer animum meum ſtimulauit ad opus hoc iterum diligentiſsime reuincendum, vt ſiquid fortè deeſſe conſpicerę, addere curarem. Recognoueram quidem opus hoc iam ſemel & iterum, & quicquid tunc deeſſe comperi, ſuppleui: & quę minus bene diſpoſita eſſe cenſui, emendaui. Nunc denique vt poſtremam huic operi imponerem manum, tertiò illud diligentiſsimè reuiſi, & meo periculo didici poſteriores curas ſemper eſſe meliores. Nam aliquot hæreſes deeſſe intellexi, quarum aliquas prudens omiſeram, propterea quòd tunc non plene mihi conſtabat illas eſſe hæreſes, & nolui in re tam ſeria temerè quidquam definire. Alias autem hæreſes aliud agens inueni, cùm plurimos euoluerem authores, quos intentis ſemper in hanc rem oculis lego. Aliæ denique hæreſes poſt priores huius operis æditiones in publicum prodierunt. Deinde circa priores illas hæreſes quas in aliis huius operis æditionibus deſcripſeram, multa quę ad ipſarum hæreſum pleniorem cognitionem aut faciliorem expugnationem mihi viſa ſunt neceſſaria, addidi: alia prorſus deleui, vt plura & meliora pro illis ibidem collocarem.

Tot itaque ac tanta poſt omnes priores huius æditiones nunc addita atque permutata in illo ſunt, vt nouum opus iam merito cenſeri debeat, quod nouum etiam pariter deſideret patronum. Quem etiam ſi ſummo ſtudio cogitabundus inueſtigaſſem, nullus alius præter te, Sereniſsime & Chriſtianiſsime Rex, mihi occurrere potuiſſet, cuius tutelę ego iuſtius commendare debuiſſem. Nam cùm opus hoc de fide Catholica differat, & contra omnes hæreſes pugnet, neminem feruentiori affectu maiorique conatu fauorem & auxilium illi daturum credere oportebat quàm tu, qui hęreditario quodam iure à parentibus tuis Hiſpanię regibus longa ſucceſsione deriuato perpetuum & irrecõciliabile cum hoſtibus fidei Catholicę bellum geris. Nullus maiori obligatione deuinctus eſt ad fidem Catholicam protegendam quàm tu, qui titulo Regis Anglię Eccleſiæ defenſor diceris. Non poſſes autem verè dici Eccleſiæ defenſor, niſi fidem Catholicam ſuper quam Deus ipſam Eccleſiam fundauit, totis defenderes viribus. Quàm integre & ex animo huius tituli obligationi ſatisfeceris, pręclariſsima illa facinora, quę in eodem Anglię Regno per te pridem geſta ſunt, tam apertè teſtantur, vt nemo, etiam ſi Zoilo inuidentior ſit, inficiari audeat. Nam poſtquam Sereniſsimam Anglię Reginam Mariam duxiſti vxorem, & ob eam cauſam Regni illius gubernacula ſuſcepiſti, eueſtigio, ne inane ſine re nomen am pulloſa & iactabunda vanitate geſtare videreris, anxia ſolicitudine curaſti, vt Regnum illud quod pluſquam viginti annos à fide Catholica defecerat, ad eandem reduceretur. Deus autem pientiſsimus, qui renes & cor tuum ſcrutatus eſt, & te virum deſideriorum velut alterum Danielem eſſe intellexit, non paſſus eſt te fraudari à deſiderio tuo, aut longo tempore eſſe ſuſpenſum, ſed breuiſsimo tempore elapſo, te tui voti compotem fecit. Nam tanta ſedulitate & prudentia huic negocio incubuiſti, vt poſt elapſum à nuptiis celebratis ſolum quadrimeſtre temporis ſpacium, Deo Anglorum corda emolliẽte, totius Regni primores in publicis comitiis apud Londinum congregatis, ſuo & totius Regni nomine obedientiam quam Romano Pontifici detraxerant, illi vltro præſtiterint, & fidem Catholicam quam anteà reiecerant, ſe deinceps recepturos, & in ea conſtantes futuros promiſerint. Cui promiſsioni tam plenè hactenus ferè omnes illi reſpondent, vt nos omnes qui rem ipſam propriis conſpeximus oculis, meritò ſperemus totum illud Regnum ad illam Chriſtianę religionis puritatem & ſynceritatem, quam ante defectionem retinebat, breui fore reducendum. Opus igitur hoc quod contra omnes hęreſes ædideram, & nunc in Regno Anglię tibi in publicis concionibus & fidei negociis ſeruiens, tuóque ampliſsimo congiario nutritus, locupletaui, tibi Regi Catholiciſsimo, fideique Catholicę vindici atque protectori, cui multis nominibus debebatur, dicare curaui, vt quoniam ſe tueri non valet, tui ſaltem nominis vmbra protegatur. Maieſtatem & celſitudinem tuam ſupplex oro, vt pro tua Regia benignitate illud ſuſcipere & fouere digneris, tanquam militem quendam ſub tuo vexillo pugnare cupientem. Vale Rex Chriſtianiſsime & Chriſtianæ religionis decus & ornamentum. Datis Antuerpiæ, vigeſima die Maij, Anno Domini. M. D. LVI.



CALCOGRAPHVS
Candido Lectori S.

VT BENE *intelligas, Candide Lector, quantùm hæc, quam nunc tibi offerimus, præsentis operis vltima æditio reliquas omnes priores antecellat, volo tibi velut indice quodam breuissimo ostendere non quidem omnia, sed sola rerum capita quæ in hac nostra æditione nunc ab autore addita sunt, & in aliis omnibus æditionibus desiderantur. Additi sunt imprimis quatuor hæresum tituli, videlicet Adulterium, Certitudo, Concilium, Fiducia, qui in nulla alia æditione habebantur, neque aliqua erat hæresis in hoc opere recensita, quę ad aliquem istorũ titulorum spectaret. Præterea, in quibusdam ex prioribus titulis additæ sunt aliquot hæreses contra quas autor doctissimè disputat. In titulo de baptismo inuenies additas tres hæreses: In titulo de Euangelio, vnam: In titulo de Fide, vnam: In titulo de Nuptiis, duas: In titulo de Operibus: In titulo de Peccato, tres: In titulo de Præcepto, tres: In titulo de Voto, vnam. Deinde, in illis hæresibus, quæ fuerant in aliis æditionibus enarratæ, multa & doctissima addita sunt ad illarum falsitatem apertius conuincendam. Quod cùm ferè in omnibus recentibus hæresibus autor abundè fecerit, in aliquibus tamen vbi maius conspexit esse periculum, adeò longam protraxit disputationem, vt earum quælibet satis esse posset ad vnius libri complementum. Si huius rei periculum facere vis, lege in titulo de Gratia, hæresim tertiam, vbi Autor diserti ssimè & copiosissimè disputat contra certitudinem gratiæ à Lutheranis falso proclamatam. In titulo de Missa exactissimè pugnat pro excellentissimo Missæ sacrificio. In titulo de Sacerdotio, & in titulo de satisfactione, & in titulo de Virginitate, & in titulo de Voto, multa & varia doctrina referta contra recẽtes hæreticos addita sunt: & illic Autor subdolis illorum, præsertim Ioannis Caluini argumentationibus doctissimè respondet. Denique, vt nihil iam in hac æditione desiderare posset, omnia decreta Concilij Tridentini ad fidem spectantia, addita sunt, & suis quæque locis, vt oportebat, sunt ab autore distributa. De his omnibus, Candide Lector, vt tibi consulerem, admonere te volui: tu igitur vicem mihi reddens, meis laboribus & expensis consule.* Vale.

Index titulorum ſub quibus continentur omnes materiæ, circa quas verſantur omnes hæreſes, quæ in hoc opere recenſentur, & confutantur.

Adoratio, lib.2.f.24.
Abſolutio, lib.2.fo.26.
Adam & Eua, lib.2.fo.28.
Adulterium, lib.2.fo.33.
Angelus, lib.2.eodem
Anima, lib.2.eodem
Annus, lib.2.fo.38.
Apoſtoli, lib.2.eodem
Aqua, lib.2.fo.39.

Baptiſmus, lib.3.fo.41.
Beatitudo, lib.3.fo.53.
Bellum, lib.3.fo.60.
Benedictio, lib.3.fo.61.
Beſtia & brutum, lib.3.eodem

Calceamentum, lib.4.fo.62.
Cantus, lib.4.eodem
Caput, lib.4.fo.63.
Character, lib.4.eodem
Caro & corpus humanum, li.4. fo.64.
Certitudo, lib.4.fo.65.
Cibus, lib.4.eodem
Circunciſio, lib.4.fo.67.
Chriſtus. lib.4.eodem
Concilium, lib.4.fo.75.
Coitus, lib.4.fo.77.
Confeſsio, lib.4.fo.78.
Confirmatio, lib.4.fo.81.
Contritio, lib.4.fo.82.
Correctio, lib.4.fo.83.
Creatura, lib.4.eodem
Crux, lib.4.fo.84.

Decimæ, lib.5.eodem
Deus, lib.5.fo.84.
Diabolus, lib.5.fo.91.

Eccleſia, lib.6.fo.92.
Eleemoſyna, lib.6.fo.95.
Epiſcopus, lib.6.fo.eodem
Euangelium, lib.6.fo.98.
Euchariſtia, lib.6.fo.99.
Eunuchus, lib.9.fo.115.
Excommunicatio, lib.6.fo.115.
Exorciſmus, lib.6.fo.117.

Fatum, lib.7.fo.118.
Fides, lib.7.f.119.
Fiducia, lib.7.fo.128.
Fornicatio, lib.7.fo.131.
Futurum cõtingens, lib.7.eodem

Gratia, lib.7.fo.131.

Hæreticus, lib.7.fo.143.
Horæ canonicæ, lib.7.ibidem

Idololatria, lib.8.fo.144.
Ieiunium, lib.8.145.
Imago, lib.8.fo.146.
Indulgentia, lib.8.fo.149.
Infernus, lib.8.ibidem
Inimicus, lib.8.fo.150.
Iniuria, lib.8.ibidem
Ioan. Baptiſta, lib.8.eodem
Iudas, lib.8.fo.151.
Iudicium, lib.8. ibidem.
Iudex, lib.8. ibidem
Iuramentum, lib.8.152.
Iuſtus, lib.8.fo.153.

Labor, lib.9.ibidem.
Lex, lib.9.fo.155.
Libertas, lib.9.fo.157.
Lingua, lib.9.fo.160.

Malum & malitia, lib.10.fo.161.
Maria virgo, lib.10.fo.162.
Martyrium, lib.10.fo.163.
Matrimonium, lib.10.fo.164.
Melchiſedech, lib.10.ibidem
Mendacium, lib.10.ibidem
Mendicitas, lib.10.fo.165.
Meritum, lib.12.fo.166.
Miraculum, lib.10.fo.167.
Miſſa, lib.10.ibidem
Monachatus, lib.10.fo.180.
Mulier, lib.10.fo.eodem
Mundus, lib.10.fo.181.

Nuditas, lib.11.fo.182.
Nuptiæ, lib.11.fo.eodem

Obedientia, lib.11.fo.192.
Occidere, lib.11.fo.eodem
Opera, lib.11.fo.193.
Oratio, lib.11.fo.200.
Ordo ſacramentum, lib.11.f.201.

Papa, lib.12.fo.202.
Paſcha, lib.12.fo.205.
Paupertas, lib.12.fo.206.
Peccatum, lib.12.fo.eodem
Peregrinus, lib.12.fo.213.
Pœnitentia, lib.12. fo.eodem
Poteſtas, lib.12.fo.218.
Præceptum, lib.12.fo.eodem
Prædeſtinatio, lib.12.fo.224.
Prædicatio, lib.12.fo.227.
Præſcientia, lib.12.fo.228.
Propheta, lib.12.fo.eodem
Purgatorium, lib.12.fo.229.

Regnum Dei, lib.13.fo.231.
Reliquiæ ſanctorum, li.13.eodem
Reſtitutio, lib.13.fo.233.
Reſurrectio, lib.13.fo.eodem

Sacerdotium, lib.13.fo.234.
Sacramenta. li.13.fo.242.
Sancti, lib.13.fo.243.
Satisfactio, lib.13.f.244.
Scriptura ſacra, lib.13.fo.245.
Scientia, lib.13.fo.246.
Sepultura, lib.13.fo.eodem
Silentium, lib.13.fo.eodem
Simonia, lib.13.fo.247.
Spes, lib.13.f.eodem
Studia generalia, lib.13.f.248.
Subditus, lib.13.fo.eodem
Suffragia defunctorum, lib.13. fo.249.

Templum, lib.14.fo.250.
Tentatio, lib.14.fo.eodẽ
Terra, lib.14.fo.251.
Timor Dei, lib.14.fo.eodem.
Tyrannus, lib.14.fo.252.

Verecundia, lib.14.fo.253.
Vinum, lib.14.fo.eodem
Virginitas, lib.14.fo.eodem
Vnctionis extremæ ſacramẽtum, lib.14.fo.257.
Votum, lib.14.fo.260.
Vſura, lib.14.fo.265.

FINIS.

Accipe Candide Lector, rerum ac ſententiarum

IN HOC TAM INSIGNE ET FOELICI OPERE SPARSIM CONTENTARVM, SVMMA CVM DILIGENTIA, & nunquam antea ſic elaboratum, copioſiſſimum indicem, Alphabetico ordine digeſtum. Vbi librum & folium & eiuſdem folii partes, literis, A.B.C.D. ſuis numeris annotauimus, vt quicquid libuerit promptè venari queas.

Index rerum ac ſententiarum in hoc opere contentarum, in quo, n primam paginam, o verò ſecundam ſignat.

De litera A.

Abraham dicendo vxorem eſſe ſororem ſuam non eſt mentitus, ſed verum occultauit lib. 10 fo. 165. d n

Abraham & reliqui patres quare plures habuerunt vxores lib. 11 fo. 186. b n

Abbatem erraſſe conuincitur manifeſte libro 1 fo. 13. c o

Abſolutionem non habere efficaciam, niſi quia creditur hæreſis eſt Lutheri lib. 2 fo. 26. c o

Abſoluendi & remittendi peccata poteſtas, à Deo collata eſt Sacerdoti libro 2 fol. 27. b & 28. c n o

Abſolutum eſſe quempiam, quid eſt dictum li. 2 fo. 27. a o

Abſolutio Sacramentalis actus eſt iudicialis li. 2 fo. 28. d n

Abſoluere poſſe puerum ac mulierem, ſicut Papa, hæreſis eſt Lutheri, & impugnatur li. 2 ibid. a n

Abſtinere à carnibus debet homo propter ſcandalum vitandum in proximo li. 4 fo. 65. d n o

Abſtinere à ſuffocato & ſanguine quare ab Apoſtolis fuit prohibitum lib. 4 f. 65. b o

Abſtinentes ab eſu carnium in veteri lege meritoriè abſtinebant lib. 4 f. 66. b n

Abſtinẽtia aliquorum ciborum laudatur in veteri teſtamento, ibidem

Abſtinere à pluribus cibis à primordiis naſcentis Eccleſiæ conſuetudo fuit, ibidem.

Abſtracta nec inconcreta nomina diuerſarum naturarum dicuntur de ſe inuicem, niſi illæ duæ naturæ inſint eidem ſuppoſito li. 4 f. 71. a n o

Abdicationem veram Chriſtus monuit verbis illis adoleſcenti dictis, ſi vis perfectus eſſe &c. li. 12 f. 220. b o & 221. c d n

Ablutionem pedum propter quid Chriſtus cõmendauit li. 6 f. 113. b o

Ablutione pedum nõ vtitur Eccleſia ſicut olim in vſu habuit, & quare, ibid. a

Actus baptizandi per verbum indicatiui vel alterius modi inſinuandus eſt lib. 3 fo. 42. a d

Actus baptiſmi cuiuſmodi verbo ſit inſinuandus nondum Eccleſia definiuit, ibidem a

Acceptiones plures notantur de hoc nomine beatitudo, lib. 3 f. 56. o & 37. n

Adam & Euam damnatos fuiſſe propter eorum primum inobedientiæ peccatum hæreſis fuit Tatiani lib. 2 f. 28. d o

Adam & Euam non fuiſſe damnatos oſtẽditur li. 2 f. 29. b c d

Adam & Eua, puniũtur à Deo, non tamen maledicuntur vt ſerpens, & quare l. 2 fo. 29. a n

Adæ & Euæ ſigna pœnitentiæ notantur, ibidem, b n

Adam poſt peccatum perdidiſſe imaginẽ Dei, hæreſis eſt dicere, quæ Origeni tribuitur, ibidem c o

Adam & Eua quomodo vna caro dicuntur li. 2 f. 30. c o

Adam & Eua ſi permãſiſſent in ſtatu innocentiæ, nõ coituros vnquam, hæreſis eſt Armenorum, quæ conuincitur li. 2 f. 30. a b n

Adam moriturum fore etiam ſi non peccaſſet, & quod mortuus eſt non ex culpæ demerito, ſed ex conditione naturæ hæreſis eſt Pelagii monachi lib. 2 f. 31. a n

Adam ſi non peccaſſet minimè moriturus oſtẽditur, ibid. c n

Adam peccati pœna mortem incurrit corporalem, ibid. c n

Adami & Euæ oculos poſt peccatum apertos fuiſſe, quomodo intelligitur, ibid. d

Adam fuit de limo terræ formatus, & Eua de eius coſta lib. 2 f. 31. a o

Adamus nomen impoſuit mulieri lib. 2 fo. 32. b n

Adæ verò non inueniebatur adiutor ſimilis eius, exponitur li. 2 f. 32. c o

Adam ſi in iuſtitia permanſiſſet quomodo immortalis diceretur li. 2 f. 36. a o

Adulterium committit aduerſus Chriſtum virgo quæ poſt omiſſum virginitatis votum nubit lib. 14 f. 261. c d n o

Adulterium lib. 2 f. 33. b o

Adorationis traditio notatur lib. 1 f. 7. o

Adoratio lib. 2 f. 24. a n

Adorandam non eſſe Dominicam Crucem hęreſis fuit Claudii epiſcopi Taurinenſis, quæ conuincitur, ibi. a b n

Adorandam eſſe crucem Dominicam in qua pependit Chriſtus probatur manifeſtè. ibidem c n

Adoratio exterior, vt quæque alia exterior operatio talem ſortitur bonitatem vel maliciam, qualem habet actus interior à quo deriuatur li. 2 f. 24. b o

Adorandam non eſſe Euchariſtiam hæreſis fuit Ioannis Oecolampadii quæ impugnant & conuincitur apertiſſimè lib. 2 f. 25. b c n

Adoratio latria quæ ſoli Deo debetur non eſt exhibenda Chriſti humanitati abſque diuinitate conſiderata li. 2 f. 26. c n

Adoratio latria quomodo exhibenda eſt Chriſti humanitati oſtenditur, ibid c d n

Adorandi Chriſtum præceptum notatur lib. 2 f. 25. d o

Adulti & paruuli differenter ad Christum veniunt lib.3.f.44.a o

Adulti quia propria fide ad Christum veniunt maiorem quàm paruuli,in baptismo gratiam consequuntur lib.3.f.44.b o

Adultis prædicandum fore euangelium præcepit Christus lib.3.f.45.c o 46.d n

Adultum non posse saluari absque baptismo in actu quantocunque in voto habeat hæresis est dicere lib.3.f.50.c o

Adultum saluari posse absque baptismo, cum ipsius integra fide & voto quando facultas non adest baptizandi sanctorum testimoniis & conciliorum definitionibus ostenditur, ibidem fo.51.a b c o

Aër in sacris literis spiritus appellatur lib. 2. fo. 34.d n

Aequalitas diuinarum personarum ex literis sacris ostenditur lib.5.fo.88.b n

Affectum Deus acceptat quem operis exequutio haberi nequit lib.3.fo.50.a o

Affectus interior voluntatis prohibetur in præcepto.Non concupisces li.12.f.224.a n

Afflictiones à Deo inflictæ, in sacris literis mali nomenclaturam sæpè sortiuntur libro 10. fol. 161. a b o

Affinitas etiam oritur ex coitu fornicario lib.2.f. 31. a n

Agnus paschalis typum gessit sacrificii corporis Christi lib.10.f.171.c d n o

Agnus occisus ab origine mũdi, quare Christus dicitur lib.6.f.99.n

Allegantur Doctores dicentes Euam formatam fuisse de costa Adam li.2.fo.32. c n & o

Alere tenentur prędicatores ipsi auditores verbi Dei li.9.f.153.b o & 154.c o & 155.a o

Altare custodienda Eucharistia lib.6.f.111.b n

Amor sui radix prima est hęresum libro 1.fo.16. b o

Ambitio multarum hæresum parens est ibidem fo.18.d o

Ambrosium cautè legendum,circa expositionẽ, dicti Pauli.1.Corinthiorum 7. in materia diuortii: nam plura sunt ibi addita indigna quidem vt tanta tribuantur viro lib.11.fo.188.a o & 189.n

Ambrosii dictum,nempè Quòd omnia peccata mortalia fiunt venialia per pœnitentiam, quomodo intelligitur lib.12.fo.210.d n

Amici Dei qui appellantur lib.13.f.243.d o

Animas in purgatorio existẽtes posse mereri & demereri, hæresis est Lutheri quæ conuincitur ex literis sacris lib.12.fo.230.b n

Animas in purgatorio certas esse de sua salute ostenditur lib. 12. ibid.c o

Animas purgatorii per hoc quòd exosas habeãt pœnas peccare,hæresis est Lutheri,quæ etiam conuincitur lib.13.f.231.d n

Anima inter illa quæ sub cœlo nobis incognita sunt,magis innotescit lib.2.f.33.d o

Animam rationalem , quatenus rationalis est, non esse formam corporis humani , error fuit Petri Ioannis , qui impugnatur & conuincitur libro 2.fo.33.a o

Animam de nihilo creat Deus lib.2.fo.34. d n

Anima in sacris literis spiritus appellatur ibidẽ d n

Anima non creatur antequam corpus formetur lib.2.f.34.c o:contrarium fuit hæresis cuiusdam Ioannis Episcopi Hierosolimitani ibidem.

Animam esse ex Dei substantia error fuit Gnosticorum li.2.fo.35.b n &conuincitur,ibidem c

Animam filii esse ex anima patris, error fuit Tertulliani,& impugnatur,ibidem d o

Animas creari à Deo immediatè contra plures hæreticos ostenditur lib.2.f.35. d o

Anima valde mutabilis ibidem c n

Animam non esse ex anima ingeniosè probatur lib.2.f.36.d n

Animam esse corpus error Tertulliani qui & impugnatur lib.2.fo.36.a n

Animam creatam esse à Deo scripturæ sacræ testimoniis ostenditur ibid.a b n

Animas sceleratorum hominum post mortem conuerti in dæmones & in quæcunque animalia bruta suis meritis congrua dicere, hæresis est, quæ & impugnatur ibidem b o

Animam corrumpi simul cum corpore in morte hominis, hæresis est in duas partes diuisa, ibidem. d o

Animam esse immortalem ostenditur lib.2.f.36. b c & 37.n

Animas transire de corpore in corpus hęresis est Albanensium, post Pythagoricos , & conuincitur etiam philosophicè lib.2.f.37.b c o

Animas ante infusionem corporis peccasse &in pœnam peccati in corpora , tanquam in carcerem fuisse inclusas,error fuit Origenis qui &impugnatur,ibidem f.37.d o

Animam intra mortale corpus existentem , non posse videre Deum ostenditur lib.3.f.54.d n

Animæ cibus Deus est lib.3.f.55.d o

Animam nullam ante diem iudicii fuisse beatam, hæresis est Armenorum quæ conuincitur lib. 3.f.57.b o

Animas purgatas statim beatificari definitionibus conciliorum ostenditur li. 3.f.59. n & testimoniis scripturæ lib.3.f.58.b c n

Animæ nomine in literis sacris sæpè totus homo intelligitur lib.4.f.51.c o

Animalia bruta,ita intelligere ac ipse homo,hęresis est quæ conuincitur lib.3.f.61.d o

Animalia quatuor in Ezechieli quatuor Euangelistarum typum gerunt lib.6.f.98.a n o

Antequam aduerbium , in literis sacris sæpè ponitur vt nullum ad futura respectum dicat lib.10.f. 163.b c n

Antiphonæ & Responsoria quæ cantantur in Ecclesia vnde initium sumpsere ostenditur lib.4.f. 63.b n o

Angelorum malorum peccatum à nullo alio demone processit , sed à suo libero arbitrio libro 12.f. 208.a n

Angelos non fuisse siue bonos siue malos à Deo creatos,hæresis est quæ conuincitur,li.2.f.33.o per totum

Angeli desiderant videre faciem Dei non quod non videant,sed videndo videre desiderant &desiderantes vident lib.3.f.54.a b o

Angelici spiritus non omnes eiusdem sunt conditionis nec meriti,lib.3.f.60.c o

Angelica vita ſtatus virginitatis eſt,li.14.f.257. d a n

Analogia pulchra de Eccleſię congratulatione, li.1.f.9.a o

Analogia, vnde veritas aliqua habeat quòd ſit catholica,lib.1.f.13.b o

Analogia vel ſimilitudo vnde ſcriptura ſacra poſtquam nobis eſſe ſacram conſtiterit credenda ſit,ibid.b o

Analogia pulchra de adoratione humanitatis Chriſti cum diuinitate,lib.2.f.26.d n

Analogia pulchra de hæretico & apoſtata,lib. 1.f.14.c o

Annus,lib.2.f.38.c n

Annorum numerus millenarij in ſacris literis pro vniuerſitate capitur,lib.3.f.55.b c o

Annũciare in ſacris literis pro laudare aut gratias agere ſæpè ſumitur,lib.13.f.237.c o

Apoſtoli arcana Dei cognouerũt quæ populo nunciare non licebat,lib.12.f.263.b o

Apoſtolos fundamenta fuiſſe Eccleſiæ,lib.12. fo.204.b n

Apoſtoli ituri ad prædicandũ,Chriſtus præcepit eis nihil in via portare,lib.10.f.165.a o

Apoſtoli pluta de Eccleſiæ regimine dixerunt quæ non ſcripta mãſerunt, ſed ab ore in os ad nos ſunt delata,lib.1.f.7.d o &.8.n

Apoſtolos non prędicaſſe euãgelium ſpiritualiter ſed literaliter, error fuit Abbatis Ioachimi,li. 2.f.39.d o

Apoſtolos prædicaſſe euãgelium ſecundũ ſpiritualem intelligentiam,oſtenditur lib.2.f.29.d n

Apoſtolos nõ habuiſſe nec recepiſſe pecunias, neque in craſtinum aliquid ſeruaſſe,neque hoc eis licuiſſe, error fuit Pſeudapoſtolorũ,lib.2.fo.39.a n

Apoſtolos pecunias habuiſſe & ſecũ portaſſe, ex literis ſacris oſtenditur,ibid.b etiam aliquid in craſtinum ſeruaſſe c

Apoſtolis multa prohibita vno tempore fuêre, quæ alio licuere,ibid.d o

Apoſtolis prohibitum fuit aliquãdo pecunias portare,ibid.d o

Apoſtoli quare baptizabãt nomine Ieſu, & nõ nomine Trinitatis patris & filij & ſpirituſſancti, quæ eſt vera baptiſmi forma,lib.3.f.41.c d o

Apoſtolis plura præcepit Chriſtus,nõ in perpetuum obſeruatura,lib.3.f.62.b n

Apoſtoli iuſtè prohibere potuerũt eſum ſuffocati & ſanguinis,lib.4.f.66.c o

Apoſtolis quãdo fuit interdicta pecunia,li.10. f.165.a o

Apoſtoli bonam partem ceremoniarum miſſę inſtituerunt,lib.10.f.167.a o

Apoſtoli plura inſtituerunt quę in ſacris literis non reperiebantur,lib.6.f.94.a o

Apoſtolus Iacobus pilla verba,Infirmatur quis in vobis &c. non inſtituit ſacramentum extremæ Vnctionis cùm proprium fuerit Chriſti,ſed præco illius extitit,lib.14.f.260.b n

Apoſtolos emiſiſſe votum paupertatis,oſtẽditur ibidem c d n o

Apoſtolos baptizatos fuiſſe ante Chriſti mortem,oſtenditur lib.13.f.226.d n

Apoſtolorum quatuor genera ex beato Hieronymo li.12.f.eodem a o

Apoſtolorum neminem (poſtquã ad Apoſtolatus munus aſſumpti fuerunt) nouam duxiſſe vxorem,oſtenditur lib.13.f.242.c n

Apoſtolica ſedes,poſt Generalia Cõcilia in fidei cauſa poteſtatem habet iudicandi,lib.1.fol.12. d n

Apoſtolica ſedes quæ ſit,ibid.f.12.a o

Apoſtolica ſedes errare non poteſt,ibid.

Apoſtolicam ſedem approbare ſcripturam alicuius Doctoris quid ſit,& ad quid ſe extendat huiuſmodi approbatio,lib.1.f.10 c o

Apoſtata omnis hæreticus eſt,non tamen è cõtra omnis hæreticus eſt apoſtata,lib.1.f.14.c o

Apoſtaſia ſpecies eſt infidelitatis ſub hæreſi,li. 1.f.14.d o

Apum more in florum electione libri gentilium legedi ſunt,lib.1.f.19.a o

Apocalypſim conſcriptam fuiſſe à beato Ioãne euangeliſta, oſtenditur lib.13.f.245.b c o

Approbare apoſtolicam ſedem ſcripturã alicuius Doctoris quid ſit, ad quid ſe extẽdat huiuſmodi approbatio,oſtenditur lib.1.f.10.a o

Aquam non eſſe à Deo creatam,ſed eſſe illi coæternam hæreſis eſt dicere,& conuincitur ex literis ſacris,lib.2.f.39.b c o

Aquam benedictam maiorem habere virtutẽ, quam non benedictam,oſtenditur contra hæreticos,lib.2.f.40.a b n

Aqua benedicta non ab ipſa benedictione ſuã obtinet virtutem,ſed ab ipſo Deo aſſiſtente & operante verbis ſuper aquam dictis,ibid.c o

Aquæ benedictæ & aquæ baptiſmatis differẽtia,ibid.c

Aquæ benedictæ mira virtus exemplo mõſtratur,ibid.c

Aquam eſſe apponendã in calicis conſecratione,oſtenditur li.6.f.107.a n

Arcæ veteris inſtrumẽti quare tot ei fuêre impenſi honores,lib.13.f.232.c n o

Arca Noë typum geſſit Eccleſiæ,lib.6.f.93.a n

Arca Noë typum Baptiſmi geſſit,libro.3.fo.45. d n

Argumetum pulchrum quo ſuademur,ſanctis viris magis credendum quàm aliis etſi multo doctioribus,lib.1.f.17.d o

Argumenta hæreticorum contra bonorum operum meritum,diluuntur lib.11.f.199.b n

Argumentum ingenioſum contra Lutherum, notatur lib.1.f.23.c d n

Argumentum cõtra hæreticos quando ex myſtice ſcripturæ ſacræ ſenſu ſumi poteſt, lib.10.f. 169.b o

Argumentum efficax eſt, ad hæreſim conuincendam ſanctorum Doctorum de vnare concors ſententia,lib.1.f.11.b n

Argumenta hæreticorum facta contra miſſæ ſacrificium, diluuntur libro 10.f.169.a n &o.& f. 175.a b c o.& f.176.n o

Argumẽta hæreticorũ contra vnitatem vxoris in matrimonio facta, diluuntur lib.11.fo.186.b n

Argumenta facta pro diuortio cauſa fornicationis,ingenioſè diluũtur libro 11.folio,191.c o

Argumenta hæreticorum, ſoluuntur facta cõ-

tra cælibatum,lib.14.f.263.n o per totum
Armis,quibus vtendum eſt ad hæreſes expugnandas,lib.1.c o & 2.n & lib.13.f.248.c n
Arrogans cenſendus eſt qui ſacrorum doctorum poſthabita ſententia propriæ adhæret,lib.1.f.11.a o
Articulos Pariſienſes non tranſire mõtes quare dicitur,lib.1.f.12.b n
Articulum fidei Eccleſiam denuo non poſſe condere,manifeſtè oſtenditur lib.1.f.13.a n
Arrius voraginem cupiditatum, & ambitionũm ſuarum non potens implere, ſacerdotes æquales Epiſcopis dixit,lib.1.f.18.a o
Arriani detrahunt Chriſti laudibus in eccleſia decantatis,lib.4.f.62.c n
Ara Dei Eccleſia dicitur,lib.3.f.58.a n
Auguſtinus Eccleſiaſtici librum inter canonicos recenſet,lib.1.f.3.b c n
Auguſtinus perperam à Gratiano citatur,lib.1.f.4.a n
Auguſtini ſententia exponitur de autoritate Decretalium & epiſtolarum ſummorum Pontificum,lib.1.f.4.b n
Auguſtinus optat ſuorum operum lectorẽ nõ eſſe eius dictis prorſus deditum,lib.1.f.10.b o
Auguſtinum non fuiſſe autorẽ libri de Eccleſiaſticis dogmatibus,oſtenditur lib.3.f.51.b o
Auguſtinum non fuiſſe autorem libri de quæſtionibus noui & veteris inſtrumẽti,licet eius nomine circumferatur,oſtenditur lib.10.f.164.b n
Auguſtini,& Ambroſij dictum,nempe omnia peccata mortalia venialia fieri per pœnitentiam, quomodo debet intelligi,lib.12.f.210.d n
Autoritatem Pontificiam pendere à ſanctitate & bonitate Pontificis hæreſis eſt dicere,lib.12.f.205.d o
Autoritate propria non licet vaſallo interficere tyrannum,lib.14.f.252.d o & f.253.n
Autores Euãgeliorum qui fuerint traditione Eccleſiæ,conſtat lib.1.f.7.b n
Autor iſtius operis adfuiſſe publicæ concioni cuiuſdam prędicatoris(qui ſuum ſupra modũ cupiens inſtitutum extollere) dixit, quòd quicunque ſuæ religionis ſemel induerit habitum in fide minimè poſſit errare,fatetur lib.1.f.14.c n
Autoris modeſtim nolẽtis prodere cuius fuerit inſtituti ille, qui ſuprà dictam auſus eſt prædicare blaſphemiam,notanda eſt ibid.c
Autor diſponit ordinem hoc in opere dicendorum,lib.1.f.23.d o
Autoris prudentia nolentis præcipitare ſentẽtiam,quid de origine eiuſque doctrina ſentiat, ſed Eccleſiæ ſententię ſe totus committit,notatur lib.2.f.30.d n
Autoris intentio æqua nemini hæreticorum parcere,etſi ſit ſui inſtituti,lib.1.f.14.d n
Aurium officio funguntur ſubditi,lib.1.f.9.b n
Auxilio Dei quonam pacto homo poteſt omnia,oſtenditur lib.14.f.256.b n

B

Baptizatos fuiſſe Apoſtolos ante Chriſti mortem,oſtenditur lib.12.f.226.d n
Baptiſmus,de quo plura credere oportet,li.3.f.41.c n
Baptizare in igne & non in aqua hæreſis fuit Galatorum,ibid.c
Baptiſmum debere in aqua fieri,ex literis ſacris conuincitur ibidem d o
Baptiſmi varias formas confingunt hęretici,li.3.f.41.a o
Baptiſmi vera forma quæ,ibid.b o
Baptiſmo quare trina fit merſio,ibid.b o
Baptiſmus verus eſt,abſque illa trina merſione ibi.c
Baptiſmus fit in Hiſpania vnica merſione, & quare,ibid.c
Baptiſmi forma tria requirit,ibid.b c d & fo.42.b n
Baptizabant Apoſtoli nomine Ieſu & non nomine trinitatis,& quare,ibidem c d
Baptizandi actus per verbum indicatiui vel alrius modi,inſinuandus eſt,ibid.a n
Baptizant Gręci,inſinuãdo actus baptiſmi per verbum imperatiui, & ab Eccleſia permittuntur ſic baptizare,ibid.b n
Baptiſmi actus cuiuſmodi verbo ſit inſinuãdus nondum Eccleſia definiuit,lib.3.f.42.a n
Baptiſmi forma ab Alexandro tertio perſcripta, declaratur ibid.a
Baptizare mortuos hæreſis eſt, & conuincitur lib.3.f.43.a b o
Baptiſmum in aqua exhibitum,nihil ſalutis adferre,hæreſis eſt Manichæorum & conuincitur li.3.f.42.a b n
Baptiſmi vis pluribus hæreſibus detrahitur, ibid.a b
Baptiſmus vim habet ſaluãdi hominẽ,ibid.b o
Baptiſmus confert fidem & gratiam,ibid.c o
Baptiſma nõ prodeſſe paruulis vſu rationis carentibus hæreſis eſt,quæ conuincitur lib.3.fol.43.a o
Baptiſmus figuratus fuit in mari rubro,lib.3.f.45.n & 52.a n
Baptiſmus in circunciſione figuratur,lib.3.fo.45.c n
Baptizatus ſemel iterum rebaptizãdus hæreſis eſt,& conuincitur lib.3.f.46.a n
Baptizatus à Iudæo vel Pagano rectè verba proferente & intentione faciendi quod Chriſti Eccleſia facit,verè baptizatur,lib.3.fol.46.a o
Baptizari nõ licet citra neceſſitatis cauſam ab hæretico miniſtro,lib.3.f.47.b n
Baptiſmi vnitas ex ſacris literis,oſtẽditur ibi.d n
Baptiſmus quædam figurata eſt mortis Chriſti, ibidem b
Baptiſmus longè ante ſacramentum Euchariſtiæ fuit inſtitutus,lib.3.f.47.c o
Baptiſmus non exigit chriſma, quãuis in ipſo apponatur,ibid.c
Baptiſmo non egere paruulos, hæreſis eſt Pelagij,& conuincitur lib.3.f.48.b n
Baptiſmus lauacrum eſt regenerationis,ibidẽ a o
Baptiſmus martirium appellatur,libro.3.folio 05.a o
Baptiſmi tria genera,li.3.f.51.a n

Baptiſmum non delere omne peccatum hæreſis eſt Lutheri,& conuincitur lib.3.f.52.a n per totum

Baptiſmum omne peccatum delere, oſtenditur ibid.& li.12.f.224.b n

Baptiſmo imprimi characterem teſtimoniis ſanctorum & conciliorum,oſtẽditur libro 4.folio 64. a n o

Baptiſmus ianua eſt ſacramentorum,lib.11.f.183. b o

Baptiſmi præceptum,notatur lib.12.f.219.b n

Babilonia ciuitas quare ſic appellata, li.9.f.160. c o & 161.d n

Beatos non videre eſſentiam Dei, ſed claritatem quãdam illius eſſentiæ,hæreſis eſt Armenorum,& conuincitur lib.3.f.53.d o

Beatitudo nihil coinquinatum complectitur,lib. 12.f.229.d n

Beatitudo quæ,lib.3.f.53.d o

Beatitudinem conſiſtere in carnis deliciis,hęreſis fuit Cerinthi,quæ conuincitur lib.3.f.54.b o

Beatitudinem ac miſeriam non eſſe perpetuam, hæreſis fuit Origenis,quæ impugnatur li.3.f.56.a n

Beatitudinem eſſe perpetuam ſacrarũ literarum teſtimoniis,oſtenditur ibid.a per totum

Beatitudinis nomen plures ſortitur ſignificationes in ſacris literis, ibi.a per totum

Beatitudinis potiorem partẽ eſſe Dei viſionem quam eiuſdem dilectionem aſſerentes falſo fundamento innituntur,ibid.b c n o

Beatitudo æterna quid ſit,ibid.d o

Beatitudinem perfectam, homo in hac vita habere non poteſt,ibidem d o

Beatos eſſe pares in gloria & damnatos in pœnis & iuſtos hac in vita in meritis,hæreſis eſt Iouiniani quæ impugnatur li.3.f.59.per totum

Bernardus, ſermo. 3. in feſtiuitate omnium ſanctorum, & ſer. 4. eiuſdem feſtiuitatis cautè legendus eſt,lib.3.f.57.a o

Bellum,lib.3.fo.60.a o

Bellum gerere Chtiſtianis nõ licere hæreſis eſt, duæ conuincitur teſtimoniis ſacrarum literarum, lib.3.f.61.b n

Bellum non gerendum aduerſus turcas,eò quòd flagellum Dei ſit,hæreſis Lutherana eſt, quæ impugnatur apertiſſimè ibidem d

Bellum vt iuſtum ſit cauſa explorãda eſt, ibidem d

Bellum indicere non ad quemuis ſpectat,lib.3.f. 61.a n o

Bellum quare in ſacris literis malum appellatur, lib.12.f.228.a b n

Benedictio quæ lib.3.f.61.c n o

Benignitatem, potentiam & ſapientiam omnibus tribus perſonis in diuinis conuenire,oſtenditur lib.5.f.91.b c o

Bigamus ſacerdotio non eſt dignus, lib.13.f.241. b n

Bonos,in Dei Eccleſia, minimè cõmunione malorum inquinari, oſtenditur contra Donatiſtas & reliquos hæreticos,lib.6.f.93.b c n

Bonis operibus ex parte confidendum ſcriptura ſacra docet,lib.13.f.247.a o

Bonis operibus certa efficitur vocatio noſtra,lib. 9.f.160.c n

Blaſphemiæ notam incurrit ille, qui dixit, habitum ſuæ religionis qui ſemel induerit non poſſe in fide errare,lib.1.f.14.c n

C

Canonici libri recenſentur iuxta concilium Laodicenum,lib.1.f.2.b n

Canonicorum librorũ collectio iuxta concilium Carthaginenſe,ibid.f.1.a o

Canonicorum librorũ collectio iuxta decretum Innocentii papæ,ibid.a o

Canonicorum librorum collectio iuxta Beatum Auguſtinum,lib.1.f.3.b n

Canonicorum librorum collectio ex cõcilio Florentino,ibid.d n

Canonicorum librorum collectio ex concilio Tridentino,lib.1.f.3.d n

Canones Apoſtolorum poſt ſacram ſcripturam primum obtinent locum,ibidem b o

Canoniſtarum munus non eſt de hęreſi aut fide iudicare ſed Theologorũ, quibus ius diuinum committitur,lib.1.f.13.c o

Canoniſtarum partes quę ſint,ibid.c

Cantus Eccleſiæ conformis eſt literis ſacris, lib. 4.f.62.b o

Cantaſſe Chriſtum hymnum,oſten.li.4.f.63.a n

Characterem imprimunt hæc tria ſacramenta. Nẽpe Baptiſmus, Confirmatio,& Ordo, ideo ſunt initerabilia,li.3.f.47.a o & li.4.f.64.b c d n

Character quid ſit,lib.4.f.65.a o

Charitas perfecta quæ ſit,lib.11.f.193.b o

Cain mors qualiter à Deo prohibita fuit, lib.5.f. 86.c n o

Calceamenta non portare bonum eſt,& meritorium,lib.4.f.62.a n

Calceamenta portare non licere homini Chriſtiano,hæreſis eſt,& conuincitur ibid.a

Calceamenta portare non licet circa neceſſitatis cauſam iis qui ad hoc per votum ſe obligarunt,ibidem b

Calicem Chriſti eſſe nouum teſtamẽtum quomodo intelligitur,lib.10.f.177.a o

Calicis conſecratione non eſſe apponendam aquam,hæreſis eſt,quæ conuincitur lib.6.f.107.n o per totum

Calicis conſecratione non eſſe apponendum vinum ſed ſolam aquam, hæreſis eſt, & conuincitur lib.6.f.107.d n

Clamore orans æquè auditur,ac baſſe orans, & e contra,li.4.f.63.d o

Caput Eccleſiæ Chriſtus,lib.1.f.8.c o

Caput Eccleſiæ viſibile eſt,ibid.d

Caput,lib.4.f.63.a o

Caput mulieris virum eſſe,quomodo intelligitur,lib.11.f.189.c n

Captiuitas quædam, erant iuſti in ſinu Abrahæ detenti,lib.3.f.58.b n

Carolus quintus Imperator & Hiſpaniarum Rex bis concilium vniuerſale congregare fecit Tridenti,lib.1.f.15.c o

Carnales illecebrę,hæreſes pullulant,li.11.f.18.c n

Carnis prudentia quæ ſit,lib.3.f.53.c o

Carnales deliciæ non erunt in futuro regno,lib. 3.f.55.c d n

Carnem Chriſtus non traxit è cœlo contra plu-

res hæreticos licet sit homo cœlestis, lib. 4. f. 70. b o
Carnem veram Christum assumpsisse ex virgine Maria, li. 4. f. 69. b c d & f. 70. d n
Carnis concupiscentia non est in præcepto, libro 12. f. 224. d n
Carnes manducare non licet quando scandalum imminet proximi, li. 4. f. 65. d n o
Carnes manducauit Christus, ibid. a o
Carnem hominis Deus fecit, contra plures hæreticos, qui à diabolo factam dixerunt, libro 4. fo. 64.
Carnibus vesci licere ex literis sacris ostenditur contra plures hæreticos, li. 4. f. 65. c d n o
Carnibus vesci diebus prohibitis ab Ecclesia, minimè licet, contra Lutheranos, & Erasmianos, li. 4. fo. 65. d n o
Carnes non comedentes in veteri testamẽto, meritoriè faciebant, li. 4. f. 66. c n o
Carnibus vesci tempore quadragesimæ conciliũ Toletanum octauum prohibuit, ibid. d
Chananeæ fides, propriæ etiam suffecit filiæ, lib. 3. f. 46. d n
Castello Emaus Christũ suum corpus sacramentaliter communicasse duobus discipulis, probabile est, lib. 6. f. 114. c n
Castitas cum Dei adiutorio bene custoditur, lib. 13. f. 239. b n & lib. 14. f. 256. b n
Castitatem cœlibum meliorem esse quam castitas nuptiarum, ostenditur lib. 14. f. 256. a b o
Castitatem seruare, omnibus petentibus & orantibus auxilium diuinæ gratiæ ad eius obseruationẽ datum est, li. 13. f. 239. a b o & f. 240. n o
Causæ nomen sæpè in sacris literis effectui tribuitur figura sine, doches, lib. 3. f. 53. a n
Causa propter quam quis iustè potest bellare, est iustitiæ executio, li. 3. fo. 61. a n
Causæ plures, propter quas licitum est aliquando vxorem dimittere quo ad thorum, libro 11. f. 190. a o
Causæ propter quas decimæ sunt soluendæ, assignantur li. 5. f. 84. c n
Causæ quare modo non licet sub vtraque specie communicare, recensentur li. 6. f. 114. b n
Cœli nomine in sacris literis aër etiam intelligitur, lib. 10. f. 181. c o
Cœlum & terra quo pacto mutabuntur, lib. 10. f. 181. a n o
Cælibum castitatem meliorem esse quàm nuptiarum, ostenditur lib. 14. f. 256. b a o
Cælibatum sacerdotum antiquissima ecclesiæ cõsuetudine obseruatum fuisse, ostenditur libro 13. fo. 238. n o
Censura Ecclesiæ vel concilii vel sedis Apostolicę, de rebus fidei non facit assertionem aliquam esse hæresim, sed quia fidei catholicæ repugnat, lib. 1. f. 13. d n
Censere de hæresi non est potestas in aliquo inferiore Episcopo, lib. 1. f. 12. a n
Certitudo, lib. 4. f. 65. b n & quid sit, li. 7. f. 135. a b c d n
Certitudo triplex, lib. 7. f. 135. b o
Certum neminem esse posse de sua salute, ostenditur lib. 7. f. 135. n o & 136. d n & ibid. d o
Certitudo fidei catholicæ & certitudo scientiæ quomodo differant, lib. 7. f. 136. d n
Certus vt quis dicatur de aliqua re duplicem certitudinem habere debet, ibid. d a n
Certus nemo dicitur de aliquo futuro contingẽti, lib. 7. f. 135. a o
Certitudo scientiæ & certitudo fidei, quo pacto, altera altera maior, lib. 7. f. 135. b o
Certitudo fidei humanæ quæ sit, libro 7. fol. 135. b o
Certam debet homo facere suam vocationem nauando bonis operibus, lib. 7. f. 136. d o
Certum aliquid esse reuelatione quid sit, ostenditur lib. 12. f. 225. d o
Cemiterii nocturnis assistere virgiliis per concilium Elibertinum prohibitum, lib. 1. f. 22. a n
Cæremoniæ missæ minimè contemnendæ sunt nam bonam illarum partem Apostoli instituerunt lib. 10. f. 167. a o
Circuncisio gratiam ex pacto diuino conferebat lib. 3. f. 45. d o
Circuncisio figura fuit Baptismi, lib. 3. folio. 45. b c n o
Circuncisio id præstabat quod modò baptismus, aliqua tamen differentia, ibid.
Cibus animę, Deus est, lib. 3. f. 55. a o
Cibus, lib. 4. f. 65. c n
Cibus immundus vocatur ab Apostolo commune, ibid. d
Ciborum delectum nullum docuit Christus & quare, lib. 4. f. 67. c n
Ciborum delectio per ecclesiasticas censuras sancita est, lib. 4. f. 65. c o & 66. a n contra hęre.
Cypriani dictum de virginibus vouentibus virginitatem, & declaratur contra caluinum hæreticum, lib. 14. f. 264. a o
Cognitio qua Deum hac in vita cognoscimus qualis sit, ostenditur lib. 12. f. 223. b o
Christus caput Ecclesię, lib. 1. f. 8. c o
Christus mittens apostolos ad prędicandũ præcepit eis nihil in via possidere, & quare, lib. 12. f. 206 d n
Christus plura dixit quę sacris literis scripta non sunt, lib. 1. f. 7. c n
Christum transfiguratum quomodo discipuli viderunt, lib, 1. f. 8. a o
Christus quare nõ contraxit originale peccatum lib. 12. f. 207. c n
Christus qua occasione prohibuit dęmonia clamantia, lib. 1. f. 17. b n
Christi scabellum crux eius fuit, libro 2. folio 24. n o
Christi scabellum triplex, ibid. c
Christi humanitas quomodo latrię adoranda est libro 2. fol. 26. c d n
Christum & Apostolos aliquid in crastinum seruasse, ostenditur ex Euangelio libro 2. folio 39. c n
Christi vaticinium, pseudos surgẽdos fore Prophetas impletum est, & in dies impleri vidimus, li. 3. f. 45. b n
Christi mortis baptismus quędam figuratio est, lib. 3. f. 47. d n
Christus quomodo venit in aqua & sanguine, lib. 3. f. 48. b o
Christi regnum temporaliter in hoc mundo futurum non est, libro 3. folio 54. o & folio 55. n

per

per totum
Christus qua ratione prohibuit multiloquium in oratione,lib.4 f.63.d o
Christus quare nullum docuit ciborum delectum,lib.4.f.67.c n
Christum esse Deum & hominem ostenditur contra Ebionem hæreticum,lib.4.f.67.a n
Christum esse verum Dei filium ex sacris literis constat,li.4.f.67.b per totum
Christus prædestinatus filius Dei libro 4.folio 68.n o
Christus surrexit virtute propria, ibidem & .f. 67.a o & f.68.n
Christus iudex viuorum & mortuorum, ibidem a
Christi epistolam esse ipsos Corinthios ait Apostolus,lib.4.f.68.b n
Christum verè esse hominē ostenditur contra Cerdonem hæreticum,lib.4.f.69.d n
Christus rogat patrem vt homo,lib.4.f.68.c o
Christum habuisse eādem nobiscum naturam ostenditur contra Valentinum hæreticum,li.4.f. 69.a n
Christus idem Deus qui & crucifixus,lib.4 fo. 71.c n
Christum carnem verā ex virgine Maria,& nō aliunde assumpsisse ex literis sacris ostenditur,li.4 f.69.a o & 70.c d n
Christus homo cœlestis appellatur secundum naturam diuinam,lib.4.f.70.b n
Christum vnicam tantum habuisse personam diuinam in duabus naturis ostenditur ex literis sacris,contra plures hæreticos geminam ponentes personam in Christo,lib.4.f.70.a n o & f.71.n per totum
Christus etsi literis sacris sæpè nomine vnius naturæ appelletur,non ex hoc excluditur reliqua, lib.4.f.71.b o
Christum duas habere naturas ex literis sacris ostenditur,lib.4.f.72.n o & 73.n
Christum habuisse corpus & animam contra Arrium ostenditur,lib.4.f.73.n o
Christi figuram gessit Melchisedech,lib.10.fo. 164.d o
Christum negare tempore persecutionis non est crimen hæresis,lib.10.f.163.a o
Christum minimè negandum tempore persecutionis scriptura docet,ibidem b
Christus cur gratias reddebat Deo,lib.10.f.164 a o
Christum mendicasse nō patet ex literis sacris, lib.10.f.165.a o
Christum missam instituisse,nempè ipsam cōsecrationem Eucharistiæ testimoniis sanctorum probatur,lib.10.f.167.a b c o & 168.d n
Christus venit vocare peccatores ad pœnitentiam,lib.12.f.217.c d o
Christus verus est medicus qui sanat omnes infirmitates,ibid.d
Christus quomodo legem impleuit,lib.12.fo. 218.c o
Christus redēptor fuit & legislator, ibidem d
Christus pauper fuit quatenus homo.lib.12.fo 222.c o
Christus filius Dei & filius mulieris,lib.4.f.71. d n
Christus passus fuit in humanitate & nō in diuinitate,lib,4.f.73.a n
Christus quomodo profecit sapientia & ætate, lib.4.f.73.d o
Christum duas habere voluntates ostenditur, lib.4.f.73.b o & f.74.n
Christus secundum humanitatem factus obediens patri vsque ad necem,lib.4.f.74.d n
Christum verè fuisse passum ostenditur contra Basilidem hæreticum ibidem b o
Christum fuisse verum humani generis redēptorem ostenditur,ibid.d o
Christum habuisse spiritum timoris Dei ostēditur,ibid.d
Christi latus post mortem eius lācea perforatur,lib.4.f.75.a n o
Christum verè resurrexisse ostenditur contra Corinthum hæreticum,ibidem b o
Christus quomodo occisus agnus ab origine mundi dicitur,lib.6.f.99.d n
Christum confeciſse Eucharistiam in pane azymo ostenditur ex Euangelio contra Græcos li. 6.f.100.d n
Christus quare panis appellatur in sacris literis,lib.6.f.105.d n
Christus quare discipulorum pedes lauit antequā eis tradat suum corpus libro.6.folio.109.d n
Christus in secundo mensæ accubitu corpus suum discipulis præbuit,lib.6.f.110 b o per totum
Christum totum integerrimè sub qualibet sactamenti specie contineri ostenditur libro.6.folio.112.b n
Christus nō in omnibus peragendis mysteriis Eucharistiæ ab Ecclesia imitatur & quare,lib.6.fo. 113.a b o
Christus quare vsque ad triceſimum suæ ætatis annum prædicare tenuit,lib.12.f.227.c o & f. 228.c d n
Christus in nouissima cœna Apostolos sacerdotes ordinauit, nempè dando eis potestatem conficiendi corpus & sanguinem suum,lib.13.fo.237. d n
Christus carnes comedit lib.4.f.65.a o
Christum esse petram, quomodo intelligitur, lib.6.f.101.c n o
Coitus cum iumento lege naturali & diuina prohibetur li.4.f.77.c o
Christianus quo pacto relinquere debet patrē & matrem & reliqua temporalia notatur lib.12.f. 206.d n
Christianismus cuius rei gratia in plurimarū hæresum scissuras diuisus fuit,lib.1.f.9.a o
Christiano viro impingere hæreseos notā turpissima contumelia est,lib.1.f.14.b n
Christianismus purior qualis est lib.4.f.67.c n
Christiani quare sic appellantur,libro.6.fo.97 b n o
Christianus quilibet non potest absoluere cōtra Lutherum,lib.2.f.28.b n
Christiana libertas in quo consistat,lib.14.fo. 264.c n
Christianos omnes esse sacerdotes quo-

quomodo intelligatur,lib.13.f.237.b n

Chrisma pluries datur, & quid eius vnctio in baptismo significet, cum in ipso misceri debet,li. 3.f.47.d o

Collegium totum Cardinalium in rebus fidei Deus non permittet errare,lib.1.f.12.b o

Commune appellat Paulus cibum immũdum, lib.4.f.65.c d n o

Cõmunicãdũ esse necessario sub vtraque specie hæresis est,& conuincitur li.6.f.111.o & 112.n o

Communicandi sub vtraque specie nõ est datum præceptum aliquod à Christo,lib.6.f.112.o & f.113.n o

Communicãdi sub vna specie tãtum antiquissimus ecclesiæ mos,lib.6.f.114.o & f.115.n

Cõmunio sub vtraque specie quare fuit abolita,lib.6.f.114.b n

Conciliorum decreta firmissimam habere authoritatem,ostenditur lib.1.f.3.b o

Conciliorum decreta,neque apostolorum canones pro scripturis diuinis habendi sunt,ibid.b

Conciliorum generalium ritè congregatorum definitiones maioris sũt autoritatis quàm illę quæ à solo Pontifice definitæ sunt,ibid.c

Concilium generale maiorem habet authoritatem quàm summus Pontifex,ibid.c

Cõcilium generale ritè congregatũ vniuersalẽ repræsentat Ecclesiã, li.1.f.9.d o & lib.4.fol.76.a o

Concilio non est vocãda plebs aut promiscua multitudo contra Lutherum,sed maiores Ecclesię, lib.1.f.9.d o & f.79.c o

Concilium celebrandi egregia regula,lib.4.f. 77.d n

Concilia à quo tempore cõgregari cœperunt, lib.1.f.9.a o

Cõciliorum traditiones esse recipiendas vnde colligitur,lib.1.f.9.d o

Cõcilia prouincialia non habent integram & plenam authoritatẽ definiẽdi in negotio fidei,li. 1.f.12.b n

Concilia prouincialia, in re fidei errare possunt,ibid.b & lib.4.f.76.a n

Concilia citra Papæ authoritatem congregata irrita sunt,ibid.b o

Cõciliorum prouincialium authoritas ad quid se extendat,ibidem a b n

Concilium Lateranense immortalitatem animæ definiuit,lib.2.f.37.d n

Concilium generale ritè congregatum non posse in fide errare,ostenditur lib.4.f.76.a n

Concilium genetale locum obtinet iudicis, ibid.b n

Concilium generale quãdo ritè congregatum dicetur,ibid.b o

Concilium habet plenam potestatem definiẽdi in causa fidei,lib.1.f.12.d o

Concupiscentiam carnis non esse peccatũ cõtra Lutherum,ostenditur lib.3.f.52.a n & li.12.f.223. c o

Cõcupiscentia appellatur à beato Paulo peccatum, non quia peccatum sit,sed quia à peccato originatur,lib.3.f.53.b n

Concupiscentia quare appellatur à Paulo lex peccati,ibid.b

Concupiscentia manet post baptismum in homine ad eius exercitium,lib.12.f.216.a b o

Concupiscentia carnis in Chtisto non fuit & fortè nec in eius sacratissima matre,ibid.d

Concupiscentia carnis non est in præcepto, li. 12.f.224.a n

Concupiscentiam carnis esse peccatũ quo pacto intelligi habet,ibidem a

Concubitus promiscuus lege diuina prohibetur,lib.4.f.78.c n

Confidere in bonis operibus qualiter liceat, lib.11.f.200.c n

Confessio duplex,lib.1.f.16.a o

Confessio,lib.4.f.78.a n o

Confessionis plures notantur errores,ibid.a b n o

Cõfessionem esse necessariam & à Christo institutam gratiamque conferre,ostenditur lib.4.f. 78.o & f.70.n o

Confessionem esse clancularian non est de necessitate sacramenti pœnitentiæ, quamuis perperam ageret qui publicè confiteretur,lib.4.fo.78. d o

Confessionem tempore apostolorum fuisse in vsu,ostenditur lib.4.f.79 b n

Confitenda esse omnia peccata mortalia, ostenditur lib.4.f.79.b o

Cõfessionis decretum,à Sixto quarto æditum, ponitur lib.4 f.80.d n

Confessionem esse necessariam etiam si adsit contritio,ostenditur ibid.a o

Confitenda sunt peccata venialia,ibid.b o

Confiteri Christum tenentur Christiani tempore persecutionis,lib.10.f.163.b o

Confirmationem esse sacramentum gratiamque conferre,ostenditur lib.4.f.81.d n

Confirmandus chrismate vngẽdus, ibidem a n

Confirmationis sacramentum non potest cõferri nisi ab Episcopo,lib.4.fol.64.d n & lib.6.fol. 97.n

Confirmationis sacramento character imprimitur,ibidem d n

Confirmatio quid sit,lib.4.f.81.d n

Coniectiones,quibus hæreticus deprehenditur tres,lib.1.f.22.o & 23.per totum

Coniugium duplex & non mutua inter ipsos notatur obligatio,lib.11.f.191.a o

Coniugium ex institutione diuina nõ obesse sacerdotio,ostenditur lib.13.f.242.d n o

Consilia plura sunt in lege euãgelica, nec omne quod nobis commendatur est præceptum contra Lutherum lib.12.f.220.b o & f.221.a o

Consilium quid sit,li.12.f.220.a o

Cõsilia plura data sunt sub verbo imperatiui modi quæ non præcepta sed consilia sunt,lib.12.f. 222.b n

Consilia quibus modis à præceptis discernantur,ibid.b

Consulendi minimè sunt hæretici,libro.1.fol. 17.d o

Consilium fuit apoctolis, dono portanda pecunia,lib.2.f.39.c o

Consecratione facta Eucharistiæ nihil panis ibi manere ostenditur li.6.f.104.a o

Contri-

Conttitionem exortam propter odium gehennę (licet meritoria non ſit) non eſſe malam, oſtenditur lib.4.f.82.d n o

Contritio peccatorum quo pacto per diſcuſſionem, collectionem & deteſtationem peccatorum paranda eſt, lib.4.fo.83.c a b n

Continentiam ſeruare eſſe impoſſibile hæreſis Lutheri, quæ apertiſsimè conuincitur libro 14. fo. 256.a n

Corrigere ſuperiores non eſt datum ſubditis pro ſuorum arbitrio, lib.4.f.83.c n

Correctio, ibid.

Cornelius antequam Petrum videret iuſtificatus fuit, lib.3.f.51.c d o

Corpus Heliſei mortuum prophetauit, non tamen illud inanime corpus dicendum erat propheta, lib.12.f.228.a o

Corpora ſanctorum veneranda ſunt, lib.13.f.231. a o per totum

Corpora poſt reſurrectionem eſſe palpabilia & viſibilia ex literis ſacris oſtenditur, libro 13.fo.231.o 232.n

Corpus Dominicum templum ſanctum eſt, lib. 2.f.26.b n

Corpus Dominicum ſuprema eſt oblatio, ibidem c

Corpus veſtis eſt animæ, lib.2.f.38.b n

Corpus, lib.4.f.64.c o

Corpus ſuapte natura malum non eſt contra hæreticos, ibid.c

Corpus humanum à Deo factum fuiſſe, ſcriptura ſacra teſtatur, ibid.c d o

Corpus Chriſti verũ à ſacerdote offertur in miſſa Deo patri, lib.10.f.169.a n

Corporis vita anima eſt. Animæ verò Deus ipſe, lib.12.fo.210.c n

Corpus Chriſti verum contineri in Euchariſtia ex literis ſacris oſtenditur, li.6.f.102. c d n & dictis etiam ſanctorum comprobatur, ibid.b o per totum

Corpus Chriſti non eſſe in Euchariſtia niſi tantũ in vſu, hæreſis eſt nefanda Lutheranorum, & conuincitur lib.6.f.110.b o

Corporis Chriſti contactus & fœminis & laicis interdictus eſt per conſilium Remenſe, li.13.f.236. a o

Coſta de qua Eua formata fuit de eiuſdem Adami perfectione fuit, & non ſuperflua, lib.2.f.32.b o

Circunſtantiæ quę neceſſariò confidendæ, lib.4. fo.80.b o

Cras aduerbium in ſactis literis pro toto tempore futuro ponitur. lib.2.f.39.a b o & libr.12. fo.226. a n o

Creaturæ per hominum benedictiones meliores redduntur, quàm à Deo creatæ fuêre per naturam: hoc tamen non ab ipſis fit hominibus, ſed à Deo propter merita benedictionum & orationum præcedentium, lib.2.f.41.b n

Creatura nulla ex ſe mala eſt, contra plures hęreticos aſſerentes, aliquas creaturas ex ſe malas eſſe, l. 10.f.161.d o

Creaturæ factæ ſunt à Deo optimo maximo, & non à malo Deo, contra plures hæreticos hoc aſſerentes, lib.4.f.83.c d n o

Creaturas eſſe bonas ex ſe & generatione ſua, oſtenditur contra Manichęos, libro 4.f.83.b o factas autem fuiſſe in die qua creauit Deus cœlum & terram quomodo intelligitur.

Credens Deo, ſanctis etiam credere debet, lib.2. f.32.d o

Credere tenemur ex fide verum Petri ſucceſſorem eſſe, ſupremum totius Eccleſiæ paſtorem, li.1. f.14.b o

Creditum quid verè dicitur, lib.12.f.225.d o

Credere non omnes æqua lance tenentur indocti ſicut & docti, lib.1.f.15.a n

Crucem Dominicam adorandam eſſe oſtenditur contra hæreticos hoc negantes, libro 2. f.24.a n per totum.

Crux Chriſti qua intentione adoranda eſt, lib. 2. f.24.c o

Crux Chriſti, eius nobis paſsionẽ ad memoriam reuocat, ibid.d

Crux Chriſti quare dicitur ſignum, li.2.f.25.a n

Crux Chriſti, li.4.f.83. b o & quomodo ſcabellũ ipſius fuit, lib.2.f.24.n o

Cupiditas gloriæ vanæ radix & fomentum eſt hæreſum, lib.1.f.16.c o

Cupiditas gloriæ inanis fallaciam iudicii parturit, lib.1.f.17.a o

Cupiditas radix eſt malorum omnium, libro 1.f. 18.b n

D

Dauid quando fuit filius perditionis & quando ad vitam æternam prædeſtinatus, oſtenditur li. 12. f.224.b o

Dauid perfectam habuit Dei dilectionem li. 12. fo.223.c o

Daniel propheta etſi paruulus rectè quæ vaticinatus eſt intellexit, lib.12.fo.229.b n

Danielis prophetia de ceſſatione ſacrificiorum quomodo eſt intelligenda, lib.10.f.172.b c n o

Debitorem ſe Deus ſuæ gloriæ nobis fecit ſua miſericordia, lib.10.f.167.b o

Decimæ ſoluendę ſunt, & quibus rationibus, nec earum quantitas iure diuino taxata eſt, libro 5.folio 84.b n o

Decretales poſt conciliorum definitiones primũ obtinent locum, lib.1.f.3.b o

Definiendi in fidei negocio poteſtas in eccleſia vniuerſali eſt, & per conſequens in conciliis vniuerſalibus, lib.1.f.7.d n

Definiendi in cauſa fidei ſedes Apoſtolica poteſtatem habet, ibid.d

Definitio Euangelii ab hæreticis aſsignata prorſus futilis & inanis eſt, lib.6.f.99.b n

Definitionem Eccleſiæ audiens obtemperare ei debet, li.1.f.15.b n

Defenſores hæreticorum ſi perſonam tãtum defendant & non ipſam hæreſim, non ſunt cenſendi hæretici, lib.1.f.14.b o

Deleri de populo Dei quid ſit, oſtenditur lib.3.f. 45.c n

Deliciæ carnales non erunt in futuro regno, lib. 3.fo.55.c d n

Dæmonia clamantia quare ne loquerẽtur Chriſtus prohibuit, lib.1.f.17.b n

Dæmon diuerſos hominibus tentationum parat laqueos iuxta eorum qualitates & complexiones, lib.14.f.250.a o

Dæmones cum mille habeant nocendi modos etiam per lapidum contactus tentant,ibidem a

Dæmonum afflictiones, quibus homines affligunt,per rerum ſenſibiliũ applicationem ſæpè mitigantur,ibid.a

Denarius numerus aliquando in ſacris literis pro vniuerſitate capitur,lib.3.f.55.c o

Denarius numerus radix eſt millenarii,ibid. c

Denarius diuinus quis ſit,&quo pacto omnibus æqualiter impartitur,lib.3.f.60.c o

Deſiderare angelos faciem Domini videre, cum perpetuo & æternaliter videant, quomodo intelligitur,lib.3.f.54.a n

Deus creat malum pœnæ ſed non malum culpæ, lib.12.f.228.a n & lib.10.f.161.a b o

Deus præſcius eſt omnis mali,& culpę & pœnę, ibidem b

Deus quare propter alterius peccatum alterum temporaliter caſtigat,lib.12.f.207.c o

Deus Eccleſiæ ſuę contulit Doctores,libro 1.f.11. b n

Deus quando ſe fecit debitorem ſibi & nobis, li. 11.f.197.a b o & lib.10.f.166.b o

Deus ſæpè errare permittit hominem non ſolum propter propriam iniquitatem, ſed etiam propter iniquitatem interrogantis aut diſcentis, libro 1.fo. 17. b o

Deus quare petitiones noſtras donare differt,lib. 1.f.20.c n

Dei pedes qui ſint,lib.2.f.25.b o

Deo credere non poterit niſi prius quis crediderit de ſanctis eius vera eſſe quæ ſcripta ſunt, libro 2. fo.32.d o

Dei viæ quæ ſint,lib.2. f.33.c o

Deus angelos creauit ſiue bonos ſiue malos contra hæreticos hoc negantes, ibidem b

Deus vtrum ſufflando in Adam animam fecit,an quam fecerat animam corpore dando potius inſufflauit,vide,lib.2.f.34.c n

Dei proprietates notantur,lib.2.f.35. c n

Deus quomodo immortalis dicitur,li.2.f.36. a o

Deum non videri ab aliquo quomodo intelligitur,li.3.f.54.c d n

Deum hac in vita plures vidiſſe ſacra teſtatur ſcriptura,& quomodo intelligitur,ibid.d

Deus cibus animæ eſt,lib.3.f.55.d o

Dei Ara Eccleſia dicitur, lib.3.f.58.a n o

Deum & hominem eſſe Chriſtum, ex literis ſacris contra hæreticos, oſtenditur lib.4.folio 67. b o per totum

Deus nouam ſponſam ſibi deſponſando ſanctam Eccleſiam ſinagoga ſepulta fuit,lib.9.f.156.d n

Deum facere mala,hęreſis eſt,lib.10.fo.161.b n

Deum aliquid permittere, idipſum agere ſacra ſcriptura refert,li.10.f.162.c n & f.161.c o

Deum facere vaſa in contumeliam quomodo intelligitur,ibid.d

Deum facere malum non eſt aliud quam petmittere illud malum,lib.10.f.161.b n & c d o

Deus minimè nobis præcepit impoſſibilia obſeruatu contra Lutherum,lib.12.f.223.a n

Deum ex toto corde diligere quo pacto intelligẽdum venit,ibidem

Deum aſſiſtere Conciliis generalibus ritè congregatis,oſtenditur lib.4.f.76.d n

Dei vnitas ex literis ſacris, oſtenditur li. 5.fo.85. b n contra hæreticos plures Deos conſtituentes, ibidem f.84.d o

Deum corporeum non eſſe oſtenditur, ibidẽ d

Deum eſſe Trinum in perſonis, oſtẽditur lib.5. f.86.b o

Deus cum incorporeus ſit, quare ſcriptura ſacra corporea membra ei tribuit, libro 5. folio 86. a n

Deum eſſe veracem ex literis ſacris oſtenditur, ibidem c

Dei auxilio omnia poteſt homo,libro 14.fo.256. b n

Deus verè inuocantibus ſe ſemper adeſt,ibidem c

Deus qualiter inuenitur, libro 12. folio. 224. d n

Deus mutare nouit ſententiam ſi peccator ſuum noſcit mutare delictum,libro 12. folio 225. b n o

Deus non quibuſlibet vitam æternam promiſit, ſed bene finaliter perſeuerantibus, libro 12.f.226. b n

Deus omnes ad ſe vocat, libro 3. folio 44. d n

Dei iudicia nobis maximè latent, libro 12.folio 225.c o

Diaconi miniſterium quid ſignificat, libro 6.fo. 97.a o

Diuina lux quomodo inacceſsibilis ſit,oſtenditur lib.3. f.54.a n

Diuinitas in Chriſto variis teſtimoniis ſcripturę ſacræ oſtenditur contra hæreticos illam negantibus, libro 4. folio 67. a n o, & folio 68. per totum

Diuinitas paſſa in Chriſti paſsione non fuit,fide tamen tenendum eſt Deum fuiſſe crucifixum, lib. 4.fo.73.b n

Dies in ſacris literis præſens notatur vita, lib.12. f.230.c n & lib.3.f.43.b n

Diem vltimum ſcire Chriſtum, ita ſicut pater, oſtenditur lib.5.f.89.c n

Diem Iudicii, filium Dei neſcire quomodo intelligitur,ibid.d o

Diabolus ante Chriſti aduentum ius quoddam in homine habebat,lib.4.f.74.d o

Diabolum è ſua natura non eſſe malũ, ſed creatum fuiſſe in veritate, oſtenditur libro 5. folio 91. d o

Diabolus in ſua creatione innumeris fuit inſignitus virtutibus & donis,lib.5.fo.92.b n

Dictorum plurimorum intelligentia vnde ſumenda eſt,lib.1.f.3.c o

Dicta ſanctorum non parui pendenda ſunt,li.1. f.10.c d o

Differentia veniendi ad Chriſtum paruulorum & adultorum,ponitur li.3.f.44.a o & de differentia legis & ſcripturæ,li.6.f.99.a n

Dilectio inimici in præcepto eſt, libro 12. folio 220.c o

Dilectio Dei perfecta hac in vita ex mandatorum Dei plena obſeruatione,colligitur lib.12.folio 223.a b c o

Dilectio proximi qualiter implenda,ibidem a

Dilectio Dei, quæ in hac vita implenda nobis præcipitur quæ ſit,ibid.a

Dilectio Dei quæ expectatur in præmiũ qualis ſit,ibid.b

Dilectio Dei qua Dauid deum dilexit oſtenditur,ibid.c

Dimittere vxorem in euangelio, non ſignificat dimiſſionem quo ad vinculum,ſed quo ad thorum li.11.f.192.d n

Diſcipuli tres Chriſtum transfiguratum viderunt,li.1.f.8.a o

Diſcipulorum pedes quare Chriſtus lauabat l. 6.f.109.d n

Diſcipulis duobus in Emaus Caſtello Chriſtum ſuum corpus ſacramentaliter in illo pane in cuius fractione ipſum cognouerũt tradidiſſe oſtẽditur licet autor nihil definiat,li.6.f.114.c n

Diſcrimen inter ſacerdotes veteris ac nouę legis ponitur,li.2.f.27.c n

Diſcalciatus inceſſit ſeraphicus Franciſcus, & ſic incedere ſuis præcepit fratribus citra neceſſitatis cauſam,li.4.f.62.a n

Diſcalciatos incedere,bonum eſt & meritoriũ ibid.a

Diuortium nouæ legis in quo differt à repudio veteris legis li.11.f.192.c n

Docti & prælati qualiter quæ fidei ſunt credere debent,lib.1.f.15.a n

Doctrinam nouam volens inducere efficaciſſimis & euidentiſſimis argumentis eã probare peropus eſt,lib.1.f.22.a o

Doctrinã euangelicam volens inducere Chriſtus miraculis eam confirmat,ibid.b

Doctrina Lutheri noua,hæretica & execranda, omnino fugienda,li.1.23.d n

Doctores dedit Deus eccleſiæ ſuæ,lib.1.f.11.b n

Doctorum ſanctorum dicta,haud parui faciẽda ſũt,magnã enim habẽt authoritatẽ,lib.1.f.11.a n

Doctorum ſanctorũ de aliqua re concors omnium ſententia,minimè refraganda eſt ibidem b

Doctorum ſanctorum parui faciens ſententiã Iſmaële figuratur,lib.3.f.53.a o

Doctores omnes eccleſiæ de eadem recõcorditer definientes nunquam errarunt,nec Deus errare permittet qualitercũq; ſint dati à Deo,ex Paulina ſententia notatur,li.2.f.28.c o

Doctorum ſanctorum concors adducitur ſentẽtia,quod Chriſtus verè & realiter in Euchariſtia continetur,li.6.f.102.o.103.n per totum

Docere omnes in Eccleſia non cõuenit, varia enim ſunt munera li.4.f.76.077.n

Dogma quodcũq; falſum hæreſis non eſt,quãtocunque falſum exiſtat,li.1.f.1.d n

Dominum vineæ feciſſe pares marcenarios in mercedis ſolutione quomodo intelligitur,lib.3.f. 60.c o

Dominici diei ſolẽnitas in ſacris literis nõ inuenitur in præcepto, ſed præcepto Eccleſiæ obſeruatur li.6.f.94.b o

Donum & meritũ nihil eſt in cauſa quod non poſſint eſſe idem,eademque res,li.11.f. 199.a n

Donum ſpiritus ſancti per baptiſmũ recipitur, li.3.f.43.c o

Donec aduerbiũ in ſacris literis ſæpè nullum temporis finem dicit,lib.3.f.56.d n & lib.10.163.b c n

Domus Iacob quæ,li.3.f.60.c n

Domus patris quæ,ibid.c

Dubitata olim multa fuêre quæ modo minime dubitare licet li.1.f.2.d o

Dubius in fide non credit quæ fidei ſunt, & vt hæreticus dicatur quid ampli⁹ debet habere oſtẽditur,li.1.f.15.a c o & li.7.f.136.b n

Dubius fuit beatus Thomas in Chriſti reſurrectione ibi.b

Dubitare licitum eſt de intelligentia alicuius rei ſpectantis ad fidem ibi.c

E

Eccleſia pro his,qui in purgatorio agunt, orat li.12.f.230.a n

Eccleſia de exterioribus iudicat li.1.f.1.a o

Eccleſia ſemper proficit,nec ſemper in addiſcendo in vno fuit ſtatu li.1.f.2.c o

Eccleſia autoræ aſſimilatur,& quare,ibidẽ, d

Eccleſia eſt quæ autoritatem habet ſacras interpretandi literas,li.1.f.5.b o

Eccleſia falli non poteſt li.1.f.6.c o

Eccleſia vnica tantum eſt li.1.f.7.a o

Eccleſiæ obſeruationes plures notãtur, ibid.d

Eccleſiæ traditiones tantam habẽt authoritatem ac ſcriptura ipſa li.1.f.8.a n

Eccleſia catholica viſibilis eſt, omniũque ſenſibus obiecta,li.1.f.8.c d & li.6.f.93.d o

Eccleſia militans quæ ſit ibid.c

Eccleſia aliquando vocatur grex libro 1.folio 8.b c

Eccleſiæ caput viſibile eſt li.1.f.8.d n

Eccleſiam alicubi iam congregatam & aliquãdo congregabilem eſſe, quantumlibet latè pateat probatur li.1.f.9.c d n

Eccleſia vniuerſalis in concilio legitimè congregato repræſentatur ibid.c d

Eccleſiam aliquid definiſſe, quando dicitur li. 1.f.9.c o

Eccleſia nõ poteſt nouum fidei articulum cõdere,li.1.f.13.a n

Eccleſia in definitionibus fidei quid faciat li. 1.f.13.d n

Eccleſiæ vnio duplex li.1.f.14.a o

Eccleſia comparatur ſagenæ miſſæ in mare & decem virginibus,ibidem & libro 9.folio 92.c o

Eccleſiam aliquando condere articulum fidei quomodo intelligitur li.1.f.13.a o

Eccleſiæ vel alicuius ſanctæ communitatis venuſtas non minuitur ex hoc quod ex ipſa hæretici & peſſimi homines exierunt ibidem a

Eccleſiæ definitionem audiens ei obtemperare tenetur li.1.f.15.b n

Eccleſiæ calamitates viri ſancti deplorant,lib. 1.f.20.c d n

Eccleſia triũphante nõ omnes æquales in gloria, li.13.f.236.b n o

Eccleſiæ traditio de crucis adoratione in die paraſceuæ li.2.f.24.a. Nec per hoc Eccleſiã idolatrare oſtenditur,ibid.b

Eccleſia quomodo ornata & honorata ſicut paradiſus li.3.f.52.c o

Eccleſia Dei ara dicitur,li.3.f.58.a n

Eccleſiæ cantus ſanctus eſt,& literis ſacris cõformis li.62.c d o & 63.n o

Eccleſia gradus intra ſe habet,nec omnes in ea ſunt æquales li.12 f 201.a n

Eccleſia iuſtè prohibere poteſt eſum carnium li.4 f.65.d o

Eccleſiam ad quam primo ſacratus eſt epiſcopus non debet dimittere,& aliam accipere abſque ineuitabili neceſſitate li.11 f.190.b o

Eccleſias ad adorãdum & ad ſacrificia Deo offerenda deputare & inſtruere vetuſtiſſima fuit cõſuetudo li.14.f 250.c d n o

Eccleſia Dei ſine macula & ruga li.4 f.76.a o ipſamque eſſe columnam firmiſſimam oſtenditur,ibi.a

Eccleſię nominis ethimologia notatur lib.6 f. 92.n o

Eccleſia bonos & malos amplectitur li.6 f.92. b o & 93.b n

Eccleſia corpus quoddã eſt,cuius caput Chriſtus,fideles membra ibi.c

Eccleſia fratrem in nos peccantem corrigit li. 6 f.93.a n

Eccleſia errare poteſt in his quæ nec ad fidem nec ad mores ſpectant, nempè in his quæ ſunt facti li.6 f 93.do & 94.a n in aliis verò rebus errare non poteſt li.6 f.93.d o

Eccleſiam poſſe condere leges quibus omnes Chriſti fideles obedire teneantur,oſtenditur li.6. fo.93.b o

Eccleſiæ præceptum eſt diem dominicam obſeruare li.6 f.94.b o

Eccleſiæ præcepta declaratiua ſunt præceptorum Dei li.6 f.94.c d o

Eccleſia tantam modo habet poteſtatem quãtam tempore Apoſtolorũ li.6 fol.94.a o & 95. a n

Eccleſia quare cenſuit in pane azimo fore cõſecrandam Euchariſtiam li.6 f.100 d o

Eccleſiam habere poteſtatem excommunicãdi ex literis ſacris oſtenditur li.6 f.115 & 116. & 117.

Eccleſiæ Exorciſmos bonos eſſe cõtra hæreticos oſtenditur ex literis ſacris li.6 fo.117.& 118. n per totum.

Eccleſia non poteſt inſtituere ſacramentum aliquod li.14 f.258.b n o

Eccleſia errare non poteſt in ſuſcipiendis fidei ſacramentis li.13 f 243.d n

Eccleſiaſticos viros pauperes eſſe debere ſola contentos eleemoſyna,hæreſis eſt & impugnatur li.6 f.95.b n & li.12.206.d o

Eccleſiaſtici liber,ex ſentẽtia Sixti Papę Salomoni aſcribitur & quomodo illius decretum intelligatur li.1 f.3.b c n

Effectus Sacramenti extremæ Vnctionis principalis gratia eſt,non tam ſanitas corporalis,licet ſæpè per receptionem illius conferatur lib.14.fo. 259.o.

Ego pronomen, non eſt de neceſſitate baptiſmi formæ li.3.f.42.b n

Eliſei corpus,vide corpus Eliſei.

Elegantia ſermonis cauẽda ne in hæreſim ruere faciat li.1 f 19.c n.

Eleemoſynis redimere peccata quid ſit lib.12.f 215.a n

Eleemoſyna,vide.li.6 f 95.b o

Eleemoſynam facere ſolùm,vt reſtitutionis obligatio dirimatur, error eſt Eraſmi li.13 fo . 232 b o &234 b n

Epiſtolam Chriſti,vocat Paulus,ipſos Corinthianos li.4 f68.b n

Epiſcopis ęquales poſuit Arriꝰ ſacerdotes,ductus voraci ambitione li.1 f.18.a o

Epiſcopi nominis Etymoligia,li.1 f 20 b o

Epiſcopus nõ debet primam eccleſiã ad quam primo eſt conſecratus abſque ineuitabili neceſſitate dimittere : ideo quàm perpetam faciunt, qui propter maius lucrum primas dimittunt eccleſias perſpicuum eſt li.11 f.190.b o

Epiſcopum eſſe ſuperiorem ſacerdote dignitate,oſtenditur li.6 f.96 n & li.13.f.242.a b o

Epiſcopi locum obtinẽt Apoſtolorum, ſacerdotes vero Diſcipulorum, ibidem c & f.96.a b o

Epiſcoporum nomine,in Paulinis epiſtolis,aliquando presbyteri intelliguntur, licet nõ idem li.6 f97.n o

Epiſcopi & preſbyteri nomina antiquitus cõfuſa,ab eccleſia diſtincta & diuiſa ſunt lib.6.fol. 97.10

Epiſcopi diſpenſatores,nõ domini rerum Eccleſiaſticarum ſunt li.14 f.264.a n

Epiſcopus quare quis non ordinatur ante triceſimum ætatis annum li.12.fo.224.c o

Epiſcopum oportere eſſe vnius vxoris virum quomodo intelligitur li.13 f.241,b c n

Epiſcopatus & bresbyteratus gradus diſtincti diuina inſtitutione & nõ eccleſiæ ordinatione l. 6 f.96 & 97

Eraſmus ſentire videtur, nõ fore neceſſariam reſtitutionem quo minus vita æterna non ſequatur, ſed ſolam Eleemoſynam ſufficere li.13 f.233 b c n

Eraſmum male ſenſiſſe de peccato originali, oſtenditur li.12 f.207.b n

Eraſmi error dicetis matrimonium poſſe ſolui quo ad vinculum propter adulterium l.11.f.186. a b o

Error quilibet nõ eſt hæreſis li.1.f.1 b o &li.2. 36.c n

Error Gratiani notandus li.1 f.4 d n

Error Abbatis annotatur li.1 f.13.c o

Error in fide pertinacia nõ eſt hęreſis li.1.f.15 d n

Error Ioannis vigeſimi ſecundi li.3 f.57.b o

Error Eraſmi ſentientis licitum fore comedere carnes diebus prohibitis ab Eccleſia.li.4 fo.66 d n

Error Phariſæorum li.1 f.18.n

Error Caietani & Eraſmi dicẽtium matrimonium poſſe ſolui quo ad vinculum, propter adulterium,li.11 f.186.a b o

Errare an poſſit eccleſia vide in verbo Eccleſia.

Error Caietani dicentis,neminem quãtumuis conſcium de lethali crimine teneri confiteri iure diuino ante Euchariſtiæ receptionem li.6 fo.108. a o

Error quid ſit li.13 f.246.d n

Errare permittit deus doctorẽ nõ ſolùm propter propriam iniquitatẽ, ſed propter iniquitatem

tatem interrogantis aut diſcentis, libro 1. folio 17. b o

Eſſentiam Dei videre beatos teſtimoniis ſcripturæ probatur contra Armenos hæreticos,lib. 3.fo. 53. a b o

Eſſentiam Dei Paulum vidiſſe quomodo intelligi tur,54.d n

Euidentia quotuplex ſit,lib.7.f.135.b o

Euidentiæ certitudo,& certitudo fidei catholicę quomodo differunt,lib.7.f.136.d n

Eunuchorum tres ſpecies,lib.12.f.221.a n

Eunuchi, quos Chriſtus in euangelio commendat,qui,lib.6.f.115.b n o

Eunuchum neceſſarium fore ad bene Deo ſeruiẽdum hæreſis eſt, & conuincitur libro 6. folio 115. b n o

Eunuchi varii ſunt,lib.14.f.257.a n

Euam non fuiſſe formatam de coſta Adami error fuit Caietani,lib.2.fo.31.a o qui & declaratur & impugnatur ibid.b

Euchariſtia olim ſancta laicis dabatur in manus domum aſportanda,quod iam minimè licet,lib.1.f. 22.a n

Euchariſtia latriæ adoranda, contra Oecolampadium hæreticum, libro 2. folio 25. b n & folio 26. a n

Euchariſtiæ figura, ex qua conuincitur in ea corpus Chriſti verum Deo patri offerri, libro 10.fo.169. n

Euchariſtiæ Sacramenti typum geſſit Paſchalis agnus,lib.10.f.171.& f.172.d n

Euchariſtiam eſſe verum ſacrificium corporis & ſanguinis Chriſti,oſtenditur lib.10.f.172.& 173.& f. 174.per totum

Euchariſtia Dei donum eſt & oblatio,libro 10.fo. 178.a o

Euchariſtiam eſſe teſtamentum quo pacto dicere poſſumus, libro 10. folio 177. a o & folio. 178. d n o

Euchariſtia,lib.6.fo.99.a o

Euchariſtiam conficiendam eſſe in pane azimo oſtenditur ex literis ſacris,contra Græcos in pane fermentato conficientes,libro 6.folio 99.o & 100.n per totum

Euchariſtiam conficiens pane fermentato verè conficit, peccat tamen mortaliter, libro 6.folio 100. c d o

Euchariſtiæ variæ recenſentur hæreſes, ibidem b c d

Euchariſtiam continere verum Chriſti corpus,oſtenditur libro 6.f.102.c d n.& vltra ſacræ ſcripturæ dicta, ſanctorum doctorum adducuntur authoritates,lib.6.fo.103.a o & f.104.n o

Euchariſtiæ ſacramentum in memoriam Dominicæ mortis fit,lib.6.f.107.a n

Euchariſtiæ ſacramentum gratiam conferre innumeráſque adferre vtilitates,oſtenditur libro 6.f.108. b c n o

Euchariſtiæ Sacramentum non maiorem habere virturem per hoc quod die cœnæ Dominicæ conſecretur,quàm alio quocunque die,oſtenditur lib.6.f. 108.c d o

Euchariſtiam recipere tam bonos quàm malos(in æquali tamen ſorte) oſtenditur contra hæreticos aſſerentes ſolos bonos illam recipere,libro 6.folio 110. a o

Euchariſtiam ſumendo ſub ſpecie panis tantùm, carnem Chriſti manducat & ſanguinem bibit,libro 6.f.112.a n

Euchariſtiam in altari ſeruandam pro imminentibus neceſſitatibus,manet enim ibidem Chriſti corpus,lib.6.f.111.a o

Euangelica doctrina non ab homine prodita, lib. 1.f.1.a

Euangelicam doctrinã certiſſimis miraculis Chriſtus confirmauit,lib.1.f.22.b o

Euangelium prædicatum fuit ab Apoſtolis ſecundum ſpiritalem intelligentiam, libro 2. folio 39. d n

Euangelium perpetuum eſſe ad finem vſque ſeculi duraturum,oſtenditur ex literis ſacris libro 6.folio 98.d n

Euangelium eſſe legem oſtenditur contra hæreticos,lib.6.f.98.n o per totum

Euangeliſtæ in illis quatuor animalibus Ezechielis figurantur,lib.6.f.98.a n o

Euangelii definitio ab hæreticis aſſignata inſufficientiſsima eſt,lib.6.fo.98.b o

Euangelia ſacra à pluribus ſunt reiecta hæreticis, qui impugnantur lib.13.f.245.c d n

Euangeliorum autores qui fuerint ex eccleſiæ traditione conſtat,lib.1.f.7.b n

Exponitur illud Lucæ,Quomodo fier iſtud,lib.1. f.16.d n

Etimologia Epiſcopi nominis,oſtenditur lib. 1.f. 20.b o

Excommunicandi poteſtatem habere eccleſiam ex literis ſacris,oſtenditur libro 6. folio.115.c o & fo. 116.n

Excommunicationis effectus notantur,li.6. f.116. a n o & f.117.n

Exercitum congregandi poteſtas &autoritas non cuilibet data eſt,lib.3.f.61.a n

Exorciſmos Eccleſiæ eſſe bonos ex literis ſacris, contra hæreticos,oſtenditur libr.6.fo.117.a o & 118. c d n per totum

Extrema vnctio eſſe verum ſacramentũ & à Chriſto inſtitutum,oſtenditur lib.14.f.257. b c d n o & f. 258.& f.259.per totum.

Extremæ Vnctionis ſacramenti ſolus ſacerdos ex Dei inſtitutione miniſter eſt,libro 14. f. 257. a b o & f.258.b c d n o

Extrema Vnctio propter quid datur iis de quorũ deſperatur ſalute & non in leuibus infirmitatibus, & quare hanc ſibi ſortita eſt nomenclaturam vt extrema vnctio appelletur, libro 14, folio 259. c d o

Extremam Vnctionem gratiam conferre ſacræ ſcripturæ teſtimonio comprobatur,ibid.b o

Exemplum notandum perperam ſe excuſantium continentiam non poſſe ſeruare, libro 13. folio 240. c n

Elementorum materiam,ex qua mundus factus eſt,à Deo factam contra hæreticos oſtenditur libro 10.f.181.c n

F

Fato non imputandas hominum conuerſationes contra hæreticos, oſtenditur libro 7. folio 118.

a o & 119.b c d n

Falsum dicere & verum occultare maximè distãt, lib.10.f.165.c n

Fœmineum sexum manere etiam post resurrectionem nec in virilem mutandum ostenditur contra hæreticos ex sacris literis, libro 13. folio 234. d n o

Fœminis non tradenda sacra scriptura in lingua vulgari,ostenditur li.1.f.22.n

Fœdera cum hostibus facta seruanda esse,ostenditur li.14.f.252.c d o

Ferdinandi & Elisabetæ Hispaniarum Regum zelus vtique laudandus,lib.1.f.21.d n

Fides catholica (quam indubiè oportet tenere) quæ sit,lib.1.f.1.b o

Fides vt verè sic appelletur de aliqua re certitudinem & firmitatem exigit,lib.1.f.15.d o

Fides & opinio de eadem re minimè possunt esse simul,lib.1.f.15.a o

Fides charitate formata est, quæ hominẽ iustum reddit in formis verò minimè: dæmones enim credunt & contremiscunt,libro 2.f. 26.d o & li. 3.f.50. a o

Fides sola non absoluit hominem peccatorem à peccatis,lib.2.f.26.a o & f.27.n

Fides vita æterna appellatur & quare,lib.3. fo.56. a o

Fidei mensura non est vna omnium credentium, lib.3.f.60.a n

Fides non intra nostri intellectus angustissimos angulos claudenda est hæreticorum more,qui nihil credunt nisi quod ratione comprobatur,libro 7.fo. 119.d n

Fides habet etiam suum quoddam lumen,libr. 6. f.119.b o

Fidem solam iustificare hæresis est à Luthero suscitata,ibid.d

Fides varias habet acceptiones, libro 7. folio 120. b c d n o

Fidem solam non semper iustificare peccatorem ex literis sacris ostenditur, libro 7.folio 120. a o & 121.n

Fides quo pacto aliquam dubitationem admittit, lib.7.f.136.a n

Fides integra cum voto baptismi quando eius nõ adest facultas supplet vicem illius, libro 3. folio 50. a o

Fides Chananeæ filiæ propriæ sufficiens fuit, libro 3.f.46.d n

Fidelium congregatio est Ecclesia,libro 1.folio 8. c o

Fideles membra sunt corporis ecclesiæ, libro 6.f. 92.c o

Fiduciam in Deo habendam esse,ostenditur lib. 13.f.239.d o

Figura hyperbole nuncupata sæpè sacris in literis reperitur,lib.11.f.200.c o

Figuratur perpulchrè Eucharistiæ sacramentum, lib.10.f.169.b o

Figuratur Baptismi sacramentum, libro 3.fol. 45. d n

Filium Dei esse orandum ex literis sacris constat, lib.5.f.88.d o

Filium Dei esse verbum patris ex literis sacris ostenditur contra Alogianos hæreticos, libro 5.folio 89.b n

Filius Dei æqualis est patri sapientia potentia, & c.ibid.c.

Filium Dei ignorare vltimum diem qualiter intelligitur,ibid.d n o

Filium Dei cognoscere patrem ex literis sacris contra Origenem ostenditur, libro 5. folio 89. a o

Filius Dei quare panis appellatur in sacris literis.

Flatus quem spirauit Deus in Adam à flatu quẽ Christus in Apostolos insufflauit quomodo differt, lib.2.fo.34.a o

Formatur Eua verè de costa Adæ quæ formatio non parabolicè intelligenda est, libro 2. folio 32. b n

Forma corporis humani anima est, etiam in quã tum rationalis est,lib.2.f.33.a o & 34.n

Forma quid sit,ibid.a

Forma cõsecrandi Eucharistiam ex literis sacris ostenditur,li.6.f.105.b o

Forma vera baptismi quæ, libro 3. folio 41. b o

Formas varias baptismi confingunt hæretici,ibidem a

Forma baptismi tria requirit, libro 3. folio 41. b o & f.42.n

Forma baptismi ab Alexandro tertio declaratur, lib.3.f.42.a n

Forma baptismi qua Romana vtitur ecclesia verissima est,lib.3.f.47.c n

Forma baptismi qua vtuntur græci declaratur,li. 3.f.42.a n

Fomes seu cõcupiscentia carnis quare peccatum appellatum cum nihil minus sit,libro 12.folio 224. c n o

Fornicationem simplicem esse lege diuina prohibitam,ostenditur libro 4.folio 77.a b o

Fornicationis nomen non semper in literis sactis pro fornicatione in genere accipitur, ibidem a

Futura contingentia non possunt euidenter cognosci,lib.7.fo.135.n & a o

Fratrem in nos peccantem Ecclesiæ est corrigere li.6.f.94.d n

Fructus pœnitentiæ qui,lib.12.f.213.o & fol.214. n o

Fratres nouit scriptura appellare consanguineos, li.10.f.163.d n o

Fundamenta Ecclesiæ fuisse Apostolos, ostenditur li,12.f.224.n

G

Gaietani error de formatione Euæ declaratur,& impugnatur,lib.2.f.32.a o

Gaietani rationes pro suo errore adductę facilè soluuntur,li.2.f.32.a b o & f.33.c d n

Gaietanum errasse,conuincitur libro 3.folio,48. a o

Gaietani & Erasmi error dicentium matrimonium propter adulterium dissolui posse quo ad vinculum, quod nihil minus, libro 11. folio 186. a b o

Gaietanus erronicè sensit non esse prohibitum

lege diuina duas ſimul habere vxores matrimonio copulatas, lib.11.f.185.c d o

Gaietani error dicētis, vt qui lethalis criminis conſcius eſt, non eſſe iure diuino neceſſarium, ſe per confeſſionem præparare ad Euchariſtiæ ſumptionem, qui conuincitur lib.6.f.108.a o

Gaietani error dicentis, legem de vnitate vxoris non eſſe in ſacris literis ſcriptam, libro 11.folio 184.b n o

Gelaſii Papę dictum de approbatione ſcripturarum plurimarum ſanctorum, quomodo accipiendum ſit, & ad quid ſe extendat, colligitur li.1.fo. 10.a o

Gentilium libri non omnino ſpernēdi: ad plura enim eorum conducit lectio, libro.1. folio 19. c d n

Genera tria baptiſmi, li.3.f.51.n o

Genus omne mendacii à Deo prohibetur, lib. 10.f.165.c n

Gloſſatoris voluminis Decretorū ineptia, vel eius irridenda notatur audacia, libro .1 folio .10. b o

Gloriæ inanis cupiditas radix eſt hæreſum, li.1. f.16.c o

Gloriæ vanę cupiditas fallaciam iudicii gignit, lib.1.f.17.a o

Gloriam eſſe debitam homini iuſto ex pacto diuino & Chriſti meritis, oſtenditur libro 13.fol. 247.b o

Gloriari nemo debet in futurum tempus, li.12. f.226.a n

Gloria merces eſt noſtrorum operum, vt ſacræ teſtantur literæ, lib.11.f.197.b o

Gratianus perperam citauit Auguſtinum, volens ex illius ſententia Decretales & epiſtolas Pōtificū inter diuinas literas annumerare, li.1.f.4.c n

Gratum nihil eſſe Deo niſi quod ab eo mandatum atque præceptum, hæreſis eſt Lutheri, li.12.fo. 222.d n

Gratiam primam vnus non poteſt alteri mereri, lib.3.f.48.

Gratiarum actiones Chriſtus reddebat patri propter populum circunſtantem, libro 10.fo.164 a o

Gratiam non conferri ſacramētum matrimonii, hæreſis eſt Lutheri, libro 11.folio 182.c o & fo. 183.d n

Gratia diuina ſicut exigitur ad boni operis inchoationem, ita etiam requiritur ad proſecutionem, lib.11.fo.194.a n

Gratia quæ in ſacramento Euchariſtiæ confertur non tā virtute ſigni, quàm virtute ſignati confertur, lib.6.f.112.c o

Gratiam in Baptiſmo ſemel receptam amitti non poſſe, hæreſis eſt, libro ſeptimo folio 133. c o

Gloria id ſacris literis retributionis nomine appellatur, lib.11.f.198.d n

Gregorii dictum lib.9 moralium cap.1.de Iob concipiente omne meritum virtutis noſtræ eſſe vitium, exponitur ingenioſè libro 11. folio 194. a o

Græci quo tempore ab eccleſiæ obedientia receſſerunt, lib.12.f.203.b n

Græci licet baptizando non inſinuent actum baptiſmi per verbum indicatiui modi, ab Eccleſia tolerantur, libro.3.folio.42.d n

Græci quare iudicantur hęretici, & ſciſmatici, ibid.a

Græci verè baptizant vtentes baptiſmi forma, peccant tamen quod eccleſiæ Romanæ ſubeſſe contemnunt, ibidem b

Græci hæretici dicuntur, non quia in fermento conſecrant, ſed quia ſic conficientes putant in azymo non poſſe confici, libro ſexto fol.100.c d o

Giezi lepra percutitur, quia recepit pecuniam pro ſanitatis beneficio collato à Domino ſuo Heliſeo Naamano leproſo, libro decimotertio folio 247.c n

H

Habitum alicuius inſtituti qui ſemel induerit dicere non poſſe in fide errare blaſphemia eſt, quemadmodum quidam religioſus extollens ſupra modum ſuum inſtitutum, prædicauit, li.1 f.14. c n

Herbas aliquas continere virtutem, oſtenditur li.14.f.256.a o

Hebraica lingua & ſola vſi ſunt homines vſque ad ædificationem Babylonicam, libro 9. folio 160.a b o

Hyperbolica locutione ſcriptura ſacra ſępè vtitur, lib.11.f.200.c o

Hiſtorias gētilium plurimum conferre ad ſcripturæ intelligentiam, li.12.f.219.c n

Hiſpaniarū aliquibus partibus ſuperſtitiones vigent prædicationis defectu; & prælatorum negligentia, li.1.f.21.b n

Hieronymi ſententia quòd presbyter eſt idem quod epiſcopus, non tenetur, lib .6 .folio 97.d n ideo cautè legendus eſt ſuper ad Titum 1.

Hymnus quid ſit, Hymnumque cantaſſe Chriſtum, oſtenditur lib.4.f.63.a n

Hæreſis ethimologia, lib.1.f.1.a n

Hæreſis nomen Theologis infame eſt, ibidem b

Hæreſis definitio ſecundum rem, ibidem d

Hæreſis non eſt opus abſque intellectu, ibidem & ſine illius errore non fit hæreſis, lib.1 fo.1. a o

Hæreſes iuxta Pauli ſentētiam oportet eſſe, & quare, lib.1.f.6.d o

Hæreſis ſuſpicione omni caret, qui dictis ſancti Thomæ non acquieuit, lib.1.f.10.a o

Hæreſis ideo hæreſis eſt, quia fidei catholicę repugnat, non tamē quia Eccleſia definiuit illam eſſe hæreſim, lib.1.f.13.d n

Hæreſis & ſchiſma in quo differunt, libro 1.f.14. a o

Hæreſim eſſe nouam quomodo intelligitur, li. 1.f.13.a o

Hæreſum radix prima amor ſui eſt, lib. 1.f. 16. b o

Hęreſum fomes delicię carnis ſunt de quo varia ponuntur exempla libro primo folio decimo octauo c n

Hæreſum fomētum aſſidua eſt lectio propha-

norum & gentilium authorum,lib.1.fol.18.b o & etiam indiſcretus zelus, libro.1.fol.18.b o & fol. 19.a o

Hæreſi vt quis non polluatur quid faciendũ,li. 1.f.20.d n

Hæreſis ſuſpicione non caret qui prædicat ſeu docet res nouas parum aut nihil conducentes,li.1. fo.22.d o.nec ille etiam qui prædicando quæ fidei ſunt magnam præ ſe fert libertatem,libro 1.folio 23. a n ſimiliter & ille qui ſui erroris correctionẽ impatienter fert,ibidem b

Hęreſis Manichęorum vnde auſpicata fuit,lib. 2.f.35.b n

Hæreſis omnis error eſt, non tamen ecõtra,li. 2.f.36.c n

Hæreſes quæ ſacramentorum vim detrahunt, impugnantur lib.3.f.43.b o

Hæreſis Lutherana vnde tantas ſuſcepit vires lib.14.f.254.d n

Hæreſum cauſa defectus eſt etiam prædicationis,lib.1.f.21.a n

Hæreticorum analogia pulchra,lib.1.fol.16 a o

Hęretici ac fideles vario modo diuerſaque intentione ſuas proponunt quæſtiones,libro 1. fol. 16.a n

Hæreticari cẽſentur qui cæremonias Iudęorũ vel Sarracenorum obſeruant & quare,lib.1.fol.1. d o

Hæretici ſuos nouerũt errores confirmare ex literis ſacris perperam intellectis libro.1.folio 5. d o

Hęreticorum dogmata,quæ teſtimonio ſcripturarum refelli non valent, vniuerſalis Eccleſiæ traditionibus proſtranda ſunt, libro primo folio 5.d o

Hæretici plura loca ſacræ ſcripturæ perperam intellecta citant,lib.1.f.13.c n

Hæreticorum fautores & defenſores ſi perſonas tantum, & non hæreſim defendant, non ſunt cenſendi hæretici,lib.1.f.14.b o

Hæreticus non eſt iudicandus qui monitus & conuictus palimodiam cantare non erubeſcit,li. 1.f.14.b n

Hæreticus vt quis cenſeatur quæ requirũtur,li. 1.f.14.o.&.f.15.b d n

Hæreticus & apoſtata à fide,idem poteſt eſſe,li. 1.f.15.c n

Hæreticorum pertinacia notatur,ibid.

Hæreticus eſt qui cum pertinacia in fide dubitat,lib.1.f.15.a c o

Hæretici non ſunt conſultãdi & fugienda eorum ſcripta,nec quidquam expoſitionis ſcripturę ab ipſis petere,lib.1.f.17.b n

Hæretici libros Eccleſia comburendos diſpoſuit,lib.1.f.17.b n

Hæretici poliãtur falſo Chriſtianitatis nomine,& quo pacto à cathelicis diſcernantur,oſtenditur lib. 1.f.22.c d o

Hæreticorum mores annotantur,ibi.d

Hæreticus quibus cõiecturis deprehẽditur,li. 1.f.16.a o

Hæretici varias confingunt formas ſacramẽti Baptiſmi,lib.3.f.41.a o

Hæreticus non facilè quis iudicandus eſt,li.5. f.85.a o

Hęretici falſo tribuunt beato Ignatio inter viros coniugatos beatum Paulum annumeraſſe,lib. 14.f.255.d o

Hominem non debere extolli in bono quopiam opere,oſtenditur libro.11.fol.199.a o & folio 200.n

Homines quotquot à viuis diſceſſerunt ante Chriſti paſſionem non fuerunt damnati: plures enim ſalui facti ſunt contra plures hæreticos,li.12. f.207.b o

Homo cuius rei gratia imago Dei dicitur,li.2 f.34.b n

Homo non poteſt alteri mereri primam gratiam,lib.3.f.52.

Homo ſaluari poteſt abſque baptiſmo quando eius non adeſt facultas ſi ad Deum ſe totum conuertat,lib.3.f.50.c d o

Homines vocare ſolet ſcriptua ſacra omnes qui ſecundum carnem viuunt,lib.tertio fol.54.a n

Homo dum in viuis agit non poteſt eſſe perfectè beatus.

Hominem & Deum Chriſtum fuiſſe ex ſacris literis, oſtenditur lib.4.fol.67.b c d o & fol.68.d n & 69.a n

Homo cœleſtis appellatur Chriſtus ſecũdum naturam diuinam,lib.4.f.70.b n o

Homo nulla alia lege quantocũque bene operetur ſaluari poterit,niſi in lege euangelica,lib.9. f.157.n.

Hominis liberum arbitrium ex literis ſacris oſtenditur lib.9.f.158.a b o & 159.n

Hominem eſſe prædeſtinatum ſignis & coniecturis ſcire poteſt,lib.12.f.227.a n

Homo neſcit qualem finalem habebit perſeuerantiam,lib.12.f.226.d n

Homo ſine Dei gratia nihil poteſt facere,quid ſit hoc nihil,lib.9.f.159.c d o

Homo amiſſa Dei gratia bene poteſt moraliter agere,contra Lutherum,ibid.d

Hominem nullum quantocunque pernicioſum reipu.non poſſe iuſtè occidi,hæreſis eſt,quæ impugnatur lib.11.f.192.d o

Hominis opera omnia non eſſe peccata,cõtra Lutherum & illius aſſeclas,ex literis ſacris oſtenditur lib.11.f.193.a b o

Homo,vide obligari.

Homo Dei auxilio omnia poteſt,libro.14.fol. 256.n

Hominis imago non ſemper tribuitur in ſcriptura ſacra nudæ naturæ hominis, libro 2.fol.30. c n

Homo primo fuit creatus de limo terræ, poſt vero ſpiraculum recepit vitæ,libro ſecundo folio 34.c o

Humanitas Chriſti ſeorſum à diuinitate cõſiderata non adoranda latriæ,libro ſecundo folio 26.c n & quo pacto adoranda ſit,ibid.c d

Humanitatem Chriſti adorãdi præceptum,li. 2.f.25.d o

Humanæ naturæ veritas in duabus cõſiſtit ſubſtantiis,nempe corpore & anima rationali,lib.4. f.69.b n

Hominem iuſtificari per gratiam & per Chriſtum

ſtum quomodo intelligitur,lib.7.f.122.c d n
Hominem iuſtificari per fidem quomodo intelligitur,ibid.d
Homo quantocunque iuſtus ſine Dei reuelatione non poteſt eſſe certus quòd ſit in gratia, neque de ſua ſalute,lib.7.f.133.c d o
Hominum bona opera eſſe Deo grata habẽt ex merito Chriſti,lib.11.folio.198,b o & fo.199.c n
Humilitas iuſti in bonis operibus qualis,li.11 fol.199.a o & fol.200.b n
Humilitatis cauſa minimè mentiendum,li.10 f.165.c o
Hominis quãtumlibet docti & ſancti teſtimonium non eſt efficax ad hæreſim conuincendam, niſi ex ſacris literis aut Eccleſiæ definitione vel traditione id conſtiterit,libro.1.f.10.b n

I

Iacob non eſt mentitus quando patri ſuo dixit ſe eſſe Eſau,lib.10.f.165.c o
Iacobus apoſtolus per illa verba, Infirmatur quis in vobis, &c. non inſtituit ſacramentum extremæ vnctionis,lib.14.f.258.a n
Iacobi apoſtoli epiſtolã eſſe canonicam,oſtẽditur lib.13.f.245.a o
Ieiunus debet eſſe ordinans & ordinandus in collatione ſacrorum ordinum,libro.11.folio 201. b o
Idololatræ non ſunt cenſendi ſanctorum reliquias venerantes,li.13.f.232.a b c d n o
Idolis immolata comedere qualiter licebat,li. 4.f.65.c o
B. Ignatius nõ annumerauit beatum Paulum inter viros cõiugatos cùm virgo perpetuo fuerit li.14.f.255.o
Implere poteſt homo omnia Dei præcepta cum ipſius adiutorio,lib.12.f.223.b n
Imaginem Dei non perdidit Adam poſt peccatum contra Origenem hoc ſentientem,li.2.fo. 29.c o
Imago hominis quomodo accipiatur in ſacris literis,lib.2.f.30.c n
Imago & ſimilitudo differunt libro 2.fol.29. d o
Imago Dei,li.2.f.146.
Inferni nomine in ſacris literis purgatorium & limbus intelligitur,lib.12.f.230.c o
Infernalem pœnam eſſe æternam ex literis ſacris oſtenditur,lib.3.f.56.d o
Infidelitatis tres ſpecies notantur,li.1.f.14.c o & f.15.d n
Infirmus monachus non tenetur ad laborẽ,li. 9.f.154.a o
Infidelium matrimonia non æquanda Chriſtianorum matrimoniis,li.11.f.183.d a o
Inquiſitores hæreticæ prauitatis non facilè de hæreſi pronunciare debent,lib.1.fol.13.d n
Inquiſitiorum munus non facilè de hæreſi iudicare,ibidem d
Inquiſitorum munus notatur ibid.d
Iniuriæ aut damni reparationem non quærere coram iudice eſt in concilio,non in præcepto,li. 12.f.220.c n
Inimici dilectio eſt in præcepto,ibidem c n o
Intellectus noſter inueſtigare quæ fidei ſunt minimè poteſt,li.1.f.2.a n
Intelligentia dictorum ex cauſis dicendi ſumẽda eſt,li.1.f.4.a n
Intellectum verum ſacræ ſcripturę Eccleſia eſt quæ docet,li.1.f.6.c o
Inuẽtum in ſacris literis id etiam dicitur, quòd nunquam fuit quæſitum,lib.2.f.33.c n
Inuenitur Deus & qualiter,lib.12.f.224.d n
Ioannem Baptiſtam fuiſſe Heliam quomodò intelligitur,lib.6.f.101.d o
Ioannis.22.Error notatur,lib.3.f.57.b o
Ioannis dictum, Niſi manducaueritis carnem filij hominis &c. quomodo intelligitur,li.6.f.112.d o & illud ante diem feſtum Paſchę,lib.6.f.100.a n
Ioannes Baptiſta, etſi in vtero ſanctificatus, nõ auſus eſt prædicare quouſque à Deo mandatum accepit: tanta dignitas prædicationis verbi Dei, li.12.f.227.c n
Intentio qualis in oratione habenda,lib.4.f. 62. b c o
Irenæus in calce libri quinti cautè legendus eſt, lib.3.f.57.c o
Iudam damnatum fuiſſe ſacræ teſtantur ſcripturæ,li.10.f.163.c o
Iudam recepiſſe corpus & ſanguinem Domini ſicut reliqui apoſtoli,ex ſacris literis oſtenditur lib.6.f.110 b o & fo.111.n per totum
Iugum ſeruitutis & maledictum quid ſit,l.12.f. 219.c o
Iudith mẽdacium quod Holoferno dixit ſcriptura ſacra nõ laudat,ſed eius virilem animum,li 10.f.165.b no
Iudex Chriſtus eſt viuorum & mortuorum,li. 4.f.68.a o
Iuſtitia bellandi pendet ex eius cauſa,li.3.f.61. d n
Iuſtitia pacem conſeruat,li.3.f.61.d n
Iuſtitia ſemel accepta ab illa poteſt homo excidere,li.12.f.226.c n
Iuſtificatus erat Cornelius antequam ad petrũ acceſſiſſet,li.3.51.c d o
Iuſtificari hominem per gratiam &c. & iuſtificari per Chriſtum quomodo intelligitur,l.7.f.122. c d n
Iuſtificari hominem per fidem quomodo intelligi debet,ibid.d
Iuſtificari nemo poteſt ſine gratia Dei quãtocunque bene moraliter operetur,l.7.f.129.a b o & f.130.b n teſtimoniis conciliorum probatur.
Iuſti quando in ſinu Abrahæ detẽti erant,quædam eis erat captiuitas,li.3.f.58.b c n
Iuſtorum merita & præmia varia,lib.3.fol. 59. c o
Iuſtos Paulus vocat ſtellas,ibid.d
Iuſtus abſque adiutorio diuino nõ poteſt omne vitare peccatum, libro vndecimo folio 194. a n
Iuſtus dum in viuis agit perſonam mercenarii gerit,li.13.f.247.b c n o
Iudicia Dei occulta nimis, libro 12.folio 225. b n o
Iudicium temerarium eſt iudicare de ſe vel de

aliis quales futuri ſint,li.12.f.226.b o
Iudęis permiſſum fuit vſuras petere ab alieno ob ingentem eorum cupiditatum voraginem,li.14.f. 265.a o

L

Laborare mánibus licitum eſt monachis etiam ſuſtentandæ vitæ cauſa,cuius oppoſitum dicere eſt hæreticum,li.9.f.153.a b o
Laborare manualiter quinam monachi tenẽtur, li.9.f.155.b o
Laborare manibus prędicatores non debent cõpelli,li.9.f.155.a n
Laborare debent monachi exemplo ſanctorum, oſtenditur li.9. fo. 153. c d o
Laicos communicare ſub vtraque ſpecie antiqua fuit conſuetudo quæ modò minimè expedit,li.6.f. 113.o & 114.a n
Lapides aliquos magnam continere virtutem,oſtenditur li.14.f.250.a o
Lateranenſe Concilium notandum circa animæ immortalitatem,li.2.f.37.d n
Latus Chriſti fuit perforatum lancea militis poſt eius mortem,li.4.f.75. a n o
Latronem bonum fuiſſe baptizatum ante mortem eiuſdem non cõſtat, conſtat tamen fuiſſe ſaluum,li.3.f.51.d n & f.58.d n
Lauacrum regenerationis baptiſmus eſt,li.3.fol. 48.a o
Lex peccati ab apoſtolo ipſa appellatur concupiſcentia,& quare,li.3.f.53.b n
Lex quid,li.9.f.155.c d o
Lex vetus nõ eſt ſeruãda iuxta omnia illius præcepta ſimul cum noua lege,& oppoſitum eſt hęreſis,ibid. d & f.156.c d n
Legem veterem eſſe malam hæreſis eſt, & conuincitur ibid. a n o
Lex peccatum non eſt, ſed per legem peccatum dignoſcitur,li.9.f.156.a n o
Lege nulla alia, quàm euangelica homo poteſt ſaluari,ibid.b o
Lex quodammodo eſt frenum ad cohibendum homines à peccato,ibid.d o
Lex euangelica quare appellatur teſtamentum, li.10.f.177.c o
Lex aliqua etſi in libris canonicis ſcripta non ſit, non ſequitur inde illam non eſſe diuinam,li.11.fol. 184.c o
Leges multæ naturalis iuris quæ meritò diuinæ cenſendæ ſunt,ibid.c o
Lex diuina de vxoris vnitate eſt ſacris literis contenta,ibi.& li.11.f.185.d n
Leges poſſe Eccleſiam condere, quibus omnes Chriſtiani obedire teneantur, oſtenditur li.6.f. 93. b o & 94.n
Legis nomine ſacræ literæ appellare nouerunt quicquid nos ad aliquid agendum compellit, li.6. f.99.c n
Legem eſſe ipſum Chriſti euangelium ex ipſius legis definitione, conuinciur libro 6. folio ibidem c
Lex qua ſacerdos ad communicandum ſub vtraque ſpecie deuinctus eſt, aſſignatur libro 6. folio 113. c n
Lege veteri viros plures habuiſſe vxores ex diuina diſpenſatione,oſtenditur libro 11. folio 186. d n o
Libros hæreticorum comburendos iuſtè eccleſia diſpoſuit,li.1.f.17.b n
Libri poëtarum qualiter legendi,li.1.f.19.d n
Libri gentilium non omnino ſpernendi, ibidem. c
Libri gẽtilium apum more in florum electione legendi,ibidem d
Librum de eccleſiaſticis dogmatibus beato Auguſtino tributum non eſſe ſuum conuincitur, li.3. f.51.b o
Libros Machabæorum eſſe canonicos,oſtenditur li.13.f.245.c n
Libros quos hæretici reiecerunt à canonicis quia eorum dicta non fauebant hæreſibus videre liceat, li. 13.f.245.n o
Libellus repudii in veteri lege ſeparabat coniuges quo ad thorum, non autem quo ad vinculum, li.11.f.191.a o
Librum qui intitulatur de quæſtionibus noui & veteris teſtamenti,non eſſe Auguſtini,oſtẽditur li. 10.f.164.b n
Libellus repudii ob duritiam Iudæorum fuit eis permiſſus,li.11.f.192.d n
Libertas nimia in pronunciando quæ fidei ſunt haud paruam hæreſis ſuſpicionem parit,lib.1.f.23, a n
Libertas que,li.9.f.157.c n o
Libertatis nominis plures acceptiones,li.9.f.157. a b c o & f.158.n o
Libertas Chriſtiana quæ ſit,oſtẽditur li. 12.f.219. b per totum & li.14.f.264.d n o
Libertas liberi arbitrii ex literis ſacris, oſtenditur l.9.f.157.a b c & f.158.n o per totum
Literalis ſẽſus ſcripturæ ſacræ, qua regula dignoſcitur,li.1.f.5. a n
Liberum arbitrium hominis, etiam teſtimoniis ſanctorum doctorum,oſtenditur li.9.f.158.a o & f. 159.n per totum
Liberum arbitrium ſine gratia Dei quid poſſit, oſtenditur li.9.f.159.c d o
Liberum arbitrium ſemel accepta gratia,nõ poſſe peccare amplius,hæreſis eſt Iouiniani,li.9.f.160. a o
Lingua ſiue idioma vnum erat ante Babel ædificationem, li.9.f.116.a b o
Lignum vbi ſiue ad auſtrum,ſiue ad aquilonem ceciderit: ibidem manere,exponitur lib. 12.f.226. b n
Literalis ſenſus ſacræ ſcripturæ quo pacto inquirendus & deprehendendus eſt,li.1.f.5.d o
Literalis ſenſus ſacræ ſcripturæ quis,libro 1.folio 5.c n
Literales ſenſus plures eadem litera capere poteſt,li.1.f.5.b o
Lutherus quare primatum ſummi Pontificis negat,li.1.f.12.a o
Lutherus ſacram ſcripturam conſtituit iudicem pro lite circa fidem dirimendam,& nihil minus,vt patet libro 1.folio 12.b o
Lutherani phariſaico more nobiſcum agũt,ibi. c
Lutheri ſatanica aſtutia,& pertinacia,notatur li. 1.folio 15.c d o

Lutherus impatiẽtiſſimè ſuorum errorum correctionem recepit,lib.1.f.23.b c o

Lutheri venenata origo narratur.

Lutherus ſcholaſticos Theologos ſophiſtas vocat,cum ipſe ipſum ſophiſtam agat,imò re vera ſit.

Lutheranorum hæreſes de eſu carnium diebus ab Eccleſia prohibitis proſterni, lib.4.folio.65.c.o.& 66.n

Lutheri inconſtantia notanda, libro 12. folio 223.d n o

Lutherum præceptum de dilectione Dei perperam intellexiſſe,oſtenditur ibi.d

Lutherus filius abortiuus fuit religionis Eremitarum ſancti Auguſtini,lib.14.f.253.b c o & fol. 254. d n per totum, & vnde eius hæreſes tantam acceperunt vim,notatur ibi.d

Lutherus quare epiſtolam Iacôbi apoſtoli reiecit,lib.13.f.245.n o

Lotio pedum diſcipulorum Chriſti vbinam figurata fuerit,oſtenditur lib.6.f.109.a n o

Lotione pedum Apoſtolorum more Eccleſia modò non vtitur,& quare,lib.6.f.113.a b o

Lux diuina quomodo eſt inacceſſibilis, lib.3.f. 54.a n

Luxuriæ incitamenta vitanda, lib.13.f.239. a b o

M

Malum omne & culpæ & pœnæ Deus ab æterno præſciuit,lib.12.f.228.b o

Malum & malitia,lib.10.f.161.a n

Malum ſeu malitia varia in ſacris literis ſignificat,ibi.a

Malum duplex,culpæ & pœnæ,lib.10.f.161.a b n & lib.12.f.228.a b o

Malum pœnæ Deus facit, vt ſacræ teſtantur literæ,lib.10.f.161.a b o & f.162.b n

Mala in ſacris literis afflictiones miſſæ à Deo vocantur,ibi.

Malum ſæpè permittitur minus vt maius euitetur,lib.11.f.192.c n

Malitia miniſtri ſacramenti baptiſmi non minuit eius veritatem,lib.3.f.47.c o

Manichæorum hæreſis vnde orta fuit, lib.2. fol. 35.a n

Manere in Deo quid ſit,lib.9.f.159.d o & lib.11. f.193.a o

Mandata minima quæ ſunt, oſtenditur lib.12. f.211.c o

Mandati,duplex forma,lib.12.f.221.c o

Manus nomine in literis ſacris poteſtas deſignatur,lib.5.f.88.a o

Manna in ſacris literis quare appellatur panis, lib.6.f.105.d n

Mariæ perpetua virginitas Eccle.traditione recipitur,lib.1.f.8.a n & lib.10.f.163.b c n

Maria virgo verè fuit mater Dei,li.10.f.163,a o & verbo Chriſtus,hæreſi 3.lib.4.f.71.b n

Maria virgo omni caruit peccato,& originali & actuali,lib.12.f.209.c o

Mariam virginem votum emiſiſſe perpetuæ virginitatis,licet ſcriptura ſacra expreſsè nõ dicat, ex ipſa tamen colligitur, & ſanctorum doctorum teſtimoniis comprobatur,li.14.f.261.a b c n o & fol. 265.b n

Mariæ virginis excellentia ſuper omnes alios ſanctos,oſtenditur lib.12.f.224.b n

Mariæ virginis dubitatio, Quomodo fiet iſtud? qualis nam fuerit,oſtenditur lib.1.f.16.d n

Marci Æmilij ad Quirites interrogatio pulchra,lib.1.f.12.d n

Mare rubrum figura baptiſmi, lib.3.f.45.b n & folio 51.a n

Martyrium loco baptiſmi ad ſalutem valet, lib. 3.folio 50.a n

Martyrium,lib.10.f.163.a b o

Martyr Græcè, Latinè teſtis dicitur,ibi.c

Martyres minimè dicẽdi ſunt, qui propter peccatum ſe interimunt,cõtra plures hæreticos, ibi.c

Martyres minimè dicendi,contra plures hæreticos qui vltronei patiuntur mortem ſiue à ſe ſiue ab alio,ibi.d & f.164.n

Martyrium,appellatur baptiſmus,li.3.f.50.a n

Materia ſacraméti baptiſmi eſt, aqua vera & naturalis,lib.3.f.41.a o

Materia elementorum & qua mundus formatus eſt:non fuit coæterna ipſi Deo, contra plures hæreticos,lib.10.f.181.c n

Materia ſacramenti extremæ vnctionis oleum eſt oliuæ per Epiſcopum benedictum, lib.14.fol. 258.a o

Matris filiorum Zebedæi petitio: Dic vt ſedeant &c.vnde prouenit,lib.3.f.54.b o

Matrimonium,lib.10.f.164.a n

Matrimonium eſſe ſacramentum ex literis ſacris,oſtenditur lib.11.f.183.n & d o

Matrimonia infidelium non æquãda matrimoniis Chriſtianorum,non enim ſunt verum ſacramentum,libro vndecimo, folio 183.d a b o & fol. 184.n per totum

Matrimonium Chriſtianorum non eſt carnalis pollutio cenſendum, lib. 11. folio 183.b o & folio 184.c n

Matrimonij ſacramentum gratiam conferre,oſtenditur f.54.a per totum

Matrimonium quando fuit datum in officio, quando verò in remedium, oſtenditur lib.11.fol. 184.a n

Matrimonium dicere poſſe ſolui propter adulterium quo ad vinculum hæreſis eſt & conuincitur libro 11.folio 186. & folio 187.n bene tamen poſſe diſſolui quo ad thorum, oſtenditur lib.11.f. 190.a per totum

Matrimonium Patriarcharum in lege naturæ verum fuit ſacramentum,lib.11.f.183.c n o

Matrimonium contrahere iam nullus tenetur, ſatis ſupérque enim genus humanum propagatum vidimus,lib.14.f.255.c o

Matrimonium non obeſſe ex diuina inſtitutione ſacerdotio,oſtenditur libro decimotertio fol. 242.d n o

Maxillam percutienti præbere quo pacto intelligitur,lib.3.f.61.c n

Melchiſedech,lib.10.f.164.b o qui & purus fuit homo contra hæreticos plures.

Melchiſedech figuram Chriſti geſſit & quare dicitur fuiſſe ſine patre & ſine matre, lib.10.folio 164.a o

Melchiſedech figuram geſsit ſacerdotii Euangelicæ legis,li.10.f.169.b c o

Melchiſedech ſacerdos fuit ſicut ſacræ teſtantur literæ,li.10.f.170. n o per totum

Melchiſedech panem & vinum obtulit Deo iuxta ſacerdotii ordinem ſui, vt ſacra teſtatur ſcriptura,libro 10.folio 170. a b c d o & folio 171.n per totum

Melius, in ſacris literis ſæpè accipitur pro hoc quod eſt minus malum, vt illud: Melius erat ei ſi natus non fuiſſet homo ille, libro 14. folio 263. b n

Mendacium quod Iudith dixit Holoferno, non laudat ſcriptura ſacra,ſed eius virilem animum,li. 10.f.165.b o

Mendacia à patribus dicta ſi qua fuerunt in literis ſacris laudata,vt beatus Auguſtinus dicit iuxta myſterium latens æſtimanda ſunt, non iuxta literæ corticem,ibid.b c

Mendacium dicere etiam inimico minimè licet, bene tamen licitum eſt occultare veritatem,li.14.f. 252.b o

Mentiri licere pro ſaluanda vita hominis, error fuit Caſsiani,li.10.f.164. b o qui quidem ex ſacris literis minimè licere,conuincitur ibid.c d

Mendacium eſſe malum teſtimoniis ſanctorum & Ethnicorum,oſtenditur libro decimo folio 165. a b n o

Mentitus non fuit Iacob dicendo patri ſuo ſe eſſe Eſau,li.10.ibid.c o

Menſura fidei non eſt vna omnium, ideo apoſtoli orabant: adauge nobis fidem,libro 3.folio 60. a n

Mendicitas,li.10.fo.165.d o

Mendicitatem non eſſe licitam,hæreſis eſt Vvicleph & Lutheranorum,ibidem d

Mendicaſſe Chriſtum ex literis ſacris conſtat,li. 0.ibidem a o

Mendicitatem eſſe licitam,Euangelicam & meritoriam ex literis ſacris oſtenditur f.166. n per totum

Mendicare quid ſit,ibi. b

Mereri vitã æternã propter bona opera quomodo intelligitur,li.11.f.198.b o

Merito Chriſti datum eſt nobis vt noſtris operibus aliquid mereri poſsimus, libro 11. folio 199. d n

Meritum omne noſtrum, miſeratio Chriſti eſt, ibid. d

Meritum & donum,idem poſſunt eſſe, lib.11. f. eodem a n

Merita noſtta dona Dei ſunt, & præmium reſpondens meritis ex Dei miſericordia, ibidem b

Meritum bonorum operum duplex,lib.11.f.196. a b n o

Meritum de condigno quid ſit,ibid.b

Merita iuſtorum non ſunt æqualia,libro 3. folio 60.c n

Meritum nullum eſſe in cibotum delectu & abſtinentia à carnibus,hæreticè docet Eraſmus,li.4. f.66.d n

Meritum bonis & malis operibus tribuitur,li.11. f.196.c n

Meritum nullum eſſe in homine quo mereatur vitam æternam,hæreticè docet Lutherus, libro 11. folio 195.d o

Mereri poſſe hominem vitã æternam ex ſua virtute naturali ſine Dei auxilio hæreſis abominanda eſt Pelagii,li.10.f.166.d o

Mereri vel demereri animæ in purgatorio non poſſunt,li.12.f.230.a b per totum

Merſio in baptiſmo quare trina,libro 3. folio 41. b o

Merces bonorum operum gloria eſt, vt ſacræ teſtantur literæ,li.11.f.197.b o

Mercenarii merces non eſt differenda,li. 3. folio 58.c o

Millenarius numerus in ſacris literis,pro vniuerſitate capitur,li. 3.f.55. c o

Miniſtri ſacramenti baptiſmi malicia non minuit eius virtutem & veritatem, libro 3. folio 47. c o

Miniſter ſacramenti extremæ vnctionis ſolus ſacerdos eſt,ex Chriſti inſtitutione, libro 14. fol.258. a o

Minimus quis æſtimatur in regno cœlorum, li.12. f.212.b n

Miraculum quid ſit,li.10.f.167. n

Miracula plura fecit Deus in veteri teſtamento, & in nouo,li.10.f.167.a b n.

Miſſæ nomine quid intelligitur,libro 10.ibidem d o

Miſſæ cæremoniarum bona pars ab Apoſtolis inſtituta,li.10.ibidem a o

Miſſam à Chriſto fuiſſe inſtitutam prout nomine miſſæ ipſa conſecratio intelligitur, contra hæreticos oſtenditur ibi.a b c o & f.168.n

Miſſam eſſe verum ſacrificium corporis & ſanguinis Chriſti,ex literis ſacris, cõtra hæreticos hoc negantes,oſtenditur libro decimo fo.172.173. & f. 174.

Miſſa iuxta veram definitionem teſtamenti à Iuris conſultis aſſignatam, nõ eſt dicenda teſtamentum,li.10.f.177.a n.

Miſſam eſſe teſtamentum, figurata quadam locutione dicere poſſumus,li.10.f.178.c n

Miſſa diuerſis reſpectibus dicitur teſtamentum & ſacrificium,ibid.d n o

Miſſam offerri poſſe pro peccatis pro viuis atque defunctis ex literis ſacris oſtenditur contra Lutheranos libro 10. folio 179. a b o & folio 180. c d n

Miſeriam infernalem,nec beatitudinem,non eſſe perpetuam hæreſis Origenis, libro 3. folio. 56. a n

Miſeriæ præſentis vitæ,li.3.f.57.a n

Mitti ad prædicandum quid ſit,li. 12.f. 227.c n

Monachis licitum eſſe laborare manibus etiam cauſa ſuſtentandæ vitæ,contra hæreticos oſtenditur li.9.f.153.a b o

Monachos plures non teneri ad laborem ex doctrina Chriſti & apoſtolorum, oſtenditur li. 9. fol. 154.per totum & f.155. d n

Monachos omnes ſine diſcrimine teneri ad laborem hæreſis eſt,ibid.li.9.f.154.c d n o

Monachi qui delicatè in ſeculo nutriti fuerunt ex ſententia beati Auguſtini non ſunt ad laborem compellendi, ibid. d o

Monachi qui laborare tenentur, qui ſunt, lib. 9. f.155.b n o

Monachatus inſtitutio non fuit vt quis in ocio viuat, ibidem b

Monachatus, li. 10 f. 180. a n

Monachatus ſeu virginitatis ſtatus, quo pacto vita angelica appellatur, libro 14. folio 256. c o

Monachi tempore beati Hieronymi, voto ſe aſtringebant, contra Eraſmum, libro 14. folio 262. b n o

Monaſticæ profeſſionis qualis ab Apoſtolis in Eccleſia ſeruabatur, ritus notatur ex beato Dionyſio, li. 14. f. eodem a b n o

Monachorum bonorum typus oſtẽditur, lib. 14. f. eodem a o & f. 263. b n

Monachus ad Epiſcopatum aſſumptus non abſoluitur à paupertatis voto, libro 14. folio 264. a n

Monachus ad Epiſcopale munus aſſumptus ab omnibus illis abſoluitur votis, quæ cum ipſo Epiſcopali munere pugnant, ibidem a

Monumenta paſſionis Chriſti adoranda ſunt, li. 13. f. 231. n o & f. 232. d n

Mos ſcripturæ ſacræ notandus, libro 2. folio 34. c o

Mores hæreticorum aſsignantur, libro 1. fo. 22. d o

Mors in ſacris literis nox appellatur, lib. 12. folio 230. c n

Mortuos baptizare hæreſis eſt, & conuincitur li. 3. f. 42. d a b o

Morte acta, non eſt tempus bene vel male operandi, li. 3. ibid. a

Mortis Chriſti baptiſmus figura eſt, li. 3. fol. 47. d n

Mors duplex, li. 12. f. 207. b o

Mors quam Deus primis parentibus minatus fuit, quæ fuit, li. 12. f. 210. c n

Moſes in negocio illo, de repudio vxoris, tria fecit, li. 11. f. 192. c n

Multiloquium quare Chriſtus in oratione prohibuit, li. 4. f. 63. d o

Mulieribus non fidenda ſcriptura ſacra vernacula lingua, li. 1. f. 22. d n

Mulierem docere prohibet beatus Paulus, li. 1. f. 21. o & 22. n d & li. 13. f. 237. a n o

Mulier pregnans orare debet pro fœtu, & oblationes pro eo offerre, vt Deus incolumem vſque ad baptiſmum ſeruet, li. 3. fol. 50. b n o

Mulieres ſubditæ debent eſſe viris, li. 10. f. 180. d a o & 181. n

Mulieres vt plurimum imprudentes, ibidem b o

Mulieres à natura inconſtantes & fragiles, ibidem b

Mulieres dicere ad ſacerdotium iuſtè poſſe promoueri, hæreſis eſt, li. 10. f. 180. d o

Munus inquiſitoris quid ſit, oſtenditur li 1. f. 20. n o & Munus prælatorum, li. 1. f. 13.

Mundi huius delitiæ & diuitiæ non ſunt æſtimandæ, li. 11. f. 195. a n

Mundus quandiu creatus, li. 10. f. 181. n o

Mundus non finiendus hæreſis eſt, li. 10. f. 181. d n. ipſumque eſſe ab angelis & non à Deo creatus, eſt hæreſis, ibidem

Mundus poſt reſurrectionem vniuerſalem mutandus contra plures hæreticos, hoc negantes, itaque erit cœlum nouum & terra noua, libro 10. ibidem a n o

N

Natura intellectualis ſeipſa non eſt beata naturaliter, li. 3. f. 57. b n

Natura ipſa docet nos humanum arbitrium eſſe liberum, li. 9. f. 159. a n o

Naturas duas eſſe in Chriſto, oſtenditur lib. 4. f. 71. a b n o

Natura vna nominata in Chriſto ambæ dantur intelligi, ibid. b

Naturæ diuinæ proprietas oſtenditur lib. 4. f. 71 b n

Negligentia prælatorum, exemplo notando oſtenditur li. 1. f. 20. c d o

Negligentia prælarorum hæreſum cauſa eſt, li. 1. f. 20. a n

Neceſſarium à volũtario diſtinguit beatus Paulus, li. 9. f. 158. b c n o

Nihil in ſacris literis appellatur illud, quod vitæ æternæ non eſt meritorium, lib. 9. f. 159. c d o

Notitiam proximè intuitiuam habuerunt prophetę earum rerum quas prophetarunt, li. 12. f. 228. b o & f. 229. b n

Nomen nouum nunquam alicui Deus dedit quem non magnis ditaſſet beneficiis, libro 12. fol. 203. c n

Nomine animæ in ſacris literis ſæpè totus inſinuatur homo, li. 4. 71. c o

Nomina diuerſarum naturarum non dicuntur de ſe inuicem in concreto nec in abſtracto, niſi illæ duæ naturæ inſint eidem peſonæ vel ſuppoſito, li. 4. f. 71. a n

Nomina hæc, presbyter & epiſcopus, antiquitus confuſa erant, ab Eccleſia verò diſpartita & diſtincta ſunt, li. 6. f. 97. a o

Nouam condere hæreſim quomodo intelligitur, li. 1. f. 13. a o

Nouitates vocum fugiendæ ſunt, libro 1. folio 22. a o

Noua doctrina diſplicentiam adfert, lib. 1. fo. 22. a b o

Nox in ſacris literis ipſa eſt mors, lib. 12. folio 230. c n

Nox in ſacris literis, quid ſit, libro tertio fol. 43. b n

Numerus millenarius in literis ſacris pro vniuerſitate capitur, li. 3. f. 50. c o

Numerus denarius ſæpè etiam pro vniuerſitate capitur, ibidem c

Nuditatem omnimodo eſſe bonã & honeſtam, hæreſis eſt, li. 11. f. 182. o n

Nuptias eſſe illicitas, hæreſis eſt, li. 11. ibidem b n cuius oppoſitum ex literis ſacris oſtenditur ibidem d n o

Nuptiæ ſecundæ licitæ ſunt, contra plures hæreticos hoc negantes, li. 11. ibid. a b o

Nuptias non eſſe ſacramentum, hæreſis eſt, ibid. c o & f. 183. n

Nuptiarum leges variæ apud gentiles, lib. 11. f. 183. d o

Nuptiarum præceptum nequaquam obligat

iam genus humanum ſatis propagatum, libro 14. f. 255. a n o

Nuptiarum generale præceptum, non fuit datum per illa verba, Creſcite & multiplicate, hoc eſt, non fuit datum pro omni tempore per illa verba, ibidem.

O

Oblatio dominici corporis, potior & excellentior eſt, quàm omnibus aliis oblationibus, lib. 2. fo. 26. c n

Obligare hominem ad aliquid agendum vltra id quod Dominus nobis præcepit, hæreſis eſt, etiã poſt alios, Lutheri, libro 10. f. 180. a b n o & conuincitur ibidem

Obligatio mutua & gemina eſt inter coniuges, lib. 11. f. 191. a o

Obedientia, lib. 11. f. 192. a n

Obediendum non eſſe prælatis Eccleſiæ, hæreſis eſt, & conuincitur lib. 11. f. 192. c d o, & li. 6. f. 94. a o

Obedientia quid ſit, lib. 4. f. 74. d n

Obedientia quando ſub præcepto, & quando ſub conſilio, lib. 14. f. 264. b n

Obediendum eſſe præceptis Eccleſiæ, libro 6. f. 93. b o

Oculorum officio funguntur prælati in Eccleſię corpore, lib. 1. f. 8. b o

Oculos primorum parentum apertos fuiſſe poſt illorum peccatum quomodo intelligitur, li. 2. f. 31. d n

Occultare veritatem ſæpè licitum eſt, inimico maximè, minimè tamen ei mendacium dicere, li. 10. f. 165. d n

Occidere hominem iuſtè minimè licere, eſt hæreſis, & conuincitur lib. 1. f. 192. b o

Occidere tyrannum autoritate propria, non licet vaſallo, lib. 14. f. 253. b o

Occidere te volenti, licitum eſt obuiare, lib. 3. fo. 61. a n

Offertorium defunctorum miſſæ : Domine Ieſu Chriſte, & cætera. exponitur libro 12. folio 230. b c o

Offertur in miſſa à ſacerdote Deo patri verum Chriſti corpus, li. 10. f. 169. a n o

Officium ſacerdotis, oſtenditur libro 2. folio 28. n o & lib. 12. f. 217. c n & officium prælatorum, li. 1. f. 20. a o

Oleum ſacrum in baptiſmo miſceri debet cõtra Vvaldenſes hæreticos : antiquiſſima enim eſt conſuetudo, lib. 3. f. 47. d o & 48. n

Oleo ſancti vnctio in baptiſmo quid ſignificat, lib. 3. f. 47. o & 48. n

Oleum in ſacris literis ſæpè miſericordiam ſignificat, lib. 3. f. 48. a n

Oleum extremæ vnctionis Pontificali benedictione conſecrandum eſſe, antiquiſsima Eccleſiæ conſuetudine comprobatur, libro 14. folio 258. a n

Omnia quæ fiunt neceſſitate abſoluta fieri, neque poſſe aliter fieri quam fiunt : vnde nihil prodeſſe orationem, hæreſis eſt Lutheri, & conuincitur lib. 11. f. 200. d o & f. 201. d n

Opera noſtra bona, quòd ſint Deo grata, ex merito paſsionis Chriſti habent, libro 11. folio 199. c n

Opera noſtra bona, donum ſunt Dei & meritum apud ipſum, lib. 11. f. eodem a n

Opera noſtra non eſſe condigna ad futuram gloriam quomodo intelligitur, libro 11. folio 197. d n o

Opus ſine intellectu non eſt hæreſis, libro 1. fol. 1. d o

Opus bonum factum præciſè & nullo alio intuitu, quàm ſpe vitæ æternæ, licet non ſit malum, non tamen eſt meritorium, lib. 11. f. 195. b n o

Opus factum ſpe vitæ æternæ non eſſe malum ex literis ſacris, oſtenditur libro 11. folio eodem c n

Opus factum ſpe vitæ æternæ ſi elicitum eſt à charitate meritorium eſt, & ea dignum, lib. 11. f. eodem b n o & f. 197. b n

Opera bona tantùm imperfectis viris & non perfectis eſſe neceſſaria, hæreſis eſt, & conuincitur lib. 11. f. 195. c d o

Opus quantumlibet bonum nõ eſſe meritorium vitæ æternæ, hæreſis eſt, & conuincitur libro 11. fo. 195. a n o per totum, & f. 196. n

Operare nemo poteſt poſt mortem bene vel malè, li. 3. f. 42. a n

Operibus bonis vocatio noſtra certa fit, lib. 9. fo. 160. c n

Opus nullum noſtrum quantocunque bonum, & meritorium, minimè ex ſe tale eſt, quod æquari poſſit præmio gloriæ æternæ, libro 10. folio 166. a n o

Opus meritorium geminam habet æqualitatem reſpectu gloriæ, ibid. b o

Opera bona noſtra licet ex ſe ſuaptéque natura non ſunt digna gloriæ, ex pacto tamen diuino efficiuntur digna vitæ æternæ, li. 10. ibidem b o

Opera hominis quantumlibet recta eſſe peccata, hærsſis eſt Lutheri, libro 11. folio 193. c n o per totũ, & conuincitur folio eodem a b c d o

Opera bona hominis lux appellantur in ſacris literis, ibidem c

Opera bona vnde Deo placent, libro 11. fol. 194. d n

Operibus bonis ex diuinis permiſſionibus debetur præmium, & malis pœna, libro 11. folio eodem a n

Opus omne noſtrum eſſe vitium & malum quo pacto intelligitur, ibid. a b

Opera laborioſa quando valent ad pœnitẽtiam, lib. 12. f. 214. c d n

Opera multa ſunt quæ à Deo non ſunt præcepta, quę quidem gratiſsima ſunt deo, libro 12. folio 222. a n o

Opera bona eſſe neceſſaria ad hominis iuſtificationem, oſtenditur libro 7. fol. 120. o & folio 121. n per totum

Opera bona etſi à Deo ſint, quo pacto etiam noſtra dicuntur, li. 7. f. 133. a b c d n o

Opera ex voto facta maioris meriti ſunt quàm ſi ſine voto fierent, de quibus pulchra figura notatur, lib. 14. f. 262. a n

Oratio, lib. 11. f. 200. c d n

Orationem ſolam ſufficere ad vitam æternam conſequendam, hæreſis eſt, ibid. d

Orationi ſemper inſiſtendum hæreſis eſt ibidem d

Orat ſẽper qui in omnibus operibus ſuis Dei memoriam habet & ad eius gloriam omnia operatur,lib.11.f.200.b o

Orare ſemper & ſine intermiſſione quomodo intelligitur,ibid b

Orationem eſſe inutilem hæreſis eſt ibidem d cuius contrarium ex literis ſacris oſtenditur,li.11. f.201.a b n

Oratio prodeſt ad ſalutem animæ & corporis cõſequendam,ibid.b

Orandum non eſſe pro particulari perſona,eo quod oratio pro vna perſona ſola non plus prodeſt illi quàm aliis,hæreſis eſt ibidem c d n o

Orationes parentum & oblationes non ſufficiunt vt paruuli abſque baptiſmo vel martyrio ſaluentur,quid autem illis proſint,notatur,lib.3.f.49. b n

Oratio duplex, publica & priuata,lib.4. folio 62.d o

Oratio vocalis optima & literis ſacris conformis,lib.4.f.62.

Oratio publica quæ ſit, & quod clamoſa ſit oſtenditur,ibid.a o

Orationis intentio qualis,ibid.c

Oratio publica in illis verbis,Intra in cubiculum tuum &c.non prohibetur à Chriſto,ſed intentio ibidem c

Orare pro defunctis vetuſtiſſima fuit cõſuetudo,lib.13.f.249.b o

Orandum eſſe ad Dei filium oſtenditur ex literis ſacris,lib.5.f.88.d o

Orare debemus Deum pro virtutibus acquirẽdis,li.13.f.239.b o

Orare ſanctos meritorium eſſe oſtenditur,li.13 f.243.a o

Ordo ſacer, vnum de ſacramentis ſeptem Eccleſiæ gratiam conferens eſt, libro.11.folio.201.a b o

Ordinantem & ordinandum ieiunos debere eſſe in ordinis ſacri collatione oſtenditur vetuſtiſſima Eccleſiæ conſuetudine ibidem b

Ordines omnes non eſſe inter ſe pares oſtenditur,lib.11.f.202.a n

Ordines minores plures Theologos non admittere intra ſacramentorum numerum annotatur,ibid b

Ordinem in hoc fœliciſſimo opere dicendorum diſponit autor,lib.1.f.23.d o

Ordinis ſacramento character imprimitur,li. 4.f.64.a n

Ordine ſacro ſuſcepto nunquam licuit alicui vxorem ſibi matrimonio copulare, lib.13.fol.238. a b o

Origenes damnatus ſaluúſne fuiſſe controuerſia eſt apud viros graues: autor autem nihil definit,lib.2.f.29.c o

Origenem ſenſiſſe hominem per peccatum aliquid de ſubſtantia ſua perdidiſſe oſtenditur: an hoc fuerint qualitates animæ aliquæ dubium eſt authori,ibidem d

Origenem ſenſiſſe filium in diuinis eſſe minorem patre Auguſtinus refert libro 5.folio 87.d o

Oſculum qualiter eſt peccatum oſtenditur lib. 4.f.78.c n

P

Panis cum de ſua natura bonus ſit non indiget aliqua purificatione vt ex eo Euchariſtia conficiatur,lib.6.f.99.a o

Panem manere in Euchariſtia poſt eius conſecrationem hæreſis eſt dicere,libro 6.folio 104.d o

Panis nomẽclatura appellatur in ſacris literis omne illud,quod comedi quouiſmodo poteſt, li. 6.f.105.d n

Panem verti in corpus Chriſti in cõſecratione dictis ſanctorum & conciliorum definitionibus oſtenditur libro.6 folio.105.a o & folio 106. per totum

Panis ſpecies in Euchaiſtia licet totum Chriſtum contineant,ſolum corpus tamen ſignificant, ſicut ſpecies vini ſolum ſanguinem repræſentant li.6.f.113.d n

Pactum cum hoſtibus factum ſeruandum eſſe, oſtenditur,lib.14.folio 252.c o

Papa libro 12.fol.202.a o

Papę ſeu pontificis nomẽ inane eſſe & nihil aliud quàm regnum Babylonis,hæreſis eſt poſt Grę cos Lutheri,lib.12.f.203.b n

Papæ primatus ex literis ſacris oſtenditur ibidem c

Papam ſeu Pontificem ſummum omnes Epiſcopos tanquam ſuperiorem reuereri debere teſtimoniis conciliorum,oſtenditur libro.12.f.205. a n o

Papam per peccatum mortale amittere poteſtatem pontificiam hæreſis eſt libro 12.folio 205. d o

Papa ſolus abſque aliquo conſilio definiendo quæ fidei ſunt iuxta multorum Theologorum ſententiam errare poteſt libro primo folio tertio c o

Papę ſolius authoritas minor eſt,quàm cõcilii legitimè congregati ibidem c & libro 1. folio 12. a o

Papas plures in negociis fidei erraſſe dignoſcitur,lib.1.f.5.a o

Papa poteſtatem habet iudicandi in cauſa fidei lib.1.f.12.a o

Papa non poteſt cuilibet Chriſtiano, vt ſit miniſter ſacramenti extremę vnctionis,cõcedere lib. 14.fo.259.d n

Partes pudendę quare magis rebelles fiunt homini, quàm reliquæ ipſius corporis partes libro 14.f.233.b c n

Parentes & reliqua temporalia quo pacto relinquenda ſunt quo ad effectum libro 12.foll.206 c n

Parentes primi etiam peccare potuerunt,nulla prorſus dæmonis perſuaſione præcedente lib.12. f.208.a n

Parentes primos, propter eorum primum inobedientiæ peccatum nec propter aliud, fuiſſe damnatos oſtenditur contra Tatianum hæreticum aſſerentem fuiſſe eos damnatos libro 2.f.28. a b o

Parentes primos cæcos fuisse ante peccatum, ac tunc primò eos videre cœpisse, quum de ligno vetito comederunt, error est qui conuincitur li.2. f.31.d n o

Parẽtes seu curatores tenẽtur paruulos portare, vel portare facere ad baptismũ, li.3.f.44.c o Et si negligentia illorum sine baptismo discedit paruulus, eis imputabitur non parua culpa, ibid.c

Parentum orationes siue oblationes non sufficiunt vt paruulus sine baptismo discedẽs saluetur & ad quid prosint, ostenditur lib.3.f.49.a n

Paruuli qualiter instruẽdi sunt circa lectionem librorum poëtarum, lib.1.f.19.d n

Paruuli quibus Deus sua reuelat mysteria qui sunt, lib.1.f.21.c o

Paruuli quantocunque rationis expertes, capaces sunt vitæ æternæ, contra hæreticos dicentes eis non prodesse baptismum, lib.3.f.44.b o

Paruulos nõ prohiberi ad Deum venire, quid sit, lib.3.f.46.c d n

Paruuli nõ eodem modo quo adulti ad Deum veniunt, lib.3.f.44.a o

Paruulus aliena fide ad Christum venit, ibidẽ a

Paruulos esse baptizãdos eiusque ad salutem conferre baptismum, definitionibus Cõciliorum, brobatur lib.3.f.45.a b o

Paruuli post baptismum fidem habẽt, ibidem c d

Paruulos non egere baptismo, hæresis fuit Pelagij, lib.3.f.48.b n

Paruulos posse saluari sine baptismo vel martyrio hæresis fuit Ioannis Vvicleph, ibidem b c

Paruulos posse saluari per orationes parentũ, & baptismum, in voto eorum quando baptizandi non adest facultas, error Ioannis Gerson & Caietani, ibidem c

Paruulos non posse saluari sine baptismo vel martyrio, ostẽditur ibidem d & f.49.o & 50.n per totum.

Paruulus quando nascitur, ibid.d

Paruulus in vtero matris periclitans non saluatur, lib.3.f.49.a b no

Parabola de rege volente rationẽ ponere cum seruis, lib.14.f.251.b n o

Parabola de seminanti zizania in medio tritici exponitur lib.1.f.20.c o

Parabolicè minimè est intelligẽda Euæ formatio, vt Caietanus arbitratur, lib.2 folio 32.b n

Parabolæ in literis sacris, libro 1.folio 5.b n

Pascha die dominico, in memoriam Dominicæ resurrectionis, celebrandum instituit Ecclesia, lib.12 f.205.a n

Paschæ nomine quid intelligitur apud Ioannem, lib.6.f.100.a n

Pastoris est pascere oues, sic Prælati docere subditos, lib.1.f.9.b n

Pascua ouium verbum Dei est, lib.1.f.21.a n

Passionis & mortis Christi virtus minimè minuitur per hoc, quod missam sacrificium appellamus, lib.10.f.176.a n

Patriacharum matrimonia verè fuerunt sacramentum, lib.11.f.176.a n

Patres in Ecclesia qui vocentur, libro 1.folio 11.c n

Paupertate sola omnia peccata consumi, hæresis est, lib.12.f.206.a n

Paupertas spiritus nõ patitur peccatum mortale secum, eo quod habeat secum tanquam illi annexam charitatem, ibid.a n

Pauper bene potest esse peccator, ibid.b n

Paupertatem esse noxam & malam, hęresis est, ibi.b n

Paupertatis excellentia, ibid.c o

Paupertatẽ esse necessariam ad salutem, itaque sine illa nemo saluari potest, hæresis est, quæ conuincitur lib.12.f.206.c n

Pauperes debere esse Ecclesiasticos omnes, hæresis est, & conuincitur li.12.f.eodem d o

Paupertatem seruare propria electione, gratissimum est Deo, vt sacræ testãtur literæ, li.12.fo.222. b c o

Pacem iustitia conseruat, lib.3.f.61.d n

Paulus Apostolus sæpè sensu mistico vsus est ad sua dogmata confirmanda libro 1. folio 4. b o

Paulus Apostolus quonam pacto vidit Dei essentiam, lib.3.f.54.d n

Paulus Apostolus propriis laborauit manibus ib.9.fo.153.b o

Paulus Apostolus sępè Euangelium ipsum legem appellat, lib.6.f.99.b n

Paulus Apostol⁹ persecutor Ecclesię Dei, post vas electionis effectus, lib.12.f.225.c n

Paulus Apostolus propter bona quæ fecit beatitudinem sperat, lib.13.f.247.d o

Paulum perpetuam seruasse virginitatẽ ostenditur lib.14.fo.255.d o

Peccator manens in voto peccandi quãuis sacerdos verbum absolutionis proferat, non manet absolutus, lib.2.f.27.d n

Peccat quisquis contra necessitatem ab hęretico ministro baptizatur, baptismus vero validus est, li.3.47.b n

Peccatum omne deleri in baptismo ex literis sactis ostenditur libro 3.folio 57.n o per totum.

Peccator statim post mortem punitur, li.3.f.58. c o

Peccator bene potest moraliter operari, li.9.f. 159.c d o

Peccatores membra sunt Ecclesiæ, putrida tamen & fœtida, lib. 6.f.92.c o

Peccantem in nos fratrem ad Ecclesiam spectat corrigere, lib.6.f.94.c d n

Peccatores accedentes ad tremendum sacramentum altaris corpus dominicum recipiunt, sed ad suam fũditus damnationem, vt sacræ testantur literæ, lib.6.f.110.a b o

Peccator sua voluntate in peccatum præcipitatur, minimè tamen sola voluntate & sine Dei auxilio, potest reuocare gradum, lib.7.f.133.a n

Peccatum minimè tollit liberum arbitrium, bene tamen inhabilem ad bonum reddit, ibid.a

Peccat grauius ille qui omittit quod ex voto tenebatur, quàm qui sine voto, lib.14.fol.263.b n

Peccati nominis in literis sacris multiplex acceptio, lib.12.f.224.a n

Peccatum non debere regnare in nostro mortali corpore est quod prohibetur: nõ autem habi-

tare,lib.12.f.eodem b n
Peccatori quantocunque magno si pœnituerit via sibi salutis patet,lib.12.f.224.b o
Peccator timore Dei seruili excitatur sæpè ad veram pœnitentiam,lib.4.f.82.b o
Peccatum originale nullum esse, hæresis est, cuius oppositum ex literis sacris ostenditur, lib. 12.f.206.a o & f.207.a b n
Peccatum Adami vnum est, origine & propagatione non tamen imitatione trãsfusum, & omnibus inest vnicuique proprium,lib.12.folio 207. a n o
Peccatum à libero arbitrio est hominis & non à dæmone vt plures hæretici dicunt, vt ex sacris literis ostenditur,lib.12.f.208.a n
Peccatum nihil de natura hominis subtraxit, lib.2.f.29.a o
Peccata in sacris literis tenebræ appellantur, quæ quidem minimè Deo placent,libro 11.folio 193.d n o
Peccatum non imputari homini habenti fidem, hæresis est Lutheri, & impugnatur lib.12.f. 208.c n
Peccatum finalis impœnitentiæ, non est remissibile,ibi.d n
Peccatum omne in spiritum sanctum non est irremissibile,ibi.d n
Peccare in patrem, filium & in spiritum sanctum quid sit,lib.12.f.208.a o
Peccatum vel malum permittere gratia vitandi maius licitum est,cõtra plures hæreticos hoc negantes,ibi.b per totum
Peccatã esse æqualia,hæresis est, & cõuincitur lib.12.f.209.d n
Peccatum nullum aliud esse præter incredulitatis hæresis est,& conuincitur lib.12.f.eodem d o
Peccatum mortale à veniali non differre, hæresis est, & conuincitur lib.12.f.209.a b o & f.210. c d n
Peccatum mortale quid sit,ibi.c
Peccatum veniale multipliciter dicitur veniale,ibi.d n
Peccatum mortale mors est animæ,ibi.c
Peccata mortalia fieri venialia per pœnitentiam, iuxta sententiam beati Ambrosij & Augustini quomodo intelligitur,ibi.d n
Peccatum veniale propriè dictum quid sit,lib. 12.f.eodem a n
Peccatum veniale esse ex literis sacris ostenditur,ibi.b c o
Peccatum consummatum,& non consummatum quid sint,lib.12,f.211.c n
Peccata venialia in alio seculo dimittuntur, li. 12.f.210.a o & f.211.b n
Peccatum fugere propter metum gehennę stat dupliciter,lib.4.f.82.d n o
Peccati pœna Adam mortem incurrit corporalem,lib.2.f.31.c n
Pecuniam habuisse Apostolos & secum portasse ostenditur ex Euangelio,lib.2.f.39.a n
Pecunia quando fuit Apostolis interdicta,ostenditur lib.2.fol.39.per totum & lib.10.f.165.a o
Pedes Dei qui,& quid significent, lib.2.folio 25.b o
Pedes discipulorum lauare Christum antequã eis suum in sacramento traderet corpus, quid innuit,lib.6.f.109.d n
Percutienti alteram ei maxillã porrigere:quomodo intelligendum,lib.3.f.61.c n
Perfectum virum non debere manibus laborare, hæresis est,lib.9.f.153.a o
Peregrinis impendẽdum esse humanitatis officium ex literis sacris ostẽditur, lib.12.f.213.a b n
Petrus quare sic appellatus à Christo, lib.12.f. 203.d n
Petrum constituit Christus petram & fundamentum super quod suam fundauit Ecclesiam, li. 12.f.eodem d n
Petrus prælatus fuit super reliquos Apostolos, lib.12.f.eodem b c o
Prælato commisit Christus curam suarum ouium, ibidem d
Petrus quare pro se & Christo tributum soluit,lib.12.f.204.a n
Petrus non est caput æquale Christo, sed est caput Ecclesiæ sub Christo,ibidem b
Petrum esse Ecclesiæ fundamentum quomodo intelligitur,ibidem b
Petri plura notanda opera quibus primatum super reliquos Apostolos habere ostenditur,lib. 12.f.203.o & f.204.per totum
Petrus negat Christum:pòst verò Ecclesię fundamentum constituitur,lib.12.f.225.c n
Petrus Apostolus quãdo & quare vocatus fuit Satanas à Christo,lib.12.f.224.b o & f.225.b c n
Petram esse Christum iuxta dictum Paulinũ quo pacto intelligitur,lib.6.f.101.d o
Pertinacia in errore fidei hæresis est, lib.1.fol. 15.d n
Pertinacia hæreticorum quanta est, notatur ibidem d
Pertinax quis est censendus,lib.1.f.15.a b n
Perseuerãtiam finalẽ neminẽ certò scire ostẽditur, nisi ex diuina reuelatione lib.12.f.226.a n o
Permissio Dei in sacris literis actio eiusdem nominatur,lib.10.f.161.c n o & f.162.c n
Permittitur licitè malum vt maius euitetur,li. 11.f.191.c o & f.208.a o
Persona vnica & diuinatãtum fuit in Christo vt sacræ testantur literæ contra hæreticos,plures personas in Christo ponentes, lib.4.f.70.o & 71. n per totum
Personarum diuinarum trinitas & æqualitas ex literis sacris, ostenditur lib.5.f.86.b o & f.88.n
Petitio matris filiorũ Zebedæi, à Christo vnde auspicata fuit,lib.3.f.54.b o.
Per præpositio varias habet significationes,li. 7.f.122.c d n
Perseuerare in bono nemo potest sine Dei auxilio nec vltimam in bono perseuerantiam scire potest sine speciali Dei reuelatione,libro 12.folio 226.b o
Philosophorum sectę siue opiniones vnde hęreses appellatæ sunt,lib.1.f.1.a.Vnde verò emanarunt,ostenditur lib.1.f.18.a n
Plebs indocta quomodo adorare debet, quæ adoranda sunt,lib.1.f.15.a n
Pluralitas vxorũ iure diuino prohibita est,lib.

2.f.32.d o & lib.11.f.184.a n o & f.185.n per totum
Pœnarum diuersitas iuxta peccatorũ diuersitatem infligitur,li.3.f.59.c o
Pœnis vitę præsentis propter Deum toleratis patienter,pœnæ alterius vitæ redimuntur,li.12.f.214.a n o
Pœnam aliquam manere post dimissum per contritionem peccatum iuxta mẽsuram delicti & temporis à Deo decretam,ostenditur li.12.f.213.d o
Pœnitentiæ Sacramenti non esse tres partes,hæresis est Lutheri & conuincitur li.12.f.eodem c o
Pœnitentiam propter metum gehennæ esse malam hæresis Lutheri,quæ impugnatur lib.12.f.217.d o
Pœnitentia vera veniam peccatorum promeretur li.12.f.eodem a b n
Pœnitentiam esse in præcepto,ostenditur li.12.f.218.b c n
Pœnitentiæ fructus qui,li.12.f.214,b a n
Potestas de hæresi iudicandi nõ residit in aliquo Episcopo inferiore,aut in collegio cui præest,li.1.f.12.a n
Potestas de hæresi iudicandi est in tota Ecclesia & per consequens in generalibus conciliis,li.1.fol.12.d o
Potestas remittendi peccata solis Sacerdotibus collata est,li.13.f.235.c n o
Potestatem omnem tam laicam quàm Ecclesiasticam per peccatum amitti, hæresis est dicere,& conuincitur lib.12.folio 218.c d n & li.13.folio 238.b n
Porestas in sacris literis manus nomine designatur li.5.f.88.a o
Potestatem maiorem esse in Episcopis quàm in reliquis Sacerdotibus vnde etiam colligitur,li.6.f.98.b n
Portæ inferi peccata mortalia sunt,li.4.folio 76.a o
Puritas quæ ante Eucharistiæ sumptionem habenda est,figuratur li.6.f.109.d o
Purgatorium esse ostẽditur, tum rationibus tum testimoniis sacræ scripturæ,li.12.f.229.& f.230.per totum
Punit Deus filium propter peccatum patris temporaliter,non autem æternaliter,li.12.f.207.c d n
Prædestinatio,li.12.f.224.d o
Prædestinatio & reprobatio ex mera Dei est voluntate,li.12.f.225.b n o
Prædestinatio diuina nullam in nostris operibus infert necessitatem, aut in aliquo arbitrii nostri libertatem minuit,ibidem c
Prædestinatorum omnia peccata esse venialia & reprobatorum omnia mortalia,hæresis est, & conuincitur li.12.f.212.a b c o & f.213.d n
Prædestinatum posse damnari ostenditur,id est, ille qui prædestinatus est si malè operetur,damnabitur, contra hæreticos hoc negantes, li.12.fol.224.a b o
Prædestinationem non esse alicui hominum notam,ostenditur li.12.f.226.a o
Prędestinatum esse hominem coniicere potes, minimè tamen scire,nisi ex Dei reuelatione,li.12.f.227.a n
Prædestinationis signa plura norantur à Doctoribus, ibidem a
Prędestinationis signum certissimum,ibidem b
Prędestinationis signum certissimum,ibidem c
Prędestinationis signum certissimum,ibidem d
Prędestinationis signum certissimum,ibidem e
Prędestinationis signum certissimum,ibidem f
Prędestinationis signum certissimum,ibidem g
Prędestinationis signum certissimum,ibidem h
Prędestinationis signum certissimum,ibidem i
Prędestinationis signum certissimum,ibidem k
Prędestinationis signum certissimum,ibidem l
Prędestinationis signum certissimum,ibidem m
Prędestinationis signum certissimum,ibidem n
Prędestinationis signum certissimum,ibidem o
Prędestinationis signum certissimum,ibidem p
Prędestinationis signum certissimum,ibidem q
Prędestinationis signum certissimum,ibidem r
Prędestinationis signum certissimum,ibidem s
Prędestinationis signum certissimum,ibidem t
Prędestinationis signum certissimum,ibidem v
Prędestinationis signum certissimum,ibidem x
Prędestinationis signum certissimum,ibidem y
Prędestinationis signum certissimum,ibidem z
Prędestinationis signum certissimum,ibidem aa
Prędestinationis signum certissimum,ibidem bb
Prędestinationis signum certissimum,ibidem cc
Prędestinationis signum certissimum,ibidem dd
Prędestinationis signum certissimum,ibidem ee
Prędestinationis signum certissimum,ibidem ff
Prędestinationis signum certissimum,ibidem gg
Prędestinationis signum certissimum,ibidem hh
Prędestinationis signum certissimum,ibidem ii
Prędestinationis signum certissimum,ibidem kk
Prędestinationis signum certissimum,ibidem ll
Prędestinationis signum certissimum,ibidem mm
Prędestinationis signum certissimum,ibidem nn
Prędestinationis signum certissimum,ibidem oo
Prędestinationis signum certissimum,ibidem pp
Prędestinationis signum certissimum,ibidem qq
Prędestinationis signum certissimum,ibidem rr
Prędestinationis signum certissimum,ibidem ss
Prędestinationis signum certissimum,ibidem tt
Prędestinationis signum certissimum,ibidem vv
Prędestinationis signum certissimum,ibidem xx
Prędestinationis signum certissimum,ibidem yy
Prędestinationis signum certissimum,ibidem zz
Prędestinationis signum certissimum,ibidem aaa
Prędestinationis signum certissimum,ibidem bbb
Prędestinationis signum certissimum,ibidem ccc
Prędestinationis signum certissimum,ibidem ddd
Prędestinationis signum certissimum,ibidem eee
Prędestinationis signum certissimum,ibidem fff
Prędestinationis signum certissimum,ibidem ggg
Prędestinationis signum certissimum,ibidem hhh
Prędestinationis signum certissimum,ibidem iii
Prędestinationis signum certissimum,ibidem kkk
Prędestinationis signum certissimum,ibidem lll
Prędestinationis signum certissimum,ibidem mmm
Prędestinationis signum certissimum,ibidem nnn
Prędestinationis signum certissimum,ibidem ooo
Prędestinationis signum certissimum,ibidem ppp
Prędestinationis signum certissimum,ibidem qqq
Prędestinationis signum certissimum,ibidem rrr
Prędestinationis signum certissimum,ibidem sss
Prędestinationis signum certissimum,ibidem ttt
Prędestinationis signum certissimum,ibidem vvv
Prędestinationis signum certissimum,ibidem xxx
Prędestinationis signum certissimum,ibidem yyy
Prędestinationis signum certissimum,ibidem zzz
Prędestinationis signum certissimum,ibidem aaaa
Prędestinationis signum certissimum,ibidem bbbb
Prędestinationis signum certissimum,ibidem cccc
Prędestinationis signum certissimum,ibidem dddd
Prędestinationis signum certissimum,ibidem eeee
Prędestinationis signum certissimum,ibidem ffff
Prędestinationis signum certissimum,ibidem gggg
Prędestinationis signum certissimum,ibidem hhhh
Prędestinationis signum certissimum,ibidem iiii
Prędestinationis signum certissimum,ibidem kkkk
Prędestinationis signum certissimum,ibidem llll
Prędestinationis signum certissimum,ibidem mmmm
Prędestinationis signum certissimum,ibidem nnnn
Prędestinationis signum certissimum,ibidem oooo
Prędestinationis signum certissimum,ibidem pppp
Prędestinationis signum certissimum,ibidem qqqq
Prędestinationis signum certissimum,ibidem rrrr
Prędestinationis signum certissimum,ibidem ssss
Prędestinationis signum certissimum,ibidem tttt
Prędestinationis signum certissimum,ibidem vvvv
Prędestinationis signum certissimum,ibidem xxxx
Prędestinationis signum certissimum,ibidem yyyy
Prędestinationis signum certissimum,ibidem zzzz
Prędestinationis signum certissimum,ibidem aaaaa
Prędestinationis signum certissimum,ibidem bbbbb
Prędestinationis signum certissimum,ibidem ccccc
Prędestinationis signum certissimum,ibidem ddddd
Prędestinationis signum certissimum,ibidem eeeee
Prędestinationis signum certissimum,ibidem fffff
Prędestinationis signum certissimum,ibidem ggggg
Prędestinationis signum certissimum,ibidem hhhhh
Prędestinationis signum certissimum,ibidem iiiii
Prędestinationis signum certissimum,ibidem kkkkk
Prędestinationis signum certissimum,ibidem lllll
Prędestinationis signum certissimum,ibidem mmmmm
Prędestinationis signum certissimum,ibidem nnnnn
Prędestinationis signum certissimum,ibidem ooooo
Prędestinationis signum certissimum,ibidem ppppp
Prędestinationis signum certissimum,ibidem qqqqq
Prędestinationis signum certissimum,ibidem rrrrr
Prędestinationis signum certissimum,ibidem sssss
Prędestinationis signum certissimum,ibidem ttttt
Prędestinationis signum certissimum,ibidem vvvvv
Prędestinationis signum certissimum,ibidem xxxxx
Prędestinationis signum certissimum,ibidem yyyyy
Prędestinationis signum certissimum,ibidem zzzzz
Prędestinationis signum certissimum,ibidem aaaaaa
Prędestinationis signum certissimum,ibidem bbbbbb
Prędestinationis signum certissimum,ibidem cccccc
Prędestinationis signum certissimum,ibidem dddddd
Prędestinationis signum certissimum,ibidem eeeeee
Prędestinationis signum certissimum,ibidem ffffff
Prędestinationis signum certissimum,ibidem gggggg
Prędestinationis signum certissimum,ibidem hhhhhh
Prędestinationis signum certissimum,ibidem iiiiii
Prędestinationis signum certissimum,ibidem kkkkkk
Prędestinationis signum certissimum,ibidem llllll
Prędestinationis signum certissimum,ibidem mmmmmm
Prędestinationis signum certissimum,ibidem nnnnnn
Prędestinationis signum certissimum,ibidem oooooo
Prędestinationis signum certissimum,ibidem pppppp
Prędestinationis signum certissimum,ibidem qqqqqq
Prędestinationis signum certissimum,ibidem rrrrrr
Prędestinationis signum certissimum,ibidem ssssss
Prędestinationis signum certissimum,ibidem tttttt
Prędestinationis signum certissimum,ibidem vvvvvv
Prędestinationis signum certissimum,ibidem xxxxxx
Prędestinationis signum certissimum,ibidem yyyyyy
Prędestinationis signum certissimum,ibidem zzzzzz
Prędestinationis signum certissimum,ibidem aaaaaaa
Prędestinationis signum certissimum,ibidem bbbbbbb
Prędestinationis signum certissimum,ibidem ccccccc
Prędestinationis signum certissimum,ibidem ddddddd
Prędestinationis signum certissimum,ibidem eeeeeee
Prędestinationis signum certissimum,ibidem fffffff
Prędestinationis signum certissimum,ibidem ggggggg
Prędestinationis signum certissimum,ibidem hhhhhhh
Prędestinationis signum certissimum,ibidem iiiiiii
Prędestinationis signum certissimum,ibidem kkkkkkk
Prędestinationis signum certissimum,ibidem lllllll
Prędestinationis signum certissimum,ibidem mmmmmmm
Prędestinationis signum certissimum,ibidem nnnnnnn
Prędestinationis signum certissimum,ibidem ooooooo
Prędestinationis signum certissimum,ibidem ppppppp
Prędestinationis signum certissimum,ibidem qqqqqqq
Prędestinationis signum certissimum,ibidem rrrrrrr
Prędestinationis signum certissimum,ibidem sssssss
Prędestinationis signum certissimum,ibidem ttttttt
Prędestinationis signum certissimum,ibidem vvvvvvv
Prędestinationis signum certissimum,ibidem xxxxxxx
Prędestinationis signum certissimum,ibidem yyyyyyy
Prędestinationis signum certissimum,ibidem zzzzzzz
Prędestinationis signum certissimum,ibidem aaaaaaaa
Prędestinationis signum certissimum,ibidem bbbbbbbb
Prędestinationis signum certissimum,ibidem cccccccc
Prędestinationis signum certissimum,ibidem dddddddd
Prędestinationis signum certissimum,ibidem eeeeeeee
Prędestinationis signum certissimum,ibidem ffffffff
Prędestinationis signum certissimum,ibidem gggggggg
Prędestinationis signum certissimum,ibidem hhhhhhhh
Prędestinationis signum certissimum,ibidem iiiiiiii
Prędestinationis signum certissimum,ibidem kkkkkkkk
Prędestinationis signum certissimum,ibidem llllllll
Prędestinationis signum certissimum,ibidem mmmmmmmm
Prędestinationis signum certissimum,ibidem nnnnnnnn
Prędestinationis signum certissimum,ibidem oooooooo
Prędestinationis signum certissimum,ibidem pppppppp
Prędestinationis signum certissimum,ibidem qqqqqqqq
Prędestinationis signum certissimum,ibidem rrrrrrrr
Prędestinationis signum certissimum,ibidem ssssssss
Prędestinationis signum certissimum,ibidem tttttttt
Prędestinationis signum certissimum,ibidem vvvvvvvv
Prędestinationis signum certissimum,ibidem xxxxxxxx
Prędestinationis signum certissimum,ibidem yyyyyyyy
Prędestinationis signum certissimum,ibidem zzzzzzzz
Prędestinationis signum certissimum,ibidem aaaaaaaaa
Prędestinationis signum certissimum,ibidem bbbbbbbbb
Prędestinationis signum certissimum,ibidem ccccccccc
Prędestinationis signum certissimum,ibidem ddddddddd
Prędestinationis signum certissimum,ibidem eeeeeeeee
Prędestinationis signum certissimum,ibidem fffffffff
Prędestinationis signum certissimum,ibidem ggggggggg
Prędestinationis signum certissimum,ibidem hhhhhhhhh
Prędestinationis signum certissimum,ibidem iiiiiiiii
Prędestinationis signum certissimum,ibidem kkkkkkkkk
Prędestinationis signum certissimum,ibidem lllllllll
Prędestinationis signum certissimum,ibidem mmmmmmmmm
Prędestinationis signum certissimum,ibidem nnnnnnnnn
Prędestinationis signum certissimum,ibidem ooooooooo
Prędestinationis signum certissimum,ibidem ppppppppp
Prędestinationis signum certissimum,ibidem qqqqqqqqq
Prędestinationis signum certissimum,ibidem rrrrrrrrr
Prędestinationis signum certissimum,ibidem sssssssss
Prędestinationis signum certissimum,ibidem ttttttttt
Prędestinationis signum certissimum,ibidem vvvvvvvvv
Prędestinationis signum certissimum,ibidem xxxxxxxxx
Prędestinationis signum certissimum,ibidem yyyyyyyyy
Prędestinationis signum certissimum,ibidem zzzzzzzzz
Prędestinationis signum certissimum,ibidem aaaaaaaaaa
Prędestinationis signum certissimum,ibidem bbbbbbbbbb
Prędestinationis signum certissimum,ibidem cccccccccc
Prędestinationis signum certissimum,ibidem dddddddddd
Prędestinationis signum certissimum,ibidem eeeeeeeeee
Prędestinationis signum certissimum,ibidem ffffffffff
Prędestinationis signum certissimum,ibidem gggggggggg
Prędestinationis signum certissimum,ibidem hhhhhhhhhh
Prędestinationis signum certissimum,ibidem iiiiiiiiii
Prędestinationis signum certissimum,ibidem kkkkkkkkkk
Prędestinationis signum certissimum,ibidem llllllllll
Prędestinationis signum certissimum,ibidem mmmmmmmmmm
Prędestinationis signum certissimum,ibidem nnnnnnnnnn
Prędestinationis signum certissimum,ibidem oooooooooo
Prędestinationis signum certissimum,ibidem pppppppppp
Prędestinationis signum certissimum,ibidem qqqqqqqqqq
Prędestinationis signum certissimum,ibidem rrrrrrrrrr
Prędestinationis signum certissimum,ibidem ssssssssss
Prędestinationis signum certissimum,ibidem tttttttttt
Prędestinationis signum certissimum,ibidem vvvvvvvvvv
Prędestinationis signum certissimum,ibidem xxxxxxxxxx
Prędestinationis signum certissimum,ibidem yyyyyyyyyy
Prędestinationis signum certissimum,ibidem zzzzzzzzzz
Prędestinationis signum certissimum,ibidem aaaaaaaaaaa
Prędestinationis signum certissimum,ibidem bbbbbbbbbbb
Prędestinationis signum certissimum,ibidem ccccccccccc
Prędestinationis signum certissimum,ibidem ddddddddddd
Prędestinationis signum certissimum,ibidem eeeeeeeeeee
Prędestinationis signum certissimum,ibidem fffffffffff
Prędestinationis signum certissimum,ibidem ggggggggggg
Prędestinationis signum certissimum,ibidem hhhhhhhhhhh
Prędestinationis signum certissimum,ibidem iiiiiiiiiii
Prędestinationis signum certissimum,ibidem kkkkkkkkkkk
Prędestinationis signum certissimum,ibidem lllllllllll
Prędestinationis signum certissimum,ibidem mmmmmmmmmmm
Prędestinationis signum certissimum,ibidem nnnnnnnnnnn
Prędestinationis signum certissimum,ibidem ooooooooooo
Prędestinationis signum certissimum,ibidem ppppppppppp
Prędestinationis signum certissimum,ibidem qqqqqqqqqqq
Prędestinationis signum certissimum,ibidem rrrrrrrrrrr
Prędestinationis signum certissimum,ibidem sssssssssss
Prędestinationis signum certissimum,ibidem ttttttttttt
Prędestinationis signum certissimum,ibidem vvvvvvvvvvv
Prędestinationis signum certissimum,ibidem xxxxxxxxxxx
Prędestinationis signum certissimum,ibidem yyyyyyyyyyy
Prędestinationis signum certissimum,ibidem zzzzzzzzzzz
Prędestinationis signum certissimum,ibidem aaaaaaaaaaaa
Prędestinationis signum certissimum,ibidem bbbbbbbbbbbb
Prędestinationis signum certissimum,ibidem cccccccccccc
Prędestinationis signum certissimum,ibidem dddddddddddd
Prędestinationis signum certissimum,ibidem eeeeeeeeeeee
Prędestinationis signum certissimum,ibidem ffffffffffff
Prędestinationis signum certissimum,ibidem gggggggggggg
Prędestinationis signum certissimum,ibidem hhhhhhhhhhhh
Prędestinationis signum certissimum,ibidem iiiiiiiiiiii
Prędestinationis signum certissimum,ibidem kkkkkkkkkkkk
Prędestinationis signum certissimum,ibidem llllllllllll
Prędestinationis signum certissimum,ibidem mmmmmmmmmmmm
Prędestinationis signum certissimum,ibidem nnnnnnnnnnnn
Prędestinationis signum certissimum,ibidem oooooooooooo
Prędestinationis signum certissimum,ibidem pppppppppppp
Prędestinationis signum certissimum,ibidem qqqqqqqqqqqq
Prędestinationis signum certissimum,ibidem rrrrrrrrrrrr
Prędestinationis signum certissimum,ibidem ssssssssssss
Prędestinationis signum certissimum,ibidem tttttttttttt
Prędestinationis signum certissimum,ibidem vvvvvvvvvvvv
Prędestinationis signum certissimum,ibidem xxxxxxxxxxxx
Prędestinationis signum certissimum,ibidem yyyyyyyyyyyy
Prędestinationis signum certissimum,ibidem zzzzzzzzzzzz
Prędestinationis signum certissimum,ibidem aaaaaaaaaaaaa
Prędestinationis signum certissimum,ibidem bbbbbbbbbbbbb
Prędestinationis signum certissimum,ibidem ccccccccccccc
Prędestinationis signum certissimum,ibidem ddddddddddddd
Prędestinationis signum certissimum,ibidem eeeeeeeeeeeee
Prędestinationis signum certissimum,ibidem fffffffffffff
Prędestinationis signum certissimum,ibidem ggggggggggggg
Prędestinationis signum certissimum,ibidem hhhhhhhhhhhhh
Prędestinationis signum certissimum,ibidem iiiiiiiiiiiii
Prędestinationis signum certissimum,ibidem kkkkkkkkkkkkk
Prędestinationis signum certissimum,ibidem lllllllllllll
Prędestinationis signum certissimum,ibidem mmmmmmmmmmmmm
Prędestinationis signum certissimum,ibidem nnnnnnnnnnnnn
Prędestinationis signum certissimum,ibidem ooooooooooooo
Prędestinationis signum certissimum,ibidem ppppppppppppp
Prędestinationis signum certissimum,ibidem qqqqqqqqqqqqq
Prędestinationis signum certissimum,ibidem rrrrrrrrrrrrr
Prędestinationis signum certissimum,ibidem sssssssssssss
Prędestinationis signum certissimum,ibidem ttttttttttttt
Prędestinationis signum certissimum,ibidem vvvvvvvvvvvvv
Prędestinationis signum certissimum,ibidem xxxxxxxxxxxxx
Prędestinationis signum certissimum,ibidem yyyyyyyyyyyyy
Prędestinationis signum certissimum,ibidem zzzzzzzzzzzzz
Prędestinationis signum certissimum,ibidem aaaaaaaaaaaaaa
Prędestinationis signum certissimum,ibidem bbbbbbbbbbbbbb
Prędestinationis signum certissimum,ibidem cccccccccccccc
Prędestinationis signum certissimum,ibidem dddddddddddddd
Prędestinationis signum certissimum,ibidem eeeeeeeeeeeeee
Prędestinationis signum certissimum,ibidem ffffffffffffff
Prędestinationis signum certissimum,ibidem gggggggggggggg
Prędestinationis signum certissimum,ibidem hhhhhhhhhhhhhh
Prędestinationis signum certissimum,ibidem iiiiiiiiiiiiii
Prędestinationis signum certissimum,ibidem kkkkkkkkkkkkkk
Prędestinationis signum certissimum,ibidem llllllllllllll
Prędestinationis signum certissimum,ibidem mmmmmmmmmmmmmm
Prędestinationis signum certissimum,ibidem nnnnnnnnnnnnnn
Prędestinationis signum certissimum,ibidem oooooooooooooo
Prędestinationis signum certissimum,ibidem pppppppppppppp
Prędestinationis signum certissimum,ibidem qqqqqqqqqqqqqq
Prędestinationis signum certissimum,ibidem rrrrrrrrrrrrrr
Prędestinationis signum certissimum,ibidem ssssssssssssss
Prędestinationis signum certissimum,ibidem tttttttttttttt
Prędestinationis signum certissimum,ibidem vvvvvvvvvvvvvv
Prędestinationis signum certissimum,ibidem xxxxxxxxxxxxxx
Prędestinationis signum certissimum,ibidem yyyyyyyyyyyyyy
Prędestinationis signum certissimum,ibidem zzzzzzzzzzzzzz
Prędestinationis signum certissimum,ibidem aaaaaaaaaaaaaaa
Prędestinationis signum certissimum,ibidem bbbbbbbbbbbbbbb
Prędestinationis signum certissimum,ibidem ccccccccccccccc
Prędestinationis signum certissimum,ibidem ddddddddddddddd
Prędestinationis signum certissimum,ibidem eeeeeeeeeeeeeee
Prędestinationis signum certissimum,ibidem fffffffffffffff
Prędestinationis signum certissimum,ibidem ggggggggggggggg
Prędestinationis signum certissimum,ibidem hhhhhhhhhhhhhhh
Prędestinationis signum certissimum,ibidem iiiiiiiiiiiiiii
Prędestinationis signum certissimum,ibidem kkkkkkkkkkkkkkk
Prędestinationis signum certissimum,ibidem lllllllllllllll
Prędestinationis signum certissimum,ibidem mmmmmmmmmmmmmmm
Prędestinationis signum certissimum,ibidem nnnnnnnnnnnnnnn
Prędestinationis signum certissimum,ibidem ooooooooooooooo
Prędestinationis signum certissimum,ibidem ppppppppppppppp
Prędestinationis signum certissimum,ibidem qqqqqqqqqqqqqqq
Prędestinationis signum certissimum,ibidem rrrrrrrrrrrrrrr
Prędestinationis signum certissimum,ibidem sssssssssssssss
Prędestinationis signum certissimum,ibidem ttttttttttttttt
Prędestinationis signum certissimum,ibidem vvvvvvvvvvvvvvv
Prędestinationis signum certissimum,ibidem xxxxxxxxxxxxxxx
Prędestinationis signum certissimum,ibidem yyyyyyyyyyyyyyy
Prędestinationis signum certissimum,ibidem zzzzzzzzzzzzzzz
Prędestinationis signum certissimum,ibidem aaaaaaaaaaaaaaaa
Prędestinationis signum certissimum,ibidem bbbbbbbbbbbbbbbb
Prędestinationis signum certissimum,ibidem cccccccccccccccc
Prędestinationis signum certissimum,ibidem dddddddddddddddd
Prędestinationis signum certissimum,ibidem eeeeeeeeeeeeeeee
Prędestinationis signum certissimum,ibidem ffffffffffffffff
Prędestinationis signum certissimum,ibidem gggggggggggggggg
Prędestinationis signum certissimum,ibidem hhhhhhhhhhhhhhhh
Prędestinationis signum certissimum,ibidem iiiiiiiiiiiiiiii
Prędestinationis signum certissimum,ibidem kkkkkkkkkkkkkkkk
Prędestinationis signum certissimum,ibidem llllllllllllllll
Prędestinationis signum certissimum,ibidem mmmmmmmmmmmmmmmm
Prędestinationis signum certissimum,ibidem nnnnnnnnnnnnnnnn
Prędestinationis signum certissimum,ibidem oooooooooooooooo
Prędestinationis signum certissimum,ibidem pppppppppppppppp
Prędestinationis signum certissimum,ibidem qqqqqqqqqqqqqqqq
Prędestinationis signum certissimum,ibidem rrrrrrrrrrrrrrrr
Prędestinationis signum certissimum,ibidem ssssssssssssssss
Prędestinationis signum certissimum,ibidem tttttttttttttttt
Prędestinationis signum certissimum,ibidem vvvvvvvvvvvvvvvv
Prędestinationis signum certissimum,ibidem xxxxxxxxxxxxxxxx
Prędestinationis signum certissimum,ibidem yyyyyyyyyyyyyyyy
Prędestinationis signum certissimum,ibidem zzzzzzzzzzzzzzzz
Prędestinationis signum certissimum,ibidem aaaaaaaaaaaaaaaaa
Prędestinationis signum certissimum,ibidem bbbbbbbbbbbbbbbbb
Prędestinationis signum certissimum,ibidem ccccccccccccccccc
Prędestinationis signum certissimum,ibidem ddddddddddddddddd
Prędestinationis signum certissimum,ibidem eeeeeeeeeeeeeeeee
Prędestinationis signum certissimum,ibidem fffffffffffffffff
Prędestinationis signum certissimum,ibidem ggggggggggggggggg
Prędestinationis signum certissimum,ibidem hhhhhhhhhhhhhhhhh
Prędestinationis signum certissimum,ibidem iiiiiiiiiiiiiiiii
Prędestinationis signum certissimum,ibidem kkkkkkkkkkkkkkkkk
Prędestinationis signum certissimum,ibidem lllllllllllllllll
Prędestinationis signum certissimum,ibidem mmmmmmmmmmmmmmmmm
Prędestinationis signum certissimum,ibidem nnnnnnnnnnnnnnnnn
Prędestinationis signum certissimum,ibidem ooooooooooooooooo
Prędestinationis signum certissimum,ibidem ppppppppppppppppp
Prędestinationis signum certissimum,ibidem qqqqqqqqqqqqqqqqq
Prędestinationis signum certissimum,ibidem rrrrrrrrrrrrrrrrr
Prędestinationis signum certissimum,ibidem sssssssssssssssss
Prędestinationis signum certissimum,ibidem ttttttttttttttttt
Prędestinationis signum certissimum,ibidem vvvvvvvvvvvvvvvvv
Prędestinationis signum certissimum,ibidem xxxxxxxxxxxxxxxxx
Prędestinationis signum certissimum,ibidem yyyyyyyyyyyyyyyyy
Prędestinationis signum certissimum,ibidem zzzzzzzzzzzzzzzzz
Prędestinationis signum certissimum,ibidem aaaaaaaaaaaaaaaaaa
Prędestinationis signum certissimum,ibidem bbbbbbbbbbbbbbbbbb
Prędestinationis signum certissimum,ibidem cccccccccccccccccc
Prędestinationis signum certissimum,ibidem dddddddddddddddddd
Prędestinationis signum certissimum,ibidem eeeeeeeeeeeeeeeeee
Prędestinationis signum certissimum,ibidem ffffffffffffffffff
Prędestinationis signum certissimum,ibidem gggggggggggggggggg
Prędestinationis signum certissimum,ibidem hhhhhhhhhhhhhhhhhh
Prędestinationis signum certissimum,ibidem iiiiiiiiiiiiiiiiii
Prędestinationis signum certissimum,ibidem kkkkkkkkkkkkkkkkkk
Prędestinationis signum certissimum,ibidem llllllllllllllllll
Prędestinationis signum certissimum,ibidem mmmmmmmmmmmmmmmmmm
Prędestinationis signum certissimum,ibidem nnnnnnnnnnnnnnnnnn
Prędestinationis signum certissimum,ibidem oooooooooooooooooo
Prędestinationis signum certissimum,ibidem pppppppppppppppppp
Prędestinationis signum certissimum,ibidem qqqqqqqqqqqqqqqqqq
Prędestinationis signum certissimum,ibidem rrrrrrrrrrrrrrrrrr
Prędestinationis signum certissimum,ibidem ssssssssssssssssss
Prędestinationis signum certissimum,ibidem tttttttttttttttttt
Prędestinationis signum certissimum,ibidem vvvvvvvvvvvvvvvvvv
Prędestinationis signum certissimum,ibidem xxxxxxxxxxxxxxxxxx
Prędestinationis signum certissimum,ibidem yyyyyyyyyyyyyyyyyy
Prędestinationis signum certissimum,ibidem zzzzzzzzzzzzzzzzzz
Prędestinationis signum certissimum,ibidem aaaaaaaaaaaaaaaaaaa
Prędestinationis signum certissimum,ibidem bbbbbbbbbbbbbbbbbbb
Prędestinationis signum certissimum,ibidem ccccccccccccccccccc
Prędestinationis signum certissimum,ibidem ddddddddddddddddddd
Prędestinationis signum certissimum,ibidem eeeeeeeeeeeeeeeeeee
Prędestinationis signum certissimum,ibidem fffffffffffffffffff
Prędestinationis signum certissimum,ibidem ggggggggggggggggggg
Prędestinationis signum certissimum,ibidem hhhhhhhhhhhhhhhhhhh
Prędestinationis signum certissimum,ibidem iiiiiiiiiiiiiiiiiii
Prędestinationis signum certissimum,ibidem kkkkkkkkkkkkkkkkkkk
Prędestinationis signum certissimum,ibidem lllllllllllllllllll
Prędestinationis signum certissimum,ibidem mmmmmmmmmmmmmmmmmmm
Prędestinationis signum certissimum,ibidem nnnnnnnnnnnnnnnnnnn
Prędestinationis signum certissimum,ibidem ooooooooooooooooooo
Prędestinationis signum certissimum,ibidem ppppppppppppppppppp
Prędestinationis signum certissimum,ibidem qqqqqqqqqqqqqqqqqqq
Prędestinationis signum certissimum,ibidem rrrrrrrrrrrrrrrrrrr
Prędestinationis signum certissimum,ibidem sssssssssssssssssss
Prędestinationis signum certissimum,ibidem ttttttttttttttttttt
Prędestinationis signum certissimum,ibidem vvvvvvvvvvvvvvvvvvv
Prędestinationis signum certissimum,ibidem xxxxxxxxxxxxxxxxxxx
Prędestinationis signum certissimum,ibidem yyyyyyyyyyyyyyyyyyy
Prędestinationis signum certissimum,ibidem zzzzzzzzzzzzzzzzzzz
Prędestinationis signum certissimum,ibidem aaaaaaaaaaaaaaaaaaaa
Prędestinationis signum certissimum,ibidem bbbbbbbbbbbbbbbbbbbb
Prędestinationis signum certissimum,ibidem cccccccccccccccccccc
Prędestinationis signum certissimum,ibidem dddddddddddddddddddd
Prędestinationis signum certissimum,ibidem eeeeeeeeeeeeeeeeeeee
Prędestinationis signum certissimum,ibidem ffffffffffffffffffff
Prędestinationis signum certissimum,ibidem gggggggggggggggggggg
Prędestinationis signum certissimum,ibidem hhhhhhhhhhhhhhhhhhhh
Prędestinationis signum certissimum,ibidem iiiiiiiiiiiiiiiiiiii
Prędestinationis signum certissimum,ibidem kkkkkkkkkkkkkkkkkkkk
Prędestinationis signum certissimum,ibidem llllllllllllllllllll
Prędestinationis signum certissimum,ibidem mmmmmmmmmmmmmmmmmmmm
Prędestinationis signum certissimum,ibidem nnnnnnnnnnnnnnnnnnnn
Prędestinationis signum certissimum,ibidem oooooooooooooooooooo
Prędestinationis signum certissimum,ibidem pppppppppppppppppppp
Prędestinationis signum certissimum,ibidem qqqqqqqqqqqqqqqqqqqq
Prędestinationis signum certissimum,ibidem rrrrrrrrrrrrrrrrrrrr
Prędestinationis signum certissimum,ibidem ssssssssssssssssssss
Prędestinationis signum certissimum,ibidem tttttttttttttttttttt
Prędestinationis signum certissimum,ibidem vvvvvvvvvvvvvvvvvvvv
Prędestinationis signum certissimum,ibidem xxxxxxxxxxxxxxxxxxxx
Prędestinationis signum certissimum,ibidem yyyyyyyyyyyyyyyyyyyy
Prędestinationis signum certissimum,ibidem zzzzzzzzzzzzzzzzzzzz
Prędestinationis signum certissimum,ibidem aaaaaaaaaaaaaaaaaaaaa
Prędestinationis signum certissimum,ibidem bbbbbbbbbbbbbbbbbbbbb
Prędestinationis signum certissimum,ibidem ccccccccccccccccccccc
Prędestinationis signum certissimum,ibidem ddddddddddddddddddddd
Prędestinationis signum certissimum,ibidem eeeeeeeeeeeeeeeeeeeee
Prędestinationis signum certissimum,ibidem fffffffffffffffffffff
Prędestinationis signum certissimum,ibidem ggggggggggggggggggggg
Prędestinationis signum certissimum,ibidem hhhhhhhhhhhhhhhhhhhhh
Prędestinationis signum certissimum,ibidem iiiiiiiiiiiiiiiiiiiii
Prędestinationis signum certissimum,ibidem kkkkkkkkkkkkkkkkkkkkk
Prędestinationis signum certissimum,ibidem lllllllllllllllllllll
Prędestinationis signum certissimum,ibidem mmmmmmmmmmmmmmmmmmmmm
Prędestinationis signum certissimum,ibidem nnnnnnnnnnnnnnnnnnnnn
Prędestinationis signum certissimum,ibidem ooooooooooooooooooooo
Prędestinationis signum certissimum,ibidem ppppppppppppppppppppp
Prędestinationis signum certissimum,ibidem qqqqqqqqqqqqqqqqqqqqq
Prędestinationis signum certissimum,ibidem rrrrrrrrrrrrrrrrrrrrr
Prędestinationis signum certissimum,ibidem sssssssssssssssssssss
Prędestinationis signum certissimum,ibidem ttttttttttttttttttttt
Prędestinationis signum certissimum,ibidem vvvvvvvvvvvvvvvvvvvvv
Prędestinationis signum certissimum,ibidem xxxxxxxxxxxxxxxxxxxxx
Prędestinationis signum certissimum,ibidem yyyyyyyyyyyyyyyyyyyyy
Prędestinationis signum certissimum,ibidem zzzzzzzzzzzzzzzzzzzzz
Prędestinationis signum certissimum,ibidem aaaaaaaaaaaaaaaaaaaaaa
Prędestinationis signum certissimum,ibidem bbbbbbbbbbbbbbbbbbbbbb
Prędestinationis signum certissimum,ibidem cccccccccccccccccccccc
Prędestinationis signum certissimum,ibidem dddddddddddddddddddddd
Prędestinationis signum certissimum,ibidem eeeeeeeeeeeeeeeeeeeeee
Prędestinationis signum certissimum,ibidem ffffffffffffffffffffff
Prędestinationis signum certissimum,ibidem gggggggggggggggggggggg
Prędestinationis signum certissimum,ibidem hhhhhhhhhhhhhhhhhhhhhh
Prędestinationis signum certissimum,ibidem iiiiiiiiiiiiiiiiiiiiii
Prędestinationis signum certissimum,ibidem kkkkkkkkkkkkkkkkkkkkkk
Prędestinationis signum certissimum,ibidem llllllllllllllllllllll
Prędestinationis signum certissimum,ibidem mmmmmmmmmmmmmmmmmmmmm
Prędestinationis signum certissimum,ibidem nnnnnnnnnnnnnnnnnnnnn
Prędestinationis signum certissimum,ibidem ooooooooooooooooooooo
Prędestinationis signum certissimum,ibidem ppppppppppppppppppppp
Prędestinationis signum certissimum,ibidem qqqqqqqqqqqqqqqqqqqqq
Prędestinationis signum certissimum,ibidem rrrrrrrrrrrrrrrrrrrrr
Prędestinationis signum certissimum,ibidem sssssssssssssssssssss
Prędestinationis signum certissimum,ibidem ttttttttttttttttttttt
Prędestinationis signum certissimum,ibidem vvvvvvvvvvvvvvvvvvvvv
Prędestinationis signum certissimum,ibidem xxxxxxxxxxxxxxxxxxxxx
Prędestinationis signum certissimum,ibidem yyyyyyyyyyyyyyyyyyyyy
Prędestinationis signum certissimum,ibidem zzzzzzzzzzzzzzzzzzzzz
Prędestinationis signum certissimum,ibidem aaaaaaaaaaaaaaaaaaaaaa
Prędestinationis signum certissimum,ibidem bbbbbbbbbbbbbbbbbbbbbb
Prędestinationis signum certissimum,ibidem cccccccccccccccccccccc
Prędestinationis signum certissimum,ibidem dddddddddddddddddddddd
Prędestinationis signum certissimum,ibidem eeeeeeeeeeeeeeeeeeeeee
Prędestinationis signum certissimum,ibidem ffffffffffffffffffffff
Prędestinationis signum certissimum,ibidem gggggggggggggggggggggg
Prędestinationis signum certissimum,ibidem hhhhhhhhh

cut ad Iudæos, oſtenditur lib.12.f.219.a b o

Pręceptum nihil à cõſilio differre hæreſis Lutheri, & impugnatur lib.12.f.eodem a b o

Præceptum quid ſit, lib.12.f.220.a o

Pręceptum multipliciter ſumitur, libro 12.fol. 220.d o

Præcepta omnia cum Dei adiutorio implere poteſt homo, lib.12.f.223.b n

Præcepta diuina iugũ ſuaue & onus leue, ibi.c

Præceptum de Dei dilectione ſicut ipſe Deum non diligebat, ſic perperam intellexiſſe oſtenditur ibidem d & quomodo illud præceptum ſit intelligendum optimè declaratur ibidem folio eodem a o

Præceptum eſſe diuinum de ſoluẽdis decimis, oſtenditur lib.5.f.84.c n

Præceptis Eccleſiæ obediendum eſſe oſtenditur, quæ quidẽ expreſſiua & declaratiua ſunt mandatorum Dei. l.libro ſexto folio 93. d o & f.94.n o & folio 113.n

Præcepto de non concupiſcendo quid prohibetur, lib.12.f.224.a n

Præceptũ de ſumptione Euchariſtiæ ſub vtraque ſpecie nullum eſſe datum à Chriſto, oſtenditur contra hæreticos Lutheranos libro ſexto fol. 112.a n

Præceptum nuptiarũ, generaliter & pro omni tempore non fuit datum in illis verbis. Creſcite, & cætera. libro 14.folio 254. a o & folio 255.n o & modò quare non obligat, oſtenditur ibidem a b

Præcepta varia ſunt variéque obligant, ibidem b o

Præparatio ad ſumptionem Euchariſtiæ quænam requiritur, libro 6.folio 108.d o & folio 109. c n

Presbyteri nomine ſæpè in literis ſacris Epiſcopus intelligitur, licet non ſint idem iure, lib.6. f.96.c d n o & f.97.o

Presbyteri quare ſic appellati, libro 6. folio 97.d o

Primatus ſummi Pontificis oſtenditur ex literis ſacris lib.12.f.203.c n

Primo aut primogenitus in ſactis literis non ſemper dicitur per comparationem ad ſecundũ, lib.10.fol.163. d n o

Prouincialia concilia non habere integrũ ius ad quę ſunt fidei iudicandi, erraréque poſſe eiúſque autoritas ad quid ſe extendat, oſtenditur lib.1. folio 12.a b c n o

Procedere ab alio in diuinis quid ſit, libro 5.f. 89.a o

Pronomen demonſtratiuum hoc, in cõſecratione Euchariſtiæ corpus Chriſti verum oſtendit, lib.6.f.104.b o & f.105.n

Probare ſeipſum homo ante Euchariſtię ſumptionem quid ſit, lib.6.f.109.d n

Proximi dilectio qualiter implenda, lib.12.fol. 223.a o

Promiſſione diuina, Si vis ad vitam ingredi ſerua mãdata nullus poteſt eſſe certus de ſua prædeſtinatione, lib.12.f.226.a b n

Promiſit Deus vitam æternam non quacũque mandatorum impletione, ſed pro illa qua finaliter perſeueratur, lib.12.f.eodem a b n

Prudentia carnis quæ ſit, lib.3.f.53. c o

Prophetia lib.12.f.228.c o

Prophetia Danielis de ceſſatione ſacrificiorum explanatur, libro 10.f.172.a b c n o & folio 174.o

Prophetiæ quæ de Chriſti paſſione præceſſerunt, de paſſione in carne loquuntur, lib. 4. folio 73.a n

Prophetas Dei ſpiritu inſpiratos veráque effatos fuiſſe ex literis ſacris, oſtenditur contra hæreticos hoc negantes, lib.12.f.228.o per totum.

Prophetæ quare appellati ſunt videntes, ibidem a

Prophetæ notitiam proximè intuitiuam earũ quæ prædixerunt rerum habuerunt, ibidem b

Prophetarum teſtimonia vnde habent veritatem, lib.1.f.2.d n

Prophetas falſos fugiẽdos pręcepit Chriſtus, lib.1.f.22.c o

Prophetas pſeudos ſurrecturos prędixit Chriſtus, quod iam impletum eſt & in dies impleri videmus, lib.3.f.46.b n

Prophetæ non auſi ſunt populo prædicare, quouſque mandatum de prædicatione à Deo acceperunt tanta eſt dignitas prædicationis: vnde qui ſe prædicationibus ingerunt falſi merito prophetæ cenſendi ſunt, lib.12.f.227.c n

Prophetare quid ſit, oſtenditur libro 13. folio 237.d o

Q

Quæſtio anceps fidei non ad plebem aut ad Reges aut Duces eſt ducenda, ſed ad maiores Eccleſiæ, lib.1.f.9.a o

Quæſtiones aſſiduæ ſcholaſticorum theologorum quomodo ſunt interpretandæ, lib.1. folio 16.d n

R

Racha vox in Euangelio quid innuit, lib.12.f. 210.c d o

Rabbini apud Iudæos qui fuere, oſtenditur li. 13.f.248.d n

Radix hæreſum, cupiditas eſt inanis gloriæ, li. 1.f.16.c o

Radix hæreſum peculiare vitium eſt, in quo à natura quiſque procliuis eſt, libro primo folio 18. a n

Radix omnium malorum cupiditas, ibi.b

Redemptio noſtra per Chriſtum fuiſſe ex literis ſacris oſtenditur lib.4.f.74.a o

Regnum Dei, lib.13.f.231.c n

Regnum Chriſti in hunc mundum temporaliter non eſt futurum, libro 3.folio 54. o & folio 55.n

Regno Dei futuro nullæ prorſus carnales dominabuntur delitiæ, cõtra plures hæreticos, oſtẽditur lib.3.f.55.c d n

Regni cœlorum nomine Eccleſia deſignatur in ſacris literis, lib.6.f.92.c o & f.93.n

Reges malos, aut pſeudo prophetas eſſe à Dei

iussionehæresis est, & conuincitur libro,10. folio 162.c n

Reges malos regnare à sua ipsorum voluntate & ambitione,& non à diuina iussione sacræ testantur literæ,ibid.c d

Reges malos & prælatos malos permittit Deus propter populi peccata,ibidem d

Reges sacrilegos extimandos qui bona Ecclesiarum sibi vsurpare non verentur,libro 6. folio 95.d n

Regula insignis pro literali sacræ scripturæ venando sensu,lib.1.f.5.a n

Regula pulcherrima concilium celebrandi,li. 1.f.9.d o

Regulis Aristotelicis non alliguãda est diuina scriptura,lib.4.f.70.c o

Reliquias sanctorum esse aliqua veneratione dignas,ostenditur lib.13.f.231.a o

Reliquias sanctorum venerandas esse, exemplis scripturę sacræ ostenditur libro 13.fol.232.a n

Religionem aliquam seu institutũ volens laudare,quo pacto laudare debet,ostenditur lib.1.fo. 14.c n

Religiosos ac religiones detrahẽtes qui sint,ostenditur lib.10.fol.180.c o

Relationibus appositis exceptis in diuinis omnia quæ de vna persona dicuntur, dicuntur etiam de aliis,lib.5.f.91.a n o

Remedia contra luxuriam recensentur,li.14.f. 258.b n

Reprobatio & prædestinatio ex mera voluntate proficiscitur diuina,lib.9.f.160.b n

Reprobatio duplex negatiua & positiua, quarum illa nullis de meritis nostris, hæc verò propter demerita nostra,ibid.b

Reproborum omnia peccata esse mortalia & electorum venialia, hæresis est dicere,& conuincitur libro.12.folio.212.a b c o & fol.213.d n

Repromissiones non accepisse sanctos; quomodo intelligitur,cùm quidem sacra scriptura earum plena sit lib.3.fo. 58.d o

Repudium veteris legis in quo differt à diuortio nouæ legis,ostenditur lib.11.f.192.c n

Respublica typum humani corporis gerit, cuius caput rector seu dominus est,lib.11.folio.193. a b n

Responsoria & antiphonæ quę in Ecclesia cãtantur,vnde auspicatæ sunt,ostenditur lib.4.fo.63. b n

Restitutio,libro 13.folio 263.b n

Restitutionem non esse necessariam ad consequendam vitam æternam hæresis est: quæ conuincitur ex literis sacris,contra Erasmum, qui hãc etiam amplexus est sententiam,lib.13.fo.eodem n per totum.

Resurrectio,libro 13.f.eodem n o

Resurrectionem mortuorum non esse futuram hæresis est,& conuincitur ex scriptura ibidem a b

Resurrexisse Christum die sabbati,hæresis est dicere,quæ manifestè conuincitur libro.13. folio 234.c n

Resurrecturos omnes in sexu virili,nullũque sexum fœmineum futurum fore post resurrectionem,hæresis est, & conuincitur lib.13.fol. eodem d n o

Resurrectio prima quæ,lib.3.f.55.b o

Resurrectio autem secunda,quæ etiam sit, ibidem

Resurrexisse Christum propria virtute ostenditur contra Cerinthum hęreticum,libro 4.folio 75.b o

Res eadem in sacris literis aliquando diuersa,aliquando opposita repræsentat, libro1.folio 5.a n

Res plures in sacris literis eandem sortiuntur nomẽclaturam, quam antea aliæ res ex quibus factæ sunt habebant,sic coluber ex virgá appellatur Exod.7.lib.6.fol.105.a n

Reuelatione aliquid esse certum quid dicitur, lib.12.fol.225.d o

S.

Sacerdotes esse omnes Christianos,hæresis est Lutheri, & impugnatur libro 13. folio 235.a n & f. 236.a o

Sacerdotium veteris legis non omnibus sine discrimine creditum fuit,ibidem c

Sacerdotium magna veneratione habendum esse ostenditur libro 13. fol. 235. a n & fol.236.c o

Sacerdotium nouæ legis quãdo fuit initiatum ibidem b

Sacerdotium gentilium sacrilegum & superstitiosum est,ibidem d

Sacerdotis labia scientiam custodire debent,li. 1.f.9.b n o

Sacerdotes ęquales esse Episcopis flagranti ambitione ductus asseruit Arrius,libro primo folio 18.a o

Sacerdos absoluit & remittit peccata per potestatem sibi à Deo collatam,vt ex scriptura patet, & sanctorum testimoniis comprobatur libro.2.f. 26.a b o & f.27.n

Sacerdotis veteris ac nouæ legis assignatur discrimen,ibidem c

Sacerdos nouæ legis longè amplius operatur circa pœnitentiam,quàm olim circa leprosum Sacerdos veteris legis operabatur, ibidem d

Sacerdotes omnes quantum ad culpæ absolutionem,parem habent cum Papa potestatem,non tamen quantum ad pœnæ absolutionem,libro secundo folio 28. a b n & libr.13.f.238.a n

Sacerdotii Euangelicæ legis typum gessit Melchisedech, & prętãtiusesse Sacerdotio legis Mosaicę,ostenditur lib.10.fol.169. c o

Sacerdotis partes quæ,lib.10.fol.180.c d n

Sacerdos veteris legis peculiari vestimento vtebatur,quando sacrificare debebat,libro 11.folio 182.a n

Sacerdotis officiũ,l.12.f.217.c n & li.13.f.236. a o

Sacerdotes moderatas posse habere diuitias contra hæreticos ostenditur lib sexto fol .95. c d n

Sacerdotium & Episcopatus non sunt distincti ordinis,licet in gradibus dignitatis bene distinguantur,lib.6.fol.96.b n

Sacerdotes locum discipulorum Christi tenẽt. ibidem

ibidem c d n o

Sacerdos Eucharistiam conficiens quare sub diuersis speciebus eam sumere tenetur, lib.6.fol. 112.b o

Sacerdotes quare Presbyteri vocantur,hoc est seniores,libro.14.fol.259.o & folio.260.n per totum.

Sacerdotium quomodo Christus perfecit,li.13. fol.234.

Sacerdos per peccatum mortale nõ amittit dignitatem sacerdotalem,contra Lutherum,lib.13.f. 238.b n

Sacerdotem esse coniugatum duobus modis intelligi potest,ibidem c

Sacerdos cœlebs esse debet,vt vetustissima cõsuetudine obseruatum vidimus,ibidem c

Sacerdotem ordinatum nunquam licitum impunè fuisse vxorem sibi matrimonio copulare, ostenditur lib. 13.fol.eod.c d o

Sacerdoris continentia qualis esse debet, ostenditur ibidem c d o

Sacerdotes quando ad sacerdotium promoti fuerunt cælibatum promiserunt. Vnde sequitur, non tam ab Ecclesia,sed præcipuè à Deo sibi prohibitum fuisse vxores ducere,lib.13.fol.241.d o

Sacramentum Baptismi.

Sacramentum pœnitẽtiæ excellit, li.12.fo.217. c d n

Sacramẽto ordinis,vnus ordo est dignitate & potestate maior alio, libro vndecimo fol.202. a n

Sacramẽtalis absolutio actus est iurisdictionis lib.2.fol.28.d n

Sacramenta nullam cõferre gratiam, hæresis Lutheri & conuincitur li.3.fol.43.b o

Sacramenta nouę legis,longè maioris virtutis sunt,quàm sacramenta & sacrificia veteris legis,li. 11.fol.202.d o

Sacramenta quæ imprimunt characterẽ, notãtur li.3.fol.47.n o & li.4.fo.64.b n o quæ nõ iterãtur sicut illa quæ characterem non imprimunt, li. 4.fol.64.a n o

Sacramentum confirmationis non nisi ab Episcopo potest cõferri,libr.4.fol.64.d n gratiamque conferre,lib.4.fol.81.c d n

Sacramentum verum fuit matrimonium Patriarcharum in lege naturæ,lib.11.fol.183.c n o

Sacramentum matrimonii gratiam conferre, ostenditur lib.11.fol.183.a b o & fol.184.n

Sacramentum pœnitentiæ est in prçcepto,li. 12.fol.219.d n

Sacramẽtum Eucharistiæ non maiorem conferre gratiam virtute Sacramenti sumenti sub vna specie,quàm sumenti sub vtraque,ostenditur li.6. fol.112.c d n o

Sacramentum extremæ vnctionis non nisi sacerdos ministrare potest,lib.14.fol.258.a o & fol. 259.b n

Sacramentum non potest Ecclesia instituere, lib. 14.f.258. b n o

Sacramenti extremæ vnctionis materia & minister,& effectus, & decretum super eum concilii Tridentini notatur libro 14. folio 259.per totum.

Satisfactionem esse vnam de partibus pœnitẽtiæ,& necessariam ex literis sacris ostenditur,li.12. f.213.a o & fol.214.b n

Satisfactionis vocabulum vbi inuenitur lib. 12.fol.216.a b n vide & de satisfactione,lib.13.folio 244.a o

Sacrificia semper fuerũt in omni lege lib . 10. folio.168.a b o & fo.169. n & quid sit sacrificium ibidem

Sacrificiorum Iudaicorum cessationem perpetuam Daniel prophetauit,libro decimo folio.172. b n o

Sacrificii natura ostenditur libro 10 . folio 178.d o & fol.179.n

Sacrificia veteris legis quę holocausta dicebãtur,omnia igne comburebantur,ibi.d

Salus æterna acquiri nõ potest sine Baptismo in actu vel voto , quando eius non adest facultas lib.3. fol. 43.b o

Salus spiritualis à Deo nobis collata per lauacrũ regenerationis,lib.3.fol.48.a o

Salus corporalis sæpè confertur per receptionem sacramenti extremæ vnctionis,lib.14.fol.259. b c o

Saluari nullus potest nisi in lege Euangelica,li. 9.fol.157.b n

Satanas quare à Christo fuit Petrus appellatus lib.12.fol.224.b o & fol.225.b c n

Sanctorum reliquias esse venerandas, & eorũ corpora locis honorabilibus collocanda,ostenditur libro decimo tertio folio 231 c d n o & folio 243.n o

Sanctorum dicta quali veneratione habenda,li. 1.fol.10.a b c d o

Sanctorum dicta magnam habent autoritatem lib.1 fol.11.a n

Sãctos nõdum accepisse repromissiones,quomodo intelligitur,lib.3.f.58.d o

Sanctos esse dignos vitæ ęternę scriptura sacra testatur,lib.11.fol.198.a b n

Sanctorum veneration aliquos fuisse dicatos dies vetustissima Ecclesiæ est cõsuetudo,ipsosque orare meritoriũ est , liber decimotertio folio 243. a d o

Sancti pro nobis Deum orantes exaudiuntur, & quare ltbro decimotetrio folio 244.b c d n

Sancti in concionibus quomodo sunt extollẽdi,lib.13.fol.243.o per totum

Sagena missa in mare typum gerit Ecclesiæ,li. 6.fol.92.c o

Sapiẽtia quomodo proficiebat Christus , cum esset ipsa sapientia,lib.4.fol.73.d o

Sapientia potẽtia,benignitas in diuinis personis,omnibus ęqualiter conueniunt,lib.5.folio.91 b c o

Sapientis diligentia,ex Cyrillo notatur libro.1. fol.16.a n

Sensus quadruplex scripturę sacræ quarum literatus efficax est ad hæreticos conuincẽdos,li.1. fol.4.a n o

Sensus mysticus sacræ scripturę aliquando admittitur ad comprobationem alicuius dogmatis, sic Paulus mystico sensu sæpè vsus est,li.1.f.4.b o & lib.10.fol.169.a n o per totum

Sensus literalis quis sit,& quomodo cognosci-

tur,lib.1.fol.5.c d o

Sensus parabolicus intra literalem includi po teſt,lib.1.fol.5.a n

Sensus literales plures eidem literæ acommodari poſſunt,ibidem b

Sensus ſcripturę verus à conciliis & doctoribus deprehenditur, quia non ex contextu literæ, neque grammaticali contextura eſt ſumendus,li. 1.fol.6.d o & fol.7.a b n & li.4.fol.77.a o

Sententia ſanctorum Doctorum de vna re cõcors efficax argumentum eſt ad hæreſim conuincendã,quę quidem pro definitione Eccleſię tenenda eſt,lib.1.fol.11.b c n

Sedes Apoſtolica quid comprehẽdit,quæ quidem errare non poteſt,lib.1.fol.12.a b o

Sepultura,li.13.fol.246.b n

Sepulturæ locus & ſi non profit animę ad gloriam, vel pœnam remittendam, aliam tamen habet neutiquam contemnendam vtilitatem,lib.13. fol.eod.b c d n o

Sepeliẽdi corpora ſemper religio fuit,& quo loco ſepelienda,vetuſtiſſima obſeruatio, ibidem d o

Sepelire corpora iuxta ſanctorum cadauera, optimum fore antiqui cenſuerunt patres, lib.13.f. 246.a o

Silentiam,vide lib.13.fol.eod.a o

Simonia,vide ibidem,b n

Simoniacus quare cenſetur hęreticus,lib.1.f. 1.a o

Simonis nomen quare in Petri nomen à Chriſto mutatur,lib.12.fol.203.c n

Synagoga ſepulta eſt quando Deus ſponſam nouam Eccleſiam ſibi deſponſauit,lib.9.fol,156. d n

Similitudo & imago differunt,li.2.fol.29.d o

Similia vocat ſcriptura ſacra illa quæ ſunt eiuſdem ſpeciei, lib. 4. fol. 70. c o & lib.14.fol.250. c n o

Signum aliquod ſenſibile exterius eſſe in ordinis ſacramento,oſtenditur lib.11.fo.201.c o & f. 202.c n

Signum filii hominis Chriſti crux dicitur, li.2 fol.25.a n

Signo cui nõ adeſt diuina promiſſio de gratię collatione ſacramentum dici non poteſt, li.14.fo. 259.a n o

Signa prædeſtinationis aſſignãtur,lib.12.fol. 227.a n

Solicitudo quæ à Deo hominem ſeparat fugiẽda eſt,hanc etiam prohibet Chriſtus & non laborem,libro ſecundo folio 39.a b o & lib.9.folio 154.a b n

Superbire nõ debet homo in bonis operibus, fugeitaque illam,nam multarum hæreſum etiam parens eſt,libro 11. folio 199.a o & fo.200.a b n & li.1.fol. 18.n o

Subdiaconatum non eſſe ſacramentum cẽſet Hugo deſancto victore libro vndecimo folio 202. a n

Subditi in corpore Eccleſiæ,aurium fungũtur officio,lib.1.fo.9.b n o

Subditi nõ debent iudicare de vita paſtoris,li. 13.fol.248.a o & fol.249.n per totum.

Summum Põtificem in fidei negotio oportet conſulere Cardinales,lib.1.fol.12. b o & 13. n nec nouum articulum poſſe condere,oſtenditur lib.1. fol.13.a b n o

Subſtantia & ſubſiſtẽtia quo pacto differũt, lib.5.fol.86.a o

Suffragia defunctis in purgatorio exiſtẽtibus maximè conferre oſtenditur contra hæreticos,li. 13.fo.249.b n

Scripturæ,& Eccleſiæ definitionibus cõtradicens ſpiritui ſancto contradicit,li primo fo.1.c n

Scripturæ ſacræ in linguam vulgarem tranſlatio parens hæreſum eſt,li.1.fol.21.c n o

Scriptura ſacra nomen cauſæ ſæpè effectui tribuit,lib.3.fo.52.a o

Scriptura ſacra diuinam permiſſionem actionem Dei appellat,lib.10.fol.162.c d n & folio 161. c o

Scriptura ſacra quo pacto ſignificẽt aduerbia hæc,nempè,donec,vſque,primò,lib.10.fol.156. c d o

Scriptura ſacra,vna eademque litera multiplicem patitur intelligentiam, in literali etiã ſenſu, hoc eſt,eadem litera plures habet literales ſenſus li.1.fol.4.n o

Scripturæ ſacræ epiteta,lib.1.fol.2.d n quæ quidem primę innititur veritati,quapropter falſa eſſe nequit,ibid.c

Scripturam ſacram velle conuincere eſſe veracem rationibus naturalibus,ſumma demẽtia,ibi. fol.2.a n

Sripturæ ſacræ ſenſus myſticus adnititur ſæpè ad confirmationem alicuius dogmatis,ſic Paulus facit,lib.1.f.c b n

Scripturæ ſacræ ſenſus literalis eſt efficax ad hæreſes conuincendas,ibid.

Scripturæ ſacræ non pro vnius cuiuſque arbitrio interpretandæ,ſed ab ipſa Eccleſia,à conciliis,à Doctoribus ſanctis ſenſus petẽdus eſt,li.1.fo. 6.n o

Scriptura ſacra plura recitat eſſe inuenta, quæ tamen nunquam fuerunt quæſita. Cuius quidem mos maximè notandus eſt, li.2.fol.33.c d n & f.34. c o & fol.35.& Aduerte etiam plenã eſſe metaphoris,lib.2.fol.36.c

Scriprura ſacra teſtatur plures in hac vita Deum vidiſſe & quomodo intelligitur,lib.3.fol.54. d n

Scriptura ſacra quos nouit ſecundum carnem viuere,homines appellat,lib.3.fol.54.a n

Scriptura ſacra ſæpè illud appellat nihil,quod non eſt meritorium vitæ æternæ,libro nono fol. 159.c d o

Scriptura fratres appellat,qui ſanguine iuncti ſunt,lib.10.fol.163.d n o

Scripturę ſacræ litera qua recitat, plures viros plures habuiſſe vxores quo pacto intelligenda eſt lib.11.fol.186.d n o

Scriptura nulla cuiuſlibet hominis docti & ſãcti eſt efficax ad hæreſim conuincendam,niſi id conſtiterit & literis ſacris & Eccleſiæ definitionibus,li.1.fol.10.b n

Scripturæ alicuius ſancti viri & docti approbatio per ſedem Apoſtolicam,vt fuit doctrina Alexandri

xandri Alenſis, & ſancti Thomæ Aquinatis, quæ ſit & ad quid talis approbatio ſe extẽdat, notatur lib.1.fol.10. & f.11.a n

Scriptura ſacra quare mittit nos ad alios vt ab eis doceamur, lib.1.fol.12.b o

Scriptura ſacra in negotio fidei nõ eſt iudex, ſed teſtis perſonã agit, libro quarto folio 76.b n

Scriptura ſacra non vulgari lingua traducẽda, & ſcripturæ & ſanctorum oſtenditur teſtimoniis lib.1.fol.21.c d n o

Senſus verò illius vnde ſæpè pendeat, oſtenditur lib.3.fol.42.b n

Scriptura ſacra non arctãda regulis Ariſtotelicis, lib.4.fol.70.c o

Scriptura ſacra ſæpè loquens de redditione glorię, nomine retributionis vtitur, lib.11.fol.197. b o

Scriptura ſacra quate Deo tribuit corporea membra, cum nihil minus, lib.5.fol.86.a n

Scripturæ ſacræ loca, quibus iuſtificationem ſoli fidei tribuere videtur, quomodo intelligenda ſunt lib.7.fol.134.n per totum.

Scientiam exquirit Deus à ſacerdotibus, li.1. fol.9.a b n o

Scientia ex modo tendendi in obiectum certior eſt fide, lib.7.fol.136.c n o vide etiam de Sciẽtia, lib.13.fol.246.d n

Schiſma abſque errore intellectus non eſt hæreſis, quare verò Schiſmaticus appellatur hæreticus, vide lib.1.fol.14.a o

Schiſmaticus ex ſolo Schiſmate non eſt cẽſendus hæreticus: in quo verò Schiſma ab hęreſi differat, vide ibid.a

Schiſma olim per quadrãginta annos in Eccleſia Dei, ibid.b

Scribæ apud Iudæos qui fuere, lib. 13.fol.248. d n

Spe vitæ ęternę opera facta eſſe bona ex ſacris literis oſtenditur, lib.13.fol.247.d o

Spes illorum vana eſt qui ſine meritis ſperant vitam ęternam, libro decimotertio folio 247. a b n o

Spes quid ſit ex beato Anſelmo, lib.13.fol.eodem d o

Spes noſtra licet ex Chriſti meritis præcipuè procedat, etiam ex noſtris procedere debere, oſtenditur libro decimotertio folio eodem per totum.

Species per formas ſubſtantiales diſtinguitur lib.2.fol.34.a n

Species panis in Euchariſtia totum Chriſtum viuum cum ſanguine continent, ſicut ſpecies vini totum etiam Chriſtum cum corpore viuo cõtinent, lib.6.fol.112.b n o

Species panis in Euchariſtia licet totum Chriſtum contineant, ſolum tamen corpus ſignificant, ſicut vini ſpecies ſolum ſanguinẽ repræſentat, lib.6.fol.113.d n

Spiraculum ſpiratum à Deo in Adam an fuit ipſa anima, libro ſecundo folio trigeſimoquarto a n o

Spiritus nominis multiplex acceptio in ſacris literis, lib.2.f.34.n o

Spiritum ſanctum aſſiſtere cõcilio generali ritè congregato, oſtenditur libro quarto folio 76. d o

Spiritum ſanctum habere eandem æqualitatem & eandem ſubſtantiam cum patre & filio, oſtenditur ex literis ſacris libro quinto folio 90. a n

Spiritum ſanctum procedere à patre & filio oſtenditur ex ſcriptura ſacra ibidem b. & non eſſe animam mundi contra Abailardum hæreticum ex literis ſacris oſtenditur ibidem d o

Spiritum viuificare, carnem verò nihil prodeſſe quomodo intelligitur, libro nono folio 112. d o

Spiritus ſanctus quare in die reſurrectionis datur Apoſtolis, libro 13.fol.235.b n

Spiritualia non ſunt precio vendẽda vt ſimonię vitium declinetur, & quia gratis recepta ſunt, gratis elargienda eſſe debent, libro 13.folio.247. n per totum.

Status tres inuenti ab Abbate Ioachimo impugnantur, libro ſecuudo, fol.38.a o per totum.

Stellam ab ſtella in claritate differre quomodo intelligitur, lib.3.fol.60.d n

Studia generalia valde neceſſaria in Dei Eccſia, libro 13.fol. 48.c d n

Stephanus pro perſecutoribus veniam deprecatur, lib.13.fol.243.a b o

Satus virginitatis ſiue continentiæ angelica nuncupatur vita, libro decimoquarto fol.256.c o

T.

Tributum ſoluere quare Chriſtus potius præcepit Petro, quàm alicui alij apoſtolo, lib.12.f 203.d o & f.204.a n

Tributa non debere ſoluere ſacerdotes ex facto Pharaonis conſtat, libro decimotertio folio 235.d o

Tempus à quo Concilia celebrari cœperũt, notatur lib.1.fol.9.a o

Teſtimonium, vt nos cogat ad alicui rei fidem præſtandam, quale oporteat eſſe, libro primo fo. 10.b n

Teſtes tres ſunt qui reddunt teſtimonium animam à ſordibus peccatorum eſſe abſolutam & quomodo, lib.3.fol.48.c o

Teſtamentum eſſe ſanguinem Chriſti quomodo intelligẽdum, libro decimo f.177.a o & 178.b n

Teſtamentum vtrunque ab vno eſſe Deo ex literis ſacris oſtenditur contra Manichæum, li.5.f. 85.c n

Teſtamẽtum æternum quare appellatur Euãgelium, li.6.fol.98.d n

Teſtamenti vtriuſque Narrantur excellentię, li. 6.fol.99.a n

Tenebræ appellãtur peccata in ſacris literis, lux vero, opera bona, lib.11.fol.193.c o

Templum ſanctum corpus Domini eſt, lib.2. fol.26.b n

Templorum fabricatio maximè placet Deo, lib. 14.fol.250.a n

Templum deputandum ad adorandum & ad ſacrificia Deo offerenda vetuſtiſſima fuit conſue-

tudo,ibidem.d o

Tẽratio tribus modis agitur,li. 12.f.100.d vide etiam li.14.fol.eodem d o

Tentationis qua primi parẽtes tentati sunt describitur ordo,li.14.fol.250.b o

Tentationum varia genera,ibi.c n o

Terram non esse Deo coæternam,contra hæreticos ex literis sacris ostenditur,lib.14.fol.251.d n

Terra & cœlum quo pacto mutabuntur, li.10. fol.181.b o

Traditiones Ecclesię vniuersalis eiusdem sunt autoritatis cum literis sacris,quamuis in ipsis non contineatur,lib.1.fol.6.a o & fol.7.b o & fol.9.d o

Traditio de Adoratione,notatur lib.1.fol.7.c o

Traditio de perpetua virginitate virginis Mariæ,ibid.lib.1.fol.8.a n

Traditio Ecclesiæ de crucis adoratione, feria sexta parasceue,li.2.f.24.a o

Translatio sacrarum literarum in linguam vulgarem,hæresum origo est,li.1.fol.21.c n

Tertullianum,beatus Augustinus ab Hæreseos macula,conatur liberare in hoc quod dixit Deum habere corpus,lib.5.fol.85.a o

Trinitas in diuinis personis ex literis sacris ostenditur libro quinto fol.86.a b o & fol.87. per totum,

Timor domini, multiplex est,libro quarto fol. 75.c n

Timoris Domini spiritus in Christo etiam requieuit,ibidem d

Timor seruilis qualis,li.4.fol.82.a o

Timorem Dei seruilem esse inutilem & noxium, hæresis est Lutheri & conuincitur li.14.f.251. a n

Timor seruilis vnde oritur & à quibus causis generetur,lib.14.fol.eodem b n o

Timori seruili adaptatur parabola de rege volente rationem ponere cum seruis,ibidem b

Timorem seruilem esse bonum ostenditur ex literis sacris,ibidem b per totum.&.251.a o & fol. 252.b n

Timor castus quid sit,libro decimoquarto fo. eodem c n

Timorem Dei permanere in futuro seculo ostenditur, vbi Angelos Deum timere ostenditur, ibidem d

Timoris nomine,ipsa reuerentia appellatur in sacris literis,ibidem d

Timor duplex,li.14.fol.eodem a n o

Tyrannus quis sit dicendus,lib.14. fol.eodem a n o

Tyrãnum occidere autoritate propria nõ licet vasallo,vide occidere.

Tribulationibus probatus spẽ habet vitæ æternæ,li.13.fol.247.d o

Tribulationum duplex genus,ibid.d

Theophilactus,super illud ad Hebræos 11. Et hi omnes testimonio fidei probati,& cęte.& super illud Lucæ.23.Hodie mecum eris in paradiso,cautè legendus est & attentè,libro tertio folio quinquagesimo septimo d o.

Thomæ de Aquino sententiæ non aquiescens minimè(vt aliqui dicunt) de hęresi suspectus censendus est,li.1.fol.10.a n o

Thomas Apostolus, de Christi resurrectione dubius fuit,lib.1.f.15.b o

Thomas Apostolus, licet non erat cum reliquis Apostolis quando venit Iesus, nihilominus potestatem tunc recepit remittendi peccata sicut & cæteri,libro decimotertio folio 235.a b o & folio 236. n o

Thomæ Aquinatis dictum,quo insinuare videtur legem de vnitate vxoris non esse expressam in literis sacris,quomodo intelligi debet,li.11.fol. 186.a n

Theologorum assiduæ quæstiones quomodo intelligendę,lib.1.fol.16.d n

Theologi scholastici perperam allegant locum Ioannis,Hęc est vita æterna, & cæt.ad probãdum præcipuam beatitudinis partem esse Dei visionẽ minorem ante dilectionem,cum nihil minus,li.3. fol.56.a o

Turcas debellare ęquissimum est,lib.3. fol. 6. a b n o

V.

Vasa sanctuarii venerãda sunt,li.13.fo.235.a b n

Vasa facere Deum in contumeliã, nempè homines damnandos,quo pacto intelligitur, li.10.f. 161.b c d n o

Valentinum cõsequutum fuisse gratiam sine baptismo in actu,beatus fatetur Ambrosius,li.3.f. 51.c n

Venire ad Deum quid sit, li. 3.fol. 43. c o

Veritas omnis non appellatur fides,lib.1. fol. 1.b o

Veritas aliqua quod sit catholica vnde proueniat,lib.1.fol.13.b o

Veritas quid sit,lib.10.fol.165.a n

Verum occultare sæpè licitum est,mendacium vero dicere nunquam,lib.10.fol.165.c n & li.14.f. 252.b o

Verum occultare & falsum dicere maximè differunt,ibid.c o

Verba consecrationis Euchatistiæ perperam exponunt hęretici, lib.sexto folio 101. n o &104. o &.fol.105.n

Verba cõsecrationis Eucharistiæ non figuratiuè sunt intelligenda,105.c n

Verbum substantiuum,est,non debet in verbis consecrationis exponi per hoc verbum, significat li.6.fol.101.c d o

Verbum Dei qualiter est cibus animæ,lib.6.f. 102.a o

Verba consecrationis Eucharistiæ explanantur catholicè,li.6.fol.102.b o

Verbum Dei multis modis contigit,vt contemnatur,li.6.fol.227.b o

Vesci carnibus licere ex literis sacris cõstat,li 4.fol.65.n d o

Vestimento peculiari vtebantur sacerdotes veteris legis cum offerre debebant,libro vndecimo,fol.182.a n

Veterem legem non esse seruandã iuxta omnia illius prẽcepta simul cum noua conuincitur ex sa-

ex ſacris literis,li.9.f.156.n per totum
Vnum baptiſma ſicut vna Chriſti mors debet eſſe,libro 3.fo.47.d n
Videre Deum neminem poſſe quomodo intel ligitur,libro 3.fol.57.d n
Vidiſſe Deum plures teſtatur ſcriptura,&quomodo,ibidem d
Videre faciem Dei quo pacto angeli deſiderãt, lib.3.f.45.a b n o
Viduam emiſſo voto continentiæ,ſi nubat,dãnationem habere, vt Paulus air,quomodo intelligitur,li.14.f.261.a b c d
Vniuerſitas ſiue Academia non habet poteſtatem de hęreſi iudicandi,ita quod eius cenſuræ omnes obtemperare teneantur, libro primo folio 12. b n
Vineæ laboratores in Euangelio circa ſolutionem mercedis pares factos quomodo intelligitur, lib.3.f.60.b c n o
Vinculum matrimonii non ſoluitur pro coniugum arbitrio etiam ſi ſit in cauſa adulterium,libr. 11.f.186.d n o & f.187.a o
Vindictæ appetitus prohibitus eſt lege diuina, li.12.f.220.c n o
Vinum temperatè bibere non eſt malum, ſed bonum eſſe oſtenditur contra hæreticos hoc negãtes,lib.14.fo.253.d n o
Viæ Dei quæ ſint,oſtenditur libro ſecundo folio 33.c o
Violentia volenti res tuas rapere licitum eſt reſiſtere,li.3.f.61.a n
Vita præſens in ſacris literis dies appellatur,li. 12.f.230.c n
Vitam æternam mereri per bona opera quomodo,intelligitur libro vndecimo,folio 198.d o & fo. 199.d n
Vita æterna ſolum finaliter bene perſeuerantibus promittitur,lib.12.f.226.b n
Viuere legi quid ſit,oſtenditur libro 6.folio 99. b n
Viri nomine ſacra ſcriptura & maſculũ & fœminam ſæpè intelligit,libro decimo tertio, folio 234.a o
Vir ſimplex & ſanctus aliquando nunciat veriora,quàm vir doctus & circunſpectus,lib.1.f.17. d o
Virum perfectum non debere manibus laborare hæreſis eſt,& conuincitur libro nono, fol.153. a b n
Vir quomodo debet diligere vxorem,lib.11.fo. 183.d n
Virum & vxorem æqualem & mutuam habere inter ſe corporum ſuorum poteſtatem, oſtenditur libro 11.folio 184.a o & f.185.a b n
Virum eſſe caput mulieris quomodo intelligitur,lib.11.f.189.c n
Virgo ſemel emiſſo virginitatis voto ſi nubat, damnationem incurrere ait Paulus, libro 14. folio 260.c o & f.261.d n committit ibidem
Virginitatem perpetuam cuſtodiſſe virginem Mariam:vide Maria.
Virginitas commendatur à Chriſto:maioris enim meriti exiſtimat,quàm coniugium,lib.14.fol. 253.b o per totum & plura de virginitate vide ibidem,li.14.f.254.a o & f.255.b c o
Virginitatem ſiue caſtitatem eſſe impoſsibile ſeruare,hæreſis eſt Lutheranorum,qui nunquam eam nouerunt,libro decimoquarto f.256.
Virginitas vel continentia cum Dei auxilio faciliter obſeruatur,ibid.b
Virginitas præſtantior eſt mattimonio, lib. 13.f. 239.a b o & folio 240.n o & libro 14. folio 254. & 255.
Vti carnis concupiſcentia, non eſt qui à carne tentatur,ſed illi ſolum vti dicuntur,qui à carnis cõcupiſcentia ſuperantur & proſternuntur, libro 13. f.239.a n
Virtutes ad virginitatis & continentiæ cuſtodiã plures requiruntur,&quæ,libro decimoquarto fo. 254.b c n o
Virtutis obiectum eſt bonum difficile, libro decimoquarto folio 255.c n & acquiritur,lib.14.folio 256.d n o
Vim ſeu virtutem baptiſmi variis maculare hæreſibus moliuntur hæretici, libro tertio, folio 43. a n
Vſque aduerbium in ſacris literis quomodo ſignificet,oſtenditur li.10.f.162.c o
Vſuras petere ab alieno permiſſum fuit Iudæis ob ſuam ipſorum ingentem cupiditatum voraginem,libro decimoquarto, folio 265.a o & eas eſſe peccatum ex literis ſacris oſtenditur,ibid.b
Vocationem noſtram certam facere per bona opera ſatagere debemus, libro ſeptimo folio 136. d o
Votum ſemel emiſſum perpetuò ſeruandum eſſe ex literis ſacris, oſtenditur libro decimoquarto 260.d a n o
Votum teſtimoniis ſanctorum,&definitionibus conciliorum comprobatur,li.14.f.261.a b n o & f. 262.n per totum
Vota tria nempè caſtitatis, paupertatis, & obedientiæ tribus mundi concupiſcẽtiis aduerſantur, ibid.f.262.c n
Voti emiſſi adimpletio ex iure diuino eſt,lib.14. f.264.d n o
Vouere poteſt homo quod Deus non præcepit contra Lutheranos,dicentes nihil poſſe vouere niſi quod à Deo præceptum eſt,libro 14. folio 264.o & fo.265.a per totum
Voluntas quando pro facto reputanda meretur, li.3.f.51.a b n
Voluntarium à neceſſario diſtinguit Paulus,lib. 9.f.158.b c n o
Voluntates duas habere Chriſtum, oſtenditur li.4.f.73.b o
Vxorum pluralitas iure diuino eſt prohibita, li. 11.f.187.b n
Vxor quomodo diligenda eſt à viro ſuo,lib.11.f. 183.d n
Vxores duas licitum eſſe mattimonio copulari ſibi & copulatas ſimul habere, hæreſis eſt dicere, lib.11.f.184.b n o & conuincitur,ibiddm
Vxorem & virum mutuam & æqualem inter ſe ſuorum corporum habere poteſtatem, oſtenditur ibid,a
Vxores plures habuerunt patriarchæ Abraham & Iacob,&c.& quare,lib.11.f.186.b n
Vxores plures habuerunt homines in lege veteri cuius intelligentiam vide li.11.f.186.d n o

Vxorem non dimittendam fore etiam propter fornicationis cauſam teſtimoniis ſcripturæ & ſanctorum,oſtenditur libro vndecimo,folio 189,o per totum

Vxor & vir pares ſunt in cauſa diuortii,libro vndecimo,folio 188.a b n o & folio 189.per totum

Vxorem dimittendi ob fornicationem, continentiam perpetuò ſeruare (vel vxori reconcilietur) non debet eſſe durum,lib.vndecimo folio 191.c o

Vxorem repudianti in veteri lege non licebat abſque peccato aliam ducere, licet permittebatur ob eorum duritiam,ibidem b

Vxorem dimittendi quo ad thorum plures poſſunt concurrere cauſæ,li.11.f.190.

Vulgus parabolas ſcripturæ ſacræ & metaphoras quibus plena eſt intelligere non valet,ideo ſcriptura ſuo idiomate minimè tradenda eſt, libro 1. folio 21. a o

Z

Zelus indiſcretus parens hæreſum eſt,libro 1.folio 19. a o

Zelus indiſcretus Lutheri, quo inuehit in clerum & monachatum quomodo obuiandus erat, libro 1.folio 20.b n

Zelus virorum bonorum Deo rem perditam curandam committit,libro 1.folio 20.b c n

Zizaniæ parabola declaratur, libro primo,folio 20.c o

FINIS.

INDEX HAERETICORVM

OMNIVM QVORVM HAERESES IN HOC opere recenſentur, per quem indicem quilibet facillimè reperire poterit cuiuſlibet hæretici rationem, ita videlicet, vt ſciat quiſnam fuerit hæreticus ille, & quot, qualéſque hæreſes docuerit.

Achatius, in titulo de Deo, hæreſi 6.
Acephali, tit. de Chriſto, hæreſi 4.
Adamiani, titulo de nuditate, hære. 1. & tit. de nuptiis, hæreſi prima.
Adamitæ, tit. de coitu, hæreſi 1.
Adelphius, titulo de baptiſmo, hære. 4. & titulo de oratione, hæreſi 1.
Aërius, titulo de cibo, hæreſi prima: & titulo de epiſcopo, hæ. 1. & tit. de ieiunio, hære. 3. & titu. de nuptiis, hæreſi 1. & titulo de ſacerdotio, hæreſi prima.
Aëtius, titulo de Deo, hæreſi 6. & titulo de peccato, hæreſi 5.
Albanenſes, titulo de anima, hæreſi octaua, & tit. de baſptiſmo, hæreſi 4. & titu. de Deo, hæreſi prima: titulo de inferno, hęreſi prima, & titulo de iudicio, hæreſi ſecunda: & titulo de iuramento, hæreſi prima: & titulo de libertate arbitrij, hæreſi prima: & titulo de mundo, hær. 1. & 2. & titulo de peccato, hæreſi 1. & tit. de præſcientia, hæreſi 1. & 3. & tit. de reſurrectione, hæreſi prima: & titulo de ſcriptura ſacra, hæreſi prima.
Albigenſes, titulo de anima, hæreſi ſeptima: & tit. de baptiſmo, hær. quarta: & titulo de cibo, hær. prima: & tit. de Deo, hæreſi prima: & titulo de reſurrectione, hæreſi prima.
Almaricus, titulo de Adam & Eua, hæreſi tertia, & titulo de beatitudine, hæreſi prima, & titulo de euchariſtia, hæreſi quarta: & titulo de inferno, hæreſi prima: & titulo de reſurrectione, hæreſi prima.
Alogiani, titulo de Deo, hæreſi 7. & titulo de ſcriptura ſacra, hæreſi 8.
Anabaptiſtæ, titulo de baptiſmo, hæreſi quinta.
Andiani, titulo de anima, hære. quarta.
Andreas Oſiander, titulo de Miſſa, hæreſi ſecunda.
Angelici, titu. de idololatria, hæræſi prima.
Antidicomaritæ, titulo de Maria virgine, hæreſi prima.
Antthropomorphitæ, tit. de Deo, hæreſi 2. & tit. de eccleſia, hæreſi 4. & titu. de imagine, hæreſi 1. & tit. de paſcha, hæreſi prima.
Appelles, titu. de Chriſto, hæreſi ſecunda, & 12. & titulo de Deo, hæreſi 1. & titulo de prophetis, hæreſi prima, & tit. de reſurrectione, hæreſi 1.
Apocaritæ, titulo de anima, hæreſi 3.
Apollinaris, titulo de Chriſto hæreſi 2. & 3.
Apoſtolici, titulo de apoſtolis, hæreſi ſecunda: & titulo de iuramento, hæreſi ſecunda: & titu. de paupertate, hæreſi 1: & titulo de purgatorio, hære. 1.
Aquarij, tit. de Euchariſtia, hæreſi 6.
Armachanus, titulo de ſacerdotio, hæreſi 5.
Arabici, titulo de animo, hæreſi 6.
Armeni, titulo de Adam & Eua, hære. tertia: & ti. de baptiſmo, hæreſi 4. & 5. & 6. & 8. & titulo de beatitudine, hæreſi 1. & 6. & tit. de Deo, hære. 3. & 12. & titu. de Euchariſtia hæreſi 2. & 4. & 7. & 8. & titulo de inferno, hæreſi. 2. & tit. de iudicio, hæreſi 4. & titulo de nupt. hæreſi 3. & 4. & titulo de papa, hæreſi 1. & titulo de peccato, hęr. 1. & 2. & 3. & 8. & titulo de purgatorio, hæreſi 1. & titulo de reſurrectione, hær. 4. & 5. titu. de ſacramentis, hære. 1.
Archontici. tit. de mundo, hær. 3. & titu. de reſurrectione, hæreſi 1.
Arnoldus Brixienſis, titu. de beatitudine, hæreſi 1.
Arrius, ti. de Chriſto, hæ. 3. & ti. de Deo, hę. 6. & 10.
Artemon, titu. de Chriſto, hæreſi prima.
Auſentius, titulo de virginitate, hæreſi prima.

Baiolenſes, tit. de iuramento, hæreſi 1.
Balthaſar, titulo de baptiſmo, hæreſi 5. & titulo imaginibus, hær. 1.
Bardeſanes, titulo de fato, hære. 1. & titulo de libertate arbitrij, hæreſi prima.
Baſilides, titulo de Chriſto, hæreſi 7. & tit. de martyrio, hęreſi 1. & titulo de reſurrectione, hære. 1. & tit. de virginitate, hæreſi prima.
Baſſus, titu. de Chriſto, hære. 8.
Begardi & Beguinæ, titulo de beatitudine, hær. 4. & 5. & titulo de coitu, hęre. 3. & titulo de eccle. hæreſi 3. & ti. de ieiunio, hæreſi 3. & titulo de obedientia, hæreſi 1. titulo de operibus, hęreſi 3. & titulo de peccato, hęreſi nona.
Berengarius, titulo de Euchariſtia, hęreſi quarta.
Blaſtus, tit. de malo, hære. 1. & tit. de paſcha, hęr. 1.
Bohemi, ti. de Euchari. hęr. vl. & ti. de ſanctis, hę. 1.
Borboriani, titulo de iudicio, hęr. 1.
Brachitę, titulo de anima, hęreſi 4.
Bugaurius de monte falcone, titulo de ope, hęre. 2.

Caiani, tit. de idolola. hę. 1. & ti. de Iuda, hę. 1. & ti. de lege, hę. 2. & ti. de reſurrectio. hęre. 1.
Caldęi, titulo de Iuda, hęreſi prima.
Carol. titulo de Imag. hęreſi 1.
Carpocratitę ſiue Carpocratiani, titulo de Chriſto, hę. 1. & ti. de mũdo, hę. 3. & ti. de reſurrectione, hęreſi 1. & ti. de ſcriptura ſacra, hæreſi prima.
Cathari, qui & Nouatiani, vide in dictione Nouatiani.
Catharialij, ſiue Catharistæ, titulo de cibo, hæreſi prima: & titulo de Euchariſtia, hæreſi 1. & titu. de iuramento, hæ. 1. & tit. de ſacramentis, hær. 1.
Cataphryges vel Cataphrygi, titulo de baptiſmo.

hæresi 2.& 3.& titulo de nuptiis, hæresi 2.
Celestinus, titulo de gratia, hæresi prima.
Cerdon, tit. de Christo, hære. 2.& tit. de Deo, hær. 1.& tit. de lege, hæresi 2. titu. de malo, hære. 2.& tit. de scriptura sacra. hæresi 1.& 3.
Circuitores, titulo de martyrio, hæresi 3.
Circuncelliones, titulo de ecclesia, hæresi 1.& titu. de martyrio, hæresi 3.
Claudius Taurinensis, titu. de Adoratione, hæresi 1.& tit. de baptismo hæresi 6.
Cerinthus, titulo de beatitudine, hæresi 2.& titulo de Christo, hæresi 1.& titulo de lege, hæresi prima, & titulo de mundo, hæresi 3.& titu. de scriptura sacra, hær. 4.& 5.
Coluthiani, titulo de malo, hær. 3.
Constantinus quintus Imperator Constantinopolitanus, tit. de imaginibus hær. 1.
Constantinus sextus imperator, titulo de imaginibus, hær. 1.
Cozocenses, tit. de iuramento, hær. 1.
Cyprianus, tit. de baptismo, hær. 5.

DAdœs, titu. de baptismo, hær. 4.
Decartitæ, titu. de anima, hæresi 4.
Desiderius Longobardus, titulo de paupertate, hæresi 3.
Dioscorus, titulo de Christo, hæresi 4.
Diotrephes, titu. de peregrino, hæresi 1.
Discalceati, titulo de calceamento, hæresi 1.
Donatistæ, tit. de baptismo, hære. 5.& titulo de ecclesia, hæresi 1.

EBion, à quo Ebionitæ, titulo de Christo, hæresi 1.& titulo de lege, hæresi prima, & titulo de scriptura sacra, hæresi 4.& 6.
Elcesei, siue Elcesaitæ, titulo de lege, hæresi prima, & titulo de martyrio, hæresi 1. titu. de scriptura sacra, hæresi sexta.
Eluidius, tit. de Maria virgine, hæresi prima, & tit. de virginitate, hæresi prima.
Encratitę, vide in dictione Tatianus. Nam Encratitarum princeps fuit Tatianus.
Ermigildus, titulo de Deo, hæresi 6.
Euchitæ & Enthusiastæ, vide in dictione Messaliani.
Eunomius, titulo de Deo, hæresi 6.& 10.& titulo de fide, hæresi 2.
Eustachius, titulo de sanctis, hæresi 1.& titulo de templo, hæresi 1.
Eutyches, titulo de Christo, hæresi 4.
Eutyches, titulo de resurrectione hæresi secunda.

FAustus, titulo de anima, hæresi quarta.
Felix, titulo de anima, hæresi 4.& titulo de imaginibus, hæresi prima.
Felix alius, titulo de virginitate, hær. prima:
Felix alius, titulo de terra hæresi 1.
Felicianus, titulo de Deo, hæresi 6.
Flagellantes, titulo de aqua, hæresi secunda, & titulo de baptismo, hæresi nona: & titulo de Euangelio, hæresi prima: & titulo de iuramento, hæresi secunda.
Florinus, à quo Floriani, titulo de coitu, hæresi prima, & titulo de iudicio, hæresi prima, & titulo de malo, hæresi prima.

GEminator, titulo de virginitate, hæresi prima.
Genialis, titulo de virginitate, hæresi prima.
Gnostici, titulo de anima hæresi tertia, & titulo de bestiis, hæresi prima, & titulo de creatura, hæresi prima, & titulo de Deo, hæresi prima, & titulo de iudicio, hæresi prima, & titulo de malo, hæresi secunda.
Gothi, titulo de Deo, hæresi sexta.
Græci, titulo de beatitudine, hæresi sexta: & titulo de cibis, hæresi prima, & titulo de coitu hæresi prima, & titulo de Deo, hæresi duodecima & titulo de Eucharistia, hæresi secunda, & septima & nona & 11.& 12.& titulo de inimicis, hæresi prima, & titulo de nuptiis, hæresi secunda & quarta, & titulo de papa, hæresi secunda, & titulo de purgatorio, hæresi prima, & titulo de restitutione, hæresi prima, & titulo de sufftragiis, hæresi prima, titulo de vnctione extrema, hæresi prima: & titulo de vsura, hæresi prima.
Gulielmus Antuerpiensis, titulo de paupertate, hæresi secunda.
Gulielmus de sancto amore. Vide infra in dictione Vvillelmus.

HEraclionitæ, titulo de vnctione extrema, hæresi prima.
Heliognosti, titulo de idololatria, hæresi prima.
Hermanus Rissuich, titulo de angelis hæresi prima, titulo de anima, hæresi sexta, & titulo de inferno, hæresi prima, & titulo de mundo, hæresi prima.
Henricus, titulo de baptismo, hæresi 5.
Hermias, titulo de anima, hæresi quarta, & titulo de baptismo hæresi prima & quarta, titu. de malo, hæresi prima, & titulo de mundo, hæresi prima.
Hilarius titulo de cantu, hæresi prima.
Hymenæus, titulo de resurrectione, hæresi prima.
Hierachitæ, titulo de resurrectione, hæresi prima.

IAcobellus, titulo de Eucharistia, hæresi vltima.
Iacobitæ, titulo de confessione, hæresi 1.
Ianuarius, titulo de virginitate, hæresi prima.
Ignoitæ, titulo de Deo, hæresi octaua.
Ingeniosus, titulo de virginitate, hæresi prima.
Ioachim Abbas, in titulo de Apostolis, hæresi prima, & titulo de Euangelio, hæresi secunda.
Ioannes Brentius, titulo de baptismo, hæresi vndecima.
Ioannes Caluinus, titulo de missa, hæresi secunda: titulo de operibus, hæresi quarta, titulo de peccato, hæresi decima, & vndecima, titulo de præcepto, hæresi secunda, titulo de sacerdotio, hæresi quarta, titulo de gratia, hæresi tertia, titulo de virginitate hæresi prima, titulo de voto, hæresi prima & secunda.
Ioannes Oecolampadius, titulo de oratione, hæresi secunda, & titulo de bello, hæresi prima, & titulo de Eucharistia, hæresi quarta, & titulo de

titulo de libertate arbitrii, hæresi 1. & titulo de sanctis, hæresi prima.
Ioannes Husſ, titulo de Ecclesia, hæ. 1. & ti. de Eucharistia, hær. vltima, & titulo de excõmunicatione, hære. 1. & titu. de oratione, hær. 3. & tit. de papa, hære. 1. & tit. de potestate, hær. 1. & titu. de prædestinatione, hær. 1. & tit. de prædicatione, hær. 1. & titu. de sanctis, hære. 1.
Ioannes de Rocsesana, titulo de ecclesia, hære. 1.
Ioannes Spamgebergus, titu. de operibus, hæresi. 4. tit. de præceptis, hæresi 3. titu. de fide, hæresi prima, titulo de gratia, hæresi tertia.
Ioannes de Vvesalia, titulo de aqua, hæ. 2. & tit. de ecclesia, hær. 2. & 3.
Ioannes Vvicleph, titulo de adoratione hæresi, prima, & titulo de baptismo, hæresi 7. titulo de benedictione, hæresi prima, titulo de cantu, hęresi 1. tit. de cõfessione, hę. 1. tit. de cõfirmatione, hęre. prima, tit. de decimis, hæresi prima, & tit. de ecclesia, hæresi 3. & 4. & titulo de eleemosyna, hæresi 1. & titulo de episcopis, hæresi 1. & 2. & titulo de eucharistia, hæresi 4. & 5. tit. de excommunicatione, hæresi 1. titulo de exorcismo, hær. 1. titulo de futuro contingente, hære. 1. titulo de horis canonicis, hæresi 1. tit. de ieiunio, hæresi 1. & 2. titulo de imaginibus, hæresi 1. titulo de indulgentiis, hæresi prima, titulo de labore, hæ. 2. titulo de libertate arbitr. hære. prima, titulo de mendicitate, hæresi 1. titu. de missa, hær. prima, titulo de monachatu, hær. 1. tit. de oratione, hæ. 3. & 4. titulo de Papa, hæresi prima, titu. de potestate, hæresi prima: titu. de prædicatione, hær. prima, titulo de reliquiis, hęresi 1. titulo de sacerdotio, hæresi secũda & quinta: titulo de sanctis, hæresi prima, titulo de voto hæresi prima.
Iouinianus, tit. de cibo, hæresi secunda: tit. de beatitudine, hæresi 7. titu. de gratia, hęresi 2. titu. de ieiunio, hæresi 1. & 2. titulo de libertate arbitrii, hæresi 3. titulo de Maria virgine, hæresi prima, titulo de peccato, hæresi octaua & nona: titu. de Virginitate, hæresi prima.
Iulianus episcopus: titulo de gratia, hæresi 1.

LAmperiani, titulo de voto, hæresi 1.
Leo tertius Imperator Constãtinopolitanus, titulo de imaginibus, hæresi prima.
Leo quartus Imperator, titulo de imaginibus, hæresi prima.
Lollardi, titulo de aqua, hæresi secunda.
Luciferiani, titulo de anima, hæresi quinta.
Lutherus, titu. de absolutione, hæresi prima, & secunda, titulo de bello, hæresi secunda, titulo de charactere, hæresi prima, titu. de cibo, hæresi 2. titulo de conciliis, hæresi prima, titulo de confessione, hæresi prima, titulo de confirmatione, hæresi 1. titulo de contritione, hæresi prima, titulo de ecclesia, hæresi prima & tertia & quarta, titulo de Eucharistia, hæresi quinta & decima & vltima, titulo de excommunicatione, hæresi prima, titulo de fide, hæresi secunda, titulo de gratia, hæresi tertia, titulo de ieiunio, hæresi prima & secunda: titulo de indulgentiis, hęresi prima titulo de iniuria, hæresi prima, tit. de labore, hæresi secunda, titulo de libertate, hæresi prima & secunda, titulo de mendicitate hæresi prima: titulo de merito, hęresi prima, titulo de missa, hęresi secunda & tertia: titulo de monachatu, hæresi prima: titulo de muliere, hęresi prima: titulo de nuptiis, hæresi tertia, titulo de obedientia, hę resi prima, titulo de operibus, hæresi prima & tertia: titulo de oratione, hæresi tertia: titulo de ordinis sacramento, hæresi prima: titulo de papa, hæresi prima, titulo de peccato, hæresi quarta, & quinta: titulo de pœnitentia, hæresi prima & secunda: titulo de præceptis, hęresi prima: titulo de purgatorio, hæresi prima, & secunda, & tertia & quarta, titulo de sacerdotio, hæresi prima & quarta: titulo de sacramentis, hęresi prima & secunda: titulo de sanctis, hæresi prima: titulo de satisfactione, hęresi prima: titulo de scriptura sacra, hæresi septima: titulo de scientia, hęresi prima: titulo de spe, hęresi 1.

MAcedonius, titulo de Deo, hęresi decima.
Macharius, titulo de Christo, hęresi sexta.
Manichęus, titulo de anima, hęresi tertia, tit. de bello, hęresi 1. titulo de bestiis, hęresi 1. titu. de carne hu. hęresi prima, tit. de cibo, hęresi 1. tit. de Chri sto, hę. 2. titulo de creatura, hęresi 1. & 2. titulo de Deo, hæresi 1. tit. de diabolo, hęresi 1. titu. de eucharistia, hęresi 1. tit. de Ioanne Baptista, hęr. 1. titulo de iudicio finali, hęresi prima: titulo de lege, hęre. 2. titu. de libertate, hęresi. 1. titulo de malo, hęr. 2. titulo de nuptiis, hęr. 1. titulo de pec cato, hęre. 3. tit. de scriptura sacra, hęre. 1.
Marcus, à quo Marcitę, titulo de baptismo, hęresi secunda, titulo de Christo, hęresi 7. titulo de resurrectione, hęresi prima.
Marcionitę, tit. de baptismo, hęr. 3. titulo de Deo, hęresi 1. titu. de lege, hęresi 2. titu. de nuptiis, hęresi prima, titulo de resurrectione, hęresi 1. titulo de scriptura sacra, hęresi tertia.
Martianus, titulo de virginitate, hęresi prima.
Martinus Butzerus, titulo de baptismo, hęr. 11. titu. de peccato, hæresi 10. tit. de sacerdotio, hære. 4. tit. de gratia, hæresi tertia.
Marsilius Paduanus, tit. de ecclesia, hæresi quarta, titulo de episcopis hæresi prima: titulo de Papa, hæresi prima, titu. de sacerdotio, hær. secunda.
Maximillia, tit. de baptismo, hæresi tertia.
Maximinus, titulo de Deo, hæresi sexta.
Melchisedechiani, titulo de Melchisedech, hær. 1.
Menander, àquo Menandriani, titulo de creatura, hæresi prima, titulo de mundo, hæresi tertia.
Messaliani, ti. de anima, hæresi 4. titulo de baptismo, hęresi quarta, titulo de Eucharistia, hæresi octaua, titulo de labore, hæresi prima: titulo de oratione, hæresi prima & secunda.
Metangismonitæ, titulo de Deo, hæresi sexta.
Monothelitæ, titulo de Christo, hæresi sexta.
Montanus, titu. de baptismo, hæresi 3. titulo de nuptiis, hæresi 2. & 4. tit. de pœnitentia, hæresi 3. titulo de prophetis, hæresi secunda.
Musoritæ, tit. de idololatria, hęresi prima.

NAzaræi, tit. de lege, hæresi prima.
Nestorius, tit. de Christo, hæresi tertia: titulo de Eucharistia, hære. 4. & vltima, & titulo de Maria virgine, hæresi secunda.

Nicolaus Gallecus, titulo de occisione, hæresi prima.
Nicolaitæ, titulo de coitu, hæresi prima, titulo de mundo, hæresi tertia.
Noëtus, à quo Noëtiani, ti. de Deo. hæ 5.
Nouatiani, titulo de nuptiis, hæ. 2. ti. de pœnitentia, hæresi tertia.

OPhitæ, ti. de idololatria, hæresi prima, ti. de resurrectione, hæresi prima.
Origenes, titulo de Adam & Eua, hæresi secunda: titulo de anima, hæresi 7. titulo de beatitudine, hæresi 3. ti. de Deo, hæresi 6. & 9. ti. diabolo, hęresi secunda, ti. de inferno, hæresi 2. ti. de resurrectione, hæresi 1. & 3.

PAscentius, ti. de Deo, hæresi 6.
Paterniani, titulo de carne humana, hæresi prima.
Patritiani, ti. de carne humana, hæresi prima.
Pattalorinchitæ, ti. de silentio, hæ. prima.
Paulus Samosatenus, à quo Paulianistæ, ti. de baptismo, hæresi secunda, & ti. de Christo, hæresi prima.
Pauperes de Lugduno, vide in dictione Vvaldenses.
Pelagius, titulo de Adam & Eua, hęresi quarta, ti. de baptismo, hæresi octaua, titulo de gratia, hęresi prima & secunda, titulo de libertate, hæresi tertia, titulo de merito, hæresi secunda, titulo de oratione, hæresi tertia, titulo de peccato, hæ. 1. & 9.
Pepusiani, ti. de muliere, hæresi prima.
Petilianus, ti. de martirio, hæresi secunda.
Petrus Abailardus, ti. de beatitudine, hæresi prima, titulo de Christo, hæresi octaua & nona: ti. de Deo, hæresi 6. 11. & 13. ti. de fide, hæresi prima ti. de futuro contingenti, hæresi prima, ti. de libertate arbitrii, hæresi prima, ti. de oratione, hæresi, 3. ti. de tentatione, hæresi prima: ti. de timore Dei, hæresi 2.
Petrus de Bruis, ti. de baptismo, hæresi 5.
Petrus Ioannis, titulo de anima, hæresi prima, ti. de Apostolis, hæresi prima, ti. de baptismo, hæresi quarta: titulo de Christo, hæ. 10. ti. de Euangelio, hæresi 2.
Petrus Dresensis, titulo de Eucharistia, hæresi vltima.
Petrus Gnaphæus, ti. de Christo, hæresi 3.
Philippus Melancthon, titulo de baptismo, hæresi 11. & in titulo de libertate, hæresi prima, ti. de operibus, hæresi 4. tit. de peccato, hæresi 10. ti. de præcepto hæresi 1. & 2. ti. de Euangelio, hæresi 3. titulo de fide, hæresi prima, ti. de gratia, hęresi 3.
Photinus, ti. de Christo, hęresi prima.
Picardus, ti. de coitu, hęresi 10.
Plotinus, ti. de virginitate, hæresi prima.
Prædestinati, ti. de prædestinatione, hæresi prima.
Priscillianus, ti. de anima, hęresi 7. ti. de cibo, hæresi prima, ti. de creatura, hęresi 2. ti. de Deo, hęresi 5. ti. de diabolo, hæresi prima, ti. de fato, hæresi 1. ti. de iuramento, hę. 2. ti. de nuptiis, hæ. 1. & 4. ti. de prophetis, hæ. 2.
Prisca, ti. de baptismo, hæresi 3.
Proclianitæ, ti. de Christo, hæresi secunda ti. de iudicio finali, hęresi prima: titulo de resurrectione, hæresi prima.
Psalliani, vide in dictione Messaliani.
Pseudoapostoli, ti. de Apostolis, hæresi secunda: titulo de decimis, hęresi 1. ti. de ecclesia, hęresi 3. ti. de iuramento, hæresi 1. ti. de obedientia, hęresi 1. ti. de papa, hæresi 2. titulo de templo, hæ. 1. ti. de voto, hęre. 1.

RHetorii, ti. de hæreticis, hæresi 1.
Rogatiani, ti. de ecclesia, hæresi 1.
Ruteni, titulo de eucharistia, hæ. 2.

SAbas, ti. de baptismo, hęresi 4.
Sabellius, ti. de Deo, hæ. 5.
Samsei, ti. de lege, hę. prima.
Saturninus, ti. de coitu, hæ. 1. ti. de creatura, hæresi 1. titulo de mundo, hę. 3.
Seleucus, à quo Seleuciani, titulo de anima, hęresi 4. ti. de baptismo, hęresi 1. ti. de malo, hæresi 1. ti. de mundo, hæresi 1. ti. de resurrectione, hęresi prima.
Sethiani vel Sethoitę, titulo de idololatria, hęre. 1.
Seuerus, à quo Seueriani, titulo de Adam & Eua hęresi prima, titulo de resurrectione, hęresi prima, ti. de scriptura sacra, hæresi prima & quinta & sexta, ti. de vino. hęresi 1.
Symeones, ti. de baptismo, hęr. 4.
Simon Magus, titulo de coitu, hęresi prima, ti de creatura, hęresi prima, ti. de mundo, hęresi 3. ti. de resurrectione, hęr. prima, ti. de simonia, hęr. prima.

TAscodrogitæ, ti. de anima, hęresi 4.
Tatianus, ti. de Adam & Eua, hęresi prima, ti. de cibo, hęresi 1. ti. de nuptiis, hæresi prima, ti. de scriptura sacra, hęresi sexta, tit. de vino hęre. prima.
Tesalitæ, ti. de anima, hęresi 4.
Tessarescę decatitæ, ti. de Pasca, hære. 1.
Tertullianus, ti. de anima, hę. 5. & 6. ti. de Deo, hæ. 2. ti. de nuptiis, hęre. 2.
Tetraditæ, ti. de anima, hęresi 4.
Thaboritæ, ti. de templo, hær. 1.
Thomas de Vio Caietanus, ti. de Adam & Eua, hęresi 6.
Turrelupini, ti. de verecundia, hęresi 1.

VAdiani, vide in dictione Antropophormitæ.
Valentinus, ti. de Christo, hęre. secunda, ti. de Deo, hęr. 1. ti. de peccato, hę. 3. ti. de resurrectione, hæresi 1.
Valesii, ti. de eunu. hęresi 1.
Vvaldenses, ti. de baptis. hæ. 7. ti. de benedictione, hæresi 1. ti. de cantu, hær. 1. ti. de cibo, hæ. 2. ti. de coitu, hæ. 1. ti. de confessione, hær. 1. ti. de confirmatione, hæ. 1. ti. de ecclesia, hæresi 3. & 4. ti. de episcopis, hæ. 1. & 2. ti. de eucharistia, hæresi 3. & 9. ti. de exorcismo, hær. 1. ti. de horis canonicis hæ. 1. ti. de ieiunio, hæ. 1. & 2. ti. de imaginibus, hæresi 1. ti. de indulgentiis, hæresi prima, ti. de iudice, hæ. 1. de iuramento, hæresi 1. ti. de labore, hæresi 1. ti. de miraculis, hær. 1. titulo de monachatu

monachatu hæresi prima, titulo de obedientia hęresi prima, titulo de occisione, hęresi prima, titulo de peccato, hæresi septima, titulo de papa, hæresi prima, titulo de potestate hæresi prima, titulo de prędicatione, hæresi prima, titulo de purgatorio, hæresi prima, titulo de sacerdotio, hæresi secunda & tertia, titulo de sanctis, hæresi prima, titulo de ordinis sacramẽto, hæresi prima, titulo de sepultura, hæresi prima, titulo de vnctione extrema, hæresi prima

Varimandus titulo de Deo, hæresi sexta.

Venustiani, vide in dictione Pateriani.

Vigilantius, titulo de sanctis, hæresi 1.

Vvicleph, vide in dictione Ioannes Vvicleph.

Vvillelmus de sancto Amore, titulo de labore, hæresi secunda, titulo de monachatu, hæresi prima, titulo de paupertate, hæresi tertia.

Vvirtembergenses, titulo de missa, hæresi secunda

Zvinglius, titulo de missa, hæresi secunda.

INDICIS HAERETICORVM

FINIS.

INDEX AVTHORITATVM

SACRAE SCRIPTVRAE, QVAE AB AVTHORE IN HOC OPERE DECLARATÆ SVNT,

In quo n. primam paginam, o. ſecundam ſignat.

Geneſis.

1 Benedixit illis ac dixit: Creſcite & multiplicamini. Libro 11. folio 184. d n
1 Creſcite & multiplicami. libro 14. folio 255. a n o
1 Inſpirauit in faciem eius ſpiraculum vitæ, libro 2. folio 34. c n & folio 35. b n
2 In quacunque die comederis, morte morieris, libro 2. folio 31. b n
2 Adhærebit homo vxori ſuæ, libro 11. folio 185. d n
3 Aperti ſunt oculi eorum, libro 2. folio 31. d o
3 Reſpexit dominus ad Abel, & ad munera eius, libro 2. folio 38. c o
4 Sub te erit appetitus tuus, libro 9. folio 157. a o
16 Manus eius contra omnes, libro 1. folio 11. a o
19 Pluit dominus ſuper Sodomam & Gomorram ſulphur & ignem à Domino de cœlo, libro 5. folio 86. b o & folio 67. n
21 Eiice ancillam & filium eius, libro 1. folio 4. b o
22 Benedicentur in ſemine tuo omnes fines terræ, libro 11. folio 193. d n o
23 Vidi dominum facie ad faciem, libro 3. folio 54. d n

Exodus.

4 Ego indurabo cor Pharaonis, libro 10. folio 161. c o
7 Deuorauit virga Aaron virgas eorum, libro 6. folio 105. d n
14 Quid clamas ad me? libro 11. folio 200. a o
20 Non occides, libro 11. folio 193. b n
24 Hic eſt ſanguis fœderis, quod pepigit Dominus vobiſcum, libro 10. folio 178. b n
28 Legitimum ſempiternum erit Aaron & ſemini eius poſt eum, libro 9. folio 156. d n
30 Miſſa aqua lauabunt in ea Aaron & filii eius manus ſuas & pedes, quando ingreſſuri ſunt tabernaculum, libro 6. folio 109. a n
33 Non videbit me homo & viuet, libro 3. folio 54. c n

Leuiticus.

18 Sororem vxoris tuæ in pellicatum eius non accipies illa viuente, libro 9. folio 156. c n
19 Non morabitur apud te opus mercenarii, libro 3. folio 58. c o

Deuteronomium.

15 Omnino egens & mendicus non erit inter vos, libro 10. folio 166. d n
17 Si difficile & ambiguum apud te iudicium eſſe perſpexeris, &c. lib. 1. folio 9. a o & folio 12. b o
21 Si habuerit homo vxores duas, vnam dilectam & alteram odioſam, &c. libro 11. folio 186. d n
25 Non alligabis os boui trituranti, libro 1. folio 4. c o
32 Interroga patrem tuum, & annunciabit tibi, lib. 1. folio 11. b o

1. Regum.

17 Dauid lapides ex torrente ſumpſit, quibus ſuperbum Goliath proſtrauit, lib. 1. folio 2. d n
17 Dauid interfecit Goliath gladio illius, libro 1. folio 19. d o

3. Regum.

8 Conuertit rex Salomon faciem ſuam, & benedixit omni Eccleſiæ Iſraël, lib. 1. f. 8. b o & f. 9. a n
8 Non eſt homo qui non peccet, libro 12. folio 207. b n
18 Clamate voce maiori, &c. libro 4. folio 63. d o
19 Helias operuit vultum ſuum pallio, libro 5. folio 84. c o

1. Paralipomenon.

29 Tua ſunt Domine omnia, & quæ de manu tua accepimus, dedimus tibi, libro 10. fol. 178. b o

Tobias.

12 Ego cibo inuiſibili, qui ab hominibus videri non poteſt, vtor, libro 3. folio 55. d o

Iob.

3 Qui radebant in ſolitudine, lib. 1. folio 18. d n
7 Militia eſt vita hominis ſuper terram, & ſicut mercenarii dies eius, libro 13. folio 248. c o
8 Interroga generationem priſtinam, libro 1. folio 11. b o
14 Regnare facit hypocritam propter peccata populi, libro 12. folio 218. d n
27 Nec lingua mea meditabitur mendacium, libro 10. folio 165. d n
28 Abſcondita eſt ab oculis omnium viuentium, libro 3. folio 54. c n
30 In deſertis habitabant torrentium, libro 1. folio 22. c o
30 Derident me iuniores tempore, libro 1. folio 6. d o
30 Radix iuniperorum erat cibus eorum, libro 1. folio 18. b n

Pſalterium.

5 Introibo in domum tuam, & adorabo ad templum ſanctum tuum, libro 2. folio 25. b o

5 Perdes omnes qui loquuntur mendacium,libro 10.folio 165.d n
17 Cum sancto sanctus eris,libro 1.folio 19.d n
17 Saluum me fecit,quoniam voluit me,libro 11.folio 198.a n
18 In custodiendis illis retributio multa,libro 11.folio eodem d n
18 Timor Domini sanctus permanet in seculum seculi,libro 14.folio 194.c n o
21 Manducauerunt,& adorauerunt omnes pingues terræ,libro 2.folio 26.b n
26 Adiutor meus esto,ne derelinquas me,libro 9.folio 157.c o
31 Pro hac orabit ad te omnis sanctus,libro 12.folio 210.d o
32 Qui finxit sigillatim corda eorum,libro 2.folio 35.a o
32 Quia rectum est verbum Domini,& omnia opera eius in fide,libro 7.folio 120.c n
32 Cantate ei canticum nouum,libro 4.folio 63.d n
33 Benedicam Dominum in omni tempore,libro 11.folio 200.b o
35 Homines & iumenta saluabis Domine,libro 12.folio 226.c o
36 Non vidi iustum derelictum,nec semen eius quærens panem,libro 10.folio 166.d n
43 Nec enim in arcu meo sperabo,libro 11.folio 200.c n
50 Ecce enim in iniquitatibus conceptus sum,libro 12.folio 207.b n
54 Qui simul mecũ dulces capiebas cibos,in domo Dei ambulauimus cũ consensu, lib.6.fol.92.b o
66 Benedicat nos deus,deus noster,benedicat nos deus,& metuãt eũ omnes fines terrę,li.5.f.87.a n
68 Ascendisti in altum cœpisti captiuitatem,libro 3.folio 58.b n
68 Deleantur de libro viuentium,& cum impiis non scribantur,libro 3.folio 45.d o
73 Glorificati sunt qui oderunt te,in medio solemnitatis tuæ,libro 10.folio 168.a o
74 Nolite extollere in altum cornu vestrum,libro 11.folio 188.c n
84 Iustitia & pax osculatæ sunt,libro 3.folio 61.d n
86 Diligit Dominus portas Syon,super omnia tabernacula Iacob,libro 3.folio 45.d o
96 Adorate eum omnes angeli eius,libro 2.fol.25.d o & fo.26.n & lib.5.fol.88.c o
98 Adorate scabellum pedum eius,libro 2.folio 24.c n
101 Velut amictum mutabis eos,libro 10.folio 181.a o
102 Qui replet in bonis desiderium tuum,libro 3.folio 57.d n
103 Qui facit angelos suos spiritus,libro 2.folio 33.c o
104 Verbi quod mandauit in mille generationes,libro 3.folio 55.c o
109 Tu es sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedech,lib.10.fo.169.b o
115 Quid retribuam Domino pro omnibus quę retribuit mihi,lib.10.fol.178.c o
118 Anima mea in manibus meis semper,libro 9.folio 157.c o
131 Introibimus in tabernaculum eius,adorabimus in loco vbi steterunt pedes eius,lib.2.fo.24.c n
132 Sicut vnguentum in capite,quod descendit in barbam,barbam Aaron,lib.1.fol.8.b n
138 Mirabilis facta est scientia tua ex me,libro 2.folio 33.d o
140 Eleuatio manuum mearum sacrificium vespertinum,libro 10.folio 171.b o
142 Non intres in iudicium cum seruo tuo Domine, quia non iustificabitur in conspectu tuo omnis viuens,libro 11.folio 194.b n
144 Prope est Dominus omnibus inuocantibus eum,lib.3.& lib.13.fol.240.b n & lib.14.folio 256.c n
149 Gladii ancipites in manibus eorum,ad faciendam vindictam in nationibus,libro 13.fol.248.c n

Prouerbia.

1 Vocaui & renuistis,libro 9.folio 160.
3 Ne innitatis prudentiæ tuæ,libro 1.folio 11.a o
6 Conserua fili mi præcepta patris tui,& ne dimittas legem matris tuæ,lib.6.folio 93.b n
9 Aquæ furtiuæ dulciores sunt,libro 1.folio 15.d o & folio 22.c o
22 Ne transgrediaris terminos antiquos,quos posuerunt patres tui,libro 6.fol.93.b o & fo.94.n
23 Ne intuearis vinum quando flaueſcit,libro 1.folio 19.b n
27 Ne glorieris in crastinum,ignorans quid superuenrura dies pariat,libro 12.folio 226.a o
28 Qui sperat in Domino saluabitur,& qui confidit in corde suo,stultus est,libro 11.folio 200.b n
31 Confidit in ea cor viri sui,libro 1.folio 5.b o

Ecclesiastes.

6 Quodcunque potest manus tua,statim operare,& c.libro 12.fol.230.b n
7 Non est homo iustus in terra,qui faciat bonum & non peccet,libro 11.folio 194.b n
11 A quacunque partem lignum ceciderit,siue ad austrum,siue ad aquilonem, ibi manebit, libro 3. fol.42.b o & lib.12.fo.226.b n & fol.230.b n

Cantica canticorum.

4 Turris Dauid cum propugnaculis munita,libro 1.folio 2.d n
4 Dentes tui sicut greges tonsarum,libro 1.folio 5.b n
5 Ego dormio,& cor meum vigilat,libro 11.folio 200.a o
6 Quæ est ista quæ progreditur quasi aurora,libro 2.folio 2.c o
6 Vna est columba mea,libro 1.folio 7.a o
8 Vinea mea coram me est,libro 4.folio 76.a o

Sapientia.

1 Os quod mentitur,occidit animam,libro 10.folio 163.b o

3 Iuſtorum animæ in manu Dei ſunt,libro 3.fol.56.b.n.
3 Tentauit eos Deus,& inuenit eos dignos ſe,libro 11.fol.198.b.n.
4 Cani ſunt ſenſus hominis,libro 6.fol.97.c.o.
5 Iuſti in perpetuum viuent,& apud Dominum eſt merces eorum,libro 3.fol.56.b.n.
11 Qui amas animas conſeruans,libro 2.fol.36.d.o.
11 Deus creauit hominem inexterminabilem,ibidem.
16 Homo per malitiam occidit animam ſuam,lib.12.fol.210.c.n.

Eccleſiaſticus.

12 Spiritus reuertetur ad Dominum ſuum,qui dedit illum,lib.2.fol.35.a.o.
36 Da mercedem ſuſtinentibus te,vt prophetæ tui fideles inueniantur,lib 12.fol.230.c.o.
40 Graue iugum ſuper filios Adam,à die exitus de ventre matris eorum,lib.12.fol.207.c.n.

Eſayas.

4 Abluit Dominus ſordes filiarum Syon in ſpiritu iudicij,lib.3.fol.48.b.o.
6 Excæcauit oculos eorum,libro 1.folio 15.a.o.
6 Expectaui vt faceret vuas,& fecit labruſcas,lib.9.folio 158.d.n.
7 Quaſi pannus menſtruatæ,vniuerſæ iuſtitiæ noſtræ,lib.11.fol.194.c.n.
11 Egredietur virga de radice Ieſſe,libro 4.folio 75.b.n.
14 Quomodo cecidiſti Lucifer,libro 5.folio 91.d.o.
28 Conquirens quære,& apud me habita,libro 1.folio 16.a.n.
28 Quem intelligere faciet auditum,libro 1.folio 18.c.n.
29 Cor eorum longè eſt à me,libro 3.folio 44.c.n.
30 Luna fulgebit vt Sol,libro 10.folio 181.b.c.o.
34 Dies vltionis in corde meo,libro 5.folio 89.d.o.
42 Legem eius inſulæ expectabunt,libro 6.folio 98.d.o.
45 Ego dominus & non eſt alter,formans lucem,& creans tenebras,faciens pacem,& creans malum,libro 12.folio 228.a.n.
56 Dabo eis in domo mea,& in muris meis locũ & nomẽ melius à filiis & filiabus,lib.3.fo.60.b.n.
56 Ecce ego creo cœlos nouos & terram nouam , libro 10.folio 181.c.o.
58 Me etenim de die in diem quærunt , & ſcire vias meas volunt quaſi gens quæ iuſtitiam fecerit, libro 1.folio 17.c.o.
65 Antequam clament,ego exaudiam,libro 10.folio 163.b.n.

Hieremias.

11 Paſtores multi demolliti ſunt vineam meam,libro 1.folio 20.c.n.
31 Dabo legem meam in viſceribus eorum,libro 6.folio 98.
51 Calix aureus Babylon.libro 1.folio 19.a.n.

Treni.

4 Paruuli petierunt panem,libro 1.folio 21.a.n.

Ezechiel.

2 Patres eorũ preuaricati ſũt pactũ meũ,& filii dura ceruice & indomabili corde ſũt,l.1.f.15.d.n.
14 Ego Dominus reſpondebo ei in multitudine immundiciarum ſuarum,libro 1.folio 17.b.o.
14 Ego decipiam prophetam illum,libro 10.folio 162.d.n.
28 Tu ſignaculum ſimilitudinis Dei,lib.5.folio 91.a.o.
33 Inter ſanctum,& prophanum,non habuerunt diſtantiam,libro 1.folio 10.d.n.
36 Effundam ſuper vos aquam mundam,& mundabimini ab omnibus inquinamentis veſtris , libro 3.folio 52.b.n.

Daniel.

Peccata tua eleemoſynis redime,libro 12.folio 213.a.o.
4 A tempore quum ablatum fuerit iuge ſacrificium,dies mille ducenti,lib.10.fol.172.a.b.c.n.o.
12 & ibidem declaratur totum caput.12.Danielis.

Amos.

4 Venite ad Bethel,& impiè agite,& ſacrificate de fermento laudem,libro 10.folio 171.a.o.

Ionas.

3 Vidit Dominus opera eorum , quoniam conuerſi ſunt de via ſua mala , & miſeratus eſt Deus ſuper malitiam,quam locutus fuerat,vt faceret eis,& non fecit,libro 12.folio 228.b.n.

Michæas.

7 Deponet iniquitates veſtras,& proiiciet in profundum maris omnia peccata,libro.3.fo.52.a.n.

Aggæus.

2 Magna erit gloria domus iſtius nouiſsimæ, pluſquam primæ, libro primo folio 9.b.o.& folio 20.d.n.

Zacharias.

4 Exæquabit gratiam gratiæ,libro 11.fo.199.c.o

Malachias.

1 Non eſt mihi voluntas in vobis dicit Dominus,libro 10.folio 173.b.n.

1.Machabeorum.

2 Phinees pater noſter zelando zelum Dei accepit teſtamentũ ſacerdotii æterni , li.10.f.178.c.n.

Matthæus.

1 Non cognouit eam Ioſeph,donec peperit filiũ ſuũ primogenitũ,lib.10.fo.162.a.& fol.163.b.n.
3 Progenies viperarum quis monſtrauit vos fugere à ventura ira?libro 2. folio 36.c.o.
3 Ipſe vos baptizabit in Spiritu ſancto & igne, libro 3.folio 41.c.n.
5 Qui viderit mulierem ad concupiſcendam eã,iam mœchatus eſt in corde ſuo, lib.3.fol.51.b.n.
5 Non occides,lib.11.folio 193.b.n.
5 Qui ſoluerit vnum de mandatis iſtis minimis, & docuerit ſic homines,minimus vocabitur in regno cœlorum,lib.12.fol.211.b.o.
5 Omnis qui iraſcitur fratri ſuo,reus erit iudicio,lib.12.fo.209.b.n.& fo.210.c.d.o.
5 Non veni ſoluere legem,ſed adimplere,libro 12.folio 218.c.o.
6 Nolite ſoliciti eſſe in craſtinum,libro 12.fol.191.a.o.& lib.9.fol.154.a.n.
6 Clauſo oſtio ora patrem tuum in abſcondito,libro 4.fol.63.c.o.
6 Te autem faciente eleemoſynam neſciat ſiniſtra tua quid faciat dextera tua,lib.11.fol.200.c.o.
7 A fructibus eorum cognoſcetis eos,libro 1.folio.1.a.o.
7 Nolite ſanctum dare canibus,libro 1.folio 21.d.n.
7 Non poteſt arbor bona fructus malos facere,libro 7.folio 134.c.n.
9 Non eſt opus bene valentibus medico,libro 12.folio 217.c.o.
10 Nolite portare aurum neque argentum,libro 2.folio 39.d.o.& l.12.fo.206.d.n.
10 Non portabitis peram in via,neque duas tunicas,neque calceamenta,libro 4.fol.62.b.n.
10 Dignus eſt enim mercenarius cibo ſuo,libro 9.fol.155.d.n.
11 Venite ad me omnes qui laboratis & onerati eſtis, & ego reficiam vos, libro 3.fol. 44.b.n.&.l. 13.folio.239.b.o.
11 Qui minor eſt in regno cœlorum,maior eſt illo,libro 3.fol.60.a.n.
11 Nemo nouit filium niſi pater,neque patrem quis nouit niſi filius,lib.5.fol.89.b.o.
12 Quicunque dixerit verbũ contra filium hominis,remittetur ei:qui autem dixerit contra Spiritum ſanctum , non remittetur ei in hoc ſeculo neque in futuro , libro 12. folio 208.c.n.& folio 210.a.o.& folio .229b.o.
13 Simile eſt regnum cœlorum ſagenæ miſſæ in mare, libro 1.folio 15.a.n.& libro 6.folio 92.c.o.
13 Dũ dormirẽt homines,inimicus homo ſuperſeminauit zizania in medio tritici, lib.1. f.20.c.o.
14 Modicæ fidei quare dubitaſti,libro 1.folio.14.b.o.
15 Cor eorum longè eſt à me,libro 3.fol.44.c.n.
15 Quod intrat in os non coinquiat hominem,libro 4.fo.64.b.o.
16 Tu es Petrus,& ſuper hanc petram ædificabo Eccleſiam meam,lib.12.fol.203.c.n.
16 Portæ inferi non præualebunt aduerſus eam,lib.4.fol.76.a.o.
17 Vade ad mare,& mitte hamum,& eum piſcem qui primus aſcenderit,tolle, lib.12.fo.205.d.n.
19 Non legiſtis,quia qui fecit ab initio,maſculum & fœminam fecit eos,lib.2.fo.30.b.o.
19 Sinite paruulos venire ad me,libro 3.fol.44.c.o.
19 In regeneratione,quum ſederit filius hominis in ſede maieſtatis ſuę,&c.lib.3.fo.52.b.n.
20 Pares illos nobis feciſti,qui portauimus pondus diei & æſtus,libro 3.fol.60.c.o.
20 Voca operarios & redde illis mercedem,lib.10.fol.166.b.o.& l.11.fol.197.c.o.
20 Tolle quod tuum eſt,& vade,lib.11.folio 197.d.o.& l.13.fol.247.b.o.
22 Reddite quæ ſunt Cæſaris, Cæſari,libro 3.fol.61.b.n.
22 In reſurrectione neque nubent,neque nubentur, ſed erunt ſicut angeli Dei, lib.3.fol.55.d.n.
23 Quoties volui congregare filios tuos,quemadmodum gallina congregat pullos ſub alis,& noluiſti,libro 9.fol.158.a.n.
24 Tunc apparebit ſignum filij hominis in cœlo,lib.2.fol.25.a.n.
24 Cùm audieritis abominationem deſolationis,lib.10.fo.172.c.o.
24 Cœlum & terra tranſibunt,lib.10.folio 181.b.o.
24 De die autem illo vel hora nemo ſcit,lib.5.fol.89.c.n.
25 Simile eſt regnum cœlorum decem virginibus,lib.1.fol.14.a.o.
26 Hoc eſt corpus meum,libro 6.folio 105.c.n.
27 Ego vobiſcum ſum vſque ad conſummationem ſeculi,libro 1.fol.5.a.o.& fol.7.b.n.

Marcus.

13 De die autẽ illo vel hora nemo ſcit , neque angeli in cœlo , neque filius,niſi pater,li.5.f.89.c.n.
14 Hoc eſt corpus meum,libro 6.fol.105.c.n.
16 Qui verò non crediderit condemnabitur,libro 3.folio 45.o.
16 Ite,dicite diſcipulis eius & Petro,quia præcedet vos in Galilæam,libro 12.folio 204.c.n.
16 Profecti prædicauerunt vbique Domino cooperante, & ſermonem confirmante ſequentibus ſignis,lib.1.folio 23.c.n.

Lucas.

1 Quomodo fiet iſtud,quoniam virum non cognoſco,lib.1.fol.16.d.n.
1 Spiritus ſanctus ſuperueniet in te,&c.lib.4.fol.70.a.o.
1 Vnde hoc mihi,vt veniat mater Domini mei ad me,lib.4.fol.65.c.o.& fol.71.b.n.
2 Paſtores erant in regione eadem vigilantes,lib.1.fol.20.a.o.
9 Sine mortuos ſepelire mortuos ſuos,lib.3.fol.55.b.o.

10 Martha ſolicita es,& turbaris erga plurima,lib.9.folio 154.a.n.
10 Videbam Sathanam ſicut fulgur de cœlo cadentem,libro 5.fol.91.a.o.
11 Cùm fortis armatu cuſtodit atrium ſuum,lib.2.folio 29.d.n.
11 In quancũque ciuitatẽ intraueritis,& ſuſceperint vos, manducate quæ apponuntur vobis,lib. 2.folio 76.a.o.
11 Quod ſupereſt date elleemoſynam,& ecce omnia munda ſunt vobis,libro 12.folio 214.b.n.
13 Niſi pœnitentiam egeritis,omnes ſimul peribitis,libro 3.folio.49.d.n.
16 Omnis qui dimittit vxorem ſuam,& alterã ducit,mœchatur,& qui dimiſſam à viro ducit,mœchatur,libro 11.folio 187.d.n.
16 Facite vobis amicos de mammona iniquitatis,libro 11.folio 195.c.n.
17 Cùm feceritis quæ præcepta ſunt vobis,dicite:ſerui inutiles ſumus,libro 11.folio 199.c.o.
18 Fides tua te ſaluum fecit,libro 11.folio 198. b.n.
18 Oportet ſemper orare,& non deficere,libro 11.folio 200.b.o.
22 Ego diſpono vobis ſicut diſpoſuit mihi pater, vt edatis & bibatis ſuper menſam meam in regno meo,libro 3.folio 55.a.o.
22 Hoc eſt corpus meũ,quod pro vobis datur:Hoc facite in meã cõmemorationẽ,li.10.f.174.a.n.
22 Ego rogaui pro te Petre, vt non deficiat fides tua,libro 12.lib.203.c.o.

Ioannes.

1 Hic eſt qui baptizat in Spiritu ſancto,lib.3.folio 46.c.o. & libro 10. folio 175.c.o.
1 Verbum caro factum eſt,libro 4.folio 70.a.o.
1 Dedit eis poteſtatem filios Dei fieri,libro 9.folio 158.b.n.& fol.160.d.n.
1 Omnia per ipſum facta ſunt,& ſine ipſo factum eſt nihil, libro 5.folio 88.c.n. & folio 89.d.o.
3 Qui credit in me,habet vitam æternam,libro 3.fol.56.b.o.
3 Niſi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu ſancto,non poteſt introire in Regnum Dei,lib.3.fo. 43.b.n.& fo.44.o.d.n.& 48.d.o.n.& fol.50.c.d.n.& 52.b.n.& lib.12.fo.219.b.n.
3 Nemo aſcẽdit in cœlũ,niſi qui deſcẽdit de cœlo filius hominis qui eſt in cœlis,li.4.fo.71.b.n.
5 Scrutamini ſcripturas,quia illę teſtimonium perhibent de me,libro 1.fol.12.b.o,& fol.76.b.n.
5 Operamini non cibum qui perit,libro 9.folio 153.c.o.& folio 154.a.n.
6 Nemo venit ad me,niſi pater meus traxerit eum, lib.9.folio 160.a.n.
6 Ego ſum panis vitæ,folio 105.d.n.
6 Sicut miſit me viuens pater,& ego viuo propter patrem:& qui manducat me & ipſe viuet propter me,libro 6.folio 108.c.n.
8 Vos ex patre diabolo eſtis,lib.2.fo.36.c.o.
8 In veritate non ſtetit,quia non eſt veritas in eo,libro 5.folio 91.d.o.
8 Ille homicida eſt ab initio,libro 5.folio 92.b.n.
19 Venit nox quando nemo poteſt operari,libro 3.folio 43 b.n.& libro 12.fol.230.b.n.
10 Mercenarius autem fugit,quia mercenarius eſt,libro 11.folio 195.b.n.o.
10 Ego & pater vnum ſumus,libro 5.folio 87.d.n.& 88.d.n.
13 Exemplum dedi vobis,vt quemadmodum ego feci,ita & vos faciatis,libro 10.fol.175. c.n.
13 Vos mundi eſtis,ſed non omnes,libro 12.folio 226.c.n.
14 Paraclerus autem Spiritus ſanctus, quem mittet pater in nomine meo, ille vos docebit omnia, libro 1.folio 11.a.n.& fol.38.d.n.
14 Alium paracletum dabo vobis qui ſuggeret vobis omnem veritatem,lib.1.fol.5.b.n.
14 In domo patris mei manſiones multæ ſunt,lib.3.fol.60.c.n.
14 Qui credit in me,opera quæ ego facio,& ipſe faciet, & maiora horum faciet,lib.10.fo.167.b.n.
14 Venit princeps mundi huius,& in me non habet quicquam,lib.4.74.c.n.
15 Sine me nihil poteſtis facere,lib.9.foli.59.c.o.& fol.197.d.n.&fol.199.d.o.
16 Non enim loquetur à ſemetipſo,ſed quæcunque audiet loquetur,lib.5.fol.90.a.o.
20 Noli eſſe incredulus,ſed fidelis,libro 1.fol.14.b.o.
20 Quorum remiſeritis peccata,remiſſa erunt, libro 2.fol.27.c.n. & lib.4.fol. 78.c.o.& lib.10.fol. 180.a.o.& lib.12.fol.208.c.n.
21 Paſce agnos,& paſce oues meas,libro 12.fol.203.d.o.

Actus Apoſtolorum.

2 Pœnitentiã agite, & baptizetur vnuſquiſque veſtrũ in remiſsionẽ peccatorum,lib.3.fol.43.c.o.
5 Non eſt mentitus hominibus,ſed Deo,libro 5.fol.90.b.n.
8 Baptizati erant in nomine Ieſu,libro 3.f.42.c.n.
20 Attendite vobis & vniuerſo gregi, in quo vos poſuit Spiritus ſanctus regere Eccleſiam ſuam, libro 1.fol.8.c.o.

Ad Romanos.

1 Qui factus eſt ei ex ſemine Dauid,libro 4.fol.69.& fol.71.b.n.
2 Si præputium legis iuſtitias cuſtodiat,nónne præputium illius in circũciſionem reputabitur, libro 3.fol.50.d.o.
2 Secundum duritiam tuam,& impœnitens cor theſaurizas tibi iram,libro 12.fol.208.d.o.
3 Omnes peccauerunt,& egent gloria Dei,libro 12.folio 207.c.n.

3 Nunquid incredulitas illorum fidem Dei euacuauit?lib.7.fo.120.c.n.
4 In repromiſsione etiam Dei non hæſitauit diffidentia,lib.1.fo.16.b.n.
5 In quo omnes peccauerunt,lib.12.fo.207.c.n.
5 Vbi abundauit delictum,ſuperabundauit & gratia,lib.3.fo.52.c.d.
5 Gloriamur in tribulationibus ſcientes quòd tribulatio patientiam operatur, autē probationem,probatio verò ſpem,lib.13.fol.247.d.n.
6 Conſepulti ſumus cum Chriſto per baptiſmum in mortem,lib.3.fo.43.c.o. & fo.47.d.n. & 52. c.n.& lib.12.fol.216.b.o.
6 Vetus homo noſter ſimul crucifixus eſt,vt deſtruatur corpus peccati,lib.3.fol.52.d.o.
6 Chriſtus reſurgens ex mortuis iam non moritur,lib.6.fol.112.b.n.
7 Lex peccatum eſt? Abſit,lib.9.fol.156.a.o.
7 Non quod volo bonum hoc facio,ſed quod nolo malum,lib.3.fol.53.a.o.
7 Video aliā legem in membris meis,&c. ibidem.c.
7 Quæ ſub viro eſt mulier,viuente viro alligata eſt legi,lib.11.fol.189.c.o.
7 Si autem quod nolo malum,hoc facio,iam non ego operor illud:ſed quod habitat in me peccatum,lib.12.fol.224.a.n.
8 Qui in carne ſunt,Deo placere non poſſunt,lib.2.fol.38.b.o.
8 Si ſecundum carnem vixeritis,moriemini, ibidem.
8 Nihil damnationis eſt iis,qui ſunt in Chriſto Ieſu,libro 3.fol.52.o.
8 Prudentia carnis inimica eſt Deo,lib.3.fol.53.c.o.
8 Non ſunt condignæ paſsiones huius temporis ad futuram gloriam, quæ reuelabitur in nobis, lib.11.fol.196.d.o.
8 Lex enim ſpiritus vitæ in Chriſto Ieſu liberauit me à lege peccati & mortis, lib.6.fol. 99.b.n.
8 Certus ſum quia neque mors, neque vita poterit nos ſeparare à charitate Dei,lib.7.fol.135.d.o.
9 Non eſt volentis,neque currentis, ſed Dei miſerentis,lib.9.fol.160.b.n.
9 An non habet poteſtatem figulus luti ex eadem maſſa facere aliud vas in honorem, aliud verò in contumeliam?lib.10.fol.161.c.n.o.
10 Æmulationem Dei habent,ſed non ſecundum ſcientiam,lib.1.fol.20.b.n.
10 Corde creditur ad iuſtitiam,ore autem confeſsio fit ad ſalutem,lib.3.fo.50.a.o.
10 Quomodo prædicabunt,niſi mittantur?lib.12.fol.227.b.n.
12 In vno corpore multa mēbra habemus,omnia autē mēbra non eundē actū habent,li.1.fo.8.c.n.
12 Nolite eſſe prudentes apud voſmetipſos,lib.1.fol.11.b.o.
14 Omne quod eſt non ex fide,peccatum eſt,lib.7.fol.120.d.n.

Prima ad Corinthios.

2 Sermo meus & prædicatio mea non in perſuaſibilibus humanæ ſapientiæ verbis,libro 1.fol.1.b.n.& fol.13.b.o.
3 Neque qui plantat eſt aliquid,neque qui rigat,ſed qui incrementum dat Deus,lib.3.fol.46.c.o.
3 Fundamentum aliud nemo poteſt ponere, præter id quod poſitum eſt Chriſtus Deus noſter, lib.12.fol.204.b.n.& fol.211.b.n.
4 Nihil mihi conſcius ſum,ſed neque in hoc iuſtificatus ſum,lib.2.fol.27.a.o.
6 Qui adhæret meretrici,vnum corpus efficitur cum ea,lib.2.fol.31.a.n.
6 Glorificate & portate Deum in corpore veſtro,lib.5.fol.90.b.n.
7 Præterit figura huius mundi,lib.10.fol.181.b.o.
7 Mulier alligata eſt legi,quanto tempore vir eius viuit,lib.11.fol.63.d.& fo.182.b.o.
7 Mulier ſui corporis poteſtatem non habet,lib.11.fol.184.d.o.
7 Vnuſquiſque ſuam vxorem habeat,lib.11.fol.185.c.o.
7 Præcipio non ego,ſed Dominus,vxorem à viro non diſcedere,lib.11.fol.189.d.o.& fol.190.c.o.
7 De virginibus præceptum Domini non habeo,conſilium autem do,lib.12.fol.211.c.n.
7 Si nupſerit virgo,non peccat,lib.14.fol.261.c.o.& fol.263.c.n.
7 Empti eſtis precio magno nolite fieri ſerui hominum,lib.6.fol.94.c.n.
8 Eſca non commendat nos Deo,lib.4.fol.67.b.n.
9 Quis paſcit gregem,& de lacte gregis non manducat,lib.9.fol.155.d.n.
9 Nónne qui edunt hoſtias,participes ſunt altaris,lib.10.fol.172.c.n.
10 Omnes in Moyſe baptizati ſunt in nube,& in mari,lib.3.fol.45.b.& fol.52.a.n.
10 Petra autem erat Chriſtus,lib.6.fol.101.c.o.
11 Oportet hæreſes eſſe,lib.1.fol.5.d.n.
11 Probet ſeipſum homo,& ſic de pane illo edat,lib.6.fol.106.c.n.
12 Si totum corpus oculus,vbi auditus?lib.1.fol.9.b.n.
13 Charitas nunquam excidit, lib.7. fol.134.c.n.
15 Stimulus mortis peccatum eſt,lib.2.fol.29.d.n.
15 Quid facient qui baptizantur pro mortuis,ſi mortui non reſurgunt?lib.3.fol.42.c.o.
15 In Chriſto omnes viuificabuntur,vnuſquiſque in ſuo ordine,lib.3.fol.101.d.
15 Primus homo de terra terrenus,ſacundus homo de cœlo cœleſtis,lib.4.fol.70.b.n.

Secunda ad Corinthios.

3 Scimus quoniā ſi terreſtris domus noſtra huius habitationis diſſoluatur, ædificationē ex Deo habemus

habemus domum non manu factam,sed æternam in cælis,lib.3.fol.58.d.n.

3 Epistola nostra vos estis,lib.4.fol.68.b.n.
3 Vbi spiritus Domini,ibi libertas,lib.9.fol.157.d.o.& lib.12.fo.220.c.o.
3 Idoneos nos fecit ministros noui testamenti,lib.13.fol.237.b.
4 Id enim quod in præsenti est momentaneum & leue tribulationis nostræ, supra modum æternum pondus gloriæ operatur in nobis,lib.11.fo.198.c.o.
5 Eum qui non nouerat peccatum,pro nobis peccatum fecit,lib.12.fol.224.a.n.
8 Si enim voluntas prompta est secundum id quod habet,accepta est,non secūdum id quod non habet,lib.3.fo.51.a.n.
9 Vnusquisque prout destinauit in corde suo,non ex tristitia aut ex necessitate, lib.9.fol.158.c.o.
11 Despondi enim vos vni viro virginem castam exhibere Christo,lib.1.fol.7.a.n.

Ad Galatas.

2 Si quæ destruxi,iterum hæc ædifico,præuaricatorem meipsum constituo,lib.1.fol.16.d.o.
2 Per legem enim legi mortuus sum,libro 6.fol. 69.b.n.
3 Quicunque in Christo baptizati estis,Christum induistis,lib.3.fo.43.c.o.& fol.52.b.o.
3 Lex pedagogus noster fuit,lib.9.fol.7.a.& lib.7.fo.120.a.o.
3 Christus nos redemit de maledicto legis,lib.12.fol.219.b.o.
4 Misit Deus filium suum factum ex muliere,lib.4.fol.69.d.o.
4 Estote sicut ego:quia ego sum sicut vos,lib.11. fol.188.c.n.
4 Dies obseruastis,& menses,& tempora,lib.12.fol.205.b,o.
4 In similitudinem hominum factus,lib.4.fo.70.c.o.
5 In libertatem vocati estis fratres,lib.12.fol.219.b.n.
5 Si spiritu ducimini,non estis sub lege,lib.6.fol.94.c.n.

Ad Ephesios.

2 Ipsum dedit caput super omnem Ecclesiam,lib.1.fo.8.d.o.
4 Vna fides,vnum baptisma,lib.1.fol.12.a.n.& lib.3.fo.47.d.n.
4 Ascendisti in altum cœpisti captiuitatem,lib.3.fol.58.b.n.
4 Nolite contristare spiritum Dei,in quo signati estis,lib.4.fol.64.b.n.
4 Donec occurramus omnes in vnitatem fidei in virum perfectum, in mensuram ætatis plenitudinis Christi,lib.3.fol.234.a.o.
4 Nolite locum dare diabolo,lib.14.fol.264.a.o.
5 Tradidit semetipsum,vt exhiberet se gloriosam Ecclesiam non habentem maculam neque rugam, lib.6.fo.93.b.n.& lib.12.fol.229.d.n.
6 Gladium spiritus,quod est verbum Dei,lib.13.fol.248.b.n.

Philippenses.

1 Cupio dissolui,& esse cum Christo,lib.3.fol.58.d.n.

Collossenses.

1 Videte ne quis vos decipiat per philosophiam,lib.1.fo.18.c.o.
2 Nemo vos decipiat in sublimitate sermonis,lib.1.fo.19.a.n.
2 In quo & circuncisi estis circuncisione non manu facta,lib.3.fol.45.c.n.
2 In quo sunt omnes thesauri sapientiæ,& scientiæ,lib.5.fo.89.d.n.o.
3 Induite nouum hominem,qui renouatur in agnitionem,secundum imaginem eius qui creauit illum,lib.2.fo.30.c.n.

Prima ad Thessalonicenses.

4 Ne quis supergrediatur,neque circunueniat in negocio fratrem,lib.11.fo.185.b.n.
5 Sine intermissione orate,lib.11.fo.200.b.o.

Secunda ad Thessalonicenses.

3 Si quis non vult operari,nec manducet,lib.9.fol.155.a.b.o.

Prima ad Timotheum.

1 Iusto non est lex posita,lib.12.fo.200.d.n.
1 Fidelis est sermo,& omni acceptatione dignus,lib.7.fol.120.c.n.
2 Radix omnium malorum cupiditas,lib.1.fol.18.b.n.
2 Mulierem docere non permitto,lib.2.fol.28.c.n.o.& lib.13.fo.237.a.o.
2 Adam primus formatus est,deinde Eua,lib.2.fol.31.c.o.
3 Oportet episcopum esse vnius vxoris virum,lib.13.fo.241.b.n.
4 Noli negligere gratiam quæ in te est,quæ data est tibi per prophetiam cum impositione manuum presbyteri,lib.11.fo.201.b.o.
5 Manus citò nemini imposueris,lib.11.fol.eodem.c.
5 Adolescentiores viduas deuita, &c. habentes damnationem quia primam fidem irritam fecerunt,lib.7.120.c.n.& lib.14.fol.261.c.b.n.
6 O Thimothee depositum custodi deuitans prophanas vocum nouitates,lib.1.fol.22.a.o.
6 Qui habitat lucem inaccesibilem,lib.3.fol.54.a.n.

2.Ad Timotheum.

1 Admoneo te vt resuscites gratiam Dei, quæ in te est per impositionem manuum mearum,li.11. fol.201.b.o

2 Laborantem agricolam oportet primùm de fructibus accipere,lib.9.fo.155.a.n.
2 Labora ſicut bonus miles Chriſti Ieſu,lib.9.fol.154.d.n.
2 In magna domo non ſolum ſunt vaſa aurea,& argentea,lib.6.fo.93.d.n.
3 In nouiſsimis diebus inſtabũt tẽpora periculoſa,& erũt homines ſeipſos amãtes, lib.1.f.16.b.o.
3 Mali homines & ſeductores proficient in peius,lib.1.fol.23.b.o.
4 Bonum certamen certaui,curſum conſummaui,&c.lib.13.fol.247.d.o.

Ad Titum.

1 Huius rei gratia reliqui te Cretæ, vt ea quæ deſunt corrigas,& conſtituas per ciuitates presbyteros,lib.13.fol.235.b.n.

Ad *Philemonem.*

1 Sine conſilio tuo nihil volui facere,vti ne velut ex neceſsitate bonum tuum eſſet, ſed voluntarium,lib.9.fol.158.c.d.o. *Ad Hebræos.*
1 Adorent eum omnes angeli Dei,lib.2.fol.25.d.o.& 26.a.n.
5 Omnis pontifex ex hominibus aſſumptus,pro hominibus conſtituitur,lib.10.fol.179.a.n.
6 Rurſus ſibimetipſis crucifigentes filium Dei,lib.3.fol.47.d.n.
7 Tranſlato ſacerdotio neceſſe eſt,vt legis tranſlatio fiat,libro 10.fol.169.b.n.
7 Qui non habet neceſsitatem quotidie, quemadmodum ſacerdotes prius pro ſuis delictis hoſtias offerre,deinde pro populi,lib.10.fol.176.c.o.
9 Chriſtus ſemel oblatus eſt ad multorum exhaurienda peccata,lib.10.fol.ibidem.
10 Vna oblatione conſummauit in ſempiternum ſanctificatos,ibidem.
10 Dabo legem meam in viſceribus eorum,lib.6.fol.99.a.n.
11 Sine fide impoſsibile eſt placere Deo,lib.9.fol.157.b.n.
11 Fides eſt ſperandarum rerum ſubſtantia,lib.7.fol.119.d.n.
13 Obedite præpoſitis veſtris,lib.1.fol.20.b.o.

Iacobi.

1 Si quis veſtrum indiget ſapientia,poſtulet à Deo,lib.1.fol.14.d.o.
1 Poſtulet in fide nihil hæſitans,lib.1.fol.14.a.o.
1 Omne datum optimum & omne donum perfectum de ſurſum eſt,deſcendens à patre luminũ, lib.11.fol.199.a.o.
1 Vnuſquiſque tentatur à concupiſcentia ſua abſtractus & illectus,lib.12.fol.211.c.n.
2 Fides ſine operibus mortua eſt,lib.7.fo.121.b.n.
3 Dæmones credunt & contremiſcunt,lib.2.fol.26.d.o.
3 In multis offendimus omnes,lib.12.fo.211.a.o.
5 Infirmatur quis in vobis inducat presbyteros Eccleſiæ, & orent ſuper eum vngentes eum oleo in nomine Domini,lib.14.fol.258.d.n.

Prima Petri.

2 In quem deſiderant angeli proſpicere,lib.3.fol.54.a.o.
2 Chriſtus pro nobis paſſus eſt,nobis relinquens exemplum,lib.12.fol.215.a.o.
2 Vos eſtis genus electum,regale ſacerdotium,lib.13.fol.236.a.o.
2 Vt virtutes annũcietis eius,qui de tenebris vocauit vos in admirabile lumẽ ſuũ,lib.13.f.237.c.o.
3 In arca Noë octo animæ ſaluæ factæ ſunt per aquam,&c.lib.3.fol.45.d.n.
5 Paſcite qui in vobis eſt gregem,lib.1.fol.8.b.o.& fol.21.d.n.

2.*Petri.*

1 Satagite vt per bona opera certã vocationem & electionem veſtram faciatis, lib.7.fol.196.d.o.

Prima Ioannis.

1 Nunc filij Dei ſumus,ſed nondum apparuit quid erimus, ſcimus autem quoniam quum apparuerit ſimiles ei erimus,quia videbimus eum ſicuti eſt,lib.3.fol.59.a.n.
2 Si dixerimus quia peccatum non habemus,nos ipſos ſeducimus,lib.11.fol.194.b.n.
3 Hic eſt qui venit per aquam & ſanguinem,lib.3.fol.48.b.o.
3 Tres ſunt qui teſtimonium dant in terra,lib.3.fol.48.c.o.
3 Omnis qui in Deo manet non peccat,lib.11.fol.193.a.o.
3 Omnis qui natus eſt ex Deo,non peccat, lib.7.fol.134.b.n.
3 Omnis qui odit fratrem ſuum homicida eſt,lib.3.fol.51.b.n.
4 Omnis ſpiritus qui ſoluit Ieſum,ex Deo non eſt,lib.4.fol.70.d.o.
4 Deum nemo vidit vnquam,lib.3.fol.54.c.n.
4 Perfecta Charitas foras mittit timorem,lib.4.fol.75.c.n.
5 Mandata eius grauia non ſunt,lib.12.fol.223.c.n.

Apocalypſis.

5 Vicit Leo de tribu Iuda,lib.1.fol.5.a.o.
6 Datæ ſunt illis ſingulæ ſtolæ albæ,lib.3.fol.58.a.n.
13 Agnus qui occiſus eſt ab origine mundi,lib.6.fol.99.c.d.n.
20 Vixerunt & regnauerunt cum Chriſto mille anni,lib.3.fol.55.b.o.
21 Vidi cœlum nouum & terram nouam,lib.10.fol.181.d.o.
21 Murus ciuitatis habens fundamenta duodecim,lib.12.fol.204.b.n.
21 Vidi ciuitatem ſanctam Hieruſalem nouam deſcendentem de cœlo,libro 13.fol.236.b.o.

F. ALFONSI DE CASTRO ZAMORENSI, ORDINIS MINORVM IN QVATVORDECIM LIBROS, QVOS ADVERSVS OMNES HÆRESES ÆDIDIT,

PRAEFATIO.



NTER PLVRIMA & varia ſcelerā, quæ humanum genus omne, potiſſimum Chriſtianum, inuadunt atque deuaſtant, hæreſis vnum eſt, eò cæteris peius, quod cùm ſit peſtilentiſſimum, latius ſe diffundit, acutius penetrat, tenacius adhæret, atque ideo difficilius curatur. Quantum enim noxium ſit, inde poteſt cenſeri, quòd fundamentum impetit totius pietatis, ſine quo nihil ſint reliqua omnia profutura. Sine fide nanque (vt ait Paulus) impoſsibile eſt placere Deo. Per hanc ſancti vicerunt regna, operati ſunt iuſtitiam, adepti ſunt repromiſſiones, obturauerunt ora leonum, extinxerunt impetum ignis, effugauerunt aciem gladij, conualuerunt de infirmitate, fortes facti ſunt in bello, caſtra verterunt exterorum. Hæc eſt viaticum viæ huius, ſicut Propheta inquit: Ex fide iuſtus viuit. Hęc eſt denique (ſicut dicebam modo) baſis & fundamentum totius Chriſtianæ ſtructuræ, ſuper quam velut ſuper firmiſſimam quandam petram Deus fundauit Eccleſiam ſuam. Super quam & nos omnes fundari præcipit Paulus, vt ſtabiles & immobiles ſimus à ſpe Euangelii quod audiuimus. Quapropter ſi ex huius bonitate, hæreſeos malitiam metiri conuenit, dicemus ex oppoſito hæreſim potiſſimum eſſe vitium. Tāto enim (iuxta Auguſtini ſententiam) aliquod malum eſt peius malum, quāto magis adimit de bono. Hinc patet quàm malè de Republica Chriſtiana mereātur ii qui fidē oppugnant, qui hæreſes vel inuehunt, vel illatas tuentur: quoniam deſtructo fundamento, neceſſe eſt vt quicquid ſuperædificatum fuerat, decidat. Hæretici autem fundamentum hoc quod à Chriſto ipſo factum, & ab Apoſtolis eius mundo oſtenſum eſt, eruere conātur: quoniam etſi aliis in rebus ſæpenumero inter ſe diſſentiunt, in hoc tamen vnum omnes conuenerunt, vt aduerſus Chriſti & Apoſtolorum doctrinam criſtas erigant. Nec qui hoc agerent pauci fuēre: quod eſt imprimis dolendum & graue, ſiquidem egreſſi à nobis. Quod nanque barbaræ nationes aduerſus filios Iſraël olim commotæ ſunt, tot, imò plures, contra fidem catholicam & doctrinam Euangelicam inſurrexerunt. Nec adhuc ceſſauit hæc oppugnatio. Multa ſiquidem hoſtium caſtra in circuitu eius poſitæ ſunt, vallauerunt eam vndique, vt ad terram proſternerent. Ab Oriente, Simon, Menander, Valentinus, Manes. Ab Occidente, Priſcillianus, Vigilantius, Petrus Abailardus. A Meridie, Tertullianus, Nouatus, Donatus. A Septentrione, vnde panditur omne malum, Pelagius, Ioannes Vvicleph, Ioannes Huſs, Martinus Lutherus. Concuſſa eſt igitur à quatuor angulis, machinæ ex omni parte contra eam admotæ ſunt. O quot ſophiſticæ collectiones, quot fallaciæ, quot ſcripturarum torſiones atque dilaniationes appoſitæ ſunt, vt hoc quod Chriſtus iecit fundamentum, videlicet fides, tueret? Vetùm poſt tot bellorum incurſiones, poſt tot iacta aduerſus illud tela, fixū & immobile ad finem vſque ſeculi permanet fundamētum, quoniam Dominus promiſit ſe rogaturum pro Eccleſia, vt eius fides non deficeret. At qualiter deficere poterit, illo pro ea rogante, qui ſemper exauditur? Adiuuat ergo eam Deus vultu ſuo. In medio eius ſtat, vt non commoueatur. Quò fit, vt nuſquam hæreticorum acies aduerſus Eccleſiam prævalere poſſint, aduerſus quam (Domino teſte) nec inferorum portæ pręualebunt. Nec tamen ab hac infeſtatione ideo abſtinuerunt hæretici, aut in poſterum vnquam abſtinebunt. Oppugnant etenim ſemper, quamuis nunquam expugnare valebunt. Sicut nanque Iebuſæus olim ſemper manſit inter filios Iſraël, in ipſa etiam Hieroſolyma, nec vſquam deleri potuit, Deo ita aut permittente aut diſponente ad Iudæorum ignauiam repellendam, vt videlicet ſcirent inter eos habitare, quos timere, & propter quos vigilare eos oporteret: ita etiam nunc, quantumlibet Eccleſiæ ab hæreticis expurgetur, ſemper ad noſtrum exercitamentum Iebuſæus erit in medio. Oportet hæreſes eſſe (ait Paulus) vt qui probati ſunt, manifeſti fiant. Quia ergo ſemper futuros hæreticos præuidit Apoſtolus, ideo omni qua poteſt ſedulitate ac ſolicitudine admonet, vt eos deuitemus, & ab eorum commercio abſtineamus: quoniam ſciebat quantum nocumenti habita cum eis communio poſſet adferre. Sermo enim eorum vt cancer ſerpit. Hac de cauſa plures Eccleſiaſtici ſcriptores moti, anxiè laborauerunt in inquirendis hæreticis, eorumque erroribus, vt eos nobis deſcriberent: vt inde poſtmodum forent aliis vel ſic noti ii, quos iuxta Pauli præceptum deuitare oportebat. Inter quos primus ex his qui extant, eſt

Heb. 11.

Abac. 2. *Heb.* 11.

Col. 1.

Lucæ. 22. *Pſal.* 45.

Matt. 15.

Ioſue. 15. *Iudic.* 1.

1. *Cor.* 6.

2. *Thim.* 2

Irenæus Lugdunenſis epiſcopus, Apoſtolorum temporibus valde vicinus. Hic elegans opus de hæreſibus compoſuit quinque partitum libris, in quorum primo omnes hæreſes & illarum autores enumerat, quæ ad ſuum vſque tempus Eccleſiam oppugnauerant. In aliis vero libris aduerſus aliquas illarum diſputat. Poſt hunc eodem fermè tempore Tertullianus extitit, qui quamuis ipſe, poſtmodum hęreticus, prius tamen cùm Catholicus eſſet, librum compoſuit de præſcriptionibus hæreticorum, cuius appendix eſt libellus alter de hæreſibus. In quo breui compendio hæreticorum omnium qui ante illum fuerant, nomina & hęreſes pandit: quamuis non omnes illorum errores deſcripſerit. Philaſter Brixienſis Epiſcopus, quem beatus Auguſtinus teſtatur ſe Mediolani cum beato Ambroſio vidiſſe, maiuſculum opus de hæreſibus ædidit, nec illas omittens quæ ante Chriſti aduentum apud Iudęos olim fuerant. Hoc fermè tempore Epiphanius Cyprus Epiſcopus volumen de hæreſibus Græcè ſcripſit, ſex libris, vt Auguſtinus teſtatur, diſtinctum, opus tamen, eodem Auguſtino teſte, ſatis paruum. In quo octoginta duntaxat enumerauit hæreſes, adiunctis etiam eis quæ olim apud Iudæos
Act. 8. fuerant exortæ. Ab iſtorum duorum epiſcoporum libris hauriens Auguſtini precibus, Quod vult dei impulſus, opus de hęreſibus ad eundem, Quod vult Deum ędidit. In quo eas duntaxat deſcripſit, quæ poſt Chriſti in cœlos aſcenſionem Eccleſiam inuaſerunt. Quapropter à Simone illo Mago, de quo in actis Apoſtolorum fit mentio, ſuam auſpicatur hiſtoriam. Poſt illos omnes egregios viros, Guido de Perpiniano Carmelitani inſtituti, & poſtea Elnenſis epiſcopus, librum de hæreſibus compoſuit, in quo illas hæreſes addidit, quæ poſt Auguſtinum fuerunt exortæ, nec illas omittens quę olim apud Iudæos fuerant. Verùm hic non contentus eſt hæreticorum nudam narrare hiſtoriam, prout Auguſtinus & Philaſter fecêre, ſed cum ſingulis hæreticis manus conſerere tentauit, & quaſi ad ſingulare prouocat certamen. Quam rem adeò infeliciter agit, vt ſæpenumero veritatem dicas ſuccumbere, ſi ex illius pugna cenſura dicenda ſit. Omitto quòd in ipſa etiam hiſtoriæ naratione deficit. Velut enim parum diligens hiſtoriæ inquiſitor, multas hæreſes omiſit, etiam ex his quæ circa tempora ſua pullulare cœperunt, cuiuſmodi ſunt Albigenſes, Flagellantes ſeſe, Petrus Abailardus, Henricus Toloſanus, Almaricus, Durandus de Vvaldach, aliique multi hæretici, quorum errorum nuſquam Guido meminit. Aliquando hęreſes commutat, tribuens huic quę ſunt illius. Aliquando etiam errores ex diametro apertiſſimè pugnantes eidem factioni tribuit, vt facilè eſt apud eum inuenire, cùm de erroribus Armenorum loquitur. Demum poſt iſtos omnes, quidam frater Bernardus de Lutzemburgo, omnium hæreticorum catalogum deſcripſit, opus certè laborioſum, quamuis in illo ſępe hallucinetur, multos ibidem recenſens qui meliori lapillo fuiſſent notandi, vt eſt Papias, & alii de quibus inferius dicemus. Alios etiam plures ibidem miſcet, qui nullo pacto ad hæreticorum familiam ſpectare videntur, quoniam Chriſtum per baptiſmum nunquam fuerunt induti, vt eſt Auicenna & Auerrois, qui cùm nunquam Chriſto nomina in baptiſmo dederint, nullo pacto fieri poteſt vt hæretici dicantur.

Nam alioqui omnes gentiles Philoſophi forent hac ratione ſub hęreticorum nomine ſcribendi. Hi ergo omnes qui hæreticorum hiſtoriam texuerunt, in hoc vnum laborauerunt, vt hæreticorum factiones deſcriberent, & ſic velut indice aliis oſtendiſſe viderentur hoſtes fidei, à quorum communione
Pſal. 33. abſtinere oportebat. Qui labor non parum Eccleſiæ Catholicæ hucuſque profuit, & nunc indies plus prodeſt: quoniam primus gradus ad omnem virtutem capeſſendam, vt regius Propheta ait, eſt declinare à malo: huic autem primus eſt, facere bonum. Arator etenim prius agrum à ſpinis aut quibuſcunque noxiis herbis expurgat, & ſic terra ex acceptis poſtmodum ſeminibus ſegetes producit. Ad hunc modum medicus præſcribens leges infirmo quibus incolumitatem & aſſequi & tueri poſſit, prius illum docet cibos à quibus eſt illi abſtinendum. In omni etiam doctrina non minus laborandum eſt vt errores extirpentur, quàm vt veritas doceatur. Nam extirpatis erroribus, veritas clarius agnoſcitur, agnita, ardentius amatur, amata, denique vehementius defenditur, & cautius cuſtoditur. Quòd ſi hoc in qualibet doctrina obſeruatur, multò ſalubrius id fiet in Theologia, hoc eſt in doctrina Euangelica, in qua (vt eſt apud Auguſtinum) nullibi periculoſius erratur, aut fructuoſius aliquid inuenitur. Bene ergo noſtris commodis proſpexerunt, qui hæreticorum hiſtoriam texuerunt, vt inde cognoſceremus eos a quorum commercio nos abſtinere oportebat. Verùm etiam ſi hic eorum labor vtilis valde fuerit, multò tamen magis, mea ſententia, noſtræ vtilitati conſuluiſſent, ſi plus laboraſſent vt oſtenderent hæreſes & errores, à quibus erat prępcipu è abſtinendum, quam hęreticorum nomina, qui illarum hæreſum fuerunt autores. Nam ex hæreſi cognita facilimè quiſque cognoſcet pertinacem eius autorem aut fautorem eſſe aut fuiſſe hæreticum. At hæretico proſcripto, & velut tali diffamato, non ſic cognoſcitur quid vitandum ſit in eo. Plerique etenim norunt Arrium, Sabellium & Neſtorium fuiſſe hæreticos, & velut tales ab Eccleſiæ communione eiectos atque damnatos: non tamen perinde Arrianos, Sabellianos, aut Neſtorianos agnoſcunt, quia videlicet ignorant quid fuerit in cauſa, vt Eccleſia Arrium, aut Sabellium, aut Neſtorium tali inuſſerit nota. Omitto quòd in Catalogo plures hæretici nomine deſcribuntur, quorum tamen nulla citatur hæreſis propter quam conſtet eos meritó ſic fuiſſe notatos, vt ſunt Adelbertus Gallus, Clemens Scotus, Petrus Conſtantinopolitanus, Petrus Olerij, Valdemarius, Nicoſtratus, Euagrius Ponticus, aliique multò plures. Quid quæſo iuuat ſcire hos fuiſſe olim hæreticos, ignorata cauſa propter quam tam triſtis ſit in eos dicta cenſura, præcipuè cùm iſtorum libri non extent, qui hac occaſione forent ab idiotis vitandi? Cùm igitur ob hæreſim quam quiſque docet aut tuetur, ſit hæreticus vitandus, & non vice verſa propter hęreticum hæreſis ab eo aſſerta: videntur mihi (quod citra inuidiam & eorum ſuggillationem dixerim) conſultius illi fuiſſe facturi, ſi

plus laboraſſent in hæreſibus prodendis, quàm in hæreticorũ nominibus recenſendis. Qua in re neminem hucuſque, ex his quos legi, video exactè laboraſſe: quoniam etſi Auguſtinus, aut Philaſter, aut Tertullianus, aut Guido, aut Catalogus, omnium hæreticorum factiones deſcripſiſſent, nullus tamẽ eorum omnes cuiuſlibet hæretici errores recenſuit, imò eorum quilibet plures omiſit. Aliquas ſiquidem tribuit hæreſes Cataphrygibus aut Gnoſticis Philaſter, quarum nec meminit Auguſtinus de eiſdem hęreticis loquens. Aliquas item Auguſtinus impingit Manichæis, quas nullo pacto commemorat Philaſter. Guido autem cum Auguſt. ſequi videatur, nec alium præter Auguſtinum circa veteres hæreticos enarrandos eum vidiſſe appareat, cùm de qualibet hæreticorum factione diſſerit, non plures illi errores impingit, quàm apud Auguſtinum legit: quamuis apud alios autores, ſi os legiſſet, potuiſſet plures reperire. Vnde apertiſſimè conuincitur eos in hoc tantum laboraſſe, vt hæreticos nobis velut indice oſtenderent. Quę omnia mihi preſſius intuenti, viſum eſt opus aggredi, in quo non tantum ſtudebo vt omnes recenſeam hæreticos, quantum vt omnes deſcribam hæreſes, quæ ad noſtrum vſque tempus, ſcriptorum, quos potui habere, memoria conſeruauit, ſupplens ex vno, quod alium omiſiſſe videro. Quo facto fiet vnà omnium hæreſum congeries, à qua quemlibet catholicum abſtinere oportebit. Et ſic facilè quiſque agnoſcet toxicum quod vitandum eſt, & ſemitam à qua declinare debet. Vt autem ex hoc noſtro labore facilius quilibet proficere valeat, hæreſes ipſæ nõ iuxta tempora in quibus ortę ſunt, diſponẽtur, ſed iuxta rerum materias circa quas verſantur. Quapropter res ipſæ de quibus tractant, perditiones iuxta alphabeti ordinem digeſtas diſtribuentur. Sub qualibet verò dictione hæreſes illæ diſponentur, quæ ad rem perditionem illam ſignificatam ſpectare videbuntur. Quo ordine obſeruato, facillimum cuique erit, propoſita ſemel quacũque materia, ſcire hæreſes quæ iam circa illam exortæ ſunt, & quas vitare oportet. Cùm verò vnamquanque hæreſim pertractabo, hunc tenebo ordinem. Primò poſt enarratam hæreſim, hæreſiarcham prodam, velut illius factionis ducem: qui poſtmodum ſub eo duce militauerunt: qui etiam deinde errorem iam emortuum ab inferis reuocarunt. Tum contra ipſum errorem aliquibus argumentis, eiſque breuiſſimis, diſputabo, quibus hæreſis (mea quidem ſententia) reuinci poſſit. Exequentur hoc alij doctiores fortius & efficacius, ego pro modulo meo præſtabo quod potero. Nolui fuſius ſpaciari, quanquam forſan ſæpe id agere facillimè potuiſſem, in campo latiſsimè patenti, ſed in arctum omnia congeſſi, ſtrictius omnia expendi, conſultius fore iudicans, pauca idonea adferre, quàm multorum animos loquacitate mea prægrauari. Quòd ſi de omnibus hæreſibus eſſet latè diſputandum, fieret neceſſariò, vt modum vnius voluminis etiam magni, noſtrum excederet opus: quoniam nec in tribus aut quatuor voluminibus, ne dicam in vno, poſſunt omnes hæreſes coaceruari. Idcirco breuitati ſtudere decreui, & in compendij formam omnia redigere. Quæ verò reſtabunt, ad alios ſcriptores, ſi quos ſcierim, remittam, vnde vberius haurire quiſque poſſit. Poſtremò ſi quod celebratum fuerit concilium, quod de illa re quoquo pacto definierit, definitionem & decretum ſubiungam. Quantus autem hic noſter labor fuerit, lector candidus & à liuore alienus facilè iudicabit, cùm ad ſolas hæreſes recenſendas oportuerit plurimos autores euoluere, plurima luſtrare volumina, præſertim quòd cùm inter recentiores ſæpenumero non conueniat, oportuit ab aliis vetuſtioribus veritatem petere. Quo labore tranſacto, cùm viderem mihi reſtare maiorem, videlicet aduerſus tot ſerpentes pugnare, tot monſtra domare, deterrebat ab incœpto, pondere tantarum rerum preſſus: quoniam conſiderabam me ſumpſiſſe materiam meis viribus minimè (vt iuxta Horatij præceptum decebat) ęquam: retraxiſſemque pedem, niſi Dominum audiſſem dicentem: Vnus ex vobis fugabit mille. Non eſt enim nunc manus Domini aut infirmior, aut impotentior ad me roborandum contra hæreticos, quam olim fuit ad præſtandum auxilium & robur Sampſoni cõtra Philiſtæos, quorum mille vna aſini mandibula interemit. Quapropter etſi conſiſtant aduerſum me omnium hæreticorum caſtra, nunquam timebo, quoniam in Domino confido quòd à dextris mihi erit, ne commouear. Hæc ergo fiducia munitus, in campum deſcendo, contra omnes & ſingulas hæreſes pugnaturus. Sed antequam ad pugnam accedamus, prius pro certamine neceſſaria parare opottet, vtpote oſtendere ſymbolum eorum hoſtium cum quibus pugnandum eſt, & arma quibus præliari oportet, iudices ſub quibus certaminis periculum eſt ſubeundum. Nam ſi nullus ſit iudex, nullus erit certandi finis, præſertim aduerſus pertinaces. Verùm nedum falſos aliorum errores exagito, in aliquem ipſe, dæmone inſtigante, & Deo permittente incurram, illud imprimis teſtor, & teſtatum eſſe ſempet volo, me nolle vnquam ab ea fide, quam catholica tenet Eccleſia, vel latum pilum diſcedere. Quòd ſi fortè aliquid ſimile deprehendatur, non ex induſtria dictum eſſe volo, ſed per incuriam aut ignorantiam ab homine qui errare potuit, elapſum, & iam nunc pro recantato haberi peto: dicam etenim cum Auguſtino, quòd errare potero, ſed hæreticus nunquàm ero.

Deut. 32.

Iudic. 15.

F. ALFONSI DE CASTRO

A

ZAMOREN. MINORITAE ADVERSVS HÆRESES, LIBER PRIMVS.

Quid ſit hæreſis. Cap. 1.

DE hæreſibus tractaturus, ab hæreſis definitione auſpicandum cenſui. Prius enim oportet, iuxta Ariſtotelis præceptum, hæreſis definitionem ſtatuere, ad quam velut ad gnomonem ſit quæuis aſſertio de hæreſi examinanda. Hæreſis iuxta nominis veram & integram ſignificationem electio dicitur, quòd ſcilicet eam vnuſquiſque eligat diſciplinam, quam putat eſſe meliorem: venitque à verbo Græco αἱροῦμαι, quod Latine ſonat eligo. Inde philoſophorum ſectæ aut opiniones, hæreſes appellatæ ſunt. Ex qua vocis ſignificatione alicui fortaſſe videretur doctrinam Euangelicam hæreſim fore appellãdam, cùm eam plurimi errores alios deſerentes, ſibi eligant, eò quòd exiſtiment eſſe veriorem. Verùm hoc ſtatim diſſoluet quiſque, ſi conſideret Euangelicam doctrinam non ab homine proditam, aut aliqua humana ratione inuentam, ſed ſola Dei inſpiratione & reuelatione agnitam, ac ideo non ex noſtra electione obueniſſe alicui, ſed ſola Dei voluntate eam manifeſtante. Nullus enim ſuæ tantum innixus prudentiæ, illi aſſentire poſſet. Quò fit, vt prius à deo edoctum eſſe oporteat, quiſquis hanc verè & tenaciter (vt decet) amplectatur diſciplinam. Sic enim dicit ipſe veritatis magiſter: Nullus venit ad me, niſi pater meus traxerit illum: Quapropter iuxta vocis proprietatem quãtumlibet extenſa dictione, minimè hęreſis appellari poteſt. Cui ſententiæ fauet Theophylactus ſuper illud ad Coloſſenſes ſecundo: Videte ne quis vos ſeducat per philoſophiam & inanem fallaciam ſecundum traditionem hominum. ſic enim ait: Vides quemadmodum per varia, humana quædam hominum ſenſus & cogitatus, captiones eiuſmodi emanarint. Eoque hæreſes dicuntur, quòd hominum ſint variæ ſentientium opiniones. Sed Chriſtianorum hæc fides nequaquam humano aliquo ſenſu vel iudicio conſtat, & ideo nec nomen aliquod ſortita eſt iſtiuſmodi, vt hæreſis diceretur. Hæc ille. Sententia ergo quam pro ſuo arbitrio ſibi quiſque eligit, hæreſis appellatur. Hinc (mea ſententia) viri catholici nomen hęreſeos contrahentes, aſſertionem à vera fide deuiantem hæreſim appellauêre, quaſi non à Deo habitam aut reuelatam, ſed hominum electione inuentam, nec ſacris literis conformem, ſed veritati fidei repugnantem. Omnis enim veritas ad fidem ſpectãs, cui credere tenemur lege diuina, à Deo ipſo reuelata eſt, nec ex hominum electione pendet. Alioqui ſi ex hominis electione penderet, quiſque impunè illi diſſentire valeret: cui manifeſtè obuiat Paulus, qui in prima ad Corinthios epiſtola capite ſecundo ſic ait: Sermo meus & prædicatio mea nõ in perſuaſibilibus humanæ ſapientiæ verbis, ſed in oſtenſione ſpiritus & virtutis, vt fides veſtra non ſit in ſapientia hominum, ſed virtute dei. Si ergo aliquid humana ratione inuentum eſt, illud minime fides eſt. Quò fit, vt ſi res ſe offerat, ad cuius alteram ex oppoſitis partem tuendam fides nos cogat, ibi aſſertionem cõtrariam, hæreſim appellemus. Sic igitur euenit, vt hoc nomen hęreſis, quod Ethnicis promiſcuum eſt omni opinioni, ſiue veræ, ſiue falſæ, theologis, qui eo paulo contractiore ſignificato vtuntur, ſit infame, eò quòd in fide, in qua oportet captiuare intellectum in obſequium Chriſti, proprii iudicii ſententia præfertur ſacris literis, aut Eccleſię definitioni, aut Conciliorum traditionibus. Qui autem ſacris literis, aut Eccleſiæ definitionibus contradicit, ſpiritui ſancto huius rectori & illarum autori contradicit: Qui vos, inquit Chriſtus, ſpernit, me ſpernit: qui autem me ſpernit ſpernit eum qui miſit me. Et alibi: Qui ſpernit me, & non accipit verba mea, habet qui iudicet eum. Qui ergo, eccleſia contempta, aut ſacris literis poſthabitis, ſoli ſuæ prudentiæ innititur, adeò arrogans eſt, vt huic verè tribui poſſit, quod dicit Paulus: Qui extollitur ſupra omne quod dicitur Deus. Quam ſuperbiam idem gentium doctor alibi clarius exprimit, dicens: Si quis aliter docet, & non acquieſcit ſanis ſermonibus domini noſtri Ieſu Chriſti, & ei quæ ſecundum pietatem eſt doctrinæ, ſuperbus, nihil ſciens, ſed languens circa quæſtiones & pugnas verborum. Nolle etiam acquieſcere (vt eſt in primo Regum) quaſi peccatum ariolandi eſt. Grauiſſimum ergo peccatum eſt propriæ ſententiæ adeò tenaciter adhærere, vt præ illa quis eccleſiam contemnat, quæ à Deo regitur. Vnde Greg. Cùm nequiſſimi ſpiritus vniuſcuiuſque animam in prauis operibus inuoluũt, ſed integritatem fidei vitiare non poſſunt, quaſi adhuc inferiora membra polluunt. Qui autem in fide corrumpuntur, vſque ad verticem conſtuprantur. Malignus enim ſpiritus ab infimis membris quaſi ad ſumma pertingit, cùm actiuam vitam polluens, caſtam celſitudinem fidei, diffidẽtiæ morbo corrumpit. Hæc ille. Vides hic, vt quemadmodum fides eſt baſis totius chriſtianæ virtutis, ita hæreſis ſit totius nequitiæ complementum. Hac ergo de cauſa, & non immerito, hæreſis nomen Chriſtianis famoſum eſt, quod Ethnicis eſt promiſcuum: quòd apud hos liberum ſit cuique pro iudicio ſentire: apud illos verò, quantumlibet rationes vrgeant, nunquam licebit aliud quàm eccleſia ſentire. Oſtenſa ergo nominis ratione, ſupereſt vt rei definitionem ſtatuamus. Hæreſis eſt dogma falſum fidei orthodoxæ repugnans. Dicimus hic, dogma falſum, omnem enũciationem falſam, ſiue illam quis dogmatizet, ſiue illam ſecum tacitus affirmet. Nam vtrunque hæreſis eſſe poteſt. At præter enunciationem hæreſis eſſe poteſt. At præter enunciationem hęreſis nequit inueniri. Sola enim res effecta, abſque iudicio intellectus definientis peccatum eſſe poteſt, hæreſis autem minimé. Qui enim furatur, etſi contra ſcripturam id fieri vetantem agat, non eſt hæreticus, niſi credat furtum non eſſe peccatum. Fornicationem ſacra ſcrip-

Ioan. 6.

B *Theophylactus.*

1. Cor. 2.

C *Luc. 10.* *Ioan. 12.* *2. Theſ. 2.* *1. Tim. 6.* *1. Reg. 15.*

Definit. hæreſeos.

D

tura prohibet, at qui fornicatur, niſi hoc impune fieri credat, non eſt cenſendus hæreticus. Opus ergo ſolum ſine intellectus errore, hæreſis non eſt, quantumlibet opus ſit ex ſcriptura prohibitum. Propter quod admonere oportuit, vt cum ſimoniam aliquando hæreſim appellari audieris, intelligas, non opus ipſum quo ſimonia committitur, eſſe hæreſim, ſed errorem quo credit ſpiritualia eſſe venalia. Sic enim vocatur à Geregorio Nazianzeno in fragmẽto quodam à Gratiano poſitum prima quæſtione pri. capite, qui ſtudent. Sed obſtabit quiſpiam, ſi res acta, intellectu minimè circa eam errante, hæteſis non eſt, quare deprehenſus in exercitio Iudaicæ cæremoniæ, aut alicuius ritus Sarracenorum, vt puta quia ſabbatum obſeruat, aut agnum Paſchalem comedit, velut hæreticus punitur? Quòd ſi ex facto dicas ſuſpicionem oriri, vt id quod facit, ita eſſe faciendum credat: cur non eadem ratione fur aut fornicator an ſam ſuſpicionis præſtat, vt ſuſpicemur illum ſic facere, quia ſibi licere credit? Cui obiectioni reſpondetur, magnum eſſe inter hæc & illa diſcrimẽ. Sunt enim aliqua peccata ad quæ homines ſunt natura procliues, vt ſunt carnis illecebræ, auri ſacra fames, honoris appetitus. Hæc ergo cum talia ſint vt in illa præcipites feramur, etiam repugnante conſcientia agimus. Sunt alia peccata, quæ ſecus ſe habent, ad quæ voluntas non fertur, eo quòd nihil habent quo poſſint allicere voluntatem: quapropter cum ad illa voluntas indifferens ac dubia ſit, intellectum conſulit, vt ſciat quid facto opus ſit: neque in his repugnante conſcientia aliquid agere tentat. Eſt enim intellectus voluntati à conſiliis. Sæpenumero autem accidit, vt rex, inconſultis omnibus, imò omnium conſilio poſthabito, in id ad quod pronus eſt, præceps ruat, & quod libuerit agat; cum tamen ſæpiſſimè in reliquis conſulentibus cedat, & ex eorum conſilio A fieri omnia præcipiat. In his ergo ad quæ voluntas non eſt prona, nuſquam intellectus iudicio ſpreto aliquid operatur. Ad cæremonias autem has vel illas obſeruandas, nulla eſt à natura pronitas in voluntate, niſi fortè ex conſuetudine exequendi eas, quæ altera eſt natura. Idcirco vehemens eſt ſuſpicio, vt ibi vo-
Matt. 7. luntas regatur ab intellectu, ita vt quod facit, ſic credat eſſe faciendum. Sic enim Saluator ait: A fructibus eorum cognoſcetis eos. Nam (vt Ariſtoteles tertio Ethicorum ait) qualis eſt vnuſquiſque, talia dicit & operatur. Ex hac ſola (vt opinor) ratione ſimoniacus appellatur hæreticus à Gregotio in regiſtro, dicente: Quiſquis per pecuniam ordinatur, ad hoc vt hæreticus fiat, ordinatur. Nam ex hoc quod impreciabile licetur, veriſimile eſt eum male ſentire de ſanctitate Eccleſię, quaſi credat eam velle ſpiritualia liceri, quam tamen Eccleſiam credere tenetur ſanctam, immaculatam, ſine macula & ſine ruga. Eccleſia igitur de his quæforis patent, iudicat: quæ non eſt dubium eſſe mala. An autem intellectus ſit concors operi necne, Deus nouit qui intuetur cor. Homines autem neſciunt niſi quæ foris patent: quanquam vehemens eſt ſuſpicio, vt in illis magna ſit intellectus ad opus conuentio. Et hac de cauſa punitur ex facto iſtorum velut hæreticus, qui propter alia opera, quantumlibet per ſacram ſcripturam prohibita, minime vt talis punietur, eò quod ibi ſuſpicari non liceat, vt quod facit, ſic credat eſſe faciendum. Vt ergo ad propoſitam hæreſis definitionem redeamus: colligamus, nullibi hæreſim reperiri poſſe ſine errore intellectus, omnis enim hæreſis dogma falſum eſt: at non omne dogma falſum hæreſis eſt, cum multi ſint errores, in quibus (etſi pertinacia adeſſet) nullum peccatum eſt. Fuiſſet tamen graue peccatum (vt iam diximus) ſi hæreſis eſſet. Non eſt ergo omnis error cenſendus hæreſis: quia nec omnis veritas ad fi- B dem catholicam pertinet. Non enim exigitur à Chriſtiano vt ſciat numerum & vim eleementorum, motum & ordinem & effectus ſyderum, naturas animalium, fruticum, fontium, lapidum, & alia innumera: quæ etſi Chriſtianus ignoret, aut circa illa erret, falſum pro vero aſſerendo, nullum peccatum eſt. Vnde Auguſtinus in Enchiridio capite vigeſimo primo. In his atque huiuſmodi falſitatibus, ſalua fide quæ in Deo nobis eſt, fallimur: & via non relicta quæ ad illum nos ducit, erramus. Qui errores etiam ſi peccata non ſunt, tamen in malis huius vitæ deputandi ſunt, quę ita ſubiecta eſt vanitati, vt approbentur hic falſa pro veris, reſpuantur vera pro falſis, teneantur incerta pro certis. Quamuis enim hæc ab ea fide abſint, per quam ad veram certamque atque æternam beatitudinem tendimus, ab ea tamen miſeria non abſunt in qua adhuc ſumus. Hæc Auguſtinus. Iam vides qualiter non omnis error appellandus eſt hæreſis, ſicut nec omnis veritas fides appellatur. Error ergo ille qui fidei catholicæ obuiat, hæreſis dicitur. Meritò ergo hæreſim ſuperius definiuimus quod ſit dogma falſum, fidei orthodoxæ repugnans. Proter quod meritò quęrendum erit, quæ ſint illa quibus fidem adhibere tenemur. Oppoſita enim ex mutua collatione facilius cognoſcuntur. Sic enim poſtquam cognouerimus quæ ſint illa quæ ad fidem catholicam ſpectant, manifeſtè colligitur, vt omne quod illis repugnare certò ſciuerimus, hæreſim eſſe decernamus. Inde etiam oſtendetur, quibus armis vtendum erit ad hæreſes expugnandas. Fides autem catholica, quam indubiè tenere oportet, eſt ea quam ſacræ liter æprodunt. Et non ſolum hæc, ſed quicquid (etiam ſine ſacris literis) ſancta mater Eccleſia vniuerſali traditione nobis credendum proponit. Si ergo quodlibet horum diuina lege credere tenemur: fit neceſſariò, vt quicquid alicui horum repugnat hęreſis eſſe credatur. Ideo oportet vt ſingula hæc, ſingulis capitulis differamus. Et primo quæ ſunt ſcripturæ, quæ pro canonicis habendæ ſunt inquiramus.

De ſcripturis canonicis quibus hæreſes reuincendæ ſunt. Cap. 2.

QVum ergo aduerſus hæreticos ſit nobis pugna deſignata, expediens mihi videtur vt arma quibus dimicandum erit, prius aſſignentur. Sic enim in carnali militia videmus, vt prouocanti ad ſingulare certamen & prouocato ſimillima ſint arma. Non enim fas eſt cuique pro libito armis vti, ſed ea oportet vtrique eſſe paria ſimillimaque. Qnò fit vt ante congreſſum prodantur arma quibus certaminis periculum ſubeundum eſt: in qua re ſæpenumero euenit, vt non modica ſit ante pugnam de telis

elegendis diſſenſio, cùm inter eos de hac re non conuenit. Neque multum ab hoc inſtituto diſtat diſputandi ratio. Sunt enim in vnaquaque ſcientia principia, in ea notiſſima tanquam cõmunia omnibus arma, quibus ſublatis (vt Ariſtoteli placet) nullus diſputationi relinquitur locus, nullumque telum quo configere poſſis aduerſarium. Ne ergo in poſterum pluries diſceptandum eſſet de ſcriptura, oportuit primum ſtatuere quæ canonica ſit, cui credere quiſque teneatur. Nam ſicut in aliis ſcientiis, prima earũ principia, null⁹ qui eas profitetur, negat: ita in negocio fidei, pro vnico & indubitato principio, à quolibet qui ſe pro Chriſtiano gerit, haberi debet, verum eſſe quicquid in ſacris codicibus continetur. Credi enim par eſt non ſolum à Chriſtiano, verum & ab Ethnico vel mediocriter pio, & de Deo ea ſolum quæ naturali ratione haberi poſſunt, ſentienti: Deum adeò veracem eſſe, vt mẽtiri nequeat. Si ergo Deus mentiri non poteſt, ſcriptura ab eo cõdita, falſa perinde eſſe nequit. Et quicquid per aliorum ora Deus nobis inſinuare voluit, erit perinde verum, ac ſi ab ore ipſius Dei prodiiſſet. Locutus eſt nanque dominus Deus Iſrael (vt ait Zacharias apud Lucam) per os ſanctorum qui à ſeculo ſunt prophetarum eius. *Luc.1.* *Pſal.44.*

D Et Propheta regius teſtatur linguam ſuam calamum eſſe ſcribæ velociter ſcribentis. Hoc epitheto ſpiritum ſanctum deſignans, cuius gratia (ex Ambroſij ſententia) tarda molimina neſcit. Hoc etiam vel ipſorum prophetarum teſtimonio euidenter patere poteſt, cùm ſolenne ſit apud eos hæc addere, Hæc dicit Dominus Deus. Cui ſententiæ adſtipulatur Paulus: Multifariam, inquit, multiſque modis olim loquens Deus patribus in prophetis, nouiſſimè diebus iſtis locutus eſt nobis in filio. Ecce qualiter Pauli teſtimonio Deum ore prophetarum locutum fuiſſe conſtat. Et beatus Petrus eandem ſententiam docet, dicens: Non enim voluntate humana allata eſt aliquando prophetia, ſed ſpiritu ſancto inſpirãte locuti ſunt ſancti Dei homines. Et ipſe dominus Deus cuidam prophetæ dicit. Si ſeparaueris ſpecioſum à vili, quaſi os meum eris. Denique Dominus in Euangelio, cùm diſcipulos ad prædicandum mittit, fiduciam eis quaſi parum ad loquendũ audacibus præbens, dicit: Non enim vos eſtis qui loquimini, ſed ſpiritus patris veſtri qui loquitur in vobis. Ex quibus omnibus manifeſtè colligitur ſcripturas aliquas diuinas eſſe, illas ſcilicet quas homines aliqui Deo inſpirante ſcripſerunt: imò (vt verius dicam) quas Deus ipſe manibus hominum ſcripſit. His omnibus fidem integrã præſtare debem⁹, nec eis magis quàm deo illarum autori refragari licet. Harum ergo ſcripturarum teſtimonia, tãquam prima in hac ſcientia principia, & velut arma omnibus communia ſuſcipienda ſunt, quibus & hæreticum ſe tueri oportet, & nos aduerſus eundẽ pugnare. Eſt enim ſacra ſcriptura, turris Dauid cũ propugnaculis munita, ex qua mille clypei pendent, omnisque armatura fortium. Hæc eſt etiam torrẽs vnde Dauid lapides ſumpſit, quibus ſuperbum Goliath proſtrauit. Arma Saulis, quæ magis grauant quàm iuuãt, ratiocinationes ſunt ex humana prudentia manantes. Nam (vt dicit Hieronymus in epiſtola ad Theophilum Alexandrinũ) fides pura, & aperta confeſſio, non quærit ſtrophas & argumenta verborum. Vnde patet miſerè erraſſe Feli- *Heb.1.* *2.Pet.1.* *Hier.15.* *Matt.10.* *Cant.4.* *1.Reg.17.*

A cianum hæreticum Arrianum dicentem, in cauſſa fidei magis rationibus, quàm ſcripturarũ teſtimoniis vtendum eſſe. Illa enim circa quæ noſtra fides verſatur (vt aliàs longiori tractatu diſſeremus (ſupra omnem rationem ſunt, nec ad ea inueſtiganda noſtri intellectus lucernula ſufficit, lumen effundere ſufficiens. Vnde Baſili⁹ in expoſitione Pſal.115. ſic ait: Denique in quolibet ſtudio, quod ordine in finem procedit, impoſſibile eſt primorum ſubiectorum demonſtrationes inquirere, ſed neceſſe omnium artium, quæ probatione nituntur, principia ſine veſtigatione aut ratione poſita, reliqua quæ deinceps ſequũtur cum ratione oſtendere. Sic & theologiæ myſterium ex fide minimè rationibus probata ędificiũ quærit. Hæc Baſilius. Velle igitur rationibus cõuincere, ſacram ſcripturam eſſe veracem, tanta mihi videtur dementia, ac ſi quis vellet rationibus fulcire prima alicuius ſciẽtiæ principia. Sacram ſcripturam eſſe veracem axioma eſt cuilibet ſe pro Chriſtiano gerenti, contra quem ſolum arma ſumpſimus. Non enim aduerſus Ethnicos & Sarracenos eſt nobis ſermo, ſed aduerſus eos qui ſe Chriſtianos iactant, cũ nihil minus ſint. Qui omnes velut primum in hac diſciplina principium credere tenentur, ſacram ſcripturã eſſe veracem. An verò talis ſcriptura diuina ſit vel humana, quiſpiam fortè vertet in dubium. Idcirco videndum eſt quinam ſunt hi libri qui pro canonicis habendi ſunt, quorum dictis velut diuino oraculo refra- *Baſilius.*

B gari non licet, & quorum teſtimonio reuincendi ſunt, hæretici. Vt ergo ſciamus libros quos pro canonicis habere oportet, audiamus quid in hac parte concilium Laodicenum in ſuorum decretorum, cap.59. definierit. Concilium Laodicenum. Non oportet ab idiotis pſalmos compoſitos & vlgares in Eccleſiis dici: neque libros qui ſunt extra canonem legere, niſi ſolos canonicos noui & veteris teſtamenti. Quæ autem oporteat legi, & in autoritatem recipi, hæc ſunt: Geneſis, Exod⁹, Leuiticus, Numeri, Deuteronomiũ, Ieſu Naue, Iudicum, Ruth, Regum libri quatuor, Paralipomenõ libri duo, Eſdræ, liber pſalmorum numero centũ quinquaginta, Prouerbia Salomonis, Eccleſiaſtes, Cãtica canticorũ, Iob, Heſter, Duodecim prophetarũ libri, id eſt, Oſeę, & Amos, Ioël. Abdias, Ionas, Michæas, Naũ, Abacuc, Sophonias, Aggæus, Zacharias, Malachias, Eſaias, Hieremias, Ezechiel, Daniel. Noui teſtamenti, id eſt, Euẽgelium ſecũdum Matth. ſecundum Marcum, ſecundum Lucam, ſecundum Ioannem, Actus apoſtolorum, Canonicæ epiſt.7. Iacobi vna: Petri duæ, prima, & ſecũda: Ioannis tres, prima, ſecũda, & tertia: Iudæ vna: Epiſtolę Pauli numero.14. ad Romanos, ad Corinth. prima, & ſecunda, ad Galat. ad Ephe. ad Philippenſes vna, ad Coloſſ. vna: ad Theſſalo. duę, prima & ſecunda: ad Timotheum duę, prima & ſecunda, ad Titũ, ad Philemonem, ad Hebræ. Hęc concilium Laodicenum. Sed iam video quantum exultet hæreticus ex ratione librorum in hoc catalogo aſſignata, cũ videat pleroſque ibi omitti, qui paſſim pro canonicis habentur. Nam & hoc maximè cupiunt hæretici, vt omnes quot potuerint libri à canone auferantur, neque in catalogo ſacrorum valuminũ connumerentur. Vident enim non licere autoritati cuiuſque ſcripturæ ſacræ repugnare: quapropter ſummopere nitũtur ſcripturas minuere, ne arma habeamus quibus eos configere poſſimus. Cuius rei vel hoc teſtimoniũ efficaciſſimũ eſſe poteſt, quòd ſi fortè contra ſuam *Cõcilium Laodicenum.*

aſſertionem adferatur ex quopiam ſacræ ſcripturæ libro locus aliquis tam apertus, vt non patiatur adulterinam aliquam expoſitionem, ſicque claudat hæreticum, vt nullam illi rimulam, qua elabi poſſit, relinquat, ſtatim ad hoc eis commune aſylum confugiunt, vt non vereantur inficiari librum illum eſſe canonicum, aut vllo modo ad ſacram ſcripturam pertinere. Dicet ergo hæreticus quiſpiam: Ecce Laodicenum concilium in ſpiritu ſancto congregatum de libris canonicis definit, nec tamẽ inter eos commemorat librum Tobię, aut Iudith, aut Sapientię, aut Eccleſiaſticum, aut Machabæorum libros, aut Apocalypſim, non ſunt ergo hi pro canonicis habendi. Hæc collectio cuicunque vel parum docto logico eſt infirma. Nam etſi ſufficiens argumentum ad probandum aliquid ſit, quia iſte aut ille idem dicit, non tamen ſufficiens eſt ad aliquid negandũ, quia ille non dicit. Quò fit vt ex hoc quod libri præfati à concilio Laodiceno prætermiſſi ſunt in ratione ſacrorũ librorum reddenda, non oporteat libros illos à ſacro inſtrumento eſſe reiiciendos. Cæterum fieri potuit, vt tunc de libris illis fuerit ab eis dubitatũ, & in re tam ſeria noluiſſe temerè quicquã definire, donec plenius fuiſſent edocti. Sed inſtat hæreticꝰ. Si dubitatum eſt ab illis in ſpiritu ſancto congregatis, qualiter nos audemus velut certi aſſerere, de quo illi dubij fuerunt? O forte argumentum. Quid cogit vt perpetuò dubitetur, quod ſemel dubitatũ eſt? Reſpondeat vel parum eruditus logicus, ſint ne ſufficientes hæ collectiones? Olim dubitatũ eſt de hac re, ergo nunc dubitatur, olim licuit vertere in dubium, nunc ergo licebit. Prima collectio clarè oſtenditur infirma ex hominis profectu in addiſcendo, vt continuò dicendo proficiat, quò fit vt plura nunc certò ſciat, quæ olim vel ſibi erant dubia, vel penitus ignota. Cur non idem dicendũ de Eccleſia in membris eius? Eſtne Eccleſia ſemper in eodem ſtatu, vt nunquam proficiat? Abſit. Proficit enim vt in virtutibus & bonitate, ita in ſcientia & doctrina, Deo eam quotidie plenius illuſtrante. Propter hoc in Canticis Eccleſia cõparatur auroræ. Quæ eſt iſta, inquit, quæ progreditur quaſi aurora conſurgens? Aurora autem tẽporis ſucceſſu magis ſplendet, vehementius rutilat. Sic etiã ſi velimus Eccleſiã à calce (vt dicitur) ad carceres reuocare, quã parua lux in principio naſcentis Eccleſiæ? ſiue eam ad Abel vſque iuſtum referas, ſiue ad mortẽ Chriſti, quando noua ſurgit è cœlo: tunc enim pauciſſimis notum myſterium illud abſconditũ. Illi etiã quibus noſſe datum eſt (Apoſtolos excipio) non tam plenè & perfectè ſicut poſteri. Nimirum progreditur aurora, conſurgitque ſol, effunditq; ob oculos noſtros lucis ſuæ vberiores radios. Quò fit vt multa nunc ſciamus, quæ à primis patribus aut dubitata, aut prorſus ignorata fuerunt. Secunda collectio oſtenditur debilis, imò inanis, ex mutatione rerum, ex qua oritur etiam decretorũ variatio & mutatio: vnde euenit vt quod olim licebat, iam non liceat. Cæterum cum res quæ ad fidẽ pertinent, nunc ſtatæ ſint & fixæ, neque ex hominũ pendeant voluntate, in hac re (vt alias dicemus) decretorũ innouationes non prouenĩũt ex nouitate rerũ, ſed ex noua illarũ rerũ ſcientia: quibus cõpertis, Eccleſia à ſpiritu ſancto edocta, definit. Qua definitione data, nõ licebit dubitare, de quo antea licebat. Beatus Cyprianus in epiſtola ad Donatum inter multa mala quæ numerat, hoc vnũ auditu dignum eſt, fieri poſſe quòd factũ eſt. Alioqui ſi diceret omnia vertere in dubiũ, quæ olim dubitata ſunt: licebit perinde dubitare an obligemur ad obſeruantiam legitimorum, an baptizati ab hæreticis, rebaptizãdi ſint. Nã hæc olim ab illuſtribus viris Eccleſiæ dubitata ſunt. Nec tamen ideo nunc dubitare licet, Eccleſia illud fieri vetante. Ad hunc modũ olim ab aliquibus dubitarum eſt de libero Sapiẽtiæ, an eſſet Salomonis. Ab aliis de libro Tobiæ, an eſſet canonicus. Ab aliis de libro Iudith, eadẽ ratione. Ab aliis de libris Machabæorũ ſimili de cauſa. Ab aliis de epiſtola ad Hebræos an eſſet Pauli. Ab aliis de epiſtola quæ ſub nomine Iacobi circunfertur, an ſit eius. Ab aliis denique de libro Apocalypſis. Nũc verò iã nulli de hac re dubitare licet, quia Eccleſia poſtmodum diuino ſpiritu amplius illuſtrata, cenſuit libros prędictos meliore quã antea lapillo numerandos, quod patet ex concilio tertio Carthaginenſi in ſuorũ decretorũ cap. 47. ſic definiente. Conciliũ Carthaginenſe. Itẽ placuit vt prędter ſcripturas canonicas nihil in Eccleſia legatur ſub nomine diuinarũ ſcripturarum. Sunt autem ſcripturę canonicę. Primus Geneſis, Secundus Exodus, Tertius Leuiticus, Quartus Numeri, Quintꝰ Deuteronomiũ, Sextus Ieſu Naue, Septimus Iudicum. Octauus Ruth, Nonus Regum lib. quatuor, Paralipomenon lib. 2. Iob vnus, Pſalterium Dauidicũ, Salomonis lib. 5. Libri duodecim prophetarũ, Eſaias, Hieremias, Ezechiel, Daniel, Tobias, Iudith, Heſter, Eſdrę libri duo, Machabæorũ li. 2. Noui autem teſtamenti. 27. Euangeliorum lib. 4. Actuum apoſtolorum lib. 1. Pauli apoſtoli epiſt. 14, eiuſdem ad Hebræos. 1. Petri apoſtoli. 2. Ioãnis Apoſtoli tres, Iudæ apoſtoli vna, & Iacobi vna, Apocalypſis Ioannis lib. 1. qui ſunt viginti ſeptem. Hæc cõcilium Carthaginenſe tertium, cui interfuit beatus pater Auguſtinus. Vides hîc nullum librum prætermiſſum eorum qui in ſacro volumine paſſim circumferuntur, præter duos Eſdræ: reliquos autem omnes ſacris ſcripturis connumeratos. Hanc eandem rationem ſacrorum librorum reddit Innocentius Papa huius nominis primus in epiſtola ad Exuperium Toloſanum Epiſcopum circa finem, quæ epiſtola habetur in libro conciliorũ, ſub hoc titulo, Decreta Innocentij Papæ. Is enim pontifex factus perinde ac doctus, ſic ait: Qui verò libri recipiantur in canone ſanctarum ſcripturarum, breuis annexus oſtendit. Hæc ſunt ergo quę deſiderata moneri voce voluiſti. Moſi lib. 5. id eſt Geneſis, Exodus, Leuiticus, Numeri, Deuteronomium, necnon & Ieſu Naue, & Iudicum, & Regum lib. 4. ſimul & Ruth. Prophetarum lib. 16. Salomonis lib. 5. Pſalterium. Item hiſtoriarum Iob. 1. Heſter. 1. Iudith. 1. Machabæorum. 1. Eſdrę. 2. Paralipomenon. 2. Item noui teſtamenti, Euangeliorũ lib. 4. Pauli apoſtoli epiſtolæ. 14. Epiſtolæ Ioãnis tres, Epiſtolæ Petri duæ, Epiſtola Iudæ, Epiſtola Iacobi, Actus apoſtolorum, Apocalypſis Ioannis. Hæc Innocentius. Ecce eoſdem libros à pontifice ſummo, ſancto ſimul & docto, inter canonicos annumeratos, quos cõcilium Carthaginenſe tertium illo fermè tempore ſacros & canonicos cenſuit. Beatus Aug. lib. 2. de doctrina Chriſtiana, cap. 8. eundẽ etiã librorũ catalogũ recenſet. Ex quo Auguſtini loco ſcrupulus tollitur, qui fortè quempiam vrgere poterat ex catalogo librorum ſacrorũ ſuperius citato ex Concilio Carthaginenſi, & Innocentio papa. In vtroque

Cant. 6.

Cõcilium Carthaginenſe.

A B C D

ſiquidem loco adſcribuntur quinque libri Salomoni: quod fieri nequit niſi Eccleſiaſticus tribuatur Salomoni, quem conſtat non eſſe Salomonis, ſed Ieſus filij Syrach. Verum hic ſcrupulus tollitur per ea quæ Auguſtinus dicit illo octauo cap. ſecundi libri de doctrina Chriſtiana. Sic enim ſacros libros enumerans, ait: Salomonis tres, Prouerbiorum, Cantica canticorum, & Eccleſiaſtes. Nam illi duo libri, vnus qui Sapiantia, & alius qui Eccleſiaſticus inſcribitur, de quadam ſimilitudine Salomonis eſſe dicuntur. Nam Ieſus filius Syrach eos ſcripſiſſe conſtantiſſimè perhibetur. Qui tamen quoniam in autoritatem recipi meruerunt, inter propheticos numerandi ſunt. Hęc Auguſt. Verum de eo quod dixit librum qui dicitur Sapientia, eſſe Ieſus filii Syrach, poſtea recantat in ſecundo libro Retractationum, cap. 4. ſic inquiens: In ſecundo ſanè libro de autore libri quē plures vocant ſapientiam Salomonis, quòd etiam ipſum, ſicut Eccleſiaſticum, Ieſus filius Syrach ſcripſerit, non ita conſtanter ſicut à me dictum eſt, poſtea dici, & omnino probabilius comperi non eſſe hunc eius libri autorem. Hæc Auguſt. Qui etſi dicat librum Sapientiæ non eſſe Ieſu filii Syrach, nec tamē dicit eſſe Salomonis, nec etiam retractat id quod
C alibi dixerat, vtrunque librum, Sapientiam ſcilicet & Eccleſiaſticum, propter quandam ſimilitudinem, cum libris Salomonis, dictos eſſe illius. Atq; ita ſiue Sapientia ſit Salomonis, ſiue non, intelligimus quo pacto fieri poſſit vt Salomonis libri ſint quinque, quemadmodum concilium Carthaginenſe refert: quoniam Eccleſiaſticus etſi ſit à Ieſu filio Syrach editus, tamen propter ſimilitudinem cum aliis Salomonis libris, ſæpe dicitur eſſe Salomonis. Et meritò meo iudicio Salomonis dici poteſt, cum multa ſint in libro illo ex Salomonis libris mutuata. Et iuxta hunc modum benigne interpretari oportet eos omnes doctores qui citantes aliqua ex libro Eccleſiaſtici teſtimonia, citant illa ſub nomine Salomonis, tāquam ille fuiſſet illius libri autor. Nam Sixtus Papa huius nominis ſecūdus in epiſtola ad Gratum epiſcopum, citat ſub nomine Salomonis illa verba quæ habētur in Eccleſiaſtico: Ego ex ore altiſſimi prodii primogenita ante omnem creaturam. Et Marcellinus Papa, in epiſtola ad Salomonem epiſcopum, citat ſub nomine Salomonis illa verba: Ego in altiſſimis habitaui, & thronus meus in columna nubis, quæ verba conſtat eſſe ex capite. 24. Eccleſiaſtici. Sed hæc eorum ſententia benigne interpretanda eſt iuxta eum modū, quo Auguſtinū interpretari diximꝰ, ita vt à Salomone dicta eſſe intelligamus, quia maximā habet cum dictis Salomonis ſimilitudinē. Niſi fortè velimus dicere pōtifices illos citādo illa præfata ſacræ ſcripturæ teſtimonia fuiſſe lapſos memoria, putantes ea quæ in Eccleſiaſtico ſunt, contineri in prouerbiis Salomonis. Nam in hoc contigiſſe Ioanni Papæ huius nominis ſecundo, apertiſsimè conuincitur ex epiſtola illius ad Valerium Epiſcopum, in qua citat ſub nomine Salomonis, hæc verba: Qui genuit me requieuit in tabernaculo meo. Quæ verba continentur in illo præfato capitulo. 24. Eccleſiaſtici. Quod autem in citatione eorum verborum fuerit lapſus memoria, apertè conuincitur per verba
D illius quæ ſtatim addidit. Nam poſt citationem illorum verborum, confeſtim ſubdit hæc verba. Et Eccleſiaſticus, ſicut eſt ab initio, ita vſque in ſeculum, nec adiectum eſt ei, nec minuetur illi. Ex qua citationum varietate conſtat illum, poſuiſſe diſcrimen inter Eccleſiaſticum & libros Salomonis, & illum putaſſe primum teſtimonium ab eo citatum non eſſe ex Eccleſiaſtico ſed ex libtis Salomonis. Deinde poſt multa tempora celebratum eſt concilium Florentinum, in quo de libris Canonicis ſacræ ſcripturę ſpecialis ratio habita eſt, & de illis ſpeciale datum eſt Decretum, ſequentium verborum tenore. Septimo decernimus vnum atque eundem deum veteris ac noui teſtamenti, hoc eſt, legis & propherarum atque euangelii profitemur authorem. Quoniam eodem ſpiritu inſpirante vtriuſque teſtamenti ſancti loquuti ſunt, quorum libros ſuſcipit & veneratur Eccleſia, qui titulis ſequētibus continentur. Quinque Moyſi, id eſt, Geneſis, Exodus, Leuiticus, Numeri, Deuteronomiū, Ioſue, Iudicum, Ruth: Quatuor Regum: Duo Paralypomenō, Eſdras, Nehemias, Thobias, Iudith, Eſter, Iob, Pſalmi Dauid, Parabolæ, Eccleſiaſtes, Cātica canticorū, Sapientia, Eccleſiaſticus, Eſaias, Hieremias, Baruch, Ezechiel, Dauid, Duodecim prophetæ minores, id eſt, Oſeas, Ioël, Amos, Abdias, Ionas, Michæas, Naū, Abacuch, Sophonias Aggæus, Zacharias, Malachias, Duo Machabæorū: Quatuor euāgelia, Matthæi, Marci, Lucæ, Ioānis: Quatuordecim epiſtolæ Pauli, Ad Romanos, Duæ ad Corinthios, Ad Galatas, Ad Epheſios, Ad Phili-
A penſes, Duæ ad Theſſalonicenſes, Ad Coloſſenſes, Duæ ad Timotheum, ad Titum, ad Philemonem, ad Hebræos, Petri duæ, Ioannis tres, vna Iacobi, vna Iudæ, Acta Apoſtolorum, & Apocalypſis Ioānis. Hactenus Concilium Florentinum. In quibus verbis id potiſsimum annotandum eſt, nullum illorum librorum qui in communibus Bibliis circunferuntur, hîc fuiſſe omiſſum, imò potius additum eſſe librum Baruch, qui in nullo alio Concilio fuerat expreſſe nominatus. Hunc tamen ideo ab aliis omiſſum fuiſſe puto, quòd illum ſub nomine Hieremiæ comprehendi poſſe cenſebant, propterea quòd Baruch (vt ipſa ſacra ſcriptura conſtat) ſcriba fuit Hieremiæ prophetæ. Denique, vt huic negocio finem imponamus, Concilium Tridentinum ſub Paulo tertio, & Carolo Cæſare huius nominis Quinto celebratum, me præſente, in quarta ſeſſione eundem ſacrorum librorum catalogum amplexatum eſt, ſic inquiens: Sacrorum verò librorum Indicem huic decreto adſcribendum ſacroſancta ſynodus cenſuit, ne cui dubitatio ſuboriri poſsit, quinam ſint, qui ab ipſa ſynodo ſuſcipiuntur. Sunt verò infra ſcripti. Teſtamēti veteris, Quinque Moyſis, id eſt, Geneſis, Exodus, Leuiticus, Numeri, Deuteronomium, Ioſue, Iudicum, Ruth, Quatuor Regum, Duo Paralipomenon, Eſdræ primus, & ſecundus qui dicitur Nehemias, Thobias, Iudith, Eſter, Iob, Pſalterium Dauidicum centum quinquaginta Pſalmorū, Parabolæ, Eccleſiaſtes, Canticum canticorū, Sapiētia, Eccleſiaſticus, Eſaias, Hieremias cum Baruch, Ezechiel, Daniel, Duodecim prophetę minores, id eſt, Oſeas, Ioël, Amos, Abdias, Ionas, Michæas, Naum, Abacuch, Sophonias Aggæus, Zacharias, Malachias, Duo Machabæorum, Primus, & ſecundus, Teſtamēti noui, Quatuor euangelia, Secundum Matthæum, Mercum, Lucam, & Ioannes, Actus Apoſtolorum à Luca euangeliſta conſcripti, Quatuordecim epiſtolæ Pauli, ad Romanos, duæ, ad Corinthios, ad Galatas, ad Ephe-

Syxtus.

Eccle. 24.

Marcellinus.

Cōcilium Florentinum.

Cōcilium Tridentinum.

ſios,ad Philippenſes,ad Coloſſenſes,Duę ad Theſſalonicēſes,Duæ ad Timotheū,ad Titū,ad Philemonem,ad Hebræos,Petri apoſtoli duæ,Ioannis apoſtoli tres, Iacobi apoſtoli vna, Iudæ apoſtoli vna, & Apocalypſis Ioannis apoſtoli, ſi quis autem libros ipſos integros cum omnibus ſuis patribus, prout in Eccleſia catholica legi cōſueuerunt, & in veteri vulgata latina editione habentur, pro ſacris & canonicis non ſuſceperit,anathema ſit. Hucuſque Concilium Tridentinū. Quibus verbis nihil poteſt apertius pro confirmatione catalogi ſacrorū librorum dici. Poſt iſtas iam enumeratas ſcripturas, nō eſt alia quæ B canonica ſcriptura aut diuina mereatur appellari. Nam quamuis aliæ multæ ſint quæ magnam habeant autoritatem, multo tamen prænumeratis imparem. Canones ſiquidē apoſtolorū numero quinquaginta per Beatū Clementem (vt dicitur) aut collecti, aut tranſlati, primum poſt ſcripturas ſacras tenent locum. Quapropter Beatus Damaſcenus in quarto libro de fide orthodoxa, recenſito canonico librorum catalogo,continuò pòſt ſubiungit,& canones Apoſtolorum per Clementem: & Beatus Iſidorus in volumine quo omniū conciliorū decreta congeſſit,canones Apoſtolorum ante omnium conciliorū decreta locauit: non quod maior ſit illorū autoritas, quam cuiuſcunq; generalis concilij,vt decet,congregati, ſed propter Apoſtolorū,vt ſuſpicor,maiorem reliquis omnibus & ſanctitatem & dignitatem. Conciliorum ſiquidem omnium probè cōgregatorum decreta, vt poſtmodum eſtendemus,firmiſſimam habent autoritatem,quibus nemini licet repugnare. Nec tamen ideo cōciliorum decreta,ſicut nec apoſtolorum canones,pro ſcriptutis diuinis habenda ſunt,cum diuinas pręceptiones nulli liceat euertere aut immutare,apoſtolorū autem canones,& conciliorum decreta, nouis ſuccedentibus cauſis in multis antiquata ſunt. Poſt conciliorū decreta proximum locū tenent decretales epiſtolæ à ſummis pontificibus emiſſæ: longè tamen in his quæ fidem catholicam ſpectāt, à conciliorū definitionibus earū autoritas abeſt. Sed quia ex hac mea aſſertione quiſpiam fortè anſam ſuſpicionis accipiet, me hoc loco velle docere papam eſſe concilio inferiorem, decreui hanc ſuſpicionem tollere: quoniam dum de hac re variæ ſint theologorum nō infimę ſortis ſententiæ,nolo in pręſentiarū aut vni aut alteri ſubſcribere. Non eſt enim intentionis meæ varias hominū opiniones in hoc opere diſcutere, in quo ſolam catholicā & ſynceram fidem pertractandam ſuſcepi. Siue igitur Papa ſit ſuperior reliquo Chriſtianorum cōcilio,ſiue inferior,aliis & in alium locum diſputandū relinquēs,hoc vnū cōſtanter aſſeuero,eas fidei definitiones,quæ à pleno & integro cōcilio,& rectè (vt decet) cōgregato datæ ſunt,hoc eſt,quibus papa & reliqui in concilio con- C gregati ſupſcribſere, maioris eſſe roboris & momēti, quā illas quas ſolus pōtifex definiuit. Nam hoc tale cōcilium quod papæ autoritate & cōſenſu rectè cōgregatum eſt,non poſſe in fide errare,ab omnibus veris Chiſtianis firmiſſimè hucuſq; creditum eſt: & nos alibi, Deo duce,apertiſſimè ex ſacris literis conuincemus. At papam ſolū abſq; cōgregatione concilii poſſe in iis quę ad fidem ſpectāt errare, multi non cōtemnendæ autoritatis theologi aſſeruerunt: imò aliquos pontifices ſummos in fide erraſſe cōpertum eſt. Deinde ſi tanta eſſet ſolius papæ autoritas, quanta totius concilii plenè & rectè cōgretati, fruſtra tātus labor pro conciliorum congregatione ſumeretur. At cum ſemper iudicatū fuerit cōciliorū cōgregationes maximi eſſe momenti ad lites, quæ de rebus fidei emergere ſubinde cōtingit,tollendas, conuincitur inde aliquid magis eſſe autoritatis penes totū concilium rectè (vt decet) cōgregatum,quàm penes ſolum pontificem. Vnde manifeſtè error Gratiani deprehenditur, qui in volumine decretorum in exordio diſtinctionis viceſimæ, ita dicit: Decretales itaque epiſtolæ canonibus conciliorum pari iure exæquantur. Hoc autem vel ex eo conuincitur eſſe falſum, quod nulla rrecta ratio patitur vt regula quæ à rectitudine deuiare poteſt, vllo pacto æquetur rectiſſimæ atque certiſſimæ infallibiliąue regulæ. Quòd ſi fortè in Gratiani excuſationem quis dixerit dictum illius ad ſolas cauſarum definitiones eſſe referendum, in quibus decernendis (excepta ſemper fidei cauſa) non minor eſt papæ poteſtas, quàm D totius concilii: hæc interpretatio etſi verum habeat ſenſum, neſcio tamen an verè ſcriptoris mentem exprimat: quoniam idem autor diſtinctione decimanona eiuſdem libri, capite in canonicis ſcripturis, dicit decretales epiſtolas eſſe ſcripturis diuinis annumerandas,& in earum ordinem referendas: motus autoritate Auguſtini malè intellecta, corrupteque citata. Sic enim eam citat Gratianus: In canonicis ſcripturis eccleſiarum catholicarum quamplurimum diuinarum ſcripturarum ſolertiſſimus indagator autoritatem ſequatur, inter quas ſanè illæ ſint quas apoſtolica ſedes, & ab ea alii meruerunt accipere epiſtolas. Hæc ibi. Quam literam ſi Auguſtinus legeret, validiſſimè oppugnaret: tantum abeſt vt ſit Auguſtini. Ex ea enim plurima Chriſtianæ fidei incommoda obuenirent. Primò vt litera illa habet, oportet diuinis ſcripturis annumerare non ſolum epiſtolas quas pontifices aliis dedêre, ſed quas ab aliis recepere. Hæc autem adeò manifeſta eſt ineptia, vt non ſit opus eā oppugnare. Quod autem ex ea litera hoc habeatur, quis non videt? Sic enim ait, Inter quas, ſcilicet ſcripturas diuinas, ſanæ illæ ſint quas apoſtolica ſedes & ab ea alii meruerunt accipere epiſtolas. Pręterea decretales illæ epiſtolæ per alios poſteriores pontifices, aut per eoſdem à quibus miſſæ ſunt, reuocari poſſunt, ſicut de multis factum eſſe conſtat, pro qua re commune eſt eorum prouerbium: Par in parem non habet imperium. Qua ſententia ſignificare volunt priorum pontificum decretis nō teneri pontifices poſteriores, quin liberum ſit eis, cum viderint, ea reuocare. Quo ſolo argumento ſatis edocent eorum decretales epiſtolas non eſſe ſcripturas diuinas, cum has toti Eccleſiæ nedum pontifici nō liceat vllo pacto infringere. Rurſus plurimæ pōtificum epiſtolæ decretales per contrariam conſuetudinem abrogantur, quod nullo pacto canonicis diuinę ſcripturæ libris cōuenire poteſt, cum illis nulla quantumlibet inueterata conſuetudo obeſſe poſſit. Accedit huic, quò magna ruditas eſt, eas epiſtolas quæ ſæpe ob res tēporales eáſque parui momenti æditæ ſunt, diuinis ſcripturis vel lōginquo conferre, tantū abeſt vt in earum A ordinem referantur. Quòd ſi fortè Gratianus decretales illas epiſtolas cōmendare volebat, per vera reſtimonia, quæ nō deſunt, eaq; efficaciſſima, id faciendum erat, nō per falſa: quoniam falſa & cōficta te-

ſtimonia plus autoritati derogant quàm arrogent. Nam vt cęteras decretalium epiſtolarum laudes prętereamus, quæ decimanona diſtinctione leguntur, vel iſta ſufficit, quòd vniuerſalis Eccleſiæ conſenſu probantur, quoniam inter cæteros Ioannis Vvicleph errores condemnatos in cõcilio Coſtantienſi, ſeſſione octaua, is vnus eſt, quo ſic ait: Decretales epiſtolæ ſunt apocryphæ, & ſeducunt à Chriſti fide, & clerici ſunt ſtulti qui ſtudent eis. Verum vt dictis noſtris pleniorem quiſque fidem adhibeat, cognoſcàtque Auguſtinum perperam à Gratiano intellectum, corruptéque citatum, operæprecium eſt veram Auguſtini literam in medium adferre, eiúſque veram intelligentiam edocere. Is enim beatiſsimus pater in ſecundo libro de doctrina Chriſtiana capite octauo (nam ex eo libro ſumptum eſt id fragmentum quod Gratianus citat) ſic ait: In canonicis autem ſcripturis, Eccleſiarum catholicarum quam plurium autoritatem ſequatur, inter quas ſanè illæ ſunt quæ apoſtolicas ſedes habere, & epiſtolas accipere meruerunt. Hæc Auguſtinus. Quæ longiſsimè diſtant ab his quæ Gratianus adducit. Nam eo loco B. pater Auguſtinus de libris canonicis ſcripturæ differens, hanc regulam nobis aſsignat, vt illi libri pro canonicis habeãtur, qui à plurib⁹ catholicis Eccleſiis recipiuntur, inter quas Eccleſias Auguſtinus firmiter credit eas eſſe computandas, quæ apoſtolicas ſedes habuerunt: de eis ſcilicet Eccleſiis intelligens, quas apoſtoli vel ut earum epiſcopi rexerũt. Illas enim Auguſt. pręcipuas eſſe catholicas eccleſias credit, quę epiſtolas apoſtolicas accipere meruerunt, id eſt, quibus apoſtoli ſuas dederunt epiſtolas, vt Romanæ Eccleſiæ, Co
B rinthiorum, Theſſalonicenſium, Coloſſenſi. Epheſinæ, Hieroſolymitanæ, Antiochenæ, aut Alexandrinæ, quas omnes apoſtoli aut verbis docuerunt, aut ſcripto. Quare Auguſtinus putabat eas copioſius in fide illuſtratas eſſe opportere, quòd firmiorem ac pleniorem apoſtolicum habuiſſent ſermonem. Nec immeritò tunc id credebat beatiſsimus pater, quoniam nondum ab hoſtibus Chriſtianæ religionis prouinciæ illæ captæ populatæque fuerant. Putauit autem Gratianus illud pronomen relatiuum, videlicet quas, vbi dicitur, inter quas ſanè illæ ſunt, quæ &c. ad ſcripturas debere referri: quod non ita ſe habet, ſed ad Eccleſias referendum eſt: quod ex ſequentibus maximè patet, quibus illa minimè cohærere poſſunt: nam ſcripturæ diuinę non habuerunt ſedes apoſtolicas, nec recipere poſſunt epiſtolas apoſtolicas. Verùm vt litera ſuo ſenſui cohærere poſſit, literam Gratianus mutare decreuit, & loco alterius relatiui ab Auguſtino nominatiuo caſu poſiti. ſ. quæ, ille poſuit accuſandi caſum, & dixit quas, vbi Auguſtinus dixerat apoſtolicas ſedes in accuſatiuo, ille dixit apoſtolica ſedes in nominatiuo. Sed quoniam his permutatis literæ ſenſus adhuc minimè cõſtabat, aliquid addere, aliquidque minuere ei viſum eſt. Nam ex litera Auguſtini abſtulit hoc verbum habere, addiditque ex ſuo cerebro hæc tria verba, ſcilicet, ab ea alij. Atque vt ſemel dicamus, vbi litera Auguſtini ſic habet: Inter quas ſanè illæ ſunt, quæ apoſtolicas ſedes habere, & epiſtolas accipere meruerunt. Gratiani litera ad ſcripturas diuinas relata ſic habet: Inter quas ſanè illæ ſint, quas apoſtolica ſedes, & ab ea alii accipere meruerunt epiſtolas. Quarum literarum differentiam facile quiſque agnoſcet. Ex quo loco quiſque facile colliget quãtum interſit vtrum ex ipſis puriſſimis fontibus aquam hauries, an ex turbulentis riuis, aut putridis lacubus. Nam ſi Gratianus illum locum in Auguſtino legiſſet, vir alioqui (vt puto) doctus, clarè errorem deprehendiſſet, etiam ſi litera vitiata fuiſſet in eo codice quo vtebatur: præcipuè ſi conſideraſſet beatum Auguſtinum, qui libros de
C doctrina Chriſtiana ſe componere ob ſacrarum literarum intelligentiam profitetur, nullo pacto de ſummorum pontificum decretalibus epiſtolis fuiſſe locutum, nec vllam ante illa verba aut poſtmodum de illis feciſſe mentionem. Dictorũm ſiquidem intelligentia (vt Beatus Hylarius. 4. de Trinitate docuit) ex cauſis dicendi ſumenda eſt. Cùm ergo Beatus Auguſtinus in toto illo tractatu de doctrina Chriſtiana ſemper verſetur circa doctrinæ diuinitus reuelatę intelligentiam, vel inde colligere potuiſſet literam illam nullo pacto ad decretales epiſtolas eſſe referẽdam. Hoc etiam ex ipſiſmet verbis Auguſtini in eodem capite poſt relata verba ſubiunctis plenè cognoſcere potuiſſet. Nam poſt aſſignatas iam regulas ad ſcripturas canonicas dignoſcendas, deinde expreſſis omnes eas nominibus propriis appellans, ait: Totus autem canon ſcripturarum in quo iſtam conſiderationem verſandam dicimus, his libris continetur: quinque Moſeos, id eſt, Geneſi, Exodo, Leuitico, Deuteronomio, & vno libro Ieſu Naue. Atque ita per omnes libros, qui in communi Biblia deferuntur, diſcurrens, nullas recenſet decretales pontificum epiſtolas, quum tamen illum dixerat eſſe totum canonem ſcripturarũ, in quo capienda erat cauta illa quam prædixerat conſideratio. Nec mirari quiſquam debet quod pro hoc Gratiani errore conuincendo tantum ſudauerimus, quoniam ſermo erat de capite, & non de vmbra (vt dicitur) aſini. Non eſt quidem res parui momenti, an talis ſcriptura pro diuina ſit recipienda, an pro humana. Oportebat igitur hunc errorem omnibus palam facere, ne aliis deinceps errandi occaſionem Gratianus præberet, prout hactenus multis magni nominis viris prębuit, qui ſola Gratiani autoritate freti, verba illa Auguſtini in ſuis ſcriptis citarunt corrupta & lacerata, quemadmodum in Gratiani decreto legerant. Nam Ioannes de Turre Cremata (vt alios multos prætream) hunc Auguſtini locum, prout Gratianus illum corruperat, citat libro quarto, de Summa Eccleſiæ, parte ſecunda, capite nono. Thomas de Vio Cardinalis
D Caietanus in libro de primatu Romanæ Eccleſiæ, capite decimoquarto, hęc Auguſtini verba, prout à Gratiano corruptè citantur, adfert ad probandum Romanæ Eccleſiæ Primatum. Si autem literam illam in ipſo Auguſtino Caietanus legiſſet, vir certè longè doctiſſimus, & ingenii acumine præditus, facile agnouiſſet nec verbum vllum illic Auguſtinum dixiſſe, quod Primatui Romani pontificis vtcunque fauere poſſet.

Quòd ſolus librorum canonicorum ſenſus literalis efficax eſt ad hæreticos vincendos, & quis ſit dicendus literalis ſenſus. *Cap. III.*

Cæterùm hoc admonere oportet, ſacram ſcripturã ſępenumero multiplicẽ pati intelligẽtiam in vna ea-

dēque litera. Eſt enim ibi hiſtoria, quæ res geſtas loquitur, quam literalem ſenſum vſitato ac vulgari nomine appellant. Allegoria, in qua aliud ex alio trahētes, quid de diuinitate & humanitate, de Chriſto & Eccleſia ſit credendum, oſtenditur. Tropologia, in qua figuratiua quadam locutione de moribus ordinandis diſſeritur. Anagogia, per quam de cœleſtibus diſſerentes ad ſuperiora ducimur. gratia exempli: Si de Hieroſolyma tractare velimus, dicimus iuxta hiſtoriā eſſe quādam ciuitatē in Iudæa ſitā. Iuxta allegoriam ex nominis interpretatione dicimus ſignificari Eccleſiam, propter pacē nimiam in ea exiſtentem, quā Chriſto nato angeli nunciarūt, quam Chriſtus moriēs diſcipulis obnixè cōmendauit, quam diſcipuli ipſi ſic cuſtodierunt, vt ſpiritu nondū recepto, in eius expectatione ſuſpenſi habuerint cor vnum, & animam vnam. Quid putas nūc poſt receptum ſpiritū, niſi id quod Chriſtus eis precarus eſt, vt vnum videlicet eſſent, ſicut ipſe & pater vnum ſunt? Secundum tropologiam ſignificat animam cuiuſlibet iuſti, cui beſtiæ vitiorum pacificæ ſunt, vt iam nihil ſit in quo eum accuſet conſcientia, ſed in pace ſit taber-
Iob. 5. naculum eius, vt ait Iob. Denique iuxta anagogiam deſignat ſupernam illam Hieroſolymam matrem A
Galat. 4. noſtram, quæ (teſte Paulo) libera eſt: cuius pax tanta eſt, vt exuperet omnem ſenſum: quæ vtinam cuſtodiat corda & corpora noſtra à conturbatione hominum. Sunt & alia id genus tam multa in ſacris literis, vt operoſum eſſet recenſere, imò verius dixerim, mihi impoſſibile. Cùm ergo tot poſſint eidem literæ ſenſus accommodari, hoc aduertendum eſt, nullum eorum ſenſuum in argumentationem adducendum, niſi qui verè & germanè literam explicat, quem literalem ſenſum (vt dixi) noſtri Theologi appellitant. Nam quum alii ſenſus intra literæ corticem magis lateant, oportet vt ratiocinatione & diſcurſu & per quaſdam rerum ſimilitudines deducantur. In quibus deducendis facilis eſt error, cùm per humanam inquiſitionem hoc fiat. Sic enim Donatus & ei ſuccedens Rogatus, dicentes intra illos ſolos & eorum aſſeclas Eccleſiam contineri, volenteſque errorem ſuum ſacræ ſcripturæ teſtimonio fulcire, adducunt illud Canticorum: Indica mihi vbi paſcas, vbi cubas in meridie? Per hoc efficere volentes Eccleſiam ad ſolam Meridionalem plagam, quam ipſi incolebant, redactam eſſe. Futile ſatis argumentum, & ex falſa intelligentia, vt patet; nēpe ex ſenſu myſtico ſatis abſtruſo, & infideli minimè patenti. Sic etiam
1. Pet. 2. Lutherus volens oſtendere omnem hominem cuiuſcunque ſtatus aut ſexus eſſe ſacerdotem, aſſumit illud: Vos autem genus electum, regale ſacerdotium: &c. At literalis ſenſus patentior eſt, cum ex vocum ſignificatione aut ex eius coniunctiſsimo vicino hauriatur: quò fit vt ſolus ſenſus literalis efficax ſit ad dogma aliquod deſtruendum aut fulciendum. Sic enim ait Auguſtinus in epiſtola ad Vincentium Do-
Auguſtinus. natiſtam, quæ eſt in ordine. 48. Quis autem non impudentiſsimè nitatur aliquid in allegoria poſitū pro ſe interpretari, niſi habeat & manifeſtiſsima teſtimonia, quorum lumine illuſtrentur obſcura? Hæc ille. B
Hieronymus. B. Hieron. in. 2. lib. commentariorum ſuper Matt. pertractans de fermento à muliere abſconſo in farinæ ſatis tribus, poſtquam retulit quorundā expoſitionem applicantiū parabolam illam ad Trinitatem perſonarum, & vnitatem eſſentiæ, hęc verba ſubiungit: Pius quidem ſenſus, ſed nunquā parabolæ, & dubia ænigmatum intelligentia poteſt ad autoritatem dogmatum proficere. Hæc ille. Huic ſententiæ fauet B.
Dionyſi⁹. Diony. qui in quadam epiſt. ad Polycarpū ait, Myſtica theologia nō arguit, hoc eſt, non præbet ſufficiēs argumentum ad aliquid probandum. Sed hæc regula non eſt ſemper & vbique ſeruanda, vt nunquam ſenſus myſticus ſacræ ſcripturæ ſit ad comprobationem dogmatis alicuius admittendus. Nam ſi ex aliis ſcripturæ locis apertè conſtare poterit illam myſticam ſcripturę interpretationem eſſe iuxta germanum & verū illius ſenſum, tunc bene poterit ex illo myſtico ſenſu ſumi argumentum ad aliquam doctrinam
Auguſtinus. ſtabiliendam. Hoc enim apertè indicat Auguſt. in illis verbis proxime citatis, vbi poſtquam dixerat impudentiam eſſe aliquid in allegoria poſitū pro ſe adducere, ſtatim ab hac generali ſentētia particularem & ſpecialem caſum excepit, ſic dicēs: Niſi habeat etiam manifeſta teſtimonia quorum lumine illuſtrentur obſcura. In quibus verbis apertiſſimè docet bene poſſe ſumi argumentum ex ſenſu myſtico, quando aliunde conſtare poteſt talem ſenſum myſticum optime cōuenire illi literæ, & eſſe verum illius ſenſum.
Gene. 21. Et hæc Auguſt. ſententia apertiſsimè probatur ex Paulo, qui ſæpe ad ſua dogmata comprobāda vſus eſt teſtimoniis veteris teſtamēti iuxta miſtycum ſenſum intellectis. Nam volens probare Galatis per aduentum legis euāgelicæ eſſe abrogatam legem Moſaicam, adducit illud quod dixit Deus ad Abraham: Eiice ancillam & filium eius, non erit hæres filius ancillæ cū filio liberæ. Quæ verba ille ſic interpretatur, vt per ancillam intelligat legē veterem, quæ in multis ſeruierat cæremoniis, & per filiū iſtius ancillæ populum Iudaicum. Per liberam verò, intelligit legem euāgelicam ab omni illa ſeruitute liberā, & filium hu- C
Galat. 4. ius liberæ intelligit populum Chriſtianum. Quæ verborum interpretatio (vt ſatis cōſtat) eſt myſtica, &
1. Cor. 9. ipſe Paulus fatetur, dicens illa eſſe per allegoriam dicta. Prętерea idem Paulus volens probare populum
Deut. 25. obligatum eſſe ex lege diuina ad alendum eos qui euangelium docent, hęc ait: Nunquid ſecundum hominem hæc dico? An & lex hæc non dicit? Scriptum eſt enim in lege Moyſi: Non alligabis os boui triturāti. Nunquid de bobus cura eſt Deo? An propter nos vtique hoc dicit? Nam propter nos ſcripta ſunt: quoniam debet in ſpe qui arat, arare: & qui triturat, in ſpe fructus percipiendi. At per boues interpretari prædicatores verbi Dei, ſenſus eſt (vt apertiſsimè conſtat) myſticus, & non literalis. Ex quibus omnibus conuincitur aliquando licere ex ſenſu myſtico ſumere argumentum ad dogma aliquod ſtabiliendum, ſi aliunde poſsit apertè probari, quod talis ſenſus myſticus optime illi literæ cōueniat. Semper tamen ſenſus literalis primum locum in diſputatione tenebit, & fortior erit ad doctrinæ comprobationem. Cum ergo iſte ſit potiſsimum efficax ad hæreſes conuincendas, operæprecium erit inquirere quis pro literali ſenſu habendus ſit. Senſus literalis multiplici via habetur. Aliquando ex ipſarum vocum nuda ſignificatione. Aliquando capitur non ab ipſis vocibus, ſed à re per voces ſignificata. Non enim fieri poteſt, vt ſemper iuxta primam vocum ſignificationem ſenſus literæ capiatur: alioqui multa abſurda, & quæ piæ aures horrent, reperirentur in ſacris codicibus, tam in nouo, quam in veteri inſtrumento: qualia

ſunt omnia illa quæ Deo membra corporalia videntur tribuere, aut cùm Deus dicitur agnus, leo, petra, vitis, vermis, & id genus plura, quæ omnia dicit Chriſtus per ſimilitudinem, non per proprietatem.
D Et vt breuiſſimo compendio vtar, vbicunq; metaphora aut tranſlatio, aut figurata aliqua locutio inuenitur, ibi non eſt dicendus ſenſus literæ, is quē voces prima ſignificatione exprimunt, ſed is qui deducitur ex ſimilitudine quam res vocibus ſignificata cum alia re habet: qualia ſunt multa in noſtra communi locutione: vt ſi voracē aliquē appellare volueris, lupū dixeris: ſi auarum, talpam: non ꝙ hæc ſint verè, ſed magis illa quorū dicuntur iſtę ſimilitudines. Auguſtinus lib. 3. de doctrina Chriſtiana cap. 5. In principio cauendum eſt ne figuratam locutionē ad literā accipiamus. Et infra: Qui enim ſequitur literam, tranſlata verba ſicut propria tenet, nec illud quod proprio verbo ſignificatur, refert ad aliam ſignificationem. Sed ſi ſabbatum audierit verbi gratia: non intelligit niſi vnum diem de ſeptem, qui continuo volumine repetuntur. Et cum audierit ſacrificium, non excedit cogitatione illud quod fieri de victimis pecorum terrenisq; fructibus ſolet. Ea demum eſt miſerabilis animæ ſeruitus, ſigna pro rebus accipere, & ſupra creaturā corpoream oculum mentis ad hauriendū æternum lumen leuare non poſſe. Et in eodem lib. cap. 10. Huic autem obſeruationi qua cauemus figuratam locutionem. i. tranſlatā, quaſi propriam ſequi, adiungenda etiam illa eſt, ne propriam quaſi figuratam velimus accipere. Demonſtrandus eſt igitur prius modus inueniendæ locutionis, propria ne an figurata ſit. Et iſte omnino modus eſt, vt quicquid in ſermone diuino neq; ad morum honeſtatem, neq; ad fidei veritatem propriè referri poteſt, figuratum eſſe cognoſcas. Morum honeſtas ad diligendum Deū & proximum, fidei veritas ad cognoſcendum Deum & proximū pertinet. Hæc Aug. *Auguſtinus.*

Cum ergo iam conſtiterit de locutione figuratam eſſe, hoc cauendū eſt, ne præſcriptum eſſe putetur, vt ꝙ ſemel res aliqua per quandam ſimilitudinem ſignificauerit, hoc eam ſemper & in omni loco ſignificare credatur.
A Vna ſiquidem & eadē res multis proprietatibus gaudet, propter quas pluriū rerū ſimilitudinē, ac ideo ſignificationē gerit. Quò fit vt eadem res aliquādo diuerſa, aliquando oppoſita repræſentet, propter diuerſas proprietates in ea repertas, per quas non tantum diuerſis rebus, verum etiam oppoſitis, ſimilis inuenitur. Leo enim propter conſtantiam & fortitudinē Chriſtum repræſentat, vt ibi: Vicit leo de tribu Iuda. Idem & propter voracitatem dæmonem ſignificat, vt apud Petrum: Aduerſarius veſter diabolus tanquam leo rugiens circuit quærens quē deuoret. De figuratis locutionibus ſatis me dixiſſe arbitror pro breuitate quam tenere decreui. Sit ergo ex ante dictis hæc regula: Eum eſſe literalē ſenſum, quē voces aut res vocibus expreſſæ ſignificant. Nec tamen omnis talis, ſed ille ſolus quem ſpiritus ſanctus intendit. Quod vel ex eo manifeſtè colligitur, ſi recolamus id quod paulò ante diximus, ſacrorum ſcilicet librorum autorem eſſe ſpiritum ſanctum. Ille enim verè germanus literæ ſenſus eſt, quem ſcriptor intendit. Ille verus vocis ſenſus, quem vocis prolator per eam intelligi voluit. Scripturis enim perinde ac vocibus affectus & cogitatus noſtros teſtamur. *Apoc. 5.* *1. Pet. 5.*

Quum ergo ſpiritus ſanctus ſacræ ſcripturæ ſit autor, ille pro vero eiuſdē ſcripturæ ſenſu haberi debet, qui à ſpiritu ſancto intenditur. Omnis autem alius adulterinus eſt, aut nothus. Vnde Hieronymus ſuper epiſtolā ad Galathas: Quicunq; ſcripturā aliter interpretatur quàm ſenſus ſpiritus ſancti efflagitat, licet ab eccleſia non receſſerit, hæreticus appellatur. Hęc Hiero. *Hieronymus.*

Cęterū de ſenſu parabolarum, qui eum intra literalem circunſepire voluerit, nō ab re faciet. Si autem nollet, non obſto. Verum circa parabolas ipſas quarū frequens eſt vſus in Euangelijs, hoc admonendum cenſui, quòd (vt Auguſt. dicit) ſic accipiēdæ ſunt, non vt eſſent, ſed vt eſſe poſſent: vt cùm (gratia exempli) dicitur: Simile eſt regnum cœlorum
B homini patrifamiliâs, qui exijt primo mane conducere operarios. Quod ſi fortè nuſquam id cōtigit, vt per illas eaſdem temporum viciſſitudines iret atq; rediret paterfamilias, ocioſosq; quos ſemper inueniebat, in vineā ſuam mitteret, id tamen fieri potuiſſe nihil prohibet: quod ſatis eſt parabolæ. Sed quoniam ſępenumero contingit, vt eidem literę plures accōmmodentur ſenſus literales, ſecluſis alijs qui de myſtica rerū ſignificatione hauriuntur: hoc caſu cauendum eſt, ne vllus eorum reiiciatur, dummodo ex alijs ſacræ ſcripturæ locis teſtimonium habeat, voces illas alicubi, id quod nunc eis tribuitur, ſignificare: & ſenſus qui ex tali vocum ſignificatione illi literæ accommodatur, ſi veritati fidei catholicę minimè obſtet, vterq; eorū tanquam germanus & verus literæ ſenſus cenſebitur. Quid enim obſtat ſcripturam ſacrā eſſe adeò fertilem, vt binos fœtus edat? Sic enim de eccleſiæ doctoribus qui ſciunt quantumlibet abſtruſos literæ ſenſus eruere, myſtica ſignificatione dicitur: Dentes tui ſicut greges tonſarum, quę aſcenderūt de lauacro, omnes gemellis fœtibus, & ſterilis nō eſt inter eas. Hoc autē teſtimonio B. Aug. 3. lib. de doctrina Chriſtiana cap. 27. comprobatur. Sic enim ait: Quādo autem ex eiſdem ſcripturæ verbis nō vnum aliquid, ſed duo vel plura ſentiuntur, etiā ſi lateat quid ſenſerit ille qui ſcripſerit, nihil periculi eſt ſi quodlibet eorum congruere veritati ex alijs locis ſanctarū ſcripturarū doceri poteſt: id tamen eo conante qui diuina ſcrutatur eloquia, vt ad voluntatem perueniatur autoris per quem ſcripturam illam, ſanctus operatus eſt ſpiritus, ſiue hoc aſſequatur, ſiue aliam ſententiam de illis verbis, quæ fidei rectæ non refragatur, exculpat, teſtimonium habēs à quocunq; alio loco diuinorū eloquiorum. Ille quippe autor in eiſdem verbis quę intelligere volumus, & ipſam ſententiam forſitā vidit. Et certè dei ſpiritus qui per eum hęc operatus eſt, etiā ipſam occurſuram lectori vel auditori ſine dubitatione pręuidit, imò vt occurreret, quia & ipſa eſt veritati ſubnixa, prouidit. Nā quid in diuinis eloquiis largius & vberius potuit diuinitus prouideri, quàm vt eadem verba pluribus intelligantur modis, quos alia non minus diuina conteſtantia faciant approbari? Hęc Auguſtinus. Et de hac re hæc dicta ſufficiant. *Cant. 4.* *Auguſtinus.*

Quòd ſacrarum ſcripturarum interpretatio, quam quiſque fidelis amplecti tenetur, ad ſolam Eccleſiam pertineat. Cap. IIII.

QVanquam regulam præſcripſimus per quam cognoſci valeat, quocunque ſenſu ſignato, ſit ne verus ſacræ ſcripturæ ſenſus, an non, multi tamen illa abutuntur: liberéque ac pro libito ſcripturam
Auguſt. interpretãtur, vt eam in ſui erroris teſtimonium trahant. Vt enim inquit Aug. in lib. 83. quæſtionum. quæſtione ſexageſimanona: Non poteſt error oriri palliatus nomine Chriſtiano, niſi de ſcripturis non intellectis. Sic enim à principio naſcentis eccleſiæ vſque ad ſeculum noſtrum factum eſſe reperimus. Nam & beatus Petrus teſtatur Paulinas epiſtolas ab aliquibus perperam intellectas, qui eas in ſuum errorem detorquere conabantur. Sic enim ait: Sicut & chariſſimus frater noſter Paulus ſecundum datam
2. *Pet.* 3. ſibi ſapientiam ſcripſit vobis, ſicut & in omnibus epiſtolis, loquens in eis de his, in quibus ſunt quædam difficilia intellectu, quæ indocti & inſtabiles deprauant, ſicut & cæteras ſcripturas, ad ſuam ipſorum perditionem. Arrius plures admodum ſacræ ſcripturæ locos in ſui erroris comprobationem attulit, omnes tamen male intellectos. Fecerunt & hoc ipſum Nouatiani, Donatiſtæ, Pelagiani, Neſtoriani, & qui non. Omnibus enim hoc commune fuit, vt ſcripturis perperam intellectis, peſtilenterque expoſitis, ſuos tutati ſint errores. Et hanc proh dolor, hodie incurſionem à Lutheranis patimur, quibus adeò frequens eſt Euãgelium, & Paulinæ epiſtolæ, vt nihil aliud ſpirare videantur. Verum Deo immenſæ agendæ ſunt gratiæ, qui omnes has eccleſiæ infeſtationes, ad ſuam & eccleſiæ gloriam vertit, quę ictibus percuſſa, ad meliora prouehi cogitur. Nam huiuſmodi hæreticorum cauſa factum eſt, vt relictis quibuſdam nugis, quibus à trecentis annis hucuſq; homines ſeſe dedêre, ad meliora ſtudia ſe tranſtulerint. Quò fit vt multo plures viros doctos nunc eccleſia poſſideat, quàm à quadringintis retroactis annis hucuſque habuerit. Oportet enim (vt ait Paulus) hæreſes eſſe, vt probati manifeſti fiant. Quod exponens Auguſtinus in libro ſuper Geneſim contra Manicheos, ait: Ideo diuina prouidentia multos diuini erroris hęreticos ipſe permiſit, vt quum inſultant nobis, & interrogant nos quæ neſcimus, vel ſic excutiamus pigritiam, &
1. *Cor.* 11. diuinas ſcripturas noſſe cupiamus. Propterea Apoſt. ait: Oportet hæreſes eſſe, vt probari manifeſti fiãt.
Auguſt. Hi enim Deo probati ſunt, qui bene docere poſſunt: ſed manifeſti eſſe hominibus non poſſunt, niſi quũ docent: docere autem nolunt, niſi eos qui quærunt. Multi autem ad quærendum pigri ſunt, niſi per moleſtias & inſultus hæreticorum quaſi de ſomno excitentur. Qui homines ſi bonæ ſint fidei, non credunt hæreticis, ſed quid illis reſpondeant, diligenter inquirunt. Nec eos deſerit Deus, quin petentes accipiãt, & quærentes inueniant, & pulſantibus aperiatur. Hæc Auguſtinus. Si ergo hæreſes ſunt, & ex peruerſa ſacræ ſcripturæ intelligentia (vt infrà longius dicemus) oriuntur, oportet penes aliquem eſſe poteſtatem interpretãdi ſacram ſcripturam, cui interpretationi quilibet fidelis aſſentiri teneatur. Alioqui nulla patet via conuincendi hæreticum, ſi cuique liceat pro ſuo arbitratu eam interpretari. Verum quia poſſibile eſt vt hoc ab aliquo negetur, ſic rationibus illud fulcire oportet, vt vel impudentiſſimus ſit qui obſtet. Qua de cauſa vnum quemlibet hęreticũ conuenio, & rogo an credat aliquem eſſe aut vſquam fuiſſe hæreticum à vera fidei regula deuiantem. Nullus (opinor) inficiabitur aliquem fuiſſe vſquam, quià recta fidei regula diſceſſerit, niſi fortè ex ſecta Rhetoricorũ fuerit: qui (vt Philaſtro placet) æſtimarunt omnes hæreſes veras eſſe, hæreticóſque ſemper bene ſentire. Quod adeò magna eſt dementia, vt Auguſtino libro de hęreſibus cap. 72. impoſſibile videatur hominem vllum adeò ſtupuiſſe, vt hoc aſſeuerarit. Non A dubito quin Arrianus hęreticum cenſeat Sabellium, Sabellius viceverſa Arrianum. Pelagius ſi ſuperſtes eſſet, iudicaret Lutherum à vera fide deuiare, Lutherus hoc idem impingit Pelagio. Sunt enim eorum aſſertiones adeò pugnantes, vt altera alteri minimè cohęrere queat. Si ergo (vt par eſt) concedat aliquem fuiſſe hęreticum, percontabor tunc an pateat via qua homo ille doceri poſſit, vt niſi malitia obſtet, excitari poſſit ab errore. Quod ſi abnuit, fateatur neceſſe eſt nullam culpam eſſe imputandam hęretico quòd ab errore non diſcedat, vt pote quia immedicabili ignorantia laborat. Dominus enim (vt ait Auguſtinus in quodam ſermone) ſeruum pigrum non damnaret, ſi ea quæ fieri nullo modo poterant, imperaret. Si verò concedat aliquam viam patere qua homo ab errore auocari poſſit, doceríque perperam ſacram ſcripturam intellexiſſe, quæro à quo docendus erit? Non ab alio homine, quia de quolibet homine cauſabitur illum decepi, nolétque ob id interpretationem eius amplecti. Omnis enim homo errare poteſt in fide, etiam ſi papa ſit. Nam de Liberio papa refert Platina illum ſenſiſſe cum Arrianis, & Anaſtaſium ſecundum huius nominis pontificem fauiſſe Neſtorianis, qui hiſtorias legerit, non dubitat. Cæleſtinum papam etiam erraſſe circa matrimonium fidelium, quorum alter labitur in hæreſim, tes eſt omnibus manifeſta. Neque hic Cæleſtini error talis fuit, qui ſoli negligentiæ imputari debeat, ita vt illum erraſſe dicamus velut priuatam perſonam, & non vt papam qui in qualibet re ſeria definienda conſulere debet viros doctos: quoniam huiuſmodi Cæleſtini definitio habebatur in antiquis B Decretalibus, in ca. Laudabilem, titulo de Conuerſione infidelium: quam ego ipſe vidi & legi. Si ergo nulli homini iure tenemur in interpretatione ſacrarum literarum credere, propterea quòd quilibet homo ſolus errare poteſt, erit neceſſariò iudicium interpretationis penes totam eccleſiam, penes quam ius fuerat diſcernendi ſacras ſcripturas ab humanis. Nam hęc errare non poteſt, cum à ſpiritu ſancto ſit edocta. Nullus enim verius ſcripturam aliquam interpretari poteſt, quã qui mentem & ſpiritũ ſcriptoris
Ioan. 14. habet. At certum eſt eccleſiam ſpiritum dei habere. Sic enim Chriſtus promiſit: Alium paracletũ dabo
Matt. 27. vobis, qui ſuggeret vobis omnẽ veritatẽ. Et alibi de ſeipſo dicit: Ego vobiſcũ ſum vſque ad conſummationem ſeculi. Si ergo Deus eccleſię ſemper adſtat, & ſpiritus eius ſuggerit illi omnẽ veritatem, quî fit vt falli poſſit, aut ſcripturã interpretari neſciat, quæ ab autore ſcripturæ quotidie edocetur? Adde quòd
Prou. 31. eccleſia ſponſa eſt Chriſti, in qua cor viri eius maximè confidit, vt dicitur in lib. Prouer. At non bene in ea cõfidere diceretur, ſi illi ſcripturas offerret, quarũ claues apud ſe retineret. Hoc autem eueniret ſi ſcrituris eccleſiæ traditis, earũ intellectũ non traderet, ſed penes ſe retineret Deus. Nunquid cęlare potero
Gen. 28. Abrahã, ait Deus, quæ facturus ſum? Si ergo Ambrahã Deus cælare noluit, quæ facturus erat, quãto mi-

nus cælabit eccleſiam ſcripturarum intelligentiam? Præterea eccleſia hoc habet vt verbum Dei poſſit à verbis hominum diſcernere: nam aliàs neſciremus hoc eſſe Euãgelium Matthæi, illud verò Marci vel Lucæ, niſi teſtimonio eccleſiæ id aſſerentis didiciſſemus. Certum eſt autem hanc poteſtatem diſcernendi ſcripturas diuinas ab humanis eccleſiam non aliunde habere, quàm à Deo: nec ob aliã cauſam, quàm ne in his erraret eccleſia, in quibus non errare maximè oportebat. Vnde manifeſtè conuincitur, vt ſi penes eccleſiam ſit diſcretio verborum Dei à verbis hominum, ſit etiam penes ipſam eccleſiam poteſtas diſcernendi ſenſum diuinum ab humano. Alioqui enim nihil profuiſſet ſi eccleſia Deo docente ſacram
C ſcripturam veram diſcernat à falſa, & in ſcriptura vera neſciat falſum ſenſum à vero ſeparare. Non enim minor erat iactura ſi falſum ſenſum eccleſia pro vero ſuſciperet, quàm ſi ſcripturas hominum pro diuinis amplecteretur. Hieronymus ſuper epiſtolam ad Galat. Non putemus in verbis ſcripturarum eſſe Euangelium, ſed in ſenſu: non in ſuperficie, ſed in medulla: non in ſermonum foliis, ſed in radice rationis. Hæc Hieron. Quò fit vt qua lege credimus eccleſiæ dicenti hãc eſſe ſcripturam diuinam, eadem lege credamus ei dicẽti hũc aut illum eſſe ſenſum ſcripturæ diuinę. Nam parũ referebat ſcripturas tenere, ſi vera earũ intelligentia eccleſia fraudata eſſet. Non enim contentio eſt in verbis, ſed in rebus. Conſtat aliis verbis Græcos vti, aliis Latinos. Aliud eſt Hiſpanis idioma, aliud Gallis, aliud Germanis, aliud Britannis. Non eſt terra iam vnius labij, cum tamen eadem ſit res de qua loquuntur. Nihil intereſt an verba Chriſti hoc aut illo idiomate proferas, modo eundem referas ſenſum quem ille intelligi voluit. Ad eundem modum minimum refert eadem tenere verba, ſi oppoſitis ſecumque pugnantibus ſenſibus à diuerſis exponantur. Nos etenim Chriſtum adorantes, & coram eo procidentes dicimus, Aue. Iudæi eidem illudentes dicebant, Aue. Verba ſunt eadem: quis tamen neſciat inter noſtra & illorum verba magnum eſſe diſcrimen ex vario ſenſu, variaque intentione? Iudæi enim illuſionem, nos autem reuerentiam eiſdem verbis ſignificamus. Cum ergo tantum interſit, vt hoc aut illo ſenſu verba capienda ſint, maxime oportuit penes eccleſiam eſſe ius ſcripturas interpretandi, non aliter quàm diuinas ſcripturas ab
D humanis diſcernendi. Alioqui nulla pateret via qua hæreſis reuinci poteſt. Nam cum omnes hæretici (vt diximus) ſuos errores ſcripturis confirment, qui ex ſcriptura minime oriuntur, ſed ex adulterino eius ſenſu: quo pacto ſenſus ille reiici poterit, ſi illum hæreticus velut germanum literæ ſenſum recipere velit? Aut à quo reiicietur, ſi penes nullum ſit autoritas ſacram ſcripturam interpretandi? Dices fortè rationibus & argumentis & coniecturis, præcedentium & ſequentium verborum contextu, verum literæ ſenſum elici poſſe. Fateor hæc plurimum iuuare, nec tamen rem omnino abſoluent: quoniam nec ſemper coniecturæ cogunt, nec argumenta euidenter colligunt, præcipue in rebus fidei, vbi minima eſt argumentorum vis. Adde quòd multa ſunt quorum verus ſenſus longiſſime à litera diſcedit, tantum abeſt vt ex ea coniici poſſit. Sed ecce dum ad bellum accingimur, & arma paramus ad congreſſum, ſigno adhuc minime ad pugnam dato, inuadit nos vnus ex his quos expugnare decreuimus, nempe Luthe. *Lutherus.*
Quiſnam is ſit, quum de hæreſibus ſigillatim agetur, enarrabimus. Is enim in ſuo libro de captiuitate Babylonica, quum de ſacramento euchariſtiæ diſſerit, ſic ait: Verbis diuinis non eſt facienda vis, neque per hominem, neque per angelum, ſed quantum fieri poteſt, in ſimpliciſſima ſignificatione ſeruanda ſunt: & niſi manifeſta circunſtantia cogat, extra grammaticam & propriam accipienda nõ ſunt, ne detur aduerſariis occaſio vniuerſam ſcripturam eludendi. Hæc Lutherus. O fomentum plurimarum hæreſum. Iam Lutherum percontari vellem, an ſemper iuxta ſimpliciſſimam ſignificationem, & iuxta ſolam grãmaticam verba accipienda ſint, an aliquãdo licebit extra grammaticæ limites diuagari? Quòd ſi id licere neget, in vanum ergo laborauerunt tot illuſtres viri in eruendis veris ſacræ ſcripturæ abſtruſiſſimis ſenſibus: nec tantum oporteret circa eam laborem impendere, ſi ſola grammatica ſufficiat, & verborum ſimpliciſſima ſignificatio. Adde quòd multa tunc in ſacris literis reperientur, quæ vel parum pius homo aut rideret, aut abominaretur: quale eſt illud, vt vnũ aut alterum ex multis adferã. Ego diſpono vo- *Luc.22.*
A bis mẽſam, ſicut diſpoſuit mihi pater, vt edatis & bibatis ſuper mẽſam meã in regno meo. Cui alludere videtur illud Eſaię, quũ de retributione iuxta vniuſcuiuſque opera ſingulis donanda diſſerẽs, ait his qui in luxu & faſtu vitã hanc tranſegerunt: Serui mei comedẽt, vos autẽ eſurietis: ſerui mei bibent, vos autẽ ſitietis, &c. Quæ ſi iuxta ſolã verborum ſimpliciſſimã ſignificationẽ (vt Lutherus ait) accipienda eſſent, *Eſa.65.*
quis non videt ex hoc anſam prẽberi Cherinto fouendi ſuam impiam hæreſim, qua ait in illa pexpectata beatitudine futuras eſſe carnis delicias? Omnib⁹ etiã vel illud notiſſimũ eſt quod Chriſtus ait: Pater maior eſt me. Si nulla ibi requiratur interpretatio præter illã quæ ex verborum ſimpliciſſima ſignificatione *Ioan.14.*
hauritur, certũ eſt inde arma gratis donari Arrianis, quibus ſuã excitẽt iã diu ſepultã hæreſim. Si nulla alia expoſitio eſt adhibẽda ſacris literis præter illã quę ex grãmaticæ regulis hauriri poteſt: ſatis exultabunt inde Marcion hæreticus, & Manichæus eius imitator, dicentes legẽ veterẽ fuiſſe malã: quoniã Paulus ait: Lex autẽ ſubintrauit, vt abũdaret delictũ. Et idẽ Manichæus ſe triumphaſſe de catholicis credet, *Rom.5.*
quũ ait Prophetas omnes erraſſe, quoniã Chriſtus ait: Quotquot ante me venerunt, fures ſunt & latrones. *Ioan.10.*
Ex his ergo luce clarius oſtenditur, vt ſi Lutherus nolit cõſentire Cherinto, aut fauere Arrio, interpretationẽ ſacrarũ literarum extra grammaticæ alueum nõ ſolũ admittat, verũ etiam exigat. Quid quod Lutherus ſæpiſſime ſui inſtitui immemor, ſacrã ſcripturam quæ à catholicis obiicitur, expoſitione minimè regulis grãmaticæ cõuenienti detorquet, & in alienum ſenſum trahit? vt facile eſt videre quum verba Chriſti quibus panem in ſuum corpus vertit, dilacerat, Sic enim exponit, hoc, id eſt hic panis, eſt corpus meum. Verum vt vbique tyrannidem exerceret, noluit legem quam tulerat pati. Vult enim Luthe-
B rus (vt verè ſe Phariſæorum fermentũ habere oſtendat) nobis onera importabilia imponere, quũ tamen ipſe nec digito velit ea mouere. Quum enim prius legem ſtatuiſſet de inhibenda ſcripturæ interpretatione, in eam quam vidiſtis expoſitionem prorupit, de qua infrà in titulo euchariſtia diſſeremus.

Hieronymus.

Si ergo tibi Luthere tribuis poteſtatem ſacram exponendi ſcripturam quæ tibi obiiciunt, cur non permittes tot ſapientibus facultatem exponendi eas quas nobis obiicis autoritates? Tibi temerè licebit pro tuo arbitratu deprauare ſcripturas, & catholicę Eccleſię non licebit aliquid exponere? Vis enim has quibus inniteris autoritates non exponi, nec ſummis digitis tangi, ſed iuxta literam accipi: nefaſque eſſe ais à literæ cortice vel tantilum diſcedere: cum tamen has, quæ nobis & veritati fauent, mira libertate contrectes, detorqueas, alienes. Eſt ne fortè tibi alia ſcriptura quàm nobis, ita quod illa exponenda non ſit, hæc autem etiam à canibus dilaniari permittatur? Aut ſi fortè tibi eadem eſt ſcriptura ſacra quæ & nobis, vnde hæc tibi & tuis complicibus audacia, vt quam nobis admitis interpretandi poteſtatem, vobiſipſis arrogetis? Eſt ne fortè à nobis ablatum regnum dei, vt daretur vobis? Si hoc ita eſſe aſſeritis, oſtendite vos eſſe eam gentem facientem fructus, cui Chriſtus regnum hoc ſe daturum ſpopondit, & credo. Eos tamen fructus neque videmus, neque ſpero videbimus, niſi Deus ſua benigniſſima pietate veſtros miſeratus errores, à tenebris in lucem vos aliquando reducat. Quòd ſi fortè Luthero vexatio iam dederit intellectum, vt nobis perinde ac ſibi permittat ſacras ſcripturas interpretari: hinc iam eueniet, vt quum inter nos & illum de vera literæ intelligentia non conueniat, ſit penes alium iudicium, qui omni contentione ſublata, verum & catholicum ſenſum oſtendat. Is autem talis ſit oportet, vt falli nequeat. At omnis homo falli poteſt, vt paulò ante oſtendimus. Eccleſia autem falli non poteſt, in his maximè in quibus multum intereſt non falli. Cõuincimus ergo penes eccleſiam eſſe poteſtatem & diſcernendi ſcripturas diuinas ab humanis, & in eiſdem ſcripturis diuinis ſenſum diuinum ab humanis ſeparandi, cuius diſcretioni & iudicio quilibet fidelis tenetur obtẽperare in vno perinde ac in altero. Fortè aliquis nobis obiiciet, vt noſtram hanc ſententiam infirmet, & ſic dicet: Si eccleſia eſt quæ ſola errare non poteſt, & à qua verum & indubitatum ſacrę ſcripturæ ſenſum recipere debemus, nunquam aut ſaltem difficillimè poterit aliquis verum & certum ſacræ ſcripturæ ſenſum aſſequi, poſtquam de illo ſemel dubitare cœperit. Quoniam eccleſia quæ per totum orbem diffuſa eſt in nullo aliquo loco congregari poteſt, vt vnum aut alterum ignorantem docere valeat. Si dicas eccleſiam totam repræſentari in generali concilio, & ab illo verum ſcripturæ ſenſum eſſe petendum, oporteret hac ratione fateri difficillimum eſſe verum & certum ſcripturæ ſenſum aſſequi: quia difficilimum eſſet pro quocunque dubio ſcripturæ ſenſu, generale concilium congregare. Fateor quidem rem fuiſſe ſemper difficilem, & nũc, proh dolor, difficilimam generale congregari concilium, atque ideo concedo non eſſe neceſſarium tale concilium congregari, vt pet illud agnoſcamus quid eccleſia doceat, de vero alicuius ſacræ ſcripturæ ſenſu. Nam ſicut ad cognoſcendum quam ſcripturam eccleſia reputat ſacram, non ſolum attendimus conciliorum generalium definitiones, ſed etiam (vt Aug. lib. 2. de doct. Chriſt. cap. 8. docet) ſententiã in pluribus eccleſiis particularibus continua ſucceſſione ſeruatam: ita etiam ad cognoſcendum quid pro vero ſcripturæ ſenſu eccleſia teneat, recurremus ad ſacros & ſanctos doctores, qui nos præceſſerunt: & qui ab illis continua ſucceſſione & ſine vlla controuerſia habitus eſt ſemper pro vero ſcripturæ ſenſu, illum ſine dubio credamus eſſe ſenſum quem eccleſia catholica docet eſſe tenendũ. Hoc enim docet ſanctus Clemens martyr & Petri diſcipulus lib. 10. recognitionum ſic inquiens: Oportet ab eo intelligentiam diſcere ſcripturarum, qui eam à maioribus ſibi traditam ſeruat. Hæc ille. Non ergo à Luthero, aut Oecolãpadio, aut Melanctone, aut Butzero, aut Zuinglio, aut quouis alio ſimilis farinæ homine diſcere oportet ſacræ ſcripturæ intelligentiam, quia nullus eorum tradit illam quæ eſt à maioribus noſtris ſeruata, ſed quam quiſque illorum pro ſuo libito confinxit. Clementi conſentit Auguſtinus, qui in quadam epiſtola ad Paulinum hæc ait: Eligo in his verbis (loquitur de quibuſdam ſacræ ſcripturæ verbis) hoc intelligere quod omnis vel penè omnis frequentat eccleſia. Hæc Aug. Præterea, vſu perpetuo ſeruatum eſt hoc in eccleſia, vt ſi quando fortè inter catholicos & hæreticos fuiſſet orta controuerſia de vero intellectu ſacræ ſcripturę, ſemper in conciliis, quæ ob hanc cauſam congregata eſſent, haberetur recurſus ad ſentẽtiam patrum præcedentium vſque ad tempora Apoſtolorum, & quod ab illis continua ſucceſſione traditum fuiſſe intellexerunt, illud cenſuerunt eſſe eccleſiæ catholicæ doctrinam neceſſario ſuſcipiendam. Hoc tamen diligenter eſt aduertendum, quòd de illorum patrum ſententia ſolummodò fiebat inquiſitio, qui ante controuerſiam ortam ſanctiores & doctiores habiti ſunt, & qui de illa re non in alicuius hominis gratiam, ſed ſolum ad Dei honorem ſcripſerant. Sic enim legitur in hiſtoria tripartita libro. 9. capite. 19.

Matt. 21.

Auguſtinus.

Clemens.

Auguſtinus.

C

D

Quòd aliqua ſunt quibus ex vniuerſalis eccleſiæ definitione fides integra adhibẽda eſt, etiam ſi expreſsis ſacræ ſcripturæ teſtimoniis non valeant comprobari. Cap. 5.

AT multa ſunt hæreticorum dogmata, quæ teſtimonio ſcripturarum minime refelli poſſunt, ſed ſolum vniuerſalis Eccleſiæ traditione reiiciuntur. Hanc autem eccleſiæ traditionem plurimi hæreticorum ſubſannant, deridentque. Nam & ea ſe ab eis derideri queritur apud Iob, dicens: Nunc autem rident me iuniores tempore: quod exponens beatus Gregorius, ait: Omnes hæretici ætati vniuerſalis eccleſiæ comparati, iuniores tempore congruè vocantur, quia ipſi ab ea, non autem ipſa egreſſa eſt ab illis. Vnde rectè quoque per Ioannem dicitur. A nobis exierunt, ſed non erant ex nobis: nam ſi fuiſſent ex nobis, permanſiſſent vtique nobiſcum. Iuniores ergo tempore ſanctam eccleſiam irrident, quum hi qui ab ea egreſſi ſunt, doctrinæ eius verba deſpiciunt. Hæc Gregorius. Ideo hoc iaciendum eſt ſolidiſſimum fundamentum, quo tanquam firmiſſimo præſidio aduerſus hæreticos ſæpiſſime in poſterum nos perta ſcriptura in earum comprobationem deſit, non minoris ſunt autoritatis quàm ipſa ſacra ſcriptura. Hanc autem aſſertionem, vt non facile ruat, pluribus oportet rationibus fulcire. Prima quia non minus

Iob. 30. Gregor.

1. Ioan. 2.

A

minus efficax eſt ad docendũ fidẽ & mores vox docẽtis,quã ſcriptura:imò lõge efficacior:quod vel au
tore Hieronymo in epiſtola ad Paulinũ de omnibus ſacræ ſcripturę libris ſatis conſtat. Sic enim ait:Ha *Hierony.*
bet neſcio quid latẽtis energiæ,viuę vocis actus,& in aures diſcipuli de autoris ore trãsfuſa,fortius ſo-
nat. Dic ergo an prębeas fidem Euangeliis,eo ꝙ ab hominibus ſcripta fuere,an quia à Deo ipſis homi-
nibus inſpirata,qui & corda & manus eorũ ad ſcribendũ mouebat? Non dubito te hac ratione ad eorũ
fidẽ adduci,quod credis eos in ſcribẽdo diuino afflatos ſpiritu. Quid ergo ,phibet diuinũ ſpiritũ aſtare
eccleſię loquenti,perinde ac Euãgeliſtæ ſcribẽti? Cũ ipſe dicat Apoſtolis:Non eſtis vos qui loquimini, *Matt.* 10.
ſed ſpiritꝰ patris veſtri qui loquitur in vobis. Nũquid deſtituit Deus iã eccleſiã ſuã ſpiritu ſuo,vt per os
eius loqui dedignetur vt antea? Abſit. Nã ipſe dicit:Ego vobiſcũ ſum vſque ad cõſummationẽ ſeculi. Si *Mat.*28.
ergo credis ſcripturæ diuinæ per manus Euãgeliſtarũ & Apoſtolorũ ſcriptæ,cur nõ credis voci diuinę
B per eos eccleſiæ prolatæ? At dicis fortè te ſcire hãc ſcripturã eſſe diuinã,ac ideo te illi præbere aurẽ:nec
tamẽ ita ſcis vocẽ illã eſſe diuinã,ac ideo non credis, crediturus autẽ ſi tibi aliqua ex parte innoteſceret
vocẽ illã eccleſiæ hoc aut illud aſſerẽtis eſſe diuinã. Dic obſecro vnde ſcis hunc librũ eſſe Mat. illũ Mar
ci,illũ verò Lucę,aut illũ Ioannis? Nũ adſediſti ſcribẽtibus? Quòd ſi dicis te hoc ſcire ex titulis qui eorũ
ſcriptis appoſiti ſunt,erit hac ratione vt nõ tenacius adhæreas vt credas primũ ex. 4. Euãgeliis eſſe Mat
thęi,quàm vt credas librum de ciuitate Dei aut de trinitate eſſe Auguſt. quodſi annuis,certè vacillat fi-
des tua,& baculo tenerrimo innititur. Quis enim neſcit quàm ſæpiſsime errent titulorũ inſcriptiones,
adeò vt eundem librum duorum aut trium autorum diuerſis titulis inſcriptum reperias? Quò fit vt pro
talibus inſcriptionibus defendendis rarò velim contendere. Nę autem negem primum euãgelium eſſe
Matthæi,aut epiſtolam ad Romanos eſſe Pauli,ceruicem libentiſſime gladio opponã. Verũ fortè dices
(vt par eſt) te credere hoc euangelium eſſe Matthæi,illud verò Lucæ,quia eccleſia ita teſtatur. Si ergo
credis eccleſiæ dicenti hoc euangelium eſſe Matthæi,illud verò Lucæ,quæ res eſt tam ſeria,vt ex ea cę-
tera fermè omnia pendeant:cur nõ credis eidem eccleſiæ dicenti reliqua,etſi ſcripturis ea minimè con
firmet? Nunquid vt crederes eccleſiæ dicenti hoc euangelium eſſe Matthæi, exigis ab ea teſtimoniũ ex
ſcriptura diuina,ſine qua minime crederes? Nunquid oportuit vt Matthæus teſtaretur de Luca eũ ſcri-
pſiſſe euangelium,aut Lucam hoc idem teſtari per ſcriptum de Matthæo? Si hoc ita eſt,vt ſemper ſcri-
ptura quelibet in ſui comprobationẽ alterius ſcripturę teſtimoniũ exigat, quis nõ videt hac ratione ab-
eundũ eſſe in immenſum ſine fine? Quo fiet vt nunquam ſcire quis poſſit certò de ſcriptura aliqua,eſſet
ne diuina,an humana. Si verò hoc non exigitur,cur eccleſiæ abſq; vllo diuinæ ſcripturæ teſtimonio di-
C centi tibi hoc eſſe euangelium Matthæi,credis: in aliis autem ſine ſcripturæ diuinæ teſtimonio non vis
credere? Nónne eadẽ eſt eccleſia quæ hoc aſſerit & illud? Nõne ſcripturarũ diſcretio eſt res ãdeò ſeria,
perinde ac quęuis alia ? Cæterum vt fortius agamus,& clarius hominẽ conuincamus,hoc vnum gratis
donamus,te abſque ſcripturę ſacrę & eccleſię teſtimonio,ſed ſola ſancti ſpiritus illuſtratione edoctum
ſcire Euangelium eſſe huius vel illius,ac ideo dicas te credere illi: Dic ergo,cur credis Euãgeliſtę,&nõ
Eccleſiæ,cuius ipſe Euangeliſta membrum vnum fuit,cum Eccleſia tanto Euangeliſtas excellat,quãto
integrum corpus ſingulis preſtat membris? Si vni fidis,cur diffidis cunctis? Si membro tribuis tantum,
cur toti nihil tribuis corpori? Pręterea non legimus Chriſtũ aliquid ſcripſiſſe,ſed ſolum verbo docuiſſe,
ex cuius verbis multa præterierunt Euangeliſtæ,quorum nullam prorſus fecere mentionẽ. Vnde Ioan-
nes euangeliſta in vlt. euang. ſui cap. ait:Sunt & alia multa quæ fecit Ieſus,quæ ſi ſcriberentur per ſingu
la,nec ipſum arbitror mundum capere poſſe eos qui ſcribendi ſunt libros. Pari ergo ratione credẽdum
eſt,nec eos omnia quæ Chriſtus dixerit,ſcripſiſſe: quale eſt illud: Beatius eſt dare quàm accipere:quod
Paulus teſtatur Chriſtum dixiſſe, cum tamen nullus Euãgeliſtarũ illius dicti meminerit. Et Lucas cap. *Act.*20.
1. Actorum apoſtolicorum refert de Chriſto domino noſtro , quod poſt reſurrectionem ſuam præbuit
ſeipſum diſcipulis ſuis viuum in multis argumentis,per quadraginta dies apparens eis,&loquẽs de re-
gno dei, ex quibus verbis vix vnum & alterum ſcriptum reperies. Credendum eſt tamen apoſtolos a-
liis verbo narraſſe tam facta quàm dicta,atque ita ex ore in os,& ex pectore in pectus transfuſa, ad nos
vſque peruenisſe ſine alio quouis ſcripturæ teſtimonio. Inſuper multa fuerunt Apoſtolorum dogmata
D & præcepta de regimine eccleſiæ , quæ ſcripto minime fuerunt mandata. Nam Actorũm apoſtolico-
rum cap. 15. dicitur quod Paulus electo Sylla profectus eſt, traditus gratię dei à fratribus. Perambula-
bat autem Syriam & Ciliciam confirmans eccleſias , præcipiens cuſtodire pręcepta Apoſtolorum &
ſeniorum. Et ſequenti capitulo dicitur de Paulo & eius diſcipulo Timotheo in hunc modum:Cum au-
tem pertranſirent ciuitates , tradebant eis cuſtodire dogmata quę erant decreta ab Apoſtolis & ſenio-
ribus qui erant Hieroſolymis. Hęc parum noſtro propoſito conducunt,quoniam Apoſtolorum cano-
nes reperimus quos ipſi ad regimen tunc naſcentis eccleſię ędiderunt. Hos per quadraginta & octo ca
pita digeſtos,Iſidorus in principio conciliorum collocauit. Quos à Clemente papa & martyre (vt dici
tur) tranſlatos,Zepherinus & Leo ſummi pontifices & ſexta ſynodus approbarunt. Damaſcenus tantũ
illis tribuit,vt in fine. 18. cap. 4. libri de fide orthodoxa,videatur eos in numerũ canonicorũ librorũ re-
ferre. Nã cum de canonicis libris diſſerit,eorũ catalogo recenſito,nulla prorſus diſtinctione facta,ſub-
nectit canones apoſtolorum per Clementẽ. Sed his dimiſsis,vel illud maximè noſtram aſſertionẽ con-
firmat,quod Paulus ait in ſecunda ad Theſſalonicenſes epiſtola:Itaque fratres ſtate,& tenete traditio-
nes quas didiciſtis,ſiue per ſermonem,ſiue per epiſtolam noſtram. Et in ſecunda ad Timo. epiſt. Tu er-
go fili mi cõfortare in gratia quæ eſt in Chriſto Ieſu : & quę audiſti à me per multos teſtes, hęc cõmen- 2. *Tim.*2
da fidelibus hominibus qui idonei erũt alios docere. Ex quibus duobus locis ſatis clarè oſtenditur Pau-
lum aliqua verbo ſolo tradidiſſe , quæ nuſquam ſcripto mandauerat. Tunc peto an præcepta habeant
vim & robur ſuum à ſcriptura,an ab animo obligantis? Si ex animo ſolum pręcipientis pendent,quum

voces æquè animum teſtentur,ac ſcripturæ,quî fit,vt verbo ab vno ad alterum tranſmiſſa,non habeant æquam vim obligandi ſicut ſcripturæ? At dices verbis non eſſe tantam fidem adhibendam,quanta debetur ſcripturis,eo quòd verba citius faciliuſque permutantur,minuuntur, augentur, deprauãturque, quàm ſcripturæ. Eſto,ſed nũquid adeo ſemper diffidendum erit verbis,vt nunquam alicui credatur,ni ſi ſcripturis comprobet? Abſit. Hoc enim modo omnis conuictus humanus peribit: non crederem me incepiſſe aliquãdo,non crederem talem eſſe patrem meum,& talem matrem meam. Nulli credere, ac omnibus,ſummæ dementiæ eſt. Nónne teſtes ſunt efficaciſsimi ad rei cõprobrationem? In ore duorum vel trium,inquit Chriſtus,ſtat omne verbum. Quis autẽ efficacior teſtis eſſe poteſt,quàm eccleſia, quæ oculatus teſtis eſt,ſpiritu veritatis afflata, mendax eſſe nequit? Eccleſiam verò oculatum eſſe teſtem eorum quæ refert,ſic conuincimus,quoniam eccleſia ex omnibus fidelibus conſtat,non ſolum præſentibus,verumetiam præteritis,& in poſterũ futuris. Aliâs tot oporteret eccleſias fingere,quot ſecula fluxiſſent. Cui tamen ſententiæ manifeſte ipſe eccleſiæ ſponſus obuiat,dicens: Vna eſt columba mea, vna eſt amica mea. Et Apoſtolus: Deſpondi vos vni viro virginem caſtam exhibere Chriſto. Virginem dixit nõ virgines. Si ergo vna eſt,fieri oportet vt hæc eadem eccleſia quæ nunc eſt,audierit Chriſtum prædicantem,viderit morientem,congratulata fuerit reſurgenti,conſpexerit in cœlos aſcendẽtem,aſſederit Euangeliſtis & Apoſtolis ſcribentibus,aſtiterit docentibus. Si ergo horum omnium eccleſia eſt teſtis oculatus,erit per omnia ei credendum,cum certum ſit eam neque mẽtiri velle,neque ignorare quæ aſſerit. Præterea in primordiis eccleſiæ naſcentis,cum primò oriebatur,poſt receptum ſpiritum ſanctum aliquod temporis ſpacium interiectum eſt vſque ad primam euangelij conſcriptionẽ: quo tẽpore nulli dubium quin credendum eſſet eccleſiæ circa credenda & agenda à Chriſto mandata,etiam ſi tunc eccleſia omni ſcripturæ præſidio careret. Erit ne fortè dicendum vt breuior ſit nũc eccleſię autoritas,quã tunc? Aut detrudemus eccleſiam in tam anguſtos limites,vt eam nunc ex ſcripturę teſtimonio pendere dicamus,quæ olim minime pẽdebat? Erit ergo ſine vlla hæſitatione tenendum,vniuerſalis eccleſiæ traditionibus & definitionibus,etiam ſi hæc nullis ſcripturæ ſacræ teſtimoniis comprobentur,tantam fidẽ eſſe adhibendam,quanta ipſiſmet ſcripturis ſacris debetur,quum illis linguam ęquè nunc moueat ſpiritus ſanctus in locutione earum rerum in quibus noſtra ſalus pendet,ſicut olim mouit manus ſcriptorum ad ſcripturas ſacras ſcribendas. Sed ne hæc noſtris ſolum rationibus ductus dixiſſe vedear,expedit vt oſtendam hanc eandem fuiſſe mentem probatiſſimorum quorumcunque virorum qui de hac re fecere mentionem. Aug. in epiſt. ad Ianuarium quæ eſt in volumine epiſt. eius. 118. Illa quæ nõ ſcripta ſed tradita cuſtodimus, quæ quidem toto orbe terrarum obſeruantur,datur intelligi vel ab ipſis apoſtolis vel plenariis conciliis) quorum eſt in eccleſia ſaluberrima autoritas) commendata atque ſtatuta retineri. Vnde hæc quin ita faciẽda ſint diſputare,inſolentiſſimæ inſaniæ eſt. Hæc ille. Et in epiſt. ad Caſulanum presbyterum: In his rebus de quibus nil certi ſtatuit diuina ſcriptura,mos populi dei & inſtituta maiorum pro lege tenẽda ſunt. Et ſicut præuaricatores diuinarum legum,ita cõtemptores eccleſiaſticarum cõſuetudinum coërcendi ſunt. Hæc. Aug. Alia ſunt quamplurima eiuſdem beatiſſimi patris huic propoſito conducentia teſtimonia,quorum omnium vel illud præcipuum eſt,quod aduerſus Creſconium grammaticum ſcribens,ait: Proinde quanuis huius rei certum de ſcripturis non proferatur exemplum, earumdem tamẽ ſcripturarum etiam in hac re à nobis tenetur veritas,quum hoc facimus quod vniuerſæ iam placuit eccleſiæ,quam ſimul ipſarum ſcripturarum commendat autoritas,vt quoniã ſancta ſcriptura fallere non poteſt,quiſquis falli meruit huius obſcuritate quæſtionis,eandem eccleſiã de illa conſulat,quam ſine vlla ambiguitate ſancta ſcriptura demonſtrat,Hæc Auguſtinus. Hoc etiam confirmatur teſtimonio Ioannis Damaſceni,qui in. 13. cap. 4. libri de fide orthodoxa,docens qualiter Deum adorare debeamus,ad orientem,dicit: Non ſcripta eſt autem hæc Apoſtolorum traditio: nã multa ſine ſcripto nobis tradita ſunt. Idẽ quoq; in. 17. eiuſdẽ lib. cap. Eſt autẽ hæc traditio nõ ſcripta, perĩde ac adorationis ad oriẽtẽ, adorare ſcilicet crucẽ, & alia plurima his quæ dicta ſunt ſimilia, Hæc Damaſcenus. Sed Origenes etiam in hãc manibus (vt dicitur) ac pedibus ire ſẽtẽtiam. Is enim homilia quinta ſupra librũ Numerorũ ſic ait: In eccleſiaſticis obſeruationibus ſunt nõnulla quę omnibus quidẽ facere neceſſe eſt, nec tamen ratio eorũ omnibus patet. Nã quod (verbi gratia) genua flectimus orãtes, & quod ex omnibus cœli plagis ad ſolã oriẽtis partẽ cõuerſi orationẽ fundimus, nõ facile cuiquã puto ratione cõpertũ. Sed & euchariſtiæ ſiue percipiendæ, ſiue eo ritu quo geritur explicãdæ, vel eorũ q̃ gerũtur in baptiſmo verborũ geſtorũq; & ordinum, atq, interrogationũ ac reſpõſionũ quis facile explicet rationẽ? Et tamẽ omnia hæc operta & velata portamus ſup humeros noſtros, quum ita implemus ea & exequimur, vt à magno pontifice & eius filiis tradita & commẽdata ſuſcepimus. Hæc Origenes. Vides hic qualiter Origenes teſtatur aliqua eſſe quę nobis facere eſt neceſſarium, etſi eorum nulla ex ſcripturis ratio pateat, ſed ſola eccleſiæ obſeruatio. Et idem docet in proœmio libri periarchon. Irenæus etiam Lugdunenſis epiſcop⁹ & martyr, martyriſque diſcipulus, huic ſententiæ ſubſcribit in cap. 4. tertii libri aduerſus hæreſes, dicens: Tantæ igitur oſtenſiones quum ſint hæc, non oportet adhuc quærere apud alios veritatem, quam facile eſt ab eccleſia ſumere, quum apoſtoli quaſi in depoſitorium diues pleniſſime in eam contulerint omnia quæ ſunt veritatis, vt omnis quicunque velit, ſumat ex ea potum vitæ. Hæc eſt enim vitæ introitus: omnes autẽ reliqui fures ſunt & latrones. Propter quod oportet deuitare quidem illos: qui autem ſunt eccleſię, cũ magna diligentia deligere, & apprehẽdere veritatis traditionẽ. Quid enim? & ſi quando de aliqua modica quæſtione diſceptatio eſſet, nónne oportet in antiquiſſimas recurrere eccleſias, in quibus Apoſtoli conuerſati ſunt, & ab eis de præſenti quæſtione ſumere quod certum & rei liquidum eſt? Quid autem ſi neque Apoſtoli quidem ſcripturas reliquiſſent nobis, nónne oportebat ordinem ſequi traditionis, quem tradiderunt his quibus committebant eccleſias? Hæc

Ioan 8. *Cant. 6.* *2. Cor. 11.* *Auguſt.* *Damaſc.* *Origenes.* *Irenæus.*

A B C D

Irenæus

Irenæus. Huius autoritas non parui eſt momenti, nempe, præter ſanctitatem & doctrinam qua polluit diſcipulus fuit, Policarpi martiris, quem Ioannis euãgeliſtæ diſcipulum fuiſſe plures teſtãtur hiſtoriæ. Abeant ergo Ioannes Vviclephus, & Ioannes Hus, & Martinus Luth. eorumque complices, & quibus volent ſuas iactent inſaniás, derogentque quantum voluerint eccleſiæ autoritati. Nam mihi horũ per tot ſecula probatiſſimorum virorum ſuffeciſſet autoritas, etiam ſi nulla ratione ſuperius euiciſſem. Denique, ad completam huius ſentẽtiæ confirmationem acceſſit concilium Tridentinum ſub Paulo tertio celebratũ, quod ſeſſione quarta capite primo ſuorum decretorum legitimam me præſente protulit de hac re definitionem, ſic inquiens: Sacroſancta œcumenica & generalis Tridẽtina Synodus in ſpiritu ſancto legitimè congregata, præſidentibus in ea tribus Apoſtolicæ ſedis legatis, hoc ſibi ante omnia perpetuo proponens, vt ſublatis omnibus erroribus puritas ipſa Euãgelij in Eccleſia cõſeruetur, quod *Cõcilium Tridentinum.*
A promiſſum ante p Prophetas in ſcripturis ſanctis Dominus noſter Ieſus Chriſtus dei filius proprio ore primum promulgauit, deinde per ſuos apoſtolos, tanquam fontem omnis ſalutaris veritatis & morũ diſciplinæ, omni creaturæ prædicari iuſſit, perſpiciens quòd hanc veritatem & diſciplinã contineri in libris ſcriptis & ſine ſcriptis, traditionibus, quæ ipſius Chriſti ore ab Apoſtolis acceptæ aut ab ipſis Apoſtolis ſpiritu ſancto dictante quaſi per manus traditæ ad nos vſque peruenerunt, orthodoxorum patrũ exempla ſecuta, Omnes libros tam veteris quàm noui teſtamenti, cum vtriuſque vnus Deus ſit author, necnõ traditiones ipſas tum ad fidem, tum ad mores pertinentes, tanquam vel ore tenus à Chriſto vel a ſpiritu ſancto dictatas & continua ſucceſſione in eccleſia catholica conſeruatas pari pietatis affectu & reuerentia ſuſcipit & veneratur. Et poſt hæc verba recenſet concilium omnes libros totius ſacræ ſcripturæ tam veteris quàm noui teſtamenti, quibus omnibus enumeratis ſtatim hæc quę ſequuntur, ſubdit: Si quis autem libros ipſos integros cum omnibus ſuis partibus, prout in eccleſia catholica legi conſueuerunt, & in veteri vulgata latina æditione habentur pro ſacris & canonicis non ſuſceperit, & traditiones prædictas ſciens, & prudens contempſerit, anathema ſit. Hactenus Cõcilium Tridentinum. Dicamus ergo in omnibus quæ aut credenda aut agenda ſunt, Eccleſiæ eſſe obediendum, etiã ſi ſcripturæ autoritas deſit, quanuis hæc ei deeſſe non poſſit, quum hanc ei autoritatem ipſemet ſcripturæ tribuant, Nam alioqui qualiter aſſeremus Marię perpetuam virginitatem, aut filium dicemus patri conſubſtantialem, quum hæc minime in ſacris literis reperiantur? Marię ſiquidem perpetua virginitas in ſacris literis nuſquam claré inuenitur, niſi fortè in figuris multis & ænigmatis, quæ (vt tertio cap. diximus) minime ad dogma aliquod adſtruendum ſufficiunt. Filii autem conſubſtantialitas etſi ex Euangelio conuincatur, nuſquam tamen (vt Arrius Athanaſio opponebat) expreſſe in Euangelio reperitur.
B Vtrunque tamen eccleſię vniuerſalis traditione tenemus, cuius firmiſſima eſt autoritas. Sunt & alia id genus multa quę operoſum eſſet recenſere: quę etſi non ſunt ſcripturis expreſſa, eorum tamen aliqua eccleſia ſpiritu ſancto afflata ex collatione ſcriptutarum colligit, alia per ſola verba ab vno in alterum per tot ſecula transfuſa retinuit: cui illud regii Prophetę alludere videtur: Sicut vnguentum in capite, quod deſcendit in barbam, barbam Aaron, & in oram veſtimenti eius. Ita vt à Chriſto capite in Apoſtolos tranſmiſſa verba, ſint iterum ab ipſis Apoſtolis in veſtimentum effuſa, vſque in oram veſtimenti id eſt, in finem vſque eccleſię, quę tunica eſt inconſutilis, quam hęretici ſcindere conantur. Prętera ſi nihil aſſerendum eſt niſi ex ſcripturis expreſſis probari poſſit, vt ait Lutherus, qualiter ipſe teſtatur ſe credere purgatorium eſſe, quum tamen alibi dicat purgatorium nõ poſſe ex ſacris literis probari? Verum nec mirum, quoniam Lutherus ſępiſſime tanquam turdus (quemadmodum dicitur in prouerbio) ſibi malum cacat. *Pſal. 132.*

Quòd Eccleſiam vniuerſalem Concilia generalia ritè congregata ſufficienter exprimant ac repræſentent: quorum Conciliorum definitionibus & traditionibus ea erit præſtanda fides, quæ vniuerſali Eccleſiæ debetur. Cap. 6.

OStẽdimus ſatis (vt opinor) manifeſtè, vniuerſalis eccleſiæ traditionibus & definitionibus eſſe ſine vlla hęſitatione obtemperãdum. At dubitabit quiſpiam fortè, vbinam vniuerſalis eccleſia vnquã congregata fuerit ad aliquid definiendum, aut quo pacto vnquam congregari poſſit, quum ſit toto terrarum orbe diffuſa? Nam hęretici quidam ſunt, nempe Vviclephitæ, Huſſitæ, Lutherani (horum
C hiſtorias enarrabim⁹ cum inferius ad ſingulas eorum hęreſes deuentum fuerit) qui ne eccleſiam aperto Marte inuadere videantur, negant quicquam eam vnquam ſanxiſſe, & ideo fingunt nobis quandam eccleſiam inuiſibilem, vereque mathematicam, ab omni ſenſu abſtractam. Quę etſi viſibilis eſſet, nihil vnquam definire poſſet, quòd quum tam latè pateat, minimè (vt dicunt) ad aliquid definiẽdũ tota vnquam in ſimul congregari valuit. Et quoniam hoc eſt validiſſimum eorum ſcutum quo muniuntur, quum eis eccleſię autoritas obiicitur, ideo ad eius extenuationem, imò verius dixerim deſtructionem, ante omnia annitẽdum erit. Nam in poſterum quum aduerſus ſingulas hæreſes pugnabimus, frequẽs nobis admodum erit eccleſiæ autoritas, qua tanquam acutiſſimo telo hęreticos configemus. Quapropter vt nullum eis in hac parte reliquerimus ſcutum quo ſe tueri poſſint, hoc prius oſtendendum fuit. eccleſiam viſibilem eſſe, ſenſibuſque hominum obiectam, alicubi iam ſæpe congregatã, ſępeque olim congregabilem. Sed ante omnia prius oportebit iuxta Ariſtotelis præceptũ oſtendere, quid ſit eccleſia ne ex re perperã intellecta, vt ſæpe contingit, ſit diſceptatio. Eccleſia de qua nunc agimus, quę militãs dicitur, eſt fideliũ omnium congregatio, quæ corpus vnum eſt, cuius caput eſt Chriſtus: nos autẽ ſingu li, alter alterius mẽbra. Nam quod omnes nos vnum corpus ſumus, cuius corporis caput eſt Chriſtus,

Roma. 12. teſtatur Paulus in epiſtola ad Rom. Sicut enim, inquit, in vno corpore multa mẽbra habemus, omnia autem membra non eundem actum habẽt, ita multi vnum corpus ſumus in Chriſto. Et iterum in prima ad Corinthios epiſtola idem cõfirmat, dicens: Sicut enim corpus vnum eſt, & membra habet mul-
1. *Cor.* 13. ta, omnia autem membra corporis cum ſint multa, vnum tamẽ corpus ſunt: ita & Criſtus. Etenim in vno ſpiritu omnes nos in vnum corpus baptizati ſumus, ſiue Iudęi, ſiue Gentiles, ſiue ſerui ſiue liberi. Iã vides quomodo ex Pauli ſentẽtia omnes fideles qui ſemel Chriſto in baptiſmo dedicati ſũt, vnũ corpus efficiant, cuius ipſe Chriſtus ſit caput. Quòd autem corpus ipſum ex omnibus fidelibus compactũ D
Epheſ. 1. ſit eccleſia, teſtatur idem Paulus in epiſtola ad Epheſios, vbi loquens de Chriſto redẽptore noſtro, ait: Et omnia ſubiecit ſub pedibus eius, & ipſum dedit caput ſupra omnem eccleſiam quę eſt corpus ipſius
Col. 1. & plenitudo eius. Et iterum ad Colloſſenſes quaſi eandem repetit ſententiã: Adimpleo, inquit, ea quę deſunt paſſionum Chriſti in carne mea, pro corpore eius quod eſt eccleſia, Cũ ergo ſinguli fideles, qui ſunt velut membra corporis huius quod eſt eccleſia, viſibiles ſint, & oculis hominum obiecti atque patentes, quî fit vt eccleſia quæ totũ eſt corpus, inuiſibilis ſit? Non eſt enim veriſimile, aut rationi conſentaneum, vt id inuiſibile ſit, cuius omnes partes ex quibus coaleſcit, viſibiles ſunt & conſpicuæ. Verũ iã video eos aduerſus quos agimus id negare quod aſſumpſimus, omnes ſcilicet huius corporis partes viſibiles eſſe, quum caput ipſum, quod Chriſtus eſt, (vti ipſi aſſerũt) inuiſibile ſit. Sed hoc cauillum ita re-
Baruc. 3. iiciemus, vt nullus tergiuerſationi pateat locus. Nam ſiue loquaris de eo ante gloriam reſurrectionis, ſiue poſtmodum, vtrobique eum per carnis aſſumptę diſpenſationem viſibilẽ reperies. Nónne Baruch propheta de eo dicit: Poſt hæc in terris viſus eſt, & cum hominibus cõuerſatus? Si enim de eo cùm doloribus & morti obnoxius erat, loquaris, quid prohibet vt qui eſurit, ſitit, laſſatur, triſtatur, crucifigitur
Eſaiæ 53. nõ etiam videatur? Nónne ad illud tempus refertur quod Eſaias de eo ait: Vidimus eum leproſum, &
Act. 10. cuius non erat aſpectus. Si verò poſt ſuſceptam immortalitatis ſtolam id dicas, vel illo ſolo Actuum Apoſtolorum teſtimonio conuinceris: Quibus & prębuit ſeipſum viuum poſt paſſionem ſuam in multis argumentis, per dies quadraginta apparens eis. Qualiter autẽ potuit multis argumentis oſtẽdere Apoſtolis ſe vitam recuperaſſe, niſi apoſtoli eum vidiſſent? Præterea diſcipuli in caſtellum quod dicitur Emaus euntes (etſi oculi eorum tenebantur ne eum agnoſcerent) nónne Chriſtũ viderũt? Inſuper Tho-
Ioan 20. mæ prius incredulo, poſtmodũ verò fideli, dicit ipſummet caput iam glorificatũ: Quia vidiſti me Tho A
ma, credidiſti. Alij etiam cõdiſcipuli dicunt eidẽ Thomę: Vidimus dominũ. Et Paulus in 1. ad Cor. epiſt. teſtatur de plurib⁹ qui Chriſtum poſt reſurrectionẽ ſuam viderunt. Sic enim ait: Viſus eſt Cephæ,
1. *Cor.* 15. & poſt hoc vndecim. Deinde viſus eſt pluſquam quingentis fratribus ſimul, ex quibus multi manẽt vſque adhuc. quidã autẽ dormierũt. Deinde viſus eſt Iacobo, deinde apoſtolis omnib⁹. At dices fortè tũc ideo viſibilẽ fuiſſe, eò quòd ſuæ claritatis radios continuerit, inuiſibilis futurus ſi omnẽ glorificatæ carnis ſplendorẽ effudiſſet. Id eſſe falſum tribus teſtibus cõuincitur, Petro. ſ. Iacobo & Ioãne, vt in ore duo-
Mat. 17. rũ vel triũ ſtet omne verbum, His enim ab eo in montẽ excelſum ductis, trãsfiguratus eſt ãte eos, & reſpléduit facies eius ſicut ſol. Ipſum verò ſic trãsfiguratum diſcipuli viderunt. Nã ſi nõ viderunt, quo modo poſtmodũ teſtes eius rei eſſe poſſunt? Et ſi Petrus nõ vidit, quò ergo allect⁹ dicit: Bonum eſt nos hic eſſe? Si ergo Petrus & alii duo Chriſtũ trãsfiguratũ viderũt, qui fit vt nũc eũ ſtola immortalitatis indutum videre nõ poſſumus, quantalibet claritate fulgeat? Nã tranſfiguratus ſymbolũ quoddã futuræ immortalitatis dedit, & in ea fuit refulgẽtia, in qua nunc ad dexterã patris reſidet. Sic enim ait Gloſſa cõmunis quæ Ordinaria appellatur, Marci nono: In ea fuit claritate in qua erit pacto iudicio. Et Beda ibi dẽ: Trãsfiguratus Saluator non ſubſtantiã veræ carnis amiſit, ſed gloriã futuræ vel ſuę vel noſtræ reſurrectionis oſtendit. Qui qualis tũc apoſtolis apparuit, talis poſt iudiciũ cũctis apparebit electis. Hæc Beda. Eſt ergo caput Eccleſiæ Chriſtus omni tẽpore viſibile: & quũ de aliis Eccleſiæ mẽbris nõ ſit qui dubitet ea eſſe viſibilia, colligitur inde totum corpus eſſe viſibile. Adde quòd eadẽ Eccleſia aliquãdo vo-
1. *Pet.* 5. catur grex, iuxta illud Petri: Paſcite qui in vobis eſt gregem. Huius autẽ gregis oues ſingulæ ſunt ſinguli fideles, quos eidem Petro vt verbo & doctrina paſceret, cõmiſit dominus, dicẽs: Paſce oues meas. At B
Ioan. 21. quomodo erit grex inuiſibilis, cuius omnes oues cõſpicuæ ſunt? Aut quomodo paſtor paſcet gregẽ quẽ non videt, nec eum vllo modo cognoſcere poteſt? Vt enim oportet paſtorem vultum cuiuſque pecoris ſui cognoſcere, ita etiã totum gregem, vt ſciat ſuum gregẽ ab alieno diſcernere. Oportet ergo vt grex qui à paſtore debet paſci, ſit ei viſibilis: & corpus cuius ſingula mẽbra ſunt viſibilia, ipſum quoque corpus integrum ſit viſibile, Nam quanuis fides qua ipſum corpus ſolidatur, & charitas qua viuificatur, & ſpiritus ſanctus quo regitur, omnes inuiſibiles ſint, nihil tamen obſtat, vt corpus ipſum ſit viſibile: quẽadmodum nihil prohibet hominem viſibilem eſſe, quanuis anima, qua corpus eius vegetatur, inuiſibilis ſit. Verum, quia in cauſſa fidei efficaciora ſunt ſacræ paginæ teſtimonia (vt capite ſecundo diximus, & infrà, in titulo fides, longius diſſeremus) quàm omnes quautumuis vrgẽtes rationes, ideo ad huius rei confirmationem aliqua adferam tam clara teſtimonia, vt niſi malitia eum iam excæcauerit, a
3. *Reg.* 8. pertè videat ea nõ niſi de viſibili Eccleſia poſſe accipi. Quum ſacra hiſtoria deſcribit dedicationẽ tẽpli à Salomone extructi, inter cætera ait: Cõuertit rex Salomõ faciẽ ſuã, & benedixit omni Eccleſię Iſrael. Omnis enim Eccleſia Iſrael ſtabat. Sed ſi Eccleſia eſſet inuiſibilis qualiter ad eam Salomon faciẽ ſuã cõuertiſſet? Præterea Chriſtus docens gradus per quos fraterna correctio debeat incedere, tertio loco iubet dicẽdum eſſe Eccleſiæ. Si autem Eccleſia eſt inuiſibilis, nulla patet via vt quis Eccleſiã cognoſcere valeat ad aliquid ei denũciãdum. Huic accedit, quòd Paulus maiores natu Eccleſiæ Epheſi, Mileti cõgregatos ſic admonuit: Attendite vobis & vniuerſo gregi in quo vos poſuit ſpiritus ſanctus regere Ec-
Act. 20. cleſiam Dei, quã acquiſiuit ſanguine ſuo. Qualiter autem homo mortalis poterit regere id quòd minimè videre poteſt? Rurſum idẽ Paulus in prima ad Cor. epiſt. Ego enim ſum minim⁹ apoſtolorũ, qui nõ

ſum

ſum dignus vocari apoſtolus, quoniam perſequutus ſum Eccleſiã Dei. Et iterum ad Galatas: Audiſtis enim conuerſationem meam aliquando, quoniam ſuprà modum perſequebar Eccleſiam Dei, & expugnabam illam. At minime fieri poteſt vt corporalis perſecutio, qualis illa erat, inferri poſsit in eum qui inuiſibilis eſt. Quòd ſi id fieri cõtendas per id quod chriſtus eidem Paulo dixit: Ego ſum Chriſtus, quẽ tu perſequeris: nec tamen Paulus tunc Ieſum videbat, vt pote ad dexteram patris reſidentem: quis non videt illud ea ratione ab eo dictum qua aliás dixerat? Amen dico vobis, quãdiu feciſtis vni de his fratribus meis minimis, mihi, feciſtis? Quam ergo perſecutionem ſe Eccleſię intuliſſe poſtmodum Paulus fatetur, hanc eandem ſe paſſum Chriſtus queritur, eò quòd naturale eſt capiti, vt reliquis corporis membris compatiatur. Satis iam pro hac re vtcunque paucis dixiſſe arbitramur: ſi quæ fortè dicenda reſtabunt, inferius in titulo, Eccleſia, differentur. Nunc ad reliquum accĩgamur, vt Eccleſiã videlicet quam iam viſibilem eſſe oſtendimus, alicubi iam congregatam, & aliquando congregabilem (quantumlibet latè pateat) comprobemus. Hoc autem ſatis (vt exiſtimo) comprobabitur, ſi oſtenderimus conciliũ generale rite congregatum ſufficienter Eccleſiam vniuerſalem repræſentare. Nam eo ipſo oſtenſum erit
D toties vniuerſalem Eccleſiam in locum vnũ coiiſſe, quoties generalis ſynodus Eccleſiæ ritè congregata fuerit. Quòd autem cõcilium generale repræſentet vniuerſalem Eccleſiam, ſi ipſius concilij in hac parte valet teſtimonium, citò propoſitum noſtrum efficiemus. Concilium nanque Cõſtantienſe, quod nõ dubito in ſpiritu ſancto fuiſſe congregatum, vt rei exitus docuit, inter cętera quę quarta ſeſſione definita ſunt, hoc primum decernit: Et primo quòd ipſa ſynodus in ſpiritu ſancto congregata, legitimè generale cõcilium faciens, Eccleſiam catholicam militantem repræſentãs, poteſtatem à Chriſto immediatè habet, cui quilibet cuiuſcunque ſtatus vel dignitatis, etiã ſi papalis exiſtat, obedire tenetur in his quę pertinent ad extirpationem dicti ſchiſmatis, & reformationem generalem Eccleſię Dei in capite & in membris. Hæc concilium. Ecce vides qualiter concilium Conſtantienſe teſtatur ſe repræſentare Eccleſiam catholicam militantem. Verum ſcio non defuturos qui huic teſtimonio obiiciãt id quod Phariſæi Chriſto obiecerunt: Tu de teipſo teſtimonium perhibes, teſtimonium tuum non eſt verum: quibus reſpõdere idem concilium meritò poſſet id quod Chriſtus eiſdem Phariſæis reſpondit: Et ſi ego teſtimonium perhibeo de meipſo, verum eſt teſtimonium meũ, quia ſcio vnde veni, & quò vado: vos autẽ nescitis vnde venio, aut quò vado. Vos ſecundum carnem iudicatis, ego non iudico quenquam & ſi iudico ego, iudicium meum verum eſt, quia ſolus non ſum, ſed ego (Chriſtus dixit) & qui miſit me pater. Concilium autem dicere poſſet: Ego, & qui docet me ſpiritus ſanctus qui ſuggerit nobis omnem veritatem. Et in lege veſtra ſcriptum eſt, quia duorũ hominum teſtimonium verũ eſt: Sed hæc licet aduerſarium non conuincant, bene tamen affectum docere poſſunt. Aliter ergo aſſertionem noſtram firmemus. Primò ſic, quia vſu communi & vniuerſali hominum loquutione reperimus, vt quoties primates omnes alicuius reipublicæ, quibus à populo ius decernendi commiſſum eſt, in vnum quemlibet conuenerint locum, dicamus rẽpublicam congregatã eſſe, eò quod ab his cæteri omnes pendent. Ad hũc modum quum in concilio generali omnes Epiſcopi, quos ſolos Deus poſuit regere Eccleſiam ſuã, conueniãt, dicitur tunc reſpublica Chriſtiana, hoc eſt, catholica Eccleſia cõgregata. Hoc manifeſtè oſtẽdi
A tur in eo loco. 3. Regum, quem ſuperius alteri negocio aptauimus. Poſtquam enim ſacra illa hiſtoria deſcripſit magnificam illam templi conſtructionem, ſic ait: Tunc congregati ſunt omnes maiores natu Iſrael cum principibus tribuum, & duces familiarum Iſrael ad regem Salomonem in Hieruſalẽ, vt deferrent arcam fœderis domini de ciuitate Dauid, id eſt, de Sion. Et poſtquam dixerat arcam illatã eſſe in oraculum templi, ſubnectit: Cõuertitque rex faciẽ ſuam, & benedixit omni Eccleſiæ Iſrael. Omnis enim Eccleſia Iſrael ſtabat. Hæc ibi. Quo ex loco clarè patet cõuentum illum in quo fuerant cõgregati maiores natu Iſrael, & principes tribuum, & duces familiarum, geminata vice appellari omnẽ Eccleſiam. Rurſus concilio coacto Hieroſolymis pro magnifica illa quęſtione decidẽda, an ſcilicet legitima eſſent ſimul cum Euangelio obſeruanda: poſtquam dixerat conueniſſe apoſtolos & ſeniores videre de verbo hoc, & in ea re definiſſe, dicit: Tunc placuit apoſtolis & ſenioribus cũ omni Eccleſia eligere viros ex eis, & mittere Antiochiam. Vides hic iterum conuentum illum apoſtolorum & ſeniorum vocari vniuerſam Eccleſiam. Et Beatus Gregorius hoc idẽ aſſerit, qui loquẽs de quatuor illis illuſtribus, nec vnquã ſatis laudatis conciliis, videlicet Nicæno primo, Cõſtantinopolitano ptimo, Epheſino & Chalcedonenſi etiã primis, ſic ait: Cunctas verò quas præfata veneranda cõcilia perſonas reſpuunt, reſpuo:
B quæ venerantur, amplector: quia dũ vniuerſali ſunt cõſtituta conſenſu, ſe & non illa deſtruit, quiſquis præſumit abſoluere quos ligant, aut ligare quos abſoluunr. Hæc ille. Ecce qualiter Gregorius aſſerit in conciliis decreta, vniuerſali conſenſu eſſe conſtituta: quod minimè verum eſſet, niſi cenſeret idem beatiſſimus pater generale concilium vniuerſam Eccleſiam repræſentare: præcipuè cum proprium epiſcoporum ac aliorum prælatorũ munus ſit docere, quod ad ſubditos minimè pertinet. Solis enim prælatis dicitur: Paſcite qui in vobis eſt gregem. Et cum Chriſtus Petrum reliquis omnibus prætuliſſet, nihil aliud dixit quàm paſce oues meas. Prælatorum ergo eſt docere & iubere, ſubditorum eſt diſcere & obtemperare. Paſtorem oportet paſcere oues, ouium autem ſolum eſt paſci. Hoc enim Malachias propheta teſtatur, qui ait: Labia ſacerdotis cuſtodiunt ſcientiã, & legẽ exquirẽt de ore eius, quia angelus domini exercituum eſt. Si ergo ſacerdotes ſunt à quibus ſcientia exquiritur, non autem ſubditi: nõ erit neceſſarium, vt in conuentum qui fit pro re aliqua deferẽda, ſubditi cum prælatis conuocentur. Quod ſi dicas ſubditos omnes eſſe mẽbra huius corporis, & ideo debere ſimul cũ prælatis conuocari: reſpondetur per id quod ait Paulus in 1. ad Corint. epiſt. Et ſi dixerit auris, quoniã non ſum oculus, non ſũ de corpore: num ideo nõ eſt de corpore? Si totũ corpus oculus, vbi auditus? Prelati ſiquidẽ, quorũ partes ſunt docere & regere, oculorũ funguntur officio, quoniã hi pro reliquis mẽbris vident, eaq; quò mens

1. Cor. 15. *Galat. 1.* *Act. 9.* *Mat. 15.* *Cõcilium Conſtantienſe.* *Ioan. 8.* *Ididem.* *3. Reg. 8.* *Act. 15.* *1. Pet. 5.* *Ioan. 21.* *Malac. 2.* *1. cor. 12.* *Roma. 10.*

voluerit, dirigunt. Subditi verò, quorum est obedire, aurium exercent officiũ, quoniã hæ sunt per quas doctrina quælibet & fides habetur. Fides nanque est ex auditu: Non ergo subditi excluduntur à corpo re, eò quòd ad id officium non admittuntur, quod non est illis in corpore, dispensatũ. Nónne dicimus corpus aliquod humanum videre si eius oculi videãt, quamuis cętera membra non videant? Nunquid ideo dicemus corpus non audire, quia multa in corpore membra nõ audiant, quamuis aures opus sibi cõmissum debitè exequantur? Tunc enim re vera totum corpus id exequi dicitur, quum membrum id quod sibi ex officio incumbit, operatur. Quo fit vt tunc Ecclesiã quæ vnum corpus est, aliquid definisse interpretemur, quum illud omnes illi ad quos spectat, congregati, atque consentiẽtes decreuerint. At quum ij omnes ad concilium generale conuocentur, consequens est, vt in ea re definienda dicamus generale concilium Ecclesiam vniuersalẽ repræsentare, quum id agãt quod ad nullum alium spectare dignoscitur. Quod si adhuc fortè contendas, fideles omnes ad eum conuentum esse cõuocandos, in quo est aliquid de fide definiẽdum, tã claris id scripturæ testimoniis reiiciemus, vt nullus amplius scrupulus vrgeat. Primum enim cõcilium ab apostolis cõgregatũ describitur. Act. 6. In diebus autem illis, inquit, crescente numero discipulorum, factum est murmur Græcorum aduersus Hebræos, eò quòd despicerẽtur in ministerio quotidiano viduę eorum. Cõuocãtes autem duodecim multitudinem discipulorum, dixerunt: Non est æquum nos derelinquere verbum Dei, & ministrare mensis. Considerate ergo fratres viros ex vobis, &c. Vides ibi minimè conuocari plebem, aut promiscuam multitudinem, sed pręcise multitudinẽ discipulorum. Multo autem efficacius nostrum propositum confirmat id quod in 15. cap. eiusdẽ lib. scribitur, in quo nobis cõciliorum effigies ad viuum depingitur. Sic enim ibi dicitur: Et quidam ascendentes de Iudæa docebant fratres, quia nisi circuncidamini secundum legẽ Mosi, nõ poteſtis saluari. Facta ergo seditione non minima Paulo & Barnabæ aduersus illos, statuerunt vt ascenderent Paulus & Barnabas, & quidem alij ex aliis ad apostolos & presbyteros in Hierusalem super hac quęstione, Et parum infrà: Conuenerunt́que apostoli, & seniores videre de verbo hoc, &c. Et tandem inquisitione facta inter eos, lata est ab apostolis & senioribus sententia in hunc modum: Visum est spiritui sancto & nobis, nihil vltra imponere vobis oneris, quàm hæc necessaria, vt abstineatis vos ab immolatis simulacrorum, & sanguine, & suffocato, & fornicatione, à quibus custodientes vos bene agetis. Hęc ibi. Ecce apertam celebrandi concilii regulam: ex qua temporum successu, quum Ecclesia iam liberata esset à persecutione tyrannorum, reliqua generalia concilia modum & formam suæ celebrationis sumpserunt. Vides tamen ibi minimè cõuocari omnem populi Christiani multitudinẽ, sed solum apostolos & seniores conuenisse, diligentiq́ue examinatione ex collatione scripturarum facta, sententiam tulisse, quam vsque in hodiernum diem catholica Ecclesia amplexata est. Si ergo non oportet ad aliquid in fide definiendum promiscuę plebis multitudinem cõuocari, sed solum maiores Ecclesię quòd hi sunt quorum interest in ea re definire, & qui ad eã rẽ agendam vniuersalẽ repræsentant Ecclesiam, consequens est vt generale concilium, ad quod primores Ecclesiæ omnes conuocantur, vniuersã etiam repræsentet Ecclesiam. Ex quo etiam colligitur, conciliorum generalium ritè cõgregatorum traditiones, tanquam ab vniuersali Ecclesia emanantes, esse ab omnibus recipiendas. Præterea si concilia generalia minimè vniuersam repræsentarent Ecclesiam, ac ideo ab eis sustollatur potestas in causa fidei decernẽdi, omnia prorsus erunt in Ecclesia ãbigua, nec via aliqua patebit qua hæreses extirpari possint, imò inexhausta suggeretur fidei oppugnandæ materia, cuicunque libuerit nouas excitare hæreses aut suscitare sepultas. Nisi enim publica astitisset Nicæni concilii definitio aduersus Arrium, & Constãtinopolitani aduersus Eunomium, & Macedonium, & Ephesini aduersus Nestorium, & Chalcedonensis aduersus Eutychen, adhuc eorum hæreses viuerẽt, nec deessent qui sub earum autoribus militarent, quum quicquid eis ex scripturis obiiceretur, praua interpretatione in alienum sensum detorquerent. Hac enim sola causa factum est, vt tempore illo quo Ecclesia tyrannorum rabiẽ perpessa est, Christianismus fuerit in plurimarum hæresum scissuras diuisus: quia scilicet Episcopi catholici in vnũ conuenire non poterant, vt eis obstarent, vsque ad tempus Constantini, à quo cœperunt concilia congregari, ex quorum frequẽtatione plurimis hæresibus itum est obuiam. Rursus de filiis Israel hoc legimus

Exod. 24. vt quicquid inter eos dubitationis oriebatur, ad Mosẽ, vt ab eo decideretur, deuoluebatur. Deinde cũ Moses in montem subiit legem recepturus, si fortè aliquid interea ortum fuisset, de remedio prouidit. Habetis, inquit, Aarõ & Hur vobiscum: si quid natũ fuerit quæstionis, referetis ad eos. Insuper ne post eorum mortem Synagoga remedio careret ad quęstiones finiẽdas, vide qualiter dominus prouiderit.

Deute. 17. Sic etenim ait in Deuteronomio: Si difficile & ambiguum apud te iudicium esse perspexeris inter sanguinem & sanguinem, inter causſam & causſam, lepram & nõ leprã, & iudicum intra portas tuas videris verba variari, surge & ascẽde ad locũ quem elegerit dominus Deus tuus, venieſque ad sacerdotes Leuitici generis, & ad iudicem qui fuerit illo tẽpore, quæreſque ab eis, qui iudicabũt tibi iudicii veritatẽ, & facies quodcunque dixerint qui præsunt loco quem elegerit dominus, & docuerint te iuxta legẽ eius: sequeriſque sentẽtiam eorũ, nec declinabis ad dexteram vel ab siniſtrã. Hæc ibi. Vides igitur quęstionẽ dubiam minimè ad plebẽ esse deducendã, aut ad reges aut duces, sed ad sacerdotes Leuitici generis, quorum definitioni obtemperare præcipit. Vides etiam quantum Deus synagogæ prospexit, qui

Esaiæ 5. in omnem euentũ de remedio ei prouidit. Quòd benè per Esaiã prophetã insinuat, dicẽs: Quid potui facere vineæ meæ, quod non feci? Quid ergo putas eũ feciſſe Ecclesiæ suæ? Nónne credendũ erit æque prospexiſſe Ecclesię ac synagogæ? Imò multo magis, quũ de ea dicat alius Propheta: Magna erit gloria

Aggæ. 8. domus iſtius nouiſſimæ pluſquam primæ. Erit ergo dicendũ perinde ac de veteribus patribus enarratum est: Si difficile atque ambiguum iudiciũ esse perspexerit quiſpiã, veniat ad primores Ecclesiæ, qui concilio coacto, reque (vt decet) maturè discuſſa, docebũt eum iuxta legem Dei, sequeturque sententiã

eorum,non declinãs ad dexteram neque ad ſiniſtram. Hinc pater quam inani labore fatigatur Guido Carmelita,qui in ſuo primo lib.de hæreſibus conuertit ſe ad probandum ea quę in quatuor illis primis Conciliis definita ſunt:ad quem modum oportebat eum etiam probare omnia quæ in reliquis conciliis decreta fuere:quod opus fuiſſet immenſum.Quapropter conſultius eſſet cõciliorum autoritatem, eorumque in definiendo certitudinem comprobare: quo facto,breui compendio omnes conciliorum definitiones roborantur.

Quòd aliorum hominum quantum libet ſanctorum ſcripturæ non ſufficiant ad hæreſim reuincendum. Cap. 7.

HActenus diſſeruimus de hæreſi,& de his quibus hæreſis reuinci poteſt:verum ſunt multi qui alios habent gnomones quanuis fallaces,& ad munus id exequendum minimè certos,ad quos tamen volunt omnes aſſertiones de hæreſi examinare,ac ideò facillimè de hæreſi pronunciant,nulla prorſus habita ratione qua id euincere poſſint. Sunt enim plerique qui ſic afficiuntur aliquorum hominum ſcriptis,vt ſi fortè quempiam viderint qui vel digito tranſuerſo ab eorum ſententia diſcedat (oculatus teſtis loquor) hæreſim ſtatim inclament. Quapropter hoc oportuit etiam oſtendere,nullam videlicet ſcripturam,cuiuſlibet hominis quantumlibet docti,quãtumlibet etiam ſancti,eſſe efficacem ad hæreſim reuincendam,niſi ex ſacræ ſcripturę teſtimonio,aut ex Eccleſiæ definitione id eſſe conſtiterit.Hoc autem facilè quiſque perpendet,ſi prius hoc apud ſe diſcutiat,quale oporteat eſſe teſtimonium, vt nos cogat ad fidẽ alicui rei pręſtãdam.Nam id ſolum efficax erit ad reiiciendum quicquid illi rei clarè dignoſcatur repugnare.Huiuſmodi verò teſtimoniũ quod nos alicui credulitati faciat obnoxios, oportet vt à tali perſona habeatur,de qua conſtet eam nec poſſe falli,nec fallere velle. Quòd ſi falli poteſt aut fallere,quocunque eius teſtimonio adducto,citra fidei iniuriã aut hæreſis laben reiiciet:cauſabitur enim ſtatim eum in illa re deceptum,aut decipere voluiſſe:quod vtrunque horum euenire poterat. Nã quid obſtat,vt eum qui falli poteſt,falſum fuiſſe dicamus? At omnis homo ex peccato primorum parẽtum adeò obtuſum traxit ingeniũ,vt ad verã rerum notitiã minimè penetrare valeat,quò fit vt ſæpe in diſcernendo fallatur.Nam inter incommoda quę in hac vita patimur(teſte Auguſtino)eſt fallax iudicium: Atque ita propheta dixit,omnis homo mendax:& (vt eſt in prouerbio) quãdoq; bonus dormitat Homerus.Non eſt ergo ęquum,aut rationi conſentaneum,vt ei qui aut falli aut fallere poteſt,qualis eſt quiuis purus homo,ſub interminatione gehennæ credere teneamur. Nã inde eueniret vt ſæpiſſimè falſa pro veris recipere teneremur,& vera pro falſis:quod nefas eſt dicere. Præterea quũ ſępe inter doctiſſimos viros de eadem re non cõueniat,erit neceſſariũ ab aliquo eorum diſcedere, neque tamen cũ fidei iniuria,aut hæreſis nota,cum id fieri nullo modo poſsit,vt oppoſitis ſecumque pugnantibus aſſertionibus quis aſſentiat.Hieronymus ait Paulum ſimulatione tantum & non verè reprehendiſſe Petrum,Auguſtinus autem ait Petrum verè iuſtéque à Paulo reprehẽſum. Hieronymus ait eũ qui ante baptiſmum duas habuerit vxores,ſuſcepto poſtmodum baptiſmo poſſe ad ſacerdotiũ promoueri : cui aſſertioni refragantur Ambroſius,Auguſtinus,cæteríque omnes. Auguſtinus, vniuerſi mundi fabricam ait fuiſſe à Deo etiam quò ad varietates formarũ vno eodẽque temporis momento extructam,nullãq, prorſus admittit in ea re tẽporis ſucceſsionẽ, ſed illa dierũ volumina interpretatur angelicæ cognitionis alternationes.Cui interpretationi adeò cõtradicitur, vt nullũ vnquam ex ſacris ſcriptoribus viderim qui illi in hac parte aſſentiat.Sũt & id genus multa. Quis ergo tam demẽs erit,vt ei qui alterutrã partem harũ aſſertionũ amplecti velit,hæreſis notã impingat,quod alicui doctori ſacro repugnet?Nõ erit ergo vnquã citra temeritatẽ aliquid appellandum hęreſis eò quod ſanctorũ dictis repugnat,modò non obuiet ſcripturæ ſacræ,aut Eccleſiæ definitioni.Vnde Auguſtinus in Epiſtola ad Hieronymum,quę eſt in ordine aliarum epiſtolarum.19.ſic ait: Ego enim fateor charitati tuę,Solis ei ſcripturæ libris,qui iam canonici appellantur, didici hunc timorem honorémque deferre, vt nullum horum autorem ſcribendo erraſſe aliquid firmiſſimè credam, aut ſi aliquid in eis offendero literis quod videatur contrarium veritati, nil aliud quàm mendoſum eſſe codicem, vel interpretem non aſſecutum eſſe, vel me minimè intellexiſſe nõ ambigã. Alios autẽ ita lego,vt quãtalibet ſanctitate vel doctrina polleãt, nõ ideo verum putem quia ipſi illa ſenſerunt,ſed quia mihi per alios autores canonicos,ſcilicet ſacræ ſcripturę,aut probabili,id eſt euidenti ratione, quod à vero non abhorreat, perſuadere poterunt. Nec te frater mi arbitror ſic libros tuos legi velle,tanquam Prophetarum & Apoſtolorum,de quorum ſcriptis,quod omni errore careant, dubitare nefariũ eſt. Abſit hoc de pia humilitate & veraci de temetipſo cogitatione. Hæc Auguſtinus. Quare fateor me non poſſe cohibere iracundiam,quoties video aliquos ita addictos hominum aliquorum ſcriptis,vt impium autument,ſi vel in modica re quis ab eorũ ſententia diſcedat.Volunt enim hominum ſcripta velut diuorum oracula recipi,illúmque honorem illis exhiberi,qui ſolis ſacris literis debetur. Non enim iurauimus in verba hominis, ſed in verba Dei. Ego enim miſerrimam hanc dicerem ſeruitutem,ſic eſſe humanæ ſententiæ addictum, vt non liceat vllo modo illi repugnare : qualem patiuntur hi qui ſe tantum beati Thomæ,aut Scoti,aut Ocan dictis ſubiiciunt,vt ab eorum placitis,in quos iuraſſe videntur,nomina ſortiãtur,quidam Thomiſtæ,alii Scotiſtæ,alii Ocaniſtæ,appellati.Paulus quidem iuſsit, captiuare intellectum noſtrum, ſed in obſequium Chriſti, non autem in obſequium hominis.Quò fit vt hi qui tam leuiter de hæreſi pronunciant,non expendentes de qua re loquantur,ſępe ſua ipſorum feriantur ſagitta, incidántque in eam foueam quam aliis parabant. Nam velle humanas ſcripturas in diuinarum ordinem connumerare, hoc verius ego dixerim hæreſim: quod faciunt hi qui humanis ſcriptis diſſentire impium autumant,perinde ac diuinis: quales ego vidi in tantam inſaniam de-

Auguſt.

2.Cor.20

uenisse, vt non sunt veriti ad populum in publica cõcione hoc effundere: Quisquis à beati Thomæ sententia discesserit, suspectus de hæresi est censendus. O fortes verbi Dei, imò, verius dixerim, verbi Thomæ prædicatores. Erit ergo beatus Bonauentura suspectus de hæresi putandus, quod in multis obuiet beato Thomæ? Erit ergo beatus Anselmus suspectus de hæresi dicendus, quod cõtra beati Thomæ sententiam non putat amatorẽ virginis, qui festũ Conceptionis celebrare respuit? Nec tamen ista sic à me dicta velim, vt quispiam putet me his verbis omnes illius instituti aut ordinis homines velle mordere. Noui enim ex eis plures doctos, & cordatos, ac verè pios, quibus, cum ista aguntur, aut ab aliis vt plurimum indoctis dicuntur, valde displicent. Valde enim displicet etiam mihi, quod & nostrum sodalitiũ in verba Scoti ferè iurasse videatur. Ego quidem beati Thomæ sanctitatẽ veneror, eius doctrinæ multũ tribuo, quod multum Ecclesiã illustrauerit: non tamẽ puto adeò esse illi fauẽdũ, vt per omnia oporteat B cũ illo sentire. Neq; hoc ego vnquã de beati Thomæ humilitate crediderim, vt velit quẽpiã suis dictis sic esse addictum, cũ nec ipsemet eisdẽ adeò fuerit addictus, vt meliora ostẽdẽti nõ fuerit paratus obtẽperare. Nã sæpe suam ipse reuocauit sentẽtiã. Beatus nãque Augustinus optat suorum operum lectorẽ
August. nõ esse dictis eius prorsus deditum. Sic enim ait tertio de Trinit. cap. 1. Sanè cũ in omnibus literis meis nõ solum piũ lectorem, sed etiam liberũ correctorẽ desiderem multo maximè in his, vbi ipsa magnitudo quæstionis vtinã tam multos inuentores habere possit, quàm multos contradictores habet. Veruntamen sicut lectorẽ meum nolo mihi esse deditum, ita correctorẽ nolo sibi. Ille me non amet amplius quàm catholicam fidẽ, Ille se non amet amplius quàm catholicam veritatem. Sicut illi dico: Noli meis literis quasi scripturis canonicis inseruire, sed in illis & quod non credebas, quum inueneris, incũctãter crede: in istis autem quod certum nõ habeas, nisi certũ intellexeris, noli fitmè retinere: ita illi dico: Noli meas literas ex tua opinione vel contentione, sed ex diuina lectione vel inconcussa ratione corrigere. Hæc Augustinus. Verùm non est hic prætermittendum quod glossator voluminis decretorũ ait, vt saltem hac ratione vel illius ineptię misereamur, vel eius audaciã irrideamus. Is enim exponens hãc proximè citatam Augustini autoritatẽ, quæ ponitur in eo libro distinctione. 9. cap. Noli: sic ait, Loquitur hoc secundũ ea tempora quum adhuc scripta Augustini & aliorum sanctorum patrum non erant authentica, sed hodie iubentur teneri vsque ad vltimum iota, vt infra. 15. distinct. cap. vltimo. Hęc glossator. Quis iam ferat vt hominem tam apertè mendacem non insectetur? Vbinam. 15. distinct. cap. vlti, iubetur sanctorum patrum dicta vsque ad vltimũ iota teneri? Aut qualiter præcipi potest, cum sanctorum patrum sententiæ sæpe (vt superius ostendimus) inuicem repugnent? Non potest certè Deus cõtradictoria præcipere, tãtum abest vt papa præcipiat. Quòd si omnia sanctorum patrũ dicta iubentur C vsque ad vltimum iota teneri, quis non videt hac ratione cõtradictoria præcipi, cum illorum sententię inuicẽ cõtradicant. Ecce quales sunt decretorũ glossatores, quibus tãta fides adhibetur. Nunc etenim vel hoc solo argumẽto apparer esse verũ quod isti glossatori Ioãnes Dunus Scotus impingit, dicẽs. Mittunt & remittunt, & tãdẽ nihil ad propositũ. Sed scio vndẽnam bonus homo ansam erroris acceperit. Nã in vltimo cap. 15. distinct. Gelasius papa, cuius est decretũ illud, recensens libros catholicorum virorũ qui legi possunt, illis annumerat epistolã Leonis summi pontificis ad Flauianum, in cuius cõmendationem talia subiungit verba: Cuius textum aut vnum iota si quisquam disputauerit, & non eam in omnibus venerabiliter receperit, anathema sit. Hæc ibi. Bonus autẽ glossator quod de sola illa epistola dictum est, parũ rem circunspiciens, putauit ad omnes iam enumeratos libros esse referendũ. Quãtum autẽ fallatur, vel grammaticã sciens probè deprehendet. Colligamus quod sanctorũ Ecclesiæ doctorum scripta non sunt sic suscipienda, vt nobis liberũ non sit aliter sentire quàm ipsi senserũt, præcipuè cũ inter eos de re eadẽ non conuenit, aut aliũde illorum assertio non comprobatur. Quòd verò in eodẽ loco Gelasius papa plurimorum sanctorum virorũ scripta approbat, sic accipiendum est, vt intelligamus hac ratione probari, quod catholicæ fidei minimè repugnent, vt nihil scilicet in eorũ scriptis reperiatur quod à fide orthodoxa discedat: nõ tamẽ sic vt omnia illorum dicta pro lege suscipiẽda sint. Sunt enim multa quæ etsi fidei non repugnent, non tamen ad ea credenda catholica fides nos cõstringit: vt gratia exempli, quod cœlum habeat materiam huic inferiori simillimã, nec repugnat fidei catholicæ, nec etiam est fides catholica, sed liberum est cuique quam voluerit sentẽtiam amplecti. Sic etiam illa sacrorum virorum opera quæ à Gelasio papa probantur, aut quæuis alia à quouis summo pontifice in posterum probata, probantur velut cum fide catholica conuenientia, quòd scilicet ab ea minimè di A scedant: non tamen pro fide catholica nobis tradũtur, aut pro fide à nobis suscipi illo pontificio decreto iubentur. Non est ergo scriptis cuiuscunq; hominis, quantalibet sanctitate & doctrina pollentis, adeo tenaciter adhærẽdum, vt & si ratio adsit, nõ liceat discedere. Nec tamẽ ideo illustrium virorum & per multa secula probatorum dicta sunt reiicienda aut floccipẽdẽda. Nam hoc esset maximæ audaciæ atque superbiæ, qualem se habere ostendunt hoc nostro calamitoso tẽpore Lutherani, & olim ostẽderunt Vuiclephitæ, ac longe ante Petrus Abailardus, vt beatus Bernardus testatur in epistola 190. Hi enim nõ erubuerunt, nec nunc erubescunt, omnium sanctorũ dictis repugnare. Nã si obiiciatur eis quoruncũque illustrium virorũ, quãtumlibet etiam sanctorũ, testimonia, statim proclamẽt: Homines sunt ac nos. Fateor, homines sunt, veruntamen homo homini nihil pręstat? Nónne stulto intelligens aliquid interest? Nunquid nõ inter prophanum & sanctũ erit aliquis ordo? Vide quid propheta Ezechiel reprehẽdat: Inter sanctum (inquit) & prophanum non habuerunt distantiam. Habenda est certè ratio viræ perinde ac doctrinæ, quoniam (vt inquit Ecclesiasticus) anima viri sancti enunciat aliquando vera, magis quàm septem circunspectores sedentes in excelso ad speculandum. Et beatus Ioannes in epistola: Vnctio eius docet vos de omnibus. Est etiam aliquid deferendum antiquitati, non quod velim rerum æstimationem à solis annis sumi, quoniam hoc stultissimum est, cum hac lege oporteret etiam

Ezec. 33.

Eccles. 37

1. Ioan 3.

vitia

A vitia comprobare,quæ antiquiſſima reperiuntur:ſed quod antiquitas vitę & doctrinæ accedens, magnum pondus efficiat. Nam qui virum per multa ſecula laudatum contemnit,eo ipſo contemnere viſus eſt eos omnes à quibus ille laudatus fuit, & in precio habitus. Si ergo vni viro docto ſimul atque ſancto,ac per multa ſecula probato,tantum tribuendum eſt,vt citra impudentiam non liceat ab eo,ni ſi ratione adducta,& hoc cum reuerentia,diſcedere,quantum erit tribuẽdum omnibus illis in eadẽ re conſentientibus? Tunc certè temeratium erit aduerſus omnes ſentire,cum inter omnes de eadẽ re conuenit. Nam etſi errare & labi in aliquibus potuerunt,vt homines:in rebus tamen arduis ad fidem ſpectantibus vt concorditer errauerint,nunquam credam: Quoniam hoc Chriſti policitationi & perpetuæ ſpiritus præſentiæ maximè repugnat. Ipſius enim Chriſti verba ſunt hæc: Et ego rogabo patrem, *Ioan. 14.* & alium paracletum dabit vobis,vt maneat vobiſcum in æternum,ſpiritum veritatis. Et infra: Paracletus autem ſpiritus ſanctus,quem mittet pater in nomine meo,ille vos docebit omnia, & ſuggeret vobis omnia quæcunque dixero vobis: Quòd ſi hæc ad ſolos apoſtolos dicas eſſe referenda, qualiter verum erit quod dicitur: vt maneat vobiſcum in æternum? aut quare apoſtolis hęc promittuntur? Nunquid propter ipſos ſolos apoſtolos? Non certè,ſed propter Eccleſiam,quæ tunc apoſtolorum doctrina illuſtranda erat. Si ergo propter Eccleſiam dicta illa,& promiſſiones illæ factæ,cum eadẽ ſit nunc Eccleſia,quæ tunc,nec minus etiam egens ſpiritu illuſtratore quàm tunc,ſit vt Eccleſię omni tempore da ti ſint à Deo doctores,quos ſpiritus ſanctus edocet omnia ad ſalutem neceſſaria,& ſuggerit illis interpretationem eorum quæ Chriſtus dixit, vt iſtorum doctorum interpretationibus Eccleſia illuſtretur: ſicque fiet,vt ſpiritus in ea maneat in æternum: quod etiam apoſtolus manifeſtè oſtẽdit,dicens: Et ipſe quoſdam quidem dedit apoſtolos,quoſdam autem prophetas,alios verò euãgeliſtas,alios autem pa- *Epheſ. 4.*

B ſtores & doctores. Ecce qualiter præter apoſtolos dominum dediſſe doctores & prophetas Paulus teſtatur. Prophetas autem beatus Ambroſius declarat eſſe ſacrarum literarum interpretes. Verum ſi hoc negeat Lutherus, de doctoribus nõ poteſt negare quin eos dixerit à Deo datos fuiſſe Eccleſię. Ad quid autem dederit,ipſe apoſtolus declarat,ſubiungens: Vt videlicet iam non ſimus paruuli fluctuantes,& circumferamur omni vento in nequitia hominum, in aſtutia ad circunuentionem erroris: veritatem autem faciẽtes in charitate,creſcamus in illo per omnia,qui eſt caput Chriſtus. Hæc Paulus. Si ergo ad hoc dati ſunt, non circunferamur omni vento doctrinæ ad circunuentionem erroris, non eſt poſſibile vt omnes ſimul errauerint,qui vt nos non erraremus,miſſi ſunt. Quapropter etſi vni aut alteri ex doctoribus ſacris refragari liceat,omnibus tamen in eadem re concordibus contradicere minimè licebit. Quò fit vt concors omnium ſacrorum doctorum tam præſentium quàm præteritorum de aliqua re ſententia,æquè efficax ſit argumentum ad hæreſim reuincendam,ſicut Eccleſiæ in concilio congregatæ definitio: quoniam nullo pacto credibile eſt vt Deus illos omnes errare permitteret: imò non eſt credibile eos in vnam eandemque veniſſe ſententiam,niſi à ſpiritu ſancto vno eorum omnium magiſtro fuiſſent edocti. Hoc enim argumento beatus Auguſt. lib. 18. de ciuitate Dei,cap. 41. probat ſcripturæ ſacræ veritatẽ aduerſus Ethnicos: quoniam in illa numeroſa philoſophorum multitudine vix reperietur vnum aut alterum dogma (euidentibus exceptis) quod inter omnes conuenerit. Nam poſteriores etſi præceſſorum ſcripta perlegerint,illis tamen aſſentire contempſerunt. Quò factum eſt, vt prio- *1. Cor. 12.*

C rum philoſophorum diſcipuli inter ſe pugnauerint,& ſuorum magiſtrorum dogmate poſthabito proprias ſectas docere curauerit,quò quiſque alio & ſapiẽtior & acutior videri poſſet. Ariſtoteles diſcedit à Platone,Plato à Socrate,Socrates à Pythagora. Hoc autem non alia ex cauſa veniſſe putandum eſt vt magiſtris diſcipuli repugnauerint,diſcipuli inuicem contẽderint,niſi quia proprio ducebãtur ſpiritu. Quapropter niſi ſpiritus ille ſacer,qui vnus ſemper & vbique eſt,ſanctorum virorum mentẽ mouiſſet, docuiſſetque,fieri minimè poterat vt concorditer quicquam ſentirent,præcipuè cũ ex his plures coæui,longoque terrarũ ſpatio ſeparati,idiomatéque diuiſi fuerint,atque ita aliorum libris minimè lectis, ſed diuino ſpiritu ſuggerente,eidem ſubſcripſerint ſententiæ. Omnium ergo ſacrorum doctorũ de aliqua re ardua concors ſententia,cui nunquam ab Eccleſia,aut ab aliis viris catholicis impune contradictum eſt,pro vera Eccleſię definitione tenenda erit,atque illi tanquam Eccleſię definitioni firmiſſimè credendum: quoniam Eccleſia corpus vnum eſt,ex populo patribuſque collectum. Patres voco epiſcopos,pontifices,ac alios quoſcunque prędules,& magiſtros aut doctores,qui nos fidem edocentes ſpiritualiter generant. Ad iſtos patres ſpectat docere plebem,è quibus aliqui nempe præſules,ex officio id facere tenentur,alij à charitate vt id faciant impelluntnr,velut reliqui doctores ac magiſtri. Ad plebẽ autem reliquam non ſpectat docere. Nam (vt dicit Apoſtolus) diuiſiones gratiarum ſunt: nunquid omnes prophetę? nunquid omnes doctores? Si ergo homines quorum intereſt in Eccleſia docere, aliquã certam aſſertionem ſine repugnantia docuiſſe cõſtiterit,erit proculdubio talis aſſertio velut catholica etiam ſi ſcripturæ locus ad eius comprobationem deeſſet. Nam id quod inter omnes conuenit, etiã ſi locorum aut temporum ſpatiis diſtent,cenſendum eſt totius Eccleſię eſſe fidem. Non enim à plebe fides diſcenda eſt,ſed à patribus. Ea ergo quam omnes patres tradunt,fides catholica eſt iudicanda,quoniam id ſonat catholica grẽcè,quod vniuerſalis latinè. Hoc autem expreſsè colligitur ex tertia ſynodo,

D quę vna eſt ex his quatuor quas beatus Papa Gregorius fatetur ſe velut ſancta quatuor Euangelia recipere. Illa nanque ſynodus quæ Epheſina prima eſt,in epiſtola à toto cõcilio ad Neſtorium hæreticum deſtinata,quę ante eiuſdem concilij decreta locata eſt,ſic eidem Neſtorio loquens,ait: Non autem ſufficit vel tuæ religioni tantummodo fidei ſymbolum confiteri, quod expoſitum eſt per idem tempus ſpiritu ſancto largiente, & venerando & magno concilio apud Nicæam congregato. Hoc enim non intellexiſti,nec rectè interpretatus es, quinimo peruerſe,licet ſono vocis eadem verba protuleris. Sed conſequens eſt etiam iureiurãdo fateri te quod anathematizes quidem tua prophana & polluta dog-

mata,ſentias autem & doceas quæ nos vniuerſi per orientem ſeu occidentem epiſcopi & magiſtri præ
ſuleſque populorum credimus & docemus.Hæc cõcilium.Quibus verbis nullam aliorum fecit men-
tionem quàm epiſcoporum,magiſtrorum,& præſulum,quorum fidem cenſet concilium eſſe neceſſa-
riò recipiendã. Quòd ſi dicas illa verba eſſe referenda ad eos qui cõcilio congregato interſunt : hæc
adeò futilis eſt reſpõſio, vt nõ eſſet opus aduerſus eam pugnare,niſi aduerſus homines ageremus qui-
bus manifeſtiſſima etiam probanda ſunt. Congregatio ſiquidem in vnum locum non exigitur vt vera
dicatur Eccleſia,ſed animorum adunatio per iuncturas charitatis, qualem habuerunt illi de quib⁹ di-
Act.1. citur: Erat eorum cor vnum,& anima vna.Non enim Eccleſia ex loci vnitate pendet,vt vna eſſe dica-
tur ,ſed ex animorum in Chriſto concordia.Hanc autem concordiam ſatis conuincitur eſſe inter eos,
qui etſi locorum ſpatiis & temporum interuallis ſeparati fuerint,eidem tamen vnanimes ſubſcripſere
ſentẽtiæ. Quòd ſi Vvicleph aut Lutherus,aut quiuis alius eorum in hac parte imitator, his rationibus
non mouetur,vt credat ſe teneri ad ſacrorum omnium doctorum concordem de fide ſententiam am-
plectẽdam,etiam ſi expreſſus ſacræ ſcripturæ locus illis minimè ſuffragetur,haud ſaltem haud negare
poterunt,illorum,dicta pro hac re eſſe valida,vt ex illis conſtet illam eſſe Eccleſiæ ſententiam,quę per
tot tẽpora penes illos ſacros autores ſeruata reperitur.Nam ſi in re ardua Cyprianus errauit,correctus
poſtmodum fuit ab Hieronymo,Auguſtino,cæteriſque ſequacibus.Hieronymus etiam in quibus hal- A
lucinatus eſt,à poſteriorib⁹ notatur.Idem etiã cõtigit Auguſtino,ſicubi lapſus eſt.At cũ Cypriani ſen-
tentiam confirmat Hieronymus,multo eo poſterior eidem ſubſcribit Ambroſius,eãdem amplectitur
Auguſtinus,eidẽ adhęret Beatus Gregorius,Caſſiodorus,Beda,Bernard⁹:ſatis arguitur hinc,hãc fuiſ
ſe Eccleſiæ vniuerſalis ſententiam,cum horum aſſertioni per tot ſecula protractæ nunquã Eccleſia cõ-
tradixerit. Satis enim rẽ probat(de arduis loquor,in quibus nihil per indulgentiam præterire licet)qui
non cõtradicit quũ poteſt.Nunquã ſiquidem verius dici poteſt,vt qui tacet,cõſentire videatur,quã cũ
res eſt adeò ſeria,vt tacere pernicioſum ſit:loqui vero,&vtile & neceſſariũ.Si ergo Eccleſia ad illorum
virorũ communem ſententiam per tot ſecula tacuit,certè vel hoc argumento viſa eſt illorum omnium
ſentẽtiam probaſſe,idemque cũ illis ſenſiſſe. Eadem ergo ferè lege coercendus eſt,qui ſacris doctori-
bus de re ardua ſine vlla vnquã repugnantia concordibus contradicit,ac ſi vniuerſalis Eccleſiæ tradi-
tioni contradiceret.Arrogantiſſimus ergo iure cẽſebitur,qui ſibi tantum tribuit,vt tot ſacris doctorib⁹
poſthabitis,tot ſapientibus,quorũ doctrina fulget Eccleſia vt ſol & luna,contẽptis,propriæ hæreat ſen
Gene.16. tentiæ.Hũc enim talẽ in figura repræſentauit Iſmael ille hæreticorũ typus,de quo dicitur:Manus eius
contra omnes,manus omnium contra ipſum.Meritò enim omnium manus contra eum leuantur,cui⁹
Prou.3. manus aduerſus omnes inſurrexerũt.Ideo dicitur à Salomone:Ne innitaris prudentiæ tuæ.& iterum:
Roma.12. Ne ſis ſapiẽs apud temetipſum.Et beatus Paulus ait:Nolite eſſe prudẽtes apud voſmetipſos.Quod ex
ponens Theophylactus ait,Hoc eſt,nolite veſtræ prudentiæ vel viribus ita confidere,vt exiſtimetis ne B
mine vos indigere cõſultore,& quæ recta ſunt ſuggerẽte.Moſes enim etſi Dei colloquio iuuaretur ,o-
pus tamen habuit quem cõſuleret ſocero.HæcTheophylactus.Huic accedit,quòd ſemper ſacrę literæ
Deut.32. ad alios nos mittunt,vt ab eis doceamur.In Deutero.nanque dicitur:Interroga patrẽ tuũ,& annuncia
Iob.8. bit tibi:maiores tuos,& dicẽt tibi.Et apud Iob:Interroga generationẽ priſtinã,& diligenter inueſtiga
patrum memoriam.Et in ActibusApoſtolorum Paulo iam parato ad legem Dei ſuſcipiẽdam, percõ-
tatiſque Dominum de ſua voluntate,ac dicẽti:Domine,quid me vis facere? reſpõſum eſt ei à domino:
Act.10. Surge,& ingredere ciuitatẽ,& dicetur tibi quid te oporteat facere.Et tãdẽ mittitur ad eũ Ananias,qui
eum baptizet & doceat.Poterat quidẽ dominus ſuam per ſeipſum Paulo inſinuare volũtatẽ,& de lege
ſua docere eum:noluit tamen,ne ex hoc anſa præberetur alicui ſic ſuperbiendi,vt ab alio doceri nollet
aſſerẽs ſe iam à domino edoctum. Hac igitur ratione & Paulum mittit ad Ananiam , & Corneliũ ad
Petrum.Non erubeſcit Paulus,vir alioqui doctus & cui dominus apparere dignatus eſt,ire ad Anani-
am vt ab eo doceatur,& erubeſcet Lutherus ire ad Hieronymũ,aut Ambroſium,aut Auguſtinum , vt
ab eis aliquid diſcat?Libentiſſimè ſuſcipit Paulus quæ per Ananiam dicuntur,quanuis nihil ei de Ana
nia dictum fuerit à domino:& Lutherus duriſſimum reputabit,Cypriani,Chryſoſtomi , Hieronymi,
Galat.2. Auguſtini,Ambroſij,cæterorumque illuſtrium virorum ſuſcipere doctrinam? Paulus poſt.14.annos à
reuelatione ſuſcepta aſcendit Hieroſolymam,vt conferret Euangelium quod prædicabat in gentibus
cum his ſignanter,qui videbãtur aliquid eſſe:& hoc quidem,ne fortè in vanum curreret, aut cucurriſ
ſet:& dedignatur Lutherus aut Vvicleph⁹ conferre Euangelium ſuum cum Hieronymo, Ambroſio
Auguſtino,Cypriano,Hylario ? Niſi fortè Lutherus cauſetur certiorẽ ſe eſſe de ſuo quod prædicat E- C
uangelio,quàm Paulum de ſuo,ac ideo Paulo opus eſſe vt quærat cum quo Euangelium ſuum cõferat
Luthero autem id facere non eſſe opus? Adde quod ſacra concilia(quorũ ſuprema eſt in Eccleſia poſt
ſacram ſcripturam circa fidem autoritas)non dedignantur in ſuarum definitionum robur,ſanctorum
patrum teſtimonio vti:& dedignabitur Vvicleph⁹ aut Lutherus omnibus viris clariſſimis ſimul etiã
in vnum conſentientibus cedere?Cõcilium ſiquidem Toletanum quartum,in capite nono ſuorum ca
nonum citat Cyprianum & Hilarium in ſuæ ſententiæ comprobationem:& concilium Conſtantino-
politanũ,quod ſexta ſynodus appellatur,in quo cõdemnatur Macharius epiſcopus Antiochenus,aſſe
rens in Chriſto eſſe tantum vnam voluntatem,vnicamque operationem,plurimum vtitur teſtimoniis
ſanctorum virorum,ſcilicet Athanaſij,Ambroſii,Cyrilli,Auguſtini,quib⁹ plena eſt adhibita fides . Et
cum expreſſa ſcripturæ ſacræ teſtimonia pro illa re deeſſent,viſum eſt toti cõcilio ſufficiẽs teſtimoniũ
eſſe ad illam hæreſim reuincendam concors illorum ſanctorum virorum teſtimonium.Quid ergo di-
cam,neſcio,niſi quod Lutherus plus ſibi tribuit quàm omnibus cõciliis,quum nolit his credere,quib⁹
ſuprema concilia propter vitæ ſanctitatem,& doctrinæ eminentiam,integerrimam præſtitẽre fidem.

Quòd

Quòd si fortè Luthero aut Vuiclepho non persuasero hunc honorē deberi sacris autoribus,& per multa secula laudatis, vt non facilè & pro libito liceat ab eorum sententia discedere, saltem his coram quibus causa agitur, satis esse persuasum arbitror. Neque his vltrà aliquid dicam præter id quod M. Æmilium Scaurum dixisse narrat Valerius Maximus, quod huic proposito mihi maximè cōducere videtur. Is enim vitæ clarissimæ & exploratæ probitatis vir, quum à Vario Sucronensi homine parum syncero accusaretur apud populum, & accusator oratione longa peroraſſet: ille maximo compēdio vsus, eò quòd sua & populi erat fretus conscientia, dedignatúsque oratione contendere, Quirites (inquit) Varius Sucronensis ait, Æmilius Scaurus negat: vtri potius credendum censetis? Quibus verbis applaudente populo, vir illustris futilem hominis accusationem euasit. Quæ percōtatio nulli proposito mihi magis cōgruere visa est, quàm huic. Nam si Lutherus ait, Cyprianus negat: Lutherus ait, Hieronymus abnuit: Lutherus ait, Augustinus cōtradicit: Lutherus ait, Ambrosius obstat: Lutherus ait, Gregorius repugnat: vtri parti potius credendum censetis? Non dubito vos tacitam pro his viris clarissimis laturos sententiam, sicut & tunc pro Marco Æmilio lata est. Satis tamen hinc honoris habebit Lutherus. Nam etsi victus tandem, cum tot illustribus viris certasse dicetur.

1 b de fiducia sui.

Quòd ad solam sedem apostolicam aut generale concilium spectat de hæresi censere. Cap. 8.

QVanuis regulæ præscriptæ sint, sacra scilicet scriptura, & Ecclesiæ definitones, ad quas quęuis assertio de hæresi examinanda est, multi tamen in pluribus assertionibus conniuent, nec sciunt discernere an sint hæreses, an non, quod sacram scripturam aut Ecclesiæ definitiones non integrè retinent; aut si recordantur, non penetrant scripturæ sensum, ac ideo minimè aliquid colligere possunt, vt ex ea hæresim conuincant. Nam cum varii sint hominum sensus, variè etiam iuxta ingenii sui qualitatem scripturam interpretantur. Quò fit, vt sæpe inter doctos ac pios viros non conueniat in re etiam valde seria: conueniret tamen si possent facilè regulis vti, eásque cuilibet propositioni applicare. Cum ergo sæpe tales contentiones eueniant, oportet vt penes aliquem sit iudicium qui in ea definiat, & lites tollat. Alioqui dabitur ansa nouas pro libito excitandi hæreses, cum non deficiant scripturæ, etsi malè intellectæ, quibus innitantur, sicut nunquam defuere hæreticis. Pelagius enim dicit hominem sola liberi arbitrij potestate posse & vitare peccata, & gloriam mereri. Nam si non potest, inquit, vitare peccara, iam non sunt ei peccata, quia nullus peccat in eo quod vitare non potest. Et iterum: Dedit eis potestatem filios dei fieri, his qui credunt in nomine eius. Si ergo in nostra est potestate filios dei fieri, filius autem non dicitur nisi ad hæreditatem spectet: in nostra ergo dicit esse potestate assequi illam æternam gloriæ hæreditatem. At Hieronymus, & Augustinus, cæteríque catholici obiiciunt Pelagio ex innumeris sacræ scripturæ locis illud Pauli: Gratia enim saluati estis per fidem, & hoc non ex vobis, dei enim donum est, non ex operibus, ne quis glorietur. Ecce ergo causa agitur, & non de vmbra (vt dicitur) asini, sed de capite. Iudex ergo requiritur, qui sententiam dicat, cui obtemperare oporteat. Talis autem iudicandi potestas non est aliquo inferiori episcopo, aut in collegio cui præest. Quod vel inde manifestum euadet, si prius fidei, quam amplecti tenemur, qualitatem & modum ostenderimus. Hoc autem est fidei peculiare, vt vna sit omnium vbique terrarum existentium. Non enim alia est fides ecclesiæ Salmanticensis, nec alia permittitur ecclesiæ Zamorensi, aut alia ecclesiæ Barchinonensi. Sicut enim vna est vniuersalis ecclesia, ita vna omnium fides, Paulo teste, qui ait: Vna fides, vnū baptisma. Hinc fides catholica dicitur, quod latinè sonat vniuersalis, quia vna est totius vniuersalis ecclesiæ. Quò fit, vt causa quæ de fide ventilatur, res sit talis, quæ vniuersam tangat ecclesiam. Quod ergo omnium interest, ab omnibus approbari debet, vel ab eo qui omnium loco præest. Qualiter ergo inferior aliquis episcopus, aut totum collegium cui præest, poterit sententiam ferre in causa fidei, quæ est res talis, vt ei vniuersa ecclesia sit obnoxia? Hac eadem ratione nec vniuersitas alicuius academiæ, quantalibet literarum eminentia polleat, potest sic de hæresi censere, vt eius censuræ teneantur omnes obtemperare. Quamobrem rectè dici solet, articulos Parisienses non transire montes. Non ideo assertio aliqua pro hęresi ab omnibus habenda est, quia hæc aut illa academia censuit esse hæresim. Nil enim obstat quin totus ille cōuentus conniuere possit, cum ille non sit pro quo Deus rogauit vt fides eius non deficeret. Hac etiam lege conuincimus prouincialia concilia non habere plenum & integrum ius definiendi in causa fidei, cum eorum sententiæ cęteri prouinciales non astringantur: præcipuè cum talia concilia possint etiam in fide errare sicut de multis talibus conciliis errasse compertum est. Concilium nanque Carthaginense, in quo cum sancto martyre Cypriano. 80. episcopi conuenientes concordi animo definierunt, hæreticos, & ab hæreticis baptizatos, fore, cum resipiscerent, rebaptizādos: nullus est qui dubitet errasse. Hæc tamen prouincialia concilia si quando contingat errare, per generalia concilia corriguntur. Vnde Aug. li. 2. cōtra Donatistas ait: Et ipsa concilia quę per singulas regiones vel prouincias fiunt, plenariorum cōciliorum auctoritati quæ fiunt ex vniuerso orbe christiano, sine vllis ambagibus cedere cum experimento eorum aperitur. Hæc ille. Cum ergo errare possint prouincialia concilia, quoniam ecclesiam vniuersalem non repræsentant, iustum est, & rationi consentaneum, vt penes ea non sit potestas integra, & fixa autoritas in re tam seria, qualis est fides, definiendi. Hoc ipsum plurima pontificum decreta confirmāt. Symmachus papa ait: Concilia sacerdotum ecclesiasticis legibus quotānis decreta per prouincias, quoniā præsentiam papæ non habent, valetudinem perdiderunt. Et plurima alia decreta testātur concilia sine papæ autoritate congregata esse irrita, & nullius roboris, quę ponuntur in volumine decretorum dist. 17. Adde quod omnia iura tam pontificum quàm generalium cōciliorum, quę prouincialibus aut permit-

Ioan. 1.

Ephes. 2.

Ephes. 4

Dist. 17. ea Concilia.

tunt aut indicunt conciliorum celebrationem, ad hos tantum limites eam autoritatẽ extendunt, vt ſcilicet ibidẽ ſimultates amputentur, querimonię audiantur, mores corrigãtur, non tamen vt de fide ibidem aliquid decernatur. Cõcilium ſiquidem Niceenum ſic ait de prouincialibus conciliis: Habeatur ſemel concilium ante dies quadrageſimæ, vt omnibus (ſi quæ ſunt) ſimultatibus amputatis, mũdum ieiunium & ſolenne Deo poſſit offerri. Hæc ibi. Cęterum etſi epiſcopus aut collegiũ, aut prouinciale concilium de rebus fidei non poſſit definire in his quę meritò dubitari poſſent: poteſt tamen in his, quę iam definita ſunt, aut euidentiſsimis ſcripturæ ſacræ teſtimoniis abſque vlla tergiuerſatione deprehendi poſſunt, ius dicere, & aduerſus eiuſdem aſſertionis pertinaces defenſores animaduertere. Illud nanque non eſt ſententiam ferre, ſed ſententiam iam pridem latam exequi. Huc enim tendit id quod in ca. ad abolendam, dicitur, extra de hęreticis, excõmunicatos eſſe omnes hęreticos, quos Romana eccleſia, aut epiſcopi in ſuis eccleſiis declarauerint hæreticos. Nam id de deprehenſis in manifeſta hæreſi intelligendum eſt. Cum autem res fuerit dubia, ad ſedem apoſtolicam eſt cauſa deuoluenda. Poteſt etiam epiſcopus aut prouinciale concilium inhibere prędicationem, aut qualemcũque publicam aſſertionem alicuius certæ propoſitionis propter ſuſpicionem hæreſis de tali propoſitione conceptam, aut propter ſcandalũ quod ex tali prædicatione poſsit oriri. Quòd ſi qui fortè huiuſmodi prohibitioni rebelles fuerint, poterit eos (vt decet) pro criminis qualitate punire, non quidem quantũ hæreſis meretur, ſed quantum inobedientia. Si ergo penes aliquem eſt iudicium in cauſa fidei, & non penes ſingulos epiſcopos, nec penes prouincialia concilia, eo quòd fides res ſit omnibus communis, quibus nec ſinguli epiſcopi nec prouincialia concilia præſunt, conſequens eſt vt talis poteſtas cenſendi ſit penes totã eccleſiam. At cum generalia concilia (vt ſuperius diſſeruimus) vniuerſam eccleſiam repræſentent, colligitur illa habere poteſtatem definiendi in his rebus quæ ad fidem attinent. Sedes autem apoſtolica quoniam eccleſiam tanquam caput repræſentat, primum poſt generalia concilia in definiendo tenet locum. His ergo exceptis, nulli permittitur ius definiendi de his rebus quæ ad catholicam fidem ſpectant. De conciliis generalibus neminem arbitror, cui pręterita capita fuerint explorata, dubitaturum. Supereſt ergo vt de ſede apoſtolica diſſeramus. Hanc qui conceſſerit totius eccleſiæ eſſe caput, facile erit ei perſuaſum. Nã quæ omnibus præeſt, omnes poterit iudicare, & de rebus quę omnes tangunt, definire. Huius rei plurima ſunt ſanctorum patrum teſtimonia. Innocentius. 3. ſic ait: Maiores eccleſiæ cauſas, pręſertim articulos fidei contingentes, ad Petri ſedem referendas intelligit, qui eum quærenti Domino quem diſcipuli dicerent ipſum eſſe, reſpondiſſe notabat: Tu es Chriſtus filius Dei viui, & pro eo Dominum exoraſſe ne deficiat fides eius. Hæc ille. Et Pelagius papa ſcribens epiſcopis qui conuenerant ad vocationem Ioannis Conſtantinopolitani, ferè eadem verba ait: Maiores verò, inquit, & difficiliores quęſtiones (vt ſancta ſynodus ſtatuit, & beata conſuetudo exigit) ad ſedem ſemper referantur apoſtolicam. Innocentius primus: Quoties ratio fidei ventilatur, arbitor omnes fratres & coepiſcopos noſtros non niſi ad Petrum, id eſt, ſui nominis & honoris autoritatem referre debere, velut nunc retulit veſtra dilectio, quod per totum mundum poſsit eccleſiis omnibus prodeſſe. Hæc ille. Beatus Cyprianus in epiſtola ad Cornelium papam ait: Neque enim aliunde hæreſes obortæ ſunt, aut nata ſunt ſchiſmata, quàm inde, quod ſacerdoti dei nõ obtemperatur: nec vnus in eccleſia ad tempus ſacerdos, & ad tempus iudex vice Chriſti cogitatur: cui ſi ſecundum magiſteria diuina obtemperaret fraternitas vniuerſa: nemo aduerſum ſacerdotum collegium quicquam moueret: nemo poſt diuinum iudicium, poſt populi ſuffragium, poſt coepiſcoporum conſenſum, iudicem ſe non iam epiſcopi, ſed dei faceret, nemo diſsidio vnitatis Chriſti eccleſiam ſcinderet: nemo ſibi placens ac tumens ſeorſum foris nouam hæreſim conderet. Hæc Cyprianus. Vnde patere clare poteſt Lutherum hac ſola ratione primatum Romani epiſcopi negare, vt facilior ei pateret via ad hęreſes introducẽdas. Et beatus Hieronymus ad Damaſum papam: Hæc eſt, inquit, fides papa beatiſsime quam in catholica didicimus eccleſia, quamque ſemper tenemus: in qua ſi minus peritè aut parum cautè fortè aliquid poſitum eſt, emendari cupimus à te, qui Petri ſedem & fidem tenes. Si autem hæc noſtra cõfeſsio apoſtolatus tui iudicio comprobatur, quicunque me inculpare voluerit, ſe imperitũ, vel maleuolum, vel etiam nõ catholicum, ſed hæreticum cõprobabit. Hæc ille. Huic accedit quod plurima ſunt etiã ſanctorũ patrum teſtimonia aſſerẽtia ſedem apoſtolicã nunquam à recta fidei regula deuiaſſe, quę ponũtur in volumine decretorum. 24. q. 1. videat qui volet. Verum hic animaduertendum eſt nomen ſedis apoſtolicæ non pro ſolo ſummo pontifice accipi, quum hic in fide errare poſsit, vt ſuperius de Liberio & Anaſtaſio & Cęleſtino oſtẽdimus: ſed ſedes apoſtolica quæ nunquam errauit, comprehendit tam collegium cuius concilio iuuatur pontifex, quàm ipſum pontificem. De hac autem ſede non conſtat eam aliquãdo erraſſe. An autem totum collegiũ cardinaliũ errare poſsit, non diſſero: tamen credo quòd Dominus nunquam permittet totũ collegium hæreſi maculari. Qua propter iuſtum eſt, vt in re tanti momenti, qualis eſt fides catholica, conſulat fratrum ſuorũ collegium, antequam quicquam definiat: adiũctis etiam, ſi id poſsibile foret, viris aliis ſanctitate perinde ac doctrina eminẽtibus. Lutherus tamen hic cum videat neceſſarium eſſe iudicem pro lite circa fidem orta dirimenda, dicit verum iudicem eſſe ſacram ſcripturam, ad quam omnis prouocatio facienda eſt. At in veteri lege lex ipſa non erat iudex, ſed ſolum ſacerdotes Leuitici generis, quorum iudicio ſtandũ erat. Prę terea ſi de ipſa ſcriptura eſt contẽtio, qualiter ipſa ſcriptura erit iudex? Vt gratia exempli, peto an Pauli epiſtolas recipias? Si eas negas eſſe Pauli, non eſt aliquod ſcripturæ ſacrę teſtimonium per quod reuinci poſsis. Rurſum, Saluator noſter ad ſcripturas ſacras nos miſit, vt ab illis peteremus teſtimonium, nõ autem iudicium. Scrutamini (inquit ille) ſcripturas, quia illę teſtimonium perhibent de me. In quibus verbis apertiſsime docuit ſcripturam ſacram officium teſtis apud nos agere. Ex quo aperte conuincitur illã in eadem cauſa non poſſe eſſe iudicem: quia contra ordinem iuſtitiæ & contra æquitatem naturalem

Extra de. bap. & eius effectu ca. Maiores. Di. 17 ca. Multis 24. q. 1. ca. Quoties. Cyprian.

Hierony.

Deute. 17.

Ioan. 5.

D

A

B

eſt, vt

eſt, vt in eadem cauſa in foro exteriori tractata idem ſit teſtis & iudex. Deinde ipſi Lutherani omnes, quum contra alios huius temporis hæreticos, cum quibus velut ex diametro pugnant, de ſcripturæ intelligentia contẽdunt: Eccleſię iudicio ſæpiſſimè vtuntur, vt illo hoſtes ſuos de errore cõuincant. Nam quum illi contra Anabaptiſtas pugnant, & de intelligentia ſacræ ſcripturæ contẽdunt, ad communem eccleſiæ ſenſum, & ad doctrinam antiquorũ doctorum cõfugiunt. De qua re teſtimoniũ ſufficiens præbet nobis Ioannes Gaſtius, & ipſe Lutheranus in libro de erroribus Anabaptiſtarum, vbi recenſens diſputationẽ cum Anabaptiſtis Baſileæ habitam & reſpondẽs teſtimoniis ſcripturæ ab Anabaptiſtis pro confirmatione ſuorum errorũ citatis, ad cõmunẽ eccleſię ſenſum cõfugit, vt per illum oſtendat illorum ſcripturæ teſtimoniorum verum ſenſum non eſſe illum quem Anabaptiſtæ prætendunt. Nam illi pro
C ſuis peſsimis erroribus plurima ſacræ ſcripturæ loca perperam ab illis intellecta, citant. Contra baptiſmum paruulorũ proferunt illud Saluatoris apud Marcum: Euntes in mundum vniuerſum prædicate euangelium omni creaturæ. Qui crediderit & baptizatus fuerit, ſaluus erit: qui verò non crediderit, condemnabitur. Ex quibus verbis colligunt paruulis nihil prodeſſe baptiſmum, propterea, quia actu non credunt. Vt probẽt non licere ex quauis cauſa occidere hominem, offerunt illud legis præceptum, Non occides. Vt autem probent propter nullam cauſam licitum eſſe iurare, proferunt illud Saluatoris: Ego autem dico vobis non iurare omnino neque per cœlum neque per terram. His autem omnibus teſtimoniis ſacræ ſcripturæ Lutherani reſpondentes: dixerint, & bene, teſtimonia illa ſcripturæ non eſſe ita intelligẽda vt Anabaptiſtæ putant. Sed quia illi verum illorum teſtimoniorum ſenſum reiiciunt: Lutherani vt perſuaderent illis verum ſcripturæ ſenſum, nullam aliam viam inuenerunt niſi communem totius eccleſiæ conſenſum, qui ſolus ſatis ſupérque illis fuit viſus ad conuincendos de ſuis erroribus illos Anabaptiſtas, quia cum eccleſia ſit ſpiritu diuino afflata, certum eſt, illam errare non poſſe. Et hinc apertè conuincitur Lutheranos iniquiſsime & Phariſaico modo nobiſcum agere, duras & intolerabiles leges nobis præſcribentes, quas illi prorſus obſeruare recuſant. Nam quũ nos aduerſus illos contẽdentes eccleſiæ iudicium imploramus, ſtatim appellant ad ſcripturam, illi totam iudicii poteſtatem deferentes: quum verò illi contra Anabaptiſtas aut alios ſimiles pugnant, quibus ſcripturæ teſtimonia iuxta literæ faciem fauere videntur, confeſtim ad iudicium eccleſiæ appellant, vt ab illa verum
D ſcripturæ ſenſum poſtulent. Si ſemel illam in hac cauſa iudicem eſſe fatentur, oportet vt nunquam illam recuſent: quia cum ſit columna (vt ait Paulus) firmamentum veritatis, & ſpiritu ſancto afflata, certum eſt illam errare non poſſe. Hoc autem priuilegium certitudinis cum nulla particularis & priuata perſona habeat, conſequens eſt vt nulla talis ſit in cauſa fidei iudex, cuius iudicio & ſententię omnes fideles catholici obedire teneantur. Caueant ergo hæreticæ prauitatis inquiſitores, ne facile de hæreſi pronuncient. Si hæreſis eſt iam olim damnata, aut euidentiſſimis ſcripturæ teſtimoniis deprehenditur, & non humano ratiocinio cui poſsit obuiari, tunc executores ſunt vt exequantur id quod citra hæreticos decreta pontificum fieri iubent. Si autem res eſt dubia an ſit hæreſis, an non, non eſt eorum munus ſententiam ferre, nec poſſunt cenſere de hæreſi, cum hoc ſit ſolius ſummi pontificis. Hoc etenim caſu illud eis incumbit ex officio, quod nomen eorum prætendit: inquirere ſcilicet de aſſertione prædicata, aut quomodolibet publicata, qualiter ab aſſerente fuerit dicta, quibus verbis, qualiter ab eo intellectis, qua ratione fuerit motus ad id aſſerendum, aut quibus ſcripturæ teſtimoniis innitatur. Quibus actis, ſi euidentiſsimis teſtimoniis minimè conuinci poteſt, ſed res manet dubia, & ſuſpicionis labe maculata, conſulenda eſt ſedes apoſtolica, nec ea inconſulta (quantumlibet docti conſulantur) licebit quicquam definire. Cùm autem ſedis apoſtolicæ definitionem receperint, eis incumbet exequi id quod à pontifice ſummo decretum fuerit. Admonere tamen hic oportet, quod quanuis apoſtolica ſedes aut generale concilium de hæreſi cenſere poſsit, non tamen ideo aſſertio aliqua erit hæreſis quia eccleſia definiuit, ſed quia fidei catholicæ repugnat. Eccleſia ſiquidem ſua definitione non facit talem aſſertionem
A eſſe hæreſim, cum etiam ſi ipſa non definiuiſſet, eſſet hæreſis: ſed id efficit eccleſia, vt nobis per ſuam cenſuram pateat illud eſſe hæreſim, quod antea nos latebat an meritò hæreſis dici poſſet. Eccleſia enim tota (ſecludo primum eius caput) nedum ſolus ſummus pontifex non poteſt nouum articulum fidei condere, poſſet tamen, ſi aliquam aſſertionem valeret hæreticam efficere. Eccleſiam autem non poſſe nouum articulum fidei efficere, manifeſta ratione conuincitur. Omnis nanque aſſertio ideo catholica dicenda eſt, quia à Deo reuelata, vel quia in inſtrumento ſcripturæ diuinę cõtinetur, aut eo ꝙ vniuerſalis eccleſia eam recipit. Quòd ſi nullum horum eſt, ſaltem euidenti deductione colligitur ex eorum altero, vel ex vtroque, vel denique (vt nihil deſit) quia eam ſummus pontifex approbat. Nec alia certè patet via qua aliquid poſsit dici catholicũ. Si ideo dicatur veritas aliqua catholica, quia à Deo reuelata, cũ reuelatio diuina non pendeat ex pontificis arbitrio, aut ex eccleſiæ approbatione, quî fit vt põtificis approbatio faciat catholicum quod à Deo reuelatum eſt? Faciet quidem vt credamus illud eſſe reuelatum à deo, quia cùm angelus Satanæ transfiguraretur ſæpe in angelum lucis, & immiſsiones fiant per angelos malos, dubitari poſſet fortè an Deus reuelet, an dęmon illudat. Decernit ergo eccleſia illam eſſe dei reuelationem. nõ tamẽ facit reuelatum eſſe verũ. Si autem talis veritas catholica dicatur eo quòd in ſacris literis continetur, cùm talem veritatem contineri in ſacris literis, non pẽdeat ex humana aliqua voluntate, ſed ex ſolo deo illarum ſcripturarum autore, conſtat etiam hac ratione, Eccleſiam nihil prorſus efficere poſſe vt veritas illa ad fidem pertineat. Hoc enim ex eccleſia habemus, vt ſciamus quæ ſit ſcriptura diuina, iuxta ea quæ cap. 4. ſuperius diſſeruimus. At cum ſcripturã eſſe diuinam nobis cõſtiterit, iã ex ſeipſa habet vt ei per omnia credere teneamur: perinde ac ſi adducerẽtur teſtes ad cõprobationem
B alicuius inſtrumenti quo Petrus tenetur reddere Ioanni centum aureos, hi teſtes non efficiunt Petrum teneri Ioanni. nam etſi Petrus negaret, & teſtes defuiſſent, re vera Petrus erat debitor, ſed id efficiũt, vt

Ioannes Gaſtius.

Mar. 16.

Deut. 5.

Mat. 5

1. Tim 3.

1. Cor. 11.

Pſal. 11.

per ſcripturam conuinci poſſit tanquam debito obnoxius. Quod ſi dicatur veritatem illam eſſe catho- A
licam, quia iam vniuerſalis eccleſia recepit: tunc percõtabor quo pacto eccleſia eam receperit, an quia
illi à Deo fuerat reuelata, an quia in ſacra ſcriptura reperta? neutrum autem horum pendere ex eccleſię
arbitrio oſtendimus: aut eccleſia recepit, quia per experientiam: aut per rationẽ naturalem eã cogno-
ſcit, quod non eſt aliquo modo tribuendum eccleſiæ, eo quòd tunc fides noſtra ſoli experientiæ & ra-
tioni naturali inniteretur: cui manifeſtè repugnat Paulus, dicens: Sermo meus & prędicatio mea nõ in
1. Cor. 2 perſuaſibilibus humanæ ſapientiæ verbis, ſed in oſtenſione ſpiritus & virtutis, vt fides veſtra non ſit in
ſapientia hominum, ſed in virtute dei. Quòd ſi alia ratione dicatur veritatem eſſe catholicam, quia ex
reuelatis aut in ſcriptura contentis manifeſta collectione deducitur, cum eccleſiæ definitio nõ efficiat
collectionem eſſe firmam, vt notum eſt vel parum docto logico, cõſequens eſt vt neque in hoc caſu ec-
cleſia efficiat veritatem aliquam eſſe catholicam. Vltimum ergo ſupereſt inueſtigandum, ſi aſſertio dî-
catur catholica quia à pontifice determinata, tunc petam an pontifex ſic definiens, alicui ſcripturæ di-
uinæ innititur, aut reuelationi diuinæ: & tunc cõſtat iam eſſe catholicã ex ſcriptura diuina, aut reuela-
tione: aut innititur propriæ prudentiæ & voluntati, quo euentu conſtat non eſſe hac ratione tãquã ca-
tholicam recipiendã, cùm fides noſtra neque ex voluntate, nec ex ſapientia hominum dependeat. Nõ
eſt ergo veritas aliqua catholica cenſenda à ſola pontificis aut eccleſiæ definitione: ſed id quod erat ca-
tholicum, nos tamen latebat: fit deinceps per eccleſiæ definitionem notum, eſſe catholicum: quemad-
modum in lite ſuper debitũ, iudex ferens iuſtam ſententiam, non facit eum debitorẽ, cum etiam ante
iudicis ſentẽtiam verè ille fuiſſet debitor ex re precaria quam denegat: ſed iudex facit vt pateat eſſe de- C
bitum, quod prius fortè latebat, idq; iudicis ſentẽtia efficit, vt per eam pertinax reuincatur. Ideo enim
iudex iuſtè dixit talem eſſe debitorem, quia verè erat debitor: & non ideo talis eſſe debitor quia iudex
iuſtam ſentẽtiam protulit. Nam ſi ille non erat debitor, iniuſtã ſentẽtiam tuliſſet. Sic etiam eccleſia de-
finiens aliquid eſſe fide tenẽdum, quanuis certò definiat, nec falli poſſit, nõ tamẽ ſua definitione efficit
veritatẽ illam eſſe catholicam. Non ideo certò definiuit, veritatẽ illam eſſe catholicam, quia veritas illa
catholica erat: quod ſi catholica non fuiſſet, eccleſia definiens eam eſſe catholicã erraret, antè ergo erat
catholica, quàm eccleſia cenſuiſſet. Nullo ergo modo id fieri poteſt, vt eccleſia nouum articulum fidei
condat: ſed id quod antea erat vera fides, nos tamẽ latebat, eccleſia efficit vt per ſuam cenſuram nobis
innoteſcat. Vnde patet miſerè erraſſe dominum Abbatem, qui exponẽs cap. quod incipit, Cùm Chri-
ſtus, quod in volumine decretalium epiſtolarum habetur in titulo de hæreticis, dicit papam poſſe cõ-
dere nouum articulum fidei. Verum parcendum eſt ei ignoranti, nec bene expẽdenti de qua re loque-
retur: hoc ſolum video eſſe illi impingẽdum, quod vltra crepidã iudicauerit. Non enim eſt canoniſta-
rum munus de hæreſi aut de fide iudicare, ſed theologorum, quibus diuinum ius cõmittitur. Canoni-
ſtarum partes ſunt de iure põtificio diſſerere. Videant ergo ne dum vtraq; ſella ſedere cupiunt (vt eſt
in prouerbio) vtraque excludantur. Quòd ſuam ſententiam colligunt ex illo capitulo: Cum Chriſtus,
non rectè faciunt. Nam Alexander tertius, cuius eſt illa ſententia, nõ condidit articulũ fidei, quia nec
fecit talem propoſitionem, videlicet, Chriſtus ſecundum quod homo eſt aliquid, eſſe veram, nec per D
conſequẽs catholicam, cùm veritas à re ipſa pẽdeat, & nõ ex affirmatione põtificis. Propter noſtrum
enim affirmare vel negare nihil mutatur in re. Sed papa definiens fecit vt non liceat aſſerere aut oppi-
nari contrarium illius, cum tamen ante pontificis determinationem fortè liberè quis aſſerere potuiſſet
citra hæreſis notam, eo quòd veritas illa nõ innotuiſſet (quanquã non video, qualiter potuiſſet aliquem
niſi prorſus indoctum aut male affectum latere) & ideo olim citra pertinaciam aſſerens oppoſitum nõ
cenſeretur hæreticus, ac ideò nec excommunicationis reus. Sæpenumero enim contingit, vt inter vi-
ros pios atq, doctos non cõueniat de eadem re, in qua alterum eorũ errare neceſſarium eſt, nec ideo ta-
men error ille ſtatim hæreſis cenſetur. Vt gratia exẽpli: Quidam dicũt perſonas diuinas cõſtitui in eſſe
(vt ipſi loquuntur) perſonali per reſpectiua, aliis affirmantibus cõſtitui per abſoluta. Alij rurſum dicũt
non conſtitui per aliqua, ſed ſibi ipſis eſſe perſonas. Quis non videt aliquem horum errare, cum tamen
quilibet eorum ſuæ adhæreat opinioni impune, & ſine hæreſis nota? Nec tamen ideo talis error non eſt
hæreſis, quia ei non impingitur. Nam ſi omnis error catholicæ fidei obuians, hæreſis dicẽdus eſt, iuxta
id quod ſuperius diſſeruimus, certũ eſt talẽ errorẽ eſſe hæreſim, quia oppoſitus veritati fidei catholicæ
quanuis nobis ignotæ. Veritas enim, cui error ille repugnat, neceſſaria eſt, nos tamẽ latet an veritas ſit,
atq; ideo minimè obligamur ad aſſentiendum ei, nec ad diſſentiendum errori repugnanti. Quò fit, vt
liberum ſit cuiq; ſuam tueri ſentẽtiam. Si tamẽ eccleſia à ſpiritu ſancto edocta de illa re definiret, abſq;
vlla dubitatione eccleſia non efficeret ſua definitione vt perſona ſic aut ſic conſtituatur: ſed doceret
nos id quod etſi ab æterno verum fuerat, nos tamen latebat. Poſt quam eccleſiæ definitionem iam non
licebit aſſerere quod ãte licuiſſet. Erit ergo neceſſariò vt ſicut eccleſia ſua definitione nõ efficit nouam A
fidei veritatẽ, ita nec oppoſitã eſſe nouã hæreſim. Verũ quoniã aliquãdo eccleſia verbis claris & mani-
feſtis exprimit aliquã aſſertionẽ, quã ex aliis abſtruſis recõditiſque ſcripturę ſacræ locis elicit, etſi nulli-
bi ita manifeſtè reperiatur, hac ratione eueniet aliquãdo vt eccleſia dicatur cõdere articulũ fidei, non
quod efficiat eſſe fidẽ quod nõ erat fides, ſed quia id expreſſit aliquibus certis verbis, quibus antea nuſ-
quã fuerat expreſsũ: ſicut dicim⁹ Nicęnũ cõciliũ cõdidiſſe ſymbolũ fidei, quia filii cõſubſtãtialitatẽ ex-
preſſit, quã nuſquã ſacrę literę hoc noïe expreſſerãt. Ad hũc modũ etiã dicitur hęreſis aliqua eſſe noua,
24. q. 1. c. Achatius nõ quod antea nõ fuiſſet hæreſis, ſed quòd nullus eã antea aſſeruerit. Hoc enim modo ait Gelaſius pa-
pa: Achatius nõ fuit factus inuentor noui erroris, ſed veteris imitator. Multi quidẽ ſunt errores qui an-
Act. 17. tequã habeãt protectores, à doctoribus ſacris reprobãtur, vt præcaueãt aliis: quod ſi quis iã eos defen-
dere incepiſſet, dicerẽtur hac ratione noui errores. Sic enim in actis Apoſtolicis refertur de quibuſdam

dicentibus

dicẽtibus de Paulo,quod nouorum dæmoniorum annunciator eſſet.Noua quippe appellabant dæmonia, eo quòd à Paulo eſſent nouiter prædicata. Fuſius in hoc capite egimus, quod videbamus rem eſſe neceſſariam longa admonitione,ne quiſque credat ſibi eſſe commiſſum de hæreſi pronunciare.

Quis ſit dicendus hæreticus. Cap. 9.

QVi huius capitis ſolam ſuperſcriptionem inſpexerit,ſuperfluum fortè ei videbitur quod hoc capite pertractandum eſt. Dicet enim apud ſe: Cùm hæreticus is ſit dicendus qui hæreſi adhæret,quid autem ſit hæreſis,ſuperius oſtenſum eſt, quid igitur de hæretico oportebat repetere ſermonem? Quod non ita eſt vt primò obiicitur. Nam ſubinde euenit vt hæreſim aſſerat, qui tamen verè catholicus dicẽdus eſt,vt de Cypriano & aliis dicemus. Quapropter vlteriorem oportebit facere inquiſitionem,vt cõperiamus quis meritò hæreticus cẽſendus ſit. Quæ res cum non ſit leuis,ne leuis etiam,imò matura exigitur examinatio antequam aliquid definiatur. Nam quum nomen hæreſeos graue ſit & inuiſum Chriſtianis auribus,turpe eſt id temerè cuiquã impingere. Non enim eſt alia durior aut acerbior, quam chriſtiano viro poſsis inferre,contumelia,quam ſi eum hæreticum appelles. Sũt tamen multi nil magis habentes in promptu,quàm hæreſis notã,quã pro libito obiiciunt,non expendentes de qua re, aut de quo loquãtur. E quibus multis non potui calamum tẽperare quin vnũ fratrem Bernardum de Luxemburgo notarem,qui in ſuo hęreticorum catalogo plures in hæreticorum numerum retulit,dignos qui meliore calculo numerarentur: quales ſunt Papias Hieropolitanus epiſcopus, Præpoſitiuus, Gilbertus cognomẽto Porretanus. Hũc autem cùm ipſe fateatur errori ſuo renunciaſſe,miror quid hominẽ impulerit vt illum hęreticorũ catalogo inſeruerit. Quis enim vnquã docuit eum eſſe dicendũ hæreticũ, qui errorem ſic tenuit,vt monitus & conuictus non erubuerit palinodiam cantare? Taceo de Berengario,quẽ poſtquam hęreticorũ ordini intexuit, fatetur eum ab errore ſic diſceſsiſſe,vt nunquã ad eum redierit (quod quantum veritatis habeat,ahãs diſſeremus) ideóque dicit ibidem annumeratum,non q̃ hæreticus fuerit, ſed quòd ſententiam tenuerit aliquando hæreticam. At cum librum appellauerit nomine catalogi hæreticorum,quid cogit,vt qui ſemel alicui hæreſi adhęſerunt,hac nominis ratione in eundem alueum corriuentur cum cęteris qui pertinaciſsime ſuos tutati ſunt errores? Quòd ſi hoc nomine illi proſcribendi erant,cur alios tam multos prętermiſit? Nónne frater Matthęus Grabon hęreſim ſectatus eſt, cui in Conſtantienſi concilio,Ioanne Gerſone teſte,renunciauit? Verum hic Dominicanus erat,quem fortè (vt alios eiuſdem inſtituti qui pertinaciter hęreſi adhęſerunt) ſciens prętereiit, ne Dominicano inſtituto,quod profitetur,contumeliam feciſſe videretur: tanquam ſi aliquid deperiſſet de gloria ordinis prædicatorum, quòd ex eo ſodalitio vnus aut alter hæreticus prodierit. Non certe magis quàm de illa ſocietate deperiit,de qua dicitur: Ex nobis prodierunt,ſed ex nobis non erant. Nuſquam enim eccleſiæ venuſtas diminuta eſt, aut color obfuſcatus, eo quòd tot ex ipſa hæretici exierint. Propter quod nõ poſſum non ſtomachari in eos qui vt ſuum inſtitutum laudent, non verentur coram populo iactare & dicere, eum qui ſemel habitum illius ordinis ſuſceperit,non poſſe in fide errare aut deficere. Nónne hoc aperta eſt blaſphemia,cum per hoc magis tribuere videatur habitui quo induitur,quàm fidei aut gratię dei? Eſt ne fortè potentior pannus ille,quã dei gratia aut fides? Abſit tãta demẽtia. At nec fides nec gratia in baptiſmo ſuſcepta ſic hominem ſeruat quin in hæreſim labi poſsit. Quî fit ergo vt habitus ſeruet? Quòd ſi hoc ad profeſsionem quis referre velit,& non ad habitũ,vt profeſsio quã de illo inſtituto emiſit,hanc vim habere dicatur: quis non videt in baptiſmo omnes profiteri Chriſtianiſmum? nec tamen illa quam tũc emiſimus profeſsionem,immunes nos ab hæreſi reddit. Nec tamen vllus erit adeò impudẽs,vt neget illuſtriorem multo eſſe atque efficaciorem profeſsionem illam,quàm quæuis alia poſtmodum facta. Abeant ergo & illas nænias poetis cãtandas relinquant,& populo meliora prædicẽt. Teſtor Deum,non mẽtior: nam me præſente quidam in concione publica ad populũ prædicans in die quo agitur ſolennitas ſancti qui ordinem inſtituerat,dixit,fraternitatem ſuam ac ſocietatẽ laudibus extollere volens,eum qui habitum illius ordinis ſemel induerit, nõ poſſe eſſe hæreticum. Et ab aliis pluribus accepi, ſe eadem verba audiuiſſe ab hominibus eiuſdem ordinis quum de eadem re ſermo populo fieret. Ego quidem quũ audirem abominatus ſum hominis audaciã atque impudẽtiam,execratus autem prę-
lati patiẽtiam,qui illa audiẽs toleraſſet,miniméque puniiſſet. Ob quam cauſam ſuſpicio mihi nõ parua orta eſt,vt crederẽ ex eius mẽte verba prolata. Ne hoc toti ordini aut ſocietati impegiſſe videar,nomen ordinis ex induſtria ſubticui,vt magis admonere viderer prout chriſtiana charitas poſtulat, quàm traducere prout inuidia ſuggerit. Libẽter quidẽ audio ſanctorũ laudes,modo eos deo non æquẽt. Gaudeo quum quis inſtitutũ quod profeſſus eſt,laudat. Nam hoc ſymbolo demõſtrat ſe à prima intẽtione minime defeciſſe. Modus tamẽ eſt laudibus apponẽdus,ne quis conuẽtum aliquem particularẽ illuſtriorem aut ſpecioſiorem putet, quàm conuentus ille, qui eccleſia vniuerſalis dicitur,quæ ſine macula eſt: ex ea tamen quum multi hæretici exierint, nihil vnquam de eius pulchritudine periit. Atque ideo Deum teſtor quòd nemini in hoc libro parcam cuius hæreſim alicubi reperero,etiam ſi Franciſcani inſtituti fuerit,cui me à duobus & viginti retroactis annis aſtrinxi. Nam etſi beato Franciſco tanquam patri teneat, & eius fraternitati velut matri quæ me aluit atque educauit, plus tamen me debere fateor Chriſto, qui pro me mortuus eſt,& verè omnium matri eccleſiæ catholicæ,in qua per baptiſmũ renati ſumus. Sed iam opus eſt vt ad noſtrũ ſcopum reuertatur oratio. Quum ergo res ſit tam acerba quempiam hæretici nota inurere,anxiè examinanda eſt,oportétque lapidẽ (vt dicitur) ad filum referre, antequã cẽſeamus & non leuiter quicquam pronunciare. Plurima ergo exiguntur vt meritò aliquis dici poſsit hæreticus. Primo,vt fidem catholicam ſemel in baptiſmo ſuſceperit. Nam qui nunquam fuit Chriſto dedicatus, is

1. Ioan. 2.

infidelis,aut paganus,aut Iudæus,aut Saracenus, aut alio quouis nomine cenſebitur,nõ tamẽ dicetur hæreticus. Vnde patet miſerẽ erraſſe Bernardum de Luxemburgo,qui hæreticorum catalogum deſcribens,aliquos ibidem recenſet qui nunquam in fide catholica fuerunt initiati,atq; ideo nec hęretici nominandi erant,quales ſunt Auicenna & Auerrois,quos hæreticorum catalogo inſeruit,cũ tamen nihil minus quàm hæretici dici poſſint. Cõſtat ſiquidem eos ſectam Mahumeticam fuiſſe amplexos, Quod ſi ideo inter hæreticos numerãdi erant,quia fidei Chriſti aduerſi fuerũt,cur nõ etiam appoſuit Plotinũ Lucianũ,Libaniũ,Plutarchũ,Apuleium,aliòſque philoſophos,qui fidei Chriſtianæ maximè repugnãt A Deinde poſt fidẽ ſuſceptam requiritur error in fide,quód aliquam ſcilicet hæreſim amplectatur. Propter quod ſciſmaticus ex ſolo ſciſmate non proprie hęreticus cenſendus eſt, niſi hæreſim confingat, propter quam ad eccleſiæ vnitate diuidatur. Verum quia(Auguſt.teſte)nullum ſciſma eſt niſi aliquã hæreſim confingat,vt rectè videatur ab eccleſia diſceſſiſſe, hinc eſt quod ſciſmaticus appellari ſolet hæreticus: non quod ſciſma ipſum hæreſis ſit,ſed quia diſponit ad hæreſim. Vt enim primo cap. diſſeruimus,nunquam opus exterius dicendum eſt hæreſis,niſi ei adiungatur credulitas intellectus. Ideo ſciſma hæreſis dici non poteſt,niſi ei addatur error intellectus. Vnde Hieron. ſuper epiſt. ad Gal. Inter hæreſim & ſciſma hoc eſſe arbitror,quód hæreſis peruerſum dogma habet, ſciſma verò ab eccleſia pariter ſeparat. hæc ille. Verum hic admonere oportet duplicem eſſe vnionem, Vna quæ fit per charitatẽ per quam tãquam per iuncturas membra iunguntur,vt capiti ſuo.ſ. Chriſto cohæreant,& per hãc cõſtituitur corpus illud quod dicitur eſſe ſine macula. Et hoc modo vnitas eccleſiæ cõſiſtit in vnitate charitatis,qua membra inuicem ſe diligũt,& Deum. Alia eſt eccleſiæ vnio per fidem,per quam omnes fideles ſunt grex ſub vno paſtore. Sic enim Hugo de ſancto Victore, per fidem accipi vnionem,per charitatem viuificationem. Hæc ille. Et hæc eſt illa eccleſia,quę in euangelio aliquando comparatur ſa B genæ miſſæ in mare,& ex omni genere piſcium congreganti. Aliquando decem virginibus, è quibus quinque erant fatuæ,quinque prudẽtes. Sciſma (quod latinè ſonat ſciſſura aut diuiſio) opponitur primę vnioni quæ fit per charitatem. Nam ſæpenumero euenit vt aliquis ſciſmaticus dicatur, qui tamen eccleſiam credit eſſe omnium matrem,& fidem tenet,quam catholica tenet eccleſia: ſed ſola hac ratione ſeparatur,ꝙ negat pontificem rectè,& (vt decebat) electum,atquę ideo nõ vult ei ſubeſſe tanquã ei quem nõ credit verum eſſe pontificem: quale ſciſma hiſtoriæ recẽtes memorãt per quadraginta fermè annos permanſiſſe in eccleſia,quæ tres ſe pro pontificibus gerentes tunc paſſa eſt,quod in cõcilio Conſtantienſi ſub Sigiſmundo Romanorum rege finitum eſt. Quis tamen hic audeat alicui eorũ qui ſe pontifices dicebãt,aut eis qui illis parebant,hæretici nomen impingere,quum ipſum concilium nunquam alicui eorum hoc obiecit,niſi fortè Benedicto,qui reclamãte concilio in ſciſmate permãſit? Quanuis enim credere teneamur ex fide,verũ Petri ſucceſſorẽ eſſe ſupremũ totius eccleſiæ paſtorem, non tamẽ tenemur eadem fide credere Leonem aut Clemẽtẽ eſſe verum Petri ſucceſſorẽ: quoniam nõ tenemur ex fide catholica credere eorũ quemlibet rectè & canonicè fuiſſe electũ. Quò fit, vt qui obedientiam denegaret Clemẽti aut Leoni hac ratione. ſ. ꝙ dicet eum non fuiſſe recte electũ, etſi ſcimaticus dicendus ſit,non tamẽ hęreticus cẽſendus,cum per hoc nulli veritati catholicę obuiet. Non enim ad fidem catholicam ſpectant ea quæ ex facto nunc pendent,ſed ea quæ ex iure. Alioqui ſi ea ad fidem catholicam pertinerent. fieri oporteret neceſſario,vt eccleſia aliquando in fide deciperetur, quod nul- C lus ſanæ mentis vnquam admitteret, Non eſt ergo aliquis hæreticus cenſendus, niſi errorẽ in fide ſuſcipiat. Quapropter hæreticorũ fautores & defenſores, etſi aliquando hæretici nominẽtur, ſi tamen ſolas perſonas defendunt,& non errores,nõ ſunt hæretici cenſendi,pœnis tamen canonicis ſubiacebunt.

*Mat.*13. *Mat.*25.

Tertio, vt quis vere dici poſſit hæreticus(iuxta quorundam opinionem)requiritur,vt non prorſus totam deſerat fidẽ catholicam,ſed aliquẽ duntaxat,aut aliquos illus articulos. Nam ſi vniuerſam fidem deſereret,dicunt illi non hæreticum ſed apoſtatã eſſe appellãdum. Hanc ſentẽtiam docet Guido Carmelita in ſua ſumma de hæreſibus,qui hęreticum ab apoſtata hac ratione diſcernit,ꝙ hæreticus aliquẽ particularem fidei articulum deſerit,apoſtata verò toti fidei catholicæ contradicit. Eandẽ tuetur opinionem Ioannes de Turre Cremata,in ſumma eceleſiæ lib. 4. parte. 2. cap. 13. Idem docet Syluester de Prierio in ſua ſumma,in dictione,hęreticus. Et ego aliquando ita ſenſi,atque ita in prima huius operis æditione docuerã. Nam iſtorũ doctorũ veſtigia ſecutus in eandem in quã illi cecidi foueam. Nunc igitur profondius(vt opus erat)rem contẽplatus,deprehẽdi clariſsime illos & me erraſſe. Non eſt enim rationi conſentaneum,vt hæreticus hæreſes augendo,deſinat eſſe hæreticus. Quis ſanę mentis dicet hominem album,per albedinis additionẽ deſinere eſſe album: Si albedo reddit hominem album, neceſſarium eſt vt quo plus habuerit albedinis,eo albior fiat: tantum abeſt vt albus tunc deſinere eſſe poſſit. Si ob vnam tantum rem furto ſublatam,aliquis dicitur fur & latro,qui omnes aliorum poſſeſsiones furto ſurripuerit,multó iuſtius cenſebitur latro. Ad eũdem modum de hæretico mihi neceſſariò dicẽdũ videtur,vt ſi articulus vnus fidei deſertus ſufficit illius deſertorẽ reddere hęreticum,articuli omnes fidei deſerti efficiant illorum deſertorẽ,non ſolum hęreticũ ſed hæreticiſſimũ. Apoſtata igitur non eſt aliquid ab hæretico ſic ſeparatum,vt idem nõ poſſit eſſe apoſtata & hæreticus,prout præfati doctores ſentire videntur,ſed apoſtatæ nomen eſt velut ſpecies quædã infidelitatis ſub hęretici nomine contẽta. Omnis itaq; apoſtata eſt hæreticus,non tamẽ econtrario omnis hæreticus eſt apoſtata. Et hãc ſententiã docet B. Thomas,qui in ſecũda ſecũdę,q. 10. art. 5. ſolas tres dicit eſſe infidelitatis ſpecies,videlicet,Paganos,Iudæos,& hęreticos,& ſub hęreticorũ nomine cõtineri dicit,,quotquot à fide catholica quã ſe- D mel ſuſceperũt,quomodolibet recedũt. Et expreſſius id docet eodẽ lib. q. 12. art. 1. in reſpõſione ad tertium,vbi dicit ꝙ apoſtaſia non improbat aliquam ſpeciem infidelitatis,ſed quandã circunſtantiam aggrauantem. Eidem ſentẽtiæ ſubſcribit Guillermus Ocham prima parte ſuorũ dialogorum lib. 4. ca. 12.

Quod

Quod conſummatum facit hæreticum, eſt, ſi errori adiungas pertinaciam. Augu. contra Manichęos. Qui in eccleſia Chriſti morbidum aliquid prauumque quid ſapiunt, ſi correcti vt ſanum rectúmque ſapiant, reſiſtunt contumaciter, ſuáque peſtifera & mortifera dogmata emendare nolunt, ſed defenſare perſiſtũt, hæretici ſunt. Hæc Aug. Sæpenumero enim fit, vt quod ſemel vtcunque prodiderit definiendi temeritas, confirmet, imò augeat tuẽdi pertinacia. Quapropter optimè hæreticis dici poteſt id quod Dominus per Eze. prophetã dicit: Patres eorum præuaricati ſunt pactũ meũ vſque in diem hanc, & filii dura ceruice & indomabili corde ſunt, ad quos ego mitto te. Tãta eſt enim hæreticorũ pertinacia, vt ſępe non dubitent caput opponere gladio, ne à ſuo errore diſcedant: quibus bene illud Pauli conuenit: Si tradidero corpus meũ ita vt ardeam, charitatẽ autẽ non habuero, nihil mihi prodeſt. Pertinacia ſublata quantumlibet quis erret, nõ eſt dicendus hæreticus. Vnde Auguſtinus in epi. ad Glorium & Eleuſium, quæ eſt in volumine eius epiſtolarum. 162. Qui ſententiam ſuam quanuis falſam atque peruerſam nulla pertinaci animoſitate defendunt, præſertim quã non audacia ſuæ pręſumptionis pepeterint, ſed à ſeductis atque in errorem lapſis parẽtibus acceperint, quærũt autem cauta ſolicitudine veritatem, corrigi parati cum inuenerint, nequaquã ſunt inter hæreticos deputandi. Hæc ille. Si enim aliquis idiota qui apud ſe firma voluntate decerneret eam fidem amplecti ſemper quàm ei ſancta mater eccleſia inſinuabit, audiret ptædicatorẽ cui ſimplici animo afficitur, dicentẽ ſpiritum ſanctũ procedere à patre, non tamen à filio, & ei aſſentiret, non ideo hæreticus cenſendus eſt, quia etſi erret, non tamen ex malitia, cum paratus ſit eccleſiæ monẽti obedire. Ideo enim prædicatori credit, quia arbitratur prædicatorem ea dicere quæ à catholica eccleſia approbantur, non crediturus ſi aliqua ex parte illi innoteſceret prædicatorem à vera fide deuiaſſe. Vnde Aug. in lib. de Bap. cõtra Donatum. Si aliquis hoc idẽ ſentiat de Chriſto quod Fotinus opinatus eſt, & in eccleſia catholica baptizatur, & hoc credit eſſe fidem catholicam, nõdum dico eſſe hæreticum, niſi manifeſta doctrina catholicæ fidei reſiſtere maluerit, & illud quod tenebat, elegerit. Hæc ille. Imò non ſolũ hæreticus nõ eſt, ſed nec in hoc peccat, ignorantia eum excuſante, quoniam ſicut neſciebat, ita nec ſcire tenebatur. Non enim omnes æqua lege tenentur ad credendum. Plebi indoctæ ſatis eſt eos fidei articulos tenere, qui in Apoſtolorũ ſymbolo explicantur, paratæ ſuſcipere reliqua quæ ei eccleſia credẽda obtulerit. At nõ idem eſt in prælatis & prædicatoribus, quos ignorantia non excuſat, eo quòd tenentur ſcire ea quæ ad officium ſuũ pertinẽt, vt nihil prædicẽt quod non ſit eis perfectè exploratum, ideóque peccant ſi ignorant. Si tamen parati ſunt corrigi cum eccleſia aliud docuerit, quanuis peccant ignorantes quæ deberẽt ſcire, nõ tamen hæretici ſunt cenſendi magis, quàm indoctũ vulgus, eo quod pertinaces non ſunt. Pertinacem dicimus eum qui adeò tenaciter propriæ adhæret ſententiæ, vt eccleſiæ quantũlibet monenti paratus ſit reſiſtere. Quæ pertinacia etiam in his quæ ambigua ſunt, & vbi adhuc eccleſia nihil definiuit, tam peruerſa eſt, vt ea ſola ſufficiat hominem hæreticum reddere. Si quis enim credat ignem inferni eſſe ſimilem aut diſſimilem: huic quem apud nos hic cernimus, non cenſebitur hęreticus, eo ꝙ lis eſt adhuc ſub iudice. Quod ſi alterã partem tali animo amplectatur, vt quanuis eccleſia oppoſitam definiret, ſit paratus aduerſus eccleſiæ cenſuram partem ſuam tueri, hæreticus cenſendus eſt: non quia hanc aut illam ſententiam tuetur, quæ fortè vera eſt, ſed propter pertinaciam adiunctam, quæ hoc efficit, vt quoniam paratus eſt eccleſiæ aliud docenti reſiſtere, eo ipſo credit eccleſiam errare poſſe: quod hæreticum eſt. Cæterum circa ea quæ expreſſa ſunt, & extra omnem controuerſiam deducta, quæ ſcilicet per eccleſiam ſemel definita ſunt, hæc erit regula tenenda. Qui in his expreſſis & ſemel definitis repugnat & contradicit, etiam ſi dicat ſe paratum corrigi per eccleſiam aut per concilium, hæreticus cenſendus eſt: quoniam eo ipſo quòd eccleſiæ definitioni cognitæ cõtradicit, pertinax eſt. Nam etſi dicat ſe paratum corrigi, non tamen eſt ita. Quî enim fit, vt quis ſit paratus corrigi ab eo quem tunc manifeſtè oppugnat? Atq; ideo eccleſia nõ conſueuit, quæ ſemel definita ſunt, iterum in quæſtionem vertere. Quapropter qui eccleſiam definiſſe audit, obtẽperare debet. Quòd ſi repugnat, pertinax meritò cẽſetur, atq; ideo hęreticus. Vnde Gelaſius papa: Maiores noſtri diuina inſpiratione cernentes, neceſſariò præcauerunt, vt quod contra vnãquanque hæreſim coacta ſemel ſynodus pro fidei communione & veritate catholica & apoſtolica promulgaſſet, non ſineret nouis poſt hæc retractationibus mutari, ne prauis occaſio pręberetur, quę medicinaliter fuerũt ſtatuta, pulſandi: ſed autore cuiuſlibet inſaniæ ac pariter errore damnato, ſufficere iudicauerunt, vt quiſquis aliquãdo huius erroris communicator exiſteret, principali ſentẽtia damnationis eius eſſet obſtrictus. Sic Sabellium damnauit ſynodus, nec fuit neceſſe vt eius ſectatores poſtea damnarentur, ſed pro tenore cõſtitutionis antiquæ, qui vel prauitatis illius vel communionis extiterant participes, vniuerſalis eccleſia duxit eſſe refutandos. Sic Arrium. ſic Eunomium, Macedonium, Neſtorium, ſynodus ſemel geſta condemnans, vlterius ad noua concilia venire nõ ſinit. Hęc ille. Et Felix papa: Achatius nõ fuit noui vel proprii inuentor erroris, vt in eum noua ſcita prodirẽt, ſed alieno facinori ſuam cõmunionem miſcuit. Itaque neceſſe eſt vt in illam recideret iuſta lance ſententiam, quàm cum ſuis ſucceſſoribus per cõniuentiam ſynodalem ſuſceperat autor erroris. Hęc ille. Et Leo papa epi. 12. ſcribens Martiano Auguſto de his quę in concilio Chalcedonenſi tractanda erant, ſic ait: Per dominum noſtrum Ieſum Chriſtum qui regni veſtri eſt autor & rector, obteſtor & obſecro clementiam veſtram, vt in pręſenti ſynodo fidem quàm beati patres noſtri ab apoſtolis ſibi traditam prędicauerũt, non patiamini quaſi dubiam retractari: & quæ olim maiorum ſunt autoritate damnata, rediuiuis non permittatis conatibus excitati. Hęc Leo papa: Et epiſt. 52. eadem ſcribit Leoni Auguſto. Taceat ergo Lutherus, & erubeſcat cõcilii definitionem petere in rebus quę per multa concilia definitę ſunt. Nam cum conſtet eius errores ex officinis prodiiſſe Æriorũ, Lampetiariorum, Valdenſium, Vviclephiſtarum, Huſſitarum, quos plura concilia damnauerũt, quid nouas definitiones petit, vbi tot habentur antiquę? Scit tamen callidus ſerpens quid agat. Nam quia difficile

Auguſt. *Ezec. 2.* *1. Cor. 13.* *24. q. 3. di xit Apoſtolus.* *Auguſt.* *24. q. 1.* *Felix papa.* *Leo papa.*

ſperabat his temporibus propter ſimultates ingruentes concilium congregari poſſe, ad concilium appellat: cui, ſi congregaretur, minimè obtemperaturus eſſet. Ex hoc fuiſſe vafrum illius cõſilium, ipſe rei exitus poſtea apertiſſime declarauit. Nam Carolus Cæſar huius nominis quintus, videns Lutherum ad concilium appellaſſe, & inde ſperans congregato generali concilio Lutherum ſtatim ceſſurũ, anxia ſolicitudine egit apud ſummũ pontificem, vt generale celebraret cõcilium ad ſedandos hæreticorum tumultus, & pacem eccleſiæ reddendam. At Lutherus hoc perſpiciens, & timens ſe à generali cõcilio forre damnandum, continuo pòſt cœpit libellis editis concilio generali detrahere, dicens illud poſſe errare, ac proinde proteſtari ſe nunquam concilii definitioni obtemperaturum. Quibus verbis palã oſtendit hac ſola ratione ad concilium appellaſſe, quia credidit illud minimè congregari poſſe. Ecce quanta fuit Lutheri in ſua ſentẽtia pertinacia, vt totius generalis cõncilii definitioni nunquam obedire decreuerit. Nec mirũ quòd ſic tenaciter ſuo errori adhæreat, quoniam, vt ait Sapiens: Aquæ furtiuę dulciores ſunt. Nónne aquæ furtiuæ ſunt hæreticorum placita atque errores? Sic enim alibi dicitur: Aqua profunda, ſapientia in corde viri. Sed hæc furtiua eſt, cùm ſacræ ſcripturę autoritate vtitur contra intentionem & voluntatem ſancti ſpiritus, eiuſdem ſcripturæ autoris. Sed hæ, quoniam furtiuæ, dulcius eis ſapiunt, quàm ſi ab aliis mendicaſſent, atque ideo tenacius eis adhærent. Quilibet enim propriis magis delectatur inuentis quàm alienis. Hac ergo de cauſa monebat Iacobus apoſtolus, dicens: Si quis veſtrum indiget ſapiẽtia, poſtulet à Deo, q.d. Si ab alio quàm à Deo cupit, furtiuè habebit, quoniam omnis ſapientia à domino Deo eſt, & cum ipſo fuit ante æuum.

Prouer. 9 D

Prou. 18.

Iac. 1.

Eccleſ. 1.

Quòd dubius in fide, dicendus ſit hæreticus. Cap. 10.

DE eo qui pertinaci animo ſuum errorem tuetur, proximo capite diſſeruimus. Superest vt de eo diſſeramus qui nulli errori adhæret, ſed tantum in fide hęſitat, ita quòd anceps eſt & dubius ad quam partem ſe vertat, an talis meritò dici debeat hæreticus. Cui quæſtioni facile reſpondetur, ſi prius attendatur qualem oporteat eſſe fidem, vt fides meritò dici poſſit. Vt enîm aliquid fides verè appelletur, certitudinem exigit & firmitatem in eo qui eam tenet: Alioqui ſi certitudo aut infirmitas abſit, & ſcrupulus aliquis vrget, ea non fides ſed opinio aut dubitatio cenſebitur. Hac enim ſola ratione fides ſeparatur ab opinione, quod qui credit, tenaciter adhæret: à nullo impellitur vt eum in oppoſitam partem deflectere valeat. Qui autem opinatur, ſic accedit ſuæ ſententiæ, vt aliquãtulum hæſitet, & mobili intellectu aſſentiat. Quò fit, vt fides & opinio minimè in vnum coire poſſint: multo ergo difficilius coibunt fides & dubitatio, quum hæc magis pugnent inter ſe. Ideo apoſtolus Iacobus ait: Poſtulet autem in fide nihil hæſitans. Qui enim hæſitat, ſimilis eſt fluctui maris qui à vento mouetur, & circunfertur. Non ergo exiſtimet homo ille, quòd aliquid accipiat à domino. Colligitur ergo manifeſtè, eum qui dubitat, minimè credere. At in his in quibus oportet captiuare intellectum in obſequium Chriſti, nolle captiuari vt credat, eſt apertè pugnare aduerſus fidem. Eum autem qui aperto Marte fidei repugnat proximo capite oſtendimus eſſe hæreticum. Hęreticus ergo dicendus eſt, quiſquis dubitat ea quæ ad fidem ſpectant. Vnde Step. papa ait: Dubius in fide, infidelis eſt. Huic accedit, quod omnis in fide dubitans errat. At cum proximo capite oſtenderimus omnem qui pertinaciter errat in fide, hæreticum eſſe dicendum. conuincitur ergo manifeſtè vt omnis qui in fide dubitat, hæreticus etiam dicatur. Quòd in fide dubitãs erret, teſtimonio Auguſtini probatur, qui in Enchiridii cap. 17. ſic ait: Errare eſt approbare falſa pro veris, aut improbare vera pro falſis, aut habere incerta pro certis. Hæc ille. Eadem fermè verba repetit cap. 19. Ea quæ ad fidem pertinent, certiſsima ſunt. Quum autem illa quæ dubitantur, pro incertis teneantur, colligitur inde, eum qui in rebus fidei dubitat, errare: omnis autem pertinaciter in fide errans, hæreticus eſt: omnis ergo in fide dubitans, pari modo hæreticus cenſendus erit. Hoc etiam pluribus ſcripturæ teſtimoniis comprobatur. Nam poſt reſurrectionem cum dominus apparuiſſet diſcipulis, tempore quo Thomas ibidem non erat, quàm ob cauſam cùm credere idem Thomas noluiſſet, niſi prius miſsis manibus in fixuras clauorum, poſt dies octo dominus omnibus vndecim apparens, dixit Thomæ Infer digitum tuum huc, & vide manus meas: & adfer manũ tuam, & mitte in latus meum, & noli eſſe incredulus, ſed fidelis. Ecce hic dominus impingit Thomę incredulitatẽ & infidelitatẽ ob dubitationem quàm de reſurrectione eius habuit. Quod autẽ Thomas dubitauerit, teſtatur Gregorius in Homilia huius lectionis, dicẽs: Nunquid caſu geſtum creditis, vt electus ille diſcipulus tũc deeſſet, poſt autem veniens audiret, audiens dubitaret, dubitãs palparet, palpans crederet? Non hoc caſu, ſed diuina diſpenſatione geſtũ eſt. Egit nãque miro ordine ſuperna clementia, vt diſcipulus dubitãs dum in magiſtro ſuo vulnera palparet catnis, in nobis vulnera ſanaret infidelitatis. Hęc Gregorius. Et Cyrillus exponens eundem locum, libro ſcilicet. 12. Capite verò Commentariorum ſuorum. 59. ſic ait: Præ gaudio autem magis quàm infirmitate mentis dubitaſſe Thomam diximus, quoniam & de aliis dixiſſe Lucam nõ ignoramus. Adhuc autem illis non credẽtibus, & mirantibus prę gaudio. Verum cum viſus omnem dubitationis cauſam tollat, rectè Thomas ſtatim clamauit: Dominus meus & Deus meus. Hæc Cyril. Vides iam Thomam dubitãtem, quem ob eam ſolam cauſſam dominus incredulum appellat. Præterea cũ Petrus ex prẽcepto Chriſti ſuper aquas ad eum iret, cœpiſſétque mergi, auxiliũq; imploraret diuinũ, dictum eſt ei à domino: Modicæ fidei quare dubitaſti? Quòd exponens Theophylactus, ait: Non omnino autem dubitabat Petrus, ſed ſecũdum quid, hoc eſt, ex parte: nã iuxta id quod dubitauit, incredulus fuit, iuxta id autem quod clamauit: Domine ſerua me, curauit incredulitatem: ideo paruæ fidei dicitur, non incredulus. Hæc ille. Et Paulus in epiſtola ad Romanos commendans eis fidem Abrahæ, ait:

Auguſt.

Ioan. 20.

Greg.

Cyril.

Luc. 14.

Mat. 14.

Rom. 4.

A

B

In repro-

C In repromiſsione etiam Dei non hæſitauit diffidentia,ſed confortatus eſt fide.Ex quibus verbis manifeſtiſſimè oſtendit Paulus eum qui hæſitat, minimè fidem habere.Rurſum Theophylactus exponens illud ad Roma.1.Iuſtitia Dei in eo reuelatur ex fide,ſic ait:Cùm enim ea quibus à Deo donati ſumus, mortales nequeant cogitatione complecti,meritò nobis eſt fides hæc neceſſaria:quam ſi ſcrutari hæſitando cœperimus,omnium proculdubio patiemur iacturam.Hæc ille.Pro re ergo tam clara hæc ſufficiat adduxiſſe teſtimonia.Sunt tamẽ hæc quæ diximus,ad eum ſolum referenda,qui pertinaci animo dubitat,quomodo ſuperius diximus de eo qui pertinaciter diſſentit. Nã ſi quis dubitat aut ex infirmitate quadam,velut contingit in primis moribus,& in his qui à natura non habent vt ſint in qualibet re ancipites,& aſsiduis vrgeãtur ſcrupulis:aut ſi dubitat ex ignorãtia,quia ſcilicet neſcit tale aliquid pertinere ad fidem catholicam.paratus tamẽ vtroque euẽtu abſque vlla hæſitatione aſſentire, cùm fuerit ab Eccleſia monitus aut edoctus,non erit talis dicendus hæreticus,ac ideo nec excõmunicationi, nec cæteris pœnis canonicis erit ſubiectus.Quòd ſi adeò pertinaciter dubitat,vt Eccleſiæ docẽti nollet aſſentire,iam hæreticus eſt duplici ratione:& quia dubitat de his quibus integram fidem & firmam prę-ſtare tenebatur,& quia Eccleſiæ monẽti non credit:nam ex hoc ſuſpicio oritur eum opinari de Eccleſia quòd poſſit errare in fide:quod impium eſt.Verũm hic admonendum cenſui,quòd quanuis non liceat alicui de rebus quæ ad fidem ſpectant,dubitare,licebit tamẽ de earum intelligentia dubitare.Sæpiſſimè enim contingit,vt viri,quantumlibet docti & pii,circa plures ſacræ ſcripturæ locos hęreãt,dubitantes ſcilicet quidnam ſub illo verborum inuolucro lateat, quum tamen firmiſſimè credant verum eſſe quicquid verbis illis Deus nobis inſinuare voluit.Certiſſimè enim & abſq; vlla hæſitatione credũt ſenſum illius literæ verum eſſe:quis autem ſit verus illius literæ ſenſus,meritò dubitant. Ad hunc modum virgo deipara etſi annuncianti angelo futurum conceptum credidir,modum tamen quo id fieri
D poſſit,petit,& de eo dubitans,interrogat:Quomodo fiet iſtud,quoniam virũ nõ cognoſco? Illa ſiquidem virginis aut quæſtio,aut dubitatio nihil de eius integerrima fide minuit.Vnde beatus Ambro.exponens illud,ait:Quo ergo modo fieri poſſit vt Zacharias qui non crediderat,ſilentio condemnaretur Maria autem ſi nõ credidiſſet,ſpiritus ſancti infuſione exaltaretur?Sed neq; nõ credere Maria,neque tam temerè debuit vſurpare,nõ credere,ãgelo,vſurpare diuina,Neq; enim facile erat ſcire myſterium abſconditũ à ſeculis in domino,quod nec ſuperiores poteſtates ſcire potuerunt:& tamẽ non fidem renuit,nõ officium refutauit,ſed accõmodauit affectum,ſpopõdit obſequium.Etenim quum dicit,quomodo fiet iſtud,non de effectu dubitauit,ſed qualitatem ipſius quæſiuit effectus.Quanto temperatior iſta reſponſio,quàm verba ſunt ſacerdotis?Hęc ait:Quomodo fiet iſtud?ille reſpõdit:Vnde hoc ſciam? Hæc iã de negocio tractat:ille adhuc de iudiciò dubitat.Negat ille ſe credere qui negat ſcire, & quaſi fidei adhuc alium quærit autorem.Iſta ſe facere profitetur,nec dubitat eſſe faciẽdum,quod quomodo fieri poſſit inquirit.Hæc Ambro.Ad hunc etiam modum interpretandæ ſunt illæ ſcholaſticorũ Theologorum aſſiduæ quæſtiones,quibus quærunt,an Deus ſit vnus:num pluralitas illa perſonarum poſſit cõſtare vnitati eſſentiæ:vtrum ſpiritus ſanctus procedat à patre & filio.Non quòd ita eſſe dubitẽt, ſed vt modum,quo id eſſe poſſit,oſtendant:de quo modo non video quin aliquis citra hæreſis notã poſſit dubitare,modo id eſſe credat,ſicut virgo deipara de modo quo Deum cõceptura erat,dubitauit.Quęrunt etiam illa,& quęſtiones excitãt,vt exerceantur velut in palæſtra,vt promptiores poſtea inueniantur ad hæreticos debellandos,vt parati ſcilicet ſint reddere rationem de ea quæ in illis eſt fide. Aliter enim quærit Arrius an filius ſit patri per omnia æqualis,aliter quærit Thomas vel Scotus, aut alii Ca-
A tholici.Ille nanque quærit,quia non credit filiũ æqualem patri,quærit vt peruertat.Hi verò quærũt vt conuertãt,quærunt vt viam inueniant qua Arrianorum technas euadere poſſint:quærunt vt ad veram fidei cognitionem peruenĩãt.Hoc autem ita fieri admonet beatus Cyrillus,tantum abeſt vt prohibeat. Is enim lib.4.ſuper Ioannem cap.13.ſic ait:Probus auditor ac ſapiens,quæ intellexit,nulla intelligẽtia remoratus,mẽtis ea theſauro ſtatim commendabit.Si qua verò ardua videntur,ſæpe ac multum inueſtigans atq; interrogans tãdẽ aſſequitur,venatrices apprimè canes imitatus,quæ huc atq; illuc percurrunt feras quęrentes.Sic affectum eſſe ſapiẽtẽ propheticus quoq; ſermo denotat, dicens: Conquirens quære,& apud me habita,Quærendum enim ita ſemper eſt,vt apud eum habitemus,& ad alienas ſententias non deferamur.Hæc Cyrillus.Vides hic qualiter quærere admonet,verũ hoc fine,vt diſcant,vt veram fidem habeant,vt nõ ſeducantur,& ad alienas à Deo ſententias deferantur.Hæretici quærentes ſunt velut Nicodemus dicẽs,Ioannis tertio:Quomodo hæc fieri poſſunt?& Iudæi Capernaitę diſcipuli domini dicentes:Quomodo poteſt hic nobis carnem ſuam dare ad mãducandum?Hi quærunt quia non credunt:quod patet,quia abierunt retrorſum.Catholici quærentes quærunt velut virgo glorioſa, quæ credẽs quærit vt doceatur.Hæc ideo in medium ducere decreui,quod video quoſdam ſine cauſſa hoc ſcholaſticis doctoribus impingere,quod talia quærũt,in quibus hæſitare impium ſit,ac ſi quotieſcunque proponant aliquid per vtrum,credendum ſit eos in ea re dubitare,nutantemq; fidem habere. Abſit.Non attendunt quód licet effectum credãt,de qualirate effectus,& de modo quo id fiat, merito
B dubitare poſſunt.Dubius ergo in his quæ ad catholicam fidem ſpectant,hæreticus cẽſendus eſt,modò pertinaci animo dubitet,vt Eccleſia etiam monente & docente dubitare non deſinat.Alioqui ſi citra pertinaciam id faciat,hæreticus minimè dicetur:quum etiam ſi illo modo diſſentiret, nequaquã verè hæreticus appellari poſſet.

Theophy

Lucæ.1.

Ambro.

Cyrillus.

Eſa.28.

Ioan.6.

De quibuſdam cauſsis ex quibus hæreſes oriuntur. Cap. 11.

VT facilius hæreſibus obuiari poſſit,ne (ſicut dicit Apoſtolus) vt cancer ſerpant,cauſſas & radices à quibus oriuntur,oſtendere decreui,vt illis ſublatis cito hæreſes ſubmoueantur. Ad incolumi-

tatem ſiquidem recuperandam is primus eſt gradus, cognoſcere ſcilicet cauſſam à qua orta eſt mala valetudo, quoniam vt medici dicunt, difficilius illis morbis mederi poſſumus, quorũ cauſſæ latentes ſunt: his autem quorum cauſſæ patẽt, etſi graues admodum morbi ſint, facilius poteſt occurri. Prima omniũ hæreſum radix eſt illa quam Auguſt. dicit eſſe omnium malorum vnicam radicem: immodicus ſcilicet amor ſui. Nam hic Auguſtino teſte, ædificauit ciuitatem diaboli. Et Apoſtolus id clariſſimè in 2. ad Ti-
2. Tim. 3. moth. epiſtola exprimit dicens: Hoc autem ſcito, quia in nouiſsimis diebus inſtabunt tempora periculoſa, & erunt homines ſeipſos amantes, cupidi, elati, ſuperbi, blaſphemi, parentibus non obedientes, ingrati, ſceleſti, ſine affectione, ſine pace, criminatores, incontinentes, immites, ſine benignitate, proditores, proterui, tumidi, & voluptatum amatores magis quàm Dei, habentes ſpeciem quidem pietatis, virtutem autem eius abnegantes, &c. Cùm enim ibi Apoſtolus malorum chiliadem enumerare vellet, amorem ſui ante omnia præmiſit, vel hoc argumento oſtẽſurus cæterorum eſſe cauſſam. Sic enim Theo-
Theophi. phylactus locum illum, ſcilicet ſeipſos amantes, exponẽs ait. Statim malorum omnium cauſſam produxit in medium, quod ſuis quiſque magis proſpiciat quàm proximi commodis. Ei nanque qui ſui ipſius dũtaxat trahitur charitate, accidit ſæpe vt nec ipſe ſe amet. Et exponẽs illud verbum, cupidi, ait: Quum C
malorũ explicaſſet rationem, & ramos ſigillatim enumerat. Hæc ille. Ex hoc immodico ſui affectu oritur, vt ſua ſemper ſibi placeant, propriis inuentis delectẽtur, inde naſcitur obſtinatio & pertinacia, quæ portæ ſunt latiſſimę ad hæreſim inducendam. Prẽter hanc principem omniũ malorum radicem eſt alia peculiaris, omnibus tamen hæreſibus communis, gloriæ ſcilicet cupiditas. Hoc enim eſt hæreticis omnibus genuinũ, vt gloriam popularem captẽt, cupiántque ab omnibus pro doctiſſimis haberi. At quum via regia gradientes hoc aſſequi nequeant, deuia quæque requirunt vt ad ſcopũ perueniãt. Hoc ait Gre-
Grego. gorius exponens illud Iob. 6. Reſpondere quæſo abſque contentione. Neque enim, inquit ille, hæretici inquiſitionibus ſuis veritatem conantur aſſequi, ſed victores videri. Cúmque ſe foris oſtendi ſapientes appetunt, intus per ſtultitiam elationis ſuæ vinculis ligantur. Vnde fit vt contentionum certamina exquirant, & de Deo (qui pax noſtra eſt) loqui pacificè neſciant, atque ex pacis negocio rixæ inuentores
1. Cor. 11. fiant, quibus bene per Paulum dicitur: Si quis autem videtur eſſe contentioſus, nos talẽ conſuetudinem non habemus, neque Eccleſia Dei. Hęc Gregorius. Ex hac gloriæ cupiditate proximè oritur pertinacia nuſquam flexibilis, adeò etiam, vt quum in certamine ſuccubuerit, cedere tamen nolit. Malunt enim cuiuſcunque doctrinæ euerſionẽ, quàm fateri ſe victos, ne hac videlicet occaſione vel minima pars gloriæ quam captant, depereat. Vt autem non videãtur populo in certamine ſuccubuiſſe, apud quẽ & non apud Deum gloriam habere volunt, nihil intentatum relinquunt, adeò vt etiam ipſas ſacras ſcripturas, quas ſuis aſſertionibus apertè repugnare cognoſcunt, peruertant, deturpent, & mancas faciãt: non tantùm in alienũ ſenſum detorquentes, ſed radẽtes ex eis id quod propter clariſſimũ teſtimonium nullam
Euſeb. patiatur adulterinam expoſitionem. Hoc expreſſè aſſerit Euſebius Cæſarienſis feciſſe quondam Aſclepiodorum, Theodorum, Apollonidem, Hermophylũ, Artemoniſtas. Sic enim ait: Sed hæc faciũt, quia nec vicini facti ſunt fidei. Propterea & diuinas ſcripturas abſque vllo timore contemerant, & corrum-
Theophy. pentes eas emendare ſe dicunt, &c. Et idem de Neſtorianis dicit Theophylactus, exponẽs illud ad He- D
bræos ſecundo: Vt gratia Dei pro omnibus guſtaret mortem. Sic enim ait: Neſtoriani verò ſcripturam hanc Pauli deprauantes, non gratia Dei dicũt, ſed ſine Deo, id eſt, ſine diuinitate pro omnibus mortem guſtaret: vt quod ipſi peſſimè ſentiunt, Chriſto ſcilicet cruci affixo diuinitatem aſtruant non adfuiſſe, vtpotè quæ non ſubſtantialiter illi ineſſet, ſed affectione quadam vnita. Hæc Theophylactus. Cùm ergo ad hoc deuentum ſit, vt illud ſolum habeant aſylum, ſcripturas radere quibus cõuincendi erant, vel hoc argumento conuincitur, propriam eorum conſcientiam aduerſus eos pugnare, apertéque cognoſcere ſacram ſcripturam illis eſſe contrariam. Nam ſi non deprehenderent repugnantiam ſcripturarum manifeſtam, nunquam ſcripturas raderent, quas aliquo pacto in ſuũ ſenſum trahere poſſent. Quare ergo non fatentur veritatem? Quare non cantant palinodiam cùm ſcripturam deprehẽderint quæ ad hoc
Galat. 2. faciendum eos cogat? Nil certè obſtat niſi illa quã diximus gloriæ cupiditas: Dicunt enim apud ſemetipſos illud Pauli: Si enim quæ deſtruxi, iterum hæc ædifico, præuaricatorem meipſum conſtituo. Quę ſi dici poſſent in eos qui reſipiſcentes veritatem, quàm prius oppugnabant, prædicãt, in ipſum Paulũ primitus dicerentur, in quo Eccleſię Chriſti magnificabant Deũ, audientes quòd euangelizaret fidẽ quàm aliquãdo vaſtabat. Non enim poſſibile eſt vt ab errore ad veritatem, aut à graui peccato ad gratiam ſine A
pœnitentia tranſeatur: quàm qui facere erubeſcit, hoc agit, vt dum erubeſcit corrigere errorem, nõ eru-
Eccle. 4. beſcat permanere in errore: quod magis erubeſcẽdum erat. De quo optimè dicitur per Eccleſiaſticum: Eſt confuſio adducens peccatum, & eſt confuſio adducens gloriam. Confuſio adducit peccatũ, cũ erubeſcit quiſque prauam mutare ſententiam, ne aut inconſtans putetur, aut diu erraſſe ſe iudice teneatur. Confuſio autem adducit gratiã, cũ erubeſcẽs de proprio errore, pœnitendo ad lumen veritatis ſe tranſfert. Ideo Apoſtolus volens Philippenſibus perſuadere veram fidei vnitatem, primum quod eis ſuggerit, eſt vt ab omni inani gloria fugiant, quòd hæc plurimum veræ fidei poſſit obeſſe. Sic enim ait? Vna-
Philip. 2. Auguſt. nimes idipſum ſentientes, nihil per contentionem, neque per inanem gloriã. Vnde Auguſt. in libro de vtilitate credendi: Hæreticus eſt qui pro alicuius temporalis commodi & maximè gloriæ principatúſq; ſui gratia, falſas ac nouas opiniones gignit vel ſequitur. Hæc ille. Quibus verbis Auguſt. magis hæreſis cauſſam quàm definitionem explicat. Nam qui cupidus eſt gloriæ, quid pro hac aſſequenda facere non audebit? Ad illam metam omnes greſſus dirigit, ad hoc loquitur, pro hac re ſcribit, hac de cauſſa cõtentionem excitat. Quòd ſi iam alia non patet via vt videatur, vt digito monſtretur, vt vocetur ab hominibus rabbi, nouam oportet confingat doctrinam, vt rei nouitate alios in admirationem trahat. Qua de cauſſa videntur mihi hæretici ſimiles illi, qui eò quòd obſcurus eſſet, nec potens vt rebus magnificè geſtis me-

ſtis memoriam ſuis poſteris relinqueret, peſsimo facinore clarum ſe futurum ſperauit atq; ideo templũ Dianæ Epheſinæ, mirabili opificio extructũ igni ſuccendere tentauit, quod & fecit. Sunt enim ſæpiſſime maiores hominibus vires ad vitium, quàm ad virtutem. Sic enim hæreticis contingit, qui cum in vera fidei regula manẽtes obſcuri fuiſſent omnino, Eccleſiam Dei inuadere, & igni ſuccẽdere nõ erubeſcunt, vt inde clariſſimi euadãt, Qua de cauſſa iuſtum eſt vt eaſdem pœnas luant, quas aduerſus illũ clariſſimũ facinoroſum fuiſſe decretas hiſtorię produnt: ne. ſ. ſcriptor qui illud facinus memorię commendaret, vllam de homine illo faceret mentionem, nomenq; illius nulli memoriæ mandaretur. Sicq; euenit vt in eo puniretur, quod ei peccati mareriam ſuggeſſerat, Hoc etiam modo Eccleſia ſpiritu Dei afflata diſponit vt hęreticorum libri igni comburendi tradantur. Iuſtũ eſt enim vt eam gloriã inanem quæ tanti facinoris genitrix & parens eſſe dignoſcitur, libris combuſtis deperdat: nec ſit vnquam qui eorum libros legat, vt eis neglectis, nõ ſit à quo gloriam captare poſſint, quam vnicè cupiebãt. Ideo de eis dici poteſt illud Pauli ad Rom. Euanuerunt in cogitationibus ſuis. Verum obſtabit aliquis hãc pœnam minimè eſſe infligẽdam, hac ratione, quòd illa punitio magis obeſt fidelibus qui libris hæreticorum carentin quibus etſi ſint aliqua errata, ſunt tamẽ alia multa egregiè dicta, quæ vix apud alios fideles reperiantur, quibus iniuſtum eſſet carere, Cui reſpondemus, quòd timẽdũ eſt ne amore eorũ, quæ hæretici bene dicunt, allecti lectores, in ſubſcriptionem trahantur cæterorum peruerſe dictorũ. Quaproprer Eccleſia à ſpiritu ſancto edocta ſatius exiſtimat vtroque carere, quàm vtrũque glutire. Sic etiã legimus apud Lucam, quòd cum dæmonia à corporibus hominum Chriſti virtute eiecta clamarent & dicerent: Quia tu es filius Dei, Chriſtus increpans non ſinebat ea loqui. Nònne vera dicebant? Vt quid ergo prohibet? Certè ne hac occaſione iterum eis falſa dicentibus crederetur. Sic enim ait Beda: Quare autẽ dæmonia dominus de ſe loqui prohibeat, Pſalmiſta manifeſtat, qui ait: Peccatori autẽ dixit Deus, quare tu enarras iuſtitias meas per eos tuum? ne quis dum prædicantem audit, ſequatur errorẽ. Improbus enim magiſter eſt diabolus, qui falſa veris ſæpe permiſcet, vt ſpecie veritatis teſtimonium fraudis
C obtexat. Hęc Beda. Si ergo dominus illa occaſione prohibet dæmonia clamantia, quid obſtat vt Eccleſia dæmoniorum progeniem prohibeat ſcribentem? Nònne æquè ſcripturæ poſſunt obeſſe vt voces? imò multo magis. Nam etſi verbum efficacius ſit, tamẽ quum euolauerit, reuocare nequis: ſcriptura verò per multa ſecula durat, atq; ideo pluribus aut obeſſe aut prodeſſe poteſt. Iuſtè ergo Eccleſia iſtorũ ſcripturas vetat, & diſcerpit ſi haberi poſſint, ſicut Chriſtus illorum verba prohibuit, etſi vera erãt quæ ab illis dicebantur. Ita etiã hæretici etſi multa vera & ſubtilia differenr, tamen falſa admixta aliis veris fidem derogant. Vnde Greg. lib. 5, moralium exponens illud Iob: Et venit ſuper me indignatio, ſic ait: Habent quippe hoc hæretici proprium, vt malis bona permiſceãt, quatenus facile ſenſui audiẽtis illudant. Si enim ſemper praua dicerent, citius in ſua prauitate cogniti, quod vellent minimè perſuaderẽt. Rurſum ſi ſemper recta ſentirent, profectò hæretici non fuiſſent. Sed dum fallẽdi arte ad vtraq; deſeruiunt, & ex malis bona inficiũt, & ex bonis mala vt recipiantur, abſcondunt: ſicut qui veneni poculum porrigit, ora poculi dulcedine mellis tingit, dumq; hoc quod dulce eſt, primo attactu delibatur, etiã illud quod eſt mortiferum, indubitantet abſorbetur. Itaque hæretici permiſcent recta peruerſis, vt oſtendendo bona, auditores ad ſe trahant, & exhibendo mala latenti eos peſte corrumpãt. Hactenus Grego. Prudenter ergo Eccleſia timens hæreticorum libros prohibet, ne id eueniat quod Sapiẽs ait: Qui tetigerit picẽ iniquinabitur ab ea. Quòd ſi aliqua fortè ſunt quæ ſubtili indagatione apud eos digeſta reperiãtur, ea ſatius erit ab aliis orthodoxis requirere, quàm ab hæreticis. Quòd ſi adhuc talia ſunt, vt apud neminem orthodoxum inueniantur (quod vix credam) ea tamen ſemper mihi erunt ſuſpecta, quòd à tali homine. ſ. hæretico dicta. Sic enim refert Diogenes Laertius in lib. de vitis philoſophorũ, quòd cũ
D ab Ariſto. percontaretur quiſpiam quam mercedem haberet mendax, reſpõdiſſe eundẽ ait: Vt cùm vera, inquit, dicat, nulla ei præſtetur fides. Cúm ergo hęreticus ſemel aut iterum in hæreſi deprehẽdatur, quî fit vt poſtmodum fidatur ei? Non eſt ergo æquum vt ſacræ ſcripturæ expoſitionem ab hæreticis recipiamus, cum eam aliàs contemeraſſe comperimus. Nõ auderes cibum corporeũ ſumere ex illius manu qui ſemel aut iterum venenũ propinauerit, & vis doctrinã fidei ab hæreticis ſumere, qui toties dogmata venenoſa miſcuerunt? Nullus vnquam ab inimico ſuo aut domini ſui cibum recipit, nullus miles ab hoſtibus regis ſtipendium captat, niſi planè deſertor & transfuga. Mulier illa apud Lucã dragman quærens, intra domum quærit, non extra. Sic etiam intra Eccleſiam quærẽdum eſt ſi quid inuenire cupis quod ad verã fidem pertineat. Qui panes petit apud Lucam, vicini ianuam pulſat, non alicuius extranei. A vero Chriſtiano quærenda eſt vera doctrina. Vicini ſiquidẽ omnes Chriſtiani ſunt, intra vnãeandemq; ciuitatem commorantes. Ab hæreticis autem, quòd extranei ſunt, nihil petendum. Si cũ his (vt dicit Paulus) non licet nec cibum ſumere, multo minus licebit ab eis cibum petere. Adde quód hęretici non habent ius ſacras literas interpretandi, nec ad eos quouis pacto ſpectat de eis differere. Nam cum filii non ſint quibus hæreditas in teſtamento legata ſit, nullum prorſus habent ius inſpiciendi teſtamenti paterni, quod ſacra eſt ſcriptura. Si non erit hæres filius ancillæ cum filio liberæ (vt ait Apoſtolus (multo minus erit hæres alienigena cum filio liberæ. Si ancilla cum filio ſuo eiicienda eſt, ſcilicet ſynagoga, multo fortius eiicienda erit Eccleſia malignãtium cum filiis ſuis, ſcilicet hæreticis. Excluſis
A ergo hæreticis à teſtamento paterno, neque etiam illi ius habebunt inſpiciendi teſtamenti. quod eſt ſacra ſcriptura. Si ergo non habent ius inſpiciendi, quî fit vt habeãt ius interpretandi? Nullo ergo modo ab eis licebit ſacræ ſcripturæ interpretationem recipere, niſi aliunde haberi poſſit. Vnde Tertullianus in libro de præſcriptionibus hæreticorum, ait: Non Chriſtiani nullum ius capiunt Chriſtianarũ literarum, ad quos meritò dicendum eſt: Qui eſtis, quãdo & vnde veniſtis? Quid in meo agitis, nõ mei? Quo denique Marcion iure ſyluam meam cædis? Qua licentia Valentine fontes meos tranſuertis? Qua

Luc. 4. *Beda.* *Pſal. 49.* *Iob. 3.* *Grego.* *Eccle. 13.* *Luc. 15.* *Luc. 11.* *1. Cor. 5.* *Galat. 4.* *Tertul.* *verſus Homeri.*

poteſtate Apelles limites meos commoues? Quid hic cæteri ad volũtatem veſtram ſeminatis & paſcitis? Mea eſt poſſeſſio, olim poſſideo, habeo origines firmas, & ipſis autoribus quorum fuit res. Ego ſum hęres apoſtolorum: ſicut cauerunt teſtamento ſuo, ſicut fidei cõmiſerunt, ſicut adiurauerunt, ita teneo. Vos certè exhæredauerunt ſemper & abdicauerunt, vt extraneos & inimicos. Vnde autem extranei & inimici apoſtolis hæretici, niſi ex diuerſitate doctrinę, quã vnuſquiſque de ſuo arbitrio aduerſus apoſtolos aut protulit, aut recipit? Illic igitur & ſcripturarum & expoſitionum adulteratio deputanda eſt, vbi diuerſitas inuenitur doctrinæ. Hæc Tertullianus. Verùm quia ex occaſione nobis oblata paululum digreſſi ſumus, opus eſt ad primum intẽtum noſtra reuocetur oratio. Ex illa ergo peſsima radice, gloriæ ſcilicet cupiditate, ſicut oritur pertinacia, ita & iudicii fallacia, vt propter peccatũ Deus permittat eos in errorem duci. Sic enim dicit Eſaias: Excęcauit oculos eorum, & indurauit cor eorum, vt non videant oculis & intelligant corde. Lumen veritatis, teſte Gregorio, elatis mentibus abſcõditur, & omne peccatum cæcitas quędam eſt mentis, iuxta illud: Malitia eorum excęcauit eos. Et alibi dicitur: Ambulabunt vt cæci, quia domino peccauerũt. Et de ſuperbis dicitur per Apoſtolum ad Rom. Obſcuratũ eſt inſipiens cor eorum, dicentes enim ſe ſapientes, ſtulti facti ſunt.

Eſa 6. *Sapien. 1.* *Sopho. 1.* *Roman. 3* *Epheſ. 4.*

B

Beatus Anſelmus exponens illlud Pauli ex epiſtola ad Ephe. Vt non circunferamur omni vento doctrinæ in nequitia hominum, ſic ait: In nequitia hominum, dixit: quia hæreſis non eſt niſi in anima ſubdita peccatis: quia peccata commiſſa ſunt cauſſæ, vt Deus permittat eos errare in barathrum hæreſis. Hæc ille.

Adde quòd nõ propter ſolam iniquitatem propriam permittit Deus hominem decipi, ſed etiã propter peccatum interrogantis aut diſcentis, doctorem alioqui bonum Deus permittit falli, vt inquirentem iniquum decipiat. Sic enim legimus apud Ezechielẽ prophetã: Et factus eſt ſermo domini ad me dicens: Fili hominis, viri iſti poſuerunt immunditias ſuas in cordibus ſuis, & ſcandalũ iniquitatis ſuæ ſtatuerunt cõtra faciem ſuam. Nunquid interrogatus reſpondebo eis? Propter hoc loquere eis, & dices ad eos: Hæc dicit domin⁹ Deus: Homo homo de domo Iſrael, qui poſuerit immũditias ſuas in corde ſuo, & ſcandalum iniquitatis ſuæ ſtatuerit contra faciẽ ſuam, & venerit ad Prophetam interrogans per eum me: ego dominus reſpõdebo ei in multitudine immunditiarum ſuarum, vt capiatur domus Iſrael in corde ſuo, quo receſſerunt à me in cunctis idolis ſuis. Propterea dic ad domũ Iſrael, Hæc dicit domin⁹ Deus: Cõuertimini, & recedite ab idolis veſtris, & ab vniuerſis cõtaminationibus veſtris auertite facies veſtras? quia homo homo de domo Iſrael, & de proſelytis quicunque aduena fuerit in Iſrael, ſi alienatus fuerit à me, & poſuerit idola ſua in corde ſuo, & ſcandalum iniquitatis ſuæ ſtatuerit contra faciem ſuam, & venerit ad Prophetam, vt interroget per eum me: ego Dominus reſpõdebo ei per me, & ponam faciem meam ſuper hominem illum, & faciam eum in exemplum & in prouerbium, & diſperdã eum de medio populi mei, & ſcietis quia ego dominus. Et Propheta quum errauerit, & loquutus fuerit verbũ, ego dominus decepi Prophetam illum: & extẽdam manum meam ſuper eum, & delebo eum de medio populi mei Iſrael: & portabunt iniquitatem ſuam. Iuxta iniquitatem interrogãtis, ſic iniquitas Prophetæ erit. Hæc ibi. Ex quo ſcripturæ loco apertè colligitur populo iniquo propter ſua demerita hæreticos doctores à Deo dari, vel, vt verius dixerim, permitti. Quod fortè hoc noſtro tempore euenit in partibus Germanię, quibus factus eſt Lutherus Propheta falſus & pſeud' apoſtolus. Nã illorum manifeſta ſunt opera carnis, quorum Deus vẽter eſt, atque ita gloria eorum qui terrena ſapiebant, verſa eſt in confuſionem. Quapropter eueniſſe oportebat quod dominus per Prophetam minatus eſt, vt videlicet iuxta inquitatem interrogantis, iniquitas prophetæ fuiſſet. Quòd ſi ab errore auocandi ſunt, non patet via, niſi quam Dominus oſtendit, ſcilicet conuertantur à via ſua mala, & malè actorum eos pœniteat, vitamq́, commutent in melius. tandem ſi dominum orauerint vt eis veritatem oſtendat, promiſſionem ſuam implebit, qui dixit: Petite & accipietis, pulſate & aperietur vobis. Quòd ſi tãtùm obeſt prophetæ, peccatum interrogantis, vt cauſſa ſit deceptionis illius, quantum putas oberit peccatũ ipſiúſmet doctoris? Erit ergo ſine vlla dubitatione cauſſa efficaciſſima, vt ſæpe in ſacris literis cõniueat, erretque. Si ergo hæretico literas ſcienti ſacra ſcriptura offerretur, dicere deberet, neſcio literas. Verúm cũ gloriæ cupiditate ducatur. nunquã ignorãtiã fatebitur, imò potius dicens ſe eſſe ſapientem, in inſipientia ſua deprehẽdetur. Hos tales per Eſaiã prophetã dominus irridet, dicẽs: Me etenim de die in diem quærunt, & ſcire vias meas volunt, quaſi gens quæ iuſtitiã fecerit, & quæ iudicium Dei ſui nõ dereliquerit. Quibus verbis apertè dominus inſinuat nec illum inuenire, nec vias eius ſcire poſſe, qui iuſtitiã non fecerit, aut iudiciũ Dei ſui dereliquerit. Hoc idem apud Matthæũ expreſsius Chriſtus dicit: Progenies viperarum, quomodo poteſtis bona loqui, quum ſitis mali: Ex abundantia enim cordis os loquitur. Quò fit, vt vel hoc argumento perſuadeamus, ſanctis viris, qui per fidẽ vicerũt, regna operati ſunt iuſtitiam, adeptiq́; ſunt iam repromiſsiones, eſſe magis credendũ, quàm aliis etſi multo doctioribus, quorũ vita non eſt tot argumẽtis probata: quoniã, vt dicit Eccleſiaſticus: Anima vnius ſancti viri enunciat aliquando vera magis quam ſeptem circunſpectores qui ſedent in excelſo ad ſpeculandum. Hoc etiam argumento probatur ſacræ ſcripturæ expoſitionem nõ eſſe ab hæreticis recipiẽdam, niſi alia via eius interpretationem veram eſſe cõſtiterit. Quid enim ſcimus an demeritis hæretici exigentibus Deus illum ibidem, vt in cæteris errare permiſerit? Vt ergo non fallamur, oportet vt iuxta Iacobi conſilium ſapientiam à domino poſtulemus, nihil hæſitantes in fide: deinde eos conſulamus viros qui ab Eccleſia tam vita quàm ſcientia probati ſunt. Hæretici autem minimè conſulendi ſunt, quoniam ſuſpecti multis nominibus haberi debent, primum quia ſemel in mendacio deprehenſi fuerunt, deinde quia peccatis ſunt obuoluti, propter quæ Deus illos in ſcripturis errare permittit, aliterque quã oportet illas interpretari. Vnde Gregorius lib. 20. moralium exponens illud Iob: Qui rodebant in ſolitudine,

Eſa. 58. *Matth. 12.* *Eccle. 37.* *Iacob. 1.* *Iob. 3.* *Grege.*

C

D

tudine,&c.ſic ait: Rodi ſolet quod comedi non poteſt,hæretici autem quia ſcripturam ſacram intelligere ſua virtute moliũtur, eam proculdubio apprehendere nequaquam poſſunt,quam dum non intelligunt,quaſi non edunt. Et quia per ſupernam gratiam non adiuti,hanc comedere nequeũt, quaſi quibuſdam illam niſibus rodunt. Exterius quippe illam contrectant,cum quidem conantur,ſed nõ ad eius
A interiora perueniunt. Qui quia ab vniuerſalis Eccleſiæ ſocietate diſiuncti ſunt,non quolibet loco rodere,ſed in ſolitudine memorantur. Hactenus Gregorius. poſt hanc gloriæ cupiditatem omnibus hæreticis communem,peculiaris deinde cuiuſlibet hæreſis cauſa ſuccedit. Hoc autem erit vitium cuilibet hæretico peculiare: illud nempe in quod à natura quiſque procliuis eſt. Ineſt nanque ſingulis hominibus à natura pronitas quædam ad aliquod vitium,etſi non omnibus ad idem. Quidam genuinam habent cupiditatẽ,alii ad carnis illecebras ſunt proni,alij rurſum honores appetunt, primos accubitus deſiderãt. Quum autem affectio (vt Ariſtoteli placet) ad ſe trahat iudicium rationis, fit vt in eandem ſententiam manibus (vt dicitur) ac pedibus ſæpe eat intellectus,in quam eum direxerit voluntas,vel in quam partem ſenſerit voluntatem flecti. Hinc illæ philoſophorum ſectæ emanarunt in diuerſis valde inanibus atque fallacibus rebus felicitatem humanam conſtituentes. Illud quiſque optimum exiſtimabat, quod magis apperebat iudicio cedente volũtati. Quòd ſi fortè intellectus non approbet id quod voluntatem appetere cognoſcit, tamen id approbare ſe ſimulat, quò facilius occultetur, vel ſaltem adumbretur vitium quo laborat: vt ſi fortè in hoc vel in illo vitio deprehenſus fuerit,hoc pallio cõtegatur,quod ignorans fecit. Cuius ignorantiæ vel hoc eſſe poterit argumẽtum,quod ſæpe teſtatus ſit illi rei nullum ineſſe crimen: mallet nanque ignorantiæ nota inuri,quàm re illa carere cui iam ſe vendicauit. Hoc enim experientia cognoſcimus, & fama quam ex hiſtoriis habemus, neminem videlicet vnquam vitium illud
B probaſſe cui hominis complexio repugnaret: aut virtutem illam inſectatum fuiſſe, ad quam à natura pronus fuiſſet. Eſt quidam fortè graue admodum reputans alterius voluntati ſubeſſe, & durum exiſtimat ex alterius pendere arbitrio: hinc euenit vt obedientiæ iugum, quod ſemel ſuſceperat excutiat, & inde ad vlteriora progrediatur,vt obedientiam ipſam inſectetur,monachatũ conuitiis afficiat &ſcommatis: vt errorem ſuum hoc pallio tegat, quod ſcilicet ab aliquo quem putabat ignominioſum & irreligioſum locum,ſe exiſſe aliis oſtẽdat. Huius rei tot ſunt apertiſſima exempla,vt enarrare pigeat. Quòd ſi aliquis pecuniam immodicè cupiat, ex impotenti & effrenata huius rei adhæſione fit vt pro illa acquirenda omnes conatus adhibeat, omnémque (vt dicitur) moueat lapidem, nihil intentatum relinquat quod huiuſmodi rei poſſit vel in modico ſuffragari: adeò vt illuc etiam, ſi opus fuerit, ſacras trahat literas. Diogenes Laertius refert Menippum quendam philoſophum laqueo ſe ſuſpendiſſe propter pecuniam inſidiis ereptam. Vide quãtus rei præceſſerat amor,cui tantus poſt deperditã ſucceſserit dolor. Quid non tentaſſet,qui ſeipſum interimere non dubitauit? Quid etiã non effeciſſet,qui Deum vendere non abhorruit? Nónne ex hoc fonte ille etiam error à Chriſto reiectus,quo Phariſæi docebant Iudæos,meliũs eſſe aliquid in templo offerre,quàm parentibus egentibus diſtribuere? Nec in his diutius immorari oportet,quum id apertiſſimè explicet Paulus in prima ad Timotheum epiſtola,dicens: Qui volunt diuites fieri,incidunt in tentationem,& in laqueum diaboli,& deſideria multa inutilia & nociua,quæ mergũt homines in interitum & perditionem. Radix enim omnium malorum cupiditas,quam quidam appetentes errauerunt à fide,& inſeruerunt ſe doloribus multis. Hæc ibi. *Matth.25* *1.Timo.6*

Et beatus Gregorius exponens illud Iob: Radix iuniperorum erat cibus eorum,ſic ait: Quid per radicem iuniperi niſi auaritia deſignatur,ex qua peccatorum omniũ ſpinæ producũtur? De qua per Pau- *Iob.30.*
lum dicitur: Radix omnium malorum eſt cupiditas. Ipſa quippe latenter oritur in mente, ſed punctio- *Grego.*
C nes peccatorum omnium patenter producit in opere. Quas videlicet punctiones ab hac radice ſurgentes ſtatim prædicator egregius inſinuat: cum ſubdit: Quam quidam appetentes errauerunt à fide & inſeruerunt ſe doloribus multis. Qui enim multos dolores dixit, quaſi naſcentes innotuit ex hac radice pũctiones. In iuniperis ergo peccata,in radice verò iuniperorum quid aliud quàm auaritiam,id eſt materiam intelligimus peccatorum? Quia igitur plerunq; hæretici ſola in verbis ſuis exteriora lucra ſectãtur,nec ignorant quia peruerſa aſtruũt,ſed erroris prædicamenta non deſerunt,dum ſumptus percipere quaſi doctorum volunt,bene de eis ſancti viri nunc voce dicitur: Et radix iuniperorum erat cibus eorum: Quia dum totis mentis ſuæ ſenſibus auaritiam cogitant,quaſi eo alimento veſcuntur,de quo naſci proculdubio peccatorum ſequentium punctiones ſolent. Hactenus Gregorius.

De illecebris verò carnis quod illę ſint hæreſum radices,teſtatur Paulus in epiſtola ad Roma. Rogo *Rom.16.*
autem vos fratres vt obſeruetis eos qui diſſenſiones & offendicula, præter doctrinam quam vos didiciſtis,faciunt,& declinate ab illis,huiuſmodi enim Chriſto domino non ſeruiũt,ſed ſuo ventri. Et Theo- *Theophy.*
phylactus ibi: Ex hac igitur ventris ingluuie & vitiorum ſeruitute omnes eruperunt hæreſes. Et iterum *Phil.3.*
ad Philip. ſcribens,eandem ſentẽtiam refert: Imitatores mei eſtote fratres. & obſeruate eos qui ita ambulant ſicut habetis formam noſtram, multi enim ambulant quos ſæpe dicebam vobis, nunc autem & flens dico,inimicos crucis Chriſti, quorum finis interitus, quorum Deus venter eſt, & gloria in confuſionem ipſorum,qui terrena ſapiunt.

Quod carnis illecebræ obtundant intellectum ne ſecreta fidei myſteria, carnalis homo intelligere
D poſſit,apertè docet Eſa. ſic inquiens. Quem intelligere faciet auditum? Cui quæſtioni ipſe Propheta re- *Eſa.28.*
ſpõdẽs,ait. Ablactatos à lacte, auulſos ab vberibus,hoc eſt, à carnis deliciis ſeparatos. Si hos ſolos Deus intelligere facit myſteria fidei quæ illis dicuntur, ergo qui non ſunt ablactati à carnis illecebris non intelligent quæ audierint.

Huius rei plurima ſunt exempla. Ex hoc fonte prodiit Cherintus carnis delicias ſperans in illa promiſſa beatitudine. Ex hac radice Adamitarum & fratricellorum eõuenticula. Ex eadem radice hęreſis

illa promiſcuum vagumque concubitum hominibus indulgens. Hinc illa Ærianorum hæreſis, ieiunia prorſus reiiciens, nulliuſque eſſe valoris aſſerens. Inde alia hæreſis Iouiniani matrimonium æquans virginitati, aliæque id genus plures quæ ſuis locis narrabuntur. Cæterũ de ambitione quis neſcit eam multarum hæreſum parentem? Nam ſicut naſcente mundo initiũ omnis peccati fuit ſuperbia, ita renaſcente eodem per Chriſtum, initiũ omnis hæreſis fuit etiam ſuperbia. Quid enim aliud Simonem Magum impulit (nam hũc primum fuiſſe hæreticum tradit Euſeb. Cæſarienſis) vt pecuniã offerret pro qua donum Dei poſſideret, niſi ſuperbia? Quum vidiſſet autem Simon (inquit Lucas in actibus Apoſtolorũ) quia per impoſitionem manus Apoſtolorum daretur ſpiritus ſanctus, obtulit eis pecuniam, dicẽs: Da te & mihi hanc poteſtatem, vt cuicunq; impoſuero manus, accipiat ſpiritum ſanctum. Niſi enim glorię & honoris appetitu ducerẽtur Simõ, ſuffeciſſet illi pro ſe petere ſpiritum Dei. Sed quia parum æſtimabat poſſidere, niſi & hoc aliis eſſet notum, ideo poteſtatem communicandi petiit, vt vel hac occaſione plures ad illum pro impetrando Dei dono confluerent, pluréſque illũ venerarẽtur tãquã Deũ, quo maximè optabat, vt rei euentus oſtendit. Nam & ſe populo pro Deo mentitus eſt, & à populo decepto honores diuinos accepit, vt beatus Iuſtinus martyr refert in Apologetico, quem pro fide noſtra ad Imperatorem Antoninum ſcribit. Hoc fermè tempore fuit Theobutes quidam de quo Euſeb. in Eccleſiaſtica hiſto. refert, quod quia repulſam meruit epiſcopatus, ipſe cœpit initio perturbare omnia & corrũpere, erátque ex ſeptẽ hæreſibus in populo Dei cõſtitutis. Et de Ærio quodam narrat Auguſtinus in li. de hæreſi, quod ambiens epiſcopatum quem obtinere nõ potuit, vt par nihilominus epiſcopis videretur, aſſeruit ſacerdotes pares eſſe epiſcopis. Ex hac radice prodierunt poſtmodum Vviclephitæ, Huſsitæ, & fortè noſtro tempore Lutherani, qui eò quòd ad epiſcopatus dignitatem peruenire non poterant, ne in aliquo epiſcopis minores eſſe viderentur, epiſcopos curarunt reliquis omnibus ſacerdotibus pares efficere. Sufficient arbitror pro huius rei comprobatione hæc manifeſtiſſima exempla, ex quibus apertè oſtenditur hæreſes quę circa mores verſantur, eos habere inuentores, qui in vitia illa à natura ſunt procliues: quæ quoniam ſæpe in illis labuntur, fit vt intellectus cedat volũtati, & id iudicet eſſe bonum, cui voluntas effrenatè adhæret: id etiam malum, à quo voluntas diſcedit. Cum enim eadem virtus duo habeat oppoſita vitia, ſi in alterum eorum quiſpiam à natura ſit pronus, nuſquam id fiet vt alterum illi oppoſitum probaſſe reperiatur. Fuêre inquam qui omnem coitum damnarent, nec tamen defuêre qui omnem coitum admitterent atque probarent. Si tamen hiſtorias requiras, nunquam reperies eum qui expers fuerit muliebris conſortii, aliis omnem coitum indulſiſſe: aut qui carnis illecebris deditus fuerit, omnem coitum damnaſſe. Vnde Auguſtinus. 3. lib. de doctrina Chriſtiana cap. 10. Quando procliue eſt humanum genus non ex momentis ipſius libidinis, ſed potius ſuæ conſuetudinis æſtimare peccata, fit plerunque vt quiſque hominum ea tantum culpanda arbitretur, quæ ſuæ regionis & temporis homines vituperare atque damnare conſueuerunt, & ea tantum probanda atque laudanda, quæ conſuetudo eorum, cum quibus viuit, admittit: eoq; contingit, vt ſi quid ſcriptura vel pręceperit quod abhorret, à conſuetudine audiẽtium, vel quod nõ abhorret culpauerit, ſi animum eorum iam verbi vinxit autoritas, figuratam locutionem putẽt. Hæc Auguſtinus. In quibus verbis ſanctiſsimus & doctiſſimus pater aptiſſimè, & ad viuũ (vt dicitur) depinxit huius temporis hæreticos: quibus ſi aliquid obiiciatur ex ſacra ſcriptura quod eorum ſectæ apertè repugnet, ſtatim dicunt figuratam eſſe locutionem.

Euſ. lib. 2 hiſt eccleſiaſt. ca 13 Act. 8.

Lib 4. cap. 22.

Auguſt.

De quibuſdam aliis duabus cauſis à quibus etiam hæreſes oriuntur. Cap. 12.

PRæter has quas diximus hæreſum radices, eſt alia multarum hæreſum radix, quæ à ſe nullam prorſus habet malitiam, ſi modus adeſt, ſed tantum ex malè vtẽtium vitio. Hæc eſt aſsidua in libris prophanorum, hominum nempe gẽtilium, lectio. Et hoc maximè ſi illis ab infantia ſine vlla rerum diſcretione imbutus eſt. Horatius nãque ait: Quo ſemel eſt imbuta recẽs ſeruabit odorem Teſta diu, Et per quendam prophetam dominus dicit: Si mutare poteſt æthiops pellem ſuam, & pardus varietates ſuas, & vos poteritis bene facere, cum didiceritis malum. Tam efficax eſt enim conſuetudo, vt ferè tranſeat in naturam, præcipuè ætate tenera, qua facilius res quælibet imprimitur, & impreſſa tenacius adhæret. In libris gentilium multa reperies quæ cum fide catholica velut ex diametro pugnant, multa quæ ad vitia alliciunt, à virtute reuocãt, apud poëtas maximè, apud quos vitia ſunt in precio & maxima laude, quum illa non dedignentur ſuis diis aſſcribere. Ibi fratrum diſcordias irreconciliabiles reperies, ibi parentum in filios acerbiſsimas animaduerſiones, ibi filiorum pertinaciſsimas inobedientias, ibi deorum obſcœniſſimos amores, adulteria, ſtupra, & rapti Ganymedis honores. Propter quod nõ immeritò Plato huiuſmodi poëtas à ſua Republica abigit, genus hominum ad nocendum paratiſsimum & efficaciſsimum. Quòd ſi ad philoſophos atque eorum ſapientes te vertas, inuenies apud illos etiã multa quæ pietati, & veræ religioni obſtent. Quid enim magis veræ fidei repugnare poteſt, quàm deorum multitudo, quã eorum plurimi poſuerũt? Quid magis iniuriũ eſt Deo, quàm ei coactionem impingere, omnẽque prorſus libertatem in rerum productione ab eo ſeparare? Hoc tamen ei Ariſtoteles totaq; Peripatetic. ſchola tribuit. Apud eos mundum æternum reperies, omni principio omnique fine carentem. Illorum eſt iſta ſententia: Ex nihilo nihil, in nihilum nil poſſe reuerti. Sunt & alia id genus multa, ad quæ recẽſenda oporteret catalogum texere. Quapropter Apoſtolus præmonuit nos vt à philoſophia caueremus, quam ipſe pulchrè nouerat, quòd Athenis fuiſſet inter philoſophos aliquãdo verſatus. Videte, inquit, ne quis vos decipiat per philoſophiã, & inanem fallaciã. Vnde Tertul. in lib. de præſcrip. hæretico-

Hieron.

Colo. 1. Tertul.

hæreticorum ita ſentit,dicens:ipſæ denique hæreſes à philoſophia ſubornantur.Inde æones & formæ neſcio quæ,& trinitas hominis apud Valentinum,Platonicus fuerat.Inde Marcionis Deus melior de trãquillitate,à Stoicis venerat.Et vti anima interire dicatur,ab Epicureis obſeruatur.Et vt carnis reſtitutio negetur, de vna omnium philoſophorum ſchola ſumitur.Et vbi materia cũ Deo æquatur, Zenonis diſciplina eſt.Et vbi aliquid de igneo Deo alligatur,Heraclitus interuenit.Eædẽ materię apud hæreticos & philoſophos volutãtur,iidẽ retractatus,implicãtur.Hęc Tertullianus.Adde quod ex eis qui poſteriores Chriſto eiusque apoſtolis fuere,non ſolum cum Chriſtiana religione pugnãt,ſed quod eſt omnium peſtilentiſſimum,eam derident,ſubſannant,inſectãtur quoque.Vnde ſæpe euenit vt infirmi & debiles ſcrupulos & ſuſpiciones inde capiant de Chriſtiana religione:qui quum ſemel vehementer
D pungere animum cœperint, difficiles diſcedũt ac tardi.A philoſophis enim naſcitur mira dicẽdi libertas,adeò vt nunquam cedant alicui niſi manifeſtis argumentis & euidentibus id comprobetur: vnde euenit vt quæ eorum iudicio non conueniunt,ſtatim reiiciant. At fides talem argumentorum euidentiam non patitur,ſed exigit captiuitatem intellectus in obſequium Chriſti,ideò meritó ait Paulus: Iudęi ſigna petunt,& Greci ſapientiã quærunt,nos autem prædicamus Chriſtum crucifixum,Iudæis quidem ſcandalum,Gentibus autem ſtultitiam:ipſis autem vocatis Iudæis atque Græcis:Chriſtũ Dei virtutem & ſapientiam:quia quod ſtultũ eſt Dei,ſapientius eſt hominibus.Cùm ergo talia apud Ethnicos ſint,non eſt iam cur dubitet aliquis aſſiduam illorum lectionem valde nocere Chriſtianis,maximè incautis & infirmis.Si libri pietate pleni proſunt legentibus, cur non & impii libri obeſſe poterunt eiſdem? Sic enim ait Propheta regius:Cum ſancto ſanctus eris,& cum peruerſo peruerteris.Si conſuetudo & conuictus vertit hominum mores,trahitque ad ſe,id confeſſo eſt illud idem efficere poſſe librorum lectionem,imó ſæpe multo efficacius:quia licet verbum fortius moueat,vehementius trahat, celerius rapiat quàm ſcriptura,eó quod viua vox acutius penetret:tamen ea quæ ſcribuntur,quum ex lõga meditatione veniant,melius digeſta eſſe oportet,accuratiusque ordinata,quàm in communi colloquio:eoque euenit vt ſæpe efficacior ſit ſcriptura, quam vox:quod plures habeat neruos oratio pręmeditata,quàm ex tempore dicta,Vnde Baſilius nepotes ſuos edocẽs qualiter gentiliũ libri,maximè poëtarum,legendi ſint,ait:Quando vero ad infames & nefarios homines veniunt,hæc omnino vitare, his aures obſtruere,nõ minus quàm Vlyſſem ad cantus Syrenarum dicũt,oportebit.Nam prauis aſſueſcere ſermonibus,via quædam eſt ad rem ipſam.Hæc Baſilius.Accedit huic quod in re qualibet differenda magnum habent ornatum,elegantiam,ſplendoręque ſermonis:que omnia vires ſunt efficaciſſimæ ad animos hominum alliciendos.Ideo Paulus in epiſt.ad Colloſ.ait:Hoc autem dico,vt nemo vos decipiat in ſublimitate ſermonis.Quod exponens Theophylactus,ait:Idcirco enim id dixerim,quia vniuerſa ſoli Chriſto & notiora ſunt & aperta,vt nemo vos decipiat verborum lenocinio & ſublimitate, ornatu ſcilicet & comitate,& elegantia quadam dicendi.Quid enim ſi adferat quiſpiam quæ ad perſuadendum plurimum valeant, ipſe vero ſit omnium prorſus,id eſt veritatis ignarus?Id ſanè nihil eſt aliud niſi captiunculis quibuſdã & ſophiſmatibus niti.Hæc Theophylactus.Hoc etiam hæreticos feciſſe,vt ſcilicet ſermonis elegantia homines incautos deciperẽt,teſtatur Paulus in epiſt.ad Roma. vbi poſtquam eos ab hæreticis cauere præcepit,adiungit:Per dulces ſermones & benedictiones ſeducunt corda innocentum.Vnde Origenes homil.2.ſuper Hiere. exponens illud Hiere. Calix aureus Babylon in manu Dei inebrians omnem terram,ſic ait: Nabuchodonoſor volens decipere homines per calicem Babylonis doloſum,non miſcuit in vaſe fictili quod parabat potari,ſed neq; in pauló meliore & ęreo vaſe vel ſtanneo,& quod iſta præcellit, argenteo:verum eligens vas aureum,in eo poculum temperauit,vt quis videns decorem auri,dum radiantis metalli pulchritudine delectatur, & totus oculis hæret in ſpecie,non conſideret quid intrinſecus latitet, & accipiens calicem bibat, neſciens calicem Nabuchodonoſor.Intelliges autem calicem aureum in præſenti nominatum,ſi animaduertas peſſimorum dogmatum verba mortifera qualem habent compoſitionem, qualem decorem eloquentię, qualem rerum diuiſionem:cognoſces quomodo vnuſquiſque poëtarum qui putantur apud nos diſertiſſimi,calicem aureum temperauit,& in calicem aureum venenum iniecerit idololatrię, & venenum turpiloquii,venenum eorum quę animam hominis interimunt dogmatum, venenum falſi nominis
B ſcientię. Sed meus Ieſus contrà fecit, ſciens aureum calicem Zabuli, & pręcauens ne aliquis ad fidem ſuam veniens ſuſpicaretur etiam Chriſti talem eſſe calicem qualem eſſe requirat, & per ſimilitudinem materię formidaret errorem,ideo curauit vt haberemus theſaurum iſtum in vaſis fictilibus. Sępe vidi aureum calicem in pulchro ſermonis ornatu,& dogmatum venena conſiderãs deprehendi calicem Babylonis.Hactenus Orige.Nec tamen velim vt quiſpiã arbitretur me iſta dixiſſe quod putem elegãtiã ſermonis pugnare cum Chriſtiana religione, aut aliquo pacto obeſſe fidei catholicæ. Fateor quidem illa ſimul coire in vnum poſſe,vt verè Chriſtianus ſit & eloquens,quales fuere ex Græcis Baſilius,Greg.Nazianzenus, Chryſoſtomus:ex noſtris Hieronymus,Cyprianꝰ,Ambroſiꝰ,Hylariꝰ. Atq; vtinam ego talis eſſem, vt propter ſanctitatem primum,deinde propter eloquentiã in eorum ordinem merito annumerari poſſim.Eſt enim elegantia ſermonis,orationisque cultus res talis,vt bonis & malis,hæreticis catholicisque cõmunis ſit,qua & bene & male vti quiſq; poteſt,bonis enim catholicisque viris maximum eſt ornamẽtum ad virtutum perſuaſionem inſectationemq; vitiorum vltiſſima. Quod ſi hæc alicui hæretico contigerit,eum ad fallendum potentiorẽ reddet.Nam venuſtate ſermonis quaſi quibuſdam blanditiis lectoris animum in ſuam ſententiã trahit.Atque ideo hęc dixi,ne ſcilicet ſolo ſermonis ſpendore tãquã aureo poculo allectus dogma venenoſum ebibat.Ideo Sapiens ait: Ne intuearis vinum quando flaueſcit,quũ ſplenduerit in vitró color eius.Ingreditur blandè,in nouiſſimo mordebit, & tanquã coluber & regulus venena diffundet,Sed quũ legerit id,attẽdãt potius quid ſcriptura

Col.2. *Theophyl* *Roma.16.* *Hiere.51.* *Prou.23.*

referat,non qualiter referat.Nullus enim(vt credo)eſt adeò demens,vt malit in aureo vaſe venenum, quàm in vaſe fictili optimum vinum.Parum quidem refert ad corporis incolumitatẽ, hoc an illo vaſe bibas,modo id commoditatem aliquam adferat quum in ſtomachum traieceris:iuuat tamẽ ad oculorum oblectamentum mundis vaſis,ornatis,iiſdemque precioſis vti.Sic etiam mirum in modum delectant ſermonis ſplendor,orationisque cultus:verum minime reficiunt niſi ſub illo verborum fuco aliquis ſolidus veræ doctrinæ cibus lateat.Nam ſermonis elegantia videtur mihi velut condimentum, vt cibus auidius ſumatur.At ſolum condimentũ in conuiuio apponere,eſt irritare famem, nõ prandium parare.Quòd ſi oratio fuerit rebus & verbis copioſa & ornata,opiparum certè erit conuiuium,cui adſtare nullus meritò dedignari poterit.Ex his ergo omnibus ſatis iam (vt opinor)manifeſtum relinquitur,quantum veræ pietati & catholicæ fidei obeſſe poterit librorum gentilium lectio,in quibus multũ eſt veneni ad interimendum,plurimumq; mellis ad alliciendũ.Verũ hic admonere oportet ne hac occaſione omnino gentilium libri deſerantur,quoniã in multis nos docere poſſunt,quorum cognitio eſt admodum neceſſaria ad ſacrorum librorum intelligentiam.Diffinitiones & diuiſiones habemus à logica & metaphyſica.Rerum cauſas,origines,& proprietates oſtendit phyſicus,ex quarum cognitione multa in ſcripturis abſcondita nobis reuelantur.De Moyſe dicitur quod doctus fuerit in omni ſapiẽtia Ægyptiorum.Auguſt quidem aſſerit in lib.2.de Doctrina Chriſtiana cap.28. gentiles hiſtorias plurimum conferre ad intellectum ſcripturæ ſacræ,oſtenditque ex earum ignorãtia aliquos citra ſcripturas erraſſe.Et lib.2.eiuſdem tractatus cap.29.oſtendit troporum & figurarum cognitionem eſſe omnino ad ſcripturarum intellectum neceſſariam,quæ à grammaticis & oratoribus petenda eſt.Demum lib.2 cap.40.de omnium philoſophorum doctrina ſic ait: Sicut enim Ægyptii non ſolum idola habebant, & onera grauia quæ populus Iſrael deteſtaretur & fugeret,ſed etiam vaſa & ornamenta de auro & argento,& veſtem,quę ille populus exiens de Ægypto ſibi potius tanquam ad vſum meliorem clanculò vendicauit,non autoritate propria ſed præcepto Dei,ipſis Ægyptis neſcienter commodãtibus ea quibus non bene vtebantur: ſic doctrinæ omnes gentilium non ſolum ſimulata & ſuperſtitioſa figmenta, grauesque ſarcinas ſuperuacanei laboris habent,quæ vnuſquiſque noſtrum duce Chriſto de ſocietate gentilium exiens debet abominari atque deuitare,ſed etiam liberales diſciplinas vſui veritatis aptiores & quædam morum præcepta vtiliſſima continent,deque ipſo vno Deo colendo nonnulla vera inueniuntur apud eos,quod eorum tanquam aurum & argentum,quod non ipſi inſtituerũt,ſed de quibuſdam quaſi metallis diuinæ prouidentiæ,quæ vbique infuſa eſt,eruerũt,& quo peruerſe atque iniurioſe ad obſequia dæmonum abutuntur,cum ab eorum miſera ſocietate ſeſe animo ſeparat,debet ab eis auferre Chriſtianus ad vſum iuſtum prædicandi Euangelii.Veſtem quoque illorum,id eſt,hominum quidem inſtituta,ſed tamen accommodata humanæ ſocietati,qua in hac vita carere nõ poſſumus,accipere atque habere licebit iu vſum conuertenda Chriſtianum.Hucuſque Auguſt-Poſſunt etiam prodeſſe illorum doctrinæ ad ipſos gentiles expugnãdos:vt quum aduerſus eos pugnamus,ſuo ipſorum gladio eos iugulemus,vt Dauid occidiſſe Goliath ſacra teſtatur hiſtoria.His nãque armis Iuſtinus martyr aduerſus gentes pugnat in Apologetico quem de eadem re fecit.Ideo Damaſcenus lib.4.de fide orthodoxa.cap.18.ait.Si autẽ ab his qui foris ſunt,decerpere quippiam vtile valuerimus, non aſpernabile eſt. Efficiamur probati trapezitæ,legitimum & purum aurum aceruantes,adulteratum autem refutantes. Sumamus ſermones optimos,deos autem ridiculos & fabulas alienas canibus proiiciamus. Nam plurimum ex ipſis contra ſeipſos fortitudinem habere valebimus. Hæc Damaſcenus.Sed hic conſideratione tanta opus eſt,vt quum per gẽtilium libros ſpatiamur,caueamus ne dum flores in eorum campo legere volumus,à ſpinis pungemur. Quapropter oportebit nos more apum facere quæ vt ſua mella concinnent,aluearia exeunt,per campos volitant,hac illac diſcurrunt,floribus inſidunt, neque tamen omnibus,ſed quos cognoſcunt commodiores:neque ex eis quibus hærent, omnia auferre conantur, ſed quantum eis ad opus neceſſarium fuerit capientes,reliquum dimittunt.Sic etiam nec omnes gentilium libri legendi ſunt,ſed hi tantum à quibus aliquid vtilitatis decerpi poteſt: nec ex his omnia ſumenda,ſed id tantum quod pietatem iuuare poteſt,& catholicæ fidei deſeruire. Alia eſt enim hæreſum parens & origo,zelus ſcilicet,ſed non ſecundum iuſtitiam & diſcretionem.Verum hæc ad alias re lata ſterilis quodammodo videri poteſt.Nam quum aliæ de quibus iam diximus,tam multam habeant hæreſum progeniem,hæc autem pauciſſimas hucuſque quod ſciam procreauit: ſunt tamen aliquę, vt olim Nouatiani,de quibus refert hiſtoria tripartita lib.8.cap.9.quod Nouatus illorum dux ſe ab Eccleſię Romanæ communione ſubtraxit,quia Cornelius papa fideles qui ſacrificauerant tempore perſecutionis factæ à Decio,in communionem recepiſſet,optabat quidem omnes fortes & conſtantes fore in confeſſione,quapropter viſum eſt ei,his qui in tormentis defeciſſent, etiam ſi pœniterent, non eſſe dandam remiſſionem.Quòd optaret eos non deficere,zelus erat laudandus: quod indulgentiam pœnitentibus negaret,dura nimis atque amara ſententia,& à benignitate diuina nimis aliena.Ex eadẽ occaſione(vt teſtatur Æneas Syluius in lib.de origine Bohemorum)lapſus eſt Ioannes Huſs, & fortè hoc noſtro ſeculo Martinus Lutherus.Hi enim zelo & odio malæ vitæ clericorum & quorundam monachorum cæperunt debacchari in clerum,in pontificem Romanum,in eccleſiaſticos ordines,in monachos omnes.Et cum aliquibus ignaris fortaſſe ac vitioſis maledicere poſſent, in omnes ſacerdotes abſque vllo diſcrimine latrare cœperunt,omnem monachatum euertere,omnes cęremonias ab Eccleſia procul abigere,omnem eccleſiaſticum ordinem confundere tentarunt.Materiam quidẽ reprehenſionis habuerunt.Nã malitia abundabat,& nunc proh dolor in tantũ abundat,vt eueniſſe experiamur quod Propheta Oſeas dicit:Maledictũ, & mendacium,& homicidium,& furtum,& adulteriũ inũdauerunt,& ſanguis ſanguinem tetigit.Huic tamẽ morbo aliter obuiandũ erat.Admonendus erat clerus atq; cor-

Act.7. Auguſt. *Damaſce.* *1.Reg.17.* *Oſee.4.*

atque corripiendus, non tamen tollendus: laborandum erat pro manachorum reformatione, non tamē monachorum ordines tollendi. Edocendus erat populus, vt nō poneret ſpem in cæremoniis, nō tamen à cæremoniarum cultu omnino ſeparādus. Male quidem medetur, qui infirmū iugulat, etiā ſi de ſalute deſperet. Ideo de talibus dicit Paulus: Teſtimonium enim perhibeo illis quod æmulationem quidē Dei habent, ſed non ſecundum ſcientiam. Ignorantes enim iuſtitiam Dei, & ſuam volentes ſtatuere, iuſtitię Dei nō ſunt ſubiecti. Veri catholici & zelum habent multo cettè ardentiorem, quàm Lutherus: tamen ſecundum ſcientiam: quia cognoſcentes iuſtitiam Dei, & ſuam nequaquam quærentes ſtatuere, iuſtitię Dei ſubiiciuntur, quę non permittit minus malum per quoddam aliud maius tolli. Quapropter etſi fer uentius & ſyncerius Eccleſię reformationē optauerint, & nunc optent, patienter tamen tolerant, diſſimulantque, tāquam periti & experti medici: qui quum vident morbum inualuiſſe, totasque occupaſſe medullas, nihil tentare audēt, ſed naturæ curandum relinquunt, timentes ne medela vires prębeat morbo, qui parum auctus infirmum interimat. Sic etiam viri & boni & docti zelantes pro domino exercituum, vidētes eccleſiam in pluribus eius membris grauiſſimis laborare morbis, Deo, qui verus eſt medicus, curandam committunt, atque ideo orāt ſine intermiſſione, ingemiſcunt, deprecātur cum impro
C bitate, fiduciam in eius verbo habētes, qui dixit: Si quid petieritis patrem in nomine meo, dabit vobis. Quid autē verius in Chriſti nomine poteſt peti, quàm quum pro Eccleſię reformatione petimus, quam ipſe acquiſiuit ſanguine ſuo? Quod ſi non tam citò impetrant, nec ipſi deſperāt, nec alii diffidere debēt quoniam ſæpe Deus donare differt, vt feruentiores in petitione faciat. Sic feciſſe legimus Chananææ, cui bis petenti negare viſus eſt, tamen tertio petēti, & ſe canem fatēti, ſeipſum minimè denegauit. Mariam etiam Magdalenam etſi diu prope monumentū plorantem tulit, tandem ſeipſum illi manifeſtans eam conſolatus eſt. Quid ergo prohibet vt nō idem Eccleſiæ ſuæ nunc facturū ſperemus? Nonne olim æquè deiecta fuit ſynagoga? Nōnne tunc æquè præuaricatores diuinarum legum fuerunt pōtifices, vt nunc papæ? ſacerdotes illi, vt nunc iſti? Phariſæi tunc, vt nunc monachi? imò multo magis, vt ſacra teſtatur hiſtoria, præcipue libri Regum & Machabæorum. Sæpe tamen deſperatis iā rebus, Deus ſynagogę ſuæ magnificè prouidit, in meliorem ſtatum reuocās. Nam ſemel ex captiuitate Babylonica aſſerit, iterum per Mathatiæ manus Antiochum eiicit, ciuitatē recuperat, templū purificat. Quid ergo putamus eum nunc facturum? Deeſt fortè nūc Hieremias qui Eccleſiam ſqualidam & penè ſolam deploret? aut deerit Eccleſiæ ſuæ alter Mathatias vel Helias zelotes qui pro Domino zeletur? Audi quid Dominꝰ dicat Heliæ credenti ſe ſolum manſiſſe in Iſrael: Reliqui mihi ſeptem millia virorum qui non curuauerūt genua ſua ante Baal. Quid ergo dicemus? Nunquid abbreuiata eſt manus Domini, vt nō poſſit eadem nunc præſtare Eccleſiæ quæ olim ſynagogæ? Aut fortè benignitatis eius diminuta eſt, vt quæ pro ſyna-
D goga egit, nunc pro Eccleſia quam acquiſiuit ſanguine ſuo, facere dedignetur? Abſit, cum ipſe per quē dam Prophetam promiſerit maiorem futuram gloriam domus iſtius nouiſſimæ, pluſquam primæ. Hęc igitur omnia cum viri ſancti, quibus Eccleſia minimē caret, hodie cognoſcant, gemūt, Deumque orant vt præſentibus malis medeatur, quibus impares ſe eſſe cognoſcūt, atq; ideo medelā apponere negligūt timētes ne id eueniat quod olim Romæ ex noua lege Agraria per Gracchos promulgata contigiſſe referunt hiſtoriæ. Hi enim legem dicere auſi ſunt de agris diuidundis quos perperam occupauerat nobilitas. Sed (vt dicit beatus Auguſtinus) tam vetuſtam iniquitatem audere cōuellere, periculoſiſſimum, imó verò, vt ipſa res docuit, pernicioſiſſimum fuit. Nā re infecta, magna vtriuſque ordinis populi Romani multitudo pro hac re interfecta eſt, & ipſi etiam Gracchi qui ſeditionis cauſa fuerant, in ipſa ſeditione ſunt occiſi. Satius ergo eſſet mala, quæ nunc Eccleſia patitur, tolerare, quàm pro his tollendis ſeditionem in Eccleſia excitare, quæ maius ſit malum, cum ex ipſa multo peiora naſcantur, vt nunc proh dolor iam experimur. Ecce ergo oſtendimus omnes (vt arbitror) hæreſum intrinſecas cauſas, è qnibus aliquæ omnino vitioſæ ſunt, imò vitia ipſa, videlicet immodicus amor ſui, gloriæ cupiditas, carnis illecebra, auaritia, ambitio. Aliæ indifferentes ſunt, quoniam nunquam malæ ſunt niſi ex malè vtentium vitio, vt eſt librorum gentilium lectio, zelus. Nam hic ſi diſcretione regatur, maxime in Dei honorem credit: illa verò, ſi cauta adſit eorum quę leguntur examinatio, valde adiuuare poteſt. Qui ergo ab hæreſibus diſcedere vult, primum omnium Deum ōret vt ſuum intellectum illuminet: deinde vitia illa extirpare nitatur. Quòd ſi caſu in aliquod vitium ex infirmitate lapſus fuerit, non ita illi adhæreat voluntas, vt ad ſe trahat intellectum. Si per campos librorum Ethnicorum ſpatiari contingat, caueat ne dum
A ſolamen quærit, à colubro incautus mordeatur: aut dum flores colligit, ſpinis pūgatur. Demum ſi Dei aut religionis in ſe ſenſerit zelum, frenum imponat, ne dum effrenatus currit, ſe & alios obruant.

Roma. 10.

Matth. 15. Ioan. 20.

3. Reg. 19

Aggæ. 2.

Lib. 3. de ciuitate dei ca. 24

De aliis tribus cauſis, iiſque externis, vnde hæreſes oriuntur. Cap. 13.

PRæter has omnes quas iam enumerauimus hæreſum cauſas atq; origines, alię adhuc tres ſuperſunt, aliis tamen præfatis aliquantum diſſimiles: quoniam illæ de quibus hucuſq; locuti ſumus, eidē hæretico atſunt: quapropter cauſæ intrinſecę meritó appellari poſſunt, quoniam ſunt cauſæ vt illa eadem perſona cui inſunt, aut hæreſes excitet, aut iam exortas tueatur. At iſtæ de quibus nunc loqui paramus, non eiſdem perſonis quibus adiacent, ſed aliis præbent cauſam & occaſionem hęreſes ſuſcitandi:
B atque ideo extrinſecarum cauſarum nomen illis tribuimus, quoniam extra illam perſonam, quæ hæreſes tuetur, ſunt. Prima igitur harum eſt prælatorum negligentia, qui adeò ſunt ſocordes & ignaui, vt gregi ſibi commiſſo nequaquam intendant, ſed aliis rebus quæ ab eorum officio longiſſime abſunt.

Prælatorum ſiquidem munus eſt vigilare ſuper gregem ſibi commiſſum, ne ſcilicet aliquid ſuperueniat quod gregi poſſit nocere. Vnde quum Chriſtus verus & bonus omnium paſtor naſcitur, dicit Lucas q
Luc. 2 paſtores erant in regione eadem vigilantes, & cuſtodientes vigilias noctis ſuper gregem ſuum. Quod
Ambro. exponens Ambroſius, ait: Videte eccleſiæ ſurgẽtis exordium. Chriſtus naſcitur, & paſtores vigilare cæperunt, qui gẽtium greges pecudum modo ante viuentes, in caulam domini cõgregarent, ne quos ſpiritualium beſtiarum per effuſas noctium tenebras paterentur incurſus. Et bene paſtores vigilant, quos bonus paſtor informat. Grex igitur populus, nox ſeculum, paſtores ſunt ſacerdotes. Hæc ille. Et Paulus
Act. 20. ſacerdotes & epiſcopos alloquens, ait: Attendite vobis & gregi veſtro in quo vos ſpiritus ſanctus po- B
ſuit epiſcopos regere Eccleſiam Dei, quàm acquiſiuit ſanguine ſuo. Hoc enim eſt paſtoris munus, videlicet gregi ſibi commiſſo proſpicere, eius curam ſolicitam gerere, quod ex eius nomine facile eſt colligere. Epiſcopus enim Græce, ſuperintẽdens dicitur Latinè: ab epi præpoſitione Greca, quę Latinè reddita valet tantum ac ſuper: & ſcopos Græcè valet tantũ vt Latinè cuſtos aut ſpeculator. Hinc epiſcopus dicitur qui ſuper aliorum cuſtodiam vigilat. Hac ratione iuxta Paulum tenemur obedire prælatis, quia videlicet illi tenentur vigilare pro nobis. Obedite, inquit, prepoſitis veſtris, ipſi enim vigilant pro vobis
Heb. 13. reddituri rationem. Qualiter ergo paſtor aut epiſcopus dici poteſt, cui nulla eſt cura de ouibus? qui nec vidit vnquã gregem ſibi cõmiſſum, ſed per curias principum diuagatur? Ego, inquit Chriſtus, ſum paſtor bonus. Sed quare bonus paſtor? Quia ego, inquit, cognoſco oues meas, & cognoſcũt me meæ. Qui-
Ioan. 10. bus verbis apertiſsimè conuincitur peſsimum eum eſſe paſtorem, qui nec oues cognoſcit, nec à ſuis cognoſcitur ouibus. Iſtorum autem adeò multus eſt numerus, vt boni paſtores ad eos relati ſint tanquam gemmæ ad aliorum vilium lapidum numerum comparatæ. Vnde euenit vt ſi fortè hæreticus aliquis ſuum venenum ſpargere populo cæperit, tanto audacius & liberius vltra graſſetur, quanto longius videt paſtorem deeſſe, qui ouibus proſpiciens, illi obſtare conetur, & antidotum contra ſua venena præbeat. Scit enim non eſſe paſtorem, ſed mercenarium: quapropter etiam ſi videat lupum venientem, fugit, quia non eſt illi cura de ouibus: quapropter lupus rapit & diſpergit oues. Quis autem verius diſper-
Ioan. 10. git, quàm hęreticus? qui eos quos decipit, ab illo vnico Eccleſiæ ouili ſeparat: quare meritò lupi nomine hæreticum intelligere poſſumus. Si ergo videns lupum venientem fugit, quid putas eum facturum qui nuſquam oues vidit, nec ſcit an lupus eas vnquam inuaſerit, aut morbidũ quid ſuſceperint? De hoc ego C
non dubitarim eum potius lupum quàm mercenariũ appellare: quoniam hæc eſt illi vnica cura & ſolicitudo, vt decimet & tõdeat, vt ſanguinẽ eius ſugat, non autem vt paſcat. Iſti ſunt illi multi paſtores qui
Hiero. 11. demoliti ſunt vineam domini, id eſt, Eccleſiã. Nimia ſiquidem paſtorum negligẽtia eſt in cauſa vt non ſolum liberum ſit cuique pro libito ſentire, ſed etiã ea quæ ſenſerit, impune docere. Nam vt eſt in para-
Matth. 13. bola ſeminantis apud Matthæum, dum dormirent homines, inimicus homo ſuperſeminauit zizania in medio tritici. Semen bonum quid ſit, ipſamet veritas exponit, dicens eſſe verbũ Dei, quod ſeminatũ eſt primò ab ipſo Chriſto, qui nobis veram & ſanam doctrinam dedit. Ad huius autem ſeminis cuſtodiam deputati ſunt epiſcopi & ſacerdotes, quibus eſt creditum verbum Dei, quorum intereſt docere. Sed iſti homines, epiſcopi ſcilicet, & ſacerdotes, dormiũt, voluptati inſeruiũt, nullámq; prorſus ſuarum ouium curam gerunt. Quapropter inimicus homo occaſione inde ſumpta ſuperſeminat zizania falſæ doctrinæ: ſuperſeminat quidem, ſed in medio tritici, quia hoc eſt ſolenne hæreticis, quo facilius atque ſecurius noceant, vt ſemper ſuam hæreſim & erroneam doctrinam quibuſdam aliis veris & catholicis permiſceant. Huius autẽ ſuperiacti peruerſi ſeminis cauſa eſt prælatorũ ſomnus tã altus, vt ſtertere videantur. De hac re cum tot poſſint narrari exẽpla, vnicum tamen referam duntaxat, quod nunc quaſi oculis noſtris aſpicimus, quanuis eius origo ſit aliquãto vetuſtior. Narrat enim Æneas Syl. in lib. de origi. Bohemorum cap. 35. quod Huſſitarum hæreſis (cuius autor extitit quidam Ioannes Huſs Bohemus) cœpit ſub Vvenceslao Bohemorum rege, circa annum domini. 1400. Huic autẽ calamitati epiſcopus Pra-
genſis obuiam ire ſtuduit priuſquã præfatus Ioannes Huſs amplius debaccharetur. Qui quum eſſet cõ- D
ſilio & animo illuſtris, libros Ioannis Vviclephi, à quibus Ioannes Huſs ſuum venenum hauriebat, ad ſe ferri, omnéſque doctorũ virorum adhibito conſilio publice concremari iuſsit. ſupra ducenta volumina fuiſſe tradũtur, pulcherrime cõſcripta, tegumentis pretioſis ornata. Ioanni Huſs prædicatio eſt interdicta, adiectæq; inſuper minæ ſi quando priores in populum errores vulgare auderẽt. Qua de cauſa Ioannes Huſs ex Praga, vbi publicum eſt Bohemorum gymnaſium, receſſit, & in villam Huſs, vbi illi origo fuit, & à qua cognomen ſumpſerat, ſe recepit. Nec tamen ibi inſaniam depoſuit: quia quãtum antea diligentia, Pragenſis epiſcopi Ioanni obſtitit tãtum poſtea aliorum epiſcoporum & ſecularium dominorum negligentia, ad quorum dominia confugit, illius dementiæ vires auxit. Permittente enim domino illius oppidi Huſs, ad quod tanquã ad refugium venerat Ioannes, vocare plebes, ac docere non deſtitit, multa in Romanũ pontificẽ, multa in reliquos eccleſiæ pontifices maledicta congerens. Vt autẽ populi animo ſibi magis ac magis cõciliaret, decimas nõ aliter quàm eleemoſynas ſacerdotibus debitas adſtruebat. Quũ autẽ hoc malũ indies graſſaretur, & totã penè vaſtaret Bohemiam, nunciatum eſt Vvenceslao regi vt huic calamitati mederetur: quàm quũ facillime tollere poſſet, per ſocordiam & ignauiam neglexit: quò factum eſt, vt poſtea etiam quum voluit, nõ potuerit: quoniam iam totum fermè regnum hac peſte laborabat, & nunc ptoh dolor laborat. Pro cuius hæreſis defenſione totum regnum ad hunc vſque diem obedientiam eccleſiæ Romanæ ſubtraxit. Quot autem bella pro huiuſmodi hæreſi extirpanda fuerint commiſſa, non eſt opus nunc enarrare: ea tamen ſatis longè perſequitur Æneas Syluius. Quòd ſi aliorum epiſcoporũ & regis Vvenceslai tanta fuiſſet diligentia in opprimẽda hæreſi quũ oriebatur, vt fuerat epiſcopi Pragenſis, nec ad tot bella & tam cruenta vnquã fuiſſet deuẽtum, nec regnum totum fuiſſet tam diu illo veneno infectum. Secunda hæreſum cauſa eſt defectus prædicationis verbi

Dei

Dei,quanquam hæc etiam ad ſuperiorem referri poſſet.Nam quod populus careat prædicatione verbi Dei,culpa eſt prælatorum,ad quod ex officio ſpectat docere populum.His enim dicitur: Prędicate Euangelium omni creaturę,his præcipitur vt oues verbo doctrinę paſcant. Petro ſiquidem dictum eſt *Mat.vlt.* Paſce oues meas.Et idem Petrus omnibus prelatis ait:Paſcite qui in vobis eſt gregem.Quis autem ve- *Ioan.21.* rior animę paſtus quàm verbum Dei,quod animam non ſolum nutrit,verumetiam impinguat?Et ideo *1.Pet.5.* non ſine cauſa Hieremias plorat,dicens:Paruuli petierunt panem,& non erat qui frāgeret eis.Ad prælatos etiam ſpectat illuminare populū, qui in tenebris ignorantiæ iacet.Quod autē aliud lumen ab eis *Thre.4.* adhiberi poteſt,niſi prędicatio verbi Dei?Lucerna,inquit Pſaltes,pedibus meis verbum tuum, & lumen ſemitis meis. Et iterum:Declaratio ſermonum tuorum illuminat, & intellectum dat paruulis. *Pſal.118.* Si ergo ab aliquo lumen quo dirigitur,ſubtrahas:nònne in tenebris ambulans offendet ſæpiſſimè? Nō *Ibidem.* ergo mirum ſi ſubtracta verbi Dei prædicatione à populo,populus erret:imò potius mirādum eſſet ſi non audito vnquam verbo Dei populus rectè ſemper ſentiret in fide: quoniam cum ea quę credimus, *Eſa.6.* humani intellectus fragilitatem excedant,ad ea percipienda aſſurgere ex ſeipſo nemo poteſt. Oportet *Rom.10.* enim prius credere,vt poſtea intelligatur.Niſi enim credideritis,inquit Eſaias,non intelligetis. Credere autem ſine prædicante non eſſe poſſibile teſtatur Paulus:Quomodo,inquit,credent ei quem non audierunt?Quomodo autem audient ſine prædicante?Et paucis interiectis colligit: Ergo fides ex auditu,auditus autem per verbum Dei.Huius rei non eſt opus multa exempla proponere,cum vbique terrarum,& vbique gentium ſit expertum plurimos verſari errores apud ruſticos & agricolas homines, maximè apud eos qui deſerta incolunt,qui à communione hominum longiſſime abſunt. Quod non ob aliam cauſam euenire conſtat,quàm quòd verbum Dei non audiunt,vnde doceri poſſent: quo deficiente adſtat illico malignus ille hoſtis, ſemper ad nocendum paratus, eorumque affectus primò, poſtea verò intellectus peruertit,& in plures detrudit errores.De hac re teſtimonia locupletiſsima poteſt nobis noſtra miniſtrare Hiſpania,in qua citra decem annos in ea parte Cantabrię quę nuuc Nauarra dicitur,& Biſcaia,apud eos homines qui montana incolunt,varii inuenti ſunt errores,multę ſuperſtitiones,varię idololatriæ:adeò vt dæmonem ipſum in figura capri ſe illis oſtendentem veneratē tur.Quod per multos ante annos inter eos ſecretò factum eſſe compertum eſt. Qua in re plures ſunt inuentę fœminæ,quàm viri.Nouit enim ille malignus hoſtis ab homine condito facilius fœminam ſeduci poſſe,quàm virū: tenaciuſque amplecti malum cui ſemel inhæſerit.Hoc idem,etſi nō equale malum,apud alia Hiſpaniæ montana eueniſſe comperimus,vt apud Aſtures & Gallecos,alioſque ſimiles, quibus rariſime verbum Dei prædicari contingit.Sūt enim apud illos ſuperſtitiones multę, ritus gentilitii,non aliam certè ob cauſam,niſi propter defectum prædicantium.Qui defectus in eorum prælatos & paſtores erit partim reiiciendus. Nam illi etſi peccent ſic errantes,eorum tamen peccatum aliquam admittit excuſationem,eo quód nemo illos conduxit,nemo eos vnquam docuit. Verum quantumlibet prędicator deſit,ſi ipſi Deum (vt decet) colerent,eumque orarent,nunquam eos Deus falli permitteret: quoniam aut ipſe interius doceret, aut illis aliquem mitteret qui doceret eos exterius, ſicut miſit Petrum ad Cornelium. Quia tamen aliis magnis criminibus ſunt immerſi, eorum *Act.10.* peccatis exigentibus Deus permittet vt nullus ad eos docendos prædicator accedat. Tertia demum hæreſum parens & origo eſt ſacrarum literarum in linguam vulgarem tranſlatio: vnde euenit vt ab hominibus ſine vllo perſonarum diſcrimine legantur.Vt autem conuincamus hanc eſſe & ſę pe fuiſſe hæreſum cauſam,illud in primis ſtatuere oportet,hęreſim nūquam ex ſacris literis,ſed ex illarum peruerſa intelligētia oriri.Vnde Hylarius in lib.de Trinitate.Extiterunt plures qui cœleſtium ver *Hylarius* borum ſimplicitatem,non veritatis ipſius abſolutionem ſuſceperunt,aliter interpretantes quàm dicto rum virtus poſtularet.De intelligentia enim hæreſis,non de ſcriptura eſt,& ſenſus non ſermo fit crimen.Hæc ille.Si ergo ex peruerſa ſcripturæ intelligentia hæreſis oritur, quis facilius in hæreſim incidet quàm vulgus legens id quod minime intelligere poteſt?Difficile certè eſt creditu,vt indoctum vulgus id intelligat,quod doctiſſimi viri lōgo ſtudio,diuturna examinatione vix capere poſſunt. Quapropter Iudæis(teſte Hieronymo)non licebat citra trigeſimum annum librum Geneſeos & Cantica canticorum legere,quia multa in eis intellectu difficilia continebantur: ad quæ legenda periculum eſſet niſi doctos diſcretoſque viros accedere,ne ex praua intelligentia diſtortum quid ſaperent.Libri Sibyllini in tanta apud Romanos habiti ſunt reuerentia,vt(quemadmodum teſtatur Feneſtella de magiſt. loquens lib.1,cap.13.) ſolis Duumuiris eos libros inſpicere liceret. Verum in poſterum cum id Duumuirorum ſacerdotium ad decem vſque protractum fuiſſet,qui Decemuiri appellati ſunt, ab eis demum ſolis Decemuiris Sibyllini libri legi permittebantur.Multo ergo magis Chriſtianos decebat ſacris literis illam exhibere reuerentiam, vt non paſſim omnibus legendæ traderetur,ſed eis duntaxat qui fide & aliquāta cæterarum rerum ſcientia probati ſunt.Nam de fide dicitur apud Eſaiam:Niſi cre *Eſa.6.* dideritis,non intelligetis.Et de ſciētia rerum humanarum quod hæc ſæpe ſit neceſſaria ad ſacræ ſcripturæ intelligētiam,iam aliâs docuimus.Vtrunque dominus vno orationis contextu inſinuauit, di- *Matth.7.* cens: Nolite ſanctum dare canibus,neque mittatis margaritas veſtras ante porcos,ne fortè conculcent *Theophyl* eas pedibus ſuis,& cōuerſi diſrumpant vos.Quod exponens Theophylactus ait:Canes ſunt infideles, porci autem vitam porcinam agentes.Myſteria igitur incredulis non ſunt prodenda. Porci enim conculcant quæ dicūtur,canes autem conuerſi lacerāt eos:quod fecerunt philoſophi quum audirent crucifixum Chriſtum.Dilacerant autem vos ratiocinando impoſſibile eſſe cauillantes. Hæc Theophylactus Quapropter laudandum meritò venit edictum illuſtriſſimorum catholicorumque Hiſpaniæ regum,Ferdinandi videlicet,eiusque coniugis Heliſabetæ,quo ſub grauiſsimis pœnis prohibuerunt ne quis ſacras literas in linguam vulgarem transferret, aut ab alio tranſlatas quoquo pacto retineret.

Timuerunt nanq; prudẽter plebi ſuę quam regendam ſuſceperant, ne vlla occaſio illi daretur errandi: nec tamen gratis, & ſine cauſa timuerunt: quoniam longa experientia cõpertum fuerat plures hac occaſione hæreſes fuiſſe olim ſuſcitatas. Ex hac ſiquidem radice prodierũt Valdeſes qui alio nomine pauperes de Lugduno appellãtur. Valdo etenim eorum princeps à quo Valdẽſes dicti ſunt, cũ homo idiota eſſet, aliquos ſibi transferri procurauit libros, quos legens, & non intelligens, in plurimos lapſus eſt errores: Ex fonte eodẽ exierunt Begardi, Turelupini, omnes homines indocti, & prorſus literarũ ignari. Hic tamẽ obſtat Lutherus dicẽs ſcripturam ſacram eſſe apertiſsimam, maxime nouum teſtamẽtum, eamque eſſe facillimam intellectu: quapropter dicit tali lingua habẽdam eſſe ſcripturam ſacram, vt ab omnibus legi & intelligi poſſit. Verũ in hac re delirare Lutherum, & reliquos omnes qui illi in hac parte fauent, expreſſis ſcripturæ teſtimoniis, argumentiſq; efficaſſimis conuincemus. Primo igitur beatus
2. *Pet.* 3. Petrus de Paulinis epiſtolis loquens, ait: In quibus ſunt quædam intellectu difficilia, quæ indocti & inſtabiles deprauãt, ſicut & cęteras ſcripturas, ad ſuam ipſorũ perditionem. Et Paulus de huiuſmodi ho-
1. *Timo.* 1. minibus loquens, in prima ad Timotheum epiſtola, dicit eos nõ intelligere, neq; quæ loquuntur neque A
de quibus affirmant. Et in ſecunda ad Corinthios epiſtola dicit ſuum Euangelium fuiſſe opertũ in his
2. *Cor.* 4. qui pereũt. Quòd ſi Petrus dicit in epiſtolis Paulinis eſſe multa intellectu difficilia, & Paulus ait ſuum euangelium eſſe opertum his qui pereunt, qualiter Lutherus perſuadebit ſcripturam ſacram eſſe facillimã intellectu eamq; apertiſſimam, adeó vt ab omnibus intelligi poſſit? Præterea ſi ſcripturę tã apertę ſunt, qualiter errauit Arrius? Macedonius? Neſtori⁹ (præcipuè cum hi omnes ex ſcriptura perperã intellecta ſui erroris occaſionẽ ſumpſerunt? Quód ſi in ſcripturarum intelligentia iſti errauerunt, indeq; hæreſes ſuſcitarunt, quî fit vt vulgus indoctum non etiam erret? Qualiter vulgus ſciet cognoſcere parabolas, quarum frequens eſt vſus in vtroque teſtamento? Qualiter aptabit ſimilitudines? Qualiter diſtinguet figuratas locutiones à non figuratis? Qualiter rerum proprietates conſiderabit, ex quarum cognitione ſæpiſſimè litéræ ſenſus pendet? Quo pacto ſciet conferre præcedentia ſequentibus, & media vtriſque, vt inde coniiciat verã literæ intelligẽtiam populus, qui nihil conferre nouit, ſed nulla prorſus rerum collatione facta cenſere ſolet? At ſingula hæc maximè ſunt neceſſaria ad cuiuſlibet, ne dicã diuinæ, ſcripturæ intelligentiam. Sunt multa præterea in ſacris literis quæ in ſpeciem velut ex diametro pugnare videntur: in quibus diligente interprete, eoque docto eſt opus, vt ea cõciliet, & cõcordia eſſe oſtendat: vt gratia exempli, Chriſtus apud Ioannem ait: Pater maior me eſt. Et idem apud eundem di- B
cit: Ego & pater vnum ſumus. At vbi vnitas eſt, ibi neque maius neq; minus quicquam eſſe poteſt. Item
Ioan 14. illi dicto Pauli, Regnum Dei non eſca & potus, repugnare videtur Chriſtus, dicens: Ego diſpono vo-
Ioan. 10. bis regnum, ſicut diſpoſuit mihi pater, vt edatis & bibatis ſuper menſam meam in regno meo, Prophe-
Roma. 14. ta etiam regius ait: Iraſcimini & nolite peccare, quibus verbis aliquam præcipit iram, quam dicit eſſe ſi
Luc. 22. ne peccato. Huic autem contradicere videtur Paulus, dicens: Omnis indignatio & ira tollatur à vobis.
Pſal. 4. Hæc autem quum vulgus indoctum legit, putabit eſſe contraria: quo eueniet vt aut dubitet aut vacillet
Ephe. 4. in fide, aut temerè cenſeat, alteram ſcripturæ partem reiiciẽs, ſicut commune eſt hæreticis: aut ſi quam fortè ſcripturam deprehenderint ſuo errori contrariam, eam ſtatim velut nõ canonicam reiiciãt. Rurſum Lutherus dicit Hieronymum hallucinatũ fuiſſe in ſacræ ſcripturę intelligentia, Auguſtinũ erraſſe in eadem, Ambroſium, Cyprianum, Hylariũ, Baſilium, Chryſoſtomum, ſępe deceptos fuiſſe de quibus tamẽ idem Lutherus in præfatione libri ſui de captiuitate Babylonica fatetur eos in vinea domini egregiè laboraſſe, diligẽtiam in ſcripturis illuſtrãdis adhibuiſſe. Si ergo iſti doctiſſimi viri poſt diuturnã in ſacris literis exercitationẽ, poſt longam meditationem, poſt orationem feruentem atq; prolixã decepti ſunt illo teſte, qualiter eas ſcripturas dicet eſſe clariſſimas, in quibus tot taleſque viri poſt longam attentamq; earũ inſpectionem decepti ſunt? Quód ſi illi errauerunt in vno aut altero, veriſimile eſt vt vulgus indoctum erret in mille, præcipue cum non tantam adhibeat diligentiam vt illi nec tantum in ea meditentur, nec talis ſit illius vita, vt affectus illuminet intellectum, aut vnctio Dei doceat. Poſſibile certè eſt vt vnus homo quantumlibet idiota longa oratione exercitatus, feruenti contemplationi aſſuetus, quem Deus in cellaria ſua introduxit, interpretationem ſermonum, veramq; ſacrarum ſcripturarum intelligentiam inde hauſerit, quàm alius quantumuis doctrinis hominũ aſſuetus cõſequi nõ valet. At quòd nebulones, ebrii, voratores canium, potatores vini, quorum deus vẽter eſt, ſine vlla me- C
ditatione, ſine vllo orationis exercitio penetrent ſcripturas, quas Deus tot ſapientibus & ſanctis viris
Matth. 11. abſconderit, non eſt cuiquam credibile. Confiteor, inquit Chriſtus, tibi pater, quia abſcondiſti hæc à ſapientibus & prudentibus, & reuelaſti ea paruulis. Paruulis inquam, non ſuperbis, non ſibiipſis fidentibus. Paruulis inquam, id eſt, humilibus, qui humi repunt ſua æſtimatione, qui non ambulant in magnis & in mirabilibus ſuper ſe, qui terrena omnia velut ſtercora arbitrantur, ideoque ea contemnentes procœleſtibus ſuſpirãt. His certè paruulis reuelat Deus ſua myſteria, non voratoribus, non cõpotatoribus.
Matth. 16 Vinum nanque & panis corpus impinguant, carnem & ſanguinem nutriunt, nõ autẽ animam. At caro & ſanguis non reuelat Petro Chriſtũ eſſe filium Dei, ſed ſpiritus Dei qui eſt in cœlo. Demum vt hominem vndique vallemus, ne vllus illi pateat exitus, nònne ipſi Lutherani à ſe inuicem diuiſi ſunt? Carloſtadius à Luthero, Oecolampadius ab vtroque iam eſt ſeparatus. Verum qua ratione diuiſi? non alia certè, niſi quòd quilibet alteri impingit eum cõniuere ad ſcripturæ intellectũ. Si ergo inter eos qui populi duces videri volunt, diſſidia ſunt, & quilibet ait alterum minimè intellexiſſe ſcripturã: quî fit vt populus non erret in pluribus, quàm eorum quilibet? præcipue cùm vulgus non ſola lectione ſit cõtentum ſed de earum intelligentia etiam diſputet, adeò vt de earum intelligentia non vereãtur nebulones doctiſſimos quoſq; viros ad certamen prouocare, cum illisq; cõtendere. Et quod omnibus peius eſt, nõ ſolum hæc à viris fiunt, verũ etiam à fœminis. Paulus certè non permittit mulierem docere, & tamen his

tempo-

temporibus Luthero illis maximè fauente, mulieres docere & disputare de fide non verentur: atque adeò proteruè, vt facilius centum viros ab errore reuoces, quàm mulierem vnam. Ex quibus clarissimè
D quisque colliget Lutherum hac sola occasione scripturas sacras in vulgarem linguam vertisse, quòd facilem perspiciebat esse hanc viam ad populi lapsum, quem errore deceptum ex litera perperam intellecta, facilius posset in suas tenebras detrudere. Non possum meipsum continere, quin hic etiam inferam quæ in eius rei fauorem adducit Erasmus Roterodamus. Is enim quum in pluribus ab eo æditis libris dixisset se cupere sacras literas in omnes verti linguas, vt possint legi ab agricola, à fabro, à latomo, à mu liere, fuit de hac re aliás à facultate theologiæ Parisiis notatus atque reprehẽsus, quorum censuræ Erasmus respondens, nec tamen suam sententiam recantans, in suæ sententiæ confirmationem adducit aliqua quę parum suum propositum stabiliunt. Primò dicit olim sacras literas in linguam vulgarem fuisse versas, & Chrysostomum commendare laicis studium diuinorum voluminum, & Hieronymum laudare idem in fœminis: de quo etiam refert quòd Dalmatica lingua sacros verterit libros. Quod si tunc factum est cum tanta laude, videtur Erasmo idem etiam nunc fieri debere. Hæc autem collectio satis apertè conuincitur esse mala, eo quòd sępenumero contingere videmus, vt de aliqua re aliquid statuatur ad mores hominum corrigendos, quod cum postea experientia docente cognoscatur illud alia ex parte posse multo magis nocere, & iam sæpe nocuisse, abrogatur lex in totum. Olim in nocturnis vigiliis currebant ad sepulchra martyrum viri, vxores, puellæ, pueri, monachi, virgines sacræ, nullúmque homi num genus non veniebat. Cui rei cum olim detraheret Vigilantius, scripsit aduersus eum beatus Hiero. tam acerbè, vt ipse Erasmus in argumẽto illius libelli per eum ædito, cogatur desiderare modestiam
A in beato Hieron. Id autem quod tunc beatus Hieron. tam vehementer laudabat, flagitia quæ sub vmbra pietatis admittebantur, persuaserunt vt prorsus tolleretur. Neque hoc per solam desuetudinem abrogatum est, sed per concilii definitionem. Concilium siquidem Elibertinum, cap. 35. suorum decretorum sic ait: Placuit prohiberi ne fœminæ in cœmiterio peruigilent, eo quòd sæpe sub obtentu orationis scelera latenter committant. Hęc Concilium. Cur non etiam Erasmus innouare vult illas nocturnas vigilias, cum videat eas olim fuisse tam celebres, támque ex animo à Hieronymo laudatas? Hoc autem non facit, imò potius censet meritò fuisse sublatas. Olim etiam corpus domini dabatur in manus, quod secum quisque domum portabat: vt quum vellet, domi acciperet. Hoc ex lib. 6. cap. 33. historiæ ecclesiasticę Eusebii facillime colligitur. At quum deprehensi fuerint multi qui tractarent indigne, & ad artes magicas abuterentur, abrogata est consuetudo. Nullus, vt opinor, est nunc homo verè catholicus prudẽnsque, qui consulere velit vt eucharistia iterum laicis detur in manus domũ suam deportanda, quanuis olim vsque ad tempora Cornelij papæ sic factum esse constet. Fatemur ergo olim sacros libros in linguam vulgarem fuisse translatos, nec tamen ideo simile fieri expedit, quoniam experientia docente didicimus, hac de causa plures idiotas fuisse lapsos in multos execrandos errores. Nam etsi páuci fuerũt idiotæ hæresum autores, multi tamen fuerunt & nunc hodie sunt hæresum fautores. Lutherus certè etsi hæresis autor & princeps existat, vnus tamen homo erat qui facile à potestate seculari compesci poterat: ideo curauit enixè populi animos sibi conciliare, quò securius rem agere posset. Vt autem hoc assequeretur, nulla fuit ei visa facilior via, quàm si libros sacros & sua dogmata in linguam vulgarem vertisset: & ita vt credidit, euenit. nam hæc occasio inter alias non parua fuit, vt totus penè populus illi ad-
B hæreret. Secundo in sui propositi confirmationem addit Erasmus dicens, quòd quicquid est hæreseon in orbe, totum ferè natum est vel ex philosophia, vel ex ipsis sacris literis perperam intellectis. Et à philosophorum libris nullus arcetur, nullus ergo à sacris literis debet submoueri. Quis nõ videt latissimum esse discrimen etiam in re de qua loquimur, inter gentilium libros, & sacras literas? Sacras enim literas omnis fidelis sic legit, vt diuina oracula: quapropter nec illis contradicere, nec de illis dubitare audet, sed constanti animo tenet quicquid ibi legerit. quapropter si aliquid perperam intellexerit, non minus constanti animo credit quàm reliqua, quoniam iuxta sensum quem ille accepit, putat illa verba esse accipienda: & ita errorem suum ita tenaciter defendit, velut id quod credit esse diuinum oraculum. At philosophorum libros nullus Christo initiatus ita legit vt diuina oracula, nisi fortè quis demens sit: sed legit vt libros hominum, qui quantumlibet fuerint docti, potuerunt tamen errare, & ita non timet ab illis dissentire, aut de eorum sententia dubitare. Verum quoniam contingit sæpissimè, vt propter argumenta bellè dispositа, quæ apud eos leguntur, aut propter eorum elegantem dicendi stylum, in illorum philosophorum trahantur errores, ideo non sine causa iam superius monuimus libros Gentilium cum magna cautela esse legendos. Cum ergo plus nocumenti inferatur ex libris sacris in linguam vulgarem versis, quàm ex lectione Gentilium philosophorum, meritò illud inhibetur, etiam si de alio nulla fiat prohibitio. Puto Erasmum boni consulturum, quòd ab illo in hac parte discesimus. Nam & ipse non semel docet liberum esse cuique ab hominis cuiusque sententia discedere, etiam si sanctus ille fuerit, modò cum reuerentia & aliqua ratione adductus id faciat. Siue autem bene siue male accipiat, ego ab instituto meo quo pro catholica fide pugnare decreui, nunquam discedam.

Cõcilium Elibertinum.

De hæreticis agnoscendis. Cap. 14.

C NOn parua res est, hæreticos à veris catholicis discernere, cum propter rei vtilitatem, tum etiam propter eiusdem difficultatem. Vtilitas certè est maxima, propterea quòd multi pallio nominis christiani operti, suas hæreses spargunt, suáque venenosa dogmata populo venditant: quem tanto facilius decipiunt, & in suos trahunt errores, quanto ipsi magis à populo reputantur fideles, & verè ca-

tholici. Ideo Christus solicitam nostri curam gerens ac præuidens plures hæreticos sub nomine Chri-
Mat.7 stiano venturos, admonet dicens: attendite à falsis prophetis qui veniunt ad vos in vestimentis ouium,
intrinsecus autem sunt lupi rapaces. Et Ioan. in sua prima catholica epistola ait: Charissimi nolite om-
1.Ioan.4. ni spiritui credere, sed probate spiritus an ex Deo sint, quoniã multi pseudoprophetę exierunt in mun-
dum. Difficultas autem inde cognoscitur, quòd hæretici non eundem modum obseruant, sed suus cui-
que mos, & mille eorum species, & rerum discolor vsus. Quidam enim eorum occultantur vt sanctio-
Iob.30. res appareant, vt facilius mentes ignorantium decipere possint: vnde de illis Iob dicit: In desertis ha-
bitabant torrentium, & in cauernis terræ. In cauernis hæretici habitant, quia plerunque errorem suum
non audentes publicè prædicare, ne à sapientioribus illis resistatur, procurant latenter & clãculò se im-
peritis ingerere, vt illos securius in suum errorem trahant. Hinc est quod apud Salomonem mulier quæ
Prou.9. typum hæreseos tenet, dicit: Aquæ furtiuæ dulciores sunt, & panis absc̃ditus suauior. Quod tanto pe-
riculosius quanto occultius fit, quia difficilius illi veneno potest mederi. Quidam hoc publicè, & adeò
licentius faciunt, quanto magis sibi persuadent suum posse errorem melius tueri. Quidam vt facilius
suum aliis persuadeant errorem, curant sanctiores apparere, & multa mirabilia operari, vt quanto me-
liores existimantur, tanto facilius illis credatur. Quidam vice versa, aliorum existimationem contem- D
nentes, nec de ea vllo pacto curantes, hominibus pessimæ vitæ iunguntur, vt ad optata vitia pertingãt,
& suorum errorum faciles & libentes habeant ministros. Nam qui vitia pro virtutibus commendat.
aut qui virtutes velut vitia reiicit, nullos inueniet in eum propensiores, quàm eos qui sunt ad illa vitia,
quæ ille laudat, procliues. Quum tot sint ergo hęreticorum mores varii, ingeniáque diuersa, difficile es-
set certam præscribere regulam qua cognosci valeant, nisi Saluator nobis eam reliquisset. Is enim sum-
mus & optimus pastor atque magister, cùm præmonuisset nos vt à falsis prophetis caueremus: modum
quo eos cognoscerem us adiunxit, dicens: A fructibus eorum cognoscetis eos. Nunquid colligunt de
Mat.7. spinis vuas, aut de tribulis ficus? Sic omnis arbor bona, fructus bonos facit: mala autem arbor malos fru
ctus facit. Non potest arbor bona malos fructus facere, neque arbor mala fructus bonos facere. Cum ta-
men hæreticorum fructus, vt iam diximus, sint varii, nec omnibus iidem, restat vt eadem semper ma-
neat difficultas. Verum quanuis tot sint hæreticorum mores varii, si tamen est aliquis fortè modus illis
omnibus communis, velut eorum omnium genus, ab eo facile cognosci poterunt. Ego autem re (vt de-
cebat) attentius considerata, tres aut quatuor hæreticorum mores inuenio, illis omnibus communes, ex
quibus facile quisque coniiciet an quiuis doctor in suspicionẽ hæretici incidere meritò debeat, an non.
Prima hæ- Prima ergo, & nescio an omnium maxima coniectura est, velle res nouas, & quæ parũ conducunt, præ-
retici cõ- dicare aut docere. Qui enim rerum nouarum est amicus, & eas semper quærit vt prædicet aut doceat,
iectura. signum est quòd placere vult, quòd existimationem sui in populo quærit, quòd seipsum vult prædica-
re, non Iesum Christum: ex quo conuincitur eum à semetipso loqui, & non à Deo: quoniam vt est a-
Ioan.7. pud Ioan. Qui à semetipso loquitur, gloriam propriam quærit. Qui autem propriam gloriam quærit, A
eámque per nouæ doctrinæ prædicationem captandam sperat, etiam si quid erroneum inuenerit, ipsa
nouitate delectatus probabit, & sperans se inde gloriam habiturum, non solum prædicare non metuet,
imò tanquam precioſam gẽmam populo venditabit. Præterea ipsa doctrinæ nouitas est de se suspecta,
quoniam Christus & apostoli eius sufficientem doctrinam ad uitam æternam consequendam dederũt.
Nec post legem à Christo datam est alia lex iterum à Deo danda, quoniam testamentum hoc est æter-
num. Si ergo aliquid noui tũc prædicatur, cuius nec vestigium habetur in Ecclesia relictum ab apostо-
lis vsque ad hũc diem, ipsa rei nouitate est suspectum, quoniam tunc oporteret fateri apostolos non per-
fectè aut sufficienter prædicasse Euangelium, Ecclesiámque quam docendam spiritus sanctus suscepit,
tam longo tempore fuisse in tenebris ignorãtiæ. Beatus Augustinus in libro de ratione animæ ad Opta-
tum, multas de anima opiniones enarrans, de quadam earum, quam credit esse erroneam, nec tamen il-
lam se posse expugnare concedens, ait: Ipsa tamen sola nouitate displicet. Et Æneas Syluius loquens de
Ioanne Huss. Bohemorum hæresiarcha, libro de origine Bohemorum, ca,35. dicit quòd peregrinas sem
per & nouas opiniones amabat. Rursus beatus Paulus sæpe hanc doctrinarum nouitatem condemnat,
1. Tim. 6. & velut damnatam fugiendam esse pręcipit. vnde in prima ad Timoth. epistola dicit: O Timothee de-
positum custodi, deuitans prophanas vocũ nouitates, & oppositiones falsi nominis scientiæ, quam qui-
dam promittentes circa fidem exciderunt. Deinde qui uouam conatur inducere doctrinam, eam debet
efficacissimis eisque euidentissimis argumentis probare, & quod maius est, si doctrina talis est. vt ad vi-
tam æternam consequendam necessaria esse prædicetur, debet eam euidentissima miraculorum opera-
tione confirmare. Sic enim factum esse reperimus quoties à Deo noua doctrina populo est mandata. B
Exod.3. Primò enim cùm Moses mittitur ad Pharaonem, non audet ire, eò quòd timebat ne illi propter rei no-
uitatem quam erat Pharaoni dicturus, non crederet Pharao, aut reliqui Ægyptii. Quapropter illi Deus
concesit potestatem miracula faciendi coram Pharaone & Ægyptiis, vt visa miraculorum euiden-
tissima operatione, persuaderentur ad credendum his, quæ Moses illis dicturus erat. Deinde domi-
nus & nouam mundo prædicans legem, ac veteris legis nouam & veram intelligentiam pandens, mi-
raculis certissimis suam doctrinam confirmat. Postquam enim sermonem prolixum coram discipulis
suis aliisque hominibus fecit dominus in monte, in quo sermone docuit eos præcepta decalogi iuxta
Mat. 8. verum eorum sensum, continuò post sermone finito miraculum operatus est: cùm videlicet leproso
petenti atque dicenti: Domine, si vis, potes me mundare, respondit: Volo mundare. Et confestim mun-
Hieron. datus est à lepra. Neque hoc casu factum esse putes, vt finito sermone illico dominus coram populo
qui eum audierat, sanet leprosum. Caussam enim huius facti Hieron. super. 8. cap. Mat. assignat, dicens:
Rectè post prædicationem atque doctrinam, signi offertur occasio, vt per virtutum miracula, præteri-

tus apud

tus apud audientes ſermo firmetur. Hæc Hieronimus. Quòd ſi talia miracula Chriſtus non fuiſſet operatus, per quæ homines allicerentur in eius doctrinam, ipſis Iudæis tunc non credentibus nulla fuiſſet propter hoc culpa imputata. Ipſe enim Chriſtus ait: Si opera non feciſſem in quę nemo alius fecit, peccatum non haberent. Vnde clariſſimè conuincitur eſſe neceſſariam miraculorum operationẽ ad tam excellentis doctrinæ, vt eſt Euangelica, confirmationem. Prædicato inſuper per Chriſtum Euã
C gelio, & plurimis ab eo miraculis confirmato, cùm apoſtoli poſt Chriſti in cœlos aſcenſionem per diuerſas nationes Euangelium prædicant, diuerſorum miraculorum operatione cõfirmãt. De illis enim ait Marcus: Illi autem profecti prędicauerunt vbique, domino cooperante & ſermonem confirmante ſequentibus ſignis. Beatus Ambroſius exponens illud ad Romanos primo: Per quem accepimus gratiam, &c. ſic ait: Teſtis enim doctrinæ virtus eſt, vt quia quod prædicatur incredibile mundo eſt, geſtis fieret credibile. Hæc ille. Et Beda libro tertio ſuper Lucam, cap. ſeptimo: Conceſſa, inquit, primò poteſtate ſignorum miſit prædicare regnum Dei, vt promiſſorum magnitudini atteſtatur etiam magnitudo factorũ, fidémque verbis daret virtus oſtenſa, & noua facerent qui noua prædicarent. Hæc Bæda. Ex his etgo omnibus colligimus, nouam de fide doctrinam debere certiſſimis euidẽtiſſimiſque miraculis confirmari. Quòd ſi quid nouum ſine talium miraculorum confirmatione prædicatur, ipſa nouitate eſt ſuſpectum. Et qui talibus nouitatibus delectatur, eáſque inquirit anxius, vt inde inanem captet gloriam, hac ſola ratione coniicio eum eſſe hæreticum, aut in hæreſim pronum, & qui facilè in eam labetur. In hac parte adeó nobis fauet Lutherus, vt in ſcipſum verterit manus, non cõſiderans fortè quod loquebatur. Is enim volens aſtruere nulli homini quantũlibet docto, quantumlibet etiam ſancto debere fidem adhiberi, niſi ſuam doctrinam apertiſſimis ſacrę ſcripturæ teſtimoniis comprobauerit, in proœmio ſui libri de captiuitate Babylonica, ſic ait: Legimus in actis apoſtolorũ, quòd ij qui cum omni auiditate verbum Pauli audierant, quotidie ſcrutabantur ſcripturas ſi hęc ita haberent. Si ergo Pauli Euangelium ceu nouum teſtamentum oportuit probari per veterem ſcripturam an ita haberet, qui tamen habuit autoritatem à Deo ſibi datam ſicut Apoſtolus, vt eius verbo crederetur, quid nos facimus, qui patrũ dicta, quorũ nulli fuit autoritas noua docendi, ſed tantum accepta per Apoſtolos conſeruandi, nolimus ad ſcripturæ iudicium vocari? Hæc Lutherus. Nullus eſt (vt opinor) adeò demens,
D qui renuat cuiuſuis hominis dicta vocari ad iudicium ſcripturæ, quoniam non iurauimus in verba hominis, ſed in verba Dei: neque captiuare oportet intellectum noſtrum in obſequium hominum, ſed in obſequium Chriſti. Permittimus ergo ſanctorum dicta vocari ad iudicium ſcripturæ, non autem ad iudicium Lutheri: ad iudiciũ quidẽ ſcripturæ, ſed nõ vt à Luthero intelligitur. Iudiciũ enim ſcripturæ, hoc eſt, interpretatio ſacræ ſcripturæ, vt aliàs iam docuimus, nõ manet penes Lutherũ, ſed penes totam eccleſiã. Quòd autem ait non licere alicui noua docere, cõſentimus ei. Verùm ſi nulli ſanctorum licuit noua docere, ſed tantum accepta per apoſtolos conſeruare, quare tibi Luthere licebit tot nouitates excitare? Nnuquid non eſt nouum dogma omnes Chriſtianos eſſe ſacerdotes? Nunquid eſt noua doctrina qua aſſeris, ad Euchariſtiæ ſumptionem non eſſe neceſſarium, prius animum per contritionẽ & peccatorum confeſſionem expurgari? Nònne nouum eſt dogma ſeruum eſſe & non liberum hominis arbitrium? Nònne noua eſt hæc ſententia, nulla bona opera eſſe neceſſaria, ſed ſolam fidem ſufficere ad vitam æternam conſequendam? Nunquid non eſt etiam nouũ dogma, concilia generalia probè (vt decet) congregata poſſe in fide errare, atque ideo eorũ decretis nos minimè obligari? Noua certè ſunt hæc omnia, niſi fortè dicas ideo non eſſe noua, quia alij ante te hæretici illa confinxerunt. Hoc enim eſt tibi peculiare, vt rarò ex vino defecato, ſed ex fecibus ab Eccleſia reiectis ſæpiſſimè haurias. Verùm etſi hoc ita ſe habeat, ea tamen quæ ſemel antiquata ſũnt, incipiunt aliquando eſſe noua, quia tunc renouãtur. Sic quanuis errores tuos plures ex Valdenſibus, Vviclephitis, aliiſque huiuſmodi farinæ hominibus hauſeris, quia tamen eos iam diu ab Eccleſia reiectos atque exploſos reſumpſiſti, & velut iam diu ſepultos ab inferis ſuſcitaſti, ideo errores tui noui nunc ſunt ac dicuntur. Si ergo hæc noua,
A & tamen aſſeris, pertinacitérque tueris, quæ nunquam per apoſtolos tradita, neque ab eorum ſucceſſoribus conſeruata ſunt, nunquid non incidiſti in foueam quam feciſti, & in laqueum quem paraſti aliorum pedibus, quum dixiſti nemini licere noua dogmata prædicare, ſed tantũ ab apoſtolis accepta cõſeruare? Tibi ergo qui nouas inducis doctrinas, incumbebat probare quæ aſſeris, eáque miraculis apertiſsimis confirmare, prout fecit Chriſtus, & eius apoſtoli fecerunt. Nobis autem qui tam vetuſtam totius catholicæ Eccleſiæ fidem tenemus, non incumbit probare, cùm iam non ſit noua dicenda doctrina, quæ per tot ſecula eſt ad hunc vſque diem conſeruata, & tot miraculis confirmata: quapropter non eſt opus vt nunc probemus quæ iam olim probata atque confirmata ſunt. Secunda coniectura ex qua ſubodorari poſsimus hæreticum, eſt nimia libertas in pronunciando, ad quam ſunt aliqui adeò procliues, vt nõ dubitent quicquid in buccam venerit aſſerere. Quod autem ſemel prodidit definiendi temeritas, ſuperbia poſtmodum tuetur, & ſæpeſſime auget pertinacia: quoniã ſuperbia ſuadente fit, vt quod ſemel temerè dictum eſt, recantare nolit: quapropter errori adiuncta pertinacia, conſummatum facit hæreticum. Qui ergo ita liberrimè de rebus ſeriis & ad fidem ſpectantibus pronunciat, & quacunque facillima ratione perſuaſus, ſine vlteriore inueſtigatione, aut doctorum aliorum virorum conſilio, ſtatim decernit ſibiipſi fidens, hic certè meritò ſuſpicionem hæretici incurrit, vt hęreticus eſſe putetur, vel in hæreſim eum citiſsimè lapſurum credatur. Vnde beatus Iacobus ait: Si quis putat ſe religioſum eſſe non refrenans linguam ſuam, ſed ſeducens cor ſuum, huius vana eſt religio. Et iterum: Lingua in-
B quietum malum, plena veneno mortifero. Quapropter Beatus Gregorius exponens illud Iob: Reſpondete quæſo abſque contentione, & loquentes, id quod iuſtum eſt iudicate, ſic ait: Qui in dictis ſuis reprobationẽ metuit, ipſe prius debet examinare quod dicit, quatenus inter cor & linguam, æquus qui-

Ioan. 15. *Mac. vlt.* *Ambro.* *Beda.* *Luthe.* *Iacob. 1.* *Iac. 3.* *Greg.*

dam discretusque arbiter sedeat, subtiliter pensans, si recta verba cor offerat, quæ vtiliter susscipiens ad auditorum iudicium lingua perducat. Beatus igitur Iob, sua contra amicos agens, sed contra hæreticos nostra denuncians, præcipitationem loquentium reprehendit, atque ad eorum mentem verba recollegit, dicens: Loquentes, id quòd iustum est iudicate: ac si apertè diceret: Si in eo quo ad nos per egressum loquutionis exitis, reprehendi nõ vultis, intus iustitiæ libram tenete, vt tantum foris quod dicitur, ex veritatis pondere placeat, quantum hoc interius trutina discretionis pensat. Hucusque Gregorius. Tertium vnde coniicere licet aliquem esse hæreticũ, est id quod fermè omnibus hęreticis est proprium vt videlicet si quis eum correxerit vt ab errore suo reuocet, ostendat illico impatientiam. Qua in re, quantũcumque hypocrita sit, & sanctus videri curet, eorum hypocrisis inde detegitur, quòd simul atque à quopiam fuerit admonitus, statim pro benefacto regerit maledictum, conuitiis & contumeliis insaniens, impatiens ab alio doceri. Si enim commonefacis vt ab errore resipiscat, non emendatior, verùm deterior & pestilentior euadit. De his ait Paulus: Mali homines & seductores proficient in peius, in errorem mittentes, & ipsi errantes. Huius rei apertissimum se nobis præbuit exemplum Lutherus. qui cùm pauculos quosdam à principio effutiisset errores, de eis admonitus à pluribus doctis viris, tãtum abfuit vt recantare vellet, vt peiores multò plures addiderit errores. Deinde verò quum à sereniss. imo Anglorum rege per scripturam fuisset correctus, cúmque regratiari illi debuisset, aut saltem modestè respondere, conuitiis & iniuriis eum affecit. Demum cùm à summo pontifice Leone decimo admonitus obedire nollet, bonus pastor, ne ouis putrida reliquas attactu inficeret oues, ab ouili Ecclesiæ C procul abegit. Huius autem censurę Lutherus impatiens, cœpit debacchari in pontificem Romanum & reliquos omnes Ecclesiæ ordines. Hoc igitur manifestum est hæretici signum, medicinam nullam ferre, nullam manum mendicantis admittere: vnde euenit, vt insanabilis permaneat. Quomodo enim curari potest, qui se tractari non patitur? Aut quomodo tractari potest, quem si quid doces, nugatur? si quid mones, irascitur? si quid hortaris, obnititur? si quid placas, incenditur? Efficacissima igitur est coniectura ex correctionis impatientia coniicere aliquem esse hæreticum, quia ostẽdit pertinaciã quæ consummatum efficit hæreticum.

1. Tim. 4

FINIS LIBRI PRIMI.

F. ALFONSI DE CASTRO, ZAMORENSIS MINORITÆ ADVERSVS HÆRESES, IN LIBRVM II.

PRÆFATIO.

HActenus de his, quæ ad reuincendas hæreses necessaria erant, disseruimus. Arma nanque ostendimus vtriusque communia, quibus & nos aduersus hæreticos pugnare debemus, & hæretici aduersus nos. Indices signauimus, sub quibus certaminis periculum subeundum erit, penes quos potestas sita est de victoria censendi: quod maximè etiam necessarium fuerat, quoniã his sublatis nullus vnquam foret belli finis. Nam cùm gloriæ cupiditate omnes tangamur, nullus erit qui hastam in certamine abiicere velit, aut herbam porrigere hosti: atque ideo hac ratione esset sine fine bellandum, Nisi Ecclesia iudice alter cedere cogatur arenæ, præcipuè quum ij contra quos acturi sumus, filij dura ceruice, & indomabili corde sint. Omnibus ergo (vt decebat) ad bellum paratis, opus est iam vt in campum descendamus, manúsque inter nos conserere incipiamus. Non tamen aduersus omnes hæreses simul, nec aduersus omnium hæreticorum aciem pugnare decreui, sed ad singulare certamen quamlibet seorsum hæresim prouocare. Hæreses autem ipsæ non iuxta tempora in quibus ortæ sunt (vt in præfatione totius operis statuimus) sed iuxta rerum materias, circa quas versantur, distribuentur. Vt autem ex hoc nostro labore facilius lector proficere possis, talis seruabitur ordo, vt rebus circa quas ortæ sunt hæreses, iuxta alphabeti ordinem dispositis, sub vnaquaque dictione illæ constituantur hæreses, quæ ad rem per vocem illam significatam pertinere videbuntur. Cum ergo prima Alphabeti litera sit A, eas primum oportebit pertractare res, quarum nomina ab ea litera initium capiunt. Ab adoratione igitur auspicandum censui, vt primum omnium, tanquam de primo Dei præcepto, quid nos reuereri aut adorare oporteat, sciamus.

D

ADORATIO.

A INter omnes quæ hucúſque ortæ ſunt hæreſes, duas tantum apud omnes quos euolui autores (qui Deo teſte ſatis magno ſunt numero) reperio, quæ ſub hac inſcriptione meritò collocari debeant. Prima hæreſis eſt, quæ adſtruit crucem dominicam nullo pacto eſſe adorandam. Huius erroris dux atque magiſter fuit Claudius quidam Taurinenſis epiſcopus, vt teſtatur Thomas Vvalden. in lib. de ſacramentalibus, titulo ſecundo, cap. 16. adducto pro hac re teſtimonio ex Chronicis Iuonis Carnotenſis, quæ fateor me non vidiſſe. Quo autem tẽpore hæc peſtis viguerit quum ille ſubticuerit, apud alium inuenire non potui. Hanc eandem hæreſim iam ſepultam, ab inferis ſuſcitauit poſt aliquot annos quidam Ioannes Vvicleph, vt teſtatur idem Thomas Vvalden. loco proximè citato. Hic Ioannes Vvicleph Anglicus fuit, ſacerdos, magiſtérque in artibus, vir ingenio acer, & eloquens, quantum temporis illius pœnuria valebat (floruit nanque circa annum domini. 1380.) multa volumina ſcripſit, quibus eccleſiam Catholicam perſecutus eſt. Nam in illis multa & impia dogmata ſparſit, de iure diuino, de humano, de Eccleſia, de monachis, de cęremoniis, de decimis, de obediẽtia, & de aliis multis, quæ ſuis locis dicentur. Tempus autem illud cuicunque crimini committendo opportunum fuit, quum eccleſia tunc in tres partes fuerit ſciſſa, à tribus ſe pro ſummis pontificibus gerentibus. Nunquam verò facilius quodcũque crimen proficit, quàm bellorum tempore, quo omnia licent, omniáque impunè fiunt. Tandem Deo miſerante coactum eſt generale concilium apud Conſtantiam pro totius Eccleſiæ vnione atque reformatione: in quo inter cætera ibidem acta. 45. articuli ex eius libris excerpti, condemnati ſunt. Et quoniam tunc Ioannes Vvi- B cleph iam defunctus erat, facta prius diligenti examinatione de eius finali impœnitentia ac pertinacia, concilium cenſuit præfatum Ioannem fuiſſe hæreticum, corpúſque illius & oſſa (ſi poſſent ab aliis fidelium corporibus diſcerni) iuſſit exhumari, & extra Eccleſiam iactari. Hæc omnia acta ſunt in octaua eiuſdem concilii ſeſſione. Verum etſi inter articulos in eo concilio damnatos, iſte de adoratione crucis minimè reperiatur, non ideo mirum videri debet alicui, aut ideo credere debet nõ eſſe hæreticum, quia à concilio inter illos minimè connumeratus eſt. Nam poſtquam concilium illos. 45. articulos recenſuit, hæc verba ſubnectit: Compertum eſt etiam libros eius plures alios articulos continere ſimilium qualitatum, doctrinámque in Dei Eccleſia inſanam. & fidei ac moribus inimicam inducere. Hęc concilium. Poſt iſta autem verba immediate ſequitur condemnatio tam præfatorum. 45. articulorum ibidem expreſſorum, quàm aliorum eiuſdem qualitatis quæ in libris reperiri dicuntur. Ducẽta nanque librorum volumina eum ſcripſiſſe refert. Æneas Syluius in lib. de origine Bohemorum, cap. 35. Credimus autem Thomam Vvalden. virum doctum, perinde ac religioſum, libros eius ad vltimum inſpexiſſe, quòd Anglicus eſſet ipſe vt alter, ideóque eos legiſſe, vt patriam quàm ab Vviclephitarum errore infeſtatam videbat (nam ferè coæuus Ioanni Vviclepho fuit) expurgare poſſet. Sit ergo huius Ioannis Vvicleph hîc ſemel enarrata hiſtoria, quoniam ſæpiſſimè deinceps in iudicium vocandus erit. Oſtenſis ergo iſtius hæreſis patronis, ſupereſt vt de ipſo errore diſcutiamus. Dubium eſt mihi in primis an inter hoſce hæreticos de hac re omni ex parte conueniat. Nam etſi de Vviclephitis conſtet eos aſſerere crucem ipſam in qua verè Chriſtus pependit, minimè adorandam eſſe, multóque minus alias ad illius imaginem factas eſſe adorandas: de Claudio tamen Taurinenſi non conſtat, an prohibuerit has ſolum imagines crucis Chriſti adorari, an ipſam etiam crucem in qua Chriſtus noſtram operatus eſt ſalutem: quoniam ex illo nihil aliud reperire potui, præter fragmentum quod ex Iuone Carnotenſi à Thoma Vvalden. citatur. Quicquid tamen aſſerat, certum eſt illud eodem gladio feriendum, quo Ioannem Vvicleph, quum hic vtrunque prohibuerit. Nunc ergo ſolum præſenti propoſito conuenit probare crucem illam in qua C Dominus pependit, meritò adorandam eſſe. Nam quòd imagines illius adorari debeant, ad aliud ſpectat negocium, quando inferius in titulo, imago, de omnibus ſimul imaginibus diſſeremus, qualiter tolerentur, & ad quid earum vſus in Eccleſia proſit. Adorationem hanc crucis, quàm nunc inquirimus, Propheta explicat, dicens: Adorate ſcabellum pedum eius, quoniam ſanctum eſt. Quod autem verius ſcabellum Chriſti, quàm crux, cui pedes illius affixi ſunt? Nam etſi alia ſint quæ meritò ſcabellum Chriſti dici poſſint, vt humanitas eius, nil tamen obſtat quin crux etiam ſcabellum eius dicatur, quod adorare Propheta præcipit. Vnde Hieronymus exponens locum illum Pſalmi, ſic ait: Multæ opiniones de ſcabello ſunt, ſed hoc propriè corpus dixit dominicum, in quo maieſtas diuinitatis tanquam ſuper ſcabellum ſtetit. Quòd autem adorari debeat, eo aſcendente docuerunt apoſtoli, quum adorantes regreſſi ſunt in Hieruſalem. Ad crucem dominicam, & ad animam ſanctam hæc referenda ſunt. Hæc ille. Vides hic, qualiter ex Hieronymi ſententia ſcabellum ſit corpus dominicum, ſcabellum ſit anima, ſcabellum etiam ſit crux dominica. Hæc autem adorari vna voce præcepit Pſalmiſta, dicens: Adorate ſcabellum pedum eius, quoniam ſanctum eſt. Idem etiam Propheta alibi eandem ſententiam replicat, dicens: Introibimus in tabernaculum eius, adorabimus in loco vbi ſteterũt pedes eius. Quem locum pertractãs Caſſiodorus, poſtquam eum iuxta allegoriam expoſuit, ait: Quòd ſi hoc ad hiſtoriam D piè velis referre, ſignificat fortè ſanctam crucem, vbi corporaliter ſtetit, quãdo in ea confixus apparuit. In qua ſtetiſſe rectè dicitur, vbi corpus eius infixum fuiſſe monſtratur. Meritò ergo hunc Propheta locum dicit adorãdum, qui nobis & fidei ſignum præſtitit, & ſalutem. Hæc Caſſiodorus. Hinc pater Caſſiodorum aſſerere crucem dominicam adorandam, nec tamen ex ſuo tantum ſenſu, ſed prophetico in-

claudius.

Ioan. Vvicleph.

Tſal. 98.

Hierony.

Tſal. 131.

caßiodo.

nixum teſtimonio. Ne autem cauſeris ex ſenſu myſtico non eſſe ſumendum argumentum, vide quid dixerit, eam ſcilicet expoſitionem eſſe iuxta hiſtoriam. Verùm ne Caſsiodoro in hac parte velut vnico teſti diffidas, producam eiuſdem rei alium, vt in ore duorum ſtet omne verbum. Damaſcenus nanque in libro quarto de fide orthodoxa, cap. 12. de crucis dominicæ ligno differens, ſic ait: Ipſum nimirum precioſum, & perquam verè venerandum, in quo ſemetipſum in hoſtiam pro nobis Chriſtus obtulit, vt ſanctificatum tactu ſancti corporis & ſanguinis, decenter adorandum, clauíque & lancea, & indumenta, & ſacra ipſius tabernacula, quæ ſunt præſepe, ſpelunca, Golgatha ſalutaris, viuificum ſepulchrum, Sion Eccleſiarum propugnaculum, & ſimilia, vt Dei parens ait Dauid: Introibimus in tabernaculum eius, adorabimus in loco vbi ſteterunt pedes eius. Quòd autem crucem dicat, oſtendit quod ſequitur: Reſurge domine in requiem tuam. Sequitur enim crucem reſurrectio. Si enim amatorum deſiderabilis domus, & amictus, & lectus, multo magis Domini & ſaluatoris noſtri, per quæ & ſaluati ſumus. Hucúſque Damaſcenus. Ex quo inter multa hoc vnum habes, crucem ſcilicet adorandam, & hoc eodem Prophetæ teſtimonio adiutus, quo Caſsiodorus. Ne verò Ioannes Vvicleph ſubterfugiat ad quandam crucem ſpiritualem quàm fingit, ad quàm autoritates detorquet, vide quid Damaſcenus dixerit: In quo ligno ſemetipſum in hoſtiam pro nobis Chriſtus obtulit. At non obtulit ſe niſi in materiali ligno eóque ad portandum grauiſsimo. Præterea hanc ipſam adorationem confirmat totius vniuerſalis Eccleſiæ ritus, & conſuetudo, quæ ſtatuit vt in feria ſexta Paraſceuæ poſt decantatum ex Ioanne Euangeliſta nobilem illum triumphum, quem per crucis mortem Chriſtus illa die acquiſiuit, eleuetur crux à ſacerdote, vt à populo adoretur: deinde cruce ipſa in loco honeſto collocata, ſacerdos eam genibus flexis adoret, poſt quem miniſtri alii altari deſeruientes, poſt quos cæteri quoque officio adſtantes ſimiliter adorent. Eccleſiæ autem vniuerſalis traditio (vt ſuprà longius diſſeruimus) tanti eſt ponderis, vt qui illi obſtet, non minus cenſeatur hæreticus, quàm ſi expreſſè ſcripturę cõtradiceret, præcipuè in rebus grauibus, & in quibus errare magnum eſſet periculum. At vbi magis intereſt non errare, quàm circa cultum exhibẽdũ? Nihil enim Deus magis abominatur, quàm idololatriam, adeò vt nomine abominationis ſæpe in ſacris literis idolum deſignetur. Non eſt ergo veriſimile vt per tot ſecula Eccleſia vniuerſalis, pro qua dominus rogauit vt fides eius non deficeret, idololatriæ labe macularetur, quemadmodum illi impingit impius & blaſphemus Vviclep. Accedit huic omnium ſanctorum de hac re ſententia. Nam præter Hieronymum, Damaſcenum & Caſsiodorum quos iam citauimus, ſunt alii multi qui de hac re teſtimonium præbent. Auguſt. ſuper Ioannem tract. 36. ſic ait: Quid ſeruat fideli ſuo, qui talem honorem dedit ſupplicio ſuo? Denique modo in pœnis reorum non eſt apud Romanos, Vbi enim crux domini honorata eſt, putatum eſt quod reus honoretur. Hæc Auguſtinus. Non eſt iam cur nos irrideat Vvicleph propter honorem quem cruci exhibemus, cum illum Deus illi dederit, dicẽte Auguſtino: Quid ſeruat fideli ſuo, qui talem honorẽ dedit ſupplicio ſuo? Chryſoſtomus ſuper Matthæum homilia. 54. ſic ait: Hæc enim crux orbem terræ ſaluauit, errorem abegit, veritatem reduxit, terram cœlum fecit, hęc homines angelos fecit, propter hanc dæmones non adhuc terribiles, ſed contemptibiles, neque mors ſed ſomnus profert. Propter hanc omnia in terram proiecta ſunt, & conculcata quæ impugnabant nos. Si ergo tibi dixerit quis, Crucifixum adoras? & ſi deriſerit, lachrymare, quoniam inſanit. Hæc Chryſoſtomus. Lachrymemur ergo pro Vviclephitis, cõpatiamúrque illis, quoniam ex dicto Chryſoſtomi inſaniunt. ſi inſaniunt, iuſtius eſſet eos catenis vincere, quàm argumentis. Quem teipſum ergo Vvicleph facis, vt cõtemptis Hieronymo, Auguſtino, Chryſoſtomo, Damaſceno, Caſsiodoro, tuæ tantum prudentiæ innitaris? Cùm enim tam graue crimen, quale eſt idololatria, toti Eccleſiæ impingere non erubeſcis, quare vel vnicum teſtem in robur tuæ criminationis nõ adducis? Vis vt credatur tibi ſine vllo ſcripturæ teſtimonio magis quàm tot illuſtribus viris? quàm etiam totius vniuerſalis Eccleſiæ traditioni & conſuetudini? Cæterum quod Eccleſiam de idolatria notas, hoc diſcutiamus, & videamus quàm ob cauſam id dicas. An fortè quia Chriſti fideles coram dominica cruce genua flectũt, nudatúmque inclinant verticem? Leuis certè cauſſa pro qua tantum crimen obiiciatur Eccleſiæ. Nam cùm exterior adoratio, vt quæcunque exterior operatio, non ſit bona aut mala cenſenda, niſi quatenus ab interiori procedit, talem oportet bonitatis & malitiæ denominationem ſuſcipiat, qualem retinet operatio interior à qua deriuatur. Hac enim ſola ratione Iudæorum illudentium genuflexiones, adorationéſque culpantur, quòd ex mala radice, nempe irriſione procedebant. Propter quod id inquirẽdum eſt, à qua ſcilicet radice talis exterior cultus oriatur. Si ideo quiſpiam coram cruce flectit genua, aut inclinat caput, quòd eam credat eſſe aliquod numen, aut aliquod ſupremum bonum, meritò talem criminaberis, neque ob iſtam cauſam à te diſcedemus. Sim verò ideo genua flectit, quia viſa cruce recordatur in illa aut alia ſimili Chriſtum pro nobis pependiſſe, gratiáſque illi pro tam immenſo beneficio nobis exhibito genua flectendo reddit, quid hîc criminaris vbi nulla eſt criminandi cauſſa? Nónne tu credis Chriſtum cruci fuiſſe pro nobis affixum? Aut ſi credis, quum id in memoriam reducis, nónne amantem redamas? Quòd ſi iſtorum alterum negas, vel hoc ſolo argumento conuinceris. Sin autem vtrunque iſtorum præſtas, cur nos accuſas quòd illa præſtamus? Nam illę proſtrationes, capitum nudationes, manuum eleuationes coram cruce factę, nihil aliud ſignificant, quàm quòd per illa teſtamur nos credere Chriſtum in alia ſimili pro nobis pependiſſe: atque ob tantum beneficium, cuius memoria per crucis aſpectum innouatur, ſeruitutem & obſequium genu flectendo profitemur. Quę omnia cùm ſint ab omnibus, & ab ipſo etiam Vviclepho comprobata, hoc argumento conuincitur, non ſolum eam crucem meritò adorandam, in qua dominus pependit, ſed reliquas omnes quę illius verę ſunt imagines. Nam ad aſpectum earum ęquè intellectus noſter in memoriam reducitur crucifixi, quem per talem genuflexionem verè adoramus. In hoc tamen omnes reliquę ab illa in qua Chriſtus pependit, ſu-

Auguſt.

Chriſoſto.

dit,ſuperantur, quòd illa contactu carnis & ſanguinis Chriſti quodammodo ſanctificata fuit. Nec tamen ideo aliæ adorandæ non ſunt. Vnde Damaſcenus loco ſuperius allegato: Adoramus etiam figurã preciosæ & viuificæ crucis,tametſi ex alia materia facta eſt:non materiam venerantes(abſit enim) ſed figuram tanquam Chriſti ſignum. Dixit enim diſcipulis ſuis conteſtans: Tunc apparebit ſignũ filii hominis in cœlo,crucem dicens. Et Paucis interpoſitis ſubiungit,dicẽs: Adorandũ eſt igitur ſignũ Chriſti,vbi enim fuerit ſignũ eius,illic & ipſe erit. Materia autẽ ex qua figura crucis exprimitur,ſiue ſit aD rum,ſiue lapides precioſi,aut alia quęuis materia,poſt figurationem ſi contingat diſſolui,non eſt adoranda. Omnia igitur quę Deo adiacuerunt,adoramus,ipſi reuerentiam pietatiſque cultum exhibentes. Hactenus Damaſcenus. Hinc iam manifeſtè patet qualiter ex ea adoratione quã cruci exhibemus,nulla idololatriæ ſuſpicio manare poteſt. Nã cũ omnia quæ Deo adiacuerunt,adoramus, Deo ſoli in hoc reuerentiam ac pietatis cultum exhibemus. Hoc etiam confirmat Auguſt. in lib. de Viſitat. infirmorum inquiens. Habent ſiquidem Chriſtianorum arcana,illius dominicę crucis quoddam venerabile monumẽtum,quod de crucis ipſius imaginatione crucem cognominant,quod nos etiam omni veneratione digniſſimum fatemur,& ad recordationem Crucifixi noſtri veneramur. Habetur enim in cruce quædam hominis verbera patientis imago,per quam ſalutifera nobis Ieſu Chriſti renouatur paſſio. Hanc complectere humiliter,venerare ſimpliciter,tamen hæc ad memoriam tibi reduces.

Damaſcenus.

Mat.24.

Lib.c.3.

Nec Deus eſt,nec homo,præſens quam cerno figura:
Sed Deus eſt & homo,quem ſignat ſacra figura:
Verus homo,veruſque Deus,tamen vnus vterque,
Probra crucis patitur,mortem ſubit & ſepelitur.
Viuit & is,crucis hæc per ſigna triumphat ab hoſte.
Id notum vobis crucis huius litera reddit.
Scilicet ipſius nota ſunt crux & Crucifixus.

Hactenus Auguſtinus. Ex his dictis,qui minimè cæcus eſt,iam perſpicere valebit qualis ſit iſta genuflexio,& alia qnæuis adoratio coram cruce facta,& cui exhibetur,nã ipſi Deo,in cuius memoriam venimus per crucis aſpectum atque ideo gratos nos quodammodo cruci oſtendimus,quód tãti beneficii A nobis exhibiti memores non efficit. Nec mirum quòd ipſius Chriſti cognitionem crucis aſpectus inno uet,quum illam Chriſtus voce propria appellauerit ſignũ filii hominis. Nam loquens de aduẽtu ſuo in iudicium,ait Tunc parebit ſignum filii hominis in cœlo. Quod exponẽs Theophylactus ait: Crux tũc apparebit in cœlo ſupra ſolem fulgens ad arguendos Iudæos. Veniet enim Chriſtus contra Iudæos habens crucem vt magnam iuſtificandi materiam & teſtimonium,veluti ſi quis lapide percuſſus oſtẽdat lapidem. Signum autem dicit crucem tanquam trophæum & inſigne regium. Hęc Theophylactus. Vides his crucem ſignum dictam: quod etſi eo modo dicat Theophylactus ſignum,quo trophæum, aut vexillum,aut inſigne,nihil obſtat:nam hæc etiam quodammodo ducunt in notitiam eorum ad quos attinent, Verum hoc clarius beatus Cyrillus explicat. Is enim libro ſexto contra Iulianum reſpondens illi irridenti Chriſtianos quod crucis lignum adorant,poſtquam enumerauit beneficia à Chriſto nobis in cruce exhibita,ait:Hæc omnia recordari nos facit ſalutare lignum,& ſuadet vt cogitemus ꝙ ſicut dicit diuus Paulus,vnus pro omnib⁹ mortuus eſt,& reſurrexit. Hæc Cyrillus. Hæc iã de hac re dicta ſuffi ciant:quum ex eis conſtet crucem dominicam,reliquaſque ad eius imaginem factas, meritò adorãdas eſſe. Nec tamen ex hoc idololatrię ſcrupulus vrgere debet,quum in ea adoratione nihil aliud cruci tribuamus,quàm quód credimus Chriſtum dominum in ea aut alia ſimili pro nobis omnibus mortẽ ſubiiſſe,tantumque beneficium cognoſcentes,quodex crucis aſpectu recordamur,genibus flexis,nudatóque vertice,ſeruitutem profitemur. Denique adoratio ipſa etſi corã cruce fit,mens tamen noſtra ad id ſolum fertur,quod crux ipſa repręſentat,Dei ſcilicet filium olim in cruce pendentem. Contra hãc hæreſim ſcripſit vir diligentiſſimus Thomas Vvaldenſis,libro de Sacramentalibus,titulo vigeſimo. Ab ipB ſo certè fateor me aliqua accepiſſe,plurima etiam contuli. Scripſerat etiam olim Ionas quidã Aurelianenſis epiſcopus de hac re contra Claudium Taurinenſem epiſcopum,primum huius hæreſis parentẽ. Hoc tamen opus non vidi,ſed ſola hiſtoriæ relatione habeo ex fragmento Chronicorum Iuonis Carnorenſis per Thomam Vvalden. citato.

Math.24

Theophy

Cyrillus.

SEcunda de hac re orta eſt hæreſis aſſerens ſacratiſſimam Euchariſtiam,nõ eſſe vllo pacto adorandã crimen idololatrię impingens cuicunque eam adõranti. Huius hæreſis autor eſt Ioannes Oecolampadius,natione Germanus,vir trium linguarum, & omni genere bonarum literarũ apprime doctus, ſed tandem ſpiritu elationis ductus ſapere voluit plus quàm oportebat,atque ideo factum eſt, vt Deo permittente in inſipientia ſua deprehenderetur. Hic primũ Lutheranæ factioni adhæſit, exemploque Lutheri quum monachus ordinis ſanctæ Brigidæ fuiſſet,monachatu reiecto,continentia,quam in religione vouerat,poſthabita,velut canis ad vomitum reuerſus,vxorem duxit,vt vel eo argumento nobis ſuos errores perſuaderet. Demum impatiens(vt arbitror)ſub Lutheri vexillis militare,aliquid ipſa Lutherana factione magis impium atque blaſphemũ excogitauit, quo clarior appareret, & propriũ leuare poſſet vexillum. Dicit nanque Chriſtum in Euchariſtia minimè contineri,atque ob id idololatras nominat eos qui ſacratiſſimam Euchariſtiam venerantur adorántque. Quum autem Lutherus in hanc nõ poſſet trahi blaſphemiam,diuiſus eſt hac ratione Oecolampadius à Luthero. Factumque eſt vt qui nomina Oecolampadio dederint, ab eodem nomen receperint,nempe Oecolampadiani dicti. Vt autem C hunc errorem reuincamus,prius oportet oſtendere,verum Chriſti corpus ſub præteriti panis accidentibus verè & realiter contineri. Nam hac ſola ratione(quod ſciam)prohibent adorationẽ Euchariſtiæ, non prohibituri ſi veram Chriſti carnem ſub illorum accidentium inuolucro latere crederẽt. Hoc autẽ

Ioannes Oecolampadius.

(Deo adiutore) inferius in titulo Euchariſtia oſtendemus: quapropter vſque ad locũ illum erroris hu-
ius impugnatio differatur. Oſtenſo enim ibidem verum Chriſti corpus ſub panis accidẽtibus contine-
ri: inde manifeſtum euadet Euchariſtiam meritò adorari. Quòd ſi fortè aliquis tam ingratus eſt huma-
nitati Chriſti, quam Deus diſpenſatiuè aſſumpſit tanquam inſtrumentum pro noſtra redemptione fa-
cienda, vt eam etiam adorare dedignetur, hoc erit nunc ſolum comprobãdum, & id breuibus, quoni-
am vix credere poſſum de homine qui ſe per Chriſti humanitatem redemptum agnoſcit, vt illam ado-
rare refugiat. Nam licet illa ſuapte natura indigna ſit vt adoretur vt tamen coniuncta eſt diuinitati con
iunctione tali qua omnem excedit humanum angelicumque intellectum omnem certe venerationem
metetur. Propter quod non poſſum non mirari quin video Lutherum (quis autem is ſit poſtea declara-
bimus) fatentem verum Chriſti corpus & verum illius ſanguinem eſſe in Euchariſtia, & inſuper negan
tem Euchariſtiam eſſe adorandam. Et certè ratio quæ illum ad id dicendum mouet, eſt nimium ridicu-
Matth.2. la. Quia (inquit) dominus non præcipit. O inſanum argumentũ peſſime ergo fecerunt tres illi ſanctiſ-
ſimi. Magi qui ab oriente venerunt, & intrantes domum flexis genibus adorauerunt eum in cunabulis
vagientem, Male etiam Magdalenam & Cananęam, & cæcum natum, & reliquos omnes qui Chriſto
diuinos honores exhibuerunt, feciſſe dicet Lutherus propterea quod nullus illorum ex præcepto Dei
Deute.6. illud fecit. Deinde falſum eſt quod Lutherus, ait, non eſſe de hac adoratione illud præceptum. Nam
præceptum diuinum eſt hoc: Dominum Deum tuum adorabis, & illi ſoli ſeruies. Si autem Lutherus
dicat hoc pręceptum de ſola diuinitate eſſe intelligendum, obiicio illi apertiſſimum, ex Prophęta re-
Pſal.96. gio, præceptum quo Deus iubet Chriſtum in duabus naturis exiſtentem adorari. Adorate eum omnes D
Heb.1. angeli eius. Quæ verba Paulus in ea quæ eſt ad Hebræos epiſtola, de Chriſti perſona intelligenda eſſe
docet, non quidem de ſola eius diuinitate, ſed de tota perſona in duabus naturis exiſtente. Alioqui ma-
le ex illo loco argumentaretur Paulus, volens inde probare, Chriſtum eſſe ſuperiorem angelis, quibus
Deus pater præcepit Chriſtum filium ſuum adorare. Nam ſi ad ſolam diuinitatem adoratio referenda
eſſet, non liceret inde colligere niſi quod ſola Chriſti diuinitas eſſet angelis ſuperior, non autem quod
perſona Chriſti duas ſimul naturas cõtineret. Nihil hic video quod poſſit reſpõdere Lutherus, niſi for-
tè dicat angelis datum eſſe de adoratione Chriſti præceptum, non autem hominibus. Sed hæc reſpon-
ſio tam ridicula eſt, vt omnem prudentem atque cordatum virum facile ad cachinum moueat. Nam
hac ratione homines eſſent angelis digniores atque pręſtantiores, cum angeli ſint ex præcepto obliga-
ti ad Chriſti adorationem, homines autem ſint ab huiuſmodi obligatione exempti. Sed his omiſſis alia
proferam apertiſſima teſtimonia, quibus non ſolum Chriſti deitas, ſed etiam illius caro pręcipitur ado
rari. Primum illud Pſalmi, quod ſupra diximus de Cruce: Adorate ſcabellum pedũ eius, quoniam ſan-
Pſal.98. ctum eſt. Vt enim ibi patuit ex Hieronymi autoritate, inter multa quę ſcabelli nomine intelligi poſſunt
corpus dominicum præ cęteris omnibus meritò ſcabellum dici poteſt, quoniam in eo maieſtas diuini-
tatis tanquam ſuper ſcabellum ſtetit. Hieronymi expoſitioni conſentit Auguſtinus, exponens eundem
Auguſt. locum Pſalmi. Sic enim ait: Exponẽs mihi ſcriptura quid ſit ſcabellum pedum eius, dicit: Terra autem A
Eſa.66. ſcabellum pedum meorum, Anceps factus ſum. Timeo adorare terrã, ne damnet me qui fecit cœlum
& terram. Rurſum timeo non adorare ſcabellum pedum domini mei, quia Pſalmiſta mihi dicet: Ado-
rate ſcabellum pedum eius. Quęro quid ſit ſcabellum pedũ eius, & dicit mihi ſcriptura: Terra ſcabel-
lum pedum meorum. Fluctuans conuerto me ad Chriſtum quia ipſum quæro hic, & inuenio quomo-
do ſine impietate adoretur terra, ſine impietate adoretur ſcabellũ pedum eius. Suſcepit enim de terra
terrã, quia caro de terre eſt, & de carne Mariæ carnem accepit. Et quia in ipſa carne hic ambulauit, &
ipſam carnem ad manducandum ad ſalutem dedit, nemo autem illam carnem mãducat niſi prius ado
rauerit, inuentum eſt quemadmodum adoretur tale ſcabellum pedum domini, & non ſolum non pec-
cemus adorando, ſed peccemus non adorando. Hęc Auguſtinus. Plurima hic præter intentionẽ ex Au
guſtino habemus: Primò, quòd carnem ſuam ad mãducandum dedit, Nuſquam autẽ alibi dedit quàm
in Euchariſtia. Eſt ergo mens Auguſtini, Chriſti carnẽ in Euchariſtia contineri. Verùm de hoc aliàs lõ-
gius. Deinde ipſam carnem adorandam oſtendit, dicens: Nemo illam carnem mãducat niſi prius ado-
rauerit. Nemo Auguſtine? Quid dices de Oecolãpadio, qui mãducans dedignatur adorare, timens in
idololatriã incidere? Verba mea (inquit Auguſtinus) ad ſolos Chriſtianos referenda ſunt: è quibus nul-
lus eſt qui manducet, quin adoret. Nam ſi adorare recuſat, vel hac ratione minimè Chriſtianus dicetur
ſed hæreticus. Ideo enim dixi quòd peccamus non adorando. Hieronymo & Auguſtino conſentit eti-
am Caſſiodorus in expoſitione eiuſdem Pſalmi, inquiens: Nunc dicendum nobis eſt quid in iſto verſu
Caßiodo- pedes eius ſignificare videantur, ſcilicet ſtabilitatem diuinitatis, quæ ſemper in naturæ ſuæ omnipotẽ-
rus. ti gloria tanquam pedum indefecta ſtabilitas perſeuerat. Huius ergo verbi aſſumptum corpus, quan- B
uis glorioſum, quanuis magnum, quanuis admirabile, tamen propter humilitatem humanitatis ſca-
bellum pedum competẽter accipimus. Nam quum ipſe dicat apud Eſaiam: Cœlum mihi ſedes eſt, ter-
Eſa.60. ra autem ſcabellum pedum meorum: corpus terrenum quod de Maria virgine ſumpſit, bene (vt opi-
nor) eadem ſimilitudine ſcabellum pedum eius probatur intelligi. Hæc Caſſiodorus. Quod autem di-
xit (vt opinor) non hoc dixit quaſi expoſitioni diffidentes, ſed tanquam homo fragilitatẽ humani intel
lectus agnoſcẽs, qui facile decipi poteſt. Quapropter in his quæ non ſunt expreſſa, viri ſancti verentur
iudicium ſuum ac reformidant, ne fortè errent, qui longiſſimè ab errore eſſe volunt. Non ſic hæretici,
non ſic, quoniam hi ſententias ſuas adeò mordicus tenent, vt auelli nequaquam poſſint. Rurſum, idem
Propheta regius nomine cuiuſlibet veri Chriſtiani loquens dicit ſe poſtquam domum Dei, quę eſt Ec-
cleſia, per fidem intrauerit, adoraturum ipſam Chriſti carnem: Introibo, inquit ille, in domum tuam &
adorabo ad templum ſanctum tuum. Quę vęrba interpretans Caſſiodorus ait: Conſiderandũ eſt, quod

non

non dixit in templo,ſed ad templum:quia nec ſyllabas ipſas à ſacramentis vacare prædictum eſt Templum ſanctum,corpus eſt Domini ſaluatoris,quod iure adorat Eccleſia,per quod meruit eſſe reuerenda. Sic enim ipſe de ſuo corpore dixit. Deſtruite tẽplum hoc,& in triduo reędificabo illud. Hactenus Caſſiodorus. Deinde idem Propheta regius.quod nomine populi Chriſtiani dixerat ſe facturũ, poſtea in alio Pſalmo ita factum eſſe declarat ſic inquiens:Manducauerunt,& adorauerũt omnes pingues
C terræ. Quæ verba exponens Beatus Auguſtinus in Commentariis ſuper Pſalmos ait: Manducauerunt corpus humilitatis domini ſui etiam diuites terræ,nec ſicut pauperes ſaturati ſunt ad imitationem, ſed adorauerũt. Hæc Auguſtinus in prima illius Pſalmi expoſitione,duas ſiquidem ſuper illum Pſalmum fecit. Accedit ad hæc omnia teſtimonium Alexandri primi huius nominis papę,qui ſextus à beato Petro ſummum pontificem egit,& tãdem martyrio coronatus eſt,Is enim in prima epiſtola ſua quam ad omnes fideles ſcripſit,de ſacrificio miſſæ diſſerens,hæc ait:Idcirco & paſſio eius in his commemoranda eſt,qua redempti ſumus,& ſæpius recitanda,atque hæc domino offerẽda:talibus enim hoſtiis delectabitur & placabitur Dominus,& peccata dimittet ingẽtia,Nihil enim in ſacrificiis maius eſſe poteſt quàm corpus & ſanguis Chriſti,nec vlla oblatio hac potior eſt,& pura mente ſumẽda,atque ab omnibus veneranda:& ſicut potior eſt cæteris,ita potius excoli & venerari debet. Hæc Alexãder primus. Ex quibus verbis apertiſſime conſtat ſacratiſſimam Euchariſtiam eſſe magna cum reuerentia adorandam. Verùm de hac re admonere oportet,vt licet humanitatem Chriſti propter cõiunctionem adorandam dicamus cum diuinitate,longè tamen minus ſi ſeorſum cõcipiatur. Non enim humanitati cultus latrię tribuitur,quoniam is ſoli Deo debetur. Denique adoramus aut veneramur humanitatem,non propter ſe tantum,ſed cauſa diuinitatis cui coniuncta eſt,ad quam diuinitatem adoratio ipſa referenda eſt tãquã ad vltimam illius cauſam. Quòd ſi fortè cultu latrię adoretur humanitas,hoc erit ea ipſa adoratione vnica qua adoratur Chriſti perſona in qua humanitas ſubſiſtit,qua vna adoratione omnia in ipſo ſubſiſtentia adorantur. Vnde Damaſcenus libro quarto de fide orthodoxa,capite tertio:Caro igitur Chriſti ſecundũ ipſius naturam (ſi ſubtilibus cogitationibus,quod videtur,ab eo quod intelligitur,cogitationéque humanitatem à diuinitate præſcindas) inadorabilis eſt,vt creatura. Vnita autẽ Deo ver-
D bo,propter ipſum,& in ipſo adoratur,Eo nãque modo quo rex & nudus adoratur & indutus purpura & nuda purpura & cõculcatur & proiicitur,facta autem regis amictus honoratur & glorificatur,& ſi quis illã proterere præſumpſerit,perſæpe morte mulctatur: & quemadmodum lignum nudum nõ eſt tactu inacceſſibile,atque igni coniunctum,& carbo factum,non propter ſeipſum,ſed propter coniunctum ignem inacceſſibile fit,& non vt ligni natura tactu inacceſſibile eſt,ſed vt carbo,id eſt,quando ignitum eſt lignum:ſic & caro ſecundum ſui naturam non eſt adorabilis,adoratur autem in incarnato Deo verbo, non propter ſeipſam,ſed propter coniunctum ipſi ſecundum hypoſtaſim Deum verbum. Et non dicimus quod carnem adoramus nudam,ſed carnem Dei,id eſt incarnatum Deum. Hucuſque Damaſcenus. Quapropter Caſſiodorus poſtquam expoſuit ſcabelli tropum,ſubiũgit:Et nota quia non dixit quoniam ſanctus eſt,ſed quoniam ſanctum eſt,ſcilicet vt corpus à deitate,mentis cõtemplatione nõ diſcerneres,ſed ad vnam perſonam referres,id eſt ad verbum quod caro factum eſt,& habitauit in nobis. Hæc Caſſiodorus. Sicut ergo caro Chriſti non per ſe ſubſiſtit,ſed in verbo,eandémque cum illo habet hypoſtaſim:ſic etiam nec per ſe adoratur,ſed in verbo:atque eadem vnica adoratione qua Chriſtum colimus,veneramur humanitatem quæ in illius eſt hypoſtaſi. Neque hoc mirum videri debet alicui,quoniam ſunt multa quę propter coniunctionem quam ad alia multo illis nobiliora habent,aliqua ab illis mutuantur,quæ per ſe conſequi non poſſent,nec tamen eis aliquid de ſua nobilitate vice verſa mutuant:vt (gratia exempli) corpus ſi ab anima ſepares,non mouetur,non audit,non videt,nõ guſtat, non nutritur,non augetur,non denique viuit,ex animæ tamen coniunctione hæc omnia habet, viuens enim corpus dicitur anima illi vitam præſtante, nec tamen eadem ratione anima aliquid de corporis corruptione recipit:ſic etiam fieri potuit, vt caro humana propter verbi vnionem hoc ab illo recipiat, vt vnà cum illo adoretur. Verum de his ſatis. Adeò nanque iſta ſufficiunt,vt ſuperflua fortaſſe alicui vi-
A deantur:quoniam ſi Chriſti caro ſub illis præteriti panis accidentibus latet, vt infra Deo adiutore me oſtenſurum promiſi,erit etiam eadem ratione quadam peculiari exiſtẽtia ibidem filii dei perſona,cum hic carnem humanam quam ſemel aſſumpſit,nuſquam à ſe poſtmodum ſeparauerit. Quòd ſi totus eſt ibi Chriſtus in duabus naturis ſubſiſtens,erit proculdubio ſacratiſſima euchariſtia meritò adorãda, ſiue humanitas eius adorabilis ſit,ſiue nõ. Non enim colimus illa panis accidentia quæ videmus,ſed illud quod ſub illis latet,nempe Chriſtum Dei filium,& per illa quæ foris videmus,cõ ſurgit animus ad cultum eorum quæ non videt. Vnde Auguſtinus libro tertio de doctrina Chriſtiana ſic dicit:Qui verò aut operatur aut veneratur vtile ſignum diuinitus inſtitutum,cuius viui ſignificationem intelligit,non hoc veneratur quod videtur & tranſit,ſed illud potius quó talia referenda ſunt. Hæc dicit Auguſtinus. Poſtremo contra hanc hæreſim eſt aperta catholicæ eccleſiæ difinitio. Nam concilium Tridentinum ſub Iulio tertio celebratum ſeſſione tertia.cap.5.ſuorum decretorum hæc ait:Nullus itaque dubitandi locus relinquitur quin omnes Chriſti fideles pro more in catholica eccleſia ſemper recepto,latriæ cultũ,qui vero Deo debetur,huic ſanctiſſimo ſacramento in veneratione adhibeant. Nec enim ideo minus eſt adorandum,quod fuerit à Chriſto Domino vt ſumatur inſtitutum. Nam illum eundem Deum præſentem in eo adeſſe credimus,quem pater æternus introducens in orbem terrarum dicit: Et adorent eum omnes angeli Dei,quem Magi procidentes adorauerunt,quem denique in Galilæa ab Apo-
B ſtolis adoratum fuiſſe ſcriptura teſtatur. Declarat præterea ſancta Synodus piè & religioſe admodum in dei eccleſiam inductam fuiſſe hanc rem, vt ſingulis annis peculiari quodam & feſto die præcelſum hoc & venerabile ſacramẽtum ſingulari veneratione ac ſolemnitate celebraretur, vtque in proceſſio-

Pſal.5. *Caſſiodorus.* *Ioan.3.* *Pſal.21.* *Auguſt.* *Alexander papa* *Damaſcenus.* *Caſſiodorus.* *Auguſt.* *concilium Tridentinum.* *Pſal.96.*

nibus reuerenter & honorofice illud per vias & loca publica circunferretur. Æquissimum est enim, sanctos aliquos statutos esse dies, cum Christiani omnes singulari ac rara quadam significatione gratos & memores testantur animos erga communem Dominum & redemptorem pro tam ineffabili & planè diuino beneficio, quo mortis eius victoria & triũphus repræsentatur, ac si quidem oportuit victricẽ veritatẽ de mendacio, & hęresi triumphũ agere, vt eius aduersarij in conspectu tanti splendoris, & in tãta vniuersæ ecclesiæ lætitia positi, vel debilitati & fracti contabescant, vel pudore affecti & confusi aliquando resipiscant. Hactenus concilium Tridentinum. Alia est hæresis, quę aliquo modo ad hanc materiam pertinet, de imaginibus scilicet omninò tollendis, sed de hac re inferius proprius erit tractatus in titulo Imago. Aliæ insuper plures sunt hæreses quæ meritò hîc locari possent, omnes scilicet quæ idola colunt, verum his commodiorem præstabimus locum, quum infra de idololatria vitanda agemus ideo vide eas in titulo, Idolatria.

ABSOLVTIO.

CIrca absolutionem quæ in sacramento pœnitentię peccatoribus confessis impenditur, paucissimę exortæ sunt hæreses, eæque recentes. Prima igitur hæresis est, quæ asserit quòd credens se absolutum, absolutus est quantumlibet contritio desit, & quòd absolutio censenda est efficax non quia
Lutherus. fit, à quocunque tandem fiat, erret vel non erret, sed quia creditur. Huius erroris dux atque magister C
factus est hoc nostro tempore quidam Martinus Lutherus. Quisnam is sit, operæprecium erit semel enarrare, cum sæpe de eo in posterum facienda sit mentio. Lutherus hic natione germanus, patria (vt opinor) Saxo, sub instituto fratrum eremitarum beati Augustini aliquandiu vixit, tandem à patre, scilicet Augustino, degenerans, qui hæreticorum acerrimus hostis fuit, hic filius degener hæreticus factus est, ab indulgentiis suorum errorum auspicium sumens. Nam cum rabulas quosdã indulgentiarum prædicatores audisset, qui tot ac tanta (vt huius farinæ homines solent causa maioris quæstus effutire) de indulgentiis dixerunt, vt illis obuiandum fore decerneret: zelo & non secundum discretionem motus, in publicum prodiit, non veram indulgentiarum intelligentiã edocens, sed eas omnino euertens, dixit eas nullius esse momenti. Cui cum à quibusdam doctis viris contradiceretur, suaderetuŕque ei, vt palinodiam cantaret, tantum abfuit vt id faceret, vt insaniã auxerit, multo peiora quàm prius effundens. Sæpe quidem fit, vt ex modica ad paruum lapidem offensione, in alium maiorẽ caput impingat, ac pereat. Hic postmodum ducis Saxoniæ prędidio munitus, tantum inualuit, vt totam fermè Germaniam infecerit. Perspiciens igitur summus põtifex Leo decimus, qui tuncvniuersæ ecclesiæ præerat
D hominem obstinatum in malo, nec vllis aut rationibus aut monitionibus posse mederi, videnśque malum in dies augeri, ouem putridã, ne reliquas attactu inficeret oues, ex ecclesiæ ouili procul abegit. Lutherus autem sentiens se à communione fidelium eiectum, non solum nõ ingemuit, aut planxit casum suum, sed vt impius in profundum peccatorum demersus, contempsit: & diaboli mẽbrum effectus, vt caput suum imitaretur, qui diabolus, hoc est, calumniator dicitur, calumniari, etiam ipse cœpit põtificem summum, totamque ecclesiam. Omnem Ecclesiasticum ordinem euertit, monachatum omnẽ ab ecclesia procul esse iubet, liberam monachis viuendi facultatem tribuens. Cui pesti nisi Deus sua benignitate cito succurrat, timẽdum est ne vlterius grassetur, & reliquum id modicũ, quod è Germania su-
Lutherus. perest, inficiat. Hãc Lutheri præscripsimus rationem, quæ etsi toti huic seculo notissima sit fabula, non tamen prætereunda erat, quoniam non solum præsentibus, sed etiam in posterum futuris scribimus. Is ergo inter alios plures errores hunc quem de absolutione narrauimus, edocet. Vt autem clarius eius insana mens agnoscatur, verba eius referam: Si per impossibile (inquit) confessus non esset contritus, aut sacerdos non serio sed ioco absolueret, si tamẽ credat sese absolutum, verissime est absolutus. Et paucis interiectis seipsum declarans, subiungit: Dixi autem per impossibile, quia satis supra dictum est, fidem sine contritione esse non posse, quum gratia non infundatur nisi cum magna concussione animæ. Volui enim fidei virtutem declarare, & commendare, quę sola faciat ad remissionem peccatorum, & iustificationẽ pacis. Hæc Lutherus. Ex quibus verbis duo Lutheri dicta colligimus, quorum vnum fluit ex alio, tanquam fluuius corruptus ex fonte vitiato. Primo quidem asserit solam fidem iustificare, motus quibusdam autoritatibus quæ nullo pacto suam assertionem vel tantillum confirmant: quoniam etsi aliquæ sint autoritates scripturæ sacræ dicentes fidem iustificare aut purificare hominem: imò ex eis oppositum conuincitur, cum omnes tales autoritates intelligendæ sint de fide formata per charitatẽ, quæ
Iac. 3. forma est omnium virtutum. Nam fides informis nõ iustificat. beatus enim Iacobus ait: Dæmones credunt & contremiscunt. Hi autem cum non sint iusti, planum est fidem informem non iustificare, sed
A formatam. At fides formata nunquam est sola, sed simul cum ea est charitas: nunquam ergo fides sola iustificat. Prętera sacerdos absoluit & remittit peccata per potestatem sibi à Deo collatam: non est ergo verum quòd per solam fidem sit pœnitens absolutus. Sacerdotẽ autem remittere & absoluere, pa-
Ioan. 20. tet per id quod Christus apostolis dixit: Quorum remiseritis peccata, remissa erunt: & quorum retinueritis, retẽta sunt. Ecce planissimis verbis Christus dicit apostolos remittere. Tunc quæro à Luthero, aut Christus illis verbis aliquam potestatẽ contulit apostolis, aut nullam? Si dicat Christum nullam potestatem contulisse, aperte Christum facit hypocritam & fallacem, qnum aliud fecerit quàm verbis demonstrauit. Si aliquã dedit, cum non sit alia quàm potestas remittendi, prout verba sonant, oportebit tunc fateri pœnitentem non per solam fidem esse absolutum, cum sacerdos etiam absoluat. Rursus, sacerdos verba absolutionis in propria persona & suo nomine dicit: Ego te absoluo: aut ergo sic profe-

rens

rens verum dicit,aut mentitur. Nullus erit tam impius vt dicat per verba fallacia miniſtrari ſacramentum. Quòd ſi vera loquitur, & ita res ſe habet vt ſacerdos profert, neceſſarium erit concedere ſacerdotem per illorum verborum ſignificationem aliquid operari. Vnde manifeſte patet Lutherum miſerè errare,cum dicit ſolam fidem iuſtificare & abſoluere pœnitentem:cum ex prædictis pateat ſacerdotē verè abſoluere. Vt autem Lutherus non poſſit citra magnam impudentiam huic catholicæ ſententiæ aduerſari, operæprecium erit oſtendere hanc fuiſſe ſacrorum virorum ſententiam, vt omnes concorditer ſenſerint,ſacerdotes poteſtatem à Deo recepiſſe pœnitentes abſoluendi, & peccata remittendi. Vnde *Ambro.*
B beatus Ambroſius libro primo de pœnitentia,capite ſeptimo, aduerſus Nouatianos negantes vllo modo fieri poſſe vt ſacerdos peccata dimittat,ſic loquitur: Cur baptizatis ſi per hominem peccata dimitti non licet? In baptiſmo vtique remiſſio peccatorum omnium eſt. Quid intereſt vtrum per pœnitentiam an per lauacrum hoc ius ſibi datum ſacerdotes vendicent? vnum in vtroque miniſterium eſt. Sed dices, quia in lauacro operatur myſteriorum gratia. Quid in pœnitentia? Nónne dei nomen operatur? Quid ergo? vbi vultis vendicatis vobis dei gratiam, vbi vultis repudiatis? Hæc Ambroſius. In quibus verbis apertè ſatis docet, talem habere poteſtatem ſacerdotes in adminiſtratione ſacramenti pœnitentiæ, qualem habent in adminiſtratione ſacramenti baptiſmi. Cum ergo cōſtet ſacerdotem verè baptizare, nulla manet cauſa cur Lutherus iam neget ſacerdotes etiam vere abſoluere. Chryſoſtomus in homi. octogeſi- *chriſoſto.*
ma quinta ſuper Ioannem,eandem ſententiam confirmat,dicens: Non erraret quiſpiam ſi tunc eos poteſtatem quandam & gratiam ſpiritualem accepiſſe diceret,non tamen vt mortuos ſuſcitarent,& virtutem oſtenderent,ſed vt peccata dimitterent. Differentes enim ſunt gratiæ ſpiritus, quare addidit: Quorum remiſeritis &c. oſtendens quod genus virtutis largiatur. Hæc Chryſoſt. Quibus verbis clariſſime *Cyprian.*
expreſſit ſacerdotem peccata dimittere. Cyprianus vir & martyrio & doctrina clariſſimus, in libro de lapſis ſic ait: Confiteantur ſinguli,quæſo vos fratres, delictum ſuum, dum adhuc qui deliquit, in ſeculo eſt, dum admitti confeſſio eius poteſt, dum ſatisfactio & remiſſio facta per ſacerdotes, apud Dominum grata eſt. Hæc Cyprianus. Vides iam Luthere Cyprianum dicentem remiſsionem peccatorum fieri per ſacerdotes. Quòd verò Hieronymum pro ſua ſententia adducit,ex praua intelligentia procedit. Vt au- *Hierony.*
tem clarius id pateat,operæprecium eſt vt verba Hieronymi recitemus. Is enim exponēs illud Matthęi: Tibi dabo claues regni cœlorum,ſic ait: Iſtum locum epiſcopi & presbyteri non intelligentes, aliquid *Matt. 16.*
ſibi de Phariſæorum aſſumunt ſupercilio,vt vel damnent innocentes, vel ſoluere ſe noxios arbitrentur, cum apud Deum non ſententia ſacerdotum,ſed reorum vita quæratur. Legimus in Leuitico de leproſis *Leuit. 14.*
vbi iubentur vt oſtendant ſe ſacerdotibus,& ſi lepram habuerint,tunc à ſacerdote immundi fiant: non quò ſacerdotes leproſos faciant,& immundos,ſed quò habeant notitiam leproſi & non leproſi, & poſ-
C ſint diſcernere qui mundus, quiue immundus ſit. Quomodo ergo ibi leproſum ſacerdos mundum vel immundum facit, ſic & hic alligat vel ſoluit epiſcopus vel presbyter, non eos qui inſonres ſunt vel noxii,ſed pro officio ſuo cum peccatorum audierit varietates,ſcit quis ligandus ſit,quiſve ſoluendus. Hucúſque Hieronymus. Quæ verba bene diſcutere oportebit, vt eorum clarior ſenſus appareat. Primum ergo admonere oportet,quod Hieronymus dixit,videlicet quòd ſacerdos pro officio ſuo cum peccatorum audierit varietates,ſcit qui ligandus ſit,quiue ſoluendus: non autem dixit,Scit qui ligatus ſit, quiue ſolutus: ſicut prius de ſacerdote veteris legis dixerat eum diſcernere qui mundus quiue immundus ſit. Ex quibus verbis apertiſſime cōuincitur beatum Hieronymum aliquod diſcrimen poſuiſſe inter ſacerdotem diſcernentem de lepra, & ſacerdotem euangelicum abſoluentem á peccato, quoniam ſacerdos veteris legis non mundabat leproſum,ſed ſolum iudicabat eum fuiſſe mundatum: ſacerdos autem euangelicus pœnitentem qui ſua peccata coram eo confitetur, per clauem ſcientiæ & diſcretionis iudicat an talis ſit dignus abſolutione, vel non: non tamen adhuc eſt abſolutus antequam ſacerdos verba abſolutionis proferat: ſicut leproſus poſt munditiam aſſecutam verè erat mundus antequam ſacerdos iudicaret eum mundum. Quapropter beatus Hieronymus de ſacerdote nouæ legis loquens, non dixit, ſcit quis ligatus ſit, quiſve ſolutus: ſed dixit, ſcit quis ligandus ſit, quiſue ſoluendus: quoniam ex cognitione peccatorum & diſpoſitione ipſius pœnitentis agnoſcit vtrum abſoluere, aut ligare debeat. Nam ſi cognouerit peccatorem obſtinatum in malo, taliter vt ſuſpicetur illum eſſe in propoſito redeundi ad vomitum, iudicat illum indignum qui abſolutionem recipiat. Cum ergo Hieronymus dixit de ſacerdote quòd ſcit quis ligandus ſit,quiſve ſoluendus, ſatis apertè innuit, poſt inſpectionem ſa-
D cerdotis,id eſt,poſt audientiam peccatorum, aliquid adhuc reſtare quod operādum ſit à ſacerdote circa ipſum pœnitētem,nempe ligare vel ſoluere. Quòd autem Hieronymus dixit,quòd apud Deum non ſententia ſacerdotum,ſed reorum vita quæritur,intelligendum eſt, non quod ſola quæratur reorum vita,ſed quòd principalius quæratur tanquam fundamentum totius ſtructuræ, cui quodammodo innitatur quicquid à ſacerdote poſtea operatum fuerit. Nam ſi peccator fuerit in voto peccandi, quantumlibet ſacerdos verba abſolutionis proferat, nunquam peccator erit abſolutus. Aliquid ergo magis operatur ſacerdos euangelicus circa pœnitentem, quàm olim ſacerdos veteris legis circa leproſum operaba- *Ioan. 20.*
tur. Deinde ipſa verba Saluatoris clariſſime illud exprimunt,ſic enim ait: Quorum remiſeritis peccata, remiſſa erunt. Non dixit,quorum declaraueritis peccata fuiſſe remiſſa,remiſſa erūt: ſed dixit, Quorum remiſeritis peccata remiſſa erunt. Quibus verbis apertiſſime oſtēditur, illīs contuliſſe ſacerdotibus non tantum poteſtatem declarandi peccata fuiſſe remiſſa,ſed poteſtatem verè remittendi peccata. Cum ergo ex ſupradictis conſtet ſacerdotē verè abſoluere, & peccata remittere, conuincitur manifeſtè falſum eſſe id quod Lutherus dixit,ſolā fidem iuſtificare. Secundum quod Lutherus ait,ex illo corrupto fonte deductum eſt,illum videlicet eſſe verè abſolutum,qui credit ſe eſſe abſolutum, etiam ſi illi deſit contritio: etiam ſi ſacerdos non ſeriò ſed ioco abſoluerit: quoniā fide illa qua credit ſe eſſe abſolutū (vt ille ait)

iuſtificatur. Vt autem clarius pateat quibus tenebris ſit inuolutus Lutherus, percontari oportet ab eo, quid per abſolutum intelligat. Aut enim intelligit eum ſuper quem ſacerdos dixerit verba abſolutionis, aut eum qui iam liber eſt à reatu gehennæ, & ſolutus eſt à nexibus peccatorum. Si eum dicat abſolutum A ſuper quem ſacerdos dixerit verba abſolutionis, falſum eſt quod ait illum eſſe abſolutum. Nam poſſibile eſt vt aliquis in propoſito peccandi exiſtens, ſuper quem ſacerdos verba abſolutionis dixerit, credat ſe abſolutum, quoniam credit verba abſolutionis dicta ſuper illum, quis tamen diceret hunc eſſe iuſtificatum? Similiter poſsibile eſt vt ſacerdos aliquis erraret in forma abſolutionis, vt videlicet non tenuerit formam vllam, ſed ſolum diceret aliquid aliud huic negocio impertinens, & tamen pœnitens confeſſus credat ſacerdotem vera abſolutionis verba dixiſſe, eo quòd non intellexerit quid ſacerdos dixerit, tunc ille pœnitens credit ſe abſolutum, quia credit verba abſolutionis ſuper eum fuiſſe dicta, nec tamen eſt verè (iuxta dictam interpretationem) abſolutus, quoniam talia abſolutionis verba non fuerunt ſuper eum dicta. Si autem eum dicat Lutherus abſolutum, qui vltra abſolutionis verba quæ ſuper ſe dicta recepit, liber eſt à nexibus peccatorum: tunc aſſertionis eius talis erit ſenſus, vt videlicet ille ſit abſolutus, id eſt à peccato liber, qui credit ſe eſſe à peccato liberatum. Qui etiam ſenſus conuincitur eſſe falſus, per id quod Paulus ait: Nihil mihi cõſcius ſum, ſed neque in hoc iuſtificatus ſum. Non enim ex eo quòd
1. Cor. 4. aliquis credit ſe eſſe ſine peccato, ideo oportet vt ſit ſine peccato.

Fortè Lutherus dicet talem eſſe ſuæ aſſertionis ſenſum, vt videlicet dicat quòd ille ſit abſolutus, id eſt à peccato liber, qui credit ſe eſſe abſolutũ, id eſt, qui credit vera abſolutionis verba ſuper eum dicta fuiſſe. Hæc autem aſſertio ſic intellecta quàm ſit falſa, apertè oſtendemus: quoniam etſi demus Luthero ſolam fidem iuſtificare, de ea erat capiendum, quæ à quolibet fideli exigitur, ſine qua impoſsibile eſt pla- B cere Deo, vt eſt de his quæ Chriſtus docuit. At circa abſolutionem non exigitur à pœnitẽte vt credat ſacerdotem dixiſſe verba abſolutionis, quoniam ea res in ſolo facto ſacerdotis conſiſtit, qui errare potuit: ſed id exigitur à pœnitẽte, vt credat verba abſolutionis à ſacerdote ptolata vim habere à Chriſto talem, vt peccatorem à peccato ſoluant. Quapropter etiam ſi daremus Luthero primum quod proponit, videlicet ſolam fidem iuſtificare: ſolum inde colligere licet, pœnitẽtem eſſe abſolutum cum crederet ſacerdotem talem habere poteſtatem, vt verbis abſolutionis ab eo prolatis, pœnitentem abſoluat. Quòd ſi aliquis ideo dicendus eſſet abſolutus, id eſt à peccato liber, quia credit ſe eſſe abſolutum, id eſt verba abſolutionis ſuper eum dicta, ſequeretur inde eum qui haberet in voto peccatum, eſſe liberum à peccato, ſi verba abſolutionis ſuper eum dicat ſacerdos. Nam talis quãuis proponat ſe in poſterum peccaturum, bene tamen credit ſe eſſe abſolutum (iuxta præfatam interpretationem) quia credit ſacerdotem ſuper eum dixiſſe verba abſolutionis. Verba ergo Lutheri vt aliquam habeant apparentiã, ſic accipienda ſunt. Is verè eſt abſolutus, id eſt à peccato liber, qui credit ſe eſſe abſolutũ, id eſt qui credit talem poteſtatem in ſacerdote, vt verbis abſolutionis ab eo ſuper pœnitẽtem prolatis pœnitens ipſe maneat abſolutus, ita ſcilicet vt pœnitens vtrunque credat, videlicet ſacerdotem dixiſſe abſolutionis verba ſuper eum, & credat vt illis dictis à ſacerdote ſupra pœnitentem, pœnitens ſit abſolutus. Et de hac fide dicit quòd ea ſola iuſtificat. Vt autem hoc manifeſte falſum eſſe appareat, conſiderare oportet, quòd prius ſacerdos verba abſolutionis profert, quàm pœnitens credat ſe eſſe abſolutum. Nam ſi verbis nõdum finitis crederet ſe eſſe abſolutum, falſo crederet, quoniam nondum abſolutus eſt. Niſi fortè Lutherus tantum credulitati pœnitentis arroget, vt in vniuerſum verbis abſolutionis à ſacerdote prolatis deroget. Quòd ſi Lutherus dixerit totam abſolutionis vim ex ſola pœnitentis credulitate pẽdere, fateatur neceſſe eſt, vt is apud eum abſolutus dicatur, qui credit ſe abſolutum etiam ſi nulla verba ſuper eum dicta ſint, atque ita verba illa omnino ſuperfluerent, & fruſtra dicerentur. Quòd ſi non fruſtra dicuntur, & aliquid in pœnitente operantur, tunc quæram quid operantur. Si iuſtificationem, aut abſolutionem, falſum eſt ergo quòd ſo- C la fides iuſtificat, vt Lutherus dixit, imò nunquam eſſe poſsibile fidem iuſtificare: quoniam is qui credit ſe eſſe abſolutum, aut verè credit, aut falſo. Si falſo credit, ergo non eſt abſolutus, quia non ita eſt vt credebat: credebat autem ſe eſſe abſolutum, non eſt ergo abſolutus. Si autem verè credit ſe eſſe abſolutum, quum prius verba abſolutionis dicantur: & poſtea pœnitentis credulitas ſuccedat, petam ab eo quando hic pœnitens fuit abſolutus, vtrum finitis verbis abſolutionis antequam credulitas accedat, an poſt adhibitam pœnitentis fidem. Si tunc eſt abſolutus quãdo verba finiuntur antequam fides accedat, clarum eſt pœnitentem tunc non iuſtificari per fidem, ſed per ſola verba abſolutionis. Si verò tunc eſt abſolutus quando verbis abſolutionis iam prolatis fides pœnitentis accedit, qua credit ſe eſſe abſolutum: tunc peto à Luthero quid talis pœnitens credit, quando dicit illum ex ſua credulitate fuiſſe abſolutum. Aut enim ſolum credit ipſum fuiſſe abſolutum, id eſt verba abſolutionis ſuper ipſum fuiſſe dicta, & hoc nihil eſt, neque hanc credulitatem ſufficere vt quis iuſtificetur, iam clarè oſtendimus. Aut credit quòd finitis abſolutionis verbis fuerit abſolutus à peccato, & tunc falſo credit, quoniam (vt dicit) nondum eſt abſolutus etiam finitis abſolutionis verbis, quouſque fides accedat, ergo cum credit ſe iam fuiſſe abſolutum, falſo credit. At per falſam fidem nemo iuſtificatur. Si autem credit ſe abſolui per ſuam fidem, oportebit dicere quòd tunc ſit abſolutus quãdo credit ſe fuiſſe abſolutum per ſuam fidem, ergo vt quis dicatur quòd credit ſe eſſe abſolutum, opus eſt fide quadã reflexa, vt videlicet credat ſacerdotem dixiſſe verba, eũque habere poteſtatẽ à Deo ſibi collatã: & deinde iterũ credat per priorẽ fidẽ quã habuit, ſe fuiſſe abſolutũ. Nec antea vnquã poterit dici quòd credit ſe abſolutũ. Non eſt enim poſsibile, imò nec intelligibile, vt per eãdem fidẽ per quã aliquis abſoluitur & iuſtificatur, per eãdẽ credat ſe iã fuiſſe abſolutum. Quòd ſi eſt alia fides per quã abſoluitur, & alia per quã credit ſe eſſe abſolutum, falſum eſſe etiã oportet quod dicit, vt videlicet is ſolũ ſit abſolutus, qui credit ſe eſſe abſolutũ: quia ſi per priorẽ fidẽ abſoluitur, etiam ſi ſecunda fides nõ accedat, nihilominus erit abſolutus. Attende bene obſecro, lector, & diligen- D

ter

ter circunpiſce hæc omnia,& clare videbis quantis ſe tenebris Lutherus inuoluat, & quibus ſit laqueis implicitus,ita vt explicari eũ ſit impoſſibile. Demum vt huic negocio finẽ imponamus,inter aſſertiones Lutheri condẽnatas à Leone decimo,hæc de qua hucuſque diſputauimus, vna eſt. Deinde concilium Tridentinum ſeſſione quarta celebrata ſub Iulio tertio,canone nono hãc ſententiam Lutheri dãnauit:ſic dicens: Si quis dixerit abſolutionem ſacramentalem ſacerdotis nõ eſſe actum iudicialem,ſed tantum miniſterium pronunciandi & declarãdi remiſſa eſſe peccata confitenti, modo tantum credat ſe eſſe abſolutum, etiam ſi ſacerdos non ſeriò ſed ioco abſoluat, aut dixerit non requiri confeſſionem pœnitentis,vt ſacerdos ipſum abſoluere poſſit,anathema ſit.Hactenus concilium Tridentinũ. Contra hunc Lutheri errorem ſcripſit Ioannes Roffenſis epiſcopus,vir doctus ſimul atque religioſus,in eo libro quem cõtra omnes atticulos Lutheri compoſuit.Scripſit etiam longius Iacobus Latomus in ea aſſertione quam compoſuit damnationis factæ ab vniuerſitate Louaniẽſi ſuper articulis Lutheri. Alium autem vidi neminem qui de hac re tractauerit,quanuis plures legerim qui cõtra Martinum Lutherum ſcripſerunt.

cõcilium Tridentinum.

Iacob.

A SEcunda de hac re hęreſis eſt quæ dicit puerum ac mulierem ęquè abſoluere vt papam. Huius hęreſis autor eſt Martinus Lutherus,is de quo nũc proximè rationem dedimus. Vt autem clarius eius inſana mens pateat,verba eius referam: & ſunt quæ ſequuntur:In ſacramento pœnitentiæ, ac remiſſione culpæ,non plus facit papa,epiſcopus, quàm infimus ſacerdos,imò vbi nõ eſt ſacerdos,æquè tãtum quilibet Chriſtianus,etiã ſi mulier aut puer eſſet.Hæc Lutherus.His verbis duo miſcet Lutherus. Primo quidem dicit in pœnitentis abſolutione omnes ſacerdotes eſſe pares,ita ſcilicet vt omnes ſacerdotes parem abſoluendi poteſtatem habeant.Secundo dicit omnes Chriſtianos poſſe abſoluere, etiam ſi fœmina ſit.Primum iſtorum ſi rectè intelligatur,illi concedimus,videlicet omnes ſacerdotes quãtum ad abſolutionem culpę parem habere poteſtatem.Cum enim iuxta Auguſtinum impium ſit à Deo dimidiam ſperare veniam,nunquam eſt dicendum quòd aliquis ſit abſolutus ab vno peccato, & non ab alio.Quapropter oportet fateri ſacerdotem qui pœnitẽtem abſoluit,abſoluere ab omnibus,aut à nullo.Et ita quando abſoluit ſimplex ſacerdos,tantum abſoluit de culpa ſicut papa.Non eſt enim imaginãdum quòd maiorem partem culpæ deleat papa per ſuam abſolutionem,& minorem partem deleat infimus ſacerdos,ſed vterque eorum à tota culpa abſoluit,aut penitus non abſoluit. Quod autẽ adducitur de caſibus reſeruatis,à quibus infimus ſacerdos abſoluere non poteſt, nullo modo tollit noſtrum propoſitum,quia quòd non abſoluat,non eſt defectu poteſtatis,ſed ex defectu iuriſdictionis, quia videlicet pœnitens non eſt illi ſubiectus,quòd maxime requiritur ad hoc vt ſacerdotis ſententia ſuper eum lata ſit valida.Sententia ſiquidem à non ſuo iudice lata,nulla eſt.Papa ergo latiorem habet poteſtatem quàm infimus ſacerdos,quia plures habet ſubditos quàm infimus ſacerdos.Infimus autẽ ſacerdos circa ſuum ſubditum,ſi plenè illi ſubditur,parem habet abſoluendi poteſtatem cum papa,quia æquè à
B tota abſoluit culpa,ſicut papa. At non ſic eſt de pœna,quia vltra abſolutionem,de pœna quæ reſtabat perſoluenda,poteſt papa vel partem,vel totam relaxare, ſicut circunſtãtia ſe offert.Infimus autem ſacerdos,vltra abſolutionem à culpa nũquam propria autoritate poteſt in vniuerſum à pœna abſoluere. De paritate ſacerdotum quãtum ad abſolutionẽ culpæ,hæc dixiſſe ſufficiat.Iam opus eſt vt de reliquo diſputemus quod Lutherus ait,quemlibet Chriſtianum etiam ſi mulier aut puer eſſet in abſentia ſacerdotis æquè bene abſoluere ſicut quilibet ſacerdos.Hæc autem eius aſſertio ex prima hæreſi quã de hac materia narrauimus,atque oppugnauimus,fluit.Superius nanque diximus Lutherũ ſentire totam vim ad culpam delendam,aſſcribendã eſſe fidei credẽtis,& nullo pacto miniſtro.Quapropter ex iſto fonte colligit quòd etiam ſi mulier aut puer hæc verba proferat,peccator hæc audiens & credens ſtatim abſolutus eſt.Vt autẽ clariſſime conuincamus hoc eſſe falſum atque hæreticum,percontari oportet à Luthero,an ſi pœnitens audiret à Pſittaco illa verba abſolutionis,vtrum Pſittacus abſolueret,& pœnitens eſſet abſolutus.Si dicat Pſittacũ abſoluere, quid abſurdius dici poteſt,& magis impium? Sin verò neget Pſittacum abſoluere quanuis dicat verba abſolutionis,oportet eum fateri aliquam eſſe poteſtatẽ in miniſtro proferente verba,qua deficiente in prolatore verborum,nihil fit.Nã ſi nulla eſſet in miniſtro virtus aut poteſtas,nihil prorſus referret quis eſſet prolator verborum,modò verba integrè proferret. Hæc autem quàm ſunt abſurda,nullus eſt qui non videat.Quòd ſi poteſtas neceſſariò exigitur in miniſtro prolationis,& hãc conſtat non fuiſſe à Chriſto collatam mulieri,conuincitur inde mulierem non poſſe abſoluere.Verum hic ſcio Lutherum negare talem poteſtatem minimè collatã fuiſſe mulieri,imò conſtantiſſime affirmat Chriſtum illam poteſtatem dediſſe omnibus Chriſtianis.Hoc autẽ conſtat eſſe falſum,quoniam talis poteſtas fuit à Chriſto collata per illa verba quæ Chriſtus poſt reſurrectionẽ dixit diſcipulis ſuis:Quorum remiſeritis peccata,remiſſa erunt:& quorum retinueritis,retẽta ſunt.Cum
C autem Chriſtus illa dixit,ibi non erat aliqua mulier ad quam poſſent illa verba ſpectare,ſed ſolum erãt Apoſtoli ad quos ſolum illa verba dirigebantur.Quòd ſi Lutherus dicat poteſtatem illam fuiſſe à Deo collatam per illud quod habetur apud Matthæum:Quæcunque ligaueris ſuper terram,erunt ligata & in cœlo:etiam ſi hoc daremus Luthero eadem pro nobis militat ratio,quoniã tũc cùm illa dicebantur, nulla etiam erat mulier(vt ex hiſtoria euangelii patet)ſed ſoli erant apoſtoli atque alii diſcipuli quibus illa verba dicebãtur.Vnde colligere oportet,ſolos Chriſti diſcipulos,eorumq; ſucceſſores,videlicet ſacerdotes,illã poteſtatẽ à Chriſto accepiſſe.Quòd ſi Lutherus adhuc cõtẽdat verba illa quæ ſolis diſcipulis ſuis Chriſtus dixit,ad omnes Chriſtianos eſſe referenda,oportet tunc eũ fateri,mulierẽ etiã poſſe conſecrare corpus Chriſti:quia cũ Chriſtus dixit diſcipulis ſuis:Hoc facite in meã cõmemorationẽ: oporteret etiã illa verba ad omnes Chriſtianos referre. Similiter oporteret concedere poſſe prædicare, quia Apoſtolis dicitur: Ite prædicate Euangelium omni creaturæ. Et tamen Paulus dicit ſe non per-

Lutherus.

Ioan. 20.

Matth.18

1.Tim.2.

mittere mulierem prædicare. Rursum vt hominẽ vndique vallemus, hoc oportuit discutere, quod Lutherus dixit mulierem posse absoluere vbi sacerdos non est. Hæc autem dicta alteri eiusdem Lutheri assertioni maxime repugnant. Lutherus nanque ait (vt infra lõgius differemus) omnes Christianos esse sacerdotes. Si ergo iuxta Lutherum omnes Christiani sunt sacerdotes, non est certè possibile vt mulier sit vbi sacerdos non est. Vides iam lector quot laqueis seipsum Lutherus inuoluit. Demũ inter plures Lutheri assertiones, à Leone decimo damnatas, hęc vna est, aduersus quam hucusque disputamus. D

Deinde, concilium Tridentinum in sessione quarta sub Iulio tertio celebrata hanc sententiam Lutheri publico decreto damnauit. Nam inter multos quos in illa sessione protulit canones, decimus illorum hæc continet verba: Si quis dixerit sacerdotes, qui in peccato mortali sunt, potestatẽ ligandi & soluendi non habere: aut non solum sacerdotes esse ministros absolutionis, sed omnibus & singulis Christi fidelibus esse dictum, Quæcunque ligaueritis super terram, erunt ligata & in cœlo: & quęcunque solueritis super terram, erunt soluta & in cœlo. Et quorũ remiseritis peccata, remittuntur eis: & quorum retinueritis retenta sunt. Quorum verborum virtute quilibet absoluere possunt peccata, publica quidem per correptionem duntaxat, si correctus acquieuerit: secreta vero per spontaneam confessionem, anathema sit. Hactenus cõcilium Tridentinum. De hac re amplius disputare nolo, quoniam infra in titulo de Sacerdotio hæresi prima, longius de illa agetur.

Cõcilium Tridentinum.

Ioan. 20.

ADAM ET EVA.

DE primis humani generis parẽtibus, Adam scilicet & Eua, variæ olim tractatę sunt hæreses. Prima hæresis est asserens primos parentes esse damnatione perpetua in infernum detrusos propter eorum primum inobedientiæ peccatum. Huius erroris autor fuit Tatianus quidam discipulus Iustini martyris, qui fuit temporibus Antonini imperatoris, & papæ Iulij huius nominis primi. Is Tatianus donec Iustinus eius magister vixit, nihil malè sentire vnquam ostendit (vt testatur Eusebius Cæsariensis in Ecclesiastica historia) postea verò quàm ille martyrio vitam finiuit, à veritatis tramite deuiauit, & doctoris nomen ambiens, maluit magister fieri erroris, quàm discipulus veritatis. Secutus est autem in multis prædecessorum hęreticorum errores, videlicet Valentini, Marcionis, Saturnini, alios etiam plures errores ex proprio cerebro eduxit. Nam & hæresis Encratitarum autorem ac principem eum fuisse testantur beatus Irenæus libro primo aduersus hæreses, capite trigesimo, & beatus Hieronymus in cõmentariis super prophetam Amos, & beatus Epiphanius libro primo contra octoginta hæreses, in fine tertij Tomi. Inter cæteros igitur huius Tatiani & Encratitarum errores vnus hic est, quo asserunt Adã scilicet & Euam damnatione perpetua esse propter peccatum punitos. Cæterum vt hanc sententiam hæreticam esse conuincamus, quanuis ego eam talem esse credam, tamen (vt ingenuè fatear) mihi nullus sacrę scripturę locus succurrit apertus, quo id efficere valeamus: neque aliquis eorum apud quos hæc assertio tãquam hæretica recitatur, & velut talis ab eis exploditur, adfert aliquem scripturæ sacræ locum apertũ quo id refellat. Irenæus siquidem lib. 1. aduersus hæreses cap. 31. cum propter hanc assertionem Tatianum nota hęretici inurat, nullum tamen adducit locum scripturæ quo id euincat. Eusebius Cæsariensis lib. 4. Ecclesiasticæ historiæ hunc errorem impingens Tatiano, nullum pro hac re adducit scripturæ sacræ testimonium. Philaster Brixiẽsis in eo libello quem de hæresibus edidit, Tatiani hæreses enumerans, hanc etiam illi tribuit, nec vllum pro hac re adfert scripturæ sacræ testimonium. Ad eundem modum se habet Epiphanius, qui cõtra Tatianum disputãs, nullo illos sacræ scripturæ testimonio redarguit. Beatus etiam Augustinus in lib. de hæresibus ad Quod vult Deum, cap. 25. de Tatiano loquens dicit illum saluti primi hominis contradicere, nullum tamen proponit scripturę testimonium, quo illam sententiam probet esse hæreticam. Omitto Guidonem Carmelitam, quoniam is, etsi aduersus omnes hæreses se scribere instituat, multas tamen recẽset quas nullo testimonio scripturæ reiicit, sed suo tantum iudicio, ad quem modum etiam hic lusit fabulam. Nam Tatianorum & Encratitarum errores differens, hunc eorum esse errorem asserit, nullo ad hoc citato scripturæ sacrę loco quo id euincat, sed mittit nos ad Anselmum in lib. Cur Deus homo, & ad beatum Hieronymum in epistola ad Euagrium, in quibus nil tale reperi vt ille testatur. Propter quod credo ipsum nec legisse loca illa ad quæ nos mittit. Nã si legisset inuenisseţque aliquid huic proposito conducens, libentissime (vt assolet) ab illis fuisset mutuatus. Nam in refellendis aliis hęresibus vbi apertissima sunt contra illas testimonia, mirum quàm molestus citator est, omnia quæ potest testimonia vndelibet adducens. Hic tamen vbi maxime opus esset aliquo scripturæ testimonio, ne illi videretur deesse, mittit nos ad alios. Verũ etsi nulla sit pro hoc errore refellendo aperta scriptura, non ideo non est censenda talis assertio hæretica: quoniam efficacissimum est testimonium (vt longius supra diximus) omnium sacrorum doctorum concors de aliqua re sententia. Non enim est possibile vt omnes concorditer errent, qui vt nos nõ erraremus, à Deo missi sunt. Sic enim ait Paulus in ea quæ est ad Ephesios epistola: Et ipse dedit quosdã quidem apostolos, quosdam autem prophetas, alios verò euangelistas, alios autem pastores & doctores ad consummationem sanctorum in opus ministerii, in ædificationem corporis Christi, donec occuramus omnes in vnitatem fidei. Ad quid autem eos dederit, subiungit dicens: Vt iam non simus paruuli fluctuantes, & circunferamur omni vento doctrinæ, in nequitia hominum, in astutia ad circunuentionem erroris. Vides qualiter ex Pauli sententia dati sunt à Deo doctores, vt non circunferamur omni vento doctrinæ ad circunuentionem erroris. Quapropter fieri nequit vt omnes concorditer errent, qui ne alii errarent, missi sunt. Omnium autem sacrorum doctorum concors est sentẽtia Adam fuisse saluum fuisseque ex eorum numero quos Christus ad infernum descendens (iuxta Zachariæ

Tatianus

Encratita

A

B

C

Ephe. 4.

Zacha.

chariæ vaticinium) eduxit vinctos qui erant in lacu. Sed ne hoc gratis & ſine vlla coniectura dixiſſe videamur, beatus Irenæus lib. 3. aduerſus hæreſes repetens iterum hunc Tatiani errorẽ, aliquas eáſque elegantes adducit contra eum perſuaſiones, quas etſi ex aperta ſcriptura non colligat, optimè tamen ex ea coniicit. Has ergo non dedignabor huic operi inſerere, breuiſſimè tamen, quum ille vberiorem dicendi ſtylum nactus lõgius ſpatietur. Aliquas etiam ex meipſo addam, quò res ipſa magis firmetur. Primo ergo omnium id ſtatuere oportet, genus humanum per Chriſtum redemptum ſaluatúmque eſſe, dicente Paulo: Sicut in Adam omnes moriuntur, ita & in Chriſto omnes viuificabuntur. Si ergo homo ſaluatur oportet is qui primò plaſmatus eſt homo. Non eſt enim æquũ vt qui primò ab inimico captus eſt, captiuus adhuc maneat liberatis filiis quos in captiuitate genuerat. Si enim quiſpiã ab hoſte captus, in captiuitate generet filios, quem alius miſeratus, hoſtem qui illum cepit, captiuúmque tenet, inuadat, expugnétque: is qui hoſté inuaſit, iniuſtè faceret ſi filios à captiuitate liberaret parentibus in captiuitate manentibus, propter quos hoſtem inuaſerat. Cum ergo Adam captus teneretur à dæmone, propter quem Deus carne indutus dæmonem expugnarit, non eſt vero ſimile vt filii Adam liberentur ipſo parente manẽte captiuo, propter quem dæmonem inuaſit, vt pro illo vindictam ſumeret. Rurſus: Si is qui prior factus eſt à Deo homo vt viueret, implerétque ex eis (iuxta Prophetam) angelicas ruinas, in ipſa perpetua manſiſſet morte propter ſerpentis læſionem, nullóque pacto reuerteretur ad vitam ad quam & propter quàm creauit eum, iam oporteret dicere Deum quodammodo victum à ſerpente, cum res ſucceſſerit iuxta ſerpentis nequitiam, & non iuxta voluntatem Dei. Deinde ſi Adam morte perpetua propter peccatum punitur, qualiter Paulus morti inſultat, dicens: Vbi eſt mors victoria tua? Vbi eſt mors ſtimulus tuus? Quòd ſi peccatum Adæ adhuc manet, nec expiatum eſt vſquam, neceſſe eſt etiam vt maneat ſtimulus mortis: quoniam (iuxta eundem Paulum) ſtimulus mortis peccatum eſt. At nullum aliud peccatum fuit mortis ſtimulus, quàm peccatum Adæ: quoniam per illud mors intrauit in orbem terrarum. Per vnum hominem, inquit Paulus, mors intrauit in orbem terrarum, eáque nõ ob aliam cauſam, quàm propter primum eius peccatum. Peccatum ergo Adæ ſtimulus fuit mortis. Si ergo Tatianus dicit peccatum Adæ manere, fateatur neceſſe eſt ſtimulum mortis alicubi eſſe. Male ergo Paulus morti inſultat eam victam eſſe denuncians. Verum hæc Tatianum nihil mouebunt, quoniam inter alias eius inſanias vna eſt qua Paulo Apoſtolo detrahit, eum etiam damnatum aſſerens, quò fit vt nullam eius epiſtolam admittat. Sed de his infra longius diſſeremus lib. 13. in titulo de ſcriptura ſacra. Prẽterea non eſt dubitãdum Deum carne indutum pro homine congreſſum fuiſſe cum dæmone, eúmque viciſſe: quod præter alia ſcripturæ teſtimonia illud oſtendit, vbi Dominus parabolicè (vt aſſolet loquens, ait: Cùm fortis armatus cuſtodit atrium ſuum, in pace ſunt omnia quæ poſſidet. Si autem fortior illo ſuperueniens vicerit eum, vniuerſa arma eius auferet in quibus confidebat, & ſpolia eius diſtribuet. Qua parabola manifeſte ſuum de dæmone triumphum oſtendit, quod ex præcedentibus manifeſte conuincitur. Nam quum à Iudæis obiiceretur illi quòd in Beelzebub principe dæmoniorum eiecíſſet dæmonium illud quod erat mutum, reſpondit ſe in digito dei, cui cuncta ſubſunt, eieciſſe dæmonium: pro cuius confirmatione hanc aſſumpſit parabolam. Chriſtus ergo dæmonem vicit, armáque illius atque ſpolia abſtulit. Primum autem diaboli ſpolium primáque eius poſſeſſio fuit Adam quem tenebat captiuum ſub ſua poteſtate. Vt ergo victus clarè agnoſcatur diabolus, hæc præcipua ſunt ſpolia quæ ab eo capienda ſunt, propter quæ bellum tam durum commiſſum eſt. Semper enim inſultaret inimicus ſi vetera illa ſpolia mãſiſſent apud eum. Præter hæc omnia valde noſtrum propoſitum roborat illa peccati Adæ punitio, ex qua colligi aperte poteſt quid illi in poſterum Deus decernat: quoniam puniens Deus Adam non ita eum maledixit, vt vocaretur maledictus, quemadmodum hi qui æterno igni deſtinati ſunt, ſed terram maledixit in operibus eius, in punitionem illi infligens tædia, & terrenum laborem, & comedere panem in ſudore vultus ſui, & conuerti in terram ex qua aſſumptus eſt. Similiter etiam mulier punita eſt per tædia, labores, gemitus, triſtitias, dolores partus: hoc autem diſpenſatiuè à Deo factum eſt, vt neque maledicti à Deo in totum perirent, neque ſine punitione viuentes Deum contemnerent. Omnis autem maledictio in ſerpentem peruenit, qui eos ſeduxerat: vnde dixit Deus ſerpenti: Quoniam feciſti hoc, maledictus tu ab omnibus animantibus, & ab omnibus beſtiis terræ. Similiter quum poſtea Cain peccaret fratrem ſuum occidendo maledictionem accepit à Deo, quoniam ad ſe peccatum attulit, neque Deum reueritus eſt. Nam inrerrogatus à Deo vbi eſſet Abel frater eius, reſpondit ſe neſcire, quaſi poſſet fruſtrari Deum. Et vt ipſam irreuerentiam augeret, quaſi cum quadam animi indignatione ait: Nunquid cuſtos fratris mei ſum ego? In Adam nihil tale euenit. Ab altero ſeductus eſt, nẽpe à muliere: mulier autem à ſerpente. Poſtquam peccauit, ſtatim timore ac tremore concutitur, abſconditúrque, non vt credat ſe poſſe fruſtrari Deum, ſed mente confuſus, præ rubore & verecundia mali cõmiſſi, non audet venire in conſpectum & in colloquium eius. Initium autem ſapientiæ timor Domini. Cognitio verò peccati maximè ad pœnitentiam ſtimulat, pœnitẽti autem Deus peccata dimittit. Adæ ergo peccatũ dimiſſum eſt, quoniam ex facto pœnituiſſe eum coniicitur. Foliis ſiquidem ficulneis, quæ delectationem nullam præſtant, ſed quodãmodo mordent ac pungunt, corpus cõtexit. cũ tamen alia plurima eſſent folia blandiora, quæ minus corpus eius affligere potuiſſent. Atque ideo nullam in ſe portat maledictionem, quoniam Deus præuidit eam quam acturus erat pœnitentiam. Quòd autem illa ſint pœnitentiæ ſigna, inde conuincitur, quòd ſtatim Dominus per illud flectitur ad miſericordiam, tunicas pelliceas pro foliis ficulneis eos induens. Atque (vt ſolenne eſt Deo peccatorem ad pœnitentiam ſtimulare, ſtimulatúmque in melius prouehere) Adam quẽ mente cõpunctũ vidit, poſtquam eũ eiecit de paradiſo, noluit eũ longe à paradiſo habitare, ſed è regione paradiſi (vt ait ſcriptura) eũ poſuit, vt per aſpectum, & continuam loci memoriam, vnde propter peccatũ eiectus fuerat, maior illi continui doloris ſuggereretur occaſio.

1. Cor. 15.

Pſal. 109.

1. Cor. 15.

Roman. 5.

Luc. 11.

Gen. 3

Pſal. 110.

Gene. 3.

De hac re nullam eccleſiæ in concilio factam definitionem inuenio, quod tali (vt opinor) euenit cauſa, quoniam tunc eo tempore quo peſtis illa orta eſt, ſæuiente perſecutione imperatorum, concilia non potuere congregari vſque ad tempus Conſtantini maioris, ſub quo pax data eſt Eccleſiæ Dei. Cum autem
Seuer. poſt Tatianum à nullo reperiatur errorem hunc fuiſſe ſuſcitatum, præterquam à Seuero eius diſcipulo, à quo Seueriani dicti ſunt, hæc, vt arbitror, fuit cauſa, vt in conciliis quæ longo pòſt tempore celebrata ſunt, nihil de hoc errore definitum ſit. Poſt primam huius operis æditionem, reperi apertum ſcripturæ ſacræ teſtimonium ad hanc hæreſim reuincendam, quod nunc addere oportuit. Nam Sapiens de diui-
Sap.10. na ſapientia loquens, ita ait: Hæc illum qui primus formatus eſt à Deo pater orbis terrarum quum ſolus eſſet creatus, cuſtodiuit, & eduxit illum à delicto ſuo. Quæ verba ſatis apertè docent Adam fuiſſe ſaluum. C

SEcundus de hac re ortus eſt error, aſſerens Adam poſt peccatum perdidiſſe imaginem dei. Hunc errorem tribuit Origeni Epiphanius epiſcopus Salaminæ in quadam epiſtola ad Ioannem epiſcopum Hieroſolymitanum, quam beatus Hieronymus è græca in Latinam linguam vertit, quæ & ideo inter epiſtolas beati Hieronymi continetur, tomo earum ſecundo. Quis autem hic fuerit Origenes, non oportet longam enarrare hiſtoriam, cum nomen illius adeò celebre ſit, vt toti penè orbi innoteſcat, quapropter de eo tacendum cenſui. Qui autem eius geſta ad plenum noſſe cupit, legat Euſebium Cæſariẽſem in Eccleſiaſtica hiſtoria lib. 6. quem ferè integrum in hac conſumit narratione. An autẽ propter hunc & alios errores, de quibus ſuis locis dicetur, cenſendus ſit hæreticus, an non, lõga ab aliquibus texitur quęſtio. Ruffinus ſiquidem aduerſus Hieronymum pro Origene olim egit cauſam. Ioãnes Hieroſolymitanus epiſcopus contra Epiphanium Salaminæ vrbis in Cypro epiſcopum Origenem tuebatur. Extat etiam Pãphili martyris (modò titulus verus ſit) pro Origene apologia, quám Ruffinus presbyter latinam fecit. Denique Ioannes Picus Mirandulanus, vir non minus pius quàm doctus & eloquens, inter multas concluſiones quas diſputandas ac defendendas Romę ſuſcepit tempore Innocentii papæ huius nominis octaui, hanc vnam miſcuit: Magis pium eſt credere Origenem fuiſſe ſaluum, quàm damnatum. Quam concluſionem cum aliqui velut hæreticam cum aliis duodecim explodere vellent: pro huius & aliarum duodecim defenſione luculentam compoſuit apologiam. Poſt tot illuſtres viros ego nihil definire audebo, quoniam id temerarium eſſet, maximè cum res ſit valde dubia. Illud tamen dicam me ſcilicet de Origene & de cæteris quibuſcũque id ſentire, quod ſciuero catholicam eccleſiam ſentire. Cum D
ergo iam de perſona dictum ſit, ſupereſt vt de errore diſcutiamus. In primis illud mihi dubium eſt, an Origenes ſenſerit hominem per peccatum aliquid de ſua ſubſtantia perdidiſſe, an ſolum qualitates animæ aliquas, vel, vt ſub aliis verbis dicam, an imaginem perdiderit, an ſolã ſimilitudinem. Nam Victo-
Victo. rinus Afer, à quo Hieronym⁹ Rhetoricam didiciſſe fertur, in ea diſputatione quã aduerſus Arriũ ſcripſit lib. 1. diſſerens illud Geneſ. Faciamus hominem ad imaginem & ſimilitudinem noſtram, ſic ait: Aliud igitur eſt iuxta imaginem eſſe, quod quidem ſubſtãtia eſt: aliud autẽ iuxta ſimilitudinem eſſe quod non eſt ſubſtantia, ſed in ſubſtantia nomen qualitatis declaratiuum. Sed ſicuti Deum, ſic & imaginẽ, hoc eſt Chriſtum ſubſtantiam accepimus, perfectionem autẽ iuxta quale ſignificatiuũ intelligimus: & ſi ſimile quale ſignificat neceſſario, quomodo dicimus animam rationalem eſſe, & perfectè rationalem iuxta ſimilitudinem perfectionis in Deo? Perfectam ergo eſſe animam iuxta imaginẽ, nunc, & in mundo: iuxta ſimilitudinem autem, poſtea fide in Deum & in Ieſum Chriſtum, qualis eſſet futura ſi Adam non peccaſſet. In quo igitur rationalis eſt, ad rationem iuxta imaginẽ eſt, in quo futura perfecta eſt ſecũdum ſimilitudinem. Hactenus Victorinus. Ex quibus verbis patet ſecũdum eum imaginem maxime diſtare à ſimilitudine, Adámque ſimilitudinẽ perdidiſſe, non autem imaginem. Hanc eãdem imaginis & ſimilitudinis differentiã aſſignat Eucherius Lugdunenſis epiſcopus, vir certè non minus doctrina quàm ſan
Euche. ctitate clarus, qui lib. 1. ſuper Geneſim exponens eũdem ſcripturæ locum, ſic ait: Inter ſimilitudinem & imaginem hoc intereſt: Imago dei, omnium: ſimilitudo, paucorum. Hæc nãque imago Dei ab excellen tia diuinæ ſimilitudinis diſtat, quod imago Dei anima peccatrix eſſe non deſinit: ad Dei autem ſimilitu A
dinem, niſi anima ſancta fuerit, non perueniet: quia illa anima creata eſt per naturam, hæc dabitur conſummari per gratiam: quoniam ſi nihil aliud eſt imago Dei, quàm mẽs naturaliter animæ humanæ collata, quid aliud erit ſimilitudo, niſi feliciter beatitudo conferenda? Et ideo quidem eſt magnum quòd hominis mens facta ad imaginẽ data ſit in natura, cuius priuilegio carent animalia cætera: ſed illud eſt multo præſtantius, quòd ei ſimilitudo danda ſit ſui creatoris in gloria, vt ibi ſit ſuo creatori ſimilis, vbi erit ſanctis angelis æqualis. Hæc Eucherius. Si ergo Origenes dicat Adam poſt peccatũ perdidiſſe Dei imaginem, accepto imaginis nomine iuxta eam quàm prædiximus ſignificationem, vt imago in natura conſiſtat manifeſtus eſt error, iuſtéque eũ ob hanc cauſam accuſat Epiphanius: quoniã de dæmonibus, quorum peccatum multo fuit grauius, dicit beatus Dionyſius Areopagita, naturalia in eis mãſiſſe integra: quanto magis id factũ eſſe in homine putandũ eſt? Rurſus ſi peccatũ aliquid ſubtraheret de natura, crebreſcentibus peccatis tãdem aliquando ipſa peccata totam animæ conſumerent naturam, quod nefas eſt dicere. Teſtimonia ſcripturæ quæ pro hac re Epiphanius adducit, mihi parũ videntur ipſius propoſitum roborare, quanuis ille iactet ſe pro tribus teſtimoniis, quæ Ioannes Hieroſolymitanus petebat, ſeptẽ teſtimonia protuliſſe: quoniam omnia teſtimonia quæ ex ſcriptura ille citat, præter vnum & alterum, ſolum probant hominem primo ad imaginem Dei factum aut conditum: quòd autem poſt peccatum in ipſa permanſerit imagine, hoc nũquã exprimũt, præter vnũ ex Apoſtolo Paulo, & aliud ex Pſalmis, quę etiam fortè non conuincunt, quanuis vehementer perſuadeant. Teſtimonia autẽ eius hęc ſunt.
Geneſ.5. In Geneſi legitur: Vixit autem Adam centum triginta annis, & genuit filium ad imaginem & ſimilitudinem ſuam, vocauítque nomen eius Seth. Hoc teſtimoniũ nihil conferre propoſito, eſt adeò apertum, B

vt non

vt non ſit opus refellere: quoniam ibi dicitur Seth fuiſſe genitum ad imaginem & ſimilitudinem Adæ non autem ad imaginem & ſimilitudinem Dei. Neque etiam Adam iuxta ſimilitudinem Dei filium gignere poterat, retenta illa quàm ſupra poſuimus ſimilitudinis ſignificatione. Secundum teſtimonium *Gene. 9.*
eſt ex libro eodem, ſic dicens: Ne comederitis carnem, ego enim vlciſcar ſanguinem veſtrum de manu omnis hominis effundentis illum, quia ad imaginem Dei feci hominem. Ex hac autoritate nihil apertè conuincitur, niſi hominẽ ad imaginem Dei factum, non autem in ea perſeueraſſe. Idem etiam penitus ſonat teſtimonium ex ſapientia Salomonis? Creauit Deus hominem inexterminabilem, & ad imagi- *Sapien. 2.*
nem ſimilitudinis ſuæ creauit eum. Neque aliud etiam probat teſtimonium ex epiſtola beati Iacobi di- *Iacob. 3.*
cẽntis: Lingua inquietum malum, plena veneno mortifero: in ipſa benedicimus Deum & patrem, & in ipſa maledicimus homines qui ad imaginem & ſimilitudinem Dei facti ſunt. Quòd autem hæc autoritas homines dixit, non hominem, videtur ex illa colligi, non ſolum Adam, ſed cæteros homines poſt peccatum genitos, factos ad ſimilitudinem Dei. Cui reſponderi poſſet, alios homines tunc dici eſſe factos, quia tunc ille plaſmatus eſt, à quo omnes erant deducendi. Neque hũc modum loquendi horrent ſacræ literæ. Nam in Geneſi legimus poſt perfectam mundi fabricam ſecundum ſpecierum & formarum diuerſitatem: Hæ ſunt generationes quas fecit dominus in die quo creauit Deus cœlum & terram. *Geneſ. 2.*
Tunc enim omnes generationes factas eſſe aſſerit ſcriptura, cùm tamen poſtea per dierum volumina & ſucceſſus factas eſſe referat, quaſdam primo die, aliquas ſecundo, & ſic vſque ad ſeptimum diem. Dicũtur tamen omnes creaturæ factæ in die quo creauit Deus cœlũ & terram, quia illo die facta eſt vniuerſalis maſſa ex qua omnes corporeæ ſubſtantiæ deriuatę ſunt. Ad quem modum poſſet etiam dici, quan-
C uis aliquantulo coactius, omnes homines tunc dici eſſe factos, quando Adam factus eſt: nam tunc ſicut ipſum Adam, ſic etiam cæteros omnes ad imaginem Dei factos eſſe. Illud autem Pſal. In imagine per- *Pſal. 38.*
tranſit homo, ſed & fruſtra cõturbatur, atque illud Pauli in prima ad Corint. epiſtol. Vir non debet ve- *1. Cor. 9.*
lare caput, quia imago & gloria Dei eſt: hæc duo magis vrgent, quoniam non ſolum ad primum hominem referri quouis modo poſſunt, ſed de quocunque homine dicta eſſe conſtat. Verùm imaginis nomen non ſemper ſcriptura capit iuxta eam differentiam quàm ſupra poſuimus, ita vt imago ſemper tribuatur nudæ naturę: ſed aliquando iuxta animæ qualitates: vt patet in epiſt. ad Coloſſ. Expoliantes vos, *Col. 3*
inquit Paulus, veterem hominem cum actibus ſuis, & induentes nouum, qui renouatur in agnitionem ſecundum imaginem eius qui creauit illum. Ex quo loco manifeſtè patet hanc eſſe datam à Paulo differentiam inter veterem & nouum hominem, vt vetus homo qui ad peccatum pertinet, non habeat imaginem Dei, quia ſcilicet bonitate caret, nouus autem homo, qui ad gratiam per Chriſtum recuperatam pertinet, gerat Dei imaginem. Iuxta quod oportet vt ibi imago non ſolum cõſiſtat in nuda animæ ſubſtantia, ſed in gratia etiam, per quã homo deiformis fiat. Et B. Ambro. ſuper epiſt. Pauli, exponens hunc
locũ ex epiſtola ad Coloſſ. proximè citatum, ſic ait: Imago hæc in conuerſatione bonæ vitæ intelligenda eſt, ſicut dicit ad Corint. in epiſt. 1. Quemadmodum portauimus imaginem eius qui de terra eſt, ita & portemus imaginẽ illius qui de cœlo eſt. Ipſe eſt ergo creator hominis, cuius imaginem portare nos iubet in ſanctitate & bonis operibus, quæ de filii Dei agnitione deſcendit. Hæc Ambroſius. *Ambro. 1. Cor. 15.*
D Ex quibus manifeſtè colligitur, imaginis nomen non ſolum capi in literis ſacris iuxta id quod in natura ſitum eſt, quod etiam nũquam perditur, ſed aliquãdo etiam capi iuxta quaſdã animæ qualitates. Quòd ſi fortè ita Origenes cepit imaginis nomẽ, vt imaginem pro ſimilitudine vſurpauerit: quis non videt ibi nullam eſſe hæreſis ſuſpicionem? Hæc tamen dixi, non vt quiſquam putet me partes Origenis ſumere velle. Nam fateor me de Origene eiuſque doctrina ſentire id quod ſancta mater Eccleſia ſentit. Propter quod firmiſſimè hoc aſſero, ſi Eccleſia alicubi de hac re cenſuit, id eſſe tenendum. Verum non reperio aliquem qui hoc impingat Origeni præter vnum Epiphaniũ. Nam Theophilus Alexandrinus epiſcopus, qui in libro ſuo cui Paſchalis nomen indidit, Origenis errores recenſet, nullã de hoc facit mẽtionem. Beatus etiam Hieron. cum in pluribus locis de erroribus Origenis mentionem faciat, nuſquam huius meminit. Quod fortè ideo factum puto, quòd verba illa quę Epiphanius Origeni tribuit, etiam ſi in libris Origenis reperirentur, aliquem pium & catholicum patiebantur ſenſum, quem videlicet proximè retulimus. Sunt tamen aliqui zelo, & non ſecundum diſcretionem impulſi, qui omne illud quod à ſenſu ſuo abeſt, ſtatim hæreſim eſſe clamant, qualis fortè fuit Epiphanius, vt ex illa eiuſdem epiſtola ſuperius citata facile eſt cognoſcere, quoniam ibi teſtatur ſe rupiſſe velum quoddam quod in templo reperit, hac ſola occaſione, quòd imaginem Chriſti, aut alicuius ſancti gerebat in ſe. Nam teſtatur ſe non meminiſſe cuius fuerit imago, aſſeritque eſſe contra ſcripturam ſacram, imaginem cuiuſcunque homi nis in Eccleſia pendere. Hoc tamen an ita ſe habeat, vel parum doctus poteſt intelligere, & inferius in titulo imago, nos amplius diſſeremus. Sunt tamen multi, qui multa ab aliis exigunt, quæ tamen ipſi non præſtant: & qui multa per indulgentiam condonant amicis, & ſibi cõdonari volunt, qui tamen in alios
A duram faciunt cenſuram. Cùm ergo Epiphanius aliqua habeat in quibus indulgentia ſit opus, iuſtum erat vt ipſe etiam per indulgentiam aliqua condonaret Origeni, & non ſemper ſe illi exhiberet Catonem.

TErtius error in hac materia exortus eſt, quo docetur Adam & Euam ſi permãſiſſent in iuſtitia, non coituros vnquam: nec humanam ſpeciem per commixtionem propagandam. Hic error ab Armenis inuenitur, vt teſtatur Guido Carmelita in ſua ſumma de hæreſibus. Nam hic eſt apud eum vndecimus error Armenorum. Hi Armeni Aſiam incolunt, in ea parte quæ eſt inter Taurum & Caucaſum montes ſita. Horum patria Armenia dicta à Cappadocia vſque ad Caſpiũ mare protenditur. Hi Arme- *Armeni.*
ni cùm primùm catholicam fidem fuiſſent edocti: tandem veram fidei regulam dimittentes in multos errores prolapſi ſunt. Propriũ habent primatem, quem catholicũ appellant: huic velut ſummo pontifici

obediunt. Romanum ſiquidem antiſtitem contemnunt dicúntque eum non eſſe cæteris ſuperiorem. Quo autem tempore, aut quàm ob cauſam ab Eccleſia defecerint, mihi hucuſque non eſt notum. Hoc certum eſt, tempore Philaſtri Brixienſis epiſcopi, atque tempore beati Auguſtini, eos ab Eccleſia non-dum fuiſſe ſeparatos, quoniam vtérque iſtorum, hæreſum autores recenſens, nullam de Armenis fecere mentionem. Quòd autem ego ex pluribus coniicere poſſum, veriſimile eſt Armenos fuiſſe ab Eccleſia ſeparatos propter decreta concilij Chalcedonẽſis ſub Leone primo & Martiano imperatore celebrati: quoniam in eo concilio damnati ſunt Eutyches abbas Conſtantinopolitanus, & Dioſcorus Alexandri-nus epiſcopus illius imitator. Armeni autem his hereticis fauentes, decreta concilii Chalcedonenſis re-cipere contempſerunt. Inter alios ergo Armenorũ errores is vnus eſt, quo aſſerunt Adam & Euam nũ-quam carnali copula iungendos, ſi in ſtatu illo in quo illos Deus condidit, permãſiſſent: humanam ſpe-ciem aliter propagandam aſſerentes. Hunc erroré ſuſcitauit poſtmodum impius Almaricus, vt teſtatur Bernardus de Lutzẽburgo in ſuo catalogo hæreticorum. Nam apud alium neminem errores iſtius in-uenio. Quanuis enim in lib. Epiſtolarum decretalium, titulo de ſumma Trinitate & fide catholica, con-demnetur prędictus Almaricus cum ſuis erroribus, nullus tamen ibidem illius error recitatur, nec gloſſa ibidem aliquid addit. Is itaque Almaricus Pariſienſis doctor, qui tempore Innocentii tertii fuit, ab eo-

Almari. dem in concilio Lateranenſi damnatus, Armenis in hac parte conſentit, eorumque auget inſaniã: quo-niam non ſolum in illo ſtatu negat copulam carnalem, verum etiam ſexuum differentiam nullam fuiſſe futuram aſſerit. Hoc autem vltimum adeò manifeſta eſt inſania, vt non ſit opus eam oppugnare. Nam Geneſis primo legitur: Creauit Deus hominem ad imaginem & ſimilitudinem ſuam, ad imaginem Dei creauit illum, maſculum & fœminam creauit eos. Nec poteſt dicere illam ſexus differentiam eſſe poſt

Mat. 10. peccatum, quum dicat, maſculum & fœminam creauit eos. Hoc etiam clarius exprimitur à Chriſto re-dẽptore noſtro qui apud Matthęũ ait: Non legiſtis, quia qui fecit ab initio, maſculum & fœminam fecit eos? ſed quoniã non dicit eos feciſſe maſculũ & fœminã ab initio, neceſſariũ eſt Marcũ etiam citare, qui hæc clarius expreſſit dicẽs, ab initio autẽ creaturæ maſculũ & fœminã fecit eos Deus. Iã de altero com-muni iſtorũ errore diſcutiamus. Primo quidẽ eorum fundamentũ inualidum eſt. Nam ideo Armeni in ſtatu illo negant copulam futuram, quia nuptias illicitas eſſe putant, earúmque vſum dicunt eſſe pecca-tum. Hoc quàm falſum ſit, inferius Deo duce oſtendemus. Quod ergo aſſerunt de copula carnis mini-mè futura in illo ſtatu, cõuincitur eſſe falſum, ex eo quod dicitur in Geneſi. Poſtquam enim Deus crea-uit Adam & Euam ad imaginem ſuam, atque maſculum & fœminam eos fecit: ſtatim benedixit illis, & ait. Creſcite & multiplicamini, & replete terram. Verùm quia dicunt genus humanum aliter quàm per coitum multiplicandum: fortè alicui videbitur hunc locum non multum eos vrgere: ideo aliundè peta-mus arma. In eodem libro immediate pòſt quàm Eua deſcribitur ex latere Adam formata, verba ipſius

Geneſ. 2. Adæ ſubiunguntur, dicentis: Hoc nunc os ex oſſibus meis, & caro de carne mea. Hæc vocabitur virago, quoniam de viro ſumpta eſt. Quamobrem relinquet homo patrem ſuum & matrem, & adhærebit vxo-ri ſuæ, & erunt duo in carne vna. Hæc autem verba dicta ſunt ab Adam antequam peccaret, vt patet ex hiſtoriæ decurſu. At nuſquam vir & vxor fiunt vna caro niſi per coitum, per quem fit ſeminum mixtio ad vnum hominis corpus generãdum. Si verò dicant ideo Adam & Euam dici vnam carnem, quia ca-ro Euæ ſumpta eſt ex carne Adæ: qua ergo ratione vir qui nunc eſt cum vxore ſua, dicitur vna caro, cum caro vxoris non ſit repetita ab illo? An fortè verba illa Adæ tanquam ad ſolam Euam dicta, ſic erunt ac-

Mat. 19. cipienda, vt ad poſteros coniuges nullo modo referantur? Abſit: quoniã per illa verba Deus phariſæos conuincit, oſtendens non licere dimittere vxorẽ niſi cauſſa fornicationis: quod non faceret ſi verba illa Adæ non eſſent ad omnes coniuges referenda. Præterea Adam nec patrem neque matrem habuit, ſed ex terra formatus eſt à Deo. Ergo illa verba Adæ non ad ipſum Adam, ſed ad alios referri debent, cùm ait: Propter hoc relinquet homo patrem & matrem, &c. Quòd ſi, vt neceſſarium eſt, fatentur illa verba Adæ ad omnes poſteros applicanda, dicuntque ideo virum quemlibet eſſe vnam carnem cũ vxore ſua, quia licet caro vxoris non ſemper ſumatur ex carne ſui viri, ſufficit tamen vt olim in primis parentibus ſic factum fuerit, quoniam ad eorum imagines reliqui facti ſunt: hac ergo ratione erit etiam quilibet vir cũ qualibet fœmina vna caro, cũ quælibet fœmina ad imaginẽ primæ ſit facta, quę ex latere viri ſumpta fuit, quod abſurdũ eſt fateri. Eadem etiam lege erit fatendum Adam & Euam ante copulã fuiſſe vnam carnem, quod tamen ex eiuſdem verbis patet non ita eſſe. Nam formata ex eius latere Eua, ſtatim in hæc verba prorupit. Propter hoc relinquet homo patrem & matrem, & adhærebit vxori ſuæ, & erunt duo in carne vna. Non enim dixit, ſunt duo in carne vna, ſed erunt, inquit, duo in carne vna. Quòd ſi nulla alia re eſſet opus, vt vna caro efficerentur, dicturus erat: Et ſunt duo in carné vna. Cùm ergo di-xit, erũt duo in carne vna, ſignificauit aliquã aliam rem eſſe neceſſariam, nempe coitum, vt caro vna di-cantur vir & vxor, etiam poſt primam coniunctionem animorũ verbis expreſſam, per quam ſolam coniuges fiunt. Nã de coniugibus iam animo coniunctis loquitur Adam quando ait: Et erunt duo in carne vna: quod patet ex eo quod prius dixerat: Propter hoc relinquet homo patrẽ & matrẽ, & adhærebit vxori ſuæ. Et poſtquam iam expreſſerat nomen vxoris, ſubiunxit: Et erunt duo in carne vna. Quòd ſi quis adeò inſaniat, vt pro hac defenſione dicat Adam inconſiderate fuiſſe locutum: attendat illa non tãtum

Ibidem. eſſe verba Adæ, ſed verba Dei per os Adæ loquentis: Hoc autem manifeſtum euadit ex his quæ apud Matthæum Chriſtus retulit. Nam phariſæis quærẽtibus an liceret homini dimittere vxorẽ ſuam quacũ-que ex cauſa, reſpõdit: Non legiſtis quia qui fecit ab initio, maſculũ & fœminam fecit eos, & dixit: Pro-pter hoc dimittet homo patrẽ & matrẽ, & adhærebit vxori ſuæ, & erũt duo in carne vna? itaq; iam non ſunt duo, ſed vna caro. Vides ex verbis Saluatoris, qualiter is qui maſculũ & fœminam fecit eos ab ini-tio, hoc eſt, Deus, dixit: Propter hoc, &c. Vnde Theophylactus ſuper Matth. ait: Quomodo autem in

Gen.

Gene. ſcriptum eſt, Adam dixit: Propterea deſeret homo patrẽ ſuum. Hoc autem dicit Chriſtus, Deus
A dixit: Propterea deſeret homo, ac cętera. Dicimus igitur quòd & id quod Adam dixit, ex Deo dixit: atque ita ſermo Adę, Dei eſt. Igitur quia vna caro facti ſunt, & propter coitum & naturalẽ amorẽ cohęrẽtes, ſicut impium eſt ſuã carnem diuidere, ita & coniuges diuellere. Hæc Theophylactus. Ex quibus patet verborum conſonantia: quoniam ſermo ille tribuitur Adæ, tanquã inſtrumẽto: Deo autẽ tanquã artifici, aut linguæ illius motori. Patet etiam ex verbis Theophylacti, tunc virũ & vxorẽ dici vnam carnem, quando ſcilicet per amorẽ & per coitum carnalem copulantur: quod ex ipſis etiam ſcripturæ verbis apertè conuincimus. Nam in priore epiſtola ad Corin. Paulus ait: An neſcitis quoniã qui adhæret meretrici, vnũ corpus efficitur? Erũt, inquit, duo in carne vna. Ex quibus Pauli verbis apertè cõuincitur, per coitum ſolum virũ & fœminam fieri vnam carnẽ, non tantũ in coitu coniugum, verum etiam in fornicario. Propter quòd meritò doctores definiunt ex fornicario etiam coitu oriri affinitatem verã, adeò vt illa etiam efficax ſit cenſenda ad impediendum contractũ matrimonii iuxta eccleſiaſticas ſanctiones. Taceant ergo Armeni inſanientes, & Eccleſiæ catholicæ obediant. *1. Car. 9.*

QVartus qui in hac materia repertus eſt error, à Pelagio monacho ſuſcitatus eſt. Hic enim dixit (vt ait beatus Auguſtinus in libro de Hæreſibus ad Quodvult Deum) quòd Adam foret mortuus etiam ſi non peccaſſet, & quòd mortuus eſt non ex culpæ demerito, ſed ex conditione naturæ. Hic Pelagius ex magna Britannia oriundus, monachusque exiſtens in partibus Orientis, tandem in patriã reuerſus, poſtquam errores ſuos alibi etiam ſparſerat, totam penè patriam ſuo infecit errore. Quum *Pelagius.*
B autem Angli pro hac re fauorem & auxilium peterẽt à Gallicanis Epiſcopis, eò quòd clarior apud eos eſſet doctrina, Germanũ & Lupũ epiſcopos & fratres (vt ait Beda in libro de ratione tẽporum) catholicæ fidei defenſores accipiunt, qui antiſtites inſulam ab hæreſi Pelagiana expurgarunt, eam confirmãtes in fide & verbo veritatis, & miraculorũ ſignis. Vixit ſub Honorio & Theodoſio iuniore. Cõtra hũc Pelagium fuerunt duo cõcilia celebrata, vnũ Carthaginẽſe, & aliud Mileuitanũ. Inter alios ergo huius Pelagii errores is vnus numeratur, quo aſſerit Adam mortuum non propter culpam, ſed ex naturali cõditione qua cõditus eſt, in qua etſi manſiſſet, nec à Dei mãdato receſſiſſet, nihilo minus (vt ille ait) moreretur. Hic autem error ex eo fortè videbitur alicui conuinci poſſe, quod dicitur in Geneſi: In quacunque die comederis, morte morieris. Signum eſt ergo quòd ſi non comediſſet ex ligno vetito, non moreretur. Cui argumentationi reſpondebitur, quòd etſi collectio illa efficax eſſet & valida, nihil propo- *Gene. 2.*
ſitum firmat, quoniam ille ſcripturæ locus de morte ſpirituali, quæ eſt peccatum, intelligendus eſt, vt optimè conuincit Eucherius Lugdunẽſis epiſcopus in lib. ſuo. 1. ſuper Geneſim. ſic enim ait: Mortẽ dicit animæ, non corporis: quia non eo tempore mortui ſunt quando comederunt. Ergo hanc quam *Eucherij.*
Deus homini minatus eſt mortem, non eam tantum debemus accipere, qua caro ſeparatur ab anima, ſed hanc qua hæc alienatur à Deo qui eſt vita ſua. Sicut enim corpus viuit ex anima, ita anima vt beatè viuat: viuit ex Deo. Ergo deſerta à Deo anima, iure dicitur mortua, Ex qua tres poſtea ſequutæ ſunt mortes, prima in anima, ſecunda in carne, tertia in damnatione. Sed vt iſtæ ſequerentur, prima pręceſſit deſertio Dei. Hęc Eucherius. Et eodem modo hunc locum interpretatur beatus Gregorius in quadam epiſtola ad Narſi comitem, quæ eſt decima quarta libri quinti epiſtolarum illius. Hoc ergo ſcriptu rę loco præterito, aliunde ſunt nobis arma ſumenda. Primò ergo hic error clariſſimè conuincitur per
id quod ait Apoſtolus in ea quæ eſt ad Romanos epiſtola: Sicut per vnũ hominẽ peccatum intrauit in *Rom. 5.*
C hunc mundum, & per peccatum mors: ita & in omnes homines mors pertranſiit, in quo omnes peccauerunt. Et in eadem epiſtola iterum ait: Corpus mortuum eſt propter peccatũ. Hic ſcripturæ locus *Roma. 8.*
adeò apertè Pelagium oppugnat, vt nulla poſsit ratione ab eo defendi, quoniam in eo clariſſimè loquitur de morte quæ diſtinguitur à peccato, & hãc dicit fuiſſe propter peccatũ introductã. Rurſus Deus qui mortem nõ fecit, nec lætatur in perditione viuorum (vt dicitur in libro Sapientiæ) creauit hominẽ *Sapien. 1*
inexterminabilem, & ad imaginem ſimilitudinis ſuæ fecit illum. Si ergo inexterminabilem fecit, ergo *Sapien. 2*
in tali naturæ conditione fecit, in qua ſi perſeueraſſet, non moreretur. Demùm ipſe ordo rei geſtæ circa Adam, oſtẽdit eum in pœnam peccati incurriſſe mortẽ. Primò quia tunicas pellicias illi fecit, quæ fieri non poſſunt niſi ex animali mortuo. Hæc ergo tunica illi tanquam iam mortuo datur ex pelle animalis mortui. Deinde cum ei maledictio terræ pro pœna infligitur, dicente domino: In ſudore vultus tui *Gene. 3.*
veſcèris pane tuo, donec reuertaris in terrã de qua ſumptus es, quia puluis es, & in puluerẽ reuertèris. Hoc autẽ cõſtat illi iniunctum eſſe propter peccatum. At nunquam homo reuertitur in terram de qua ſumptus eſt, niſi mediante morte: ſignum eſt ergo mortem pœnam fuiſſe peccati. Poſtremò cũ Adam eiicitur de paradiſo, dicit Deus: Ne fortè comedat de ligno vitæ, & viuat in æternum. Ex quo videtur per ligni vitæ eſum à morte præſeruandum. Contra hunc errorem eſt concilium Mileuitanum ſub In- *Concilium Mileuitanum.*
nocentio primo, & temporibus Arcadii & Honorii imperatorum celebratum. In huius ſiquidem concilii geſtis cap. primo ſic dicitur: Placuit ergo omnibus epiſcopis qui fuerunt in hac ſancta ſynodo, cõſtituere hæc, quæ in præſenti concilio definita ſunt, vt quicunque dicit Adam primum hominẽ mortalem factum ita, vt ſiue peccaret, ſiue non peccaret, moreretur in corpore, hoc eſt, de corpore exiret, non peccati merito, ſed neceſſitate naturæ: anathema ſit. Quum ergo Eccleſia finem huic liti iam im-
D poſuerit, non eſt quod amplius de hac re diſputemus.

QVinta hæreſis de hac re orta eſt, quæ aſſerit primos parẽtes Adam & Euam fuiſſe cæcos ante peccatum, ac tunc primum eos videre cœpiſſe, quum de cibo ligni vetiti comederunt. Ad quod aſ- *Gen. 3.*
ſerendum ex eo mouetur, quòd poſt illorum peccatum ſacra ſcriptura refert, oculos eorum fuiſſe apertos, & ſic ſuam conſideraſſe nuditatem. Quis autem huius hæreſis fuerit autor, & quo tempore fuerit orta, mihi non conſtat: quoniam ſolum Philaſtrum huius hæreſis meminiſſe video, qui quum

dicat talem fuiſſe aliquando ortam hæreſim, non tam expreſſit, quo tempore aut loco, aut quo autem re fuerit orta. Hæc hæreſis facillimè conuincitur. Nam antequam illi peccaſſent, de muliere loquens

Ibidem. ſacra ſcriptura, dicit: Vidit igitur mulier quòd bonum eſſet lignum ad veſcendum, & pulchrum oculis aſpectuque delectabile, & tulit de fructu illius & comedit. Si cæca illa fuiſſet, lignum videre non potuiſſet: Vidit, vt ſacra retulit ſcriptura, nõ igitur fuit cæca. Neque opus eſt vt in re tam aperta amplius contendamus. Quod autem pro ſe adferunt, ex ignorãtia procedit: quoniam ſi rectè (vt decet) literam illam intelligerent, nullo modo ſibi fauere planè agnoſcerent. Audiant igitur beatum Auguſtinum

Auguſt. qui in libro 14. de Ciuitate Dei, cap. 16. interpretatur quomodo illud ſit intelligendum, ſic inquiens: Patebant oculi eorum, ſed adhuc non erant aperti, hoc eſt, non attenti, vt cognoſcerent quid eis indumento gratiæ præſtaretur, quando membra eorum voluntati repugnare neſciebant. Qua gratia remota, vt pœna reciproca inobedientia plecteretur, extitit in motu corporis quædam impudens nouitas, vnde eſſet indecens nuditas, & fecit attentos reddiditque confuſos. Hinc eſt quòd poſteaquam mandatum Dei aperta tranſgreſſione violarunt, ſcriptum eſt de illis: Et aperti ſunt oculi amborum, & cognouerunt quia nudi erant, & conſuerunt folia fici & fecerunt ſibi campeſtria. Aperti ſunt, inquit, oculi amborum, non ad videndum: nam & antea videbant, ſed ad diſcernendum iuter bonum quod amiſerant, & malum in quod ceciderant. Hactenus Auguſtinus. Ad eundem modum interpretatur B. Ioannes Chryſoſtomus & Eucherius in Commentariis ſuper Geneſim, quorum verba in præſentiarum citare nolui, ne in re tam manifeſta teſtimoniorum multitudinem velut parum neceſſariam, lector faſtidiret.

SExta hæreſis eſt quæ docet Euam cunctarum gentium matrem non eſſe ex coſta Adæ formatam prout hiſtoria libri Geneſis iuxta faciem literæ refert, ſed tunc ſimul Euam à Deo de limo terræ, & non de coſta Adæ formatam eſſe aſſerit, eodem puncto quo Adam de limo terræ formauit. Huius hæreſis autor & primus inuentor fuit Thomas de Vio Caietanus. Quis autẽ is fuerit quamuis ſit nunc toti orbi notum, quia tamen nõ ſolis præſentibus, ſed etiam futuris ſcribimus, operæ precium fore exiſtimaui, planè declarare.

Thomas de Vio. Fuit hic Thomas de vio religioſus ex ordine fratrum Prædicatorum, ex Caietano oriundus, quã ob cauſam vulgo Caietanus nuncupatur. Fuit in Theologia ſcholaſtica tã inſigniter doctus, vt nulli ex his qui ſuo tempore floruerunt, ſecundus fuerit. Ob literarũ eminentiã & morum probitatem, communi fratrum ſui ordinis conſenſu, fuit in generalẽ eiuſdem ordinis magiſtrũ electus, & inde à Leone. 10. fuit ad presbyteri Cardinalis dignitatem exaltatus. Quo loco cùm per. 20. annos vixerit, nullam tamen (vt cæteris mos eſt) humanorum vitiorum ſiniſtram de ſe opinionem dedit. Multa

Prou. 10. & varia opera ædidit: ſed multa ſcribenti contigit quod Salomon ait: In multiloquio non deerit peccatum. Nã quamuis multa vtilia ſcripſit, quia tamen ſuo ingenio multũ fidebat, in aliquos lapſus eſt errores, è quibus vnus eſt iſte de quo nunc inquirimus, quo aſſerit, Euam non eſſe formatã ex coſta Adæ. B Quę autẽ ſacra ſcriptura in libro Geneſis de formatione Euæ narrat, dicit ille non eſſe iuxta literam intelligenda, ſed iuxta myſterium: nõ quidẽ per allegoriam, ſed per parabolam. Somnus enim ille quem dominus miſit in Adam, vt inquit, ſimilitudinem gerit defectus virtutis virilis, vnde naturaliter producitur homo: quia homo dormiens ſemihomo eſt, & ſimiliter principium generãs mulierẽ ſemiuirile eſt. Ablatio coſtæ ex viro ad formandam mulierem quatenus coſta eſt os (vt ait) ſimilitudo eſt diminutionis roboris ex animo viri ob vxorem: quatenus vetò eſt coſta, ſimilitudo eſt ſocialis vitæ inter virum & vxorẽ, ita ꝙ nec ſuperior viro, nec ſerua viri ſed collateralis eſſet viri. Quatenus autẽ coſta eſt vna, dicit eſſe ſimilitudinẽ minimi roboris tum corporis tum animi mulieris, & perinde vt proportio virium muliebriũ ad vires viriles, ſit quẽadmodũ proportio vnius coſtę ad reliquas coſtas omnes. Reſtitutionẽ verò carnis pro coſta, dicit eſſe ſimilitudinẽ repræſentationis quæ fit viro, dando illi carnalẽ generationẽ ac propagationẽ filiorũ, loco deminuti roboris animi ex cõiugio. Hæc ſunt quæ ille de hac re docet in Cõmentariis ſuper Geneſim. An autem propter hunc & alios eius errores ille ſit hæreticus cẽſendus an non, aliorum eſto iudicium. Ego ſiquidem de doctrina in præſentiarum diſſero, nõ de perſona. Potuit quidem errare (vt in primo huius operis libro diximus) & hæreticus non eſſe: præſertim ſi non pertinaci animo ſuæ ſententiæ adhæſit. Hæc etiam enarrata aſſertio conuincitur eſſe hæretica, quia aperte opugnat ſcripturam ſacram, & totius eccleſiæ conſenſum, & in illa non ſolum vnus continetur error, ſed plures. Nã (vt Ariſtoteles ait) vno falſo admiſſo, multa deinceps falſa ſequũtur. Primò quidẽ (promouetur per id quod ibidem ſcriptura ait: Maſculũ & fœminã creauit eos. Ex quibus verbis ille colligit C

Sapien. 1. ſimul à Deo illos fuiſſe formatos. Sed hanc ſententiã appertè oppugnat Sapiens, qui de diuina ſapientia loquẽs, ſic ait: Hæc illum qui primus formatus eſt à deo pater orbis terrarum, cùm ſolus eſſet creatus cuſtodiuit, & eduxit illum à delicto ſuo. In quib⁹ verbis, id maximè aduertere oportet, quod ait: cũ ſolus eſſet creatus. Aliquod ergo tempus, iuxta ſapientem, fuit in quo ſolus erat Adam creatus: quò fit vt

1. Tim. 2. non ambo ſimul. Præterea, Paulus in priore ad Timotheũ epiſtola ait: Adam primus formatus eſt, deinde Eua: Et certè de hoc errore non eſt quod amplius contendamus, quum tam apertè illi ſacra cõtradicat ſcriptura. Ad ſecundum igitur errorem accedamus, quo aſſerit Euam non eſſe de coſta Adæ formatam vt litera ſacræ ſcripturæ in facie ſonat. Contrarium huius erroris docet Paulus, qui Athenienſibus in medio Areopagi loquens, hæc ait: Deus qui fecit mundum & omnia quæ in eo ſunt, hic cœli & terræ quũ ſit dominus, non in manu factis templis habitat, nec manibus humanis colitur, indigens a-

Act. 17. liquo, quũ ipſe det omnibus vitam & inſpirationẽ & omnia: fecítq; ex vno omne genus hominũ in habitare ſuper vniuerſã faciem terræ. In quibus verbis id annotandũ eſt quod vltimo dixit: Fecítq; ex vno omne genus hominum. Si Eua (vt iſte aſſerit) non eſt educta de coſta Adæ, conſequens eſt, vt non B

omne

omne genus hominum Deus ex vno fecerit. Et iterũ in priore ad Corinth. epiſtola eandem ſententiam docet, ſic inquiens: Mulier gloria viri eſt. Non enim vir ex muliere eſt, ſed mulier ex viro. Ecce audis mulierem eſſe factam ex viro: nunquam autem alibi legitur ex viro facta, niſi cùm Eua fuit ex coſta Adæ formata, ſentit ergo Paulus, iuxta id quod hiſtoria libri Geneſeos refert, Euam de coſta Adæ fuiſſe formatam. Et Eccleſiaſticus hoc ipſum apertius oſtendit, qui poſtquam dixerat hominem à Deo de terra fuiſſe creatum, poſtea de muliere loquens, dicit: Creauit ex ipſo adiutorium ſimile ſibi. Præterea iuxta illam parabolicam literæ interpretationem quam hæc hæreſis docet, nihil prorſus de formatione Euæ habetur: ſed ſolum modus declaratur quo deinceps aliæ mulieres eſſent generandæ, & cauſa exprimitur, cur potius fœmina quàm maſculus generetur. Si illo loco, videlicet ſecundo cap. lib. Geneſeos, ſcriptura ſacra nihil de formatione Euæ differit, quando igitur & vbi Euæ formationem expreſſit, vt nos plenè & clarè diſcere poſſimus materiam ex qua illa formata ſit? Mirum certè eſt quod Adæ formationem tam apertè declarauerit, dicens illum eſſe à Deo de limo terræ formatum, & de Euæ formatione nihil prorſus dixerit. Nunquam ſiquidem ſcriptura quidquã de formatione Euæ dixit præter id quod habetur in illo ſecundo Geneſeos cap. Si dicas, de illius formatione tunc differuiſſe, cùm primo capite dixit: maſculum & fœminam creauit eos. Fateor quidem tunc de creatione fœminæ & maris dixiſſe. Sed per illa verba conſtare non poteſt, ex qua materia alter illorum fuerit effectus, quia ſolum dicit illos eſſe à Deo creatos, non tamen vnde fuerint ab illo producti. Nã ob hanc cauſam Moſes ca. 2. hominis formationem clarius & apertius docere decreuit: quippe qui bene intellexerat non poſſe illam cognoſci per ea quæ primo cap. differuerat. Si dicas tũc de Euæ formatione Moſen tractaſſe, quum ſecundo Geneſeos cap. dixit: Formauit dominus Deus hominem de limo terræ, & inſpirauit in faciem eius ſpiraculum vitæ: & factus eſt homo in animam viuentem. Quia enim hæc vox, homo, communis eſt generis, quæ tam fœminam quàm marem ſignificat, fortè inde ſuſpicari poſſe illo loco de formatione fœminæ agi perinde ac maris. At, non ita eſſe vt dicitur, vel ex eo conuinci poteſt, quod pro hac voce, homo, Hæbraica litera hoc loco habet, Adam. Vnde colligitur de ſola viri formatione Moſen tunc fuiſſe loquutum. Vbi ergo Euæ formationem docuit Moſes, ſi tunc non docuit quando illam de coſtâ Adæ formatam eſſe dixit? Vel quomodo Thomas de Vio ſcire potuit Euam perinde ac Adam de limo terræ fuiſſe formatam, ſi nunquam hoc ſacra expreſſit ſcriptura? Nam & ſi pluries dicat Adam de limo terræ formatum, nunquam tamẽ hoc dixit de Eua. Nam in libro Geneſis (vt modò diximus) de Adam loquitur & non de Eua. Et Tobias Iunior Deum orans, ait: Tu feciſti Adam de limo terræ, dediſtíque ei adiutorium Euam. Ecce audis Adam de limo terrę factum, ſed non Euam. Et Salomon de primo homine patre orbis terrarum in lib. Sapiẽtiæ loquẽs, ſic ait: Eduxit illum de limo terræ, & dedit illi virtutẽ continendi omnia. Ecce dicit Adam de limo terræ formatum, de Eua autem nihil tale dixit. Iſte ergo qui negat Euam fuiſſe de coſta Adæ formatã, oſtendat nobis ſcripturam ſacram quæ apertè nos doceat, illam aliunde fuiſſe factã, & cedimus illi. Quod cùm ille facere non poſſit, oportet vt ille Eccleſiæ aliud docenti cedat. Rurſum, ſi illo ſecundo Geneſeos cap. vbi dicitur Euam fuiſſe eductã de coſta Adę, ſcriptura ſacra (vt iſte dicit) non tractat de productione Euæ, vnde Salomon ſcire potuit, Adam aliquando fuiſſe ſolum? Et Paulus vnde didicit Adã primum fuiſſe formatum & poſtea Euã? Nullus eſt enim alius ſacræ ſcripturæ locus vnde hoc Paulus diſcere potuiſſet, niſi iſte. Deinde, ipſa Adæ verba, quę, cùm formatam vidiſſet mulierem, dixit: hoc apertiſſimè oſtendunt. Hæc, inquit ille, vocabitur virago, quoniam de viro ſumpta eſt. Ex quibus verbis conſtat Adam iuxta rei euentum mulieri nomẽ imponere voluiſſe, vt quemadmodum à viro mulier educta fuerat, ita à viri nomine nomen mulieris duceretur. Nam vir hebraicè dicitur Iſc, mulier verò dicitur Iſca: quàm analogiam ſi nos ſequi vellemus, à viro, vira diceremus. Quod, quia latinus ſermo hanc vocem, vira, non admittit, beatus Hieronymus quantum latini ſermonis lex patiebatur, expreſſit, dicens, virago. His ergo ſic prænotatis opus eſt diligenter aduertere quid dixerit Adam Hæc vocabitur virago (inquit ille) quoniam de viro ſumpta eſt. In quibus verbis nomen mulieri imponens, illius etymologiam, & deriuationis rationem expreſſit. Nam Iſca ab Iſc deducitur: cauſam verò quare tale nomen mulieri tribuerit, ſtatim reddidit, dicens: Quoniam de viro ſumpta eſt. Præterea, liber Geneſeos hiſtoricus eſt, & ideo quæ ibi dicuntur iuxta hiſtoriam in faciem literæ ſunt intelligenda. Nam etſi in ſacris hiſtoriis ea quæ geſta narrantur, myſteria alia ſub literæ cortice ſæpe contineant, ſemper tamen illis vetitas hiſtoriæ prius iuxta grammaticam ſignificationem accipienda eſt, deinde quærendus eſt myſticus ſenſus. Niſi ſortè in ipſomet hiſtoriæ contextu ſcriptor expreſſè moneat parabolicum eſſe quod refert, tunc enim ipſemet autor cogit nos dicta ſua parabolicè intelligere. Tale eſt illud quod in libro Iudicum dicitur de lignis quęrentibus ſibi regem, quod poſtquam Ioatham dixerat, ſtatim oſtẽdit fuiſſe ab eo patabolicè dictum, cùm parabolã ipſam declarauit. At cum liber Geneſeos hiſtoricus ſit, & nullam in hoc loco de parabola admonitionem faciat, conuincitur hæc omnia de Euæ formatione non eſſe parabolicè accipienda. Accedit ad hæc, concors omnium ſacrorum doctorum ſententia, quæ (vt in primo huius operis libro cap. 7. docuimus) tanti eſt momenti, vt pro Eccleſię definitione ſit tenenda. A Chriſto autẽ nato vſque in hodiernum diem omnes fideles concorditer ſenſerunt Euam cunctarum gentium matrem fuiſſe de coſta Adę formatam. Et quia ſic omnes ſenſiſſe res eſt manifeſtiſſima, decreui illorum pro hac re teſtimonia non adferre, ne in re minimè neceſſaria cartas implerem, & nimia prolixitate lectorem onerarem. Si quis autem aliquorum pro hac re teſtimonia deſiderat, oſtendam illi loca vnde capere poſsit. Auguſt. libro. 9. ſuper Geneſim ad literam cap. 19. & lib. 12. de ciui. Dei. cap. 21. Chryſoſto. homilia. 15. ſuper Gene. Grego. lib. 30. moralium cap. 24. Theophylactus ſuper Paulum ad Ephe. 5. & prima ad Corinth. 11. Anſelmus ſuper eadem Pauli loca. Eucherius ſuper Gen. cap. 20. & 21. Petrus Lombardus. 2. ſententiarum diſt. 18. Et omnes ſchola-

1. Cor. 11.

D

Eccle. 17.

A

Tob. 8.

Sapien. 10

Gene. 8.

B

C

ſtici Theologi qui poſt Petrum Lombardum ſcripſerunt. Neq; apud ſolos fideles Chriſtianos hæc ſemper eſt recepta doctrina, ſed etiam apud doctos Iudeos. Nã Ioſephus Iudæus vir quidẽ hebraicè & græcè doctiſsimus lib. 1. de antiquitatibus, cap. 2. de hominis productione differens, ſic ait: Vidēs autẽ deus Adam non habentẽ ſocietatem ad fœminam neque cohabitationẽ, cum vtique non eſſet delectatus vt in aliis animalibus quæ copulata videbantur, vna die eo dormiente, auferens coſtam eius, finxit ei mulierem: & Adam ſibi cõiũctam cognouit de ſe fuiſſe plaſmatã. Iſca verò Hebraica lingua mulier appellatur. Hæc Ioſephus. Miror ergo tantã eſſe huius Thomæ Caietani audaciam, vt contra omnium Chriſtianorum & Iudæorũ concordem ſententiã docere non vereatur, quaſi ille ſolus, reliquis omnibus cæcutientibus, veritatem ipſam intelligere potuerit. Miſera igitur Eccleſia quæ per tot ſæcula in tanto errore permanſerit, vt non intelligeret quo pacto fuerit Eua formata. Scilicet expectãdus erat Thomas de Vio, cui ſoli huius rei intelligẽtia fuerat à Deo ſeruata, vt per illam Eccleſia ab errore quo hactenus fuerat infecta, reuocaretur. Si hoc ita eſſe credidit, oportebat vt aperta miraculorum operatione tã nouam doctrinam cõfirmaret, quatenus nos illi obnoxios faceret. Et crederemus hoc eſſe illi à Deo reuelatum, At cum nullum tale miraculum in huius nouæ doctrinæ teſtimonium fecerit, etiam ſi nihil aliud eſſet quo tale dogma reuinci poſſit, ſola nouitate viris doctis diſplicere debuiſſet. Adde, quod hæc aſſertio à viris ſanctis ante multos annos fuit hæreſeos nota ſignata, & hæretici ab illis cenſentur qui tali adhæſerint ſententiæ. Beatus Hieronymus ſuper epiſtolam ad Philemo. interpretãs locum illum ex libro Exodi: Credidit populus Deo & Moyſi ſeruo eius, ſic ait: Vna atque eadem credulitas in Moyſen refertur & in Deum: vt populus qui credebat in Dominũ, æquè credidiſſe dicatur in ſeruum. Hoc autẽ non ſolum in moyſe, ſed in omnibus ſanctis eius eſt: vt quicunque credidit Deo, aliter eius fidem recipere non queat, niſi credat & in ſanctos eius. Nõ eſt enim in Deum perfecta dilectio & fides, quæ in miniſtros eius odio & infidelitate tenuatur. Quod autem dico, tale eſt: Credit quiſpiam in cõditorem Deum, non poteſt credere, niſi prius crediderit de ſanctis eius, vera eſſe quæ ſcripta ſunt: Adam à Deo plaſmatum, Euam ex coſta illius & latere fabricatã, Enoch tranſlatum, Noë naufrago ſolũ orbe ſeruatum. Et poſtquã multa alia ſimilia opera retulit, tandẽ ſubiungit. Hæc & cætera quæ de ſanctis ſcripta ſunt, niſi quis vniuerſa crediderit in Deum ſanctorũ credere non valebit. Hæc Hieronymus. In quibus verbis hic annotãdum eſt, quod intet illã quæ dicit neceſſariò credenda eſſe, miſcuit formationẽ Euæ ex coſta Adæ, & ſi quis hoc nõ crediderit, illum non poſſe in Deum credere, dixit. Demùm Innocentius tertius huius nominis põtifex, decernẽs diuino iure prohibitum eſſe, plures ſimul habere vxores, huic ſententiæ tãquã firmiſſimo fundamẽto innititur, quod ab initio vna coſta in vnã fœminã ſit conuerſa. Habetur autẽ hoc Innocentii decretum in cap. gaudemus, extra de diuortiis. Sed opus eſt vt diſcutiamus rationes quibus ad hãc hæreſim aſſerẽdam Thomas de vio Caietanus fuit motus, & illas nullius eſſe roboris oſtẽdamus. Primò quidem obiicit, quod ineuitabile abſurdum incurritur (verba ſunt illius) vel quod Adam fuerit mõſtrum ante ſublatã ex eo coſtam, vel quod fuerit mãcus poſt ſublatã ex eo coſtã: quorum vtrunq; manifeſtè eſt abſurdum: nihil autẽ abſurdi in prima rerum productione aſſerẽdum eſſe, cõfeſſum eſt ab omnibus. Et patet ſequela (inquit ille) quia ſi coſta illa erat ſuperflua homini, ergo monſtruoſus homo: Si verò coſta illa neceſſaria erat homini, conſtat quod illa ſublata redditus eſt homo mancus. Hæc ille. Diſcutiamus ergo quantum momenti hæc ratio habeat. Si nos concederemus Adam ante ablatam ab eo coſtam eſſe monſtruoſum hominem, ille hanc ſententiam refellit per hoc quod communis omnium conſenſus contrarium docet. Sic enim ait: Nihil autem abſurdi in prima rerum productione aſſerendum eſſe, confeſſum ab omnibus. Si hæc argumentatio ex communi omnium conſenſu, tam valida eſt, vt ſola illa ad euincendum ſibi fuerit viſa ſufficiens, ſuo ipſius gladio illum facile confodimus. Nam concors omnium ſententia eſt (vt iam oſtendimus) Euam de coſta Adæ fuiſſe formatam. Fateatur igitur oportet ſe erraſſe, cùm contra omnium ſententiam dixit, Euam non fuiſſe de coſta Adæ formatam. Nam ob eandem cauſam nos fateri renuimus Adam fuiſſe mõſtruoſum hominem ante ablatam ab eo coſtam, quia contra communem omnium doctrinam ſentire non audemus. Sed tunc ille nos inuadit, vt cogat nos fateri fuiſſe monſtruoſum hominem, quia coſta illa erat homini ſuperflua, cùm non eſſet neceſſaria ad humanæ conditionis ſubſiſtentiã, aut ſi neceſſaria erat, oportebit concedere ipſum Adam poſt ablatã ab eo coſtam fuiſſe mãcum. Hunc nodum diſſoluit beatus Thomas in prima parte, quæſtione. 92. artic. 3. dicens coſtam illam fuiſſe de perfectione Adæ, non prout erat indiuiduum quoddam, ſed prout principium ſpeciei: ſicut ſemen eſt de perfectione generantis, non quidem vt homo, quia aliàs homo poſtquam ſemen fudit & ſemine exhauſto non eſſet homo: ſed eſt de perfectione generantis in quantum generans eſt. Ita etiam coſta illa fuit in Adam ad modum ſeminis, quia fuit materia vnde formanda erat mulier, & ſic illa fuit de perfectione Adæ, quatenus ille erat principium totius humanæ naturæ. Sed ille adhuc vrget, dicẽs: Si nõ fuit Adam ante coſtam ab eo ablatã mõſtruoſum principium, quia coſta illa in ratione principii erat illi neceſſaria, ſaltem oportebit cõcedere illum fuiſſe monſtruoſum hominem, quia in ratione hominis non erat illi neceſſaria. Neque hoc oportet concedere, ſicut nec homo ſemen habens dicitur monſtruoſus, quamuis ſemen illud non ſit de perfectione hominis. Nam etſi ad conſiſtentiam indiuidui non ſit neceſſarium, eſt tamen neceſſarium ad conſeruationem ſpeciei: & hoc ſatis eſt ne monſtruoſus homo dicatur. Quoniam indiuidua nõ ſolum id retinent quod ad ſuam conſiſtentiam eſt neceſſarium, ſed etiam illud quod eſt neceſſarium ad conſeruationem ſpeciei. Secundo ſic arguit: poſtquam ſcriptura dixerat Adam appellaſſe cuncta animantia nominibus ſuis, & vniuerſa volatilia cœli, & omnes beſtias terræ, ſtatim ſubdit: Adæ verò non inueniebatur adiutor ſimilis eius. Ex hac litera ille ſic arguit: Si ſecundum literam hic locus intelligatur, ridiculam inquiſitionem ſignificat. In cuius enim mente (inquit ille) verti poterat in dubium, an inter aues inueniretur

Exod. 19.

D

A

B

adiutor

adiutor correſpondens Adæ? Vnde huiuſmodi diuina inquiſitio inttoducta à Moſe, dicendo: & non inueniebatur, ad hoc introducta eſt, vt intelligeremus formationem ſubſequutã mulieris ex coſta viri, non eſſe iuxta ſonum literæ intelligendam. Hactenus ille. O ridiculum argumentũ, & ex mero ſomnio & litera confícta deductum. Sacra ſiquidem ſcriptura non dicit Deum quæſiiſſe inter aues aut beſtias adiutorem Adæ, ſed ſolum ait, Adæ non inueniri adiutorem ſimilem eius. Fortè dicet per verba illa ſcripturam innuere, Deum quæſiuiſſe adiutorem ſimilem Adæ, quia nihil inuenitur niſi quod prius quæſitum eſt. Eſto, vt iuxta veram & legitimam vocis ſignificationem, quidquid inuentum fuerit, prius ſit quæſitum, non tamen inde conſequens eſt, vt quod dicitur non fuiſſe inuentum, ſit etiam ante quæſitum. Nam ſicut ea quæ non fuerunt quæſita, falſo dicuntur iuxta grammaticorum regulas inueniri, ita verè dicuntur non inueniri: quia duo contradictoria de eodem negari non poſſunt. Si ſcriptura dixiſſet Deum inueniſſe adiutorium ſimile Adæ, fortè inde colligi poſſet, Deum quæſiuiſſe prius tale adiutorium. At, cum dixerit, Adæ non inueniri adiutorium ſimile eius, neſcio qua frõte inde colligere nititur, Deum quæſiuiſſe adiutorem Adæ. Quod ergo ſcriptura poſt nominatas beſtias & aues, ait: Adæ verò non inueniebatur adiutor ſimilis eius, idem eſt ac ſi dixiſſet, Adam non habebat adiutorẽ ſimilem eius, quamuis aues omnes & beſtiæ fœminas ex ſua ſpecie haberent quibus poſſent ad aliorum generationem adiuuari. Et, vt illius argumentatio magis eneruetur, oſtendam ſacram ſcripturã non ſemper vti illa tam exacta vocis ſignificatione: quoniam apud illam multa dicuntur inueniri ab his, qui nullo modo ea quæſierunt. Et, vt ex multis vnum & alterum ſcripturæ locum proferã, Dauid in Pſalmo. 118. aít: Tribulatio & anguſtia inuenerunt me. Certum enim eſt, tribulationem & anguſtiam & reliqua homini incommoda, quæ minimè ſentiunt, aliquem quærere non poſſe. Nullus ſiquidem quærit, niſi id quod ſentire poteſt, aut ad quod naturalẽ habet inclinationem. Sed illud eſt multo manifeſtius, quod Dominus per Eſaiam prophetam de gentibus loquens, ait: Quæſierunt me qui antè non interrogabant, inuenerunt qui non quæſierunt me. Tertiò iterum vt ſuum errorem nobis perſuadeat Caietanus, arguit ſic inquiens: Accedit ad idem textus Moſi de ſexto die, in quo manifeſtè ſcriptum eſt, Maſculum & fœminam creauit eos. Ex hoc enim quod Moſes ſcripſerat mulierem creatam eſſe ſexto die, & poſtea tranſlato homine in paradiſum, deſcribit eam ex coſta viri formatam, aditum intelligẽdi huiuſmodi formationem ex coſta, non propriè, ſed ſecũdum ſimilitudinem, dedit. Producta ſiquidem ſexto die mulier, non eſſe intelligendum putauit quod iterum produceretur. Hactenus nec vno mutato verbo Caietanus. Non poſſum certè non mirari hominem alioqui doctum tantum deſipuiſſe, vt nodum hunc diſſoluere neſciuerit. Nam ex ignorantia conſuetudinis ſcripturarũ hic error illi obrepſit. Mos ſiquidem ſcripturę ſacræ eſt, ſæpe aliqua breui cõpendio narrare, & poſtea ad eadem latius diſſerẽda, redire. Niſi enim hũc eſſe ſacræ ſcripturæ morem fateamur, multa incommoda & fidei catholicæ repugnantia cogemur aſſerere. Oportebit quidem aſſerere, vt Philaſter Brixienſis propter huius obſeruationis ignorantiam aſſeruit, ſpiraculum illud vitæ, quod Deus in faciem Adæ inſpirauit, non eſſe animam Adæ: quoniam. 1. Gene. cap. dictum erat Adã creatum eſſe à Deo ad illius imaginem & ſimilitudinem, vnde ſequitur illum iam habere animam, quia iuxta illam, & non iuxta corpus, erat Dei imago. Cùm ergo iam tunc Adam animam habuiſſet, fieri non poſſe videbitur ſpiraculum illud, quod poſtea dicitur Deum illi inſpiraſſe, eſſe animam. Oporteret igitur iuxta hanc Caietani argumentationem, ſpiraculum illud non iuxta literam, ſed parabolicè intelligere, ne anima bis producta eſſe dicatur. Verum hoc non ita eſſe, nos Deo duce infrà oſtendemus in titulo de anima, hæreſi. 2. Oportebit etiam concedere, ſi illa Caietani argumentatio valeret, hominis formationẽ de limo terræ, nõ eſſe vt litera ſonat intelligẽdam, ne Adam bis creatus eſſe dicatur. Nam ſicut cap. 1. libri Geneſeos Moſes dixerat fœminam eſſe creatam, ita etiam dixerat virum eſſe à Deo creatum. Maſculum (inquit ille) & fœminam creauit eos. Et cap. 2. ſicut de Euæ formatione differit, dicẽs illã eſſe eductã de coſta Adæ, ſic etiam de Adæ productione tractat, docẽs illum de limo terræ fuiſſe formatum. Ne igitur Adam bis productus eſſe dicatur, oportebit, iuxta Caietani argumentationem, dicere illam Adæ productionem eſſe parabolicè intelligendam. Nos tamen hos & plures alios ſimiles nodos facile diſſoluimus, attendentes ad ſacræ ſcripturæ morem, quæ ſæpe ad ea, quæ iam ſemel ſub compendio dixerat, redit vt apertius & fuſius illa narret. Fatemur quidem Euam ſexto die à Deo fuiſſe creatam ſicut Adam. Sed vtriuſque formationẽ, hoc eſt, viri & mulieris, cum varia fuiſſet, Moſes illo primo capite non expreſſerat, ideo iterum. 2. cap. ſigillatim vtriuſque ſexus productionẽ dicere decreuit. Nõ igitur bis productã mulierem dicit Moſes, quamuis verba illius iuxta literæ ſonum accipiantur: ſed quæ ſemel obſcurius ab illo dicta fuerant, iterum eadem repetit, vt apertius & plenius illa referantur. Hæc autem eſſe veram & germanam illius literæ expoſitionem confirmo teſtimonio beati Auguſtini, qui lib. 6. ſuper Geneſ. ad literam capite. 2. ita inquit: Iam ergo de limo formatus erat, & illi iam ſoporato mulier ex latere iam facta erat, ſed hoc tunc commemoratum nõ erat, quod nunc recapitulando commemoratum eſt. Neque enim ſexto die factus eſt maſculus, & acceſſu temporis poſtea facta fœmina: ſed fecit eum, inquit, maſculum & fœminam fecit eos, & benedixit eos. Quomodo ergo iam homine in paradiſo cõſtituto, mulier ei facta eſt? An & hoc prætermiſſum ſcriptura recoluit? Nam ſexto illo die etiam paradiſus plantatus eſt; & ibi homo collocatus eſt, & ſoporatus eſt vt Eua formaretur, & ea formata euigilauit, eíque nomẽ impoſuit. Sed hæc niſi per temporales moras fieri non poſſent. Non itaque ita facta ſunt, ſicut creata ſunt omnia ſimul. Hactenus Auguſtinus. Ex his igitur omnibus clariſſimè patet, quàm vana & futilia ſint argumenta, quæ Caietanum mouerunt, vt cõtra omnes catholicos doctores ſentiẽs in hunc peſtiferum incideret errorem. Et certè prudentius ille egiſſet, ſi ſuam fateretur ignorantiam, dicens ſe neſcire talibus argumentationibus reſpondere, quàm propter illa contra omnium concordem ſententiam præſumere.

Eſa. 65.

ADVLTERIVM.

DE hac re vnam tantummodo inueni hæresim quæ docet matrimonium legitimè contractum, & perfectè consummatum posse dissolui propter coniugis adulterium non solum quantum ad thori separationem. Ita vt is qui in matrimonio fuit liber à culpa consummati & perpetrati adulterii, possit alterum coniugem adulterum prorsus dimittere, & cum alio verum & legitimum matrimonium contrahere, & illi absque peccato copulari. Sed de hac hæresi nihil hoc loco dicere statui, propterea quòd inferius in titulo de nuptiis commodior & aptior erit locus, in quo omnes hæreses quę huic sacramento aduersantur, oppugnare decreui. Ad illum ergo locum mitto lectorem.

ANGELVS.

CIrca angelorum materiam vnum præcisè errorem apud eos, quos euoluì autores, inuenio, qui asserit angelos non esse creatos à Deo, siue bonos, siue malos. Huius erroris primus autor ex eis qui Christum semel professi sunt in baptismo (nam aduersus hos solos arma sumpsimus) fuit Hermannus Rissuic. Hic (vt refert Bernardus de Lutzemburgo in suo catalogo hæreticorum) homo Batauus, siue (vt vulgari vocabulo vtar) Hollandinus fuit, qui in multos errores lapsus est: tandem cum pœnitentia duceretur, & palinodiam cantaret, misericordiam cum aliqua iustitia consecutus est, perpetuo carceri damnatus, anno domini. 1502. Verum cum postmodum carceres euasisset, in priorem dementiam relapsus est, & multa etiam peiora quàm prius effutiuit. Propter quod iterũ captus anno Domini. 1512. per inquisitores prauitatis hæreticæ damnatus est, & curiæ seculari traditus, & ex eius mandato combustus est. Ex his ergo erroribus in quos Hermannus iste prolapsus est, hic est vnus quo asserit angelos siue bonos siue malos à Deo non esse creatos, quia (vt inquit) nusquam hoc scriptura asserit. Hic manifestus est error: quoniam de angelo malo clarè dicitur in libro Iob: Ecce Behemoth, quem feci tecum. At nomine Behemoth (vt Hieronymo & Gregorio placet) nullus alius intelligitur quàm dæmon. Et in eodem libro de eodem dicitur: Ipse est principium viarum Dei. Quod exponens beatus Gregorius ait: Quid enim vias dei nisi eius actiones accipimus, de quibus per Prophetam dicit: Non enim sunt viæ meæ sicut viæ vestræ. Et principium viarum Dei Behemoth dicitur, quia nimirum cùm cuncta creans ageret, hunc primum cõdidit, quem reliquis angelis eminentiorem fecit. Hæc ille. Et apud Ezechielem prophetam sub nomine Assur regis de eodem dæmone dicitur. Omne lignum paradisi non est assimilatum illi, & pulchritudini eius, quoniam speciosum fecit eum in multis cõdensisque frõdibus. Qui in multis cõdensisque frondibus speciosus esse factus describitur, quia multis supernorũ spirituum legionibus superior creatus est. Præterea de omnibus angelis dicitur: Qui facit angelos suos spiritus. Per hæc enim Prophetæ verba B. Paulus in ea quæ est ad Heb. epistola ostendit Christum dei filium esse angelis superiorem, quod. s. Deus angelos fecerit, Christus autem factus nõ sit. Sic enim ait: Et ad angelos quidem dicit: Qui facit angelos suos spiritus, & ministros suos flãmam ignis. Ad filium autẽ: Thronus tuus Deus in seculum seculi. Quæ verba exponens Theophyl. Angeli (inquit) creati sunt, & ad eos illud refertur, qui facit. Filius verò nequaquam creatus est, nec de eo illud, qui facit, est dictum: quia potius rex ille & dominus & Deus est, quod planè thronus ille testificatur, qui principatus est & imperii argumẽtum. Hæc Theophylactus. Accedit ad hæc quod dicitur apud Ioannem: Omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil. Aut ergo angelos esse factos à Deo concedat, aut ipsos esse nihil fateatur, oportet. Ex manifesta igitur scripturæ ignorantia prouenit dicere non posse colligi ex scriptura, angelos esse factos à Deo. Denique contra hanc hæresim est expressa ecclesiæ definitio. Nam concilium Lateranense sub Innocentio tertio celebratum, talem protulit definitionem. Vnum vniuersorum principium, creator omnium visibilium & inuisibilium, spiritualium & corporalium, qui in sua omnipotẽti virtute simul ab initio temporis vtranque de nihilo condidit creaturam spiritualem & corporalem, angelicam videlicet & mundanam. Hæc concilium Lateranense, quæ verba habentur in volumine Decretalium titulo de summa trinitate & fide catholica, capite Firmetur.

Hermannus Kiffuich. *Iob.4* *Ibidem.3.* *Esaiæ.55.* *Eze.31.* *Psal.103.* *Heb.1* *Ioan.1.*

C D

ANIMA.

INter illa quæ in hac luce sub cœlo nobis incognita sunt & magis abstrusa, anima nostra est, adeò vt verè propter illam dicebat beatus Bernardus: Ex me ipso cognosco quòd Deus incomprehensibilis est, quia meipsum non comprehẽdo. Cui dicto Bernardi quodãmodo assentire videtur illud regii Prophetæ: Mirabilis facta est scientia tua ex me. Miratur quidem Propheta Dei sapientiã quàm magna sit, ex seipso. Ex hoc enim q̃ seipsum homo nõ cognoscit, qui tamẽ se credit aliquid scire, iustum est vt miretur scientiam illius qui omnia nouit, & nihil absconditum est ab oculis eius. Ex hoc ergo tam obtuso intellectu animæ circa seipsam cognoscendã, euenit vt plures de eius subst̃tia eiúsque qualitatibus orti sint errores. Omitto eos quos philosophi gentiles amplexati sunt: non enim cõtra eos nunc agimus, sed contra eos qui Christianam philosophiã doctrinamq; euangelicã sectari se iactãt. Qui errores non iuxta ordinem temporum quibus orti sunt, sed prout materia ipsa iuxta ordinem doctrinæ exigit, describentur. Primus ergo error est, qui negat animam rationalem esse formam corporis humani, non absolutè sed inquantum rationalis est. Concedit quidem animam rationalem esse formam corporis, non tamen sub hac ratione qua rationalis est, quia per hanc rationem non potest informare corpus. Huius erroris patronus esse dicitur quidam Petrus Ioannis, qui multos errores abbatis Ioachim (de quo postea dicemus)

Bernar. *Psal.138.* *Petrus Ioannis.*

A

mus) ſuſcitauit, tempore Clemẽtis papæ huius nominis quinti. Ad iſtum errorem oppugnãdum, quoniam de re nõ in vniuerſum theologica eſt ſermo, ne in ambiguo laboremus, id primum ſcire oportet, quid ſit forma. Forma eſt quæ dat eſſe rei, quæ ſcilicet adueniens materiæ, dat eſſe ipſi ſubſtãtiæ, & iuxta quam fit ſpecierum differentia, quoniã materia vna eſt eademq; ſpecie in omnibus ſubſtantiis corporeis. Quòd ergo vna res ab alia differat ſpecie, varietas formæ eſt in cauſa, quoniã ab illa præcipue res capit eſſe, perfectioq; ipſius iuxta illam penſatur. Secundum hanc ergo formæ aſſignatam rationẽ manifeſtus eſt error, negate animam rationalem eſſe formam corporis humani etiam in quãtum rationalis eſt. Ex eo nanque ſequitur hominem ipſum minimè rationalem eſſe, quod eſt hæreticũ. Nam quod homo rationalis ſit, aut habet à forma, aut à materia: non enim aliunde illi aduenire poteſt, cum eſſe rationalem non accidentialiter illi adſit, ſed eſſentialiter. Partes autẽ eſſentiales nullas alias habet præter materiã & formam. A materia certũ eſt nõ oriri quod homo rationalis ſit, cum hac ratione omnes ſubſtantias quæ ſimilẽ habent cum homine materiam, oporteret eſſe rationales. Prouenit ergo à forma ſua quod homo rationalis ſit. Nam illa eſt (iuxta definitionem datam) à qua res ſuam habet perfectionem. At iuxta Petri Ioannis dictum anima rationalis in quantum rationalis eſt, non eſt forma corporis, ergo ab illa homo non habet quod ſi rationalis, quia ſub illa ratione (vt inquit) non eſt forma. A nulla ergo ſua parte eſſentiali habet quod ſit rationalis, poſtquã nec à materia, nec à forma, non eſſet ergo ſimpliciter, iuxta dictũ illius, homo cenſendus rationalis. Rurſus: Si anima inquantũ rationalis eſt, nõ eſt forma corporis humani, ergo nec pars aliqua eſſentialis hominis: quoniam cum non ſit materia, nõ eſt aliqua quę eſſe poſsit. Quòd ſi ſub hac ratione pars hominis non eſt, erit ergo ab homine neceſſario ſeparandum quicquid perfectionis ſub hac occaſione illi tribui ſolet, quoniam ab exteris non capit perfectionem ſuam. Propter hanc enim cauſam homo imago Dei dicitur, quia imaginem in anima impreſſam eſſe ab omnibus conceditur hac ſola ratione, qua rationalis eſt. Nõ eſſet ergo homo imago Dei dicendus. Non eſſet etiam dicendus liber, quoniam ſublato ab homine eo quòd rationale dicitur, etiam oportet ſeparare ab eo id quod eſt liberum, quoniam libertas ſine ratione eſſe nequit. Quòd ſi libertatem ab homine tollas, nulla eſt via per quam mereri aut demereri poſſit: quoniam id quod liberũ non eſt, nunquam à Deo imputatur ſiue ad pœnam, ſiue ad gloriam. Erit ergo neceſſario cõcedendum animam rationalẽ etiam inquantum rationalis eſt, eſſe formam corporis humani. Hic error damnatus eſt in concilio Viennenſi ſub Clemente. 5. Cuius concilii definitio ponitur in lib. epiſt. Clemẽtinarum tit. de ſum. tri. & fide catho. cap. vnico, ſub his verbis: Porrò doctrinam omnem ſeu poſitionem temerè aſſerentem aut vertentem in dubium quod ſubſtantia animæ rationalis ſeu intellectiuæ, verè ac per ſe humani corporis non ſit forma, velut erroneam ac veritati catholicæ fidei inimicã prædicto ſacro approbante concilio reprobamus, definientes, vt cunctis nota ſit fidei ſynceræ veritas, ac præcludatur vniuerſis erroribus aditus, ne ſubintrent, quòd quiſquis deinceps aſſerere, defendere ſeu tenere pertinaciter præſumpſerit, q̃ anima rationalis ſeu intellectiua nõ ſit forma corporis humani per ſe eſſentialiter, tanquam hæreticus ſit cenſendus. hucuſque concilium Viennenſe.

Forma.

Concilium Viennẽſe.

SEcundus error (ſi modo error dici meretur) eſt, docens ſpiraculũ quod Deus ſpirauit in Adam, eſſe ipſam animã. Hæc aſſertio recitatur à Philaſtro inter hæreſes, nullo tamen nominato illius aſſertionis autore. Tamen ſalua eius reuerentia, non video cur hanc aſſertionem hæreſis nota ſignauerit. Primo quidem reperio hãc eſſe doctrinã plurium verè catholicorũ doctorum aſſerentiũ ſpiraculum illud quod ſpirauit in faciem hominis, eſſe animã hominis, quam tũc aut inſufflando creauit, aut creãdo corpori infudit. Vnde Chryſoſtomus homil. 11. ſuper Geneſim ait: Et vt doceat nos quòd formatum illum de terra miſericordia domini, & rationalem animæ eſſentiã habere voluerit, per quam animal hoc abſolutum & perfectum fieret: Inſpirauit, inquit, in faciem eius ſpiraculum vitæ. Vitalem dicere vult operandi efficaciã, ei qui de terra formatus eſt, ſpiraculum datum eſſe, & hoc ſubſtantiã animę cõſtitutam. vnde ſubdit: Et factus eſt homo in animã viuentẽ. Hæc Chryſoſtomus. Hoc etiam expreſsius dicit Eucherius, qui libro. 1. ſuper Geneſim ſic ait: Ideo dicta eſt ſpiraculum vitę, quia & iſte aër plerunq; dicitur ſpiritus: ſed tamen ſpiritus vitæ non dicitur, quia caret vita. Quæritur autem vtrum Deus animã inſufflando fecit: an eam quã fecerat, corpori dãdo potius inſufflauit? Vtrunq; enim puto eſſe, nec habere aliquid quęſtionis, quomodo ſiue inſufflãdo fecerit animã, ſiue creãdo donauerit, nec de aliquo flatu ſuo, nec de ſeipſo, ſed ex nihilo aut ſuflando creauit, aut creãdo corpori inſufflauit, nõ quia illud ſpiraculum conuerſum eſt in animam viuentem, ſed operatum eſt animam viuentem. Hucuſque Eucherius. Hoc idem dicũt Hugo cardinalis, & Nicolaus Lyranus in ſuis expoſitionibus ſuper Geneſim: quorum dicta nolui hîc inſerere, quia eorum libri paſſim habentur. hi tamẽ omnes viri catholici ſunt. Iam opus eſt vt reſpondeamus his quæ pro ſe Philaſter adducit. Primo enim ait inſpirationẽ eſſe diuini ſpiritus quãdam gratiam, ac propterea dicit ſpiraculum illud eſſe gratiã datã animæ Adæ poſt eius creationem, quemadmodum (vt ait) apoſtolis poſt reſurrectionẽ inſufflans, dixit: Accipe non animam, ſed ſpiritũ ſanctũ. Deinde adducit ex ſcriptura, nomine ſpiritus gratiã Dei deſignari, vt in primo Regum legitur de Saul quòd receſsit ab eo ſpiritus domini, & immundus ſpiritus fatigabat eum. Et quod alibi legitur, in malignã animã non intrare ſpiritum ſapientiæ. Certè hæc omnia parum vrgẽt, & in æquiuoco laborat. Ex ignorãtia ſiquidem multiplicis ſignificationis huius nominis ſpiritus procedit. Aliquãdo enim aër in ſcriptura vocatur ſpiritus, vt ibi: Spiritus procellarum pars calicis eorum. Et alibi: Dixit & ſtetit ſpiritus procellarũ. Et iterũ in tertio Regum: Ecce Dominus trãſit, & ſpiritus grandis & fortis ſubuertens montes, & conterens petras ante Dominum. non in ſpiritu Dominus. Aliquando etiã omnis anima, ſiue ea rationalis ſit, ſiue irrationalis, vocatur ſpiritus, vt in Geneſi legitur: Mortua eſt omnis caro quæ habebat in ſe ſpiritũ vitę. Aliquãdo ſola anima rationalis vocatur ſpiritus. Sic enim de Chri-

Chryſoſt. Gene. 1.

Eucherius.

Ioan. 20. *1. Reg. 16.* *Sap. 1.* *Pſal. 10.* *Pſal. 106.* *1. Reg. 19* *Ioan. 19.* *Ioan. 10.*

ſto legimus: Inclinato capite emiſit ſpiritũ, id eſt, animã quam ipſe propria poteſtate emiſit, ſicut prius dixerat. Poteſtaté habeo ponendi animã meam, & iterum ſumendi eam. Aliquando etiam ſumitur ſpiritus pro tertia perſona diuina. Hoc autẽ rariſſime inuenitur, vt abſolutè nomẽ ſpiritus pro Deo ſumatur, niſi cum quadã contractione, vt puta dicendo, ſpiritus domini, aut ſpiritus ſanctus. Adæ ergo datũ eſt ſpiraculum vitæ, id eſt, anima, quod manifeſtè cõuincitur per id quod ſubiungitur, & factus eſt homo in animam viuentẽ. Per hoc enim homo factus eſt animal viuens, quod Deus ſpirauit in faciẽ eius ſpiraculum vitæ. In Apoſtolis autem, cum inſufflat & dicit: Accipite ſpiritum ſanctum: non addit ſcriptura, & facti ſunt in animas viuẽtes, ſicut de Adam dixerat. ideò flatus ille nõ ad vitæ naturalis donationẽ referẽdus eſt, quemadmodũ cum ſpirat in faciẽ Adæ, ſed ad vitæ ſpiritualis, hoc eſt gratiæ cuiuſdam largitionẽ. Magnum eſt ergo diſcrimẽ inter eum flatũ quo ſpirat Deus in faciem Adę, & eum quo in Apoſtolos ſpirauit: quoniã hic ad ſpiritalem quandã vitã, ille verò ad vitam naturalem, quæ per animam fit, referẽdus eſt, quod ex beati Pauli verbis aperte coniicere licet, qui ait: Factus eſt primus homo in animam viuentẽ, nouiſſimus autẽ Adam in ſpiritum viuificantẽ. Ibi enim Paulus diſcrimẽ ponit inter primum & ſecũdũ Adam, ſcilicet Chriſtum. Quòd ſi ſpiraculum illud quo primus homo factus eſt in animã viuentẽ, eſſet quædam ſpiritualis gratia, eſſet etiam primus homo factus in ſpiritum viuificãtem: atque ita non eſſet tale inter eos quale Paulus aſsignat diſcrimen. Si autẽ adhuc contendat per hoc quod ſcriptura aſſerere videtur hominẽ integre formatũ antequam inſpiraſſet in faciem eius Deus, ergo ante ſpiraculum illud oportet quod homo habeat animã, eo quòd homo ſine anima eſſe nequit. Sic enim ſcriptura ait: Formauit Deus hominẽ de limo terrę. ecce hominẽ iam formatum: & continuo ſubditur, & inſpirauit in faciem eius ſpiraculũ vitæ. Ex quo videtur aliud eſſe ſpiraculũ, aliud autẽ anima. Quibus reſpondemus concedentes hominẽ ſine anima eſſe non poſſe: his tamen nõ obſtantibus, quotidiani quadã lege ſermonis dici ſolet, talis homo eſt in gloria, cum tamẽ ſola anima ibi nunc quieſcat. hoc aut illo loco homo ille ſepultus eſt, cum tamen hoc ad ſolum corpus referri poſsit. Nec iſtum modum loquendi abhorrent ſacræ literæ. Nam animam ſępe interiorem hominem vocant, corpus verò exteriorem, tanquam duo ſint homines, cum ſimul vtrunq; vnus ſit homo. Ex hoc igitur negocio argumentum ſumere licet, non eſſe facile de hæreſi pronunciandum, etiam ſi teſtimonium adſit alicuius viri quãtumlibet docti. Nam beatus Auguſtinus in prologo ſui lib. de hæreſi, ad Quod vult Deum, teſtatur hunc Philaſtrum multas aſſertiones inter hæreſes annumeraſſe, quæ minimè hæreſes cẽſendæ ſunt. Et quantum ad hanc aſſertionem ſpectat, in lib. 13. de ciuitate Dei, cap. 24. irridet eos qui credũt ſpiraculum quod ſpirauit Deus in faciem Adæ, eſſe quandam gratiam animæ Adæ collatam, & non potius ipſam animam.

Ioan. 2.

1. Cor. 15.

Geneſ. 1.

A

B

TErtia de hac re hæreſis eſt quæ docet hominis animam eſſe prius formatã quàm corpus. Hunc errorem beatus Hieronymus tribuit Ioanni epiſcopo Hieroſolymitano in quadam epiſtola quã ſcripſit ad Pammachium aduerſus errores præfati Ioannis. In eundem errorem lapſus eſt Philaſter Brixienſis, qui tam firmiter illi adhęſit, vt in ſuo libello de hæreſi, dicat eſſe hæreſim, aſſere prius eſſe corpus Adę formatum, deinde animã creatam & illi inſertam. Et hanc ſuã ſententiã Philaſter perſuadere conatur per id quod in lib. Geneſeos cap. 1. dicitur: Et creauit Deus hominem ad imaginẽ ſuam. Quia enim iuxta animam homo eſt imago Dei, & nõ iuxta corpus, putauit Philaſter tũc de animæ creatione ſolum agi. Cum autẽ in 2. cap. eiuſdẽ lib. dicitur: Formauit igitur dominus Deus hominẽ de limo terræ, tunc credit de ſola corporis formatione Moſen loqui. Er hac ratione motus cenſet fide tenendum eſſe, prius animam creatam eſſe, & corpus deinde plaſmatum. Ex praua ergo ſcripturę intelligẽtia hæc hæreſis, ſicut alię, oritur. Non enim intellexit bonus ille homo, quód vtroque illo loco ſcriptura loquitur de totius hominis formatione: & ſcripturæ ſacrę morem eſſe, aliqua per anticipationẽ ſemel ſub compendio dicere, & poſtea ad illa longius differenda redire. Dixerat enim prius hominẽ eſſe à Deo ad ſui imaginem creatũ: ſed vnde factus fuerat, an ex nihilo, nõ dixerat. Ideo. 2. cap. iterũ hominis formationem repetit, vt largius & expreſsius de ea loquatur. Nam quód. 1. cap. non de ſolius corporis, ſed de totius hominis formatione fiat ſermo, ipſe verborũ ordo ſatis apertè indicat. Sic enim ait: Et creauit Deus hominem ad imaginẽ ſuã: ad imaginẽ Dei creauit illũ: maſculũ & fœminã creauit eos. Ecce vides ſexus diſtinctionẽ, maſculũ videlicet & fœminã. At hæc ſexus diuerſitas in corpore ſita eſt, nõ in anima: quòd fit, vt tunc ſit corpus formatũ, cum ſexus diſtinctio exprimitur. Quòd autem prius ſit corpus formatũ deinde anima creata, verba quæ in ſecundo cap. narrantur, ſatis apertè oſtendunt. Hæc enim referunt: Formauit igitur dominus Deus hominẽ de limo terræ: & inſpirauit in faciem eius ſpiraculum vitæ: & factus eſt homo in animã viuentẽ. Cum dixit hominẽ formatũ de limo terræ, corpus hominis expreſſit quoniã anima non eſt facta de limo terræ, ſed corpus. Dicens, inſpirauit in faciẽ eius ſpiraculum vitæ, animã declarauit: quoniã hæc (vt in prefata hæreſi docuimus) eſt ſpiraculũ vitæ, quod Deus inſpirauit in faciem Adæ. Cum ergo cõſtet ex ipſius literæ decurſu, prius fuiſſe hominem formatum de limo terræ, & poſtea in faciẽ illius Deũ inſpiraſſe ſpiraculũ vitæ, cõuĩcitur inde, corpus fuiſſe prius plaſmatũ, & deinde animã fuiſſe à Deo creatã. Hanc eãdem ſententiã confirmat beatus Hieronymus in præfata epiſtola ad Pammachiũ, ſic inquiens: Si fuit anima antequam Adam in Paradiſo formaretur, in quolibet ſtatu & ordine & vixit & egit aliquid (neque enim poſſumus incorporalem & æternã in modũ glirium immobilẽ torbentemq́, ſentire) neceſſe eſt vt aliqua cauſa præceſſerit, cur quæ prius ſine corpore fuit, poſtea circundata ſit copore. Et ſi animæ eſt naturale, eſſe ſine corpore, ergo contra naturam eſt eſſe in corpore. Si contra naturam eſt eſſe in corpore, ergo reſurrectio corporis contra naturam erit. Sed non fiet reſurrectio contra naturam, ergo iuxta ſententiã veſtrã, corpus quod contra naturã eſt reſurgens, animã non habebit. Hæc Hieronymus, qui nõ ſolum quæ diximus aſſerit, ſed argumẽtis pluribus no-

Hieron.

C

D

ribus noſtram,hoc eſt catholicam ſententiam confirmat.Denique Leo papa huius nominis primus de hac re ſententiam protulit.Nam in quadã epiſtola ad Aſtorigẽſem epiſcopum,quæ eſt in ordine.71. in qua errores Priſcillianiſtarũ damnat,poſtquam decimo loco recenſuit quendã illorum errorem quo dicunt animas hominũ prius in cœlo fuiſſe,& inde propter ſua peccata fuiſſe delapſas,& humanis corporibus inſertas,hæc verba ſubnectit:Quã impietatis fabulã,ex multorũ ſibi erroribus texuerunt:ſed omnes eos catholica fides à corpore ſuæ vnitatis abſcidit,cõſtanter prædicans atq; veraciter, quod animæ hominum priuſquam ſuis inſpirarentur corporibus,non fuere:nec ab vllo incorporantur,niſi ab opifice Deo,qui & ipſarum eſt creator,& corporum.Hæc Leo papa,vir quidẽ ſãctus iuxta ac doctus.Et de hac re pro illius qualitate ſatis me dixiſſe arbitror.Aduerſus hãc hæreſim nullum alium ſcriptorum reperi præter B.Hieronymum in ea epiſtola quam ſupra citauimus:quo loco nõ plura aduerſus illã dicit, quàm paucula quæ illa proximè præfati ſumus. *Leo papa.*

QVartus error aſtruit animã eſſe aut Dei ſubſtãtiã,aut ex Dei ſubſtantia.Hoc mõſtrum inuẽtum eſt quorundã hęreticorum qui Gnoſtici ſunt appellati,vocabulo à ſciẽtia,quã iactabãt,cõficto.Horũ principem alii alium tradunt. Philaſter ſiquidem aſſerit eos à Nicolao diacono, de quo in Actis apoſtolicis fit mẽtio,duxiſſe originem.Irenæus autem in lib.1.aduerſus hæreſes cap.24.eorum autorẽ fuiſſe Carpocratẽ aſſerit:de quo poſtea dicemus.Ireneo magis crediderim,eo ꝙ doctior,diligẽtior,atq; vicinior illis tẽporibus fuerit.Hunc eundem errorem poſtea ſuſcitarunt Manichæi,quorum dux fuit Manes quidã,iuxta nomẽ ſuum inſaniẽs,nã μαίνεσθαι Græcis inſanire ſignificat.Quare diſcipuli eius in Græcia(vt ait Auguſt.nomen inſanię,quaſi doctiores,& eo ipſo mendaciores,vitantes,geminata n,Mãnichęum,quaſi manna fundẽtem,pro Manichęo,id eſt inſano appellauerunt.Hic igitur Manes natione Perſa,vita & moribus barbarus fuit,tam acer ingenio,vt inſanire,vel dęmone adimpleri videretur: atque inſtinctu dęmonis agitatus inuiſam & execrabilem omnibus hęreſim docuit.Chriſtum ſe eſſe mentitus eſt,ipſum etiã paracletũ ſe eſſe aliquãdo dicebat.Elatus itaque hac inſania,ad ſimilitudinẽ Chriſti 12.diſci.eligens ad prędicandum mittebat,dogmata ſtulta &impia,à diuerſis hæreticis,qui iã prius extincti fuerant,mutuata,ſeminauit,& noſtro orbi Perſica venęna propinauit.Ex hoc ergo Manete,Manichęorum hęreſis orta eſt,tempore Probi Imperatoris,& Felicis papę:quę hęreſis valde eccleſiam infeſtauit,& longo tẽpore durãs plures prouincias infecit. Ab his enim numeroſa hęreticorum colluuies progreditur.Multi nãq; hæretici ſub hac hæreſi militarunt,quanuis aliis nominibus appellati ſunt.Ad Manichęos ſiquidẽ pertinẽt Audiani,ab Audeo Syro ſic dicti,de quo agitur memoria lib.7.hiſt.tripartitę,cap.11.Apocaritę, Brachitæ,Dicartitę,Taſcodrogitę,Teſalitę,Tetraditę, de quibus omnibus fit mentio.C.de hęreticis & Manichęis,alii etiã plures viri alioqui docti,vt Fauſtus,Felix,contra quos diuerſas habuit beatus Auguſtinus diſputationes,diuerſoſque ſcripſit tractatus.Hi ergo Manichęi cõuenerunt in vnum cum Gnoſticis aduerſus dominum,& aduerſus fidem,quam ille per Apoſtolos & Prophetas nos docuit:dicentes animam hominis eſſe Dei ſubſtantiam.Contra hunc errorem eſt primo illud,quod paulò ante pertractauimus ex lib.Geneſeos: Formauit Deus hominem de limo terræ,& ſpiraui in eo ſpiraculum vitæ,quod ſpiraculum ſuperius oſtẽdimus eſſe animam ipſam,per id quod ſubditur:Et factus eſt homo in animam viuentem. Si anima ergo eſt illud ſpiraculum quod ſpirauit Deus in faciem Adę,ſequitur eam non eſſe de Dei ſubſtantia,quemadmodum flatus ex ore hominis prodiẽs non eſt de ſubſtantia hominis,ſed ex aëre circũfuſo.Sicut ergo nos poſſumus non de noſtra natura qua homines ſumus,ſed de iſto aëre circunfuſo,quem inſpirando & reſpirãdo trahimus & expellimus,flatum facere cum ſufflamus:ita omnipotens Deus,non de ſua natura,neque de ſubiacenti materia,ſed etiam de nihilo potuit facere flatum,quem corpori hominis inſerendo, inſpiraſſe vel inſufflaſſe conuenientiſſime dictus eſt.Quod ſi fortè ex hoc contendant animam eſſe æqualem cum Dei ſapientia, de qua dicitur:Ego ex ore altiſſimi prodii,huic obiectioni reſpondemus quod non dicitur ſapientiam ore Dei efflatam fuiſſe:ſed ex ore eius prodiiſſe. Deinde non omnia quę ex Dei ore prodeunt, oportet ea æqualia eſſe.Nam in Apocalypſi legimus dominum dicẽtẽ cuidam:Vtinam frigidus aut calidus eſſes: ſed quia tepidus es,& nec frigidus nec calidus,incipiam te euomere ex ore meo.Prętęrea ſi animã deus ex ſua ſubſtantia feciſſet,ſitque anima eiuſdem ſubſtantię cuius eſt Deus,neceſſarium eſt vt eaſdem habeat proprietates quas Deus:quemadmodum pater & filius,videlicet Ioãnes & Petrus, quoniã eiuſdẽ ſunt ſubſtantiæ,in eademque ſunt ſpecie,eaſdem etiam habẽt proprietates,præcipuè eas quæ naturaliter adſunt,& minimè ſeparari poſſunt:vt gtatia exempli,ſi vnus rationalis, & alter:ſi vnus riſibilis, & alter:ſi vnus mortalis,& alter. At multæ ſunt proprietates quas Deo neceſſariò tribuimus, quæ animæ nullo pacto cõuenire poſſunt. Deus enim eſt omnipotẽs,anima autẽ noſtra nõ ſolum nõ poteſt omnia, verum pauciſſima ſunt quę poteſt. Deus eſt immutabilis,iuxta illud:Ego Deus,& nõ mutor.& alibi: Apud quẽ nõ eſt tranſmutatio,nec viciſſitudinis obumbratio.In anima autẽ noſtra quot ſunt bone Deus mutationes?Modo hilaris,modo triſtis,modo iracunda,modo manſueta:aliquãdo vult,aliquãdo idem nõ vult:modo aliquid amat,poſtmodum illud idẽ odio proſequitur:nunc vitiis dedita,nunc virtutibus ſtudens.Nõ enim immerito dixit Iob,nunquam in eodẽ ſtatu hominẽ permanere:quod nõ minus verum eſt de anima,quàm de corpore.Si ergo hęc animæ cõueniunt,quæ neceſſario Deo repugnãt,cõſequẽs eſt animã nõ eſſe eiuſdem ſubſtãtię cum Deo,nec aliquo modo ex ſubſtãtia diuina procedere.Verũ poſt hæc omnia audiamus quid eccleſia in hac re definierit,quoniã iuxta ſuperius dicta,eccleſiæ definitioni velut diuino oraculo obediẽdum eſt.Concilium ſiquidẽ Braccaren.primum cap.5.ſuorũ Decretorum ſic definit:Si quis animas humanas vel angelos ex Dei credit ſubſtantia extitiſſe, ſicut Manichæus & Priſcillianus dixerunt,anathema ſit.Ne ergo cũ Manichæis & Priſcillianiſtis anathemati aliquis ſubiaceat,eccleſię obediat oportet,dicenti animas à Deo creatas eſſe nõ ex Dei ſuſtãtia,aut ex ſub- *Gnoſtici. Manichæi Audiani Apocaritæ Brachitæ Dicartitæ Taſcodrogitæ. Teſalitæ. Tetraditæ. Eccl.24. Apoc.3. Mala.3. Iac.1. Iob.13.*

Leo papa iacẽti materia,ſed ex nihilo.Et Leo primus huius nominis põtifex epiſtola ſeptuageſima prima cap.5. ſic ait:Quinto autẽ capitulo refertur,quod animam hominis diuinæ aſſerant eſſe ſubſtãtię,nec à natura conditoris ſui conditionis noſtrę diſtare naturã.Quam impietatẽ ex philoſophorum quorundam & Manichæorum opinione manantẽ,catholica fides damnat,ſciens nullã tam ſublimem tamq; præcipuã eſſe facturã,cui Deus ipſe natura ſit.Hæc Leo papa.Et multa alia ad hãc rem pertinentia eo loco dicit, quo de Priſcillianiſtarum erroribus tractat.

QVintus error eſt qui docet animas non creari a Deo.Hic autẽ error adhuc diuiſus eſt,ſicut ſolenne eſt hæreticis nuſquã tenere vnitatem.Quidam enim dicũt animas factas eſſe ab ãgelis, factasque D ex igne & ſpiritu. Huius erroris autores fuerũt Seleucus & Hermias Galatæ, vt ait Philaſter, à quibus Meſſalianorũ hæreſis orta eſt,vt dicitur in 7. lib.hiſt.tripartitę,cap.11. Alij autem dicunt animã filij fieri ab anima patris,quemadmodũ corpus ex corpore.Huius erroris autor extitit Tertullianus, vt ait beatus Auguſtinus in lib.de hęreſibus ad quod vult Deũ cap.89.Quis autem is fuerit,qualiſq; eius doctrina,cum ex aliis,tum etiam ex lib.illuſtrium virorum beati Hieronymi plenius diſcere potes.Huius ſententia eſt,animã hominis eſſe corporeã,quãuis immortalem & ex anima patris velut corpus ex corpore generari.Hunc errorem docuit Apollinaris quidam Alexãdrinus,de quo fit mẽtio in.5.lib. hiſtoriæ tripartitæ cap.44.Huuc eundẽ erroré tenent Luciferiani,à Lucifero quodam Caralitano epiſcopo eorũ principe ſic nominati,de quo in 10.lib.hiſtoriæ Eccleſiaſticę per Ruffinum addito fit mentio,nec tamen iſte error illic ei tribuitur.Verum Guido carmelita dici hunc errorem eſſe Luciferianorũ:neſcio tamen quos autores in hac parte ſecutus ſit:quoniã beatus Auguſtinus in libro de hæreſi ad Quod vult Deũ cap.81.de eis diſſerens,dubius eſt in primis an ſit hæc eorum aſſertio.Deinde etiã dubitat an dato quod eam tenuerint,propter illam cenſendi eſſent hęretici.Et de Tertuliano loquens loco proximè citato,cumq; errorem hunc illi tribuat,dicit tamen non propter aſſertionẽ hanc eſſe clamatũ hęreticum, ſed quia ad Cataphrygarũ ſectam accedẽs,ſecũdas nuptias velut adulteria damnauerit.Nam ibẽ beatus pater Auguſtinus ſæpiſſimè anceps eſt & dubius quid de animæ origine ſentiendũ ſit.Credit enim (vt ipſemet fatetur in epiſt.de hac re ad Hieronymũ per Oroſiũ presbyterũ miſſa,& in epiſt.ad Optatum) animas à Deo creari,& non ex traduce velut corpus generari:an autẽ ad hoc credẽdum fides catholica nos cogat,ipſe dubitat:quoniã (vt ait) nullus eſt ſacræ ſcripturæ apertus locus qui hoc coniuncat.Si enĩ quis adferat illud Pſal.Qui fingit ſpiritũ hominis in ipſo.& illud:Qui finxit ſigillatim corda eorum:his duobus teſtimoniis reſponderi poteſt,quod fingere dicimus eũ qui ex præexiſtenti materia aliquid facit: ſicut ſolemus appellare figulos eos artifices qui ex maſſa terrea vaſa cõficiunt,ac proinde quãuis ex illis autoritatibus optimè conuincatur hæreſis,dicens,animas non creari à Deo,ſed ab angelis,vt dixerunt Seleucus & Hermias:non tamen conuincitur eas à Deo produci ex nihilo,quoniã fingere id nõ ſonat.Magis ſiquidẽ eſt creare quàm fingere,& tamẽ non ſemper creare in ſacris literis ſumitur pro eo ꝙ eſt producere ex nihilo:quod vel ex eo loco pſalmi patere poteſt,vbi dicitur: Cor mũdum crea in me Deus.Nam ibidẽ creari petit anima,quæ iam exiſtit.Et in alio loco dicit:Emitte ſpiritũ tuũ, & creabuntur.Si ergo iã exiſtens creatur,per nouæ iuſtitiæ receptionem: quid prohibet vt iam exiſtens fingi dicatur,eo ꝙ aliquid nouũ acquiſierit? Quòd autem in Eccleſiaſtæ legitur:Et reuertetur puluis in terrã ſuã ſicut erat,& ſpiritus reuertetur ad dominum ſuum qui dedit illũ,hic locus etiã manifeſtiſſime cõuincit animã produci à Deo,ſed quod anima ab eodẽ ex nihilo producatur,nõ oſtendit,imò (vt Auguſtinus ait) facile huic obiectioni reſpondetur,corpus in terrã de qua factum eſt primũ hominis corpus,reuerti,ſed ſpiritum ad Deum à quo facta eſt prima hominis anima.Dicent enim ſi qui hunc tutãtur erroré,quod ſicut noſtrũ corpus quãuis ex illo primo corpore propagatum ſit,eò tamen redit vnde ipſum primũ corpus effectum eſt: ſic anima noſtra quãuis ex prima anima propagata,non ad nihilum quia immortalis eſt,ſed ad Deum redit,à quo prima anima facta fuerat.Vnde Auguſt.in epiſt.ad Hieronymum ſuperius memorata de hac ſententia loquens,ſic ait:Nolo mihi dicatur pro hac ſentẽtia debere accipi quod ſcriptum eſt: Qui finxit ſpiritũ hominis in ipſo.&,qui finxit ſigillatim corda eorum. Aliquid fortiſſimũ atq; inuictiſsimum requirẽdum eſt,quod nos nõ cogat Deũ credere vllarũ animarũ ſine culpa aliqua dãnatorem.Et parum infra.Nec illud quod in Eccleſiaſtæ ſcriptũ eſt:Tunc cõuertetur in terram puluis ſicut fuit,& ſpiritus reuertetur ad dominum qui dedit illum:iſtã confirmat ſententiã,quã volumus eſſe noſtram.Hæc Auguſt.Et in epiſtola ad Optatum de origine animarum ſic ait Sed vbi res naturaliter obſcura noſtrum modulũ vincit, & apertè diuina ſcriptura nõ ſubuenit:temerè hinc aliquid definire humana cõiectura præſumit. Secũdum vitas autem quas proprias habere ĩcipiũt, nouos homines dicimus naſci,ſiue anima,ſiue corpore.At verò ſecundũ originale peccatũ veteres naſcuntur,ideo baptiſmate renouãtur.Aliquid ergo certũ de animæ origine nõdum in ſcripturis ſanctis reperi.Nam hi qui nouas ſine vlla propagine aſſerũt animas fieri,inter teſtimonia quib⁹ id nitũtur oſtẽdere, ponunt etiã illa duo quæ pauló ãte cõmemoraui:Qui fingit ſpiritũ hominis in ipſo.&,Qui finxit ſigillatim corda eorũ,de quibus vides quemadmodum poſſit à reſiſtentib⁹ reſpõderi.Hucuſq; Auguſt. Quamuis ergo Auguſtin⁹ credat animas nõ fieri ex traduce,ſed ex nihilo à Deo produci, ad hoc tamẽ credendũ dicit nullam eſſe ſacræ ſcripturæ cogentẽ autoritatẽ.Et B.Eucherius Lugdunẽſis epiſcopus, qui Auguſtino cẽtum annis & aliquanto amplius poſterior fuit, lib.1.ſuper Gene.exponẽs illud:Et ędificauit dominus Deus coſtam quã tulerat de Adam,in mulierẽ,ſic ait: Quæritur vtrũ fœmina de latere C viri formata,ex eius anima acceperit animã? Et vtrum ſicut caro naſcentium ex carne,ſic animę ex animabus procreentur? An nouæ ſemper creẽtur à Deo ex nihilo? Quæ quæſtio in definiẽdo difficilis eſt, quia nihil eſt à ſãctis viris,vel ſcripturarũ autoritate manifeſtius pronunciatum.Hæc Eucherius.Cæterum beatus Thomas in ſua ſumma contra Gentiles lib.2.cap.86.hãc materiã pertractãs, dicit eſſe erro-

rem ani-

Seleucus Hermias. Meſſalia-ni. Tertulia-nus. Apollina-ris. Luciferia-ni.

Pſal.32.

Pſal.32.

Pſal.30.

Eccl.12.

Auguſt.

B

eucherius Gen.2.

rem animas ex propagine velut corpora deriuari: poſt cuius erroris oppugnationem ſubnectit hũc fuiſſe Apollinaris errorem. Nec tamen à præcedentibus ſanctis viris aliqua ex parte recedit, nec aliquid certius de anima adfert. Nam quamuis beatus Thomas dicat eſſe errorem, non tamẽ dicit eſſe hæreſim. Lata eſt differentia inter hæreſim & errorem: quoniam etſi omnis hæreſis ſit error, non tamen vice verſa oportet vt omnis error ſit hæreſis cẽſendus, vt in principio huius operis docuimus. Atque hoc ipſum ſenſiſſe viſus eſt ſanctus doctor cum appellauit errorem, quia aduerſus illum diſputãs, ſolum argumentationibus merè philoſophicis agit, nullas ſcripturæ autoritates adferens, quoniam contra Gẽtiles in illo operis libro agebat, non contra hæreticos. Hinc ergo colligere hoc vnum valebimus, hanc aſſertionem Tertulliani & Apollinaris, ſi aliquis ſit ſacræ ſcripturæ locus apertus, aut eccleſiæ definitio cui repugnare oſtendatur, eſſe hæreſim cenſendam, ſi autem nullus ſcripturæ locus, aut eccleſiæ definitio in hac parte reperiatur cui repugnet, etſi nõ ſit hæreſis appellãda, dicetur tamen error: cum cõſtet ex phyſica ratiocinatione eam lõgiſſime á veritate diſtare. Ad quod perſuadendum, poſt eas quas beatus Thomas adfert argumentationes loco proximè citato vnam ex meo capite in medium producam, quæ maximè ad rem confirmandam facit. Si anima ex anima propagatur, vt corpus ex corpore, aliquod ſemen oportet à parẽtibus decidere in coitu vnde anima formetur, ſicut ſemen decidit ad corporis formatio-
D nem: alioqui dicetur anima ex nihilo produci, & nõ ex propagine, ſi nihil à parẽtibus deciſum eſt vnde ipſa formetur. At cum ſæpe eueniat, vt ſemina ſiue vllis conceptibus irrita permaneãt, & coitus ſine vlla prolis generatione fruſtrati ſuccedant: quærendum tunc eſt quid de animæ ſemine factum ſit, an pereat an maneat? Si illud perire aſſeris, animam oportebit etiam te dicere eſſe mortalem: quia impoſſibile eſt vt cuius cauſa & ſemen mortale eſt, ipſum immortale ſit. Quòd ſi illud perire negas, quin potius manere cõtẽdis: quare anima nõ generatur, cum ſemen illius deciſum ſit vnde propaganda erat? Nunquid dicendum erit ſicut de corpore, ideo animã non generari, quia qualitates diſponentes ad eius generationẽ requiſitæ defuere: ita vt ſicut ex nimia frigiditate mulier quamuis ſemine viri recepto nõ concipit, ita etiã anima quantumuis eius ſemine in ventre matris recepto, ob defectum alicuius ſimilis qualitatis requiſitæ nõ producatur? Quo conceſſo erit neceſſario dicẽdum animæ ſubſtantiam ex aliquibus qualitatibus pẽdere, tam in generatione, qùàm in eius cõſeruatione, ita vt illis ſemini eius adhibitis ſubſequatur animæ generatio: illis ſemotis anima nec generari nec ſubſiſtere queat. At cum qualitatibus illis aliquæ reperirentur contrariæ (quoniam alioqui nihil obſtaret quò minus ſemine deciſo, ex ſemine ipſo cui maximè animę cõueniunt, orirẽtur, ſi nihil aliud eſſet illarum ortui repugnãs) oporteret qualitates illas corruptioni eſſe ſubiectas, quibus corruptis neceſſario tũ anima corrũperetur. Atque ita oporteret animã fateri eſſe mortalẽ. Verum etſi hæc collectio maxime perſuadeat, vehementérq; vrgeat, non tamen cogit vt ex ea oporteat dicere iſtorum aſſertionẽ eſſe hæreticam: quoniã in cauſa fidei efficaciores ſunt autoritates, quàm quæcũque phyſicæ argumẽtationes, dicente Hieronymo in epiſtola ad Theophylum Alexandrinum: Fides pura & aperta confeſſio non quærit ſtrophas & argumenta verborum.
A Quòd verò ait Tertullianus animã eſſe corpus, ſi ita intelligat, eſſe corpus, vt partes habeat, in partéſque ſcindi poſſit, quarum vna in vno ſit loco, altera in altero: hoc manifeſte conuincitur eſſe hæreticum, per hoc quod ſacræ literæ docent animam eſſe ſpiritum. At quod ſpiritus eſt, corpus nõ eſt, nec eſſe poteſt. Dominus ſiquidem poſt reſurrectionem ſuam diſcipulis apparens, illíſque exiſtimãtibus eum ſpiritum eſſe, dixit: Videte manus meas, & pedes, quia ego ipſe ſum. Palpate & videte, quia ſpiritus carnẽ & oſſa *Luc. 24.*
non habet, ſicut me videtis habere. Animã autem eſſe ſpiritum, pluribus ſcripturæ teſtimoniis comprobatur. Salomon enim in Eccleſiaſte ait: Quis nouit ſi ſpiritus filiorũ Adam aſcendat ſurſum? Et Domi- *Eccle. 3.*
nus animam ſuam in morte commendans patri ait: In manus tuas Domine commẽdo ſpiritum meum. Et liberam promptãque voluntatem ſe habere ad paſsionẽ ſubeundam oſtẽdens, ait: Spiritus promptus eſt, caro autem infirma, vbi nomine ſpiritus ſignauit animam. Et Paulus carnis & animæ pugnã deſcri- *Luc. 23.*
bens, ait: Caro concupiſcit aduerſus ſpiritũ. Anima ergo nõ poteſt eſſe corpus, cum ſit ſpiritus. Sed opus *Matt. 26.*
eſt iam vt contra Meſſalianos aperta ſacræ ſcripturæ teſtimonia proferamus, quibus conuincamus ani- *Gal. 5.*
mam hominis nõ ab angelis (vt illi dicunt) ſed à Deo creatam fuiſſe. Primo illud eſt manifeſtum quod de creatione hominis, Moſes refert Dominũ dixiſſe: Deus enim dixit: Faciamus hominẽ ad imaginem & ſimilitudinem noſtram. Et poſt pauca dicit Moyſes: Creauit itaque Deus hominẽ ad imaginẽ ſuam. Fortè dicent Meſſaliani quod per illud verbum, faciamus, Deus loquitur ad angelos quos voluit eſſe *Geneſ. 1*
participes creationis animarum. Sed hoc facile conuincitur eſſe falſum: quia ad quorum imaginem factus eſt, illis dicit faciamus. Non eſt autem factus homo ad imaginem angelorũ, ſed ad imaginem Dei, ergo nõ angelis ſed aliis perſonis diuinis dicit Deus pater: Faciamus hominẽ ad imaginem & ſimilitu-
B dinem noſtrã. Præterea, illud eſt manifeſtius quod poſtea in eodem libro de creatione hominis diſſerẽs Moyſes ait: Inſpirauit (inquit ille) in faciem eius ſpiraculum vitæ. At ſpiraculum illud fuiſſe animam quàm Deus corpori Adæ infuderat, iam ſuprà hæreſi ſecunda ex ſacris doctoribus oſtendimus. Deinde plurima ſunt ſacræ ſcripturæ teſtimonia quæ docent Deum eſſe omnium creatorem: ergo etiam animarum. Salomon ait: Creauit Deus vt eſſent omnia. Et Paulus ad Heb. ait: Qui omnia creauit Deus eſt. *Sapien. 1.*
Et vigintiquatuor ſeniores in Apocalypſi Ioannis adorãtes Deum, dicunt: Dignus es domine Deus no- *Heb. 13.*
ſter accipere gloriam & honorẽ & virtutem, quia tu creaſti omnia, & propter voluntatem tuam ſunt & *Apoc. 4.*
creata ſunt. Demum cõtra hanc hæreſim ſunt plures eccleſiæ definitiones. Leo papa in epiſtola ad To- *Leo papa*
ribium Aſtoricenſem epiſcopum ait: Animæ hominum priuſquam ſuis inſpirarentur corporibus, non fuere: nec ab vllo incorporantur niſi ab opifice Deo, qui & ipſarum eſt creator & corporum. Hæc ille. Symbolum Nicæni concilii ait: Credimus in vnũ Deum patrẽ omnipotẽtem, omniũ viſibiliũ inuiſibiliũq; factorẽ. Eidem ſententiæ ſubſcribit Cõſtantinopolitanum conciliũ. Eadem ſententia apertius de-

claratur in concilio Lateranenſi ſub Innocentio.3.celebratum, cuius decretum quia iam ſupra in titulo de Angelo citauimus,ideo non eſt opus vt hic iterum repetatur.

SExta hæreſis eſt quæ aſſerit animas ſceleratorum hominum poſt mortem conuerti in dæmones,& in quæcũq; animalia bruta ſuis meritis congrua.Hãc hæreſim recitat Philaſter, nullo tamẽ illius nominato autore.Et Guido carmelita longo ſatis tempore poſterior in ſuo lib.de hæreſibus,cap.76.inter hæreſes innominatas,quarum non eſt certus autor,eam recenſet.Verũ de hoc Guidone valde miror, quod eam ſine nomine poſuerit,præcipue cũ legerit (vt credi par eſt) Aug.in lib.de hæreſibus ad Quod vult Deum.Hic enim etſi cap. 78. iſtũ errorem ſine nomine autoris ſcribat,ſequens Philaſtrum in illa parte: C poſtea tamen eas recenſens hæreſes quæ nec à Philaſtro nec ab Epiphanio commemorantur,cap. 86.de Tertulliano diſſerẽs,ait Tertullianum ſenſiſſe animas hominũ peſſimas, poſt mortem in dæmones verti.Et idẽ Guido cap.63.de erroribus Tertulliani ſcribens, hũc errorẽ illi tribuit: quapropter miror qualiter poſtmodũ inter innominatas hæreſes eam locauerit. Tertullianus ergo ſenſit animas hominũ, non omnes,vt Guido indifferenter illi tribuit,ſed animas hominũ peſſimas poſt mortem conuerti in dæmones. An autem ipſe dicat eas cõuerti etiam in pecudes,Auguſtinus tacet,& mihi non eſt certum. Quòd ſi neget,erit in hac ſola parte hæc hæreſis ſine nominato patrono. Quid autẽ Tertullianũ mouere poſſit vt in hũc errorem laberetur,certè non video:niſi fortè illud quod Dominus apud Ioannem Iudæis peſ-
Ioan. 8. ſimis loquens, ait: Vos ex patre diabolo eſtis.Et de tranſmutatione in pecudes,qui eam tutantur, fortè
Matth.3 mouentur ex illo quod Ioannes Baptiſta ait: Progenies viperarum, quis monſtrauit vos fugere à ventura ira? Verum hæc parũ mouere deberent virum vel mediocriter doctum: præcipuè ſi conſideraret non omnia ſacræ ſcripturæ verba ſumẽda eſſe iuxta ſolam grãmaticæ nudã ſignificationẽ.Sacra etenim ſcriptura plena eſt metaphoris,aliiſq; figuratis locutionibus,in quibus propter aliquarũ rerum inter ſe conuenientiã,nomen vnius pro nomine alterius ponitur:vt cum Chriſtus vocatur leo,aut agnus: non quòd vtrunque horum ſit,imò cum neutrũ eorum ſit,vtrũque tamẽ dicitur ex quadam ſimilitudine,eo quod vtrique eorum aliquid ſimile habet. Sic etiã homines aliquando vocantur iumenta propter eorum mores quos iumentis ſimiles habent.Progenies ergo viperarum vocantur Iudæi à Ioanne Baptiſta,eo ꝙ ſicut illæ deuorantes matres ſuas naſcuntur,ſimiliter illi poſtquam patres,hoc eſt magiſtros &prophetas D occiderãt,tunc pœnitentiã agentes ſpiritualiter naſcũtur. Ad hunc etiã modum accipiẽdũ eſt quod dicitur:Vos ex patre diabolo eſtis: vt non iuxta naturam eſſe diaboli filios intelligatur, ſed iuxta mores,in
Ioan. 8. quibus filii parentes imitantur.Nã cuius opera quiſque facit,eius & filius vocatur. Quod ex eo manifeſtè conuincitur,ꝙ Iudæis dicentibus patrem ſuũ Abrahã,Chriſtus reſpondit:Si filii Abrahę eſtis,opera Abrahæ facite.Ad hunc autẽ errorem reuincendum vel illud teſtimonium ſatis eſt efficax,vbi Matt.25 Chriſtus hominibus parum miſericordibus minatur ſe dicturũ in die iudicii:Ite maledicti in ignẽ ęternum,qui præparatus eſt diabolo & angelis eius. Ex quibus verbis oſtenditur diſcrimẽ eſſe inter animas malorũ hominũ,& dæmones.Item in lib. Sapiẽtię dicitur:Quomodo poſſet aliquid permanere,niſi tu
Sap. 11. voluiſſes?aut quod à te vocatũ non eſt,cõſeruaretur?Parcis autem omnibus,quia tua ſunt,qui amas animas conſeruas. At quomodo cõſeruaret animas, ſi eas in dæmones aliquando verteret? Nam id quod vertitur in aliud,perire neceſſe eſt,vt in aliud vertatur. Quapropter ex eadẽ ratione oporteret fateri animã eſſe mortalẽ:quod tamẽ Tertullianus,teſte Auguſt.negat.Nã id quod in aliud cõuertitur,tunc corrũpitur, cum vertitur in aliud:vt vinũ cum vertitur in acetũ, aut aër cum cõuertitur in aquã deſinit eſſe vinum,& deſinit eſſe aër.Si ergo anima in dæmonem conuertitur aut in pecudem,neceſſe eſt, vt in hac verſione anima deſinat eſſe,atque ideo erit mortalis,quod eſſe erroneum nunc proximè oſtendemus.

SEptima hæreſis eſt, quæ dicit animam hominis ſimul cum corpore in morte hominis corrumpi. Et hæc in duas adhuc ſectas partita eſt, quibuſdã dicẽtibus eas cum corporibus ſimul interire, ſed poſtmodum in reſurrectione iterum cum corporibus ſuſcitari.Hic error (vt ait Euſebius lib. 6. hiſtoriæ Eccleſiaſticæ ca.26.) exortus eſt in partibus Arabiæ.Sed hos hæreticos, quoniã nullum eorũ Euſebius no-
Arabici. minat autorem,beatus Auguſtinus lib.de hæreſibus,cap.83.dicit, quod poſsimus Arabicos nominare, quo nomine à poſteris,qui de hæreſibus ſcripſerunt, nominantur. Hi diſputatione Origenis præſentis, A & eos alloquentis,teſte Euſebio,citò reſipuerunt. Alii autem dicunt animam ſic in morte hominis cum corpore perire, vt nuſquam poſtea redeat, quo facto videntur etiam hi negare reſurrectionem. Verùm de hoc aliâs inferius lõgius pertractabimus,cùm de reſurrectione agemus.Hic fuit error Saducęorum: quem errorem omiſiſſem,niſi alius illum poſtmodum ſuſcitaſſet: quoniam ſolas illas hæreſes pertractare decreui,quæ poſt Chriſti aduentum exortæ ſunt,non illas quæ ante Chriſti aduentũ extiterunt,prout
Hermannus Kiſſuich. beatus pater Auguſtinus in ſuo libro de hæreſibus etiam fecit. Hermãnus igitur kiſſuich Hollandinus, de quo iam ſupra fecimus mentionem,poſt Saducæos hunc ſuſcitauit errorem. Hi ergo etſi inter ſe diuiſi,in hoc tamen conueniunt,vt dicant animam per hominis mortem ſimul cum corpore perire.Quapropter vno eodẽmque gladio feriendi ſunt.Primò ergo ante omnia annotandum decreui, immortale aliquid bifariam dici: vno modo vt ſolum neget actum moriendi,ita vt illud dicatur immortale, quod nunquam morietur, quanuis mori poſſet: quomodo aliqui dicunt, Adam ſi in iuſtitia perſeueraſſet, immortalem futurum,ſic quòd nunquam moreretur,quanuis potentiam (vt dicunt) haberet ad mortem. Alio modo aliquid dicitur immortale,vt non ſolum neget actum,ſed potentiam mortis,ita vt ſicut nũquam morietur,ita nec mori poſsit,quomodo dicimus Deum immortalem.Hoc vltimo modo conuincere animam eſſe immortalem, maius requirit opus, quàm Enchiridion noſtrum patitur: quapropter non omittere decreui,præcipuè cum ad iſtos hæreticos reuincendos ſatis eſt probare animam hominis quantũlibet corpore pereunte nunquam perituram.Hoc autem euidentiſsimè conuincitur ex præmio
Matt. 25. bonorum & malorum, vbi dicitur de vtriſque: Ibunt hi, ſcilicet iuſti, in vitam æternam: illi autem, id B

eſt,pec-

eſt,peccatores,in ignem æternum. Æternum autem eſſe non poteſt,quod aliquando finietur.Et de iuſtis in particulari dicitur:Spes illorum immortalitate plena eſt. Præterea,diuerſa hominum in hoc ſeculo vita,cui indignum ſæpe pro nunc contingit præmium,adeò efficax mihi videtur argumentũ, vt etiã ſi ſcripturæ teſtimonium deeſſet,ſufficeret ad conuincendum,animam poſt mortem hominis manere: quoniam videmus in hac vita præſenti peccatores ſceleratiſſimoſque homines ſæpiſſimè proſperari, nullaſque ſuis meritis dignas hic luere pœnas:econtrario iuſtos aduerſis vexari,morbis cruciari,plurimaque pati incommoda.Quòd ſi animæ nunquam poſt hominis mortẽ manerẽt,poſſet mundi gubernator,cui hæc omnia ſubſunt,velut iniuſtus,accuſari,& iniuſtitiæ reprehẽdi,quòd iuſtos puniret, ſceleratosq́; homines præmio afficeret. At cũ nullo pacto Deus tanquam iniuſtus ſit accuſandus,quoniã iuſtus dominus,& iuſtitias dilexit,hinc conuincitur animã poſt mortem hominis aliquã habere vitam,in qua vnuſquiſque recipiet congrua ſuis meritis præmia .Præter hæc tamen,ſcripturæ ſacræ eſt apertiſſimum teſtimonium.In libro ſiquidem Sapiẽt.legitur:Excæcauit illos malitia ſua,& neſcierũt ſacramẽta Dei,neq́; mercedẽ ſperauerunt iuſtitiæ,nec iudicauerunt honorẽ animarũ ſuarũ,quoniã Deus creauit hominẽ inexterminabilem:ad imaginẽ ſimilitudinis ſuæ fecit illum. Ex quo loco apertè cõuincitur animam eſſe inexterminabilem.i.incorruptibilem & immortalem,quoniã vt ex litera patet,de homine differit iuxta animã,& nõ iuxta corpus,iuxta quã in homine imago Dei ſita eſt.Sic enim ait:nec iudicauerunt honorem animarũ ſuarum. Et cauſam ſubdẽs ait:quoniam creauit Deus hominem inexterminabilem.Et in eodem lib.de animabus iuſtorũ Salomon loquẽs,ait:Iuſtorum animæ in manu Dei ſunt & non tanget illos tormentum malitiæ.Viſi ſunt oculis inſipientium mori,illi autem ſunt in pace. Deeiſdem etiã animabus iuſtis dicitur in Apocalypſi:Vidi ſub altare Dei animas interfectorũ propter verbum Dei,& propter teſtimonium quod habebant,& clamabant voce magna,dicentes:Vſquequo domine verus & ſanctus non vindicas ſanguinem noſtrum de his qui habitant terrã?Et datæ ſunt illis ſingulæ ſtolæ albæ,& dictum eſt illis,vt requieſcerent adhuc tempus modicum,donec compleantur conſerui eorum,& fratres eorum qui interficiendi ſunt ſicut illi.Et in eodẽ lib.alibi dicitur:Vidi turbã magnam,quã dinumerare nemo poterat,ex omnibus gentibus & tribubus & populis & linguis,ſtãtes ante thronum,& in conſpectu agni,amicti ſtolis albis,& palmæ in manibus eorum:& clamabãt voce magna dicẽtes:Salus Deo noſtro,qui ſedet ſuper thronum,& agno.Qui autem ſint iſti de quibus loquitur vnus ex ſenioribus explicuit,dicens:Hi ſunt qui venerunt de tribulatione magna,& lauerũt ſtolas ſuas, & dealbauerunt eas in ſanguine agni:ideo ſunt ante thronum Dei, & ſeruiunt ei die ac nocte in templo eius,&c.Rurſus,apud Lucã anima iuſti Lazari deportatur ab angelis,& collocatur in ſinu Abrahę: &anima diuitis epulonis poſt eius mortẽ ſepelitur in inferno,vbi cruciatur,atq; inde loquitur,cũ Abraham.Anima ergo poſt hominis mortẽ manet.Deinde dominus apud Matthæum ait:Nolite timere eos qui occidunt corpus,animam autem nõ poſſunt occidere.Si autem anima mortalis eſſet,& ſimul cum corpore periret,occidens corpus ſimul etiam occideret & animam,ſicut fit in bruto,cuius anima ab interficiente corpus occiditur.Accedit ad hæc quod dominus apud eundẽ Matth.ait Sadducæis reſurrectionem negantibus:De reſurrectione autem mortuorum nõ legiſtis quod dictum eſt à Deo dicẽte vobis.Ego ſum Deus Abraham,& Deus Iſaac,& Deus Iacob?Non eſt Deus mortuorum,ſed viuentium. Anima ergo mortuo quantumlibet corpore viuit,nec ſimul cum corpore perit. Contra hanc hæreſim extat expreſſa eccleſiæ definitio data in concilio Lateranenſi ſub Leone decimo celebrato,quæ talis eſt: Leo epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei.Ad perpetuam rei memoriã,ſacro approbante cõcilio, Apoſtolici regiminis ſolicitudo nos aſſidue pulſat,vt medendis animarum languoribus,quarum nos ex alto omni potens autor curam habere voluit,his potiſſimum qui inſtantius fideles nunc vrgere cernuntur ſalutifero olei & vini medicamine ad inſtar Samaritani in euangelio,ſolicitam operam impẽdamus. Ne nobis illud Hieremiæ obiiciatur:Nunquid res noſtra nõ eſt in Galaad,aut medicus nõ eſt ibi?Cum itaque diebus noſtris(quod dolenter ferimus)zizaniæ ſeminator antiquus,humani generis hoſtis nonnullos pernicioſiſsimos errores à fidelibus ſemper exploſos in agro domini ſuper ſeminare & augere ſit auſus,de natura præſertim animæ rationalis,quòd videlicet mortalis ſit aut vnica in cunctis hominibus:& nonnulli temerè philoſophantes ſecundum ſaltem philoſophiam verum eſſe aſſeuerant,contra huiuſmodi peſtem oportuna remedia adhibere cupientes.Hoc ſacro approbante concilio damnamus, & reprobamus omnes aſſerentes animam intellectiuam mortalem eſſe aut vnicam in cunctis hominibus,&hęc in dubium vertentes,cum illa nõ ſolum verè per ſe & eſſentialiter humani corporis forma exiſtat, ſicut in canone felicis recordationis Clementis papæ quinti prædeceſſoris noſtri in generali Viennenſi concilio ædito continetur, verùm & immortalis pro corporum quibus infunditur multitudine ſingulariter multiplicabilis & multiplicata & multiplicanda ſit,quod manifeſtè cõſtat ex euãgelio,cum dominus ait:Animam autem occidere non poſſunt,& alibi:Qui odit animam ſuam in hoc mundo in vitam æternam cuſtodit eam.Et cum æterna præmia & æterna ſupplicia pro merito vitæ iudicãdis repromittit:aliàs incarnatio & alia Chriſti myſteria nobis minimè profuiſſẽt, nec reſurrectio expectanda foret ac ſancti & iuſti miſerabiliores eſſẽt(iuxta Apoſtolum)cunctis hominibus.Cumq́ue verum vero minimè contradicat,omnem aſſertionẽ veritati illuminatæ fidei contrariam omnino falſam eſſe diffinimus: & vt aliter dogmatizare non liceat diſtrictius inhibemus.Omnesq́; huiuſmodi errores aſſertionibus in hærentes veluti damnatiſsimas hæreſes ſeminantes per omnia vt deteſtabiles & abominabiles hæreticos & infideles,catholicã fidem labefactantes vitandos & puniẽdos fore decernimus.Inſuper omnibus & ſingulis philoſophis in vniuerſitatibus ſtudiorũ generaliũ,& alibi publicè legẽtibus dictrictè præcipiendo mãdamus,vt cum philoſophorũ principia aut cõcluſiones in quibus à recta fide deuiare noſcũtur auditoribus ſuis legerint, ſeu explanauerint, quale hoc de animæ mortalitate & mundi æternitate

Sap.5

Sap.11.

Sap.3

Apoc.6.

Apoc.7.

Luc.16.

Matt.10.

Matt.11.

Exod.3.

Hier.8.

ac alia huiuſmodi, teneantur eiſdem veritatem religionis Chriſtianæ omni conatu manifeſtam facere, & perſuadendo pro poſſe docere, ac omni ſtudio huiuſmodi philoſophorum argumenta, cum omnia ſolubilia exiſtant, pro viribus excludere atque reſoluere. Et cum non ſufficiat aliquando tribulorum radices præſcindere, niſi & ne iterum pullulét funditus euellere, ac eorũ ſemina originaléſq; cauſas, vnde facile oriuntur, remouere. Cum præcipuè humanæ philoſophiæ ſtudia diuturniora, quã Deus ſecũdum verbum Apoſtoli euacuauit, & ſtultam fecit, abſque diuinæ ſapientiæ condimento, & quem ſine reuelatæ veritatis lumine in erroré quandoque magis inducũt, quàm in veritatis elucidationé. Ad tollẽdam B omnem in præmiſſis errandi occaſionem, hac ſalutari conſtitutione ordinamus & ſtatuimus, ne quiſquam de cætero in ſacris ordinibus conſtitutus, ſecularis vel regularis aut aliâs ad illos à iure arctatus in ſtudiis generalibus, vel alibi publicè audiendo, philoſophiæ aut poëſis ſtudiis vltra quinquennium poſt grammaticam & dialecticam ſine aliquo ſtudio theologiæ, aut iuris pontificii incumbat. Verum dicto exacto quinquennio, ſi & illis ſtudiis inſudare voluerit, liberum ſit ei, dum tamẽ ſimul, aut ſeorſum, aut theologiæ, aut ſacris canonibus operam nauauerit, vt in his ſanctis & vtilibus profeſſionibus ſacerdotes domini inueniant, vnde infectas philoſophiæ & poëſis radices purgare, & ſanare valeant. Et hos canones per ordinarios locorum vbi generalia ſtudia vigent, & rectores vniuerſitatis eorundem ſtudiorum ſingulis annis in principio ſtudii in virtute ſanctę obedientiæ publicari mandamus. Nulli ergo, &c.

OCtaua hæreſis eſt, quæ aſſerit animas tranſire de corpore in corpus: ita vt poſt vnius hominis mortem anima illius ad aliud corpus vegetandum atque fouendum tranſeat. Hęc Pythagoræ philoſophi fuit olim ſententia, cui impii Albanẽſes poſtmodum adhæſerunt. Eandem hæreſim amplexati ſunt Albigenſes hæretici, ſic dicti quoniam ex comitatu Albigenſi prope Tholoſam orti ſunt anno domini. 1200. tempore Innocentii papæ huius nominis tertii. Quam ſententiam ſecluſa adhuc fide, ſed ſola ratione naturali ductus facile quiſque deſeret, ſi conſideret quod nihil omnino eorum quæ ante fuerunt, meminerint animæ. Oportebat ſiquidẽ eas meminiſſe eorum quæ ante facta ſunt. Neque veriſimile eſt vt hoc imputetur corpori, ita vt corporis admixtio vniuerſam ipſorum, quæ ante habita erant, in totum extingat memoriam. Sicut enim non ſoporato & quieſcente corpore, quęcunque anima apud ſe ſola videt, horum plura reminiſcitur, atque ſæpe poſt multum temporis, ea quæ per ſomnium viderat, vigilans annũciat. ſic etiam reminiſceretur illorum quæ antequam in hoc corpus veniret, in alio corpore egerat. Quòd ſi quis fortè neget vllam eſſe ſoporis ſimilitudinem, pro eo ſcilicet quòd corpore ſoporato anima adhuc ſuam operationem corpori communicat: ita quod non eſt illa ſola quæ operatur, ſed ipſa inſtru- C mento corporis vtens: ideo aliam congruẽtiorem adferam ſimilitudinem. Paulus ſiquidem in tertium
1. Cor. 11 cœlum raptus vidit arcana Dei quæ non licet homini loqui: in quo raptu, quamuis ipſe dubius ſit an eius anima in corpore fuerit, an extra corpus: hoc tamẽ eſt certum, animam tunc minimè corporeis ſenſibus vſam, ſed ipſam ſolam ſine vllo corporis adminiculo in illa fuiſſe arcanorum cõtemplatione: quoniam corporei ſenſus ad illa contemplanda minimè valerent, & tamen poſtea illorum qnæ vidit, reminiſcebatur. Si ergo huius quod in breuiſſimo tempore extra viſum eſt, cum ad corpus rediit, reminiſcitur: multo magis anima illorum reminiſceretur, in quibus per tot tempora in alio corpore viuens remorata eſt. Quòd ſi quis fortè Platonem imitatus dicat, cum in aliud corpus animæ transfundũtur, eas obliuionis quoddam poculum à neſcio quo dæmone oblatum bibere, quo euenit (vt ait Plato) vt præteritorum non recordentur: hoc certè magis videtur poëtarum figmentum, quàm philoſophorum, & multo minus theologorum doctrina. Si enim obliuionis poculum anima bibit, quod in ea omnium rerum deleat memoriam, percontabor tunc Platonem aut eum qui illum in hac parte ſectatur, vnde ille ſcit animam ſuam à dæmone potatam fuiſſe, cùm ſit nunc in corpore anima eius, & per hoc ex illo obliuionis poculo potaſſe oporteat, vt etiam illius poculi perdiderit memoriam, & per conſequens ſe potatam fuiſſe non recordetur. Quòd ſi poculi illius obliuiſcitur, vnde ergo nunc ſcit ſe olim fuiſſe potatam? Si enim dæmonem & poculum & introitum in corpus reminiſcitur, cur non etiam reliquorum commemoratur? Ex quo apertè conuincitur hanc doctrinam non ſolum à fide catholica, ſed D etiam à veta philoſophia eſſe alienam. Et beatus Athanaſius in libro qui dicitur de beatitudine filii Dei, libro ſexto, regulas fidei oſtendens, ait: Si quis confitetur animas hominum in reuolutionem rurſus in mundo, aut in hominibus, aut in pecudibus, aut in ſerpentibus verti, anathema illi. Hæc Athana-
Athana. ſius. Verùm ne quis me incuſet quod propoſiti mei immemor contra Ethnicos philoſophos diſputem: attendat me non pugnare aduerſus hanc ſententiam eò quòd Pythagoræ aut Platonis fuerit, ſed quia Albanenſes & Albigenſes qui Chriſto nomina in baptiſmo dederunt, eandem poſtmodum amplexati ſunt.

NOna & vltima, quàm in hac materia inuenio, hæreſis eſt, quæ aſſerit animas ante infuſionem corporis peccaſſe, & in pœnam peccati in corpora tanquam in carcerem fuiſſe incluſas. Huius erroris
Origen. autor eſt Origenes, vt illi impingit Epiphanius in epiſtola ad Ioannem Hieroſolymitanum epiſcopum, quæ inter opera Hieronymi reperitur tomo quarto, eò quòd in latinam linguam ille eam verterit. Hoc idem illi tribuit Theophilus Alexandrinus in ſuo Paſchali, libro primo, quod opus etiam Hieronymus in latinum vertit, & habetur in eo volumine quod dicitur Antidotum hæreſum. Eandem hæreſim poſtea tutatus eſt Priſcillianus Hiſpanus Abilæ epiſcopus, qui ex omnium hæreticorum ſentina hęreſes hauſit, vt dicit Leo papa in epiſtola ad Aſtorigenſem epiſcopum, & beatus Auguſtinus in libro de hæreſibus ad Quod vult Deum, cap. 70. Sed circa nomen ciuitatis cui hic Priſcillianus præfuit, Era-
Priſcil. ſmus Roterodamus vir alioqui lõgè doctiſsimus deceptus fuit. Nam in ſcholiis ſuis quibus librum beati Hieronymi de viris illuſtribus ornauit, cum de illo beatus Hieronymus dixiſſet fuiſſe Abilæ epiſcopum, ille interpretãs hęc Hieronymi verba, dicit Abilam eſſe ciuitaté phœnices in Syria, Qua in re valde hallu-

de hallucinatus est : quoniã licet sit ciuitas in Phœnicia hoc nomine dicta, tamẽ Abila cui Priscillianus præfuit notissima ciuitas est in vlteriore Hispania, & nõ ex minimis illius. Priscillianũ autem fuisse Hispanum constat ex Augustino in libro de hæresibus, & Leone papa in epistola ad Toribium Astoricensem episcopum. Et inde euenit vt concilium Braccarense contra illum Hispania celebrauerit. Cõtra hãc hæresim illa eadem argumenta militant, quæ aduersus proximè recitatam hæresim adduximus. Primò ergo de anima Christi patet quòd nunquam peccauit, nec per consequens dicendum est eam propter peccatum in corpus velut in carcerem fuisse detrusam. Nam vt est in prima Petri epistola, Peccatũ non fecit, nec inuentus est dolus in ore eius. Qualiter enim ipse liberare omnes poterat à peccato, si anima eius peccato obnoxia, in pœnam peccati carceri fuisset mancipata? Præterea cùm iuxta Apostolũ, in resurrectione mortale hoc corpus induat immortalitatem, vt corpus sicut & anima congruum suis meritis præmium accipiat: quæ est hæc dementia dicere corpus esse animæ carcerem, datum illi in pœnam? tunc enim resurrectio non esset animæ beatæ in requiem, sed in pœnam, cùm per illam cogeretur iterum redire ad carcerem, vnde semel liberata fuerat. Et ita frustra esset corporum resurrectio, si expediret animabus absque grauitate corporũ ad cœlum leuius subuolare. Rursus, si corpus esset animę in carcerem & in pœnam, nullo pacto illud anima diligeret, nec ab eo separari doleret, nec vllo modo ad illud redire vellet: quæ omnia experimento comprobantur esse falsa : & horum vltimum improbat Paulus, dicens: Nolumus expoliari, sed superuestiri. vbi corpus magis Paulus appellat vestem, quàm carcerem, & naturalem animæ ad illud inclinationẽ docet, cum ait: Nolumus expoliari, sed superuestiri. Hoc est, refugimus & horremus corporis miseram conditionẽ, non autem ipsum corpus, quapropter nolumus simpliciter corpore carere, sed corporis miseriis & calamitatibus, vellemus autem corpore nouato vestiri, quale erit in resurrectione. Deinde si animæ antequam corpus intrarent peccauerunt, & non in corpore, sed in pœnam peccati quod extra corpus fecerunt, in corpus velut in carcerem fuerunt inclusæ: oportebat vt Saluator ipse qui pro hominibus liberandis venerat, corpus non assumpsisset, cum animæ sine corpore peccauerint. Oporteret etiam vt animas de corporibus liberaret eo tempore quando in baptismate peccata dimittit, statímq; baptizatum de carcere corporis liberaret, cum dicat corpus solum in peccati pœnam fuisse productum, animęque datum. Iniustum est enim vt anima à peccato liberata, nihilo minus adhuc carceri mancipetur. Adde quod beatus Paulus de germanis in vtero Rebeccæ existentibus, ait: Cum enim nondum nati fuissent, aut aliquid boni egissent aut mali, vt secundum electionem propositum Dei maneret, nõ ex operibus, sed ex vocante dictum est ei: Quia maior seruiet minori: sicut scriptum est: Iacob dilexi, Esau autem odio habui. Ex qua Apostoli sentẽtia patet illos fratres nihil boni aut mali egisse antequam nascerẽtur. Verùm in his nõ est amplius immorãdũ, cùm de hac re Ecclesia olim suam adhibuerit definitionem. Concilium siquidem Braccarense primum, capite suorum Decretorum sexto sic ait: Si quis animas humanas dicit prius in cœlesti habitatione peccasse, & pro hoc in corpora humana in terram deiectas, sicut Priscillianus dixit, anathema sit.

1. Pet. 2.
1. Cor. 15.

B

ANNVS.

C DE hac re solum reperi quandam sententiam quæ à Philastro inter hæreses annumeratur, quæ meo quidem iudicio hæresis nomenclaturam nequaquã meretur. Is enim in suo libro de hęresibus dicit esse hæresim, asserere incertum esse numerũ annorum ab origine mundi. Miror quidem virum doctum qui tam leuiter de hæresi pronunciauerit, cum sit res tam seria de hæresi censere, vt longo subtilíque examine sit opus antequam aliquid definiatur. Certũ est enim varias esse de hac re supputationes : quapropter certum est nullam earum esse certam, præcipuè cum nullam earum Ecclesia hucusq; reiecerit. Eusebius quidem, quem in temporum computatione Augustinus imitatur, libro duodecimo de ciuitate Dei, capite decimo, numerat quinquies mille sexcentos vndecim annos à cõdito mundo vsque ad rẽpus quo Roma capta est à Gothis. Beda in libro de ratione temporum vsque ad principatum Theodosii iunioris, quo tempore ait Vrbem à Gothis fuisse captam, quater mille quadringentos & duos annos numerat. Quæ diuersitas prouenit ex diuersa instrumenti veteris trãslatione : quoniam septuaginta interpretes in computatione annorum qui per diuersas generationes in libro Geneseos distribuuntur, valde discrepant ab Hebraica veritate, quàm nobis tradidit beatus Hieronymus. De qua dissonantia beatus Augustinus lib. 15. de ciuitate Dei per multa capitula disputat. Eusebius & Augustinus sequuntur in sua computatione septuaginta interpretes. Beda Hebraicã veritatem sequitur. Philaster verò nescio quàm translationem sequitur, cum nullam istarum sequatur. Nam in annorum computatione ab vtráque istarum recedit. Ponit siquidem ab origine mundi vsque ad tempus quo illud opus scripsit, quinquies mille
D trecentos septuaginta annos. Philaster autem paulò prior fuit Augustino, quoniam beatus Augustinus in prologo libri de hæresibus ad Quod vult Deum, testatur se illum Mediolani cum beato Ambrosio vidisse. Quapropter nescio quo pacto nos suæ efficiet obnoxios supputationi, cum aliæ extent quæ ab illa maximè distant, eæque virorum non contemnendæ autoritatis. Accedit ad hæc, quod ipsemet Philaster non constat sibi, diuersis supputationibus vtens. Nam in eo capite vbi de hac re differit, ab Adam vsque ad Heber sanctum, sub quo confusum est labium vniuersæ terræ, supputat octingentos quadragintaduos supra duo millia annorum, & tamen parum antea de varietate linguarum disputans, & capite sequenti volens conuincere Iudæorum linguam non fuisse primam, tunc numerat ab Adam vsque ad Heber bis mille septingentos annos duntaxat. Nulla est ergo hæresis, asserere (vt Philaster ait) numerum annorum ab origine mundi esse incertum, cum nunquam de hac re Ecclesia definierit, nec præcedentium aliquam opinionem vsquam respuerit.

APOSTOLI.

DE Apoſtolis, eorumque vita, ſtatu, & cõditione, aliquæ ſunt exortæ hæreſes, quarum vna eſt quę aſſerit Apoſtolos non prædicaſſe Euangelium Chriſti iuxta ſpiritualem intelligentiam, ſed tãtum ſecundum literam. Hic eſt error abbatis Ioachim, & Petri Ioannis, vt illis impingit Guido carmelita.

Ioachim abbas. Pet. Ioan.

Hic Ioachim ex Calabria oriundus fuit, monachusque ordinis ſancti Benedicti, atq; in Florenſi cœnobio eiuſdem ordinis abbas. Hic multa ſcripſit in quibus meo iudicio ſuum leue ingenium oſtẽdit, quoniam in omnibus fermè libris ſuis, vt ſe futurorum præſcium oſtenderet, cõſueuit miſcere prognoſtica, quod maximæ leuitatis & glorię cupiditatis indicium eſt: maximè cum aliter ſe in poſterum res habuit quàm ipſe prædixit. Nam vt de cæteris taceam, Fredericum imperatorem, hoſtem Eccleſiæ futurum, ſi cut fortè ſomniauerat, prædixit, quem omnes hiſtoriæ tradunt vſq; ad mortem in pace & tranquilitate Eccleſiæ permanſiſſe. Claruit ſub Alexandro tertio huius nominis pontifice & Henrico ſexto Imperatore. Quòd autem ad præſens dogma ſpectat, de quo nunc fit mentio, in eius ſcriptis quæ legi, nõ reperi, ſed tãtũ à Guidone carmelita inuenio eum de hac re notatum. De qua re valde miror, quoniã quum in concilio Lateranenſi ſub Innocentio tertio celebrato, condemnatus ſit quidam alius error huius abbatis Ioachim, de quo poſtea dicemus, mirandum eſt quòd nullius alterius erroris cõciliũ illud fecerit mentionem: quum tamen plures alios errores habuerit, quemadmodum illi impingit Guido. Verũ poſſibile fuit errores illos tũc ſic latuiſſe, vt in aures cõcilij nõ deuenerint. Qua proprer fidamus in hac parte Guidoni. Hic ergo Ioachim ĩter cæteras fabulas quas populo Chriſtiano ingerere voluit, hæc eſt vna qua dicit tres hominis ſtatus. Primus ſtatus eſt, in quo homines ſecũdum ſtatum carnis vixerunt, quem ſtatum ab Adam perducit vſq; ad Chriſtum. Secundus ſtatus eſt, in quo mediã inter carnem & ſpiritũ vitam homines duxerunt: & hunc ſtatum à Chriſto vſque ad beatum Benedictũ protendit. Tertius ſtatus eſt, in quo viuitur (vt dicit) & viuetur ſecundum ſpiritum: & hic ſtatus protenditur à beato Benedicto vſq; ad finem mundi. His autem tribus ſtatibus adaptat tres ordines, videlicet, coniugatorum, clericorum, & monachorum. Ordo cõiugatorũ incepit ab Adã, & (vt ipſe ait) fructificare cœpit ab Abrahã. Ordo ſacerdotalis incepit ab Ozia, qui de tribu Iuda incẽſum obtulit, ſed fructificauit à Chriſto qui eſt rex & ſacerdos. Ordo monachorum incepit à Benedicto, qui fuit vir ſanctus, ſed hic ordo cœpit fructificare tẽporibus abbatis Ioachim, vt ipſemet ait. Primo ergo ſtatu data eſt lex carnalis. Secũdo ſtatu etſi data ſit lex ſpiritalis, puta Euangelium, non tamen fuit prædicata per Apoſtolos niſi tantum ſecundum literam. Sed in tertio ſtatu quem ponit, dicit fore prędicandum iuxta ſpiritalem eius intelligẽtiã, & hoc per monachos illos ſancti Benedicti. Omnibus his etiam aſſentit Petrus Ioãnis, præterquam in tertio ſtatu, quem iſte, eò quòd ordinis eſſet minorũ, dicit, capere ſuũ initium à beato Frãſciſco, & quod per fratres ſui ordinis ſit ſpiritualis vita reformãda, & Euangelium ſpiritualiter prædicandum. Atque ita factum eſt vt ſuo quiſque inſtituto ſub quo militabat, fauere conaretur. Vt ergo omnia ordinate ſubuertamus, primò oſtẽdamus ſtatum quem dicunt primum ab Adam, ſcilicet vſq; ad Chriſtũ, nõ fuiſſe vitam ſecundum carnem. Paulus nãq; in ea quæ eſt ad Rom. epiſtola ait: Qui in carne ſunt, Deo placere non poſſunt. Illos autem Apoſtolus dicit in carne eſſe, qui ſecundum carnem viuũt. Alioqui qualiter verũ eſſet, quod ſubditur: Vos autem nõ eſtis in carne, ſed in ſpiritu: Vnde beatus Ambroſius exponẽs hæc verba, ait: In carne poſiti, dicũtur nõ eſſe in carne, ſi aſſentientes Ioãni apoſtolo mundana nõ diligant. Sẽtentia enim homini ſua, fingit naturam, vt hoc appelletur quod ſentit. Hæc Ambro. Ex quibus colligitur homines primi ſtatus in carne omnes fuiſſe, cum iuxta iſtos omnes ſecundum carnem vixerũt. Qui autẽ in carne ſunt, iuxta Paulũ, Deo placere nõ poſſunt. Colligitur hinc nullũ hominem primi ſtatus Deo placuiſſe. Prẽterea in eodem loco Paulus iterum expreſſius ait: Si ſecundũ carnem vixeritis, moriemini. Hoc autẽ de morte ſecũda, ſcilicet gehenna, intelligendũ eſt, vt Theophylactus ait. Nam aliter quæ ſequũtur cohærere non poſſent. Sic enim ſubditur: Si autem ſpiritu facta carnis mortificaueritis, viuetis. Omnes autem ſpiritu viuentes, corpore mortui erunt, ſed viuẽt in æternum. Si ergo qui ſecundum carnem viuũt, iuxta Paulum oportet eos mori in gehẽna: oportet fateri omnes homines primi ſtatus ſic mortuos eſſe, vt nulla illos ſpes vitæ ęternę maneat. Dicere autẽ nullum hominẽ ab Adam vſq; ad Chriſtũ placuiſſe Deo, omnesq; fuiſſe dãnatos, manifeſta eſt hæreſis, quæ pluribus eisque apertiſsimis ſacræ ſcripturæ locis repugnet. De Abel ſiquidẽ legitur quod reſpexit dominus ad Abel, & ad munera eius. Nec aliter reſpexit quàm acceptando, quomodo nõ reſpexit ad Cain: quia iſte nõ placuit Deo, ille autem placuit. Hoc enim modo exponit Paulus in epiſtola ad Hebrę. dicens: Fide plurimã hoſtiã Abel quàm Cain obtulit Deo: per quã teſtimonium conſecutus eſt eſſe iuſtus, teſtimonium perhibente muneribus eius Deo, & per illam defunctus adhuc loquitur. Abel ergo iuſtus inuentus eſt apud Deũ. Sic enim voce diuina proclamatus eſt. Vt veniat (inquit Chriſtus) ſuper vos omnis ſãguis qui effuſus eſt à ſanguine Abel iuſti, vſque ad ſanguinem Zachariæ prophetæ. Prẽterea de Enoch eodẽ loco ait Paulus: Fide Enoch tranſlatus eſt ne videret mortẽ, & non inueniebatur, quia trãſtulit illum dominus. Ante mortem enim teſtimonium habuit placuiſſe Deo. Rurſum ſatis cõuincitur Dauid placuiſſe Deo, per id quod Deus de eodem Dauid dixit: Inueni hominem ſecundum cor meum. Quod autem efficacius teſtimoniũ adduci poteſt quàm de Ioãne Baptiſta, qui diuino præconio ſic exaltari meruit, vt nullus eo maior inter natos mulierum ſurrexiſſe dicatur? huic certè ego non auderem poſt virginem Dei matrem aliquem ſanctorum prẽferre. Qualiter, inquam, dicemus Ioannem Baptiſtam ſecundum carnem vixiſſe, qui vinum & ſiceram non bibit? qui locuſtis veſcebatur? qui mollibus non induebatur, ſed veſte ex pilis camelorum texta? hæc enim inimica ſunt carni. Apertiſſimum ergo eſt mẽdacium, dicere omnes homines ab Adam vſque ad Chriſtum ſecũdum carnem vixiſſe. Ad ſecundum ergo ſtatum deueniamus

Rom. 8.

Ambro.

Rom. 8.

Gene. 3.

Heb. 11.

Luc. 11.

Heb. 11.

Mat. 3.

A

B

C

D

D ueniamus, in quo dicunt datam fuiſſe legem ſpiritualem, puta Euangelium, ſed hoc aiunt nō fuiſſe ſpiritualiter & ſecundum veram intelligentiam prędicatum, ſed tantum iuxta literā, & in ſuperficie. Hic ergo (vt iſtorum temeritas clarius pateat) per contari illos oportet, vtrum ideo Apoſtoli non prędicauerunt ſecundū ſpiritualem intelligentiam Euangelium, quia illud ſic nō intellexerunt? an quia quum intellexerint, prædicare noluerunt, ſibiipſis veram intelligentiam ſeruantes, aliis autem ſolum denunciantes literam? Nullus diceret apoſtolos ignoraſſe Euāgelium iuxta ſpiritualem illius intelligentiā, cū dominus dicat: Omnia quæ habui à patre meo, nota feci vobis. Et alibi: Vobis datū eſt noſſe myſteriū regni Dei. Quòd ſi myſterium, non ergo ſolam literam. Deinde quis audeat dicere beatum Ioānē Euāgeliſtam ignoraſſe intelligentiam ſpiritualem Euangelij, cui ſupra pectus domini in cœna recumbenti reuelata ſunt ſecreta cœleſtia? Et de Paulo etiam quis audebit hoc dicere, qui in tertium vſque cœlum raptus vidit arcana Dei, quę non licet homini loqui? qui etiam Euāgelium nō ab hominibus, ſed ab ipſo Deo (vt ille ait) accepit? Præterea ſi apoſtoli ignorauerunt ſpiritualem Euangelii intellectum, male Paulus improperaret Iudæis quòd ſolum literæ cortici adhærentes, literæ ſpiritum nō tenerent. Poſſet quidem illi obiici illud poëtæ: Loripedem rectus derideat, Æthiopem albus. De Iudæis autem Apoſtolus loquens, ait: Vſque in hodiernū diem velamē poſitū eſt ſuper cor eorum. Cùm autem cōuerſus fuerit ad Deum, auferetur velamē. Dominus autem ſpiritus eſt. Vbi autē ſpiritus domini, ibi libertas. Nos verò omnes reuelata facie gloriam domini ſpeculantes, in eandem imaginem trāsformamur tanquam à domini ſpiritu. Accedit ad hæc quòd Chriſtus propè mortē ab apoſtolis diſceſſurus, eis dixit: Paracletus autē, inquit, ille quem mittet pater in nomine meo, ille vos docebit omnia, & ſuggeret vobis omnia

A quęcunque dixero vobis. Quid autem eſt ſuggeret illis, niſi declarabit, exprimet, quæ fortè obſcurius à Chriſto dicta non intellexerant propter eorum tunc obtuſum ingenium, ſed adueniente ſpiritu ſancto omnia fuerunt illis aperta? Si autem apoſtoli verum & ſpiritualē Euāgelii intellectū habuerunt: oportet fateri eos ita prædicaſſe prout intellexerunt. Alioqui peiores fuiſſent quàm ſi ignoraſſent, quoniam ſcientes, & iuxta ſcientiam docere nolentes, aut inuidiæ, aut alterius ſimilis criminis meritò accuſarentur, nulla eos excuſante ignorantia. Nec in hac re meo iudicio eſt amplius morandum, cùm de illa iam Apoſtolus Paulus ſententiam apertam dixerit. Sic enim ait: Idoneos nos fecit miniſtros noui teſtamēti, non litera ſed ſpiritu, Litera enim occidit, ſpiritus autem viuificat. Nihil quidem contra iſtos expreſſius dici potuit. Abeant ergo & ſuas fabulas vetulis prope ignem narrent, & non viris doctis qui ſciunt triticum diſcernere à lolio.

SEcunda hęreſis eſt quæ aſſerit apoſtolos nec habuiſſe nec recepiſſe pecuniam, neque aliquid in craſtinum ſeruaſſe: & (quod peius eſt) docet etiam hæc hæreſis nihil horum Apoſtolis licuiſſe. Quapropter ſpem ſalutis tollit omnibus pecuniam recipientibus, aut aliquid in craſtinum ſeruantibus. Huius hæreſis autores fuerūt quidam dicti pſeudapoſtoli, qui fuerunt circa tempus Bonifacii papæ huius nominis. 8. Iſtorū dux fuit quidam Gerardus Sagarellus de Parma, qui captus in errore, damnatus & combuſtus fuit. Hunc velut diſcipulus magiſtrum ſequutus eſt quidam Dulcinus Nouarienſis, qui cum vxore ſua margareta eiuſdem criminis cōſcia ſimilem ſuo magiſtro paſſus eſt mortem. De his dici poteſt illud Apocalyp, Tentaſti eos qui ſe dicunt apoſtolos & non ſunt, & inueniſti eos mendaces. Nam iſti

B iactabant ſe vitam apoſtolicam habere, eò quòd ſicut apoſtoli (vt dicebant) ſic & ipſi pecuniam nō recipiebant, neque aliquid in craſtinū ſeruabāt. Ad quod aſſerendum mouebantur ex eo quod Chriſtus redemptor & magiſter omnium apoſtolis dixit: Nolite poſſidere aurum neque argētū, neque pecuniā in zonis veſtris. Et iterum: Nolite ſoliciti eſſe in craſtinū. Et alia huiuſmodi quæ dominū dixiſſe apoſtolis ſuis Euāgeliſtæ referunt. Verum hęc hęreſis ex prauo literę intellectu (vt ſæpe euenire ſolet) oritur. Quapropter contra hanc hęreſim hoc ordine procedemus, vt primò illam de hęreſi conuincamus, deinde verum illius Euangelicæ ſcripturæ ſenſum doceamus. Primò ergo, apoſtolos pecuniā habuiſſe, eamque ſecū portaſſe ſatis conuincitur per id quod dicitur apud Ioannem: Cum veniſſet Ieſus in ciuitatem Samarię quæ dicitur Sichem, ipſo manente, prope fontem extra ciuitatem, diſcipuli eius abierūt in ciuitatem vt cibos emerent. Rurſus apud eundem Ioannem Euangeliſtam dicitur, cum dominus Iudę traditori dixiſſet: Quod facis, fac citius, hoc neminē apoſtolorū intellexiſſe, eò quòd putabāt (quia loculos habebat Iudas) quòd dixiſſet ei Ieſus, eme ea quæ opus ſunt nobis ad diē feſtum, aut egenis vt aliquid daret. Quæ verba pertractās Theophylactus ſuper Ioannē ait: Et quomodo qui alios admonet ne portent peram nec ęs, ipſe autē marſupium ferebat? Oſtendit quòd & poſſeſſione carentem, & crucifixum mūdo, magnā oportet eius partis, videlicet pauperū, curā habere. Hęc Theophylactus. In quibus verbis illud aduertere oportet, quòd Theophylactus ſētit verbū Chriſti de nō portāda pecunia eſſe inter admonitiones & conſilia computandum, & non inter præcepta. Qualitercūque tamē hoc ſe habeat, illud ſemper eſt certum, Chriſtum & eius Apoſtolos pecuniam ſecum portaſſe, ſicut duo quæ proximè citauimus teſtimonia apertiſſimè oſtendunt. Quapropter non eſt de hac re amplius contendendum, cum hæc ſententia de nō portanda pecunia, his teſtimoniis efficaciſſimè conuincatur. Ad aliam

C ergo huius hęreſis particulā procedamus. Nam quod iſti pſeudapoſtoli aiunt de reſeruatione in craſtinū, eā non eſſe licitā, quoniā (vt dicunt) ita apoſtolis prohibitū eſt aliquid in craſtinū ſeruare: hoc eſt falſum perinde ac reliquum. Chriſtū ſi quidē & apoſtolos aliquid ſeruaſſe in craſtinum bene conuincitur per id quod habetur apud Ioānem. Cū enim dominus ex quinque panibus & duobus piſcibus ſatiaſſet quinque millia hominū, dixit poſtea apoſtolis: Colligite quæ ſuper auerunt fragmenta, ne pereāt. Collegerunt autem duodecim cophinos fragmentorum. Vides hic aliquid reſeruatū. Apoſtolus etiam collectas fieri ordinauit per vnam ſabbati, vt inde egentibus, diſtribuerent: nec tamen omnia quæ vno die colligebāt, tunc diuidebāt, ſed prout neceſſitas & egeſtas pauperum exigebat. Oportebat ergo inde ali

Ioan.15. *Luc.8.* *1.Cor.12.* *Gal.1.* *2.Cor.3.* *Ioan.14.* *2.Cor.3.* *Pſeu. apoſtoli.* *Gerar.* *Sagarell⁹* *Dulcinus.* *Apoc.2.* *Matt.10.* *Ioan.4.* *Ioan.13.* *Theophyl.* *Ioan.6.*

quid ſeruare pro tempore. Similiter (vt in lib. Actuum Apoſtolorũ patet) multa procurata ſunt neceſſa-
Act.11. ria indigentiæ fratrum propter famẽ inſtantẽ, quę per Agabum prædicta fuerat, & ſub Claudio poſtea
euenit. Deinde Paulus nauigãs, cùm ad Cæſarẽ appellaſſet, ad quem miſſus eſt, nónne aliquid alimen-
ti pro via recepit? nec tamen pro vno tãtum die prouidit, quia non vna die ſolet nauis ex Aſia Romam
peruenire: quinimo multis diebus in via morã fecit. Verùm licet hæc clariſſima ſint, oportet tamẽ vt eo
Act.25. rum obiectionibus reſpondeamus. Primò ergo adducunt illud Matthæi: Nolite portare aurum, neque
argentum, neque pecuniam in zonis veſtris. Huic dupliciter reſpondemus. Primò quòd aliqua fuerunt
Mat.10. Apoſtolis prohibita vno tempore, quæ poſtea eis licuerunt: vnde liquet prohibitionem talem nõ fuiſſe
abſolutam & ſempiternã, ſed temporariam ad aliquod certum tempus reſtrictam, quales ſunt multę ex D
his quæ habentur Matthæi decimo capite, cùm à domino ad prædicandũ mittuntur: vt gratia exempli,
ibidem dicitur: In viam gentium ne abieritis, & in ciuitates Samaritanorum ne intraueritis: quod certũ
eſt referendum eſſe ad illud tẽpus quo ad prædicandũ mittebantur, vt tunc nõ accederent ad loca gẽ-
tilium: non autem abſolutè, vt ſcilicet nunquam accederent ad ea loca quæ gentes inhabitant. Nam in
eodem Matthæo poſt modum dicitur quod ſeceſſit Ieſus in partes Tyri & Sydonis, quæ oppida ad gẽ-
Matt.15. tes pertinebant. & apud Ioãnem habetur quod acceſſit ad Samariam. Apoſtoli etiam poſt aſcẽſionem
Ioan. Chriſti relicta Iudæa conuerterunt ſe ad gentes. Petrus ſiquidem fuit Antiochiæ, & Romę, vbi & mor-
tuus & ſepultus eſt. Ad hunc etiam modum de non portãda pecunia in zonis, fuit fortè præceptũ apo-
ſtolis pro illo ſolo tempore quo mittebantur. Volebat enim Chriſtus docere apoſtolos qualiter iactare
deberent cogitatum ſuum in domino, & in illo collocandam eſſe ſpem: quo facto ipſe illos enutriret.
Vt autem hoc experientia cognoſcerent, miſit illos iubens eis vt non portent pecuniam, qua reiecta ex-
periri tunc poſſent quomodo nihil illis deeſſet, quoniam ij quibus prædicabant, eos alere tenebantur.
Dignus eſt (inquit) mercenarius cibo ſuo. Quapropter cum aliàs docens eoſdem de hac re etiam deſe-
Mat.10. ruiſſe, ait: Quando miſi vos ſine ſacculo & ſine pera, nunquid defuit vobis aliquid in via? Vnde videtur
Luc.22. hac ratione tunc illis fuiſſe prohibitum portare pecuniam, vt tunc experiri poſſent dominũ habere cu-
ram illorum, nihilque illis deeſſe, etiã ſi pecuniã reiicerent, qua ratione conuinceret eos non debere ſpẽ
ſuã figere in pecunia aut auro vel argẽto, ſed in Deo. Aliter etiam dici poteſt iuxta beatum Auguſtinũ,
qui in pluribus locis ait illud non fuiſſe præceptum, ſed conſilium. In ſecundo etenim libro de conſen-
ſu Euãgeliſtarum capite trigeſimo dicit: Cum dominus diceret apoſtolis, nolite poſſidere aurũ, neque
argentũ, neque pecuniã in zonis veſtris, &c. cõtinuo ſubiecit, dignus eſt operarius mercede ſua. Vnde
ſatis oſtendit cur eos hæc poſſidere aut ferre noluerit, non quia neceſſaria non ſunt ſuſtentationi huius A
vitæ, ſed quia ſic eos mittebat, vt eis deberi monſtraret ab eis quibus credentibus Euangeliũ nunciarẽt
tanquam ſtipendia militantibus. Vnde apparet hoc non ita præcepiſſe dominum, tanquam Euãgeliſtæ
aliunde viuere non debeant, quàm ab eis credentibus quibus Euangelium annunciant: alioquin cõtra
hoc præceptum feciſſet Paulus, qui victum de manuum ſuarum laboribus tranſigebat, ne cuiquam gra-
uis eſſet: ſed apparet dominum poteſtatem dediſſe apoſtolis in qua ſcirent iſta ſibi deberi. Cum autẽ à
domino aliquid imperatur, niſi fiat, culpa inobedientiæ eſt. Cũ verò poteſtas datur, licet cuique nõ vti,
& ſuo iuri cedere. Hoc ergo ordinans dominus, quod qui Euangeliũ annunciant, de Euangelio viuant:
illa apoſtolis loquebatur, vt ſecuri non poſsiderent nec portarent huic vitę neceſſaria. Hucuſque Augu-
ſtinus. Et eandem ſententiam repetit in libro contra Adimantum hæreticum capite viceſimo. Idẽ pror-
ſus dicit in libro de mendacio capite viceſimoſecundo. Quod autem adferũt ex Euãgelio Matthæi, vi-
Matt.6. delicet: Nolite ſoliciti eſſe in craſtinum, ex hoc conuincere volentes non licere aliquid in craſtinũ ſer-
uare: nullo pacto ſuam ſententiã confirmat. Primò quidem (vt ait beatus Hieronymus ſuper Matthæũ)
cras in ſacris literis non ſolum denotat diem proximè futurum poſt præſẽtem, ſed omne tempus fu-
turum, & incertum, vt illud dicatur cras futurum, quod aliquãdo eueniet, vt in Geneſi dicit Iacob: Re-
Gene.30. ſpondebitque mihi cras iuſtitia mea, quãdo placiti tempus aduenerit corã te. Vbi clarè patet hoc aduer-
bium cras poni pro tempore futuro. Et in Samuelis phãtaſmate Pythoniſſa loquitur ad Saulem: Cras tu
& filii tui mecum eritis. Nec tamen die proximo Saul & filii eius ſunt defuncti, ſed aliquot tranſactis
diebus moritur Saul cum tribus filiis. Et ita iuxta hãc interpretationem poſſet dici, per illam literam nõ
prohiberi reſeruationem pro craſtina die, hoc eſt proximè ſequenti, ſed prouiſionem pro toto tempo- B
re futuro. Secundò & melius & clarius reſpondemus, non prohiberi reſeruationem pro craſtino, ſed ſo
licitudinẽ: ne ſcilicet adeò ſoliciti ſint, vt ſolicitudo ipſa ſeparet nos à Deo cui ſeruire debem⁹. Hoc au-
tem & verba ipſa ſonant,, & ex præcedentibus facile colligitur. Non enim dixit, nihil ſeruabitis in cra-
ſtinum: ſed dixit, Nolite ſoliciti eſſe in craſtinũ. At ſine ſolicitudine quis poteſt in craſtinũ ſeruare, imò
cum iam ſeruarit pro craſtino, ſolicitudo ipſa tollitur, vt non ſit ei iã cura de craſtino, ſed cogitet de eo
1.Tim.6. Apoſtolus nanque ait: Habentes alimenta, & quibus tegamur, his contenti ſimus. Vnde Theophyla-
ctus exponens illa verba apud Matthæum, ait: Sufficit enim tibi quod hodierna afflictione obrueris,
quòd ſi & pro craſtino ſolicitus fueris, quãdo vacabis Deo, ſẽper temetipſũ crucians pro corporalibus?
Hæc Theophylactus. Vides ibi ſolicitudinẽ nimiam prohiberi, & non ſolam reſeruationem, aut rerum
pro craſtino detentionem. Errant ergo pſeudapoſtoli dicentes nihil in craſtinum licere ſeruare,

AQVA.

DE hac re duas ſolum reperio hæreſes. Prima eſt quæ dicit aquam non eſſe creatam à Deo: ſed eſſe il
li coæternam. Hanc hæreſim recitat Philaſter, nullo illius nominato autore: vt beatus Auguſtinus
in lib. de hæreſibus ſeptuageſimo ſexto loco inter hæreſes eam recenſet, nec etiam autoris me-
minit.

minit. Quicunque illius fuit inuentor, neſcio vnde ſui erroris occaſionem ſumpſerit, niſi fortè quod in
C libro Geneſeos in quo de creatione rerum agit Moyſes, cùm de creatione cœli & terræ mentionem fecerit, nuſquam tamen de creatione aquæ meminit, ſed ſolum dixit quod ſpiritus domini ferebatur ſuper aquas. Hæc autem hæreſis facile conuincitur per id quod dicitur in Pſalmo octogeſimo octauo: Tui ſunt cœli, & tua eſt terra, orbem terræ & plenitudinem eius tu fundaſti, aquilonem & mare tu creaſti. *Gen. 1*
Et Pſal. 134. Omnia quæcũque voluit dominus fecit in cœlo & in terra, in mari, & in omnibus abyſſis. *Eccle. 1*
Si ergo Deus creauit mare, & aquas creaſſe etiam oportet, quoniam congregationes aquarum appellauit maria. Et (vt ait Eccleſiaſtes) omnia flumina intrant in mare. Quod autem eorum nomine obiicitur, de creatione aquæ nullam factam eſſe à Moſe mentionem in lib. Geneſeos: hoc falſum eſt, & ex falſa ſcripturæ intelligentia procedens. Nam cùm dixit: In principio creauit Deus cœlum & terram, ibi nomine terræ omnia corporea quæ ſub cœlo ſunt ſignificantur. Hoc etenim nomen terra dupliciter accipitur in ſacris literis, præcipuè in illo primo capite libri Geneſeos. Aliquando nanque terra ſumitur pro maſſa illa ex qua omnes creaturæ corporeæ deriuatæ ſunt: de qua dicitur quod erat inanis & vacua, id eſt informis, tanquam rudis quædam & indigeſta moles, ex qua partes diuerſæ ſumptæ ſunt ad diuerſarum formarum ſuſceptionem. Et hæc eſt de qua dicitur: In principio creauit Deus cœlum & terram, hoc eſt, maſſam illam, ex qua omnes res corporeæ deriuatæ ſunt, & per conſequens aqua. Et hanc terram philoſophi vocant materiam primam, eo quòd prima ſit materies, ex qua per ſuſceptionem diuerſarum formarum cæteræ corporeæ ſubſtantiæ digeſtæ ſunt. Aliquãdo capitur terra, ſidque vſitatius, pro *Gene. 1.*
vno ex quatuor elementis, & ſic capitur in eodem loco, cùm dicitur: Congregentur aquæ quæ ſub cœlo ſunt in locum vnum, & appareat arida. Et factum eſt ita. Et vocauit Deus aridam terram, congrega-
D tionéſque aquarum appellauit mâria. Cùm ergo arida vocatur terra, contractius eſt nomen terræ quàm cùm dicitur: In principio creauit Deus cœlum & terram: quoniam hic terra ad materiam omnium ſubſtantiarũ corporearum ſe extendit, & ita ad materiam aquæ. Quapropter de aqua ibidem nomine terræ fit mentio. Quòd ſi nulla ibidem fieret de aqua memoria, nuſquam inde colligere liceret aquam non eſſe creatam: cùm hoc ex aliis ſcripturæ locis non minus canonicis quàm eſt liber Geneſeos, apertè conuincatur. Contra hanc hæreſim eſt ſymbolum concilii Nicæni, & ſymbolum concilii Conſtantinopolitani, quorum vtrunque fatetur Deum eſſe omnium creatorem viſibilium & inuiſibilium. Et idem docet concilium Lateranenſe ſub Innocentio tertio celebratum, cuius decretum habetur in cap. Firmiter. De ſumma trinitate & fide catholica.

SEcunda hæreſis eſt quæ dicit aquam benedictam nihil plus habere virtutis aut efficaciæ quàm non benedictam. Huius erroris primi (quod ſciam) autores fuêre quidam qui flagellantes ſunt appellati.
Hi circa tempus Gregorii papæ huius nominis decimi ſurrexerũt in Italia: atque inde in Germaniam & Galliam proceſſerunt, qui ad 40. annos vel circa ſemetipſos flagellando per mundum tranſierunt: & *Flagellãtes ſe.*
ita ab eorum opere nomen ſortiti, vt flagellantes ſeſe appellarentur: quoniam nodoſis flagellis in quibus aculei inſerti erant, ſeipſos flagellabant, dicentes quod hæc flagellatio potior ſit ad delenda quæcũque peccata, quàm quæcunque confeſſio: imò comparabant ipſam martyrio, vel præferebant: quoniam vltro ipſi (vt dicebant) ſanguinem proprium fundebãt, martyres verò ab aliis hoc pati cogebantur. Ex iſta ſecta peſſimi errores deriuati ſunt: inter quos hic vnus eſt quem diximus. Poſt iſtos in eodem errore ſucceſſerunt quidam hæretici in Anglia dicti Lollardi, ex ſecta Vviclephiſtarum originem trahentes *Lollardi*
ſed in hoc ſuo magiſtro Vviclepho non adhærentes: nec mirum, quoniam hoc eſt hæreticis peculiare, vt neſciant tenere vnitatem. His Lollardis in eodem errore ſucceſſit quidam germanus dictus Ioan-
A nes de Vveſtphalia ſuperiore, tempore Frederici imperatoris huius nominis tertii: cuius libri eodem *Io. de Vueſtphalia.*
tempore ob multas alias hæreſes ibidem repertas Maguntiæ ex ſententia inquiſitorum hæreticæ prauitatis combuſti ſunt. Hi ergo omnes concordi animo aſſerunt aquam benedictam nullius eſſe virtutis maioris quàm ſit non benedicta: quia non poſſumus (vt dicunt) benedictionibus noſtris res facere meliores quàm Deus eas per naturam condidit. Quapropter impii Lollardi dicunt omnes benedictiones factas ſuper vinum, panem, aquam, oleum, & ſal, & ceram, eccleſiæ muros aut pauimenta, veſtes, mitram, calices, & alia ſimilia, eſſe merè opus necromantiæ potius quàm veræ & Chriſtianæ pietatis: quoniam (vt aiunt) per tales exorciſmos & benedictiones creaturæ honorãtur, credendo de ipſis quod ſint maioris virtutis quàm ſint in natura propria, cùm tamen in creatura ſic benedicta nulla videatur mutatio facta, ſed ſola falſa fides, quod eſt principale in arte diabolica. Verum quantum ſpectat ad ex- *Titulo Exorciſmus.*
orciſmos & benedictiones, alibi oſtendemus ea omnia non eſſe futilia & inania, nec à Chriſtiana pietate ſeparata. Nunc ergo de aqua ſolum & ſpecialiter diſſeramus. Primò quidem patet eius benedictionem non eſſe dæmonum inuocationem, vt Lollardi mentiuntur, per id quod in libro Numerorum *Num. 5.*
ſcribitur de Zelotypia mariti aduerſus vxorem. Sic enim dicitur. Si ſpiritus Zelotypiæ concitauerit virum contra vxorẽ ſuam, quæ vel polluta eſt, vel falſa ſuſpicione appetitur, adducet eam ad ſacerdotẽ, & offeret oblationem pro illa decimam partem ſati farinæ hordeaceæ. Non fundet ſuper eam oleum, nec imponet thus: quia ſacrificium Zelotypiæ eſt, & oblatio inueſtigans adulterium. Offeret igitur eam ſacerdos, & ſtatuet eam coram domino, aſſumétque aquam ſanctam in vaſe fictili, & pauxillum terræ de
B pauimento tabernaculi mittet in eam. Cúmque ſteterit mulier in conſpectu domini, diſcooperiet caput eius, & ponet ſuper manus illius ſacrificium recordationis, & oblationem Zelotypiæ. Ipſe autem tenebit aquas amariſsimas, in quibus cum execratione maledicta congeſsit, adiurabitque eam, & dicet: Si non dormiuit vir alienus tecum, & ſi non polluta es deſerto mariti thoro, non te nocebunt aquæ iſtæ amariſsimæ in quas maledicta congeſsi. Si autem declinaſti à viro tuo, atque polluta es, & concubuiſti cum alieno viro, his maledictionibus ſubiacebis. Det te dominus in maledictiones, exemplúmque

cunctorum in populo ſuo: putreſcere faciat femur tuum, & tumens vterus tuus diſrumpatur. Ingrediantur aquæ maledictæ in ventrem tuum, & vtero tumeſcente putreſcat femur tuum. Et reſpondebit mulier, amen, amẽ. Scribétque ſacerdos in libello iſta maledicta, & delebit ea aquis amariſſimis in quas maledicta congeſſit, & dabit ei bibere. Hæc ibi. Quid ad hæc reſpondebunt Lollardi? éſtne ille exorciſmus maledictionis & diabolicus, an potius diuina pietate plenus vocéque diuina prolatus? Quomodo ergo illa aqua habet virtutem & efficaciam? nunquid per artem diabolicam? Abſit, ſed per virtutem diuinã: & tamen ibi nulla videtur poſt exorciſmũ facta in aqua mutatio, vt ipſi petũt. Quid ergo latrãt? Si hoc fecit Deus tempore illo, cur non etiam erit paratus & alia ſimilia nunc operari per creaturas ad ſui nominis inuocationem? Quapropter vetuſtiſsima eccleſiæ conſuetudo fuit, ab ipſis etiam Apoſtolorum temporibus ad nos vſque deriuata, vt aqua benediceretur, ſale exorcizaretur: vt per orationes quæ in eius benedictione ad Deum funduntur, dignetur Deus ſimilia operari per eius aſperſionem in nobis, qualia orando aut benedicendo prius petita ſunt. Non quod ex ipſa benedictione aqua ipſa habeat neceſſario illam virtutem, quia nec aqua baptiſmatis (iuxta veriorem opinionem) habet hanc virtutem: ſed quod Deus aſsiſtit & operatur verbis ſuper aquam dictis: differenter tamen, quia in baptiſmate Deus ex promiſſo aſsiſtit, atque ideo nunquã non operatur: quia cœlum & terra tranſibunt priuſquam verbum vnum eius tranſeat. Quapropter niſi ipſe baptiſmate ablutus obſtaculum peccati opponat, ſemper Deus in baptizatum gratiam infundit. At non ſic eſt de aqua benedicta, nec ſit (vt ita dixerim) obligatus eſt, quia nec ipſe promiſit, nec ipſe hoc ſignum inſtituit, ſed confidendum eſt de eo quod dabit & efficiet id in nobis, quod in aqua poſtulatum eſt cùm benediceretur, vtputa dicendo: Virtutem tuæ benedictionis infunde, vt quicquid in domibus fidelium vel locis hæc vnda reſperſerit, careat omni immunditia, liberetur à noxa: non illic reſideat ſpiritus peſtilens, non aura corrumpens: diſcedant omnes inſidię latentis inimici, &c. Quòd ſi hæc omnia non ſemper aqua aſperſa operatur, inde conuincitur eam non eſſe ſacramentum, quia ſcilicet non eſt efficax ſignum. Quia tamen per eius aſperſionem multa mirabilia Deus operatus eſt, conuincimus quod etſi non ſit ſacramentum, hoc tamen habet, quod maioris ſit multo virtutis, quàm non benedicta: quoniam ad eius aſperſionem multa Deus operatur, quæ per aſperſionem alterius aquæ non benedictæ nullo modo operaretur. Nam vt de cæteris taceam, illud eſt manifeſtum quod in. 9. lib. hiſto. tripartitæ cap. 33. Theodoretus vnus ex tribus autoribus à quibus tripartitæ nomen accepit, ait. Refert enim quod cum Theodoſius Imperator piiſſimus iuberet templa idolorum deſtruí, quidam præfectus Apamiæ ciuitatis accedens vt tẽplum Iouis deſtrueret, quod ſe poſſe facere diffidit, propterea quod ædificium eſſet adeo robuſtum, lapides in eo locati adeò magni, ita tenaciter ſibi inuicem adhærentes, vt impoſſibile iudicaret lapidum iuncturas poſſe diſſoluere. Cúmque ſuperueniſſet quidam qui ſe hoc facturum promiſit, puta ſuffodiẽs tres per circuitum columnas quibus præcipuè totum ædificium innitebatur, & ſub earum baſibus ligna fortiſsima ſupponens immiſit ignem, nec tamen ignis accendebatur: quoniam dæmon quidam teterrimus apparuit qui flammam ſecundum vires ſuas prohibebat operari, Cúmque frequenter hoc facerent, & molitionem ſuam explere non poſſent, nunciauerunt Marcello illius ciuitatis epiſcopo: qui eccleſiam accedens vaſculum aquæ ſub altari poni præcepit: ipſe verò in terram proſtratus dominum orabat vt dæmonis tyrannidem pelleret: ne ex hoc infidelibus maior exultationis occaſio naſceretur. Hæc cùm dixiſſet, facto ſignaculo crucis in aqua, quendam diaconum ſuum Equitium, fide & zelo munitum, ſumere iuſsit aquam, & velociter currere, & cum fide aſpergere, ignémque ſupponere. Quod cùm fuiſſet factum, dæmon aufugit, non ferens aquæ virtutem. Aliud exemplum ſimile huic narrat Epiphanius libro. 1. tomo. 2. contra hæreſes, de quodam Iudæo ad Chriſtianiſmum conuerſo, cui nomen erat Ioſeph, vbi hæc ait: Ioſephus acceptis à Conſtantino literis & poteſtate, in Tyberiadem venit, habens etiam epiſtolas, vt de regiis expenſis ſumptum faceret, incipit itaque in Tyberiade ædificare. Erat autem opus calce & alia materia. Caminos itaque extra vrbem multos facere iuſsit. At verò callidi Iudæi incantationibus quibuſdam ignem ligare, ac diſpergere aggreſsi ſunt. Quapropter commotus Ioſephus, & zelo erga dominum correptus extra ciuitatem currit, & vbi aquam in vaſe afferri iuſsiſſet, accepto vaſe aquæ coram omnibus (multitudo enim ingens Iudæorũ confluxerat ad ſpectaculum) magna voce crucis ſignaculum digito ſuo vaſi impoſuit, & inuocato nomine Ieſu, ſic dixit: In nomine Ieſu Nazareni fiat virtus in hac aqua ad reprobationem omnis incantationis ac magiæ, quàm hi fecerunt, & ad efficaciam potentiæ ignis, ad perficiendam domum domini, & ſic accepit aquam in manum, & de aqua ſingulos fornaces reſperſit, & diſſoluta ſunt incantamenta, & ignis coram omnibus emerſit. Hæc Epiphanius. Quid adhæc impii Lollardi dicent? Nónne aqua illa per epiſcopi ſancti orationem mutauit naturam, vt ignem non ſolum non extingueret, ſed potius accenderet? Propter hæc & alia ſimilia quæ experta ſunt à fidelibus, eccleſia illam aquæ benedictionem approbat, eámque fieri præcipit, nec tamen ab heri & nudiuſtertius, ſed ab ipſis Apoſtolorum temporibus procedens, ad noſtra vſque tempora deriuata eſt. Alexander ſiquidem papa huius nominis primus, qui quartus à B. Petro pontifex Romanus extitit, in ſuis decretis quæ in libro conciliorum paſsim circunferuntur, ſic ait: Aquam ſale conſperſam populis benedicimus, vt ea cuncti aſperſi ſanctificentur ac purificentur, quod & omnibus ſacerdotibus faciendum eſſe mandamus. Nam ſi cinis vitulæ aſperſus ſanguine populum ſanctificabat atque mundabat, multò magis aqua ſale aſperſa diuiniſque precibus ſacrata populum ſanctificat atque mundat, Et ſi ſale aſperſo per Heliſæum prophetam ſterilitas aquæ ſanata eſt, quanto magis diuinis precibus ſacratus ſterilitatem aufert rerum humanarum, & coinquinatos ſanctificat atque mundat, & expurgat, & cætera bona multiplicat, & inſidias diaboli auertit, & à phantaſmatis verſutiis hominem defendit? Nam ſi tactu fimbriæ veſtimenti Saluatoris ſaluatos infirmos eſſe non dubitamus, quanto magis

Matt. 24.

Theodoretus.

Alexãder papa de cõſe. diſt. 3. cap. Aquam Leui. 4. 4. *Reg.* 2

Mat. 9.

magis virtute ſacrorum eius verborum diuinitus ſacrantur elementa, quibus ſanitatem corporis & animæ humana percipit fragillitas? Hæc Alexander papa. Ex cuius dictis patet non eſſe nouum huius aquæ benedictæ vſum, quem nunc Eccleſia tenet: magnam illius eſſe virtutem non ex natura aquæ, ſed virtute benedictionis aut orationis ſuper eam factæ. Nō eſt ergo claua infernalis, aſperſorium aquæ benedictæ, vt peſſimi Flagellantes mentiuntur: nec benedictiones aut orationes ſuper eam dictæ ſunt dęmonum maledictiones, aut necromantiæ incantationes, vt impii Lollardi murmurant. Quod autem
B Lollardi obiiciunt, quod nos volumus per noſtras benedictiones res efficere meliores, quàm Deus eas per naturam condiderit: hoc adeò eſt manifeſtè verum, vt etiam ipſi quantumlibet renitantur, concedere teneātur. Deus ſiquidem quotidie nouas creat animas, quæ etſi bonæ ſint per naturam, non tamen eas bonas creat in gratia: alioqui nullum eſſet in aliqua earum peccatum originale cùm primò creata corpori adhæret: tamen poſtmodum per bonorum operum exercitium proficiūt in moribus, in quibus creatæ à Deo non fuerāt. Quod ſi nullo pacto meliores effici poſſunt quàm Deus eas per naturam condiderit, fruſtra docentur, fruſtra illis bonitas perſuadetur, fruſtra illis prædicatur. Accedit ad hęc, quod culpandæ non eſſent ſi meliores non fiunt: quia hoc eis impoſſibile eſſet, & ita totus illarum defectus in Deum reiiciendus erit, qui illas meliores non creauerit. Quæ omnia abſurdiſſima ſunt, & impietate plena: Non ergo debent mirari impii Lollardi quod dicamus creaturas per hominum benedictiones meliores reddi quàm à Deo creatæ fuerint per naturam: hoc tamē non ab ipſis hominibus fit, ſed à Deo propter merita benedictionum & orationum præcedentium. Huius autem benedictionis traditio ſpecialis (vt ait Auguſt.) in ſynagoga permanſit, & in eccleſia celebratur in nuptiis: vbi Dei creaturæ ſub Dei benedictione iunguntur, & ibidem meliores fiunt, non tamen à benedicente aut orante, ſed à Deo, vt multiplicentur ſuper terram. De hac re, ſcilicet de aqua benedicta, eiúſque virtute & efficacia, ſcripſit librum Ioannes de turre cremata Cardinalis ſancti Sixti, ordiníſque fratrum prædicatorū, quem fateor me non vidiſſe, nec inuenire potuiſſe: quod doleo: quoniam cùm virum doctum eum exiſtimē, magnas mihi ſuppetias (vt credo) tribuiſſet. Verùm Ioannes Trithemius in libro de Eccleſiaſticis ſcriptoribus refert hunc Cardinalem ſcripſiſſe librum de hac re.

FINIS LIBRI SECVNDI.

C

F. ALFONSI DE CASTRO ZAMOREN. MINORITAE ADVERSVS HÆRESES, LIBER TERTIVS.

BAPTISMVS.

PLura ſunt, quæ in baptiſmo tenere & firmiter credere oportet, ſcilicet baptiſmū eſſe ſacramentū, materiam baptiſmi eſſe aquam, verba quibus baptizandus eſt quiſque eſſe, in nomine patris, & filii, & ſpiritus ſancti, &c. ipſius baptiſmi virtutē & efficaciam, vt per illum deleatur peccatum originale, & gratia à Deo infūdatur. His autē omnibus cōtrariæ hæreſes ortæ ſunt, quas tali ordine diſponemus, vt prius de his dicamus, quæ ſubſtātię baptiſmi aduerſātur: deinde eas pertractabimus, quę efficaciā virtutémque illius oppugnant.

PRima ergo hæreſis eſt, quæ errat in materia (prout recentiores theologi loquuntur) non enim baptizant in aqua, ſed in igne. Hic eſt error Seleuci & Hermiæ Galatarum, de quibus iam ſuprà dixi- *Prima hæreſis.*
mus. Auguſtinus in libro de hæreſibus, capite quinquageſimo nono, de Seleucis & Hermianis lo- *Seleucus.*
quens, dicit illos non baptizaſſe in aqua, non tamen expreſsit in qua re baptizabant. Verùm Philaſter *Hermias.*
de illis diſſerens, expreſsit eos baptizaſſe in igne: occaſionem inde ſumentes, quod ait Ioannes Bapti-
ſta apud Matthæum, de Chriſto loquens: Ipſe vos baptizabit in ſpiritu ſancto & igne. Quanquam &
illa vox, igne (vt doctiſsimus vir Eraſmus admonet) in exemplaribus Græcorum non habetur: tamen *Matt.3.*
D Hieronymus & Hylarius ita legunt, & Chryſoſtomus, qui Græcus fuit, ita legit, & Cyrillus etiam Græcus in libro de recta fide ad reginas, ita hunc locum citat. Quapropter locum illum admittentes, prout citatur, dicimus Chriſtum baptizaturum in ſpiritu ſācto & igne, quia ſpiritus ſanctus eſt ignis: vel quia hic baptizamur in ſpiritu & aqua, in futuro autē baptizabimur igne, iuxta illud Apoſtoli: Vniuſcuiuſq; *2.Cor.3.*
opus quale ſit, ignis probabit. Et hac duplici interpretatione exponit illum locum Hieronymus, ſimiliter Hylarius: & hoc ſequitur Chriſtianus Druthmarus. Et hæc expoſitio de baptiſmo ignis pro tempore futuro, ſatis apparet eſſe literæ germana, per id quod immediatè ſubiungit: Cuius ventilabrum in manu ſua, & permundabit aream ſuam, & congregabit triticum in horreum ſuum, paleas autem comburet igni inextinguibili. Ex quibus verbis patet, illum fuiſſe locutum de igne futuri iudicii. Verum Nicolaus Lyranus ideo putat dictū, in ſpiritu ſancto & igne, quia in primitiua eccleſia ſpiritus ſanctus

descendebat in figura ignis. Mihi (vt ingenuè loquar) magis arridet prior expositio. Superest vt hæresim ipsam expugnemus, in quo negocio parum demorari conuenit, cùm res sit apertissimè sacris literis contraria: Euntes (inquit Dominus) in mundum vniuersum, prædicate Euãgelium omni creaturæ, baptizantes eos in nomine patris, & filii, & spiritus sancti, &c. Baptizare autem græcè, idẽ est quod immergere latinè, & baptisma idem quod immersio aut lotio. Nullus autem lauat igne, sed adurit: aqua autem lauamur. Præterea Apostolus Paulus de baptismo mentionem faciens, lauacro aquæ Christum nos mundasse ait, non autem adustione ignis. Sic enim ait: Viri diligite vxores vestras, sicut & Christus dilexit ecclesiam, & seipsum tradidit pro ea, vt illam sanctificaret, mundãs eam lauacro aquæ in verbo vitæ, & exhiberet ipse sibi gloriosam ecclesiam, non habentem maculam neque rugam. Ecce. Apostolus dicit ecclesiam mundatam lauacro aquæ, non autem adustam igne. Rursus ipsimet apostoli baptizantes (vt ex pluribus locis Actorum apost. patet) in aqua baptizabant, non tamen igne. Accedit ad hęc, quòd ipsemet Dominus noster Iesus Christus in Iordane baptizatus est à Ioanne, vt contractu suæ mundissimæ carnis aquas sanctificaret, vt instrumentum esse possent diuinæ bonitatis ad expianda peccata, & vt nobis exemplum præberet, quòd in aqua essemus baptizandi. Demum quoties vetus testamentum de hoc sacramento figuratiuè (vt solet) loquitur, nomine aquæ illud designat: vt apud Zachariam prophetam dicitur: In die illa erit fons patens domui Dauid, & habitantibus Hierusalem, in ablutionem peccatoris & menstruatæ. Et apud Ezech. dicitur: Effundam super vos aquam mundam, & mundabimini ab omnibus inquinamentis vestris, & ab vniuersis idolis vestris mundabo vos. Apertissimum est ergo ex sacris literis baptismum in aqua fieri, & non in igne. Denique contra hanc hæresim est definitio concilii Florentini sub Eugenio. 4. celebrati, quod de sacramento baptismi loquens, hæc ait: Materia huius sacramẽti est aqua vera & naturalis, nec refert, frigida sit an calida. Hęc concilium.

Mat.18. *Ephes.5.* *Mat.3.* *Zacha.13.* *Eze.30.*

A

SEcunda hæresis est circa fomam huius sacramenti, hoc est, circa verba, quibus baptismus conficitur: quoniam non illis vtitur, quibus catholica vtitur ecclesia, & quę Christus apostolos suos docuit. Verum hæc hæresis partita est in plures, iuxta varias formas, quibus diuersi hæretici vsi sunt. Quidam enim sic baptizant: In nomine ignoti patris omnium, & veritate omnium matre, & in eo qui descendit in Iesu. Hi sunt Marcitæ, discipuli Marci cuiusdam magicæ artis periti, qui circa tempora Apostolorũ fuit, de quo mentionem facit Irenęus lib. 1. aduersus hæreses, cap. 8. & Eusebius lib. 4. hist. Ecclesia cap. 11. Hic enim Marcus inter alios quos docuit errores dixit, quòd is qui in lege & prophetis prædicatus est Deus, non esset pater domini nostri Iesu Christi, Cerdonẽ & Marcionem in hac parte secutus: quia ille quidẽ, vt dicebat, ignotus esset: hic autem notus: de quo errore alibi differemus. Quapropter ab hoc errore discipuli huius Marci procedentes, sic baptisma confiebãt: In nomine ignoti patris omnium, &c. Alii verò ex eiusdẽ sectatoribus Hebraica nomina ad pauorem audiẽtium super eos quos initiant, terribiliter loquuntur. De Paulianistis & cataphrygibus dicitur, quòd in nomine trinitatis minimè baptizãt, vt habetur. 1. q. 1. cap. Paulianistæ. Quapropter in Nicæno cõcilio præceptũ est, vt cum ad ecclesiam catholicam aliqui ex illis redierint, rebaptizentur, quoniam veram baptismi formam non tenuerunt, atque ideo nec verum baptisma. Quali autem forma vtebantur nunquam legi, neque apud Philastrum, neque apud Augustinum aut Guidonem, qui omnes de hac re loquũtur. Qui autem sint Cataphryges, & quo tempore cœperint, in sequenti hæresi declarabitur. De Pauliniastis verò, infrà in titulo de Christo, hæresi prima dicetur. Aduersus istos omnes eisdem armis pugnabimus. Ostensa siquidem vera baptismi forma, manifestum euadet reliquas omnes inanes esse. Vera baptismi forma quam Christus docuit, ponitur in Matthæo: Euntes, inquit Christus, in vniuersum mundum, prędicate Euangelium omni creaturæ, baptizantes eos in nomine patris & filii & spiritus sancti. Ex quibus verbis tria colligũtur esse necessaria ad formã baptismi, videlicet expressa trinitatis pronunciatio, & verbum exprimens actum ipsum baptismi: & vox exprimens personam baptizatã: Baptizantes, inquit, eos in nomine patris & filii & spiritus sancti. De primo dicitur in canonibus Apostolorũ, canone. 49. Si quis episcopus aut presbyter iuxta præceptum Domini non baptizauerit in nomine parris & filii & spiritus sancti, sed in tribus sine initio prĩcipiis, aut in tribus filiis, aut in tribus paracletis, abiiciatur. Hęc ibi. Vt autem actus ipse baptizandi conformis sit verbis, præcipitur etiam, vt in ipso baptismo trina sit mersio, quod ab ipsis etiam Apostolis statutum fuisse reperimus. Nam canon Apostolorum quinquagesimus sic ait: Si quis episcopus aut presbyter nõ in trina mersione vnius mysterii baptisma celebret, sed semel immergat in baptismate, quod dari videtur in domini morte, deponatur. Non enim dixit nobis dominus, in morte mea baptizate, sed euntes docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine patris & filii & spiritus sancti. Hęc ibi. Ecce quanta fuit Apostolis cura de expressione trinitatis in baptismate, vt non essent contenti verborum explicatione, nisi trinæ mersionis ostensione cõfirmaretur. Verũm quod ibi dicetur de trina mersione, non est sic accipiẽdum, vt sine ea verus baptismus esse nõ possit, quoniam siue semel, siue bis, siue ter mergat verus erit baptismus, si reliqua ad baptismum necessaria adsint. Minister autem tenetur baptismum exequi in vna aut tribus mersionibus, iuxta consuetudinem loci in quo habitat. Nam de hac re iam definitum fuit in concilio Toletano quarto cap. 5. quòd quælibet ecclesia suam teneat consuetudinem. Hispania autem ad tollendas occasiones hęresum, quæ ex trina mersione oriebãtur, elegit in illo concilio vnicam mersionem, ne videlicet quispiam putaret triplicem esse personarum diuinarum substantiam, sicut trina erat mersio. Siue tamen vnica siue multiplici mersione baptizet, verba tamen semper debent esse eadem, vt videlicet tres personæ propriis earum nominibus exprimantur. Quòd si quis obiiciat Apostolorum factum, qui in Christi nomine solum baptizarunt, non expresis aliarum personarum nominibus, vt Apostolica historia narrat, quòd ad præ-

Marcitæ. *Pauliani-stæ.* *Cataphryges.* *Mat.vlt.* *Act.8.*

B

C

ad prædicationem Philippi Samaritani conuerſi ſunt,& baptizati erant in nomine Ieſu:huic obiectioni primò reſpondetur id quod beatus Ambroſius ait in nomine Ieſu Chriſti totam deſignari trinitatẽ. Nam cùm Chriſtus idem ſonet latinè quod vnctus, hoc ipſo nomine quadam rerum connexione denotatur & ipſe qui vnctus eſt,ſcilicet filius,& à quo vnctus eſt,videlicet pater,& vnctio ipſa qua vnctꝰ
D eſt,videlicet ſpiritus ſanctus.Quapropter cùm in nomine Ieſu Chriſti tota trinitas deſignetur, potuerunt(vt àit) Apoſtoli in nomine Ieſu baptizare. Aliter reſpõdetur, & fortè exactius iuxta recentiorum theologotum communem ſententiam, Apoſtolos tunc id egiſſe ex diuina quadam diſpenſatione illis inſinuata,propter exaltationem nominis Ieſu Chriſti, quod Iudæis erat ſcandalum, Gentibus autem ſtultitia. Qua occaſione ſublata,cum videlicet iam nomen domini Ieſu eſſet exaltatum, nulli licet hoc ſolo nomine inuocato baptizare,Quòd ſi ſecus aliquid attentatum ſit,vt videlicet quis in ſolo Chriſti nomine baptizare tẽtaret,varia eſt inter doctores ſententia,an baptiſmus eſſet inanis & infrugifer.De qua re nihil nunc definire volo,quia in hoc opere,non hominum opiniones, ſed ſolam fidem catholicam pertractare decreui. De ſecundo autem,videlicet quòd requiratur verbũ exprimens actum baptizationis,& tertio ſimiliter,ſi perſona baptizata,patet ex ipſis Chriſti verbis:Baptizantes,inquit, eos in nomine patris,&c.Vbi ponitur participium baptizãtes,exprimens actum ipſum,& pronomẽ eos, exprimens perſonas baptizatas.Quòd autem actus baptizandi exprimatur per verbum indicatiui aut alterius modi,puta imperatiui,non eſt definitum quid neceſſarium ſit,quoniam nec bene definiri poſſet cum Chriſtus in ſuis verbis actum baptiſmi participio expreſſit,& non verbo:baptizantes,inquit, eos, &c.Quapropter Eccleſia Romana,quantum ad hoc permittit ac tolerat Græcos, qui in alia forma baptizant quàm Latini. Sic enim dicunt: Baptizetur ſeruus Chriſti in nomine patris & filij & ſpiritus ſancti. Quia enim in principio naſcentis eccleſiæ tale ſciſma ortum eſt, vt quilibet eſtimaret illum ad ſe pertinere,qui ab illo baptizatus eſſet,ita vt vnus diceret,Ego ſum Cephæ:alius,ego ſum Pauli, quos Apoſtolus reprehendens,ait:Nunquid Cephas pro vobis mortuus eſt,aut Paulus? Ad tollẽdũ hoc ſciſ-
A ma ordinatum eſt inter Græcos,vt nullus baptizaret,dicẽs:Ego te baptizo in nomine patris,&c.ſed di- 1.Cor.1
ceret: Baptizetur ſeruus Chriſti in nomine patris,&c.ne vllo modo verbis aliquibus oſtenderet ſe baptiſmi autorem,ſed ſolum miniſtrũ. Quòd autem ibi ſit integra baptiſmi forma,patet,quia ibi eſt manifeſta trinitatis expreſſio,ibi exprimitur actus baptizandi,quãuis in imperatiuo modo, quod non refert,& perſona baptizata, quãuis in tertia perſona: nihil ergo deficit.Non ergo propter hoc Græci iudicantur hæretici,quia ſic baptizant:ſed quia ſic baptizantes,credunt Latinos alia forma vtentes, non conficere baptiſma,& propter hoc hæretici iudicantur,cum dicẽdo: Ego te baptizo in nomine patris &c.omnia etiam ponantur ad debitam formam & Chriſti verbis conformem neceſſaria. Et quia Græci hac occaſione ſicut & aliis ab Eccleſiæ Romanæ obedientia ſeparati ſunt,ideo ſchiſmatici appellantur.Cæterum quod Alexander tertius huius nominis põtifex ait in cap.1.titulo de baptiſmo, & eius effectu in libro epiſtolarum decretalium: Si quis puerum ter in aqua immerſerit in nomine patris & filii & ſpiritus ſancti,amen:& nõ dixerit:Ego baptizo te in nomine patris & filii & ſpiritus ſancti,nõ eſt puer baptizatus.Hoc,mea ſẽtẽtia(ſaluo meliori iudicio,& eccleſiæ definitione ſecluſa, cui me ſemper ſubmitto)ita intelligendum eſt,vt quantumlibet quis ter margatur in aqua,non credatur baptizatus, etiam ſi talis immerſio ſit facta in nomine patris & filii & ſpiritus ſancti niſi cum hoc etiam exprimatur actus ipſe baptizationis. Siue autem exprimatur actus ipſius baptiſmi in indicatiuo modo, ſiue in imperatiuo:de hoc non definit ibi Pontifex,quia nec de illa re queſtio ibi agebatur: ad quod maxime aſpiciendum eſt:quoniam beatus Hylarius dicit ex circũſtãtia ſcripturarũ pẽdere ſæpenumero verum illarum ſenſum.Quòd ſi illa eſſent omnino exacta & neceſſaria,vt à Põtifice ibidem deſcribũtur, eſſet
B etiam neceſſariò illud pronomen Ego,ſemper exprimendum,vt dicatur ſemper:ego te baptizo in nomine patris,&c.& tamen Gloſſa ibidem dixit,omiſſionẽ illius pronominis ego,nullo pacto obeſſe baptiſmo,quin verũ baptiſma conficiatur. Hoc idem colligitur ex quadã reſponſione Zacharię papę,quę ponitur in volumine Decretorum de conſec.diſt.4.cap.Retulerunt.Nam cuidam quærẽti,an rebaptizãdus eſſet,qui his verbis fuerat baptizatus,videlicet:Baptizo te in nomine patrias,& filias,& ſpiritus ſanctias:Papa reſpõdet,ꝙ ſi ſic baptizans,huiuſmodi verba protulit ex ignorantia linguæ latinæ,& nõ vt errorem aliquem per illa verba induceret,verè baptizauit:nec eſt iteratò baptizãdus ille ſic ab eo baptizatus.Et tamen in illis verbis(vt conſtat) nõ ponitur illud pronomen ego:vnde patet pronomẽ non eſſe neceſſariũ,& hoc ipſum fatentur theologi omnes.Dicimus ergo Græcos in ſua forma conficere, quãuis ſic cõficientes peccent,ꝙ eccleſiæ Romanę ſubeſſe contẽnunt. Nam hoc apertiſſimè definiuit concilium Florentinum ſub Eugenio.4.celebratum,ſic inquiens:Non negamus quin & per illa verba: Baptirztur talis ſeruus Chriſti in nomine patris & filii & ſpiritus ſancti:vel, Baptizetur manibus meis talis in nomine pattis &filii & ſpiritus ſancti,verũ perficiatur baptiſma:quoniam cùm ptincipalis cauſa,ex qua baptiſma virtutẽ habet,ſit ſancta trinitas,inſtrumẽtalis autem ſit miniſter qui tradit exterius ſacramentum:ſi exprimitur actus qui per ipſum exercetur miniſtrum cum ſanctæ trinitatis inuocatione,perficitur ſacramentum.Hęc concilium Florentinum.Oſtendimus ergo veram baptiſmi formam & exactam,quam Chriſtus docuit,quę tam ex Euangelio,quàm ex canonibus Apoſtolorum patuit in qua tria ſunt neceſſaria,videlicet verbum explicans actum baptizãdi,& nomen exprimens perſonam baptizaram,& totius trinitatis per propria perſonarum nomina expreſſio. Quòd ſi vel minimum horum deſit,ſicut nec eſt vera forma,ita nec verus baptiſmus.Ex quibus conuincimus Marcitas,Pauliani
C ſtas,Cataphryges in baptiſmo conficiendo errare.Quapropter meritò cõcilium Nicænum ſtatuit eos cum ad eccleſię fidem redirent,fore iterum baptizandos.

TErtia hæresis est, quæ respicit personam baptizatam. Sunt enim qui mortuos baptizant, & isti sunt Cataphryges, vt Phylaster ait. Beatus tamen Augustinus in lib. de hære. nihil tale illis impingit. Hi Cataphryges aut Cataphrygij sic dicti sunt, quia ex Phrygia prouincia originem traxerunt. Horum autores fuerũt Mõtanus, qui dixit se fuisse paracletum, & duæ eius prophetissæ, videlicet Prisca & Maximilla, quas ipse Montanus tanquam ex ipsius inspiratione factas iactabat. De quo qui plura noscere cupit, legat Eusebium in. 5. lib. Eccle. historiæ, à cap. 15. vsque ad. 19. nec tamen toto illo sui operis decursu vsquam hunc errorem illis impingit: quum tamen plures alios eorundem errores recenseat. Aduersus hos Cataphrygas (vt ibidem Eusebius refert) scripserunt Apollinaris Hierapolites, Meltiades, Apollonius. Alia est hęresis huic similis, aut forte est eadem, quoniam de Cataphrygiis Philaster, dicens eos baptizare mortuos, non differit qualiter id faciebant. De Marcionistis autem, Theophylactus exponens illud. 1. ad Cor. 15. Alioqui quid facient qui baptizantur pro mortuis, si mortui non surgunt? sic ait: Mos est Marcionistis hæreticis, cùm aliquis apud eos sine baptismo discesserit, eius qui vita functus esset, feretro viuum aliquem submittere hominem. Proinde feretrum ipsi adeuntes, à mortuo scisscitantur, vtrum ei libeat baptizari: moxque qui latitat viuus, de loco inferiori respondens, se velle, inquit, asserentémque demortui loco baptizabant. Hi itaque prauæ huius cõsuetudinis insimulati, Apostolũ dictãt eam rem iniunxisse, producúntque dementes illi & vesani id dictum, videlicet: Alioqui quid facient qui baptizãtur pro mortuis, si omnino mortui non resurgunt? Hæc Theophy. Quem ideo citaui, quòd neminem ex his qui de hæresibus scripserunt, de hac re feciſſe mentionem reperio. Philaster siquidem & Augustinus & Guido, quanuis de Marcione eiusque erroribus differunt, nihil tamen huiusmodi illum sensisse referunt. Sed neque Eusebius, qui in. 4. libro historiæ Ecclesiasticæ de illo scribit, vnquam de hoc errore eum acusat. Neque etiam Tertullianus in libro de hæresibus, Marcionis errores recensens, vnquam huius mentionem fecit. Denique Irenæus in lib. primo aduersus hæreses, ca. 29. & lib. 4. cap. 57. de errorib⁹ Marcionis disputãs, nihil tale illi impingit. Quapropter mirari nõ desino vndenã Theophylactus; qui his post multa secula succesſit, acceperit hũc Marcionis fuisse errorem. Verùm si rem plenius circunspiciamus, Theophylactus non ait hunc fuisse Marcionis errorẽ, sed Marcionistarum. At solenne est hæreticis, qui aliorum hæreticorum vestigiis adhærent, vt nũquam suorum magistrorum erroribus sint contenti, sed semper illorum insaniam, aliquid impietatis addẽtes, augere nitantur. Quapropter possibile fuit, vt Marcionis sectatores, erroribus illius hanc hæresim coniungerent, atque ita primi illi scriptores de ea non fecerint mentionem. Theophylactus autem, qui posterior fuit, de Marcionistis hæc dixisse potuit, non tamen de Marcione. Cùm ergo de Marcione fecerimus mentionem, nunc operæ precium erit differere quis hic fuerit. Marciõ (vt Irenæus & Tertulianus scribunt) Ponticus natione, temporibus Antonini Pii, prius in doctrina philosophorum maxime Stoicorũ imbutus, deinde ad fidem Christi cõuersus, Cerdonis dogma secutus, multa ex philosophica doctrina catholicæ religioni inserere conabatur: Romámque veniens plures ibi seduxit. Hic cùm ibidem Polycarpum postea martyrem inuenisset, salutans eum, dixit: Agnoscis me? Cui Polycarpus: Agnosco primogenitum Satanæ. Hic prẽter euangelium Lucę, idque ab eo circuncisum, nullum euangelium recepit. Similiter & epistolas Pauli apostoli abscidit, auferẽs ab eis quicquid suæ impietati repugnare videbatur. Contra hunc plures grauissimi autores scripserunt, Dionysius Corinthiorum episcopus, Philippus Creten. Hippolytus episcopus Africanus, Rhodon Asianus, Ireneus Lugdunen. episcopus, Tertullianus. E quibus hi duo vltimi (quod sciam) solum extant. Hæc ergo semel dicta in posterum sint. Iam ad errorem tam Marcionistarum, quàm Cataphrygum deueniamus, quoniam inter vtrosque de hac re conuenit, vt mortuis prodesse baptisma existiment. Quod ex eo conuincitur esse falsum, quòd post mortem non est tempus nec bene nec male operandi. Vita hæc nobis à Deo conceditur, in qua laboremus: qua finita iuxta id quod quisque in vita gesserit præmiabitur. Sic enim Sapiens ait: Ad quancunque partem lignum ceciderit, siue ad austrum, siue ad aquilonem, ibi manebit. Ligni nomine homi nem designauit, qui tunc cadit cùm moritur. Cadit autem ad Austrum, qui ventus est calidus & humidus, cúm homo in gratia decedit. Illo enim vento flante, aqua per quam gratia designatur, descendit, Rursum, ille ad aquilonem cadere dicitur, qui in peccato moritur, quod per aquilonẽ meritò figuratur quoniam ventus ille frigidus est, & pluuias dissipat. Et idem expressius iterum ait: Viuentes enim sciũt se esse morituros: mortui verò nihil nouerunt amplius, nec habẽt vltra mercedem, quia obliuioni tradita est memoria eorum: amor quoque & odium & inuidiæ simul perierũt, nec habent partem in hoc seculo, & in opere quod sub sole geritur. Si ergo nõ habẽt vltra mercedem, nec partem in opere quod sub sole geritur, qualiter mortuo poterit prodesse baptismus, qui confertur viuo in demortui locũ submisso? Præterea si à mortuo velut qui non est, perit confessio (vt ait alius Sapiens) quare etiam non peribit baptismus, qui cæterorum sacramentorum est ianua? Rursus, cum Dominus baptismi necessitatem manifestauit, & Apostolis commendauit prędicandum, ait: Euntes docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine patris & filii & spiritus sancti. Vbi non dixit quod baptizaretur vnus pro alio, sed quisque pro se. Baptizantes (inquit) eos. Et expresius apud Marcum dicitur: Euntes in mundũ vniuersum, prędicate euangeliũ omni creaturę. Qui crediderit & baptizatus fuerit, saluus erit: qui verò nõ crediderit, condemnabitur. Qui ergo sine baptismo discedit, quantumlibet in eius locum submissus eius nomine baptizetur, ille tamen mortuus nunquam dicetur baptizatus: quò fit, vt eum perire sit necesse, quia baptizatus non fuit. Deinde percõtabor ab istis, quò peruenisse credũt eum, qui sine baptismo discesſit? Necessarium est, vt ad infernum vadat, aut ad gloriam, vel sit in via ad gloriam, puta in purgatorio. Non est dicendum eum peruenisse ad gloriam, nec esse in via ad gloriam: alioqui baptismus non esset necessarius, cùm sine illo posset saluus haberi. Erit ergo in inferno, quia iuxta euangelium,

Cataphryges. *Montan⁹* *Prisca.* *Maximilla.* *1. Cor. 15.* *Marcion.* *Eccle. 11.* *Eccle. 9.* *Eccle. 17.* *Mat. vlt.* *Mar. vlt.* D A B

gelium,qui baptizatus non eſt,condemnabitur,ac ſi iam non crediderit.Si ergo eſt in inferno, vt quid alius pro eo baptizatur,cùm hoc nihil illi prodeſſe poterit?In inferno ſiquidem(vt canit eccleſia) nulla *Eccle.9.*
eſt redemptio.Et Sapiens ait:Quodcunque facere poteſt manus tua,inſtantet operare,quia nec opus,
nec ratio,nec ſapientia,nec ſcientia erunt apud inferos quò tu properas.Et Dominus apud Ioannẽ ait:
C Venit nox, quando nemo poteſt operari:noctem vocans tempus poſt mortem (vt beatus Auguſtinus
ait)in quo nemini operari licet. Ideo dixit : Operamini ergo donec dies eſt,id eſt,dũ eſtis in hac vita, *Ioan.9.*
quia poſt mortẽ nihil poteritis agere.Impiè ergo veſani Marcioniſtæ & Cataphryges mortuos bapti-
zare tẽtarũt.Quòd autẽ pro ſe adducunt illud Pauli:Alioqui quid facient,qui baptizãtur pro mortuis,
ſi mortui omnino non reſurgunt?ſuo propoſito minimè conducit:ex falſa ſiquidem intelligentia pro-
uenit.Vnde Theophylactus locum illum exponens,ait: Porrò qui erant baptiſmum accepturi,integra *Theophil*
pronunciabant fide ſimbolum,moxque & illud : Credo mortuos reſurrecturos. Inquit itaque Paulus,
qui futuram credunt mortuorum corporũ reſurrectionem,ſub ſpeque huiuſmodi ſunt baptizati,quid-
nam ſint,cùm eis Chriſtus ſit occurſurus,acturi? Quid præterea reſurrectionis gratia prorſus homines
baptizantur,hoc eſt,pro reſurrectionis expectatione,ſi mortui nõ reſurgũt?Hæc Theoph. Iuxta quem
tantum valet,pro mortuis baptizantur,ac ſic diceres pro reſurrectionis expectatione baptizãtur. Verũ
quoniam hęc expoſitio nimis coacta,eſt,multumque à litera recedens:ideo aliter iuxta ſententiam bea
ri Ambroſii reſpõdetur,qui meo iudicio multo melius & literæ proximuis exponit. Sic enim exponit:
Alioqui quid facient qui pro mortuis baptizantur,ſi omnino mortui non reſurgunt? Quid & baptizan *Ambro.*
tur pro illis? Ambroſius:In tantum ratam & ſtabilem vult oſtendere reſurrectionem mortuorum, vt e-
xemplum det eorum,qui tam ſecuri erãt de futura reſurrectione,vt etiam pro mortuis baptizarentur.
Siquem fortè mors prẽueniſſet,timẽtes ne aut malè aut non reſurgeret, aut qui baptizatus non fuerat,
viuus nomine mortui tingebatur:vnde ſubiecit:Quid & baptizantur pro illis?exemplo hoc non factũ
illorum probat,ſed fixam fidem in reſurrectione oſtendit. Quid & nos periclitamur omni hora ? quo-
tidie morior pro gloria veſtra,quam habeo in domino.Dicendo, quid & nos periclitamur ? diſcreuit
perſonas,oſtendens non catholicos eſſe qui pro mortuis baptizabantur. Denique ſupra dixit, vt quid
baptizantur pro illis?nũquid dixit,& baptizamur pro illis?Hucuſque Ambroſius.Ex huius itaque præ
clara expoſitione patet cõſuetudinem illam,quam Theophylactus aſſcribit Marcioniſtis,vt viuus pro-
mortuo baptizaretur,tempore Pauli eſſe iam ab aliquibus introductã,quanuis non approbatam. Vn-
D de iterum magis miror,quòd eam Theophylactus Marcioniſtis tribuat,quoniam Marciõ, qui illorum
fuit,dux,centum fermè annis fuit beato Paulo apoſtolo poſterior:quoniam hic tempore Antonini Pii
floruit,Paulus autem ſub Nerone moritur.Occaſione vitandæ huiuſmodi hæreſeos,concilium Cartha
ginenſe tertium cap.6.tale ſtatuit decretum.Itẽ placuit vt corporibus defunctorum euchariſtia nõ de- *Concilĩ*
tur.Dictum eſt enim à Domino:Accipite & edite:Cadauera autẽ nec accipere poſſunt,nec edere.Ca- *Carthagi*
uendum eſt etiam,ne mortuos baptizari poſſe fratrum infirmitas credat,quibus nec euchariſtiam dari
licitum eſt.Hæc concilium Carthaginenſe.

QVarta hęreſis eſt circa baptiſmi vim & poteſtatem,quam quidam ſic minuere conantur, vt nul-
lam baptiſmo virtutem rribuant.Diuerſis tamen viis ad hunc finem diuerſi hæretici tẽdunt.Pſal-
liani etenim,qui & Euchitæ, id eſt,orantes appellantur, non autem Eucidiæ (vt corruptè catalogus *Pſalliani*
hæreticorum eos nominat)tantam vim orationi tribunt,vt illam ſufficere dicãt ad omnia peccata de- *Euchitæ.*
lenda,quapropter Euchitæ, id eſt,orãtes appellantur.Hac de cauſa baptiſmo derogant,dicentes nullã
vtilitatem ex ſacro baptiſmate baptizatis accedere,ſed ſolam ſtudioſam orationem dæmonem inhabi-
tantem effugare.Hi etiam vocantur Meſſaliani & Enthuſiaſtæ,id eſt afflati,& diuini,aut ſacrificatores *Meſſalia*
vt vertit interpres Theodoreti in hiſtoria tripartita.Catalogus autem hæreticorum titulo Meſſaliani, *ni.Entu.*
vocat eos Anthyatiſtas,corruptè tamẽ,neſciẽs quid diceret,quoniam ſic fortè ſcriptum apud aliquem *ſiaſtæ.*
reperit : quapropter ex putrido lacu putridam hauſit aquam. Errat etiam in titulo Elpulius, vbi lo-
A quitur de quodam ſene huius peſtiferæ factionis,à quo Flauius quidam præſul Anthiochenus miro ar-
tificio & per blanditias extorſit, vt illorum ſectam illi reuelaret.Hunc ſenem catalogus vocat Elpuli-
um,cum tamen in.7.lib. hiſtoriæ tripartitæ cap.11.vbi hæc omnia narrantur,Adelphius vocetur,nõ El
pulius.Neque hoc vicium aſſcribere potui impreſſori,quoniam ille hæreticorum nomina digerit iuxta
ordinem alphabeti:poſitum eſt autem inter nomina quæ à litera E incipiũt.Huius factionis principes
fuerunt(vt refert hiſtoria tripartita loco proximè citato) Dadœs & Sabas & Adelphius,Hermias & Sy *Dadœs.*
meones.Ceterum quantum ad præſentem errorem ſpectat,beatus Auguſt.in lib.de hæreſibus,cap. 57. *Sabas.*
de Pſallianis diſſerens,huius erroris nõ mentionem:Guido autem eo multo poſterior, nullam prorſus de *Adelphi⁹*
Pſallianis aut Meſſalianis,aut ſub alio quouis nomine facit mẽtionem.Nos autem ex hiſtoria tripartita *ſymeones*
hęc deſumpſimus.Manichæi autem non propterea quòd multum orationi tribuãt,ſed quia baptiſmo
detrahere volũt,dicunt illum in aquâ exhibitum nihil cuiquam ſalutis afferre.Hoc enim de illis refert
Auguſt.in lib.de hæreſibus,ca.46.Poſt illos alii in eorum locum ſubrogati ſunt,videlicet Albanenſes, *Albanen*
qui etiam dicunt baptiſmum nullius eſſe efficacię.Albigenſes autem omnino baptiſmũ reſpuunt,quos *ſes.Albi-*
meritò hic inſeruimus:quoniã probata aduerſus alios eius virtute & neceſſitate, cogentur Albigenſes *genſes.*
baptiſmi ſacramẽtũ recipere. De his autẽ qui ſint,iã ſuperius diximus.Demum Petrus Ioannis,de quo
iam alias locuti ſumus(vt Guido Carmelita illa impingit)ait in baptiſmo gratiam & virtutes,quas vul
gò theologicas vocant,minimè infundi. Armeni autem ab omnibus ſacramentis virtutem conferendi
gratiam remouent.His in hac parte conſentit Martinus Luther,qui cùm pauciſſima admittat ſacramẽ
B ta,in vniuerſum tamen de eis dicit nullam gratiam cõferre.In libro etenim ſuo de captiuitate Babylo- *Armeni.*
nicaſic ait:Hæretica eſt,ſed vſitata ſententia,ſacramenta nouæ legis conferre gratiam iis qui non po- *Luther.*

nunt obicem. Cum ergo de omnibus ſacramentis dicat, etiam ad baptiſmũ referri debet. Quapropter hęc eius aſſertio his adiungenda fuit. Contra hos omnes hęreticos ſimul agendum eſt, cum inter eos hac de re conueniat. Primum ergo hęc hæreſis conuincitur per id quod dicitur Mar. vlt. Qui crediderit & baptizatus fuerit, ſaluus erit. At cum ſine gratia iuſtificante nemo ſaluetur, fieri oportet vt baptiſmus ipſe conferat gratiam, per quam baptizatus iuſtificetur, iuſtificatuſque ſaluetur. Nam ſi iuſtus vix ſaluatur, iniuſtus vbi apparebit? Huic alludere quodammodo videtur beatus Petrus in ſua prima canonica, dicens: Expectabãt dei patientiam in diebus Noë, cum fabricaretur arca: in qua pauci id eſt, octo animę ſaluæ factæ ſunt per aquam: quod & vos nunc ſimilis formę ſaluos facit baptiſma. Vbi Beatus Petrus ſimilitudinem inter figuram & figuratum explicans, dicit: quemadmodum hi qui erant tempore Noë, ſalui facti ſunt quantum ad corporalem vitam per aquam: ſic nunc ſaluamur quantum ad ſpiritalem animę vitam, per aquam baptiſmi peccatorum mundatricem. Habet ergo baptiſmus hanc vim & poteſtatem vt homines ſaluet. Salus autem iſta ſine gratia dei eſſe nequit, dicente Apoſtolo? Gratia enim dei ſaluati eſtis per fidem, & hoc non ex vobis, quia dei donum eſt. Præterea apud Ioã. Dominus ait. Niſi quis renatus fuerit ex aqua & ſpiritu ſancto non poteſt introire in regnum dei. Talis autem renaſcentia ex aqua & ſpiritu ſancto, non fit niſi per aquam baptiſmi, in quo gratia ſpiritus ſancti confertur. Nunquam ſiquidem ſpiritus ſanctus ſpiritualem renaſcentiam donat ſine gratię ſuæ infuſione: quoniam charitas dei toties in cordibus hominum diffunditur, quoties ſpiritus ſanctus datur eis. Rurſus beatus Petrus in die Pentecoſtes loquens ad Iudæos eius prædicatione cõpunctos, ait: Pœnitẽtiã agite & baptizetur vnuſquiſque veſtrum in nomine Ieſu Chriſti, in remiſſionem peccatorum veſtrorum, & accipietis donũ ſpiritus ſancti. Ex quibus verbis duo patent: Primum, quòd baptiſma prodeſt ad remiſſionem peccatorum, quod etiam ex ſimbolo concilij Niceni patet, vbi dicitur: Credo vnum baptiſma in remiſſionem peccatorum. At ſine gratiæ collatione remiſſio peccatorum non fit. Secundum eſt, quod per baptiſma recipitur donum ſpiritus ſancti: Accipietis donum ſpiritus ſancti. Donum autem ſpiritus ſancti, eſt gratia & fides, quæ in baptiſmo infunditur, ſicut & gratia: quoniam ſine fide impoſſibile eſt placere Deo, ait Paulus. Baptizatus autem ſi non placeret Deo, non ſaluaretur. Confert autem baptiſmus fidem, ſicut & gratiam: vtraque enim dei donum eſt. Deinde ex dictis Pauli hæc etiam ſententia comprobatur, qui in epiſt. ad Rom. ſic ait: An ignoratis fratres, quod quicunque baptizati ſumus in Chriſto Ieſu, in morte ipſius baptizati ſumus? Conſepulti enim ſumus cum illo per baptiſmum in mortem: vt quomodo Chriſtus ſurrexit à mortuis per gloriam patris, ita & nos in nouitate vitæ ambulemus. Si enim cõplantati facti ſumus ſimilitudini mortis eius, ſimul & reſurrectionis erimus: hoc ſciẽtes, quia vetus homo noſter ſimul crucifixus eſt, vt deſtruatur corpus peccati, vt vltra nõ ſeruiamus peccato, Hæc ibi Paulus. Ex quibus verbis conſtat illum tribuere renouationem vitæ baptiſmo. Talis autem nouitas pertinet ad gratiam: quoniam ſicut vetuſtas refertur ad peccatum, ita nouitas ad gratiam. Et in epiſt. ad Gal. ait: Quicunque in Chriſto baptizati eſtis, Chriſtũ induiſtis. Quid autem eſt Chriſtum induere, niſi gratiam eius habere, qua velut veſtimento tegimur? Sic enim Hiero. exponens illa verba, ait: Si quis hoc corporeum, & quod oculis carnis aſpicitur, aquæ tantum accipit lauacrum, non eſt indutus dominum Ieſum Chriſtum. Nam & Simõ ille, de quo in Actibus apoſt. acceperat lauacrum aquæ, verum quia ſanctum ſpiritum non habebat, indutus non erat Chriſtum. Hæc Hiero. Et Theophyl. eadem verba exponens, dicit: Confirmat quemadmodum dei filij ſimus & baptiſmi ob gratiam. Neque enim dixit: quotquot eſtis baptiſmo abluti, filij eſtis dei effecti, ſicuti ſubſequens ordo poſcebat: ſed quod magis tremendum, Chriſtum induiſtis. Nam ſi Chriſtum induimus dei filiũ, eique ſumus aſſimiles redditi, in vnam haud dubie ſumus & cõſanguinitatem deuecti & ſpeciem: gratia id aſſecuti, quod illum conſtat eſſe natura. Hęc Theoph. Et in epiſt. ad Titum iterum Paulus eandem confirmat ſententiam, dicens: Cum autem benignitas & humanitas apparuit ſaluatoris noſtri Dei, non ex operibus iuſtitię, quæ fecimus nos, ſed ſecundum ſuam miſericordiam ſaluos nos fecit, per lauacrũ regenerationis & renouationis ſpiritus ſancti, quem effudit in nos abunde per Ieſum Chriſtum ſaluatorem noſtrum, vt iuſtificati gratia ipſius, hæredes ſimus ſecundum ſpem vitę ęternę. Hæc ibi Paulus. Nihil autem his verbis expreſſius quicquam dici potuit quoniam dicit nos ſaluos feciſſe per lauacrum regenerationis: lauiſſe autem, vt iuſtificati gratia ipſius, hæredes efficeremur vitæ æternæ. His ergo tam claris ſcripturæ teſtimoniis manifeſtum eſt, baptiſmum habere vim & poteſtatem peccata delendi, & gratiam conferendi. Contra hanc hæreſim eſt decretum concilii Florentini ſub Eugenio .4. celebrati quod de ſacramento baptiſmi loquens, ſic ait: Huius ſacramenti effectus eſt remiſſio omnis culpæ originalis & actualis, omnis quoque pœnæ, quæ pro ipſa culpa debetur. Propterea baptizatis nulla pro peccatis præteritis iniungenda eſt ſatisfactio; ſed morientes ãtequam culpã aliquam committãt, ſtatim ad dei viſionem & regnum cœlorum perueniunt. Hæc concilium Florentinum. Per quæ verba non ſolum Meſſalianorum ſed etiam Petri Ioannis error conuincitur, quia dicit per baptiſmum deleri peccatum, & regnum cœlorum donari, quorum neutrum ſine gratia fieri poteſt.

1. Pet. 3.

Epheſ. 1. Ioan. 3.

Act. 2.

C

Heb. 11.

Rom. 6.

Galat. 3.

Hierony. Act. 8.

D

Tit. 3.

QVinta hęreſis aſſerit paruulis vſu rationis carentibus nihil prodeſſe baptiſma: quia paruuli rationis expertes non poſſunt habere fidem, nec poſſunt credere verbo Dei quod illis fuerit prædicatum. Hoc autem dicunt ſummè neceſſarium cuicunque ſuſcipienti baptiſma: ſiquis autem ſine pręuia fide baptiſma ſuſcepiſſet, nihil illi proficere baptiſma dicunt. Huius peſtiferę hæreſeos dux & primus inuentor fuit quidam Petrus de Bruis gallus ex prouincia Narbonenſi: in qua plurimos hac hęreſi & aliis multis infecit, ſed tandem apud oppidum ſancti Ægidii propter ſua crimina combuſtus eſt prout de illo refert venerabilis Petrus abbas Cluniacenſis in libro paruo quem cõtra illius errores ſcripſit. Ab hoc Petro de Bruis dicti ſunt Petro Bruſiani hęretici. Poſt mortem huius Petri de Bruis, ſuſcepit

A

illius

illius vexilla quidam Henricus, à quo etiam dicti sunt Henriciani, qui non eas solas quas Petrus de Bruis docuerat hæreses susceperit, sed multas insuper addidit. Quo autem tempore vixerit hic Henricus, & qualis fuerit, constat ex quadam epistola sancti Bernardi quam ad Ildefonsum comitem sancti Ægidij scripsit quæ est in ordine suarum epistolarum. 148. vbi de hoc Hērico tunc viuente hæc dicit. Sed nunc audi, quis ille sit, Homo apostata est, qui relicto religionis habitu (nam monachus extitit) ad spurcicias carnis & seculi, tanquam canis ad suum vomitum est reuersus. Præ cōfusione autem habitare inter cognatos & notos non sustinens, vel potius non permissus, ob magnitudinem criminis, succinxit lumbos suos, & iter quà nescìebat arripuit, factus gyrouagus & profugus super terram. Cumque mendicare cœpisset, posuit in sumptu Euangelium, nam literatus erat. Et venale distrahens verbum Dei, euangelizabat, vt manducaret. Si quid supra victum elicere poterat à simplicioribus populi, vel ab aliqua matronarum, id ludendo aleis, aut certe in vsus turpiores turpiter effundebat. Frequenter siquidem post diu
B num populi plausum, nocte insecuta cum meretricibus inuentus est prædicator insignis, & interdum etiam cum coniugatis. Hactenus Bernardus. Hanc hęresim per quadringētos & his amplius annos sepultam, ab inferis reuocarunt hoc nostro tempore quidam hæretici vulgo dicti anabaptistæ, qui omnes istorum Petro Brusianorum & Henricianorum hæreses ad vnam vsque amplexati sunt, & alias insuper addiderunt. Contra hanc hęresim illud est apertissimum & fortissimum argumentum quod paruuli rationis expertes sunt capaces salutis æternæ, & regni cœlorū: & inde apertissime colligitur, illos esse capaces baptismi. Quoniam sine baptismo actu susceptо, aut saltem voluntate quando re ipsa non potest susci pi, non valet aliquis salutem assequi sempiternam, aut regnum cœlorum intrare. Nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu sancto, inquit Saluator noster, non potest intrare in regnum cœlorum. Fateri igitur oportet infantes esse capaces baptismi: aut si hoc negare cōtendunt, coguntur inde etiam negare pueros non esse capaces regni cœlorum, quia hoc sine baptismo assequi non possunt. Si autem isti hęretici tam crudeles infantibus esse voluerint, vt illos à regno cœlorum propellere non vereantur, dicentes illos pro illo statu non posse ad regnum cœlorum venire, statim eos ipsos hæreticos redarguit Christus saluator noster, dicens: Sinite paruulos venire ad me, & nolite eos prohibere, talium est enim regnum cœlorum. Quibus verbis Saluator hos anabaptistas dupliciter redarguit, & quidem apertissime. Primo quidem cum ait: Sinite paruulos venire ad me, & nolite eos prohibere. Sed videamus prius, qui sunt qui veniunt ad Christum, & quomodo veniunt, & tunc apertius cognoscemus, qui sunt qui prohibent venire ad Christum, qui à Christo hic reprehenduntur. Qui ad Christum veniunt, non omnes ab eodem, neque ab ęquè distante loco discedunt, & ideo non eadem via veniunt. Multi enim sunt qui in
C fide catholica permanentes, in varia peccata mortalia labuntur, & sic a deo recedunt. De his omnibus dixit Esaias propheta, & postea Saluator confirmauit: Populus hic labiis me honorat, cor autem eorum longe est à me. Et inter istos tanto quisque longius à deo elōgatur, quanto plura, aut grauiora committit. Ita enim docet beatus Gregorius lib. 25. Moralium sic inquiens: Tot gressibus anima ad Deum accedit, quot bonis moribus mentis proficit, tot gressibus fit longe, quot malis moribus decrescit. Hęc ille. Hi omnes si ad Deū venire volūt, vnicā solam habent viā videlicet pœnitentiam, per quā ad Deum venire possint. Sunt rursus alii, qui prorsus fide catholica carēt, & istis necessaria est fides catholica, vt possint ad Deum peruenire. Credere oportet, inquit Paulus accedentē ad Deum, quia est, & quód inquirentibus se remunerator sit. Si is qui fide caret, aliquo est insuper mortali peccato irretitus, huic duplex via est necessaria, vt ad Deum peruenire possit: quoniam non satis est illi fides nisi insuper addat peccatorum pœnitētiam. Si verò nullo est infectus peccato mortali, sed solum caret fide, huic sola fides cum baptismo est illi necessaria & sufficiēs, vt ad Deum accedere valeat. Qui crediderit, inquit Saluator, &
D baptisatus fuerit, saluus erit. Tales sunt paruuli ante baptismum, quoniam hi etsi nulli sint peccato mortali obnoxii, quia illud sine vsu rationis nequaquam committere possunt, fide tamen catholica carent, propter cuius defectum & propter peccatum originale, in quo nati sunt, tām longe à Deo distant, vt filii iræ dicantur & sint. Vt igitur ad Deum isti peruenire possint, & filii Dei esse: & per consequens vitæ æternæ hæredes, necesse est illos baptisma suscipere, per quod filii Dei fiant. Nam sine illo renasci non possunt, nec filii Dei esse. Ex his omnibus conuincitur Anabaptistas qui paruulos à baptismate eiiciūt ipsos esse qui eosdem paruulos prohibent, ne ad Deum peruenìant, quos & Christus reprehendit dicens: Sinite paruulos venire ad me, & nolite prohibere, talium est enim regnum cœlorum. Et hoc vltimum est secundum per quod Anabaptistæ in verbis Christi reprehenduntur. Christus enim dicit, regnum cœlornm ad pueros pertinere. Anabaptistę verò illos à regno cœlorum, quod sine baptismo asse qui non possunt, relegare contēdunt. Prętерea idem Saluator ait: Venite ad me omnes qui laboratis & onerati estis, & ego reficiam vos. Quæ verba eandem prorsus habent promissionem, quanquam verbis differentem. Nam re ipsa idem prorsus est dicere, Ego reficiam vos, & dicere, Talium est regnum cœlorum. Quia omnes qui reficiuntur spiritualiter à Christo, quādiu in illo refectionis statu permanent, ius habent ad regnum cœlorum. Et vice versa, omnes qui ius habent ad regnum cœlorum, etiam spiritualiter reficiuntur nūc à Christo per spiritus sancti gratiam habitantem in eis, & postmodum per gloriam æternā. Cum igitur eadem sit hæc & illa promissio, opus est vt bene aduertamus, qui sunt illi quibus hanc dat promissionem, & quid ab illis exigit vt promissione fruantur. Venite, inquit, ad me omnes qui laboratis & onerati estis. Laborantes & oneratos vocat, sed qui sint isti, Theophylactus optime nos docet, sic inquiens: Omnes vocat non solum Iudæos, sed Gentiles. Per laborantes intelligo Iudæos, vt facientes traditiones legis, & in operatione mandatorum legis fatigatos. Per oneratos autem, gentiles onere peccatorum oppressos. Hæc Theophylactus. Istis omnibus promittit refectionem, & illis omnibus præcipit ad se venire. Dicens autē: Venite ad me omnes, nullum excipit, nullum excludit,

Petrus de Bruis.

Bernard.

Ioan. 3.

Esa. 29.

Matth. 15.

Grego.

Heb. 11.

Marci. vl

Matt. 19.

Matt. 11.

Theophil

ſed omnes ad ſe vocat, paruulos perinde adultos. Nam paruuli grauati ſunt & onerati, quanuis non tanto onere quanto adulti, quoniam adulti grauati ſunt onere peccati mortalis, paruuli autem ſolo peccato originali (quod multo minus eſt quàm mortale) onerati ſunt. Fortè hoc loco anabaptiſtæ reſpondebunt præcepta illa, quæ nunc proxime commemorauimus, nõ ad paruulos ſed ad ſolos adultos data eſſe: quoniam paruuli nõ poſſunt ad Deum venire: quoniam nec Chriſtum cognoſcere poſſunt, & per A conſequens nec eam fidem poſſunt habere, quæ ad perueniendum vſque ad Chriſtum, eſt neceſſaria. Hæc reſponſio ex nimium craſſa ignorantia procedit. Quoniam ignorare ſe oſtẽdunt quantum ſit diſcriminis inter paruulos & adultos, in modo veniendi ad Chriſtum. Nam eadem eſt differẽtia in modo veniendi ſpiritualiter, quæ fuit olim in modo accedendi corporaliter ad ipſam Chriſti perſonam. Adulti ſiquidem præſertim ſani, & qui corpore valebant, cum ad Chriſtum corporaliter accedere volebant, propriis pedibus accedebant, & ad illum ibant, paruuli verò non propriis ſed alienis pedibus (eo quòd ſe mouere non poterant) ad Chriſtum perueniebant. Ad hunc prorſus modum: diſcriminantur inter ſe, in modo veniendi ſpiritualiter ad Chriſtum. Nam adulti (eo quòd vſum rationis habent, & libero vtuntur arbitrio) propria fide venire debent, ſi ad Chriſtum ſpiritualiter venire volunt. Paruuli verò qui vſum rationis non habent, nec libero vtuntur arbitrio, aliena fide (hoc eſt) fide parentum, aut ſaltem fide matris Eccleſiæ catholicę ad Chriſtum veniunt, quando à parentibus ſuis vel ab aliis portãtur, vt baptiſmũ recipiant. Itaque paruulis aliena fides hoc efficit ad baptiſmi fructũ ſuſcipiendũ, quod adultis facit fides propria. Hoc tamen eſt inter hos & illos diſcrimen, quod adulti propter fidem propriam maiorem gratiam recipiunt in baptiſmo, quàm paruuli, qui ſolum baptizantur ex fide aliena. De

Bernar. hac re teſtimonium reddit apertum beatus Bernardus in quadam epiſtola ad magiſtrum Hugonem de ſancto Victore, quæ in ordine ſuarum epiſtolarum ſeptuageſimaſeptima, ſic dicens: Sanè infantes qui hanc (prohibente ætate) non poſſunt habere fidem, hoc eſt cordis ad Deum conuerſionem, conſequenter nec ſalutem, ſi abſque baptiſmi perceptione moriuntur, non quod vel ipſi quando baptizantur, fide omnino careant, ſine qua impoſſibile eſt, vel ipſos placere Deo: ſed ſaluantur & ipſi per fidem, B non tamen ſuam, ſed alienam. Dignum nempe eſt: & ad Dei ſpectat benignitatem, vt quibus fidem ætas denegauit propriam, gratia prodeſſe concedat alienam. Hactenus Bernardus. Fidem ſentẽtiæ facit

Auguſt. Auguſtinus libro tertio de libero arbitrio, ſic inquiens: Illud perſcrutari homines ſolent, ſacramentum baptiſmi Chriſti quid proſit paruulis cum eo accepto plerunque moriũtur, priuſquam ex ſe quidquam potuerint cognoſcere. Quã in re ſatis piè rectèque creditur prodeſſe paruulis fides eorum à quibus conſecrandus offertur. Et hoc Eccleſiæ commendat authoritas, vt ex eo quiſquam ſentiat quid ſibi proſit fides ſua, quando in aliorum quoque beneficio, qui propriam nondum habent poteſtatem commoda ſit. Hæc Auguſtinus, & citantur à Gratiano in cap. Illud, de conſecra. diſt. 4. idem dicit epiſtola. 23. in fine. Si autem Anabaptiſtæ contendant: illa Chriſti verba. Venite ad me omnes qui laboratis & onerati eſtis, ad ſolos adultos ſpectare, de hac nũquam cum illis contendam, imò potius illorum ſententia vtar ad meæ confirmationem. Nam ſi hoc illi dixerint, tunc hoc diſcrimen quod inter paruulos & adultos oſtendimus eſſe circa modum veniendi ad Chriſtum, multo melius poterit colligi ex varietate illorum duorum Chriſti verborum, quæ ſupra proxime citauimus. Ideo enim Chriſtus, vel ipſis Anabapti C

Matt. 11. ſtis fatentibus, dixit adultis ſimpliciter: Venite ad me omnes, quia adulti audire & intelligere poterant præceptum, & illud per ſeipſos implere, vtpote qui ſuis pedibus & proprio motu ad Chriſtum venire, & vſu propriæ rationis & proprii arbitrii in Chriſtum credere illũmque diligere poterant. Paruulis autem non dixit, venite, quia id propria voluntate, & ſuis pedibus facere non poterant, ſed paruulorum parẽtibus, aut illorum curatoribus adminiculo paruuli indigẽt, præcipit Chriſtus, Sinite paruulos ve-

Matt. 19. nire ad me, & nolite eos prohibere. Ac ſi apertius diceret: Volo paruulos venire ad me, ſed quia id ſua ſponte & propriis pedibus facere nequeunt, præcipio vobis paruulorum cuſtodibus, vt illos venire ſinatis, & nullo modo prohibeatis imò potius adiuuetis. Et vt hoc quod dico apertius fiat, alio ſimillimo exemplo id oſtendere volo. Per præceptum hoc: Non occides, non ſolum prohibitum eſt cuilibet homini ne ſe gladio, aut laqueo aut inedia, aut quouis alio modo ſe interimat, ſed pręceptum eſt etiam illi vt omne, pręſertim magnum periculum mortis euitet. Verum quia paruuli infantes id propria ſponte vitare non valent, abſque vlla dubitatione intelligimus ipſorum parẽtibus aut curatoribus præceptum eſſe, vt illos tueantur, & non permittant illos ire præcipites in mortis diſcrimen. Si autem ob nimiam parentum negligentiam, in ignem, vel aquam, aut gladium paruulo incidere contingat, & ita mori paruuli ipſi abſque vlla culpa ſua morientur. Ipſi tamen parẽtes aut illorum curatores rei mortis apud Deum æſtimabuntur, propterea quòd non vitarunt mortis periculum, quum id facere potuerunt. Idem prorſus in præſenti negocio de baptiſmo, paruulis cõtingit: quoniam cum illos pro ſuarum animarum ſalute adquirenda, ad baptiſmum venire oporteat, non tamen illis expreſſe dictum eſt vt veniãt, ſed nobis omnibus præceptum eſt, vt eos venire ſinamus, vt nullo modo illos prohibeamus. Illorum verò parentibus aut curatoribus præceptum eſt, non ſolum vt non prohibeãt, ſed etiam vt illos portẽt, aut portare faciant ad baptiſmum.

Et ſi fortè propter magnam parentum aut curatorum negligentiam paruulum ſine baptiſmo mori contingat, nulla propter baptiſmum omiſſum paruulo, ſed ſolis illius parentibus aut curatoribus imputabitur culpa. Ex his omnibus aperte conuincitur, paruulis, quia propriam fidem habere non poſſunt, aliena fidem ad baptiſmi ſuſceptionem ſufficere, & per illam ad Chriſtum illos optime peruenire. Nam paruuli illi de quibus Chriſtus dixit diſcipulis ſuis, Sinite paruulos venire ad me, non ſponte ſua

Luc. 18. & propriis pedibus veniebant ad Chriſtum, ſed ab aliis portabantur. Afferebãt, inquit Lucas, ad illum infantes vt eos tangeret. Quod cum viderent diſcipuli increpabant illos. Ieſus autem conuocans illos,

dixit,

dixit. Sinite paruulos venire ad me & nolite vetare eos, talium est enim regnum dei. In quibus verbis id potissimum aduertendum est, quod paruulos dixit venire ad se, qui tamen ab aliis afferebantur.

Rursum, ex variis baptismi figuris, quæ olim in veteri testamento præcesserunt, apertè potest conuinci paruulis posse prodesse baptismum perinde ac adultis. Neque hoc paruum est argumẽtum, cum iuxta Pauli sententiam omnia patribus in figura contigerint, & Paulus ipse ex huiusmodi figuris sępe sumpserit argumentum ad probandum ea dogmata, quæ nunc pro tempore noui testamenti sunt ab omnibus necessario suscipienda. De qua re aliquantulum disserui superius lib. 1. capite. 3. Primo ergo offero arcam Noë, de qua nemo iuste poterit negare figuram fuisse baptismi, cum id apertissimè doceat beatus Petrus apostolus, sic dicens: In arca Noë pauci, id est, octo animæ saluę factæ sunt per aquam. Quod & vos nunc similis formæ facit baptisma. In quibus verbis apertè ostendit in illa arca typum fuisse baptismi nostri. Arca illa ex variis lignis constructa, significat Ecclesiam ex variis populis, Iudęis videlicet & Gentibus congregatam & variæ illius arcæ mansiones, significant varios Ecclesiæ status. Arca ferebatur aquis ad portum, & fideles omnes baptismo feruntur ad portum salutis, hoc est, ad gloriam æter-
A nam. Salus corporis fuit per arcam, & salus animæ fit per baptismum. Pauci, id est, octo tantum per arcam saluati sunt, videlicet Noë, & tres filii eius, & vxor Noë, & vxores trium filiorum eius: ita licet multi ad baptismum vocati sunt, pauci tamen sunt electi. In diluuio absorpti sunt & perierunt, non tantum qui propria voluntate peccauerant, & iram Dei contra se prouocauerunt, sed etiam innumeri paruuli, qui nunquam suo libero arbitrio peccauerant, nisi quod nati erant filii iræ. Ad hũc modum sine baptismo pereunt nunc non solum adulti qui sua sponte peccant, sed etiam paruuli qui nondum sua sponte peccauerunt, sed solo peccato Adæ sunt maculati, & in ira Dei nati. Item in arca illa non solum salui facti sunt à morte corporis homines qui Deum suum agnoscebant, sed etiam iumenta multa quæ Deus ad illam salutem propter hominis seruitium elegerat, quæ tamen Deum ipsum minime cognoscebant. Eodem modo per baptismum accipiunt salutem spiritualem quotquot illius capaces sunt, siue suum redemptorem agnoscant, siue tanquam iumenta illum prorsus ignorent, & nihil de salute animæ sibi per Christi merita concessa intelligant, prout sunt paruuli, qui quamuis sint spiritualis salutis capaces, perinde ac adulti, ad instar tamen iumentorum, nec suarum animarum salutem, nec Deum ipsum eiusdem salutis authorem cognoscere possunt.

Nam infantes quamuis speciem humanam foris habeant, & animam immortalem ita perfectè intra se contineant vt adulti, quia tamen vsu rationis eo tempore carent, sunt vere iumentis simillimi, iuxta id quod Propheta ait: Homo cum in honore esset non intellexit, comparatus est iumentis insipientibus, & similis factus est illis. Alteram figuram baptismi habuit mare rubrum, per quod Israëlitæ fugientes ab *Psal. 48.*
Ægypto, transierunt & salui facti sunt, & erepti à Pharaonis persecutione. Neque mare illud quis citra
B pudorem poterit negare fuisse baptismi figuram, quia hoc apertissimè docet Paulus in priore ad Corinthios epistola, sic inquiens: Nolo vos ignorare fratres, quoniam patres nostri omnes sub nube fuerunt, *1.Cor.10.*
& omnes mare transierunt, & omnes in Mose baptizati sunt in nube & in mari. Scrutemur bene hanc baptismi figuram, & postea aperte cognoscemus illam nostræ & catholicæ sententiæ maxime fauere. Nubes & mare simul iuncta veram & integram efficiunt baptismi figuram: quoniam baptismus duabus rebus consummatur, aqua videlicet & spiritu, prout Saluator dixit, regenerationem ad regnum Dei ac- *Ioan.3*
quirendum necessariam perfici aqua & spiritu sancto. Mare rubrum significat ipsam baptismi aquam quæ & ipsa rubra est, non quidem naturali colore suo, sed virtute & operatione quàm ex merito rubei & purpurei sanguinis Christi habet in virtute spiritus sancti intus operantis. Et propter hanc causam dicit illos esse baptizatos in Mose, quoniam sicut Mose ductore populus ille saluatus est, sic nunc Christo ductore & nos ad passionem præcedente, meritis illius saluamur per baptismum. Nubes significat spiritum sanctum: quia quod nubes protegens, conducens ac refrigerans illis contulit, id totum abundantius spiritus sanctus baptizatis confert, quum nostrarum operationum dux & protector, concupiscentiarúmque nostrarum temperator & extinctor existit. Israëlitæ semel tantum mare rubrum transeũtes, à Pharaonis tyrannide liberati sunt, sic baptismus semel tantum suscipiendus nos à dæmonis tyrannide liberat. Quemadmodum Israëlitæ omnes tam paruuli quàm adulti mare transierunt, & omnes illi salui facti sunt, ita etiam quotquot baptizati fuerint siue paruuli siue magni, omnes à dæmonis potestate liberati sunt. Et hoc apertè docuit Paulus quum dixit omnes in nube baptizatos fuisse, in nube & in mari. Nam dicens, omnes, neminem excepit, sed omnes concluſit paruulos perinde ac adultos. Tertia demum baptismi figura & omnium potissima est circuncisio: quàm etiam Paulus docet fuisse figuram
C baptismi, sic inquiens: In quo & circuncisi estis circuncisione non manufacta, in expoliatione corporis carnis, sed in circuncisione Christi cõsepulti, & in baptismo. Quę verba interpretans Theophylactus in *Col.2*
Commentariis super Paulum ait: Admirandum beneficium attulit, quod Christo circuncisi estis. Non *Theophy.*
enim manus hominis adducit circuncisionem carnis hanc, sed spiritus: & non partem, sed totum hominem circuncidit. Illic quidem exuebatur membrum per circuncisionem, carneo tegumento ablato: hic verò exuit corpus nostrũ peccata, quæ per carnem perficimus. Tali autem circuncisione non lex, sed Christus circuncidit in baptismate, exuens nos à vetere vita peccatis obnoxia, adeóque à carne prorsus. Hæc Theophylactus: Ex quibus verbis apertissime constat circuncisionem iuxta Pauli sententiam, figuram fuisse baptismi. At circuncisio non solum proderat adultis ad salutem animæ, sed etiam paruulis erat præcepta, vt constat ex libro Geneseos, in quo hæc dicit Deus: Hoc est pactum meum quod obser- *Gene.17.*
uabitis inter me & vos, & semen tuum post te. Circuncidetur ex vobis omne masculinum, & circuncidetis carnem præputii uestri, vt sit signum fœderis inter me & vos. Infans octo dierum circuncidetur in vobis. Et infra: Masculus cuius præputii caro circuncisa non fuerit, delebitur anima illa de populo

ſuo,quia pactum meum irritum fecit.Ecce vides præceptũ de circunciſione paruulorum à Deo datum. Puer qui ante circunciſionem decedebat ab hoc ſeculo, ſine ſpe gloriæ æternæ peribat, vt conſtat ex eo quod dicit, Delebitur anima illa de populo ſuo. Hoc autem idem eſt,ac ſi diceret, Non ſcribetur. Scriptura ſacra ſæpe illos dicit deleri,qui nunquam fuerant ſcripti.Nam in Pſalmo nono dicitur:Increpaſti gentes & periit impius,nomen eorum deleſti in æternum.Certe nomen gentium non fuerat prius ſcriptum in libro viuentium,de quo ibi erat ſermo,niſi fortè ſecundum naturam in Adam,de quo per præuaricationem fuit deletum.Et iterum in alio Pſalmo idem Propheta ait: Quem tu percuſſiſti,perſecuti ſunt,& ſuper dolorem vulnerum addiderunt.Appone iniquitatem ſuper iniquitatem eorum,& non intrent in iuſtitiam tuam.Deleantur de libro viuentium,& cum iuſtis non ſcribantur.Hæc dicit Propheta de illis qui Chriſtum crucifixerunt,& poſtea pœnitentiam non egerunt,vt Petrus interpretatus eſt in illa oratione quàm ad condiſcipulos ſuos habuit poſt Chriſti ad cœlos aſcenſionem pro ſubſtitutione alterius apoſtoli in locum Iudæ.Ex illis prophetæ dictis conſtat pro eodem hæc tria ab illo vſurpari,deleri,& non ſcribi, & non intrare in iuſtitiam Dei. Ex quibus tribus duo poſtrema declarant primum. Itaque maſculum cuius præputii caro non fuerit circunciſa, deleri de populo,idem eſt, ac non ſcribi,& non intrare in iuſtitiam Dei. Et hoc idem paruulo contingit, qui nunc moritur ſine baptiſmo. Circunciſio paruulo exhibita,conferebat illi ex pacto diuino gratiam,& animæ ſalutem,quia dicit eſſe ſignum fœderis inter Deum & illos,non ſolum adultos ſed etiam paruulos.Et inde ſequitur vt baptiſmus nunc paruulo exhibitus etiam conferat illi gratiam ad animæ ſalutem:niſi fortè aliquis adeò deſipere velit,vt non vereatur dicere, maioris eſſe virtutis nunc baptiſmum quàm olim circunciſionem. Contrarium tamen docet Propheta,dicens:Diligit dominus portas Sion ſuper omnia tabernacula Iacob.Per quę verba docet ſacramẽta nouæ legis,quæ portæ ſunt Eccleſiæ catholicæ per Sion deſignatæ,pluris eſſe à Deo æſtimata quàm omnia ſacramenta & ſacrificia Iudaicæ legis. Credere igitur neceſſario oportet circunciſionem omnibus maſculis, ſiue paruulis, ſiue magnis idem præſtitiſſe quod nunc præſtat baptiſmus. Hoc tamen intereſt quod circunciſio, eo quod redemptionis precium non erat tunc ſolutum, regnum cœlorum morientibus aperire non potuit quod nunc facit baptiſmus, propterea quod ſanguis Chriſti iam in precium redemptionis noſtræ pro nobis effuſus eſt.

Pſal.9.

Pſal.68.

Act.1

Pſal.86.

Accedit ad hæc omnia pro baptiſmo paruulorum, antiquiſſimus vſus perpetuo in Eccleſia catholica ſeruatus. Nam (vt conſtat ex variis ſanctorum patrum ſcripturis) ab ipſo apoſtolorum tempore ad hunc vſque diem hoc perpetuo obſeruatum eſt, vt, ſaltem neceſsitate cogente, paruuli etſi rationis expertes, baptizentur. Nam quòd tempore Apoſtolorum ita fuerit factum,conſtat ex Dionyſio Areopagita capite vltimo Eccleſiaſticæ Hierarchiæ. Et illud poſt ducentos annos fuiſſe poſtea ſeruatum, conſtat ex Cypriano in epiſtola octaua libri tertii. Idem ſeruatum fuiſſe tempore Auguſtini conſtat ex epiſtola illius. 23. quæ eſt de baptiſmo paruulorum. Et idem ſemper inuenies apud alios Auguſtino poſteriores.

Conciliũ Lateranenſe.

Denique pro hac re ſunt multa generalium conciliorum decreta, quæ omnia concorditer docent baptiſmum omnibus paruulis perinde ac adultis ad ſalutem animæ prodeſſe.Conciliũ Lateranenſe ſub Innocentio tertio celebratum capite primo ſuorum decretorum hæc ait: Sacramentum baptiſmi,quod ad inuocationem indiuiduæ trinitatis videlicet Patris & filii & ſpiritus ſancti, conſecratur in aqua,tam paruulis quàm adultis iu forma Eccleſiæ à quocũque rite collatum proficit ad ſalutem. Hæc concilium Lateranenſe,& habẽtur hæc verba in capite Firmiter,de ſumma trinitate, & fide catholica. Concilium Viennenſe ſub Clemente quinto celebratum inter alia fidei decreta hoc vnum de baptiſmo dedit. Baptiſma vnicum baptizatos omnes in Chriſto regenerans eſt:ſicut vnus Deus, ac fides vnica ab omnibus fideliter confitendum. quod celebratum in aqua in nomine patris & filii & ſpiritus ſancti, credimus eſſe tam adultis quàm paruulis communiter perfectum remedium ad ſalutem. Hæc concilium Viennenſe, & habentur hæc verba in Clementina de ſumma trinitate & fide catholica.

Cõcilium Viẽnenſe.

Cõcilium Tridentinum.

Denique Concilium Tridentinum ſub Paulo tertio celebratum, in ſeſsione quinta, capite quarto, in hunc modum decernit.Si quis paruulos recentes ab vteris matrum,baptizandos negat,etiam ſi fuerint à baptizatis parentibus orti,anathema ſit.Et ſeſsione ſeptima canone.13.hæc ait: Si quis dixerit, paruulos, eo quod actum credendi non habent, ſuſcepto baptiſmo inter fideles computandos non eſſe, ac propterea quum ad annos diſcretionis peruenerint, eſſe rebaptizandos, aut præſtare, omitti eorum baptiſma, quàm eos non actu proprio credentes, baptizari in ſola fide Eccleſiæ, anathema ſit. Hoc ſolum iam mihi ſupereſſe video vt videlicet reſpondeam argumento quod nobis obiiciunt Anabaptiſtæ, & quo illi ſuam peſsimam hæreſim firmiter tueri conantur. Chriſtus (inquiunt illi) apoſtolos ſuos dozatus fuerit ſaluus erit, qui verò non crediderit condemnabitur. At paruuli infantes non credunt quia non habent vſum rationis, conſequens igitur eſt, vt ſi tunc moriantur condemnentur, etiam ſi baptiſmum ſuſcipiant, & inde vltra deducunt, baptiſmum nihil illis ad ſalutem animæ prodeſſe. Et hoc argumentum iterum confirmant teſtimonio Pauli apoſtoli dicentis: Sine fide impoſsibile eſt placere Deo.

Marci.16

Heb.11.

Paruuli autem quandiu ſunt rationis expertes, non habent, imò neque ex ſe habere poſſunt fidem, ergo eo tempore (iuxta Pauli ſententiam) Deo placere non poſſunt, & per conſequens baptiſmus non poteſt illis eo tempore ad ſalutem animæ prodeſſe. Hæc ſunt potiſsima argumenta,quibus nos oppugnant,& vincere credunt Anabaptiſtę,ſed revera nihil minus faciunt & craſsiſsima ignorantia ſunt decepti.Illa enim verba quæ nobis obiiciũt à Chriſto apud Marcum dicta,nihil ad paruulos ſpectant, ſed ad ſolos adultos, prout ex præcedentibus facillime conuincitur. Nam ante illa verba Chriſtus dixit: Euntes

untes in mundum vniuerſum prædicate euangelium omni creaturæ,& his dictis ſtatim hæc verba quę nobis obiiciunt, dixit: Qui crediderit & baptizatus fuerit,&c. Ex quo verborum contextu apertiſſime conuincitur, hęc vltima verba de illis ſolis eſſe intelligenda, quibus præcipiebant prædicare euangelium. At paruulis infantibus non erat prædicandum euãgelium, ſed adultis: quia paruuli,& ſi illis prędicaretur euangelium intelligere non poterant, ergo ſolis adultis, qui ſoli intelligere poterant quæ illis dicerentur, prędicandum erat euangelium, & inde apertiſſime conuincitur, vt de ſolis adultis ſequentia verba intelligantur, cum Chriſtus dicit: Qui crediderit,& baptizatus fuerit ſaluus erit, qui verò non crediderit condemnabitur. Adulti ſiquidem, quando ad baptiſmum ſuſcipiendum perueniunt, antequam illud percipiant, debent fidem catholicam ore confiteri & de illa vtcunque doceri. Et ideo Eccleſia catholica ab ipſis apoſtolorum temporibus ad hunc vſque diem talem perpetuo tenore ſeruauit cõſuetudinem, vt adulti prius eſſent catechumeni quàm baptizati. Nam ante baptiſmum cathecizabant (hoc eſt) in fide catholica inſtruebant adultos. De qua re extat libellus beati Auguſtini qui inſcribitur de cathecizandis rudibus. Quod autem nobis obiiciunt de Pauli teſtimonio ex craſſa ignorantia procedit: quoniam paruuli etſi ante baptiſmum ſuſceptum non habeant fidem, habent tamen illam poſtquam baptizati ſunt, quanuis per illam operari non poſſunt. De qua re, teſtimonium profert nobis beatus Bernardus ſemone ſexageſimo ſexto ſuper Cantica, ſic inquiens: Nemo mihi dicat quia paruulus
D non habet fidem, cui mater impertit ſuam, inuoluens illi in ſacramento quouſque idoneus fiat, proprio *Bernard.* non tantum ſenſu ſed aſſenſu euolutam puramque percipere. Nunquid breue pallium vt non poſſit amb os cooperire? Magna eſt Eccleſiæ fides. Nũquid minor fide Chananeæ mulieris, quam conſtat & filiæ ſufficere potuiſſe,& ſibi? Ideo audiuit, O mulier magna eſt fides tua: fiat tibi ſicut petiiſti. Et paucis in *Matth.15* terpoſitis ſubdit. Quæ cum ita ſint nullum præiudicium ſuſtinebunt regenerati de hoc, quod dictum eſt. Sine fide impoſſibile eſt placere Deo, cum ſine fide nõ ſint, qui in teſtimonium fidei baptiſmi gratiam perceperunt, ſed neque de eo qnod item dictum eſt. Qui verò non crediderit condemnabitur. Quid enim credere eſt, niſi fidem habere? Hactenus Bernardus. Eidem ſententię fauet beatus Auguſtinus in libro de baptiſmo paruulorum, ſic inquiens: Paruuli baptizati inter credentes reputantur per ſacramenti virtutem,& offerentium reſponſionem. Hæc Auguſtinus,& citantur à Gratiano in capitulo. *Auguſt.* Filius Dei, de conſecratione diſtinctione quarta. Habent itaque fidem ſed nõ poſſunt per eam exire in operationem quouſque ad vſum rationis peruenientes per auditum verbi Dei credentes, illam ſuſcipiant. Nam ſicut paruulus,& ſi omnia membra corporis integra habeat & in omnibus illis habeat vitam & animam viuificantem, vix tamen vllum eſt membrum in illis, quod ſuo recte fungatur officio: quoniam neque pedibus ambulat, neque lingua loquitur, neque manibus operatur, ita etiam quanuis in illis ſit vera fides, placens Deo,& charitas viuificans, non tamen per aliquam earum poteſt in operationem exire niſi prius erudiantur,& humano aliquo exteriore iuuentur præceptore. Contra hanc hæreſim ſcripſit beatus Bernardus: paucula quędam, in illo ſexageſimoſexto ſermone ſuper Cantica,& in e-
A piſtola ſeptuageſimaſeptima. Eodem tempore ſcripſit aliquantulo longius, Petrus quidam Abbas Cluniacenſis. Denique hoc noſtro ſeculo multi ſcripſerũt, Ioannes faber, Eckius, Leopoldus, ſed omnium longiſſime & doctiſſime Martinus Dũcanus: qui volumen integrum duobus libris partitum ędidit cõtra Anabaptiſtas.

SExta hæreſis eſt circa ipſius baptiſmi vnitatem. Sunt enim aliqui, qui rebaptizant eos, qui iam ſemel *Cap.69* baptiſmum ſuſceperunt. Horum autem variæ adhuc ſunt ſectæ. Donatiſtæ ſiquidem (prout Auguſtinus in libro de hæreſibus refert (rebaptizant eos, qui ab Eccleſia catholica ad eos veniunt: quoniam (vt aiunt) extra Eccleſiam baptiſmus conferri non poteſt: ipſi autem aſſerebant Eccleſiam penes ſolos ipſos eſſe. Quapropter ad illos ab Eccleſia deficientes rebaptizabant, dicentes prius nõ ſuſcepiſſe verũ baptiſma. Hi Donatiani vel Donatiſtæ primùm propter Cecilianum contra ſuam volũtatem ordinatũ *Donatiſtę* Eccleſiæ Carthaginen. epiſcopum, ſchiſma fecerunt, obiicientes ei crimina, quæ probare nõ potuerũt. Sed poſtmodum falſitatis rei deprehenſi, ſchiſma in hæreſim pertinaci defenſione verterunt, tanquam Eccleſia Chriſti propter crimina Cæciliani, ſiue vera, ſiue falſa, toto terrarum orbe perierit vbi futura promiſſa eſt, atque in Aphrica Donati parte remanſerit, in ahis autem terrarum partibus quaſi contagione communionis extincta fuerit. Donatiſtæ autem à Donato quodam dicti ſunt, qui tempore Conſtantij Imperatoris & Liberij Papæ floruit: de quo plura dicemus infrà in titulo de Eccleſia, hęreſi prima. Hunc eundem errorem tenent Armeni (vt ait Guido Carmelita) qui venientes ad ipſos ex Eccleſia *Armeni.* Romana rebaptizant dicentes, in Eccleſia Rom: nõ eſſe verum baptiſma, eò quòd (vt ipſi aiunt) apud Latinos non eſt vera &catholica Eccleſia, ſed ſolum apud ipſos Armenos. Vides hic apertiſſimè impletum quod prædixit Chriſtus apud Matth. Si quis vobis dixerit, ecce hîc eſt Chriſtus, aut illic, nolite cre-
B dere. Surgent enim pſeudochriſti & pſeudoprophetæ,& dabunt ſigna magna & prodigia, ita vt in er- *Matt. 24* rorem inducantur, ſi fieri poteſt, etiam electi. Ecce prędixi vobis. Si ergo dixerint vobis: ecce in deſerto nolite exire: ecce in penetralibus, nolite credere. Iſta certè iam videmus impleta, multos pſeudochriſtos & pſeudoprophetas audiuimus. Donatiſtę dicunt, ecce apud nos eſt Chriſtus:& non alibi: Armeni dicunt, ecce apud nos eſt Chriſtus. Sed iuxta monitionem Chriſti oportet vt non credamus illis, ſed maneamus in catholica Eccleſia, quę vna eſt omnium mater: Ad hunc locum etiam pertinet error Cypriani,& aliorum Aphricæ epiſcoporum, qui concilio apud eos de hac re celebrato definierunt, hæreticos, cum ad Eccleſiæ communionem rediiſſent, fore rebaptizandos, quia (vt aſſerebant) inhæreticos non poteſt conferri baptiſma. In hac autem parte zelo, vt ſuſpicor, & non ſecundnm diſcretionem moti,& odio quod aduerſus hæreticos conceperant, ducti errauerunt. Nec tamen propter hunc errorem Cyprianus aut alij ei conſentientes iudicandi ſunt hęretici, quia illum pertina-

ci animositate minimè defenderunt, quinimò parati ab aliis meliora docentibus corrigi, sentẽtiam suã dixerunt. Quod ex ipso facto patuit, quoniam à summis Ecclesiæ pontificibus, videlicet Cornelio, Lucio, Stephano edocti, contraria prioribus ipsi Aphri definierunt. Qui error non primũ in Aphrica, sed in pluribus ãtea locis, velut in Iconio (vt Euseb. in. 7. lib. historiæ Eccleſiast. cap. 6. refert) fuit tracta

Baltasar. tus. Nouissimè autem diebus istis in partibus Germanię superioris surrexit quidam Baltasar, qui homines docet rebaptizare, dicens paruulis nõ prodesse baptisma: quapropter cũ ad annos discretionis peruenerint, debere iterum baptizari: quod in multis fecisse perhibetur, multosque in suum impium errorem seduxisse, adeò vt huius factionis homines Anabaptistæ, hoc est, rebaptizatores vocentur. Contra

Anabaptistæ. hunc Baltasarem & eius sequaces non est quod amplius agamus, quoniam cùm iam ostenderimus paruulis sicut adultis prodesse baptisma, fundamento eorũ subuerso, totius erroris structura corruet. Cõ- C tta alios autem omnes hoc ordine procedemus, vt primò ostendamus ministri malitiam nullo modo minuere baptismi veritatem, quin à quocunque ministro conferatur, dummodo cætera quæ sunt necessaria teneat, verus sit baptismus. Primò probatur per illud quod habetur apud Ioan. videlicet quòd

Ioan. 4. discipuli Christi baptizabant, inter quos erat Iudas, qui quanuis non proditor, tamen fur erat & latro: nec tamen baptizatis ab ipso legitur quòd rebaptizati vnquam fuissent. Præterea hoc ipsum expressius confirmat dictum Ioannis Bap. Vidi spiritum descendẽtem quasi columbam de cœlo, & mansit su

Ioan. 1. per eum, & ego nesciebam eum: sed qui misit me baptizare in aqua, ille mihi dixit: Super quem videtis spiritum descendẽtem, & manẽtem super eũ, hic est qui baptizat in spiritu sancto. Hęc ille in Euangelio Ioannis. Ex quibus verbis patet eum qui baptizat esse Christum filium Dei. Nam quanuis minister exterius corpus abluat, Christus tamen est qui interius mundat animam. Hic ergo est solus qui baptizat in spiritu sancto, reliqui autem vt ministri. Hic est (inquit) qui baptizat in spiritu sancto, cùm tamen ipse tunc non baptizaret, sed potius à Ioanne baptizabatur: per quod innuere voluit ipsum Christum esse qui semper baptizat, quantumlibet varietur minister. Si ergo ille est qui baptizat, quid malus minister poterit obesse? Nam & Paulus ait: Neque qui plantat est aliquid, neque qui rigat, sed qui incremẽtum dat Deus. Vnde conuincitur, quòd nihil potest obesse minister malus, cum dominus qui baptizat

1. Cor. 3. sit bonus. Hoc etiam B. August. elegantissimè comprobat, dicens: Si superbus fuerit minister, cum dia- D bolo computatur: sed non contaminatur donum Christi. Quod per illum fluit, purum est. Per lapideum canalem transit aqua ad aręolas. In canali lapideo nil generatur, sed hortus fructus plurimos adfert Et lib. 10. de vnico baptismo sic ait, Cùm tantum valeat baptismus per hominem contemptibilẽ, quantum per apostolum datus: ita nec illius, sed Christi esse cognoscitur. Item inuenimus dictum ab apostolis, & gloriam meam, quanuis vtique à domino: & ministerium meum, & prudentiam meam, & Euangelium meum, quanuis vtique à domino impartitum sit atque donatum: baptismum autem meum nemo eorum dixit omnino. Neque enim omnium ęqualis est gratia, nec ministrant omnes æqualiter, nec æquali prudentia vel scientia sunt omnes prædi ti, & in euangelizando alius alio melius operatur: & ideo dici potest alius alio doctior in ipsa salutari doctrina. Alius autem alio magis minùsve baptizatus dici non potest, siue ab inferiore, siue à maiore baptizetur. Et Zacharias Papa Bonifacio Episcopo scribens, ait: Enimuero quosdem baptizatos absque interrogatione symboli ab adulteris presbyteris indignis fassus est. In his tua dilectio teneat antiquũ morem Ecclesię: quia quisquis in nomine patris & filii & spiritus sancti baptizatus est, rebaptizari minime liceat. Non enim in nomine baptizantis, sed in nomine trinitatis huius gratiæ donum percepit. Et teneatur quod Apost. ait: Vnus Deus, vna fides, vnum baptisma. Hęc ille. Ex his ergo tam apertis scripturę & sacrorum doctorum testimoniis apertè conuincitur, ministri malitiam nequaquam obesse baptismo, quin per illum baptisma verum conferri queat. Verum dicet aliquis, has autoritates bene sufficere ad probandum de quocunque alio crimine, vt puta adulterio, homicidio, &c. quòd illud in ministro non obsit, quin verum conficiat baptisma. de hęretico tamen hoc non probant. Sed si bene inspiciantur, æquè probant de hæretico, sicut de cuiusque alterius criminis reo: quoniam siue minister sit adulter, siue homicida, siue hæreticus, qui baptizat in spiritu san A cto Christus est. Vnde Augustinus in libro de baptismo: Cur hæretici foris baptizare non possunt? An quia peiores sunt eo ipso quòd foris sunt? Sed nihil interest ad integritatem baptismi quanto peior id tradat. Neque enim tantum interest inter malum & peiorem, quantum inter malum & bonum: & tamen cum baptizat malus, non aliud dat quàm ille qui bonus est ergo cum baptizat peior, nõ aliud dat quàm ille qui minus malus est. Hæc Aug. Et idem cõtra Cresconium grammaticum ait: Si inter bonos ministros, cum sit alius alio melior, non est melior baptismus qui per meliorem datur: nullo modo malus est qui etiam per malum datur, quando idem baptismus datur. Et ideo per ministros dispares Dei munus æquale est, quia non illorum, sed eius est. Hæc ille. Prętera baptizatus à Iudęo aut Pagano recte verba proferente, & intentionem habente faciendi quod Christiani faciunt, verè baptizatus est, nec iterum debet baptizari: ergo baptizatus ab hæretico verè etiam erit baptizatus. Assumptum proba tur per illud quod Nicolaus Papa respondet ad consulta Bulgatorum, & ponitur in volumine Decretorum de consecratione distinctione. 4. A quodam Iudęo, nescitis an Christiano, an Pagano, multos in patria vestra baptizatos esse asseritis: & quid inde sit agendum, consulitis. Hi profectò si in nomine sanctæ trinitatis, vel tãtum in nomine Christi, sicut in Act. Apostolorum legitur, baptizati sunt, vnum quippe idemque est (vt Sanctus Ambrosius exponit) quia non illorum, sed eius est, rebaptizari non debent. Hæc ibi Nicolaus Papa. Ex his ergo testimoniis conuincimus, ministri malitiam, etiam si

Nicolaus papa. hæresis sit, nullo pacto obesse baptismo, quin hæreticus verũ baptisma conferat, si ea faciat quæ ad baptismum sunt necessaria. Verùm hic admonere oportet, ministri malitiam, etsi baptismo non obsit quin B verus sit baptismus, obesse tamen baptizato, vt scilicet gratiam per talem baptismum non recipiat,

quia posuit obstaculum culpæ, quàm sic à tali malo ministro baptismum recipiendo commisit. Qui enim à malo ministro, præcipuè hæretico, ex certa scientia baptismum recipit, peccat: tum quia communionem cum hæretico habet in his, in quibus maximè conueniebat nullam communionem habere: tum etiam quia circa hoc expressa facta est per Ecclesiam prohibitio. Vnde inter Canones apostolorum, canone. 46. dicitur, Episcopum aut presbyterum hæreticorum suscipientem baptisma, damnari, præcipimus. Quæ enim conuentio Christi ad Belial? aut quæ pars fideli cum infideli? Hęc ibi. Peccat ergo ab hæretico scienter & industria baptismũ recipiens: quapropter licet verum baptisma recipiat, non tamen effectum baptismi. Si tamen necessitate cogente id faceret, vtpote quia mors instat, nec alius adest à quo baptismum recipere possit, præter hæreticum hominem, potest ab eo baptismum recipere: modo id non faciat hac intentione, vt illius hæresi assentiat, sed tanquam veram fidem catholicam suscipere volens. Vnde beatus Augustinus, & ponitur in volumine Decretorum de consecratione, distinct. 4. cap. Quomodo, sic ait: Potest peiori tradere separatus, sicut potest habere separatus: sed quàm perniciosum est habere, pernicioſum est tradere. Ille autem cui tradidit, potest salubriter accipere, si ipse non separatus acceperit vrgẽte mortis necessitate. Hæc Augustinus. Excepta ergo necessitate vrgente, quisquis à malo, præcipuè hæretico ministro baptizatur, peccat. Verum ergo baptismum recipit, effectum baptismi non recipit, quia culpa eius impeditus est baptismus, ne suum circa illum haberet effectum. Et hinc ait Aug. loco proximè citato, sui erroris originem sumpsisse Cyprianum, & cæteros apud Aphricam episcopos: Non ob aliud (inquit) visum est à quibusdam etiam egregiis viris & antistitibus, inter
C quos præcipuè beatus Cyprianus eminebat, non esse posse apud hæreticos, vel sciſmaticos baptismum Christi, nisi quia non distinguebant sacramentum ab effectu, vel vsu sacramenti. Et quia eius sacramenti vsum atque effectum, in liberatione à peccatis, & rectitudine cordis apud hæreticos non inueniebãt, ipsum sacramentum quoque illic non esse putabant. Hæc Aug. Si ergo, vt iam plenè ostendimus, ministri qualiscunque malitia non obest quin ab eo baptizatus verum suscipiat baptismum: consequens est, vt ab eo baptizatus rebaptizati minimè debeat. Et hoc est secundum, quod discutere promisimus. Verum quoniam Armeni (vt diximus) Latinos rebaptizant, alia tamen ratione ducti quàm Aphri illi episcopi & Donatistæ, contra quos modo egimus: quia videlicet dicunt Romanam Ecclesiam non habere iustam baptismi formam: ideo contra istos aliter agendum est, ostendere videlicet Ecclesiam Romanam veram baptismi tenere formam, quo facto verus erit etiam baptismus: & ita non erit cur ab eis Latini rebaptizentur. Quòd autem vera sit apud Latinos baptismi forma, ex secundo errore de baptismo superius improbato patuit. Nam forma quàm Christus docuit, apud Matthęum descripta, tria exprimit necessaria, quæ sunt verbum exprimens actum baptizandi, nomen designans personam baptizatam, inuocatio trinitatis expressæ. Baptizãtes (inquit) eos in nomine patris & filii & spiritus sancti. Baptizantes, ecce primum: eos, ecce secũdum, scilicet persona baptizata: In nomine patris, &c. ibi ostenditur tertium. Forma autem quàm Ecclesia Romana tenet, hæc omnia complectitur. Ea enim sic habet Ego te baptizo in nomine patris & filii & spiritus sancti. In qua cùm omnia sint necessariò requisita, non est cur impii Armeni negẽt apud nos esse verum baptismum. Contra impios autem Anabaptistas, qui pro libito rebaptizant non solum semel & iterum, sed tertio, quarto, & quinto: quoniam baptismum, velut pœnitentiam, quoties placet iterant: contra istos inquam aliter agendum est. Primò eorum hæresim ex-
D pugnat id quod ait Paulus: Vnus Deus, vna fides, vnum baptisma. Si ergo, Paulo teste, vnum est baptisma: quomodo impii Anabaptistæ tria & quatuor baptismata vni & eidem conferre præsumunt? Præterea hoc ipsum plenius & expressius confirmat Paulus in ea quæ est ad Romanos epistola: An ignoratis fratres, quia quicunque baptizati sumus in Christo Iesu, in morte ipsius baptizati sumus? Consepulti enim sumus cum illo per baptismum in mortem: vt quomodo Christus surrexit à mortuis per gloriam patris: ita nos in nouitate vitæ ambulemus. Hæc Paulus ibi. Ex quibus & aliis eiusdem loci verbis patet baptismum esse velut quãdam mortis Christi figuram. Sicut enim in morte Christi, peccatum mortuum est: ita & in baptismo etiam peccatum nostrum perit, per meritum tamen passionis eius. Cum autem ex aqua emergimus, resurrectionem Christi figuramus. At Christus semel pro peccatis nostris mortuus est, non autem bis aut ter: ergo etiam nos pro peccatis nostris semel tantum baptizari oportet. Christus etiam resurgens ex mortuis iam non moritur, mors illi vltra non dominabitur: ergo & nos ex aqua semel emersi, non oportet ad aquę lauacrum iterum redire. Impii ergo Anabaptistę, qui rebaptizare præsumunt, rursus sibimetipsis (vt ait Paulus) crucifigunt filium Dei. Nam de illis expressè loquebatur Paulus, & non de aliis. Qui enim secundo baptizat, quantũ in ipso est, secundò etiam Christum cruci affigit: quoniam cum baptismus figura sit quædam mortis Christi, qui secundo baptizat, hoc ipso ostendit Christum secundo mortuum fuisse. Rursus hoc ipsum sacrorum conciliorum definitiones confirmant. Nam in symbolo ædito à concilio Nicæno dicitur: Confiteor vnum baptisma in remissionem peccatorum. Concilium Carthaginense primum, capite suorum decretorum primo sic ait: Gratus
A episcopus concilio præsidens dixit, Ergo si vobis placet, consideremus primum titulum rebaptizationis, vnde sanctitatem vestram postulo, vt mentis vestræ placita producatis ad descendentem in aquam & interrogatum in trinitate secundum euangelii fidem, & Apostolorum doctrinam, & confessum bonam conscientiam in Deum de resurrectione Iesu Christi, si liceat iterum interrogari in eadem fide, & in aqua iterum tingi. Vniuersi episcopi dixerunt: Absit, absit. Illicitas esse sancimus rebaptizationes, & satis esse alienum à syncera fide, & catholica disciplina. Hæc concilium Carthaginense. Et concilium Viennense, sub Clemente quinto celebratum, ait: Baptisma vnicum baptizatos omnes in Christo regenerans, est sicut vnus Deus, ac fides vnica, ab omnibus fideliter confitendum. Hæc concilium Viennense: & habentur in Clementina, ca. Fidei catholicæ, de summa trinitate, & fide catholica.

Augusſt.

Ephes. 4.

Rom. 6.

Heb. 6

Concilii Carthagi nense.

Concilium etiam Florentinum, ſub Eugenio quarto celebratum eandem ſententiam docet, ſic inquiẽs: Inter hæc ſacramenta tria ſunt, baptiſmus, confirmatio, & ordo: quæ characterem, id eſt, ſpirituale quoddam ſignum à cæteris diſtinctiuum imprimunt in anima indelebile. Vnde in eadem perſona non reiterantur. Reliqua verò quatuor characterem non imprimunt, & reiterationem admittunt. Hæc concilium Florentinum. Quòd ſi quis his conciliorum definitionibus obiicere vellet alterius Carthaginenſis concilii decretum Cypriano præſente celebratum, quod ait ab hæreticis non conferri verum baptiſmum, atque ideo ab eis baptizatos debere iterum baptizari, huic reſponderi poteſt, non eſſe pares omnium conciliorum definitiones. Conciliorum nanque prouincialium autoritas non eſt tanta, vt eius definitioni omnes obtemperare cogantur: quoniam prouincialia concilia (vt in principio huius libri docuimus) errare poſſunt. Non enim pro illo conuentu Deus rogauit, vt eius fides non deficeret: neque illi Deus ſe adfuturum ſemper promiſit. Concilia autem generalia legitimè congregata minime errare poſſunt. Quapropter ſi quid in prouinciali cõcilio decretum eſt quod à vera fide deuiare videatur, per B generale concilium (vt beatus Auguſtinus lib. 6. contra Donatiſtas ca. 1. docet) corrigi debet. Quod in caſu factum eſſe comperimus. Cõcilium ſiquidem Aphricanum, ſeptuaginta & vnius epiſcoporum, in quo decretum eſt hęreticos non poſſe verum baptiſmum conficere, prouinciale fuit, & non generale: quapropter errare potuit, & corrigitur à Cornelio tunc Romano pontifice, aliiſque Italiæ epiſcopis, vt refert Euſebius. 7. libro hiſtoriæ Eccleſiaſticæ, & poſtmodum corrigitur per concilium Carthaginenſe primum in decreto quod proximè citatum eſt. Hoc autem concilium vniuerſalis accepit Eccleſia, & ita eius definitionem omnes amplecti tenentur. Contra hunc errorem ſcripſit beatus Auguſt. librum de vnico baptiſmo, atque iterum tractatum de baptiſmo contra Donatiſtas ſeptem partitum libris. Hoc noſtro tempore ſcripſit Ioannes Faber volumen grande contra Anabaptiſtas. Contra eoſdem Leopoldus quidam germanus.

SEptima hæreſis eſt circa ipſius baptiſmi ſacramentalia, hoc eſt circa illa quæ baptiſmum in eius collatione circunſtant ex quodam ritu matris eccleſiæ. Armeni enim (vt ait Guido, quem in hiſtoria Armenorum ſequimur, quia nullum alium reperire potuimus) dicunt non poſſe conferri baptiſmum a-
Armeni. licui niſi eidem conferatur Euchariſtiæ ſacramentum. Secundo dicunt chriſma adeò eſſe exactum ad verum baptiſmum perficiendum, vt niſi baptizatus chriſmate vngatur, non ſit baptizatus. Harum autem duarum aſſertionum vtraque eſt erronea & hæretica. Nam quod primo dicunt de euchariſtia, conuincitur manifeſte ex eo quod Dominus diſcipulis ſuis præcipiens vt docerent omnes gentes, & baptizarent eos in nomine patris & filii & ſpiritus ſancti, nullam de euchariſtiæ ſumptione fecit memoriam, feciſſet tamen ſi ea ad baptiſmi collationem exigeretur. Deinde euchariſtiæ ſacramentum multo poſt C baptiſmum eſt inſtitutum: quoniam in die cœnæ dominicæ, feria ſcilicet quinta pridie quàm pateretur, inſtituit euchariſtiæ ſacramentum. Baptiſmus autem longè ante fuerat inſtitutus. Nam Ioannis quarto dicitur quòd diſcipuli Chriſti baptizabant: ergo tunc baptiſmus iam fuerat inſtitutus, quamuis non ſub interminatione gehennæ præceptus, ſicut poſt Chriſti reſurrectionem. Alioqui baptizati ab Apoſtolis, iterum poſtea fuiſſent baptizandi: quod nunquam factum fuiſſe legimus. Quare ex hoc melius colligi poſſet, euchariſtiam non poſſe dari niſi præeunte baptiſmate, vtpote prius inſtituto. Quod autem baptiſmus non poſſit dari ſine euchariſtiæ ſacramento, nulla prorſus ratione fulcitur: ſed merè voluntariè dicitur. Quapropter eadem facilitate qua dicitur, meretur vt cõdemnetur: quãuis nos id facere iam non valemus: nam ſi condemnemus, valida ratione ducti id facimus. Secunda etiam aſſertio non minus eſt erronea: quoniam etſi chriſma exigatur in baptiſmo, non tamen illud exigit baptiſmus: ſed eccleſia illud exigit à miniſtro conficiente baptiſmum: ita ut ſi chriſma non adhiberetur, extrema neceſsitate ſecluſa, miniſter peccaret, qnoniam eccleſiæ præceptum prætermiſit: baptiſmus tamen nihilominus eſſet adeò perfectus (ſi cætera adſunt) vt non ſit opus illum ſic ablutum iterato baptizare. Chriſtus nanque baptiſmum inſtituens, nullum de chriſmate adhibendo dedit præceptum. Per hanc eandem rationem reiicitur alius error huic ſimilis, cuiuſdam Claudii Taurinenſis epiſcopi, de quo iam ſupra dixi-
Claudius. mus. Is enim dixit baptiſmum eſſe nullum, ſi fronti ipſius baptizati ſignum crucis non infigeretur. Hic autem manifeſtus eſt error: quoniam ſi ea peraguntur quæ Chriſtus præcepit, conſtat baptiſmum eſſe perfectum. Conſtat autem, Chriſtum cum inſtitueret baptiſmum, nunquam de ſigno crucis meminiſſe.

D

Vualden. OCtaua hęreſis eſt huic penitus oppoſita. Vvaldenſes enim dicunt (vt Æneas Syluius libro de origine Bohemorum cap. 35. teſtatur) baptiſmum aquæ, nulla interiecta ſacri olei mixtura fore recipiẽdum. Vvaldenſes autem iſti ſic appellati ſunt, quoniam Vvaldo quidam ciuis Lugdunenſis fuit autor eorum, Vocantur etiam pauperes de Lugduno, quoniam Vvaldo ille Lugdunenſis, à quo originem traxerunt, cum diues admodum eſſet, opibus relictis, pauperibúſque erogatis, euangelicam paupertatem ſe ſeruaturum prætẽdit: ſub cuius velamine multos impios errores ſe tegere credidit. Nam cum idiota eſſet, quoſdam libros vulgari ac materna lingua ſibi conſcribi fecit, cum aliquibus ſanctorũ teſtimoniis. Quos libros cum non ſanè, vt decebat, intelligeret, ſuo tamen inflatus ſpiritu, Apoſtolorum officium prædicando vſurpauit. Cœpit hæc ſecta Vvaldenſium (vt ait Guido) circa annum Domini M.CLXX. quæ (vt idem ait) fuit Romæ in generali Concilio damnata. Inter alios ergo iſtorum Vvaldenſium errores, is vnus eſt, quo aſſerunt nullo pacto oleum ſacrum in baptiſmo debere miſceri. Quem errorem
Vuiclef. poſtea ſecutus eſt Ioannes Vuicleph, de quo iam diximus. Pro huius ergo erroris clariori diſcuſſione, an notare prius oportet, pluries ſacrum oleum aut chriſma dari. Aliquando enim datur poſt ipſum baptiſmum iam ſuſceptum, aliquot etiam dierum aut annorum ſpatio interiecto: & hoc eſt ſacramentum à baptiſmate diſtinctum, vel (vt verius dicam) eſt ipſius ſacramenti materia, quod confirmatio appellatur,

tur. Et de hoc non est præsens sermo. Aliquando etiam datur oleum in ipsamet baptismi collatione. Ibi enim vnguntur chrismate in pectore & scapulis, & in fronte. Hoc autem fit ad designandam misericordiam quàm nobis Deus exhibet condonãdo peccata per baptismi susceptionem. Oleum nanque in sacris literis sæpissime misericordiam significat. Vnde beatus Damascenus lib. 4. de fide orthodoxa cap. 10. ait: Oleum in baptismate assumitur, vnctionem significans, & christos, id est vnctos nos efficiens, & misericordiam dei nobis annuncians per spiritum sanctum, quia & ramum oliuæ iis qui ex diluuio saluati sunt, columba tunc attulit. Hæc Damascenus. Est etiam alia non minor causa: quia videlicet per baptismum in certamen quoddam spirituale descendimus, & in luctam quandam. Sicut enim in agone positus, luctámque aggrediens, vngebatur, quò minus ab hoste posset capi, sed potius facile ex eius manibus elabi posset: sic etiam spiritualem hanc luctam aggressurus, sacro prius oleo vngitur: per quod baptizandus ad luctam præparetur, ne dæmon eum comprehendat, sed ex eius potestate elabatur. Vnde B. Ambrosius libro primo de sacramentis ait: Quemadmodũ dicit Apostolus sanctus: Sit in te fidei deuotionísque plena fragrantia. Venimus ad fontem, ingressus es, cõsidera quos videris, quid loquutus sis. Considera, repete diligenter: occurrit tibi Leuita, occurrit tibi presbyter. Vnctus es quasi athleta Christi, quasi luctamen huius seculi luctaturus: professus es luctaminis tui certamina. Qui luctatur, habet quod speret: vbi certamen, ibi corona. Luctaris in seculo, sed coronaris à Christo, & pro certaminibus seculi coronaris. Nam etsi in cœlo præmium, hic tamen meritum præmii collocatur. Hæc ibi Ambrosius. Ex quo patet non esse recentem ecclesię adinuentionem, vt oleum sacrum baptismo misceatur. Verum vt rem adhuc multo vetustiorem esse ostendamus, citare oportet Dionysium Areopagitam Pauli Apostoli discipulum. Is enim in secundo capite Ecclesiasticæ hierarchię, de ritu huius sacramenti differens, ait: Deiformis quidam hierarchia incipit sacram vnctionem, sacerdotes autem in ipso perficiunt vnctionis ministrationem, ad sacros in typo eum qui perficitur agones euocãtes, secundum quos athleta Christo effectus est, quia vt Deus athletiæ conditor est, vt sapiens autem leges ipsius posuit. Hęc Dionysius. Quæ verba commentator aut illius expositor enarrans, ita ait: Solebãt athletæ agonizaturi vnguento odorifero & confortatiuo vngi, vt vnguenti lubricitas efficeret eos irretrahibiles, & non impedibiles ab aduersariis: & odor cerebrum, & per consequens sensus cõfortaret, & ipsius penetratio neruos & ossa irrigaret, & spiritus mortuos multiplicaret, & sic athletam roboraret. Hæc ibi. Hunc ergo ritum Romana tenet Ecclesia, non nouum, sed antiquum, & ab ipsis Apostolis ad nos vsque (vt ostendimus) deriuatum. Quod oleum si omitteretur, nihilominus, si cætera adessent, verus esset baptismus: quamuis sic illud præter vrgentem necessitatem omittens, peccaret. Apostoli enim sola aqua absque oleo baptizabant, vt patet ex Actibus Apostolorum. Nunc autem id fieri non liceret, ecclesia vetante. Quid ergo impii Vvaldenses murmurant, cùm oleum appositũ nihil baptismo nocere ostendatur? Qua propter obediendum erit consuetudini catholicæ ecclesiæ, quę à spiritu sancto regitur, maximè in sacramentis decernendis, administrandísque.

Damasce. *Ambro.* *Dionisius Areopagita.*

NOna hæresis est asserens pueros non egere baptismo ad deletionem peccati originalis, quia videlicet negat pueros ante baptismum vllum peccatum originale habere. Hic est error Pelagii, vt ait B. Augustinus libro de hæresibus, cap. 88. Est etiam Armenorum, vt illis impigit Guido Carmelita. Verum pro hoc errore expugnando infra commodior erit locus, cum videlicet de peccato agemus. Ostendemus enim tunc paruulos ante baptismum peccati originalis esse reos, & ob id gehennæ obnoxios. Quo facto manifestum euadet eos egere baptismo ad eiusdem peccati originalis deletionem. Sunt adhuc alii præter Pelagianos qui hunc eundem errorem, quamuis non eadem via, tutantur. Dicunt enim paruulos posse sine baptismo & sine martyrio saluari, non quidem propterea quod peccato originali carent, vt Pelagiani dixerunt: sed quia credunt fidem parentum, & eorum orationes, cum proposito baptizãdi illos, quum possibilitas adsit, esse satis ad salutem illorum spiritualem. Hunc errorem primus omnium quos noui, docuit Ioannes Vviclef, prout de illo narrat Thomas Vvalden. in libro de sacramẽtis cap. 96. In illo siquidem loco dicit Vviclefum asseruisse paruulos posse saluari sine baptismo aquæ, non tamen refert modum quo, iuxta Vviclefi sententiam, paruuli possint sine baptismo saluari. Ioannes Gerson nimia (vt suspicor) misericordia erga infantes affectus, dixit paruulos posse sine baptismo aquæ saluari per fidem & orationes parentum suorum, quando baptismus non est omissus, propterea quod illum parentes contempserunt, sed quia illud filiis præstare non potuerunt. Hanc Gersonis sententiam postea suscepit Thomas de Vio Cardinalis vulgò Caietanus dictus. Quis autem is sit superius cum de formatione Euæ ex costa Adæ disputarem, satis apertè declaraui. Sed ne fortè aliquis huic Caietano nimium deditus, existimet me hoc illi falso tribuere, ipsamet illius verba referam, quæ ille in commentario super tertiam partem sancti Thomæ, quæstione. 68. articulo secundo scripsit: In casu necessitatis, inquit ille, ad salutem puerorum sufficere videtur baptismus in voto parentum, præcipue cum aliquo exteriori signo. Et post aliqua verba iterum subdit: Paruulus ex baptismo fluminis, voto parentis suscepto saluaretur, si impossibile esset ipsum baptizari aqua. Debet autem in tali casu parens signo crucis infantem cum inuocatione trinitatis munire, sicque Deo offerre morientem, in nomine patris & filii & spiritus sancti. Et postea in commentario super articulum vndecimum hæc ait. In articulo vndecimo occurrit scribendum, & consequenter dicendum, sub correctione tamen, paruulos in maternis vteris periclitantes posse saluari, sicut superius diximus de infantibus qui non possunt baptizari. Posse autem saluari dico per sacramentum baptismi non in re, sed in voto parentum susceptum, cum aliqua benedictione prolis, seu oblatione ipsius ad Deum cum inuocatione trinitatis. Hactenus Caietanus. Neque propter hanc assertionem, quamuis sit hæretica, illum censeo fuisse hæreticum, quia non obstinato & pertinaci animo illam asseruit, sed illam dicens submisit se correctioni, prout constat ex verbis illius

Pelagius Armeni. *Ioan. vuicleph.* *Ioannes Gerson.* *Thomas de Vio.*

Ioan. 3. quæ proximè citauimus. Hanc ſententiam eſſe falſam & erroneam, apertè conuincunt verba illa Saluatoris: Niſi quis renatus fuerit ex aqua & ſpiritu ſancto non poteſt intrare in regnum dei. In quibus verbis multa ſunt annotanda. Primum eſt quod dicit eſſe neceſſarium renaſci illum qui debet intrare in regnum dei. At, qui nondum eſt natus, non poteſt eſſe renatus. Paruuli igitur qui in ventribus matrum exiſtentes nondum ſunt nati non poſſunt ex communi lege, ante talem natiuitatē eſſe renati, & per conſequens nec in regnum dei introire. Et hoc ipſum in illis verbis annotauit Auguſtinus in libro de baptiſmo paruulorū, cap. 13. ſic dicens: Oportet ergo naſci priuſquā quis renaſcatur. Sed ne lector hic erret, admonere illum decreui vt intelligat illum in hac parte dici natum, qui quouis modo prodiit in lucem, aut totus integer, aut membrum aliquod illius viuum. Nam ſi mortua matre ſecaretur venter illius, & infans intus videretur viuus, poſſet baptizari, quamuis nō eſſet plenè natus. Alterum in illis Chriſti verbis annotatione dignum eſt, talem regenerationem neceſſariam ad introitum regni dei, debere eſſe ex aqua & ſpiritu ſancto. Et inde conſequens eſt quod vbi aqua deeſt, non ſit perfecta regeneratio & ſufficiens ad introitum regni dei. Tertium denique in illis Chriſti verbis annotandum eſt, verba illa eſſe generaliter & ſine vlla exceptione dicta. Non enim de ſolis adultis loquutus eſt Chriſtus, ſed generaliter ſine paruulorum aut alicuius alterius exceptione dixit: Niſi quis renatus fuerit ex aqua & ſpiritu ſancto, non poteſt intrare in regnū dei. Vbi ergo lex non excipit, nec nos excipere debemus. Et quod illa Chriſti verba ſint etiam de paruulis perinde ac de adultis intelligenda, docet Auguſtinus ſæpe, præſertim in libro de baptiſmo paruulorum, ſic dicens: Paruuli etiam baptizati inter credentes reputantur per ſacramenti virtutem, & offerentium reſponſionem. Qui verò non ſunt baptizati, inter non credentes iudicantur, ex euangelio Ioannis: Niſi quis renatus fuerit ex aqua & ſpiritu ſancto non poteſt intrare in regnum dei. Hæc Auguſtinus, & citantur à Gratiano, in cap. Filius dei, de conſe. diſt. 4. Ecce qualiter Auguſtinus ex illis Chriſti verbis colligit paruulos non baptizatos non dici credentes, per hoc oſtendere volens illos fore damnandos, iuxta alia verba Saluatoris noſtri dicentis: Qui verò non crediderit, condemnabitur. Præterea, ex verbis Pauli quæ ad Titum ſcribit, Caietani & aliorum ſententia apertè conuincitur. Cum autem (inquit Paulus) benignitas & humanitas apparuit ſaluatoris noſtri Dei, non ex operibus iuſtitiæ quæ fecimus nos, ſed ſecundum ſuam miſericordiam ſaluos nos fecit per lauacrum regenerationis & renouationis ſpiritus ſancti, quem effudit in nos abūde per Ieſum ſaluatorem nōſtrum. Quibus verbis aperte docet Paulus ſalutem ſpiritualem nobis datam eſſe à Deo, non ex noſtris meritis, ſed ex meritis Chriſti. Et hanc non dicit eſſe datam ſolo verbo aut ſolo illius mandato ſine aliquo medio, ſed per lauacrum regenerationis & renouationis ſpiritus ſancti, hoc eſt, per baptiſmum in quo regenerati & renouati ſumus adueniente in nos ſpiritu ſancto. Nam ipſum baptiſmi ſacramentum appellat Paulus lauacrum regenerationis & renouationis ſpiritus ſancti: quia per illud ſumus à peccatorum maculis loti, & iterum poſt carnalem generationem ſpiritualiter generati, ac vetere homine depoſito renouati per ſpiritum ſanctum, vt nunc iterum reciperemus in baptiſmo nouitatem innocentiæ, quàm acceperamus in primo parente priuſquam peccaſſet. Et in epiſtola ad Epheſios eādem ſententiam iterum docet Paulus, dicens, Chriſtum dilexiſſe eccleſiam & ſeipſum tradidiſſe pro ea, vt illam ſanctificaret, mundando eam lauacro aquæ in verbo vitæ. In quibus verbis ſacramentum baptiſmum appellauit lauacrum aquæ in verbo vitæ, duas exprimens res ex quibus baptiſmus conficitur videlicet aquam & verbum vitæ, ſine quibus baptiſmus minime confici poteſt, Verbum vitæ hoc loco vocat Paulus inuocationem trinitatis, quàm baptizans facit, quum dicit: Ego te baptizo in nomine patris & filii & ſpiritus ſancti. Hoc itaque lauacro aquæ in verbo vitę Chriſtus mundauit eccleſiam. Et inde ſequitur, vt paruuli non baptizati, quia non ſunt hoc lauacro loti, non ſint mundi, neque regenerati, neque renouati, & per conſequens, ſi abſque baptiſmo moriantur, nunquam perueniant ad illam eccleſiam, quę eſt ſpeciоſa ſine macula & ruga, hoc eſt ad gloriam cœleſtem.

Auguſt.

Auguſt.

Mar. 16.

Tit. 3.

Epheſ. 5.

Rurſum, hæc ſententia conuincitur eſſe erronea teſtimonio Ioannis apoſtoli, qui in ſua prima catholica epiſtola declarans modum quo Chriſtus ad noſtrarum animarum ſalutem veniat, dicit: Hic eſt qui venit per aquam & ſanguinem Ieſus Chriſtus: non in aqua ſolum, ſed in aqua & ſanguine. Ecce audis Chriſtum veniſſe in aqua & ſanguine. Sed oportet inquirere quò venit. Nunquid de cœlo in vterum virginis ad noſtram carnem ſumendam? aut inde ad euangelii prædicationem? Minime: quoniam nihil illorum fecit per aquam & ſanguinem ſimul. Venit igitur ſic ad abluendas ſordes filiarum Sion in ſpiritu iudicii & ardoris, vt prædixerat Eſaias propheta. Talis autem ſordium ablutio erat peccatorum remiſſio nobis omnibus donāda per meritum Chriſti, qui pro nobis mortuus ex latere ſuo effudit aquam & ſanguinem. Et hanc ablutionem nunc etiam quotidie facit in his qui quotidie baptizantur. Nam de Chriſto ſaluatore noſtro dicitur quod ille ſit qui baptizat in ſpiritu ſancto & igne, quod non aliud eſt quàm quod ab Eſaia prædictū eſſe, nunc proxime diximus, quod ille abluit ſordes filiarum Sion in ſpiritu iudicii & ardoris. Sed pergamus & videamus huius ablutionis teſtimonia, quæ illo loco beatus Ioannes profert: Tres ſunt, inquit Ioannes, qui teſtimoniū dant in terra, ſpiritus, aqua, & ſanguis, & hi tres vnū ſunt. Quæ verba interpretās Beda in cōmentariis ſuper epiſtolas canonicas, ait: In nobis hæc vnum ſunt, non natura eiuſdē ſubſtātiæ, ſed eiuſdē operatione myſterii. Nā ſicut beatus Ambroſius ait: Spiritus mentem renouat, aqua proficit ad lauacrum, ſanguis ſpectat ad precium. Spiritus enim nos per adoptionem dei filios fecit, ſacri fontis vnda nos abluit, ſanguis domini nos redemit. Alterū ergo inuiſibile teſtimonium ſacramento conſequitur ſpiritali. Hactenus Beda. Ex cuius verbis conſtat Ioannē redarguere illos omnes qui dicunt paruulos poſſe ſine baptiſmo ſaluari, quia Ioannes dicit tres eſſe teſtes qui debent perfectum reddere teſtimonium animæ à ſordibus peccatorū ablutæ. At paruulis ſine baptiſmo mortuis deeſt vnus teſtis, videlicet aqua baptiſmi, ergo illi non ſunt cenſendi mundati.

1. Ioan. 5.

Eſa. 4

Matth. 3.

Bedæ.

A

B

C

Deinde,

Deinde, Ioannes dicit Christum venire ad nostram omnium salutem per aquam & sanguinem simul, & non per alterum illorum tantum: & inde sequitur, vt ad paruulos, quibus aqua baptismi deficit, nunquam Christus spiritualiter veniat.

Præter hæc scripturæ sacræ testimonia, sunt aliæ rationes fortissimæ, quę apertissimè cõuincunt hanc Caietani sententiam esse erroneam, Primò ergo hinc exordior, quòd nullus potest, neque vnquam potuit assequi gratiam, nisi pręueniente aliquo bono animæ affectu proprio, aut alieno, aut per viam sacra-
D menti, nisi cui fortè ex priuilegio aliquo particulari, Deus absque his tribus misericorditer concedere voluit, prout fuit Ioannes baptista, & Hieremias, & alii similes in ventre matris sanctificati. Paruuli in vteris matrum, aut post natiuitatem ante baptismum mortui, nullo istorum modorum iuxta legem cõmunem à Deo datam, potuerunt habere gratiam: ergo sine illa saluari non potuerunt: quoniam sine illa saluus esse non potest, propter id quod Paulus ait: Gratia Dei vita æterna. Per sacramentum aliquod *Rom. 6.*
non potuerunt habere gratiam, quia cùm baptismus sit ianua omnium sacramentorum, absente baptismo nullum aliud sacramentum potuit paruulis cõferri. Neque per proprium bonum suæ voluntatis motum potuerunt se disponere & præparare ad gratiam suscipiẽdam: quia cùm fuerint vsus rationis prorsus expertes, non potuerunt bonum aut malum suæ voluntatis habere motum. Solum iam restat inquirere an per merita aliorum, puta parẽtum vel aliorum, potuerint assequi gratiam. Sed hoc fieri non posse, inde conuincitur, quòd omnium theologorum concors sententia docet, nullum purum hominem posse alteri mereri primam gratiam, aut primam iustificationem, sine proprio aliquo voluntatis motu aut affectu ipsius iustificandi. Nam aliâs, amens in peccato mortali existens posset sine vlla sua pœnitentia iustificari, cuius contrarium docet Christus, dicens: Nisi pœnitentiam egeritis omnes simul pe- *Luc. 13.*
ribitis. Et idem definit Innocentius tertius in cap. Maiores, §. Verum, de baptismo & eius effectu. Et certe si quis posset paruulo mereri primam gratiam, eadem ratione posset mereri augmentum illius, imò multò facilius id facere posset, quum nulla tunc esset in eodem paruulo contraria dispositio ad gratiæ susceptionem. Et si quis fortè hoc concedere non veretur inde cogetur concedere, vt paruulus non baptisatus possit stante lege maiorem gratiam habere quàm baptizatus, vt puta si pro illo multi feruenter orent, & pro isto nullus. Nullum igitur est medium, per quod paruuli sine baptismo morientes pos-
A sent assequi gratiam, & per consequens vitam æternam: quia neque per sacramentum, neque per meritum suum vel alienum.

Præterea, si per orationes & oblationes, & alia id genus sacrificia posset paruulis periclitãtibus subueniri, eadem ratione posset per eadem media subueniri extra periculum existentibus: quia periculum mortis non facit, vt orationes & alia suffragia sint sacramentum, quod aliàs nõ fuisset sacramentum, nec potest maiorem vim ad impetrandum illis orationibus tribuere quàm antè habuissent. Et certè sacrilegii crimen videtur esse, si contendere aliquis vellet, haberi certitudinem salutis paruulorum, ex orationibus aut oblationibus parentum pro paruulis suis. Quia inde facile conuincet quisque tales orationes esse verum sacramentum, iuxta communem & veram sacramenti definitionem. At, audere aliud vocare verum sacramentum, præter illa septem quæ catholica agnoscit ecclesia, apertum est sacrilegium, & si quis illud pertinaciter defenderet, ob hoc solum diceretur hæreticus, iuxta cap. Ad abolendam, de hæreticis. Et hinc apertè etiam sequitur, vt nec Caietanus ipse, nec parentes paruulorum qui pro illis orant possint per illas orationes esse certi de salute ipsorum paruulorum, quia cùm orationes illæ siue oblationes non sint sacramentum, nihil certum potest haberi de illarum efficaci operatione ad salutem paruulorum. Rursum, si paruuli possent absque baptismo saluari, omnibus paruulis esset hæc gratia cõmunis, tam filiis infidelium quàm fidelium: quia nulla ratio est quæ magis pro istis quàm pro illis vrgeat. Nam eiusdem cõditionis & æquale est vtrorumque peccatum, neque magis de Deo sunt meriti: neque minus habent gratiæ impedimentum isti quam illi: & ita æquè illis & istis possent adhiberi sacramenta, & pro vtrisque possent ex æquo esse efficaces orationes iustorũ. Et re vera si paruuli in vteris matrum
B posset per orationes aliorum iustificari iuxta communem legem, iam nullum prorsus esset priuilegium Ioannis baptistæ & aliorum sanctorum qui in vtero matris fuerunt sanctificati, quia aliis omnibus id potuisset iuxta legem accidere, si alii pro illis, prout oportebat, orauissent. Deinde, si paruuli sine baptismo saluarentur, tunc extra ecclesiam esset salus, quod si quis fortè concedere non formidauerit, conuincetur statim authoritate concilii Lateranensis sub Innocentio tertio celebrati, quod capite primo suorum decretorum definiuit extra ecclesiam non esse salutem: Quæ definitio habetur in cap. Firmiter, de summa trinitate & fide catholica. Quæ autem ex illa Caietani sententia sequatur, esse salutem extra ecclesiam, inde facile quisque intelliget, si consideret quòd paruuli quos dicit sine baptismo esse saluos, sunt extra ecclesiam: quia non pertinent ad gregem Domini, cum non sint charactere illius signati. Et cum baptismus sit ianua per quam intratur in ecclesiam: qui ad baptismum nondum peruenerunt, non habent portam per quam potuerint ad illam intrare. Ecclesia etiam est congregatio omnium in Christo credentium, qui per vnam fidem Christi cõiungũtur, iuxta id quod dicit Hugo de sancto Victore, Per fidem accipimus vnionem, per charitatem autem viuificationem. At paruuli non baptizati, sunt nõ credentes, quia nec credunt actu, vt adulti: neque habitu vt paruuli baptizati. Nam Augustinus in libro de baptismo paruulorum ostendens discrimen inter paruulos non baptizatos, & eos qui baptismo Christi sunt loti, dicit hos esse credentes, illos verò non. Et citatur hæc Augustini sententia in cap. Filius dei, de
C consecratione, distinctione quarta.

Accedit ad hæc omnia, contra Caietani sententiam totius ecclesiæ consensus operibus & verbis apertissimis declaratus. Nunquam enim hactenus ecclesia pro paruulis sine baptismo decedentibus orauit, neque pro illis vllas vnquam fecit oblationes, neque illos ad ecclesiasticam admisit sepulturam,

quod absque dubio illa feciſſet, ſi illos ad ſe pertinere credidiſſet. Conſtat etiam hic perpetuus eccleſiæ
Dioniſius conſenſus ex teſtimoniis ſanctorum doctorum, qui etſi tempore diſiuncti, concordes tamen ſemper in hac fuere ſententia quòd paruulis ſit exhibendus baptiſmus. Dionyſius Areopagita capite vltimo Eccleſiaſticæ Hierarchiæ refert eccleſiam tẽpore Apoſtolorum recepiſſe infantes ad baptiſmum. Et idem poſtea fuiſſe factum ab eccleſia conſtat ex Cypriano in epiſtola octaua tertii libri,& ex Auguſtino in epiſtola vigeſimatertia. Cõſtat hoc idem ex Bernardo ſermone ſexageſimo ſexto ſuper Cantica. Et idem ad hunc vſque diem ſeruatum eſſe in eccleſia, conſtat ex ſcriptis illorum, qui fuerunt poſteriores,quos prudens nunc omitto cauſa vitandi faſtidii. At eccleſia nunquam infantibus ſanctum baptiſmum dediſſet, ſi putaſſet eos ſine baptiſmo ſaluari poſſe. Quoniam melius tunc fuiſſet differre illis baptiſmum vſque ad adoleſcentiam,in qua vſum rationis habentes ſuo arbitrio facerent,quod nunc faciunt ex alieno,& ſuo ore confiterentur fidem, quàm nunc aliena lingua fatentur. Nam (vt Auguſtinus docet in libro tertio de libero arbitrio,& ex re ipſa ſatis conſtat) maiorem gratiam aſſequitur in baptiſmo adultus qui rectè ſe parat ad illius ſuſceptionem,quàm paruulus qui ſine vlla animi ſui præparatione illud recipit. Et certè ſi hoc eſſet verum & efficax remedium, quod Caietanus ad ſalutem ſpiritualem paruulorum excogitauit, meritò argui poſſet eccleſia de ignorantia, quoniam per tot ſecula rem tantam & tam neceſſariam ignorauit. Quod ſi illam non latuit, multò rectius poterit accuſari de negligentia, propterea quod tale remedium nunquam paruulis adhibere curauit. Ego tamen corde ad iuſtitiam, & ore confiteor ad ſalutem, quod Eccleſia antequam Caietanus oriretur, non ignora- D
uit aliquid quod ad ſalutem animarum ſit vallidum & neceſſarium. Quoniam ſpiritus ſanctus deſcendens ſuper Apoſtolos, docuit illos omnem veritatem neceſſariam. Et inde conuinco talem Caietani ſententiam de ſalute paruulorum ſine baptiſmo decedentium, quàm hactenus Eccleſia ignorauit, non eſſe veram.

Conſtat etiam apertius Eccleſiæ perpetuus conſenſus ex teſtimoniis ſacrorum doctorum, qui omnes concordi ſententia docent,non ſolum dandum eſſe paruulis baptiſmum,ſed dicunt inſuper illos ſine baptiſmo ſaluari non poſſe.E quibus aliquot in medium proferam. Auguſtinus in libro ſexto Hypo-
Auguſt. gnoſticõn contra Pelagianos, hæc ait: Nouimus etiam paruulos, quibus vſus liberi arbitrii non eſt, vt de bonis aut malis eorum meritis iudicemus, parentum manibus ad gratiam ſacri baptiſmatis deportatos,& cum in vno eorum per manus ſacerdotis myſterium fidei adimpleretur,aliquoties alterum in parentum manibus factum exanimem,fraudatum gratia Saluatoris.Quis ſapiens & intelligens hæc? Aut quis idoneus erit horum reddere rationem? Dicamus cum Dauid,Iuſtus dominus in omnibus viis ſuis, & ſanctus in omnibus operibus ſuis.Et,Quàm magnificata ſunt opera tua Domine, nimis profũdæ fa-
*Pſal.*144. ctæ ſunt cogitationes tuæ.Dicamus etiam cum Apoſtolo Paulo,O altitudo diuitiarũ ſapientię,&ſcien-
*Pſal.*90 tię dei,quàm incomprehẽſibilia ſunt iudicia eius,& inueſtigabiles viæ eius.Hęc Auguſtinus.In quibus
*Roma.*11. verbis præter id quod ait,paruulum non baptizatum,quamuis à parẽtibus deportatum ad baptiſmum, fraudatum fuiſſe gratia dei, reſpondet argumẽto quod faciũt huius ſententiæ autores,qui paruulis non baptizatis ſalutem dari poſſe conantur.Dicunt enim hoc ſpectare ad miſericordiam Dei,& congruam eſſe illi, vt paruulis non baptizatis aliquod remedium daret, quaſi Deus crudelis eſſet dicendus,ſi nullum illis ad ſalutem remedium reliquiſſet. Sed iſtis reſpondet humiliter Auguſtinus, ſuam fatendo i- A
gnorantiam, & iſtarum rerum occultarum ſententiam iudicio dei relinquendo, credens ſemper quicquid Deus fecerit, iuſte factum fuiſſe, neque propter hoc aut quoduis aliud Deum eſſe dicendum cru-
Greg. delem. Gregorius libro ſeptimo regiſtri, epiſtola. 53. hæc ait: Illud incertum non eſt, quia niſi ſacri ba-
Iſidorus. ptiſmatis gratia fuerit renatus homo, omnis anima originalis peccati vinculis eſt obſtricta. Iſidorus libro ſecundo de Eccleſiaſticis officiis cap. 24. ita ait: Profectis autem ætate baptiſmum vel purgationem originalis noxæ vel ad ablutionem actualis peccati proficere creditur: paruulis autem, vt ab originali peccato abluantur, quod ab Adam prima natiuitate contraxerunt. Qui ſi priuſquam ex aqua & ſpiritu ſancto regenerentur, tranſierint, proculdubio à ſaluatore noſtro Chriſto alienati ſunt, teſtante
*Ioan.*3. Domino, Niſi quis renatus fuerit ex aqua & ſpiritu ſancto, non poteſt videre regnum Dei. Hæc Iſido-
Beda. rus, quę verba Saluatoris ita de paruulis ſicut de adultis dicta eſſe cenſet. Idem facit Beda qui in libro primo ſuper cantica Salomonis tractans de erroribus Pelagii,hæc ait: Quod dicit,eum qui pius eſt non damnaturum eſſe hominem, pro eo quod vitare non potuit, contradicit eiuſdem pii redemptoris & iuſti iudicis ſententiæ, qua etiam de paruulis ait: Niſi quis renatus fuerit ex aqua & ſpiritu, non poteſt videre regnum Dei. Hæc Beda. Potuiſſem pro hac re plura ſanctorum virorum proferre teſtimonia, ſed nolui id facere, ne faſtidientem lectorem ad nauſeam prouocarem. Nam iſta quæ iam protulimus ſatis ſunt ad conuincendum Gerſonis & Caietani ſententiam, præſertim cum illi omnes ſacri doctores non ex ſuo cerebro locuti ſint, ſed ex ſententia Saluatoris, quàm de omnibus hominibus tam paruulis quam adultis intelligendam eſſe aſſerunt. Sed, vt nihil deſit quod hanc ſententiam B
plenè confirmet, apertam de hac re eccleſiæ definitionem proferre decreui, per aliquod probata concilia declaratam. Concilium Mileuitanum (vt ferè omnibus conſtat) definiuit neceſſarium eſſe baptiſmum ad peccati originalis remiſſionem obtinendam. Et ne quis huic definitioni contradicere audeat,propterea quòd concilium illud fuerit prouinciale,profero ſententiam quam ad eiuſdem concilii confirmationem Zozimus papa eo tempore dedit, quæ etſi in volumine conciliorum non habeatur,
Auguſt. Auguſtinus tamen in epiſt. 157. quæ eſt ad Optatum,partem illius citat, hæc dicentem: Per filium Dei
Zozimus renaſcimur ſpiritualiter,per ipſum crucifigimur mundo: ipſius morte morris ab Adam omnibus nobis
papa. introductę,vniuerſæ animæ illud propagatione contractũ chirographum rumpitur, in quo nullus omnino natorũ antequam per baptiſmum liberetur,non tenetur obnoxius. Hæc Zozimus papa apud Auguſtinum,

guſtinum, qui vt oſtenderet, quanti hanc pontificis Romani definitionem æſtimauerit, ſtatim poſt illa Zozimi verba, hæc quæ ſequuntur, addidit: in his verbis apoſtolicæ ſedis, tam antiqua atque fundata certa & clara eſt catholica fides, vt nefas ſit de illa dubitare Chriſtiano. Hęc Auguſtinus. Deſinant ergo aſſerere paruulos ſine baptiſmo poſſe ſaluari, aut certè intelligant ſe minimè ab Auguſtino pro Chriſtianis habendos. Concilium Florentinum ſub Eugenio. 4. celebratum bis de hac re ſententiam dedit. Nam in inſtructione illa de ſacramentis data Armenis, per hæc verba definit: Cum propter hominem mors introierit in vniuerſos, niſi ex aqua & ſpiritu ſancto renaſcamur, non poſſumus, vt inquit veritas, *Concilij* in regnum cœlorum introire. Et in definitione de libris Canonicis, apertius hanc definiuit doctrinam, *Florẽtini* C ſic dicens, Circa pueros verò propter periculũ mortis, quod poteſt ſæpe contingere, cum ipſis non poſſit alio remedio ſubueniri; niſi per ſacramentum baptiſmi, per quod eripiuntur à diaboli dominatu, & in dei filios adoptantur, admonet non eſſe per quadraginta aut octoginta dies ſeu aliud tempus iuxta quorundam obſeruantiam ſacrum baptiſma differẽdum, ſed quamprimum fieri poteſt, debet conferri, ita tamen quòd mortis imminente periculo mox ſine vlla dilatione baptizẽtur etiam per laicos. Hactenus Concilium Florentinum. Denique Concilium Tridentinum ſexta ſeſsione capite quarto, hæc ait: Quibus verbis iuſtificationis impii deſcriptio inſinuatur, vt ſit trãſlatio ab eo ſtatu, in quo homo naſcitur filius primi Adæ, in ſtatum gratiæ & adoptionis filiorum dei, per ſecundum Adam Ieſum Chriſtum *Ioan. 3.* ſaluatorem noſtrum. Quæ quidem tranſlatio, per euangelium promulgatum, ſine lauacro regenerationis, aut eius voto, fieri nõ poteſt, ſicut ſcriptum eſt: Niſi quis renatus fuerit ex aqua & ſpiritu ſancto non poteſt introire in regnum dei. Hæc Concilium Tridentinum. Supereſt iam vt reſpondeam his quæ nobis obiicit Caietanus ad ſuæ ſententię confirmationem. Primò itaque arguit Caietanus ex hoc quod baptiſmus ſucceſſit circunciſioni, & per illam fuit figuratus. At circunciſio non fuit in lege Moſaica tam neceſſaria paruulo, vt ſi ille ante octauum diem moreretur, non poſſet ſine illa ſaluari: ergo nunc ſi paruulus ſine baptiſmo moriatur, quia non potuit illi dari, poterit etiam ſine illo ſaluari.

Fatemur quidem baptiſmum ſucceſſiſſe circunciſioni: quia id Paulus docere videtur ad Coloſſ. 2. & multorum patrum confirmatur teſtimoniis, & tandem pro certo definitum eſt in cap. Maiores, de baptiſmo & eius effectu. Sed firmiter negamus paruulum Iudæum ante octauum diem mortuum, ſine circunciſione poſſe ſaluari, quia eſt contra ſacram ſcripturam dicentem: Maſculus cuius caro præputii cir- *Gene. 17.* D cunciſa non fuerit, delebitur anima illa de populo ſuo, hoc eſt in libro viuẽtium non ſcribetur, nec connumeratur in populo dei. Nam ob hanc ſolam cauſam (vt ſacri doctores interpretantur) Salomon dicit *Prouer. 4* ſe fuiſſe filium vnigenitum matris ſuæ, quamuis (vt Regum narrat hiſtoria) alium illo maiorem peperit *2. Reg. 12* Berſabe mater ſua, quem ex adulterio conceperat. Sed quia ante circunciſionem mortuus fuit, non habet magis nomen apud Deum quàm ſi non fuiſſet genitus, neque connumeratur in populo dei. Quæ cum ita ſe habeant, argumentum Caietani facillimè poteſt in illum retorqueri, multò fortius quàm ille contra nos illud torſerat. Si olim iuxta legem Moſaicam non poterat paruulus incircunciſus ſaluari, ergo neque nunc iuxta legem euangelicam poterit ſaluari paruulus ſine baptiſmo decedens, quia eodem modo ſonant vtriuſque legis verba, & eandem prorſus vim habent. De qua re extat expreſſa & aperta eccleſiæ definitio in capite, Maiores, de baptiſmo & eius effectu, vbi hæc verba habentur: Sicut enim ſine diſtinctione qualibet Moſaica lex clamabat, Anima cuius præputii caro circunciſa non fuerit, peribit de populo ſuo: Ita nunc indiſtinctè vox intonat euangelica, Niſi quis renatus fuerit ex aqua & ſpi- *Ioan. 3.* ritu ſancto, non intrabit in regnum Dei, ab hac generalitate nec ſexum, nec ætatem excludens. Hæc in illo capite Maiores. In quibus verbis multa contra Caietanum annotare oportet. Primum eſt quod dicit in illis Chriſti verbis nullum ſexum eſſe exceptum, nullam ætatem eſſe excluſam, ergo nec paruuli excipiuntur ab illa Chriſti ſententia, Niſi quis renatus fuerit, &c. Alterum annotatione dignum eſt, quod ad eundem modum dicit olim contigiſſe in lege Moſaica circa circunciſionem: quia de illa dicit, ſine vlla diſtinctione damnatum eſſe, Anima cuius caro præputii circunciſa non fuerit, peribit de po- *Gene. 17.* A pulo ſuo. Cùm ego hæc diligenter inſpicio, mirari non deſino qua temeritate Caietanus fuerit auſus dicere probabiliorem eſſe opinionem quæ ait, paruulum Iudæum ante octauum diem ſine circunciſione mortuum, ſaluum fuiſſe per benedictionem aut oblationem aliquam. Certè ego non poſſum intelligere quomodo aliquis poſſit abſque temeritate aut aliqua alia peiori nota dicere aliquam opinionem eſſe probabiliorem quàm illa contraria quę eſt per eccleſiam definita. Secundò obiicit nobis Caietanus martyrium paruulorum, quod ſine alio baptiſmo poteſt paruulis prodeſſe ad ſalutem. Fateor quidem martyrium pro baptiſmo valere ad ſalutem, & vicem illius tenere vt Auguſtinus in libro de fide ad Petrum ait, cui conſentit Iſidorus libro. 2. de Eccleſiaſticis officiis, cap. 24. & Bernardus epiſtola. 77. & tota hoc docet catholica Eccleſia. Nam Chriſtus ipſum martyrium appellauit baptiſmum quando duobus fratribus, Zebedæi filiis dixit: Poteſtis bibere calicem quem ego bibiturus ſum, & baptiſmo quo *Matt. 20.* ego baptizor, baptizari? Baptiſmum hic dixit ſanguinis effuſionem vſque ad mortem. Fateor etiam paruulos poſſe aſſequi martyrii palmam & meritum, vt rectè Beatus Thomas aſſerit, & tota conſentit eccleſia. Nam illorum infantum pro Chriſto occiſorum ſolennia feſta celebrat eccleſia, & illorum *22. q. 124. artic. 1.* mortem martyrium vocat Hylarius ſuper Matthæum, & Auguſtinus in quodam ſermone de Epiphania. Et hoc non paruum eſt paruulorum priuilegium, vt effuſio ſanguinis propter Chriſtum, quamuis non ſit per voluntatem ſuam accepta, vicem gerat baptiſmatis, & idem prorſus operetur in illis, quod operatur aquæ baptiſmus ſi illis fuiſſet exhibitus. Quam ergo martyrii palmam adulti per ſuam voluntatem aſſequuntur, eam paruuli ex Dei gratia & priuilegio ſunt adepti. Sed non inde colligere licet, vt ſicut martyrium vicem baptiſmatis gerit, ita etiam orationes parentum aut oblationes virtutem baptiſmatis teneant, & illius vices ſupplere poſſint. Nam tam longè vnum ab alio diſtat, vt nulla ſit inter il-

B

la duo comparatio. Tertio obiicit Caietanus, quod paruuli essent omni prorsus remedio destituti, si non possent moriẽtes sine baptismate saluari, quod esset nimis crudele, & diuinæ misericordiæ minimè cõueniens. Huic obiectioni ego respondere potero id quod Augustinus libro sexto Hypognosticôn respondit huiusmodi querelis, sic dicens: Sed si adhuc hac reddita ratione vultis esse contentiosi, nec acquiescere veritati, nobis tamen eo quòd male de Deo iusto ac misericordissimo sentiamus, calumniari desinite: sed ipsum potius dominum Iesum Christum, cuius euangelium sequimur, si audetis arguite, cum illo iurgium sumite litigandi: illi quod absit, male sensisse de Deo patre suo, calumniamini, qui ait: Multi sunt vocati, pauci verò electi. Et, Nemo potest venire ad me, nisi pater qui misit me, traxerit eum. Et, Nemo potest venire ad me, nisi datum ei fuerit à patre meo. Hæc Augustinus. Potest etiam aliter responderi negando paruulos esse relictos sine remedio, quando non possunt pertingere ad baptismum: quia martyrium potest (vt dixi) supplere vicem baptismi. Deinde, orationes parentum, & si non sufficiant ad iustificationem paruulorum, poterunt tamen prodesse vt merito illarum Deus paruulos incolumes seruet, quousque baptismum percipere possint, quos aliàs Deus non esset seruaturus. Et ob hanc causam prudenter agerent parentes, si postquam mulier certo se prægnantem agnoscit, orent pro fœtu, & pro illo oblationes faciant, vt Deus illum incolumem vsque ad baptismum seruet. Contra hãc hæresim scripsit olim paucula quædam Thomas Vvalden. in libro de sacramentis capite. 96. A quo nihil in hac mea disputatione assumpsi, propterea quod aliqua testimonia quæ ille ex Augustino solo citat, parum proposito seruiunt, reliqua uerò sunt mendosissime citata non ex culpa autoris quem scio fuisse virum doctissimum, sed ex vitio scriptorum & impressorum qui sæpe ea quæ verissime scripta sunt, mendosissime transferunt.

Auguſt. *Matt.* 22. *Ioan.* 6.

C

DEcima de hac re hæresis est quæ cum præcedenti quasi ex diametro pugnat, quia baptismi necessitatem tantam esse asserit, vt adultum hominem, qui non propter contemptum, sed propter impossibilitatem sine baptismo ab hac vita migrauit, saluari non posse contendat, quamuis tunc optauerit baptizari, & toto fuerit corde tunc ad Deum conuersus. Quisnam fuerit huius hæresis doctor aut prædicator, ego hactenus scire non potui: scio tamen ex Bernardo, epist. 77. & ex Hugone libro secundo de sacramentis, parte. 6. cap. 7. hanc hæresim tempore suo aliquem habuisse patronum, cuius nomen illi subticuerunt. Sit licet quiuis huius assertionis patronus, eam tamen esse hæreticam multis apertissimisque argumentis conuincemus. Illud certè imprimis est manifestum quod dominus per Ezechielem prophetam ait: Impietas impii non nocebit ei in quacunque die conuersus fuerit ab impietate sua. At si præter illam conuersionem ad Deum esset adhuc necessaria ad iustificationem corporalis susceptio baptismi, falsum esset quòd impietas impii non nocebit ei, in quacunque die conuersus fuerit ab impietate sua. Et per Zachariam prophetam iterum ait Deus: Conuertimini ad me, & conuertar ad vos. Si conuersio ad Deum non esset satis, iam Deus non staret promissioni suæ, qua promisit conuerti ad nos, si conuerteremur ad ipsum. Fortè hic respondebit huius hæresis patronus dicens, eo tempore non esse datum præceptum de baptismo, & propterea modo non sufficere ad iustificationem, solam conuersionem sine baptismo, quæ tunc fuisset satis. Sed nunquid tunc non erat ita necessaria circuncisio, sicut nunc baptismus? Sicut enim nunc dicitur, Nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu sancto, non intrabit in regnum cœlorum: ita tunc dicebatur, Anima cuius caro præputii circuncisa non fuerit, peribit de populo suo.

Ezech. 33 *Zach.* 2. *Ioan.* 3 *Gene.* 17.

D

Statuamus ergo fuisse aliquem Iudæum adolescentem incircuncisum mortuum, quem omnium suorum peccatorum perfectè pœnituit, qui non propter contemptum, sed propter solam necessitatem omisit circuncisionem, & de hoc interrogo an fuerit iustificatus & saluus, an non? Si dicas illum non fuisse saluum, ergo Deus non fecit iuxta prædictas promissiones suas quas dedit per ora Ezechielis & Zachariæ prophetarum suorum. Hoc autem si quis diceret, esset apertè blasphemus. Si verò quis dicat (prout dicere oportet) illum Iudæum tunc fuisse saluum, consequenter cogetur etiam fateri illum qui nunc plenè ad Deum conuersus, & baptismum affectans sine baptismo moritur, esse saluum: quia Deus dixit, impietatem impii non nocituram ei, in quacunque die ille fuisset conuersus ad eum. Non dixit, in hac aut illa die, sed in quacunque. Et confirmatur hoc argumentum testimonio Pauli in ea quæ est ad Romanos epistola, sic dicentis: Si igitur præputium legis iustitias custodiat, nónne præputium illius in circuncisionem reputabitur? Et paucis interpositis subdit: Non enim qui in manifesto Iudæus est, neque circuncisio quæ est in manifesto & in carne est, sed qui in abscondito Iudæus est: & circuncisio cordis in spiritu non litera, cuius laus non ex hominibus, sed ex Deo est. Quæ verba interpretans Haymo in Commentariis super epistolas Pauli ait: Qui tantummodo genere & nomine est Iudæus, & circuncisionem carnaliter obseruat, non placet Deo, neque meretur laudari ab illo, quanquam ab hominibus laudetur. Qui verò in occulto, in corde est Iudæus, id est confitens Christum, & in corde est circuncisus ab omni infidelitate, & ab omni mala voluntate & cogitatione, placet deo, & meretur laudari à Deo, audiens ab illo: Euge serue bone & fidelis, intra in gaudium domini tui. Hæc Haymo. Quæ autem dicit Paulus de circuncisione occulta quæ est in corde, eadem prorsus dicere oportet de baptismo occulto in solo corde susceptо: quoniam baptismus succesit circuncisioni. Rursum in eadem epist. Paulus ait: Corde creditur ad iustitiã, ore autem confessio fit ad salutem. Ecce audis Paulum docentem fidem dare iustitiam, quod non de omni fide intelligendum est, sed de illa sola quæ (vt idem Paulus ait) per dilectionem operatur. Si quis igitur hoc modo perfectè crediderit, iustus dicetur, quamuis actu baptismum non suscipiat: quia sic credens affectum baptismi habet talem, quod si possibilitas adesset: statim susciperet. Hic autem affectus quando non potest habere operis executionem, ita bene acceptatur à Deo, & æstimatur ab illo, ac si opus ipsum fuisset exhibitum. In cuius rei testimonium est quod

Rom. 2. *Haymo.* *Roma.* 10

A

Paulus

Paulus Corinthiis ſcribens, adhortatur eos ne plura quàm poſſent, in pauperum ſubuentionem conferrent, ſed ſatis eſt ſi donent quod poſſunt: quia Deus non amplius ab illis exigit. Sic enim ait: Si enim voluntas prompta eſt ſecundum id quod habet, accepta eſt, non ſecundum id quod non habet. Ac ſi apertius dixiſſet: illa voluntas grata eſt Deo, quæ iuxta id quod poteſt, eſt facere parata: neque Deus exigit ab aliquo vt faciat quod non poteſt. Ex quibus Pauli verbis videtur mihi traxiſſe originem ea ſen- 2. Cor. 8.
B tentia, quæ iam in prouerbium tranſiit: voluntas pro facto reputatur. Quæ ſententia tunc ſolum eſt vera, quando quis non poteſt opere perficere id quod voluntas appetit. Nam alias quando facere poteſt quod optat, & non facit, tunc voluntas illa apud Deum non reputatur tantum, quantum ſi opus perfeciſſet. Deus enim qui eſt ſcrutator cordium, & ponderator ſpirituum, optimè nouit voluntatem illam quæ non exequitur, quum poteſt, id quod optat, eſſe nimium tepidam & remiſſam, & ideo illam minus æſtimat. Voluntatem autem illam, quæ ob id ſolum non procedet ad opus, quia non poteſt, acceptat, & habet in eo precio, quo haberet, ſi opus ipſum perfeciſſet. Et inde apertè ſequitur vt voluntatem baptiſmi Deus pro baptiſmo acceptet, in eo qui baptizari non potuit, ſi tamẽ plenè credidit, & fuit ad Deum conuerſus. Ideo Bernardus in epiſtola. 77, de hac re loquens eleganter dicit: Legimus, omnis qui odit fratrem ſuum homicida eſt. Et item, Qui viderit mulierem ad concupiſcendum eam, iam mœchatus eſt in corde ſuo. Quid planius quod voluntas pro facto reputatur, vbi factum excidit neceſsitas? Niſi *Bernar.*
fortè putetur in malo, quàm in bono efficacior inueniri voluntas apud Deum, qui charitas eſt, & prom- 1. *Ioan.* 3.
ptior eſſe ad vlciſcendum quàm ad remunerandum miſericors & miſerator Dominus. Hęc Bernardus. *Matt.* 5
Deinde, martyrium pro Chriſto ſuſceptum ſupplet vicem baptiſmi, ergo fides integra cum voto ſuſcipiendi baptiſmum, ſupplebit etiam vicem baptiſmi. Aſſumptum huius collectionis tota Eccleſia catholica fatetur, & docet, quia licet martyres Chriſti non ſint propter martyrium expreſſe excepti ab illa generali locutione: Niſi quis renatus fuerit, &c. alibi tamen eſt hoc illis à Deo ſpecialiter conceſſum, quum Chriſtus dixit: qui me confeſſus fuerit coram hominibus, confitebor & ego eum coram patre meo. Martyrem ergo, quia Chriſtum confeſſus eſt coram hominibus, idem Chriſtus promittit ſe cõfeſſurum coram patre ſuo. Hoc autem priuilegium non habet martyrium aliunde niſi ex ſola fide: quia fi-
C de ſecluſa martyrium non eſt niſi ſola pœna, quæ ex ſe non eſt tanti apud Deum valoris. Si fides eſt ſola vnde habet priuilegium martyrium, vt vicem baptiſmi ſupplere poſſit: ergo fides illa completa quæ per dilectionem operatur, ſupplebit etiam vicem baptiſmi ad ſalutem animæ acquirendam, quia etiam de illa ſpecialiter dictum eſt à Chriſto ſaluatore noſtro: Qui credit in me, habet vitam æternam. Et fortè ob hanc cauſam (vt Bernardus ait) Saluator noſter poſtquam dixerat: Qui crediderit & baptizatus *Mar.* 16
fuerit, ſaluus erit: poſtea non repetiuit, Qui verò baptizatus non fuerit, ſed tantum dixit: Qui verò non crediderit, condemnabitur. Per quod innuere voluit aliquando ſolam fidem ſufficere ad ſalutem, & ſine illa ſufficere nihil. Accedit ad hæc omnia quod Eccleſia à ſpiritu ſancto ſemper edocta, Cathecumenis poſtulantibus baptiſmum, & ad illum ſuſcipiendum perfectè diſpoſitis, continuo illum præſtaret, & nunquam differret vſque ad ſtatuta tempora, niſi certiſsime crederet illam baptiſmi ſuſcipiendi voluntatem ſatis eſſe illis ad iuſtificationem, & per conſequens ad introitum regni Dei, ſi neceſsitate cogente fuiſſent morte præuenti, & ſine baptiſmo mortui. Nam alias iniuriam magnam feciſſet illis Cathecumenis Eccleſia differendo illis baptiſmum: quia ſic faciens obiiciebat illos maximo periculo, ſi fortè occurriſſet caſus, quo morte præoccupati, ſine baptiſmo decederent. Quot enim poſſunt caſus occurrere ad mortem ſubitaneam, tot imò plures poſſunt illos à baptiſmi ſuſceptione diu deſiderata impedire.

Præter has omnes rationes, ſunt etiam multorum ſacrorum virorum teſtimonia in hanc ſententiam conuenientia, quibus nullus hactenus ex ſacris viris contradixit. Ambroſius in libro de morte Valentiniani de illo loquens, hæc ait: Quem regeneraturus eram, amiſi. Verũtamen ipſe gratiã quàm popoſcit, *Ambro.*
D non amiſit. Hæc Ambroſius de Valẽtiniano, qui ſine baptiſmo quem petierat, mortuus eſt. Auguſtinus *Auguſt.*
eidem ſententiæ fauet ex animo in pluribus locis, præſertim libro. 4. de baptiſmo cõtra Donatiſtas cap. 22. vbi hæc ait: Baptiſmi vicem aliquando implere paſsionem, de latrone illo cui non baptizato dictum eſt, Hodie mecum eris in paradiſo: non leue documẽtum beatus Cyprianus aſſumit. Quod etiam atque etiam conſiderans, inuenio non tãtum paſsionem pro nomine Chriſti id quod ex baptiſmo deerat poſſe ſupplere, ſed etiam fidem conuerſionémque cordis, ſi fortè ad celebrandum myſterium baptiſmi in anguſtiis tẽporum ſuccurri non poteſt. Hæc Auguſtinus. In quibus verbis admoneo lectorem circa exemplum illud de latrone quem modo dixit non fuiſſe baptizatum, nec ex hoc loco perſuadeatur latronem ſine baptiſmo deceſsiſſe: Nam idem Auguſtinus poſtea lib. 2. retractationum, cap. 18. retractauit hoc exemplum quod propoſuerat de latrone tanquam minus idoneum ad prædictam ſententiam comprobandam, propterea quòd incertum eſt an latro ille fuerit baptizatus, an non. Sententiam tamen illam de baptiſmo inuiſibili quod ſit ſufficiens ad ſalutem, quando viſibilis baptiſmus ſuſcipi non poteſt, non ſolum non recantat, ſed illam confirmat. Et in quæſtionibus ſuper Leuiticum, quæſtione. 84. poſtquam præmiſit aliquos quos ſcriptura cõmemorat inuiſibiliter tantũmodo ſine aliquo exteriori ſigno ſanctificatos, tandem hæc verba ſubnectit. Ex his colligitur aut inuiſibilem ſanctificationem quibuſdam af- *Auguſt.*
fuiſſe & profuiſſe ſine inuiſibilibus ſacramentis, quę pro temporum diuerſitate mutata ſunt, vt alia tunc fuerint, & alia modo ſint. Et paucis interpoſitis ſubdit: Nec tamen viſibile ſacramentum omnino contemnendum, nam contemptor eius inuiſibiliter ſanctificari non poteſt. Hęc Auguſtinus. In quibus ver-
A bis id annotare oportet quod dicit illum priuari fructu baptiſmi, qui contemnit, non autem qui nequit ſuſcipere ſacramentum. Iſidorus libro. 2. de officiis Eccleſiaſticis, cap. 24. huic ſententiæ ſubſcribit, ſic I *ſidorus.*
dicens: Tria ſunt autem genera baptiſmi, quorum primum eſt quo ſordes peccatorum per regene-

rationis lauacrum abluuntur. Secundum, quo quis ſanguine ſuo per martyrium baptizatur. Eſt autem tertium baptiſma lachrymarum, quo laborioſius tranſigitur, ſicut ille qui per ſingulas noctes ſtratum
Pſal.6 ſuum rigauit, qui imitabatur conuerſionem Manaſſe, & humilitatem Niniuitarum, per quam miſeri-
Ionæ.2. cordiam conſecuti ſunt. Qui imitabatur publicani illius orationis in templo, ſtantis à longe, & percu-
Luc.18 tientis pectus ſuum, quique nec auſus fuit oculos ad cœlum eleuare. Hæc Iſidorus, qui ſatis apertè aſſerit veram pœnitentiam pro baptiſmo reputari ad ſpiritualem pœnitentis ſalutem. A

Bernardus eandem docet ſententiam in epiſtola. 77. quæ eſt ad Hugonem de ſancto Victore, ſic dicens: Quemadmodum is qui alieno debito ſe teneri fortè in extremis poſitus recolit ſi deſit vnde perſoluat, ſola nihilo minus pœnitentia & cordis contritione obtinere veniam creditur, ne iam pro eo dānetur: ſic ſola fides & mentis ad Deum cōuerſio ſine effuſione ſanguinis, & ſine perfuſione aquæ, ſalutem ſine dubio operatur volenti, ſed non valenti, prohibente articulo mortis, baptizari. Et ſicut nulla illi pœnitentia remittitur peccatum, ſi cùm poſsit, non reſtituit ablatum: ſic & huic nulla proderit fides,
Bernar. ſi cum poſsit non percipit ſacramentum. Hæc Bernardus. Hanc eandē ſententiā docent Hugo loco ſuperius citato, & Petrus Lōbardus lib. 4. ſententiarū, diſt. 4. Præter hæc omnia ſanctorum virorum tam
Innocentius tertius clara teſtimonia, extat etiam aperta de hac re Eccleſiæ definitio. Nam Innocentius papa huius nominis tertius de hac re interrogatus ab epiſcopo Cremonenſi, per hæc verba reſpondet: Inquiſitioni tuæ taliter reſpondemus, presbyterum quem ſine vnda baptiſmatis extremum diē clauſiſſe ſignificaſti, quia in ſanctæ matris Eccleſiæ fide, & Chriſti nominis confeſsione perſeuerauit, ab originali peccato abſolutum & cœleſtis patriæ gaudium eſſe adeptum aſſerimus incunctanter. Hæc Innocentius: & habētur in B
Cōcilium Tridētinū cap. A poſtolicam, de presbytero non baptizato. Denique Concilium Tridētinum ſub Paulo tertio celebratum, ſeſsione ſexta cap. 4. definitionem iuſtificationis aſsignans, hæc ait: Quibus verbis iuſtificationis impij deſcriptio inſinuatur, vt ſit tranſlatio ab eo ſtatu in quo homo naſcitur filius primi Adæ, in ſtatum gratiæ & adoptionis filiorum Dei, per ſecundum Adam Ieſum Chriſtum ſaluatorem noſtrum. Quæ quidem tranſlatio, poſt euangelium promulgatum, ſine lauacro regenerationis, aut eius voto, fieri non poteſt, ſicut ſcriptum eſt: Niſi quis renatus fuerit ex aqua & ſpiritu ſancto, non poteſt introire in
Ioan.3. regnum Dei. Hæc concilium Tridentinum. In quibus verbis id potiſsimum annotare oportet, vbi ait, iuſtificationem non poſſe fieri ſine lauacro, aut eius voto. Nam addens, aut eius voto, ſatis apertè, declarauit nō eſſe neceſſarium re ipſa ſuſcipere baptiſmum, ſed ſatis eſſe ad iuſtificationem votum baptiſmi, quando non ex contemptu, ſed ex ſola neceſsitate baptiſmum omittit. Sed quia quum hæc ſententia in
Auguſt. concilio illo decerneretur, aliqui erāt, quamuis pauci & minus docti, quibus hæc definitio nō placebat, oportet illorum obiectionibus reſpondere. Primò nobis obiiciunt Auguſtinum, libro de Eccleſiaſticis, dogmatibus cap. 74. dicentem: Nullum cathecumenum quamuis in bonis operibus defunctum vitam æternam habere, excepto martyrio vbi tota baptiſmi ſacramenta complentur. Sed huic obiectioni nos facile reſpondemus negādo illud opus eſſe Auguſtini, prout multi alij ante me hoc negauerunt dicentes illud eſſe Gennadij. Et certè cum ex aliis multis, tum etiam ex hoc loco perſuadetur librum illum non eſſe Auguſtini: quia non eſt credendum Auguſtinum fuiſſe adeò ſui oblitum, vt in iſto libro, & in aliis ſuprà citatis ſententias tam apertè contrarias ſcripſerit, præſertim cum non recantauerit in po- C
ſteriori libro, nec mentionem vllam fecerit eorum, quæ dixerat in priori. Si liber ille (vt multi putant) habet Gennadium authorem, parum vrgebit illius teſtimonium, quia ille non eſt tantæ æſtimationis, vt ſuæ authoritatis pondere nos premere valeat. Secundò obiiciebant in Concilio Tridentino illi quos
Act.10. dixi, de Centurione illo Cornelio, cui antequam de fide Chriſti fuiſſet edoctus, angelum dixiſſe aſſerebant: Mitte in Ioppen, & accerſi Simônem qui cognominatur Petrus, qui loquetur tibi verba in quibus ſaluus eris tu, & vniuerſa domus tua. Si in his quæ Petrus erat illi dicturus, ſaluandus erat Cornelius & tota domus eius, ergo ille nondum erat iuſtus antequam fuit à Petro in fide inſtructus, & baptizatus. Hæc obiectio eſt inanis & omni robore carens. Nam Cornelius antequam Petrum videret vere iu-
Auguſt. ſtus erat, prout beatus Auguſtinus docet lib. 4. de baptiſmo cōtra Donatiſtas, cap. 21. ſic inquiens: Melior enim Centurio Cornelius nondum baptizatus, Simone baptizato. Ille enim & ante baptiſmum ſpiritu ſancto repletus eſt, iſte & poſt baptiſmum immundo ſpiritu afflatus eſt. Verumtamen Cornelius ſi etiam ſpiritu ſancto iam accepto baptizari noluiſſet, contempti tanti ſacramenti reus fieret. Hæc Auguſtinus. Sed non eſt opus Auguſtini teſtimonium, vbi tot & tam aperta ſunt ſcripturæ ſa-
Act.10. cræ teſtimonia. Nam ſcriptura de illo refert, quod erat vir religioſus & timens Deum, & quod eleemoſinæ illius tales erant, vt aſcenderint in memoriam in conſpectu Dei. Quæ omnia non niſi de homine iuſtificato, verè dici poterant. Sed illud eſt apertius, quod loquente Petro ad turbam, quę conuenerat in domo Cornelii, cecidit ſpiritus ſanctus ſuper omnes qui audiebāt verbum, & locuti ſunt variis linguis, & poſtea dixit Petrus: Nunquid aquam quis prohibere poteſt vt non baptizentur hi qui ſpiritum ſanctum acceperunt, ſicut & nos? Et iuſſit eos baptizari in nomine domini noſtri Ieſu Chriſti. Ecce vides D
non ſolum Cornelium, ſed multos alios ſpiritu ſancto repletos, antequam ſacramentū baptiſmi recepiſſent. Verba autē quæ afferunt ad probādum Cornelium non fuiſſe iuſtum ante baptiſmi ſuſceptionem, non ſunt de ſcriptura ſacra, neque habentur in Bibliis ſacris quæ paſſim circunferuntur. Nam in communibus Bibliis, quæ hactenus videre licuit, non ſunt hæc verba, Qui loquetur tibi verba, in quibus ſaluus eris tu, & vniuerſa domus tua. Verba autem quæ ſcriptura refert dixiſſe angelum ad Cornelium, quum de Petro illi loquebatur, ſunt iſta: Hic dicet tibi, quid te oporteat facere. Ex iſtis autē verbis nullo modo poteſt colligi, Cornelium tunc ante baptiſmum ſuſceptum non fuiſſe iuſtificatum: ſed ſolum hoc poteſt ex illis verbis colligi, quod licet tunc eſſet iam iuſtificatus adhuc tenebatur ſuſcipere baptiſmum: quia hoc Petrus facere iuſſit, poſtquā illum & alios omnes qui ad domum eius cōuenerant in

fide

fide inſtruxerat. Baptiſmum autem eſſe neceſſarium ad ſalutem omni homini quantumlibet aliàs iuſtificato, nos etiam confitemur, & illud aperte confirmatum eſt teſtimoniis Auguſtini & Bernardi, quæ ſuprà per me citata ſunt.

VNdecima circa baptiſmum hæreſis orta eſt, quæ, licet concedit, per baptiſmum peccatũ originale dimitti, negat tamẽ per illũ omne peccatũ deleri. Quia baptiſmo ſuſcepto manet adhuc carnis cõcupiſcentia, vel carnis rebellio, quæ (vt huius hæreſis authores docent) vere peccatum eſt, quanquam non imputatur à Deo. Quod autem ipſa concupiſcentia ſit vere peccatũ, inde probare contẽdũt, *Lutherus*
A quia (vt illi aiunt) eſt contra illud Dei præceptum, Non concupiſces. Huius hæreſis parens & primus *Philipp⁹*
author fuit Lutherus, quem poſtea ſecuti ſunt Philippus Melancton, & Martinus Butzerus monachus, *Melãcto⁹*,
apoſtata ex ordine ſancti Dominici, Brẽtius, & multi alij germani eiuſdem factionis Lutheranę. In hac *Butzerus*
hæreſi, prout nũc enarrata eſt, duo miſcẽtur errores, quorum vnus oritur ab altero. Primus eſt qui aſſe- *Brentius.*
rit baptiſmum non delere omne peccatum. Secundus docet cõcupiſcentiã carnis eſſe peccatum cõtra illud præceptum, Non cõcupiſces. De hoc ſecũdo errore nihil hoc loco dicemus: quia in titulo, Præceptum, infrà Deo duce cõtra illum diſputabimus, & cõmodior illic erit huic diſputationi locus, & ideo ad illũ locum, pro hac re mitto lectorẽ. Cõtra primũ ergo errorem nunc pugnare aggrediens primum obiicio id quod Michæas propheta ait: Deponet iniquitates veſtras, & proiiciet in profũdũ maris om- *Mich.7.*
nia peccata. In quibus verbis Propheta baptiſmi virtutẽ & efficaciam apertiſsimè declarauit eſſe tantã, vt omnia peccata abſorbeat, & nullũ viuere ſinat. Nã quod de baptiſmo ibidẽ loquatur Propheta, conuincitur per id quod ait Paulus, Patres noſtri omnes mare tranſierunt, & omnes in mari baptizati ſunt, *1. Cor. 10*
& in nube. Ex quibus verbis ſatis apertè conſtat baptiſmum fuiſſe per mare figuratum, & illi comparatũ. De hoc igitur mari propheta Michæas loquitur, quũ dicit: Proiiciet in profundũ maris omnia peccata. Nõ dixit, aliqua: ſed omnia. Fortè Lutherus & ſui conſortes dicent, Baptiſmum, iuxta Pauli ſentẽtiam, non eſſe figuratũ in quolibet mari, ſed in ſolo illo mari rubro per quod patres noſtri tranſierunt, Michæã autẽ nõ de illo ſpeciali mari fuiſſe locutum, ac proinde contẽdent verba Prophetæ in ſenſum à litera (vt ſolent) valde alienũ detorquere. Sed nec ſic euadere poterunt, quin eos cõuincamus, quoniam ex ſua reſponſione efficaciſſimum contra illos ſumã argumẽtum. Si mare illud rubrum per quod patres noſtri tranſierunt, fuit figura baptiſmi, cõ ſequẽs eſt vt Ægyptii, qui patres inſequebãtur, figura-
B uerint peccata quæ nos perſequuntur, & Pharao Ægyptiorũ rex figuram geſſerit dæmonis, qui (vt eſt apud Iob) eſt rex ſuper filios ſuperbiæ. At in mari illo in quo ſalui facti ſunt filii Iſrael, omnes Ægyptii *Exod.14.*
qui illos perſequebãtur ſimul cũ Pharaone eorũ rege perierũt. Reuerſę ſunt aquæ, inquit ſacra ſcriptura, & operuerunt currus & æquites cuncti exercitus Pharaonis, qui perſequẽtes ingreſſi fuerant mare, nec vn⁹ quidẽ ſuperfuit ex eis. Vt igitur figura vere reſpõdeat figurato, oportet vt in aqua baptiſmi omnia peccata pareant, nec vnũ ſuperſit ex illis. Præterea, hæc ſententia apertius confirmatur per id quod Deus per Ezechielẽ prophetam ait: Effundam ſuper vos aquã mundam, & mundabimini ab omnibus *Ezech.36*
inquinamentis veſtris. Non dixit, ab aliquibus inquinamentis, ſed ab omnibus, vt intelligamus nullum eſſe exceptum, quod non ſit per aquã diluendum. Hęc autẽ Ezechielis verba eſſe de ſacramẽto baptiſmi intelligẽda, omnes ſacri doctores cõcorditer docẽt, quoniam nulla eſt aqua quæ poſſit ab omnibus inquinamentis mũdare, niſi ſola aqua baptiſmi. Rurſum, Saluator noſter baptiſmi neceſſitatem proferens, baptiſmum ipſum appellauit regenerationem, ſic inquiẽs: Niſi quis renatus fuerit ex aqua & ſpiritu ſancto nõ poteſt introire in regnum Dei. Et Paulus, vt Chriſti verba apertiora faceret, poſtquã ba- *Ioan.3.*
ptiſmum appellauit lauacrũ regenerationis, ſtatim addidit, & renouationis. Per quæ verba declarauit, qualis eſſet ea regeneratio quę per baptiſmum habetur, talis videlicet quæ animæ vetuſtatem deponat, *Tit.3.*
& nouitatẽ inducat. Nã propter hanc cauſam, reſurrectionem corporis Chriſtus ſaluator noſter apud Matthæũ vocat regenerationẽ, quia per illã reſurrectionẽ corpus ſic prorſus renouatur, omnia antiqua *Matt.19.*
exuens, vt iã noua generatione genitus eſſe videatur. Iam abiit fames, receſſit ſitis, fugerunt morbi, cruciatus, dolores, laſſitudines, corruptiones, denique vetera omnia tranſierunt, & noua facta ſunt omnia.
C Sola corporis ſubſtantia manente eadẽ, ferè omnia corporis accidentia mutata ſunt. Idem prorſus cõtingit in anima per baptiſmum, quoniam per illum homo qui antea erat filius diaboli per peccatum, poſtea per baptiſmũ efficitur filius Dei. Eſt ergo per baptiſmũ renouatio in anima, quemadmodũ per reſurrectionem fit renouatio in corpore. Non fuiſſet autem integra & perfecta renouatio, ſi aliquid de vetuſtate peccati remaneret. Ad hanc etiam ſententiã tendunt multa quę ad Romanos Paulus ſcribẽs, *Roman.5.*
& de peccato originali, ac de illius remedio, quod eſt baptiſmus, diſſerẽs ait: Vbi abũdauit delictũ, ſuperabundauit & gratia: vt ſicut regnauit peccatum in mortẽ, ita & gratia regnet per iuſtitiam in vitam ęternã per Ieſum Chriſtum dominũ noſtrum. Si peccatum manet poſt collatam baptiſmi gratiam, iam non gratia, vt Paulus docet, ſed peccatum ſuperabundaret. Sed vt apertius Lutherũ cõuincamus, operæ precium erit attendere modũ ſuperabundantiæ quẽ Paulus declarat: Vt ſicut (inquit ille) regnauit peccatũ in mortẽ, ita gratia regnet per iuſtitiã. At quum peccatũ regnabat in homine, nulla erat in illo Dei gratia: ergo ecõtrario regnante Dei gratia in baptizato, nullũ erit in illo peccatũ, alioqui non vere dicetur regnare in illo, & inde vlterius ſequetur gratiam non ſuperabũdare, vbi abũdauerat delictum, cuius contrarium docet Paulus. Et licet aperte hoc loco Paulus damnet Lutherum, multo tamen apertius & fortius id agit poſtea in eadẽ epiſtola, ſic inquiens: An ignoratis fratres, inquit ille, quia quicũq; baptizati ſumus in Chriſto Ieſu, in morte ipſius baptizati ſumus? Conſepulti enim ſumus cum illo per baptiſmum in mortem. In quibus verbis Paulus apertiſsime docet nos per baptiſmum fieri mẽbra cor- *Rom.6.*
poris myſtici cuius caput eſt Chriſtus: & tunc mortem Chriſti in nobis ipſis ſentire, Quoniam mortuo Chriſto in cruce pro peccatis noſtris, qui eſt caput noſtrum, tunc nos qui ſumus membra eius morimur

peccato cũ ipſo. Nam ſi caput alicuius hominis abſcindas & interficias, neceſſario omnia illius mẽbra commoriuntur. Ad eundem modum mortuo Chriſto, cõmoriũtur illi baptizati, qui tunc ſuſcepto baptiſmo facti ſunt membra eius. Aliter tamen ille, & aliter nos per baptiſmum morimur, quia ille mortuus eſt corpore, nos autem morimur peccato. Caro illius mortua eſt in cruce, & peccatum noſtrũ mo-
Chryſoſt. ritur in baptiſmate. Vnde beatus Chryſoſtomus ſermone decimo ſuper epiſtolam ad Romanos, prędicta Pauli verba declarãs, ait: Quid eſt quod dicit, in morte ipſius baptizati ſumus? Hoc ſcilicet, baptiſma crux eſt, vt & nos quemadmodũ ipſe mortuus eſt, moriamur. Quod igitur crux & ſepulchrũ Chriſto fuit, id nobis baptiſmus factus eſt, licet non omnino in rebus eiſdem. Ipſe quidem carne & mortuus eſt, & ſepultus, nos verò peccato vtrũque ſumus. Propterea nõ dicit, Complãtati morti illius, ſed ſimilitudini mortis illius. Mors quidem vtrinq; eſt, & illa, & iſta, verũ nõ eodem ſubiecto. Illa ſiquidem quæ Chriſti eſt, carnis: quæ verò noſtra, peccati eſt. Quemadmodum autem verax illa, ita verax & iſta. Hæc Chryſoſtomus. Ex quibus verbis conſtat Pauli doctrinã eſſe, quod in baptiſmo peccatũ eſt plenè mortuũ, ſicut in cruce Chriſtus fuit adeò plenè mortuus, vt nihil in eo humanæ vitæ remanſerit. At ſi poſt baptiſmũ maneret aliquid in baptizato, quod vere ſit peccatũ, in baptiſmo nõ ita plenè moreretur peccatum, ſicut Chriſtus in cruce fuit mortuus. Sed adhuc pergit Paulus eandem ſentẽtiam docere, per ea
Rom.6. quæ poſt priora verba in eodem loco ſubnectit, ſic inquiens: Hoc ſciẽtes quia vetus homo noſter ſimul crucifixus eſt, vt deſtruatur corpus peccati. Non dixit, vt deſtruatur peccatũ, ne putaretur vnum aut alterum peccatum eſſe deſtructũ: ſed dixit, vt deſtruatur corpus peccati: vt doceret nihil ex peccato remanere. Etſi fortè aliter Lutherus hæc verba Pauli aliter eſſe intelligẽda cõtendat, audiat obſecro beatum Chryſoſtomum illa verba interpretantem, qui ſermone vndecimo ſuper epiſtolam ad Romanos,
Chryſoſt. hæc ait: Non hoc corpus ita vocãs, ſed vniuerſam illam malitiã noſtram, quemadmodũ & omnem malitiam veterẽ hominẽ vocat. Quod verò non ſit incerta quædam cõiectura: quod hic dicitur, ex iis quæ ſequuntur, ipſo Paulo idipſum interpretante, audire poteris. Cum enim dixiſſet, vt aboleretur corpus peccati, ſubiunxit. Vt poſthac iam non ſeruiamus peccato. Volo ſiquidem vt corpus hoc noſtrum peccato ſit mortuum, nõ vt perdatur & interimatur, ſed vt nõ peccet. Progrediẽdo verò clarius adhuc facit quod dictũ eſt. Qui enim mortuus eſt, iuſtificatus eſt à peccato. De quouis iſtud homine dicit, nimirũ quod quemadmodũ qui moritur, liber iam eſt à peccatis, quam primũ mortuus deponitur: ita & qui à baptiſmate aſcẽdit. Quãdoquidẽ enim qui baptizatus eſt, in baptiſmate peccato mortuus eſt ſemel, oportet vt & in morte peccati perduret. Hactenus Chryſoſtomus, Ad eundem modum interpretatur
Theophil Theophylactus ſic inquiens: Et enim vetus noſter homo, id eſt, malitia, ſimul crucifixus eſt: hoc eſt, per inde vt corpus Chriſti, in baptiſmate ſepultum eſt, vt aboleatur corpus peccati, id eſt, ex variis partibus compoſitum vitium. Ac tanquã vnum corpus ſit peccatum, vel corpus noſtrum peccabile, infert propterea, vt ne porrò ſeruiamus peccato. Hæc Theophylactus. In eadem ſentẽtia eſt Anſelmus, qui prædicta Pauli verba multo apertius declarãs, hæc ait: Corpus peccati, id eſt peccatũ ſecundũ omnia mẽbra ſua deſtruatur. Vnũ enim vitiũ mẽbrũ eſt peccati: corpus verò vniuerſitas delictorũ, quorũ principium eſt originale peccatum. Chriſtus autẽ nõ ex parte, ſed integer eſt crucifixus, vt nos ex toto moriamur peccato, & viuamus Deo. Gratia enim Dei per baptiſmũ Chriſti, qui venit in ſimilitudine carnis peccati, id agit, vt deſtruatur corpus peccati. Hęc Anſelmus. In eadem epiſtola iterum Paulus eandem ſententiam docet, ſic inquiens: Nihil nunc damnationis eſt his, qui ſunt in Chriſto Ieſu, qui nõ ſe-
Ram.8. cundum carnem ambulant. Lex enim ſpiritus vitæ in Chriſto Ieſu, liberauit me à lege peccati & mortis. Quæ verba dupliciter Lutheri ſententiã deiiciunt. Si cõcupiſcẽtia carnis eſſet peccatum, vt Lutherus ait. Iã aliquid dãnationis eſſet his qui ſunt in Chriſto Ieſu, quoniam peccatum omne eſt ex ſe damnabile. At, cum Paulus dicat nihil dãnationis eſſe in baptizatis, cõſequẽs eſt, vt nullũ ſit in eis peccatũ. Inſuper, Si cõcupiſcẽtia poſt baptiſmum ſuſceptum eſt ſẽper peccatũ, ergo lex ſpiritus vitæ in Chriſto Ieſu, nõ plene liberauit nos à lege peccati, cuius contrariũ docet Paulus. Deinde in alia epiſtola Paulus ait: Quicunq; in Chriſto baptizati eſtis, Chriſtũ induiſtis. At qui Chriſtum induit, peccatum preſertim
Gal.3. dãnabile, nõ habet: quia in maleuolã animã nõ intrat ſapiẽtia, neque habitat in corpore ſubdito pec-
Sap.1. catis. Quæ enim ſocietas (vt Paul⁹ ait) lucis ad tenebras, aut quæ cõuentio Chriſti ad Belial? Neque ſa-
2. Cor.6. tis eſt ad euaſionẽ horum omnium argumentorum, dicere, prout Philippus Melãctõ dicit, cõcupiſcẽtiã illã quæ eſt in baptizatis, non imputari ad pœnã, quãuis ſit vere peccatũ, & hoc agere baptiſmum, vt concupiſcentia non imputetur, non autẽ vt non ſit peccatum. Quoniã licet illa nõ imputetur, ſi tamẽ vere peccatũ eſt, maculã in anima ponet, quę eſſe nõ poteſt in eo qui eſt plenè mũdatus per baptiſ-
1.cor.6. mũ. Nã de his qui haptizati ſunt, ait Paul⁹: Abluti eſtis, ſanctificati eſtis, iuſtificati eſtis. Quę omnia cõuenire non poſſunt habenti peccatũ damnabile, quod vere & proprie ſit peccatũ, quale iuxta Lutheri doctrinam, eſt carnis cõcupiſcẽtia. Prẽter hæc omnia ſacræ ſcripturæ apertiſſima teſtimonia, eſt etiam pro noſtra & catholica ſentẽtia, omniũ ſacrorum doctorum cõſenſus, qui ſolus, etiã ſi expreſſa ſcripturæ ſacræ teſtimonia deeſſent, ſatis eſſet ad Lutheri ſententiã condemnãdã. Nã prẽter Chryſoſtomum, & Theophylactum, & Anſelmum, quos iam ſupra citaui, eſt etiam in eadem ſententia Cyprianus, qui
cyprian. in ſermone de ablutione pedum ait: Ornata & honorata erat eccleſia ſicut paradiſus, in amplitudinis ſuę vmbilico fontem continens gratiæ ſingularis, flumina creãs in vitam æternam ſalientia, viuam habens originem & decurſum perennẽ. Hic egredientia quatuor euãgelii flumina, per vniuerſum mundum ſecum regenerationis euehũt lauacrum, & de abdito & ſecretiſſimo ſpiritus ſancti munere huius gratiæ liquor emanat, ſic lauãs quos parẽtalis labes infecerat, vt nec actualis, nec originalis macula aliqua ſui poſt ablutionem illã veſtigia derelinquat. Hæc Cyprianus. Quibus verbis aperte ſatis Lutheri ſententiã dãnat, quum dicit, baptiſmum nullum peccati veſtigium derelinquere. Eidem ſententiæ

ſubſcribit

ſubſcribit beatus Auguſtinus in multis locis,præſertim libro ſexto cõtra Iulianum Pelagianum capite quinto,ſic inquiens:Gratia perfecte hominem nouum facit quandoquidem & ad corporis immortalitatem plenamque fœlicitatem ipſa perducit.Nunc etiam perfecte innouat hominem,quantum attinet ad liberationem ab omnibus omnino peccatis,non quantum ad liberationem attinet ab omnibus malis,& ab omni corruptione mortalitatis,quam nũc corpus aggrauat animam.Et poſt multa iterum ait: Quãuis itaque ſacro baptiſmate ſanctificetur & corpus,ad hoc tamen ſanctificatur,vt per remiſsionẽ peccatorum non ſolum prẽteritis peccatis omnibus,verumetiam ipſi,quę ineſt carnis concupiſcentia, non ſit obnoxium,cui neceſſe eſt obnoxius omnis homo naſcatur,etiam moriturus obnoxius, ſi nõ renaſcatur.Hæc Auguſtinus.In quibus verbis apertiſsime docet,per baptiſmum deleri omne peccatum, & ipſam concupiſcentiam quæ ante baptiſmum erat peccatum,poſtea ſuſcepto baptiſmo,& ſi adhuc remaneat,non tamen eſſe peccatum.Et multis interpoſitis iterum apertius eãdem ſententiam docens, D ſic ait:Tu autem qui putas quod ſi malum eſſet concupiſcẽtia,careret ea qui baptizatur,multum erras. Omni enim peccato caret,non omni malo.Quod planius ita dicitur.Omni reatu omniũ malorum caret,non omnibus malis.Nunquid enim caret corruptione corporis?an non eſt malum quod aggrauat animã,& errauit qui dixit,corpus enim corruptibile aggrauat animã?Hactenus Auguſtinus. Quibus verbis nihil poteſt apertius dici contra totam Lutheri ſententiam.Nam dicit,concupiſcentiam nõ eſſe peccatum ſed eſſe malum hoc eſt eſſe pœnã quę malum appellatur ab ipſo Deo,per Hieremiã prophetam dicentẽ:Inducã ſuper eos mala.Deinde dicit in baptiſmo,Deleri omne peccatũ,ſed nõ omne malum.Quibus bene circunſpectis nõ poſſum nõ mirari quomodo Philippus Melãcton in colloquio publicę diſputationis,quã cum Echio habuit Vvormatię ãno domini.1540.auſus fuit,dicere Auguſtinũ ſemper in hac fuiſſe ſententia,& nunquam illã mutaſſe vt dixerit,concupiſcẽtiam quæ eſt in baptizatis eſſe vere & propriè peccatũ.Miror certè & maxima cũ cauſa tam effrontem huius hominis audaciam, vt in colloquio illo corã tam illuſtri ſenatu,non fuerit veritus dicere tam apertum mendaciũ, & imponere Auguſtino tam falſum crimẽ vt Auguſtinus ipſe,ſi ſuperſtes eſſet,ferre nõ poſſet:imò nec vellet. Bene quidem dixit Philippus Melancton Auguſtinum ſemper in eadem fuiſſe ſententia,non tamen in illa quam Philippus Luthero conſentiens docet,ſed in illa quam nos tuemur,& tota catholica Eccleſia tenet.Nam hanc eandem ſententiam docet in Enchiridio ad Laurentium , & in libro contra duas epiſtolas Pelagianorum ,& in libro de nuptiis ad Valerium :& hoc vltimũ teſtimonium inueniet lector in hoc opere,infrà in titulo,Præceptum,hæreſi prima vbi probatur concupiſcentiã quæ manet in baptizatis nõ eſſe peccatũ.Ad illum ergo locũ mitto lectorẽ,quoniã quæ in illo loco dicemus multum iuuãt ad præſentiæ hęreſis expugnationem.Nam cum probatum fuerit,concupiſcentiã quę manet in bapti- A zatis,nõ eſſe vere peccatum,inde ſtatim erit probatũ cõtra Lutheranos nullum peccatum in baptizato manere,quoniã de hac ſola cõcupiſcentia contendimus cum Lutheranis.Caſsiodorus eandẽ cum Auguſtino docet ſẽtẽtiã,ſuper illud Pſalmi.50.Amplius laua me domine,&c.ſic inquiẽs: Iſtud lauacrum quod ſic abluit maculas peccatorũ,vt ſupra niuẽ poſsit dealbare quod ſordidũ eſt, ſalutiferi baptiſmatis cognoſcitur indicare puritatẽ,vbi ſic omnia & originalia delicta,& propria admiſſa mũdãtur,vt illi nos reſtituat puritati,in qua primus Adã noſcitur eſſe procreatus.Hæc Caſsiodorus. Deniq,Cõcilium Tridentinum ſub Paulo tertio celebratum ſeſsione qninta me ibidẽ præſente,hãc protulit de hac re fidei definitionem.Si quis per Ieſu Chriſti domini noſtri gratiam,quæ in baptiſmate confertur , reatum originalis peccati remitti negat,aut etiam aſſerit non tolli totum id,quod veram & propriam rationẽ peccati habet,ſed illud dicit tantum radi aut non imputari.Anathema ſit.

Auguſt.

Sap.9.

Hiere.11.

Caſsiodorus.

cõcilium tridẽtinũ

Sed iã opus eſt vt reſpõdeamus his,quæ nobis obiicit Lutherus,& poſt eum Philippus Melãctõ,quæ omnia parum roboris habẽt.Obiicit nobis illud Pauli,Nõ enim quod volo bonum,hoc facio,ſed quod nolo malũ,hoc ago.Si autẽ quod nolo illud facio,nõ ego operor illud,ſed quod habitat in me peccatũ. In quibus verbis Paulus ipſã carnis cõcupiſcẽtiã aperte appellat peccatum,quæ cum in baptizatis maneat,euidẽter(vt Lutherus ait) demõſtrat poſt baptiſmũ ſuſceptum,ſẽper manere peccatũ.Sed hæc argumentatio nihil prorſus mouet,niſi fortè hominẽ idiotam.& prorſus ignorantẽ:quoniã procedit ex B ignorantia figuræ ſynecdoches,iuxta cuius vſum,ſępe nomẽ cauſę tribuimus effectui.Nã verbũ ipſum propterea quod lingua profertur,appellamus liguã,prout de apoſtolis dicitur quod poſt aduentũ ſpiritus ſancti cœperunt loqui variis linguis,cũ tamẽ eorum quilibet vnã tantũ linguã qua verba proferebat,haberet.Eodẽ modo ſcripturã,aut picturã,appellam⁹manũ,propterea quod fuit manu ſcripta,aut depicta.Iuxta eandẽ figuram dicit Paulus cõcupiſcẽtiã eſſe peccatũ,quia eſt à peccato cauſata.Nã propter hanc cauſam Propheta dixit ſe fuiſſe in peccatis cõceptũ,quamuis vnicũ duntaxat ſit in vnoquoq; homine peccatum originale,& non plura.Sed quia multæ ſunt pœnæ propter peccatum originale inflictæ,eas omnes appellans peccata dixit,ſe fuiſſe in peccatis conceptum.Poteſt etiam concupiſcentia dici peccatum,quia ſemper ſolicitat ad peccatum,& ſæpe eſt cauſa illius.Obiicit deinde nobis Philippus Paulum iterum dicentem,Video aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis meæ, & captiuantem me in lege peccati,quæ eſt in membris meis,In quibus verbis(vt ait Melancton) Paulus ipſam concupiſcentiam appellat legem membrorum,& illã dicit eſſe peccatum,& inde putat , Melãcton,manifeſte colligi peccatum manere in baptizatis.Sed toto errat cœlo,quoniam Paulus,& ſi concupiſcentiã appellet legem peccati,non tamẽ dicit illam eſſe vere & proprie peccatũ.Vocat autẽ illam cõcupiſcentiã legẽ,quia carnales homines & concupiſcẽtiis dediti,obediũt carnis cõcupiſcentiæ,tanquã præcepto alicuius regis potentiſſimi.Nã edicta & mandata tyranni,quantumlibet mala,appellare etiam ſolemus leges,perinde ac boni principis decreta.Et quia illa concupiſcentia ſemper ſolicitat ad peccatum,ideo vocauit illam legem peccati.Aliter hunc locum interpretatur Haymo,non quidem de

Act.2.

Pſal.50.

Rom.7.

Rom.7.

concupiſcentia carnis, quæ bellum irreconſiliabile & perpetuum gerit cũ ſpiritu, ſed illud declarat de conſuetudine peccati, quæ nos ducit captiuos ad peccatũ. Sed magis mihi arridet prior interpretatio, quæ eſt iuxta Chryſoſtomi & Theophylacti ſententiam. Eam tamen in hunc locum proferre volui; vt intelligat Philippus Melancton quãtum ipſe à vero Pauli ſenſu aberrauerit, cum omnes ſacri doctores
Roma. 8. aliter illa Pauli verba interpretẽtur. Simile etiam eſt illud, quod Philippus ex Paulo citat, Prudẽtia carnis inimica eſt Deo. Nam prudentiam carnis appellat Paulus illam, quę & ſi ſit in mente, eſt tamen ſecundum carnis inclinationem & appetitum: Sed iſtam prudẽtiam nõ dicit Paulus eſſe in omnibus renatis: & ideo inane eſt argumentum, quod ex illo loco ſumit Philippus ad probãdum in baptizatis ſempe manere peccatũ. Alia citat teſtimonia, quæ quia nihil prorſus nec ſaltem iuxta faciem illi fauere videntur, ideo indigna mihi eſſe videntur, vt in illorum reſponſione tempus tererem. Cõtra hãc hæreſim ſcripſit Ioannes Roffenſis epiſcopus in opere illo quod contra Lutheri errores ædidit,

Flagellãtes ſe. DVodecima & vltima (quod ſciam) de hac re hæreſis eſt quorundam qui dicti ſunt flagellantes ſe, de quibus iam ſuprà diximus. Hi dixerunt baptiſmum aquæ iam ceſſaſſe, mutatumq; eſſe in baptiſmum ſanguinis. Quod ex quadam inepta allegoria ſcripturæ comprobant. Dicunt enim quod quando Chriſtus in Cana Galilææ circa finem nuptialis conuiuij aquam mutauit in vinum, deſignauit quod circa finẽ mundi baptiſmus aquæ in baptiſmũ ſanguinis mutari deberet. Et ſicut vinũ rubeũ omni vino prius poſito cõuiuantibus magis placuit & cõmendabatur: ita noua lex baptiſmi ſanguinis præ cunctis ante datis legibus à Deo gratiſſima acceptabitur. Quapropter dixerũt quod poſt ipſorũ in mundũ aduẽtum, nemo potuit ſaluari & verus exiſtere Chriſtianus, niſi in proprio ſanguine cum flagello de corpore ſuo excuſſo baptizetur. Quod nõ ſolum hæreſis, ſed potius ineptia aut dementia dici deberet. Nam quod primò dicunt baptiſmum ceſſaſſe, oſtendemus eſſe falſum, cum aduerſus eos infrà ſub titulo Euangelium, conuincemus euangelicã legem fore æternam, poſtquam nulla alia ſit futura. Quod au D
tem aiunt baptiſmum aquæ eſſe mutatũ in baptiſmũ ſanguinis, ſine quo nemo ſaluari poſſit, ſi id oſtenderent ad literã ex Euangelio, crederem: ſed allegoricus ſcripturæ ſenſus (vt ſuprà in principio huius libri docuimus (nullo modo eſt efficax ad aliquod dogma ſtabiliendũ. Præterea qui dixit: Qui crediderit & baptizatus fuerit, ſaluus erit: non dixit, Qui ſe flagellauerit, ſaluus erit: qui verò non ſe flagellauerit, condemnabitur. Si ergo dominus hoc non dixit, qui occidit & viuificat, & qui poteſt corpus & animam mittere in gehennã: qua autoritate eos qui non ſe flagellant, audent condemnare? Rurſus, etſi baptiſmi vicem (vt ait beatus Auguſtinus) ſuppleat ſanguinis pro Chriſto effuſio: non tamen eius vim & poteſtatem omnino eneruat. Satis eſt enim vt eius vicem tenere poſſit. Deinde ſanguinis effuſio quæ baptiſmi locum tenere meretur, talis eſſe oportet, vt ab alio ſit illata, quam ipſe patienter tolerans, efficit vt baptiſmi vicem tenere poſſit. Verũm cum quis ſibi ipſi infert mortem aut læſionem corporis talem, ex qua corpus circa vitam periclitetur, vt impii flagellantes feciſſe dicuntur, non ſolum non tenet baptiſmi vicem, ſed valet ad gehennam.

BEATITVDO.

Armeni. Petrus Abailardus. DE hac re eſt vna hæreſis Armenorum aſſerentium beatos non videre eſſentiam Dei, ſed claritatem quandam illius eſſentiæ, in qua viſione dicunt beatitudinem conſiſtere. Hunc eundem errorem poſtea ſuſcitauit quidam Petrus Abailardus, dicens, Deum non videri per eſſentiam à beatis. Hic Petrus natione Gallus fuit, tempore Innocentii papę huius nominis ſecundi, quo ſuo confiſus ingenio, A
omnium ſanctorum doctorum ſententias contẽnere cœpit, & velut alter Iſmael manus ſuas cõtra omnes leuauit. Quapropter iuſtum fuit, vt manus omnium cõtra ipſum leuarentur. Ex hac igitur nimia ſui confidentia euenit, vt in multos laberetur errores, quos alii eum ſecuti defendere conabantur, præcipuè quidã Italus dictus Arnaldus Brixienſis, à quo (vt opinor) dicti ſunt Arnaldiſtæ hæretici, qui ſingulis annis Romæ in cœna domini excommunicantur: & in cap. excommunicamus, extra de hæretic.
Arnaldus Brixienſis. Cõtra hunc Petrum Abailardum ſurrexit ſanctus Bernardus, qui vt cum diſputaret, & ad verã fidẽ reuocaret, è ſuo monaſterio in Burgundia ſito ad ciuitatem Remenſem venit: Petrus tamen veritus ne à beato Bernardo vinceretur, noluit cum eo congredi. Sic enim ipſemet B. Bernardus refert in quadam epiſtola, quæ eſt in ordine aliarum. 190. Inter alios ergo errores quos docuit, is vnus fuit, quo ait Deum
Almaricus. non videri à beatis per eſſentiam ſuam. Poſt hunc Petrum ſurrexit quidam Almaricus, de quo iam ſuperius diximus, qui hunc tutatus eſt errorem, dicens Deum nõ videri vllo pacto in ſe, ſed in ſuis creaturis. Inter hos ergo omnes de hoc conuenit, quia omnes aſſerunt Deum nec etiam à beatis vllo pacto videri. Hanc autem aſſertionem eſſe hæreticam, expreſſis ſcripturæ teſtimoniis apertiſſimè cõuincemus. Paulus ſiquidem in. 1. ad Corinth. epiſt. diſcrimen aſsignans inter eam cognitionẽ quam in hac vita de
1. Cor. 13. Deo habemus, & eam quam poſtmodum in gloria habituri ſumus, ait: Videmus nunc per ſpeculum in ænigmate, tũc autem facie ad faciem. Ecce apertè Paulus promittit pro alio ſeculo facialem Dei viſionem. Quòd ſi Deus per creaturas tantum videretur, & non amplius, quis non videt illam eſſe viſionem per ſpeculum? Nam in creaturis quędã Dei imago apparet: quapropter creatura ipſa ſpeculum quoddam eſt per quod Deum videmus. Quò fiet, vt beati ſolum in creaturis Deum videntes (prout iſti hæretici aſſerunt) adhuc videant per ſpeculum, & ita non clariorem habeant notitiã, quàm hi qui in hoc B
Apoc. 22. ſeculo degunt. Præterea beatus Ioannes in Apoca. loquens de ſtatu cœleſtis patriæ ſub nomine & figura nouę Hieruſalem, ita dicit: Et omne maledictũ non erit amplius: ſed ſedes Dei & agni in illa erũt: & ſerui eius ſeruient illi, & videbunt faciem eius. Rurſus dominus Ieſus Chriſtus paruulos qui in illum
Matt. 18. credunt, commẽdans, ita apud Matth. loquitur. Videte ne cõtemnatis vnum ex his puſillis: Dico enim

vobis

vobis quia angeli eorum in cœlis ſemper videt faciem patris mei qui in cœlis eſt. Ecce ex Saluatoris noſtri ſententia, angeli ſemper vident faciem Dei. Qualiter ergo hi hæretici non verentur dicere Deum nunquam videri in ſe? Apparet certe eos cõueniſſe in vnum aduerſus dominum, & aduerſus Chriſtum eius. Quòd ſi fortè dicant ſe de hominibus ſolum dixiſſe, & non de angelis, ita vt ãgelis permittãt Dei viſionem, hominibus autem negent: attendant quod per eundem Saluatorem dicitur: In reſurrectione enim neque nubẽt, neq; nubẽtur: ſed erũt ſicut Angeli Dei in cœlo. Ex quibus verbis apparet Chriſtũ æquaſſe homines angelis pro alia vita. Verùm hæc autoritas (vt ingenue fatear) ſolum æquat homines angelis in hoc quod nullum matrimonii vſum habebunt, ſicut nec angeli: non tamen ibidem facit eos pares quantum ad facialem Dei viſionem. Tamen eſto ibidem nõ dicat. negare nõ poſſunt Paulum & Ioannem in locis proximè citatis de hominibus expreſſe loqui. quapropter ſi ad ſolos homines ſuã aſſertionem reſtringunt, illa duo ſcripturæ loca illis obiicimus. His etiã accedit quod regius Propheta petit, dicens: Oſtẽde faciem tuam, & ſalui erimus. Non autem petit id quod donari erat impoſsibile: aliquí audire mereretur id quod dominus duobus fratribus per matrem petẽtibus dixit. Neſcitis quid petatis. Hoc etiam petit Moſes, dicens: Si inueni gratiam in cõſpectu tuo, oſtẽde mihi faciem tuam, vt videam te. Ecce appertiſsima ſunt teſtimonia quibus oſtẽdimus Deum à beatis videri per eſſentiam ſuã. Quid autem hos hæreticos mouerit vt ſic errarent, à nemine citatum reperi. Nam & Guido qui hunc Armenorum errorum diſcutit, nihil adducit vnde anſam ſui erroris acceperint, ſicut nec in vniuerſum in vllo vnquam errore facit. Sic enim aliorum errores reiicit, vt nunquam illorum argumentis reſpondeat: quod tamẽ neceſſarium erat perinde ac alterum. Nam vt ait Auguſtinus in lib. de doctrina Chriſtiana, valde bonum eſt, vt quicquid cõtradici poteſt, ſi occurrerit, refutetur: ne ibi occurrat vbi nõ erit qui reſpõdeat: aut præſenti quidẽ & tacẽti occurrat, & minus ſanatus abſcedat. De hac ergo re (vt opinor) anſam erroris ceperunt, quia in pleriſque locis ſcripturæ dicitur, Deum non videri ab aliquo. In Exodo nanque dicitur, Non videbit me homo & viuet. Et Iob de ſapientia diuina loquẽs, ait. Abſcondita eſt ab oculis omnium viuentium, volucres quoque cœli latet. Et Paulus in prima ad Timo. epiſtola ait: Qui lucem habitat inacceſsibilem, quem nullus hominum vidit, nec videre poteſt. Et beatus Ioãnes in. 1. ſua catho. epiſt. dicit, Deum nemo vidit vnquã. His ergo ſcripturæ locis male intellectis mihi viſum eſt hos hæreticos poſſe adduci in prefatũ errorẽ, quæ in mediũ proponere oportuit, eisq; reſpõdere, ne alii fortè legentes, & nõ intelligẽtes in eundẽ labantur errorẽ. Fatemur quidẽ Deum in hac vita mortali à nemine videri, imò nec videri poſſe iuxta legem datã ab homine viuẽte vita hac corruptibili: quoniam aut videret viſu corporeo, aut per intellectũ. Corporeus ſenſus (vt manifeſtum eſt) nõ eſt capax viſionis diuinę. Anima verò cũ intra corpus mortale eſt, miniſterio ſenſuũ vtitur: quapropter neceſſariũ eſt vt non excedat operationẽ illorũ: quoniam artifex non poteſt ſubtilius opus operari quàm patitur natura inſtrumenti quo mediãte operatur. Cum ergo anima vtatur ſenſibus tanquam inſtrumẽto ad ſuas operationes, non poterit vltrà euagari, quàm circa illa quę vis ſenſitiua pertingit. Senſus autẽ non poteſt Deũ videre. Nec ergo anima cũ intra corpus mortale exiſtit, vtens miniſterio ſenſuũ, poterit Deum videre. Et ad hunc ſenſum ſpectant quę Deus loquitur in Exo. dicens: Non videbit me homo & viuet. Et quod Ioã. ait, Deum nemo vidit vnquam, vt videlicet Deum nemo videat dum viuit hac vita mortali. Quod autem dicitur Paulum cum raptus fuit ad tertium cœlum, Deum vidiſſe, huic ſententiæ non repugnat. Nam quamuis Paulus viderit, hoc factum eſt educta prius anima extra vſum & miniſterium ſenſuum. Etſi enim anima intra corpus fuerit (quod dubiũ eſt ipſi Paulo) tamen à miniſterio ſenſuum fuerat ſeparata. Hoc autẽ inde colligitur, quòd Paulus ait, Siue in corpore, ſiue extra corpus fuerim, neſcio. Quòd ſi miniſterio ſenſuũ tũc vſa fuiſſet eius anima, ſciuiſſet certò Paulus ſe in corpore tũc fuiſſe. De aliis autẽ quos ſcriptura refert vidiſſe Deũ, ſic accipiẽdũ eſt, vt intelligamus eos vidiſſe quoſdam angelos claritate magna fulgẽtes, qui cũ à Deo miſſi fuerant, diuinitatem ipſam quodãmodo repræſentabãt: quapropter qui eos videbãt, dicebant ſe Deum vidiſſe. Sic enim dixit Iacob, Vidi dominum facie ad faciẽ, & ſalua facta eſt anima mea. Hoc etiam dicitur de Moſe. Loquebatur dominus ad Moſen facie ad faciem, ſicut loqui ſolet homo ad amicum ſuũ. Quòd ſi Moſes clarè Deum vidiſſet, fruſtra Deum oraſſet, dicens: Si inueni gratiam in cõſpectu tuo, oſtende mihi faciem tuam, vt videam te. Hi ergo omnes & alii quotquot vidiſſe Deum in ſcriptura ſacra reperiũtur, in imagine Deum viderũt: quanquam de Moſe aliqui ſentiant Deum clarè vidiſſe, anima tamẽ eius à miniſterio ſenſuum tunc abſtracta. Sic enim intelligitur quod eidẽ Moſi à domino dicitur: Nõ videbit me homo, & viuet. Et quod Iob ait, ſapientiã eſſe abſcõditam ab oculis omniũ viuentium, eorum ſcilicet qui viuunt, hac mortali vita. Verum tunc iam vrget id quod Paulus dixit: Qui habitat lucem inacceſſibilem: quem nullus hominum vidit, ſed neque videre poteſt. Cui reſpondemus Paulum dixiſſe lucem diuinam eſſe inacceſſibilem, nõ tamẽ ſimpliciter, & omnibus inacceſsibilem, ſed homini. Nam ad huius confirmationem ſtatim ſubiũxit, quem nullus hominũ vidit. Inaceſsibilis eſt ergo, ſed homini. Inuiſibilis eſt, ſed ab homine, ſed ab humana ſapiẽte. Sacra ſiquidem ſcriptura omnes qui ſecũdũ carnem viuũt, homines vocare ſolet, & humanitatis nota inurere. Vnde in. 1. ad Corinth. epiſt. Paulus ait: Cum ſit inter vos zelus & cõtentio, nõne carnales eſtis, & ſecũdum hominem ambulatis? Et infra: Nònne homines eſtis? Hinc eſt quod cum in eadem epiſtola teſtimonium Eſaiæ protulerit dicentis, quòd oculus nõ vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis aſcẽderũt quæ præparauit Deus iis qui diligũt illũ, poſtea Paulus ſubiecit: Nobis autem reuelauit Deus per ſpiritum ſuum. Quibus verbis manifeſte ſe ab hominis nomine ſeparauit, eo quòd non ſecundum carnem viuebat. Nullus ergo eorum qui propter vitam ſecũdum carnem, homines appellãtur, Deum vidit, ſed neque videre poteſt. De aliis autẽ quod Deum in poſterũ clare videbunt, non potuit Paulus apertius teſtari, quàm dicens: Videmus nunc per ſpeculũ in ænigmate, tunc autem facie ad faciem. Vnde patet homines aliquando habituros facialem Dei viſionem. De angelis

Mat. 22. *Pſal. 79.* *Matt. 20.* *Exod. 34.* *Exod. 34.* *Iob. 28.* *1. Tim. 6.* *1. Ioan. 4.* *Exod. 33.* *1. Ioan. 4.* *2. Cor. 12.* *Gene. 32.* *Exo. 38.* *Exod. 33.* *Exod. 33.* *Iob. 38.* *1. Tim. 6.* *1. Cor. 3.* *Eſa. 64.* *1. Cor. 13.*

autem apertiſſime veritas dixit: Angeli eorum ſemper vident faciem patris mei qui in cœlis eſt. Neque
Matt. 18. huic Saluatoris dicto obuiat quod beatus Petrus dicit: In quem deſiderant angeli proſpicere. Nam an-
1. *Pet.* 2. geli & vident, & videre deſiderant, ſicut & alij etiam homines beati, videntes deſiderant, & deſiderã-
tes vidẽt. Beati ſiquidem vidẽtes Deũ, ſatiãtur, iuxta illud pſalmi: Satiabor cum apparuerit gloria eius.
Pſal. 16. Satietatem autem ſolet ſequi faſtidium. Deſiderium etiam ſine cõſecutione eius quod deſideratur, anxietatem habet, & anxietas pœnam. Beati verò omni anxietatis pœna carent: quia pœna & beatitudo nunquam cohærere poſſunt. Quapropter ab vtroque, videlicet à ſatietate & deſidetio, ſi remoueamus omne illud quod pœnam inferre videtur, ſcilicet faſtidium & ãxietatem, dabimus beatis ſatietatem & deſideriũ, ita vt remouendo à deſiderio anxietatem, dicamus eos deſiderãtes ſatiari, & ſeparãdo à ſatietate faſtidiũ, dicam⁹ eos ſatiatos deſiderare. Bene ergo dicit Petrus, in quẽ deſiderant angeli proſpicere: quia etſi vidẽt, videre tamẽ deſiderant: hoc eſt, ſic Dei viſione fruuntur, vt quãuis ſatiati nullum tamen inde faſtidium habeant. Pro huius ergo hæreſis confutatione ſatis me dixiſſe arbitror, iuxta eam quam promiſi tenere breuitatem.

SEcunda hæreſis eſt, quę aſſerit beatitudinẽ cõſiſtere in carnis delitiis. Hic error fuit olim apud quoſdam Iudæos repertus, qui omnia quæ à Prophetis de Chriſti regno dicuntur, carnaliter intelligebãt.
Matt. 15. Ex quo errore videtur proceſſiſſe illa petitio matris filiorum Zebedæi petentis à Chriſto: Dic vt ſedeant hi duo filii mei, vnus ad dexterã tuam, & alius ad ſiniſtram in regno tuo. Nec tamẽ propter iſtos ſic errantes, hanc hæreſim hic collocaſſem, cum à principio operis ſtatuerim eas ſolum recenſere hæreſes, quæ poſt Chriſti in cœlos aſcenſionem exortæ ſunt, niſi quòd plures inuenio ex eis qui Chriſto nomina in baptiſmo dederuut, in hũc errorem fuiſſe lapſos. Primus ergo qui hũc errorem ſuſcitauit, fuit
cerinthus Cerinthus quidam, peſſimis moribus aſſuetus. Cuius nationis aut gentis fuerit, mihi non cõſtat: hoc ſolum ſcio illum fuiſſe coæuum beato Ioanni Euãgeliſtæ. Nam B. Irenæus in lib. 3. Aduerſus hęreſes, cap.
Irenæus. 3. de beato Polycarpo loquens, ſic ait: Et ſunt qui audierunt eum dicentem, quoniam Ioannes Domini diſcipulus in Epheſo iens lauari, cum vidiſſet intus Cerinthũ, exilierit de balneo non lotus, dicens quod timeat ne balneum concidat, cum intus eſſet Cerinthus inimicus veritatis. Hæc Irenæus. Inter alios ergo Cerinthi errores, is vnus eſt quo aſſerit poſt reſurrectionem terrenum futurum eſſe regnum Chriſti, & homines in carne concupiſcentiis & libidinibus ſubiectam vitam acturos. Hunc eundem errorẽ ali-
Papias. qui impingunt Papiæ Hieropolitano epiſcopo, qui fuit diſcipulus beati Ioannis Euãgeliſtæ. Qui autẽ illi impingunt, mouentur ex quodam dicto beati Hiero. qui in ſuo libro de Eccleſiaſticis ſcriptoribus,
Hieron. de hoc Papia loquens, ſic ait: Hic dicitur mille annorum Iudaicã ędidiſſe δευτέρωσιν quem ſequuti ſunt Ireneus & Apollinaris, & cæteri qui poſt reſurrectionem aiunt in carne cum ſanctis Dominũ regnaturum. Hęc Hiero. Verum ex verbis Hieron. nihil tale habetur Papiam ſenſiſſe, quale eſt id quod nunc de Cerintho retulimus. Solum enim ex Hieronymi verbis habetur Papiæ ſententiam fuiſſe Chriſtum iterum in terris ſecundũ carnem regnaturum: & hoc quidem verũ eſt illum ſenſiſſe, vt ex aliis plurimis autoribus conſtat. Sed non aſſeruit illum ſenſiſſe tale regnum Chriſti futurũ in carnis delitiis, prout Cerinthus dixit. Nec docuit etiam Papias, regnum Dei, quod alio nomine beatitudinẽ aut gloriã dicimus perpetuas habiturum carnis voluptates. Nihil enim tale ſenſit: Cerinthus autem omnia hęc docuit. Quapropter videtur mihi inter Cerinthum & Papiam latum eſſe diſcrimen, qnamuis in aliqua erroris parte conueniant. Vterque enim iſtorũ ſenſit poſt reſurrectionem Dominũ cum ſanctis mille annis re-
Apoc. 20. gnaturũ in terra. In hunc autem errorem lapſus eſt Papias motus ex illo quod B. Ioannes dicit in Apocalypſi, vbi de iuſtis loquẽs, ait: Et vidi animas decollatorum propter teſtimonium Ieſu, & propter verbum Dei, & qui non adorauerunt beſtiam, nec imaginem eius, nec acceperunt inſcriptionem in fronte aut in manu ſua, & regnauerunt cum Ieſu mille annis: reliqui eorum non vixerunt donec finiãtur mille anni. Propter hæc verba Apocalypſis malè intellecta, credidit Chriſtum in terra cum ſanctis ſecũdum carnẽ mille annis regnaturũ: quia illa verba Apocalypſis credidit iuxta literæ corticẽ, & nõ iuxta my-
Euſebius. ſticum ſenſum eſſe intelligenda. Vnde Euſeb. lib. 3. hiſtoriæ Eccleſiaſticæ cap. 39. de hoc Papia loquens ſic ait: Dicit autẽ & alia plurima à maioribus ſibi tradita miracula, & nouas quaſdam parabolas Saluatoris, & doctrinam incognitam, magisque fabuloſam, mille annos futuros poſt reſurrectionem, quibus corporaliter regnum Chriſti in hac terra futurum ſit. Sed ego puto eum ſpirituales & myſticas Apoſtolorum traditiones corporaliter & ſecundum literam ſuſcepiſſe, nec potuiſſe diſcernere ea quæ illi in figuris velut lactentibus & paruulis loquebantur, qui & re vera etiam ex ipſis quæ conſcripſit opuſculis, exigui ſenſus vir & minus capacis oſtenditur. Multis tamen poſt ſe eccleſiaſticis viris erroris huius prębuit cauſas, autoritatem dogmatis tantum ex vetuſtate tribuens, nõ etiam ex ratione dictorũ, ſicut Irenæo, & ſi quis alius eum in hac parte viſus eſt ſequi. Hæc Euſebius. Quãuis ergo in hac parte Papias errauerit, non tamen propter hoc aliquis antiquorum illum nota hęretici inuſsit: quia nec pertinax fortè fuit, vt meliora docenti obtemperare noluerit. Pertinacia verò eſt præcipua pars quę hęreticum efficit, vt iam ſupra docuimus. Propter quod nõ poſſum cohibere memetipſum quin ſuccenſeã fratri Bernardo de Lutzemburgo, qui in ſuo catalogo hæreticorum non veritus eſt hunc Papiam aliis hęreticis annumerare, præcipuè cùm hoc apud nullum ãtiquorum fuiſſe factum repererit. Beatus enim Auguſtinus in ſuo libro de hæreſi ad Quod vult Deum, cúm omnes hæreticos recenſeat, nunquã huius Papiæ meminit. Philaſter Brixienſis epiſcopus nullam in ſuo libro de hęreſibus de hoc papia fecit mẽtionem. Iſidorus etiam in. 8. lib. Etimologiarum, cùm omnes quos potuit ſcire hæreticos enumerauerit, nec de Papia vllam fecit memoriam. Omitto Guidonem, quoniam is recentior eſt quàm vt in vetuſtis hæreticis enumetãdis fides ei adhibeatur. Quòd ſi aliqua illi fides debetur, nunquã etiam ille huius Papiæ meminit. Si ergo nullus iſtorum illuſtrium virorum Papiam inrer hæreticos recenſuit, vnde habuit frater

Bernardus

Bernardus de Luzemburgo vt eum hæreticum cẽſuerit? Si enim propterea quòd Hieronymus dixit Papiam mille annorum Iudaicam ædidiſſe δδυπέρωσιν ſtatim erat inter hæreticos collocandus, quare etiam eadem ratione non annumerauit inter eoſdem Irenæum, Apollinarem, Lactantium, Victorium Pictauienſem, cum de his omnibus referat Hieronymus eodẽ loco quo ſecuti ſunt Papiam in hac parte? Aut ergo Papias non eſt hæreticus cenſendus, aut alii qui eum in hac parte ſunt ſecuti, eadem ratione dicentur hæretici. Hæc omnia in medium placuit adferre, vt videãt hi qui facile de hæreſi pronunciãt, quàm facile etiã ipſi errent, & intelligant non eſſe tam leuiter de hæreſi cenſendum, præcipuè cum non ſit peius crimen quod viro Chriſtiano poſſit impingi, quàm ſi hæreticus appelletur. Papias ergo, & qui eũ ſecuti ſunt, hoc ſenſerunt, Chriſtum videlicet poſt reſurrectionem regnaturum cum iuſtis mille annis in terra. Et ſic ſentientes, græco vocabulo χιλιασὰς appellati ſunt. Quod verbum è verbo exprimentes latinè dicere poſſumus millenarij. Cerinthus autem de regno Chriſti per mille annos in terra ſentiens carnales quaſdã voluptates in illo regno futuras ponit, & vitia quædam portẽtoſa cuiuſlibet libidinis. Præter hoc ſenſit etiam regnũ Dei poſt iſtos mille annos in terra, futurum in cœlis, in voluptatibus carnis, in gula & luxuria. Qua in re latiſſime abeſt à ſenſu Papiæ, & aliorũ qui Papiam ſunt ſecuti. Quòd autem
B Cerinthus hæc duo aſſeruerit, apertiſsimè oſtendit Euſebius in libro tertio Eccleſiaſticę hiſtoriæ, capite vigeſimooctauo. *Euſebius.* Sic enim de Cerintho loquẽs, ait: Poſt reſurrectionem terrenum dicit futurum eſſe regnum Chriſti in Hieruſalem, & homines in carne iterum concupiſcentiis & vitiis ſubiectam conuerſationem habituros. Contra fidem quoque ſcripturarũ, quoſdam mille annos deſignat: in quibus multa quidem & alia corruptionis opera, & nuptiarum feſtiuitates dicit futuras, ad eos qui libidini ſunt dediti, decipiendos. Sed & Dionyſius cum de Ioãnis reuelatione diſſereret, & quædã ſecundum ea quæ antiquitus eccleſiæ tradita fuerant, diſputaret, mentionem facit huius ipſius viri in his verbis: Cerinthus, inquit, à quo Cerinthiana hæreſis oborta eſt, figmentis ſuis autoritatẽ magni nominis acquirere ſecundum ſcripturæ huius prauam intelligẽtiam geſtiebat: quippe cuius hæc erat hæreſis, vt affirmaret terrenum futurũ eſſe Chriſti regnũ. Et quia erat ventri & gulæ ac libidini deditus, ea futura decernebat, quæ ſibi propria libido dictabat. Ventris, & eorum quæ ſub ventre ſunt, incitamenta, cibis, potibus, nuptiis prędicabat explẽda. Et vt aliquid ſacratius dicere videretur, legales aiebat feſtiuitates rurſus celebrãdas, & hoſtias carnales iterum iugulandas. Hæc Euſebius. Ex cuius verbis, & aliis quæ ſupra de Papia ex eodem Euſebio attulimus, conſtat latum eſſe diſcrimen inter Papiæ & Cerinthi errorem: quoniam de Papia nihil aliud habemus præterquam quod ait Chriſtũ mille annis regnaturũ in terra cum ſanctis poſt reſurrectionem. An autem Papias ſenſerit in illo mille annorum regno futuras eſſe delitias carnales, an ſpiritales, mihi non cõſtat. Quòd ſi eas futuras dixit ſpiritales, non erat grauis error. Nam beatus Au-
C guſtinus libro vigeſimo de ciuitate Dei, capite ſeptimo de hac ſententia diſputans, non audet appellare errorem, ſed opinionẽ. Sic enim loco præallegato ait: Quæ opinio eſſet vtcũque tolerabilis, ſi aliquę delitiæ ſpiritales in illo ſabbato affuturæ ſanctis per Domini præſentiam crederẽtur. Nam etiam nos hoc opinati fuimus aliquando. Hæc Auguſtinus. Ex quo iterum patet male ſenſiſſe fratrem Bernardũ de Luzemburgo, cum recẽſuit Papiam inter hæreticos: quoniam beatus Auguſtinus ait tolerabilem eſſe opinionem illam mille annorum, ſi in illis annis ſpirituales & non carnales ponantur delitię. At Cerinthus (vt modo enarrauimus) carnales dicit futuras delitias nõ ſolum in illo mille annorum regno, ſed etiam in poſterum, quoniam ea in illo Dei regno futura dicebat, quæ propria libido dictabat: & in illis felicitatem ſummã figebat: & propter hanc cauſam, hunc ipſius Cerinthi errorẽ ſub titulo Beatitudinis locauimus. Nec miretur lector quod tam lõgam in enarrãda huius hæreſis hiſtoria fecimus diſputationem: quoniam video plures in hoc erraſſe, vt errorẽ Cerinthi cum errore Papiæ confundant, credẽtes vnum eſſe vtriuſque errorem: quapropter oportuit eorum diſcrimen oſtẽdere. Supereſt iam vt oſtendamus in illo regno beatitudinis nullas eſſe futuras carnis delitias, quemadmodum Cerinthus fabulatur. Primò omnium, Paulus huic ſententiæ apertiſsimè obuiat, dicens: Regnum Dei non eſt eſca & potus: ſed iuſtitia, & pax, & gaudium in ſpiritu ſancto. *Rom. 4.* Præterea ſi regnum Dei, hoc eſt beatitudo in carnis delitiis conſiſteret, nulla eſſet rectior via ad illud regnũ, & beatitudinẽ aſſequendã, quàm vita in carnis voluptatibus expleta: quoniam nulla eſt rectior via ad beatitudinem, quàm illa quæ ſimillima eſt termino vię, ipſi videlicet beatitudini. Hinc veri catholici & fideles qui ſuam beatitudinem figunt in Dei cognitione & amore, nullam etiam aliam breuiorẽ & certiorem viam ad beatitudinẽ aſſequendam docent, quàm veram Dei cognitionem, & perfectã illius dilectionem. Si ergo beatitudo in carnis voluptatibus ſita eſt: carnis voluptas certiſsima erit via ad beatitudinem adipiſcendam. At nihil magis impedit beatitudinis
D conſecutionẽ, quàm carnales delitiæ. Paulus enim apoſtolus recẽſens eos quibus regnum Dei eſt interdictũ, inter eos enumerat carnis voluptatibus deditos. Sic enim ait: Neque idolis ſeruiẽtes, neque adulteri, neque molles, neque maſculorum cõcubitores, neque fures, neque auari, neque ebrioſi, neque maledici, neque rapaces regnum Dei poſsidebunt. *1. Cor. 6* Et iterum: Sicut portauimus imaginẽ terreni, portemus imaginem cœleſtis. *1. Cor. 15.* Hoc autem dico fratres, quia caro & ſanguis regnũ Dei poſsidere non poſſunt. Nomine autem carnis & ſanguinis deſignauit vitam ſecundum carnis & ſanguinis inſtinctum: quod patet ex eo, quia per illa declarauit imaginẽ terreni hominis. Et alibi, in ea videlicet quę eſt ad Galatas epiſtola, poſtquam enumerauit opera carnis, ſubiungit: Qui talia agunt, regnum Dei nõ conſequẽtur. *Gal. 5* Si ergo opera carnis aduerſantur conſecutioni ipſius regni Dei: quí fit vt ipſum regnũ Dei in eiſdem operibus carnis cõſiſtat? Rurſum ipſe veritatis magiſter hũc erroẽ propria voce dãnat: quoniam Saducæis de reſurrectione diſputantibus reſpondens, ait: In reſurrectione neque nubent, neque nubẽtur, ſed erunt ſicut angeli Dei. *Matth. 22* Si in reſurrectione non ſunt nuptiæ (iuxta dictum Saluatoris) oportet neceſſario fateri, vt nõ ſit ibi fornicatio, aut alius quicũque cõcubitus. Et quoniam dicit homines futuros ſicut ſunt ange-

li Dei,oportet etiam concedere nullum illis futurum cibi corporalis gustũ. Vnus enim ex his qui astant
Tob.12. corã Domino,videlicet Raphael,Tobiæ loquens,ait: Cum essem vobiscũ per voluntatem Dei, videbar
quidem vobiscũ manducare & bibere,sed ego cibo inuisibili,qui ab hominibus videri non potest,vtor.
Psal.32. Hic autem cibus qui ab hominibus videri non potest,Deus ipse est:quem videntes & amantes gustant.
Vnde regius Propheta ait:Gustate & videte quàm suauis est Dominus.Si enim ipse Deus nõ esset cibus
animæ nostræ, nunquam Propheta præciperet vt gustaremus eius suauitatem. Non enim gustatur nisi A
quod comedi aut bibi potest. Et de hoc spirituali cibo & potu intelligendæ sunt autoritates illæ quæ in
vtroque scripturæ sacrę instrumento promittunt in illa futura beatitudine cibũ & potũ:vt apud Esaiam
Esa.45. dicitur: Serui mei comedent,vos autem esurietis: seruí mei bibent,vos autem sitietis.Tunc enim satia-
Psal.16. buntur (vt ait regius Propheta)cum apparuerit gloria domini.Sic etiam accipiendum est quod ait Sal-
Luc.17. uator: Ego dispono vobis,sicut disposuit mihi pater, vt edatis & bibatis super mensam meam in regno
meo. Quemadmodum enim Christus filius Dei satiatur per visionem essentiæ suæ, quàm accepit à pa-
tre suo per generationem:sic etiam nos satiari oportet per visionem essentiæ diuinæ: quàm visionem vt
nos assequeremur,Christus obtinuit per merita suæ passionis:& tunc disposuit nobis mensam,cum me-
ruit vt nobis daretur gloria,in qua videntes Deum,satiamur eius visione.Cerinthus cum esset carnis vo-
luptatibus deditus,nõ credidit alium esse cibum spiritualem animæ,& alium corporis:quapropter om-
nes autoritates quæ de cibo & potu,de cõuiuio,de cœna,pro illa futura beatitudine loquuntur, putauit
iuxta literam carnaliter intelligẽdas. Non attendit enim alium esse cibum præter eum qui oculis carnis
Matt.4. videtur,& dentibus atteritur.Si enim verbum Dei (iuxta dictum Saluatoris)est cibus animam nutriẽs,
quanto magis nutriet & reficiet ipsemet Deus?Moyses namque solo Dei colloquio quadraginta diebus
absque alio corporali cibo nutritur.Hos duos cibos,videlicet corporalem & spiritualem,& eorum dis-
Ioan.6 crimen,Saluator descripsit, dicens:Operamini non cibum qui perit:sed qui permanet in vitã ęternam.
Hæc aduersus Cerinthi errorem dicta sufficiant: omissis aliis argumentis, quæ in scholis pertractari so-
lent ad probandam beatitudinem in sola Dei visione & illius dilectione consistere. Vbi namque aper-
tissima sunt scripturæ sacræ testimonia, superfluum est argumenta plura superaddere,velut si quis velit B
lumen addere fulgentissimis solis radiis. Alter etiam Papiæ error, de mille annorum regno, quibus ait
Christum post resurrectionem regnaturum secundum carnem, ex supradictis conuictus est. Nam Sal-
uator dixit:In resurrectione neque nubent,neque nubentur,sed erunt sicut angeli Dei.Ex quibus aper-
Matt.22. tè conuincitur,post resurrectionem nõ esse futurum vllum maris & fœminæ coitum,nullum etiam cibi
& potus vsum: & per consequens,nullam secundum carnem vitam.Illud autem quod in suæ sententiæ
confirmationem ex Apocalypsi producunt, minimè intellexerunt, & propterea in errorem lapsi sunt.
Apo.20. Sic enim dicitur in Apocalypsi:Et vidi animas decollatorum propter testimonium Iesu,&propter ver-
bum Dei: & qui non adorauerunt bestiam, neque imaginem eius, neque acceperunt characterem eius
in frontibus,aut in manibus suis,vixerunt & regnauerũt cum Christo mille annis.Cæteri verò mortuo-
rum non vixerunt donec consummẽtur mille anni.Hæc est resurrectio prima.Beatus & sanctus qui ha-
bet partem in resurrectione prima. In his verbis Apostolus ostendit discrimen inter bonos & malos.
Boni etenim qui non adorauerunt bestiam, id est dæmonem,vixerũt, quia etsi corpora eorũ nunc mor-
tua sint, animæ tamen eorum viuunt per gratiam & gloriam quàm nunc possident. Et hæc vocatur re-
surrectio prima,quæ ad gratiam & gloriam animarum pertinet.Quapropter B.Ioannes dixit:Beatus& C
sanctus qui habet partem in resurrectione prima. Alia est resurrectio secunda,quæ erit cùm corpora re-
surgentia ad vitam accipient stolam immortalitatis.Et per oppositum,mors etiam est duplex.Quędam
Luc.9 dicitur prima,& est peccatum, quod est mors animæ:de qua morte Saluator ait: Sine mortuos sepelire
mortuos suos: vt videlicet in anima mortui sepelirent mortuos in corpore.Secunda mors,est damnatio
perpetua. In quam mortem præcipitabuntur, qui à prima quæ est mors peccati, non resurgunt.Et ideo
meritò beatus qui habet partem in resurrectione prima. Sancti ergo viri qui propter testimonium Iesu
& propter verbum Dei decollati sunt,& qui non adorauerunt bestiam,id est,dæmonem,vixerunt:quia
etsi eorum corpora nunc mortua in sepulchris iaceant, tamen eorum animæ habent vitã gratiæ & glo-
riæ, & nunc regnant cum Christo mille annis, id est omnibus annis qui sunt futuri vsque ad iudicium.
Nam vsque ad illud tempus sancti habebunt præcisæ vitam animæ,& resurrectionẽ primam: post illud
verò tempus habebunt resurrectionem secũdam,id est vitam corporum simul & animarum. Quod au-
Psal.104 tẽ millenarius numerus capiatur pro vniuersitate,manifestè conuincitur per id quod dicitur in psalmo:
Memor fuit in seculum testamenti sui, verbi quod mandauit in mille generationes: id est,in omnes.Et
Eccle.16. in Ecclesiastico: Melior est vnus timens Deũ,quàm mille filii impii,id est,quàm omnes filii impii.Præ-
terea denarius numerus aliquando etiam ponitur pro vniuersitate, vt apud Matthæum dicitur regnum
Matt.25. cœlorũ,quod militans est ecclesia, assimilari decem virginibus, quo numero omnes homines tam boni
quàm mali designati sunt. At denarius numerus,radix est millenarii numeri, qui quadratũ solidum est.
Nam denarius numerus si per seipsum ducatur,efficit centum.Quòd si rursus decem ducas per cẽtum,
efficiẽt mille. Si ergo denarius numerus pro vniuersitate ponitur, millenarius qui ex denario bis ducto
cõsurgit multo rectius pro vniuersitate ponetur. Cum ergo beatus Ioannes de sanctis iam defunctis lo-
quẽs dixit quod vixerunt &regnauerunt cum Christo mille annis,sic accipiẽdum est,vt intelligatur eos
vixisse & regnare cũ Christo omnibus annis futuris vsque ad diẽ iudicii. Quibus annis etsi mortui sint
corpore, viuunt tamen anima, & regnant cum Christo. De peccatoribus defunctis loquens Apostolus
Ioannes,dicit:Cæteri verò mortuorũ nõ vixerunt donec cõsummentur mille anni.Quia peccatores de- D
functi,toto hoc tempore vsque ad diem iudicii nullam habent vitam: quoniam eorum corpora mortua
iacent,& animæ eorum mortuæ etiam sunt per peccatum.Transactis autem his mille annis, id est,toto
illo tem-

illo tempore vſque ad diem iudicii, aliquam vitam habebunt, quia etſi animę eorum per peccatũ mortuæ ſint, eorum tamen corpora per reſurrectionem vitã quãuis miſeram recuperabunt. Vel fortè ibi ponitur millenarius numerus pro vniuerſitate temporis futuri etiam poſt diem iudicii, ita vt ſit ſenſus, ſancti vixerunt & regnauerunt cum Chriſto mille annis, id eſt ſemper, quia etſi non ſemper vixerint corpore, poſt mortem tamen corporis ſemper vixerũt, & ſemper viuent in anima. Cæteri verò mortuorũ, id eſt peccatores, non vixerunt donec conſummentur mille anni, id eſt, nunquã vixerũt: quia veram vitam animæ & corporis amiſerunt. Nec ibi illa dictio donec, dicit alicuius temporis finem. Sic enim ſæpe ponitur in ſacris literis, vt nullum dicat finẽ temporis: vt patet in Pſal. Dixit dominus domino meo, ſede à dextris meis, donec ponam inimicos tuos, ſcabellum pedũ tuorum. Nũquam enim erit tempus, quo filius Dei nõ ſedeat ad dexteram patris: & tamẽ dixit eum ſedere donec ponat inimicos illius ſcabellum pedũ ſuorum. Vnde conuincitur illud aduerbium donec, poſitũ eſſe ſine aliqua temporis limitatione. Ad hunc etiam modũ capitur quod dixit Ioãnes Euãgeliſta: Cæteri verò mortuorum nõ vixerũt donec finiãtur mille ãni, id eſt, donec finiatur temporis vniuerſitas: hoc eſt, nũquam vixerũt. Aliã expoſitionem horũ mille ãnorũ aſſignat beatus Auguſt. lib. 20. de ciuita. Dei, cap. 7. legat qui voluerit. ego nolui in medium adferre, quoniam mihi illa nõ placuit. Hæc autẽ quã modo retulimus, ab eo etiã
A aſſignatur: & mihi verior videtur. Aduerſus hos χιλιαστὰς, id eſt, millenarios, ſcripſit olim Gennadius preſbyter Maſſilienſis: vt teſtatur Ioannes Trithemius in ſuo libro de Eccleſiaſticis ſcriptoribus, quo vtinam frui liceret: magnum quidem (vt opinor) nobis adiutorium præbuiſſet. *Pſal. 109.*

TErtia hæreſis eſt quæ aſſerit nec beatitudinẽ nec miſeriam eſſe perpetuam. Huius hæreſis autor eſt Origenes. Hic enim (ſi Auguſtino & Theophilo Alexandrino credimus) quaſdam alternationes beatitudinis & miſeriæ ponit: ita vt tranſactis aliquot annorum curriculis, animas beatas dicat iterum in corpora mortalia reuerti, & in eis corporis moleſtias pati, & inde iterum ad beatitudinẽ euocari, & à beatitudine rurſum ad miſeriã deflecti: quo pacto fiet perpetuus quidam beatitudinis & miſeriæ circulus. Et eodem modo ſentit etiam de miſeris, vt illos dicat aliquando ad hoc ſeculum redituros: & inde iterum ad beatitudinem euocari. Vnde euenit, vt dicat dæmones aliquando fore ſaluãdos. Hæc ſententia apertiſsime cõuincitur eſſe hæretica, & ratione, & ſcripturæ ſacræ teſtimoniis. Ratione prius aggrediamur, & percõtemur Origenem, vtrum anima, quæ iam beatitudinem adepta eſt, ſciat ſuam beatitudinem aliquando finiendam: an prorſus ignoret? Si penitus neſcit ſuam beatitudinem aliquãdo finiendam, oportebit tunc Origenem fateri, nos in huius ſeculi miſeria exiſtentes peritiores eſſe, quàm beati ſint in illa futura beatitudine: quoniam in hoc ſeculo exiſtentes, noſcimus finiendam eſſe aliquãdo beatitudinem: beati autem ignorant futuram miſeriam. Nos etiam in hoc ſeculo vitam agẽtes, ſcimus (iuxta Origenis ſentẽtiam) beatorum felicitatem aliquando deſituram: quod cùm ipſi ignorent, cõſequẽs eſt, vt peritiores ſimus illis. Si autem finem ſuæ felicitatis ſcit anima beata, hac ſola ratione miſera eſſe cõuincitur, quoniam ſemper erit cum metu amittẽdi quod amat. At metus paſsio quædam eſt animæ: & qui timet, quodammodo patitur, & quãdam miſeriam ſuſtinet. Præterea metus ille vim
B amoris quodammodo remittit. Tepidius enim quiſque amat id, quod ſcit ſe aliquãdo deſerturũ. Quapropter fiet, vt beatus, ſciens ſuam beatitudinem aliquãdo finituram, remiſſe ac tepidè amet eandem. Hoc enim vnico & fortiſsimo argumento Chriſtus ab amore diuitiarum ſeparare nos voluit, quòd aliquãdo perituræ eſſent. Nolite, inquit, theſaurizare vobis theſauros in terra, vbi ærugo & tinea demolitur, & vbi fures effodiũt atque furãtur. Rurſum, Si beatus ſcit ſuam felicitatẽ deſiturã, multo beatius & quietius viuet hic anima in hoc ſeculo, quàm illic in illa beatitudine: & tãto beatius, quãto melior eſt ſpes certa boni acquirendi, quàm metus mali imminẽtis. Miſer ſiquidem in hoc ſeculo viuẽs, ſpem habet futuræ beatitudinis: beatus autem metũ potitur futuræ miſeriæ, ad quam (iuxta Origenẽ (poſt aliquot annorum curricula eſt reuocãdus. Omiſsis autem argumẽtationibus, ſcripturarum ſacrarum teſtimoniis agamus, quoniam hęc vehemẽtius vrgent. Scriptura ſiquidem ſacra nõ tantum ſemel aut iterum dicit beatitudinem & miſeriam damnatorum eſſe perpetuas. Vnde Salomõ in libro Sapiẽtiæ ait: Iuſtorum animę in manu Dei ſũt, & nõ tãget illos tormẽtum mortis. Quòd ſi à beatitudine ad miſeriam, & à miſeria ad beatitudinem per cõtinuas alternationes ſine ceſſatione circumeũt, neceſſe eſt vt illos tãgat tormẽtum mortis. Et iterum aſsignãs diuerſum beatorum & damnatorum ſtatum, poſtquã de damnatis diſſeruerat, de beatis dicit: Iuſti autem in perpetuum viuẽt, & apud dominũ eſt merces eorum. Præterea apud Danielem dicitur: Et in tẽpore illo ſaluabitur populus tuus omnis, qui inuẽtus fuerit ſcriptus in libro: & multi de his, qui dormiũt in terræ puluere, euigilabũt: alij in vitam æternam, alij in opprobrium, vt videãt ſemper. Qui autem docti fuerint, fulgebũt quaſi ſplẽdor firmamẽ-
C ti: & qui ad iuſtitiã erudiũt multos, quaſi ſtellæ in perpetuas æternitates. Ecce hic bis vno cõtextu beatorum ſtatũ Propheta declarauit eſſe perpetuum. Rurſum, Gabriel ãgelus de filio Dei incarnãdo Mariam virginem alloquẽs, ait: Regnabit in domo Iacob in æternum, & regni eius non erit finis. Domus autẽ Iacob illa eſt, quę alibi appellatur domus Iſrael, ſcilicet gloria cœleſtis, cui⁹ magnitudinẽ Propheta vnus admiratur, dicẽs: O Iſrael quàm magna eſt domus tua. Iacob ſiquidẽ ille eſt idem qui & Iſrael: eadẽ ergo domus Iacob, & domus Iſrael. In hac domo dicit ãgelus Chriſtum regnaturũ in æternũ. At qualiter poterit in illa domo regnare in æternũ, ſi domus nõ eſt ęterna? Oportet ergo vt domus illa beatitudinis ſit æterna, vt in illa poſſit Chriſtus regnare in æternum. Regnum etiam Chriſti beati ſunt, qui in Apocalypſi clamãt: Feciſti nos Deo noſtro regnum. Hoc eſt enim illud regnum, quod coram Pilato Chriſtus confeſſus eſt nõ eſſe de hoc mundo. Et meritò, quoniã alibi de iuſtis loquẽs, dixerat: Si de mũdo eſſetis, mundus quod ſuum erat diligeret: propterea mundus vos odit, quia non eſtis de muudo. Si ergo beati regnum Dei dicuntur, quomodo regni Chriſti nõ erit finis, ſi à beatitudine ad miſeriã beati

Origenes

Matt. 6.

Sap. 3.

Sap. 5.

Dan. 12.

Ber.

Luc. 1.

Apoc.

Ioann. 15.

aliquãdo reuocantur? Oportet ergo beatitudinem fateri æternam, vt regnum Christi verè dicatur esse
Matth.25. sine fine. Cæterum quod de dãnatis dicitur, apertissimè cõuincitur per id, quod apud Matthæum do-
minus minatur se dicturum peccatoribus in die iudicij: Ite maledicti in ignem æternũ, qui præparatus
Luc.16. est diabolo & ãgelis eius. Et apud Lucam, pater Abrahã diuiti epuloni in inferno sepulto, ait: Et in his
omnibus inter nos & vos chaos magnum firmatum est, vt hi qui volunt hinc transire ad vos, non pos-
sint: nec inde huc trãsmeare. Quibus verbis nihil apertius dici potuit ad Origenis insaniã reuincẽdã.
Cõtra hunc errorem scribit beatus Aug. in lib. 12. de ciuitate Dei, cap. 20. quo in loco solũ agit argumẽ-
tis, nullum scripturę sacræ adferẽs testimoniũ. Quod inde veniſſe cõstat, quia tũc cõtra Ethnicos philo D
sophos agebat, quos sacræ scripturæ testimonium parum mouere poterat. Cõtra eũdem errorem etiam
disputat beatus Gregorius in Moralib. super illud Iob. 40. Æstimabit abyssum quasi senescentem.

QVarta de hac re hæresis est, quæ asserit hominem in hac præsenti vita posse cõsequi finalem beati-
tudinem secũdum omnem gradum perfectionis, quem habebit in patria. Hanc hæresim susci-
Begardi. tarunt quidam homines in Alemania, dicti Begardi, & quædam mulieres dictæ Beguinæ, qui omnes
Beguinæ. modo quodam honesto & religioso incedũt. Nam hodie in Germania inferiori vidi ipsemet mulieres
sic nominatas Beguinas, quæ in societate quadã honestè viuunt, sine tamen alicuius voti expressi emis-
sione, & cum proprie supellectilis retentione: quæ cum volunt, & modus viuẽdi eis displicet, liberam
recedẽdi habẽt facultatem, & in toto possũt societatem relinquere. Secus autem se habẽt Begardi, quo-
niam hi cœnobia habent, & tria vota, vt alii monachi, domino reddũt. Hãc rationem Begardorum &
Beguinarũ hîc reddere placuit: quoniã hæc nomina aliis nationibus sũt prorsus ignota, vt pote His-
panis & Italis, & magna ex parte Gallis. Hi ergo Begardi & Beguinæ, inter alios quos tenuerunt errores,
hũc docere tentarũt: Hominem videlicet in hac vita posse consequi finalem beatitudinem, quam ha-
bebit in patria. Vt autem hũc errorẽ cõuincamus, prius oportet beatitudinem definire, ne fortè de vo-
ce contendamus, & nõ de re. Sed quoniam iuxta Aristotelis præceptum: æquiuocũ prius est in sua di-
stincta significata partiẽdum, quàm definiatur: ideo multiplicẽ beatitudinis significationẽ prius ostẽ-
dere oportet. Beatitudo siquidẽ in sacris literis aliquãdo & sæpe capitur pro via ad beatitudinem con- A
Psal.1. sequendam. Beatus vir (inquit Propheta regius) qui non abiit in cõcilio impiorum, & in via peccato-
rum nõ stetit, & in cathedra pestilentię nõ sedit: sed in lege domini voluntas eius. Et alibi: Beatus vir
Psal.3. qui timet Dominũ, in mãdatis eius cupit nimis. Et ipse Dominus apud Matthæũ assignat octo beatitu-
dines, id est octo vias, quibus peruenitur ad beatitudinem. Beati, inquit, qui lugẽt, quoniã ipsi consola-
Matt.5. buntur. In illa autem vita beata, in qua perfecta est fœlicitas, nullus erit luctus. Ibi enim absterget Deus
omnem lachrymam ab oculis sanctorum. Vocatur autem luctus beatitudo: quoniam certa via ad bea-
titudinẽ futurã, est in hac vita lugere, & nolle hic prosperari. Vocatur etiam fides vita æterna, eo ꝙ via
Ioan.17. quædam est ad vitã æternã. Sic enim dicit Christus, patrem pro nobis rogãs: Hæc autem est vita æter-
na, vt cognoscãt te solum verum Deum, & quem misisti Iesum Christum. Quem locũ beatus Cyrillus
pertractãs, ait: Radicẽ atq; originem æternæ vitæ, fidem, & verę pietatis virtutem esse affirmat. Veram
autem pietatem illam asserimus, cui alieni falsique cultus crimen inuri nõ potest. Hæc Cyrillus. Qua-
propter maxime miror, quod quidam theologi scholastici illum locum Ioannis adferunt, ad proban-
dum beatitudinis præcipuam partem esse Dei visionẽ, minorem autem esse dilectionẽ: pro qua re nul-
lum aliud adferũt scripturæ testimoninm, quàm illud Ioãnis, quo Christus ait: Hæc est vita æterna, vt
cognoscant te solum Deum verum, & quem misisti Iesum Christum. Omitto qualiter hunc locum in-
terpretentur alii, qui partem tutãtur aduersam. Nam eorum interpretatio merè volũtaria est, & ex eo- B
rum cerebro prodiẽs, nõ autem ex literæ ordine. Quòd si à sacris doctoribus illius loci intelligentiam
peterent, nõ tantum operis in ea re cõsumpsissent. Nec tamẽ hęc ideo dicta esse volo, vt quis existi-
met me velle cõtendere potissimam partem beatitudinis non esse visionem: quoniam neque pro hac
parte, neque pro aduersa certare volo: cum hic nõ pertractẽ hominum variè sẽtiẽtiũ opiniones, sed so-
lam catholicam fidem. Hæc tamẽ ideo dixi, vt ii qui docẽt beatitudinis præcipuam partem esse visio-
nẽ, agnoscãt quàm debili fũdamẽto innitãtur, cum cõstet illum locum Ioannis, de fidei cognitione,
quæ via est ad beatitudinem, esse intelligẽdum. Et hoc ex ipsius literæ decursu facillime colligi potest.
Nam Christus illo loco nõ orat patrem, vt illum per claram suæ essentiæ visionem clarificet, sed per fi-
dei cognitionẽ. Tũc enim Christus clarificatus est, cum clarè cognitus est per fidem, quòd sit filius dei.
Tũc clarificatus est, cùm homines crediderũt illum esse filium Dei. Cum ergo Christus orat patrem, vt
clarificet filium suum, hoc petit, vt fidem sũæ diuinitatis hominibus donet, per quam credãt illum esse
Dei filium. Et propterea vt ostẽderet, quod nõ sibi soli cõsulẽs, sed hominibus prospiciẽs petit, sub-
didit: Hęc est autem vita æterna, vt cognoscãt te solum Deum verum, & quem misisti Iesum Christum:
Hoc est, vitam æternam habebũt, si in te & in me crediderint. Nec mitari debẽt, quod dicamus fidem
vocari vitam æternam, cum apud Ioãnem etiam Dominus dicat: Qui credit in me habet vitã æternã.
Ioan.3. Nõ dixit habebit, sed habet: vt clare ostenderet fidem dici vitam æternam: eo quòd via quædam est
rectissima ad vitam æternam consequẽdam. Hãc autem expositionem docet beatus Cyrillus (vt ostẽ-
dimus) super Ioãnem. Et in libro de fide ad reginas, hũc locum idem Cyrillus citans, vt inde conuin-
cyrillus. cat Christũ esse Deum, sic ait: Si cum agnitione solius & veri Dei iũctam esse necesse est & adesse agni-
tionem Iesu Christi, & vitam hoc ęternam parit, quomodo nõ omnibus manifestum est, quòd Deus ve-
rus est Christus? Hæc ibi Cyrillus. In quibus verbis id aduertẽdum est, quod dixit: vitam æternam pa-
rit. Vnde clarè patet, ꝙ Cyrillus sẽtit illum locum esse intelligẽdum de cognitione fidei: quã ideo dicit C
vocari vitã æternam, quia parit vitam ęternam. Beatus Augustinus etiam hãc interpretationem innuit,
non tamen ita expresse vt Cyrillus, sed per quasdam verborum ambages: ideo eius verba omitto,

contentus

cõtẽtus indicaſſe lectori. Beatus Hylarius in libro de patris & filii vnitate, cùm illa eadem Chriſti verba citaſſet ad probãdam Chriſti diuinitatem, ſtatim hæc verba ſubiungit: Vitæ æternę fidem vel loqui hęretice diſce credere, & ſepara à Deo Chriſtum, ſi potes à patre filium, à Deo vero ſuper omnia Deum à ſolo vnũ. Vnus enim dominus eſt Ieſus Chriſtus. Si vita æterna eſt, in Deum ſolum verum credidiſſe, ſine Chriſto cõfitẽdum eſt ſolum verum Deum ſalutem non dediſſe. Hæc Hylarius. Quum ergo tot clariſsimi viri doceãt, illum locum Ioãnis eſſe intelligẽdum de cognitione fidei, quæ eſt via ad æternam vitam: cõuincitur eos falſo fundaméto inniti, qui illud citãt ad probandum præcipuam beatitudinis partem eſſe viſionem. Hæc per occaſionem diximus. Nunc autem ad primum huius cauſæ caput reuertamus, dicentes, viam ad beatitudinem aliquãdo appellari in ſacris literis beatitudinem. De iſta beatitudine ſic dicta, nõ eſt intẽtio noſtra nunc loqui, quoniam de hac nulli dubium eſt, quòd in hac vita habeatur. Aliquãdo capitur beatitudinis nomẽ pro felicitate ſumma, quam in alia vita ſperamus. Et de hac igitur in Pſalmo: Beati qui habitãt in domo tua domine, in ſecula ſeculorũ laudabũt te. Et de hac beatitudine præſẽtem facimus ſermonem: ideo definitionem eius prius ſtatuamus. Diuus Seuer. Boëtius ſic eam definit: Beatitudo eſt ſtatus omnium bonorum aggregatione perfectus. Et cõuenit cum eo quod dicit Auguſt. Beatus eſt qui habet quicquid vult, & nihil mali vult: hoc eſt, beat⁹ eſt ille qui habet omne bonũ quod poteſt rectè velle. Ex quo ſequitur illum eſſe beatum, qui Deum perfe-
D cte poſsidet: tũc enim noſtra volũtas ſatiata eſt: quoniam Deo habito habetur omne bonum. De illo nãque dicitur: Qui replet in bonis deſiderium tuum, renouabitur vt aquilę iuuẽtus tua. Tũc ſiquidem replebitur in bonis deſiderium noſtrum, quando per reſurrectionem renouabitur iuuentus noſtra. Tunc erit ſatiata noſtra volũtas, iuxta id quod Propheta ait: Satiabor cum apparuerit gloria tua. Beatitudo ergo nõ habetur, niſi ſatiata volũtate, & repleto deſiderio. At deſiderium noſtrum in bonis, nullus poteſt replere niſi ſolus Deus. Deum autem nemo habet, niſi qui eum perfecte amat. Qui manet in charitate (inquit Ioãnes) in Deo manet, & Deus in eo. Deus autẽ nõ poteſt perfecte amari in hac vita, quia nõ poteſt in eadem perfecte cognoſci. Quæ enim minus cognoſcimus, minus etiam amari neceſſe eſt: quoniam ea quæ nõ cognoſcuntur, amari nõ poſſũt. At Deus nõ poteſt de communi lege in hac vita, clara & faciali notitia cognoſci, iuxta id quod dicitur in Exodo: Nõ videbit me homo & viuet. Et Paulus ait: Videmus nũc per ſpeculum in ænigmate, tũc autem facie ad faciem. Si ergo in hac vita nõ poteſt Deus perfecte & clare videri, ergo neque amari perfecte: & per cõſequẽs, neq; poſſideri: ex quo ſequitur, volũtatem noſtrã nõ poſſe hic ſatiari, neque deſideriũ repleri. Ex quibus colligitur, nõ poſſe fieri, vt homo hic ſit beatus ea beatitudine, de qua loquimur. Præterea militia quædam eſt (vt ait Iob) vita hominis ſuper terrã. Si ergo vita cuiusq; hominis ſuper terrã quædã militia eſt: neceſſariò ſequitur, vbi beatitudo eſſe nõ poſsit: quoniam beatitudo & quietem & trãquillitatem & ſecuritatẽ habet ãnexam, quæ omnia longiſsime abſunt à militia. Ibi ſiquidem labor, ibi metus. Quapropter nullus militãs ſe felicem clamat, niſi poſtquam victoriam fuerit adeptus. Neque in ipſam & militia quis coro-
A natur, ſed poſt tranſactum certamen. Cum ergo beatitudo quaſi quędam ſit beatorum corona, cõuincitur vt beatitudo nõ poſsit haberi in hac vita, quæ eſt militia quædam. Rurſum, idem Iob deſcribens vitam hominis, quã agit in hoc ſeculo, ait: Homo natus de muliere, breui viuẽs tempore, repletur multis miſeriis. Si miſeriis repletur, quî fit vt beatus eſſe poſsit? Miſeriis, inquã, repletur hæc vita, laboribus plena, cibi & potus indiga, cibo & potu defatigata. Hãc humores tumidãt, dolores exterminãt, ardores excicant, aër morbidat, cibi inflãt, ieiunium macerat, ioci ſoluunt, triſtitiæ conſumunt, ſolicitudo coarctat, ſecuritas hebetat, ſenectus incuruat, infirmitas frãgit, mors omnino tollit. Quæ omnia velut ex diametro cum beatitudine pugnãt: quò fit, vt in hac vita beatus homo eſſe nõ poſsit. Demum præter hæc omnia tam aperta teſtimonia, extat eccleſię de hac re definitio. Cõciliũ nãque Viẽnẽſe ſub Clemẽte quinto celebratum, inter octo errores Beguinarum & Begardorum, quos damnauit, hũc quarto loco ſtatuit: cuius Decretum ponitur in libro Clemẽtinarum titulo de hęreticis, cap. Ad noſtrum. Cõtra hunc Beguinarum errorem nullum ſcio autorem ſcripſiſſe ex profeſſo: propter quod valde miror Guidonis Carmelitę oſcitãtiam, qui cùm ſummã de hæreſibus ſcripſerit, nũquam in harum Beguinarum neq; errorum illarum meminit, cum tamẽ parum ãte ipſum fuerint. Et in cõcilio Viẽnẽſi (vt diximus) dãnatæ. Propter quod oportuit vt ipſum nõ lateret, prẽcipue cùm Viẽnẽſe cõcilium quadraginta aut fortè paucioribus ãnis Guidonem præceſſerit. Alios tamẽ Beguinos & Beguinas recẽſet Guido in fine ſui operis: qui (vt ex dictis Guidonis cõſtat) lõgiſſime abſũt ab iſtis, de quibus nos modo locuti ſumus. Nam errores iſtorum Beguinorum, de quibus loquitur Guido, nullo pacto conueniunt qui in concilio Viennenſi damnati ſunt.

B QVinta hæreſis eſt, quæ docet omnem intellectualem naturam ſeipſa naturaliter eſſe beatam: & hæc etiam à Begardis & Beguinis inuenitur, & quinto loco collocatur inter eas octo, quas proximè narrauimus eſſe damnatas in concilio Viennenſi. Nec immeritò à concilio dãnatur, cum expreſſa ſint ſcripturæ teſtimonia. Paulus nãque ait: Gratia Dei vita æterna. Et iterũ: Iuſtificati gratis per gratiam Dei. Si ergo gratis iuſtificamur, multo magis & gratis beatificamur. Et iterum: Nõ eſt volẽtis, neque currẽtis, ſed Dei miſerẽtis. Non ergo in ſeipſa naturaliter eſt beata quælibet intellectualis creatura. Præterea, ſi (vt Chriſtus ait) nemo bonus niſi ſolus Deus, quia ipſe natura bonus, nos autem nõ ſumus boni natura, ſed ſua tãtum volũtate: multo magis oportebit dicere, vt nemo beatus ex ſua natura, niſi ſolus Deus. Rurſum, ſi quęlibet intellectualis natura ſeipſa eſt beata, nulla ergo intellectualis natura poteſt eſſe miſera: quoniam ea quæ à natura inſũt, nullo modo deſeri poſſũt. Hanc etiam hæreſim oppugnãt ea, quæ aduerſus proximè narratã hæreſim diximus: quoniã ſi in hac vita nullus poteſt beatitudinẽ aſſequi, cõſequẽs eſt vt homo nõ ſit naturaliter beatus. Valeãt ergo Beguinæ, & colũ & fuſum.

Hilarius.

Pſal. 83.

Pſal. 102.

1. *Ioan.* 4.

Exod. 33.

1. *Cor.* 13

Iob. 7.

Iob. 13.

Begardi.
Beguini.
Rom. 6.
Rom. 3.
Rom. 9.
Mar. 19.
Mar. 10.

exerceant,& nullo modo ſcripturas diuinas pertractent.

Armeni Græci. SExta hæreſis docet,nullam animã ante diem iudicii eſſe beatam :quoniam(vt ait) nulla anima ante illum diem videt Deum.Huius hæreſis autores ſunt Armeni, Eãdem etiam tuẽtur Græci.Verum hi (teſte Guidone) multo magis delirant,quoniam ſicut negant beatitudinem dari iuſtis ante diem iudicii,ita etiam negãt pœnam dari peccatoribus ante illum diem . Poſt iſtos ſurrexit Ioannes vigeſimus ſecundus huius nominis Põtifex.Sed ne verbis meis aliquis in hac parte fidem deroget,verba Adriani papæ referam,qui in ſuo quarto Sententiarum in calce cuiuſdam quæſtionis de ſacramento confirmationis ita ait : Nouiſſimè fertur de Ioanne vigeſimoſecundo,quòd publicè docuit, declarauit,& ab omnibus teneri mandauit,quòd animæ purgatæ ante finale iudicium non habent ſtolam,quæ eſt clara & facialis viſio Dei : & vniuerſitatẽ Pariſiẽſem ad hoc induxiſſe dicitur,quòd nemo in ea poterat gradũ in theologia adipiſci , niſi primitus hũc errorem iuraſſet ſe defenſurum,& perpetuo ei adhæſurũ.Hęc Adrianus . Præter hos ſunt adhuc alii huius erroris patroni,viri quidem illuſtres,ſanctitate perinde ac ſciẽtia clari:Irenæus videlicet beatiſſim⁹ pro Chriſto martyr,Theophylactus Bulgariæ epiſcopus,beatus Bernardus.Nec mirari quiſquam debet,ſi tanti viri in tam peſtiferum errorem ſunt lapſi : quoniam *Iac.3.* (vt beatus Iacobus Apoſtolus ait) qui non offendit in verbo,hic perfectus eſt vir. Admonere tamẽ hic oportet lectorem,ne putet hunc errorem aliquid tantorum virorum ſanctitati aut doctrinæ detrahere: nam cùm illo tempore nunquam eccleſia de hac re quidqam diffiniſſet, necres illa fuiſſet vnquam in quæſtionem vocata,nec tam expreſſa fuiſſent ſacræ ſcripturæ pro illius diffinitione teſtimonia, vt non poſſent in alium ſenſum vtcunque detorqueri : potuerunt eo tempore alterutram partem citra hæreſis notam docere : præſertim cum non deeſſent aliqua ſcripturæ teſtimonia,quę illis quodammodo fauere viderentur.Vt autem fidem meam nulli ſuſpectam in hac parte relinquam :volo illorũ verba impręſentiarum adferre,vt candidus lector agnoſcat ita illos docuiſſe,quemadmodum nos de illis teſtati ſumus.Irenæus in calce libri quinti aduerſus hæreſes hæc ſcribit verba : Cũ enim dominus in medio vmbræ mortis abierit,vbi animæ mortuorum erãt,pòſt deinde corporaliter reſurrexit,& poſt reſurrectionem aſſumptus eſt,manifeſtum eſt,quia & diſcipulorum eius (propter quos & hæc operatus eſt Dominus)animę abibunt in inuiſibilem locum diffinitum eis à Deo,& ibi vſque ad reſurrectionem commorabũtur,ſuſtinẽtes reſurrectionem : pòſt recipiẽtes corpora,& perfecte reſurgẽtes : hoc eſt, corpo- D *Irenæus.* raliter,quemadmodum & Dominus reſurrexit,ſic venient ad conſpectum Dei.Hæc Irenæus . In quibus verbis quum dixit:Sic venient ante conſpectum Dei,indicauit apertè, animas ante corporum reſurrectionem non recipi in gloriam cœleſtem.Theophylactus autem,exponens illud Apoſtoli ex vndecimo capite epiſtolæ ad Hebræos : Et hi omnes teſtimonio fidei probati,non acceperunt repromiſſionem,ſic ait: Cur,inquit , puſillo animo eſtis , ſi certando exagitati nõdum ſitis pro ſuſceptis laboribus mercedem adepti ? quãdoquidem quos diximus ſancti,etſi teſtimonium per fidem ſunt nacti Deo perplacuiſſe,nil tamen adhuc cœleſtium promiſſorum ſint conſecuti : tametſi fuiſſe conſtat nõnullos, vt Dauidem regem,his terræ bonis affectos : haud tamen pręſentia hęc ipſi inquirimus,ſed quæ in cœ- *Theophil* lo ſunt , certiores & veras promiſſiones , Hæc Theophylactus . Et poſt hęc paucis interiectis ſubdit: Nónne erga hos nil ęquum Deus exhiberet,& his ipſis videretur inferre iniuriam:ſi quidem qui in tolerandis laboribus fuiſſent priores , in coronis tamen & pręmiis capiendis nos operiantur neceſſe ſit? Atqui pergrata eſt illis huiuſmodi expectatio,vt cum fratribus perfectionem & gloriam adipiſcantur. Et quibuſdam interpoſitis iterum ait: Obtulit pater his qui prius operi inſudaſſent alquid deguſtandum,operiri hos interea iubens & fratres alios,vt vnà cum his opiparè & vbertim veſcantur. At hi, vt fraterna charitate tenentur, lęti expectant,vt inter epulas illas inſtructiores , gaudio inter ſe ineffabili expleantur.Hactenus Theophylactus.Et idem dicit ſuper.23.caput Lucæ,pertractans illud quod Saluator noſter dixit latroni : Hodie mecũ eris in paradiſo.Et miror,quòd cùm de quibuſdam aliis illius ſententiis chalcographus in calce expoſitionis Euangeliorum lectorem admonuerit , iſtam tamen in- *Bernard.* tactam reliquerit :fortè non aduertit.Beatus Bernardus ſermone tertio in feſto omnium Sanctorũ,hęc verba ſcribit : In illam enim beatiſſimã domum nec ſine nobis intrabũt,nec ſine corporibus ſuis:id eſt, A nec ſãcti ſine plebe,nec ſpiritus ſine carne.Hæc ibi.Et ſermone proximè ſequẽti,qui quartus eſt de eadem feſtiuitate,de ſinu Abrahę loquens, ſic ait:In hũc ergo locum Saluator deſcẽdens cõtriuit portas ęreas,& vectes ferreos confregit,eductoſque vinctos de domo carceris,ſedẽtes quidem,hoc eſt, quieſcentes,ſed in tenebris & vmbra mortis,iam tunc quidem ſub altari Dei collocauit,abſcondens eos in tabernaculo ſuo in die malorum,& protegens eos in abſcondito tabernaculi ſui,donec veniat tempus in quo procedant,completo iam numero fratrum , & percipiant regnum quod eis paratum eſt ab origine mundi.Hęc Bernardus.In quibus verbis id aduertẽdum eſt,quòd ait ſanctos nõ percipere regnũ quod eis paratum eſt,donec compleatur numerus fratrum.Sed manifeſtiora multò ſunt quę ſubiungit,nã paucis interiectis,exponẽs illud Apocaly,Vidi ſub altare Dei,&c.ſic ait:Porrò altare ipſum de *Apoc.6.* quo nobis habendus eſt ſermo , ego pro meo ſapere nil aliud arbitror eſſe,quàm corpus ipſum domini Saluatoris . Credo autem quòd & ego ſuper hoc ſenſum eius habeam ,pręſertim cum audiam eum in *Matt.24.* Euãgelio promittentem : Vbicunque fuerit corpus,illic congregabuntur & aquilę . Interim ergo ſub Chriſti humanitate fœliciter ſancti quieſcunt,in quam nimirum deſiderant etiam angeli ipſi proſpicere,donec veniat tempus quãdo iam nõ ſub altari collocẽtur,ſed exaltentur ſuper altare.Sed quid dixi? Nũquid humanitatis Chriſti gloriam , nõ dicam hominum , ſed vel angelorum aſſequi poterit quis, nedum ſuperare ? Quoniam igitur modo ſuper altare dixerim eos exaltandos ,qui nũc ſub altari quieſcũt ? viſione vtique & cõtemplatione , nõ pręlatione . Oſtẽdet enim nobis filius (vt pollicitus eſt) ſe- B metipſum nõ in forma ſerui , ſed in forma Dei : oſtẽdet etiam nobis patrem & ſpiritum ſãctum , ſine

qua nimi-

qua nimirum viſione nihil ſufficeret nobis: quoniam hæc eſt vita æterna, vt cognoſcamus patrem verum Deum,& quem miſit Ieſum Chriſtum: & in eis (quod non eſt dubium) etiam ſpiritum vtriuſque. Hucúſque Bernardus. Ex cuius verbis luce clarius conſtat, illum ſenſiſſe ſanctorum animas ante diem iudicii in ſola viſione humanitatis Chriſti quieſcere, & poſt illum diem fore exaltandas vſque ad viſionem diuinitatis. Precor hic lectorem, ne exiſtimet horum ſanctorum dicta me ideo hoc loco citaſſe, vt illorum gloriam & honorem de hac occaſione vel tantillum minuerem: abſit enim à me tam maleuolus animus: nam etiam ſi id optaſſem, tantus ego non ſum, vt id aſſequi potuiſſem, præſertim quòd (vt proximè ſuprà admonui) eccleſia illo tempore nil vnquam diffinierat: quapropter liberum tunc illis fuit ſic citra hæreſis labem ſentire. Sed ideo iſtorum ſanctorum dicta hoc loco appoſui, vt lector admoneretur, ne ſi illa in illorum operibus legeret, illorum ſententiam incautus ſequeretur. Si autem aliter illos quàm ego exiſtimo ſenſiſſe aliunde conſtiterit, precor lectorem, vt me magis inſcium & ignorãtem, qui illorum dicta non intellexerim, quàm maleuolum cenſeat. Sed iam opus eſt vt oſtendamus animas ſanctorum, quæ ex corporibus purgatæ diſcedunt, aut poſt corporis diſſolutionem alibi purgatæ ſunt, eſſe iam beatas, & clarè Deum videntes. Primum omnium illud profero ex pſalmis teſtimonium, vbi Propheta ad Chriſtum loquens, ait: Aſcendiſti in altum, cœpiſti captiuitatem, accepiſti dona in hominibus. Quæ verba beatus Paulus in epiſtola ad Epheſios repetens, ait: Aſcẽdens in altum captiuam duxit captiuitatem. Quid aliud erant iuſti in ſinu Abrahæ detẽti, quàm captiuitas quædam? Hos enim hic Paulus Prophetam imitatus, captiuitatem dixit, eo locutionis modo, quo militiam dicere ſolemus eos qui militant. Hos itaque iuſtos, qui à dæmone propter primi parentis peccatum capti tenebantur, Deus ſua morte liberauit, & in aliam dulcem & optabilem captiuitatem trãſtulit, vt ſicut antea à diabolo captiui tenebantur, cui aliquando ſerui erant, ſic poſtea à Deo capti ſint, vt illius ſeruiant iuſtitiæ. Nã propter hoc ipſum (vt arbitror) captiuitatem ipſam dixit captiuam, quia felici & deſiderabili captiuitate ſic detinentur in gloria, vt ſicut antea non licebat illis ab inferis repedare: ſic etiam modò non ſit illis liberum ab illa beata vita vel ad modicum diuertere. De hac igitur captiua captiuitate Propheta loquens, ait: Captiuam duxit captiuitatem. Sed quò duxit? Profectò in nullum alium locũ duxit, quàm in illum, in quem ipſe aſcendit: quoniam ipſo aſcẽdente ſecum duxit. Aſcendit autem in cœlum: ergo in cœlum duxit captiuam illam captiuitatem. Aſcendens (inquit) in cœlum, captiuam duxit captiuitatem. Nec in cœlum ducuntur, vt ibi ſine Dei viſione maneant, pro qua tot ſecula ingemuerant. Nam alioquin quod eſſet illis ſolatium, aut quam meliorem haberent conditionem per Chriſti mortem iam redempti, ſi ſolam locorum tranſmutationem haberent? Cùm ergo in cœlum, quò ipſe aſcendit, illos duxerit, in beatam vtique vitam, quandiu deſideraverant, tranſtulit. Sic enim beatus Hieronymus in Commentariis ſuper Pſalmos exponens illum verſum, ait: Cœlorum excelſa conſcendens, eos qui in captiuitate diaboli tenebantur, abſoluit: ac poſt ſe tanquam captiuos deductos æternæ vitæ reſtituit. Hæc Hierony. Præterea illud eſt manifeſtiſſimum, quod Saluator noſter in cruce pendens, latroni ſe illi commendanti dixit: Hodie mecum eris in paradiſo. Si animæ purgatæ non vident Deum ante diem iudicii, quis eſt ille paradiſus, in quo ſimul cũ Chriſto illo die latro futurus eſſe promittebatur? An fortè in campis Elyſiis, aut in inſulis fortunatis illum detineri dicemus? Abſit hoc à fidelium cordibus. Non eſt enim vero ſimile, vt Saluator noſter, qui legem ſpiritualem iam dederat, & ſuo ore prædicauerat, & illam tunc ſua morte cõfirmabat, ad terrenas veteris legis promiſsiones non reuocaret. Spiritualia nobis promiſit: regnum quippe cœlorum: & hoc ipſum eſt quod nunc appellat paradiſum, cùm latroni ait: Hodie mecum eris in paradiſo. Deinde in poſteriori epiſtola ad Corinth. Paulus adhortans illos ad labores omnes pro Chriſto tolerandos etiam vſque ad mortem, ſic ait: Scimus enim quoniam ſi terreſtris domus noſtra huius habitationis diſſoluatur, ædificationem ex Deo habemus domum non manufactam, ſed æternam in cœlis. Quæ verba interpretans Anſelmus in Commentariis ſuper epiſtolas Pauli, ſic ait: Prædicatores Eccleſiæ poſtquam de corporibus tranſeunt, nequaquam per morarum ſpatia (ſicut antiqui patres) cœleſtis patriæ perceptione differuntur: ſed mox vt à carnis colligatione exeunt, in cœleſti ſede requieſcunt, ſicut in hac ſententia demonſtratur. Non enim dicitur: habebimus domum æternam in cœlis, ſed habemus: quia videlicet protinus habetur illa domus, ex quo iſta diſſoluitur. Prius autem quam redemptor noſter morte ſua humani generis pœnam ſolueret, eos etiam, qui cœleſtis patriæ vias ſectati ſunt, poſt egreſſum carnis inferni clauſtra tenuerunt: non vt pœna quaſi peccatores plecteret, ſed vt eos in locis remotioribus quieſcentes, quia necdum interceſsio mediatoris aduenerat, ab ingreſſu regni reatus primæ culpæ prohiberet. Nunc autem perfecti quique mox in regnum ſuſcipiuntur. Hactenus Anſelmus. Rurſum beatus Paulus Philippenſibus ſcribens, ait: Cupio diſſolui, & eſſe cum Chriſto. At inane eſſet & inutile hoc deſiderium, ſi ipſo mortuo anima nondum poſſet ad cœlum peruenire, in quo conſtat Chriſtum eſſe. Cupit ergo diſſolui, quia ſine vlla hæſitatione credit ſtatim poſt ſuam diſſolutionem ad Dei viſionem peruenire. Vnde beatus Ambroſius in Commentariis hæc Pauli verba pertractans, ait: Habet enim deſiderium excedere, & cum Chriſto eſſe, multò melius æſtimans, vt iam præſens ſit apud Deum, vt exoptatis & promiſsis fruatur. Hæc Ambroſius. Ex cuius verbis conſtat ſanctos, ſtatim poſt mortem frui optatis & promiſsis. At viſio Dei, & optata & promiſſa eſt, imò maxima omnium quæ nobis promiſſa ſunt. Et illud eſt expreſsius quod in Apocalypſi dicitur (ſi tamen iuxta veram ſanctorum intelligentiam ſumatur) vbi de animabus eorum, qui propter verbum Dei interfecti ſunt, & ſub altari Dei clamant, beatus Ioannes loquens, ait: Et datæ ſunt illis ſingulæ ſtolæ albæ, & dictum eſt illis, vt requieſcerent adhuc tempus modicum, donec complerentur conſerui eorum & fratres eorum, qui interficiendi ſunt, ſicut & illi. Quæ verba pertractans beatus Auguſtinus homilia ſexta ſuper Apocalypſim, ait: Aram Dei Eccleſiam dicit, ſub cuius oculis martyres effecti ſunt: & licet animæ

Ioan. 17.

Eſaiæ. 68

C *Ephe. 4*

Hierony.

D *Luc. 13.*

2. Cor. 5.

Anſelm.

Philip. 1.

A *Ambro.*

Apoc. 6.

Auguſt.

ſanctorum in paradiſo ſint, tamen quia ſanguis ſanctorum ſuper terram funditur, ſub Ara clamare di-
Ansbert° cuntur. Hæc Auguſtinus. Et Ambroſius Ansbertus libro quarto ſuper Apocalypſim hæc eadem verba pertractans, ait: Quid itaque hoc loco per albas ſtolas, niſi merces baptiſmi, niſi præmium martyrii, ni-
ſi retributio malorum, niſi gaudia cœleſtis patriæ deſignantur? Vbi etiam intelligimus, quia ſanctorum animæ, quæ nunc ſingulas ſtolas acceperunt, binas quandoque accipient, id eſt, dupla gaudia. Ante re-
ſurrectionem quippe ſtolas ſingulas accepiſſe perhibentur electi: quia in ſola adhuc anima æternis bea-
titudinibus perfruuntur. Binas autem in reſurrectione accepturi ſunt, quando cum animarum perfecto
gaudio etiam corporis incorruptione veſtientur. Hæc Ambroſius Ansbertus. Eodem modo hunc Apo-
Grego. calypſeos locum interpretatur beatus Gregorius, qui in expoſitione ſeptem Pſalmorum pœnitẽtialium exponens illud ex quarto Pſalmo pœnitentiali: Auditui meo dabis gaudium & lætitiam, hæc quæ ſe-
quuntur ſcribit: Sancti enim viri mundi gloriam mentis deſpectu calcantes, omnes in ſe mortales vo- B
luptates mortificant, vt in Deo poſtmodum perenniter viuant: qui quoniam mundi miſerias pro Deo
pati minimè refugiunt, beatitudinis æternæ retributionem acquirunt: quæ nimirum beatitudo & ani-
mabus eorum ante reſurrectionem tribuitur, & corporibus nihilominus poſt iudicium conferetur: ſicut
Apoc.6. in Apocaly. Ioannes apoſt. ſcribit, dicens: Vidi ſub altari Dei animas interfectorum propter verbum Dei, & teſtimonium quod habebant, & clamabant voce magna, dicentes: Vſquequo domine ſanctus
& verax non vindicas ſanguinem noſtrum de his qui ſunt in terra? Et datæ ſunt eis ſingulæ ſtolæ albæ,
& dictum eſt illis vt requieſcerent adhuc tempus modicum, donec compleatur numerus conſeruorum
& fratrum ipſorum, qui interficiendi ſunt, ſicut & illi. Quid nanque eſt, ſingulas illis ſtolas albas tribue-
re, niſi animabus eorum beatitudinis æternę immortalitatem conferre? Quid verò eſt, donec electorum
numerus impleatur requieſcere, niſi futuræ reſurrectionis gloriam expectare? In qua nimirum iterum
ſingulas ſtolas albas accipient, quia immortalia & incorruptibilia corporum ſuorum veſtimenta reſu-
ment. Hactenus Gregorius. Cuius verba tam apertè catholicam fidem exprimunt, vt nihil amplius poſ-
Beda. ſit deſiderari. Eandem ſententiam refert Beda, qui in Commentariis ſuper Apocalypſim præfata verba
Eſa.6. interpretans, ſic ait: Singulas modò ſtolas habent animæ ſanctorum, de ſua beata immortalitate gau-
dentes: reſurgentibus autem corporibus (iuxta Eſaiam) in terra ſua duplicia poſſidebunt. Hæc Beda.
Ad eundem modum interpretantur Haymo & Richardus de ſancto Victore in Commentariis, quæ æ-
diderunt ſuper Apocalypſim. Horum verba prudens omiſi, ne prolixitate nimia grauarem lectorem.
Præter hæc tam clara teſtimonia, hanc noſtram & totius eccleſiæ ſententiam confirmat, quòd contra iu-
Leui.19. ſtitiam videtur eſſe differre per tot ſecula mercedẽ mercenario: propter quod in lege olim præceptum
erat: non morabitur apud te opus mercenarii. Omnes autem iuſti quaſi mercenarii ſunt, in vinea domi-
ni laborantes. Mercenarii, inquam, qui cum domino vineæ, hoc eſt, cum Deo patre, ex denario diurno, C
clara ſcilicet Dei viſione, conuenerunt: & ex huius mercedis expectatione omnes ſuos labores, quam-
libet duros, libenter tolerant. Cum ergo in morte omnes labores ſic finiantur, vt iam non ſit amplius ad
meritorum cumulum laborandum: oportet vt illis animabus quæ iam purgatæ ſunt, ſtatim merces ſuo-
rum laborum, æterna ſcilicet beatitudo, tribuatur: alioqui iniuſtitia illis fieret, ſi illis fideliter laborantibus merces non ſtatim daretur, nulla in illis exiſtente cauſa, quæ obſtet quò minus ſtatim reddatur.
Deinde peccatori agenti quod poteſt, Deus ſtatim dat gratiam: ergo iuſto vſque ad mortem agenti
Prouer.3 quod potuit, Deus ſtatim donabit gloriam. Accedit ad hæc, quod (iuxta Sapientis dictum) ſpes quæ differtur, affligit animum: quo fiet, vt animæ quantumlibet ſanctæ in expectatione futuræ beatitudinis ſuſpenſæ, ſint in continua afflictione. At non eſt æquum, vt pœnam toleret, qui peccatum ſi quod commiſit, iam dignè purgauit. Præterea peccatoris anima ſtatim poſt mortem tolerat ſupplicium: ergo anima iuſti ſtatim etiam poſt mortem habebit præmium: præſertim cum Deus citius ad miſericordiam flectatur, quàm ad vindictam, & propenſius & libẽtius iuſtos afficiat præmio, quàm peccatores pœna.
De pœna peccatorum ſtatim poſt illorum mortem ſemper inflicta, teſtatur Iob, ſic inquiens: Ducunt in
Iob.21. bonis dies ſuos, & in puncto ad inferna deſcendunt. In puncto dixit, quia continuò poſt mortem ſine vlla quiete deſcendunt ad inferos, vt ibi dignas pro peccatis ſuis luant pœnas. Et illud eſt apertiſſimum
Luc.16. quod de diuite illo epulone apud Lucam dicitur: Mortuus eſt diues, & ſepultus eſt in inferno. Si peccatoribus dignam ſtatim infligit Deus pœnam, non eſt vero ſimile vt iuſtis non ſtatim debitũ reddat præ-
Eccleſiaſticum. dogma mium. Demum inter Eccleſiaſtica dogmata, quæ in libro de Eccleſiaſticis dogmatibus numerantur, D
ſeptuageſimum octauum ad hanc rem pertinens, ſic ait: Poſt aſcenſionem domini ad cœlos, omnium Sanctorum animæ cum Chriſto ſunt, & exeuntes de corpore ad Chriſtum vadunt, expectantes reſurrectionem corporis ſui, vt ad integram & perpetuam beatitudinem cum ipſo pariter immutentur: ſicut & peccatorum animæ in inferno ſub timore poſitæ, expectant reſurrectionem ſui corporis, vt cum ipſo ad pœnam detrudantur æternam. Hæc ibi. Supereſt autem, vt aduerſariorum obiectionibus reſpon-
Heb.11. deamus. Primò enim nobis obiiciunt Paulum, qui in epiſtola ad Hebræos, enumeratis pluribus ſanctis, qui per fidem vicerunt regna, poſtea ſubdit: Et hi omnes teſtimonio fidei probati, non acceperunt repromiſſionem, Deo pro nobis melius aliquid prouidente, vt nõ ſine nobis conſummarentur.
Ex quibus verbis colligitur, nullam animam ante diem iudicij eſſe beatam, quouſque omnes iuſti ſimul beatificentur: quia dixit, quòd nõ acceperunt repromiſſionem. Fatemur enim illos non accipiſſe repromiſſionem: quoniam reſurrectio corporum, quam deus ſanctis ſuis repromiſit, adhuc differtur, vt ſimul omnes reſurgamus, quatenus in communi gaudio omnium, maius fiat ſingulare. Et ita expectẽt donec omnes reſurgamus, Deo ita ſapienter ordinãte, vt nõ ſine nobis conſummarẽtur, hoc eſt, vt nõ ſine nobis perciperent cõſummatam beatitudinem animæ & corporis. Et propter hoc non dixit, vt non ſine nobis bearentur: ſed dixit, vt non ſine nobis conſummarentur: quia licet ſine nobis beatitudinem

titudinem animæ sint consecuti, tamen perfectam & consummatam animæ & corporis beatitudinem non sine nobis assequẽtur. Cum ergo sancti iam in anima beati, nos ad suam consummationẽ expectent ardentius nostram cupiunt liberationem, & propter se, & propter nos: atque pro nobis interpellant, vt
A citius omnes à præsentis seculi miseria liberemur. Ipsi enim planè norunt se non sine nobis cõsummandos: quoniam cùm ipsi pro suorum corporum resurrectione, quàm summè optant, preces supplicationésque ad Deum funderent, acceperunt diuinum responsum, vt requiescerent tempus adhuc modicum, donec compleatur numerus conseruorum & fratrum eorum, qui interficiendi sunt sicut & illi. *Apoc. 6*
Hanc igitur repromissionem, quæ de corporis immortalitate data est, sancti nondum acceperunt, vt integram & perfectam beatitudinem sine nobis non haberent: aliâs tamen promissiones, quæ videlicet de animarum gloria datæ erant, iam acceperunt, quoniam iam Deum vident, iam adimpletæ sunt lætitia cum vultu Dei: in illo exultant, illo fruuntur. Alioqui sibi non constaret Paulus, quoniam paulò superius de eisdem sanctis loquens, dixerat: Per fidem vicerunt regna, operati sunt iustitiam, adepti sunt repromissiones. *Heb. 11.* Plures & variæ sunt dignitates, quas animæ iuxta suorum meritorum varietatem iam receperunt: sed præter has omnes promissiones supereſt adhuc vna de suorum corporum incorruptione: & de hac dicit, quòd non acceperunt repromissionem: & ob hanc causam donec hanc etiam repromissionem accipiant, perfectam & consummatam non habent lætitiam. Sanctis ergo suorum corporum resurrectionem desiderantibus, & à Deo petentibus tali modo respondet Deus, quo aliquis paterfamiliâs habens plures filios, singulisque de agro reuertentibus, & rogantibus vt cibum sibi tribuat, respondet: Cibus vobis omnibus iam paratus est, sed præstolamini fratres vestros, vt cùm in vnum positi fueritis, omnes in commune comedatis, & epulemini gaudentes. Secundò nobis obiiciunt illud ex prima Ioannis epistola: Nunc filii Dei sumus, sed nondum apparuit quid e- *1. Ioan. 1*
rimus: scimus autem quoniam cùm apparuerit, similes ei erimus: quia videbimus eum sicuti est. At
B ante iudicii diem non apparebit quid erimus: ergo ante illum diem non videbimus Deum sicuti est. Huic autem obiectioni nos respondemus, quòd licet Ioannes dicat nos futuros esse similes Deo, & visuros illum cùm apparuerit quid erimus, non tamen dicit nos non visuros illum antea quàm appareat quid erimus: hoc tamen oportebat esse dictum, vt collectio argumenti esset bona: quod cum dictum non sit, dicimus malam esse illius syllogismi collectionem. Potest etiam aliter respõderi, vt dicamus iam in animabus sanctorum apparuisse quid in illis futurum erat: quoniam iam habent hæreditatem, ad quàm adoptatæ erant: iam vident Deum, iam fruuntur illo. Nunc, inquit Ioannes, filii Dei sumus. Filij inquam adoptiui, ad cœlestem gloriam adoptati: sed nondum apparuit quid erimus, quia nondum manifestum est nobis id, ad quod adoptati sumus: nescimus quanta sit hæreditas nobis seruata: scimus autem, quoniam cùm apparuerit hæc adoptio, cùm reuelata nobis fuerit hæreditas, ad quàm fueramus destinati, tunc videbimus Deum sicuti est. Nam ipsamet visio hæreditas est, ad quã adoptati sumus. Quapropter fieri nequit, vt appareat id, quod nobis destinatum erat, quin Deum videamus. Sicut ergo dicimus, sanctorum animas ante diem iudicii Deum videre: ita dicimus iam in illis apparuisse quid futuræ erant. Hæc sunt testimonia scripturæ, quæ aduersariis in faciem fauere videntur. Quum ergo tam parum moueant hæc scripturæ testimonia, & tam aperta sint quæ nos suprà citauimus, & tantorum patrum autoritate confirmata: oporter vt firmissimè credamus, & nullatenus dubitemus, sanctorum animas, quæ ex hoc mundo purgatæ discedũt, aut post earum à suis corporibus separationem alibi purgatæ sunt, iam vsque ad facialem Dei visionem peruenisse & æternam beatitudinem iam esse assecutas. *Innocentius.*
Sed vt huic negocio finem imponamus, opus est vt Ecclesię definitionem proferamus. Innocentius Pa-
C pa huius nominis tertius, vir præter pontificalem dignitatem omni veneratione dignus, respondens episcopo Cremonensi, quærenti de quodam presbytero non baptizato & iam defuncto, an potuit sine baptismo saluari, ita ait: Inquisitioni tuæ respondemus, presbyterum, quem sine vnda baptismatis extremum diem clausisse significasti, quia in sanctæ matris Ecclesiæ fide, & Christi nominis confessione perseuerauit, ab originali peccato solutum, & cœlestis patriæ gaudium esse adeptum asserimus incunctanter. Hæc Innocentius papa: & ponuntur hæc verba in volumine epistolarum Decretalium, titulo de presbytero non baptizato, in capitulo, quod incipit: Apostolicam. Post hanc Innocentii definitionem, Benedictus vndecimus huius nominis Pontifex, aliam multò vberiorem & expressiorem de hac re dedit definitionem: cuius verba, quia rarò illa Decretalis inuenitur, ad vltimum vsque verbum hic *Extrauagãtes Benedicti.*
inseram, & sunt quæ sequuntur: Benedictus seruus seruorum dei, ad perpetuam rei memoriam: Benedictus Deus in donis suis, & sanctus in omnibus operibus suis, qui sacrosanctam Romanam catholicam & apostolicam Ecclesiam quam vt vineam plantauit dextra sua, quámque vt præcipuam in Ecclesiarum omnium caput erexit vt victricem, dicente domino ad Petrum: Tu es Petrus & super hanc Petram ædificabo Ecclesiam meam: sua miseratione non deserit, sed per beatos apostolos suos, præcipuè Petrum & Paulum singulares eiusdem Ecclesiæ defensores, pia benignitate & continua pietate custodit, quatenus eisdem rectoribus gubernata, in se stabilis maneat fundata supra firmam petram, omnésque Christianæ fidei cultores illi obediant, illi pareant, illi intendant, sub illius magisterio degant, sub eius disciplina & correctione consistant: non illis dogmatizetur improuidum, inseratur incautum, in fide temetarium ingeratur: sicque declinent homines à malo & faciant bonum, ambulent per vias rectas, & ad meliora per sancta desideria proficiscantur, sperent iustorum propinquas æternæ vitæ retri-
D butiones, timeant malorum inferni calamitates non remotas: nam scriptum est: Ecce venio citò, & merces mea mecum est reddere vnicuique iuxta opera sua. Quòd si secus à quoquam fuerit attentatum id, protinus sua autoritate, pœnis etiam adiectis prout expedire viderit, prorsus euellat. Pro qua vt in seipsa subsistens alios informaret, passionis suæ tempore saluator noster Iesus Christus Patrem exo-

raſſe perhibetur,dicens: Simon, ecce Satanas expetiuit vos vt cribraret ſicut triticum:ego autem pro te rogaui,vt non deficiat fides tua: & tu aliquando conuerſus confirma fratres tuos. Sanè dudum tempore felicis recordationis Ioannis vigeſimi ſecundi prædeceſſoris noſtri, inter nonnullos etiam theologicæ facultatis magiſtros, ſuper viſione animarum iuſtorum hominum poſt mortem ſuam,in quibus nihil erat purgabile cum de hoc ſeculo deceſſerunt,vel ſi fuerat,iam purgatum fuerat ex toto,an diuinam eſſentiam videant ante corporum ſuorum reſumptionem & iudicium generale, & ſuper nonnullis aliis orta materia quæſtionis,ipſorum aliqui negatiuam,aliqui affirmatiuam,alii verò ſecundum ſuas imaginationes,de viſione diuinæ eſſentiæ ab animabus huiuſmodi,diuerſa & diuerſimode oſtendere nitebãtur: prout ex dictis & ſcriptis ipſorum noſcitur apparere: ſuper reiectis ſuis verò cõcertationibus, quas hic cauſa breuitatis omittimus, quia ita ex noſtris determinationibus inter ſe etiam decidebant. Cũque idem prędeceſſor noſter,ad quem prędictorum determinatio pertinebat,ad deciſionẽ concertationum huiuſmodi ſe pararet,in ſuo conſiſtorio publico tam fratribus ſuis ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalibus, de quorum numero tunc eramus, quàm prælatis & magiſtris in theologia, qui multi aderant præſentes,iniungendo diſtrictius,& mandando,vt ſuper materia de viſione prædicta, quando requirerentur abeo,deliberatè vnuſquiſque diceret quod ſentiret. Tamen morte pręuentus,ſicut domino placuit, A perficere illud nequiuit. Defuncto itaque prædeceſſore præfato,nos diuina dignatione ad apicem ſummi Apoſtolatus aſſumpti,diligentius attendentes quanta ex præmiſſis eorum concertationibus non ſolutis, animarũ imminent pericula quanta exinde poſſunt ſcandala ſuboriri: vt ipſorum varietas pereat, & veritatis ſoliditas innoteſcat, habita prius ſuper prædictis ſolicita examinatione, & diligenti deliberatione cum fratribus noſtris dictæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalibus, de ipſorum fratrum conſilio, hac in perpetuum valitura conſtitutione, autoritate apoſtolica diffinimus, quòd ſecundum communem Dei ordinationem, animæ ſanctorum omnium, qui de hoc mundo ante domini noſtri Ieſu Chriſti paſſionem deceſſerunt,necnon ſanctorum apoſtolorum,martyrum,confeſſorum,virginum,& aliorum fidelium defunctorum,poſt ſacramentum baptiſmi ab eis ſuſceptum,in quibus nihil purgabile fuit quãdo deceſſerunt, nec erit quãdo decedent etiam in futurum, vel ſi tunc erit aliquid purgabile in eiſdem, tamen poſt mortem ſuam purgabunt,atque animæ puerorum eodem Chriſti baptiſmate renatorum,& baptizandorum,cùm fuerint baptizati, ante vſum liberi arbitrii decedentium,mox poſt mortem ſuam, & purgationem præfatam in illis,qui purgatione huiuſmodi indigebãt,etiam ante reſumptionem ſuorum corporum, & iudicium generale, poſt aſcenſionem domini noſtri Ieſu Chriſti in cœlum, fuerunt, ſunt,& erunt in cœlo,cœlorum regno,& paradiſo cœleſti,cum Chriſto ſanctorum angelorum conſortio aggregatæ,ac poſt Chriſti Ieſu paſsionem & mortem viderunt, & vident, & videbunt diuinam eſſentiam immediatè ſe benè, & clarè, & apertè illis oſtendentem: quódque ſic videntes eadem diuina eſſentia perfruuntur: necnon quòd tali viſione & fruitione eorum animæ,qui iam deceſſerunt,ſunt verè beatæ,& habent vitam æternam & requiem, & omnium illorum,qui poſtea decedent, cùm eandem B diuinam videbunt eſſentiam, ipſáque perfruentur ante iudicium generale, ac quòd viſio huiuſmodi eiuſque fructus actum fidei & ſpei in eis euacuant, prout fides & ſpes propriè theologicæ ſunt virtutes: quódque poſtquam incohata fuerit vel erit talis intuitiua & facilitas viſio,& fruitio in eiſdem, eiuſdem viſio & fruitio ſine aliqua intermiſsione ſeu euacuatione prædictæ viſionis & fruitionis continuata exiſtet,& continuabitur vſque ad finale iudicium,ex tũc vſque in ſempiternum. Diffinimus inſuper, quòd ſecundum Dei ordinationem communem animæ decedentium in actuali peccato mortali, mox poſt mortem ſuam ad inferna deſcendunt, vbi pœnis infernalibus cruciantur: & quòd nihilominus in die iudicii omnes homines ante tribunal Chriſti cum ſuis corporibus cornparebũt, reddituri de factis propriis rationem,vt recipiat vnuſquiſque propria corporis,prout geſsit, ſiue bonum, ſiue malum. Decernentes prædictas noſtras diffinitiones ſeu determinationes, & ipſarum ſingulas ab omnibus fidelibus eſſe tenendas. Quicunque autem deinceps prædictarum noſtrarum diffinitionum ſeu determinationum, ac ſingularum ipſarum contrarium ſcienter & pertinaciter tenere, conferre, prædicare, docere, aut defendere verbo vel ſcripto præſumpſerit, contra eum ſicut contra hæreticum modo debito procedatur. Nulli ergo hominum liceat hanc paginam noſtræ conſtitutionis,&c. Datum Auinione quarto Calend. Februarii,Pontificatus noſtri anno ſecundo. Hactenus Bene dictus Papa. Sed ad maiorem eiuſdem rei confirmationem, proferam de eadem re vniuerſalis Eccleſiæ diffinitionem. Nam Concilium Florentinum ſub Eugenio quarto celebratum,per hæc verba diffinit. Concilium Florentinum: Diffinimus illorum animas, qui poſt baptiſma ſuſceptum nullam omnino peccati maculam incurrerunt, illas etiam quæ poſt cõtractam peccati maculam,vel in ſuis corporibus, vel eiſdem exutæ corporibus, prout ſuperius dictum eſt, ſunt purgatæ, in cœlum mox recipi, & intueri clarè ipſum dominum trinum & vnum,ſicuti eſt,pro meritorum tamen diuerſitate alium alio perfectius: illorum autem animas,qui in actuali mortali peccato,vel ſolo originali decedunt,mox in infernum deſcendere,pœnis tamen diſparibus puniendas. Hæc Concilium Florentinum. Et quidem pro hac re ſatis me dixiſſe arbitror. Aduerſus hanc hæreſim ſcripſit ſatis diffuſe Guilielmus Ocham parte ſecunda Dialogorum, tractatu primo: & beatus Thomas in quodam opuſculo quod inſcribitur. Contra Græcos & Armenos, Capite nono, aduerſus hanc hæreſim paucula quædam adfert.

Cõcilium Florẽtinũ C

SEptima hæreſis aſſerit omnes beatos eſſe pares in gloria, neque vllam eſſe in cœlis præmiorum differentiam: quoniam nullam eſſe ait meritorum in hac vita diſparitatem: ſed omnes iuſtos pares eſſe aſſerit in meritis & in præmiis: & omnes peccatores pares etiam eſſe dicit in peccatis,& in pœnis. Huius erroris dux & magiſter fuit Iouinianus quidam Romanus, prius monachus, poſtea monachatu reiecto ad mundum,quem olim deſeruerat, reuerſus. Fuit temporibus Damaſi, & Siricii papæ ſub Damaſo

Iouinianꝰ

maſo monachus,ſub Siricio monachatum riiciens, hanc inter alias hæreſes docuit: Nunc de diuerſitate meritorum & varia illorũ retributione dicemus: quoniam de peccatorum differentia, infrà in titulo de peccato, habendus eſt ſermo. Meritorum & præmiorum varietatem apertiſſimè conuincit id quod dominus apud Ioannem ait: In domo patris mei manſiones multę ſunt. Domum patris dixit regnum cœleſte,cuius domus magnitudinem Propheta quidam admiratus,dixit: O Iſrael quàm magna
D eſt domus tua,& ingẽs locus poſſeſſionis tuæ. Hæc eſt illa domus Iacob de qua ãgelus ad virginem loquens,ait: Et regnabit in domo iacob in æternum. Niſi enim de domo illa cœleſti in æternum duratura loqueretur,verum eſſe non poſſet quod ait: & regnabit in domo Iacob in æternum. Nam in eo quod æternum non eſt,ille in æternum regnare non poſſet. Hãc ergo domum Iacob, in qua ipſe in æternum regnabit,nunc domum patris ſui appellat. Quod autem de hac domo in qua iam regnat,loquatur: & non de illa in qua per membra ſua nunc militat,hoc eſt, Eccleſia iſta inferiore, verba quæ ſequuntur apertè declarãt. Si quo minus,inquit,dixiſſem vobis,quia vado parare vobis locum: & ſi abiero & parauero vobis locum,iterum venio & accipiam vos ad meipſum,vt vbi ſum ego,& vos ſitis. Nullus dubitat locum quam præparare ſe dicit Chriſtus apoſtolis,in cœlo eſſe, in regno cœlorum: non in terra in qua præſens apoſtolos relinquebat. Locus ergo ille quem ſe apoſtolis paraturum dicit, ille idem domus eſt patris,de quo ait: In domo patris mei manſiones multæ ſunt. Si ergo domus eſt regnum cœ-
A lorum,quid erit varietas manſionum,niſi varietas præmiorum quæ in illo regno habetur iuxta varietatem meritorum? Præterea in priore epiſtola ad Corinthios Paulus ait: Sicut in Adam omnes moriuntur,ita in Chriſto omnes viuificãtur: vnuſquiſque autem in ſuo ordine. Si vnuſquiſque in ſuo ordine reſurget,diuerſa ergo erunt merita reſurgentium: alioqui ſi vnum eſt omnium reſurgentium meritum, omnes in eodem ordine reſurgent,& nõ vnuſquiſque in ſuo. Et in eodem loco iterum Paulus ait: Alia claritas ſolis,alià claritás lunæ,& alia claritas ſtellarum. Stella enim à ſtella differt in claritate. ſic & reſurrectio mortuorum. Sed hũc locũ Iouinianus, teſte Hieronymo,ita interpretatus eſt,vt diceret ſtellam differre à ſtella,quia ſpirituales differunt à carnalibus. Carnales ergo iuxta Iouiniani inrerpretationẽ ſtellæ erunt,& in cœleſtibus ſimul cum ſpiritualibus erũt. Abſit tamen à fidelium cordibus hæc ſententia. Non enim ſtellarum nomine Paulus totum genus humanum comprehendit, ſed ſolos iuſtos: quoniam peccatores ipſi tenebræ ſunt: tantum abeſt vt aliis lucere poſſint. De ſolis ergo iuſtis eum locutum fuiſſe cõſtat,cùm dixit: Alia claritas ſolis,alia claritas lunæ: vt maiores in claritate ſolis ſint, & qui in ſequenti gradu ſunt,lunę ſplendore rutilent. Ac rurſum in alio loco: Qui parce ſeminat,parce & metet: & qui ſeminat in benedictionibus, de benedictionibus & metet. Vides hic varietatetem metentium iuxta varietatem ſeminãtium. Seminãtes autem hîc dicuntur omnes bene operãtes,iuxta illud Prophetæ: Qui ſeminãt in lachrymis,in exultatione metent. Euntes ibant & flebant mittentes ſemina ſua. Venientes autem venient cum exultatione portãtes manipulos ſuos. Et illud eſt manifeſtum quod apoſtoli orãtes,dicunt: Domine adauge nobis fidẽ. Si vna eſt omnium fidei mẽſura,quomodo orãt apoſtoli augeri ſuã fidem? Et Chriſtus ſaluator noſter de Ioãne Baptiſta teſtimonium ferens,ait: Inter natos mulierum nõ ſurrexit maior Ioãne baptiſta,ſed qui minor eſt in cœlo,maior eſt illo. Audis in cœlo minorẽ,ſed vbi minor eſt,neceſſe eſt eſſe maiorẽ. Similiter de præceptorum ſuorum adimpletione & trãſgreſsione Chriſtus loquens,ait: Qui ergo ſoluerit vnum de mãdatis iſtis minimis,& docuerit ſic homines,minim⁹ vocabitur in regno cœlorũ. Qui autẽ fecerit & docuerit,hic magnus vocabitur in regno cælorum. Vbi autem magnus & minimus,oportet vt non omnes eadem menſura metiãtur. Eãdem etiã differentiã maximi & minimi per Hieremiam prophetã explicat,dicens: Ecce dies veniunt, dicit Dominus, & feriam domui Iſrael & domui Iacob fœdus nouum, non ſecundum pactum quod pepigi cum fratribus veſtris. Et paucis interiectis ſubdit: Dabo legem meã in viſceribus eorum,& in corde ſcribam illam: & ero eis in Deum, & ipſi erunt mihi in populum: & non docebit vir vltra proximum ſuum, & vir fratrem ſuum, dicens: cognoſce dominum. Omnes enim cognoſcent me
B à minimo vſque ad maximum. Ex quorum verborum contextu apertiſſimè cognoſcitur, Prophetam de futuro Chriſti in cœlis regno fuiſſe locutum: cùm tamẽ de illo loquatur,ait: Omnes cognoſcent me à minimo vſque ad maximum. Si omnes ſunt futuri æquales,quomodo ibi erunt maximus & minimus? Rurſus, in poſteriore ad Corinthios epiſtola Paulus ait: Omnes nos manifeſtari oportet ante tribunal Chriſti, vt recipiat vnuſquiſque propria corporis prout geſſit, ſiue bonum, ſiue malum. Deinde per Eſaiam prophetam de enuchis dominus loquens, ait: Dabo eis in domo mea & in muris meis locum & nomen melius à filiis & filiabus, nomen ſempiternum dabo eis, quod non peribit. In quibus verbis apertiſsimè virginem præpoſuit coniugatis. Nam de illis ſolis enuchis loquitur qui ſe caſtrauerunt propter regnum cœlorum: quos illis qui in filiis generandis coniugalis vitæ meritum ſeruant,hic prætulit,dicens: Dabo eis nomen melius à filiis & filiabus. Cum ergo ait,dabo eis nomen melius, oſtendit & coniugatis dari in domo ſua locum bonum, ſed multò inferiorem: & nomen bonum, ſed minus quàm virginibus. Sed nequis fortè carnalis exiſtimaret ex hac promiſſione aliquid temporale ſperandum, continuò ſubiicit, nomen ſempiternum dabo eis. Verum quia hæreticus adhuc elabi poterat, dicẽs ſempiternum hoc loco pro diuturno accipi,ſicut ea quæ largiſsimæ ſunt durationis,ſempiterna aut æterna dicere ſolemus: ideo vt omnẽ rimulã hæretico obſtrueret,addidit quod nõ peribit. Quid ergo ãplius Iouinianus quęrit? Quid ſerenitati veritatis nebulas ſuæ peruerſitatis offundit? Quid in tanta ſcripturarũ luce nebulas vnde inſidietur inquirit? Sempiternum hoc nomen quod non peribit, quicquid illud eſt,gloriam certè quandam excellentem ſignificat,quæ propria ſpadonibus Dei fore promittitur,nec cũ aliis qui filios procreauerunt,erit cõmunis. Nõ ergo omnes in illo regno paris ſunt meriti. Accedit adhęc quod ſpiritus illi ãgelici non oẽs eiuſdẽ ſunt cõditionis,ne-

Ioan.14. *Baruc.3.* *Luc.1.* *Ioan.14.* *1.Cor.15.* *Psal.135.* *Luc.17.* *Matt.11.* *Matt.5.* *Hiere.31.* *2.Cor.9.* *2.cor.5.* *Esa.56.*

que omnes eiusdem sunt meriti. Nam ex his quidam dicuntur angeli, alii archangeli, alii throni, dominationes, potestates, cherubin, & seraphin. At frustra esset tãta diuersitas nominum, si nulla esset diuersitas meritorum. Si hæc meritorum diuersitas est in angelis, cur non eadem reperietur in hominibus: præsertim cùm iustis hominibus Saluator promittat quòd erunt sicut angeli Dei? Præterea diuersitatem pœnarum iuxta peccatorum diuersitatem apertissimè ostendit Saluator, dicens: Filius qui nouit voluntatem patris, & non fecit secundum illius voluntatem, vapulabit multis. Filius autem qui nõ nouit voluntatem patris, nec fecit secundum eius volũtatem, vapulabit paucis. Vides hic apertum discrimen non quidem iusti & peccatoris, sed peccatoris & peccatoris. Vterque enim peccator: quapropter vterque vapulat, alter tamen altero durius: nam vnus vapulat paucis, quia leuius peccauit: alter autem multis, eò quòd grauius deliquit. Cúm ergo alius alio grauius puniatur iuxta peccatorum suorum varietatem: oportet vt alius etiam alio iuxta meritorum suorum diuersitatem maiori præmio donetur. Sed iam supereſt vt videamus quid sit illud quo Iouinianus suam tuetur hæresim. Omnibus, inquit, in vinea domini laborantibus æqua merces fuit data à iusto patrefamiliâs: vnus quippe denarius. Quidã enim ex illis ab hora diei prima vsque ad vltimam laborarũt, alii autem sola vna hora fecerunt: in mercedis autem receptione omnes pares sunt facti: quoniam omnes vnũ duntaxat denarium receperunt. Huic obiectioni respondet beatus Augustinus in libro de sancta virginitate, capite vicesimo sexto, per hæc verba: Quid vtique denarius ille aliud significat, nisi quod omnes communiter habebunt? sicuti est ipsa vita æterna, ipsum regnum cœlorum, vbi erunt omnes quos Deus prædestinauit, vocauit, iustificauit, glorificauit? Oportet enim corruptibile hoc induere incorruptionem, & mortale hoc induere immortalitatem. Hic est ille denarius merces omnium. Stella tamen à stella differt in gloria. Sic & resurrectio mortuorum. Hæc sunt merita diuersa sanctorum. Si enim cœlum significaretur illo denario, nònne in cœlo esse, omnibus est commune syderibus? & tamen alia est gloria solis, alia lunæ, alia stellarũ. Si denarius ille pro sanitate corporum poneretur, nónne cum rectè valemus, omnibus membris communis est sanitas: & ipsa si vsque in mortem permaneat, pariter & æqualiter omnibus inest? Et tamen posuit Deus membra, singulum quodque eorum in corpore prout voluit, vt nec totum sit oculus, nec totum auditus, nec totum odoratus: & quicquid est aliud, habet suam proprietatem, quamuis æqualiter habeat cum omnibus sanitatem. Ita quia ipsa vita æterna pariter erit omnibus sanctis æqualis, denarius omnibus attributus est: quia verò in ipsa vita æterna distinctè fulgebunt lumina meritorum, multæ sunt mansiones apud patrem: ac per hoc in denario quidem non impari, non viuet alius prolixius: in multis autem mansionibus honoratur alius alio clarius. Hactenus Augustinus. Alia adhuc multa nobis obiicit Iouinianus. Verum hæc tam friuola sunt, & tam parui momenti, vt illa recensere pigeat, & illis respondere dedignemur. Si quis tamen ea scire desiderat, legat beati Hieronymi librum secundum aduersus Iouinianum, quoniam eo loco ille omnes Iouiniani nænias irridet, & illis respondet. Sed iam opus est vt ecclesiæ de hac re diffinitionem audiamus. Concilium Thelense autoritate Syricii papę in Africa celebratum, sic ait: Agrestis enim vlulatus est, nullam virginitatis gratiam nullum castitatis ordinem reseruare, promiscuè omnia velle confundere, diuersorum gradus abrogare meritorum, & paupertatem quandam cœlestium remunerationum inducere: quasi Christo vna sit palma quam tribuit, ac non plurimi abundent tituli præmiorum. Hæc concilium Thelense. Eandem sententiam docet concilium Florentinum sub Eugenio. 4. celebratum. Nam in illis verbis quę ex concilio Florentino ad confutationem proximè præcedentis, hoc est, sextæ hæreseos suprà citauimus, postquã dixit sanctorum animas iam ãte diem iudicii clarè Deum videre sicuti est, statim subiungit, pro meritorum tamen diuersitate alium alio perfectius. Et illos qui ad infernum descendunt, dicit pœnis disparibus puniri. Aduersus Iouinianum scripsit beatus Hieronymus duos libros: & in. 2. aduersus hãc hæresim disputat. Beatus Augustinus in libro de sancta virginitate aduersus eundem errorem disputat. Alios non vidi.

Matt. 22.

Luc. 1.

Matt. 20.

Augusti.

Cõcilium Thelẽse.

Conciliũ florẽtinũ

BELLVM.

Manichæi

DE hac re fuit vnus error Manichæorum dicentium nullo pacto licere gerere bellum: atque ob hãc causã (vt testatur August. lib. 22. contra Faustum, cap. 74.) reprehendit Moysẽ, quòd bella gesserit. Hunc errorem velut iam sepultum, ab inferis suscitauit hoc nostro æuo Ioannes Oecolampadius. qui in hoc à Manichæis differt, quòd Moysen belligerantem non reprehendunt: quoniam eo tempore Dei aut iussu aut permissione licebat bellare. Nunc autem Christo (vt ait) bellum prohibente, iam non licet Christianis vllo pacto bellare. Eandẽ sententiam docet Cornelius Agrippa in lib. de vanitate scientiarum. Nam de scientia artis militaris differens, posteaquam illam multis iniuriis lacesciuit, & scommatis affecit, hæc ait: Atque nihilominus laudauit eã diuinus ille Plato, ipseque August. & Bernardus catholici in Ecclesia doctores, hãc alicubi probauerunt, & pontificia decreta illam non inprobant, licet Christus & apostoli longè aliter sentiant. Tandem vel repugnare Christo non infimum in Ecclesia gradum obtinuit. Hæc Agrippa. In quibus verbis apertè docet Christum prohibuisse bellum. Contra Manichæorum sententiam qua reprehendunt Moysen bellãtem, piget disputare: cúm ex scripturæ testimonio pateat Moysen ex præcepto domini bellasse cõtra nationes barbaras & infideles. Aut ergo Deum etiam reprehendant, aut Moysi bellãti calumniari desinant. Si longiorem de hac re disputationem optas, lege B. August. contra Faustum lib. 22. cap. 74. & per alia quatuor sequẽtia capita. De reliquo autem in quo Oecolampadius & Agrippa assentiunt Manichæis arcentibus homines ab omni bellorum genere, opus est vt diligenter inquiramus. Lucas enarrans Ioannem in deserto prædicantem & baptizãtem, ait: Interrogabant autem eum & milites, dicentes: Quid faciemus & nos? Et ait illis: Nemi-

Ioannes Oecolampadius.

cornelius Agrippa.

Luc. 3.

Neminem concutiatis,neque calumniam faciatis,& contenti eſtote ſtipẽdiis veſtris. Si autem bellum eſſet prorſus illicitum,reſpondere debuiſſet beatus Ioãnes: Arma abiicite, malitiam iſtam deſerite,neminem percutite,neminem vulnerate.Cum autem nihil eorum dixerit,ſed calumniã prohibuerit,& vt *Matt.8.* ſuis ſtipendiis contenti forent, præceperit:eo ipſo viſus eſt bellum approbare.Præterea cùm Centurio Chriſto diceret:Et ego homo ſum ſub poteſtate conſtitutus, habens ſub me milites: & dico huic vade, & vadit:& alij veni,& venit: & ſeruo meo fac hoc,& facit. Chriſtus hæc audiens, fidem Centurionis laudauit: militiæ verò deſertionem non imperauit:imperaturus autem ſi bellũ nullo pacto liceret.Rurſum, Herodianis quærentibus vtrum liceret cenſum dari Cæſari,reſpondit Chriſtus:Reddite quę ſunt *Matth.22.* Cæſaris,Cæſari:& quæ ſunt Dei Deo.Hac autem de cauſa tributa reddũtur,vt inde militi ad pacis conſeruationem neceſſario,ſtipendium ſoluatur.Sic enim ait Paulus: cum de obedientia principi præſtanda differit:Ideóque neceſſitate ſubditi eſtote non ſolum propter iram,ſed etiam propter conſcientiam. *Roma. 13.*

C Ideo enim & tributa præſtatis. Miniſtri enim Dei ſunt,in hoc ipſum ſeruientes. Deinde ſi nullo pacto bellare licet,ſequeretur inde quod peccatorem ſceleratum ſe á iudice defendẽtem, vt ab eo non capiatur ad punitionem,ſi iudex inuadat vt capiat & puniat, male aget.Hoc autem fateri,eſſet nimis abſurdum,& totius humani conuictus deſtructiuum,& ſacris literis apertiſſimè contrariũ. Beatus enim Paulus in ea quæ ad Rom. eſt epiſt.ait: Omnis anima poteſtatibus ſublimioribus ſubdita ſit. Non eſt enim poteſtas niſi à Deo,& parum infra: Si autem malum feceris,time.Non enim ſine cauſa gladium portat. Dei enim miniſter eſt,vindex in iram ei qui malum agit. Quæ autem pro ſe adferunt, parum propoſitum ſuum confirmant.Primò quidem obiiciunt id quod dominus apud Matth.ait:Ego autem dico vobis non reſiſtere malo,ſed ſi quis percuſſerit te in dexteram maxillam tuam,præbe illi & alteram. Huic enim obiectioni Auguſt. reſpondet illud non eſſe operis præceptum, ſed affectus : vt videlicet animus noſter ita patienter toleret vnius maxillæ percuſsionem,vt paratus ſit,ſi in alia iterum percuteretur, patienter etiam ferre.Poteſt etiam aliter reſponderi.Quid enim obſtat eandem obiectionem duplici modo reiicere?Poteſt enim & non immerito dici,illam Saluatoris ſententiam non pertinere ad præceptorum numerum,ſed eſſe inter conſilia connumerandam.Quod autem ita ſit, ex immediatè ſequentibus facile cenſeri poteſt,quoniam quæ immediatè ſequuntur,nullo modo ad præceptorum numerum ſpectare videntur,ſed ad conſilia: vt ſunt illa:Et ei qui vult tecum in iudicio contendere, & tunicam tuam tollere,dimitte ei & palium. Et quicunque angariauerit te mille paſſus,vade cum illo & alia duo.Quę duo,nullus niſi mentis inops contendet eſſe præcepta,ſed ſolum cõſilia viris perfectis data. Si ergo cõſiliũ eſt illud,inde conuincitur dictum illud nullo modo Manichæorum ſententię fauere, Secundo ob- *Ibidem.* *Matth.5.*

D iiciunt,virum Chriſtianum debere præliari orationibus & precibus ad Deum fuſis, vt Deus illorũ miſereatur,& iniuriam illis illatam ab eis repellat,& offendentes à ſua mala intentione reuocet. Cui obiectioni reſpondemus concedentes iuſtum bellatorem debere orationibus ad Deũ emiſſis præliari: quoniam(vt dicitur in.1.Macha.lib.)non in multitudine exercitus victoria belli, ſed de cœlo fortitudo eſt. Nec tamen ideo abſtinendum eſt à bello,& in vniuerſum reiicienda ſunt arma, quoniam Moyſe orante in monte,Amalech vincitur gladio Ioſue. *1.Mac. 4. Exod. 17.*

SEcunda hæreſis eſt Martini Lutheri:& neſcio an paulò mitior, vel potius durior aut atrocior quàm præcedens,dicenda ſit.Is nanque ait, non licere Chriſtianis bellare in turcas, quoniam(vt dicit)eſt repugnare voluntati Dei viſitanti & corrigenti iniquitates noſtras per illos. Itaque Lutherus non ab omni bello arcet Chriſtianos, ſed à bello in Turcas gerendo, qua in re videtur mihi durior hæc quàm Manichæorum ſententia.Si enim Chriſtiano licet aduerſus Chriſtianũ pugnare,qui fit vt aduerſus Turcam non liceat?In bello nanque vt iuſtum ſit,cauſa potiſsimum exploranda eſt, à qua belli iuſtitia pendet:quòd ſi eadem cauſa & multo vrgentior eſt in bello aduerſus Turcã, quàm in bello aduerſus Chriſtianum,ſequitur inde vt iuſtius ſit bellum quod in Turcam mouetur, quàm id quod aduerſus quemlibet Chriſtianum geritur. Cauſa autem propter quam princeps mouere poteſt bellum, eſt vt inde pax perfecta habeatur.Vnde Auguſt.in epiſt.ad Bonifacium comitem,ait:Non quęritur pax vt bellum ex- *Lutherus.*

A erceatur,ſed bellũ geritur vt pax acquiratur.Eſto ergo bellando pacificus,vt eos quos expugnas,ad pacis vtilitatem vincendo perducas.Hæc Auguſt.At pacem nihil magis conſeruat & fouet quàm iuſtitia, & nihil magis perturbat,quàm iniuſtitia.Iuſtitia(inquit Propheta)& pax oſculatę ſũt. Cauſa ergo propter quam quis poteſt iuſte bellare,eſt iuſtitiæ exequutio,& illius conſeruatio. Quò fit, vt ſi quis te occidere aut percutere iniuſte velit, tu iuſte poſsis ei obuiare:& ſi quis per vim & violentiam res tuas vellet à te rapere,tu iuſte poſsis illi reſiſtere. Et ſi forrè iam ſurripuit aut clanculo,aut alio quouis modo, & non patet alia via recuperãndi niſi bello,tu iuſte potes mouere bellum vt recuperes:modò in te ſit autoritas & poteſtas bellum congregandi.Non enim ad quemuis ſpectat exercitum togere,& bellum inire: ſed,vt ait Auguſtinus contra Fauſtum,hoc eſt ſolius principis munus.Cum ergo eadem ſit cauſa aduerſus Turcam iniendi bellum,& autoritas & poteſtas in imperatore & aliis regibus Chriſtianis non deſit, ſequitur vt æquè iuſtum, imò & multo iuſtius poſsit aduerſus eos bellum moueri quàm aduerſus Chriſtianos,cum multo iuſtior illic ſit cauſa quàm hic. Si enim Chriſtianus Chriſtianum inuadit vt cædat & ſpoliet,& ob hoc alter iuſte reſiſtit,nónne Turca Chriſtianos inuadit vt occidat & ſpoliet? imò certè vt multo peiora agat,vt videlicet eos fidem negare cogat, & Chriſto & eius Euangilio renunciare,vt nomen Chriſtianum,ſi poſſet,ex orbe deleat.Nónne hæc peiora ſunt?Si ob recuperandum patrimonium ab alio Chriſtiano raptum,licet eum aggredi bello:cur nõ licebit etiam aduerſus Turcam pugnare, qui tot ciuitates & oppida,ne dicam regna & imperium à Chriſtianis rapuit cum magno eorum dedecore, & maxima illata iniuria?Si ergo aduerſus aliquẽ præliari licet,licere autem iam ſupra oſtẽdimus,aduerſus nullum æquè licebit,vt aduerſum Turcam.Machabæus pugnat aduerſus Antiochum,& alios reges *Psal. 84.*

infideles pro religione & fide & cæremoniis,& in hoc facto laudatur. Cur non etiam laudabitur Christianus pugnãs aduersus Turcam pro fide & religione? De hac re plurimæ extant ecclesiæ definitiones, non per verba quæ docuit,sed per opera quę exercuit,quibus nos verius exemplo quàm verbo instruxit. In concilio siquidem apud Clarum montem sub Vrbano secundo celebrato decretum est vt bellum aduersus Turcas fieret,in quo mirifice Vrbanus profecit. Post cuius mortem Paschalis secundus succedẽs (vt testatur Platina) bello cœpto fauit. Calixtus quoque secundus habito Laterani nongentorũ patrum B concilio,ex eorum assensu decreuit vt primo quoque tẽpore supplementa militiæ iam deficientis,Christianis in Asia bellũ gerentibus subministrarentur. Qua spe (vt idem Platina scribit) erectus Balduinus Hierosolymorum rex, Gazin regem Turcarum minorem Asiam incolẽtium bello superauit, & in vincula coniecit. Lucius etiam tertius (eodem Platina teste) habito Veronæ concilio principes Christianos adhortatus est vt Christianis pro fide in Asia laborantibus subueniretur. Quid ergo Lutherus contra tot testimonia verborum & exemplorum præsumit docere, non licere Christianis bellum inferre Turcis? Certè,vt coniicere valeo ex eius vita & operibus mundo notis,hac sententia se inimicum esse Christi,& diaboli ministrum declarauit: quoniam hæc docens, visus est velle nomen Christianum funditus delere: quoniam nisi Christiani Turcis hucúsque restitissent, iam actum esset de re christiana. Sed gratias Deo,qui melius suo populo consuluit, quàm Lutherus optasse videtur. Iam videamus quo argumento suam sententiam cõfirmet,quia videlicet (inquit) sic aduersus Turcas bellare,est resistere Deo, visitanti iniquitates nostras per illos. O fortem argumentatorem. Tu nec es ille Luthere, qui scholasticos theologos irrides, eos sophistas appellans? Nónne tu hic sophistam merum agis? Quænàm obsecro est ista collectio: Deus visitat iniquitates nostras per bellum quod à Turcis contra nos geritur, ergo non licet Turcis resistere? Ad hũc modum non liceret nobis vllam prouisionem facere contra famem,vllam medicinam sumere contra morbos,vllum antidotum percipere contra pestem. Per hæc enim omnia Deus etiam visitat iniquitates nostras. Tamen etsi visitet, non inhibet vt remedio aliquo adhibito illis obuiemus. Ita etiam etsi Deus visitet iniquitates nostras per Turcas,non tamen inhibet defẽsionem. Ita enim Deus visitat suos, vt non derelinquat. Misericordia namque quam erga nos semper exercet,exaltat iu- C
dicium illius. Visitabo, inquit, in virga iniquitates eorum, & in verberibus peccata eorum: misericor-
Psal.88. diam autem meam non dispergam ab eo. Contra hunc errorem scripsit Ioannes Roffensis episcopus in eo opere quod contra captiuitatem Babylonicam Lutheri ædidit, toto vno integro articulo, videlicet trigesimoquarto. Scripsit etiam ante septuaginta annos Dionysius Riskel Carthusianus libellum quendam de bello Turcis inferendo,in quo suadet bellum Turcis debere fieri.

BENEDICTIO.

OMnes benedictiones quas Ecclesia facit aut dicit super vinum,panem, aquam,oleum, sal, ceram, incensum, arbores oliuarum & palmarum, vestimenta, calices, aut alias quascunque res ad vsum Ecclesiasticarum rerum necessarias, impii Vvaldenses pro sua solita temeritate & impietate irrident & *Vvaldenses.* subsannant,dicentes illas omnes nullius esse momenti. Hos Vvaldenses hic (vt alibi semper) imitantur Vviclephistæ:qui (vt parentum suorum insaniam augerent) dicunt tales benedictiones esse veram practicam necromantiæ potius quàm sacræ theologiæ: tantum abest vt illas alicuius virtutis esse credant. De hoc errore iam supra nonnihil diximus cum de virtute aquæ benedictæ disputauimus, in titulo de aqua,hæresi secunda:& infra in titulo Exorcismus,multa amplius dicemus: quapropter vsque ad illum locum disputationem differimus.

BESTIA ET BRVTVM.

DE hac re vnam duntaxat reperio hæresim, eámque à solo Philastro citatam, quæ asserit bestias omnes rationis esse capaces,omniáque bruta animalia, æquè vt hominem, non solum sentire, verum- D
etiam intelligere. Hanc hæresim Philaster tribuit Gnosticis & Manichæis. Augustus. autem in lib. de hæ- *Gnostici. Manichæi*
resibus ad Quod vult Deum, de Gnosticis & de Manichæis cum differit, nunquam hunc errorem illis impingit,nec Irenęus multo vetustior Augu.& Philastro,libro primo de hęresibus cap. trigesimoquarto recensens Gnosticorum errores,vnquam huius erroris meminit. Sit autem hæc Gnosticorum sententia aut Manichæorum, aut secus res se habeat, non multum curo,cum certum sit talem assertionem esse
Psal.31. erroneam,& sacris literis apertissime contrariam. Nolite, inquit Propheta, fieri sicut equus & mulus, quibus non est intellectus. Falsum est ergo omnia bruta esse rationis capacia. Et idem Propheta iterum
Psal.43 ait: Homo cum in honore esset, non intellexit, comparatus est iumentis insipientibus, & similis factus est illis. In quo autem similis factus sit,declarauit cum dixit eum nõ intellexisse. Per hoc enim quòd non intellexit,assimilatus est iumentis, quoniam illa non intelligunt. Si bruta intelligunt, in quo quæso assimilatus est iumentis,cùm honorem in quo eum Deus constituit,non agnouit? Ex his ergo duobus scripturæ sacræ testimoniis apertissime conuincimus bestias non esse rationis capaces.

FINIS TERTII LIBRI.

F. ALFONSI DE CASTRO

ZAMOREN. MINORITAE ADVERSVS HÆRESES, LIBER QVARTVS.

CALCEAMENTVM.

A DE hac re vnam hæresim citant Philaster & Augustinus, quæ docet non licere homini calceamenta portare. Huius autem erroris nullum assignant patronum: eam tamen tenentes, ab opere ipso Discalceati sunt nominati. Verum hic admonere oportet, hos nō damnari velut hæreticos quia calceamentis non vtuntur, sed ideo damnantur, quia credunt non licere illis vti. Calceamentis nanque carere, & discalceatos incedere, bonum est & meritorium, tantum abest vt sit hæreticum. Nudis siquidem pedibus ambulans affligit carnem suam, & corpus castigat, ne animæ resistat, sed obsequatur, vt decet. At carnis macerationem quis dubitat esse bonam? Bonum est ergo & vtile nudis pedibus incedere. Quapropter beatus Franciscus Minorum pater, monachis sub suo instituto degentibus, è quorum numero ego sum, & vtinam bonus, præcepit vt nisi necessitate cogente, calceamenta non portarent. Credere tamen nullo pacto licere portare calceamenta, hoc est hæreticum. Dominus enim assignans Iudæis modum iuxta quem debeant agnum paschalem comedere, dicit: Calceamenta habebitis in pedibus vestris. Propter quod vt veritas figuræ & corpus vmbræ assimilaretur, sacerdotes solenne sacrum celebrantes, in quo verus ille agnus, videlicet Christus benedictus, comeditur, calceamēta in pedibus tenent, etiam qui aliâs non essent portaturi, vt fratres minores, qui etsi aliâs nudis pedibus incedant, cum tamen missam celebrant, calceamenta in pedibus tenent. Et Dominus ad Ezechielem ait: Calceamenta tua erunt in pedibus tuis.

Discalceati.

Exod. 12

B Et Christus redemptor noster cùm Apostolos suos misit binos ante faciem suam, misit illos (vt Marcus ait) calceatos sandaliis. Præterea, quod nunquam reperitur denegatum, intelligitur esse concessum. Si ergo portare calceamenta nunquam fuit omnibus prohibitum, inde conuincitur esse nobis concessum. Verum hic fortè aliquis obiiciet, quod portare calceamenta Dominus prohibuit. Nam (vt Matthæus testatur) cum misit duodecim Apostolos ad prædicandum, inter alia quę illis præcepit, hoc quoque dixit: Non peram in via, neque duas tunicas, neque calceamenta, neque virgam. Ecce calceamenta ibi prohibita. Fatemur ibi calceamenta fuisse prohibita, sed non omnibus. Solis enim Apostolis tunc loquebatur, ad quos solos illa præcepta spectasse dignoscitur, vt aliâs docuimus. Nec etiam Apostolis in perpetuum & semper fuerunt data illa præcepta, sed solum pro illo tempore quo mittebantur. Ibi siquidem dicitur: In viam Gentium ne abieritis. Et tamen in posterum illis mandatur: Euntes in mundum vniuersum, prædicate euangelium omni creaturæ. Illic etiam prohibuit portare peram: tamen postea dicit: Quando misi vos sine sacculo & pera & calceamentis, nunquid aliquid defuit vobis? At illi dixerunt: Nihil. Dixit ergo eis: Sed nunc qui habet sacculum, tollat similiter & peram: & qui non habet, vendat tunicam suam, & emat gladium. Ex quibus constat, illa quæ apud Matthæum referuntur, solum pro illo itinere peragendo esse data Apostolis præcepta, non autem pro tempore sequenti. Multo ergo minus ad nos iam pertinere possunt. Cum ergo nulla sit facta de portandis calceamentis prohibitio, apertissime conuincitur, licitum esse omnibus calceamenta portare, nisi illis fortè qui se ad hoc per votum obligauerunt.

Ezec. 24. Mar. 6

Matt. 10

Luc. 22.

CANTVS.

C VNam duntaxat de hac re inueni hæresim, quæ irridet cantus qui dicuntur in ecclesia. Huius erroris primus autor (vt opinor) fuit quidam Hylarius, de quo beatus Augustinus lib. 11. Retractationum cap. 11. mentionem facit, illiúsque errorem prodit. Et nescio an Hylarius iste ex Arrianis fuerit, qui cantibus sacris etiam detraxerunt, quia in illis audiebant Christi laudes, quem ipsi vehementer cupiebant deprimere. Vnde Ambrosius in quadam oratione contra Auxentium de basilicis tradendis inuehens, quæ ponitur in quinto libro suarum epistolarum, sic ait: Itaque & hodie cum laudatur Christus, Arrianorum amentia verberatur. Gerasseni præsentiam Christi ferre non poterant: isti peiores Gerasenis, nec laudationem Chtisti sustinere possunt. Vident pueros Christi gloriam concinentes, quia scriptum est: Ex ore infantium & lactentium perfeciſti laudem: irridēt istam ætatulam fidei plenam, cum dicūt, ecce quid clamāt? Sed respondet iis Christus: Si hi tacuerint, lapides clamabunt, hoc est, fortiores clamabūt, clamabunt & iuuenes, clamabunt & maturiores, clamabunt & senes. Hæc Ambr. Ex cuius verbis patet Arrianos detrahere laudibus Christi in ecclesia decantatis. Tamen (vt existimo) non ideo detrahebant, quia cantabantur laudes, sed quia laudabatur Christus, vltra eorum opinionem, quoniā credebant Christum esse puram creaturā, quapropter inuidebant laudibus quibus Christus extollebatur vt verus Deus. Quas laudes molestè tulissent etiam si submissa voce & non cum cantu dicerentur. Hæc dixi propter Thomā Vvalden. qui Arrianis videtur hunc errorem tribuere, motus Ambrosii hac autoritate, malè (vt

Hylarius

Psal. 8.

Luc. 19.

D opinor) perspecta. Hylarius tamen (vt ex Augustini verbis patet) simpliciter cantibus detrahebat. Hūc errorem susciterunt Vvaldenses, qui dixerunt frustrà tempus teri in cantibus Ecclesiasticis. Hos post-

Vvaldenſes. Ioannes Vvicleſ. modum ſecutus eſt Ioannes Vvicleph Anglicus, qui adeò cantibus Eccleſiaſticis detraxit, vt cantantes in eccleſia vocauerit ſacerdotes Baal, quibus cum clamore orantibus Helias propheta dixit: Clamate voce maiore: Deus enim veſter forſitan cum alio loquitur, aut in diuerſorio eſt, aut in itinere, aut certe dormit, vt excitetur. Quapropter dicit Ioannes Vvicleph, eos qui in eccleſia canũt, eſſe ſacerdotes Baal, quoniam ſic clamant ac ſi Deus dormiens eos non audiret, & eorum vocibus eſſet excitãdus. Vt autem

3. Reg. 8. hunc errorem clarius conuincamus, admonere prius oportet, duplicem eſſe orationem quę coram Deo fit. Vnam priuatam, quæ à ſingulari perſona fit. Aliam publicam, quæ ab hominum conuentu in vnum congregato fit. Primam orationem expedit magis eſſe cum ſilentio quàm cum clamore: quia ſic cũ clamore orãs impedit alium ne ita quiete apùd eum orare poſſit, quia ſuis vocibus, alterius ſenſum ad ſuos ſermones rapit. Deinde ſic publice cum clamore orans, ſuas ſecretas petitiones, quas fortè non expediebat alium ſcire, in auribus bonorum & malorum audiendas committit, & ita contingit, vt ab hominibus, quibus ſua ſecreta reuelauit, derideatur. Et propter hoc laudatur Anna Samuelis mater, de qua orante Dominum pro impetrando filio, dicitur in primo lib. Reg. Porrò Anna loquebatur in corde ſuo,

1. Reg. 1. tantúmque labia illius mouebantur, & vox penitus non audiebatur. Et de hac oratione intelligendum

1. Cor. 14. eſt id quod Paulus ait: Si autẽ non fuerit interpres: taceat in eccleſia, ſibi autẽ loquatur & Deo. Si tamen quis ex impatienti quodam ac feruenti deſiderio clamauerit orans etiam priuatè, loco tamen vbi alios non perturbet, & ſui cordis ſecreta non prodiderit ſic orans, nec crediderit Deum magis audire cùm fortius clamatur, quàm cùm baſſe, iſte ſic orans cum clamore non male agit, imò bene, ſi fortè ad id intendit, vt alius oratione audita excitetur ad Deum laudandum. Vnde Propheta ait: Ad Dominum cum

Pſal. 19. tribularer clamaui, & exaudiuit me. Ne autem ſubterfugiant hæretici dicentes illud debere intelligi de A clamore cordis, & non de clamore oris, adferamus in medium Chriſtum ſaluatorem noſtrum, cuius o-

Ioan. 11 peribus nullus niſi impiè detrahere poteſt. Is enim (vt ait Ioannes) Lazarum ſuſcitaturus, eleuatis ſurſum oculis, dixit: Pater, gratias ago tibi quoniam audiſti me. Ego autem ſciebam quia ſemper me audis, ſed propter populum qui circunſtat, dixi, vt credant quia tu me miſiſti. Hæc cum dixiſſet, voce magna clamauit: Lazare, veni foras. Ecce hic vides Ieſum voce magna clamãtem, qui tamen voce ſubmiſſa poterat audiri, imò qui ſine vlla voce poterat ſuſcitare. Et vt fortius noſtra ſententia cõfirmetur, vide quid

Matt. 27. Matthęus dicat: Et circa horam nonam clamauit Ieſus voce magna, dicẽs: Heli, heli lamazabathani, hoc

Heb. 5. eſt, Deus meus Deus meus, vt quid dereliquiſti me? Demũ vt hominẽ tribus teſtibus cõuincamus, adferamus Paulum, qui de Chriſto loquens, ſic ait: Qui in diebus carnis ſuę, preces, ſupplicationéſque ad illũ qui poſſet eum ſaluum facere à morte, cum clamore valido & lachrymis offerens, & exauditus eſt pro ſua reuerentia. Quid ergo dices impie Vvicleph ad iſta tam clara teſtimonia quæ tibi obiiciuntur? Sed certè vereor ne etiam audeas Chriſtum criminari, qui non dubitaſti ſponſam eius eccleſiam & contemnere & accuſare. Alia eſt oratio publica in qua non tantum conſulitur proprię cuiuſlibet orantis vtilita-

Eſa. 6. ti, ſed communibus commodis proſpicitur. Et in hac oratione expedit orare altè, vt orãtes inuicem audiantur, & ſe inuicem audientes, de dei laude ſancta quadam æmulatione contendant. Duo nanque Seraphin clamabant alter ad alterum: Sanctus, ſanctus, ſanctus, dominus Deus ſabbaoth. Plena eſt omnis terra gloria eius. Ad quorum ſimilitudinem duo chori in eccleſia fiunt, qui per vices alternas cãtant, &

Matt. 5. tanquam duo Seraphin alter ad alterum clamant. Expedit etiam orationem clamoroſam in communi fieri, vt alii hoc audientes excitentur ad dei laudem. Vnde dominus apud Matthæum ait: Luceat lux ve- B ſtra coram hominibus, vt videant opera veſtra bona, & glorificent patrem veſtrum qui in cœlis eſt. Et

Pſal. 33. de oratione ipſa & laude ait Propheta: Benedicam Dominum in omni tempore, ſemper laus eius in ore meo. In Domino laudabitur anima mea, audiãt manſueti & lætentur. Magnificate Dominum mecum, & exaltemus nomen eius in idipſum. Ecce ergo cui rei deſeruit illa publica & alta laudum decantatio.

Rabanus Vnde Rabanus in lib. de Inſtitutis clericorum ca. 17. ait: Pſalterium idcirco cum melodia cantilenarum ſuauium ab eccleſia frequentatur, quò facilius animi ad compũctionem flectantur. Perfecta autem vox eſt alta, clara, ſuauis. Alta vt ſufficiat, clara vt aures adimpleat, ſuauis vt animos audiẽtiũ ſuauiter demulceat. Si autem aliquid ex his defuerit, perfecta vox non erit. Hæc Rabanus. Eandem ſententiam confir-

Iſidorus. mat beatus Iſidorus lib. 1. de Officiis, cap. 6. dicens: Itaque & in hymnis & pſalmis canendis, non ſolum Prophetarum, ſed etiam ipſius Domini & Apoſtolorum habemus exemplum, & præcepta de hac re vtilia ad mouendum piè animum, & inflammandum diuinę dilectionis affectum. Hęc Iſidorus. Si quis verò adeo pertinax & male induratus eſt, vt non erubeſcat negare, cantus ipſos ſi rectè, vt decet, formẽtur, mentes audientium poſſe mouere ad deuotionem ſpiritus, hunc talem cõuincit Auguſtini teſtimo-

Auguſt. nium, qui libro. 9. ſuarum confeſſionum cap. 6. & 7. hæc ait: Quantum fleui in hymnis & canticis tuis, ſuaue ſonantis eccleſiæ tuæ vocibus commotus acriter. Voces illæ influebant auribus meis: & eliquabatur veritas tua in cor meum, & ex ea æſtuabat inde affectus pietatis, & currebant lachrymæ, & bene mihi erat cum eis. Non longe cæperat Mediolanenſis eccleſiæ genus hoc conſolationis & exhortationis celebrare, magno ſtudio fratrum concinentium vocibus & cordibus. Nimirum annus erat, aut nõ mul- C to amplius, cum Iuſtina Valentiniani regis pueri mater, hominem tuum Ambroſium perſequeretur hęreſis ſuæ cauſa, qua fuerat ſeducta ab Arrianis. Excubabat pia plebs in eccleſia, mori parata cum epiſcopo ſuo, ſeruo tuo. Ibi mater mea, ancilla tua, ſolicitudinis & vigiliarum primas partes tenens, orationibus viuebat. Nos adhuc frigidi à calore ſpiritus tui, excitabamur tamen ciuitate attonita atque turbata. Tũc hymni & pſalmi vt canerentur ſecundum morem Oriẽtalium partium, ne populus mœroris tædio contabeſceret, inſtitutum eſt: & ex illo in hodiernum retentum, multis iam ac penè omnibus gregibus tuis, & per cætera orbis imitantibus. Et libro decimo cap. 33. iterum ait: Nunc in ſonis quos animant eloquia tua, quum ſuaui & artificioſa voce cantantur, fateor aliquantulum acquieſco, non quidem vt hæream,

ream,ſed vt ſurgam cum volo. Attamen cum ipſis ſententiis quibus viuunt,vt admittantur ad me,quæ-
runt in corde meo non nullius dignitatis locum, & vix eis præbeo congruentem. Aliquando enim am-
plius mihi videor honoris eis tribuere quàm decet, dum ipſis ſanctis dictis religioſius & ardentius ſen-
tio moueri animos noſtros in flammam pietatis,cum ita cantantur,quàm ſi non ita cantarentur, & om-
nes affectus ſpiritus noſtri pro ſuaui diuerſitate habere proprios modos in voce atque cantu, quorum
neſcio qua occulta familiaritate excitentur. Sed delectatio carnis meę,cui mentem eneruandam non o-
portet dari, ſæpe me fallit,dum rationem ſenſus non ita comitatur,vt patienter ſit poſterior,ſed tantum
quod propter illam meruit admitti,etiam præcurrere ac ducere conatur: ita in his pecco non ſentiens,
ſed poſtea ſentio. Aliquando autem hanc ipſam fallaciam immoderatiùs cauens erro, nimia ſeueritate,
D ſed valde interdum,vt melos omne cantilenarum ſuauium quibus Dauidicum pſalterium frequentatur
ab auribus meis remoueri velim,atque ipſius eccleſiæ: tutiúſque mihi videtur quod de Alexandrino e-
piſcopo Athanaſio ſæpe mihi dictum commemini, qui tam modico flexu vocis faciebat ſonare lecto-
rem pſalmi,vt pronuncianti vicinior eſſet quàm canenti. Veruntamen cum reminiſcor lachrymas meas
quas fudi ad cantus eccleſiæ tuæ,in primordiis recuperatæ fidei meæ,& nunc ipſo cõmoueor,non can-
tu, ſed rebus quæ cantantur: cum liquida voce & conuenientiſſima modulatione cantantur, magnam
inſtituti huius vtilitatem rurſus agnoſco. Ita fluctuo inter periculum voluptatis,& experimentum ſalu-
britatis,magiſque adducor,non quidem irretractabilem ſententiam proferens,cantãdi conſuetudinem
approbare in eccleſia: vt per oblectamenta aurium infirmior animus in affectum pietatis aſſurgat. Ha-
ctenus Auguſtinus. Ex cuius verbis apertiſſime conſtat quantum cantus eccleſiæ prodeſſe poſsint men-
tibus audientium,ſi ſuaui modulatione cantentur,quia ipſe Auguſtinus de ſeipſo teſtatur,ſe per cantus
eccleſiæ promotum fuiſſe ad lachrymas. Cum ergo cãtus vtilitas non parua iam pateat,opus eſt vt illum
comprobemus teſtimonio ſcripturarum. Propheta regius ait: Cantate ei canticum nouum, bene pſallite *Pſal. 32.*
ei in vociferatione. Et ne poſſet Vvicleph ſubterfugere,detorquẽs ſcripturam ad orationem mentalem, *Luc. 2.*
dixit, bene pſallite ei in vociferatione. Præterea Chriſto nato facta eſt cum angelo multitudo militiæ
cœleſtis laudantium Deum, & dicentium: Gloria in excelſis Deo, & in terra pax hominibus bonæ vo-
luntatis. Rurſum,cum Chriſtus intrabat ciuitatem Hieroſolymam,cœperunt (vt Lucas ait) omnes tur- *Ibid. 19.*
bæ diſcipulorum gaudentes laudare Deum voce magna ſuper omnibus quas viderant virtutibus, dicẽ-
tes: Benedictus qui venit rex in nomine Domini,pax in cœlo,& gloria in excelſis. Et quidam Phariſæo-
rum de turba dixerunt ad illum: Magiſter increpa diſcipulos tuos. Quibus ipſe ait: Dico vobis quia ſi hi
A tacuerint,lapides clamabunt. Hæc Lucas. Ex quibus verbis conſtat Vviclephitas ſimiles eſſe Phariſæis
reprehendentibus diſcipulos cum clamore laudantes Deum. Deinde vt cantus magis comprobaretur, *Mat. 26*
ipſe dominus cum diſcipulis ſuis cantare dignatus eſt. Nam inſtante morte ſua, poſt cœnam vltimam *Mar. 14*
hymno dicto cum diſcipulis ſuis, exiit in montem Olieti. Vt autem hoc factum nobis maximè fauere
clarius dignoſcatur,oportet declarare quid ſit hymnus. Hymnus græca vox eſt,græcè imnos, latinè au-
tem valet tantum ac canticum ſiue laus quæ Deo tribuitur. Vnde Auguſtinus ſuper Pſal. 72. in expoſi- *Auguſt.*
tione tituli ſic ait: Hymni laudes ſunt dei cum cantico. Hymni,cantus concinẽtes laudem dei. Si ſit laus
& non eſt dei,non eſt hymnus. Oportet ergo vt ſit hymnus,vt habeat hæc tria,& laudem,& dei,& can-
ticum. Hæc Auguſtinus. Eidem ſententiæ ſubſcribit Iſidorus,qui lib. 6. Etymologiarum cap. 34. ſic ait: *Iſidorus.*
Hymnus eſt canticum laudantium Deum propriè,aut hymni ſunt concinentes laudem dei. Quòd ſi ſit
laus,& non eſt dei,non eſt hymnus. Si ſit & dei,& laus,& non cantetur,non eſt hymnus. Hęc Iſidorus.
Si ergo iuxta Matthæum,& Marcum Chriſtus dixit hymnum cum diſcipulis ſuis,ergo cantauit. Et con-
firmat hoc propoſitum,factum Pauli & Silæ,qui in carcere poſiti, clamãtes Deum laudabant. Sic enim
dicitur: Media nocte Paulus,& Silas adorantes laudabant dominum: & audiebant eos qui in cuſtodia *Act. 16.*
erant. Subito verò terræ motus factus eſt magnus, ita vt mouerentur fundamenta carceris. Et ſtatim a-
perta ſunt omnia oſtia, & vniuerſorum vincula ſoluta ſunt. Si ergo non licet altè & cũ clamore & cum
cantu orare, quomodo ad orationem clamoroſam Pauli,& Silæ tot miracula facta ſunt? Poſtremo hanc
catholicam ſententiam confirmat totius eccleſiæ vſus,non nouus,ſed ab ipſo eccleſię naſcentis exordio
vſque ad noſtra tempora conſeruatus. Et vt cætera de hac re teſtimonia omittam, vnum citabo, eo cæ-
B teris efficatius,quòd ab homine extraneo & noſtræ religionis inimico prolatum eſt. Plinius nanque ſe- *Plinius.*
cundus in quadam epiſtola ad Traianum de Chriſtianis tunc (vt ſic dicam) naſcentibus loquens,ait: Ad
firmabant autem hanc fuiſſe ſummam vel culpæ ſuæ,vel erroris, quòd eſſent ſoliti ſtato die ante lucem
conuenire,carmẽque Chriſto quaſi Deo dicere ſecum inuicem. Hæc ille. Et vt rẽ magis cõfirmemus,
aliud producemus teſtimonium hominis etiam exteri,ſed multum laudati. Philo enim Iudęus,qui tem- *Philo.*
pore Apoſtolorum fuit, & Chriſti tempora attigit,de Chriſtianorum cantibus apertiſsimum perhibet
teſtimonium. Nam Euſebius Cæſarien. lib. 2. Eccleſiaſticæ hiſtoriæ cap. 17. enarrans qualiter Philo Iu-
dæus omnia Eccleſiaſticę inſtitutionis initia,& originem apoſtolicæ traditionis deſcripſerit: dicit illum
hoc etiam de Chriſtianis narraſſe,quòd vnus ex omnibus conſurgens in medio, pſalmum honeſtis mo-
dulis concinebat, & præcinenti ei vnum verſiculum omnis multitudo reſpondebat. Deinde Socrates
Conſtantinopolitanus libro ſexto hiſtoriæ Eccleſiaſticæ cap. 9. refert vnde ſumpſerit initiũ vt antipho-
r næ & reſponſoria in eccleſia cantentur,ſic dicens: Ignatius Antiochiæ Syriæ tertius ab Apoſtolo Petro
epiſcopus vnà cum apoſtolis aliquando conuerſatus, viſionem angelorum reſponſorios hymnos ſan-
ctam triadem laudãtium vidit,& modum viſionis Antiochenæ eccleſiæ tradidit,vnde & ad omnes ec-
cleſias iſta traditio promanauit. Et hæc eſt ratio reſponſoriorum hymnorum. Hæc Socrates. Poſt iſta
tam manifeſta teſtimonia quibus impium Vvicleph erraſſe conuincimus, exrat eccleſiæ de hac re defi- *Cõcilium*
nitio. Concilium nanque Agathenſe cap. 30. ſuorum Decretorum ſic definit: Et quia conuenit ordinem *Agathẽſe*

ecclesiæ ab omnibus æqualiter custoditi, studendum est vt vbique (sicut fit) & post antiphonas, collectiones per ordinem ab episcopis, vel presbyteris dici, & hymnos matutinos vel vespertinos decantari diebus omnibus, & in conclusione matutinarum vel vespertinarum missarum post hymnos capitella de psalmis dici, & plebem collecta oratione ad vesperam ab episcopo cum benedictione dimitti. Hęc concilium. In quibus verbis præcipitur apertè, vt hymni omnibus diebus decantentur. Sed iam videamus quo argumento suum propositum confirmare nitantur, vt illi respondeamus. Sic enim aiunt: Christus prohibuit orare cum clamore & cantu, & cum prohibuit publicam orationem, præcipiens vt secretò oraretur ab omnibus. Apud Matthæum nanque sic ait: Tu tamẽ cum oraueris, intra cubiculum tuum, & clauso ostio tuo, ora patrem tuum in abscondito: & pater tuus qui videt in abscondito, reddet tibi. *Matt.6.* Cui obiectioni respondemus, Christum per illa verba non prohibere opus, sed intentionem. Non enim prohibuit publicè orare, sed prohibuit ne hac intentione & hoc animo aliquis oraret in publico, vt ab aliis videretur. Hoc autem ita esse colligitur ex præcedentibus eiusdem Christi verbis. Præcedẽtia siquidem & sequentia verum sensum literæ manifestant. Præcedentia autem Christi verba sunt hæc: Et cum oratis, non eritis sicut hypocritę qui amant in synagogis & in angulis platearum stantes orare, vt videantur ab hominibus. Amen dico vobis, receperunt mercedem suam. Et statim subiungit: Tu autem cum oraueris, &c. Præcedentibus autem verbis prohibuit intẽtionem malam, quæ est cum quis orat vt videatur ab hominibus. Sequentibus autem præcipit bonam intentionem, vt videlicet oret hac sola intentione, vt videatur à Deo. Quòd si quis hac intentione etiam publicam orationem faciat, intentio sua est secreta, id est, vt secretè fiat, quia ad solum Deum eam dirigit, quamuis opus fuerit publicum. Et in hoc bene agit, imò sæpe necesse est vt sic fiat, quoniam (vt ait beatus Augustinus) si non habuerimus inspectores, nullos etiam habebimus imitatores. Si verò orans optat ab aliquo videri, quantumlibet claudat ostium cubiculi in quo orat, iuxta tamen Christi intẽtionem in publico orat: quoniam Christus magis animum attendit quàm opus. Et opus ipsum nunquam bonum aut malum censetur, nisi quia à bono aut à malo animo procedit. Secundo obiiciunt per id quod propheta Helias ad Prophetas Baal ait: Clamate voce maiore: Deus enim vester forsitã cum alio loquitur, aut in diuersorio est, aut in itinere, aut certè dormit, vt excitetur. *3.Reg.18.* Propter quod arguit Ioannes Vvicleph, non licere orare cum clamore, quia (vt dicit) sic orantes sunt sicut Prophetę Baal qui reprehenduntur ab Helia. Fatemur Prophetas Baal fuisse reprehensos, aut potius derisos ab Helia, nec tamen hac sola ratione quòd clamabant, sed quia clamantes credebant Deum altiores voces magis audire quàm bassas. Ideo sic credentes clamabant orantes, vt facilius eorum voces Deus audiret. Helias ergo eorum errorem deridens, ait: Clamate voce maiore, &c. Non quòd reprehendat clamorem, sed reprehendit errorem quo credunt Deum egere altioribus vocibus vt audire possit. Qui autem orat cum clamore & cantu, credens Deum æquè audire voces bassas vt altas, imò, quod maius est, audire clamores cordis, iste sic credẽs etsi orans clamet ex quodam feruenti & impatiente desiderio, non errat. Superius nanque ostẽdimus Christum cum clamore orasse, & pueros clamantes approbasse. Ad hunc modũ Christus reprehendit prolixitatem verborum in oratione, non simpliciter & absolutè, sed sicut Ethnici faciunt. Sic enim ait: Orantes autem nolite multum loqui, sicut Ethnici faciunt: Putant enim quòd in multiloquio suo exaudiantur. *Matt.6.* Quę verba exponens Rabanus, ait: Re vera omne multiloquium à Gentibus venit, qui exercendæ linguæ potius quàm mundando animo dant operam, & hoc nugatorii studii, vel rogatorii genus, etiam ad prece Deum flectendum transferre conantur, arbitrantes sicut hominem iudicem, ita verbis Deum abduci in sententiam. Nolite itaque similes esse illis, dicit vnus & verus magister. *Rabanus.* *Luc.22.* Hæc Rabanus. Itaque illis verbis non absolutè prohibuit Christus multiloquium & prolixam verborum orationem: quoniam ipse prolixè & prolixius orauit. Sed prohibuit multiloquium in oratione quemadmodum Ethnici faciunt, qui putant quòd in multiloquio suo exaudiantur, hoc est, prohibuit ne crederemus Deum per multiloquium nostrum magis flectendum, sed per maiorem animi feruorem. Contra hunc errorem scripsit satis diffuse & copiose frater Thomas Valdensis in libro suo de Sacramentalibus, titulo secundo, à quo fateor me aliqua decerpsisse, plura etiam contuli.

CAPVT.

VNus est error dicens non esse vnum caput ecclesiæ in terris, videlicet Papam. Sed de hoc infra longius dicemus in titulo Papa.

CHARACTER.

INter plures lutheri errores, is vnus numeratur, quo dicit, in nullo sacramento imprimi characterem: *Lutherus* sed hoc asserere, ait esse meram nouorum theologistarum fictionem. Hoc autem quàm sit falsum, plurium sacrorum doctorum testimoniis conuincemus, quos Lutherus nec nouos theologistas vocare poterit, nec sententiarios. His enim nominibus sępissime alios notat, quorum non est dignus corrigias calceamentorum soluere. Sed ne fortè de nomine contendamus, prius oportet ostendere quid sit character de quo nostra est hæc præsens disputatio. Character vox græca est, & latinè sonat tãtum ac signum vel figura. Character ergo, de quo nunc loqui paramus, figura quędam est (siue autem illa sit qualitas siue relatio parum interest) quàm Deus animæ imprimit in signaculum quo suum gregem discernit ab aliis. Oues enim vt ab ouibus distinguantur, signo quodam illis impresso notantur. Milites etiam à militibus in bello signo quodam distinguuntur. Portari etiam aliquando solet signum quoddam tanquam symbolum

ſymbolum nobilitatis cuiuſdam,per quod à plebe aut ab aliis mediocris ſtatus hominibus diſtingui quis valeat,vt in Hiſpania quidam portant in pectore ſpatham ex ſerico aut panno rubeo factam. Alibi aliqui portãt vellus aureum pendens ex catenula collo circunfuſa : Iuxta hunc modum in tribus ſacramẽtis imprimitur character,id eſt quędam figura in anima,qua ab aliis nõ ſic ſignatis diſtinguatur. Per baptiſmum ſiquidem gratiam recipimus,& inter oues dominicas connumeramur, & ouile eius intramus. Vt ergo ab aliis non baptizatis,qui tãquã oues diaboli ſunt,diſtinguamur, charactere quodã ſignamur à Deo in anima.Et quoniam militia eſt vita hominis ſuper terram (vt ait Iob) & eccleſia iſta quæ nunc in terris eſt,militans appellatur,quia in ea militamus aduerſus dæmonẽ,carnem,& mũdum: ideo grãdiores effecti ſacramentum cõfirmationis accipimus,in quo gratia nobis pręſtatur,qua roboremur in militia,& fortiores ſimus in prælio contra hoſtes noſtros.Et ideo tunc Chriſtus dux noſter nos charactere ſuæ militiæ notat,vt ab hoſtibus diſtinguamur,& ab aliis etiam noſtrarum partium qui ad hãc militiam nunquam peruenerunt,vt ſaltem hoc ſignaculo ſeparemur.In ordinis verò ſacramento,qui eum recipit,ad altiorem quendã ſtatum extollitur,& velut ex plebeio ad nobilium ſtatum euehitur: quapropter quaſi quoddã ſui ſtatus ſignum tunc à Deo illi imprimitur.Sed ne Lutherus dicat nos in allegoriis tempus terere, oportet vt ſingula percurramus,& teſtimoniis comprobemus. Et primo de baptiſmo dicamus. Beatus Hieronymus exponens illud Pauli ad Epheſios:Nolite contriſtare ſpiritum ſanctum dei, in quo ſignati eſtis in die redemptionis, ſic ait: Signati autem ſumus ſpiritu dei
C ſancto,vt ſpiritus noſter & anima imprimãtur ſignaculo dei, & illam recipiamus imaginem & ſimilitudinem, ad quam in exordio conditi ſumus.Hoc ſignaculum ſãcti ſpiritus (iuxta eloquium Saluatoris) Deo imprimente ſignatur.Hæc Hieronymus.Ex quibus verbis patet, noſtrã animã ſignari ſignaculo dei,quod ſignaculum nos characterem appellamus.De nomine nãque non contendimus, ſed de re.Verum ſi de nomine adhuc contendit,audiat Auguſtinum,qui nõ ſemel aut iterum characteris nomen exprimit. Is enim contra Creſconium grammaticum,dicentem rebaptizãdum eſſe eum, qui ab hæreticis baptizatus fuerat, libro 1.cap.30.ſic ait: Neque enim propterea immutãdus vel improbãdus eſt regius character in homine,ſi erroris ſui veniam,& militandi ordinem à rege impetrauerit, quia eundem characterem,quo ſibi ſatellites congregaret,deſertor infixit: aut propterea ſigna mutãda ſunt ouibus,cùm dominico gregi ſociantur,quia eius dominicum ſignum fugitiuus ſeruus impreſſit. Hæc Auguſtinus.Quibus verbis bis characterem,bis ſignum nominauit.Et de baptiſmo contra Donatiſtas eandem cauſam agens,libro ſexto,capite primo ſic ait: Habere,& dare,& accipere ſacramentum baptiſmi,ſatis eluxit paſtoribus eccleſiæ catholicæ toto orbe diffuſæ, per quos poſtea plenarii concilii autoritate originalis conſuetudo firmata eſt,& ouem,quæ foris errabat,&dominicum characterem à fallacibus deprædatoribus ſuis foris acceperat,venientem ad Chriſtianæ vnitatis ſalutem ab errore corrigi,à captiuitate liberari,à vulnere ſanari,characterem tamen dominicũ in ea agnoſci potius,quàm improbari: quãdoquidem ipſum characterem multi & lupi & lupis infigunt: qui vidẽtur quidem intus eſſe,verumtamen ad illam ouem,quæ etiam ex multis vna eſt,non pertinere, morum ſuorum fructibus conuincũtur, quibus in finem vſque perdurant. Hæc ibi Auguſtinus. Et in quodam ſermone de geſtis cum Emerito Donatiſtarum epiſcopo,ſæpenumero characterem baptiſmi nominat.Breuitati ſtudens, nolui in medium adferre,qui voluerit legat ibi, & inueniet eum in ſeptimo tomo operum Auguſtini.
D Iam vides Luthere,qualiter teſtimoniis Hieronymi & Auguſtini probauimus,characterem imprimi in baptiſmo, & iſtos non poteris dicere nouos theologiſtas (vt aſſoles) nec ſententiarios, quum eorum quilibet plus quàm ſexcentis ãnis magiſtrum Sententiarum Petrum Lombardum præceſſerit.Sed iam ad confirmationis ſacramentum pergamus. Innocentius papa, huius nominis primus, vir doctrina & ſanctitate clarus,Decentio Eugubino epiſcopo ſcribens,capite tertio ſic ait: De conſignandis verò infantibus,manifeſtũ eſt ab alio fieri,quàm ab epiſcopo,non licere. Nam presbyteri,licet ſint ſacerdotes, pontificatus tamen apicem non habẽt.Hæc autem pontificibus ſolis deberi,vt vel conſignent, vel paracletum ſpiritum tradant,non ſolum conſuetudo eccleſiaſtica demonſtrat, verum illa lectio Acto. Apoſtolorum,quæ aſſerit Petrum & Ioannem eſſe directos,qui iam baptizatis traderent ſpiritum ſanctum.Hæc Innocentius.Ex quibus verbis duo colligimus.Vnum eſt,confirmationem nõ poſſe niſi ab epiſcopo conferri.Alterum eſt,quòd in tali conſignãtur eam recipientes.Sic enim appellauit eam, videlicet conſignationem. Sed quia fortè hoc teſtimonium aliò detorquebit quàm oporter,vno iam argumento de omnibus his tribus ſacramentis,videlicet baptiſmo,confirmatione, & ordine concludamus.In his enim ſacramentis,ſancto docente ſpiritu,didicit eccleſia non patiendam iterationem, non ob aliam cauſam,quàm quod in eis characteris confertur ſignaculum,quod deleri nullo modo poteſt. Quãuis enim peccatores ſæpenumero illud maculent,& è cãdido reddãt atrum, è puriſſimo reddãt
A impurum, nunquam tamen ita poterunt eradere, quin illo charactere conſignati,orbi toto maneant in die iudicii noti ad gregem dominicum pertinere, cuius ſignaculo impreſſi ſunt. Quum ergo ille character,qui per talia ſacramenta imprimitur,ſit indelebilis,ideo non iterãtur ſacramenta,quæ illum imprimunt.Quòd autem ſacramenta illa itetari non poſſint,teſtatur Auguſtinus de baptiſmo & ordine,ad hunc modum loquens: Vtrunque enim ſacramentum eſt,& quadã conſecratione vtrunque homini datur, illud cum baptizatur, illud cum ordinatur. Ideo non licet in eccleſia catholica vtrunque iterari.Hæc Auguſtinus.Eidem ſententiæ ſubſcribit Gregorius qui libro ſecũdo ſui regiſtri epiſtola.32.ſic ait: Illud autem quod dicitis,vt is qui ordinatus eſt,iterum ordinetur,valde ridiculũ eſt, & ab ingenii veſtri conſideratione extraneum,niſi fortè quod exemplum ad medium deducitur, de quo & ille iudicandus eſt,quid tale aliquid feciſſe perhibetur. Abſit autem à fraternitate veſtra ſic ſapere.
Sicut enim baptizatus ſemel,iterũ baptizari non debet:ita qui conſecratus eſt ſemel,in eodem iterum

Iob.7. *Epheſ.4.* *Hierony.* *Auguſt.* *Innocẽtius primus.* *Auguſt.* *Gregor.*

ordine conſecrari non debet. Sed ſiquis forſitam cum leui culpa ad ſacerdotium venit, pro culpa pœni-
Cõcilium Carthaginenſe. tentia indici debet, & tamen ordo ſeruari. Hæc Gregorius. Et vt iam concludamus, Conciliorum defi-
nitiones expedit adducere. Concilium Carthaginenſe quartum ſic definit: Non licet fieri rebaptizatio-
nes, neque reordinationes, vel retranſlationes epiſcoporum. Et ponuntur hæc verba in volumine De-
Cõcilium Tarracõ. cretorum de conſec. diſt. 4. cap. Non licet. De confirmatione autem Concilium Tarraconenſe ſic ait:
Dictum eſt nobis, quòd quidam de plebe bis vel ter vel eo amplius, epiſcopis ignorantibus tamen, ab
eiſdem epiſcopis confirmentur. Vnde nobis viſum eſt, eandem confirmationem, ſicut nec baptiſmum,
iterari minimè deberi. Hæc ibi. Quæ verba adducit Gratianus in volumine Decreto. de cõſec. diſtin. 5. B
cap. Dictum eſt. Tamen vt ingenuè fatear, cum recurriſſem ad volumen conciliorum, vt ibi ex fonte
haurirem, nihil tale ibidem reperi, quale Gratianus citat ſub illis titulis. Quò fit, vt mea ſententia dicere
oporteat, vel titulum illum, qui eſt in Gratiano, incuria ſcriptorum fuiſſe corruptum: aut illorum con-
ciliorum decreta, quæ nunc apud nos ſunt, eſſe mutila & manca, nec adeò integra vt Gratiani tempore
exiſtebant. Sed iam ad rem. Ex ſupradictis teſtimonis conſtat, illa tria ſacramenta eſſe iterabilia. Hoc
autem nõ ob aliud euenit niſi quia in illis imprimitur character, qui eſt indelebilis: qui character cum
in aliis ſacramentis non imprimatur, talia ſacramenta iteratò recipi poſſunt. Denique, vt ſententiam
noſtram plenè confirmemus, operæprecium erit concilii Florentini de hac re definitionem proponere,
Cõcilium Florent. quoniam apertiſſime inſanam Lutheri ſententiam damnat. Sic enim ait: Inter hęc ſacramenta, tria ſunt
baptiſmus, confirmatio, & ordo, quæ characterem, id eſt, ſpirituale quoddam ſignum, à cæteris diſtin-
ctiuum, imprimunt in anima, indelebile. Vnde in eadem perſona non iterantur. Reliqua verò quatuor
characterem non inprimunt, & reiterationem admittunt. Hæc concilium Florentinum. Denique con-
cilium Tridentinum ſub Paulo tertio celebratum ſeſſione ſeptima, canone nono per hęc verba diffinit:
Siquis dixerit, in tribus ſacramentis, baptiſmo ſcilicet, confirmatione & ordine, non imprimi characte-
rem in anima, hoc eſt, ſignum quoddam ſpirituale, & indelebile, vnde ea iterari non poſſint, anathema
ſit. Hæc concilium Tridentinum. Et de hac re hæc dicta ſufficiant. Contra hunc errorem nemo ex iis,
qui aduerſus Lutherum diſputarũt (quod ſciam) aliquid ſcripſit, pręter vnum Angliæ regem, qui in
eo opere, quod pro defenſione ſacramentorum eccleſiæ ſcripſit, ſuccinctè ſatis & perfunctoriè hunc
errorem tangit.

CARO ET CORPVS.

HVMANVM.

C

Manichæi HIc eſt vnus error Manichæorum, dicẽtium corpus ſuapte natura malum, & ideo à malo principio
factum. Hunc errorem tuẽtur Priſcillianiſtæ, ſicut multos aliorum Manichęorum errores. Hic eſt
Patrici ani. etiam error Patricianorum, à Patricio quodam Romano (vt ait Philaſter) ſic appellatorum. Hi di-
cunt carnem à diabolo factam, & ideo inſequendam, & morte plectendam. Qui adeò carnem ſuam o-
diebant (ſicut idem Philaſter & Aug. teſtantur) vt vltro ſibi mortem inferre non dubitauerint, vt vel ſic
carne carere poſſent. Hunc eundem errorem ex parte tenent alii dicti Paterniani, qui alio nomine vo-
Paternia. Venuſtia. cantur (vt Auguſt. ait) Venuſtiani. Hi dicunt inferiores partes corporis humani, non à Deo, ſed à dia-
bolo eſſe factas: quapropter licentiam tribuentes omnium flagitiorum ex illis partibus, impuriſſime
viuunt. De reliquis autem ſuperioribus corporis partibus nihil tale aſſerunt ſicut Patriciani dixerunt.
Ideo tamen in vnum eos coniungere placuit, quia vno eodemque gladio feriendi ſunt. Nam oſtenſo,
quòd totum hominis corpus à Deo factum ſit, inde etiam manebit probatum, inferiores corporis par-
tes eſſe à Deo factas, cùm illæ etiam ſint de ſubſtantia corporis humani.

Quo autem tempore aut Patriciani, aut Paterniani cœperint, neque ex Auguſtino, neque ex Phila-
ſtro conſtat.

Primo ergo obiicimus id, quod in Geneſi dicitur: Et creauit Deus hominem ad imaginem & ſimili-
tudinem ſuam. Ad imaginem dei creauit illum, maſculum & fœminam fecit eos. Ad hæc ſexus diſtin-
ctio non eſt in anima ſita, ſed in corpore, nec alibi quàm in inferioribus corporis partibus. Si ergo De-
us maſculum & fœminam fecit eos, ſequitur quòd nõ tantum creauit animam, cum iuxta illam nulla D
ſit ſexus diſtinctio, ſed etiam fecit corpus: quod eſt cõtra Patricianos. Et nõ ſolum fecit ſuperiores par-
Gen. 2. tes corporis, ſed etiam inferiores, in quibus eſt potiſsima ſexus diuerſitas, & per hoc cõuincũtur Pater-
niani. Prętera in eodẽ lib. poſtea dicitur: Immiſit ergo dominus Deus ſoporem in Adam: cumque ob-
dormiſſet, tulit vnã de coſtis eius, & repleuit carnem pro ea. Et ædificauit dominus Deus coſtã, quam
tulerat de Adam, in mulierem. Ecce hic vides dominũ pro coſta feciſſe carnem, & ex coſta iterũ feciſſe
mulierem. Nõ autem eam fecit ex coſta quantum ad animam, quoniam illa creatur, & cum ſit ſpiritua-
lis, ex nihilo fit, nec ex coſta fieri poterat. Reliquum eſt ergo, vt ſecundum corpus à Deo factam eſſe ex
Pſal. 118. coſta fateãtur. Rurſum, Propheta regius ait: Manus tuę domine fecerunt me, & plaſmauerũt me. Cor-
pus autem æquè eſt de ſubſtãtia hominis vt anima, dicente Athanaſio: Anima rationalis & caro vnus
eſt homo. Cum ergo ſcriptura ſæpe teſtetur Deum feciſſe hominem, nulla corporis & animæ in hac
Iob. 10. Eccle. 18. re facta diſtinctione: cõuincitur vt etiam fecerit corpus ſicut animam. Et vt nulla poſſit tergiuerſatione
hic error cęlari, Iob expreſſe de corpore loquitur, dicẽs: Sicut lac me coagulaſti. Nõ autem coagulatur
iuxta animã, vt liquet, ſed iuxta corpus. Et Eccleſiaſticis ait: Deus de terra creauit hominem: quod etiã
Gene. 2. ad corpus referri oportet, cùm anima ex nihilo ſit creata. Deinde cum Deus creauit hominẽ, & maſcu-
lum & fœminã feciſſet, benedixit eis, dicẽs: Creſcite & multiplicamini, & replete terrã. Quibus verbis

(vt aliâs

(vt aliàs docuimus) generationem præcepit,quæ per corporum coniunctionem fit,non per quaſcunque corporis partes (vt omnibus notũ eſt) ſed per inferiores,in quibus potiſſima ſexus diſtinctio cõſiſtit. Ergo partes illas,quib⁹ generatio faciẽda eſt,à Deo factas eſſe oportet,à quo generatio præcipitur. *Rom.6.*

A Et hoc contra Paternianos. Confirmat noſtram ſententiam manifeſtius Paulus,dicẽs :Neque exhibeatis membra veſtra,arma iniquitatis peccato,ſed exhibete vos ipſos Deo, tãquam ex mortuis viuẽtes,& membra veſtra,arma iuſtitiæ Deo. Cum ergo arma iuſtitiæ corpus & eius membra Paulus appellet,cõuincitur inde vt ſuapte natura non ſit malum,cum poſſit illud ad arma iuſtitiæ conuerti. Poſtremò Chriſtus noſtram aſſumẽs naturam,factus eſt verus homo,ſicut vnus ex nobis. Voluit enim(vt ait Paulus)per omnia fratribus aſſimilari. Et Ioãnes eius incarnationẽ deſcribens,vno verbo dixit: Et verbum caro factum eſt. Et Paulus iterum ait: Qui factus eſt ex ſemine Dauid ſecũdũ carnem. Si ergo caro hominis aut corpus humanum à diabolo ſit factum,vt Patriciani fabulãtur,aut inferiores tãtum corporis humani partes,vt Paterniani mentiũtur,diabolus fecerit : oportebit tunc dicere,Chriſtum Dei filium aliquid diabolicum retinere. Abſit autem,vt in tãtam blaſphemiam incidamus. Quę enim ſocietas lucis ad tenebras ? aut quæ cõuẽtio Chriſti ad Belial? Et ipſemet Chriſtus Dei filius de dæmone ait: Venit enim ptinceps huius mũdi,& in me nõ habet quicquam. Sed iam audiamus Eccleſiæ de hac re definitionem. Leo papa huius nominis primus,in epiſtola.71.in qua errores Priſcillianiſtarũ damnat,cap.8. hæc ait: Octauum eorum eſt,plaſmationem humanorum corporum diaboli dicere eſſe figmentum, & ſemina conceptionum opere dæmonum in mulieris vteris figurari : propterea reſurrectionẽ carnis non eſſe credendam : quia concreatio corporis non ſit congruens animę dignitati. Quæ falſitas ſine dubio opus diaboli eſt,& talia prodigia opinionum figmẽta ſunt dæmonum,qui non in fœminarum ventri- *Ioan.1.* *Roman.1.* *2. Cor.6.* *Ioan.13.* *Leo papa*

B bus formant homines,ſed in hæreticorum cordibus tales fabricãt errores. Quod immundiſſimum virus de Manichęę impietatis ſpecialiter fonte procedens,olim fides catholica deprehendit atque damnauit. Hæc Leo papa. Cõcilium Braccarẽſe primum cap.tertio ſuorum Decretorum ſic definit : Si quis dicit creationem vniuerſæ carnis non opificium eſſe Dei,ſed malorum ãgelorum,ſicut Manichæus & Priſcillianus dixerũt,anathema ſit. Reliquum autem Patricianorum errorem,quo credunt ſeipſos debere occidere,vt vel hoc medio carne ptiuentur,inferius in titu.de occiſione,expugnabimus. De alio etiam Paternianorum errore,quo putabant omnia flagitia,quę per partes corpoi is inferiores commiti poſſunt,eſſe licita,inferius,in tit.de coitu diſputabimus. *Cõcilium Bracca.*

SEcunda hæreſis docet,imaginem Dei,ad quam homo à Deo conditus eſſe dicitur,eſſe in carne hominis ſitam,& nõ in anima. Verùm de hoc errore infrà,Deo duce,in tit.de Imagine diſputabimus.

CERTITVDO.

DE hac re vnam ſolum inueni hæreſim,quæ docet omnem hominem iuſtum certitudine fidei ſcire ſe eſſe in gratia,& vere iuſtificatum. Et inſuper addit,omnem hominem iuſtum eſſe obligatum ex regulis fidei ad certo credendum,ſe eſſe in gratia. Quod ſi non certo crediderit,ob hanc ſolam cauſam dicit illum non eſſe iuſtum. Huius hæreſis primus autor & inuentor fuit Martinus Lutherus, & illum in hac parte ſecuti ſunt Philippus Melãctõ,Martinus Butzerus,Ioãnes Caluinus,& reliqui omnes qui Lutherano nomine cenſentur. Contra hæreſim iſtam nolo impræſentiarũ diſputare,quoniã inferius in titulo de gratia,illam tertio loco collocare ſtatui,& ibidem contra illam diſputare.

CIBVS.

C DE hac re eſt vnus error,dicens non licere veſci carnibus. Hic error Tatiani & Encratitarum, quos ſuprà diximus à Tatiano fuiſſe exortos. De quibus Irenæus lib.1.contra hæreſes cap.30.mẽtionem facit. Hunc errorem poſtea ſuſcitarũt Manichęi. Eidem adhæſit Aerius,vt Philaſter ait: Auguſt.tamen dicit Epiphanium hoc illi non impingere. Cathari autem inſaniam hanc auxerunt,dicentes non licere comedere oua,caſeum,lac,etiam ſi neceſſitas adſit. Hũc errorem Catharis impingit Guido Carmelita. Hi autem Cathari,qui iſta docent,non ſunt illi qui aliàs dicuntur Nouatiani,ſed alij Nouatianis poſteriores,qui ad Manichæorum familiam pertinent,quos Auguſt.nõ Catharos,ſed Cathariſtas appellat. Nam Auguſt. in lib.de hæreſi.cap.46. de manichæis differens, dicit illos in tres partes eſſe diuiſos. Quidam dicti ſunt Manichæi,nomen autoris ſeruantes: Alij Macarij: Alii Cathariſtę,hoc eſt,mũdatores,ſiue purificatores,propter quaſdam horrendas & execrandas purificationes,quas faciebãt. Iſti aliquandiu extincti, tandem poſt aliquot ſecula ſurrexerunt in Alemania,ſub imperatore Frederico.1.& vocati ſunt Cathari,& melius vocarentur Catharistæ,vt Aug.eos appellat: quia illi nõ mũdati,ſed mũdatores erant. Priſcillianus etiam carnes tanquam immũdas eſcas deuitauit. Græci etiam (vt Guido illis impingit) dãnãt eos qui comedũt de ſuffocatis,aut alias carnes in lege veteti prohibitas. Cõtra hos omnes clamat ſcriptura ſæpiſſimè. Primò dominus ad Moſen loquitur,quæ ſuo nomine filiis Iſrael dicturus ſit,in hũc modũ: Decima die mẽſis huius tollat vnuſquiſq; agnũ per familias & domos ſuas. Sin autẽ minor eſt numerus vt ſufficere poſſit ad veſcẽdum agnũ : aſſumet vicinũ ſuũ qui cõiũctus eſt domui eius,iuxta numerũ animarũ quæ ſufficere poſſunt ad eſum agni. Ecce vides qualiter dominus prę- *Tatianus* *encratitæ* *Manich.* *Aerius.* *Cathari.* *Priſcil.* *Græci.* *Exod.12.*

D cipit comedere agnũ. Quòd ſi carnes malæ eſſent & immũdæ,Deus nullo pacto præcepiſſet. Præterea De⁹ pſcribẽs leges eorũ,quæ comedere poterãt filii Iſrael,p Moſẽ loquitur,dicẽs: Hęc ſũt animalia quę comedere debetis de cũctis animãtibus terræ: Omne quod habet diuiſã vngulã & ruminat in pecorib⁹ *Leui.11.*

*Deut.*14. comedetis. Eãdem ſentẽtiam in reiteratione legis, hoc eſt, in Deutero. replicat, dicens: Hoc eſt animal quod comedere debetis: Bouem, & ouem, & caprã, ceruum, & capream, bubalum, tragelaphũ, pygargum, orygẽ, camelopardalũ. Omne animal quod in duas partes findit vngulã & ruminat, comedetis. Sed quoniam impii Manichæi vetus teſtamẽtum reiiciunt, dicentes illud à quodam malo Deo eſſe factum, de quo errore aliàs diſputabimus, ideo teſtimoniis noui teſtamenti opus eſt vt noſtram rem firmemus. Et primò omniũ turba apoſtolica, videlicet Paulus, pro nobis clamat in ea quæ eſt ad Roma. epiſtola, dicẽs: Scio, & cõfido in domino Ieſu, quia nihil commune per ipſum, niſi ei qui exiſtimat quid commune eſſe, illi commune eſt. Commune hic vocat Apoſtolus cibum immũdũ, & lege diuina prohibitum: ſicut alibi dixit Petrus apoſtolus: Commune & immundum nunquã mãducaui. Et poſt prędicta Paulus eodem loco ſubiungit: Omnia quidem munda ſunt: ſed malum eſt homimi, qui per offẽdiculum manducat. Hoc autem dicit Paulus, quia propter vitandum ſcãdalum in proximo, debet homo à carnibus abſtinere, ſi videt alium ſcandalizari ex eſu carnium, ſicut alibi ait: Si fratrem meum ſcãdalizo, carnes non comedam in æternum. Et in eodem priori loco eãdem perſequens ſententiam Paulus, ſubiungit: Qui autem diſcernit ſi mãducauerit, dãnatus eſt: quia nõ ex fide. Tatianus ergo & Manichæus & Priſcillianiſtę & Cathari damnati ſunt iuxta Paulum, quia manducantes diſcernunt cibos, putantes aliquibus non eſſe veſcẽdum. Prętęrea in epiſt. 1. ad Timoth. hoc clarius exponit, dicens: Spiritus autem manifeſtè dicit, quia in nouiſſimis temporibus diſcedent quidam à fide, attendentes ſpiritibus erroris & doctrinis dæmoniorum, in hypocriſi loquentium mendacium, & cauteriatam habẽtiũ ſuam conſcientiam, prohibentium nubere, abſtinere à cibis quos Deus creauit ad percipiendum cum gratiarum actione fidelibus, & his qui cognouerũt veritatẽ: quia omnis creatura Dei bona eſt, & nihil reiiciendum, quod cum gratiarũ actione percipitur. Sanctificatur enim per verbum Dei, & orationem. Iam quæſo, quid his verbis apertius dici poterat? Rurſum, cõfirmat hãc ſententiam viſio Petri, de qua ſic dicitur in Actib. apoſt. Et cùm eſuriret Petrus, voluit guſtare. Parãtibus autem illis, cécidit ſuper eum mẽtis exceſſus: Et vidit cœlum apertum, & deſcendẽs vas quoddam velut linteum magnum, quatuor initiis ſubmitti de cœlo in terram, in quo erant omnia quadrupedia & ſerpentia terræ, & volatilia cœli. Et facta eſt vox ad eum, Surge Petre: occîde, & mãduca. Ait autẽ Petrus, Abſit domine, quia nũquam mãducaui omne commune aut immundum. Et vox iterum ſecundò ad eum, Quæ Deus purificauit, tu commune ne dixeris. Hoc autem factum eſt per ter. Et ſtatim receptum eſt vas in cœlũ. Hæc ibi. Deinde ipſe Chriſtus (vt omnes Euangliſtæ teſtantur) comedit agnum paſchalem. Si autem carnes ex ſe eſſẽt immũdæ & illicitæ, Chriſtus totius perfectionis & virtutis exemplum, nũquam comediſſet.

Cõcilium Braccar. Accedit ad hæc omnia Eccleſiæ in hac parte definitio. Cõcilium nanque Braccarenſe primum, capite quartodecimo ſuorum Decretorum ſic definit: Si quis immũdos putat cibos carnium, quas Deus in vſu hominum dedit, & non propter afflictionem ſui corporis, ſed quia immunditiam putauerit, ita abſtineat ab eis, vt nec olera cocta cum carnibus perguſtet, ſicut Manichæus & Priſcillianus docuerũt, anathema ſit. Hęc Concilium. Poſt tam expreſſa ſcripturæ ſacræ & Eccleſię teſtimonia, nõ eſt quod iam amplius de hac re diſputemus. Verùm ſupereſt, vt reſpõdeamus cuidã obiectioni, quæ pro errore Græcorum fulciendo adduci poſſet. In concilio ſiquidem ab apoſtolis Hieroſolymæ celebrato, de quo in

*Act.*15. quintodecimo cap. Act. Apoſtolorum fit mẽtio, cum de hac re fieret diſputatio, ſic lata eſt ſentẽtia: Viſum eſt enim ſpiritui ſancto & nobis, nihil vltrà imponere vobis oneris, quam hæc neceſſaria: vt abſtineatis vos ab immolatis ſimulacrorum, & ſanguine, & ſuffocato, & fornicatione, à quibus cuſtodiẽtes vos, bene agetis. Hæc ibi. Quæ verba nullo modo noſtræ ſententiæ repugnãt, quoniam illa ab apoſtolis pro tũc prohibita ſũt, & nõ quia ex ſe mala, aut quia lege diuina interdicta: ſed prohibita ſunt propter Ethnicos, qui nouiter conuertebantur ad fidem. Iudæi enim maximè horrebant comedere immolata ſimulacrorum, ſiue idolothyta, & ſuffocatum. Apoſtoli autem timentes ne Iudei cõuerſi, occaſione cibi quem horrebant, ſeparantur à communione fidelium, præceperunt fidelibus vt ab illis cibis abſtinerent, ne occaſione cibi perderent fratres, quos fortè ad dominum poſſent conuertere, à talibus cibis abſtinendo. Hoc autem ita eſſe facile conuincimus. Nam vt de cæteris taceam, inter cibos illic annumeratos ſunt immolata ſimulacrorum, de quibus Apoſtolus dicit eſſe licitum comedere, modò non

1.*Cor.*8. ſit conſcientia idoli: id eſt, dummodo hoc propter idoli reuerentiam non faciat, credens fortè aliquid numinis eſſe in idolo. Sic enim ait in. 1. ad Corint. epiſtola: De eſcis autem quæ idolis immolantur, ſcimus quia nihil eſt idolum in mundo, & quòd nullus eſt Deus niſi vnus. Nam etſi ſunt qui dii dicãtur, ſiue in cœlo, ſiue in terra (ſiquidem ſunt dii multi, & domini multi) nobis tamẽ vnus Deus, pater, ex quo omnia, & nos in illo: & vnus domius Ieſus Chriſtus, per quem omnia, & nos per ipſum. Sed non in omnibus ſcientia. Quidam autem cum conſciẽtia vſque nunc idoli, quaſi idolothytum manducant: & conſcientia ipſorum cum ſit infirma, polluitur. Eſca autem nos non commendat Deo. Neque enim ſi manducauerimus, abundabimus: neque ſi nõ mãducauerimus, deficiemus. Videte autem ne fortè hæc licẽtia veſtra, offendiculũ fiat infirmis. Hæc Paulus. Ex quibus verbis clarè patet, licitum eſſe comedere ea, quæ immolata fuiſſent idolis, modo cõſcientia idoli nõ adeſſet. Verũm etſi hoc ei eſſet licitum, ſi videret alium ex hoc ſcãdalizari, à cibo aliàs licito deberet abſtinere, ne fratrem ſuum occaſione cibi perderet. Nullus eſt ergo cibus nobis diuina lege prohibitus: ſed iuxta licentiam nobis à Saluatore datam, de omnibus cibis qui apponuntur nobis, licebit manducare.

Iouinia. Vvalden. SEcunda eſt hæreſis huic proximæ oppoſita, quæ aſſerit, quoſlibet cibos quolibet etiam die, omnibus ſine omni diſcrimine eſſe licitos, quamtumlibet per Eccleſiaſticas ſanctiones fuerint prohibiti. Hæc eſt hęreſis Iouiniani, vt patet ex Auguſtino libro de hæreſib. ad Quod vult Deum, cap. 82. Hic Iouinianus monachus fuit Romæ tempore beati Hieronymi, contra quem idem Hieronymus ſcripſit.

Eſt etiam

Est etiam error Valdésium, qui tempore quadragesimæ carnem & oua, & reliqua prohibita comedebant, dicētes nullum esse peccatum hoc facere, imò dicebant Ecclesiam non posse talem ciborum abstinentiam præcipere, & in tali abstinentia à carnibus dicebāt nullum ineſſe meritum. Hunc eundem errorem hoc nostro tempore amplexati sunt Lutherani, qui omni feria sexta & sabbato, & in omnibus diebus quadragesimæ carnes effrænatè comedunt. Audiui ipsemet hoc mēse, quo hæc scribo, videlicet in mense Maio, anno domini M. D. XXXIII. à quodam viro probo Coloniēsi, quòd ipso eunte ad nundinas, quæ habentur Francfordiæ, quæ ciuitas est superioris Germaniæ, tempore quadragesimæ in quolibet fermè oppido ānte Frācfordiam nullus cibus illi aut sociis eius, aut quibuslibet aliis aduenientibus dabatur ab hospitibus, præter carnes: quas si aliquis respuebat ob temporis reuerētiam, & Ecclesiæ statutum, nullo modo illi volebant aut panem aut vinum venale tribuere. Francfordiæ autem dicebat mihi rem mitius agi propter nundinas, quæ tunc tempore quadragesimæ ibi habebantur, vt libentius ad illas quisque veniret. Dicebat enim toto tempore quadragesimæ carnem simul & pisces omnibus propinari: neminem tamen ad aliquem cibum cogi, sed liberam cuique manere facultatem edēdi quod libuisset. De eadem autem hæresi suspicionem nō modicam præbuit multis Erasmus Roteroda. vir vtinam tam pius quàm doctus: nescio an plenè & rectè ab hac se purgauerit suspicione: nam in multis suis scriptis apertissimè hanc videtur docere sentētiam: è quibus vnum & alterum indicabo lectori, vt ex illis cōiiciat quid ille velit. In epistola præposita paraphrasi primę ad Corin. sic ait: Mihi purioris Christianismi videtur, magisque cōsentaneum euangelicę & apostolicæ doctrinæ, si nullum certum cibi genus præscribatur: sed admoneātur omnes, vt quisque pro corporis habitu vescatur, quæ maximè cōducunt bonę valetudini: non ad luxum, sed ad sobrietatem, cum gratiarum actione ac studio bonæ mētis. Hæc Erasm⁹. Et in paraphrasi octaui capitis primæ ad Corin. sic ait: Approbo quod dicis: Esca non commendat nos Deo. Cum enim Deus vniuersa creauerit ad vsus humanos, neque quicquā à nobis exigat prēter vitę pietatem, quid illius refert, piscium an quadrupedum an volatilium carnibus vescamur? Nihil enim pietati quicquam vel addit vel adimit horum delectus: superstitioſū facere potest, pium nequaquam. Christus nullum horum discrimē docuit. Proinde temeritas sit, si quis homunculus conetur quēquam huiusmodi cōstitutionibus onerare. Pro suo quisque corporis affectu vescatur quibus velit, modò sobriè parcé que, super omnibus gratias agens Deo. Hucusque Erasmus. Cādidum lectorem obtestor per Christi passionem, & illius supremum iudicium, vt omni affectu procul semoto, cōsideret quid ex his Erasmi verbis colligi possit. Nònne hic apertissimè & luce clarius docet, nullū esse meritum in ciborum delectu? in abstinētia à carnibus & lacticiniis? imò dicit esse puriorem Christianismum, & magis euangelicę & apostolicæ doctrinæ consentaneum, à nullo cibi genere abstinere. De hac re fuit à Parisiensibus theologis communi illorum censura notatus. Sed illorum censuræ sic ille respondit, vt non videatur de huius hæresis suspicione se malé purgasse. Nam etsi fatetur se nolle prępositorum Ecclesiæ obedientiam lędere, neque velle, vt quisque pro libito contra Ecclesiæ statuta vescatur carnibus aut aliis cibis tempore quo ab Ecclesia sunt interdicti: tamen in ea sententia persistit, vt dicat nihil proficere ad pietatem ciborum discrimen: & esse magis Christianę doctrinæ cōforme, si talis ciborū delectus statuto Ecclesiæ tolleretur: quoniam (vt ait) Christus nullum ciborum delectum docuit. Admittit etiam carnium abstinētiam, sed hāc liberam esse optat: vt quisque suo arbitrio, & non lege cogēte à carnibus abstineat. Nam in respōsione ad primam de hac re Parisiēsium cēsuram, sic ait: Arbitror autem puriorem fuisse Christianismum temporibus apostolorum ac martyrum, quam nunc, quādo sic refrixit hominum charitas. At illis temporibus, cùm nullum esset præscriptum de ciborum discrimine, plures vltro abstinebant à carnibus, quàm nunc faciunt coacti lege. Hæc Erasmus. In quibus verbis satis apertè indicat, bonum esse abstinere à carnibus: sed malum esse alios ad hoc faciēdum lege cogere. Et si ita sentit, in alium errorem labitur simílem errori Aerii, qui dixit non esse bonum hominem ad ieiunium cogere: sed liberum fore cuique cum voluerit ieiunare. Sed de hoc Aerii errore infrà in titulo de ieiunio hæresi secunda disputabimus. Hoc ergo errore dimisso, ad priorem hæresim de ciborum delectu reuertamur. Huius hęresis expugnatio, ex alio quod infrà discutiemus pēdet, videlicet an Ecclesia possit aliquam legem de nouo statuere: de qua re dicem⁹ infrà in titulo de Ecclesia. Verum quantum pro nunc possumus disseremus. In veteri Instrumento reperimus laudatam abstinentiā aliquorum ciborum & potuum, qui etiam lege diuina non erant prohibiti. In lib. nanque Numerorum talis describitur lex Nazaræorum: Vir siue mulier cum fecerit votum vt sanctificentur, & se voluerint domino consecrare, à vino, & omne quod inebriare potest, abstinebunt. Acetum ex vino & ex qualibet alia potione, & quicquid de vua exprimitur, non bibent: vuas recentes siccasque nō comedent cūctis diebus, quibus ex voto domino cōsecrātur: quicquid ex vinea esse potest ab vua passa vsque ad acinum non comedent. Sed ad hoc & ad alia, quæ de veteri testamento afferri possunt, respondebunt fortè, in veteri lege fuisse licitam, imò meritoriam talium ciborum abstinētiam, quia per illam obedientia præstabatur domino illam præcipienti: in lege autem euāgelica non licere iam talem ciborum differentiā facere, cū dominus omnium ciborū esum cōcesserit. Sed hoc facillime reiicimus, si consideret quisque non minus esse licitum in vereri lege bouis & ouis esum, quàm nunc in lege euāgelica. Sicut enim nūc omnes cibi sunt à Deo permissi, ita & tunc bos & ouis & capra & alia animalia, quæ ruminăt & vngulam habēt diuisam, erāt concessa, vt patet ex Leuitico & Deutero. Sed non obstante tali indulgentia & concessione illorum ciborum, tunc in veteri lege ante promulgationem euāgelii, licitè quis imò meritoriè ab illis cibis abstinebat, ergo & nūc ab eisdē licitè & meritoriè abstinebit: cū par sit vtrobiq; ratio, & ęqua pro vtroque tēpore illorū ciborum cōcessio. Quòd autē diximus pro tēpore veteris legis meritoriè aliquem à carnibus abstinuisse, satis conuincitur per id quod Matthæus de Ioanne Baptista ait:

Luther.

Erasmus. Roteroda.

Num. 6.

Leui. 11. Deute. 13.

Matt. 3.

Ipſe autem Ioannes habebat veſtimẽtum de pilis camelorum, & zonam pelliceam circa lumbos ſuos. Eſca autem eius erat locuſtæ & mel ſylueſtre. Ecce iam vides Ioannem Bapt. à carnibus abſtinuiſſe: nec in hoc erraſſe dicere poterunt, quem conſtat ex vtero matris ſanctificatum fuiſſe. Quòd ſi per hoc non meritoriè egit, cur de hac re tantopere eum Euãgeliſta laudauit? Præterea poſt & prædicatum à Chriſto Euãgelium, in quo omnium ciborum eſum Chriſtus conceſſit, apoſtoli in vnum congregati
Act. 15. Hieroſolymis, proſpiciẽtes tranquillę cõuerſationi eorum qui ex Iudæis & Gentibus cõuertebantur, decretum quoddam ædiderunt in hũc modum: Viſum eſt ſpiritui ſancto & nobis, nihil vltra imponere vobis oneris, quàm hæc neceſſaria, vt abſtineatis vos ab immolatis ſimulacrorum, & ſãguine, & ſuffocato, & fornicatione, à quibus cuſtodiẽtes vos bene agetis. Tũc iam percontabor Vvaldẽſes & Lutherum, an apoſtoli ſic decernẽtes errauerint, an iuſtè diffinierint? Abſit vt dicãt apoſtolos poſt receptum iam ſpiritum ſanctum in re tam ſeria omnes concorditer erraſſe, maximè ſpiritu ſancto illis tũc aſſiſtente: ſic enim dicunt: Viſum eſt ſpiritui ſancto & nobis. Si ergo apoſtoli tunc in vnum cõgregati, iuſta quadam de cauſa moti, prohibere potuerũt eſum ſuffocati & ſanguinis, cur etiam modò Eccleſia, aut cõcilum generale illam repræſẽtãs, illos eoſdem, aut alios ſimiles cibos ob aliquas cauſas iuſtas prohibere nõ poterit? Nunquid detrudemus nunc Eccleſiam ad ãnguſtiores limites, quàm ãte, vt ea nũc non poſsit, quæ ante iuſtè poterat? Quòd ſi hoc dicunt, oſtẽdãt literas à Deo de cœlo miſſas, per quas reuocauit autoritatem & poteſtatem, quam olim Eccleſiæ ſuæ conceſſerat. Rurſum, inter Ec- D
cleſiaſtica dogmata per beatum Auguſt. collecta, vnũ habetur in hũc modum: Sacratæ virginitati nup-
Philo. tias coæquare, aut pro amore caſtigãdi corporis abſtinẽtibus à vino vel carnibus, nil credere meriti accreſcere, nõ hoc Chriſtiani, ſed Iouiniani eſt. Hæc ibi. Adde, quòd ab ipſis Eccleſię naſcentibus primordiis talis fuit apoſtolicorum virorum cõſuetudo, vt à pluribus cibis abſtinerent. Philo ſiquidem ſapientiſsimus vir, apoſtolis coæuus, de Chriſtianorum vita loquẽs, hæc dicit, vt eum citat Euſebius. 2. lib. hiſtoriæ Eccleſiaſticæ, cap. 17. Atque in ipſis diebus in terra recumbẽtes (ſicut antiqui moris fuiſſe dicitur) vinum quidem nemo omnino ne guſtu quidem cõtingat, ſed nec quamlibet carnem: tãtum autem aqua ſit eis poculum, & panis cum ſale vel hyſſopo cibus. Hæc ibi Euſebius. Poſtremò iam audiamus Eccleſiæ definitionem. Cõcilium ſiquidem Toletanum octauum cap. 9. ſic definit: Et etiam quicũque quadrageſimæ dies, quæ ãni totius decimæ putãtur, quæ & in oblatione ieiunij domino cõſecrãtur, quibus etiam ſaluberrimè cõditio humani generis expiatur, dum à quatuor mundi partibus ad hãc homo religionem crediturus adducitur, & quatuor elemẽtis formatur, & propter tranſgreſſionem decalogi, quatuordecies conueniẽter affligitur, illi qui temerariè hæc omnia cõtemnũt, nec voracitatis ingluuiem frænãt, & quod peius eſt, paſchalia feſta illicitorum eſuum perceptione prophanãt: quibus ex hoc adeò acerrimè interdicitur, vt quiſquis ſine ineuitabili neceſsitate, atque fragilitate, & euidẽte langore, ſeu etiam impoſsibilitate ætatis, diebus quadrageſimæ eſum carniũ pręſumpſerit attẽtare, nõ ſolum reus erit reſurrectionis dominicæ, verũ etiam alienus ab eiuſdem diei ſãcta cõmunione: & hoc illi cumuletur ad pœnam, vt ipſius ãni tempore ab omni eſu carnium abſtineat gulã, quia ſacris diebus abſtinẽtiæ oblitus eſt diſciplinam. Hęc Cõcilium. Cuius definitioni quẽlibet Chri- A
ſtianum magis oportet obedire, quàm cuiuſuis cõcilio malignãtium Vvaldẽſium aut Lutheranorum.
Luc. 11. Sed iam videamus quæ nobis obiectãt. Primo enim obiiciunt id, quod Dominus dixit diſcipulis ſuis, cùm eos ad prędicandum miſit: In eadem (inquit) domo manete, edẽtes & bibẽtes quę apud illos ſũt. Et rurſum: In quãcũque ciuitatem intraueritis, & ſuſceperint vos, mãducate quæ apponũtur vobis. Cui obiectioni reſpõdemus, illa verba Chriſti nõ ad omnes Chriſtianos pertinere, ſed ad Apoſtolos ſolum: nec illis pro toto tempore futuro ſunt dicta, ſed pro illo duntaxat tempore, quo ad illud iter mittebãtur. Quibus enim tũc dicitur; In viam Gentium ne abieritis, & in ciuitates Samaritanorum ne intraueritis: poſtea dicitur: Eũtes in mundum vniuerſum, prędicate Euangelium omni creaturæ. Deinde illis verbis (vt Theophylactus admonet) ſolum docet apoſtolos & apoſtolorum nomine reliquos prædicatores Euangelij, vt cõtẽti ſint cibo & potu qui offertur ab iis, apud quos diuerſãtur, neque eos debere quærere delicatiores cibos quàm ſint ii, qui offerũtur ab iis, quibus prædicant. Adde quòd etſi ad omnes illa verba pertinerẽt, nihil ex eis colligitur, niſi quòd nobis iam permittebatur aut indulgebatur quilibet cibus, etiam qui ãte in lege erat prohibitus: nõ autem eſt præceptum ibi, ſed libera quædam facultas cõceſſa. Quòd ſi per hoc, quòd ſub imperatiuo modo poſita ſũt, cõtendis eſſe præceptum, & nõ indulgẽtiam, ad hũc modum oportebit te etiam fateri præceptum eſſe quod do-
Leuit. 11. minus in Leuit. dixit: Omne animal quod habet vngulã diuiſam, & ruminat, comedetis. Quòd ſi cõcedis, cõcedas etiam oportet Ioãnem Bapt. peccaſſe, quia iuxta præceptum nõ fecit, cum nullum tale animal comedit. Certum eſt ergo, illud eſſe intelligẽdum iuxta indulgẽtiam: vt ſit ſẽſus: Omne animal B
quod habet vngulam diuiſam & ruminat, comedetis, id eſt, poteritis comedere. Et hoc modo exponit beatus Auguſtinus illum locum in libro de opere monachorum, cap. 6. Ad hũc etiam modum capiẽda ſunt illa Euãgelii verba: In quancunque ciuitatem intraueritis, & ſuſceperint vos, manducate quæ apponũtur vobis: id eſt, licitum erit vobis manducare de omnibus quæ apponũtur vobis: vt videlicet intelligatis nullum iam per me eſſe vobis prohibitum cibum, niſi vos ipſi pro libito ab eis abſtinere volueritis, aut in poſterum à meis ſucceſſoribus vobis interdictum fuerit. Secũdo obiiciunt id quod
Matt. 15. dominus apud Matthæum ait: Quod intrat in os, nõ coinquinat hominem: ſed quod exit de ore, id coinquinat hominem. Ergo comedens carnes in quadrageſima non peccat. Reſpondemus, fatentes cibum nullum ex ſua natura poſſe maculare animę ſubſtãtiam: ſed voluntas depraũata, qua contra pręceptum eccleſiaſticũ carnes comedit, illa eſt quę coinquinat hominẽ. Illa autẽ praua volũtas ſolicitans ad inobediẽtiã, eſt intima homini, & exit de corde, & inde peruenit ad os per praui operis executionẽ.

At hunc

Ad hunc modum dicimus etiam (vt Paulus ait) quòd eſca nos non commẽdat Deo. Eſca enim ipſa nec meliores, nec peiores facit, ſed obedientia, qua obedientes præcepto Eccleſiæ abſtinemus ab aliquibus cibis, cõmendat nos Deo, & meliores facit: inobedientia autem peiores. Sed iam diſcutere etiam oportet id, quod pro ſe adducit Eraſmus: Chriſtus (inquit ille) nullum docuit ciborum diſcrimen, ergo puC rioris Chriſtianiſmi erit, ſi nullus habeatur ciborũ delectus. Quantum hæc collectio valeat, vel mediocriter doctus ſi bene conſideret, intelliget. Nam ad hunc modum oportet etiam colligere, quòd purior eſſet Chriſtianiſmus, ſi omnes procul ab Eccleſia abigerentur cęremonię, quoniam Chriſtus aut nullas, aut pauciſſimas docuit cæremonias. Eadem ratione fatendum etiam erit, quòd purioris Chriſtianiſmi eſſet, ſi corpus dominicum daretur cœnatis, quàm ſi daretur ieiunis: quoniam Chriſtus ſaluator noſter nec verbo, nec exemplo docuit dare ieiunis, cum ipſemet corpus ſuum apoſtolis cœnatis dederit. Non enim conſequens eſt, vt quia Chriſtus redemptor noſter hoc aut illud non docuit, ideo longè ſit à puro & vero Chriſtianiſmo. Ille purior eſt Chriſtianiſmus, qui propius accedit ad vitam & imitationẽ Chriſti, & apoſtolorum eius. At Eraſmus ipſe in reſponſione ad Pariſienſes fatetur, tempore apoſtolorum, quum nullum erat præſcriptum de ciborum delectu, plures abſtinuiſſe à carnibus, quàm nunc. Purioris Ergo Chriſtianiſmi erit, abſtinere à carnibus ad domandam carnis rebellionem, quàm veſci carnibus, quæ corpori vires nimias miniſtrant, vt ſuam poſſit exercere tyrannidem. Cæterum quod Chriſtus nullum docuerit ciborum delectum, forte Iudæorum imbecillitas fuit cauſa. Iudæi ſiquidem putabant cibos, quos lex Moſaica interdixerat, eſſe natura malos & immũdos, ac perinde vetitos: & ſi Chriſtus ſaluator noſter adhuc pergeret carnes & alios cibos prohibere, in ſuo fortè confirmati fuiſſent errore, & in alium ducerentur, vt crederent etiam carnes eſſe natura malas, quemadmodum Manichæi impiè ſentientes opinati ſunt. Vt igitur ab hoc errore Chriſtus ſaluator noſter Iudæos auocaret, noluit vllum ciborum diſcrimen docere. Poſtea verò quum Eccleſia ex Gentibus collecta, ſpiritu ſancto ſuggerente, fuit ſatis edocta, nullum cibum eſſe natura malum, ſed omnem creaturam bonam eſſe, nihilque eſſe reD iiciendum quod cum gratiarum actione percipitur, Chriſtus qui nobiſcum eſt vſque ad conſummationem ſeculi, Eccleſiam ſuam docuit leges ſtatuere, quibus aliqua ciborum genera certis aliquibus temporibus interdiceret: vt pabulo nimis nutriente corpori ſublato, cogatur animæ nutui deſeruire. Nam domitores equorum non verbera ſolum adhibent ad domandum, ſed cibum etiam aut cibi fortioris genus ſubtrahunt, fœnum pro hordeo tribuentes, vt fame debilitetur equulorum nimis effrænata vis. Sunt enim eſcæ quædam, quæ non ſolum nutriunt corpus ad vitam, ſed inflammant ad libidinem. Ab his abſtinere non parum conducit ad veram pietatem augendam. Qui plũra de hac re videre optat, legat Iodochum Clichthoueum in propugnaculo Eccleſiæ, quod contra Lutheranos ædidit, in quo ſatis diffuſe hanc rem pertractat.

CIRCVNCISIO.

VNus error, aſſerens adhuc in noua lege debere paruulos circuncidi. Verum de hoc errore inferius dicemus in titulo Lex, vbi probabimus omnia legalia iam ceſſaſſe: quo facto, actum etiam erit de circunciſione.

CHRISTVS.

CHriſtus, nomen eſt vnius perſonæ duas naturas habentis, diuinam videlicet, & humanam. Hanc enim eſſe fidem rectam Athanaſius ait, & catholica prædicat Eccleſia, vt credamus & cõfiteamur quia dominus noſter Ieſus Chriſtus Dei filius, Deus & homo eſt. Deus eſt ex ſubſtãtia patris ante ſecula genitus, & homo eſt ex ſubſtantia matris in ſeculo natus. Cum ergo plures exortæ ſint circa perſonam Chriſti hæreſes, hoc ordine eas pertractabimus: & primò de illis dicemus, quæ circa naturam eius diuinam verſantur, deinde illas pertractabimus, quę ſolum naturam humanam tangere videntur. Poſtremò
A de illis diſſeremus, quæ totam reſpiciunt perſonam in duabus naturis exiſtentem.

Prima ergo de hac re hęreſis eſt, quæ negat Chriſtum fuiſſe deum, ſed ſolam naturam habuiſſe humanam. Huius hęreſis primus autor (quod ſciam) fuit Ebion quidam, apoſtolis coæuus, quoniam anno domini octogeſimo ſub Domitiano Cæſare & Cleto Papa floruit. Contra hunc Ebionem (vt dicit beatus *Ebion.* Hieronymus lib. de Eccleſiaſticis ſcriptoribus) Ioannes omnium nouiſsimus ſcripſit Euangelium, rogatus ab Aſiæ epiſcopis. Ideo compulſus eſt diuinam edicere natiuitatem. Poſt hunc Ebionem, vel vt verius dicam, eodem tempore quo Ebion, Cerinthus eundem tenuit errorem. Philaſter tamen hunc errorem Carpocrati cuidam tribuit, tanquam primo illius patrono, & poſt illum Cerintho, & deinde Ebioni, qui dicit fuiſſe Cerinthi diſcipulum. Poſt iſtos (vt idem Philaſter ait) hunc errorem tutatus eſt Theodotus quidam Bizantinus, qui in perſecutione poſitus, Chriſtum ſaluatorem negauit. A quo tempore cœpit docere Chriſtum eſſe purum hominem, & non deum. Hoc autem fecit, credens hoc medio negationis opprobrium à ſe reiicere. Cogitauit enim apud ſe, quòd ſi quis illi negationis crimen impingeret, reſponderet, quòd hominem negauerat, non Deum. Beatus tamen Auguſtinus hęc omnia tribuit cuidam Theodotioni. Neſcio tamen vbi litera ſit corrupta, an apud Philaſtrum, in cuius libro hic hæreticus vocatur Theodotus, an apud Auguſtinum, vbi vocatur Theodotion. Certum eſt enim ex Euſebii hiſtoria eccleſiaſt. fuiſſe quendam hæreticum Theodotum nomine, qui docuit Chriſtum fuiſſe puB rum hominem, & ob id à Victore papa fuiſſe ab Eccleſia eiectum. An autem Theodotion alius hoc *Artemon* etiam ſenſerit, me latet. Fuit etiam error iſte cuiuſdam Artemonis, de quo Euſebius libro quinto, ca- *Paulus* pite 28. hiſtoriæ eccle. Poſt iſtos eundem errorem amplexatus eſt Paulus Samoſatenus in Syria, qui di- *Samoſa.*

xit Christum fuisse quidē hominem iustum,non autem Deū.Hic sub Seuero imperatore vixit,& Victore papa huius nominis primo.Cui successit in eodē errore,velut discipulus magistro,Photinusquidam,
P*hotinus* qui errorē iam deficiētem sic instaurare & cōfirmare nitebatur, vt illū errorem defendētes,Photiniani, & nō Pauliani dicerētur. Istorū ergo omniū cōmunis fuit error, Christū purū hominē fuisse ex vtroque sexu natū,nec ante Mariā eius matrē extitisse. Arriani autem etsi credāt Christū nō ex vtroq; sexu natū, eum tamen purā esse creaturā arbitrātur,dicūtque illum non natura,sed adoptione filiū Dei. Verū cum istis obiicitur, ex sacris literis cōuinci Christū esse filiū Dei, fatētur , cū hoc tamen dicūt illum esse creaturam,quia filiū Dei ipsi dicunt esse quādam Dei creaturam, & spiritū sanctū aliam creaturam productam à filio. Ideo contra istos Arrianos nihil nunc agemus, sed ad alium locum differemus, quando de Deo,& vnitate illius essentiæ,& trinitate personarum disseremus. Cùm ergo hoc sit vnum ex præcipuis nostræ fidei fundamentis, Christum videlicet esse verum Deum dei filium, illud oportet ostendere esse firmissimum , & pluribus sacræ scripturæ testimoniis roboratum . A primo ergo Euangelio , videlicet Matthæi , incipientes , per reliquos noui instrumenti libros discurramus . Baptizatus autem Iesus (ait
M*att.*3. Matthæus) confestim ascendit de aqua : & ecce aperti sunt ei cœli,& vidit spiritum dei descendentem sicut columbam,& venientem super se : & ecce vox de cœlo,dicens:Hic est filius meus dilectus,in quo
Ibidem. mihi cōplacui.Vides hic non solum de terra,sed de cœlo testimonium,qualiter Christus est filiusdei.Et iterum apud eundem:Venit autem Iesus in partes Cęsareæ Philippi,& interrogabat discipulos,dicens: Quem dicūt homines esse filium hominis? At illi dixerūt: Alii Ioannem Baptistam,alii autem Heliam, alii verò Hieremiam,aut vnum ex prophetis.Dicit illis Iesus.Vos autem quem me esse dicitis? Respondens autem Simon Petrus,dixit:Tu es Christus filius Dei viui.Et hic vocatur à Petro filius Dei viui,nec tamen pro hoc dicto reprehensus est , imò potius laudatus. Postquam etenim Petrus sua verba finiuit, statim Christus subiungit : Beatus es Simon Bariona, quia caro & sanguis non reuelauit tibi , sed pater meus qui in cœlis est.Rursum idem Matthęus enarrans Christum in monte transfiguratum,& Petrum
*Mar.*17, petentem ibidem manere,ait:Adhuc eo (videlicet Petro)loquente,ecce nubes lucida obumbrauit eos, & ecce vox de nube,dicēs: Hic est filius meus dilectus,in quo mihi bene complacui:ipsum audite.Hoc etiam natratur à Marco & Luca.Præter hoc tamen Marcus aliud expressius habet testimonium.Describens siquidem examinationem , quàm summus sacerdos de Christo faciebat,ait ; Rursum summus sa-
*Marc.*9. *Luc.*9 cerdos interrogabat eum , & dixit ei : Tu es Christus filius Dei benedicti ? Iesus autem dixit illi : Ego
*Marc.*14. sum . Nullum certè expressius testimonium potest adferri pro hac fide confirmanda. Lucas verò enarrans Gabrielem angelum de cœlo ad virginem missum,verbáque eiusdem angeli ad virginemreferens,
L*uc.*1 sic ait: Hic erit magnus , & filius altissimi vocabitur : & dabit illi dominus Deus sedem Dauid patris eius,& regnabit in domo Iacob in æternum, & regni eius non erit finis.Iam vides eum vocatum ab angelo filium altissimi.Sequitur : Dixit autem Maria ad Angelum : Quomodo fiet istud,quoniam virum non cognosco ? Et respondens angelus , dixit ei : Spiritus sanctus superueniet in te , & virtus altissimi obumbrabit tibi : ideóque & quod nascetur ex te sanctum,vocabitur filius Dei. Et Elizabet cum visitatur à virgine Maria,habente iam in vtero Iesum,exclamat vòce magna,& dicit : Benedicta tu in mulieribus,& benedictus fructus vētris tui. Et vnde mihi hoc,vt veniat mater domini mei ad me? Adhuc Ie-
Ibidem. sus est in vtero paruulus corpore , & vocat eum Elizabet dominum suum . Qualiter quæso dominus illius esse potest, si præter humanam naturam non haberet diuinam, secundum quam & dominus est Elizabet,imò omnium creaturarum?Iam opus est,vt audiamus aquilam illam sublimem,Ioannem euangelistam , qui supra pectus domini in cœna recubuit , cui & reuelata sunt secreta cœlestia : in principio (inquit) erat verbum,& verbum erat apud Deum,& Deus erat verbum.Omnia per ipsum facta sunt,
*Ioan.*1. & sine ipso factum est nihil.Sequitur : Et verbum caro factum est,& habitauit in nobis. Verbum vocat filium Dei,quem & vocauit Deum,dicens:Et Deus erat verbum.Hunc filiū Dei factum esse hominem
*Ibidem.*8 declarauit , dicens : Verbum caro factum est. Rursum , cum dixisset Iesus Iudæis : Abraham pater vester exultauit vt videret diem meum : vidit,& gauisus est. Dixerunt ergo Iudæi ad eum: Quinquaginta annos nōdum habes,& Abraham vidisti? Dixit eis Iesus : Amen amen dico vobis,antequam Abraham
M*att.*1. fieret, ego sum . Si Christus ante carnis natiuitatem non extitit , quomodo verum est quod ait : Antequam Abrahā fieret ego sum , cum Abraham præcesserit Christum iuxta carnis natiuitatem plusquam mille annis ? Et alibi vocatur filius Abraham . Non est ergo possibile , vt filius sit ante patrem , nisi aliam habeat naturam , nempe diuinam , secundum quàm filius Abrahæ non sit , & prior illo sit . Præ-
*Ioan.*11. terea idem Iesus Christus Lazarum mortuum suscitaturus , Martham sororem Lazari alloquens , ait: Ego sum resurrectio & vita. Qui credit in me, etiam si mortuus fuerit,viuet : & omnis qui viuit,& credit in me, non morietur in æternum.Credis hoc ? Ait illi : Vtique domine, ego credidi quia tu es Christus filius Dei, qui in hunc mundum venisti . Paulus etiam vas electionis, qui vidit arcana Dei, non semel tantum aut iterum de hac re præbet testimonium,sed frequentissimè. In epistola siquidem ad Ro-
*Rom.*11. manos sic eos alloqui incipit : Paulus seruus Iesu Christi, vocatus apostolus, segregatus in Euangelium Dei , quod ante promiserat per prophetas suos in scripturis sanctis de filio suo, qui factus est ei ex semine Dauid secundum carnem , qui Prædestinatus est filius Dei in virtute secundum spiritum sanctificationis ex resurrectione mortuorum Iesu Christi domini nostri,per quem accepimus gratiam & apostolatum, &c. Obserua hic, quòd primò dixit , prædicationem Christi esse Euangelium Dei : ex quo satis apertè cōuincitur Christum esse Deū. Deinde subiungit Christum esse prædestinatum siue declaratum aut manifestatū filium Dei ex resurrexione mortuorū.Per hoc enim quòd seipsum suscitauit,declaratus est Deus. Nam etsi multi ex mortuis suscitati sint, nullus tamen propria virtute surrexit , sed ab alio suscitatus est , nempe ab ipso Deo , & ab aliis sanctis ministerio quodam, hoc est precibus ad Deum fusis,

quas Deus exaudiens,mortuum pro quo ſanctus orat,ſuſcitat.Chriſtus autem cùm ſeipſum ſuſcitauit
à mortuis propria virtute,per hoc declarans eſt filius Dei.Et iterum idem Paulus ait: Secundum duri- *Roma. 2.*
tiem tuam,& cor impœnitens,theſaurizas tibi iram in die iræ,& reuelationis iuſti iudicij Dei,qui red-
det vnicuique ſecũdum opera eius.Ecce vides hic iudicium Chriſti vocatum iudicium Dei. Beatus e- *Roma.14.*
nim Paulus Apoſtolus dicit oportere nos omnes manifeſtari ãte tribunal Chriſti, vt reportet vnuſquiſ- *Ioan.5.*
que prout geſſit in corpore ſuo,ſiue bonum,ſiue malum.Et cum pater omne iudicium dederit filio, & *Iacob. 4.*
cùm iuxta beatum Iacobum vnus ſit legiſlator & iudex,conuincitur inde vt Chriſtus ſit Deus,cum nõ
ſit aliud futurum iudicium,quàm illud quod Chriſtus in fine facturus eſt: hoc autem Paulus vocat iu-
dicium Dei: Chriſtus ergo Deus.Et in eadem epiſtola iterum ait: Optabam enim ego ipſe anathema *Rom.9.*
eſſe à Chriſto pro fratribus meis,qui ſunt cognati mei ſecundum carnem,qui ſunt Iſraëlitæ,quorũ ad-
B optio eſt filiorum,& gloria,& teſtamentum,& legiſlatio,& obſequium,& promiſſa,quorum partes ex
quibus eſt Chriſtus ſecundum carnem,qui eſt ſuper omnia Deus benedictus in ſecula,Amẽ.Nihil po-
terat ad oſtendendam Chriſti diuinitatem expreſſius dici. Rurſum in epiſtola.1.ad Corint.ſic ait: De *1.Cor.8.*
eſcis autem quæ idolis immolantur,ſcimus quia nihil eſt idolum in mũdo, & quòd nullus eſt Deus ni-
ſi vnus. Nam etſi ſunt qui dicantur dij,ſiue in cœlo,ſiue in terra, ſiquidem ſunt dii multi, & domini
multi,nobis tamen vnus eſt Deus pater,ex quo omnia,& nos in illo: & vnus dominus Ieſus Chriſtus,
per quem omnia,& nos per ipſum.Hæc ibi Paulus. Si ergo vnus ſolus eſt Deus, & nullus alius præter
illum, coaſſumitur in vnam deitatis naturam dominus Ieſus Chriſtus, per quem Paulus ait facta eſſe
omnia: ergo Chriſtus eſt Deus. Et in. 2. epiſt. ad Corinth. ait: Epiſtola noſtra vos eſtis,ſcripta in cor- *2.Cor.3.*
dibus noſtris,quæ ſcitur & legitur ab omnibus hominibus, manifeſtati quoniam epiſtola eſtis Chriſti
miniſtrata à nobis,& ſcripta nõ atramẽto,ſed ſpiritu Dei viui,nõ in tabulis lapideis,ſed in tabulis cor-
dis carnalibus.Epiſtolam Chriſti vocat Apoſtolus Corinthios,quia illi Chriſti mandata & leges apud
ſeipſos tanquam apud aliqua literarum monumenta conſeruabant.Hãc autem epiſtolam dicit Paulus
à ſe miniſtratam: vt ſicut legis veteris Moſes olim fuerat miniſter,ſic etiam ad legem euãgelicam vul-
gandam & prædicandam miniſter fuit.Et hanc ſcriptam non atramẽto,ſed ſpiritu Dei viui.Scripta eſt
ergo à Deo in cordibus noſtris,quemadmodum per Hiere.prophetam dixerat:Poſt dies illos,dicit do- *Hiere. 31.*
minus,dabo legem meam in viſceribus eorum,& in corde eorum ſcribam eam.Si ergo Corinthii ſunt
epiſtola Chriſti,& hæc eſt ſcripta à Deo,Chriſtus igitur Deus.Illius ſiquidem eſt epiſtola à quo ſcribi-
tur,niſi cum fortè quis miniſter eſt alterius,vt alio dictante quis ſcribat: tunc enim epiſtolam dicemus
eſſe ius qui dictauerat,etſi ipſe non ſcribat.Hic autem idem eſt dictare & ſcribere,idem dictãs & ſcri-
bens.Cum enim ſcripta ſit epiſtola à deo,non autem ſcribit Deus alio quopiam dictante,epiſtola veró
C dicitur eſſe Chriſti:manifeſtè cõuincitur Chriſtum eſſe deum.Et in epi.ad Philip.ſic ait: Hoc ſẽtite in *Philip .2.*
vobis,quod & in Chriſto Ieſu: qui cũ in forma dei eſſet,nõ rapinã arbitratus eſt eſſe ſe æqualem deo.
Quid clarius expectari poteſt,quàm quod Paulus hic dicit ad confirmandam Chriſti diuinitatem? Et
in epiſtola ad Titum ſic admonet,dicens: Seruos dominis ſuis ſubditos eſſe,in omnibus placentes,nõ *Tit.2.*
contradicentes,non fraudantes,ſed in omnibus fidem bonam oſtẽdentes,vt doctrinam Saluatoris no-
ſtri dei honorent in omnibus.Hæc Paulus ibi,vbi apertiſſimè vocat Saluatorem deum.Ex omnibus re-
liquis epiſtolis Pauli poteram ſimilia adferre teſtimonia: verúm ne tædio afficiam lectorem,& vt bre-
uitatem,quam à principio operis tenere ſtatui,non excedam,omnibus illis prætermiſſis, ad epiſtolam
quam ad Hebræos miſit accedamus,quoniam in illa videtur Paulus velut ex profeſſo & inſtituto hanc
rem differere.Sic enim ait: Cui enim dixit aliquando ãgelorum,filius meus es tu,ego hodie genui te? *Heb.1.*
Et rurſum:Ego ero illi in patrem, & ipſe erit mihi in filium? Et cum iterum introducit primogenitum
in orbem terræ,dicit: Et adorent eum omnes angeli dei.Et ad angelos quidem dicit: Qui facit ãgelos
ſuos ſpirius,& miniſtros ſuos flammam ignis.Ad filium autem: Thronus tuus Deus in ſeculum ſecu-
li: virga æquitatis,virga regni tui.Dilexiſti iuſtitiam, & odiſti iniquitatem: propterea vnxit te Deus
Deus tuus oleo exultationis præ participibus tuis. Hęc & alia multa ibi Paulus de Chriſto loquitur,
quibus & diuina & humana eius demonſttatur natura. Verum prædicta plenius diſcutiamus. Si ergo
D Chriſtus adoratur ab angelis,oportet vt ſit Deus, cum ſolus ille ſit adorandus. Deinde ſi factor eſt an-
gelorum,& ſedem habet in ſeculum ſeculi,oportet vt Deus ſit,quoniam nullus alius angelos fecit, niſi
ſolus Deus.Rurſus,qui iuxta humanam naturam paulò minor angelis eſt factus,quomodo poterat eſ-
ſe angelorum conditor,ſi aliam non haberet naturam præter humanam? Chriſtus igitur Deus. Quod
autem vnctus dicitur præ participibus ſuis,hoc iuxta humanam naturam accipiendum eſt vt videlicet
vnctio non referatur ad diuinam naturam,ſed ad humanam.Deus igitur & homo Chriſtus: Deus na-
tura, homo verò diſpenſatione quadam, ſimilis nobis per omnia factus,quando factus eſt ex muliere
ſecundum carnem.Vt Deus angelos condit, vt homo vngitur oleo exultationis præ participibus ſuis.
Et iſta quidem adeò aperta ſunt,vt nullo modo poſſint ſubterfugere,dicentes Chriſtum eſſe filium dei
adoptione: ſed oportet eos dicere eum eſſe filium dei natura.Nam filius adoptione eſt omnis iuſtus,
qui prædeſtinatus eſt à Deo in adoptionem filiorum in hæreditatem gloriæ. At nullus purus homo
quantumlibet iuſtus,quãtumlibet adoptatus,condit angelos,nec adoratur ab angelis,nec ſedet ad de-
xteram maieſtatis in excelſis.Quæ omnia cum ſoli illi qui natura Deus eſt,cõueniant,cõuincitur Chri-
ſtum eſſe verè filium dei,& verum deum. Beatus etiam Petrus huius rei teſtimonium ſæpe repetit. In *1.Pet.3.*
priore ſiquidem epiſtola dicit Chriſtum ſedere in dextera dei,profectum in cœlum ſubiectis ſibi ange
lis,& poteſtatibus & virtutibus.Et in.2.epiſt.ſic ait: Non enim indoctas fabulas ſecuti,notam facimus
vobis domini noſtri Ieſu Chriſti virtutem & præſcientiam,ſed ſpeculatores facti illius magnitudinis. *2.Pet.1.*
Accipiens enim à Deo patre honorem & gloriam,voce delapſa ad eum huiuſcemodi à magnifica glo-

tria: Hic est filius meus dilectus, in quo mihi complacui. Et hanc vocem nos audiuimus de cœlo allatam, cum essemus cum ipso in monte sancto. Hæc ibi Petrus. Beatus Ioannes Apostolus & Euangelista in sua prima canon. epistola de hac re apertissimum profert testimonium, dicens: Et scimus quoniam filius dei venit, & dedit nobis sensum, vt cognoscamus deum verum, & simus in vero filio eius Iesu Christo. Hic est verus Deus, & vita æterna. Quid hic garrire possunt hæretici, dicentes Christum esse filium Dei non natura, sed adoptione? Vide quoties vno contextu eos reiiciat Apostolus. Vocat enim Iesum Christum verum filium Dei. At qui sola adoptione est filius, non est verè filius, sed filius cum additamento, videlicet adoptione filius. Et ne vllus tergiuersationi pateret locus, addidit: Hic est verus Deus, & vita æterna. Quibus verbis nihil obiici potest. Præterea ipsemet Christus ait: Opera quæ ego facio in nomine patris mei, ipsa testimonium perhibent de me. Videamus ergo opera eius, & discutiamus num ex eis poterimus cõuincere Christum esse deum. Primò quidem peccata dimittit. Cùm enim paralyticum quendam Christo offerrent aliqui, vt ab illo sanitate donaretur, eorum fidem vt vidit Iesus, dixit: Homo remittuntur tibi peccata tua. Remittere autem peccata soli Deo conuenit. Nam etsi sacerdotes peccata dimittant, hoc faciunt ministerio quodam, non autoritate vt Saluator fecit. Præterea cogitationes hominum cognoscit. Hoc autem duplici testimonio comprobamus. Cum enim Pharisęi & Scribæ audîssent Christum paralytico dicentem: Remittuntur tibi peccata tua: cœperunt cogitare, dicentes: Quis est hic qui loquitur blasphemias? Quis potest dimittere peccata nisi solus Deus? vt cognouit autem Iesus cogitationes eorum, respondens dixit ad illos: Quid cogitatis in cordibus vestris, &c. Et iterum, cúm eiecisset ab homine quodam dæmonium mutum, quo eiecto cũ loqueretur mutus, & admirarentur turbæ, quidam ex eis dixerũt: In Beelzebub principe dæmoniorum eiicit dæmonia. Et alii tentantes, signum de cœlo quærebant ab eo. Ipse autem vt vidit cogitationes eorum, dixit eis: Omne regnum in seipsum diuisum desolabitur, &c. Iam vides Christum inspiciẽtem cogitationes hominum. At solus Deus est qui illas inspicere valeat. Homo enim (vt est in. 1. Regum) videt ea quæ foris patent, Dominus autem intuetur cor. Et Propheta regius ait: Scrutans corda & renes Deus. Rursus, miraculorum claritas quæ Christus operatus est, eandem astruit naturæ diuinæ in Christo fidem. A seculo nõ est auditum quia quis aperuit oculos cæci nati: qualiter Christus aperuit imponens lutum super oculos eius. Qui postmodum in vtroque homine iam sanus, dicebat: Nisi esset hic à Deo, non poterat facere quicquam. Veriorem habet fidem de Christo hic cęcus, quàm Cerinthus, aut Ebion, aut Paulus Samosatenus, aut Photinus, & reliqui eiusdem farinę. Et vt alia miracula omittamus, de mortuis ab eodem suscitatis dicamus. Suscitauit Lazarum verbo solo, dicens: Lazare veni foras. Suscitauit filium viduæ etiam solo verbo, dicens: Adolescens tibi dico surge. Et filiam archisynagogi non solum verbo, sed tactu manus. Sic enim ait Matthæus: Et cum eiecta esset turba, intrauit, & tenuit manum eius, & dixit: Puella surge. Et surrexit puella. Iam quo pacto non est vita secũdum naturam, cui mortui obediunt? qui non solum sermone mortem potuit repellere, sed tactu manus? ostẽdens per hoc viuificum esse suum corpus: quod esse non poterat, nisi quia coniunctum erat vite, scilicet diuinitati, in qua omnes viuimus, mouemur, & sumus.

Iam videamus, quis est qui potest solo imperio & sermone à morte reuocare ad vitã, nisi solus Deus? quoniam etsi homines quoque suscitauerint mortuos, non in sua tamen virtute hoc fecerunt, sed in Christi nomine. Aliud siquidem est rogare, aliud imperare, aliud est mereri, aliud donare. Helias quidem suscitat, sed orans, non imperans. Helisæus etiam cum filium Sunamitis suscitat, prius clauso ostio orat. Quod antem mortuo configuratur, & tactu corporis suscitat, factum est vt typus esset & figura venturi, qui in carne humana existens etiam mortuus ipse & sepultus, mortuos suscitare posset. Petrus etiam cum Tabitam suscitauit, prius positis genibus orauit, & postea conuersus ad corpus, dixit: Tabita surge. Et cum Æneam paralyticum ab annis octo iacentem in lecto, sanauit, sic illi loquitur: Ænea, sanet te dominus noster Iesus Christus. Surge, sterne tibi. Et continuè surrexit. Vides ibi expressam deprecantis vocem, non imperantis: sed de sua virtute & potestate diffidentis, & in potestate Domini Iesu Christi confidentis. Et cùm claudi pedes in ingressu templi eleemosynam petentis consolidasset, ait: Argentum & aurum non est mihi, quod autem habeo, hoc tibi do. In nomine Iesu Christi Nazareni surge & ambula. Vides qualiter non in suo nomine facit, sed in Christi nomine. Quapropter etsi verbo imperatiuo vsus est, non vt præsumens de sua potestate hoc facit, aut de autoritate suæ præceptionis, sed confidens de merito, & Christi promissionibus, qui illis dixit: Si quid petieritis patrem in nomine meo, dabit vobis. Quid ergo hic hæretici respondere possunt? Si in nomine Christi Petr⁹ imperat, nónne multo melius idẽ Christus suo nomine imperare poterit? Sed obstat, quia Christus etiam rogat, patrem, & hoc non tantum semel aut iterum, verum sępissime facit. Fatemur quidem quod obiiciunt. Rogat quidem Christus vt homo: imperat vt Dei filius. Rogat etiam propter circunstantes, cum videlicet aliquid coram eis acturus erat, ne sinistrum quid suspicarentur de eo, sicut aliàs Pharisæos de eo dixisse constat, In Beelzebub principe dæmoniorum eiicit dæmonia. Ne quid ergo tale de eo suspicarentur cum aliquid corã eis magnificum & illustre operatus erat, rogat patrem: vt crederent illa, dei virtute operari. Rogat ergo patrem vt homo, qui poterat imperare vt filius Dei. Demum vt iam concludamus, ipse Christus spiritum sanctum se daturum apostolis promittit. Qui ergo spiritum sanctum, qui etiam Deus est (vt infrà Deo duce conuincemus) mittit, & apostolis donat, nónne oportet vt ipse etiã sit Deus? Alioqui Deus à pura creatura & mitteretur & daretur: quod impium esset asserere. Christus ergo verus filius Dei, non adoptione, sed natura, veram habet diuinitatis substãtiam. Opera nanque eius testimonium perhibẽt de ipso. Vnde ipsemet Iudæos redarguens, ait: Si opera non feciſſem in eis, quæ nemo alius fecit, peccatum non haberent. Præter hæc omnia tam

aperta

1. Ioan. 5.
Ioan. 10.
Luc. 5.
Luc. 5.
Luc. 11.
1. Reg. 16.
Psal. 7.
Ioan. 9.
Ioan. 6.
Luc. 7.
Matt. 9.
4. Reg. 4.
Act. 9.
Ibidem.
Act. 3.
Ioan. 13.
Ioan. 15.

aperta ſcripturæ ſacræ teſtimonia, extant etiam plurium cõciliorum de hac re definitiones, per quas catholica eccleſia quid nos ſecundum veram fidem de Chriſto ſentire oporteat, manifeſtauit. Verum has conciliorum definitiones vſque ad ſequentis hæreſis expugnationem differimus. Ibi enim oſtendemus contra alios hæreticos veritatem naturæ humanæ in Chriſto, & tunc adiiciemus conciliorum definitiones, confitentium duas naturas in Chriſto, videlicet diuinam & humanam in vnitate perſonæ. Contra hanc hæreſim plurimi ex antiquis ſcripſere. Ambroſius fecit volumen de fide ad Gratianum, quinque libris partitum, in quo oſtendit Chriſtum verum Deum patri æqualem. Beatus Cyrillus fecit librum de recta fide ad reginas, in quo idem probat.

SEcunda hæreſis eſt, quæ negat Chriſtum habuiſſe naturam humanam, ſed vnam tantum in eo ponunt, naturam videlicet diuinam, ſicut & vnam perſonam. Hæc autem hæreſis in multas adhuc factiones ſcinditur. Solenne eſt enim hæreticis, vt nunquam ſciant tenere vnitatem. Quidam enim ex eis ſimpliciter & abſolutè negauerũt Chriſtum humanam habuiſſe naturam. Huius erroris autor fuit Cerdon, vt Auguſtinus ait in libro de hæreſibus, capite vigeſimo primo. Irenæus tamen libro primo aduerſus hæreſes, capite. 28. de hoc Cerdone loquens, quem dicit fuiſſe tempore Higinii papæ, qui fuit nonus
A à beato Petro, & eiuſdem Cerdonis errores ibidem recenſens, nunquam hunc errorem illi impingit. Auguſtinus verò refert Cerdonem ita docuiſſe, vt dixerit Chriſtum neque natum ex fœmina, neque habuiſſe carnem, neque verè mortuum, neque quicquam paſſum, ſed ſimulaſſe paſſionem. Hunc errorem longo poſt tempore ſecuti ſunt Proclianitæ, quos Philaſter dicit fuiſſe Galatas. Hi, vt Philaſter & Auguſtinus teſtantur, dixerunt Chriſtum non veniſſe in carne. Apelles autem, de quo Euſebius lib. 5. cap. 13. mentionem facit, docuit, ſicut Auguſtinus & Philaſter teſtantur, Chriſtum carnem ſuam non de matre ſumpſiſſe, ſed eam ex elementis accepiſſe, quàm reſurgens ex mortuis, mundo reddidit, & ita ſine carne (vt ait) in cœlum aſcendit. Manichæi huic ſimillimum errorem tutantur, dicentes Chriſtum non fuiſſe verum hominem, ſed phãtaſticum, & phantaſma quoddam, nec ex vtero virginis prodiiſſe. Hunc Manichæorum errorem amplexatus eſt Priſcillianus, qui (vt conſtat ex quadam epiſtola Leonis papæ huius nominis primi) nec natalem domini ſecundum carnem, nec diem reſurrectionis illius piè venerabatur: propterea quòd Chriſtum verum fuiſſe hominem nõ credebat. Alii autem dixerunt Chriſtum verum fuiſſe hominem, non tamen eiuſdem naturæ nobiſcum, quia (vt dicunt) Chriſtus à patre miſſus, corpus cœleſte ſecum traxit, nihilque de virgine accepit, ſed per illam tanquam per rimam quandam aut per fiſtulam ſine vlla carne de ea aſſumpta tranſiit. Huius erroris dux & magiſter fuit Valentinus, qui floruit tempore eodem quo Cerdon, vt ait Irenæus lib. 3. aduerſus hæreſes cap. 4. Apollinaris (vt Auguſtinus ait) etiam dixit Chriſtum non aſſumpſiſſe carnem ex virgine: neque tamen ideo negabat Chriſtum carnem habuiſſe: quoniam dicebat in ipſo incarnationis opere aliquid verbi in carnem
B eſſe conuerſum.

Cerdon. *Procliani tæ.* *Apelles.* *Manichæi* *Priſcillianus.* *Valẽtinus* *Apollinaris.*

Hic ex Laodicea Syriæ fuit ortus, floruítque ſub Conſtantino filio Conſtantini maioris. Qui de illo plura noſſe cupit, legat hiſtoriam tripartitam lib. 5. cap. 41.

Hi ergo omnes quos enumerauimus hæretici cõuenerunt in vnum aduerſus dominum, & aduerſus Chriſtum eius: quoniam illi omnes, etſi diuerſis ſemitis incedant, ad hunc tamen ſcopum omnes tendunt: vt Chriſtum verum & perfectum hominem, cuiuſmodi nos ſumus, negent: quapropter humanam naturam quæ ſit eiuſdem ſpeciei cum noſtra, ab illo ſeparare cõtendunt. Contra hos ergo omnes ſimul pugnare oportebit. Cum enim oſtenderimus ex ſacris literis Chriſtum veram carnem ex virgine matre & non aliundè aſſumpſiſſe, quàm carnem in ſua propria ſubſtantia manentem, ſuæ deitati vniuit, ſalua vtriuſque naturæ proprietate: omnes tunc hæretici præfati victi remanebunt. Sed ante omnia opus eſt ne fortè in vanum laborauerimus, vt vnum hoc iaciamus fundamentum, veritatem humanæ naturæ in duabus ſubſtantiis conſiſtere, corpore videlicet & anima rationali, nec aliud eſſe hominẽ quám corpus & animam. Hoc ergo iacto fundamento, ſic hoſtes noſtros aggredimur, Chriſtus ex ſemine Abrahæ. Non eſt autem ſemen Abrahæ ſecundum diuinitatem, vt clariſſimè patet, erit ergo ſecundum humanitatem. At in humanitate nihil eſt aliud quàm corpus & anima. Cum ergo anima non fiat ex propagine, vt ſuprà contra Apollinarem euicimus, reſtat vt iuxta carnem ſit ſemen Abrahæ. Si ergo caro eius eſt ſemen Abrahæ, conuincimus vt caro eius non ſit de cœlo, quemadmodũ Valentinus fabulatur. Si enim de cœlo ſecum corpus traxiſſet, fieri nequiret vt eſſet ſemen Abrahæ. Quod autem Chriſtus ſit ſemen Abrahæ, & ex ſemine Abrahæ ſecundum carnem natus, oſtendit id quod in Geneſi legimus dictum eſſe Abrahæ à Deo per angelum: Per memetipſum iuraui, dicit dominus, quia feciſti hãc rem, & non pepercisti filio tuo vnigenito, benedicam tibi & multiplicabo ſemen tuum ſicut ſtellas cœli, & velut arenam quæ eſt in littore maris. Poſſidebit ſemen tuum portas inimicorũ tuorum: & benedicẽtur in ſemi-
C ne tuo omnes gentes terræ, quia obediſti voci meæ. Vt autẽ de intellectu horum verborum nõ contendamus, audiamus Apoſtolum Paulũ, qui in epiſt. ad Gal. illa verba in hũc modum declarat: Abrahæ dictæ ſunt promiſſiones, & ſemini eius. Non dicit & ſeminibus eius, quaſi in multis, ſed quaſi in vno, & ſemini tuo, qui eſt Chriſtus. Præterea in epiſt. ad Rom. Paulus vocat Chriſtum ſemen Dauid. Sic enim ait: Paulus ſeruus Ieſu Chriſti, vocatus Apoſtolus, ſegregatus in euangelium Dei, quod ante promiſerat per Prophetas ſuos in ſcripturis ſanctis de filio ſuo, qui factus eſt ei ex ſemine Dauid ſecundum carnem. Vides hic expreſſe Chriſtum iuxta Apoſtoli ſententiam factum eſſe ex ſemine Dauid. In eo autem quod addidit ſecundum carnem, innuere voluit aliam eſſe Chriſti naturam, nempe diuinam, ſecundum quam non ſit factus ex ſemine Dauid. Nam ſi ſola fuiſſet in Chriſto humana natura, ſufficiebat dicere, qui factus eſt ei ex ſemine Dauid. Verum ne quid ſimile opinandi præbuiſſet occaſionẽ, dixit: qui factus eſt ex ſemine Dauid ſecũdum carnem, vt per hoc daret intelligere aliam eſſe in Chriſto naturam,

Gen. 22. *Galat. 3.* *Rom. 1.*

ſecundum quàm non eſt factus ex ſemine Dauid. Si ergo Chriſtus eſt ſemen Abrahæ, & factus eſt ex ſemine Dauid ſecundum carnem, ergo Chriſtus veram carnem habuit cõtra Cerdonem & Manichæum: & non de cœlo, vt Valentinus dixit: aut ex elementis, vt Apelles: quoniam ſi de cœlo traxit, aut ex ſolis elementis conflauit, non ergo de ſemine Abrahæ, aut Dauid. Eodem argumento conuincitur Apollinaris, dicens aliquid diuinitatis conuerſum fuiſſe in carnem. Omitto pro nunc quòd illud fieri nullo pacto poterat: vt oſtendemus. Sed ſi fieri poſſet, factúmque fuiſſet, tunc Chriſtus ſecũdum carnem non eſſet factus ex ſemine Dauid, ſed ex aliquo deitatis quod in carnem fuiſſet conuerſum. Quando enim aliquid conuertitur in aliud, illud aliud in quod cõuertitur, dicitur fieri ex illo quod in aliud conuerſum eſt: vt gratia exempli, cùm vinum vertitur in acetum, dicimus acetum factum ex vino præexiſtente. Si ergo aliquid diuinitatis conuerſum fuit in Chriſti carnem, neceſſarium erit vt dicatur carnem Chriſti factam eſſe ex diuinitate: non ergo ex ſemine Dauid. Rurſus, beatus Matthæus euangeliſta humanam Chriſti generationem ediſſerens, ſic ait: Liber generationis Ieſu Chriſti filii Dauid, filii Abraham, Abraham genuit Iſaac, &c. Sequitur infrà: Iacob autem genuit Ioſeph virũ Mariæ, de qua natus eſt Ieſus, qui vocatur Chriſtus. Si Chriſtus carnem verã non habuit, vt dixit Cerdon: aut carnem phantaſticã habuit, vt mentitus eſt Manichæus: aut de cœlo traxit, vt ſumniauit Valentinus: aut de ſolis elementis conflauit, vt fabulatus eſt Apelles: quomodo Chriſtus erit filius Dauid, & filius Abrahæ, ſi carnem non habuit deriuatam ab illis? Præterea ſi Chriſtus nihil accepit ex virgine Maria, ſed per eam (vt ait Valentinus) quaſi per fiſtulam tranſiit, quomodo verum erit quod ait Matthæus, de qua natus eſt Ieſus, qui vocatur Chriſtus? & quod ait angelus Mariæ virgini iuxta Lucam: Ecce concipies & paries filium, & vocabis nomen eius Ieſum? Filius ſiquidem ſubſtantiam carnis accepit à matre alioqui nec de ea naſci diceretur, nec filius eius iure vocabitur. Quòd ſi ſolus per illam tranſitus ſufficeret vt filius illius dicatur, vocabimus eadem lege & menſtruum mulieris filium eius, & vrinam, aliáque ſuperflua quæ mulier ex ſe emittit. Hoc autem fateri, apertiſſima eſſet ineptia. Chriſtus ergo qui & natus eſt de virgine glorioſa, & filius eius vocatur, ſubſtantiam carnis habuit ex ea. Sed clarius Apoſtolus Paulus in ea quæ eſt ad Galatas epiſt. hos hæreticos reiicit, dicens: Cùm venit plenitudo temporis, miſit Deus filium ſuum factum ex muliere. Si factus eſt ex muliere, ergo non ex cœleſti materia, aut ex elemẽtorum adunatione corpus accepit, ſed ex ipſa muliere ex qua factus eſt. Nam ſi ex ea nihil accepit, qualiter ex ea fieri potuit? Accepit ergo corpus ex muliere ex qua factus eſt. Accedit ad hoc, quòd ſæpiſſimè ſanguinem Chriſti audimus nominatũ in nouo inſtrumento: quod verè dici non poſſet, niſi Chriſtus veram carnis ſubſtantiam habuiſſet. Paulus enim ait in ea quę eſt ad Epheſios epiſtola: vos qui eratis longe, facti eſtis prope in ſanguine Chriſti. Et in epiſtola ad Hebræos ait: Si enim ſanguis hircorum & taurorum, & cinis vitulæ aſperſus, inquinatos ſanctificat ad emundationem carnis, quanto magis ſanguis Chriſti, qui per ſpiritum ſanctum ſemetipſum obtulit immaculatum deo, emũdauit conſcientiam noſtram ab operibus mortuis ad ſeruiendum Deo viuenti? Beatus etiam Petrus ait: Non corruptibilibus auro & argento redempti eſtis de vana veſtra conuerſatione paternæ traditionis, ſed precioſo ſanguine quaſi agni incontaminati & immaculati Chriſti. Et beatus Ioannes dicit: Sanguis Ieſu Chriſti filii Dei emundat nos ab omni peccato. Neceſſe eſt ergo, vt veram carnis ſubſtantiam habeat, qui verum dicatur ſanguinem habere. Deinde ipſius Chriſti opera apertiſſimè veram carnis ſubſtantiam teſtantur. Eſurire, ſitire, laſſari, dormire, triſtari, dolere, pati, crucifigi, mori, reſurgere, euidenter humanum eſt. His autem omnibus Chriſtum fuiſſe obnoxium, clarius eſt quàm vt teſtimonio aliquo egeat, quod nunc in medium adferri oporteat. Præterea cùm paſſio ſua inſtaret, ex tædio & horrore illius dixit: Spiritus promptus eſt, caro autem infirma. Quibus verbis apertiſsimè teſtatus eſt ſe carnem habere, cuius infirmitas in paſsionis tolerantia declarata eſt. Poſt reſurrectionem etiam ob nullam aliam cauſam quadraginta dierum ſpatio in terris demoratus eſt, & cum diſcipulis conuerſatus eſt, colloquens, coambulans, conueſcens, quàm vt oſtenderet veram carnis ſubſtantiam, & eundem quem crucifixum & mortuum viderãt, reſurrexiſſe cognoſcerent. Vnde Lucas ait: Quibus & præbuit ſeipſum viuum poſt paſsionem ſuam in multis argumentis, per dies. 40. apparens eis, & loquens de regno dei. Hac de cauſa dicit Thomę de reſurrectione incredulo: Infer digitum tuum huc, & vide manus meas: & adfer manum tuam, & mitte in latus meum, & noli eſſe incredulus, ſed fidelis. Vulnus lateris, fixuras clauorum, & omnia recentiſsimæ paſsionis ſigna monſtrabat, & palpanda præbebat, vt per hoc veritatẽ carnis poſt reſurrectionẽ agnoſcerent, quàm moriendo cognouerant. Manifeſtiſsimis ergo ſcripturæ ſacræ teſtimoniis oſtẽditur Chriſtũ veram carnem habuiſſe. Eos autem qui illam in Chriſto negãt, beatus Ioan. Euangeliſta vocat Antichriſtos: Omnis ſpiritus (inquit) qui nõ confitetur Ieſum Chriſtũ in carne veniſſe, ex deo non eſt, & hic eſt Antichriſtus. Cęterum quoniam Apollinaris dixit aliquid diuinitatis conuerſum fuiſſe in carnẽ, hoc eſſe impoſsibile fieri opus eſt vt oſtendamus, quamuis per ſuperiora argumenta ſufficienter hæc hæreſis reuincatur. Deus enim immutabilis eſt, ſempérque in vno eodémque ſtatu permanens, ipſo atteſtante, qui per quendam Prophetam ait: Ego Deus, & non mutor. Et Paulus de Chriſto loquens, ait: Et tu in principio domine terram fundaſti, & opera manuum tuarum ſunt cœli. Ipſi peribunt, tu autem permanebis, & omnes vt veſtimentum veteraſcent: & velut amictum mutabis eos, & mutabuntur: tu autem idem ipſe es, & anni tui non deficient. Eſt ergo ſimplex & incõmutabilis natura deitatis tota ſemper in ſua eſſentia, nec damnum ſui recipiẽs, nec augmẽtũ: ita vt nulla additione poſsit fateri maior, aut alicuius partis detractatione minor. Si ergo (vt Apollinaris ſomniauit) aliquid deitatis conuerſum fuiſſet in carnem, iam per illam conuerſionem deitas eſſet minor, quoniam illa cõuerſione facta, aliquid deitatis deperderetur, illud videlicet quod in carnem fuiſſet conuerſum. Nam id quod in aliud vertitur, non manet in ſua natura poſt talem verſionem factam: vt cùm vinum vertitur in acetum, poſt talem conuerſionem non manet vinum in ſua

Mat. 1 — Luc. 1. — Galat. 4. — Ephe. 2 — Heb. 9. — 1. Pet. 1. — 1. Ioan. 1. — Mat. 16. — Act. 1 — Ioan. 10. — 2. Ioan. 4 — Malac. 3 — Heb. 1

A B C D

in ſua ſubſtantia. Quapropter eſſet neceſſario iuxta Apollinarem dicẽdum, in incarnatione verbi diuinitatem fuiſſe diminutam. Quòd autem Apollinaris pro ſui erroris confirmatione adfert illud Ioãnis: Verbum caro factum eſt, volens per hoc probare verbi ſubſtantiam cõuerſam fuiſſe in carnem, ex mera ignorantia procedit. Non enim opus eſt, vt quoties aliquid fit qualicũque (vt ita dicã) factionis aut facturæ modo, vnum conuertatur in aliud: potiſſimum quãdo illud quod fit, nõ ſimpliciter & abſolutè fit, ſed aliquale tunc fit, quale prius non erat: vt gratia exempli, ſi lignum aliquod nũc albere incipit, decimus tunc lignum fieri album, non quòd lignũ vertatur in albedinẽ, ſed quod ligno manẽte eodem in ſua ſubſtantia, recipiat in ſe albedinem, per cuius acceſſionem lignum eſt album. Similiter ſi corpus humanũ aliàs frigidum accedat ad ignem, & calefiat, dicimus illud corpus fieri calidũ, nec tamẽ ideo dicimus corporis humani ſubſtantiam verti in calorem, ſed quòd ipſa corporis humani ſubſtantia manente corpus ipſum recipiat in ſe calorem, per cuius inhæſionem corpus ipſum dicatur calidũ. Ad hũc modũ (ſi aliqua tam ineffabilis myſterij poteſt adaptari ſimilitudo) cum dicimus: Verbum caro factũ eſt, ſic accipiendũ eſt qualiter dicimus, corpus fit calidum, ita vt non intelligamus verbum aliquo pacto conuerti in carnem, ſed quòd verbi ſubſtantia ſine vlla ſui mutatione manente, ſuſcepit in ſe noſtræ carnis ſubſtantiam, per cuius acceſſionem verbum factum eſt caro, id eſt carneum, vt ita loquar. Nam aliàs ſi per hoc quod dicitur verbum caro factum eſt, eſſet intelligendum quòd verbi ſubſtãtia ſit conuerſa in carnẽ, oportebit eadẽ lege dicere Dei ſubſtãtiam cõuerſam fuiſſe in maledictionem: quia Paulus dicit: Chriſtus nos redemit de maledicto legis, factus pro nobis maledictum. Hoc autem nefas eſt, & horrendum fateri. Dictus eſt autem Chriſtus factus maledictũ, non per talem conuerſionẽ, ſed quia in cruce pependit, in qua omnis qui pendebat, maledictus vocabatur. Sed iam opus eſt vt de hac re Eccleſiæ definitiones adferamus. Concilium Niceṇum trecentorum & decem & octo patrũ ſub Cõſtantino celebratũ, ſic ait: Credimus in vnũ Deum patrem omnipotentẽ, omniũ viſibilium & inuiſibilium cõditorem. Et in vnum dominum Ieſum Chriſtum filium Dei, de patre natum vnigenitum, hoc eſt de ſubſtãtia patris, Deum verũ de Deo vero, natum nõ factum, homouſiõ patris, hoc eſt eiuſdem cum patre ſubſtãtiæ: per quẽ omnia facta ſunt quæ in cælo, & quæ in terra: qui propter nos & propter noſtram ſalutem deſcẽdit, & incarnatus eſt. Homo factus, paſſus eſt, & reſurrexit tertia die, & aſcẽdit in cœlos, inde vẽturus eſt iudicare viuos & mortuos. Eos qui dicũt, erat quando non erat, & antequã naſceretur non erat, & quia ex nullis ſubſiſtentibus factus eſt, aut ex alia ſubſiſtentia vel ſubſtãtia dicũt eſſe, aut cõuertibilem filium Dei, anathematizat catholica & apoſtolica Eccleſia. Hæc cõcilium Niceṇum, Ex cuius decreto omnes hæretici in præſenti errore & in præcedenti nominati, colliduntur & corruũt. Cõcilium Epheſinum primum ducẽtorũ epiſcoporum ſub Theodoſio iuniore & Valentiniano principibus celebratum, in principio, hoc eſt in epiſtola quã Neſtorio miſit, ſic ait: Sequentes itaque omniũ ſãctorũ patrum confeſsiones, quas loquente in eis ſancto ſpiritu protulerunt, & intentioni quæ eſt in eorum intellectibus, æquis veſtigiis inhærẽtes, itaque iter ambulãtes regiũ, profitemur quòd ipſum vnigenitum Dei verbũ natum ex ipſa patris eſſentia, de Deo vero Deus verus, lumen de lumine, per quem omnia facta ſunt ſiue in cœlis ſiue in terra, ſalutis noſtræ cauſa deſcendens, ad exinanitionẽ ſeſe dignatus eſt inclinare: natus autem & homo factus, id eſt, carnem de virgine ſancta ſuſcipiẽs, eãque propriã faciens, natiuitatem noſtram ex vulua ſuſtinuit, homo de muliere procedens, nec quod erat abiiciens. Nam licet factus eſt in aſſumptione carnis & ſanguinis, tamen etiam quod erat Deus natura, ſcilicet & veritate perſiſtens, nec carnẽ itaque dicimus in naturã deitatis eſſe conuerſam, nec in ſubſtãtiam carnis inſeparabilẽ Dei eſſentiam commutatã. Hęc concilium Epheſinum. Et eandem ſenrẽtiam profert cõcilium Calcedonenſe ſub Martiano imperatore, Leone papa huius nominis primo: qui quidem Leo in Epiſtola quadam ad Aſtorigenſem epiſcopum, quæ eſt ſeptuageſimaprima, in qua Priſcillianiſtarũ errores damnat, ſic inquit: Quarto autem cap. continetur, quòd nataleni Chriſti, quem ſecũdum ſuſceptionem veri hominis catholica eccleſia veneratur, quia verbum caro factum eſt, & habitauit in nobis, non verè iſti honorent, ſed honorare ſe ſimulent, ieiunãtes eodem die, ſicut & die dominico, qui eſt reſurrectionis dies: quod vtique ideo faciũt, quia Chriſtum dominum in vera hominis natura natum eſſe non credunt, ſed per quãdam illuſionẽ oſtẽtata videri volunt quæ vera non fuerint, ſequẽtes dogma Cerdonis atque Marcionis, & cognatis ſuis Manichæis per omnia cõcordãtes: qui, ſicut in noſtro examine detecti atque conuicti ſunt, dominicum diem, quem nobis Saluatoris noſtri reſurrectio cõſecrauit, exigunt in mœrore ieiunii: ſoli (vt proditum eſt) reuerentiæ hanc continentiam deuouẽtes, vt per omnia ſint à noſtrę fidei vnitate diſcordes: & dies qui à nobis cum lætitia habetur, ab illis in afflictione ducatur. Vnde dignum eſt, vt inimici crucis Chriſti & reſurrectionis, talem accipiant ſẽtẽtiam, qualem elegẽre doctrinam. Hactenus Leo papa, vir quidem ſanctus iuxta ac doctus. Concilium Iſpalẽſe ſecũdum, cap. 13. decretorum ſuorum ac geſtorum eandem definitionẽ de hac re profett. Quorum duorum cõciliorum verba nunc prætereo: quoniam pro expugnatione quartæ hæreſis, quam de hac materia prodemus, iterum à nobis erãt repetenda. Quapropter qui huic negocio voluerit adaptare, legat quartum huius tituli errorẽ, & eius expugnationẽ, quoniam valde vicinus eſt huic. Sed opus eſt vt aduerſariorum obiectionibus reſpondeamus. Valentinus nãque ideo ait Chriſtum de cœlo carnem traxiſſe, quia Paulus ait: Primus homo de terra terrenus, ſecũdus homo de cœlo cœleſtis. Cui obiectioni reſpõdemus, fatẽtes id quod Paulus ait: Chriſtum videlicet hominem cœleſtem eſſe & fuiſſe, nec tamẽ ideo dicẽdum eſt carnem eius eſſe cœleſtem. Ad hoc enim vt verè homo cœleſtis dicatur, ſufficit vt natura diuina, in qua ſubſiſtit, cœleſtis ſit, ſicut ex oppoſito ad hoc filius Dei paſſus & mortuus dicatur, ſufficit vt natura humana, in qua etiã cum natura diuina ſubſiſtit, paſſa fuerit & mortua propter vnionẽ ſiquidem illarum duarum naturarũ in vno ſuppoſito, quicquid de qualibet illarum ſeorſum prædica-

Ioan.1.
Galat.3.
Deut.21.
Cõcilium Niceṇum
Cõcilium Ephesinũ
1.Cor.15.

tur,illud idē dicitur de ſuppoſito,in quo ambæ ſubſiſtūt,quāuis non eodem prædicationis modo:quia ſi aliquid de natura dicitur in abſtracto,nō oportet ſic dici de ſuppoſito,ſed in cōcreto:vt gratia exempli,Chriſtus nō verè dicitur humanitas,ſed verè dicitur homo.Quapropter Chriſtus dicitur omnipotens,quia illud naturæ diuinæ competit: dicitur infinitus,eadē ratione:dicitur etiā infirmus,dicitur finitus,quia hęc naturæ humanę ſūt propria.Hac ergo de cauſa Chriſtus dicitur homo cœleſtis,quia ſecūdum naturam diuinā eſt cœleſtis:quomodo Adam dictus eſt terrenus,quāuis anima eius ex qua etiā ſicut ex corpore componitur,ſit cœleſtis.Itaque Paulus Chriſto dedit nomen à principaliori natura,cū C
vocauit eum cœleſtem:Adæ verō dedit nomen à minus principali,vocans eum terrenum.Manichæus
Galat.4. autem ſic obiicit:Paulus de Chriſto loquēs,ait:In ſimilitudinem hominum factus,& habitu inuētus vt homo.Si Chriſtus in ſimilitudinem hominū factus eſt:ergo nō eſt verus homo. Quæ argumētatio omnino eſt inanis,& ex falſa imaginatione procedēs,ex hoc videlicet quòd credit vnum hominē non eſſe alteri ſimilem etiam ſecundum ſubſtantiam: quod maximè falſum eſt, & à modo loquendi ſacræ ſcripturæ valde alienum:quoniam etſi Ariſtoteles dicat ſimilitudinem fundari in qualitate,& non in ſubſtantia,tamē ſacra ſcriptura nō eſt alligata regulis Ariſtotelicis,quę ſæpenumero vocat ſimilia illa quæ
Eccl.12. ſunt eiuſdem ſpeciei.Sapiens nanque ait:Omne animal diligit ſibi ſimile.Et iterum:Omnis caro ad ſi-
Gen.2. mile ſibi coniungitur.Et expreſſius de homine dicit Deus:Faciamus adiutorium ſimile ſibi,de Eua lo-
Ibidem.5. quens,quæ ſimilis eſt Adæ,eo ꝙ eiuſdem ſpeciei eſt cū illo.Vterque enim homo.Et in eodem libro parum infra:Vixit autem Adam.130.ānis,& genuit filiū ad imaginē & ſimilitudinē ſuam,vocauitq; nomen eius Seth,Cum ergo Seth factus ſit ad ſimilitudinē Adæ,oporteret iuxta argumentationem Manichæorum, vt Seth homo non eſſet,quia ſimilis eſt homini.Illa ergo quæ eiuſdem ſpeciei ſunt,ſimilia eſſe dicuntur:qui modus loquendi etiam ab ipſa philoſophorum doctrina non eſt omnino alienus.Iuxta hunc ergo modum Chriſtus cum ſit verus homo,dicitur in ſimilitudinē hominū factus,quia humanam ſuſcepit naturam,quæ eiuſdem eſt ſpeciei cum noſtra.Contra hunc errorem ſcripſit beatus Athanaſius vnum librum de incarnatione verbi,in quo duas Chriſti naturas oſtēdit.Beatus Ambroſius ſcripſit alium librum de incarnationis dominicæ ſacramēto,in quo fermè omnes quos hic enumerauimus errores commemorat,& expugnat.Beatus etiam Cyrillus Alexādrinus epiſcopus librum elegātem fecit,quem prætitulauit de recta fide ad Theodoſium principem,in quo varios hæreticorū errores de in- D
carnatione Domini recenſet & conuincit,

TErtia hęreſis de incarnationis dominicę myſterio eſt,quæ duas ponens in Chriſto naturas,duas etiam dicit eſſe perſonas,vnam diuinitatis,aliam humanitatis: nec vnum Chriſtum in deitate & humanitate ſentit,ſed ſeparatim atque ſeiunctim alterū docet eſſe filium Dei, alterum filium hominis. quem dicit etiam appellari Chriſtum:quapropter virginem Mariam non Dei,ſed hominis tātum matrem appellat.Denique Chriſtū eſſe tātum hominem dicit,nō autē Deū,ſed in quo Deus ſpeciali quadā prērogatiua habitaret:atq; ideo Chriſtū dicit vocari Emmanuel,quod interpretatur nobiſcū Deus: non quia ſimul ſit Deus & homo,ſed quia in humanitate diuinitas habitaret:quapropter Chriſtum nō
Neſtorius Deum,ſed deiferum appellat.Huius hæreſis autorem omnes produnt fuiſſe Neſtorium Conſtantinopolitanum epiſcopum,qui (vt Gennadius ait,& ex lib.12. hiſtoriæ tripartitæ cap.4.conſtat) fuit tēpore Theodoſij iunioris.Verū beatus Ambroſius in lib.de incarnationis dominicæ ſacramento cap.6.huius erroris mētionem facit tacito illius erroris autore.At beatus Ambroſius nō paruo tempore Neſtoriū præceſſit,quoniā beatus Ambroſius tempore Theodoſij maioris archiepiſcopus fuit Mediolanenſis:nam Theodoſium propter crudelitatē Theſſalonicæ ab eo factam excōmunicauit,& illi ingreſſum Eccleſiæ prohibuit,Hic autē Theodoſi⁹,pater fuit Arcadii imperatoris.Arcadius verō pater Theodoſii iunioris fuit ſub quo fuit Neſtorius:quapropter miror quòd omnes hūc errorē tribuāt Neſtorio tāquā primo illius autori.Fieri tamen potuit,vt quamuis alius ante eum hoc aſſeuerauerit,non tamen ita publice vt Neſtorius,quapropter latius ſub Neſtorio hæreſis fuerit diffuſa, & ab illo nomen hac ratione ſuſcipiēs,Neſtoriana hæreſis fuerit appellata.Poſt Neſtorium iam defūctū,atq; in cōcilio Ephe- A
Petr⁹gnaphæus. ſino cōdemnatum,ſuſcitauit eundē errorem Petrus Gnaphæus Antiochenus epiſcopus,qui duas perſonas in Chriſto ponens,auſus eſt in angelico hymno,qui triſagion à Græcis vocatus, quartam ſuperaddere vocē dicēs,Sanctus Deus,ſanctus fortis,ſanctus & immortalis,ſanctus qui crucifixus eſt,Vt ſāctū fortē,quo nomine filius Dei deſignatur,aliū faceret ab eo qui crucifixus eſt.Hic autē Petrus Gnaphæus condemnatus eſt in quinta Synodo Conſtantinopolitana.Hęc hęreſis ſatis iam confutata relinquitur ex cōfutatione primæ hæreſis quā de hac re narrauimus & reiecimus:quoniā vt ſatis patet, Neſtorii hæreſis coincidit cum errore Pauli Samoſateni & Photini,& aliorū impiè ſentientium Chriſtum fuiſſe purū hominem,& virginem ei⁹ matrē fuiſſe matrem puri hominis.Quapropter cū illic ex apertis ſcripturę teſtimoniis oſtenderimus Chriſtum verum fuiſſe Deum,& in ſecundæ hæreſis expugnatione docuerimus Chriſtum eſſe verum hominem:ſatis inde (vt exiſtimo) reiicitur Neſtorius. Verum quoniā duas nobis contendit facere perſonas,vnam quæ ſit Deus,aliam quæ ſit homo : & quæ propria ſunt Deo,vni perſonæ attribuit in ſola naturā diuina exiſtenti:& quę propria ſunt hominis,perſonæ in ſola humana natura exiſtenti accomodat : ideo hoc nobis probandū reſtat,eundem eſſe Chriſtum qui ſit Deus,& qui ſit homo:ita vt vnus & idem ſit Deus & homo. Primò ergo , virgini Mariæ potenti ab ăgelo modum iuxta quem conceptura eſſet filium,angelus reſpōdit:Spiritus ſanctus ſuperueniet in te, & virtus altiſſimi obumbrabit tibi:ideoque & quod naſcetur ex te ſanctum,vocabitur filius Dei. Quibus verbis apertiſsime eiuſdem Chriſti humanam diuinamque naturam expreſſit.Cum enim dixit, ex
Luc.1 te naſcetur,proprietatem humanæ naturę de matre ſumendam declarauit.Cum autem dixit ſanctum, oſtendit quòd ſine contagione carnalis concupiſcentiæ gigneretur.Dicens verò,vocabitur filius Dei, B
clariſſime

clariſſime oſtendit naturæ diuinæ proprietatem. Quæ omnia cum angelus dixerit virgini glorioſæ de filio quem ipſa conceptura & paritura erat, conſtat filium virginis eundem eſſe qui & filius Dei: cõſtat etiam illam matrem Dei meritò dici debere. Nã ſi filius virginis Mariæ, filius Dei eſt, & Deus, fieri vllo pacto nequit vt virgo mater Dei non ſit. Præterea cùm virgo glorioſa iam prægnans Elizabeth cognatam ſuam viſitaret, eadem Elizabeth ſpiritu ſãcto repleta exclamat, dicẽs: Vnde hoc mihi, vt veniat mater domini mei ad me? Vides hic qualiter Elizabeth vocat virginem glorioſam matrem Dei? Nam quis alius dominus præter Deum? Ille enim ſolus dominus, ille ſolus altiſſimus. Magis ergo oportet credere Elizabeth ſpiritu ſancto repletæ, quæ virginẽ matrem Dei nominat, quàm Neſtorio, qui ſpiritu diabolico agitatus negat eam matrem Dei. Rurſum, ipſemet Chriſtus ait: Nemo aſcẽdit in cœlũ, niſi qui deſcendit de cœlo, filius hominis qui eſt in cœlis. Quibus verbis vtrãque naturã in vna perſona expreſſit, quoniam cum ſe filium hominis dicat, de cœlo tamen ſe deſcendiſſe aſſerit: quia iuxta naturã diuinam à patre qui eſt in cœlis originem trahens, ad noſtræ humanitatis ſuſceptionẽ ſe inclinauit. Deinde Paulus plurimis in locis hoc clariſsime docet. In epiſtola ſiquidem ad Romanos ait: Paulus ſeruus Ieſu Chriſti, vocatus apoſtolus, ſegregatus in Euangelium Dei quod antè promiſerat per Prophetas ſuos in ſcripturis ſanctis de filio ſuo, qui factus eſt ei ex ſemine Dauid ſecundum carnem. Ex quibus verbis duo colliguntur notatu digna, noſtro propoſito deſeruientia. Primò, Paulus dixit Euangelium Dei. Et cum alibi dicat: Nõ enim noſipſos prædicamus, ſed Chriſtum Ieſum. Et alibi: Non enim me iudicaui aliquid ſcire inter vos niſi Ieſum Chriſtum, & hunc crucifixum, conuincitur inde, Chriſtum eſſe Deum. Paulus prædicat euangelium Dei, & non prędicat niſi Ieſum Chriſtũ crucifixum, Ieſus Chriſtus ergo Deus. Quòd
C ſi adhuc contentioſe veritati reſiſtens, dicat alium eſſe qui ſit Deus, & alium qui ſit crucifixus: videat ſecundũ quod Paulus dicit de filio Dei: Qui factus eſt (inquit) ei ex ſemine Dauid ſecundũ carnem. Nam illud pronomen relatiuum qui, facit vt quæ ſequuntur, eidem accommodẽtur perſonæ quàm ſignificat nomen illud cuius fecit relationem. Si enim diceres: Ariſtoteles docuit mundum caruiſſe initio, qui dixit etiam eum cariturum fine: quis adeò demens eſt, vt per hæc verba duos Ariſtoteles intelligat, vnum qui docuerit mũdum ſine initio, alium qui dixerit mundum ſine fine? Eundẽ enim Ariſtotelẽ ſuiſſe qui illa docuerit, illis verbis deſignatur. Relatiuum nãque eſt quaſi quædam eiuſdẽ nominis repetitio. Cùm ergo Paulus dixit de filio Dei: Qui factus eſt ei ex ſemine Dauid ſecundum carnem, nõ poteſt alicui alteri adaptari, quàm eidem filio Dei. Eſt enim ac ſi dixiſſet: Et ille idem filius dei factus eſt ex ſemine Dauid ſecundum carnẽ. Vna eſt ergo eadem perſona quæ filius dei eſt iuxta naturam diuinã, & facta eſt ex ſemine Dauid ſecundum carnem. Eadem conſequentia cõuincit id quod in epiſtola ad Philippẽſes ait: *Philip. 2.* Hoc ſẽtite in vobis quod in Chriſto Ieſu: qui cũ in forma dei eſſet, nõ rapinã arbitratus eſt eſſe æqualem deo. Certum eſt illud pronomen qui, vnam Chriſti perſonam referre, non duas. Nam ſi duas referret, numeri eſſet pluralis, & verbum illi reſponderet pluralis numeri: cum autem verbo ſingularis numeri iungatur, conſtat vnam illud tãtum perſonam referre, non duas. Si vnam refert: quæro vtrum diuinam, aut humanam? Si humanam, tunc ſequitur vt humanitas Chriſti æqualis ſit diuinitati: quia Paulus ait:
D Qui cum in forma dei eſſet, non rapinam arbitratus eſt eſſe æqualem Deo. Quòd ſi perſonam illam quę in ſola natura diuina exiſtit, dicas pronomen referre, tunc qualiter conueniunt quæ Paulus vno orationis contextu ſubiungit, dicẽs: Sed ſemetipſum exinaniuit formam ſerui accipiens, in ſimilitudinem hominũ factus, & habitu inuentus vt homo, humiliauit ſemetipſum factus obediens vſque ad mortẽ, mortem autem crucis? Tunc enim oporteret vt natura diuina crucis mortẽ ſuſtinuerit, quod aperta eſt blaſphemia. Vt autẽ hæc omnia incommoda euitemus, neceſſarium eſt iuxta verã fidem fateri duas eſſe naturas in Chriſto in vnitate perſonæ, quæ perſona iuxta naturam diuinã æqualis eſt patri, ſecundũ quam ait: Ego & pater vnum ſumus. Secundum humanam naturam minor eſt patre, ſecundum quã ait: Pater *Ioan. 10.* maior me eſt. Secundum diuinam eſt immortalis, ſecundum quam ait: Ego ſum reſurrectio & vita. Se- *Ioan. 14.* cundũ humanam fit obediens vſque ad mortem, mortem autem crucis: ſecundũ quàm ait: Veruntamen *Ioan. 11.* non ſicut ego volo, ſed ſicut tu. Et in epiſtola ad Galatas ait: At cum venit plenitudo tẽporis, miſit Deus *Matt. 26.* filium ſuum factũ ex muliere. Ecce hic apertiſsime Paulus dicit filium dei factum ex muliere. Idem ergo *Galat. 4.* filius dei eſt, & filius mulieris, quoniã ex ea factus eſſe dicitur. Et in priore epiſtola ad Corinth. hoc expreſsius docet, dicens: Si enim cognouiſſent, nunquam dominum gloriæ crucifixiſſent. Nihil apertius contra Neſtorium dici potuit: cum dicat dominum gloriæ, hoc eſt Deum fuiſſe ctucifixum. Vnus ergo idem eſt qui crucifixus eſt, & mortuus eſt, & qui Deus & dominus gloriæ eſt. Multa alia ſcripturæ teſtimonia poſſem adferre, quæ breuitati ſtudens omitto. Sed vno tantum argumento iam aduerſus Neſtorium agam. Et percontor ab eo, an credat filiũ dei incarnatũ fuiſſe, an prorſus neget? Si neget filium dei incarnatum, contradicit Ioanni dicenti: Verbum caro factum eſt. & contradicit fidei Nicæni cõcilii dicentis de filio dei. Qui propter nos & propter noſtrã ſalutem deſcendit, & incarnatus eſt, & homo fa- *Ioan. 1.*
A ctus, paſſus eſt. Si verò (vt decet) concedit filiũ dei incarnatum, ipſo incarnationis nomine duas innuit aperte naturas, vnam quæ incarnata eſt, & aliam qua incarnatus eſt. Non enim ſeipſa natura deitatis incarnata eſt, ſed natura carnis incarnatam eſſe oportet. Vt ergo filius dei incarnatus dicatur, oportet vt filius dei carnẽ in ſe habeat. Quòd ſi alia eſſet perſona carnis, alia deitatis, nullopacto poſſet dici incarnatus. Nunquã enim aliquid dicitur tale per qualitatẽ exiſtentẽ in alia perſona. Quis adeò eſſet demens, vt diceret Petrum eſſe album propter albedinem inhærentem Ioanni? Sic etiam fieri non poteſt, vt filius dei dicatur incarnatus propter carnẽ exiſtẽtem in alia perſona, ſed propter carnẽ quàm habet in vnitate ſui ſuppoſiti ſibi vnitam. Nunquam etiam diuerſarum naturarum nomina dicuntur de ſe inuicem nec in concreto, nec in abſtracto, niſi illæ duæ naturæ inſint eidem perſonæ: vt gratia exempli, niſi albedo & frigiditas inſint eidem ſuppoſito, nunquam albũ dicetur frigidum. Quamuis enim albedo inhæreat

lacti,& frigiditas ferro,nunquam album dicetur frigidum.Si tamen albedo & frigiditas reperiantur in niue,tũc meritò dicimus album eſſe frigidum.Sed homo dicitur Deus,& ea quę ſunt propria hominis, dicuntur de filio Dei:& ea quę ſunt propria dei,dicuntur de filio hominis.Ergo filius hominis,& filius Dei,vna eſt perſona.De illo enim dicitur:In principio erat verbũ,& verbum erat apud Deum, & Deus
Ioan.1. erat verbum: per quod natura oſtẽditur diuina.De eodem etiam dicitur: Et verbum caro factum eſt:vt per hoc natura demõſtraretur humana.De illo dicitur: Omnia per ipſum facta ſunt,& ſine ipſo factum eſt nihil:quod proprium eſt Dei.De eodem dicitur quòd factus ſit ex muliere,quod proprium eſt homi nis.Magi eum adorant,quod ſoli Deo debetur:ſed in pręſepio reclinatũ inueniunt, & matris vbera ſugentem,quod ad hominem pertinet.Infantia paruuli oſtẽditur humilitate cunarũ,maieſtas diuinitatis declaratur vocibus angelorum.Quem ſicut hominem diabolica tentat aſtutia,eidem tanquam Deo angeli miniſtrant.Qui laſſatus ex itinere velut homo ſedit ſupra puteum, idem clamat & dicit: Venite ad B
me omnes qui laboratis & onerati eſtis,& ego reficiam vos.Qui ſitiens velut homo, petit à Samaritana
Ioan.4. potum,idem velut Deus dicit: Si ſcires donũ Dei,& quis eſt qui petit à te bibere, tu forſitan petiſſes ab eo, & daret tibi aquam viuam, de qua qui biberit, non ſitiet iterum. Qui eſurit velut homo,idem velut
Ioan.6, Deus de quinq; panibus & duobus piſcibus ſatiauit quinq; millia hominũ.Qui miſerationis affectu ve-
Ioan.11. lut homo deflet amicum mortuum, idem ſublato lapide quatriduanæ ſepulturæ velut Deus excitat rediuiuũ. Is qui velut homo cruci affixus erat, idem velut Deus latroni paradiſum promittit, lucem in te-
Luc.23. nebras conuertit,& omnia elementa tremere facit.Licet tamẽ vnus & idem ſit in duabus naturis, aliud eſt quod illi debetur iuxta maieſtatem diuinitatis,aliud quod diſpenſatiuè habuit iuxta humilitatem humanitatis. In uno coruſcat miraculis,iuxta aliud ſuccumbit iniuriis. Et ſicut ſecundum diuinitatem ab æqualitate paternæ gloriæ non receſſit, ita iuxta humanitatem naturam noſtri plaſmatis non reliquit. Et licet aliquando nominetur vnius tantum naturæ nomine, non propterea intelligendum eſt alteram ab illo excludi: vt gratia exempli,ſi dicatur, filius hominis tradetur gentibus ad illudendum,flagellandum,& conſpuendum: quia ibi ſolum nominatur filius hominis, non propterea credendum eſt filium Dei non fuiſſe traditum,ſed perſonam in ſola humana natura exiſtẽtem.Hoc enim eſſet abſurdũ. Nam & filius Dei patitur,&filius hominis patitur:quia idem eſt filius Dei,&hominis.Cum autem dicitur filius Dei, aut filius hominis,etſi ibi in qualibet voce vna tantum exprimatur natura, duæ tamen dantur intelligi duplici ratione.Vna,quia vox illa,filius hominis,aut illa,filius Dei, non eſt nomen naturæ, ſed nomen ſuppoſiti: in quo quum ſint duæ naturæ,ambæ dantur intelligi,quia per nomen ſuppoſiti datur C
intelligi totum ſuppoſitum prout eſt. At cum ſit in duabus,etſi non explicetur niſi vna, non tamen per hoc ſeparatur ab altera. Altera ratio eſt,quia ſæpe nomine partis datur intelligi totum, & nomine vnius naturæ datur intelligi totũ ſuppoſitum in duabus naturis ſubſiſtens: vt gratia exempli, homo res quædam eſt,ex duabus naturis admodum diuerſis compoſita,corpore videlicet &anima,&tamen nomine vnius illarum ſæpe totus homo denotatur: quem modum loquendi non abhorrent ſacræ literæ. In Ge-
Gene.26. neſi etenim quum numerantur omnes,qui cum Iacob ingreſſi ſunt Ægyptum,ſic legimus:Cunctę animæ,quæ ingreſſæ ſũt cum Iacob in Ægyptum,& egreſſæ ſunt de femore eius, abſque vxoribus filiorum eius,ſexaginta & ſex.Et poſt pauca iterum: Omnes animæ domus Iacob,quæ ingreſſæ ſunt in Ægyptũ, fuere ſeptuaginta. Ecce hîc vides nomine animæ totum hominem deſignari. Vide etiam eum nomine
Geneſ.6. carnis ſignificatum.Non permanebit, inquit Deus, ſpiritus meus in homine in æternum, quia caro eſt. At caro nomen eſt proprium alterius tantum naturæ duarum,ex quibus homo cõponitur. Quòd ſi hoc bene conſideraſſet Neſtorius,nunquã in tam impiam lapſus fuiſſet hæreſim,duas perſonas diſtinguens propter duas quas cognoſcebat naturas:nam ex rebus creatis poſſet quodammodo in tam admirabilis ſacramenti cognitionem peruenire.Nam homo etſi duas naturas habeat valde diuerſas, vna tamen eſt perſona,diuerſas denominationes ſuſcipiens propter diuerſitatem naturarum,quoniam mortalis dicitur,& hoc propter ſolũ corpus quod moritur,quamuis anima immortalis ſit.Dicitur etiam intelligens ratione animę,quæ ſola in homine intelligit.Dicamus cum catholica Eccleſia ſentientes,Chriſtum dei filium duas habere naturas,diuinam videlicet & humanam,incõfuſas in vnitate ſuppoſiti,ſine vlla earum mixtione vnitas,ita vt vnus & idem ſit Dei filius,& hominis filius. Qui verò aliter ſentit, vt duos D
faciat filios,vnum hominis, alterum Dei,eſt Antichriſtus,vt Ioãnes Euãgeliſtã ait:Omnis(inquit) ſpi-
Ioan.4. ritus qui ſoluit Ieſum,ex Deo non eſt,& hic eſt Antichriſtus:quanquam in codicibus Græcis non ſic habeatur,ſed ſic:Omnis ſpiritus,qui non confitetur Ieſum in carne veniſſe,ex Deo nõ eſt.Verum hæc lectionis varietas vt alia ſit apud Latinos quàm apud codices Græcos nunc reperiatur,inde euenit,quòd (vt ait hiſtoria tripartita lib.12.cap.4.) hæretici hunc ſenſum ex veteribus exemplaribus abſtulerũt,qui volebant ſeparare ab hominis diſpenſatione diuinitatem,itaque raſerunt id quod illis apertiſſime ob-
Eraſmus. uiabat,ſicut aliâs ſæpiſſime eos feciſſe conſtat.Sed Eraſmus Roterodamus in ſuis Annotationibus ſuper nouum teſtamentum æditis,ſuſpicatur hanc particulam,quæ nũc in Latinis codicibus habetur,aduerſus hæreticos eſſe additã,quorũ alii Chriſto ſic tribuebant humanã naturã,vt adimerent diuinã: alii ſic tribuebant diuinam,vt adimerent humanam. Hãc autem ſuam ſuſpicionem cùm aliquo modo cõfirmauerit Eraſmus,non tamen ſic eam mordicus tenet,quin liberum dimittat cuilibet ſuum iudicium, vt ſentiat prout velit.Quapropter iuxta libertatem ab eo donatam loquens,dico magis conſonum eſſe, particulam illam non eſſe additam.Primò,quia etſi eccleſia hanc habeat cõſuetudinem,vt propter nouas hæreſes inſurgentes,nouas effingat voces,nunquam tamen reperietur,vt in ſacris literis aliquid addiderit minueritve.Sed fortè dicet,hoc non ab eccleſia additum,ſed ab aliquibus doctis viris,ꝙ poſtea ſucceſſu temporum ſic ab omnibus ſuſceptum eſt.Eſto.Verũ hoc negari nõ poteſt,autores illos,à quorum fragmentis in vnum conſarcinatis,Hiſtoria illa tripartita nomen accepit,Græcos fuiſſe, & Græcè ſcripſiſſe,

ſcripſiſſe,qui è Græco in Latinum per Epiphanium Scholaſticum,hortatu Caſſiodori,verſi ſũt. At au-
A tot ille,vnde hoc ſumptũ eſt,dicit in ãtiquis exemplaribus ſic haberi: Omnis ſpiritus qui ſoluit Ieſum, ex Deo non eſt.Non ergo apud ſolos Latinos ſic habetur,ſed apud Græcos ſic tũc habebatur.Fieri ergo potuit,vt ãtiqua exemplaria perderentur,& ſuperſint illa ſola,quæ ab hæreticis deprauata ſunt, & quæ ab illis exemplaribus fuere tranſcripta. Præterea idem autor hiſtoriæ dicit,veteres interpretes hoc ipſum deſignaſſe,quòd aliqui adulterarint hãc epiſtolam,ſoluere hominem à deo volentes.Autorem verò illum,vnde hoc ſumptum eſt,cõſtat eſſe Socratem :quoniam à principio vndecimi libri vſque ad finem duodecimi, in quo iſta narrantur,nullus alius intitulatur quàm Socrates,qui,vt conſtat ex vltimis verbis hiſtoriæ,tempore Theodoſij iunioris fuit,quo tempore etiam fuit Neſtorius.Rurſus,beatus Leo papa huius nominis primus,in epiſtola ad Flauianum Conſtãtinopolitanum epiſcopum,contra Eutychetem hæreticum agens,verba illa adducit: Omnis ſpiritus qui ſoluit Ieſum,ex deo nõ eſt.Leo autem hic valde vicinus fuit Neſtorio,imò (vt coniicere poſſum) coæuus,quãuis fortè non fuerit Papa tempore Neſtorij : quoniã Neſtorius tempore papæ Cæleſtini fuit,ſub quo celebratum eſt cõciliũ Epheſinũ,in quo dãnatus eſt Neſtorius.Cæleſtinus autẽ (vt Platina teſtatur) præfuit Eccleſiæ ãnis octo, mẽſibus decem. Poſt Cæleſtinum præfuit eidem vniuerſali Eccleſiæ Sixtus tertius, ãnis octo. Poſt iſtum ſucceſſit Leo,de quo nũc agimus,qui particulã illã,prout nos nũc habem⁹,citat.Quòd ſi illa fuiſſet tũc addita,nõ fuiſſet adeò demens,vt contra hæreticum agẽs,teſtimonio ſuppoſititio,aut addito vteretur.
B Quapropter mihi magis placet,vt dicamus illam eſſe veram literam,quã nunc codices Latini retinẽt, & Græcos codices fuiſſe(prout hiſtoria tripartita refert)ab hæreticis deprauatos.Et ita hoc teſtimonio Ioãnis adiuti,dicimus Neſtoriũ de ſpiritu Antichriſti fuiſſe,quoniam omnis ſpiritus,qui ſoluit Ieſum, ex Deo non eſt,& hic eſt Antichriſtus.Quis autem eſt,qui verius ſoluit Ieſum,quàm Neſtorius,qui diuinam à Chriſto ſeparat naturam,duas ponens perſonas,vnã deitatis,aliam carnis? diſoluens illũ admirabilem nexum vtriuſque naturæ in vnitate ſuppoſiti. Contra hãc hæreſim eſt concilii Epheſini definitio,in quo poſt multa quæ illic contra Neſtorium ex ſacræ ſcripturæ teſtimoniis definiũtur, ſic decernitur: Igitur quia Deum carne vnitum iuxta ſubſiſtentiam,ſãcta virgo corporaliter peperit,idcirco eam Dei genitricem eſſe profitemur, non quód verbi natura exiſtendi principium de carne ſortita ſit, (erat enim in principio verbum,& Deus erat verbum,& verbum erat apud Deum,& ipſe conditori ſeculorum patri coæternus,& vniuerſitatis conditor) ſed quód,vt ſuperius diximus,iuxta ſubſiſtentiam ſibimet vniens humanam naturã, natiuitatem ſuſtineret ex ipſa vulua corporea.Hæc cõcilium Epheſinum.Contra hanc hæreſim ſcripſit beatus Cyrillus in libro de recta fide ad Theodoſium:in quo libro contra plures hæreticos diſputat,præcipuè tamen contra hanc Neſtorii hæreſim. Gelaſius papa etiam aduerſus Neſtorium & Eutychetem librum de duabus naturis in vna perſona. Ioannes papa alium paruum libellum de eadem re ędidit.Gennadius etiam ſcripſit aduerſus Neſtorium,ſed huius opus nõ vidi.Ioannes Caſſianus etiam ſcripſit opuſculum de incarnatione verbi contra Neſtorium ,quod nunc recens eſt in Germania excuſſum. *Cõcilium Epheſinũ*

QVarta hæreſis eſt huic præcedẽti omnino oppoſita, & quodãmodo declinat ad ſecundã hæreſim. Hæc autem quarta hęreſis dicit vnã eſſe perſonã Chriſti,&in hoc bene cõtra Neſtorium :ſed ſicut Neſtorius propter duas quas videbat in Chriſto naturas, duas etiam dixit perſonas, ita etiam hæc hæreſis propter vnam quam fide tenebat eſſe Chriſti perſonam, cogitur ex ignorantia vnam tantum in
C Chriſto ponere naturam,videlicet diuinam.Quia tamẽ videbat aperta ſacrę ſcripturę teſtimonia probãtia Chriſtum veram carnem habere,ſecundum quã natus ſit de virgine, & pro nobis paſſus & mortuus,dicit & fatetur filium Dei eſſe incarnatum,ſed in ipſo incarnationis momento carnem fuiſſe cõuerſam in diuinitatem.Huius erroris autor extitit quidam Eutyches,abbas cuiuſdã monaſterii in Conſtantinopoli tempore Leonis papæ,huius nominis primi,& Martiani Imperatoris.Hic Eutyches dixit Chriſtum vnam tantum habuiſſe naturam,videlicet diuinam,ſicut vna erat perſona : quia etſi fateretur verbi incarnationem,poſt illam tamen vnionem dicebat carnem fuiſſe conuerſam in deitatẽ,& ita ſecundũ eum facta eſt vna carnis deitatiſq; ſubſtãtia : quapropter coactus fuit concedere Chriſtũ fuiſſe paſſum ſecundum naturã diuinã:quia per incarnationem carnis ſubſtãtia,vt didebat, fuerat in ſubſtantiam diuinitatis conuerſa.Hanc hæreſim quum Flauianus Conſtantinopolitanus epiſcopus damnaſſet,cum Eutychete illius autore, ortum eſt hac de cauſa aliquod diſſidium inter Chriſtianos oriẽtales, quibuſdã defendẽtibus Eutychetem,aliis eũ damnãtibus.Quapropter annuẽte Imperatore Theodoſio iuniore,ſynodus Epheſina indicitur,in qua præſidẽte Dioſcoro Alexãdrinæ urbis epiſcopo, eodem Eutychetis errore (vt poſtea patuit) infecto,Eutyches reſtituitur,& Flauianus damnatur.Et hæc vocatur ſecunda Epheſina ſynodus, quæ à catholicis omnibus velut execranda & maledicta reiicitur: quoniam nec ſummi Pontificis autoritate celebrata,nec ad eam ex eccleſia catholica factus eſt generalis cõuentus : ſed ſolis hæreticis cõuenientibus definitum eſt tale venenoſum dogma.Poſt hunc Eutychetem,& Dioſcorum illius fautorem,paruo tempore elapſo,ſurrexerunt alii hęretici,dicti Acephali,
D ſic nominati,quoniam ſimul inſurgẽtes,nullus repertus eſt,qui illorum eſſet princeps atque magiſter: Hi duas in Chriſto negabant naturas,ſed vnam tantum affirmãtes,videlicet diuinam , eãdem dicebãt fuiſſe crucifixam.Et quoniam in Chalcedonenſi cõcilio huius oppoſitum fuerat definitum cõtra Eutychetem & Dioſcorum,hi nolunt acquieſcere definitionibus eiuſdẽ Calcedonenſis concilii.Hæc hæreſis,ſi bene quiſque cõſideraverit,ab expugnatione trium præcedẽtiũ hæreſum manet expugnata. Probato ſiquidem,vt iam probauimus,in Chriſto duas eſſe naturas,diuinam videlicet &humanã in vnitate perſonæ :concluſum tunc eſt contra iſtos,qui vnã tãtum naturam aſtruunt.Sed quoniam modum & rationem vnius tantum naturæ aſſerunt,dicentes ſubſtãtiam carnis fuiſſe couerſam in diuinitatẽ,& di- *Eutych.* *Dioſcor⁹* *Acephali*

uinitatem dicunt paſſam in cruce eſſe:hæc duo ſunt à nobis pro viribus Deo duce explodenda, vt tam nefãda blaſphemia non audiatur. Si Chriſtus vnam tãtum habet naturam, aut illa natura eſt omnino ſimplex ſine vlla compoſitione,aut eſt natura compoſita.Si natura illa vnica,quam dicũt eſſe in Chriſto,eſt ſimplex ſine vlla compoſitione, & illa natura eſt diuina,erit ergo Chriſtus tãtum Deus, & non homo. Non enim fieri poteſt vt homo dicatur: qui naturã non habet humanã: ſicut album non poteſt dici,quod nõ habet albedinẽ.Hoc autem in expugnatione ſecũdæ hæreſis reiecimus, vbi probauimus Chriſtum verum fuiſſe hominem.Et re vera hæc Eutychetis hæreſis valde conformis eſt hereſi Valentini,aut Apellis,aut Manichæi,quoniã is Eutyches(vt Flauianus Conſtãtinopolitanus epiſcopus ait in epiſtola,quã Leoni papæ huius nominis primo miſit,prodens Eutychetis erores) dixit carnem domini nõ eſſe nobis conſubſtãtialem tãquã ex nobis ſuſceptam,& coadunatã dei verbo,ſed dicebat virginem quæ eum genuit,ſecundum carnem conſubſtãtialem nobis eſſe,ipſum autem dominum non ſuſcepiſſe carnem ex ea conſubſtantialem nobis. Quæ omnia iã impia & abſurda eſſe ſuperius conuicimus. Si A
autem illa natura,quã in Chriſto ponunt,non ſit ſimplex,ſed compoſita,vt puta tertia quædã ex duabus coalita,tũc ſequeretur patrem & ſpiritum ſãctum eſſe incarnatos,& virginem Chriſti matrem eſſe Deum & hominem ſimul:quæ omnia ſunt hæretica. Quòd tamen oporteat eos iſta concedere,ſic conuincimus,quoniã Chriſtus Dei filius (vt catholica comfitetur Eccleſia iuxta definitionem Nicæni cõcilij) conſubſtãtialis eſt patri,id eſt,eiuſdem cum illo ſubſtãtiæ & naturæ.Si ergo filius Dei (vt iſti hęretici dicunt) per vnicam,quam ſolum habet naturã,incarnatus dicitur,& homo appellatur:ergo pater,qui eãdem habet naturam quam filius,incarnatus etiã dicetur,& homo vocabitur. Et eodem modo poteſt argui de ſpiritu ſancto,quia ſpiritus ſanctus (vt in concilio Conſtãtinopolitano primo Eccleſia definiuit) eiuſdem eſt cum patre & filio ſubſtãtiæ: quapropter eadem ratione dicetur ſpiritum ſãctum fuiſſe incarnatum,& eſſe hominem.Quæ omnia eſſe erronea,nullus eſt fidelis qui non videat. Et quoniam (vt ſuſpicari poſſum ex dictis Gelaſij papæ contra Eutychetem ſcribentis) hoc modo poſuit Eutyches vnã in Chriſto naturã quaſi compoſitam,& velut tertiam ex duabus reſultãtem, quoniã Eutyches dicebat ante incarnationem duas fuiſſe naturas,ſed poſt incarnationem vnã tãtum manſiſſe naturam,quia tunc quædã veluti confuſio aut compoſitio facta eſt naturarum: & adfert Gelaſius papa exemplum eorum,quo ſuum errorem cõfirmare nituntur.Quemadmodum (inquiunt) homo vna eſt natura ex duabus aliis compoſita,qua compoſitione & vnione facta,tertia reſultat,quæ nulla illarũ
eſt: ſic dicunt eſſe in incarnatione verbi,vt ãte incarnationem duæ fuerint naturæ,poſt incarnationem B
vna tãtum manſerit,duabus illis in vnam (vt aiunt) coëuntibus.Ideo aduerſus hãc compoſitionem ſecundò arguamus.Sic exponentes,nunquã Chriſtum faciunt duas naturas habentem.Nõ enim eas habuit ãte vnionem,quia tunc ſecundum omnes vnius tantum erat naturæ,puta diuinæ. Neque poſt incarnationem,quia tunc ſecundum ipſos vnius eſt tãtum naturæ compoſitæ.Præterea,quid eſt quod ait ãte incarnationem fuiſſe duas, poſt incarnationem verò vnam? Quomodo enim ante incarnationem poterant eſſe duę naturæ,cum tunc verbum non eſſet incarnatum? Aut enim dicis humanam naturã quam Deus ſibi vniuit,ãte vnionem per ſe ſubſtitiſſe,& tunc dices filium dei ſibi vniuiſſe perſonã humanam,& non naturam:& tunc duas facies cum Neſtorio perſonas:& ſic à Neſtorio fugiens, ad eundem confugies. Aut fortè dicis,quòd etſi non tota humana natura præceſſerit ãte incarnationem, tamẽ anima eius antea in cœlo fuerat,aut in terris cõuerſata,& tunc in incarnatione fuerit carni à deo aſſumptæ infuſa. Quòd ſi hoc fateris,incidis in Origenis errorem de animab⁹ primò creatis in cœlo, & poſtea corpori infuſis. Quẽ erroręm iam ſuprà, deo duce euicim⁹. Alio autem modo nõ poſſũ ſuſpicari, quo pacto dicas ãte incarnationem fuiſſe duas. Rurſum,ſi ãte incarnationem erãt duæ,& pòſt nõ manet niſi vna,ergo per incarnationẽ aut fit alterius illarũ deperditio,aut fit vtriuſque mixtio & cõfuſio: ſicut cũ vino miſcetur aqua,ãte mixtionẽ erãt duę naturæ,poſt mixtionem eſt vna tãtum natura. Si per incarnationem fit carnis deperditio, iam nõ incarnatio,ſed potius(vt ita dicã) decarnatio dicẽda eſſet. Si eſt vtriuſque naturę mixtio aut compoſitio, ita vt tertia reſultet ex illa compoſitione natura,tũc oportet vt neutrius naturæ illarũ ex quibus cõponitur,denominationẽ ſuſcipiat.Homo enim (vt illorũ exẽplo vtar) qui tertia quædam eſt natura,ex duabus valde differentibus naturis cõſtãs,corpore videlicet C
& anima,neq; animę,neq; corporis denominationẽ ſuſcipit,quoniã nec anima nec corpus dicitur,ſed ſolum dicitur homo.Ita ergo oporteret quòd Chriſtus nec Deus diceretur,neq; homo,poſtquã naturã quãdam habet ex illis duabus compoſitã.Quòd ſi fortè exemplum per me adductum magis placet de vino mixto aquę,quod poſt mixtionem retinet nomen vini,aqua conuerſa in vinum: & ita fortè dicas, carne cõuerſa in deitatem per incarnationem manſiſſe in Chriſto nomen dei: tũc conſidera ibi etiam nõ manere nomẽ aquę,ſed ſolũ vini, eò quòd per mixtionem aqua fuit verſa in vinum:&ita poſt incarnationem oporteret te cõcedere,Chriſtum nõ eſſe hominẽ, eó quòd humanitas fuerit in diuinitatem cõuerſa.Deinde ſi vna tãtum eſt in Chriſto natura,quomodo ſecũdum illam poterit tã oppoſitas ſuſcipere denominationes?Impoſſibile enim eſt,vt vna eademq; natura ſubſtãtiales ſuſcipiat differẽtias cõtrarias quia oppoſita nõ poſſũt dici de eodem ſecũdum idem.Quòd ſi oppoſita de eodẽ dicãtur, oportet vt diuerſa in ſe cõtineat, ſecundum quæ diuerſas ſuſcipit dictiones: vt homo quia corpus habet & animam,poteſt dici corporeus ſecũdum corpus,incorporeus ſecũdum animã: mortalis ſecũdum corpus,immortalis ſecũdum animam. At quum Chriſtus dicatur mortalis & immortalis,paſſibilis & impaſsibilis, finitus & infinitus oportet vt diuerſas habeat naturas,iuxta quarum diuerſitatẽ diuerſas iſtas ſuſcipiat denominationes. Nõ eſt ergo in Chriſto vna natura compoſita, ſed duæ ſimplices, quarum quælibet ſuis eſt determinata proprietatibus.Error autẽ iſte Eutychianorum(vt Damaſcenus tertio libro de fide orthodoxa air) & ſimiliter Neſtorianorum,vt mihi videtur,inde ortus eſt, quòd neſcierũt

diſtinguere

distinguere inter naturã & personã. Et ideo Nestorius duas cognoscés naturas, duas credebat esse per-
D sonas. Eutyches autem ex opposito, quoniam vnã fatebatur & fide credebat esse Christi personã, inde credebat oportere vnam etiam tãtum esse naturam. Vterque tamen eorum facile, si malitia eos nõ excæcasset, potuisset cognoscere & videre in hominis supposito duas esse naturas, in quo nec pluralitas naturarũ concludit pluralitatem personarum: nec vnitas personæ arguit vnitatem naturæ. Hoc ergo hominis exemplum, quantum ad hoc solum spectat, commodissimum est, quamuis in aliis maxima sit dissimilitudo: quoniam in homine est naturarum pluralitas in vnitate personæ per naturalem compositionem vnius ex pluribus: in Christo autem est pluralitas naturarum simplicium sine vlla earum compositione aut mixtione. Et ita in homine tres sunt naturæ, duæ duarum partium, videlicet corporis & animæ, & tertia ex illis resultãs, scilicet ipse homo, qui nulla illarum est. In Christo verò duæ sunt tantùm naturę, diuina & humana, ex quibus nulla alia tertia cõstituitur. Sed iam opus est, vt alium Eutychetis & Acephalorum communem errorem & impiam blasphemiam reiiciamus, qua dicunt diuinitatem in cruce passam fuisse. Quis hoc feret? Cuius aures nõ horrent audire, diuinitatem aut doltre, *Mala.3.*
aut pati potuisse? Deus siquidem cum summè perfectus sit, & quoddam infinitæ perfectionis pelagus, talibus miseriis subiici nequit. Ego Deus (dicit ipsemet) & non mutor. Si nõ mutatur, fieri necesse est, vt aut semper doleat & semper patiatur, quod summa esset miseria: aut nũquam doleat, imò nec dole- *1.Pet.4.*
re possit, nec pati. Nam si semel gaudens, & carens omni passione, postea dolet & patitur: necessarium est, vt tũc mutetur. Præterea Petrus apostolus ait: Christo igitur passo pro nobis in carne, & vos eadem *2.Cor.14.*
cogitatione armamini. Carne passum dixit, nõ deitate. Et Paulus apostolus ait: An experimẽtum quęritis eius, qui in me loquitur Christus? Qui nõ infirmatur, sed potens est in nobis. Nam etsi crucifixus
A est ex infirmitate, sed viuit ex virtute Dei. Passus est ergo Christus, & mortuus, sed ex nostræ humanitatis infirmitate. Viuit autem impassibilis & immortalis, sed ex suæ diuinitatis virtute, quæ tanta est, vt in se nec mortem subire, nec passionem aliquam sustinere possit. Ipse etiam Christus Iesus se in carne fuisse passum testatur. Nam Iudæis dicẽtibus & petẽtibus ab eo: Quod signum ostẽdis nobis, quia hęc facis? Respondit Iesus, & dixit eis: Soluite templum hoc, & in tribus diebus excitabo illud. Ille autem dicebat de templo corporis sui, quod solutum fuit in morte, excitatum in resurrectione. Propter *Ioan.3.*
quod Euangelista quasi hoc declarãs, subiunxit: Quum ergo resurrexisset à mortuis, recordati sunt discipuli eius, quia hoc dicebat: & crediderunt scripturæ & sermoni quem dixit Iesus. Vides hic passionem ad corpus relatam, non autem ad deitatem, quoniam illa pati non poterat. Prophetiæ etiam quæ de Christi passione præcesserant, de passione in carne lequuntur. Vnde in Psal. sub persona Christi di- *Psal.21.*
citur: Foderunt manus meas & pedes meos, dinumerauerunt omnia ossa mea. Et Esaias ostẽdens vo- *Esa.50.*
luntariam fuisse Christi passionem, sub persona eiusdem Christi ait: Corpus meum dedi percutientibus, & genas meas vellentibus. Et vt alia multa prętream, quid aliud significant illæ angelorum voces ad Christum, quibus eum interrogabant, dicentes: Quare rubrum est vestimentum tuum? Nomine ve- *Esa.64.*
stimenti carnem designãtes, qua vestita fuit diuinitas in incarnatione. Hæc autem caro cùm fuisset suo sanguine intincta, quærebant: Quare rubrum est vestimẽtum tuum? Et iterum: Quis est iste qui venit de Edom, tinctis vestibus de Bosra? Aduersus tam apertã blasphemiam piget plura adferre testimonia. *Ibidem.*
Eius certè narratio pro expugnatione sufficisset, nisi aduersus homines duræ ceruicis & indomabilis cordis ageremus, cuiusmodi sunt omnes hæretici. Contra hanc hęresim sunt plurimorum conciliorum
B definitiones. Concilium nanque Chalcedonense, sic ait: Consentientes sanctis patribus, vnum eundemque filium confiteri dominum nostrum Iesum Christum consona voce docemus, pariter perfe- *Cõcilium Chalce.*
ctum eundem in deitate Deum, & hominem eundem ex anima rationali & corpore, secundũ diuinitatem vnius cum patræ naturæ, secũdum humanitatẽ eũdem vnius naturæ nobiscum, per omnia similẽ nobis absq; peccato, ante secula quidẽ ex patre natum secũdum diuinitatẽ, in nouissimis verò diebus eũdem propter nos, & propter nostram salutem hominem factum: hunc vnum eumdemq; Christum filium Dei vnigenitum in duas naturas incõfuse, immutabiliter, induise, inseparabiliter cognoscendũ: in nullo naturarum differentias propter vnitatem perimendas, magis autem salua vtriusq; naturæ proprietate, & in vna coëunte persona, vnoq; statu concurrente, non in duabus personis partiendũ vel diuidẽdum, sed vnum eundemq; filium vnigenitum deum verum dominũ Iesum Christum. Hęc cõciliũ Chalcedonense: cuius decreto nõ minus Nestorii quàm Eutychetis & Acephalorum hæresis corruit. Sed quia impii Acephali & maledicti nõ recipiunt Chalcedonense cõcilium, ideo ad priora & posteriora concilia confugiamus. Hæc nãque hæresis ãte Eutychetem & Acephalos fuit. Nam Philaster, qui lõgo tempore ãte eos fuit, refert quãdã hæresim, quæ dixit diuinitatẽ in cruce doluisse, & passam fuisse. Eãdem etiam recitat Augustinus, etiam Acephalis vetustior, quamuis nullus eorum autorem hæresis prodat. Cõciliũ Ephesinum, quod tertia synodus dicitur, circa finem suorum Decretorũ sic ait: Sic *Cõcilium*
illum diximus passum esse, & resurrexisse, nõ quia Deus verbum in sua natura passus sit, aut plagas, aut *Ephesin.*
clauos & trãsfixiones, aut alia vulnera susceperit (Deus nãque incorporalis & extra passionem est) sed quia corpus illud, quod ipsi proprium factum est, hoc sustinuit: ideo hæc omnia pro nobisipsis dicitur
C passus. Inerat enim in eo corpore, quod patiebatur, Deus qui pati nõ poterat. Hæc cõcilium Ephesinũ. Et cõcilium Ispalense secundum decimotertio suorum Decretorum capitulo sit ait. Ergo sicut imma- *Cõcilium*
culata fides, & sancta Dei Ecclesia docet, cõfitemur dominum nostrum Iesum Christum in tempora- *Ispalense*
liter ex patre Deum natum, temporaliter ex vtero glorioſæ virginis Marię hominẽ æditũ, & ob hoc in vna existente persona duas naturas habentem: deitatis, qua ante secula genitus: & humanitatis, in qua diebus vltimis æditus est: in illa secundum formam Dei, in ista secũdum formam serui cõsistens: in illa patri manẽs ęquales, in ista sine peccato similis nostrę conditioni, in illa inuiolabilis, in ista passibilis: in

illa ex qua mori,nō potuit,in iſta in qua mortem ſuſcepit.Hæc cōcilium Iſpalenſe expreſſe cōtra Acephalos.Quibus verbis omnes hæreſes præfatæ circa Chriſti perſonam exortæ colliduntur. Contra hāc hęreſim ſcripſit Gelaſius papa eodem libello,quoſcripſit contra Neſtorium. Scripſit etiam Boëtius aduerſus eādem hæreſim vnum librum de duabus naturis.Et beatus Damaſcenus libro tertio de fide orthodoxa per ſingula capitula contra ſingulas præfatas hæreſes diſputat.

Arrius. QVinta hæreſis eſt,quæ aſſerit Chriſtum ſolum corpus habuiſſe,nō autem animā. Huius autor fuit Arrius, vt teſtatur Auguſtinus in lib.de hæreſibus ad Quod vult Deū,cap.49.ſic de Arrianis loquens: In eo autem, quòd Chriſtum ſine anima ſolam carnem ſuſcepiſſe arbitrantur, minus noti ſunt,nec aduerſus eos ab aliquo inueni de hac re fuiſſe certatum. Sed hoc verum eſſe & Epiphanius nō tacuit,& ego ex eorum quibuſdam ſcriptis & collocutionibus certiſſimè cōperi.Hæc Auguſtinus.Verùm quia ex his verbis nō conſtat an Arrius hoc venenum repererit, an ſequaces illius de ſuo cerebro poſtea addiderint:ideo pro nūc de Arrio tacemus. Apollinaris,de quo iam aliàs diximus,hūc errorem poſtea ſuſcitauit,qui communiter dicitur illius erroris autor.Philaſter hāc hęreſim recitat,nullo nomi- D
Apollinaris. nato illius autore.Hæc hæreſis ſatis conuincitur per ea,quæ in expugnatione ſecūdę hęreſis dicta ſunt. Sic enim Chriſtus vetam habuit naturæ humanæ ſubſtātiam,ergo & habuit animam,quoniam ſine ea perfectus homo eſſe non poteſt.Verum etſi hoc apertiſſimè eum conuincat, particularibus argumentis non pigebit contra eum agere,Chriſtus,paſſionis ſuæ tempore iam appropinquante,ait: Triſtis eſt
Matt.26. anima mea vſque ad mortem.Et āte dixerat: Ego ſum paſtor bonus,& animam meam pono pro oui-
Ioan.10. bus meis.Et iterum: Poteſtatem habeo ponēdi animam meam,& iterum ſumēdi eam.Aperta ſatis ſūt hæc,neq; vllam parabolam redolētia.Verum his autoritatibus (vt Auguſtinus ait) Apollinaris reſpōdebat,dicens Chriſtum animā habuiſſe nō rationalem,ſed ſolum eam,quæ corpus viuificaret, & verbum ipſum loco rationalis animæ extitiſſe. Sed per hoc non effugit,quin dicat Chriſtum non fuiſſe integrum & perfectum hominem,eiuſdem ſubſtantiæ nobiſcum.Sed vt nullum illi pateat effugium, cōſideremus quid Lucas de eo dicat:Ieſus proficiebat ſapiētia,&ętate,& gratia apud Deum & homines.
Luc.2. Quomodo autem profecerit ſapientia,ſequētia verba declarant,quoniam addit:& ætate. Iuxta id ergo profecit ſapiētia,ſecundum quod profecit ætate.At cum ſecundum ſolam naturam humanā profeceritætate,cōſequens eſt vt iuxta eandem profecerit ſapiētia,quoniam ſecundum naturā diuinam,quæ immutabilis & infinitè ſapiens eſt,nullo modo proficere poterat.Profecit ergo ſapientia ſecūdum humanitatem.Sed ſi humanitas,quā ſuſcepit,animā rationalem nō habuit, ergo ſecūdum humanitatem nihil ſapuit,quoniam ſecundum animam rationalem ſapere debuiſſet,non ſecūdum corpus,aut ſecūdum animam præciſe vegetātem corpus.Rurſum,propter hoc filius Dei noſtram ſuſcepit naturam, vt A
per naturam ab eo ſuſceptam noſtris ſuccurreret defectibus, & is qui ſine peccato erat noſtra peccata diſſolueret.Nihil ergo profuiſſet nobis,ſolum carnem ſine anima ſuſcipere,quia peccata noſtra in anima erant,& non in carne,quæ peccare non poteſt.Sed Chriſtus totum hominem redemit,qui ait: To-
Ioan.7. tum hominem ſanum feci in ſabbato.Totum ergo hominem Chriſtus aſſumpſit, qui totum hominem redemit.Demum,iſte error plurimorum conciliorum definitionibus damnatur. Cōcilium Romæ ha-
Conciliū. bitū ſub Damaſo papa,ſic ait:Anathematizamus eos,qui pro hominis anima rationali & intelligibili,
Roman. dicunt Dei verbum in humana carne verſatum,cum ipſe filius ſit verbum Dei, & pro anima rationali & intelligibili in ſuo corpore fuerit,ſed noſtram,id eſt,rationalem & intelligibilem ſine peccato animam ſuſceperit atque ſaluauerit.Hæc concilium Romanum.Cuius concilij decreta ponuntur in libro Conciliorum generalium,nō inter ipſa cōcilia,ſed pòſt inter decreta Damaſi papæ.Concilium Ephe-
Conciliū. ſinum cap.decimotertio ſuorum decretorum,ſic ait: Non enim dicimus,quòd Dei natura cōuerſa vel
Ephe. immutata ſit,ſed magis,quòd carnem animatam anima rationali ſibi copulauerit, verbumque ſubſtātialiter & ineffabiliter factus ſit homo.Hæc concilium Epheſinum.Concilium Chalcedonenſe ſic ait: Conſentientes ſanctis patribus,vnum eundémque filium confiteri dominum noſtrum Ieſum Chriſtū, conſona voce edocemus pariter perfectum eundem in deitate Deum, & hominem verum eundem ex anima rationali & corpore,&c. Hæc concilium Chalcedonenſe. Contra hanc hæreſim non vidi,nec hucuſque ſciui aliquem qui ſcripſerit,pręter beatum Ambroſiū,qui in libro de incarnationis dominicæ ſacramento,per totum ſeptimum capitulum contra eam agit,

Macha. SExta eſt hæreſis,quæ aſſerit in Chriſto tantum vnam fuiſſe volūtatem,videlicet diuinam.Huius hæ- B
reſis autor fuit Macharius Antiochenus epiſcopus,qui condemnatus eſt in ſexta ſynodo Conſtantinopolitana,ſub Agathone papa celebrata. Huius hæreſis fautores dicti ſunt Monothelitæ, non (vt quidā corruptè dicunt) Monoſelitæ: & quidā,cuius nomē ſciēs prætereo,deriuationem nominis aſſignare volens,nō minus impudēter,quàm imprudēter,dixit: Monoſelitæ dicūtur à Monoſo illius hæ-
Monothelitæ. reſis autore.Monothelitæ dicti ſunt ab vna tantum voluntate,quam Chriſto tribuebāt; quoniam μόνος Græcè,valet Latinè tātum ac vnus, θέλησις idem eſt quod voluntas.Hinc ab illis duabus dictio eſt compoſita μονοθέλητα, quaſi vnam eſſerentes voluntatem. Contra hanc hæreſim ſic agimus, & primò ab illius patrono quærendum eſt,an duas in Chriſto fateatur naturas.Si vnam tātum dicit in Chriſto naturam,ſicut vnam voluntatem,tunc ad aliquam prædictarum hæreſum reducendus eſt, quæ in Chriſto duas negauerūt naturas.Si verò duas in Chriſto fatetur naturas,ergo & duas oportet eum fateri voluntates: quoniam ſicut vnius naturæ vna eſt voluntas,ita plurium naturarum plures ſunt volūtates. Ideo enim dicimus,patris & filij & ſpiritus ſancti vnam eſſe voluntatem,quia vna in illis tribus perſonis eſt deitatis ſubſtatia.Ita ergo in Chriſto,in quo ſunt duæ naturæ diuerſæ,diuinitatis videlicet & humanitatis,oportet vt duæ ſint etiam voluntates:vna,quæ pertinet ad diuinitatem:altera,quæ ſpectat ad humanitatem.Præterea,ſi vna tātum eſt in Chriſto voluntas,ergo vna tātum in Chriſto erit natura: quo-

niam

niam ſicut vna natura vnam infert voluntatem, ita ediuerſo vna voluntas vnam arguit naturam. Vna ſiquidem voluntas non poteſt eſſe duarum naturarum. Rurſum, ſi vna tãtum eſt voluntas, aut illa erit diuina, aut humana, aut tertia ex illis compoſita ſicur ſuprà Eutyches dixerat. Si diuina tantum eſt voluntas, ergo Chriſtus nõ habuit integram & perfectam humanitatem eiuſdem ſpeciei cũ noſtra: quoniam perfecta humanitas ſine voluntate eſſe non poteſt. Si autem illa vna voluntas eſt tantum humana, ergo Chriſtus non erit Deus, quoniam non poteſt eſſe Deus ſine voluntate diuina. Vtrunque autem horum duorum probauimus eſſe hæreticum. Si verò dicat illam vnam Chriſti voluntatem eſſe tertiam ex illis duabus compoſitam, tunc ſequitur, quòd illa voluntas nec diuina ſit, nec humana: quoniam compoſitum non ſuſcipit denominationem alicuius ſuarum partium, ex quibus componitur: & ita ſecundum iſta oporteret dicere, Chriſtum non eſſe verum Deum, nec verum hominem, quia nec voluntatem habet diuinam (ſecundum iſtos) nec humanam. Sed omiſſis his argumentis, ſcrutemur ſcripturas ſacras, quoniam (vt Chriſtus ait) illæ teſtimoniũ perhibent de illo. Marcus euangeliſta ait: Venit Ieſus in partes Tyri & Sidonis, & ingreſſus domum, neminem voluit ſcire, & nõ potuit latere. Quomodo non potuit latere cum voluit? Nónne voluntas diuina omnipotens eſt? Nónne omnia quæ voluit dominus fecit in cœlo & in terra? Ergo ſecundum id quod non potuit latere, ſecundum id voluit neminem ſcire. At conſtat eum ſecundum humanitatem non potuiſſe latere, quia ſecundum illam non erat omnipotens, ergo ſecundum eandem voluit neminem ſcire: & ſecundum diuinam voluntatem non ita voluit: ergo alia eſt voluntas diuinitatis, & alia humanitatis. Præterea cũ Chriſtus eſſet proximus paſſioni, dixit: Pater, ſi vis transfer calicem iſtum à me. Veruntamen non mea voluntas, ſed tua fiat. Vides hic expreſſe duas Chriſti voluntates nominatas, vnam diuinitatis, aliam humanitatis? Nam ſi vna tantum eſſet Chriſti voluntas, videlicet diuina, quomodo fieri poſſet, quòd Chriſtus patrem oraret, dicens: Non mea, ſed tua voluntas fiat? Non enim eſt poſsibile, vt voluntas patris impleatur, voluntas autem filii non, quum vna ſit patris & filii voluntas. Sed quia duæ ſunt in Chriſto voluntates, vna diuinitatis, quæ eadem eſt cum voluntate patris, ſecundum quàm nihil à patre petit: alia humanitatis, ſecundum quàm quodãmodo paſsionem nolebat: ideo ſuam voluntatem, id eſt, humanam, poſtponens diuinæ, dicit: Non mea voluntas, ſed tua fiat. Rurſum, beatus apoſtolus Paulus de Chriſto loquens, ait: Factus eſt obediens vſq; ad mortem, mortem autem crucis. Non fuit autem obediens ſecundum naturam diuinam, quia obedientia ſubiectionem quandam denotat. Secundum autem naturam diuinam non erat ſubiectus patri, quia ſecundum illam non rapinam arbitratus eſt eſſe ſe æqualem deo. Secũdum humanam ergo naturam factus eſt obediens. Obedientia autem voluntaria quædam eſt ſubiectio, & ſine voluntate obedientia eſſe nequit. Illud enim quod per vim & coactionem fit, non fit per obedientiam. Cùm ergo Chriſtus ſecundum humanitatem factus fuerit obediens patri vſque ad mortem, oportet neceſſariò vt ſecundum eandem humanitatem volũtatem habuerit, ſecundum quàm pati voluit. Contra hanc hæreſim celebratum eſt cõcilium Conſtantinopolitanum, quod ſexta ſynodus appellatur, ſub Agathone papa. Poſt lõgas ergo de hac re collationes, & diſputationes in hoc cõcilio habitas, tãdem actione decimaſeptima ſic definitur: Iuxta quod olim prophetæ de eo, & ipſe nos dominus Ieſus Chriſtus erudiuit, & ſanctorũ patrum nobis tradidit ſymbolum, duas naturales voluntates in eo, & duas naturales operationes, indiuiſe, incõuertibiliter, inſeparabiliter, inconfuſe, ſecundum ſanctorum patrum doctrinam ad æque prædicamus, & duas naturales voluntates, non contrarias (abſit) iuxta quod impii aſſeruerunt hæretici, ſed ſequẽtem humanam eius voluntatem, & non reſiſtentem vel reluctantem, ſed potius ſubiectam diuinæ eius atque omnipotenti voluntati. Oportebat enim carnis voluntatem moueri, ſubiici verò voluntati diuinæ, iuxta ſapientiſsimum Athanaſium. Sicut enim eius caro Dei verbi dicitur & eſt: ita & naturalis carnis eius voluntas, propria verbi dicitur & eſt: ſicut ipſe ait: Quia deſcẽdi de cœlo, non vt faciam voluntatẽ meam, ſed eius qui miſit me patris. Suam propriam dicens voluntatem, quæ erat carnis eius. Hæc concilium Conſtantinopolitanum. Contra hanc hæreſim nullum reperi ſcriptorem, præter Damaſcenum, qui tertio libro de fide orthodoxa, capite decimoquarto de hac re diſputat, non nominato, vt ſolet, erroris autore. Vnde ſuſpicio mihi oritur, Macharium illum Antiochenum epiſcopum, non fuiſſe primum huius hæreſis inuentorem, ſed alium quempiam multò illo vetuſtiorem, fuiſſéque ſtatim ſepultam, ac poſtea per Macharium ſuſcitatam. Nam Ioannes Damaſcenus, qui contra hanc hæreſim diſputat, per aliquot ſecula præfatum Macharium præceſſit. Vixit enim Ioannes Damaſcenus (ſi Ioanni Trithemio credimus) ſub Theodoſio iuniore, circa annum domini. 450. Macharius autem hic floruit ſub Agathone papa, huius nominis primo, &, vt diximus, damnatus eſt in ſexta ſynodo, quæ, iuxta computationem Mariani Scoti, celebrata eſt anno domini ſexcẽteſimo nonageſimo octauo. Et Petrus Lombard. tertio libro Sentẽtiarum, diſtinctione decimaſeptima de hac re agit, quamuis breuiter & perfunctoriè. Qui autem plenius de hac re edoceri cupit, legat acta ſextæ ſynodi, in qua ſatis diffuſè hoc negociũ inquiritur. Huius hæreſis nunquam meminit Guido Carmelita in ſua ſumma de hæreſibus, quod valde miror, cum ſit viris doctis notiſsima. Vnde conuincitur, eum non legiſſe acta ſextæ ſynodi. Apparet etiam quod aliàs diximus, eum in veteribus hæreſibus recenſendis, nullum alium legiſſe præter opuſculum Auguſtini de hæreſibus, aut capitulum quoddam Iſidori in ſuis Etymologiis, in quo enumerat hæreſes, quæ ad ſuum vſque tempus præceſſerunt. Cum enim neque Auguſtinus, neque Iſidorus hanc hæreſim numeret, vtpote vtroque poſteriorem, ideo Guido illius non meminit.

Ioan. 5. *Mar. 7.* *Luc. 22.* *Philip. 2* *Concilium Conſtantinopo.* *Ioan. 3.*

Septima hæreſis nimis ingrata eſt Chriſto redemptori noſtro, quoniam non agnoſcit beneficium ab eo nobis collatum. Negat enim Chriſtum crucifixum fuiſſe, ſed Simonem Cyrenæum, qui angariatus ſuſtulit crucem. Huius erroris autor fuit impius Baſilides apoſtolorum tempore, de quo Euſebius libro quarto Hiſtoriæ eccleſiaſticę, capite octauo loquitur. Poſt hũc pauco tempore elapſo Marcus, à quo

Baſilid. Marc.

Marcitæ hæretici dicti ſunt, eidem adhęſit errori, dicens Chriſtum non verè, ſed putatiuè paſſum fuiſſe. Contra hunc errorem piget teſtimonia ſcripturæ adferre, cum vtrunque teſtamentum plenum ſit teſtimoniis paſſionis Chriſti. Et dimiſſo veteri, in quo ferè omnia per figuras & ænigmata dicta ſunt, quatuor Euangeliorum apertiſſima eſt hiſtoria enarrans Chriſti paſsionem. Nullus autem eorum ait Cyreneum fuiſſe paſſum, ſed ſolum portaſſe crucem, cui poſtea fuit Chriſtus affixus. Et Paulus hoc ſępiſsimè
1.*Cor.*1. in ſuis epiſtolis docet. In priore enim epiſtola ad Corinthios ait: Nos autem prædicamus Chriſtum cru-
1*bidem.*2. cifixum. Et iterum: Nihil me ſcire iudicaui inter vos, niſi Ieſum Chriſtum, & hunc crucifixum. Et vt omnia alia omittam, Petrus apoſtolus eo die, quo ſpiritum ſanctum recepit cum aliis, prædicans populo,
*Act.*2. ait: Viri Iſraëlite, audite verba hęc, Ieſum Nazarenum, virum approbatum à deo in vertis, virtutibus, & prodigiis, & ſignis, quæ fecit Deus per illum in medio veſtri, ſicut ſcitis: hunc definito concilio & præſcientia Dei traditum, per manus iniquorum affligẽtes interemiſtis. Et infrà: Certiſsimè ſciat ergo omnis domus Iſrael, qui & dominum eum & Chriſtum fecit Deus hũc Ieſum, quem vos crucifixiſtis. Qui ergo per paſsionem ſuam mortuus eſt, quomodo nõ verè, ſed putatiuè paſſus eſt? Quòd ſi non verè paſſus eſt, falſa eſt prædicatio Pauli. Contra talem inſaniam non eſt opus plura adferre: quia, vt à principio C
ſtatuimus, contra eos ſolos nunc agimus, qui Chriſto nomina per baptiſmum dederunt. Qui verò hæc
1.*Cor.*1. aſſerunt, aut Ethnicos, aut Iudæos ſe eſſe oſtendunt, quoniam (vt ait Paulus) prædicare Ieſum Chriſtum crucifixum, Iudæis eſt ſcandalum, Gentibus autem ſtultitia.

OCtaua hæreſis eſt non minus ingrata ipſi Chriſto, non agnoſcens etiam beneficium tam immenſum, quale nobis cõtulit, videlicet redemptionem noſtram. Huius hæreſis autor eſt quidam Baſſus
Baſſus. nomine, ſub apoſtolorum temporibus, de quo apud ſolum Philaſtrum reperio mentionem factam fuiſſe. Hic Baſſus dixit, non ſperari ſalutem neque in Chriſti maieſtate, neque in eius ptæſentia corporali. Hunc errorem longo poſtea tempore ſuſcitauit Petrus Abailardus, qui dixit non ideo filium Dei fuiſſe incarnatum, vt hominem liberaret. Et vt clarius eius ſtulta mens appareat, verba illius hic inſeram, quæ beatus Bernardus ponit epiſtola. 190. Ideo, inquit, ſicut dicunt doctores, hac neceſsitate incarnatus eſt filius Dei, vt homo, qui aliter liberari non poterat, per mortem innocẽtis iure liberaretur à iugo diaboli. Sed vt nobis videtur, nec diabolus vnquam ius aliquod in homine habuit, niſi fortè deo permittente, vt
Petrus Abailar. carcerarius: nec filius Dei vt hominem liberaret carnem aſſũpſit. Hæc Petrus Abailardus. Ecce nouum alterum Goliath, qui omnibus catholicis doctoribus exprobrat, omnes eos erraſſe, dicens. Verum hic
*Ioan.*14. deo duce petra catholicæ fidei percuſſus, corruet. Primum ergo, quod dicit diabolũ nullum ius aut poteſtatem habere in homine, manifeſtè conuincitur per id, quod Dominus apud Ioãnem ait: Venit enim princeps mundi huius & in me non habet quicquam. Si nullam poteſtatem habebat in homine, quomodo princeps mũdi vocatur? Et apertius oſtẽdit id quod ſequitur, videlicet: & in me non habet quic- D
quam. Quòd ſi in aliis hominibus nullum etiam ius aut poteſtatem habebat, quid opus erat addere: & in me non habet quicquam? Quia tamen per verba præcedentia dixerat diabolum habere poteſtatem ſuper homines, ne quid ſimile de eo putari poſſet, addidit: & in me non habet quicquam. Vt autem nul-
2.*Tim.*2. la noſtra expoſitione aut argumentatione ſit opus, audi beatum Paulum expreſſe hoc dicentem: Nequando, inquit, det illis Deus pœnitentiam ad cognoſcendam veritatem, vt reſipiſcant à diaboli laqueis à quo captiui tenentur ad ipſius voluntatem. Vides hic laqueos diaboli nominari à Paulo: & captiuos homines à diabolo teneri ad eius voluntatem. Præterea, ſi homines capti non erant à dæmone per peccatum, nihil ergo Chriſtus ſua morte operatus eſt: quoniam ſi nos captiui non eramus, certè oportet vt nec redempti etiam ſimus. Non enim redimitur, niſi qui captus eſt. Verùm hoc ingratus & blaſphemus Petrus Abailardus conceſsit, dicens filium Dei non ideo carnem aſſumpſiſſe, vt hominẽ liberaret. Sed error iſte plurimis ſacræ ſcripturæ teſtimoniis damnatur. Et, vt vetus teſtamentum omittam, ad nouum
*Matt.*1. accedo. Apud Matthæum legimus angelum dixiſſe Ioſeph de virgine Maria ſponſa eius: Pariet autẽ filium, & vocabis nomen eius Ieſum. Ipſe enim ſaluum faciet populum ſuum à peccatis eorum. Et apud
*Ioan.*3 Ioannem idem Chriſtus ait: Non enim miſit Deus filium ſuum in mundum vt iudicet mundum, ſed vt ſaluetur mũdus per ipſum. Et in cœna vltima carnem ſuam dans in cibum diſcipulis ſuis, ait: Hoc eſt
*Luc.*20. corpus meum, quod pro vobis tradetur. Et calicem porrigens, ait: Hic eſt calix nouum teſtamentum in
*Gal.*4 ſanguine meo, qui pro vobis fundetur. Et beatus Paulus ait: Vbi venit plenitudo temporis, miſit Deus
*Ephe.*2. filium ſuum factum ex muliere, factum ſub lege, vt eos qui ſub lege erant, redimeret, vt adoptionem filiorum reciperemus. Et alibi: Deus autem qui diues eſt in miſericordia, propter nimiam charitatem
*Col.*2 ſuam, qua dilexit nos, & quum eſſemus mortui peccatis, conuiuificauit nos Chriſto, cuius gratia eſtis A
ſaluati. Et in alio loco: Et vos quum mortui eſſetis in delictis, & præputio carnis veſtræ, conuiuificauit cum illo, donans vobis omnia delicta, delens quod aduerſum nos erat chirographum decreti, quod erat
1.*Pet.*1. contrarium nobis: & ipſum tulit de medio, adfigens illud cruci: & expolians principatus & poteſtates, traduxit confidenter, palam triumphans illos in ſeipſo. Et beatus Petrus apoſtolus ait: Scientes quòd non corruptibilibus auro vel argento redempti eſtis de vana veſtra conuerſatione paternæ traditionis, ſed precioſo ſanguine quaſi agni incontaminati & immaculati Chriſti. Poſtremò illa quatuor animalia & vigintiquatuor ſeniores, quos Ioannes vidit cecidiſſe coram agno, cantabant dicentes: Dignus es accipere librum, & aperire ſignacula eius, quoniam occiſus es, & redemiſti nos Deo in ſanguine tuo, ex
*Apoc.*5. omni tribu, & lingua, & populo, & natione. Ecce iſti, qui redẽptione per Chriſtum facta iam fruebãtur agnoſcunt redemptionem. Petrus autem Abailardus, quoniam per peccatũ in captiuitate diaboli detinebatur, non agnoſcebat redemptionem. Contra hoc, ſunt plurium conciliorum definitiones. In ſymbolo fidei ædito in cõcilio Nicæno ſic de Chriſto filio Dei dicitur: Qui propter nos homines & propter noſtram ſalutem deſcẽdit de cœlis, & incarnatus eſt, atque homo factus, paſſus mortuus eſt, & reſurre-

xit tertia

xit tertia die,aſcendit ad cœlos,venturus iudicare viuos & mortuos.Hæc cõcilium Nicænum.Et eadẽ ferè verba ponuntur in ſymbolo facto in concilio Conſtantinopolitano,quod ſecũda ſynodus dicitur. Cõcilium Epheſinum,quod tertia ſynodus dicitur,in vltimo capitulo ſuorum Decretorum ſic ait: Eſt
B enim ineptum & ſtultum hoc dicere,quòd is qui ante omnia ſecula eſt conſempiternus patri,ſecundæ generationis eguerit vt eſſe inciperet:ſed quia propter noſtram ſalutem,naturam ſibi copulauit humanã,& proceſſit ex muliere:idcirco dicitur eſſe natus carnaliter.Hæc cõcilium Epheſinum.Et idem dicit conciliũ Chalcedonẽſe, quod quarta ſynodus dicitur. Ecce cõtra Petrum Abailardum omnia quatuor cõcilia,quę beatus Gregorius dicit ſe venerari tanquam quatuor Euãgelia. Obmuteſcat ergo Petrus Abailardus,& ſuam compeſcat ſuperbam arrogantiam,qua non eſt veritus cõtra omnium ſacrorum doctorum concordem doctrinam ſentire.Contra hunc errorem nullum reperi ſcriptorem,præter beatum Bernardum,qui in quadam epiſtola ad Innocẽtium papam,quę eſt in ordine.190.de hac re diſputat,à quo aliquid hauſimus.Huiꝰ hæreſis etiam nõ meminit Guido,imò nec ipſius Petri Abailardi vllam vnquam facit mentionem.

NOna hæreſis negat in Chriſto fuiſſe ſpiritum timoris domini.Et hoc venenum etiam eſt à Petro Abailardo inuentum,quemadmodum illi impingit beatus Bernardus illa eadem epiſtola,videli- *Petrus Abailar.*
cet .190. quamuis contra illum non diſputat.Sed eam redarguit & conuincit Eſaias propheta,qui de Chriſto loquẽs,ita ait: Egredietur virga de radice Ieſſe,& flos de radice eius aſcẽdet,& requieſcet ſuper eum ſpiritus domini,ſpiritus ſapientiæ & intellectus,ſpiritus cõſilii & fortitudinis, ſpiritus ſcientiæ & pietatis,& replebit eũ ſpiritꝰ timoris domini.Hęc virga,quę de radice Ieſſe orta eſt,virgo eſt Maria de genere Dauid,qui filius fuit Ieſſe,vt Matthæus narrat.Flos autẽ eſt Chriſtus,qui ait: Ego flos cãpi,& lilium conuallium.Super hũc florem requieuit ille ſeptenarius ſpiritus,quem Eſaias expreſſit, id eſt,ſeptẽ eiuſdem ſpiritus ſancti dona,inter quæ ſpiritus timoris domini numeratur.Pręterea,quid tre- *Eſaiæ.11.* *Cant.2.*
C pidat ponere in Chriſto ſpiritum timoris domini? An fortè quia timor eſt imperfectorum, ſecundum quod Ioan,ait: Perfecta charitas foras mittit timorem? Et ideo fortè Petrus Abailardus timẽs negare in Chriſto fuiſſe perfectam charitatem,negauit in eo fuiſſe ſpiritum timoris.Quòd ſi ita eſt,trepidauit certè timore,vbi non erat timor.Neſciuit enim multiplicem eſſe timorem domini.Quidam nãque eſt timor domini ſeruilis,cum videlicet quis propter odium pœnæ,quã timet,fugit peccatum: qui timor ſeruilis dicitur,quia ſerui talem timorem cõſueuerunt habere.Dicitur etiam initialis,quia via quædam eſt & initium ad bonum.Vna enim pars iuſtitiæ eſt,declinare à malo,ad quã introducit hic ſeruilis timor,& ideo initialis vocatur,de quo dicitur: Initium ſapientię eſt timor domini.Hic timor eſt imper- *1. Ioan.4.* *Pſal. 110.*
fectorum,quia perfecta cuiuſcunque operis executio à charitate ortum habere debet.Hic autem timor nõ oritur à charitate,ſed ab odio pœnæ.Hunc timorem perfecta charitas foras mittit: quoniam qui ſic iam Deum diligit,vt ex amore eius cuncta operetur,tunc iam deſinit agere propter odium pœnæ.Qui enim ex odio pœnæ agit,quaſi coactus à pœna quam timet,agit: quàm ſi ſciret nunquam fore infligẽdam,deſiſteret ab actione.Qui verò ex amore agit,mere liberè agit. Hunc timorem Chriſtus non habuit,quia perfectiſſimam habuit charitatem,quæ illum non permittebat.Alius eſt timor domini filialis,cum quis ſcilicet fugit malum ex ſolo amore patris,ne videlicet offẽdat patrem: qui ideo dicitur filialis,quia tali timore bonus filius timere debet patrem.Et hunc non ſolum non expellit charitas, imò eum producit charitas,& ab ea ortum habet.Et hunc timorem habuit Chriſtus,quia à multis, imò ab
D omnibus malis declinauit,& non timore alicuius pœnæ,ſed ex ſolo Dei amore. Ergo fuit in eo timor filialis.Quòd ſi adhuc contendas,dicens hunc timorem filialem habere immixtam quandam pœnam, & ob hoc illum dicas non fuiſſe in Chriſto,cuius anima fuit beata ab origine ſuæ cõceptionis: hoc nihil obſtat: quia etſi eius anima fuit beata,nihilo minus triſtabatur in paſſione,quæ triſtitia multo grauior fuit pœna,quàm illa,quę eſt immixta timore filiali.Ergo qui potuit triſtari quum eſſet beatus, timere etiã potuit pręcipuè timore filiali,cuius ſi aliqua eſt pœna,mitiſſima certè eſt.Rurſum, beati qui iam extra omnem pœnam ſunt,timẽt dominum,vt Propheta ait: Timor domini ſanctus permanet in *Pſal.18.*
ſeculum ſeculi.Chriſto ergo nihil ſua beatitudo obſtare potuit,quin Deum timuerit. Verum hoc Prophetæ dictum,de quodam alio timore interpretantur,quem vocant reuerentialem,qui non eſt aliud, quàm quædam ipſius Dei reuerentia: & hunc dicunt habere beatos. Quòd ſi hic ſit à timore filiali diſtinctus,& timorem filialem negent ineſſe beatis,ſed ſolum quem appellant reuerentialem, nõ tamen per hoc euadet Petrus Abailardus,quin aliquis ſpiritus timoris domini(vt Eſaias dixit) fuerit in Chriſto: quoniam cum Chriſtus præ omnibus reueritus ſit Deum,adeò vt propter illam reuerentiam Pau- *Heb.5.*
lus dicat eum à Deo fuiſſe exauditum: cõſequens eſt,vt etiam ſupra omnes Deum timuerit hoc timore quem vocant reuerẽtialem.Non eſt ergo cur Petrus Abailardus trepidet Chriſto tribuere timorem: quoniam etſi nõ habuit timorem ſeruilem,quem perfecta charitas foras mittit,habuit tamen timorem filialem aut reuerentialem,quem perfecta charitas producit.

DEcima hæreſis aſſerit Chriſtum ſuſtinuiſſe vulnus lanceæ cum adhuc viuus eſſet.Huius erroris autor fuit quidam Petrus Ioãnis,vt Guido carmelita illi impingit.Et certè miror quod homo qui vel *Petrus Ioannis.*
parum latine ſciat, & legat Euangelium Ioannis, in hunc incidat tam apertum errorem: niſi fortè ſuperba eius malitia illum excæcante: quoniã beatus Ioãnes enarrãs paſſionem Chriſti,poſt multa tor-
A menta quæ Chriſto illata eſſe dicit,de morte eius ſic ait: Cum ergo accepiſſet Ieſus acetum,dixit: Cõſummatum eſt.Et inclinato capite tradidit ſpiritum.Iudæi ergo,quoniã paraſceue erat,vt nõ remanerẽt in cruce corpora ſabbato (erat enim magnus dies ille ſabbati) rogauerunt Pilatum, vt frangerẽtur *Ioan.19.*
eorum crura,& tollerentur.Venerũt ergo milites,& primi quidem fregerũt crura,& alterius qui crucifixus eſt cum eo.Ad Ieſum autem cum veniſſent,vt viderũt eum iam mortuum,nõ fregerũt eius cru-

ra,ſed vnus militum lancea latus eius aperuit,& continuo exiuit ſanguis & aqua.Et qui vidit, teſtimoniũ perhibuit,& verũ eſt teſtimoniũ eius.Et ille ſcit quia vera dicit,vt & vos credatis.Hucuſque beatus Ioãnes in euãgelio.Ex iſtorum autem verborum ordine clariſſime patet Chriſtum fuiſſe iam mortuum cum latus enim fuit lancea percuſſum.Etſi ergo ãgelus de cœlo aliud annunciaret nobis,non eſſet credendus.Neque cauſa deuotionis aut contemplationis licet mẽdacium fingere.Iſte autẽ vt augeret dolores paſsionis Chriſti,dicebat licitè poſſe dici & cõtemplari Chriſtũ fuiſſe percuſſum lãcea,cum adhuc viuus eſſet.At Deus non indiget mẽdacio noſtro.Ideo meritò error iſte damnatus eſt in concilio

C onciliũ Viennẽſe. Viennenſi ſub Clemente papa.5.Huius autem concilij definitio habetur in volumine Clementinarum Decretalium titulo de ſumma trin.& fide catho.Vbi poſtquam citauit illum locum Ioannis quem nos proximè narrauimus,ſic definitur: Nos igitur ad tam præclarum teſtimonium,ac ſãctorum patrum & doctorum communem ſententiam,apoſtolicæ cõſiderationis,ad quam duntaxat hæc declarare pertinet,aciem conuertentes,ſacro approbante concilio declaramus prædictum apoſtolum & euãgeliſtam Ioannem rectum in præmiſsis factæ rei ordinem tenuiſſe,narrãdo quod Chriſto iam mortuo vnus militum lãcea latus eius aperuit.Hæc concilij Viennenſis definitio,cui magis quemlibet credere oportet, quàm phantaſticis hæreticorum imaginationibus. B

Cerinth°. VNdecima hæreſis eſt quæ negat Chriſtum ſurrexiſſe.Huius hæreſis magiſter eſt Cerinthus,de quo iam aliâs diximus.Hic (vt Auguſtinus teſtatur) dixit Chriſtum non ſurrexiſſe,ſed aliquando ſurrecturum.Hæc hæreſis adeò faciliter reuincitur,vt qui eam tutari velit,cogatur negare omnia quatuor Euãgelia,quæ conſona voce affirmãt Chriſtum ſurrexiſſe.Nam Matthæus vltimo ſui Euangelij capite, & Marcus etiam vltimo,& Lucas vltimo,& Ioannes penultimo ſui Euangelii capite,omnes hi vnanimes teſtãtur Chriſtum ſurrexiſſe.Præterea,ſi Chriſtus non reſurrexit,ergo ipſe mendax eſt inuẽtus,qui apoſtolis ſuis prædixerat ſe poſt paſsionem ſuam & mortem reſurrecturum.Falſa etiam oportuit eſſe argumẽta & ſophiſtica,quibus(vt Lucas ait)ſuam reſurrectionem probare voluit.Sic enim ait:Quibus

Act.1. & præbuit ſeipſum viuum poſt paſsionem ſuam in multis argumentis,per dies quadraginta apparens

1.Cor.1. eis,& loquẽs de regno Dei.Rurſum,Si Chriſtus nõ reſurrexit(ait Paulus)inanis eſt prædicatio noſtra, inanis & fides veſtra.Inuenimur & falſi teſtes Dei,quoniam teſtimonium diximus aduerſus Deum, quòd ſuſcitauerit Chriſtum, quem non ſuſcitauit. In re igitur tam aperta ſuperfluum eſſet longam texere diſputationem.

Apelles. DVodecima & vltima,quam de hac re reperio hęreſim,eſt quæ aſſerit Chriſtum in cœlos ſine carnę aſcendiſſe.Hanc hæreſim docuit Apelles,& cum ipſo Apelle quod ſciam,ſepulta fuit.Hic(vt Auguſtinus ait) dixit Chriſtum ſine carne reſurrexiſſe, & ſine eadem in cœlum aſcendiſſe. Quid hac ſententia fabuloſius dici poteſt?Nulla ſiquidem ratione mouetur,nullo argumento fulcitur,nulli fun-

Ioan.20. damento innititur.ſed merum ſomnium aut pura fabula apparet.Si Chriſtus ſine carne reſurrexit:quis C fuit ille quem in medio diſcipulorum cõſtitutum octaua reſurrectionis die Thomas tetigit?Cuius erãt illæ manum cicatrices,& lateris vulnus,quæ Thomæ oſtendit,& palpãda præbuit? Diuinitas ſiquidẽ nec oculis corporeis videri poterat,nec manibus tãgi,nec cicatrices ſuſtinere. Prętęrea,diſcipulis apparens Chriſtus poſt reſurrectionem,illiſque conturbatis & conterritis,eó quód exiſtimarẽt ſe ſpiritum

Luc.vlt. videre,dixit: Quid turbati eſtis,& cogitationes aſcẽdũt in corda veſtra? Videte manus meas,& pedes meos,quia ego ipſe ſum.Palpate & videte,quia ſpiritus carnẽ & oſſa nõ habet,ſicut me videtis habere. Et cum hoc dixiſſet,oſtendit eis manus & pedes. Adhuc autem illis non credẽtibus, & mirãtibus prægaudio dixit: Habetis aliquid quod mãducetur? At illi obtulerũt ei partem piſcis aſsi,& fauum mellis. Et cum mãducaſſet coram eis,ſumens reliquias dedit eis.Quo modo ergo ſine carne reſurrexit,qui re-

Act.7. ſurgens,manus & pedes habet,fauum mellis comedit? Rurſum,ſi Chriſtus ſine carne aſcendit in cœlum,quis eſt ille quem Stephanus in perſecutione poſitus vidit,dicens:Ecce video cœlos apertos,& filium hominis ſtantem à dextris virtutis Dei? At filius Dei,ſi carnẽ ſecludas,non amplius dicetur filius

Act.1. hominis.Accedit ad hæc,quòd Chriſto aſcendente in cœlum,angeli dixerunt Apoſtolis: Viri Galilęi, quid ſtatis aſpicientes in cœlum? Hic Ieſus qui aſſumptus eſt à vobis in cœlum,ſic veniet quemadmodum vidiſtis eum euntem in cœlum.At cum Ieſus in forma humana ſit iudicaturus, conuincitur vt in forma etiam humana aſcenderit.Aduerſus tam apertum mendacium,& tam claram dementiam, non eſt opus plura adferre.Et certè puderet me iſta narrare,ſi illos hæreticos fuiſſet puditũ illa aſſerere.Sed cùm eorum inſaniæ iam vulgatæ ſint,& per multos ſcriptores qui de illis mentionem fecerũt, narratæ: D neceſſe fuit eas,hic inſerere,vt cum aliis hæreſibus damnarentur.

CONCILIVM.

DE hac re vnum ſolum reperio errorem omnibus fermè hæreticis communem.Omnibus nãq; hæreticis ſemper fuit,& hucuſque eſt proprium,conciliorum autoritati detrahere,eamq; pro viribus imminuere: quoniam vident nihil eſſe adeò efficax ad eorum effrænatam audaciam reprimendam, ſicut eſt concilii generalis autoritas.Quapropter cùm hæretici omnes obſtinatè ſuos tueantur errores,

Arrius. euenit vt ſi fortè eorum aliquis error per concilium fuerit damnatus,ad hoc eis commune aſylum con-

Neſtori°. fugiant,dicentes concilium in tali definitione erraſſe.Hoc egit Arrius.Cum enim damnatus fuiſſet in

Eutyches, concilio Nicæno,ille & eius ſequaces acquieſcere nolentes definitioni concilii,dixerunt concilium er-

Dioſcor°. raſſe.Ad eundem modum ſe habuit Neſtorius in concilio Epheſino damnatus, vt ille & eius fautores

Ioannes Huſs. ſuam ſententiam concilii Epheſini decreto præponerẽt.Nec aliud fecêre Eutyches & Dioſcorus in cõcilio Chalcedonenſi damnati. Notiſſima eſt etiam hiſtoria de Ioan.Huſs.Bohemo, qui cum amplexus

fuiſſet

fuiſſet doctrinam Ioan. Vuicleph, & eam vidiſſet in concilio Cõſtantienſi damnari, nec tamen propter hoc deſtitit ſuum mordicus tenere errorem, dicens concilium Conſtantienſe erraſſe in condemnatione Ioannis Vvicleph. Poſtremus omnium Lutherus cum à principio prædicationis ſuorum errorum, concilium appellaſſet, timens poſtea ne fortè concilio congregato ſua venenoſa dogmata damnarentur, addidit hoc aliud venenum, dicens concilium generale quantumlibet probè (vt decet) congregatum, poſſe in fide & moribus errare, & concilium Conſtantienſe erraſſe in condemnatione Ioannis Huſs. *Lutherus*

A Aduerſus ergo horum omnium hæreticorum dementiam hoc probandum eſt, concilium generale rectè congregatum non poſſe errare in fide. De conciliis autem particularibus, quę in ſingulis prouinciis fiunt, non eſt mens noſtra diſputare, quoniam illa talia errare poſſunt, & aliqua eorum erraſſe compertum eſt. Concilium certè Carthaginenſe octoginta epiſcoporum, cui interfuit beatus Cyprianus martyr, errauit, definiens hæreticos & ab hæreticis baptizatos fore rebaptizandos. Et alia multa celebrauerunt Donatiſtæ concilia, in quibus ipſi iactabant ſe habere multas epiſcoporum centurias. Et de his quòd errauerint non dubitamus. Verum etſi hæc aut alia ſimilia prouincialia concilia errauerint eorum error non obeſt toti eccleſiæ, cùm huiuſmodi error per definitionẽ generalis concilii corrigatur, quemadmodum docet beatus Auguſtinus libro ſecundo contra Donatiſtas, ſic dicens: Et ipſa concilia quæ per ſingulas regiones vel prouincias fiunt, plenariorum conciliorum autoritati, quæ fiunt ex vniuerſo orbe Chriſtiano, ſine vllis ambagibus cedere, cum experimento rerum aperitur. Hæc Auguſtinus. De ſolis ergo conciliis generalibus rectè congregatis dicimus ea errare non poſſe. Vt autem hoc clarè comprobemus, oportet eos percontari, vtrum ſit aliquis certus modus quo errans in fide doceri poſſit, vt reuocatus ab errore, certam teneat fidei regulam. Si dicant nullum talem modum eſſe certum, duo ſequuntur inconuenientia. Primum, quòd non rectè & ſufficienter Deus eccleſiæ ſuæ prouiderit. Secundum, quòd nullus quantũlibet in fide errauerit, per hoc peccabit: quia videlicet immedicabili ignorantia laborat. Impium enim eſt dicere vt Deus obligauerit aliquem ad id quod ſi bi impoſſibile eſt. Si nulla *Auguſt.*

B patet via certa qua ab errore reuocari poſſit, erit ergo illi impoſſibile certam tenere fidei regulam: quapropter cum ea caruerit, non peccabit. Si aurem dicant aliquam eſſe viam certam qua doceri poſſit vt relicto errore ad rectam fidem redeat, hæc non erit hominis cuiuſlibet particularis doctrina, quoniam quilibet particularis homo errare poteſt in fide, etiam ſi papali dignitati fulgeat. Erit ergo via certa concilii generalis rectè congregati definitio. Quòd ſi ipſum cõcilium etiam errare poſſet, nec iſta eſſet certa via: adhuc eſſemus dubii an concilium ipſum rectè ſenſerit, an malè. Quo facto, ſemper eſſemus hæſitantes, & ſimiles (vt ait beatus Iacobus) fluctui maris qui à vento mouetur & circunfertur. Verum hic Lutherus & ſui complices viam certiſsimam eſſe aiunt ſcrutinium ſcripturarum, penes quas dicunt eſſe iudicium omne ad contentiones de fide ſubmouendas: quoniam Chriſtus dixit: Scrutamini ſcripturas, quoniam illæ teſtimonium perhibent de me. Quibus obiicimus, quòd ex illa autoritate ſolum habetur ſcripturas locum tenere teſtium, & non locum iudicis. Non enim dixit: Scrutamini ſcripturas, quoniam illæ iudicium ferunt de me, ſed dixit: Scrutamini ſcripturas, quoniam illæ teſtimonium perhibent de me. At teſtium officium non eſt ferre ſententiam, ſed ſolum teſtimonium dicere. Ad iudicem verò ſpectat teſtium dicta audire & ſcrutari: quibus auditis, iuxta eorum teſtimonium ſententiam dicit. Quapropter fatemur, iuxta ſcripturæ ſacræ teſtimonium ſententiam eſſe dicendam: verùm opus eſt iudice qui teſtium dicta inquirat, audiat, ſcrutetur: quo ſublato, etiam ex ſcripturæ ſacræ teſtimonio non poteſt certitudo fidei haberi, quoniam ipſam eandem ſcripturam quiſque pro ſuo arbitratu interpretabitur. Arrius certè plures ſcripturæ locos pro ſui erroris confirmatione adferebat. Neſtorius (vt Gennadius in catalogo ſcriptorum eccleſiaſticorum ait) ſexaginta ſcripturæ teſtimoniis ſuam hæreſim confirmare nitebatur. Et quis hæreticus ſuam hæreſim non conatus eſt ſcripturæ autoritatibus probare? Si enim quempiam hæreticum noua docentem interroges, vnde hoc probas, quòd catholicæ eccleſiæ antiquam fidem dimittere debeam: ſtatim ille mille teſtimonia, mille exempla, mille adfert autoritates, de lege, de pſalmis, de Apoſtolis, de Prophetis, quibus perperam interpretatis ſuum venenoſum *Iacob.1.* *Ioan.5.*

C dogma confirmet. Quo pacto ergo tunc ſcriptura erit iudex, cùm ea pro libito hæreticus iuxta ac catholicus vtatur? Arrius & Athanaſius contendunt de conſubſtantialitate filii. Arrius pro ſe adfert illud Chriſti dictum: Pater maior me eſt. Athanaſius ſuam & catholicam fidem confirmat per illud quod Chriſtus dixit: Ego & pater vnum ſumus. Vterque eorum dicit ſe ſcrutatum fuiſſe ſcripturas, & quòd illæ teſtimonium perhibent de ſua doctrina. Non eſt ergo ſufficiens & certa via ſcrutinium ſcripturarum, quoniam eas quiſque pro libito interpretatur. Opus eſt ergo iudice, qui ſententiam dicat de interpretatione illarum ſcripturarum, quis ſit verus earum ſenſus. Is autem iudex, vt nos certos ſua ſententia reddat, oportet vt talis ſit qui falli non poſsit. Particularis autem homo, quicunque is ſit, falli poteſt. Erit ergo neceſſariò generale concilium talis iudex qui falli non poteſt, & nos certos de vera fide per ſuam ſententiam faciat. Aut ergo nullus eſt iudex infallibilis cui certò credere teneamur, aut concilium generale erit talis iudex qui falli non poſsit. Quòd ſi nullũ eſſe talem iudicem dicas cui certò credere teneamur, qualem, bone Deus, tunc haberemus eccleſiam? quàm inconſtantem, quàm dubiam, quàm hæſitantem? ipſo certè Proteo mutabiliorem. Quomodo non vacillabit omnis Chriſtianorum fides, ſi non eſt certum cui credere teneamur? Et certè ſi quiſque bene conſideret, fomentum omnium hæreſum validiſsimum eſt, dicere quòd concilium generale rectè congregatum errare poſsit: quoniam illo admiſſo, omnes hæreſes per conciliorum autoritatem damnatæ reſurgent, & nulla inuenietur via *Ioan.14.*

D qua illas ab eccleſia reiicere valeamus. Nam ſi ſcripturis ſacris contra eos agatur, ſtatim eas aut omnino reiicent, eas eſſe canonicas negantes, aut perperam interpretabuntur, & ad ſuum ſenſum detorquebũt, ſicut eos feciſſe, & nunc facere experientia docet. Et ita eccleſiæ facies eſſet omnio confuſa, & turpis,

& miſera. Præterea, in conciliis generalibus rectè (vt decet) congregatis, adeſt ſpiritus ſanctus eorum moderator & rector, qui eos in fide inſtruat. Quapropter ſicut nec ſpiritus illis aſsiſtens errare poteſt, ita
*Matt.*18. nec ipſa concilia quæ ab eo diriguntur. At Deum aſsiſtere ipſis generalibus conciliis rectè congregatis, conuincitur per id quod Dominus ait: Si duo ex vobis conſenſerint ſuper terram de omni re quancunque petierint, fiet illis à patre meo qui in cœlis eſt. Vbi enim ſunt duo vel tres cõgregati in nomine meo: ibi ſum in medio eorum. Quòd ſi hoc promiſſum vides duobus aut tribus in nomine Chriſti congregatis, quid futurum putas cum totum generale concilium fuerit congregatum? Hoc etiam ex concilio
*Act.*15. Hieroſolymæ ab Apoſtolis celebrato clarius patet, vbi Apoſtoli in vnum congregati vt de ceſſatione legalium definirent, ſic ſententiam proferunt: Viſum eſt ſpiritui ſancto & nobis, &c. Rurſum, Eccleſia
*Ioan.*14. habet ſpiritum ſanctum illi aſsiſtentem, & eam gubernantem. Sic enim Chriſtus promiſit: Paracletus autem ſpiritus ſanctus, quem mittet pater in nomine meo, ille vos docebit omnia, & ſuggeret vobis omnia quæcunque dixero vobis. Nec enim hæc verba ad ſolos apoſtolos referenda ſunt: nec illa ſpiritus ſancti miſsio (vt ait Bernardus) propter ſolos apoſtolos facta eſt. Ad quid enim neceſſariæ erant Apoſtolis omnium gentium linguæ, niſi quia omnes gentes docendæ erant? Et ipſamet veritas ait: Ego vo-
Matt. 18. biſcum ſum vſque ad conſummationem ſeculi. Quod verbum nequaquam ad ſolos Apoſtolos referendum eſt, cum illi non eſſent permanſuri in hac miſera vita ad finem vſque mundi. Sed toti eccleſiæ dictum eſt illud, cui Deus promittit ſe ad finem vſque adfuturum. Hoc autem antea ſub nomine Chriſti A
*Cant.*8. Salomon loquens, prædixerat: Vinea (inquit) mea coram me eſt. Chriſtus ergo ſemper eccleſiæ aſtat tanquam ſponſus ſponſæ ſuæ cohabitans, tanquam caput membris ſuis hærens, vt ea vegetet atque regat. At concilium generale (vt in principio huius operis docuimus) eccleſiam vniuerſalem repræſentat. Concilio ergo generali in quo vniuerſa eccleſia repræſentatur, Deus ipſe aſſiſtit, illud docens omnia ad ſalutem neceſſaria. Deinde ſi concilium generale (vt diximus) vniuerſalem eccleſiam repræſentat, ſequitur concilium errare non poſſe in fide & moribus, quia eccleſia quæ per concilium generale repre-
*Matt.*16. ſentatur, non poteſt errare in fide aut moribus. De eccleſia nanque ipſamet veritas ait: Portæ inferi non præualebũt aduerſus eam. Portæ inferi ſunt ſingula mortalia peccata, per quæ fit introitus ad infernum. Quòd ſi vniuerſalis eccleſia in fide aut moribus errare poſſet, portæ inferi præualerent aduerſus eam. Et
*Ioan.*14. apud Ioannem eadem veritas iterum ait: Ego rogabo patrem, & alium paracletum dabit vobis, vt maneat vobiſcum in æternum. Quæ verba non ad ſolos Apoſtolos referenda ſunt, ſed ad vniuerſalem ec-
*Ephe.*5. cleſiam, cui promittit ſpiritus ſancti præſentiam ad finem vſque ſeculi. Et beatus apoſtolus Paulus dicit: Viri diligite vxores veſtras, ſicut & Chriſtus dilexit eccleſiam, & ſeipſum tradidit pro ea vt illam ſanctificaret, mundans eam lauacro aquæ in verbo vitæ, vt exhiberet ipſe ſibi glorioſam eccleſiam, non habentem maculam aut rugam, aut aliquid huiuſmodi, ſed vt ſit ſancta & immaculata. Si ergo Chriſtus exhibuit eccleſiam ſine macula & ſine ruga, qualiter eam inficere poterit hæreſis labes, aut peccati macula?
1. *Tim.*3. Rurſum, idem Paulus in alia epiſtola vocat eccleſiam columnam & firmamentum veritatis: ex quibus verbis conuincitur, vt ipſa errore aliquo inuolui non poſsit. Non enim eſt poſsibile, vt ea quæ columna & firmamentum eſt veritatis, erret. Ex his ergo & aliis plurimis quæ poſſunt adferri, conuincimus generale concilium rectè (vt decet) congregatum, non poſſe in fide aut moribus errare. Dicimus autem concilium tunc eſſe generale, & rectè congregatum, quando pontificis ſummi autoritate con- B
uocantur omnes, quorum intereſt de re illa definire. Sine ſummi pontificis autoritate concilium generale celebrari non poteſt. Hinc non eſt mirum ſi Ariminenſe conſilium errauerit: quia ab hæreticis Arrianis, fauente Conſtantino imperatore, & ipſo Arriana hæreſi infecto, congregatum eſt, contradicente tamen Liberio papa. Quapropter omnia in hoc concilio geſta, Damaſus papa, conuocato poſtmodum Romam concilio, reſcidit prorſus. Eadem ratione concilium Conſtantinopolitanum ſub Conſtantino & Gregorio tertio celebratum, inane eſt & peſtiferum, quia renitente Gregorio tertio congregatum fuit, & contra illius mentem & aliorum catholicorum lata eſt ibi ſententia de imaginibus omnino ab eccleſia tollendis: & ideo hoc fuit poſtea in ſeptima ſynodo quæ Nicæna fuit, ſub Hirene imperatrice damnatum. Nec oportet ad hoc vt concilium dicatur generale, quòd omnes Chriſtiani conuocentur, ſed ſolum illi ad quos ſpectat docere & regere, quales ſunt maiores eccleſiæ, vt epiſcopi & ſimiles. Ad hos enim ſpectat docere & ad alios non. Et hoc valde conſonum eſt rationi. Si enim omnes poſſent docere, omnes definire, ad omnes ſpectaret de fide ſententiam dicere, tunc totum
1. *Cor*, 12. corpus vnum membrum eſſet: Paulus tamen ait: Nam & corpus non eſt vnum membrum, ſed multa. Si dixerit pes: quoniam non ſum manus, non ſum de corpore, non ideo non eſt de corpore: & ſi dixerit auris, quoniam non ſum oculus, non ſum de corpore: non ideo non eſt de corpore. Si totum corpus oculus, vbi auditus? Si totum auditus, vbi odoratus? Nũc autem poſuit Deus membra, vnumquodque eorum in corpore ſicut voluit. Quòd ſi eſſent omnia vnum membrum, vbi corpus? Nunc autem multa quidem membra, vnum autem corpus. Et aliquibus interiectis ſubiungit: nunquid omnes apoſtoli? Nunquid omnes prophetæ? nunquid omnes doctores? Ex quibus pauli verbis conuincimus quoſdam eſſe in eccleſia ad hoc à Deo deſtinatos, vt doceant & definiant: aliorum autem munus eſſe, doceri, & aliorum documenta ſuſcipere. Hi ergo omnes quorum intereſt docere, regere, definire, ii ſo-
*Act.*15. li conuocandi ſunt, non autem promiſcuum vulgus. Cum enim diſſentio eſſet in ipſo eccleſiæ naſcentis exordio de cæremoniis veteris legis, quibnſdam dicentibus eas ſimul cum lege euãgelica debere ſeruari, aliis autem contrarium affirmantibus, congregatum eſt Hieroſolymæ hac de cauſa concilium: ad quod ſolum conuenerunt apoſtoli & ſeniores videre de verbo hoc: & tamen quæ ibi determinanda
*Deut.*17. erant, omnes concernebant. Cui rei ſimillimum eſt id quod in veteri lege Dominus præcepit: Si difficile (inquit) & ambiguum apud te iudicium eſſe perſpexeris inter ſanguinem & ſanguinem, cauſam

& cauſam,

& cauſam,lepram & non lepram,& iudicium intra portas tuas videris verba variari; ſurge & aſcende ad locum quem elegerit dominus Deus tuus,veniesque ad ſacerdotes Leuitici generis, & ad iudicem qui fuerit illo tempore,quæréſque ab eis,qui indicabunt tibi iudicij veritatem, & facies quodcunque dixerint qui præſunt loco quem elegerit dominus, & docuerint te iuxta legem eius: ſequeríſque ſententiam eorum,nec declinabis ad dexteram,neque ad ſiniſtram. Vides hic qualiter ad omne dubitationis vulnus amputandum mittit nos dominus,non ad reges,nõ ad duces,non ad promiſcuam plebem, ſed ad ſacerdotes Leuitici generis,& præcipuè ad ſummum tũc temporis ſacerdotem,ad quem magis quàm ad quẽlibet alium ſpectat (vt aliàs in principio huius operis diximus) de fide definire. Maiores ergo eccleſiæ ad concilium vocãdi ſunt,& nõ promiſcuum vulgus. Quòd ſi aliquis quãtumlibet deiectus ex plebe,etiam non vocatus ad concilium acceſſerit,& velit toti concilio aliquid proferre, dicens ſe habere aliqua quæ ad communem omnium vtilitatem ſpectant,is proculdubio non eſt contemnendus,ſed audiendus,& poſtea ad maiores ſpectabit definire. Vnde Paulus in.1.ad Corinthios epiſtola ait: Si nõ fuerit interpres,taceat in eccleſia,ſibi autem loquatur,& Deo: Prophetæ autem duo aut tres dicant,& cæteri diiudicent. Quòd ſi alii reuelatum fuerit ſedenti,prior taceat. Ex quibus Pauli verbis conſtat eos eſſe audiendos,& non contemnendos,qui id quod ſibi reuelatum fuerit,docere voluerint. Cum ergo omnes quorum intereſt,conuocati ſunt,& ſummi pontificis autoritate congregati: tũc cõcilium generale recte congregatum dicetur. Quòd ſi omnes ſic congregati,vnanimes & concordes, aut eorum maior pars cum ſummo pontifice conſentiat: illa erit certa ſententia,& pro infallibili concilii generalis definitione tenenda. Pro hac re potuiſſem ſacrorum doctorum teſtimonia, & conciliorum decreta adferre,ſed omiſi,quoniam contra damnantes concilia agimus,qui eidem concilio de ſe definienti dicent:: Tu de te ipſo teſtimonium perhibes,teſtimonium tuum non eſt verum. De hac re ſcripſit ſatis tamen breuiter Ioannes epiſcopus Roffenſis in eo opere quod contra captiuitatem Babylonicam Lutheri fecit,duobus articulis,ſcilicet vigeſimo octauo & vigeſimo nono. Scripſit etiam vir doctiſſimus Iodocus Clithtoueus in eo opere quod compoſuit pro aſſertione veritatum in concilio Senonenſi cõtra Lutherũ definitarum cap.3. Dionyſius Riskel Carthuſienſis ante iſtos per annos ſexaginta,ſcripſit de autoritate Concilii libros tres. Huius autẽ opus non vidi,ſed teſtimonio Ioannis Trithemii in ſuo libro de eccleſiaſticis ſcriptoribus hoc habui. Gulielmus Occam in libris dialogorum de hac re pertractat fuſius quàm oportebat,& neſcio an ita ſanè vt veritas poſtulat: quoniam omnia quæ ibidem pertractat,adeò indeciſa reliquit,vt neſcias quas partes tenere velit. Ioannes Gerſon etiam plures ædidit tractatus, in quibus de poteſtate Eccleſiæ & de Conciliorum autoritate diſſerit. Ioannes de turre Cremata in libro de ſumma Eccleſiæ: Ioannes Eckius & alii complures de hac re locupletiſſimè tractant.

D

1. Cor.14

Ioan.8.

A

COITVS.

DE hac re fuit quidam beſtialis & turpis error. Nam Simõ ille Magus,de quo in actibus Apoſtolorum fit mentio,docuit promiſcuum fœminarum vſum eſſe licitum,ita vt quiſque qua vellet vti ſine peccato poſſet. Eandem turpitudinem eodem ferè tempore docuit Saturninus quidam in Syria. In eodem errore fuerunt Nicolaitæ: quapropter de illis dicitur in Apocalypſi: Hoc habes bonum, quòd odiſti facta Nicolaitarum,quæ & ego odi. Hi Nicolaitæ à Nicolao qui vnus fuit ex ſeptẽ diaconis qui cum Stephano in miniſterium viduarum deputati fuerant,occaſionem ſui erroris ſumpſerunt. Ille nãque cùm ab Apoſtolis increparetur de zelotypia vxoris,quam valde pulchram habebat,vt ſe de zelotypia coram Apoſtolis purgaret,vxorem in publicum produxit,dicens,vt qui vellet,ea vteretur: oſtẽdere volens hoc facto ſe nõ eſſe adeò zelotypum,vt ipſi impingebatur. Ex quo facto alii occaſionẽ ſumẽtes crediderunt hoc licitum eſſe,vt quiſque qua vellet fœmina vteretur: qui ab iſto Nicolao originem ſe habere iactãtes,Nicolaitę ſunt appellati. Si quis tamen de hoc amplius noſſe cupit, legat Euſebium libro tertio Eccleſiaſticæ hiſtoriæ,cap.29. Philaſter etiã narrat talem fuiſſe Florianis cõſuetudinem, vt in eccleſia poſt occaſum ſolis,extinctis lucernis,promiſcuè quas vellent mulieres accipientes cum eiſdem miſcerentur. Sed hunc errorem Auguſtinus his Florianis non tribuit,quamuis de illis loquitur in libro de hæreſibus cap.66. niſi fortè alii ſint de quibus Philaſter loquitur,quoniam illi vocãtur à Philaſtro Floriani: at ii quorum Auguſtinus meminit,vocãtur ab eo Florimiani,à Florino quodam illorũ magiſtro ſic dicti. Quis autem fuerit iſtorum Florianorum dux,& quo tempore vixerit, Philaſter non expreſſit,neq; ergo apud alium inuenire potui. Hunc eundem errorẽ promiſcui cõcubitus ſuſcitarunt in Bohemia quidam dicti Adamitæ,quorum princeps & dux fuit quidã Picardus ex Gallia Belgica. Hic enim (vt Æneas Syl. in lib. de orig. Bohemorum refert) in Bohemiã ſub Sigiſmũdo Romanorũ rege penetrauit,qui præſtigiis quibuſdam numeroſam virorum ac mulierum plebem ad ſe traxit, quos nudos incedere iubens, Adamitas vocauit,ſe autẽ filium dei dixit,& Adam vocari præcepit. Suis Adamitis cõnubia promiſcua permiſit: quãuis ſine illius aſſenſu nefas eſſet mulierem cognoſcere,ſed vt quiſque libidine vrẽte in aliquam exarſit,eam manu apprehendit,& adiẽs principem,dicebat ſe illam appetere. Quo audito,ille Picardus eorum princeps reſpondebat: Ite,creſcite & multiplicamini. Hanc eandem hæreſim,ſed cum magis obſcœna & nefãda turpitudine docuerunt Vvaldenſes. Illi enim (vt Guido Carmelita de illis narrat) dixerũt quòd vrẽte carnis libidine,omnis carnalis cõmixtio tam inter viros quàm inter fœminas eſt licita. Et certè miror quòd in cogitationem hominum venire poſſit, non dico vt tale quid faciant,ſed vt licitè illud fieri poſſe credant. Certus enim ſum aliquos fuiſſe maſculorum concubitores,quoniam ſcripturæ ſacræ teſtantur: ſed vix credere poſſum,vt ſic facientes, ſe ma-

B

Simõ Magus.

Saturninus.

Nicolaitæ.

Apoc.2.

Floriani.

Adamitę.

Vvaldenſes.

le facere non credant, aut ſaltem non timeant, conſcientia ſua illos accuſante. Lex enim naturalis, quæ omnium cordibus eſt inſita, & nemine docente ſcitur, docet hoc nefādum & peſſimum ſcelus eſſe fugiendum. Anabaptiſtæ omnium hæreticorum obſcœniſſimi & impudentiſſimi, hoc tempore noſtro docent hanc Adamitarum hæreſim, addētes inſuper quamlibet mulierem obligatam eſſe ad coeundū cum quocumque viro illam petēte, & vice verſa eodem vinculo ligant omnem virum ad tantumdem C reddendum cuicunque mulieri hoc ab illo petenti. Hi omnes hæretici de mendacio conuincuntur, ſi ex ſacris literis oſtenderimus nullum coitum eſſe licitum præter eum qui coniugio mediante inter virum & propriam vxorem habetur. Vt autem hoc clarius appareat, hoc prius ſupponēdum eſt, omnem coitum poſſibilem haberi, eſſe triplicem tantum, videlicet aut cum iumento, aut cum homine maſculo, aut cum fœmina. Coitus cum iumēto, lege naturali damnatus eſt, & eum Deus lege ſcripta damna-

Leui.18. uit, dicens: Cum omni pecore non coibis, nec maculaberis cum eo. Mulier non ſuccumbet iumento,

Leui.20. nec miſcebitur ei, quia ſcelus eſt. Et in eodem libro iterum ait: Qui cum iumēto & pecore coierit, morte moriatur, pecus quoque occidite. Mulier quę ſuccubuerit cuilibet iumento, ſimul interficietur cum

Gene.19. eo. Sanguis eorum ſit ſuper eos. Coitum cum homine maſculo, eadem lex damnat. Nam & Sodomam & Gomorrham ciuitates incendio deſtruxit, ita vt egreſſo Loth, à maximo vſque ad minimum omnes

Leui.18. comburerentur propter peccatum hoc. Et in Leuitico dominus ait: Cum maſculo non commiſcearis

Ibidē.20. coitu fœmineo, quia abominatio eſt. Et iterum: Qui dormierit cum maſculo coitu fœmineo, vterque operatus eſt nefas, morte moriatur. Sit ſanguis eorum ſuper eos. Et apoſtolus Paulus de Gentibus lo-

Rom.1. quens, ait: Propter hoc tradidit illos Deus in paſſiones ignominiæ. Nam fœminæ eorum mutauerunt naturalem vſum in eum vſum qui eſt contra naturam. Similiter autem & maſculi relicto naturali vſu fœminæ, exarſerunt in deſideriis ſuis inuicem, maſculi in maſculos turpitudinem operantes. Et voco hîc coitum cum maſculo, etiam ſi cum fœmina coëat tanquam cum maſculo. Nam coitus ille contra naturam etiam eſt, & ideo damnatus. Omnis enim coitus, ſecundum cuius ſpeciem aut modum gene- D ratio non poteſt haberi, iure naturę reprehenditur. Finis nanque ad quem natura coitum ordinauit, eſt generatio, & multiplicatio ſpeciei: propter quod omnis coitus qui tali modo fit quali impoſſibile eſſet generationem ad fœtum ex illo habere, naturali lege damnatur. Hoc ergo cōtra obſcœniſsimos Vvaldenſes ſufficiat. Reſtat ergo ſolus coitus qui eſt viri cum fœmina. Hic autem coitus tripliciter fieri contingit. Aut enim aliquis coit cum illa quæ ſibi coniugio copulata eſt, aut cum illa quæ etiam coniugio

Leui.20. copulata eſt alteri, aut coit cum ſoluta, quę videlicet non eſt alicui nupta. Si coit cum vxore alterius, talis coitus vocatur adulterium, & ex lege diuina damnatus. Sic etenim lex diuina ait: Si mœchatus quis fuerit cum vxore alterius, & adulterium perpetrauerit cum coniuge proximi ſui, morte moriantur & mœchus & adultera. Et ipſa veritas in euangelio inter opera mala quæ coinquināt hominem, enume-

Matt.15. rat adulteria. De corde enim exeūt (inquit) cogitationes malę, homicidia, adulteria, fornicationes, furta, &c. Coitus verò cum ſoluta, quæ nulli lege matrimonij eſt alligata, vocatur fornicatio: & hic coitus etiam diuina lege damnatur, vt patet ex dicto Saluatoris proximè citato, vbi inter ea quæ coinquinant

Græci. hominem, poſt adulteria enumerauit etiam fornicationes. Græci tamē (vt Guido illis impingit) dicūt ſimplicem fornicationem non eſſe peccatum. Martinus de magiſtris in ſuo libro de temperantia quæſtione ſecunda de luxuria, dicit ſe fateri fornicationem ſimplicem eſſe peccatum mortale: tamen dicit inſuper quòd oppoſitum credere non ſit hæreticum, quia (vt dicit) teſtimonia ſcripturæ ſacræ non ſunt expreſſa, quoniā etſi in pluribus locis prohibeatur fornicatio, tamē poſſunt dicta illa interpretari quòd nomē fornicationis ſumitur generaliter pro luxuria in communi: & quia illius multæ ſunt ſpecies ma- A læ, ideo dicit fornicationem hoc nomine ſumptam eſſe damnatam, quia luxuria ex genere ſuo eſt mala. Sed cum pace illius dixerim, ego credo Martinum alioqui virum doctum, in hac parte erraſſe, quoniam vt aliàs diximus, beato Hieronymo nobis ſuffragante, in ſenſu literæ conſiſtit Euangelium, & nō in nuda litera. Quapropter diximus non ad quemlibet ſpectare interpretationem ſcripturę, ſed ad ſolam eccleſiam: aut ſi in aliqua particulari perſona talis poteſtas reſidet, ea eſt in ſolo ſummo pontifice. Eccleſia ergo quæ habuit ius & poteſtatem diſcernendi ſcripturas ſacras à prophanis, illa habet poteſtatem diſcernendi verum & legitimum ſenſum à non vero. Nihil certè profuiſſet ſcire quænam ſit ſcriptura diuina, ſi poſtea in eadem ſcriptura reciperem⁹ ſenſum falſum pro vero. Sicut ergo credimus eccleſiæ dicenti hāc aut illam eſſe ſcripturam diuinam: ita etiam oportet credere eidem docenti hūc aut illum eſſe eiuſdem ſcripturæ ſēſum. At eccleſia catholica docet ſimplicem fornicationem eſſe peccatum, & contra legem diuinam, ergo tenendum eſt fornicationem eſſe lege diuina prohibitam: & ita neceſſarium eſt vt hæreticus ſit qui pertinaciter dixerit ſimplicem fornicationem non eſſe peccatum. Præterea concors omnium ſacrorum doctorum de eadem re ſententia fidem facit quoniam etſi in ali-

Ephe.4. quibus plures eorum errauerint, fieri tamen nequit vt omnes cōcorditer errent. Quomodo etiam poſſibile eſt vt omnes errent, qui (vt Paulus ait) ne nos erraremus, à Deo dati nobis ſunt? At concors eſt omnium ſanctorum doctorum ſententia, ſimplicem fornicationem eſſe peccatum mortale, nec vllus vnquam ex his qui ab eccleſia probati ſunt, oppoſitum aſſeruit. Sed iam videamus vtrum fornicationis nomen poſsit ſemper in ſacris literis pro luxuria in genere accipi. Primò certè conſtat in illo Saluatoris dicto, quod paulò āte citauimus, nullo modo ſic accipi poſſe, niſi ineptam Chriſto tribuerimus

Matt.15. locutionem. Sic enim ait: De corde enim exeunt cogitationes malæ, homicidia, adulteria, fornicatio- B nes. Ecce poſt adulteria ſubiunxit fornicationes. Quis autem niſi inepte loquēs, poſt enumeratam ſpeciem addidit poſtea genus illius ſpeciei? Species autem cōgruè poſt genus additur. Nullus enim apte loquēs, ſic diceret: De domo iſta multa ſublata ſunt, videlicet veſtes, vaſa, arietes, pecora. Nam eo ipſo quòd arietes nominati erant, pecora intelligebantur, quia arietes pecora ſunt. Cum ergo Chriſtus poſt

adulteria

adulteria ſubiunxerit fornicationes: ſignum eſt fornicationem ibi non poſſe capi loco generis, vt omnem carnis libidinem ſignificet: nec pro adulterio, quoniam eſſet inanis eiuſdem rei repetitio. Præterea hoc eodem ordine vitia illa carnis enumerat Paulus. Sic enim in epiſtola ad Galatas iuxta Ambroſii lectionem dicitur. Manifeſta ſunt opera carnis, quæ ſunt adulterium, fornicatio, &c. Vbi iterum poſt adulterium reperitur fornicatio, & ideo oportet vt nec pro adulterio ponatur, nec pro genere carnalis libidinis, ſed pro ſpecie diſtincta ab adulterio. Rurſus, in epiſtola priore ad Corinthios, ſic ait: Nolite errare: neque fornicarii, neque idolis ſeruientes, neque adulteri, neque molles, neque maſculorum concubitores, neque fures, neque auari, neque ebrioſi, neque maledici, neque rapaces regnũ Dei poſsidebunt. Vides hic fornicariis expreſſe denegatum eſſe regnum Dei. At nullus rationis capax à regno Dei excluditur niſi propter peccatum mortale. Neque hic etiam poteſt dici quòd fornicatio ponatur pro genere cuiuſlibet libidinis carnalis: quoniam tunc ſuperfluè adduntur reliquæ libidinis ſpecies, videlicet adulteri, molles, maſculorum concubitores: quoniam negato genere, negantur omnes generis ſpecies: velut ſi dixeris nullum animal eſſe in illa domo, eo ipſo negaſti ibi eſſe hominẽ, aut equum, aut aliud quoduis brutum. Præterea ſi ibi nomen fornicarii pro genere ponitur, & non pro ſpecie, & cuilibet fornicario regnum dei interdicitur: ſequitur, vt qui fornicationem (quemadmodũ illi loquũtur) ſimplicem commiſit, ſit prohibitus à regno dei, quoniam fornicatio ſimplex, ſpecies quædam eſt luxuriæ. Negato ergo
C genere, negatur etiam ſpecies. Ex his ergo ſatis patet coitũ ſoluti cum ſoluta, qui fornicatio dicitur, eſſe lege diuina prohibitum. Solus ergo coitus qui eſt viri cum propria vxore licitus eſt. Deinde promiſcuus concubitus expreſſe lege diuina prohibetur. Nam quis verius poteſt dici promiſcuus concubitus, quàm quem meretrices ſuſtinent? quoniam paratæ ſunt cum quocunque volente coire. Et ille meretricius coitus propriè fornicatio dicitur, à fornicibus in quibus meretrices degere ſolebant. Talis autem coitus lege diuina prohibetur: Non erit (inquit) meretrix de filiabus Iſrael, nec ſcortator de filiis Iſrael. Sequitur infrà, quia abominatio eſt vtrunque ad dominum Deum tuum. Accedit adhæc, quòd ſi promiſcuus cõcubitus eſſet licitus, & (vt turpes & obſcœni Floriani faciebant) in eccleſia extinctis lucernis, mulieribus promiſcue miſcerentur viri, cõtingeret ſæpe vt filius coiret cum matre, & pater cum filia, quod natura horret, & lex diuina damnat. Aduerſus ergo omnes præfatos hæreticos hæc dicta ſufficiant.

Deut.23

SEcunda hæreſis eſt omnino præcedenti oppoſita, quoniam omnem coitum damnat, dicens omnem coitum eſſe illicitum. Et de hac ſententia inter plures hæreticos conuenit. Verum de hac re inferius agemus in titulo de Nuptiis, vbi probabimus, Deo duce, nuptias eſſe licitas, & à Deo probatas.

TErtia hæreſis docet carnalem coitum vrente carnis libidine non eſſe peccatum, ſed bene oſculum: quia (vt dicunt) ad hoc non inclinat natura, ad illum autem eſt naturalis quædam inſtigatio. Et hęc eſt vna ex hæreſibus quas Beguinæ & Begardi aſſeruerunt. Hic autem error duos in ſe complectitur. Vnus eſt quòd inſtigante carne carnalis coitus non eſt peccatum, & de hoc conuenit inter hos & Vvaldenſes, quos iam in prima hæreſi euicimus. Alius eſt quòd oſculum ſit peccatum, etſi de aliquo oſculo loquantur, verum dicũt, quoniam oſculum per quod fit ſolicitatio ad coitum, peccatum eſt, ſicut & ipſe
D coitus. Omnis enim operatio, à fine ad quem dirigitur, ſumit denominationem, ita vt ſi finis ſit bonus, & reliqua adſint, operatio erit bona. Si finis eſt malus, operatio erit mala. Omne ergo oſculum quod ad ſolicitandam carnem dirigitur, peccatum eſt. Si verò de quolibet oſculo loquantur, quòd omne tale ſit peccatum, manifeſtus eſt error, quoniam oſculum quod in ſignum pacis & veri amoris præſtatur, tale nõ ſolum nõ eſt peccatũ, ſed potius eſt actus virtutis, ſicut & ipſa pax cuius eſt ſignum. Chriſti enim diſcipuli ſe inuicem oſculantes, ſignum pacis & veri amoris oſculo præbebant. Quapropter Iudas hoc ſignum Iudæis dederat, dicens: Quemcunque oſculatus fuero, ipſe eſt, tenete. Nam cùm diſcipuli Chriſti alicunde remeabant ad Chriſtum, oſculum ori illius in ſignum pacis infigebant. Hoc fecit & Iudas, vt tali ſigno proderet Chriſtum. Ideo Chriſtus dixit illi: Oſculo filium hominis tradis? Præterea, nec omne oſculum quod cauſa ſolicitandæ carnis præſtatur, peccatum eſt, præcipue ſi coitus ille ad quem dirigitur, licitus eſt, vt in coniugibus contingit. Si enim vxor exigat à viro vt coeat cum ea, & vt hoc debitum vxori præſtet, vir oſculatur vxorem, vt videlicet per hoc excitetur caro ad reddendum debitum quod alias reddere non poſſet, non ſolum non eſt peccatum tale oſculum, ſed virtutis actus, ſicut & ipſe coitus eſt actus iuſtitiæ, cùm per illum vir reddat vxori, quod illius eſt. Poſtremò hæc ſententia Beguinarum damnata eſt in concilio Viennenſi ſub Clemente quinto celebrato: cuius concilii definitio habetur in libro Clementinarum, titulo de hæreticis, cap. ad noſtrum, vbi condẽnantur octo Beguinarum errores, & is de quo agimus, ſeptimo loco annumeratur per hæc verba: Septimò quòd mulierem oſculum, cum ad hoc natura non inclinet, eſt mortale peccatum: actus autem carnalis, cùm ad hunc natura inclinet, peccatum non eſt, maximè cum tentatur exercens. Hæc ibi. Qui error cum aliis ſeptem ibidem
A numeratis ſimul damnatus eſt.

Mat.27.

Ibidem.

CONFESSIO.

REs quædam valdè difficilis eſt confeſſio peccatorum, per quam peccator ſacerdoti omnia peccata ſua in aurem dicit, qua re nihil durius aut grauius in tota lege euangelica reperitur: ideo propter operis difficultatem, multi hæretici nec ſaluti ſuæ nec ſaluti aliorum conſulentes, conati ſunt eam funditus tollere, diuerſis tamen viis id aggredi tentarunt. Primus ergo de hac re error eſt, qui negat eam eſſe à Deo inſtitutam, ſed dicit ſola humana conſtitutione ſtabilitam. Hunc errorem docuit in Hiſpania quidam Petrus Oſmenſis doctor theologiæ Salmantinus. Et hunc errorem dominus Alfonſus Carillo archiepiſcopus Toletanus & Hiſpaniarum primas, habito prius cum plurimis doctis viris conſilio dam-

nauit,& hæreticum declarauit autoritate Sixti.4.tunc pontificis max.ad hãc cauſam illi ſpecialiter de-
Lutherus legata. Quam definitionem idem Sixtus poſtea confirmauit: cuius confirmationem in fine huius hęre-
ſis, nec vno verbo mutato,referemus. Hic eſt etiam error Lutheri: imò ante Lutherum huic errori an-
ſam præbuerunt aliqui iuris canonici periti. Nam gloſſator decreti in principio diſtinctionis quintæ,
de pœnitentia dicit quod melius eſt credere illam confeſſionem peccatorum auricularem eſſe inſtitu-
tam ex quadã vniuerſalis eccleſiæ traditione,quàm ex noui aut veteris teſtamenti autoritate. Secundus
error eſt qui dicit non eſſe neceſſarium confiteri ſacerdoti,ſed ſufficit ſoli Deo peccata confiteri.Hic eſt
Iacobitæ. error quorundam orientalium hæreticorum qui dicuntur Iacobitæ,& hos ſequitur Lutherus,dicẽs non
Lutherus eſſe neceſſariam hanc clancularíam confeſsionẽ quæ in aurem ſacerdotis fit, ſed ſufficit ſi ſoli Deo con- B
fiteatur. Hunc enim errorem ex primo deducit, velut putrem aquam ex fonte corrupto.Nam cum ad-
ferrentur teſtimonia ſcripturæ confeſsionem peccatorum præcipientis, interpretatus eſt ea de confeſ-
ſione quę Deo fit,quàm dicit eſſe diuino iure præceptam,eámque ſufficientem.Tertius error dicit con-
feſsionem eſſe ſuperfluam & inutilem ſi contritio adſit : & huius hæreſis autor eſt Ioannes Vvicleph.
Ioannes Quartus error dicit non eſſe neceſſariam omnium peccatorum examinationem,neceſſe omnia peccata
Vuicleph. mortalia confitenda, quoniam (vt Lutherus ait) dum volumus omnia purè confiteri, nihil aliud faci-
mus, quàm quod miſericordiæ Dei nihil volumus relinquere ignoſcẽdum. Quintus error omnino tol-
Vvalden. lit cõfeſsionem,& iſte eſt error Vvaldenſium,qui coincidit cum errore qui eſt Iacobitarum & Lutheri.
Sextus error eſt,dicens in confeſsione non conferri gratiam qua homo iuſtificetur : & ita negat confeſ-
ſionem poſſe dici ſacramentum. Et hunc errorem etiam docet Lutherus. Hos omnes errores ſic ex in-
duſtria coniunxi,cauſa prolixitatis vitandæ,quoniam teſtimonia quæ cõtra illos citaturi ſumus, aliquã-
do duos errores,aliquando tres eorum ſimul conuincunt: ideo ne eandem autoritatem bis aut ter repe-
teremus,hos errores ſimul coniunximus, vt citato alicuius teſtimonio, in eo tunc omnia quæ contra er-
rores pugnant,annotemus.Omitto pro hac re teſtimonia quæ ex veteri teſtamẽto adferri poſſunt, quo-
niam omnia quæ inde adferri poſſunt pro hac re, adeò obſcura ſunt, vt quamuis noſtro propoſito fa-
ueant, illud tamen apertè oſtendere nequeunt. Omitto etiam illa quæ in nouo teſtamento ſub quadam
figura & ſub quodam velamine dicta ſunt. Verbi gratia : Chriſtus dixit decem leproſis ſalutem ab eo C
Luc.17. petentibus : ite,oſtendite vos ſacerdotibus.Et leproſo quem deſcendens de monte tactu ſuę manus pu-
rificauit, dixit: Vide, nemini dixeris, ſed vade oſtende te ſacerdoti, & offer munus tuum. Ex quibus
Mat.18. verbis etſi ſatis congruè dici poſsit confeſsionem deſignari, quoniam per lepram peccatum figuratur,
quapropter per oſtenſionem lepræ ſacerdoti faciendam,oſtenditur peccatorum confeſsio ſacerdoti fa-
cienda : & quòd mundatus à lepra adhuc debeat oſtendi ſacerdoti, ſignificat, quòd mundatus à pec-
cato per contritionem,adhuc debet oſtendere peccatorum ſuorum maculas remanentes per confeſsio-
nem ſacerdoti faciendam : hæc inquam etſi ſatis piè dicta ſint, non tamen ſunt efficacia ad hæreticum
reuincendum : quoniam nullus ſenſus ſacræ ſcripturæ (vt in principio huius operis docuimus) efficax
Ioan.2. eſt ad fidem roborandam, & hæreticos reuincendos, niſi ille literalis ſit. Ex ſenſu enim myſtico nun-
quam poteſt ſumi argumentum efficax contra hæreticos. At quòd ille ſenſus datus ſit myſticus in illa
litera, apertiſsimum eſt. Simile etiam eſt illud quod Lazaro ſuſcitato Chriſtus dixit Apoſtolis : Soluí-
te eum, & ſinite abire. Ex quo etiam colligi poſſet, quòd peccator quamuis per gratiam à Deo in con-
tritione collatam ſit à morte peccati ſuſcitatus, nihilominus ligatus ſacerdoti traditur, vt abſoluatur à
vinculo quo tenetur ad certam pœnam pro peccati ſatisfactione, ſoluendam. Hæc certè pia ſunt, &
multum eccleſiæ catholicæ fidem iuuant : ſed quia non tam aperta ſunt, ideo non ſunt adeò efficacia
vt oporteret. Quod ex toto ſacro inſtrumento (meà quidem ſententia) efficacius & fortius poteſt ad-
ferri, eſt illud verbum quod Chriſtus poſt reſurrectionem ſuam diſcipulis dixit: Accipite ſpiritum ſan-
ctum, quorum remiſeritis peccata, remittuntur eis : & quorum retinueritis, retenta ſunt. Quæ verba
ſubtili ſunt examine diſcutienda, quoniam multa ex illis verbis nobis ſuffragantia colligere poſſumus.
Primò ergo dicitur, quorum remiſeritis peccata, remittuntur eis. Quibus verbis iuxta ſententiã om- D
nium ſacrorum doctorum poteſtatem dedit ſacerdotibus abſoluendi homines à peccatis. At ſacerdotes
Trou. 12. non poſſunt peccata remittere, niſi prius ea cognouerint : quoniam qui ſententiam de re aliqua laturus
eſt, oportet vt plenè rem eandem prius agnoſcat, ſicut Sapiens ait : Qui iudicat quæ nouit, iudex iu-
ſtitiæ eſt. Peccata autem aliorum, maximè quæ ſecreto, & intra cordis latebras commiſſa ſunt, ſacer-
dotes non poſſunt agnoſcere, niſi ipſimet peccatores ſacerdotibus peccata ſua reuelent. Qui ergo ſa-
cerdotibus poteſtatem remittendi peccata dedit, illis eiſdem verbis peccatoribus obligationem confi-
tendi ſua peccata iniunxit.Verũ huic argumẽtationi fortaſſe reſpondebit quiſpiam,quòd ex verbis Sal-
uatoris ſolum haberi poteſt confeſsionem eſſe ſub ſuo concilio tanquam bonum quoddam opus, & ad
ſalutem maximè conducens : qua confeſsione facta ſacerdotes habent poteſtatem abſoluendi, ſibi per
illa verba à Chriſto collatam. Sed hæc reſponſio facile reiicitur per id quod poſt illa verba immediatè
ſubiungitur:Quorum retinueritis,retẽta ſunt. Nihil certè aliud eſt ſacerdotes retinere peccata,niſi non
remittere.Senſus ergo literæ eſt : Quorum non remiſeritis peccata,illa non ſunt remiſſa. Si ergo ad hoc
vt peccata ſint remiſſa, oportet vt ea ſacerdos remittat : ergo ad hoc vt peccata ſint remiſſa, oportet ẽ-
tiam vt peccator illa ſacerdoti manifeſtet. Quid ſi iterum fortè quis dicat ex illis verbis non haberi ne-
ceſsitatem confeſsionis clancularíæ, quæ nunc in aurem ſacerdotis fit : de hac re non contendo, modo
concedant ex illis verbis haberi neceſsitatem confeſsionis,ſiue illa clancularia ſit,ſiue publica:quoniam
(vt latè aduerſus Lutherum diſputat Iacobus Latomus) in vtraque earum poteſt conſiſtere ſacramen-
tum pœnitentiæ. Non eſt enim ſic de neceſsitate ſacramenti pœnitentiæ, quòd confeſsio fiat ſecre-
tè, vt ſi publicè fieret, non eſſet ſacramentum : quamuis malè ageret qui publicè confiteretur, niſi

aliqua

A aliqua particulari iusta causa vrgẽte. Prætereà ex illis verbis: Quorum remiseritis peccata, remissa erũt, conuincitur gratiam per absolutionem sacerdotis infundi à Deo. Sacerdote enim remittente ministerialiter, Deus vere peccata tunc remittit. At cum peccatorum remissio nunquam sine gratia gratum faciẽte habeatur: sequitur vt quoties sacerdotes pœnitentem à peccatis absoluit, toties Deus gratiam infundat. Quòd si per illam gratia infunditur à Deo, sequitur eam rectè dici posse sacramẽtum, quia post verba sensibilia significantia absolutionem peccatorum, si peccator obicem non ponat, efficaciter sequitur gratiæ infusio. Ex his ergo verbis multa colligimus, videlicet confessionem esse necessariam, cõtra Vvaldẽses: eamque non debere fieri soli deo, sed etiam sacerdoti qui absoluturus est pœnitentem à peccatis, & hoc contra Iacobitas. Habemus etiam per confessionem infundi gratiam, & ita esse sacramentum, & hoc contra Lutherum. Rursum, si confessio sola humana inuentione est introducta, & non præcepto diuino, ostendant qui hoc dicunt, illam primæuam Ecclesiæ institutionem: quam cum non sciant nec possint ostendere, oportet vt fateantur illam esse à deo. Sicut enim isti exigunt à nobis apertum scripturæ testimonium, quo probemus confessionem fuisse à deo institutam: sic nos exigimus ab eis apertam & veracem historiam, qua doceant primam Ecclesiæ institutionem de confessione facienda. Nos pro nostra fide protulimus testimonium ex Euangelio Ioannis. Ipsi autem vt doceant fuisse ab Ecclesia institutam, nunquam ostẽdent primam Ecclesiæ institutionem. Quòd si quis dicat eam fuisse institutã in concilio Lateranensi, in quo facta est Decretalis illa nimis vulgata quæ incipit: Omnis vtri-

B usque sexus. Hoc si ad confessionem annuatim faciendam referatur, facile crediderim, quoniam ãte illam Decretalem nescio an fuissent homines obligati ad confessionem quolibet anno faciendam. Sed si de confessione simpliciter dicatur eam cœpisse in Ecclesia à tempore illius cõcilii: cõstat illud esse falsum, quoniam Innocentius papa huius nominis tertius, sub quo illud concilium Lateranense celebratum est, & decretalis illa ædita (vt Platina ait) adeptus est summum põtificatum circa annum domini. M.C C. ante quem per multas annorum centurias fuere Augustinus, Hieronymus, Ambrosius, & alii plures, qui dicunt confessionem esse necessariam: & constat eam tempore apostolorum fuisse exercitam. In actis siquidem Apostolorum dicitur: Multi credentium veniebant confitentes & ãnunciantes actus suos. Deinde Ecclesia catholica errare non potest in his quæ ad fidem & bonos mores spectant. At cõcors omnium sacrorum doctorum de aliqua re sententia (vt in principio huius operis docuimus) manifestè ostendit eam esse mentem & definitionem Ecclesiæ: quoniam cum plures fuerint doctores sanctitate perinde ac scientia præcellentes diuersis temporibus diuersisque locis existentes, qui eidem sententię subscripsere, quorum sententiam nunquam Ecclesia damnauit, sed ad eorum assertionem tacuit, quæ nunquam ad hæreses damnandas tacere solet, conuincitur inde illam sententiam cui omnes doctores subscribunt, esse veram Ecclesiæ catholicæ mentem, & veram fidem. Cum ergo omnium sacrorum doctorum sit concors sententia, confessionem omnium peccatorum mortaliũ de quibus peccator recordatur, esse necessariò sacerdoti faciendam, & sine ea saluari non posse, eamque à Christo esse institutam: constat inde hãc esse catholicæ Ecclesiæ fidem, confessionem videlicet peccatorum esse diuino præcepto & non humano introductam. Horum autem sacrorum doctorum aliqua pauca testimonia adferam, ex quibus hoc perspicuum euadet. Omitto in hac re Bernardum, Hugonem de sancto

C Victore, & Richardum, Bedam, Rabanum, Isidorum atque etiam Gregorium, quoniã horum notissima sũt testimonia. Ad vetustiores accedo. Leo papa huius nominis primus, in epistola ad Theodorum episcopum Foroliuiẽsem, quæ est in ordine. 69. sic ait: Multiplex misericordia dei ita lapsibus subuenit humanis, vt non solum per baptismi gratiam, sed etiam per pœnitentię medicinam spes vitæ reparetur æternæ, & qui regenerationis dona violassent proprio se iudicio cõdemnantes, ad remissionem criminum peruenirẽt. Sic diuinæ bonitatis præsidiis ordinatis, vt indulgentia Dei nisi supplicatione sacerdotum nequeat obtineri. Mediator enim Dei & hominum, homo Christus Iesus, hanc præpositis Ecclesiæ tradidit potestatem, vt confitẽtibus actionem pœnitentiæ darent, & salubri satisfactione purgatos ad communionem sacramentorum per ianuam reconciliationis admitterẽt; cui vtique operi ipse Saluator interuenit, nec vnquam ab his abest quæ ministris exequẽda commisit, dicẽs: Ego vobiscũ sum vsque ad consummationem seculi: vt si quid per fernitutem nostram bono ordine & gratulãdo impleatur affectu, nõ ambigamus per spiritum sanctum fuisse donatum. Hæc Leo Papa. In quibus verbis multa sunt notatu digna quæ nostro proposito deseruiũt. Cùm enim dixit diuinæ bonitatis præsidiis ordinatis, innuit non esse humana constitutione introductam, sed diuino iure ordinatam. Cùm verò ait veniam non posse aliter haberi nisi supplicatione sacerdotum, ostendit confessionis necessitatem. Dicens autem Deum semper assistere absolutioni & ministerio sacerdotum, satis apertè declarauit huius sacramenti efficaciam. Augustinus in lib. 50. homiliarum, homilia. 49. sic ait: Qui post vxores vestras vos illicito concubitu maculastis, si præter vxores vestras cum aliqua cõcubuistis, agite pœnitentiam, qualis agitur in Ecclesia, vt oret pro vobis Ecclesia. Nemo sibi dicat, occultè ago, apud Deũ ago: nouit Deus, qui mihi ignoscit, quia in corde ago. Ergo sine causa dictum est: Quæ solueritis in terra, soluta erunt in

D cœlo? Ergo sine causa sũt datæ claues Ecclesiæ Dei? frustramus euãgeliũ Dei? frustramus verba Christi? promittimus nobis quod ille negat? nònne nos decipimus? Hæc August. Quibus verbis apertè dicit esse necessariam sacerdotis absolutionem, & non sufficere vt secretò deo cõfiteatur pœnitẽs. Quòd si necessaria est sacerdotis absolutio, ergo necessaria est peccatoris cõfessio, quia sacerdos absoluere nõ potest peccata quæ non nouit. Et cum in pluribus aliis locis hoc idem dicat, expressius tamen super Ioannem tractatu. 49. eãdem sentẽtiã explicat. Videat qui volet. Satis etenim mihi est, qui breuitatem renere promisi, vt lectorem admonuerim. Hieronymus exponẽs illud Ecclesiastici. 10. Si mordeat serpẽs in silẽtio, &c ait: Si quem serpẽs diabolus occultè momorderit, & nullo conscio eum peccati veneno-

Act. 19.

Leo papa.

Matt. 28.

August.

Matt. 18.

Hierony.

infecerit, si tacuerit qui percussus est, & non egerit pœnitẽtiam, nec vulnus suũ ſtatri & magiſtro voluerit confiteri, magiſter qui linguam habet ad curãdum, facile ei prodeſſe non poterit. Si enim erubeſcat ægrotus vulnus medico confiteri, quod ignorat medicina, nõ curat. Hæc ibi Hieronymus. Quibus
Ambro. verbis apertiſſimè oſtendit confeſſionis neceſſitatem, vt ſine ea vulnus peccati curari non poſſit. Ambroſius libro primo de pœnitentia cap. 7. diſputans aduerſus Nouatianos negantes pœnitẽtiam poſſe peccantibus proficere, ſic ait: Cur baptizatis, ſi per hominem peccata dimitti nõ licet? In baptiſmo vtique remiſſio omnium peccatorum eſt. Quid intereſt vtrum per pœnitentiam, an per lauacrum, hoc ius ſibi datum ſacerdotes vẽdicent? Vnum in vtroque miniſterium eſt. Sed dices quia in lauacro operatur myſteriorum gratia. Quid in pœnitentia? nónne dei nomẽ operatur? Quid ergo? Vbi vultis vẽdicatis nobis dei gratiã, vbi vultis repudiatis? Hæc Ambroſius. In quibus verbis B. Ambroſius clariſſimè docet, in pœnitẽtia perinde ac in baptiſmo gratiam per ſacerdotum miniſterium conferri. Nunquam autem per miniſterium ſacerdotum pœnitẽtia completur, niſi cùm peccatorem ſua peccata confitentem ſacerdos abſoluit. Ergo per pœnitentiæ ſacramentum, hoc eſt per cõfeſſionem, homo recipit gratiam: cuius oppoſitum dicit Lutherus in ſexto errore ſuprà nominato. Huius autem ſacramenti neceſſitatem docet idem Ambroſius libro, 11. de pœnitentia capite. 7. cuius verba cauſa prolixitatis vitandæ
Cyprian. relinquo, ſatis putans lectorem dirigere. B. Cyprianus ſermone quinto de lapſis, loquẽs de illis qui corde ſolum peccauerunt, ſic ait: Hi quãuis nullo ſacrificij aut libelli facinore cõſtricti ſunt, quoniam tamen de hoc vel cogitauerunt, hoc ipſum apud ſacerdotes Dei dolenter & ſimpliciter cõfiteantur, exomologeſim conſcientiæ ſuæ faciant, animi ſui pondus exponãt, ſalutarem medelam paruis licet & modicis vulneribus exquirant. Et parum infrà: Cõfiteãtur ſinguli, quæſo vos fratres, delictum ſuum, dum adhuc qui deliquit, in ſeculo eſt, dum admitti eius cõfeſſio poteſt, dum ſatisfactio & remiſſio facta per ſacerdotes, apud dominum grata eſt. Hæc Cyprianus. Ex his Cypriani verbis duo colligimus. Vnum, quòd videlicet cõfeſſio faciẽda eſt apud ſacerdotes Dei, & nõ ſolùm coram Deo. Alterum, quòd illa nõ ſit faciẽda ſolùm de publicis, ſed etiam de occultis quæ intra cordis latebras commiſſa ſunt. Cuius oppoſitum docet Lutherus. De aliis autem occultis peccatis, quæ ſic occulta ſũt, vt ipſum peccatorem lareant, vel quia eorum non recordatur, vel quia firmiter credit, excuſabili ignorantia, non eſſe peccata, de his, inquam, non diſputamus quòd ea confitenda ſint. Nullus enim fuit vnquam tam demẽs, vt putaret illa etiam ſacerdoti in aurem fore narranda, quorum pœnitẽs nõ recordatur. Quod verò Lutherus pro ſe adducit, dicens non oportere omnia confiteri, quia (vt dicit) ſic faciẽtes nihil relinquũt miſericordiæ Dei ignoſcendum: tale eſt ac ſi diceret non oportere etiam laborare vt omnia opera noſtra bona & bene facta ſint, quum ſic facientes multo minus velint aliquid relinquere miſericordiæ Dei ignoſcendum: quapropter illo argumento Lutherus etiam perſuaderet hominibus vt nolint omnia bene operari. Idem argumentum, quo nunc Lutherus probare nititur ſuam impiam aſſertionem, Paulus obiicit ſibi ipſi, & illud velut inane ac nullius prorſus roboris contemnit, ac reiicit. Nam poſtquam dixerat Paulus multo maiorem eſſe diuinam Dei gratiam, quàm noſtra peccata: Ita vt vbi abũdauerat delictum, dicat, ſuperabũdaſſe gratiam, obiicit ſibi ſic inquiẽs: Quid ergo dicemus? manebimus in peccato, vt gratia abundet? abſit. Poterat fortaſſis alicui ignoranti in mentem venire, licere homini peccare, vt Deus poſtea abundantiorem impartiretur gratiam. Paulus tamen hanc ſententiam nõ admittit, ſed abſurdiſſimam illam putat, dicẽs: Abſit, Nũquam enim (vt ipſe inferius ait) licet facere malum vt inde eueniat bonum. Vt autem Lutherus intelligat, hanc eſſe Pauli ſententiam, audiat Chryſoſtomum,
Chryſoſto Homilia decima ſuper epiſtolam ad Romanos, hæc Pauli verba interpretãtem, qui hæc ait: Poſtquam igitur oſtẽderet, magnam eſſe gratiam ex eo quod magna curata ſint peccata, videbatur ex eo imprudentibus peccãdi datum hortamẽtum. Si enim propterea (dicet quiſpiam) gratia Dei maior apparet quod multa & magna peccata commiſimus, à peccatis nõ abſtineamus, vt magis appareat graria: Ne igitur iſta vel dicant, vel ſuſpicentur, vide quomodo ſubuertat obiectionem. Primum quidem forti negatione cũ dicit, Abſit, id quod ſolet facere in illis, quæ ex cõfeſſo vehemẽter ſunt abſurda. Hæc Chryſoſtomus. Eodem modo Luthero, cum dicit, nõ eſſe cõfitenda omnia peccata, vt aliquid relinquamus diuinę miſericordiæ ignoſcendum, ego reſpondebo. Abſit. Quia nõ ſunt facienda mala, vt poſtea nobis illa Deus remittendo miſericordiam ſuam oſtendat. Adde quòd etiam ſi omnia confiteantur peccatores, adhuc omnia relinquunt miſericordiæ Dei ignoſcẽda: quoniam etſi peccatores omnia confiteantur peccata, immenſam tamen exercet miſericordiam Deus, omnia remittens, cùm etiam ſi omnia opera quantumlibet exactè fecerimus, magnam nobis exhibet miſericordiam, cum ea ad vitam acceptat æternam: quoniam nõ ſunt condignæ paſſiones huius ſeculi ad futuram gloriam, quæ reuelabitur
Rom. 7. in nobis. Sed ne ex ſolis doctoribus latinis teſtimonia ſumpſiſſe videamur, operæprecium erit aliquorum Græcorum teſtimonia proferre.
Cyrillus. Cyrillus libro tertio ſuper Leuiticum, ex ponẽs illud: Si peccauerit vnum aliquid de iſtis, pronũciet peccatum quod peccauit, ſic ait: Eſt aliquod in hoc mirabile ſecretum, quòd iubet pronunciare peccatum. Etenim cuiuſuis generis pronuncianda ſunt, & in publicum proferẽda cuncta quæ gerimus: ſi quid in occulto gerimus, ſi quid in ſermone ſolo, vel etiam intra cogitationum ſecreta commiſimus, cuncta neceſſe eſt publicari, cuncta proferri. Proferri autem à nobis, aut ab illo, qui accuſator peccati eſt & incentor. Hęc Cyrillus. Vides hic, qualiter omnia proferri iubet,
Chryſoſt. & nullum cælari permittit, ſi volumus diaboli accuſationem euadere. Chryſoſtomus homilia. 3. ſuper Matthęum, loquẽs de illis, qui baptizabantur à Ioanne, confitentes peccata ſua, ſic ait: Confeſſio peccatorum eſt teſtimonium cõſcientię timentis Deum. Qui enim timet iudicium Dei, peccata ſua nõ erubeſcit confiteri. Qui autem erubeſcit non timet. Perfectus enim timor ſoluit omnem pudorem. Illic enim turpitudo confeſſionis aſpicitur, vbi futuri iudicij pœna non creditur. Nunquid neſcimus quia

confeſſio

confeſsio peccatorum habet pudorem, & quia hoc ipſum erubeſcere pœna eſt grauis? Sed ideo magis iubet Deus confiteri peccata noſtra, vt verecundiam patiamur pro pœna: nam & hoc ipſum pars eſt iudicii. Hæc Chryſoſtomus. In quibus verbis hoc aduertere oportet, quòd dicit inſiſſe Deum vt confiteamur peccata noſtra, vt vel ſic verecundiam patiamur, tanquam pœnam pro peccatis noſtris ſuſceptam.
D Quæ verba nullatenus ad confeſsionem quæ ſoli Deo fit, referri poſſunt. Plura certè de hac re adferre poſſem ſacrorum doctorum teſtimonia, verum ne nimia prolixitate grauarem lectorẽ, omitto. Sed inter tam multa teſtimonia vel vnum eſſe debet (mea quidem ſententia) efficaciſsimum, quod nulla humana autoritate populus vnquam potuiſſet adduci, vt occultiſsima ſcelera, quorum tacitam cõſcientiam horrebant, in alienas aures, tanto cum pudore, tanto cum periculo, ſine vlla cunctatione effunderet. Nec ſimile eſt vero, fieri potuiſſe, vt tot presbyteri promiſcuæ multitudinis confeſsiones audientes, ſecretum ſeruarent, etiam hi, qui aliàs nihil continere poſſunt, niſi Deus ipſe, qui ſacramentum inſtituit, rem tam ſalubrem ſpeciali gratia defenderet. Confeſsio peccatorum, quæ ſacerdoti fit, eſt à Deo inſtituta: in qua omnia ſunt peccata reuelanda, quorum pœnitens recordatur: quibus reuelatis in confeſsione, & data à ſacerdote abſolutione, pœnitenti Deus peccata dimittit, & gratiam infundit: quæ omnia diuerſis teſtimoniis probata iam ſunt. Sed de inſtitutione confeſsionis, quòd illa ſit à Deo, teſtatur Sixtus quartus pontifex maximus, qui de hac re definiuit per hæc verba, quæ nunc ſubiiciuntur.

Extrauagans Sixti quarti.

SIxtus epiſcopus ſeruus ſeruorum dei, Ad perpetuam rei memoriam. Licet ea, quę de noſtro mandato ritè fiant, plenam obtineant roboris firmitatem: tamen illis interdum noſtri muniminis robur adiicimus: vt eo firmius illibata perſiſtant, quo magis noſtro fuerint præſidio communita. Dudum ſiquidem ad audientiam noſtram deducto, quòd à modico tunc decurſo tempore citra in Hiſpaniarum regnis, & præſertim in vniuerſitate ſtudii Salmaticenſis, fuerant & adhuc erant nonnulli iniquitatis filii, qui quaſdam falſas, ſanctæ catholicæ fidei contrarias, erroneas, ſcandaloſas, & malè ſonantes propoſitiones, præſertim circa peccatorum confeſsionem, & eccleſiaſtica ſacramenta in ſtudio huiuſmodi, &
A in frequentiſsimo hominum cœtu veras eſſe publicè affirmare, & pertinaciſsimè ſuſtentare ac defendere: apertiſsimas ſacræ ſcripturæ autoritates eorum erroribus repugnantes, earum rectum, clarum & apertum ſenſum, falſis eorum interpretationibus impudenter violando refellere: huiuſmodi quoque eorum falſa dogmata manifeſtè hæreticæ prauitatis labem continentia in aliorum mentes inſerere, & ſimplicium animas illaqueare: & vt illa in plurium notitiam peruenirent, & in perpetuum de illis memoria haberetur, libros componere, & in publicum, vt illos legendi omnibus eſſet facultas, tradere præſumpſerant eatenus, & præſumebant: Nos tunc venerabili fratri noſtro Alphonſo Archiepiſcopo Toletano, per alias noſtras literas commiſimus, vt aſſumptis ſecum aliquibus in Theologia magiſtris, & aliis viris literatis (vocatis his, qui propoſitiones ipſas veras eſſe affirmare niſi erant, & nitebantur in dies: & auditis quæ ipſi pro illarum veritate, & alii Chriſti fideles ad dilucidandam earum falſitatem deducere vellent) an quæ in propoſitionibus huiuſmodi continebantur, falſa, & fidei præfatæ contraria, erronea & malè ſonantia exiſterent, autoritate noſtra declararet & decideret: & declaratione huiuſmodi facta, illos quos in præmiſſis culpabiles eſſe reperiret, ſi iuxta ſanctorum patrũ inſtituta & canonicas ſanctiones ſe emẽdare, & depoſitis de cordibus eorum totaliter erroribus prædictis, ad Eccleſiæ vnitatem, hęretica labe huiuſmodi abiurata, redire, & iuxta declarationem ſuam, tales propoſitiones eſſe ſcandaloſas, falſas, & hæreticas, ac malè ſonantes fateri, & deſuper confectum librum huiuſmodi retractare, & cum effectu refutare recuſarent, & in illis, eorũmque erroribus pertinaciter inſiſtere vellent, hæreticos, ac cenſuris & pœnis in tales à iure promulgatis irretitos eſſe decerneret: plena ſibi deſuper autoritate conceſſa, prout in noſtris inde confectis literis plenius continetur. Poſtmodum verò ſicut accepimus,
B præfatus Archiepiſcopus ad executionem dictarum literarum, earum forma ſeruata ritè procedens, dilectos filios Petrum de Prexamo, & Petrum de Ocanna, ac Petrum de Caloca, necnon Didacum de Betonno, Martinum quoque Alfonſum Delatorre, magiſtros, & Petrum Didaci de Conſtana, ac Ioannem de Quintanapalla, licentiatos in Theologia: necnon Tellium Buendia Toletanum, & Vaſcum de Ribera, de Talauera, in eadem Eccleſia archidiaconos, Thomam de Guenca, & Ioannẽ de Medina Decretorum Doctores: ac Garſiam Fernandi de Alcala in eiſdem Decretis Licentiatum, & alios quamplures magiſtros in Theologia, ac doctores & Licẽtiatos in eiſdem Decretis: alios quoque quamplurimos doctos & literatos viros ex diuerſis regnorum prædictorum locis: pariter & dilectum filium Petrum de Oſma, propoſitionum prædictarum autorem, eiúſque ſequaces, coram ſe ad ſuum oppidũ de Alcala Toletanæ diœceſis euocari fecit: ac dicto Petro de Oſma & ſequacibus minimè comparentibus, debito tempore expectatis, matura ſuper omnibus propoſitionibus prædictis deliberatione præhabita, de vnanimi concilio & aſſenſu magiſtrorum & prædictorum doctorum declarauit illas propoſitiones, per quas Petrus de Oſma, & eius ſequaces prædicti pertinaciter affirmare non verebantur, confeſſionem peccatorum in ſpecie, ex vniuerſalis Eccleſiæ ſtatuto, non diuino iure compertam fore: & peccata mortalia, quo ad culpam, & pœnam alterius ſeculi, abſque confeſſione, ſola cordis contritione: prauas verò cogitationes ſola diſplicentia deleri: & quòd confeſſio ſecreta ſit, neceſſariò non exigi: & non peracta pœnitentia confitentes abſolui non debere: & Romanum pontificem purgatorii pœnam remittere, &
C ſuper his quæ vniuerſalis Eccleſia ſtatuit, diſpenſare non poſſe: ſacramẽtum quoque pœnitentiæ, quantum ad collationem gratiæ, naturæ, non autem inſtitutionis noui aut veteris teſtamenti exiſtere: & alias quas propter earum enormitatem, vt illi qui de eis notitiam habent, obliuiſcantur earum, & qui de eis notitiam non habent, ex præſentibus non inſtruantur in eis, ſilentio prætermittendas ducimus, falſas, ſanctæ fidei catholicæ contrarias, erroneas, & ſcandaloſas, ac à fidei veritate alienas, & ſanctorum patrum decretis, & apoſtolicis conſtitutionibus contrarias fore, manifeſtam hæreſim continere, dictarum

literarum & per illas ſibi cõceſſæ facultatis vigore declarauit: & pro talibus haberi & reputari debere decreuit: prout in quibuſdam authenticis ſcripturis de ſuper confectis plenius continetur. Et demum, (præmiſſis ſic vt præfertur geſtis, & propoſitis in conſiſtorio coram nobis) nos dilectis filiis noſtris, Stephano tituli ſanctæ Mariæ in Tranſtyberim, & Ioanni tituli ſanctæ Praxedis, Presbyteris, Cardinalibus, vt de præmiſſis geſtis per ipſum Archiepiſcopum diligenter ſe informarent: & quæ inuenirent, nobis & aliis fratribus noſtris ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalibus referrẽt: qui tã zelo fidei, quàm vt noſtris parerent mandatis, onus huiuſmodi prompta voluntate ſuſcipientes, cuncta diligẽter rimarunt: & quæ inuenerunt, nobis & aliis fratribus noſtris memoratis fideliter retulerunt: propoſitiones præfatas erroneas fore pluribus autoritatibus & rationibus, præter illas, quas in Archiepiſcopi proceſſibus inuenerunt, etiam demonſtrantes zelo fidei memoratæ. Nos igitur, ad quem ſpectat errores huiuſmodi extirpare (habita eorundem ſanctæ Mariæ in Tranſtyberim, & ſanctæ Praxedis Cardinalium relatione prædicta) ipſius Archiepiſcopi ſolertiam & diligentiam in præmiſſis plurimum in domino commendantes, & certa noſtra ſcientia Archiepiſcopi declarationem, & decretum huiuſmodi, & prout illa concernunt, omnia & ſingula in ſcripturis prædictis Archiepiſcopi ſuper præmiſſis cõfectis contenta, autoritate apoſtolica, tenore præſentium, de eorundem referentium & aliorum fratrum noſtrorum, vnà cum concilio & aſſenſu, laudamus, confirmamus, & approbamus, ac præſentis ſcripti patrocinio communimus, ſupplentes omnes & ſingulos defectus, ſi qui forſan interuenerunt in eiſdem. Et nihilominus pro potioris cautelæ ſuffragio omnes & ſingulas propoſitiones prædictas, falſas, ſanctæ catholicæ fidei contrarias, erroneas, & ſcandaloſas, & ab euangelica veritate penitus alienas, ſanctorum quoque patrum decretis, & aliis apoſtolicis conſtitutionibus contrarias fore, ac manifeſtam hæreſim continere, dicta autoritate declaramus. Præfato quoque Archiepiſcopo ſcientia & autoritate prædictis committimus & mandamus, vt contra dicti Petri de Oſma ſequaces prædictos, ſi huiuſmodi hæreſim, in quam prolapſi ſunt, abiurare, & eundem Petrum prout errantem ſecuti ſunt, errores ſuos abiurantem, & ſe emendantem, ſequi recuſauerint, aut malitioſe diſtulerint, iuxta prædictarum aliarum noſtrarum literarum continentiam, tanquam hæreticos procedere non omittat. Et vt geſta per eum probè & laudabiliter zelo fidei de mandato noſtro, & per nos meritò approbata, ad omnium incolarum illarum partium notitiam facilius perueniant: qua habita, poſſint ſeipſos, ne in prædictos prolabantur errores, liberius cuſtodire, præſentes noſtras literas cum proceſſu per eum habito, ac dicti Petri abiurationem, ſingulis illarum partium epiſcopis ſignificare non omittat: qui poſt ſignificationem eandem, clero & populo ſuarum ciuitatum & diœceſum ea publicari procurent: & generaliter omnia faciat, quæ pro huiuſmodi hæreſis extirpatione neceſſaria fuerint, ſeu ei quomodolibet opportuna videbuntur, non obſtantibus conſtitutionibus & ordinationibus apoſtolicis, ac omnibus illis, quæ in dictis literis voluimus non obſtare, cæteriſque contrariis quibuſcunque. Nulli ergo omnino hominum liceat, &c. Quòd verò

Cõcilium Cõſtãtiẽ. confeſsio ſit neceſſaria, etiam ſi contritio adſit, præter teſtimonia adducta teſtatur concilii Conſtantien. definitio. In quo concilio, ſeſsione octaua damnati ſunt quadraginta quinque articuli Ioannis Vvicleph: & inter cæteros is vnus ſeptimo loco aſsignatur, ſub his verbis: Si homo debitè fuerit contritus, omnis confeſsio exterior eſt ſibi ſuperflua & inanis. Quæ ſententia ſimul cum aliis ibidem condemnata eſt. Deinde, Concilium Florentinum ſub Eugenio quarto celebratum in definitione fidei, quam dedit Armenis, de ſacramento pœnitentiæ differens hæc ait: Quartum ſacramẽtum eſt pœnitentia, cuius, quaſi materia, ſunt actus pœnitentis, qui in tres diſtinguuntur partes. Quarum prima eſt cordis contritio, ad quam pertinet, vt doleat de peccato commiſſo cum propoſito non peccandi de cætero. Secunda eſt oris confeſsio, ad quam pertinet vt peccator omnia peccata, quorum memoriam haber, ſuo ſacerdoti confiteatur integraliter. Hæc concilium Florentinum. Ex quibus verbis, apertiſsimè conuincitur Lutherus negans omnia peccata eſſe neceſſario confitenda: Denique concilium Tridentinum ſub Iulio tertio celebratum multo apertius & copioſius ea, quæ ad confeſsionem ſacramentalem pertinent, definit. Nã ſeſsione quarta, canone tertio hæc ait: Si quis dixerit verba illa Domini Saluatoris, accipite ſpiritum ſanctum, quorum remiſeritis peccata remittuntur eis, & quorum retinueritis, retenta ſunt, non eſſe intelligenda de poteſtate remittendi, & retinendi peccata in ſacramento pœnitentiæ. Sicut eccleſia catholica ab initio ſemper intellexit, detorſerit autem contra inſtitutionem iſtius ſacramenti ad autoritatem prædicandi Euangelium, anathema ſit. Et canone ſexto iterum ait: Si quis negauerit confeſſionem ſacramentalem, vel inſtitutam vel ad ſalutem neceſſariam eſſe iure diuino, aut dixerit, modum ſecretè confitendi ſoli ſacerdoti, quem Eccleſia catholica, ab initio ſemper obſeruauit, & obſeruat, alienum eſſe ab inſtitutione, & mandato Chriſti, & inuentum eſſe humanum, Anathema ſit. Et rurſum canone ſeptimo inquit: Si quis dixerit in ſacramento pœnitentiæ, ad remiſsionem peccatorum neceſſarium non eſſe iure diuino confiteri omnia, & ſingula peccata, mortalia, quorum memoria cum debita & diligenti præmeditatione habeatur, etiam occulta, & quæ ſunt cõtra duo vltima Decalogi præcepta, & circunſtãtias, quę peccati ſpeciem mutant: Sed eam confeſsionem tantum eſſe vtilem, ad erudiendum, & conſolandum pœnitentem, & olim obſeruatam fuiſſe, tantum ad ſatisfactionem canonicam imponendam, aut dixerit eos, qui omnia peccata confiteri ſtudent, nihil relinquere velle diuinæ miſericordiæ ignoſcendum, aut demum non licere confiteri peccata venialia, Anathema ſit. Hactenus Concilium Tridentinum. In quibus verbis omnes errores, quos ſupra enumerauimus, de confeſsione ſacramentali, apertiſsimè damnantur. De hac materia confeſsionis contra Lutherum ſcripſit Ioannes Roffenſis epiſcopus, in eo opere, quod cõtra Lutheri Captiuitatem Babylonicam ædidit. Scripſit etiam ſatis diffuſè Iacobus Latomus in eo opere, quod pro aſſertione determinationis facultatis Louanienſis contra Lutherum compoſuit. Scripſit etiam frater Gaſpar Sagerus ordinis minorum. Alios autem, qui

Conciliũ Florẽtinũ

Conciliũ Tridẽtinũ

Ioan.20.

multi

multi referuntur,non vidi. Alius eſt error ad hanc rem quodammodo ſpectans, qui dicit omnes homines cuiuſcunque conditionis fuerint, poſſe audire confeſsiones, & pœnitentes abſoluere. Hic error eſt Martini Lutheri dicentis, omnes Chriſtianos eſſe ſacerdotes. Verùm de hoc errore inferius diſputabimus,in titulo de ſacerdotibus,vbi (Deo duce) probabimus, non omnes Chriſtianos eſſe ſacerdotes. *Lutherus*

CONFIRMATIO.

C HÆreſis Græcorum eſt (vt ait Guido) confirmationem non eſſe ſacramentum. Frater Bernardus de Lutzemburgo in ſuo cathalogo hæreticorum de Græcis loquens, dicit eos ſacramentum confirmationis paruulis ſtatim poſt baptiſmum conferre, & hoc per ſimplices ſacerdotes. Itaque hi duo contraria videntur Græcis tribuere, & neſcio vtri eorum credam. Vt autem ingenuè verum dicam, nulli iſtorum in hac re fido,quoniam neutrũ video exactè rem inueſtigaſſe,ſicut ex aliis pluribus coniicere licet. Siue ergo hoc Græci teneant,ſiue illud,hoc certum eſt,Vvaldẽſes hunc errorem docuiſſe : quamuis Guido de eorum erroribus diſſerens,nũquam hoc illis tribuat. Tamen Æneas Syluius, qui poſtea ſummus Pontifex effectus, & Pius ſecundus dictus eſt, in libro de origine Bohemorum, capite triceſimoquinto,errores Vvaldenſiũ recenſens,hunc inter alios illis impingit. Poſt iſtos Ioannes Vvicleph Vvaldenſium inſtaurans ſectam, dixit confirmationem poſſe à quolibet presbytero dari : non tamen (quod ſciam) negauit confirmationis ſacramentum,quoniam Thomas Vvalden.qui diligẽtiſsimè huius errores perſecutus eſt, in ſuo primo tomo doctrinalis fidei, libro ſecundo, capite quinquageſimo ſeptimo, ſolum hoc impingit Vvicliepho,quòd videlicet dixerit confirmationem conferri poſſe à quocunque ſacerdote,& quòd ſola lucri temporalis cupiditate eſt reſeruatum epiſcopis.Martinus Lutherus dogmata ſua à lacubus putridis & infectis (vt ſolet) hauriens,Vvaldenſibus conſentit,dicens cõfirmationem neque eſſe ſacramẽtum, neque gratiam conferre,ſed eſſe meram cæremoniam,& ritum quendam. Vt autem hoc eſſe falſum conuincamus,memores eſſe oportet illius,quod in principio huius operis ſuprà docuimus: multa videlicet eſſe fide tenẽda,etiam ſi per ſcripturas ſacras expreſſe probari non poſsint. Deinde, ne in poſterum de nomine ſolùm contendamus,hoc prius admonere oportet, vt quæ à recentioribus ſcriptoribus confirmatio vocatur, illa eadem ſit, quæ ab antiquis & vetuſtioribus vocatur conſignatio. Veteres ſiquidem ex ritu & cæremonia,quæ in illius ſacramẽti collatione obſeruatur, conſignationem appellauere, eò quòd chriſmate, hoc eſt, oleo conſecrato, epiſcopus hoc ſacramentum conferens,frontem pueri iam baptizati vnxit,facto ſuper frontem ex eodem chriſmate ſigno crucis, quo tanquam validiſsimo & impenetrabili ſcuto muniatur aduerſus dęmonis iacula. At recẽtiores ad effectum ipſius ſacramenti aſpicientes,confirmationem appellauere:quoniam in hoc ſacramento donatur gratia per quàm fortior quilibet & firmior eſſe valeat ad pugnam cum dæmone ſuſtinendam : & ideo merito confirmatio dicitur, quia per illam firmior efficitur. His ergo ſuppoſitis, facilè probabimus confirmationem eſſe ſacramentum conferens gratiam, quod à ſolis epiſcopis miniſtrari poteſt. In Actis apoſtolorum legimus,quòd cum apoſtoli qui erant Hieroſolymis,audiſſent quia Samaria recepit verbum Dei per prædicationem Philippi diaconi, miſerunt ad eos Petrum & Ioannem. Qui cum veniſſent orauerunt pro ipſis vt acciperent ſpiritum ſanctum:nondum enim in quenquam illorum venerat, ſed baptizati tantum erant in nomine domini Ieſu. Tunc imponebant manus ſuper illos, & accipiebãt ſpiritum ſanctum. Ecce, hic vides ad impoſitionem manuum apoſtolicarum ſpiritum ſanctum ſuper iam baptizatos deſcendiſſe. Vnde conuiucitur, confirmationis ſacramentum gratiam ſuſcipientibus conferre, quoniam hoc modo per impoſitionem manuum orationi coniunctam apoſtoli tunc conferebant confirmationem,ſicut illum locum plures ſacri doctores & vetuſtiſsimi interpretantur: & ſummi Põtifices ſancti ſimul & docti,& antiquitate reuerendi,ſic illum locum declarant: & cæncilii generalis definitio de confirmatione locum illum eſſe intelligendum decernit.Quæ omnia mox ſubiiciemus. At (ſicut in principio huius operis docuimus) ille pro vero & indubitato ſacræ ſcripturæ ſenſu recipiendus eſt, quem Eccleſia nobis pro vero ſenſu ſcripturæ dederit.Nam ſicut ad eam ſpectat ſcripturas ſacras à prophanis diſtinguere,ita ad eam ſpectat verum ſcripturę ſenſum à falſo ſeparare.Cum ergo Eccleſia nos doceat illum ſcripturę locum de confirmatione aut frontis conſignatione eſſe intelligendum, non eſt quòd amplius de illo dubitemus.In illo autem loco apertiſſimè dicitur, per manuum impoſitionem ſpiritum ſanctum conferri : ergo per confirmationem præſtatur gratia nouiter confirmato.Quòd autẽ in illo loco Actorum apoſtolicorum nulla fit mentio de vnctione chriſmatis, ſed de ſola manum impoſitione,nihil mouere debet : quoniam & ſi hoc ibi ſubticeatur,nihilominus tamen certum eſt Chriſtum ita iuſſiſſe,vt confirmãdus chriſmate vngeretur, & apoſtolos ita feciſſe,vt Chriſtus illis præceperat.Nam Fabianus papa & martyr in epiſtola ad Orientales epiſcopos,reprehẽdens eos epiſcopos, qui non quolibet anno in feria quinta,quædicitur eſſe in cœna domini,conficiebant chriſma, ſed chriſmate duorum aut trium annorum ſæpenumero vtebantur.ſic ait : Errant enim qui talia excogitãt, & mẽte veſana potius quàm recta ſentiũt.In illa enim die Dominus Ieſus poſtquam cœnauit cum diſcipulis ſuis,& lauit eorum pedes,ſicut à ſanctis apoſtolis prædeceſſores noſtri acceperunt, nobisque reliquerunt,chriſma conficere docuit.Ipſa enim lauatio pedum noſtrorum ſignificat baptiſmum,quando ſancti chriſmatis vnctione perficitur atque confirmatur.Hæc Fabianus papa.Quem Lutherus nec velut recentem aut trecentenarium (vt ſolet) reiicere poteſt,quoniam ante mille & fermè trecentos ãnos ſub Decio Imperatore mattyrio coronatus eſt.Præterea in eodem lib.Actorum apoſtolicorum reperimus iterum à beato Paulo ſimile quid fuiſſe factum.Hic enim cum diſcipulos quoſdam ſolo Ioannis baptiſmate baptizatos reperiſſet,illos vero baptiſmo in nomine Ieſu baptizauit,quo facto impoſuit illis ma-

Græci.

Vvaldenſes.

Iannes Vvicleſ. Lutherus.

Act.8.

Fabianus papa.

Act.19.

nus,& venit ſpiritus ſanctus ſuper eos,& loquebantur linguis,& prophetabant. Ecce,iterum vides gra-
tiam per manuum impoſitionem dari. Quòd ſi gratia infallibiliter ibidem confertur ſub aliquo ſigno
ſenſibili exterius apparente,nil obſtat quin ſacramentũ dicatur. Sed hic vnum aduerte,quòd nunquam
illa manuum impoſitio facta eſt niſi per ſolos apoſtolos,& nunquam reperietur ab aliis diſcipulis facta:
vnde ſacri & vetuſti doctores colligunt hoc ſacramentum non poſſe ab aliis,quàm ab epiſcopis confer-
ri,quoniam epiſcopi ſuccedunt apoſtolis,reliqui verò presbyteri repræſentant diſcipulos,& illis ſucce-
dunt. Hoc autem teſtimoniis ſacrorum doctorum & vetuſtorum comprobare oportet. Damaſus papa
Damaſus papa. in epiſtola de epiſcopis ſic ait: Quòd autẽ ſolis apoſtolis eorumque ſucceſſoribus proprii ſit officii tra-
dere ſpiritum ſanctum, liber Actorum apoſtolorum docet, præſertim cum nullus ex ſeptuaginta diſci-
pulis,quorum iſti (de presbyteris loquitur) in Eccleſia ſpeciem gerũt,legatur donum ſancti ſpiritus per
manus impoſitionem (vt prædictũ eſt) tradidiſſe. Hæc Damaſus papa,doctus ſimul & ſanctus,qui an-
Innocen. te mille & pluſquam centum annos obiit. Innocentius papa, homo eiuſdem farinæ cum Damaſo, quo-
niam ſanctus & doctus fuit,in epiſt. ad Decentium Eugubinum epiſcopum,cap. 3. ſic ait: De conſignan-
dis verò infantibus,manifeſtum eſt ab alio fieri quàm ab epiſcopo,non licere. Nam presbyteri licet ſint
ſacerdotes, Pontificatus tamen apicem non habent. Hæc autem Pontificibus ſolis deberi, vt vel conſi-
gnent, vel ſpiritum paracletum tradant, non ſolùm conſuetudo eccleſiaſtica demonſtrat verùm illa le-
ctio Acto. apoſtolorum,quæ aſſerit Petrum & Ioannem eſſe directos,qui iam baptizatis traderent ſpiri- C
tum. Nam presbyteris ſeu extra epiſcopum, ſeu præſente epiſcopo, cum baptizant, chriſmate baptiza-
tos vngere licet, ſed quod ab epiſcopo fuerit conſecratum: non tamen frontem ex eodem oleo ſignare,
quod ſolis debetur epiſcopis,cum tradunt ſpiritum paracletum. Hæc Innocentius. Ex iſtis verbis patet,
confirmationem ſiue conſignationem conferre gratiam ſuſcipienti: & talem confirmationem non poſ-
ſe ab alio,quàm ab epiſcopo conferri. Et dicit id eſſe non ſolum ex conſuetudine eccleſiaſtica, ſed ex le-
ge diuina,quæ in Actis apoſtolorum fundatur. Idem ſub eiſdẽ fermè verbis,quibus Damaſus,dicit Leo
papa, huius nominis primus, in epiſtola ad vniuerſos Germaniæ & Galliæ epiſcopos, quæ eſt in ordine
ſexageſimaſexta. Videat qui volet, quoniam in volumine Cõciliorum generalium inſertæ ſunt hæ Leo-
nis epiſtolæ. Melchiades papa & martyr in epiſtola quadã ad Hiſpaniæ epiſcopos, expreſſius huius ſa-
cramenti virtutem explicat,ſic inquiens: Spiritus ſanctus,qui ſuper aquas baptiſmi ſalutifero deſcendit
illapſu, in fonte plenitudinem tribuit ad innocentiam, in confirmatione augmentum præſtat ad gra-
tiam. Et quia in hoc mundo tota ætate victuris,inter inuiſibiles hoſtes & pericula gradiẽdum eſt, in ba-
ptiſmo regeneramur ad vitã,poſt baptiſmum confirmamur ad pugnam. In baptiſmo abluimur,poſt ba-
ptiſmũ roboramur. At ſi continuò tranſituris ſufficiant regenerationis beneficia, victuris tamẽ neceſſa-
ria ſunt confirmationis auxilia. Regeneratio per ſe ſaluat mox in pace beati ſeculi recipiẽdos: confirma-
tio autem armat & inſtruit ad agones mundi huius,& prælia reſeruandos. Qui autem poſt baptiſmum
cum acquiſita innocentia immaculatus peruenit ad mortem, confirmatur morte: quia non poteſt pec- D
care poſt mortem. Hæc Melchiades papa. Deinde Euſebius papa,qui hunc Melchiadem in Pontificatu
prꝫceſſit,quique ſub Diocletiano pro Chriſti nomine glorioſum ſuſtinuit martyrium,in epiſtola tertia,
quæ eſt ad epiſcopos Tuſciæ & Campaniæ,de hac re apertius reddit teſtimonium,ſic inquiens: Hęreti-
cos omnes quicunque Dei gratia conuertuntur,& in ſanctæ trinitatis nomine credentes baptizati ſunt,
Romanæ Eccleſiæ regulam tenentes,per manus impoſitionem reconciliari præcipimus. Manus impo-
ſitionis ſacramentum magna veneratione tenendum eſt, quod ab aliis perfici non poteſt, niſi à ſummis
ſacerdotibus. Nec tempore apoſtolorum ab aliis,quàm ab ipſis apoſtolis,legitur aut ſcitur peractum eſ-
ſe: neque ab aliis (ſicut iam dictum eſt) quàm ab illis,qui eorum locum tenent, vnquam perfici poteſt
aut fieri debet. Nam ſi aliter prꝫſumptum fuerit,irritum habeatur & vacuum,nec inter eccleſiaſtica vn-
quam reputabitur ſacramenta. Hæc Euſebius papa & martyr. In quibus duo ſunt annotãda, quæ noſtro
propoſito deſeruiunt. Primùm quidem ait,confirmationem eſſe ſacramentum, quod Lutherani negãt.
Deinde dicit,illud non niſi ab epiſcopis poſſe conferri,quod negauit Ioannes Vvicleph. Vrbanus papa
& martyr apoſtolorum temporibus vicinus,in epiſtola de communi vita, & oblatione fidelium, ad om-
nes epiſcopos ſcripta,ſic ait: Omnes fideles per manus impoſitionem epiſcoporum, ſpiritum ſanctum
poſt baptiſmum accipere debent,vt plenè Chriſtiani inueniantur: quia quum ſpiritus ſanctus infundi-
tur,cor fidele ad prudentiam & conſtantiam dilatatur. Hæc Vrbanus papa,& martyr,qui apertè aſſerit
per confirmationem aut manus impoſitionem ſpiritum ſanctum infundi. Clemens etiam papa & mar-
tyr,qui quartus à beato Petro fuit, in quarta epiſtola ſua hoc dicit idẽ circa finem epiſtolæ. Epiſtolæ au-
tem iſtius habentur in illo volumine, in quo omnium cõciliorum decreta coaceruata ſunt, in principio
illius voluminis. Quòd autem Hieronymus in libro aduerſus Luciferianos ait,eſſe magis propter hono- A
rem ſacerdotii, quàm ex legis neceſsitate decretum, vt ſolus epiſcopus per impoſitionem manus ſpiri-
tum ſanctum conferat,hoc me non mouet,nec quenquam mouere debet: quoniam præſtat credere ma-
gis Damaſo & Innocentio,& aliis ſanctis perinde ac doctis,quos citauimus,quàm ſoli Hieronymo,qui
aliàs etiam opinatus eſt,inter presbyterum & epiſcopum, nullum eſſe ex lege diuina diſcrimen. Nec in
hoc aliquid detrahimus Hieronymo (abſit) nec propter hoc aliquid gloriæ illius deperit: quoniam ipſe-
met beatus Hieronymus catholicè (vt decet) ſentiens, ad eundem Damaſum papam ſcribit, dicens ſe
illam ſolam velle tenere fidem, quam illum Romanus Pontifex & verus Petri ſucceſſor docuerit. Nec
etiam mouere debet factum beati Gregorii, qui ſcribens Ianuario epiſcopo, permittit vt presbyteri ſa-
cramentum confirmationis baptizatis conferãt: quoniam,vt ex illa eadem epiſtola patet, ipſe prius hoc
illis presbyteris ne id facerent prohibuerat: quia tamen inde ſcãdalum naſci cognouit, permiſit vt preſ-
byteri illud conferrent ad ſcandalum & maius aliud malum euitandum. Sic enim ex eadẽ epiſtola patet

eſſe

eſſe permiſſionem,nõ cõceſſionem. An autem malè fecerit ſic permittẽdo vel nõ,ergo nõ diſputo,nec ad me ſpectat,qui nunc de caſibus particularibus non ago. Si tamen cogor ſententiam meam prodere, credo virum ſãctum ſimul & doctorum neque errare voluiſſe,neque id quod faciebat,ignoraſſe. Sed iã opus eſt,vt de hoc concilij definitionem audiamus. Concilium Iſpalenſe ſecundum,cui interfuit beatus Iſidorus,recẽſens ea,quæ presbyteris ſũt interdicta,& ſolis epiſcopis reſeruata,capite ſeptimo ſuorum Decretorum inter alia etiam ãnumerat cõfirmationem,dicens: Siquidem nec benedicere eis Eccleſiam,vel altaria conſecrare,neque per inpoſitiones manuum fidelibus baptizandis vel conuerſis ex hæreſi ſpiritum tradere,nec chriſma cõficere,nec chriſmate baptizatorum frontem ſignare. Hęc concilium Iſpalenſe. Præterea inter quadragintaquinque articulos Ioannis Vvicleph in concilio Conſtantienſi damnatos,is vnus vigeſimooctauo loco conſtituitur, ſub his verbis: Confirmatio iuuenum, & clericorum ordinatio,locorum conſecratio,reſeruantur Papæ & epiſcopis propter cupiditatem lucri temporalis & honoris. Qui articulus cum aliis eiuſdem Ioannis Vvicleph ibidem vnà ſuper omnes lata ſentẽtia damnatus eſt. Poſtremo hãc hæreticam aſſertionem damnat concilium Tridẽtinum ſub Paulo tertio celebratum ſeſſione ſeptima,canone primo,de confirmatione,ſic inquiens: Si quis dixerit cõfirmationem baptizatorum otioſam cæremoniam eſſe,& nõ potius verum & proprium ſacramentum, aut olim nihil aliud fuiſſe,quàm catheceſim quãdam qua adoleſcentię proximi,fidei ſuæ rationem coram eccleſia exponebãt, Anathema ſit. Et rurſum canone ſecundo ait: Si quis dixerit iniurios eſſe ſpiritui ſancto,eos qui ſacro cõfirmationis chiſmati virtutem aliquam tribuunt, Anathema ſit. Et iterum canone tertio inquit; Si quis dixerit ſanctæ cõfirmationis ordinarium miniſterium nõ eſſe ſolum epicopum,ſed quemuis ſimplicem ſacerdotem, Anathema ſit. Hactenus cõcilium Tridẽtinum. Sed quia in illius decretis nihil de effectu huius Baptiſmi dicitur,oportet addere cõcilium Florentinum ſub Eugenio quarto celebratum quod in definitione fidei data Armenis,de confirmationis ſacramento diſſerens,hæc ait: Effectus huius ſacramẽti eſt,quia in eo datur ſpiritus ſãctus & robur,ſicut datus eſt apoſtolis in die Pentecoſtes. Vt videlicet Chriſtianus audacter Chriſti confiteatur nomen. Ideoque in frõte,vbi verecundiæ ſedes eſt,confirmandus inungitur,ne Chriſti nomen cõfiteri erubeſcat,& præcipue crucem eius,qui Iudęis eſt ſcãdalum,gẽtibus autem ſtultitia ſecũdum Apoſtolum,propter quod ſigno crucis ſignatur. Hæc Concilium Florentinum. Extant & alia cõcilia,quæ noſtro propoſito maxime fauẽt,videlicet,Carthaginẽſe tertium,& quartum,& Toletanum. 1. cap. 20. & Braccarẽſe primum, cap. 37. & hæc concilia,quia prouincialia ſunt non fuit opus ea in tegre referre,poſtquã iam generalia concilia protulimus. Vnum ſolum referre volo dignum quidem annotatione,quod refert Euſebius Cæſarienſis libro Eccleſiaſticæ hiſtoriæ cap. 33. de Nouato hæretico dicens ea,quæ baptimum ſubſequi ſolẽt nõ fuiſſe in eo ſolenniter adimpleta,nec ſignaculo chriſmatis illum fuiſſe conſignatum,& ob eam cauſam nunquam potuiſſe ſpiritum ſanctum promereri.

Cõcilium Iſpalen.

Cõcilium conſtanti.

Gõcilium Tridentinum.

Cõcilium Florentinum.

1. Cor. 1.

CONSILIVM.

DE hac re vnam ſolum inuenio hæreſim,quæ nunc recens orta eſt,& à Luthero primo illius parente inuenta,quę aſſerit,nullum eſſe diſcrimen inter cõſilium,& præceptum: dicit enim Lutherus, omnia,quæ catholici Doctores vocãt Euangelica conſilia,eſſe diuina præcepta,non minorem vim ad obligandum habentia,quàm reliqua omnia diuina præcepta. Sed de hac hæreſi nihil in præſentiarum diſputare volo,quoniam inferius in titulo de præcepto de hac re agere decreui. Ad illum ergo locum mito lectorem.

CONTRITIO.

ECce iterum nobis occurrit Lutherus,qui præſto eſt,vt omnes bene agere volẽtes impediat,& à bono opere deterreat. Is enim ait,contritionem,& peccati deteſtationẽ,quæ ab horrore gehennæ incipit,eſſe peccatum: tantum abeſt vt illam probare velit. Vt autem eius inſana mens omnibus pateat,verba eius referam. Cõtritio (inquit) quæ paratur per diſcuſſionem,collectionem,& deteſtationem peccatorum,qua quis recogitat annnos ſuos in amaritudine animæ ſuę,ponderãdo peccatorum grauitatem,multitudinem,fœditatem amiſſionem æternæ beatitudinis,& acquiſitionem æternæ damnationis: hæc contritio facit hypocritam,imò magis peccatorem. Hæc Lutherus. Ex quibus duo colligũtur Lutheri errores: Vnus, quo damnat contritionem, quæ oritur ex conſideratione & odio gehennæ, & dicit talem contritionem eſſe peccatum. Alter, quo dicit,non oportere ad parandãm veram contritionem,diſcutere & colligere omnia peccata,recogitando grauitatem,multitudinem & fœditatem eorum. Primò ergo manifeſtè errat damnans contritionem, quæ oritur ex conſideratione & odio gehennæ: quoniam etſi talis peccati deteſtatio, quæ ex ſolo gehennæ odio oritur, perfecta & meritoria non ſit,non tamen ideo eſt mala. Nam ſi talis peccati deteſtatio mala eſt,aut talem malitiam habet ex ſeipſa,aut eam contrahit ex cauſa vnde oritur,videlicet odio gehennæ. Nullus eſt tam demens, qui dicat talem deteſtationem peccati eſſe malam ex ſe,quoniam tunc quocũque fine præfixo eſſet mala: ita vt etiã ſi talis deteſtatio fiat propter Deum,ſit futura mala. Illa enim operatio,quæ ex natura ſua mala eſt,qualemcũque finem reſpiciat,mala erit. Quia enim velle furari malum eſt,propter quẽcũque finem illud fiat,ſemper malè fiet. Cum ergo talis deteſtatio peccati non ſit mala ex ſe,oportet vt ſit mala propter cauſam vnde oritur,videlicet propter odium gehennæ. At odium gehennæ non eſt malum. Poteſt enim quis licitè odiſſe gehennam,quoniam ad hoc ipſum inclinat natura etiã non vitiata. Adeò enim

Lutherus

tenàciter inhæret naturæ illud gehennæ odium,vt prorſus gehennam diligere nequeat.Quòd ſi deteſtatio peccati ex ſe non eſt mala,nec odium gehennæ ex ſe eſt malum,quî fit,vt deteſtatio peccati, quæ ex odio gehénæ oritur,ſit mala? Præterea, ſi talis deteſtatio peccati ſit mala,ſequitur inde timorem Dei ſeruilem eſſe malum :quoniam cõſtat talem peccati deteſtationem procedere ex timore ſeruili.Verum hoc Lutherus cõcedit,ideo hoc expugnare oportet : quo facto,de Luthero vtrobique triumphabimus. A Antequam tamẽ eum aggrediamur,oportet bene ſcire de qua re cõtra eum pugnare velimus. Pro quo admonere expedit dupliciter cõtingere poſſe,vt aliquis timore pœnæ fugiat peccatum.Fieri enim poteſt,vt quis ſic peccatũ timore pœnæ fugiat, vt ſi pœnam minimè imminere cõſpiceret, peccatum nũquam relinqueret.Et iſte quamuis peccati opus effugiat,peccandi tamen voluntatem retinet.Quapropter eum,qui ſic timore pœnæ peccatum deteſtatur,malè agere dicimus,& in hoc non eſt verus dei timor etiam ſeruilis : quoniam qui verè Deum timet etiam timore ſeruili,ab omni peccato declinat.Vnde B. Ambr.ſermone.15.ſuper Pſal.118.ſic ait : Carnes animæ ſunt carnales cogitationes . Configat has carnes timor domini,& iudiciorum eius,& ſeruituti redigat.Quòd ſi carnes iſtæ reiiciunt clauos diuini timoris,haud dubie dicitur : Nõ permanebit ſpiritus meus in hominibus,quoniam carnes ſunt.Niſi igitur affigantur cruci hæ carnes,& configantur clauis à timore domini,non permanebit in his ſpiritus dei.Hęc Ambroſius.De hoc ergo timore,& de huiuſmodi peccati deteſtatione,nõ diſputamns aduerſus Lutherum:quinimò conuenit inter nos de hac re. Aliter cõtingit deteſtarî peccatum timore pœnę: ſic videlicet,quòd timore pœnæ,& peccati opus,& peccandi voluntas prorſus abiiciatur. Cõtingit enim vt quis conſideret gehẽnam,& grauiſſimam eius pœnam,quam maximè odit,& inde aſcendat ad conſiderationem dei,qui poteſt talem pœnam infligere,& ſic conſiderãs timet Deum velut potentem talem pœnam infligere.Et hic timor dei dicitur ſeruilis,quãdo timetur Deus propter ſolam eius potẽtiam.Et hũc vt nos habeamus,& perſuader & incitat Dominus ipſe,qui dicit : Eum timete, qui poteſt B corpus & animam mittere in gehennam.Deinde peccator hoc timore percuſſus progreditur ad conſiderationem peccati ſui , quod cauſa eſt vt talis pœna irrogetur peccatori : quapropter cõſiderat quãta ſit peccati grauitas,quanta eiuſdem fœditas,quanta etiam enormitas,quæ talem exigit pœnam.Ex cõſideratione tandem hnius grauitatis & fœditatis peruenit,vt abſolutè & ſimpliciter ſic fugiat peccatum,quòd nulla in eo peccandi maneat voluntas : ſic videlicet,quòd etſi iam pœnam nũquam fore infligendam certò ſciret,nunquam peccare vellet : quoniam iam peccati enormitatem plenè agnouit,ad quam tamen cognoſcendam ex conſideratione & odio pœnæ ſurrexit . Talis ergo deteſtatio peccati, quæ (vt patuit) ex timore dei ſeruili oritur,& ex cõſideratione & odio gehennæ procedit , bona eſt. Talis etiam timor dei ſeruilis bonus eſt,imò donum eſt ſpiritus ſancti : quod patet ex eo,quod proximè citauimus Ambroſii teſtimonio:Niſi (inquit) affigãtur cruci hæ carnes,& configãtur clauis à timore domini,non permanebit in his ſpiritus dei . Vides hic timorem domini pertinere ad ſpiritum dei . Sed quòd de timore ſeruili loquatur,conuincitur ex eo,quòd parum infra in fine eiuſdem ſermonis ait:Ille enim,inquit,dignus eſt qui habet Chriſti timorem,vt crucifigat carnale peccatum. Hunc timorem ſequitur charitas.Hæc ille.Ex cuius verbis patet,aliquem eſſe timorem domini bonum ante charitatem, quod tamẽ negat Lutherus:per quem timorem expellitur peccatum.Nec illum qui ſic peccatum ex illo timore deſerit Ambroſius reprehendit : quinimò laudat.Præterea,ſi ille timor dei ſeruilis malus eſt, quis eſt ille timor qui eſt initium ſapientiæ ? Non certè timor filialis,quoniam iſte poſterior eſt ipſa vera ſapientia,cum ex charitate oriatur,nõ autem charitas ab illo.Quî fit ergo vt malus ſit,qui totius boni initiũ eſt,& primus gradus ad virtutem capeſſẽdam ? Rurſum,Dauid hoc timore fuit à ſommo peccato excitatus,nèque in hoc reprehenditur,quinimò laudatur.Nam & peccatum illi dimiſſum eſt per C hanc deteſtationem : tãtum abeſt vt faceret magis peccatorem,prout Lutherus ait: Cum enim Nathan propheta comminatus eſſet Dauid ex parte dei afflictiones &anguſtias pro peccato commiſſo , Dauid peccatum agnoſcens ait : Peccaui. Et Nathan propheta ſtatim ſubiunxit : Dominus quoque tranſtulit peccatum tuum à te.Quòd etiam timore illo fuerit excitatus,ipſemet Dauid teſtatur,dicens : Circũdederunt me dolores mortis,& torrentes iniquitatis conturbauerunt me,dolores inferni circundederũt me,pręoccupauerunt me laquei mortis.Deinde Eſaias propheta ait : Domine in anguſtia requiſierunt te,in tribulatione murmuris doctrina tua eis.Sicut quę cõcepit,cum appropinquauerit ad partum dolens clamat in doloribus ſuis,ſic facti ſumus.A facie tua domine cõcepimus,& quaſi parturiuimus ſpiritum.Et vbi nos habemus,à facie tua domine,trãſlatio.70. dicit à timore tuo:& Hieronymus ait eſſe idem à facie tua,& à timore tuo.Propheta etiam regius peccatores ad pœnitentiam excitat,hoc timore eos compũgẽs : Niſi cõuerſi fueritis(inquit)gladium ſuum vibrauit,arcum ſuum retendit,& parauit illum.Hunc etiam timorem incutiebat peccatoribus Ioãnes Baptiſta,dicens : Genimina viperarũ,quis oſtendit vobis fugere à ventura ira ? Facite ergo fructus dignos pœnitẽtia.Et paulò poſt : Iam enim ſecuris ad radicem arboris poſita eſt.Omnis ergo arbor nõ faciẽs fructum bonum excidetur , & in ignẽ emittetur.Et vt finem imponamus,quoties Chriſtus redempor noſter hunc timorem peccatoribus incuſſit : Quoties eos per hunc timotem ad pœnitẽtiam inducere voluit ? Niſi pœnitẽtiam (inquit) egeritis,omnes ſimul peribitis.Per timorem etiam illius vltimi atque terribilis iudicij excitat ad bonum. Nam cum de iudicio diſſeruiſſet,dixiſſetque illum diem eſſe incertum,ſubiunxit : Vigilate ergo , quia neſcitis qua hora dominus veſter venturus ſit.Vides hic apertè qualiter timore iudicii compungit, vt ad bene agendum perducat. Quòd ſi hoc malum eſſet (vt Lutherus ait) Saluator ipſe non tam ex animo hoc perſuaderet. Parabola etiam publicani nihil aliud prætendit quàm contritionem quæ per D conſiderationem peccatorum,& conſiderationem enormitatis eorum paratur,bonam eſſe.

Nam de publicano illo dicit veritas quòd deſcendit iuſtificatus. Verum quare iuſtificatus? Quia

videlicet

Ambro. *Gen.6.* *Matt.10.* *Pſal.110.* *2.Reg.12.* *Pſal.17.* *Eſa.26.* *Pſal.7.* *Luc.3.* *Luc.13.*

Quia videlicet in templo orans,à longe ſtabat,neque audebat oculos ad cœlum leuare,ſed percutiebat pectus ſuum,dicens: Deus propitius eſto mihi peccatori. Quare nō audebat oculos ad cœlum leuare? Cognoſcebat certè grauitatem & multitudinem peccatorum ſuorum,& ideo indignum ſe iudicabat qui proprius accedere poſſet,aut oculos in cœlū leuare: ideo percutiebat pectus ſuū,dicēs: Deus propitius eſto mihi peccatori. Ecce vides cōtritionem huius publicani quā parauit per diſcuſſionem, collectionem, & deteſtationem ſuorum peccatorum. Et per illam contritionem iuſtificatus eſt, qui ante non fuerat iuſtus: quoniam ipſamet veritas ait: Amen dico vobis,deſcendit hic iuſtificatus. Verum cum aſcendiſſet in templum oraturus,nō erat iuſtus,ſed deſcēdit iuſtus. Poſtremo illa filij prodigi pa- *Luc.15.*
rabola ad quid aliud ſpectat,quàm vt doceat nos ex odio pœnæ ad Deum conuerti,talemque conuerſionem eſſe Deo gratiam? Filius ſiquidem ille cum omnem ſubſtantiam quam à patre acceperat, male conſumpſiſſet,in tantam redactus eſt inopiam,vt porcos paſceret: & tāta fame premeretur,vt cuperet ſaturari de ſiliquis quas porci māducabāt: & nemo illi dabat. Ecce vides ſtimulum pœnæ grauis excitātem à ſomno peccati. Vide qualiter excitatur,quia cùm fame periret,in ſe reuerſus,dixit: Quid autem
A fecit eum ad ſe reuerti? certè fames maxima quam patiebatur, fecit eum,qui extra ſe & patrem ſuum abierat in regionem lōginquam vitiorum,vt rediret ad ſe & ad patrem ſuum,id eſt,ad cōſiderationem ſuæ fœditatis,& bonitatis paternæ. Felix neceſſitas,quæ illum ad bene agendum compulit. Ad ſe ergo reuerſus dixit: Quāti mercanarij patris mei abundant panibus,ego autem hic fame pereo? Surgam & ibo ad patrem meum,& dicam ei: Pater peccaui in cœlum & coram te,iam nō ſum dignus vocari filius,&c. Quòd autem contritio huius bona fuerit,patet,quoniam receptus eſt à patre,& datur illi ſtola prima,videlicet prima gratia qua per peccatum exutus fuerat,& gaudium fit cum eo,& meritò,quoniam magnum gaudium fit in cœlo ſuper vno peccatore pœnitentiam agēte. Hic ergo filius etſi poſtmodum patrem diligebat,tamen initium totius ſuæ conuerſionis,& primus gradus ad illam dilectionem fuit cognoſcere ſuam miſeram conditionem,& ſtatum in quo erat. Ad hanc autem cognitionem incitauit & impulit fames quam patiebatur. Quid ergo obgannit Lutherus,& nouum vult nobis condere Euangelium? Hæc enim tam aperta ſunt teſtimonia,vt eum vndique trāsfigant. Sed iam operæprecium eſt,eccleſiæ de hac re definitionem proferre,vt hoſtem vndique concludamus. Concilium Tridē- *Cōcilium*
tinum ſub Paulo tertio celebratum ſeſſione ſexta,canone octauo,hæc ait: Si quis dixerit gehennæ me- *Tridentinum.*
tum per quem ad dei miſericordiam de peccatis dolendo confugimus,vel à peccādo abſtinemus,peccatum eſſe aut peccatores peiores facere,Anathema ſit. Et idem cōcilium ſub Iulio tertio progrediens ſeſſione tertia,cap. 4. hæc ait: Illam verò cōtritionem imperfectam, quæ attritio dicitur, quoniam vel ex turpitudinis peccati conſideratione vel ex gehennæ,& pœnarum metu communiter concipitur, ſi voluntatem peccandi excludat cum ſpe veniæ,declarat ſancta ſynodus non ſolum non facere hominem hypocritam verumetiam donum dei eſſe,& ſpiritus ſancti impulſum,non adhuc quidem inhabitantis,ſed tantum mouentis,quo pœnitens adiutus viam ſibi ad iuſtitiā parat,& quamuis ſine ſacramēto pœnitentiæ per ſe ad iuſtificationem,perducere peccatorem nequeat,tamen eum ad dei gratiam in
B ſacramento pœnitentiæ impetrandam diſponit; hoc enim vtiliter concuſſi Niniuitæ ad Ionæ prædica- *Ionæ.2.*
tionem plenam terroribus pœnitentiam egerunt,& miſericordiam à Domino impetrarunt. Quamobrem falſo quidam calumniantur, catholicos ſcriptores,quaſi tradiderint ſacramentum pœnitētiæ abſque bono motu ſuſcipientum,gratiam coferre: quod nunquam eccleſia docuit nec ſenſit. Sed & falſo docent contritionem illam eſſe extortam & coactam non liberam,& voluntariam. Poſtquam concilium præfatam doctrinam de contritione dederat,ne quis contrariam impune audeat dicere ſententiam,placuit illi contra ſimiles audaces canonem latæ ſententiæ ſtatuere,qui quintus in ordine eſt, hæc verba habēs: Si quis dixerit,eam cōtritionem,quæ paratur per diſcuſſionem,collectionem,& deteſtationem peccatorum,qua quis recogitat annos ſuos in amaritudine animæ ſuæ,ponderādo peccatorum ſuorum grauitatem,multitudinem,fœditatem,amiſſionem æternæ beatitudinis,& æternæ dānationis incurſum cum propoſito melioris vitę,nō eſſe verum & vtilem dolorem,nec pręparare ad gratiam,ſed facere hominem hypocritam & magis peccatorem: demum illa eſſe dolorem coactum,& nō liberum ac voluntarium,Anathema ſit. Hactenus cōcilium Tridētinum. In cuius verbis ambo Lutheri errores de quibus in hoc capite diſſeruimus apertiſſime damnātur. De hac re ſcripſit ante quadraginta annos frater Stephanus Brulifer tractatum inſignem de timore domini ſeruili,aduerſus quendam innominatum prædicatorem,qui tunc temporis populo prædicans,eadem docere tentauit de timore ſeruili,quæ nunc Lutherus docet. Scripſit etiam nunc Ioannes epiſcopus Roffenſis in eo opere quod cōtra Lutheri
C captiuitatem Babylonicam ædidit: cui rei totum vnum articulum videlicet ſextum tribuit. Iacobus Latomus in opere quod pro aſſertione facultatis Louanienſis contra Lutherum ſcripſit multo fuſius quàm Roffenſis de hac re tractat. Alium autem non vidi.

CORRECTIO.

DE hac re eſt vnus error dicens quòd populares poſſunt ad ſuum arbitrium dominos delinquentes corrigere,ſed de hoc infra diſputabimus in titulo de ſubditis.

CREATVRA.

PRima de hac re hęreſis eſt dicens creaturas ab alio quàm à Deo eſſe factas. Verum hæc in plures adhuc ſectas diuiditur. Quidam enim dixerunt totum hunc mundum fuiſſe ab angelis factum.

Simon Magus. *Menãder* *Saturninus.* *Cerinthꝰ.* *Gnoſtici.* *Manichęꝰ* *Theophy.* *Ioan.3.*

Et huius erroris princeps fuit Simon ille Magus, de quo in Actis Apoſtolorum fit mẽtio, quem ſecutus eſt Menander illius diſcipulus, & Saturninus, à quo Saturniani dicti ſunt. Qui ait ſolos ſeptem angelos feciſſe mundum præter conſciẽtiam dei patris. Et Cerinthus. Alii dixerunt creaturas factas eſſe à malo deo. Hi enim (vt infra dicemus) duos poſuerũt deos. Vnum bonum, qui nihil rerum harum creauerit: alium malum, à quo omnes creaturas proceſſiſſe dicunt. Huius hæreſis autores fuerunt hi qui appellati ſunt Gnoſtici. Hos ſecutus eſt impius Manichæus. Auguſtinus tamen in libro de hæreſibus cap. 46. de Manichæis loquens dicit illos aſſerere mũdum fuiſſe factum à bono Deo, ſed habere in ſe commixtionem mali. Sed Theophylactus Manichęos dicit aſſerere creaturam eſſe à malo deo fãctam. Exponens enim miraculum illud quod eſt apud Ioannem quando de quinque panibus ſatiauit dominus quinque millia hominum, ſic ait: Confundantur Manichæi dicentes quòd panis & omnes creaturæ factæ ſint à malo deo: propterea ſi quis dederit eis panem, nõ accipiũt illum de manibus illius, ſed procul quidem illum abiici iubent: ſtãtes autem & maledicentes ei qui dedit, dicũt: Qui ſeminauit te, diſpergatur: & qui pinſuit te, pinſatur carne, & ſimilia. Confundãtur itaque, dicẽtes quòd boni dei filius Chriſtus panes multiplicarit. Nam ſi mala fuiſſet creatura, beatus Deus illam vtique non multiplicaſſet, vt taceam interim quòd ipſe panes comedit. Hæc Theophylactus. Et concilium Braccarenſe primum cap. 13. hoc idem tribuere videtur Manichæo, quòd illi tribuit Theophylactus, ſicut infra patebit. Eũdem etiam errorem cum Manichæo docuit poſtea Priſcillianus. Hæc ergo iſtorum omnium hæreticorum communis hæreſis cõuincitur per id quod dicitur Geneſis primo: In principio creauit Deus cœlum & terram. Non ergo angeli, aut aliæ virtutes. Et Salomõ ait: Creauit Deus vt eſſent omnia. Et Eccleſiaſticus idem expreſſe aſſerit, dicens: Qui viuit in ęternum, creauit omnia ſimul. Verum hoc teſtimonio non cõuincitur Manichæus, quoniam dicit malum deum eſſe æquè æternum ſicut bonum: quapropter illum Eccleſiaſtici locum de ſuo malo deo interpretabitur. Sed audiat Malachiam dicẽtem: Nunquid nõ Deus vnus creauit nos? Ecce Manichæe dei vnitatem, & illum vnum Deum creatorem omniũ noſtrum. Non ergo creaturæ ſunt ab angelis, vt Simon aut Menander aut Valentinus dixerunt. Nõ etiam à malo deo, vt impius Manichęus dixit, & illius ſectator Priſcillianus. Sed quoniam Manichęus (vt aliàs dicemus) vetus teſtamentum reiicit, ad nouum confugiamus inſtrumẽtum. Ioannes de filio dei loquẽs, ait: Verbum erat apud Deum, & Deus erat verbum, Omnia per ipſum facta ſũt, & ſine ipſo factum eſt nihil. Et paulò poſt: In mũdo erat, & mũdus per ipſum factus eſt. Et Paulus Apoſtolus ait: Qui autem omnia creauit, Deus eſt. Et particularem ſermonem de cibis alibi faciens, reprehendensque eos qui ab illis abſtinere docent, ait illos habere cauteritatam conſcientiam, qui prohibent nubere, & prohibent abſtinere à cibis quos creauit Deus ad percipiẽdum cum gratiarum actione. Et. 24. ſeniores procidentes ante thronum in Apocalypſi dicebant: Dignus es domine Deus noſter accipere gloriam & honorem & virtutem, quia tu creaſti omnia, & propter voluntatem tuam ſunt, & creata ſunt. Et Concilium Nicęnum ad reprimendam hanc Manichæorum inſaniam adiecit in ſuo ſymbolo credẽdum eſſe in vnum Deum factorem cœli & terræ, viſibilium omninm & inuiſibilium. Denique, concilium Lateranenſe ſub Innocentio papa huius nominis tertio poſtquam tres omnes ſummæ trinitatis perſonas vnicam eſſe ſubſtantiam dixerat, hęc verba ſubdit: Vnum vniuerſorum principium, creator omnium viſibilium & inuiſibilium, ſpiritualium & corporalium, qui ſua omnipotenti virtute ſimul ab initio temporis vtranque de nihilo condidit creaturam, ſpiritualem & corporalem, ãgelicam videlicet & mũdanam: ac deinde humanam quaſi communem ex ſpiritu & corpore cõſtitutam. Hæc concilium. Quæ verba habentur in volumine decretalinm primo de ſum. trin. & fide catho. Deinde concilium Braccarẽſe primum cap. 13. ſic definit: Si quis dicit creationem vniuerſæ carnis nõ opificium eſſe dei, ſed malorum angelorum, ſicut Manichæus & Priſcillianus dixerunt, anathema ſit. Hæc concilium Braccarẽſe. Contra Manichæos cùm aliàs pluries ſcripſerit Auguſtinus, tamen de hac re ſignanter ſcripſit ſuper Geneſim contra Manichæos.

Priſcillianus. *Gene.1.* *Eccl.18.* *Malac.2.* *Ioan.1.* *Heb.3.* *1.Tim.4.* *Apo.4.*

Manichęꝰ

SEcũda hæreſis quam ex priore Manichæus deducit, eſt quòd craturæ ſunt malæ ex ſe & generatione ſua, quia (inquit) à malo deo creatæ ſunt. Cui ſentẽtiæ poſtea ſubſcripſit Priſcillianus. Hæc autem hęreſis adeò eſt aperta, vt non eſſet opus aduerſus eam pugnare, niſi contra homines effrontes & duræ ceruicis ageremus. Sed ſuo eos telo configamus. Omnis creatura ex ſe bona eſt, quia (vt iam proximè conuicimus) omnis creatura ab vno Deo, qui ſummè bonus eſt, facta reperitur. Præterea, deſcripta per moſen omnium rerum creatione, ſtatim addidit: Vidit Deus cuncta quæ fecerat, & erãt valde bona. Quid ergo inſanit Manichæus, dicens ea omnia eſſe mala? Rurſum, Sapiens ait: Diligis domine omnia, & nihil odiſti eorum quæ feciſti. Sed ſi creaturæ ex ſe malæ eſſẽt, Deus id quod malum eſt, diligeret. Sed iam ad teſtamẽtum nouum recurramus oportet, quia cõtra Manichæos agimus. Paulus ait in priore ad Timotheum epiſtola: Omnis creatura dei bona eſt. Poſtremò, cõcilium Braccarẽſe primum cap. 7. ſuorum decretorum ſic definit: Si quis dicit diabolum nõ fuiſſe prius ãgelũ bonum à Deo factum, nec dei opificium fuiſſe naturam eius, ſed dicit eum ex tenebris emerſiſſe, nõ aliquem ſui habere autorem, ſed ipſum, eſſe principium abſque ſubſtantia mala, ſicut Manichæus & Priſcillianus dixerunt, anathema ſit. Et cap. 8. iterum: Si quis credit quòd aliquas immundas creaturas diabolus fecerit, & tonitrua, & fulgura, & tempeſtates, & ſiccitates ipſe diabolus autoritate ſua facit, ſicut Priſcillianus dixit, anathema ſit. Hæc concilium Braccarenſe. Nec opus eſt plura adferre in re tam aperta. Contrà hanc hęreſim ſcripſit Beatus Auguſtinus in pluribus locis, præſertim in libro primo de libero arbitrio, quo loco oſtendit nihil eſſe malum niſi à noſtro libero arbitrio, & in libro ſecundo de moribus Eccleſiæ.

Gen.1. *Sap.2.* *1.Tim.4.* *Cõcilium Braccar.*

CRVX.

DE hac re est vnus error qui nullo pacto permittit crucem adorari, sed dicit esse idololatram eum qui crucem aut adorat, aut quomodolibet reueretur. Sed de hoc errore iam supra disputauimus in titulo de adoratione, errore primo.

FINIS LIBRI QVARTI.

F. ALFONSI DE CASTRO ZAMOREN. MINORITAE ADVERSVS HÆRESES, LIBER QVINTVS.

DECIMAE.

C DEcimas non esse sacerdotibus soluendas quidam hæretici docuerunt: quanquam ad hoc docendum non eadem ratione omnes persuadebãtur. Fuerunt enim quidam dicti Pseudo apostoli, quorum dux & magister fuit quidam Gerardus Sagarellus de Parma circa annum domini. 1260. qui captus, & iudicio ecclesiæ damnatus, igni traditus est. Hi ergo Pseudo apostoli (vt Guido ait) dixerunt decimas non debere dari sacerdotibus Romanæ ecclesiæ, quia non sunt pauperes sicut Apostoli. Post istos successit in eodem errore Ioannes Vvicleph, alia ratione motus. Dicebat enim quòd decimæ sunt puræ eleemosynæ, & parochiani possunt propter peccata suorum prælatorum ad libitum suum eas auferre. Sed hæc sententia conuincitur esse hæretica per hoc quòd nulli licitum est trãsgredi præceptum diuinum. Præceptum autem diuinum est de decimis soluendis. Omnes (inquit Deus) decimæ terræ, siue de frugibus, siue de pomis arborum, domini sunt, & illi sanctificantur. Hæ autem decimæ multiplici ratione præcipiuntur à Deo. Prima vt sit cibus in domo domini. Sic enim per Malachiam prophetam dominus ait: Inferte omnem decimam in horreum meum vt sit cibus in domo mea, hoc est ad sustentationẽ eorum qui in domo mea sunt. Iuxta quod dictum fuerat in lege: Nihil aliud possidebunt, decimarum oblatione contenti, quas in vsus & eorum necessaria seposui. Secunda causa est vt seruiant in templo, & orent Deum pro populo. Et hæc causa assignatur in libro Numerorũ: Filiis (inquit) Leui dedi omnes decimas pro ministerio quo D seruiunt mihi in tabernaculo fœderis, vt non accedant vltra filii Israel ad tabernaculum: solis filiis Leui in tabernaculo seruientibus, & portantibus peccata populi. Cui cõsonat id quod Apostolus ait: Qui altario deseruiunt, cum altario participant. Tertia causa est, vt vacent legi dei, & populum doceant. Quæ causa describitur in secundo libro Paralipomenon, vbi dicitur: Præcepit etiam habitantibus in Hierusalem, vt darent partem sacerdotibus & Leuitis, vt possent vacare legi domini. Cui consonat Paulus dicẽs: Si seminamus vobis spiritualia, magnum est si nos carnalia vestra metamus? Quarta causa est pauperum egestas. Non enim propter solos ipsos sacerdotes decimæ illis redduntur, sed etiam propter pauperum necessitatem. Vnde Augustinus ait: Decimæ ex debito requirũtur. Qui eas dare noluerit, res alienas inuadit: & quanti pauperes in locis suis vbi ipse habitat, illo decimas non dante, mortui fuerint, tantorum homicidiorum reus ante æterni iudicis tribunal apparebit, quia rem à Deo pauperibus delegatam, suis vsibus reseruauit. Hæc Augustinus. Ecce vides deum sæpissimè præceptum de decimis soluendis repetere. Non sunt ergo puræ eleemosynæ, cũ illo iure debeãtur. Quid ergo Pseudo apostoli & Vvicleph aduersus dei præceptũ docere tẽtant? Sed dicunt Pseudo apostoli: Pauperes non sunt sacerdotes: habẽt vnde aliàs viuãt: non ergo eis debẽtur, quia iam panis sufficiẽs est in domo domini. Esto. Sed nunquid hæc sola fuit causa vt decimæ illis darentur? Sed istis patrocinatur Vvicleph dicens, multi ex eis nec seruiunt in templo, nec Deum pro peccatis populi orant, sed ipsi peiores populo sunt, nec plebem sibi cõmissam docent: non est ergo cur illis decimę persoluantur. Concedimus plures è sacerdotibus tales esse, vt prorsus indigni sint sacerdotis nomine. Sed nũquid propter solos sacerdotes decimæ persoluuntur eis? Pauperum enim egestatem ostendimus esse causam propter quàm decimę debeant persolui. Et propter hãc causam docent peritissimi theologorum, sacerdotes etiam aliàs abũdantes in diuitiis, posse decimas re- A cipere tanquam earum dispensatores, vt eas videlicet pauperibus distribuãt. Et qui hoc non faciunt, iniustè eas retinent. Sed esto, nec sacerdos qualis oportebat sit, nec decimas pauperibus diuidat, nunquid ideo quod illi iure debetur, est illi denegandum? Hac enim lege fieret, vt cum quilibet etiam laicus necessaria victui & vestitui haberet, si vltra hoc aliquis alius pecuniam quam mutui lege aut alicuius rei venditione illi debebat, illi deneget nolens debitum soluere, iuste hoc faciat, quoniam communis omnium sanctorum sententia est, vt qui vltra necessitatem sibi aliquid reseruat, rapere dicatur. Ambrosius inquit, plus quàm sumptui sufficit, violenter detentum est. Et Hieronymus ait: Aliena rapere conuincitur qui vltra necessitatem sibi reseruare probatur. Augustinus idem sæpissimè repetit. Iuste ergo, iuxta

Pseudo apostoli.

Ioannes Vvicleff.

Leui. 7.

Malac. 3

Num. 18.

Ibidem.

1. Cor. 9.

2. Par. 31.

1. Cor. 9

Vviclephi & pseudo apostolorum sentẽtiam istẽ debitor posset negare debitum creditori superflua habenti, quia illa superflua iniustè habet. Verum absit vt hoc cõcedamus, quia etsi malè agit retinendo, iste non ideo bene agit debitum negando, quoniam non ad quemlibet spectat vt malè agentem puniat. Ita etiam quamuis sacerdotes non rectè officium sibi commissum exequantur, non tamen ideo plebs bene agit decimas illis denegãdo, quia non ad plebem spectat sacerdotum peccata punire, sed ad superiores, puta ad episcopos, aut archiepiscopos, aut summum pontificem, qui deberent sacerdotes malè viuentes officio & beneficio priuare, & in eorum locum alios bonos subrogare. Quòd si non fecerint, relinquendi sunt iudicio diuino puniendi. Nec opus est in hac re amplius morari, cũ sit de hac re expressa definitio. Nam inter. 45. articulos Ioannis Vvicleph in concilio Constantiensi condemnatos, is vnus decimo octauo loco constituitur, sub his verbis: Decimæ sunt puræ eleemosynæ, & parochiani possunt propter peccata suorum prælatorum ad libitum suum auferre eas. Qui articulus simul cum aliis vnà super omnes lata sententia per concilium Constantiense damnatur. Verum hic admonere volo lectorem, vt non existimet me sentire, vt ex præcepto diuino sit nunc omnibus iniunctum decimas sacerdotibus tribuere iuxta veram & præcisam decimę partis assignationem. Quod ideo dico, quia etsi ab omnibus receptum sit aliquid deberi sacerdotibus offerri, & hoc non solum iure diuino, verum etiam legè naturæ, tamen vtrum id quod debetur, sit iuxta veram decimæ taxationem computandum, de hoc est controuersia inter doctores: Canonistis dicentibus etiam illam decimæ taxationem esse iure diuino adhuc sacerdotibus debitam: Theologis verò dicentibus talem decimæ taxationem fuisse veteris legis cæremoniam, atque ideo fuisse per mortem Christi abrogatam, sicut & cæteræ veteris legis cæremoniæ. Quapropter dicunt aliquid deberi sacerdotibus de iure diuino & naturali: quod autem tale quid sit sumendum iuxta veræ decimæ taxationem, illud dicunt esse nunc in lege Euangelica ex solo iure humano. De qua re impræsentiarum non est mentis meæ aliquid definire, quoniam non suscepi onus tractandi opiniones, sed veram fidem contra hæreticos, contra quos satis esse arbitror ostendisse sacerdotibus decimas deberi ex præcepto diuino, quod nemini transgredi licet. An autem talis decima sit verè decima totius pars, an non, parum refert: quia etsi præcepto diuino non esset indicta, iure tamen pontificio præcipitur, cui omnes Christiani subesse tenentur.

Cõcilium Cõstãtiẽ. B

DEVS.

SEcretissima res est Deus, & quæ omnium intellectus maximè fugiat: adeò vt Propheta quidam fuerit coactus dicere: Verè tu es Deus absconditus. Nec mirum, quoniam (vt ait Paulus) habitat lucem inaccessibilem, quàm nullus oculus ferre potest. Hinc cum Dominus pertranstret coram Propheta Helia, & ante dominum spiritus grandis & fortis, subuertens montes, & conterens petras, Helias operuit vultum suum pallio, quia videlicet sciebat tantum diuinæ maiestatis splendorem humanos oculos ferre non posse. Nam si filij Israel non poterant intendere in faciem Moysi, eo quòd cum domino in monte habuisset colloquium, quid putas faciet intellectus humanus, si intendere velit in faciem dei, vt illum proprij ingenij acumine penetret? Certè necessarium est vt fiat quod Sapiẽs ait: Scrutator maiestatis opprimetur à gloria. Quapropter nulla est res, in cuius cognitione perfecta magis oporteat captiuare intellectum nostrum in obsequium dei, quàm ipsemet Deus, quoniam ad inuestigãdum supremũ illud vnitatis & trinitatis mysterium nullus intellectus fide destitutus sufficit. Hinc tot de hac re ortæ sunt hæreses (omitto Gentilium & Paganorum errores) quoniam suis viribus innitẽtes, de suo ingenio confisi, magis humanis argumentationibus quàm fidei tribuerunt. Et ita factum est vt maiestatem diuinam perscrutari volentes, oppressi sint à gloria, & in multas hæreses lapsi sint. Quia ergo posuerunt in cœlum os suum, & montem illum qui super omnes montes est tetigerunt: oportet vt lapidibus ora eorum obstruamus, iuxta pręceptũ domini dicentis: Omnis qui tetigerit montem, lapidabitur. Ad has ergo hæreses refellẽdas hoc ordine aggrediemur, vt primo illę pertractentur, quę ipsam diuinitatem absolutè sumptam respiciunt. Deinde illas discutiemus, quæ ad singulas diuinas personas spectant.

Esa. 45. C
1. Tim. 6.
3. Reg. 19.
Exo. 34.
Proue. 25.
Exod. 19.

PRima ergo hæresis est quæ asserit plures deos. Et hæc in plures factiones diuisa est. Hoc enim hęreticis est commune, vt nunquam sibi constent. Quidam enim dixerunt duos esse deos, vnum bonum, à quo omnia bona: alterum malum, à quo omnia mala procedere dicebant. Huius hæresis primi autores fuêre ii qui Gnostici appellati sunt: de quibus iam aliàs diximus. Post istos Apelles quidam (de quo Eusebius lib. 5. historiæ eccleſiasticæ, capite decimo tertio) eundem tutatus est errorem de duobus diis, vno bono, altero malo, quanquam aliquantum in hoc à Gnosticis differt, qui (vt Augustinus de hæresibus cap. 23. refert) non dixit illos duos deos esse duo rerum principia, sed vnum tantum dicit esse principium, deum scilicet bonum, & ab illo factum alterum deum, qui cum malignus esset, mundum in sua malignitate fecit. Hos Gnosticos post aliquot annos imitatus Manichæus, eundem docuit errorem, & sub hoc magis præualuit quàm sub Gnosticis: adeò vt ab illo nomen acceperit, & Manichæorum iam appelletur. Verum hic Manichæus (vt commune est hæreticis qui sepultas iam hæreses suscitant, & quo clariores appareant, insaniam augere procurant, ex suo cerebro nonnihil addentes) vltra Gnosticos hoc dixit, duo videlicet scripturæ instrumenta à duobus illis diis processisse. Testamentum vetus dicit esse factum à malo deo, testamentum autem nouum à bono, & hunc conditorem noui testamenti dicit esse patrem domini nostri Iesu Christi, non autem illum qui fecit vetus testamentum. Hunc errorem post multa secula ab inferis reuocarunt Albanenses. Hoc enim illis impingit Guido: Et catalogus hæreticorum idem tribuit Albigensibus. Alii autem hæretici dixerunt duos esse deos, sed non dixerunt vnum bonum esse, alterum verò malum. Huius erroris autor fuit quidam nomine Cerdon, quamuis Philaſter

Gnostici. D
Apelles.
Manichę.
Albanẽses.
Albig.
Cerdon.

A ſter dicat Cerdonem ſenſiſſe duos deos,vnum bonum,& alterũ malum.Beatus tamen Auguſtinus lib. de hæreſibus,cap.21.dicit Cerdonem potuiſſe duo principia ſibi aduerſãtia,& Deum legis ac prophetarum non eſſe patrem Chriſti,nec eſſe bonum,ſed iuſtum: alium verò Deum eſſe patrem Chriſti, & hunc eſſe bonum.Ecce ex Auguſtini ſententia Cerdon nõ poſuit aliquem deum eſſe malum, quoniam dicit illum eſſe iuſtum,quamuis non ſit bonus.Vt autem beati Auguſtini ſententia confirmetur,in medium producã Irenæum,multò vetuſtiorẽ Auguſtino & Philaſtro.Is enim Irenæus lib.1.aduerſus hæreſes cap.28.de hoc Cerdone loquens,ita ait: Et Cerdon autem quidam ab his qui ſunt erga Simonem occaſionem accipiens,cùm veniſſet Romam ſub hoc Hygino,qui nouum locũ epiſcopatus per ſucceſſionem ab Apoſtolis habuit,docuit eum qui à lege & prophetis annunciatus ſit Deus,nõ eſſe patrẽ domini noſtri Ieſu Chriſti.Hunc enim cognoſci,illum autem ignorari: & alterum quidem iuſtum,alterũ autem bonum eſſe.Hæc Irenæus.Ex cuius verbis nil tale habetur,vt Cerdõ ſẽſerit duos eſſe deos, quorum vnus ſit bonus,alter malus.Hunc Cerdonem ſecutus eſt Marcion Ponticus Cerdonis diſcipulus. *Marcion.*
Eodem tempore quo fuit præfatus Cerdon(vt Irenæus lib.3.aduerſus hæreſes cap.4.ait:) extitit quidã hæreticus Valẽtinus nomine,qui cum Platonicus eſſet (vt Tertullianus in libro de hæreſibus ait) Pla- *Valẽtinus*
tonis ſectam religioni Chriſtianæ miſcens,multa figmenta fabuloſa docuit.Is enim duo omnium rerum principia eſſe dixit,quæ appellauit profundum & ſilẽtium: & profũdum dixit eſſe patrem, & ex coniugio profundi & ſilẽtij proceſſiſſe intellectum & veritatem,& protuliſſe in honorem patris æonas octo,id eſt,octo ſecula.De intellectu autem & veritate proceſſiſſe verbum & vitã, & protuliſſe æonas
B decem.De verbo & vita proceſſiſſe hominem & eccleſiam,& protuliſſe æonas duodecim,quæ omnes ſimul ſũt triginta,id eſt,triginta ſecula.De trigeſimo ſeculo dicit diabolum genitum,& à diabolo alios natos qui fecerunt hunc mundum.Itaque omnia ait proceſſiſſe ex illis duobus principiis, profundo videlicet & ſilentio. Quæ omnia ſunt mera figmenta & meræ fabulæ, quæ nulla prorſus ratione fulciri poſſunt,ſed ex cerebro delirantis aut ſomniantis hominis deriuata. Has fabulas indoctas ſecuti ſunt Secũdus, à quo Secundiani: & Ptolomæus quidam,& Marcus,huius Valentini ſectatores. Cõtra *Secundus*
omnes hos hæreticos nõ eſt operoſum diſputare: cum apertiſſima ſint ſcripturæ ſacræ teſtimonia, quæ *Ptolomæ⁹*
docẽt vnum tãtum eſſe deum:eumque eſſe ſummè bonum,à quo cuncta procedũt. In Deuteronomio *Marcus.*
dicitur: Audi Iſrael,domin⁹ Deus tuus vnus eſt.Et in eodem libro iterũ:Videte quòd ego ſim ſolus,& *Deut.6.*
non ſit alius præter me.Naáman ille à lepra animæ pariter & corporis ſanatus,ait: Vere ſcio quòd nõ *Ibidẽ..27*
ſit alius Deus in vniuerſa terra,niſi tãtum in Iſrael.Propheta regius,qui & ipſe Iſraelita erat,dicit:Quis *4.Reg4.*
Deus præter Dominum? aut quis Deus præter Deum? Et iterum: Quoniam magnus es tu,& faciens *Pſal.17.*
mirabilia, tu es Deus ſolus. Sapiens Salomon eãdem etiam fidem docet: Nec enim (inquit) eſt alius *Pſal.85.*
Deus quàm tu,cui cura eſt de omnibus.Eſaias etiam eandem fidem commẽdat,qui deum deſcribit ita *Sapien.12*
loquentem: Ego dominus,& non eſt alius: extra me non eſt Deus.Et in eodem loco: Ego dominus, *Eſa.45.*
& non eſt alter. Et iterum ibidem: ego dominus,& non eſt alius.Et in eodem loco: Nunquid non e-
C go dominus,& non eſt vltra Deus abſque me? Eandem ſentẽtiam iterum ibidem repetit,dicens: Cõuertimini ad me,& ſalui eritis omnes fines terræ,quia ego Deus,& non eſt alius.Sed quoniam & Cerdon & Manichæus vetus teſtamentum non recipiũt: vt nulla illis ad fugam pateat via,teſtimoniis noui inſtrumenti illos configere oportet. Paulus in priore ad Corinthios epiſtola ſic ait: Scimus quòd nullus eſt Deus niſi vnus. Nam etſi ſunt qui dicantur dij,ſiue in cœlo ſiue in terra, ſiquidem ſunt dii *2.Cor.8.*
multi,& domini multi: nobis tamẽ vnus eſt Deus pater,ex quo omnia,& nos in illo.Et in epiſt.ad Ga- *Gala.3.*
latas ait: Mediator vnius nõ eſt,Deus autem vnus eſt.Et alibi: vnus dominus,vna fides,vnum baptiſ- *Ephe.4.*
ma,vnus Deus & pater omnium,qui ſuper omnes,& per omnia,& in omnibus nobis, Omitto hic rationes philoſophicas adducere,quoniam non diſputamus aduerſus gẽtiles,ſed aduerſus eos qui Chriſto nomina in baptiſmo dederunt,& qui ſe Chriſtianos iactant, cum nihil minus ſint. Ariſtoteles ſæpiſſime demonſtrare contendit vnum tantum eſſe omnium rerum principium. Verum cùm ſcripturæ ſint adeò apertæ,non eſt opus noſtris argumentationibus. Quod ait Cerdon, Deum videlicet legis & Prophetarum nõ eſſe patrem domini noſtri Ieſu Chriſti,cui ſubſcribit Manichæus, addẽs Deum noui teſtamẽti nõ eſſe eum qui dedit & vetus.Hæc impietas vnico Pauli verbo cõuincitur: Multifariam(in *Heb.1.*
quit) multisq; modis olim Deus loquens patribus in prophetis: nouiſſime autẽ diebus iſtis locutus eſt
nobis in filio,quem cõſtituit hæredem vniuerſorum,per quem fecit & ſecula.Quòd ſi aliud adhuc te- *Luc.1.*
ſtimoniũ requiris, aperiat os ſuũ ille mutus Zachatias,& dicat: Benedictus dominus De⁹Iſrael, quia viſitauit & fecit redemptionem plebis ſuæ. Patet quòd loquitur de patre domini noſtri Ieſu Chriſti, quia non aliter viſitauit & fecit redemptionem plebis ſuæ,niſi mittendo filium ſuum,vt ſaluaretur mũdus per ipſum. De hoc ergo patre cum loquatur,addidit: Sicut locutus eſt per os ſanctorum qui à ſeculo ſunt Prophetarum eius.Ecce manifeſte patet,Deum qui locutus eſt per Prophetas,eſſe etiam lo-
D cutum in nouo teſtamento in Euangeliſtis,& feciſſe redemptionem noſtram per filium ſuum. Quòd ſi rertium adhuc petunt teſtem,petamus & nos auxilium à beata virgine Maria,vt pro nobis de hac re teſtimonium dicat: nec deerit petitioni noſtræ. Illa ſiquidem magnificans Deum eo quòd reſpexerit humilitatem ancillæ ſuę,& fecerit illi magna qui potens eſt,& alia multa quę ad patrem domini noſtri Ieſu Chriſti neceſſariò referenda ſunt: tãdem ait: Suſcepit Iſrael puerum ſuum,recordatus miſericor- *Ibidem.*
diæ ſuæ: Sicut locutus eſt ad patres noſtros,Abraham & ſemini eius in ſecula.Ille ergo Deus qui fecit nobiſcum miſericordiam: ille inquam locutus eſt ad patres noſtros,Abrahã & ſemini eius.Nõ eſt ergo alius veteris,alius noui teſtamẽti Deus: nec alius qui locutus eſt per prophetas,& alius qui eſt pater domini noſtri Ieſu Chriſti.Verum hoc Paulus expreſſius docet,qui in epiſtola ad Romanos ait:Quoniam *Roma.3.*
quidẽ vnus eſt Deus qui iuſtificat circũciſionem ex fide,& præputium per fidẽ.Quid ergo infanit Ma-

nichæus? Nònne in circũcisione vetus,& in præputio nouum testamentum designatur? Sed iam videamus reliquum quod aiunt: vnum videlicet ex duobus diis quos ponunt,malum esse. Quæ vlla vnquam maior potuit esse blasphemia? Quæ aures hoc ferre possũt,aut quis intellectus hoc cogitare potest,vt Deo malitiam impingat? Nõ possunt hæc vllo pacto cohærere,vt Deus sit,& malus: quoniam si Deus,necessariò bonus est: & si bonus nõ est,Deus certè nõ est. His certè hæreticis apertissime cõuenit id quod Paulus de Gentibus loquẽs,ait: Cum cognouissent Deum,nõ sicut Deum glorificauerunt,
Rom.1. aut gratias egerũt,sed euanuerũt in cogitationibus suis,& obscuratum est insipiẽs cor corũ. Dicẽtes enim se esse sapientes,stulti facti sunt. Ecce qualiter isti impij & blasphemi hęretici Deum glorificant, qui eum malum dicunt. Vide quales illi gratias reddunt,qui supremam illi malitiam impingunt. Cum ergo omnium cordibus à natura insitum sit,vt Deum esse bonum agnoscamus,pro re tam aperta piget testimonia scripturæ adferre: quoniã & si quis ea desideret,apertissima sunt: adeò vt ipsum euãgeliũ
Luc.8. cui soli isti hæretici credunt,dicat: Nemo bonus nisi solus Deus. Contra hos hæreticos non esset agen- A
Leui.24. dum argumentis,sed lapidibus,iuxta præceptũ domini dicẽtis: Homo qui male dixerit Deo suo,portabit peccatum suum: & qui blasphemauerit nõmẽ domini,morte moriatur. Lapidibus opprimet eum omnis multitudo populi,siue ille ciuis,siue peregrinus fuerit. Qui blasphemauerit nomẽ domini,morte moriatur. Quis autem verius Deo maledicit,quàm qui dicit Deum esse malum? Hic ergo lapidibus opprimendus venit à tota multitudine.

SEcunda hæresis est quæ docet Deum esse corporeum. Huius hæresis primus (vt existimo) autor extitit Tertullianus. Quanquam hunc Tertullianum de hac re quodammodo excusat beatus Augustinus in libro de hęresibus capite octogesimo sexto, dicens non propter hoc dicendum esse hæreticum Tertullianum,quia potuit ita de Deo sẽtire,vt diceret eum esse corpus quoddam,nõ quidem tale quod partes habeat,quarum aliæ maiores,aliæ minores exist ãt,quod etiam loco sit circunscriptum, & certis limitibus conclusum: sed ideo potuit nominare corpus,quia videlicet non est inane,sed est aliquid qui vbique totus est. Sed re vera nescio an talis res quæ partes nõ habet,congruè & aptè posset vocari corpus. Verum beatus Augustinus mitissima vsus censura excusauit quod potuit. Considerauit nãque nullum esse acerbius & grauius crimen quod Christiano possit obiici, quàm crimen hęreseos: ideo antequàm illud alicui impingamus,oportet prius rem anxiè examinare,& lapidem ad filum reducere. Discant ergo ab Augustino eximio fidei zelatore,hi qui tam leuiter de hæresi pronũciant,ne si fortè quispiam docuerit aliquid,quod ab eorũ placitis vel digito trãsuerso discedat,statim hæresim inclamẽt,nullam prorsus hominis excusationem admittẽtes etiam cum facile excusari potest. Cum ergo beatus Augustinus Tertullianũ de hac re excuset,nolo ego aduersus eũdem seuerior esse iudex. Malo enim (iuxta beati Chrysostomi sẽtẽtiam) de misericordia deo rationem reddere,quàm de crudelitate. Sed quãuis Tertullianus fuerit excusatus,non tamen ideo pugnare desinam aduersus iam narratam hæresim, quoniam nõ aduersus homines est nobis colluctatio,sed aduersus hæreses,præcipuè quòd huic hæresi
Vadiani. non desunt fautores,qui illam tutati sũt etiam absque Tertulliano. Fuerunt enim quidam hæretici appellati Vadiani,qui dixerunt Deum esse corporeum, & habere membra vt homines habent: moti ex eo quod sæpenumero in sacris literis,potissimum in veteri iustrumento,Deo membra tribuũtur,& Adam factus esse dicitur ad imaginem & similitudinem Dei,vnde colligũt deum habere membra quẽadmodum Adam. Hi hæretici à suo errore nomẽ sortiti,vocati sunt Anthropomorphitæ,quia anthro-
Antropo pos græcè,idem est quod homo latinè. Hæc autem hæresis orta est in partibus Ægypti tempore Da-
morphitæ masi papæ,& Theodosii senioris: contra quam scripsit & eam confutauit (vt dicitur in historia Tripartita libro decimo,capite septimo). Theophilus Alexãdrinus episcopus. Frater Bernardus de Lutzemburgo in suo cathalogo hęreticorum dicit hãc hæresim cœpisse sub Agapeto papa, & Berengario imperatore. Et constat eum loqui de Agapeto huius nominis secũdo,quoniã Agapetus huius nominis primus (vt Platina refert) fuit sub Iustiniano imperatore,ad quem vidẽdum è Roma vsque ad Cõstãtinopolim accessit, vbi & mortuus est. Oportet ergo vt is Agapetus de quo catalogus loquitur,sit secundus. A Damaso autem, sub quo pestis hæc orta est,vsque ad Agapetum ferè sexcẽti anni interceſſere: quapropter nescio apud quem legerit eam cœpisse sub Agapeto & Berengario. Et quod magis miror,in eodem loco de eisdem Anthropomorphitis loquẽs,postquam dixerat eam cœpisse sub Agapeto & Berengario,subiunxit quòd Theophilus Alexandrinus condemnauit hæresim Antropomorphitarum: pro cuius rei cõfirmatione adfert testimonium ex collationibus Cassiani. Et certè hęc duo minimè cohærere possunt,vt hæresis cœperit sub Agapeto,& eam Theophilus Alexãdrinus condemnauerit,& sic sẽtiẽtes disputatione cõfuderit: quoniam à Theophilo Alexãdrino, de quo Cassianus mentionem facit,vsque ad Agapetum papam secundum ferè sexcenti elapsi sunt anni,& vsque ad Agapetum primum ferè trecenti anni,quoniam Theophilus iste (vt patet ex historia Tripartita libro decimo,cap. decimo) tempore Damasi papæ fuit. Nam ad eum misit Isidorum quẽdam episcopum legatum. Vnde coniicere licet fratrem Bernardum de Luzemburgo ex centonibus pluribus malè consutis illud opus cõflasse,nulla rerum coniectura facta. Apud vnum autorem fortè legerat hanc hæresim sub Agapeto incepisse,& nihil amplius ibi legit. Apud Cassianum legit aliud,videlicet quòd Theophilus eam disputatione conuicerit. Et iste illa duo non considerans an simul cohęrere possent,in vnum coniunxit. Quid quod rerum consonãtia omissa,facillimum erat deprehendi ad homine versato inter eruditos autores,falsum esse quòd sub Agapeto inceperit? quoniam prẽter id quod historia Tripartita refert, Augustinus qui vtrunque Agapetum per aliquot secula præcesserit,in libro de hæresibus, capite 50. huius hęresis meminit sub nomine etiam Antropomorphitarum. Hæc coactus sum digito ostendere,partim amore veritatis allectus,partim calore iracũdiæ accẽsus: cum videam quosdam adeò futi-

les &

les & profusos in pronunciando & in scribendo, vt quicquid legerint, etiam apud quemcunque, nulla facta rerum indagine, statim transcribant, & coram tota multitudine magna cum fiducia pronuncient, satis sibi esse putantes quod apud alium quempiam legerint. Hæc ergo Antropomorphitarum sententia apertè hæreseos conuincitur. Si Deus corporeus est, & figuram habet humanam, & membra, & partes vt homo, oportet vt finitus sit, & certis limitibus concludatur, quoniam id quod infinitum est, nullius potest esse figuræ, cum ad figuram perficiendam necessario requiratur vt termino vel terminis claudatur. At Deus qui infinitus est, nullo potest limite concludi, ergo nec figuram habere, nec loco claudi. *Iob.22.* Excelsior est enim cœlo (vt est apud Iob) & super stellarum verticem collocatur. Et Propheta ait: Magnus dominus & laudabilis nimis, & magnitudinis eius non est finis. Quòd si magnitudinis eius nullus est finis, nulla etiam illius erit figura. Præterea si corporeus est Deus, & membra vt homo habet, sequitur quòd non sit totus vbique, sed pars eius in vno loco, & pars alia in alio loco, & ita erit per partes in loca diuisus, quod summæ illius perfectioni maximè obuiat. Rursum, oportet etiam in Deo fateri compositionem, & dicere ea quæ in Deo sunt, non esse omnia infinitæ perfectionis, quoniam quælibet illarum patrium ex quibus componitur, minor est suo toto: & ita non æquè perfecta vt totum: quapropter necessario erit finita, quoniam quod infinitum est, excedi non potest. Multa alia similia possunt fieri argumenta sumpta ex impetfectionibus quæ corporibus adiacent: sed ea prolixitatem euitans, omitto, quoniam sine illis ex sacra scriptura apertissimum habemus testimonium. Ipsa enim veritas apud Ioannem ait: Spiritus est Deus. Si spiritus est Deus, ergo non est corporeus, & mẽbra humana habens, quoniam eadem veritas apud Lucam ait: Spiritus carnem & ossa non habet, sicut me videtis habere. Quod autem Antropomorphitæ pro se adferunt, parum momenti habet & ex praua scripturæ intelligentia procedit. Quamuis enim scriptura sacra sæpe nominet Dei membra, vt puta caput, oculos, linguam, aures, manus, brachia, & his similia: non tamen sunt illa iuxta literam sumenda, sed iuxta mysterium latẽs per res illas designatũ. Sunt enim pleraque in sacris codicibus, maximè in veteri instrumẽto, quod carnali populo & adhuc rudi datum est, quæ nullo modo iuxta literæ primam significationem accipienda sunt, nec accipi possunt, sed in illis quid res ipsa per literam significata vlterius portendat, aspiciendum est. Res nanque ipsæ sæpè etiam significant, & aliquid ingerunt sensibus, æquè vt voces. Quod in omnibus metaphoricis locutionibus contingere est manifestum, in quibus propter similitudinem inter aliqua repertam, vnum alterius nomine appellatur, vt si voracem lupum dixeris, aut auarum talpam: non quòd hæc sint, sed illa quibus similia esse reperiuntur. Ad eundem modum oportet multa in sacris literis interpretari, & non secundum primam vocum significationem, testante Apostolo, quòd litera occidit, spiritus autem viuificat. E quibus multis hoc vnum & præcipuum est, quotiescunque Deo aliquod membrum aut aliqua effigies tribuitur, tunc membro audito intelligas illo nomine Deo tribui vim illam & virtutem quæ perfectior in illo membro reperitur: vt cùm audis in Deo caput, intellige diuinam essentiam, quæ omnia præcedit. Et cum dicitur caput respectu corporis mystici, quod est Ecclesia: intellige influxum in reliqua membra, quæ nos sumus. Cum audis oculos, intellige virtutem videndi talem, vt nihil eum latere possit. Sic enim ait Apostolus: Nulla creatura ei inuisibilis est, omnia nuda & aperta sunt oculis eius. Aures habere dicitur, quia talis est in eo vis, vt verbum quãtumlibet submisse prolatum, latere eum non possit, de quo Sapiens ait: Auris cœli audit omnia, & tumultus murmurationis non abscondetur. Quòd si in hanc expositionem hi hæretici non flectuntur, sed omnia contendunt iuxta literę primam significationem intelligi debere, cogentur fateri Deum esse monstrum quoddam, imò tale aliquid quod nihil sit, cùm aliquãdo nominetur leo, aliàs vermis, aliàs locusta. Vnde manifestè cõuincitur hæc non esse accipienda iuxta primam literæ significationem, sed iuxta id quod res ipsæ per illas voces designatæ significant. De quorum omnium mystica significatione errat liber beati Anselmi, cui titulus est de membris Deo attributis: in quo exponit quid singula membra Deo attributa significent. Est etiam de eadem re alius tractatus sub nomine Hieronymi inscriptus, quem velut nothum, & beatum Hieronymum minimè redolentem, vir doctissimus Erasmus Roterodamus in quarto tomo operum illius collocauit, in quem locum reiecit omnia quæ hucusque falso ascripta erant Hieronymo. Contra hos Antropomorphitas scripsit Theophilus Alexandrinus, cuius proximè fecimus mẽtionem. Scripsere etiam (vt testatur Ioannes Trithemius in suo catalogo scriptorum Ecclesiasticorum) Faustus episcopus Regiensis, & Ratherius monachus, sed nullum istorum operum vidi.

Psal.144. *Ioan.4.* *Luc.vlt.* *2.Cor.3.* *Heb.4.* *Sapien.1.*

TErtia est hæresis, quæ potius dicenda est blasphemia, asserens Deum esse mendacem, Hæc est Armenorum hæresis, quemadmodum illis impingit Guido. Dicunt enim Deum dixisse Cain, quòd à nullo homine occideretur, & tamen (vt ipsi aiunt) Cain occidit seipsum, & ita conuincunt Deum dixisse falsum, cum ab homine fuerit occisus. Et certè (vt ingenue fatear) vix possum credere, etiam si Guido testatur, quòd Armeni in tam grauem errorem sint lapsi, vt Deum esse mendacem fateantur, quoniam hoc non potest in sensum hominis cadere, vt veritatem dicat esse mendacium, præcipuè cum Armeni, etsi hæretici sint, scripturas tamen sacras non reiiciant. Nam hoc nunquam illis impingit Guido. Si ergo scripturas sacras recipiunt, quomodo poterunt dicere Deum esse mendacem, cùm ipsæ scripturæ toties Deũ prædicent veracissimum? Non enim (inquit scriptura) est Deus quasi homo, vt mẽtiatur. Et propheta Hieremias ait: Dominus autem Deus verus est. Et ipsemet Deus ait: Ego sum via, veritas, & vita. Si ergo veritas est, quomodo mentiri poterit? Certè non magis quàm frigus calefacere, aut nigredo albefacere. Præterea quomodo Deus mentiri posset, qui tantum abominatur peccatũ? qui toties homines à mendacio deterret, tanquam à vitio pessimo? Abominatio est domino (inquit Sapiens) labia mendacia: qui autem fideliter agunt, placent ei. Et alibi: Os quod mentitur, occidit animam. Rursum, si Deus semel mendacii conuincitur, restat vt nunquam ei in posterũ credatur. Hoc est enim, teste

Armeni. *Num.2.* *Hiere.10.* *Ioan.10.* *Prou.12.* *Sapien.1.*

Aristotele,mẽdacis hominis præmium,vt illi veritatem dicenti non credatur. Quod si Deo non est credendum,peribit omnis lex, omnis conuictus: nulla erit fides. Et non est certè quod de hac re amplius contendamus,cùm sit tam aperta dementia,vt quiuis etiam infidelis & paganus eam agnoscat. Non est enim natio tam barbara,quę non horreat mendacium. Quæ de Cain adferunt non reperiuntur in sacris literis. Scriptura enim sacra non dicit Cain seipsum occidisse, imò nec vllam mortis illius facit mentionem, quamuis aliqui doctores opinentur Cain fuisse virum illum, quem Lamech credẽs esse feram occidit. Cæterum etsi scriptura dixisset Cain fuisse occisum à Lamech,aut seipsum præcipitasset,non ideo Deus arguendus erat mendacii, quia Deus non dixerat quòd Cain non esset occidendus ab aliquo homine, sed dixit: Omnis qui occiderit Cain, septuplum punietur. Quibus verbis solum prohibuit omni homini occisionem Cain: non tamen negauit eam futuram.

Gene. 4.

Petrus Abail.

QVatta hæresis minuit Dei omnipotentiam. Nam Petrus Abailardus (vt illi impingit beatus Thomas) dicit quòd Deus non potest facere res aliter quàm facit, quapropter dixit omnia de necessitate absoluta euenire. Sed de hoc errore inferius disputabimus cum de futuro contingenti agemus. D

QVinta hæresis est quæ negat in diuinis personarum numerũ. Huius hæresis autor fuit Noëtus quidam,à quo Noëtiani dicti sunt. De hoc Noëto beatus Epiphanius differens in libro octoginta hæresum, hæresi. 57. ita ait: Alius post Bardesanen, Noëtus nomine surrexit, non ante multos annos, sed ante hoc nostrum tempus centum triginta plus minus annis, Asianus vrbis Ephesi existens, qui alieno spiritu ductus,voluit à seipso,quę neque prophetę,neque apostoli,neque Ecclesia ab initio obtinuit,neque cogitauit, dicere ac docere. Hic à seipso insaniæ elationibus elatus, ausus est dicere patrem passum esse. Insupérque ad maiorem fastum ac dementiam delatus, seipsum dixit esse Mosen & fratrem suum Aaron. Et aliquibus interiectis,addit: Moritur autem idem paulò pòst vnà cum proprio fratre, non velut Moses in gloria: neque ipsius frater Aaron ille sepultus est in honore. Abiecti enim sunt velut transgressores,& nemo ex piis ipsos cooperuit. Postea verò sequaces eius mente corrupti,corroborarunt hoc dogma,per ea subducti quibus etiam præceptor ipsorum ab initio. Hæc Epiphanius. Hunc sequutus est Sabellius,eiusdem Noëti(vt Philaster ait)discipulus,à quo Sabellio,Sabelliani dicti sunt,& sub hoc nomine nota est magis, hæc hæresis, quàm sub nomine Noëti. Orta est hæc pestis apud Ptolemaidem Ægygti,sub Galieno Imperatore,& Sixto papa huius nominis secundo. Hi ergo dixerunt in diuinis vnam tantum esse personam: diuersis tamen nominibus nominatam. Ex quo fonte corrupto hunc etiam vitiarum riuulum deducunt,patrem videlicet esse passum, quemadmodum & filium: quod fateri fuit illis necessarium, cum dicerent patrem & filium eandem esse personam. Et ita ab hac doctrina nomen sortiti, vocati sunt Patripasiani: quia patrem passum esse docebant. Eundem errorem (vt August. ait libro de hæresibus cap. 70.) docuit postea Priscillanus. Istorum hæresis inde orta est (vt ait Eusebius Cæsarienſis. 10. lib. historiæ Ecclesiasticæ cap. 29.) quod nescierũt distinguere inter essentiam & personam: vel (vt verbis Eusebii vtar) inter substantiam & subsistentem: cum tamen latum sit inter illa discrimen. Substantia quidem aut essentia, aut natura, quo vocabulo theologi scholastici magis vtuntur, est commune aliquid pluribus singularibus in quo indiuidua singula conueniunt,& quod totum cuiuslibet singularis perfectionem explicat. Persona verò est singulare quoddam,vnumque nũmero,mente & ratione præditum,à cæteris eiusdẽ naturæ indiuiduis singulari proprietate discretũ: vt cùm dicis hominem in cõmuni,naturam explicas humanã omnibus hominibus cõmunem: cõmunem dico non re, sed sola vocis dictione,cùm verò dicis Petrum,Ioannem,Franciscum,personas nominas,quæ in illa natura humana conueniunt. Conueniunt inquam sola (vt dixi) vocis dictione,quia quilibet eorum dicitur & est verus homo. Aut si mauis,conueniunt in definitione explicante rei perfectionem,qui in quolibet singulari reperitur. In Deo ergo substantia aut essentia est ipsa deitatis natura,quæ totã deitatis perfectionem dicit. Persona verò,est singulare quoddam in quo deitas existit, ab alio singulari realiter separatũ, realiter inquam non per naturam,sed per proprietatẽ personalem: vt cum dicimus Deum,substãtiam explicamus naturæ diuinæ omnibus personis cõmunem. Communem inquam non (vt diximus de homine) sola vocis dictione,sed verè & realiter communem. Cum verò dicimus patrem,aut filium,aut spiritum sanctum: vnum singulare,aut vnam personam dicimus, in qua deitas subsistit. Cum ergo hoc trinitatis & vnitatis mysterium tam altum sit,vt humanum & angelicum super & intellectũ,hic oportet captiuare intellectum nostrum in obsequium fidei. Quapropter superfluum est, imò ridiculum, rationibus & argumẽtis hoc agere,sed solis scripturarum testimoniis,ex quibus apertè demõstrabimus, Deo duce,eiusdem Dei vnitatem, & personarum trinitatẽ. In libro Geneſis, descripta omnium aliarũ creaturarum productione,cum de homine creando Deus decernit, sic dicit: Et vidit Deus quod esset bonum,& ait: Faciamus hominẽ ad imaginem & similitudinem nostrã,& præsit,&c. Et paucis interpositis subiungit: Et creauit Deus hominem ad imaginẽ suam. His verbis,& diuinitatis vnitas, & personarum pluralitas apertè ostenditur. Sic enim dixit: Vidit Deus quod esset bonum,& ait: Faciamus hominẽ,&c. Cum verò post nomẽ singularis numeri quale est Deus,subiunxit verbum pluralis numeri,videlicet faciamus, declarauit pluralitem personarum: quoniam si vna tantum esset persona, non dixisset in plurali numero, faciamus. Deinde etiam mysterio non caret id quod sequitur. Dicens enim,faciamus in plurali,addidit imaginem,& non imagines: ad similitudinem dixit,non ad similitudines,per hoc innuẽs quod etsi pluralitatem personarum denotauerit plurali numero loquens,non tamen per hoc credendum esse in Deo esse plura exemplaria,sed vnum tantum,ad cuius imaginem & similitudinem homo factus est. Addens insuper nostram, iterum pluralitatem personarum ostendere voluit, vt responderet verbo faciamus. Si enim tãtum vna esset persona,vt Sabellius mentitus est,meam dixisset,non nostram. Præterea in eodem libro cũ de subuersione Sodomæ & Gomorrhę agitur,sic dicitur: Igitur dominus pluit super Sodomam & Gomor-

Noet. Sabel.

Priscillianus. A

Gene. 1. B

Gene. 19.

& Gomorrham ſulphur & ignem à domino de cœlo,& ſubuertit ciuitates has. Si tantum eſt vna perſona in diuinis,quis eſt hic dominus qui pluit à domino? Cùm enim dixit, dominus à domino, filium oſtendit,per quem (vt ait Ioannes Euangeliſta) facta ſunt omnia: qui & à domino pluere dicitur,quia à quo habet eſſe,ab illo habet &operari. Dicens ergo, dominus à domino,patrem & filium oſtendit. Do-
C minus enim filius eſt,& à domino,quoniam à patre genitus. Pater autem dominus eſt, ſed non à domino,quoniam ingenitus eſt. Rurſum, Propheta Regius de Chriſto loquens, vocem patris ad Chriſtum dictam refert in hunc modum: Filius meus es tu,ego hodie genui te. Et iterum idem: Ex vtero ante luciferum genui te. Quæ verba Apoſtolus Paulus de Chriſto filio dei eſſe dicta teſtatur,qui de Chriſto loquens in hunc modum, ait: Cui enim dixit aliquando angelorum, ego hodie genui te. Non eſt autem poſsibile vt idem gignat ſeipſum vt ſit: nec intellectus hominis poteſt hoc capere, vt idem ſit pater ſui ipſius, & filius ſui ipſius. Alius eſt ergo qui gignit, & alius qui genitus eſt: alius pater, alius filius. Deinde ipſa ſumma veritas ſæpiſsimè hanc docuit veritatem. Nam obiicientibus illi Phariſæis quòd de ſeipſo teſtimonium diceret, ac propterea teſtimonium illius non eſſet verum, reſpondit: Et ſi iudico ego,iudicium meum verum eſt: quia ſolus non ſum,ſed ego, & qui miſit me pater. Et in lege veſtra ſcriptum eſt, quia duorum hominum teſtimonium verum eſt. Ego ſum qui teſtimonium perhibeo de meipſo,& teſtimonium perhibet de me,qui miſit me pater. Nihil certè apertius quicquam dici poterat cõtra Sabellium. Si enim pater & filius vna eſt perſona (vt Sabellius ſomniauit) filius ſolus eſſe dicitur,etiam ſi cum illo ſit pater: quemadmodum dicerem ſolum Tullium ſcripſiſſe Tuſculanas quæſtiones, etiam ſi Cicero ſcripſerit eas,quoniam Tullius & Ciceto vna eſt perſona, quamuis diuerſa ſunt nomina. Quod verò ſequitur,apertius adhuc eſt. Volẽs enim probare teſtimonium ſuum eſſe verum,citauit pro ſe legem dicentem duorum hominum teſtimonium eſſe verum. Cum ergo ipſe & pater illud teſtimonium perhiberent, oportet vt illud ſit verum. Ecce quo argumento Phariſæos conuincit. Si verò pater
D & filius vna eſſet perſona, malè argumentaretur, nec bene pro ſe legem citaret: quia lex teſtimonium duorum probat, non teſtimonium vnius. Oportet ergo vt pater & filius duæ ſint perſonæ,ſi Chriſti argumentum alicuius eſt valoris. Et iterum ipſamet veritas eiſdem Iudæis ait: Ego & pater vnum ſumus. Dicens ſumus in plurali, manifeſtè declarauit ſe & patrem duas eſſe perſonas: quoniam alioqui ſum dicturus erat,non ſumus. Dicens verò, vnum ſumus, declarauit earundem perſonarum vnam eſſe deitatem. Et iterum ad patrem orans eandem veritas ait: Hæc eſt vita æterna,vt cognoſcant te ſolum Deum verum, & quem miſiſti Ieſum Chriſtum. Quorum verborum ſenſus non eſt, Deum patrem eſſe ſolum verum Deum, vt à deitate excludamus Chriſtum, quoniam iam ſuprà cùm de perſona Chriſti ageremus, probauimus contra alios hæreticos Chriſtum eſſe verum Deum. Senſus eſt ergo, vt cognoſcant te, & quem miſiſti Ieſum Chriſtum, eſſe ſolum verum Deum. Cùm ergo patrem & Ieſum Chriſtum coniunctione copulatiua numeraſſet, eos dixit eſſe verum Deum. Ex quibus verbis etiam & perſonarum pluralitas,& diuinitatis vnitas manifeſtatur. Verum etſi hęc ſcripturę teſtimonia efficacia ſint ad probandum perſonarum pluralitatem cum deitatis vnitate,non tamen oſtendunt veram trinitatem, quoniam ex illo dicto,faciamus hominem ad imaginem & ſimilitudinem noſtram, conuincitur plures eſſe perſonas, non tamen conuincitur eſſe tres. Vt autem hoc conuincamus, alia oportet adferre teſtimonia. Et primò illud eſt omnium efficaciſsimum,quamuis ſub quadam figura latens,quòd Abrahæ ad ilicem Mambræ ſedenti contigit. Cùm enim eleuaſſet oculos, apparuerunt ei tres viri ſtantes propè eum. Quos cùm vidiſſet, cucurrit in occurſum eorum de oſtio tabernaculi ſui,& adorauit in terra, & dixit: Domine ſi inueni gratiam in oculis tuis,ne tranſeas ſeruum tuum,&c. Vides hic tres primum apparuiſſe, & his tribus Abraham loquens quaſi vni, ait: Domine, quo verbo & perſonarum trinitas, & diuinitatis vnitas declaratur: quoniam etſi certum ſit illos tres angelos fuiſſe, tamen Abraham non tam ad angelos, quàm ad illum cuius imaginem illi gerebant,verba ſua dirigens,ait: Domine ſi inueni gratiam in oculis, &c. Dauid etiam propheta & rex, vt oſtenderet deum trinum in vnitate, ait, Bene-
A dicat nos Deus, Deus noſter, benedicat nos Deus, & metuant eum omnes fines terræ. Cum enim ter deum nominaſſet, ne fortè inde occaſionem aliquis caperet ſuſpicandi tres eſſe deos, relationem poſtmodum faciens,in ſingulari numero dixit,metuant eum omnes fines terræ. Ter enim nominans deum tres declarauit perſonas. Addẽs autem,& metuant eum,&c. declarauit omnes tres vnum eſſe deũ. Eſaias etiam exprimens voces Seraphin laudantium deum,ait: Sãctus,Sanctus,Sanctus. Sed ne ex eo quòd ter ſanctus dixerat, vnitatem diuinæ ſubſtantiæ ſciſſam eſſe aut diuiſam aliquis ſuſpicaretur, ſubiunxit, dominus Deus ſabbaoth. Cum ergo ter ſanctus dixit, trinitatem perſonarũ oſtẽdit. Addens autẽ poſtea dominus Deus,in ſingulari,eiuſdem trinitatis vnitatẽ declarauit. Ipſa etiam veritas, Chriſtus videlicet redemptor noſter,cum rediuiuus iam ſurrexerat,aſcenſurus in cœlum,apoſtolis ait: Euntes docete omnes gentes,baptizantes eos in nomine patris,& filii, & ſpiritus ſancti. Ecce hîc vides omnes tres perſonas propriis nominibus appellatas. Sed cum omnes tres nominaret, in nomine dixit, non in nominibus, vt per hoc oſtenderet omnes tres vnum eſſe deum, & vnam habere deitatis ſubſtantiam. Beatus Ioannes in ſua canonica epiſtola hanc rem apertiſsimè docet: Tres ſunt (inquit) qui teſtimonium dant in cœlo,pater,verbum,& ſpiritus ſanctus: & hi tres vnum ſunt. Hoc autem teſtimoniũ adeò eſt clarum, vt nulla poſsit tergiuerſatione cælari. Ibi enim audis tres,& vnum. Tres contra Sabellium,vnum contra
B Arrium: quemadmodum poſtea dicemus. Paulus quoque vt indiuiſam ſanctæ trinitatis operationem oſtẽderet,ait: Ex ipſo,& per ipſum,& in ipſo ſunt omnia,ipſi gloria in ſecula ſeculorũ,amen. Cum enim ter ipſum explicuit,perſonarum trinitatem manifeſtauit. Sed addens poſtea,ipſi, & non ipſis, oſtendit illas tres perſonas vnum eſſe. Et alibi: Gratia domini noſtri Ieſu Chriſti,& charitas dei,& cõmunicatio ſancti ſpiritus,ſit cum omnibus vobis. Vide ibi tres expreſſè perſonas nominatas, quãquam ibi non de-

Ioan. 1. Pſal. 2. Pſal. 109. Heb. 2 Ioan. 8. Deut. 17. Ioan. 10. Ioan. 17. Gen. 8. Pſal. 66. Eſa. 9. Mat. 28. 1. Ioan. 5. Rom. 11. 1. Cor. 13

notetur earundem vnitas. Sed præsenti proposito satis est hoc, quoniam nunc contra Sabellium agimus negantem in diuinis plures esse personas. Postremò Ioannes in Apocalypsi, postquam descripserat illa præclara quatuor animalia, de illis adhuc loquens, ait: Et requiem non habebant die ac nocte dicentia, *Apoc. 4.* Sanctus, sanctus, sanctus, dominus Deus omnipotens, qui erat, & qui est, & qui venturus est. Quæ verba simillima sunt illis quæ ex Esaia proximè citauimus. Cum ergo tot sint de hac re clarissima scripturæ sacræ testimonia, non est quod aliquis Sabellio deliranti credat: sed captiuet vnusquisque intellectum suum in obsequium huius fidei, credens deum esse trinum & vnum, trinum in personis, & vnum in essentia. Si enim sola ratione humana hoc mysterium perscrutari aliquis voluerit, opprimetur à gloria tanti mysterii. Huic enim dictum esse videtur illud canticorum: Auerte oculos tuos à me, quia ipsi me auo- *Cant. 6.* lare fecerunt. Quia quanto magis nitimur ad hoc mysterium sola ratione inuestigandum, tanto minus cognoscimus, & ob hoc ipsum Deum à nobis auolare facimus. Hanc hæresim damnat Leo papa huius nominis primus. Nam epistola septuagesima prima, quæ est ad Astorigẽsem episcopum, in qua Priscillianistarum errores reiicit, sic ait: Primo itaque capitulo demonstratur quàm impiè sentiant de trinitate diuina, qui & patris, & filii, & spiritus sancti vnam atque eandem asserunt esse personam, tãquam idem C Deus nunc pater, nunc filius, nunc spiritus sanctus nominetur: nec alius sit qui genuit, alius genitus est, alius qui de vtroq; processit: sed singularis vnitas in tribus quidem vocabulis, sed nõ tribus sit accipienda personis. Quod blasphemiæ genus de Sabellii opinione sumpserunt, cuius discipuli etiam Patripassiani meritò nuncupantur: quia si ipse est filius qui & pater, etux filii, patris est passio: & quicquid in forma serui filius patri obediendo sustinuit, totum in se pater ipse susceptt. Quòd catholicę fidei sine ambiguitate contrarium est, quæ trinitatem vnitatis sic ὁμοούσιον confitetur, vt patrem & filium & spiritum sanctum sine confusione indiuisos, sine tempore sempiternos, sine differentia credat æquales. Hęc Leo Papa, vir præter pontificalem dignitatem sanctus simul & doctus. De hac re scripsit diuus Hylarius Pictauorum episcopus in duodecim libris de trinitate, in quibus contra omnes hæreticos de ea malè sentientes disputat: quamuis præcipuè agat contra Arrium. Scripsit beatus Augustinus quindecim libros de trinitate, in quibus multò clarius & expressius quàm Hylarius rem ipsam pertractat. Scripsit etiã iterum de trinitate & vnitate Dei librum vnum. Richardus de sancto Victore, post istos, eorum dicta & præcipuè Augustini perstringens, quodammodo exponens, composuit sex libros de trinitate. Specialem autem scriptorem, qui contra Sabellium solum de hac scripserit, hucusque non vidi.

SExta hæresis est circa personam diuinarum equalitatem, quoniam etsi plures fateatur personas in diuina natura subsistẽtes, eas tamen dicit esse inæquales. Prius ergo de filii persona pertractemus, deinde de spiritu sancto dicemus: De persona ergo filii est vna hæresis, quæ dicit filium esse minorem pa- D tre, neque est eiusdem substantiæ cum patre, sed esse meram creaturam. Huius blasphemiæ autor primus (quod sciam) fuit Arrius quidam presbyter Alexandrinus, tempore Constantini maioris, & Siluestri papæ: cuius rei historiam qui plenè scire desiderat, legat decimum librum historiæ scholasticæ per *Arrius.* Rufinum additum, & primum librum historiæ tripartitæ, à capite duodecimo vsque in finẽ. Verum aliqui sunt qui hunc errorem impingunt Origeni, qui plusquam per centum annos præcessit Arrium: à quo Origene Arrium hausisse ferunt. Beatus enim Augustinus in libro de hæresibus capite quadragesimo tertio de Origene loquens, sic ait: Dicit præterea ipse Origenes, quòd filius Dei sanctis hominibus comparatus, veritas sit: patri collatus, mendacium: & quantum distant Apostoli à Christo, tantum filius à patre: Vnde nec orandus est filius cum patre, quia non est autor indulgendarum petitionum, sed supplicator. Hęc de Origene Augustinus. Hoc etiam impingit Origeni Theophilus Alexandrinus episcopus in suo paschali per beatum Hieronymum è græco in latinum traducto, qui libro secundo eiusdem paschalis dicit Origenem docuisse filium non esse orandum, neque cum filio patrem. Epiphanius in quadam epistola ad Ioannem episcopum Hierosolymitanum, quam Hieronymus latinam fecit, ait Origenem fuisse patrem Arrii, innuere volens Arrii doctrinã ab Origene fuisse deductam. Ad hunc eundem errorem accedit proximè Metangismonitarũ hæresis. Hi enim dicebant (vt Augustlib. de hæresibus, capite quinquagesimo octauo ait) sic filium esse in patre, sicut vas paruũ in vase maiore, filium minorem patre facientes. Et ita à doctrina sua nomen acceperunt, Metãgismonitæ vocati ἀγγεῖον græcè, vas *Metãgis-* dicitur latinè, μεταγγεισμὸς dictio composita idem est quod infusio vnius vasis in aliud. Inde metangis- *monitæ.* monitæ, id est (si ita licet loqui) transuasantes vel inuasantes. Quis autem fuerit istorum dux, & princeps, Augustinus subticuit. Huius hæresis tot extitere post Arrium fautores, vt longum esset & difficile omnes enumerare. Nulla enim fuit vnquam hæresis quæ tantum inualuerit, quoniam valde diffusa, longo tẽpore durauit. Ab ortu siquidem solis & meridie, videlicet ab Ægypto veniens, per Græciam transiuit *Gothi.* in Aquilonem, & inde Gothi egressi totum penè occidentem hoc veneno infecerunt, quoniam illi Ar- A rianis maximè fauebant. Durauit autẽ hæc pestis ferè per trecentos annos, aut fortè amplius. Nam Hispaniam hoc morbo laborasse tempore Gregorii papæ, ipsomet Gregorio narrante cognouimus: qui 3. lib. dialogorum cap. 31. refert Ermigildum primogenitum filium Leonigildi regis Hispaniarum, qui à Gothis originem duxerat, & Arrianus erat, fuisse ad verã fidem à Leandro Ispalensi archiepiscopo conuersum. Qui Ermigildus ob hoc à patre in vincula & carcerẽ coniectus, cùm in die paschatis à quodam episcopo Arriano eucharistiam sumere nollet, ex mãdato patris interfectus est, & verus Dei martyr effectus: Mortuo patre succẽssit illi alius filius secũdus nomine Recharedus, qui & ipse Arrianus erat: sed hic mortuo patre à Leandro cõuersus est ad fidem catholicã, quemadmodum & frater eius Ermigildus. Hic Recharedus paulatim omnes Arrianos eiecit ab Hispania: nec permisit vnquam aliquẽ sub eo militare qui Arrianus esset. A Constantino autem, sub quo Arrius insanire cœpit, vsque ad Recharedũ ferè ter centum anni interiecti sunt. Hæc narraui vt videatur quanto tempore hæc pestis Ecclesiam vexauerit.

uerit. Cuius hæresis fautores, etsi non omnes, enumerabo tamẽ præcipuos, eos videlicet qui famosiores fuêre. Post Arrium susceſſit in eadem ſecta Aetius quidã, poſt Aetium Eunomius alter: poſt iſtos Acatius, eodem ferè tempore. Hi tres, videlicet Aetius, Eunomius, Acatius, tempore Conſtãtii Imperatoris filii Cõſtãtini maioris, fuerunt. Qui autem plura de illis noſſe cupit, legat quintum librum hiſtoriæ tripartitę. Varimãdus quidã, cõtra quem ſcripſit Idacius clarus Hiſpanus. Maximinus epiſcopus, cõtra quẽ Auguſtin⁹ ſcripſit, & publicè diſputauit, quæ diſputatio habetur in ſexto tomo operũ Auguſtini in impreſſione Pariſiẽſi. Flicianus alius, cũ quo diſputauit publicè idem pater Auguſtinus, quę diſputatio habetur in eodem tomo operum Auguſtini. Paſcẽtius quidã comes, cum quo etiã diſputauit idem pater, & ad quẽ pro hac re aliquot miſit epiſtolas, quæ diſputatio reperitur inter epiſtolas Auguſtini, epiſt. 178. Secutus eſt Petrus Abailardus etiã hũc errorem, quoniã (vt illi impingit beatus Bernardus epiſt. 190.) poſuit grad⁹ in trinitate, dicẽs perſonas eſſe inæquales: qui etſi verbis voluerit differre ab Arrio, re tamẽ aſſentit illi. Fuêre alii multo plures, qui Arrianã hæreſim tutati ſunt, ſed hi fuêre clariores. Hæc hæreſis ex his quæ iam alibi diximus, facilè cõuinci poteſt. Superius quidẽ cum de Chriſti perſona agerẽus, oſtẽdimus ex ſcripturis Chriſtum filium Dei eſſe verum Deum. Oſtendimus etiam in huius tituli, quem modo pertractamus, hæreſi prima, tãtum eſſe vnum Deũ. Aut ergo Chriſtus filius Dei nõ eſt Deus, aut ſi eſt Deus, oportet vt ſit vnus cum patre Deus, quoniã ipſe Deus pater per Eſaiã prophetã, loquens ait: Ante me nõ eſt formatus Deus, & poſt me non erit. Ego ſum, ego ſum dominus, & abſque me nõ eſt Saluator. Si ergo ãte Deum patrem nõ fuit alius Deus, nec poſt illũ (vt ille ait) erat alter: ergo filius nõ eſt Deus. Quòd ſi Deus eſt, oportet vt ſit ille idem Deus qui pater: quia nec ãte nec poſt ipſum eſt alius Deus. Præterea ſi filius eſt Deus, quomodo poteſt pater filium aliquo tempore præcedere (vt ait Arrius) cũ dicat Deus pater, poſt me nõ erit alius Deus? Si filius eſt Deus, ergo patri coæternus, Nã ſi patri nõ eſt coęternus, ſed poſterior patre, ergo non eſt Deus: quia pater ait: Poſt me nõ erit alius Deus. Vides quibus anguſtiis premitur Arrius, dicens filium minorem patre, nec eiuſdem ſubſtãtiæ cũ eo, nec coæternum patri, ſed poſteriorem patre, & ab eo creatum. Hæc enim dicens, cogitur negare filium dei eſſe deum, aut ſi fatetur eſſe deum, cogitur ponere duos deos, cum dicat illum non eſſe eũdem deum qui & pater, ſed alium. Si ergo pater eſt vnus Deus, & filius alter Deus, iam duo erũt dii. Sed cõtradicit pater dicens: Ego dominus, & nõ eſt amplius. Extra me non eſt Deus. Si filius eſt Deus, & nõ de ſubſtãtia patris (vt ait Arrius) iam extra patrẽ eſſet Deus. Et certè tam efficax mihi videtur hæc argumentatio, vt quemlibet Arrianorum cõuincat. Sic enim eum cõcludit, vt nulla rimula pateat illi qua elabi poſſit. Nihilo minus tamen plura aduerſus eum citabimus teſtimonia. Ioãnes nanque Euangeliſta de filio Dei loquẽs, ait: Omnia per ipſum facta ſunt, & ſine ipſo factum eſt nihil. Aut ergo filius dei nihil eſt, aut factus non eſt. Quòd ſi aliquid eſt, & factus eſt, vt Arrius fatetur, ergo per verbum dei, hoc eſt per filium factus eſt: ergo filius dei per ſeipſum factus eſt, & ita erat ãtequam fieret. Quæ omnia de nulla re vllus intellectus capere poteſt, tantũ abeſt vt de filio dei verè dicantur. Rurſum, ſi filius dei eſt, ergo æqualis patri, & eiuſdem naturæ cum eo, quoniam non eſt aliter poſſibile vt filius ſit, qui nõ eſt de ſubſtãtia patris. Non eſt enim poſſibile vt filius hominis ſit, qui non ſit homo: multo ergo minus filius erit dei, qui nõ eſt Deus. Si Deus, aut ergo idem Deus cum patre, & eſt quod fides catholica docet: aut alter Deus, & tunc erunt plures dii. Non eſt etiam poſſibile vt filius hominis ſit, qui nõ eſt de ſubſtantia hominis genitus: ſic ergo non erit poſsibile vt filius dei ſit, qui non eſt de ſubſtantia diuina genitus. Quòd ſi ex eadem ſubſtantia patris genitus eſt, & Deus eſt vt pater, oportet vt æqualis ſit patri, alioqui nec de ſubſtantia patris erit, nec Deus erit. Propterea (inquit Ioan.) magis quærebãt eum Iudæi interficere, quia non ſolum ſoluebat ſabbatum, ſed & patrem ſuum dicebat deum, æqualem ſe faciens deo. Peiores ſunt Iudæis Arriani, & obtuſiores ingenio illis: quoniam Iudęi bene intellexerunt Chriſtum prædicãtem ſe æqualem patri per hoc ſolum quod dixit ſe filium dei. Videbant enim non poſſe aliter fieri vt filius dei eſſet, quin eſſet etiam deus, & per cõſequens æqualis patri, & eiuſdem naturæ cum eo. Prętera, Behemoth ille qui diaboli figuram gerit, principium viarum, hoc eſt operum dei, in libro Iob prædicatur: eo quòd prima ſit dei creatura. Oportet ergo hac ratione, vt filius dei nõ factus eſſe credatur, aut illum poſt Behemoth factum eſſe putetur: quonium alioqui non erit poſsibile vt Behemoth ſit principium viarum dei: Deinde ipſemet filius dei de hac re teſtimoniũ perhibet, dicens: Ego & pater vnum ſumus. Qui locus (mea quidem ſententia) apertiſsimè Arrium conuincit: quãquam Eraſmus Roterodamus, vir de bonis literis optime meritus, aliter ſentiat, dicens hoc loco parum agi contra Arrianos: qua de re eum nunc in contentionem voco, non quòd cum Arrianis eum ſentire credã (quod abſit & illum ſentire, & me de illo credere) ſed vt oſtendam quòd malè locum illum Ioannis circunſpexerit: nec mirũ, quia quãdoque (vt eſt in prouerbio) bonus dormitat Homerus. Credo certè eum aliter nunc ſenſurum, ſi locum reuiſat, & diligenter ſcrutetur. Vt autem clarius agamus, verba eiuſdem Eraſmi referam. Is enim doctiſſimus vir in annotationibus ſuper primam catholicam epiſtolam Ioannis exponens illud: Tres ſunt qui teſtimonium dãt in cœlo, &c. ſic ait: Dominus Ioãnis decimo dicit: Ego & pater vnum ſumus. Hoc teſtimonio quomodo proſternetur Arrianus? niſi doceas vnum in literis ſacris non appẽllari, niſi quæ ſunt eiuſdem ſubſtãtiæ. Nunc quum innumera loca ſuppetant quę docent intelligi de conſenſu mutuaque beneuolentia, ad confirmandam opinionem orthodoxi valebit: ad retundendam hæretici pertinaciam non video quantum valeat. Quòd autem Chriſtus ibi loquatur de concordia quam habet cum patre, probabili coniectura colligitur, quòd Chriſtus non reſpondet ad id quod dixerat ſeſe vnum cum patre, ſed quòd deum appellabat patrẽ ſuum, ſęq; ſingulari quodã modo vocabat filium dei. Hucuſq; Eraſmus. Sed ſalua huius viri doctiſsimi reuerẽtia, hic locus apertiſsimè Arrium conuincit. Vt autem hoc oſtẽdamus, video à nobis hoc exigi, vt probemus locum illum nullo

Aetius. *Eunomius.* *Acatius.* *Varimandus.* *Maximinus.* *Felicianus.* *Paſcẽtius* *Petrus Abailar.* *Eſa.43.* *Eſa.45.* *Ioan.1.* *1.Ioan.5.* *Iob.40.* *Ioan.10.* *Eraſmus* *1.Ioan.5.*

pacto posse de animorum concordia intelligi. Pro qua re plenè exhibenda illud est ãte omnia aspiciẽdũ, quid est in eo loco subiecta materia, de qua sermo fiebat: & quis scopus ad quem Christi verba dirigebãtur. Hoc enim est maximè necessarium ad cuiuslibet scripturę intelligentiam, videlicet eiusdem scripturæ circunstãtias scrutari, ex quarum scrutinio facilè scripturæ intellectus hauritur. Christus siquidem in eo loco cum de ouibus suis dissereret, dixit: nõ rapiet eas quisquam de manu mea, hoc est de potestate. Solenne est enim in sacris literis potestatem nomine manus designari. Et vt alia multa testimonia omittam, illud est apertum vbi dicitur: Factum est verbum domini in manu Aggei prophetæ. *Agge.1.* In manu, id est, in potestate eius. Sic etiã hic accipiẽdum est cum Christus dicit: Et nõ rapiet eas quisquã de manu mea: nisi fortè velimus deum cum Anthropomorphitis corporeũ credere, quoniam etsi de Christo posset iuxta literam dici quòd habeat manus iuxta naturam humanam, de patre tamen hoc nõ potest dici, de quo postea dicitur: Nemo potest rapere de manu patris mei. Christus ergo volens ostẽdere oues suas esse tutas, dicit: Et nõ rapiet eas quisquã de manu mea. Vt autẽ hoc probaret, addidit sequẽtia dicẽs: Pater qui dedit mihi, maior omnibus est. Sic enim ibi legit Erasmus: Et nemo potest rapere de manu patris mei. Vt enim probet Christus neminem posse rapere oues suas de manu sua, hoc assumit, ꝙ videlicet nemo potest rapere de manu patris sui. Vnde colligit quòd nemo possit etiã de manu sua assumere. Quòd si quis de collectione dubitauerit, tãquã malè collegerit, addidit: Ego & pater vnum sumus. Quo dicto probauit bene collegisse in argumentatione sua. Nã si ille & pater vnum sunt, nõ magis poterit rapere de manu sua, quàm de manu patris. Et ꝙ ille sit verborũ ordo, ex litera ipsa patet, & Augustinus & Theophylactus sic eam distribuunt. Cum ergo ad hunc finem verba illa Christus dixerit, cõstat apertissimè, nullo pacto posse intelligi de vnitate animorum, sicut alibi dicitur: Erat eorum cor vnum, & anima vna. Nam si de vnitate & consensu animorum verba illa interpretentur, collectio Christi erit nullius valoris, vt clarissimè patet. Sic enim argumẽtatur: Nemo potest rapere de manu patris mei, ergo nemo potest rapere de manu mea. Si quis neget eum bene collegisse, probat dicens: Ego & pater vnum sumus. Vnum inquam potestate, de qua tunc erat quæstio, vnum inquam natura. Vnam certe oportet esse manum patris & filij, vt bene colligat filius neminẽ posse rapere oues de manu sua, per hoc quòd nemo potest rapere de manu patris sui. At si de vnitate animorũ & mutua beneuolẽtia loqueretur, qualis erat illa collectio? Quis nõ videt illam esse prorsus inualidam? Ad hũc enim modum posset quis in gratia existẽs dicere & argumẽtari: Nemo potest hũc calamũ rapere de manu mea, quia nemo potest rapere de manu patris omnipotentis, qui in cœlis est. Quòd si quis dicat collectionem esse prorsus inutilem, in eiusdem collectionis probationem subiiciet id quod Christus dixit: Ego & pater vnum sumus. Iam (vt opinor) satis apertè ostẽdimus quàm efficax sit hoc scripturæ testimonium aduersus Arrianos. Quòd si Erasmus bene circũspexisset, certò scio quòd rectius intellexisset. Verum ille (vt patet) non aspexit ad præcedentia, sed solum ad sequentia, per quę Christus respondit Iudæis. Iudæi nãque audito illo verbo melius quàm Arriani illud intellexerunt, ex illo colligẽtes Christum se dicere Deum, quia dixerat sese vnum cum patre, quod dictum per sequẽtia verba quodammodo confirmat. *Philip.2.* Accedit ad hæc, quod Paulus de eodẽ filio Dei loquens, ait: Qui cum in forma Dei esset, nõ rapinam arbitratus est esse se ęqualem Deo. Vides hic ęqualitatem Dei. Cur ergo Arri audes dicere Deum patrem maiorem, filium verò esse minorem? Aduerte etiã quòd hic Paulus de Christo loquens secundum expressam diuinitatem dixit, cum in forma Dei esset: non autem dicit, cum in forma Dei factus esset, sicut aliàs de eo iuxta humanitatem dictum est: Verbum caro factum. *Ioan.1.* Non ergo sic dixit, sed ita, cum in forma Dei esset, quia esse est proprium Dei, iuxta illud: Ego sum qui sum. *Exo.3.* Ex eodem etiam scripturæ testimonio conuincitur Sabellius. Nam qui par est & æqualis, alterum habeat oportet cui collatus æqualis reperiatur. Ex illa ergo æqualitate duę ostenduntur personæ. Sed iam opus est vt contra dictum Origenis ostẽdamus filium Dei orãdum. Hoc autem non est magnum negocium, cum apertissima sint scripturæ testimonia. Propheta siquidem de filio Dei loquẽs, ita ait: Adorate eum omnes angeli eius. *Psal96.* Hæc autem verba Paulus interpretatur esse dicta à patre cœlesti de filio suo vnigenito, sic dicẽs: Et cum iterum introducit primogenitum in orbem terræ, dicit: Et adorent eum omnes ãgeli Dei. *Heb.1.* Quomodo ergo non est orãdus, quem clarè constat esse adorandum? Quo testimonio non minus prosternitur Arius quàm Origenes. Si enim filius Dei est creatura (vt Arrius ait) quomodo illum Deus pater adorare iubet, qui aliàs omnis creaturæ adorationem tã strictè prohibuit? *Exod.22. Deut.5.* Omitto Magorum adorationem huic etiam in cunabulis existenti exhibitam. Prætereà, Stephanus cum lapidaretur à Iudæis, Iesum Christum filium Dei orabat, dicẽs: Domine Iesu suscipe spiritum meum. *Act.7.* Positis autem genibus clamauit voce magna dicẽs: Domine ne statuas illis hoc peccatum. Petrus etiã vt Æneam paralyticum à morbo liberaret, ait: Ænea sanet te dominus Iesus Christus. *Act.9.* Vox certè illa deprecãtis est nõ imperantis, quia nemo imperat nisi illi quem credit sibi subiectũ. *Phil.2.* Denique Paulus ait: Dedit illi nomẽ quod est super omne nomen, vt in nomine Iesu omne genu flectatur, cœlestium, terrestrium, & infernorum. Quod ãte Esaias prophetauerat, qui Dei nomine loquẽs, ait: Mihi curuabitur omne genu. Talis autem genuflexio cuiusdam adorationis & humillimę deprecationis iudicium est. *Esa.45.* Præter hęc tam aperta scripturæ testimonia extat Concilij Nicæni definitio, quod sub Constãtino maiore celebratum est, in quo trecenti & decem & octo patres congregati, talem ore proprio ad suam & nostram salutem confessi sunt fidem. Fides Nicæni concilii. Credimus in vnum Deum patrem omnipotentem: visibiliũ & inuisibilium conditorem. Et in vnum dominum Iesum Christum filium Dei, natum de patre vnigenitum, hoc est de subsstãtia patris, Deum de Deo, lumen de lumine, Deum verum de Deo vero, natum non factum, consubstãtialem patri, id est, vnius subsstãtiæ cum patre (quod Græci ὁμούσιον dicunt) per quem omnia facta sunt quæ in cœlo & in terra, &c. Hæc concilium Nicænum. Eandem fidem protulit

Cõciliũ Nicęnum

concilium

concilium Conſtantinopolitanum ſub Theodoſio maiore celebratum,& concilium Epheſinum ſub Theodoſio iuniore,& concilum Chalcedonenſe ſub Martiano Imperatore,& plurima alia cõciliahoc idem confeſſa ſunt,de qua re extat liber vnus beati Hylarij de ſynodis celebratis aduerſus Arrianos, in quo libro reddit rationem eorum conciliorum quæ aduerſus Arrianos celebrata ſunt. Verum quoniam Arriani aliquod ſcripturæ loca perperam intellecta adducunt in ſuæ hæreſis teſtimonium,pro illis fermè omnibus diſſoluẽdis ſufficit admonere lectorem,vt quoniam in Chriſto duæ ſũt naturæ: quædam
A diuina,ſecũdum quam æqualis eſt patri: altera humana ſecũdum quam minor eſt patre :quotieſcũque ſcriptura Chriſto tribuit infirmitatem,aut inęqualitatem patri,aut alia huiuſmodi,ea intelligat eſſe interpretanda iuxta naturam humanam,ſecundum quam infirmus fuit & debilis,& patre minor. Secũdum illam verbum caro factum eſſe dicitur,ſecũdum quam patrem orat,& cum clamore valido & lachrymis preces effundit. Reliqua autem de illo iuxta diuinitatem ſunt accipiẽda. Contra hac hæreſim plures ſcripſere. In primis Athanaſius,quem cum eodem Arrio diſputaſſe ferũt,ſcripſit de vnita deitate trinitatis libros duos. Beat⁹ Cyrillus ſcripſit opus inſigne,quod theſaurum inſcripſit, quatuordecim libris partitum,in quo contra plures hæreticos agit,præcipuè tamen cõtra Arrianos. Ex latinis ſcriptoribus primus(quod ſciam)ex his qui extãt fuit Hylarius Pictauorum epiſcopus,qui etſi in libris de trinitate diffuſe contra Arrium & alios hæreticos diſputet,tamen ſpecialem librum de hac re contra Arrium ædidit de patris & filii vnitate. Victorinus Afer,à quo dicitur Hieronymum didiciſſe Rhetoricã, quatuor libris contra Arrium diſputat,quod opus ante ãnos quinque eſt impreſſum Baſileæ inter illa opera quæ in Antidoto hæreſum coarceruata ſunt. Beatus Ambroſius ſcripſit de fide orthodoxa cõtra Arrianos librum vnum. Beatus Auguſtinus ſæpiſſime cum Arrianis (vt iam oſtẽdimus) diſputauit,& libros contra eos compoſuit plures: cõtra ſermonem Arrianorum librum vnum. Contra Maximinum Arrianorum epiſcopum libros tres. Contra Felicianum librum vnum. Idacius clarus Hiſpanus,qui (vt ſuſpicor) eodem fermè tempore fuit quo Auguſtinus,ſcripſit aduerſus quendam Varimãdum Arrianum inſigne opus,quod etiam habetur in eo volumine quod Antidotum hæreſum inſcribitur. Alios autem non vidi.

B SEptima hæreſis eſt quæ negat filium Dei eſſe verbũ. Huius hæreſis autores (vt Auguſtinus in libro de hæreſibus,cap.30.ait) dicti ſunt Alogiani,quaſi ſine verbo. Logos enim Græcè,Latinè verbũ dicitur. Et quia in Euangelio Ioannis expreſſe hoc habetur quod filius Dei ſit verbum patris,hac occaſione Euãgelium illud non recipiebant,dicentes illud nõ eſſe Ioannis Apoſtoli. Contra hãc hæreſim non eſt opus diſputare,cum ſit tam apertum teſtimonium Ioannis Apoſtoli;quod nullo pacto negare poſſunt. Superius enim oſtẽdimus catalogum librorum canonicorum,in quo inſertum eſt Euãgelium Ioãnis. Quo catalogo aſſignato,tũc ſignauimus arma catholicis & hæreticis communia,quibus & hæreticum ſe tueri, & catholicum pugnare oportet. Cùm ergo hi hęretici prouocẽt catholicos ad certamen,non eſt quòd arma iam recepta veluti culpata reiiciant. Sed ne teſtimoniis carere videar opus eſt vt aliunde etiam teſtimonia petamus ad hãc hæreſim reiiciendam. Sapiens nanque ait: Cum quietum ſilẽtium continerent omnia,& nox in ſuo curſu medium iter haberet, omnipotens ſermo tuus domine exiliẽs de cœlo,à regalibus ſedibus durus debellator in mediam exterminii terrã proſiluit. Hæc autem verba conſtat nõ poſſe intelligi de ſermone prolatiuo,qui verberato aëre ſonat,quoniam ille omnipotens non eſt,ſed ſolus Deus omnipotens eſt. Et alibi expreſſius: Fõs ſapientiæ verbum Dei in excelſis. Et propheta in perſona patris loquens,ait: Eructauit cor meum verbum bonum. Cõſtat autẽ ꝙ de filio Dei loquatur,quoniam de illo ſũt illa quæ ſequũtur: Specioſus forma præ filiis hominum, &c. Et Eſaias apertius hoc docet,qui ait: Exiccatum eſt fœnũ,& decidit flos: verbum autẽ Dei noſtri manet in æternũ. Verbum autem prolatiuum ſimul cum ipſo ſono tranſit,& minorem durationem quàm fœnum habet: quapropter fieri nequit vt ad illud verba Eſaiæ referãtur,ſed ad filium Dei cuius aduẽtus in hunc mundum in illo capitulo prædicatur. Illud ergo verbum quod eſt æternum & omnipotẽs, & quod eſt fons ſapientiæ,quodq; pater cœleſtis eructauit gignendo, & quod ex ore altiſſimi prodiit
C illud inquam eſt filius Dei. Taceant ergo Alogiani,& quæ non intelligunt venerentur tanquam ſacramentum abſconditum,& nolint res diuinas ex capacitate ſui intellectus metiri.

Alogiani. *Sap.16.* *Eccle.1.* *Pſal.44.* *Eſaiæ.40*

OCtaua hæreſis eſt de filij perſona malè ſẽtiẽs. Dicit enim filium Dei ignorare diem vltimũ. Huius hæreſis autores (vt Iſidorus lib.8.Etymologiarum cap.5.ait) dicti ſunt Ignoitæ,eò quòd ignorãtiam impingant Deo. Quis fuerit primus huius hæreſis inuentor, aut quo tempore cœperit, Iſidorus non prodidit,neque apud alium ego inuenire potui. Ad hoc autem dicendum moti ſunt propterea quòd Chriſtus apud Matthæum dixit: De die illa & hora nemo ſcit,neque angeli cœlorum,niſi ſolus pater. Et apud Marcũ expreſſe nominatur filius,vbi ſic dicitur: De die autem illo vel hora nemo ſcit, neque angeli in cœlo,neque filius,niſi pater. Sed ãtequam huic obiectioni reſpondeamus, oportet vt noſtram & catholicam fidem prius confirmemus. Propheta regius ait: Omnis cõſummationis vidi finem. Cum ergo vltimus dies finis ſit & conſummatio temporis, ſequitur quòd illum viderit. Si fortè dicas illud Prophetæ dictum non eſſe filio Dei tribuendum,ſaltem Eſaiæ dictum nõ poteris hac occaſione reiicere: quoniam de Chriſto filio Dei pro nobis crucifixo loquens, ita ſub nomine eiuſdem Chriſti ait: Torcular calcaui ſolus,& de gentibus nõ eſt vir mecum. Calcaui eos in furore meo, & cõculcaui eos in ira mea: & aſperſus eſt ſanguis ſuper veſtimenta mea,& omnia indumẽta mea inquinaui: Dies enim vltionis in corde meo,annus retributionis meæ venit. Hîc aperte vides filium dei fatentem ſe ſcire diem vltimum,quoniam ait: Dies vltionis in corde meo. Quæ verba cõſtat in perſona filii
D dei eſſe dicta,quoniam qui dixerat: Torcular calcaui ſolus,&c. eadem verborum conſequẽtia ſubiunxit,dicens: Dies vltionis in corde meo. Prętera, Paulus de filio dei loquẽs ait: In quo ſunt omnes the-

Ignoitæ. *Matt.24.* *Mar.13.* *Pſal.118.* *Eſa.63.* *Col.2.*

Ioan.1. saũri ſapientiæ & ſcientię abſconditi. Si omnes theſauri ſapiẽtiæ & ſcientiæ, ergo etiam notitia vltimæ diei. Rurſum, Omnia per filium dei facta ſunt (vt ait Ioãnes Apoſtolus) ergo etiam tempus & omnes dies per illum facti ſunt: ergo & vltimus ab illo mẽte iam factus eſt, qui nouit omnia quæ facturus eſt,

Ioan.17. antequam fiant. Deinde ipſemet filius dei ad patrem loquẽs, ait: Omnia mea tua ſunt, & tua mea ſunt, Aut ergo filius ſcit diem vltimũ quemadmodũ pater, aut pater ignorabit quemadmodum filius, quoniam alioqui falſum eſſet quod filius ait patri: Omnia tua mea ſunt. Et in alio loco: Omnia mihi tradita

Luc.10. ſunt à patre meo. Sed ſi illius vltimę diei notitiam ſibi pater ſeruauit, oportet vt nõ omnia filio ſuo pater dederit. Accedit ad hoc, quòd ſi vltimum ignorat, omnes etiam qui ſunt ante illum, oportet ignorare: quoniam ſi ignorat diem vltimũ, ſciet etiam illum ſolum ſibi ignoratũ: & ſi ſciret omnes præcedẽtes diem vltimum, neceſſario ſciet diem proximè ſequentem eſſe vltimum, aliàs non eſſet certus ſe ſcire omnes dies præcedentes. Quòd ſi certò ſcit omnes dies præcedẽtes vltimum, tũc iam ſciet proximè ſequentem fore vltimum, & ita ſciet vltimum. Aut ergo vltimum ſcit, aut ſi vltimus ignorat, præcedẽtes eum ignorare erit neceſſe. Oſtenſo igitur quòd filius dei ſcit vltimum diem æquè bene vt pater, ſupereſt vt declarem⁹ quo pacto intelligẽdum ſit cum ait ſe diẽ illũ neſcire. Pro qua re valde ſuffragatur no-

Act.1. bis id quod in Actis apoſtolorum legimus diſcipulos interrogaſſe dominũ, dicẽtes: Domine ſi in tempore hoc reſtitues regnũ Iſrael? quibus ille reſpondit: Nõ eſt veſtrum noſſe tẽpora vel momẽta quæ pater poſuit in ſua poteſtate. Ibi certè filius non negat ſe ſcire, ſed ſolum ait non ſpectare ad illos illius diei ſciẽtiam. Vnde colligitur illum diem eſſe ſecretum, & nulli reuelãdum. Quòd prudẽs ipſe dominus fecit, vt nos cautos redderet, & hac occaſione vigilare faceret: ideo dixit, die illa nemo ſcit. Quòd autem hac occaſione illud dixerit, ex decurſu literæ colligitur, quoniam ſtatim ſubiũxit: Vigilate ergo, A quia neſcitis qua hora dominus veſter venturus ſit. Ne autem fortè crederent labore, aut induſtria, aut aliqua humana ratiocinatione ſe poſſe illum diem ſcire, addidit, neque ãgeli cœlorũ, vt hoc dicto illos àquolibet huius diei ſcrutinio deterreret. Sed quia fortè diſcipuli hoc vellẽt ab ipſo Chriſto eorum magiſtro diſcere & inquirere (vt eos ab hac inquiſitione ſepararet) vlterius addidit, neque filius, ſed ſolus pater. Quaſi hoc verbo illis diceret: Nolite ſoliciti eſſe de illius diei notitia, quoniam illã nullus habet: neque à meipſo petatis, quoniam nec ego etiã ſcio. Nõ quòd ipſe ſimpliciter neſciat, ſed quia etſi ſciat, non tamen vt illis reuelare debeat: quemadmodum ſi aliquid tibi ſecretè commiſſum eſt vt nulli alteri reueles, & poſtea aliquis à te de illa re ſciſcitetur: reſpõdebis, & meritò, te neſcire, quoniã etſi ſcias, nõ tamẽ ſic ſcis vt reuelare poſſis. Sacra autem ſcriptura, cum pro hominibus erudiẽdis facta ſit, eodẽ more loquẽdi vtitur quo homines loqui ſolẽt. Quapropter (vt ait beatus Aug. in libris de doctrina Chriſtia.) eiſdem tropis, figuris, & metaphoris vtitur, quibus in noſtra communi locutione vtimur. Filius ergo dei fatetur ſe neſcire diem illum, quia etſi ſciat, nõ tamẽ ſic vt reuelare debeat. Quod manifeſte oſtẽdit illa ſententia: Nõ eſt veſtrum noſſe tempora vel momenta quæ pater poſuit in ſua poteſtate. Noluit autem illis dicere aperte, ſcio, ſed nolo vobis reuelare: ne illos hac reſponſione triſtes redderet, aut minus erga ſeipſum affectos hac occaſione efficeret. De hac re longe diſputat beatus Hylarius in. 9. lib. de Trinitate, paulò ante finem.

Origen. NOna hæreſis etiam filio ignorãtiã impingit. Origenes nãque (quemadmodum illi tribuit Epiphanius in quadam epiſtola ad Ioãnem epiſcopum Hieroſolymitanum) dixit filium nõ poſſe vide- B re patrem, nec ſpiritum ſanctum poſſe videre filium. Et certè Epiphanius citat verba Origenis in libris Periarchõ, vbi ſic Origenem dixiſſe refert: Sicut enim incõgruum eſt dicere, quòd poſſit filius videre patrem, ſic incõſequens eſt opinari, q̃ ſpiritus ſanctus poſſit videre filium. Hæc dixiſſe Origenem refert Epiphanius. Vt verum fatear, miror virum tam doctum, qualis fuit Origenes, in tam apertum er-

Matt.11 rorem fuiſſe lapſum, cum ſit tam apertus locus ſcripturæ, ita dicẽs: Nemo nouit filium niſi pater, neq; patrem quis nouit niſi filius, & cui voluerit filius reuelare. In hoc loco tã verè tribuitur filio notitia patris, vt ex eo magis poſſet quis ſuſpicari ſpiritum ſãctum nõ videre patrem. Quanquam & hoc non ita ſe habet, quoniam ea quæ ad ſe dicũtur, quæ nũc recentiores theologi abſoluta & eſſentialia appellãt, tribus perſonis ſunt communia, ſicut & ipſa eſſẽtia. Quapropter etſi in his locutionibus reperiatur dictio excluſiua, per quã prima frõte excludi videatur aliqua perſona: nulla tamẽ earũ excluditur, ſed ſolum excludũtur illæ res quibus eſſẽtia diuina nõ ſic ſe cõmunicat. Vt vnum è multis gratia exempli adferam, per Eſaiam prophetã Deus pater loquitur, dicẽs: Ego dominus, & nõ eſt alter formãs lucem, &

Eſa.45. creãs tenebras. Nũquid ergo dicemus filium aut ſpiritum ſãctum nõ formare lucẽ, quia dixit pater, nõ eſt alter formãs lucem? Abſit. Nã de filio dei Ioãnes ait: Omnia per ipſum facta ſũt, & ſine ipſo factum eſt nihil. Et cũ aquæ crearẽtur, ſpiritus domini ferebatur ſuper eas. Et de eodem ſpiritu Dauid ait: Ver-

Geneſ.1. *Pſal.32.* bo domini cœli firmati ſunt, & ſpiritu oris eius omnis virtus eorum. Ad hũc modũ interpretandũ eſt id quod dicitur: Nemo nouit filium niſi pater, neque patrẽ quis nouit niſi filius. Notitia enim res eſt quæ ad ſe dicitur, hoc eſt abſoluta, ac proinde eſſẽtialis, & omnibus tribus perſonis cõmunis: quapropter etſi ibi dictio excluſiua ponatur, nõ eſt tamẽ intelligẽdum aliquam perſonã diuinam excludi, quin etiã C ſpiritus ſãctus cognoſcat patrem ſicut filius, & filiũ æquè perfectè ſicut pater. Hoc autẽ quod de ſpiritu ſancto dicimus, clarius patebit cum in ſequẽtis hæreſis expugnatione conuicerimus ex ſacris literis ſpiritum ſãctum eſſe patri & filio conſubſtãtialẽ, hoc eſt eiuſdem cum illis ſubſtantię: quapropter erit neceſſariũ, vt omnia quæ ſunt patris & filij, ſint etiã ſpiritus ſancti, ita vt ſpiritus ſãctus verè dicere poſſit vtriq; quod filius dixit patri: Omnia mea tua ſunt, & tua mea ſunt. Vnde apertiſſime cõuincitur ſpiritum ſanctum cognoſcere patrem quemadmodum filius, & filium quemadmodum pater.

DEcima hæreſis impetit ſpiritum ſãctum, quoniã ait ſpiritum ſãctum eſſe minorem patre & filio, & nõ eſſe eiuſdem ſubſtãtiæ cum patre, ſed eſſe veram creaturã. Huius hęreſis princeps fertur & Ma-

cedonius

cedonius quidam Constantinopolitanus episcopus, tempore Constantii imperatoris, & Liberii papæ, à quo Macedonio Macedoniana hæresis appellata est, quanquam & eandem hæresim prius docuerat Arrius, qui sicut dixit filium dissimilem patri, & esse creaturam, ita etiam docuit de spiritu sancto. Sed quoniam Arrii sequaces diuisi sunt, quibusdam affirmantibus filium quodammodo similem patri, licet non eiusdem essentiæ: quàm partem tenuit Eunomius quidam corpore leprosus, & artis dialecticæ callidissimus: aliis autem affirmãtibus filium per omnia similem patri, sed spiritum sanctum esse illis prorsus dissimilẽ meramq; esse creaturã, & istorũ dux fuit Macedonius, ideo ab eo nomẽ accepit, vt Macedoniana hæresis diceretur: quoniã sub Arrio magis disputatũ est de filio quã de spiritu sãcto. Hi sic sentientes vocati sunt Pneumatomachi, id est, spiritus sancti impugnarores. πνεῦμα græcè, est idẽ quod spiritus latinè. Quòd si in sacris literis reperiatur præposito articulo ὁ (vt annotat Didymus in libro de spiritu sancto) semper significat spiritũ sanctum. μάχομαι græcè, est idem quod latinè pugno. Inde dictio cõposita πνευματομάχος, id est, spiritus sancti oppugnator. Hic non possum continere meipsum quin referam quam bellam illius vocis etymologiam adferat Bernardus de Lutzemburgo in suo catalogo hæreticorum, vbi sic ait: Et dicuntur à pneuma, id est spiritus, & tocos, id est mater, quia spiritum sanctum ex matre ipsa processisse dicebat, & de filio dei. Et certè non est mirandum quòd ignorauerit, sed illud valde miror, esse aliquem tam impudentis arrogantiæ, vtquod prorsus ignorat, non vereatur tanta cum autoritate docere. Sed hoc non potest vllo pacto tolerari, quòd videlicet, vt etymologia quam ex suo cerebro finxerat, proposito negocio conueniret, addidit Macedoniũ sensisse quòd spiritus sanctus ex matre processerit & de filio dei, tãquam si filius dei coiens cum matre genuisset spiritum sanctum. Dispeream si vel per somnium Macedonius tale dixit, aut si frater Bernardus hoc apud aliquem scriptorem de Macedonio reperit. Nam beatus Augustinus in libro de hæresibus cap. 52. de Macedonio loquens, nihil tale illi impingit: Philaster qui hos hæreticos non Macedonianos, sed Semiatrianos appellat, nunquã huius fabulæ meminit. Ecclesiastica historia in decimo libro cap. 25. de Macedonio loquens, nullum tale figmẽtum illi tribuit. Historia tripartita libro quinto, cap. 41, de hæresibus Macedonii differens, nec vllum matris nomẽ circa spiritus sancti productionem ibidem posuit, sed solum dicit Macedonium sensisse quòd spiritus sanctus sit patri dissimilis, & minister illius, & illa dixerit spiritui sancto tribuenda, quæ de angelis dicuntur. An autem angeli dicantur in scriptura habere matres, videat frater Bernardus de Lutzemburgo. Beda in libro de ratione temporum de Macedonio faciens mentionem, nunquam illum tale sensisse refert, quale illi impingit Bernardus de Lutzemburgo. Et vt ad recentiores descẽdam, Platina in vita Felicis papæ huius nominis secundi, idem dicit de Macedonio, & sub eisdem ferè verbis quibus Ecclesiastica historia de Macedonio differuerat. Guido cũ semper Augustinum & Isidorum sequatur, etiam hic sui similis, solum Augustini & Isidori de Macedonio censuram refert. Vbi ergo Bernardus de Lutzemburgo inuenit Macedonium dedisse spiritui sancto matrem, ex qua & filio dei spiritum sanctum processisse dicat? Certè ego aliud non possum cõiicere, nisi quòd fortè apud alium similis farinæ legit, & nulla adhibita rei indagine (vt aliàs de illo diximus) in suum opus transcripserit, aut fortè (q magis credo) ipse apposuit è suo cerebro, vt etymologia per eum allata subiectæ materiæ conueniret, & ita (vt est in prouerbio) ad lapidem applicauit amussim. Sed iam opus est vt ad oppugnationem hæresis accedamus. Pro qua re memores esse oportet eorum quæ superius contra Sabellium attulimus. Ibi enim ostendimus trinitatẽ vnitatis patrẽ videlicet & filiũ & spiritũ sanctũ vnum esse Deũ. Ipsa enim veritas dixit Apostolis suis: Euntes in mundũ vniuersum prædicate Euãgeliũ omni creaturæ, baptizãtes eos in nomine patris & filii & spiritus sancti. Cum in nomine dixit, & non in nominibus, apertè ostendit eorum trium vnum esse nomen, vnãque substantiam. Spiritus sanctus ergo est Deus, & patri cõsubstantialis. Præterea (vt supra de filio sumus argumentati) cum vnus tantum sit Deus, & non plures, non potest esse vt spiritus sanctus sit Deus, quin sit vnus cũ patre & filio Deus, quoniam alioqui plures essent dii, quod catholica fides abominatur. Ad quòd spiritus sanctus sit Deus, Paulus apostolus testatur, qui in priore ad Corinthios epistola ait: An nescitis quoniam membra vestra templum sunt spiritus sancti, qui in vobis est, quem habetis à Deo? Et ne quisquam ipsum spiritum sanctum negaret Deum, continuo secutus ait: Et non estis vestri, empti enim estis precio magno. Glorificate ergo & portare Deum in corpore vestro. Cum dixit, portate Deum in corpore vestro, insinuauit nobis spiritum sanctum esse Deum, cuius templum membra nostra esse prædixerat. Et in eadem epistola iterum: Nemo potest dicere Dominus Iesus nisi in spiritu sãcto. Diuisiones verò gratiarum sunt, idem autem spiritus. Et diuisiones ministrationum sunt, idem autem Dominus. Et diuisiones operationum sunt, idem verò Deus, qui operatur omnia in omnibus. Ecce hic vides spiritum sanctum vocatum dominũ & Deum. Præterea nisi spiritus sanctus esset Deus, quomodo esset possibile, vt peccatum in illum sit tam graue, quòd (vt Christus ait) neque in hoc seculo neque in futuro remittatur? Fieri enim non potest, vt grauius sit peccatum in creaturam, quam illud quod aperto marte fit in Deum. At si spiritus sanctus esset creatura (vt Macedonius ait) grauius esset peccatum in creaturam, quam in Deum. Rursum, Petrus ad Ananiã, qui fraudauerat Apostolos de precio agri venditi, ait: Anania, cur tentauit Satanas cor tuum mentiri te spiritui sancto? Vt autem explicet spiritum sanctum esse Deum, subiunxit: Non es mentitus hominibus, sed Deo. Quem ergo spiritum sanctum prius dixerat, eundem postea Deum nominauit. Deinde opera spititus sancti arguunt eum esse Deum, quia ea illum facere cognoscimus, quæ non nisi à deo fieri possunt. Gratiam donat, vt Apostolus ait: Diuisiones gratiarum sunt, vnus autẽ spiritus qui impartitur. Tamen Dauid ait: Gratiam & gloriã dabit dominus. Ergo spiritus sanctus qui gratiã donat, est Dominus & Deus. Charitatem effundit in cordibus nostris. Charitas Dei (inquit Paulus) diffusa est in cordibus nostris per spiritum sanctum qui datus est nobis. Spiritus sanctus peccata remittit, quod soli deo est proprium.

Macedonius. *Arrius.* *& Eunomi⁹.* *1. Cor. 6.* *Matt. 28.* *1. Cor. 3.* *Matt. 12.* *Act. 5* *1. Cor. 12.* *Psal. 83.* *Roman. 5.*

Ioan. 20 Dominus enim Iesus Christus sanctis Apostolis insufflans, ait: Accipite spiritum sanctũ, quorum remiseritis peccata, remissa sunt. Apostolis datur spiritus sanctus, vt possint peccata dimittere. Si ergo illi per spiritum sanctum peccata remittunt, multo melius ille, in cuius virtute hæc faciũt, remittet. Quomodo C
ergo nõ est Deus, qui peccata propria autoritate dimittit? Spiritus sanctus loquutus est in Prophetis, vt
Luc. 1 pater & filius. De deo enim patre Zacharias dixit: Locutus est per os sanctorum qui à seculo sunt Pro-
2. Pet. 1 phetarũ eius. Et Petrus ait: Non enim voluntate humana allata est aliquando prophetia, sed spiritu san-
cto inspirante locuti sunt sancti dei homines. Et Paulus ait: Omnis scriptura diuinitus inspirata. Si spi-
2. Tim. 3. ritus sanctus in Prophetis & Apostolis loquitur, & omnis talis scriptura diuinitus inspirata est, ergo spi-
ritus sanctus Deus est. Spiritus sanctus vbique est, vt pater, quod manifestè ostendit Propheta dicens:
Psal. 138. Quò ibo à spiritu tuo? & quò à facie tua fugiam? si ascendero in cœlum, tu illic es, &c. Multa alia similia
ex scriptura sacra diligens lector colligere potest. Sed iam audiamus ecclesiæ definitionem. Concilium
Conciliũ Constantinopolitanum. 150. episcoporum sub Theodosio maiore & Damaso papa, damnata hęresi Ma-
Constantinopo. cedoniana, talem protulit fidem: Credimus in vnum Deum patrem omnipotentem, factorem cœli &
terræ, &c. Sequitur: Credimus in spiritum sanctum dominum & viuificatorem ex patre procedentem,
cum patre & filio adorandum & conglorificãdum, qui loquutus est per Prophetas. Eandem fidem do-
cuit Ephesinum concilium, eandem amplectitur concilium Chalcedonense, eandem recepit cõcilium
Lateranense sub Innocẽtio papa huius nominis tertio celebratum, cuius definitio habetur in libro Epi-
stolarum decretaliũ, titulo de summa trinitate & fide catholica. Contra hanc hæresim scripsit Didymus
Alexandrinus duos libros de spiritu sancto, quod opus beatus Hieronymus latinitate donauit. Basilius
aduersus Eunomium ædidit librum vnum. Beatus Ambrosius omnibus in hac parte copiosior est, qui D
tribus libris de spiritu sancto ad Gratianum imperatorem æditis, strenuè pro fide catholica pugnat.

Petrus A bailar. VNdecima hæresis ait spiritum sanctum esse animam mundi. Huius hæresis magister & doctor fuit Petrus Abailatdus. Hoc enim impingit illi beatus Bernardus in quadam epistola ad Innocentium papam, quæ est ordine eius epistolarum. 190. Hæc sententia inde dignoscitur esse hæretica, si animaduertimus illud commune atque notissimum omnibus principium. Omne totum maius est sua parte. Quod non solum verum est de maioritate (vt ita loquar) vel de excessu in magnitudine molis, sed etiam de excessu secundum perfectionem, ita videlicet quòd oportet omne totum esse maius, hoc est perfectius qualibet sua parte seorsum sumpta. Quo fundamento iacto, facilè superædificabimus veram fidei doctrinam, quòd scilicet spiritus sanctus nec sit nec esse possit anima mundi, quia inde sequeretur spiritum sanctum esse minorem mundo, quia pars mundi, cum sit anima eius. Sequitur etiam spiritum sanctum esse mundi limitibus inclusum & circunscriptum atque definitum, quod tamen fateri aperta est
Iob. 22. blasphemia: quoniam (vt proximè conuincimus) spiritus sanctus est Deus. At Deus nullis locorum spa-
2. Par. 2. ciis clauditur. Nõne cogitas quòd Deus excelsior cœlo sit, & super stellarũ verticẽ sublimetur? Cœlum
Esa. 40. & cœli cœlorum eum capere non possunt. Et qualiter capere possent cœli illum qui mensus est pugillo aquas, & cœlos palmo põderauit? Si ergo mũdus nõ potest capere spiritũ sanctũ, non est possibile quòd spiritus sanctus sit anima mundi, quoniam omnis anima capitur ab eo corpore quod fouet & viuificat.

Græci. DVodecima hæresis est, quæ negat spiritum sanctum procedere à patre & filio. Hanc hæresim do- A
cuerunt & tutati sunt Græci per multas annorum centurias, ita vt hæc fuerit vna ex præcipuis causis propter quas à Romana & catholica ecclesia diuisi sunt. Eundem errorem tenent Armeni. Dicunt enim spiritum sanctum à patre procedere, sed non à filio: ad quod inde mouẽtur, quia in Euangelio solum inuenitur processus à patre, nunquam tamen ibi (vt dicunt) reperitur processus à filio. Et in symbolo Nicæno, & symbolo Constantinopolitano solum ibi ponitur processus à patre, in quibus nulla fit mentio de processione spiritus sancti à filio. Quapropter negant spiritum sanctũ à filio procedere. Sed ne in vacuum laboremus, de sola voce contendentes, quæramus quid intelligitur per hoc quod est procedere ab alio. Et ego non possum aliud intelligere, quam esse ab alio productum, & deriuatum ab alio vt fluuius procedit à fonte, quia ab illo trahit originem suam, calor procedit ab igne, à quo productus est: lux procedit à sole, à quo generatur. Sic etiã filius procedit à patre, à quo genitus est. Spiritus sanctus procedit à patre & filio, quoniam ab vtroque productus est. Quòd si aliud illis significat procedere ab alio, quam produci ab illo, aut deriuari ab illo, tunc de voce cõtendimus, & ignoramus de qua re loquãtur. Si verò nobiscum sentiunt de vocis significatione, apertè illis ostendemus ex sacris literis spiritum sanctum procedere à filio sicut à patre, quoniam producitur à filio sicut à patre. Hoc autem ita se habere, ipsa veritas nos docet, quæ apud Ioannem ait: Cum autem venerit ille spiritus veritatis, docebit vos
Ioan. 16. omnem veritatem. Non enim loquetur à semetipso, sed quæcũque audiet, loquetur, &c. Quæ verba exponens Didymus in secundo libro de spiritu sancto, ita ait: Non enim loquetur à semetipso, hoc est non B
sine me, & sine meo & patris arbitrio, quia inseparabilis à mea & patris est voluntate, quia non ex se est, sed ex patre & me est. Hoc enim ipsum quod subsistit & loquitur, à patre & me illi est. Ego veritatem loquor, id est, inspiro quæ loquitur. Siquidem spiritus est veritatis. Hæc Didymus. Quem, eo quòd Græcus esset, libẽtius protulimus, vt fortè hac occasione eius expositio facilius à Græcis recipiatur. Quæ sequũtur apud Ioannẽ, magis adhuc nostrã fidẽ confirmãt: Ille (inquit de spiritu sancto Christus) me clarificabit, quia de meo accipiet, & annunciabit vobis. Omnia quæcũque habet pater, mea sunt: propterea dixi quia de meo accipiet, & annunciabit vobis. Quid est dicere, de meo accipiet? hoc est, sicut à me per productionem habet essentiam, ita & scientiam omnem. Sicut enim filius dixerat alias se audiuisse à patre suo, ita nũc dicit spiritum sanctum audire ab eo. Quomodo autem audiat, declarat subdens, quia de meo accipiet, hoc est, quia de mea substantia & à me productus est, & producitur, & producetur. Quòd autem dixi á me illum accepturũ, non miremini, quia sicut accipit á patre, ita accipit à me. Omnia enim

quæ

quæ pater habet,mea ſunt.Si ergo de ſubſtãtia patris accipit,de mea oportet quòd accipiat.Si ergo de ſubſtãtia patris filius, certè non poteſt aliter eſſe quin ab illo procedat.Sed,vt hanc noſtram interpretationem magis firmam & certam ipſis Græcis reddam: produco in medium ex eorum familia teſtem, fide dignum, videlicet Cyrillum qui libro vndecimo ſuper Ioannem,cap.1.prædicta Ioãnis verba interpretãs,hæc ait: Minime autem alicuius rei indiget ſpiritus naturaliter,vt acceperé illi quod non habeat,opus ſit: hoc enim credere impium eſt.Verum quoniam conſubſtãtialis filió eſt,proceditque per eum,omnem eius habẽs virtutem,ideo ait: quia de meo accipiet.Subſiſtere nãque per ſe ſpiritum credimus,& id eſſe vere quod dicitur. Verum quum inſit in ſubſtãtia dei,& ex ea procedat, omnia quæ dei ſunt,in ſeipſo naturaliter habet. Non enim participatione,aut habitudine,nec vt alius à ſubſtãtia dei: ſed quemadmodum floris odor qualitatẽ eius naturalem olfactui offert,ita de deo & de ſpiritu ſãcto intelliges,ſublimius vim exẽpli accipiẽs.Nihil igitur detrahitur ſpiritui,quum accipere à filio credatur. Nam quum per filium naturaliter procedat,vt proprius eius,cum omnibus,quæ abſolute habet accipere dicit,quæ ipſius ſunt.Hæc Cyrillus.Quem,eo libẽtius produximus in teſtem aduerſus Græcos,quod Græcus & ipſe ſit,& ideo illis minimè ſuſpectus eſſe debet,imò valde æſtimãdus, & magna cum reuerentia multis nominibus ab illis recipiendus.Sed admoneo lectorem,ne prẽfata Cyrilli verba legens erret,putãs hoc aduerbium,naturaliter,quum dixit,Spiritum ſanctum per filium naturaliter procedere,vſurpatum ab illo eſſe more ſcholaſticorum theologorum,qui illo ſemper vtuntur,ad ſignificãdum id quod eſt oppoſitum libero.Nam ſi iuxta hãc ſignificationem caperetur, falſum eſſet quod ſpiritus ſãctus naturaliter procedit à filio,quia libere procedit,propterea quod per principium productionis liberum,hoc eſt,per volũtatem producitur à filio.Cyrillus autem illud aduerbium,naturaliter, vſurpauit pro neceſſario,ita vt velit dicere ſpiritum ſãctum neceſſario procedere à filio.Hoc autem verum eſſe,tota theologorũ ſchola fatetur,nec inde ſequitur ſpiritũ ſãctũ nõ libere produci: quia libertas non opponitur neceſſitati,ſed coactioni.Præterea ſpiritus ſanctus etiam eſt ſpiritus filii, ſicut ſpiritus patris,quod nõ diceretur niſi à filio procederet,ſicut à patre.Paulus ſiquidem in ea quæ eſt ad Romanos epiſtola,ait: Qui autem ſpiritũ Chriſti nõ habet,hic nõ eſt ius.Et alibi: Miſit Deus ſpiritũ filii ſui in corda veſtra.Ecce hic vides nominatum ſpiritum ſanctum eſſe ſpiritum filii,qui aliàs dicitur ſpiritus patris.Ex quo conuincitur vt à filio etiam ſicut à patre procedat.Rurſum,Spiritus ſãctus mittitur à filio,ſicut à patre: ſignũ eſt ergo quòd etiam à filio ſicut à patre procedit.Filius ſiquidẽ ait: Si ego nõ abiero,paracletus nõ veniet ad vos.Si autẽ abiero mittam eum ad vos.Qui ergo à filio mittitur ſicut à patre,fieri neceſſe eſt vt à filio ſicut à patre procedat. Accedit ad hæc,quòd Athanaſius in ſymbolo ait: Spiritus ſanctus à patre & filio,nõ factus,nec creatus,nec genitus,ſed procedens.Et hic etiam Græcus eſt.Sed iam poſt hæc omnia audiamus eccleſiæ definitionem.Concilium Lateranenſe ſub Innocentio papa huius nominis tertio celebratum,fidem ſuã per hæc verba protulit: Firmiter credimus & ſimpliciter confitemur,quòd vnus ſolus eſt verus Deus,ęternus,immenſus,& incommutabilis,omnipotens, & incõprehenſibilis,& ineffabilis,pater,& filius,& ſpiritus ſãctus.Tres quidẽ perſonæ,ſed vna eſſentia,ſubſtãtia ſeu natura ſimplex omnino.Pater à nullo,filius à patre ſolo, ac ſpiritus ſanctus pariter ab vtroque,abſque initio ſemper ac ſine fine.Pater generans,filius naſcens,& ſpiritus ſãctus procedẽs:cõſubſtãtiales,& coomnipotentes,& coæterni,Hæc cõcilium Lateranẽſe.Ex cuius fidei definitione omnes præfatæ hæreſes quas de Deo & de perſonis eius exortas eſſe narrauimus,proſternuntur. Hæc autem concilii fides habetur in volumine Epiſtolarum decretalium titulo de ſumma trinitate, & fide catholica.Et concilium Lugdunenſe ſub Gregorio nono celebratum,expreſſius hãc fidem docuit,ita dicens: Fideli ac deuota profeſsio fatemur quòd ſpiritus ſanctus æternaliter ex patre & filio, nõ tãquam ex duobus principiis,ſed tãquã ex vno principio,nõ duabus ſpirationibus,ſed vnica ſpiratione procedit.Et paucis interpoſitis ſubiungit: Sed quia nõnulli propter irrefragabilis prẽmiſſæ veritatis ignorãtiam in errores varios ſunt prolapſi,nos huiuſmodi erroribus viam præcludere cupiẽtes,hoc ſacro approbãte concilio, damnamus & reprobamus omnes qui negare præſumpſerint æternaliter ſpiritum ſanctum ex patre & filio procedere,ſiue etiam temerario auſu aſſerere,quòd ſpiritus ſãctus ex patre & filio tãquam ex duobus principiis,& non tãquam ex vno procedat.Hæc ex concilio Lugdunẽſi: quod decretum habetur in ſexto libro Epiſtolarum decretaliũ,titulo de ſumma trinitate & fide catholica.Verum ne Græci horum conciliorũ definitiones reiiciant hac occaſione quòd à Latinis celebrata fuerint, opus eſt vt alicuius cõcilii apud eos celebrati definitionẽ illis obiiciamus.Cõciliũ Epheſinũ, quod ſub Theodoſio iuniore celebratum eſt, & tertia ſynodus appellatur,in epiſtola à toto concilio ad Nẽſtorium miſſa,circa finem epiſtolę ſic ait.Quãuis enim in ſua ſit ſubſtantia ſpiritus eius, & intelligatur in perſona proprietas iuxta id quòd ſpiritus eſt, & non filius,attamen alienus ab illo non eſt.Nã ſpiritus appellatus eſt veritatis,& veritas Chriſtꝰ eſt, vnde & ab iſto ſimiliter ſicut ex Deo patre procedit.Hæc ibi.Nec poſſunt calumniari dicentes hanc eſſe epiſtolam Cyrilli,& non concilij definitionem, quoniã vt paret,principiũ epiſtolæ ſic habet:Religioſo & Deo amabili conſacerdoti Neſtorio Cyrillus,& quicũque ſunt apud Epheſi ſynodum. In qua inſcriptione præpoſitus eſt Cyrillꝰ,quoniã ex commiſſione Cæleſtini papæ in illo præſidebat concilio.Quòd autẽ Græci dicunt Euãgelium non oſtẽdere proceſſionem ſpiritus ſancti à filio, iam oſtẽdimus eſſe falſum: quia etſi ibi non explicetur ſub nomine proceſſionis,ſub verbis tamen æquipollentibus ſatis declaratur.Concilium etiã Nicænum & Conſtantinopolitanũ & ſi dicant ſpiritũ ſanctũ procedere à patre,& taceãt de filio,non tamẽ dicunt ſolum procedere à patre.Quid quòd dicentes illum procedere à patre,hoc ſolo dicto teſtati ſunt illũ proceſſiſſe à filio:quoniã(vt ait Boëtius in libro de trinitate)exceptis relationibꝰ oppoſitis,omnia quæ de vna perſona dicuntur,dicũtur etiã de aliis.Cum ergo ſpiratio actiua nõ opponatur filiationi,ſed ſolum ſpira-

Cyrillus.

Roman.8
Gal.4.

Ioan.16.

Cõcilium Latera.

Cõcilium Lugdu.

tioni passiuæ,quæ conuenit spiritui sancto,sequitur inde,vt cum dicitur spiritum sanctum procedere à patre,intelligatur inde quòd etiam procedat à filio.

DECIMA TERTIADECIMA hæresis omnes personas diuinas impetit,& cõuitiis afficit,quoniam ait potentiã esse propriam patris,non appropriatam: sapiẽtiam filij,benignitatem spiritus sancti.Hũc errorem tribuit etiam Petro Abailardo sanctus Bernardus in illa epistola quam sæpe iam citauimus. Hæc hæresis facile conuincitur,si primò supponamus rem illã non esse verè alicuius propriam, quæ pluribus conuenire dignoscitur. At cum constet ex sacris literis,potentiam,sapientiam,& benignitatem,sicut omnia alia quæ ad se dicuntur,omnibus tribus personis conuenire,sequitur inde, vt nulli personæ aliqua illarum sit propria.Patrem ille fatetur potentem,sed audiat de filio dictum esse. Omnia per ipsum facta sunt,& sine ipso factum est nihil.Et quum angelorum ministerio in gloriam ascẽdit, percõtantibus aliquibus quis ille esset,alij respondent: Dominus fortis & potẽs,dominus potens in prælio. Et inter nomina quæ filio dei tribuit Esaias,sũt ista,videlicet,Deꝰ fortis,pater futuri seculi: quæ nõ ob aliam causam quàm propter eius potentiam illi tribuuntur.Sed audi iam filii & spiritus sancti potentiã simul.Verbo domini (inquit Psaltes) cœli firmati sunt,& spiritu otis eius omnis virtus eorum.Filii sapientiam cõcedit Petrus Abailardus: audiat ergo Paulum Deo patri tribuẽtem sapientiam.Is enim in calce epistolæ ad Romanos ita ait: Cogniti soli sapienti Deo per Iesum Christum,cui honor & gloria in secula seculorum.De spiritu sancto ait ipsamet Sapientia discipulis suis,loquens: Cum autem venerit illi spiritus veritatis,docebit vos omnem veritatem. At quomodo sapiens non est,qui potens est docere omnem veritatem? Et vt reliqua omittã,inter alia spiritus sancti dona Esaias enumerat sapientiam,scientiam,& intellectum.Non potest ergo fieri,vt qui sapientiam & scientiam donat aliis, sapiẽs ipse non sit.Sola iam benignitas supereſt vt ostendatur communis tribus. Hanc cum Petrus Abailardus tribuat spiritui sancto,non est opus nisi vt ostendamus illam conuenire patri & filio. De patre ipsamet veritas testatur quòd benignus sit.Nam cum apud Lucam præcepisset vt benefaciamus iis qui odetũt nos,statim subdidit: Et eritis filii altissimi,quia ipse benignus est super ingratos & malos. De filio autem Salomõ testatur,qui de sapiẽtia diuina,quæ filius dei est,loquẽs,ita ait: Est enim in illa spiritus intelligẽtiæ sanctus,&c.sequitur: Suauis,amãs bonum,acutus,qui nihil vetat benefacere, humanus,benignus,stabilis,&c.Si in sapiẽtia est spiritus benignus,quomodo ipsa benigna non erit?Sed expressius hoc nos docet Paulus,qui in epistola ad Titum ita dicit: Cum autem benignitas & humanitas apparuit Saluatoris nostri,&c.Colligamus autem ex his omnibus,nec potentiam esse propriam patris, nec sapientiam filii,nec benignitatem spiritus sancti,sed omnia quæ ad illos dicuntur,omnibus personis esse communia.Dicuntur tamen appropriata,quia etsi sunt omnibus communia, habẽt tamen aliqualem cum vna persona conuenientiam & similitudinem: vt potentia etsi omnibus personis sit communis,dicitur tamẽ cõuenire patri,quia ille est fons (vt Augustinus ait) totius deitatis,à quo reliquæ duæ personæ procedunt.Dicitur etiam filius sapientia,quia etsi pater & spiritus sanctus sapientes sint, tamen filius est genitus per intellectum patris,& est notitia quædam ab illo producta: & propter hãc similitudinem illi appropriatur sapiẽtia,quæ omnibus est communis.Ad eũdem modum solemus tribuere spiritui sãcto bonitatem & amorẽ,quia spiritus sanctus productus est à patre & filio per illorum voluntatem,& est amor ab ambobus productus. Propter hanc quum illo conuenientiam illi tribuitur amor,quamuis omnibus sit communis.Huius hęresis non meminit Guido, sicut nec aliarum quas docuit Petrus Abailardus.

Petrus A bailar.

Ioan.1.

Psal.18.

Esa.9.

Psal.32.

Ioan.16.

Esaiæ.11.

Luc.6.

Sap.7.

Tit.3.

C

D

DIABOLVS.

DE hac re est vnus Manichæorum & Priscillianistarum error,quo docent diabolum ex sua natura malum esse,nec posse esse bonum.Hæc hæresis etsi iam superius prostrata fuit quum de creatione & creaturis omnibus disputauimus, nihilominus tamen aduersus hunc non pigebit particularia adferre testimonia. Christus enim de diabolis,loquens ait: In veritate non stetit, quia non est veritas in eo. Ex quo verbo patet eum creatum fuisse in veritate, sed per suam malitiam ab illa cecidisse. Nam si in ea nunquam fuisset,non dixisset,in veritate non stetit,sed dixisset,nunquam in veritate fuit. Hoc autem alibi expressius docuit,dicens: Videbam Satanam sicut fulgur de cœlo cadentem. Qui ergo de cœlo cecidit,in cœlo fuisse necesse est,vbi non nisi boni existunt. Quod etiam clarius ostenditur per illud quod ait diabolum cecidisse vt fulgur: id quod ideo dictum esse cõstat,quia fulgur lucem in sua origine habet, quæ quum parum duret, & citò extinguatur,simul cum suo casu vertitur in tenebras. Sic etiam diabolus quum in luce gratiæ & claræ cognitionis a deo creatus fuerit, parum in ea manens,de cœlo cecidit, & in tenebras detrusus est. Ideo ait: Videbam Satanam sicut fulgur de cœlo cadentem. Esaias etiam de eo sub nomine regis Babylonis ait: Quomodo cecidisti de cœlo Lucifer,qui mane oriebaris? Qui mane oriebaris dixit,propterea quòd in principio sue fornicationis aut creationis lucem habuit.Ezechiel etiã propheta sub nomine regis Tyri de eo dixit: Tu signaculum similitudinis dei,plenus sapiẽtia,& perfectus decore,in deliciis paradisi dei fuisti.Sequitur: Tu cherub extentus & protegens,& posui te in monte sancto Dei. In medio lapidum ignitorum ambulasti, perfectus in viis tuis à die conditionis tuæ, donec inuenta est iniquitas in te. Ecce quam multis verbis declarat diabolum aliquando fuisse bonum.Quòd si quis dicat verba illa solum ad rẽgem Tyri esse referenda,quomodo illi conuenire potuit quod dixit, in deliciis paradisi dei fuisti? Et iterum: Posui te in monte sancto dei? Hic autem mons sanctus dei cœlum est,de quo per Prophetam dicitur: Mons dei, mons pinguis,mons in quo beneplacitum est Deo habitare in eo. Et alia multa ibidem referuntur, quæ

Manich. Prisc ill.

Ioan.8.

Luc.10.

Esa.14.

A

Ezech.28

Ibidem.

Psal.67.

quę regi Tyri nequaquã conuenire poſſunt, prout annotat beatus Hieronymus in expoſitione Ezechielis. Præter hæc omnia ſcripturæ ſacræ teſtimonia, eſt etiam aperta eccleſiæ definitio. Nam Leo papa huius nominis primus in epiſtola ad Toribium Aſtorigẽſem epiſcopum, in qua errores Priſcillianiſtarum damnat, capite ſexto hæc ait: Sexta annotatio indicat eos dicere quòd diabolus nunquam fuerit bonus, nec natura eius opificium dei ſit, ſed eum ex Chao & tenebris emerſiſſe: quia ſcilicet nullum ſui habeat autorem, ſed omnis mali ipſe ſit principiũ atque ſubſtantia: cùm fides vera, quæ eſt catholica, omnium creaturarum ſiue ſpiritualium ſiue corporalium bonam confiteatur ſubſtãtiam, & mali nullam eſſe naturam. Deus qui vniuerſitatis eſt conditor, nihil non bonum fecit. Vnde & diabolus bonus eſſet, ſi in eo quod factus eſt permaneret. Sed quia naturali excellentia malè vſus eſt, & in veritate non ſtetit, non in contrariam tranſiit ſubſtantiam, ſed à ſummo bono, cui debuit adhærere, deſciuit: ſicut ipſi qui talia aſſerunt, à veris in falſa proruunt: & naturam in eo arguunt, in quo ſponte delinquunt, ac pro ſua voluntaria peruerſitate damnantur. Quod vtique in ipſis malum erit, & ipſum malum non erit ſubſtantia, ſed pœna ſubſtantiæ. Hactenus Leo papa vir quidem ſanctus perinde ac doctus. Et concilium Lateranenſe
B ſub Innocentio tertio celebratum, hæc ait: Diabolus enim & alii dæmones à Deo quidem natura creati ſunt boni, ſed ipſi per ſe facti ſunt mali: homo verò diaboli ſuggeſtione peccauit. Hæc concilium. Quæ verba habentur in libro Decretalium, capite primo de Sũma Trinitate & fide catholica. Demum concilium Braccarenſe primum de hac re definit: quod in capite ſeptimo ſuorum decretorum ita ait: Si quis dicit diabolum non prius fuiſſe angelum bonum à Deo factum, nec Dei opificium fuiſſe naturam eius: ſed dicit eum ex tenebris emerſiſſe, nõ aliquem ſui habere autorẽ, ſed ipſum eſſe principium atque ſubſtãtiã malã, ſicut Manichæus & Priſcillianus dixerunt, anathema ſit. Hæc cõciliũ Braccarẽſe. Quòd autem Manichæi pro ſe adducũt illud Chriſti de diabolo dictũ: Ille homicida eſt ab initio, parum mouet: quoniam illud non ſic accipiẽdum eſt, vt intelligamus diabolũ initio ſuæ creationis fuiſſe homicidam, quia tũc homo non erat quem occideret, vt homicida vocaretur: ſed dicitur homicida ab initio conditionis humanæ, quando ſtatim vt homo conditus eſt à Deo, diabolus illi mortem propinauit.

Cõcilium Braccar.

Ioan. 8.

SEcunda hęreſis eſt Origenis, dicentis diabolum aliquando liberandũ fore à pœna inferni. Hoc enim illi impingit Auguſtinus in libro de hæreſibus, capite quadrageſimotertio. Verum de hac iam ſuperius cum de beatitudine ageremus, diſputauimus. Ibi enim oſtendimus & beatitudinem & pœnam in-
C ferni eſſe perpetuas, nec vnquam finem habituras. Et præter illa quæ illic de omnibus damnatis dicta ſunt, hanc hæreſim peculiariter conuincit illud quod apud Matthæum veritas ait ſe hominibus malis in iudicio dicturum: Ite (inquit) maledicti in ignem æternum, qui præparatus eſt diabolo, & angelis eius. Ex quibus verbis ſatis apertè conſtat diabolum ſicut & homiñes malos pœna æterna fore puniendos.

Origen.

Matt. 25.

TErtia hæreſis eſt quæ aſſerit diaboli ſuggeſtiones in nobis fieri contactu lapidum, aut herbarum, prout illorum ſagax malitia nouit ſingula ſingulis vitiis conuenire. Sed de hac nihil hoc loco dicere placuit, quoniam infrà aptiorem illi captabimus locum, videlicet in titulo, tentatio. Illo enim loco, iuuante Deo, de hac re diſputabimus.

FINIS LIBRI QVINTI.

F. ALFONSI DE CASTRO ZAMOREN. MINORITAE ADVERSVS HÆRESES, LIBER SEXTVS.

ECCLESIA.

HOc nomen Eccleſia, Greca vox eſt ἐκκλησία, Latinè autẽ idem ſonat quod cœtus, aut congregatio, & ſolet capi pro ipſa hominum congregatione: quæ ſignificatio ſæpiſſimè in ſacris literis habetur. Aliquando etiam ſignificat locum illum in quo populus congregatur, præcipuè locum in quo congregatur populus vt reddat laudes Deo, qui locus proprio vocabulo dicitur templum. Sic enim inuenimus in libro Iudith: Poſtea verò con-
D uocatus eſt omnis populus, & per totam noctem intra eccleſiam orauerunt petentes auxilium à Deo Iſrael. Quo loco (vt apertè conſtat) Eccleſiæ nomen ponitur pro ipſo loco in quo congregatur populus. Verum hæc ſignificatio rarior eſt in ſacris literis. Hac ergo ſignificatione omiſſa, (quoniam de rebus ad illam pertinentibus, infrà ſub titulo Templi differemus) primam ſignificationem pertractemus, de qua aliquas reperio hæreſes. Prima eſt quæ aſſerit intra eccleſiam non eſſe bonos & malos, ſed ſolos bonos ad illam pertinere aſſerit. Huius hæreſis autor fuit Donatus quidam, à quo Donatiſtæ appellati ſunt. Hic Donatus (vt Auguſt. libro de hæreſibus. cap. 69. refert) è Numidia, quæ pars Aphricæ eſt, exiens, totam penè Aphricam ſuo errore infecit. Cuius erroris initium & cauſa fuit, quia Cæcilianus contra voluntatem Donati fuerat ordinatus eccleſiæ Carthaginenſis epi-

Iudith.

Donatus.

ſcopus. Cui Ceciliano crimina imponens, quæ probare non potuit, à iudicibus, qui optimè rem noue-
runt, tanquam impoſtor Donatus iudicatus eſt. Qui volés ſuam falſitatem pertinaci diſſenſione firma-
re, ſchiſma in hæreſim commutauit. Nam ab eccleſia ſe diuiſit, dicens in ſola Donati parte eſſe veram
eccleſiam: in aliis autem partibus, quæ Cæciliano fauebant, non eſſe eccleſiam, quia etſi ibi aliqui eſſent
boni ex communione tamen malorum maculabantur, & ita eccleſia peribat. Hinc tandem Donatus,
adiunctis ſibi eiuſdem factionis epiſcopis, Maioranum quendam apud Carthaginem ordinauit epiſco-
pum, poſt quem Donatus alius ſucceſſit, tantæ doctrinæ & eloquentiæ, vt ab eo multi (vt Auguſt. ait)
putent fuiſſe vocatos Donatiſtas. Et hic ſecundus Donatus eſt ille de quo beatus Hieronymus in libro
illuſtrium virorum facit mentionem, quamuis dicat ab illo Donatianos eſſe appellatos. Nam opuſcula
quæ Donatum ſcripſiſſe Arriano dogmati conuenientia refert Hieronymus, illa Auguſt. huic ſecundo
tribuit, à quo ait propter doctrinæ eminentiam pleróſque putaſſe Donatianos fuiſſe vocatos. Et in hac
parte magis crediderim Auguſt. quòd Apher fuerit: quemadmodum Donatus, quapropter melius po- A
tuit rem agnoſcere. Nec poſſum hic tacere quæ hoc loco Bernardus de Lutzemburgo in ſuo catalogo
hæreticorum de Donatiſtis loquens ait: Hic enim cum dixiſſet Donatum, primum videlicet (vt ex eius
litera facilè eſt coniicere) fuiſſe temporibus Conſtantii Imperatoris, & Iulii papæ (& id quidem bene,
Platina illi fauente in vita Liberii papæ) poſtea ſubiungit, dicens: Cyprianum Carthaginenſem epiſco-
pum ſcripſiſſe diuerſos tractatus & epiſtolas aduerſus hunc Donatum. Quis iam ferre poterit homi-
nem toties in eundem lapidem offendentem? Cyprianus ſiquidem tempore Cornelii papæ fuit, & eo-
dem die quo Cornelius Romæ, quamuis non eodem anno, Cyprianus Carthagine ſub Valeriano & Ga-
lieno principibus (vt Hieronymus ait) paſſus eſt. A Cornelii autem paſſione vſque ad Iulium ſub quo
Donatus fuit, ſeptuaginta aut plures anni interceſſerunt. Quî fit ergo, vt Cyprianus ſcribat aduerſus
Donatum, ſeptuaginta annis ipſo poſteriorem? Et certè (ni memoria me fallit) in omnibus Cypriani
operibus nulla eſt mentio de aliquo Donato, præterquam in ſecundo libro, cuius ſecunda epiſtola eſt
ad quendam Donatum, in qua nec nomen hæreſeos poſitum eſt, nec de hæreſi vlla memoria, ſed ſo-
lum enarrat Donato in illa epiſtola qualiter fuerit ex gentibus ad fidem Chriſti conuerſus: & mundi
laqueos illi declarat: vt hac occaſione cautum illum redderet. Verum hic bonus homo fortè legens epi-
ſtolæ ſolum titulum, putauit illum eſſe Donatum hæreſiarcham, cum tamen conſtet eſſe alium hęretico
Rogatiani Circũcelliones. vetuſtiorem. Ad hos Donatiſtas pertinent Rogatiani, à Rogato quodam dicti, de quibus mentionem
facit Auguſtinus epiſtola 48. Ad hos etiam pertinent Circuncelliones, de quibus aliàs dicemus. Hunc
errorem poſt multas annorum centurias ſuſcitauit ab inferis Ioannes Huſs: cui in eodem errore ſucceſ- B
Ioannes Huſs. ſit Ioannes de Rockſeſana, qui concilio Baſilien. aſtans (vt Æneas Syluius in libro de origine Bohemo-
rum refert) concilio obedire nolens receſsit. Hunc eundem errorem vltimus omnium defendit Lu-
Ioannes de Rockſeſana. therus. Contra hunc errorem eſt illud Prophetæ: Et ſi is qui oderat me ſuper me magna locutus fuiſ-
Luther⁹. ſet, abſcondiſſem me forſitan ab eo: tu verò homo vnanimis, dux meus & notus meus, qui ſimul me-
Pſal.54. cum dulces capiebas cibos, in domo dei ambulauimus cum conſenſu. Vides hic malum ſimul cum bo-
no in domo dei. Domus autem dei, eccleſia eſt, quemadmodum Apoſtolus Paulus teſtatur, dicens: Hęc
1.Tim.3. tibi ſcribo, ſperans me venire ad te cito. Si autem tardauero, vt ſcias quomodo oporteat in domo dei
conuerſari, quæ eſt eccleſia dei viui. Præterea Paulus Apoſtolus docet omnes fideles ad eccleſiam dei
pertinere, qui in exordio prioris epiſtolæ ad Corinthios, ſic ait: Paulus vocatus Apoſtolus Ieſu Chriſti
per voluntatem dei, & Soſthenes frater eccleſiæ dei quæ eſt Corinthi, ſanctificatis in Chriſto Ieſu, vo-
1.Cor.1. catis ſanctis, cum omnibus qui inuocant nomen domini noſtri Ieſu Chriſti in omni loco ipſorum, &
noſtro, &c. Ex quibus verbis illud eſt annotandum, quod dixit, eccleſiæ dei, non autem dicit huius,
aut illius hominis, vt hæretici faciunt, qui eccleſiam dei toto orbe terrarum diffuſam, ad patuum ipſo-
rum numerum coarctant, ſed eccleſiam dei appellauit. Sanctificatos eos dicit in Chriſto Ieſu, quia per
baptiſmum fuerant in Chriſto regenerati. Et tamen hos ipſos quos appellauit eccleſiam dei, & ſanctifi-
catos in Chriſto Ieſu propter baptiſmum ſuſceptum, in multis poſtmodum redarguit. Cõtentiones in-
Ibidem.3. ter illos eſſe aſſerit, quibuſdam dicentibus, Ego ſum Pauli: aliis, ego ſum Cephæ. Cum enim (inquit) ſit
inter vos zelus & contentio, nónne carnales eſtis, & ſecũdum hominem ambulatis? Eſt poſtmodum de
fornicatione quoſdam eorum reprehendit. Hos ergo quos de multis peccatis reprehẽdit, eccleſiam dei
2.Cor.1. appellauit, quia ſanctificati erant in Chriſto Ieſu per baptiſmum. Et in 2. epiſtola ad Corinth. iterum il- C
lis ſcribẽs, vocat eos eccleſiam dei, cum tamen eos poſtmodum arguat, & minetur illis niſi fecerint pœ-
2.Cor.13. nitẽtiam. Rurſum, Eccleſia eſt vnum corpus, iuxta Paulum, cuius corporis caput eſt Chriſtus. Huius au-
tem corporis membra ſunt omnes fideles, è quibus qui iuſti ſunt, membra ſunt viua & ſana: qui autem
peccatores, membra ſunt mortua & putrida, in fine reſecanda? Hoc autem ex ipſius Chriſti verbis pa-
tet, qui ait: Ego ſum vitis, vos palmites. Et parum ante: Omnem palmitem in me non ferentem fructum
Ioan.15. tollet eum. Aduerte quòd non dixit, Palmitem non ferentem fructum eſſe iam ſublatum, ſed eſſe tol-
lendum. Ex quo conuincitur fideles adhuc per veram fidem Chriſto coherere, qui ab eo tolerantur
vſque ad mortem, in qua ſi cum nullo fructu reperiuntur, reſecantur omnino tanquam membrum pu-
tridum. Deinde ipſamet veritas plurimis parabolis docuit, in eccleſiæ gremio contineri omnes fide-
les: Simile, inquit, eſt regnum cœlorum ſagenæ miſſæ in mare, & ex omni genere piſcium congre-
ganti: quam, cum impleta eſſet, edocentes, ac ſecus littus ſedentes, elegerunt bonos in vaſa, malos
autem foras miſerunt. Sic erit in conſummatione ſeculi. Exibunt angeli, & ſeparabunt malos de me-
dio iuſtorum, & mittent eos in caminum ignis. Ecce vides hic regnum cœlorum comparatum eſſe
non multitudini bonorum piſcium, ſed ſagenæ, quæ bonos & malos continet. At regnum cœlorum,
de quo hic loquitur, cum conſtet non eſſe patriam cœleſtem, quę eſt eccleſia triumphans, ſequitur quòd

ſit eccleſia

sit ecclesia militãs,quæ aliquando est in cœlis regnatura.In illis etiam nuptiis,quibus comparatum est regnum cœlorum,nònne inuẽtus est vnus non habens vestem nuptialem? Talem autem defectum cõ- *Matt. 22.*
stat fuísse magnum scelus,quoniam propter illud ligatis manibus & pedibus iubetur mitti in tenebras *Ibidẽ. 25.*
D exteriores,vbi erit fletus,& stridor dẽtium.Ex decem virginibus quibus regnum colorum irerum comparatum est,quinque erãt fatuæ,quæ acceptis lampadibus,non sumpserunt oleum secum: & ideo tãquã fatuæ repulsæ sunt.Rursum,beatus Paulus in posteriore epist.ad Timotheum ait:In magna autem *2.Tim.2.*
domo non solum sunt vasa aurea & argentea,sed & lignea,& fictilia,& quædam quidem in honorem, quædam autem in cõtumeliam.In cõtumeliam videlicet ea quæ sunt fictilia.Magnam autem domum Apostolus appellat ecclesiam,quæ domus Dei est,in qua aurea vasa & argẽtea sunt iusti, fictilia autem sũt peccatores.Accedit ad hæc,quòd si ecclesia ex solis prædestinatis (vt Ioãnes Huls ait)coalescerẽt, & illi,iuxta eundem, damnari non possunt,nec membra diaboli esse,ecclesia ista nõ esset militans dicẽda,sed triumphans:quoniam sicut à deo prędestinati sunt,ita apud deum,cui omnia sunt præsentia, triumphatores reputãtur.Satis enim triumphat,qui prædestinatus est.Nec minus Lutherum conuincit,id quod dominus Saluator noster circa fratrem in nos peccãtem facere iussit: Si peccauerit (inquit *Matt.18.*
ille) in te frater tuus, vade & corripe eum inter te & ipsum solum.Si te audierit,lucratus eris fratrem tuum. Si autem te non audierit, adhibe tecum adhuc vnum vel duos,vt in ore duorum vel trium testium stet omne verbum.Quòd si non audierit eos,dic Ecclesiæ.Si autem ecclesiam non audierit,sit tibi sicut ethnicus & publicanus.Ecce vides peccãtem in nos fratrem, ad Ecclesiam pertinere, membrumque aliquod illius esse.Nam alioqui nõ præciperetur vt peccatum illius denunciaretur Ecclesiæ, ab illa corrigendum: neque Ecclesia illum aut corripere quomodolibet punire posset. Quia si non est membrum ecclesię,neque ad illam pertinet,nullam in illo Ecclesia habebit potestatem.Dicetur nãque
A illi id quod Paulus ait: Quis tu es qui iudicas seruum alienum? Oportet igitur fateri,iuxta istorum hęreticorum sententiam,vt quisquis mortaliter peccauerit, sit eoipso extra Ecclesiæ potestatem & iuris- *Roma. 2.*
dictionem constitutus. Hoc autem concedere quàm sit absurdum,& à vera fide alienum,nemo est vir doctus qui hoc apertè non videat.Accedit ad hæc,quòd si ex solis iustis (vt isti hæretici docẽt) cõstat Ecclesia catholica,oportet necessariò fateri Ecclesiam esse inuisibilem,vtpote in solo spiritu,qui videri non potest,consistentem. Nemo enim potest agnoscere omnes qui verè sunt iusti, & qui sunt peccatores. Nam in his iudicãdis atque discernendis sæpe homines falluntur,iustos pro iniustis,& iniustos pro iustis iudicantes. Causa huius deceptionis est quia homines non intuentur cor,in quo bonitas aut malitia residet,sed ea sola vident quæ foris patent.Si Ecclesiam inuisibilem esse concedunt, quomodo fratrem in nos peccãtem & audire nolẽtem,denunciabimus Ecclesiæ? Quomodo in rebus dubiis Ecclesiam consulemus,si illam non videmus? Qualiter Ecclesiæ monitis aut prẽceptis obtemperabimus, si quæ sit Ecclesia,agnoscere nõ possumus? oportet certè Ecclesiam visibilem esse, vt illam adire, consulere,venerari,& illius præceptis obedire possimus.Sed de hac re abũ de supra libro primo disputauimus. Quo loco multis sacræ scripturæ testimoniis,multisque vrgentissimis rationibus ostẽdimus Ecclesiam militãtem visibilem esse omnibusque conspicuam, ideo non est opus nunc aliquid inde repetere.Denique in arca Noë,quæ typum gessit huiꝰ Ecclesię inferioris,quoniam in mari huius seculi ambulãs,quamuis iactata multis fluctibus,nunquam tamen submergetur: in illa, inquam, animalia immunda simul reperiuntur cum mundis.In ista ergo Ecclesia inferiori,quæ hic militat, omnes reperiũtur: soli infideles extra illam sunt: omnes qui fidem orthodoxam firmiter tenent, in illa continentur.
B Quòd si qui inter eos peccatores sunt.Ecclesia eos tolerat,vsque ad littus maris,hoc est vsque ad finem seculi,& tunc fiet separatio per ministerium ãgelorum,qui bonos pisces,id est, bonos homines reponẽt in vasa sua,id est,in loca illis à Deo præparata: malos autem mittent in caminum ignis,vbi erit fletus,& stridor dentium. Qua separatione facta,accipiet eam vir suus Christus gloriosam non habentem maculam aut rugam,aut aliquid huiusmodi,sed sanctam & immaculatam.Ante hãc etiam sepa- *Ephes.5.*
rationem opere complendam,nos mente & sola cogitatione malos à bonis separantes, vocamus nunc Ecclesiam immaculatam,columbam sine felle,talem videlicet eam nunc considerãtes,qualis postmodum est futura: non quòd per hoc bonos à malis separamus,quoniam talis separatio in littore maris, hoc est in fine seculi facienda est.Nam illud quod dicit Apostolus:Ecclesiam videlicet esse sine macula & sine ruga,beatus Hieronymus dicit in futuro seculo esse complendum. Is enim exponens tricesimum primum caput Hieremiæ in fine capituli sic ait: Vidi quanta habeat loca Ecclesia, & quomodo illud Apostolicum,vt sit sine macula & ruga,in futuro & in cœlestibus seruetur.Audis angelos, audis scabiem,audis ruinas & cineres,& regionem mortis & tenebrarum, & de tua virtute & impeccantia gloriaris? Hæc Hieronymus: Quòd verò Donatistæ & Rogatistæ dicunt bonos ex communione malorum inquinari, & ob hoc dicebant malos non pertinere ad Ecclesiam,nec esse in eam recipiendos,ne ex eorum comunione boni inficerentur:hoc apertissimè conuincitur per illud dictum Chri- *Ioan.13.*
sti,quod Apostolis suis ait: Vos mundi estis,sed nõ omnes.Sciebat enim quisnã esset qui traderet eum: propterea dixit,nõ estis mundi omnes.Vides hic Iudam mixtum cum apostolis,& tamen eius malitia
C nihil eis nocuit,quia cum ille dicatur immundus,alios tamen Christus dixit esse mũdos. Quòd autem Iudas communionem sacramẽti cum aliis acceperit,infrà cum de Eucharistia agemus,Deo duce probabimus. Propterea,dominus per Ezechielem prophetam ait: Et erunt in montibus quasi columbæ *Eze.7.*
conualliũ& omnes trepidi,vnusquisque in iniquitate sua.Sua dixit,non alterius.Et Paulus de præmio tam bonis quàm malis reddendo loquens,ait: Omnes nos manifestari oportet ante tribunal Christi, *2.Cor.5.*
vt referat vnusquisque propria corporis prout gessit,siue bonum siue malum.Propria dixit, nõ autem aliena. Et alibi: Vnusquisque onus sum portabit.Suum dixit. Et iterum de indigne sumentibus cor- *Galat.6.*

pus domini ait: Quicũque māduceuerit panem hũc,& biberit calicem domini indigne, iudicium ſibi māducat & bibit. Sibi, inquam, dixit, nõ aliis. Et Ioānes in Apocalypſi: Iudicati ſunt mortui ex his quæ
Apoc.20. ſcripta ſunt in libris, ſecundum opera eorum, Secundum opera eorum dixit, nõ ſecundum opera alio-
rum. Præter hæc omnia tam clara ſcripturæ teſtimonia extat aduerſus primam erroris partem Eccleſiæ
C õcilium Conſtant. vniuerſalis definitio. Nam inter articulos Ioannis Huſs in Conſtantienſi concilio ſeſſione quintadeci-
ma condemnatos, plures ſunt ad hãc rem pertinentes. Tertius enim articulus ſic ait: Præſciti non ſunt
patres Eccleſiæ, cũ nulla pars eius ab ea finaliter excidat, eo quòd prædeſtinationis charitas qua ipſa li-
gatur, nõ excidit. Articulus quintus ſic dicit: Præſcitus etſi aliquãdo ſit in gtatia ſecũdum preſentẽ iu-
ſtitiã, tamẽ nunquã eſt pars ſanctæ Eccleſiæ. Et viceſimuſquartus articulus eiuſdem eſt iſte. Gratia præ-
deſtinationis eſt vinculum quo corpus Eccleſiæ,& quolibet eius membrum iungitur ipſi capiti in ſo-
lubiliter. Qui articuli ſimul cum aliis eiuſdem Ioānis Huſs vnà ſuper omnes lata ſentẽtia in cõcilio Cõ-
ſtãtienſi condemnati ſunt. Contra hunc errorem, præter Auguſtinum, nõ agnoſco alium ſcriptorem. Is
enim plures de hac re ędidit tractatus. Vnus ad Vincẽtium Donatiſtam,& eſt in numero epiſtolarum
ſuarum, epiſtola quadrageſimaoctaua. Alter contra Fulgentium Danatiſtam,& in hoc magis diſputat D
contra illam ſecũdam partem erroris quo Donatiſtæ docẽt bonos maculari ex communione malorum.
Ali⁹ tractatus eiuſdem & hic præcipu⁹ eſt cõtra epiſtolã Petiliani, in quo acriter pugnat pro vnitate Ec
cleſiæ toto orbe diffuſæ. De iſtis duobus erroribus Donatiſtarũ Guido nõ facit vllã mẽtionem, quãuis
de Donatiſtis diſſerit: Et miror, cum Auguſtinus illos tribuat Donatiſtis, quẽ Guido ſemper ſequitur.

Ioānes de Vueſſalia SEcundus error eſt, qui docet Eccleſiam errare poſſe. Hunc errorem docuit (vt catalogus hæreticorũ ait) quidam Ioānes de Vveſſalia tẽpore Frederici imperatoris huius nominis tertij, qui propter hũc
errorem & alios Moguntiæ damnatus fuit, & eius libri combuſti. Hic ergo Ioannes inter alios erro-
res hunc vnum docuit, Eccleſiam videlicet errare poſſe, & aliquãdo erraſſe, nec tantam eſſe Eccleſiæ
in definiendo certitudinem, vt errare non poſſit. Si de errore earum rerum quæ fidem & bonos mo-
res reſpiciunt, hic loquitur, cõſtat eius doctrinam eſſe hæreticam, quam ſuprà iam expugnauimus, cum
de cõciliorũ autoritate diſſeruimus. Si autem loquatur de errore earum rerum, quæ nec fidem nec mo-
Li.4.in ti tu de cõſi lio. res ſpectãt, doctrina illius non eſt hæretica, quoniam certũ eſt in talibus Eccleſiam poſſe errare. Nul-
lum eſt enim periculum, etiam ſi omnes quotquot ſunt, ſentirẽt, pertinaciterque aſſererẽt Carolum Cæ
ſarem huius nominis quintum Hiſpaniarumque regem eiuſdem nominis primũ, nũquam in Italiã ve-
niſſe, quãuis certò ſciamus eum in pluribus Italiæ oppidis fuiſſe, & Bononiæ, quæ Italiæ ciuitas eſt, à
Clemente papa huius nominis ſeptimo imperii coronam ſuſcepiſſe. Cum tamen hæc res minimum ad
ſalutem pertineat animarum, nullum eſſet inde ſalutis diſpẽdium etiam ſi vniuerſalis Eccleſia de hac
re falleretur. Nam omnes catholici viri fatentur Eccleſiam poſſe falli in his maximè quæ nõ reſpiciunt A
ius, ſed quæ ſolã rem geſtam cõcernũt: vel (vt verbis magis vulgatis vtar) poteſt Eccleſia errare in his
quæ ſunt facti, quemadmodum contingit cum aliquis per verba futuri temporis contrahit cum aliqua
muliere, quam poſtmodũ carnaliter agnouit ſine vllo maritali affectu: quo facto, cum alia poſtea con-
trahit per verba præſẽtis temporis, vero (vt decet) maritali animo: in tali euẽtu Eccleſia iudicat iſtum
eſſe alligatum priori fœminæ,& decernit eũ eſſe liberum & ſolutum à ſecũda, quia Eccleſia credit piè
illum coiſſe cum priore fœmina animo adimplẽdi & exequendi quod prius pollicitus fuerat: quo caſu
vera eſſet vxor illius, vt Eccleſia ſentit. Res tamẽ aliter ſe habuit, vt prius diximus. Eccleſia certò ſcit il-
lam eſſe veram vxorem iſtius, in quam iſte prius verum mariti animum concepit, & in hoc nunquam
falletur. Quòd autem in hanc aut illam animum habuerit, Eccleſia non poteſt certò ſcire,& per conſe-
quẽs falli poteſt. An autẽ iſte Ioānes de Vveſſalia de hoc an de illo errore docuerit, cum dixit Eccleſiã
poſſe errare, mihi (vt ingenuè fatear) non eſt certum, quoniam bonus catalogus nõ expreſſit, neque ego
apud alium inueni. Credo tamen quòd de primo errore ſenſerit,& propterea meritò cõdemnatus fuit.

Vvaldenſes. TErtia hæreſis eſt, quæ Eccleſiæ poteſtatem minuit. Et huius erroris autores fuerunt Vvaldẽſes, ſiue
pauperes de Lugduno. Quos ſecutus eſt poſtea Ioannes Vvicleph, dicens decretales epiſtolas eſ-
Ioannes Vuicleph. ſe apocryphas, & nullius momenti, & ſtultos vocat eos qui illis incumbunt. Hunc ſecutus eſt præ-
Ioānes de Vueſſalia fatus Ioānes de Vveſſalia, qui apertè docuit neque apoſtolos neque eorũ ſucceſſores prelatos Eccleſiæ
Lutherus. habere à Chriſto autoritatem condẽdi canones ſeu leges. Eũdem errorem hoc noſtro ſeculo docet Lu-
therus. Si quis tamen adhunc errorem pertinere dicat illud quod alii docuerunt, obediẽtiam non eſſe
præſtãdam ſummo põtifici, aut aliis quibuſcũque prælatis Eccleſiæ, tunc plures habebit hic error pro- B
tectores. Pſeudoapoſtoli dixerunt ipſos non ſubiici alicui niſi ſoli Chriſto, quemadmodum (inquiunt)
Pſeudo-apoſtoli. apoſtoli ſoli Chriſto fuerunt ſubiecti. Begardorum etiam & Beguinarum hæreſis fuit, quòd homo in
Begardi. ſtatu perfectionis exiſtẽs, nõ tenetur alicui homini obedire. Horum ergo hæreticorum, videlicet Vval-
Beguinæ. dẽſium Pſeudoapoſtolorum,& Begardorum, hæreſis peſtilentior eſt quàm Ioānis Vvicleph, & alio-
rum, quoniam illi etſi negẽt Eccleſiam poſſe cõdere leges & ſtatuta ad quorum obſeruationem omnes
homines teneantur, nõ tamen negant in vniuerſum ſubditos debere obediẽtiam ſuis prælatis. Cum er-
go probauerimus Eccleſiã poſſe aliquid decernere & ſtatuere cui omnes obedire teneãtur,& cui⁹ trãſ-
greſſio ſit lethalis, actum erit de omnib⁹ his hæreticis. Pro hac re Salomõ teſtimoniũ reddit, dicẽs: Cõ-
Prou.6. ſerua fili mi præcepta patris tui: & ne dimittas legẽ matris tuæ: liga ea in corde tuo iugiter,& circũda
guturi tuo. Quòd ſi hæc verba ad ſola præcepta dei, qui & verus & ſolus eſt pater noſter, dicas eſſe re e-
ferenda, nõ obſiſto. Verum dic mihi, quæ eſt illa mater cuius legem docet nõ eſſe dimittẽdã? Hæc enim
duo cõiunxit & præcepta patris,& legem matris. Quibus verbis docuit præcepta Dei patris eſſe cõſer-
Pron.22. uãda: & præcepta Eccleſiæ matris noſtræ, in qua per baptiſma, quod in ea recepimus, renati ſumus,
non eſſe contemnẽda. Et iterum: Ne tranſgrediaris terminos antiquos, quos poſuerũt patres tui. Ecce

hic patris

hic patres dixit,non pater,vnde conſtat illa verba non poſſe de ſolis præceptis diuinis intelligi.Quòd ſi dicas verba fore interpretanda de patribus veteris teſtamenti, quibus permiſſa fuit à Deo poteſtas in re dubia decernendi: quare idem non dicetur de prælatis legis Euangelicæ? præſertim cum diuinus Pſal-
tes dicat: Pro patribus tuis nati ſunt tibi filii, cõſtitues eos principes ſuper omnem terram. Et ipſe Deus *Pſal.* 44.
C in Deuteronomo ait: Qui autem ſuperbierit nolens obedire ſacerdotis imperio qui eo tempore mini- *Deut.* 17.
ſtrat domino Deo tuo,ex decreto iudicis morietur homo ille,& auferes malum de Iſrael,cũctúſque populus audiens timebit, vt nullus deinceps intumeſcat ſuperbia. Quòd ſi tantum valuit autoritas & poteſtas ſacerdotis legis veteris, vt eius imperium nullus ſine mortis periculo contemnere auderet,quanto maior erit autoritas ſacerdotis ſupremi in lege noua? Certè multò maior, cum maius ſit ſacerdotium huius, quàm ſacerdotium illius. Verum huic obiectioni reſpondentes, obiiciunt nobis Paulum dicen- *Gala.* 5.
tem: Si ſpiritu ducemini,non eſtis ſub lege. Et iterum: Empti eſtis precio magno, nolite fieri ſerui ho- 1. *Cor.* 7.
minum. Quibus verbis volunt nos eſſe per Chriſtum liberatos à lege Moſaica, quaptopter aiunt non oportere amplius hominibus nos ſubiici. Sed hæc non ita ſe habent, quoniam etſi Chriſtus nos liberauit à ſeruitute peccati, & à ſeruitute legis Moſaicæ, hoc eſt à iugo cæremoniarum & legitimorum, non tamen ſuſtulit obedientiam prælatorum, imò ſtrictius præcepit. Per illa autem verba Paulus non auertit ſubditos ab obedientia prælatorum,quam aliàs apertiſſimè commendaſſe oſtendemus, ſed ab illa auertit ſeruitute,qua quiſque illius ſe eſſe fatebatur,à quo baptizatus erat,quidam dicens,Ego ſum Pauli: alius,ego ſum Apollo: atque alius,ego ſum Cephæ. Chriſtus enim ſolus pro nobis paſſus eſt, atque ideo 2. *Cor.* 3.
totos noſipſos illi ſoli debemus. Sed dimiſſo teſtamento veteri, in quo multa adhuc exempla nobis ſub- *Matt.* 18.
fragantur, accedamus ad nouum, in quo veritas clarius lucet. Chriſtus enim ſecretò peccantem,poſtquam ſemel correptus audire noluerit, ad Eccleſiæ iudicium deferri præcipit: & ſi eam non audierit, iubet reputari tanquam Ethnicum &publicanum,hoc eſt,vt per excommunicationem ſegregetur à cęterorum conſortio,vt vel ſic etubeſcens reſipiſcat. Excommunicatio autem non niſi pro crimine letha-
D li,eóque graui & cui eſt adiuncta pertinacia,infligitur. Conſtat ergo graue crimen eſſe Eccleſiæ inobedientiam,quæ tam graui pœna punitur. Verum quia aliqui iſtorum hæreticorum(vt Lutherus) excommunicationes irrident, ideo aliud proferamus teſtimonium. Diſcipulis ſuis Chriſtus loquens, & in eis *Luc.* 10.
omnibus prælatis illorum ſucceſſoribus,ait: Qui vos audit,me audit. Qui vos ſpernit, me ſpernit. Qui autem me ſpernit, ſpernit & eum qui miſit me. Ex quibus verbis colligimus obedientiam, quæ propter Deum hominibus præſtatur,non eſſe humanam ſeruitutem (vt Lutherus mentitur) ſed eſſe dei ſeruitutem: quoniam ait: Qui vos audit,me audit. Colligitur etiam inobedientiam Eccleſiæ pro inobediẽtia Dei reputari apud ipſum Deum. Et Paulus in prima ad Theſſalo.epiſtola ait: Scitis quæ ptæcepta de- 1. *Theſ.* 4.
derim vobis per dominum Ieſum. Et paucis interiectis ſubdit: Itaque qui hæc ſpernit, non hominem ſpernit,ſed Deum,qui etiam dedit ſpiritum ſuum ſãctum in nobis. Hoc etiam Moſes clariſſimè docuit, *Exod.* 11.
cũ populo Iſrael murmuranti aduerſus eum & Aaron fratrem eius, dixit: Dabit vobis dominus veſpere carnes edere,& mane panes in ſaturitate,eò quòd audierit murmurationes veſtras quibus murmurati eſtis contra eum. Nos enimquid ſumus? Nec contra nos eſt murmur veſtrum,ſed contra dominum. Ex quibus duobus locis ſcripturæ proximè citatis apertè conuincitur præcepta iuſta præpoſitorum non eſſe duntaxat humana dicenda, cùm vim ſuam & robur habeant à præcepto diuino, præſertim cum illorum contemptores tanquam contemptores diuinorum præceptorum coram Deo reputentur. Præterea ipſa veritas iterum apud Matthæum ait: Super cathedram Moyſi ſederunt Scribæ & Phariſæi: *Mat.* 23.
quæcunque dixerint vobis, facite: ſecundum verò opera eorum, nolite facere. Vides hic obedientiam nobis iniunctam,& non ſolum aliquorum, ſed omnium præceptorum. Quæcunque (inquit) dixerint vobis, facite. Quid eſt autem dicere, quæcunque? Nunquid facturi ſumus ſcelera, ſi nobis præcipian-
A tur? Abſit. Per illa enim verba ſolum præcipitur nobis obedientia earum rerum quæ ad cathedram pertinent, hoc eſt earum rerum quæ ad faciliorem obſeruantiam mandatorum dei conducunt, & viam aperiunt. De aliis autem præceptis quæ ab hac obſeruatione præceptorum Dei homines auertunt,dixit alibi ipſa veritas: Quare tranſgredimini præcepta Dei propter traditiones hominum? Et infrà: Popu- *Matt.* 15.
lus hic labiis me honorat, cor autem eorum longe eſt à me. Sine cauſa autem colunt me, docentes doctrinas & mandata hominum. Quibus verbis Chriſtus reprehendit eas hominum traditiones quæ legi diuinæ aduerſantur, & non (vt Lutherus ſomniat) omnes leges humanas. Rurſum, Paulus in epiſtola ad Romanos ait: Omnis anima poteſtatibus ſublimioribus ſubdita ſit. Non eſt enim poteſtas niſi à *Rom.* 13.
Deo. Quę autem ſunt,à Deo ordinata ſunt. Itaque qui reſiſtit poteſtati,Dei ordinationi reſiſtit. Qui autem reſiſtunt,ſibi damnationem acquirunt. Et ad Titum ſcribens,ait: Admone illos principibus & po- *Titum.* 3.
teſtatibus ſubditos eſſe, dicto obedire, ad omne opus bonum paratos eſſe. Et in epiſtola ad Hebræos: Obedite præpoſitis veſtris, & ſubiacete eis. Ipſi enim peruigilant quaſi rationem pro animabus veſtris *Heb.* 4.
reddituri. Et quòd de prælatis Eccleſiaſticis loquatur, conuincitur per id quod in eodem capite ante præmiſerat. Mementote præpoſitorum veſtrorum,qui vobis locuti ſunt verbum Dei: Suam inſuper autoritatem circa inobedientes declarat Paulus,cùm in priore epiſtola ad Corinthios ait: Quid vultis? in 1. *Cor.* 4.
virga veniam ad vos,an in charitate,& ſpiritu manſuetudinis? Et in ſecunda epiſtola iterum: Ideo enim 2. *Cor.* 13.
hæc abſens ſcribo,vt non præſens diutius agam ſecundum poteſtatem quam dominus dedit mihi in æ-
B dificationem,& non in deſtructionem. Et in ſecunda ad Theſſalonicenſes: Quòd ſi quis non obedierit 2. *Theſ.* 3.
verbo noſtro per epiſtolam,hunc notate,& non commiſceamini cum illo, vt confundatur. Non eſt autem minor poteſtas in Eccleſię prælatis nunc, quàm tunc fuit: erit ergo obediendum prælatis Eccleſiæ in his quæ ad obſeruationem legis diuinæ conducibilia eſſe noſcuntur. Quid ergo impii Vvaldenſes, Pſeudoapoſtoli,& Begardi,& Vviclephitæ,& Huſſitæ oblatrãt, & Eccleſię obedientiam contemnunt,

cum tot ſcripturæ teſtimoniis ſit confirmata? Verum Lutherus in hac parte eo truculentior beſtia quo cautior, admittit Eccleſiæ obedientiam, ſed negat eam dilatari poſſe vltra ea quæ expreſſe in ſacris literis habẽtur. Quòd ſi ad hunc modum oporteret fabulam ludere, periret omnis cultus, & tota Chriſtianæ reipublicæ religioſa politia deſtrueretur, imò ipſa Chriſtiana religio tota laberetur, cùm fides, quæ fundamentum eſt illius, eo ipſo prorſus euerteretur. Diei dominicæ feſtiua ſolennitas non reperitur iniuncta in ſacris literis, tamen Eccleſia præcipit diem dominicam obſeruari. Neque hoc centenarium aut trecentenarium eſt inuentum (prout Lutherus & ei adhærentes obiicere ſolẽt) ſed ab ipſis naſcẽtis Eccleſiæ cunabulis prodiit, & hucuſque à Chriſtianis religioſe obſeruatum eſt. Diuorum imagines eſſe venerandas ſcriptura nunquam præcipit, & tamen ſeptima ſynodus quæ in Nicæa fuit congregata, decreuit ab omnibus Chriſtianis digna veneratione ſuſcipi. Scripturæ ſacræ nunquam iuſſerunt vt ſtantes & erecti audiamus Euangelium cùm publicè legitur, aut quòd leuemus manus cùm corpus domini leuatur à ſacerdote, aut quod tundamus pectora, aut quòd flectamus genua ante altare dum oramus, hæ inquam atque aliæ huiuſmodi piæ cæremoniæ non ſunt expreſſæ in ſacris literis, earum tamen C aliquas Eccleſia ſtatuit, alias perpetua conſuetudine obſeruauit hucuſque. Quæ omnes ſi ſuſtollantur, quia ſcriptæ non ſunt in ſacro inſtrumento, ſtatim infrà pauciſſimos dies ea, quam vocamus deuotionem, vel (vt melius dicam) ſacrorum affectus periret. Nam is cultus qui adhuc in Chriſtianorum pectoribus viget, quamuis minimus ſit, his tamẽ cæremoniis fouetur & nutritur. Et niſi ad has cõpellerentur Chriſtiani, citiſſimè aut nullus aut frigidiſſimus cultus Dei futurus eſſet. Verũ & ſi hęc ita ſe habẽt minima tamen ſunt ad ea quę mox ſubiiciemus. Perpetuam ſiquidem virginitatem Marię nunquam ſacræ literæ apertè expreſſerunt, nõ audeat ergo aliquis Mariam, Chriſti matrem, virginem iam appellare, eò quòd ſacræ literæ illud non produnt. Nunquam ſacræ literæ eandem ſacratiſſimam virginem nomine matris Dei appellauerunt, ſed ſolum matrem Chriſti, aut matrem Ieſu eam nominant: malè ergo concilium Epheſinum contra Neſtorium cenſuit eam theotocon, hoc eſt, matrem Dei verè & meritò eſſe nominãdam. Si ad Lutheri gnomonem, quem nobis præſcribit, eſſent omnia examinãda, nec dicemus patrem ingenitum eſſe, nec filium aſſeremus conſubſtantialem patri, quoniam nullum iſtorum in ſacris literis expreſſe reperitur, ſed ex quadam ratiocinatione infallibili eccleſia collegit, declarans ea quæ erant obſcura, & eruens ea quæ erant abſcondita. Quòd ſi hoc in cauſa fidei ſtatuere licuit, cur nõ etiam licebit eos mores ſtatuere, qui ad obſeruationem mandatorum Dei maximè conducunt? Nam de cæ-
1. Cor. 10. teris fatemur prælatos eccleſiæ nihil poſſe ſtatuere, quoniã (vt inquit Paulus) data eſt illis poteſtas in ędificationem, non in deſtructionem. Deus ſiquidem præcepit nobis vt illum coleremus, nec tamẽ expreſſit quando: Eccleſia autem poteſtate ſibi à Deo tradita vtens, expreſſit, vt die dominico præcipuè miſſam audientes Deum coleremus. Præcepit etiam Deus ieiunium, nec id vno aut altero tantum loco dixit, ſed ferè innumeris, nunquam tamen expreſſit diem ieiunij: quapropter ne tale ieiunium per- D petuò ſine eiuſdẽ obſeruatione prẽteriret, eò quòd nulla certa eſſet ſignata dies, Eccleſia expreſſit dies quibus ieiunãdum eſt. Prẽcepta ergo Eccleſiæ expreſſiua & declaratiua ſunt mandatorum Dei, & quæ viam parant ad obſeruationem præceptorum diuinorum. Et ita Eccleſia illa ſua præcepta ſtatuens, non aliud ſtatuit quàm Deus (vt Lutherus illi impingit (ſed eadem ſtatuit quę Deꝰ, cum illa quę decernit, tendunt ad clariorem intellectum & faciliorem obſeruationem mandatorum Dei. Cùm enim Paulus
1. Cor. 14. nonnulla ſtatuiſſet quæ in ſcripturis antea non erãt expreſſa, ſtatim ſubiunxit. Si quis videtur prophe-
1. Cor. 11. ta eſſe aut ſpiritualis, cognoſcat quæ ſcribo vobis, quia domini ſunt mandata. Prẽterea idem Apoſtolus decernit virum fidelem debere permanere cum vxore infideli, & fidelem vxorem cum viro infideli, ſi alter coniugum infidelis nullum incommodum inferat fidei alterius, & velit cum altero fideli pẽrmanere: & ſi diſceſſerit nolens cum fideli habitare, diſcedat fideli manente libero ad ſuſceptionem alterius. Et tamen cum hæc ſtatuit aut decernit Paulus, fatetur nunquam dominum hoc dixiſſe. Nam
1. Cor. 11. hoc daturus decretum præmiſit, dicens: Dico ego, non dominus. Rurſum, idem Apoſtolus præcepit mulierem velato capite orare, viros autem capite nudato, quod tamen nulla ante ſcriptura expreſſerat. Quia tamen ſpiritu prophetico vidit aliquos futuros qui prælatorum ſtatuta damnarent, poſtquã præceptum illud dedit, ſubdidit: Si quis autem videtur contentioſus eſſe, nos talem conſuetudinem non habemus, neque Eccleſia Dei. Deinde cum contentio exorta eſſet an in lege Euangelica obligarentur
Act. 15. homines ad obſeruationem legitimorum in veteri lege præceptorum, deuoluta eſt cauſa ad Apoſtolos & ſeniores, qui erant in Hieruſalem, qui habito maturo (vt decebat) conſilio, & re prius anxiè examinatá, talem protulere ſententiam. Viſum eſt ſpiritui ſancto, & nobis, nihil vltra imponere vobis one- A ris, quàm hæc neceſſaria, vt abſtineatis vos ab immolatis ſimulacrorum, & ſãguine, & ſuffocato, & fornicatione: à quibus cuſtodientes vos bene agetis. Hęc quatuor quæ Apoſtoli decreuerunt eſſe neceſſaria, certum eſt non eſſe nobis in lege Euangelica à Deo iniuncta, imò nec iam ſunt neceſſaria omnia illa. Verum Apoſtoli metuentes ne hac occaſione Iudæorum & Gentilium communio impediretur, ne etiam hac occaſione aliqui ex Iudæis auerterentur à ſuſceptione legis Euangelicæ, inhibuerũt illa quatuor pro illo tempore, vt facilius Eccleſia ex gentibus & Iudæis coaleſceret. Ecce Apoſtoli ſtatuerunt quæ nec in ſcriptura reperiebãtur expreſſe, nec à Deo vnquã audiuerant. Quid ergo? Detrudemus Eccleſiam in tales anguſtias, aut concludemus eam intra tam ſtrictos limites, vt dicamus eam nunc minoris eſſe poteſtatis ad aliud ſtatuendum quod nõ exprimatur in ſacris literis, quam tunc fuit? Si dicant Eccleſiam nunc non habere tantam poteſtatem quantam tunc, oſtendãt expreſſe per ſacras literas clariſſimè (vt nobis exigunt) dicentes Eccleſiæ poteſtatem eſſe nunc minorem, & Deum minuiſſe poteſtatem quam ſemel Eccleſiæ dederat: & ſi id oſtenderint, meritò cedam. Cùm autem id oſtendere non poſſint, cur volunt Eccleſiæ ſtatuta intra limites ſcripturæ ſacrę concludere, quę olim talibus limitibus

non ſe-

non ſepiebantur? Potuiſſem hic plura ſacrorum virorum teſtimonia adferre, ſed vitandæ prolixitatis cauſa, omitto, cum etiam, quia hi contra quos nunc agimus, videlicet Vvicleph & Lutherus floccipendunt ſanctorum quorumcunque virorum dicta. Sed præter hæc omnia tam clara teſtimonia, hæc hęreticorum aſſertio eſt iam in pluribus conciliis damnata. Nam inter octo errores Begardorum & Beguinarum, qui in concilio Viennẽſi ſub Clemente quinto celebrato damnati ſunt, tertius in ordine eſt quo *Cõcilium*
B aiunt illos qui ſunt in ſtatu perfectionis, & ſpiritu libertatis, non eſſe humanæ ſubiectos obedientiæ. *Viennẽſe.*
Huius autem cõcilij decretum habetur in lib. Clementinarum cõſtitutionum, titulo de hæreticis, cap. ad noſtrum. Et cõcilium Cõſtantienſe cõdemnãs in ſeſſione octaua plures articulos Ioãnis Vviclephi, *Cõcilium*
hũc inter alios locauit, ſub his verbis: Decretales epiſtolæ ſunt apocryphæ, & ſeducũt à Chriſti fide, & *Conſtãtiẽ*
clerici ſũt ſtulti qui ſtudẽt eis. Qui articulus ſimul cũ aliis vnà ſuper omnes lata ſẽtẽtia dãnatus eſt. Et in ſeſſione quintadecima iterum cõdẽnat idem concilium plures aſſertiones Ioãnis Huſs, inter quas hæc inuenitur ſub his verbis: Obediẽtia Eccleſiaſtica eſt obedientia ſecundum adinuẽtionem ſacerdotum Eccleſiæ, præter expreſſam autoritatem ſcripturæ. Dicamus ergo iuxta catholicam fidem, Eccleſiæ ſtatuta non eſſe contemnenda, ſed ſtrictè obſeruãda. An autem quecunque tranſgreſſio illorum ſit mortalis, nõ diſſero: quoniam video quoſdam, & non ex infima theologorum ſcholaſticorum ſorte, qui aſſerunt tranſgredientes præcepta Eccleſiæ, modo id nõ omittant ex contemptu, ſed ex infirmitate quadam, aut fortè negligẽtia, nõ peccare mortaliter: alios autem ſcio docere oppoſitum. Cùm autem ego in hoc opere ſolam fidem pertractare ſtatuerim: de opinionibus hominum variè ſentientium diſputare nolo. Cõtra hanc hareſim ſcripſit Ioannes Roffenſis epiſcopus in eo opere quod contra captiuitatem Babylonicam Lutheri ædidit, articulo. 27. Scripſit etiam Iodocus Clithouæus multo diffuſius in ſuo Antiluthero, parte prima.

QVarta hæreſis eſt quæ docet Eccleſiam ipſam, hoc eſt Eccleſiaſticos viros, non poſſe vllas diuitias poſſidere, nec agros, nec poſſeſſiones vllas, quia (vt dicũt) Apoſtoli, quibus primores eccleſiæ ſuccеſſerunt, pauperes fuere, nihil penitus poſſidentes. Huius hæreſis primi inuentores (vt refert Auguſtinus lib. de hęreſibus, cap. 50.) fuerũt Vadiani ſiue Anthropomorphitæ: qui hac occaſione ab Ec- *Anthropo*
C cleſia ſeparauerunt ſeipſos, quia dicebãt non licere epiſcopis diuitias poſſidere, quos tamen diuites eſ- *morphitæ*
ſe videbant. Poſt iſtos multo tempore elapſo ſurrexerunt Vvaldenſes, ſiue pauperes de Lugduno, qui *Vvaldenſes.*
(vt illis impingit Æneas Syluius lib. de origine Bohemorum cap. 35.) dixerũt ſacerdotes pauperes eſſe debere, & ſola cõtentos eſſe eleemoſyna. Huius tamen erroris nõ meminit Guido cum hæreſes Vvaldẽſium recẽſet. Eundem errorem docuit Marſilius Paduanus, vir quidem Eccleſiæ toti & Eccleſiaſticis omnibus odioſe infenſus. Vixit hic Marſilius ſub Ioãne papa huius nominis xxii. & ab eodẽ dam- *Marſilius*
natus eſt. Vvaldẽſes imitatus eſt hoc loco, quemadmodum alibi ſemper Ioãnes Vvicleph. Poſtremus *Paduan⁹.*
omnium Lutherus hoc noſtro ſeculo eundem tutatur errorem, perſuadẽs principibus vt bona Eccle- *Ioanes*
ſiæ diripiãt, quod & in multis Germaniæ ſuperioris oppidis factum eſſe audiuimus. Huius hæreſis fũ- *Vvicleph.*
damẽtum ſuperius euertimus, cùm de apoſtolorum paupertate diſſeruimus. Ibi enim docuimus ex ſa- *Lutherus.*
cra ſcriptura apoſtolos aliquid poſſediſſe. Similiter ſuprà in titulo de decimis, oſtendimus decimas ex iure diuino deberi ſacerdotibus: è quibus decimis primã portionem capere poteſt ſacerdos, & reſeruare pro ſibi neceſſariis, victu ſcilicet & veſtitu. Sed præter hæc omnia ſũt adhuc alia ſpecialia ſcripturæ teſtimonia. Sacerdotes enim legis veteris habuerũt poſſeſſiones & agros. Nam poſtquam populus Iſrael
adeptus eſt terram promiſſionis. Leuitica tribus vnde ſacerdotes ſumebãtur, ex pręcepto domini ac- *Ioſue.21.*
cepit ab illis tribubus quadraginta octo vrbes cum ſuis ſuburbanis. Decimas etiam omnium tetræ naſcentium, & omnium pecudum recipiebãt Leuitę. Cur hoc non licebit ſacerdotibus nouę legis, præcipuè cum nõ reperiatur hoc eſſe à Chriſto illis interdictum, quemadmodum ſuprà docuimus cum de apoſtolorum paupertate diſputauimus? Præterea Paulus Apoſtolus ad Timotheum ſcribens qualem oporteat epiſcopum eſſe, inter cætera exigit ab eo hoſpitalitatem. At hoſpitalitas exerceri nequit ab *1.Tim.3.*
D eo qui facultates non habet, quas miniſtrare poſſit iis quos hoſpitio receperit. Dicit etiam ibidem Paulus oportere epiſcopum bene regere domũ ſuã, quoniã (inquit) is quĩ domui ſuæ præeſſe neſcit, quomodo Eccleſiæ Dei diligentiam habebit? Ad bonum autem domus præpoſitum ſpectat vt prouideat vxori & filiis quos habet, de victu & veſtitu, & de illis rebus ſine quibus hęc miſera vita conſeruari nequit. Hæc autem nullus ſine facultatibus commodè exequi poteſt. Rurſum, Pius papa & martyr in epiſtola Italicis directa, ſic ait: Ad ſedem apoſtolicam perlatum eſt quòd ſint inter vos cõtentiones & æmulationes, & prædia diuinis vſibus tradita quidam humanis applicãt vſibus, & domino Deo cui tradita ſunt, ea ſubtrahunt, vt ſuis vſibus inſeruiãt. Quapropter ab omnibus illius vſurpationis contumelia depellenda eſt, ne prędia vſibus ſecretorum cœleſtium dicata à quibuſdam irruentibus vexentur: quod ſi quiſquã præſumpſerit, velut ſacrilegus habeatur, & ſicut ſacrilegus iudicetur. Hæc Pius papa: quẽ nõ poſſũt incuſare quòd malus fuerit, cum martyrio vitam finierit. Nec vt trecẽtenariũ (quemadmodum facere ſolet Lutherus) poſſunt eum reiicere, quoniam decimus à Petro ſummus põtifex fuit. Quid ergo impius Luther⁹ ſuadere audet principibus, vt eccleſias diripiãt atque ſpoliẽt? Nõnne videt à papa ſanctiſsimo velut ſacrilegos eſſe iudicatos qui hoc faciũt? Huic papæ ſanctiſſimo alius eiuſdem farinæ homo ſubſcribit, videlicet Vrbanus papa & martyr, qui de hac re tale ædidit decretum: vidẽtes ergo ſacerdotes ſummi, & alii, atque Leuitæ, & reliqui fideles plus vtilitatis poſſe adferre ſi hęreditates *Vrbanus.*
& agros, quos antè vẽdebant, Eccleſiis quibus præſidebant epiſcopi traderent, eò quòd ex ſumptibus eorum tam præſentibus quàm futuris temporibus plurima & elegantiora poſſent miniſtrare fidelibus
A communem vitam ducentibus, quam ex precio eorum, cœperunt prædia & agros quos vendere ſolebãt matricibus Eccleſiis tradere, & ex ſumptibus eorum viuere. Ipſę verò res in ditione ſingulorum pa-

rochiarum episcoporum,qui locum tenent apostolorum,erant & sunt vsque adhuc, & futuris semper debẽt esse temporibus.E quibus episcopi & fideles dispensatores eorum,omnibus communem vitam diligere volentibus ministrare cuncta necessaria debent,prout melius potuerint,vt nemo in eis egens inueniatur.Hæc Vrbanus papa & martyr.Post vrbanum cõfirmauit eandem sententiam Lucius papa & martyr,qui in epistola ad episcopos Galliarum & Hispaniarum damnat rapiẽtes bona Ecclesiarum. Plura alia sacrorum virorum testimonia pro hac re potuissem adferre,quæ breuitatis causa omitto. Si quis tamen curiosus lector ea videre desiderat,legat librum decretorum.12.causa,quæst.1.& in sequẽtibus quęstionibus,videlicet.2.3.4.5.in quibus locis multa huius rei testimonia Gratianus reposuit.Accedit ad hęc,quòd multi ex summis põtificibus relati sunt inter sanctos etiam ab eo tempore quo Ecclesia possedit diuitias. Et multorum cõciliorum decreta sunt de bonis Ecclesiæ non alienãdis, de œconomis Ecclesiæ.Et cõcilium Chalcedonense,quod vnum est ex illis quatuor quæ beatus Gregorius fatetur se recipere velut sãcta quatuor Euãgelia,cap.22.districtius inhibet clericis ne post mortem episcopi rapiant res ad eum pertinentes.Vnde patet,concilii autoritate esse permissam rerum proprietatem episcopis. Postremò ex pluribus assertionibus Ioãnis Vviclephi in concilio Cõstantiensi sessione octaua damnatis,aliquæ sunt quæ ad hãc rem pertinent.Decimus enim articulus sic ait:Cõtra scripturam sacram est quòd viri Ecclesiastici habeãt possessiones. Tricesimus secundus dicit: Ditare clerum est contra regulam Christi.Et in sequenti assertione ait:Silvester papa & Constantinus Imperator errauerunt Ecclesiam ditãdo. Et in sequenti assertione air: Silvester papa cum omnibus clericis suis possessionem habentibus sunt hęretici,eò quòd possessionem habent,& omnes cõsentiẽtes eis, scilicet domini seculares,& cæteri laici.Hi omnes articuli simul condemnati sunt in illa sessione octaua cõcilij Constãtiensis.Verum hic attendãt domini Ecclesiastici,quòd quamuis illis liceat diuitias possidere,nõ tamẽ licet eas auarè custodire,aut indebitè expẽdere.De hac re scripsit Iodocus Clithouæus in eo opere quod ædidit pro declaratione veritatum definitarum in concilio Senonensi.

Cõcilium Chalcedonense.

C õcilium Constant.

ELEEMOSYNA.

Vvicleph

DE hac re est vnus error docens non licere eleemosynas tribuere fratribus mẽdicantibus. Huius erroris dux fuit Ioãnes Vvicleph,qui asseruit eum omnem esse ipso facto excommunicatum, qui eleemosynas fratribus contulerit. Ad cuius assertionem duplici mouetur ratione. Vna, quia ille omnem monachorum ordinem damnat,& monachos vitam priuatam degentes asserit nõ esse de religione Christiana. Et sanctos viros qui diuersos monachorum ordines instituerunt,peccasse in hoc dicit,& nisi de hoc eos pœnituerit,contendit eos esse damnatos. Altera ratio qua mouetur est, quia omnem mẽdicitatem dicit esse fratribus illicitam,quoniam (vt ait) fratres per labores manuum debẽt victum acquirere,& non per mẽdicitatem.Itaque iste Vvicleph vt vnum protegat errorem,alium adfert aut pestilentiorem,aut æqualem,dignum quidem patella opercullum.Monachatum,quem ille in vniuersum damnat, nõ est præsentis negocii nunc defẽdere: Infrà Deo duce longiorem suo loco faciemus disputationem. Quòd autẽ laborẽ manuum à monachis exigit vnde viuere debeãt,nõ damno in vniuersum,nec etiã generaliter probo.Ego quidem etsi monachus sum,cum Euchitis aut Messalianis nõ sentio,qui dicebãt monachis omnem manuum laborem esse illicitum.Vellem enim quosdam manibus laborare,nec tamen omnes.Sed de hac re alibi differemus sub hac inscriptione aut titulo,Labor. Mẽdicitatem,Deo adiutore,probabimus suo loco,cum de illa sub eius nomine differemus,nõ solũ esse licitam,verum etiam meritoriam.Sublatis igitur fũdamẽtis quibus hęc impia Vviclephi assertio innititur,necessarium est vt ipsa corruat.Nam si monachatus licitus est,& monachis mẽdicare licet,aliis etiã licebit illis eleemosynam impẽdere.Hæc etiam assertio Vviclephi vna est ex illis.45.quæ in octaua sessione concilij Cõstãtiensis damnatæ sunt. Articulus enim eius vicesimus ibidem damnatus,sic ait: Cõferẽs eleemosynam fratribus,est excommunicatus eo facto.Quæ assertio simul cum quadraginta quatuor eiusdem Vviclephi,ibidẽ damnata est,Cum ergo Ecclesia huic liti finem imposuerit,nõ est quod nos de hac re amplius contendere debeamus,

C õcilium Constant.

DE hac re nullum alium errorem reperi apud aliquem eorum qui dẽ hæresibus scripserunt, aut hæreses recensuerunt.Verum beatus Augustlib.21.de ciuitate Dei,cap.22.dicit se comperisse quosdam putantes eleemosynam tantę esse virtutis,vt qui eam exercuerit,quantumlibet criminosè & nefariè viuat,æternum tamen supplicium non sit habiturus: sed illis duntaxat dicebant perpetuum supplicium esse destinatum, qui eleemosynas non fecerunt, aut facere contempserunt. Huius hęresis cum Augustinus nullum prodiderit autorem,ego illam hic omittere decreueram: sed quia fortè in posterũ (vt quotidie simile nostris demeritis exigentibus experimur) aliquis exurget qui illam defendere conetur,mutaui sentẽtiam,& illam huic operi intexui, sola narratione cõtẽtus. Ad eius siquidem cõfutationem apertissimum & efficacissimum est illud Pauli: Si distribuero in cibos pauperum omnes facultates meas,charitatem autẽ nõ habuero,nihil mihi prodest.Si quis autem amplius de hac re videre optat,legat beatum Augustinum lib.21.de ciuitate Dei,cap.27.quo loco redarguit hũc errorẽ, quem supra.22.capite eiusdem libri narrauerat.

1. Cor.13.

EPISCOPVS.

Aerius.

DE hac re est vnus error quo docetur episcopum non esse simplici sacerdote superiorem. Huis erroris autor fuit Aerius quidam, quãuis Philaster de illo loquens,nunquam hoc illi tribuit. Augustinus

ſtinus tamen in lib. de hæreſibus cap. 53. de illo loquens, ait: quòd dolens quia epiſcopus ordinari nõ potuit in Arrianorum hæreſim lapſus eſt, & alia plura addidit dogmata, quorũ vnum fuit hoc, presbyterum videlicet ab epiſcopo nulla differentia debere diſcerni. Hunc eundem errorem poſt multos annos ab inferis ſuſcitarunt Vvaldenſes, dicẽtes nullum eſſe inter ſacerdotes diſcrimẽ. His poſtea ſubſcripſit Marſilius Paduanus. Vvaldenſes (vt aliàs diximus) ſemper ſecutus eſt Ioãnes Vvicleph, & omnes eorum errores tutatus eſt: quapropter vt ſui ſimilis eſſet, hunc etiam docere tentauit: quẽ errorem ex eodem fonte deduxit, ex quo Aerius. Nam Thomas Vvalden. in ſuo doctrinali fidei antiquæ, tomo. 1. li. 2. arti. 3. cap. 60. quo loco hanc rem ille pertractat, dicit Ioannem Vvicleph ambiſſe epiſcopatum Vigorienſem, quem tamen non fuit aſſecutus, & ideo contẽnere cœpit, quòd prius anxiè deſiderauerat. Hoc enim ſæpiſſimè euenire experientia didicimus, vt qui non poteſt conſequi quod maximè optat, ad contemptum illius rei & vilipendium confugiat, vt vel hoc remedio, ſuo impotenti deſiderio medeatur, & aliis perſuadeat ſe parum optaſſe quod aſſecutus non fuit. Sic etiam quia Aerius & Vvicleph epiſcopatum aſſequi non potuerunt, illius dignitatem & eminentiæ gradum ſe contemnere ſimularunt. Ioanni Vvicleph conſentit Lutherus, qui in libello cõtrà falſa nomina ſtatutum Eccleſiæ, hęc ait: Epiſcopi ſunt indoctæ laruæ papales, quæ non ſolum ad veritatẽ opprimendam creatæ ſunt, ſicut & creator ipſorum, ideo deleri debet epiſcoporũ regimen, & deuaſtari epiſcopatus. Et in lib. de captiuitate Babylonica iterũ ait: Omnes quotquot baptizati ſumus, æqualiter ſacerdotes ſumus, & quilibet laicus poteſt Eccleſias conſecrare, pueros confirmare, &c. Hęc Lutherus. In quibus verbis non ſolum ſacerdotes, ſed etiam laicos dicit eſſe pares epiſcopis. Ante tamen quàm hãc hæreſim oppugnare aggrediar, lectorem admonere decreui, ne videlicet exiſtimet me ſic his hæreticis in hac parte contradicere, vt ſentiam epiſcopatum eſſe alium ordinem à ſacerdotio. Quod ideo præmonui, quia ſunt aliqui ſentientes epiſcopatum differre à ſacerdotio, quemadmodum ſacerdotium à diaconatu, ita videlicet vt alius character imprimatur in epiſcopi ordinatione, ab illo qui impreſſus fuerat cum fuit ordinatus ſacerdos. Alii rurſum docent, nec alium imprimi characterem, nec alium eſſe ordinem epiſcopi & ſacerdotis, ſed dicunt eſſe eiuſdem ordinis diuerſos gradus, ita vt intra eundem ordinem duo ſint gradus, vnus altero ex ſua primæua inſtitutione ſuperior. De qua re non eſt mens in præſentiarum definire: quoniam (vt aliàs ſæpe ſtatui) non hic hominum variè ſentientium opiniones pertracto, ſed ſolam catholicam fidem. Ideo hanc rem aliis diſcutiendam relinquo. Mei ergo propoſiti eſt, ſolum oſtendere, inter epiſcopum & ſacerdotem eſſe aliquod diſcrimen, non quòd à Cæſare (vt Ioannes Vvicleph murmurat) emanauerit, ſed quod ab ipſo Chriſto & eius apoſtolis proceſſerit, ita vt epiſcopus ab ipſa diuina inſtitutione ſit alio ſimplice ſacerdote dignitate ſuperior. Hoc autem ſic conuincimus. Oportet enim vmbram ſimilem eſſe corpori, & figuram veritati. Omnia autem quæ in veteri teſtamento præceſſerunt, figuræ quædam fuerunt eorum quæ in lege noua futura erant, Paulo teſtante, qui ait: Omnia in figura contingebant illis. At in lege veteri diſtinctio fuit ſacerdotum. Nam Aarõ ſummus fuit ſacerdos, filii autem eius minores ſacerdotes. Summus ſacerdos diſtincta habebat ornamenta à minoribus. Summus ſacerdos intrabat in ſancta ſanctorũ, quod aliis ſacerdotibus non erat licitum, vt patet ex libro Leuitici, & ex epiſtola Pauli ad Hebræos. Ad ſolum ſummum ſacerdotem pertinebat celebrare feſtum expiationis, vt patet ex eiſdem locis. Cum ergo tam latum præceſſerit in lege veteri inter ſacerdotes diſcrimen, coniicimus inde vt diuerſum etiam in lege noua ſacerdotium fuerit à Chriſto inſtitutum. Hoc etiam noſtrum argumentum cõfirmatur autoritate Leonis Papæ, qui in epiſtola. 66. quæ eſt ad vniuerſos Germaniæ atque Galliæ eccleſiarum epiſcopos, ſic ait: In diuinis enim literis præcipiente domino ſolus Moyſes in tabernaculo Dei erexit altare, ſolus ipſe vnxit, qui vtique ſummus Dei ſacerdos erat, ſicut ſcriptum eſt de eo: Moyſes & Aaron in ſacerdotibus eius. Ideóque id quod tantum facere principibus ſacerdotum iuſſum eſt, quorum typum Moyſes & Aaron tenuerunt, omnino decretum eſt vt epiſcopi vel presbyteri, qui filiorum Aaron geſtãt figuram, atripere non præſumant. Hæc Leo papa. Præterea Paulus ad Titum ſcribens, ait: Huius rei gratia reliqui te Cretæ, vt ea quæ deſunt corrigas, & conſtituas per ciuitates presbyteros, ſicut ego tibi diſpoſui. Hoc loco beatus Paulus nomine presbyterorum intellexit epiſcopos, quoniam (vt Theophilactus admonet, & ante illum Chryſoſtomus) nolebat Paulus vniuerſam inſulam videlicet Cretam vni epiſcopo demandari, potiſſimum cum adeò magna fuiſſe dicatur, vt centum oppida munita habuerit. Ideo Tito ſcribit vt vnicuique vrbi proprium præficiat presbyterum, hoc eſt epiſcopum, credens hoc modo populum melius fore curandum. Præter hoc etiam ipſa literæ ſeries hoc conuincit. Nam cum præcepiſſet presbyterorum ordinationem, ſubiungens poſtea qualis debeat eſſe is qui ordinatus eſt, tunc iam expreſsit epiſcopi nomen, quo argumento conuincitur eundem appellare epiſcopum, quem prius appellauerat presbyterum. Hoc iam ſemel in poſterum dictum ſit. Epiſcopus ergo (vt ad ſcopum conuertamur) presbyteros ordinat: ſimplex autem ſacerdos hoc non poteſt, quemadmodum infrà cum de ſacerdotibus agemus, Deo fauente oſtendemus. Non eſt ergo prorſus idem epiſcopus & presbyter. Rurſum, ſi ex diuina ordinatione idem eſt omnino presbyter & epiſcopus, ſequitur inde, vt quẽadmodum epiſcopus presbyteros ordinat, ita è conuerſo presbyter poſsit ordinare epiſcopos: quod nunquam factum eſſe legimus: quoniam etſi Paulus dicat Timotheo ſcribens: noli negligere gratiam quæ in te eſt, quæ data eſt tibi per prophetiam cum impoſitione manuum presbyteri: Chryſoſtomus tamen & Theophylactus & reliqui exponunt de epiſcopo, hoc adiiciens Chryſoſtomus, quod presbyteri epiſcopum non inthronizabant. Deinde epiſcopi ſunt ſucceſſores apoſtolorum, & eorum locum tenent, alii autem clerici in locum. 70. diſcipulorum ſubrogati ſunt. At nullus dubitat, quod & ipſe Vvicleph conceſſit, vt teſtatur Thomas Vvalden. apoſtolos videlicet ſingulari quadam prærogatiua fuiſſe ſuperiores meritò & dignitate cæteris diſcipulis. Quòd autem apoſtolorum ſucceſſores ſint epiſcopi,

Vvalden. *Marſilius Paduan⁹.* *Ioannes Vvicleſ.* *1. Cor. 10.* *Exod. 19.* *Luc. 19.* *Heb. 6* *Leo papa* *Pſal. 98.* *Cap. 1.* *1. Tim. 4.*

reliquorum verò discipulorum alii sacerdotes, hoc Vvicleph negat, sed dicit sacerdotes omnes succedere apostolis, & diaconos reliquis discipulis. Quare ipse inde concludit omnes sacerdotes esse pares. Vt ergo suo telo configamus eum, hoc totis viribus est annittendum, vt ostendamus omnium testimonio, episcopos solos esse apostolorum successores, sacerdotes verò & reliquos clericos esse successores discipulorum. Addidi de reliquis clericis, quia video aliquos putantes solos sacerdotes subrogatos esse in locum discipulorum, quòd non ita se habere conuincitur ex eo quòd Philippus diaconus è numero discipulorum fuit, & Stephanus, & alii diaconi. Omissis igitur his recentioribus, quibus non tanta fides debetur, primus omnium testimoniũ pro nobis dicat Beda, qui lib. 3. super Lucam cap. 15. scribit: Sicut duodecim apostolos formam episcoporum exhibere simul & demonstrare nemo est qui dubitet, sic & hos. 70. figuram presbyterorum, id est secundi ordinis sacerdotum gessisse, sciendum est: tametsi primis Ecclesiæ temporibus, vt apostolica scriptura testis est, vtrique presbyteri, vtrique vocabãtur episcopi, quorum vnum scientiæ maturitatem, aliud industriam curiæ pastoralis significat. Hæc Beda. Eandem sententiam profert Isidorus in quodam sermone in synodo habito, ita dicens: Presbyteri quippe successores & vicarii sunt. 70. discipulorum, qui præcedebãt Dominum Iesum Christum in omnem ciuitatem, & locum quò erat ipse venturus. Ita presbyteri, quia adiutores sunt episcoporum, rudes populos initiãt, baptizandos vnitati Ecclesiæ incorporant, in omnibus sacramentis vsque ad manus impositionem populo Dei ministrant. Episcopi verò successores sunt Apostolorum. Hæc Isidorus. Et beatus Damasus in epistola de coëpiscopis, quos solum sacerdotes esse decernit, postquam dixerat eos non posse confirmationis sacramentum ministrare, ita dicit: Quòd autem solis apostolis eorumque successoribus proprii sit officii tradere spiritum sanctum, liber Actuum Apostolorum docet, præsertim cum nullus ex. 70. discipulis, quorum isti in Ecclesia speciem gerunt, legatur donum sancti spiritus per manuum impositionem (vt prædictum est) tradidisse. Hæc Damasus. Vides iam tres illustres viros pro nobis dedisse testimonium, qui omnes fatentur episcopos successores esse apostolorum, presbyteros verò locum tenere discipulorum. Sed quò res firmior reddatur, plures adhuc pro hac re testes adhibeamus. Vrbanus papa & martyr in epistola de communi vita & oblatione fidelium, loquẽs de rebus Ecclesiæ assignatis, à quibus dispensari debeant, sic ait: Ipsæ verò res in ditione singulorum parochiarum episcoporum, qui locum tenent Apostolorum, erant, & sunt vsque adhuc, & futuris semper debent esse temporibus. Hæc vrbanus papa. Quibus verbis satis apertè dixit episcopos successores esse Apostolorum, nulla presbyterorum habita mentione. Anacletus papa & martyr, qui quartus à beato Petro apostolo ecclesiæ catholicæ præsedit, in epistola de patriarchis & primatibus ac reliquis episcopis, ita ait: Sacerdotum fratres ordo bipartitus est, & sicut dominus illum constituit, à nullo debet perturbari. Scitis autem à domino apostolos esse electos & constitutos, & postea per diuersas prouincias ad prædicandum dispersos. Cùm verò messis cœpisset crescere, videns paucos esse operarios, ad eorum adiumentum. 70. eligi præcepit discipulos. Episcopi verò, domini apostolorum: presbyteri quoque. 70. discipulorum locum tenent. Hæc Anacletus papa & martyr. In quibus verbis id aduertendum maximè est, quod ait dominum instituisse bipartitum sacerdotum ordinem. Huic Anacleto soli magis crediderim quàm mille Vviclephitis, imò magis quàm Hieronymo aut Augustino, aut cuiuis alii recentiori quantumlibet sancto & docto. Nam præter vitæ sanctitatem, quam martyrium maximè commendat, beatos apostolos vidit, & (vt ipse in principio epistolę quodammodo citauimus testatur) à beato Petro apostolo fuit presbyter ordinatus. Vnde credendum est illum veram apostolorum mentem penetrasse, & illorum spiritum tenuisse. Et vt aliquid vltra addamus, beatus Augustinus lib. de hæresibus cap. 53. Aerii errores enumerans, hunc inter illos recensẽt, quòd videlicet presbyteros pares episcopis fecerit. Præter hæc omnia tot illustrium virorum testimonia, illud maximè hoc nostrum propositum roborat, quòd superius cum de confirmatione ageremus, docuimus. Ibi enim ostendimus confirmationis sacramentum non posse conferri ab aliquo tantum sacerdote, sed à solo episcopo, & hoc ex diuina institutione, & non ex ecclesiæ ordinatione. Si ergo confirmationem ministrat episcopus, & illam non potest alius presbyter ministrare, conuincitur inde vt non sit idem presbyter & episcopus. Sed his omnibus obiicit nobis Ioannes Vvicleph beatum Hieronymum qui super epistola ad Titum, exponens illum locum: Huius rei gratia reliqui te Cretæ, &c. ita ait: Idem ergo est presbyter, qui episcopus: & antequam diaboli instinctu studia in religione fierent, & diceretur in populis: Ego sum Pauli, ego Apollo, ego autem Cephæ, communi presbyterorum concilio Ecclesię gubernabantur. Postquam verò vnusquisque eos quos baptizauerat, suos putabat esse, non Christi, in toto orbe decretum est, vt vnus de presbyteris electus superponeretur cæteris, ad quem omnis ecclesiæ cura pertineret, & schismatum semina tollerentur. Hæc Hieronymus. Cui obiectioni respondet Thomas Vvalden. loco illo superius citato, verum esse quòd episcopi sint presbyteri. Nam hoc sentit Hierony. Quòd autem inter episcopum & presbyterum non sit aliqua distinctio, hoc nõ expressit. Sed re vera fallitur Thomas Vvalden. quoniam in toto illo decursu post verba proximè citata nihil aliud conatur Hierony. quam vt ostendat ex diuina institutione non esse differentiam inter episcopum & presbyterum, sed tale discrimen fuisse postea inuẽtum ad schismata tollenda. Et interpretatur Hieronymus dictum de superpositione episcoporũ cæteris presbyteris ab ecclesia inuenta, debere intelligi de sola præsidentia in concilio, ita videlicet quòd toti communi concilio sacerdotum præsit vnus episcopus in ædendis canonibus, hoc non tam ex institutione diuina quàm ex humana consuetudine arbitratur euenire. Et de hac præsidentia dicit dictum Hiero. debere intelligi. Vtrum autem hæc expositio verum sensum Hieron. & veram eius mentem exprimat, ego nolo nunc discutere, sed lectori relinquo, qui locum illum Hiero. attentè (vt decet) legens facilè comprehendet satis alienam esse à mente Hieron. illam expositionem. Sed vt clarius pateat qualis fuerit Hieronymi de hac re sententia, videamus quid

Act. 6. *Beda.* *Isidorus.* *Damasus* *Act. 8* *Vrbanus papa.* *Anaclet⁹.* *Hierony. Tit. 1.*

D A B C

mus quid in dialogo Orthodoxi & Luciferiani dicat. Ibi enim circa medium dialogi, ſub perſona Orthodoxi de confirmationis ſacramento diſſerens, ita loquitur: Quòd ſi hoc loco quæris quare in eccleſia baptizatus, niſi per manus epiſcopi nõ accipiat ſpiritum ſanctum, quem nos aſſerimus in vero baptiſmate tribui, diſce hãc obſeruationem ex ea autoritate deſcẽdere, quòd poſt aſcenſum domini ſpiritus ſanctus ad apoſtolos deſcẽdit. Et multis in locis idem factitatum reperimus, ad honorem potius ſacerdotij, quàm ad legis neceſſitatem. Alioqui ſi ad epiſcopi tãtum imprecationem ſpiritus ſanctus defluit, lugendi ſunt qui in vinculis, aut in caſtellis, aut in remotioribus locis per presbyteros & diaconos baptizati, ãte domierunt, quàm ab epiſcopis inuiſerentur. Hæc ibi Hiero. Ex quibus verbis clarè patet illum ſentire non eſſe ex neceſſitate legis quòd epiſcopus ſolus per manus impoſitionem ſpiritum ſanctum conferat, ſed hoc eſſe ex eccleſię inſtitutione ad honorem ſacerdotii. Ideo aliter Hiero. teſtimonio reſpondere oportet. Sed antequam reſpondeam, percontari expedit Ioannem Vviclephum, quare Hieronymi teſtimonio contra nos nunc pugnet, cum alibi & Hiero. & omnes alios ſacros doctores tã facile reiiciat & vilipẽdat? Aut ergo illum cum pro nobis citatur, recipiat, aut nullo pacto illum nobis
D obiiciat. Deinde cur nobis obiicit vnum ſolum Hieronymum contra tot illuſtres viros ſãctitate perinde ac doctrina inſignes? Nunquid vnius Hiero. dictum præferre vult ſentẽtiæ tot clariſſimorum virorum? Parum dixi, nunquid fortè toti Eccleſiæ catholicæ, aut concilio illam repræſentãt, ſolum Hiero. præponet? Cõcilium ſiquidẽ Iſpalẽſe ſecũdũ (vt ſupra cũ de cõfirmatione ageremus, oſtẽdim⁹) definit *Cõcilium* à ſolis epiſcopis poſſe cõfirmationẽ cõferri, & (vt poſtea oſtẽdemus) idem cõcilium cẽſet presbyterum *Iſpalen.* nullo modo poſſe aliũ in presbyterũ aut diaconũ ordinare. Quòd ſi ordinare attẽtauerit, ei⁹ ordinationẽ decernit eſſe nullã, & eſſe neceſſariò iterãdã ab epiſcopo, vt ſic ordinatus poſſit aliquid exercere. At ſi ex inſtitutione diuina illud poſſet bresbyter miniſtrare, quãuis peccaret contra eccleſiæ decretũ faciens, nihilo minus eius ordinatio eſſet valida, quẽadmodũ dici ſolet de clerico excommunicato cõficiẽte euchariſtiam, qui quãuis peccet ſacramentum conſecrans, nihilominus tamen rata & firma eſt eius conſecratio. Cum ergo tam expreſſa ſit concilii definitio, quis contra eam opponere audebit ſolius Hierony. ſententiam? Ego certè doctrinam beati Hieron. ſummè extollo, eius ſanctitatem maximè veneror, ſic tamen, vt putem eum hominem fuiſſe, qui cum hîc ageret, falli potuit: ſic etiam vt eius ſententiæ plurimorum catholicorum doctorum & pontificum, quales fuêre Damaſus, Vrbanus, Anacletus, decreta illi præferam. Nec mirum debet hoc eſſe alicui. Nam præter hoc quòd illi pontifices ſancti fuerunt vt Hiero. & eorum aliqui martyrio clari, & omnes doctrina inſignes, ipſemet Hieron. illorum decretis libentiſſimus ſuam ſubiicit ſententiam, vt patet ex aliquot eius epiſtolis ad Damaſum papam. Nec etiam mirari quiſquam debet, quòd beatus Hiero. vir alioqui doctiſſimus ſic deceptus fuerit, quoniam quãdoque bonus dormitat Homerus. Quòd maximè euenire potuit tunc, quãdo adhuc doctrina illa nõ fuerat in quæſtionem deducta, nec tunc eccleſia aliquid de ea definierat: quapropter potuit ſine vllo fidei diſpẽdio ita ſentire, maximè cum habuerit aliquot ſcripturæ teſtimonia, quæ pro illo ſententiam dicere videbãtur: quæ oportet vt ſigillatim diſcutiamus. Primò ergo quòd narrat, ad tollendum ſchiſma quo vnuſquiſque eos quos baprizabat, ſuos putabat eſſe, non Chriſti, decretum fuiſſe vt vnus de presbyteris electus, ſuperponeretur cæteris, ad quem omnis Eccleſiæ cura pertineret: quo pa-
A cto Hiero. hoc probet, ego neſcio, imò oppoſitum ex Actibus Apoſtolorũ coniici poteſt, præcipuè quia remedium illud quod beatus Hiero. dicit fuiſſe adhibitum, nõ erat ſufficiẽs vt ſchiſma tolleretur: quoniam etſi illo modo ſchiſma intra vnam vrbem exortum tollebatur, non tamen ſchiſma inter plures vrbes. Per illud ſiquidem remedium non tollitur quin omnes vnius vrbis dicantur Pauliani, à Paulo illius ciuitatis epiſcopo: alii Petriani, à Petro alteri⁹ ciuitatis epiſcopo. Quo facto quis nõ videt adhuc ſchiſmatum ſemina manere, cum dicatur adhuc, ego ſum Pauli, ego ſum Cephę? Nõ erat autem præciſe curãdum vt hoc aut illo modo ſciſma non fieret, ſed vt nullo. Ideo vt ex apoſtolica hiſtoria cõiici poteſt, aliud remedium efficacius illi ſchiſmati adhibitũ eſt, vt videlicet omnes Chriſto initiati, communi vocabulo Chriſtiani appellarentur, à Chriſto, qui caput eſt omnium, qui etiam (vt Ioãnes Baptiſta teſtatur) eſt qui verè nos baptizat. Ad cuius rei confirmationem, beati Athanaſii proferam teſtimonium. Is enim diſputãs cõtra Arrium reiicientẽ hanc vocem, OMOVSION, propter illius nouitatẽ, oſtendenſque propter nouitates hæreticorum inſurgentium, Eccleſiam conſueuiſſe noua confingere nomina, ita ait: *Ioan.1.* Et vt quod dico, planius fiat, vtor exẽplo: In ipſo Chriſtianæ religionis prædicationis initio omnes qui credebant domino noſtro Ieſu Chriſto, non Chriſtiani, ſed diſcipuli tantummodo nominabantur. Et *Athana.* quia multi nouorum dogmatum autores extiterant doctrinæ obuiantes apoſtolicæ, omnes ſectatores ſuos diſcipulos nominabant, nec erat vlla nominis diſcretio inter veros falſoſque diſcipulos, ſiue qui Doſitæ, ſiue Theodæ, ſiue Iudæ cuiuſdam, ſiue etiam Ioannis ſectatores, qui ſe quaſi Chriſto eccleſiæ fatebantur, quin potius vno diſcipulorum nomine cenſerentur. Tunc apoſtoli cõuenientes Antiochi-
B am ſicut eorum (Luca narrãte) teſtantur acta, omnes diſcipulos nouo nomine, id eſt Chriſtianos, appellant, diſcernentes à communi falſorum diſcipulorum vocabulo, vt & diuini per Eſaiam oraculi ſermo impleretur, quo ait: Seruiẽtibus verò mihi vocabitur nomen nouum. Hucuſque Athanaſius. Raba nus ſuper Actus Apoſtolorum, exponens locum illum vbi de impoſitione Chriſtiani nominis dicitur, *Act.11.* ſic ait: Omnes ſectæ nomen trahebãt de ſuo autore, ideo fũdata fide, & firmitatem obtinẽte, primum *Eſa.65.* in Antiochia, vbi præ cæteris locis fides florebat, ſumptum eſt à Chriſto nomen Chriſtianũ. Hæc Rabanus. Et certè hoc remedio verius obuiatum eſt ſchiſmati, quàm conſtituẽdo (vt Hiero. ait) vnum ex presbyteris, qui cæteris ſuperpoſitus, omnem eccleſiæ curam haberet. Sed iã reliqua quæ pro ſe beatus Hieron. adfert, videamus. Apoſtoli ad Philip. verba ſunt iſta: Paulus & Timothæus ſerui Ieſu Chriſti, *Philip.1.* omnibus ſanctis in Chriſto Ieſu, qui ſunt Philippis, cum epiſcopis & diaconibus, gratia vobis & pax, &

reliqua. Philippi vna est vrbs Macedoniæ, & certè in vna ciuitate plures, vt nuncupantur, episcopi esse
Act. 20. non poterant, sed quia eosdem episcopos illo tempore quos presbyteros appellabant, propterea (inquit) de episcopis quasi de presbyteris est locut⁹. Deinde in Actibus Apostolorum scriptum est, quòd cum venisset Apostolus Miletum, miserit Ephesum, & vocauerit presbyteros ecclesiæ eiusdem, quibus postea inter cætera sit locutus: Attẽdite vobis & omni gregi in quo vos spiritus sanctus posuit episcopos regere Ecclesiam domini quam acquisiuit per sanguinem suum. Quo loco diligẽtius obseruare ad monet Hiero. quomodo vnius ciuitatis Ephesi presbyteros vocans, postea eosdem episcopos dixerit. Alia etiam pro se citat, quæ quia debiliora sunt, & minus efficacia, omitto. Illud ergo primum non cõstat an sit ita intelligendum qualiter Hiero. interpretatur, quoniam nomine episcoporum Ambrosius C
ibi intelligit Paulum & Timotheum. Sic enim ait: Cum episcopis & diaconibus, hoc est cum Paulo & Timotheo, qui vtique episcopi erãt: simul & significauit & diaconos qui ministrabant eis. Ad plebem enim scribit. Nam si episcopis scriberet & diaconibus, ad personas eorum scriberet: & loci ipsius episcopo scribendum erat, non duobus vel tribus, sicut ad Titum & Timo. Hæc Ambro. Ex cuius verbis satis patet quàm diuersum à Hiero. sentiat. Sed quoniam aliud testimonium ex Actibus apostolicis apertius est quàm vt possit eludi, ideo aliter & verius respondendum videtur, nomina illa, videlicet presbyter & episcopus, ex sua primęua institutione latiorem habuisse significationem quàm modo habeãt. Episcopus enim dictio græca est, & composita ab epi præpositione græca, quæ idem significat quòd latine super: scopòs verò idem est quod intentio: & ita episcopus tantum valet ac superintendens, inde episcopin superintẽdere te. Episcopi ergo nomen inde sumptum videtur, quòd is qui præficitur aliis, eorum curæ superintendere debet. Iuxta quam nudam interpretationem nulli dubium quin presbyteri parochi episcopi dici debeant, nam ipsi etiam superintẽdunt curæ animarum sibi commissarum. Presbyter etiam est vox græca, presbyteros latine interpretatur senior. Presbyter ergo ætatis est nomẽ, quæ non iuxta numerum annorum computãda venit, sed iuxta sensus maturitatem: quemadmodum Sapiens ait: Senectus venerabilis est nõ diuturna, neque ãnorum numero computata. Cani autem sunt sen-
Sap. 4. sus hominis, & ætas senectutis vita immaculata. Vnde Anacletus papa in epistola de ordinatione epi-
Proue. 20 scoporum sic ait: Porrò Moysi præcipitur vt eligat presbyteros, vnde & in prouerbiis dicitur: Gloria senum canities. Hæc verò canities sapientiam designat, de qua scriptum est: Canities hominum prudentia est. Cumque nongentos & amplius annos ab Adam vsque ad Abraham vixisse homines legerimus, nullus alius primus appellatus est presbyter, id est, senior, nisi Abrahã, qui multo paucioribus vi- D
xisse annis conuincitur, non ergo propter decrepitam senectutem, sed propter sapientiam presbyteri nominantur. Hęc Anacletus. Si ergo propter sapientiam, qua insignitus esse debet, presbyter nominatur, apparet vocem ex sua institutione plus etiam significare quàm nũc significet: nam iuxta illam omnes sapientes presbyteri dici possent, cum tamen multi sint qui modo presbyteri non dicãtur. Quòd si contẽdas nomen presbyteri ad annorum numero esse alicui tribuendum, oportebit concedere vt omnes senes verè possint dici presbyteri: quod tamen nunc non ita fiet. Nomen ergo presbyteri ex quacũque deriuatione sumatur, commune est episcopis & cęteris sacerdotibus. Episcopi nomen etiam cõmune est ex sua prima institutione omnibus sacerdotibus, præcipue illis quibus animarum cura commissa est. Ecclesia ergo timens ne propter vocabulorum indistinctam significationem quis opinaretur, res etiam esse prorsus indiscretas, vocabulorum significationes contraxit hoc modo, vt ille solus nominaretur episcopus, qui aliis sacerdotibus superior existẽs, totius ciuitatis curã haberet: ille autem diceretur presbyter, qui corpus domini conficere aut consecrare posset. Itaque ecclesia hoc statuens, non cõstituit nouum ordinem, aut eiusdem ordinis nouum gradũ decreuit, sed gradus sacerdotij antiquos, & à Deo institutos, cẽsuit propriis nominibus nuncupari, ne fortè ex communione aut identitate vocabulorum occasio oriretur existimãdi res etiam ipsas per illa nomina designatas esse prorsus easdem. Hoc autem ecclesiam posse nullus meritò dubitare poterit: quoniã si ecclesia propter nouas causas emergentes potuit rebus antiquis noua imponere nomina, quid prohibet vt nouis etiam insurgentibus A
causis potuerit antiqua vocabula ad cõtractionem significationem restringere? Quòd si aliquis Hieronymo plus iusto deditus, adhuc Hieronymi sententiam tenere voluerit, talibus ãgustiis opprimetur, vt
2. Tim. 4. oporteat eum etiã dicere diaconos esse episcopos. Nam Paulus Timotheo, qui episcopus erat, scribẽs, diaconum eum nominat, dicens: Ministerium tuum imple. Quo loco græcè habetur diaconiã, hoc est diaconatum: vbi aperte pro officio episcopi diaconatum dixit. Et nõ immerito, quoniã vox diaconatus (vt de aliis diximus) iuxta suã primam significationem ministerium significat. Episcopus autẽ cum etiam sit minister sicut Christus de seipso dixit, ideo non immerito episcopo scribẽs, dixit: Ministerium tuum vel diaconatum tuum imple. Ecclesia hanc diaconi vocem ad solum ministrum qui in certo gradu in altari ministrat, contraxit. Ne autem ista ex nostro cerebro conficta esse videantur, huius rei duos testes adfero. Theophylactus super primum caput epistolæ ad Philip. declarãs illud cum episcopis, & diaconis, sic ait: Episcopos sacerdotes dicit. Neque enim plures præter vnum erãt episcopi, qui singulis ciuitatibus præsideret: quippe cum nondum esset huiusmodi nomina dispartita, sed episcopi tãtũ diaconi & presbyteri dicebãtur. Hæc Theophylactus. In quibus maximè aduertere oportet quod ait, cum nõdum essent huiusmodi nomina dispartita: vbi aperte ostẽdit esse factam partitionem non rerum, sed vocabulorum. Eãdem sentẽtiam innuit beatus Augustinus in quadam epistola ad beatum Hieronymum, quæ est in ordine epistolarum Augustini. 19. Sic enim, inquit: Quãquam enim secũdum honorum vocabula, quæ iam ecclesiæ vsus obtinuit, episcopatus presbyterio maior sit, tamen in multis B
rebus Augustin⁹ Hieronymo minor est. Hæc Augustinus. In quibus verbis id maximè obseruare oportet quod dixit, secũdum honorum vocabula quæ iam ecclesię vsus obtinuit: non autem dixit, secũdum

gradus

gradus honoris quos eccleſiæ vſus obtinuit. Vbi apertè innuit fuiſſe ex eccleſiæ vſu illorum vocabulorum diſtinctiones. His ergo ita digeſtis, reſpõdemus Hieronymo, verum eſſe quòd tũc temporis presbyteri etiam dicerentur epiſcopi, quia tunc nõ erat facta vocabulorum diſtinctio: nec tamen ex eo ſequitur quòd idem prorſus fuiſſet qui epiſcopus. Verum dicet aliquis, ſi tunc vocabulorum ſignificationes erãt indiſcretæ, quo pacto valebimus ex ſacris literis illarum rerum diſtinctionem agnoſcere? Cui quæſtioni repõdemus, quòd per ratiocinationem. Scimus enim ex ſacris literis, ſolos Apoſtolos, quibus epiſcopi ſuccedunt, tribuiſſe ſpiritum ſanctum per manus impoſitionem: quod alij diſcipuli, quorum locum alii minores ſacerdotes tenent, nũquam præſtiterunt. Scimus Apoſtolos, & epiſcopos eorum ſucceſſores, alios ordinaſſe in ſacerdotes, de aliis autem diſcipulis hoc nunquam legitur. Inde cõuincimus, epiſcopos maioris ſemper fuiſſe poteſtatis, quàm alii ſacerdotes. Hoc autẽ quod de ordinatione dixi, quòd ſolus epiſcopus poteſt ordinare, ipſemet Hieronymus fatetur. Nã in epiſtola ad Euagrium ſic ait. Quid enim facit, excepta ordinatione, epiſcopus, quod presbyter nõ facit? Hæc ille. Et in fine epiſtolæ iterum ait: Et vt ſciamus traditiones apoſtolicas ſumptas de veteri teſtamẽto: quod Aaron, & filii eius, atque Leuitæ in templo fuerunt, hoc ſibi epiſcopi, & presbyteri, & diaconi vendicẽt in eccleſia. Hæc Hieron. Ex quibus verbis patet beatum Hieronymum ſibi ipſi in hac parte minimè conſtare: quoniam ſi hoc eſt in eccleſia epiſcopus, quod in lege veteri Aarõ, & hoc presbyter quod filii Aaron, conuincitur etiam inde vt ex ipſa inſtitutione diuina epiſcopus ſit quouis alio presbytero maior:
C quoniam (vt iam proximè docuimus) Aaronis ſacerdotium ex ipſius dei inſtitutione maius erat quàm ſacerdotium filiorum Aaron. Hãc rem prolixè ſatis & vltra ſtatutam breuitatem pertractaui, quoniam neminem de illa ſcripſiſſe reperi præter vnum Thomam Vvaldẽ. qui etſi aliqua ex parte iuuare potuit, rem tamẽ (vt decebat) minimè abſoluit. De Guidone pudet dicere, quoniã Aerianorum hæreſes recẽſens, & hãc illis ãnumerãs, cum cõtra alios eorum errores teſtimonia adduxiſſet, hunc ſolum intactum reliquit, nullum adferẽs ſcripturæ aut ſanctorum doctorum teſtimonium, aut vllum argumẽtum propter quod ſe oſtenderet illam aſſertionem de hæreſi meritò notaſſe.

ALius eſt etiam error circa epiſcoporum perſonas exortus, quo docetur nullum peccatorem aut iniuſtum hominem poſſe eſſe epiſcopum. Huius erroris autores fuerunt Vvaldenſes dicentes quòd presbyterum nõ dignitas, ſed vitæ meritum efficiebat potiorem. Hos imitatus eſt Ioãnes Vvicleph. Et quidem ſi hi dixiſſent, vt qui malus eſt & criminoſus, ordinãdus nõ eſſet in epiſcopum, id rectè admonuiſſent, quoniam illud ſæpe docet Paulus apoſtolus. Sed quoniam docẽt, eum qui ſemel in peccatum labitur, dignitatem & officium epiſcopatus amittere, ita vt hæc duo minimè cohærere poſſint in vna perſona, vt epiſcopus ſimul & malus ſit: hoc certè malè ſenſerunt. Verum quoniam ſunt alii qui hoc etiam de quolibet ſacerdote docuerunt, alii rurſum de qualibet etiam laicali poteſtate hoc idem ſenſerunt, ideo vſque ad alium locum hæc res diſputãda differatur, cum videlicet de omnibus ſimul ſub titulo de poteſtate agemus. *Vvaldenſes. Vvicleſ.*

EVANGELIVM.

INter alias Flagellãtium hæreſes hæc vna fuit, quã dixerunt poſt aduentum ſuæ ſectæ euangelium de
D ſiiſſe. Quem errorem non niſi idiotæ homines, quales fuêre Flagellãtes, docere potuiſſent: cum ſint tam aperta ſcripturæ ſacræ teſtimonia teſtantia Euãgelium in perpetuum, hoc eſt in finem ſeculi duraturum. Sapiens nãque de lege à Deo hominibus data loquens, ait: Teſtamentum ęternum conſtituit cum illis, & iuſtitiam & iudicia ſua oſtendit illis. Vides qualiter vocatur teſtamentum æternum, & cõſtat quòd non loquitur de priori teſtamẽto, quia illud reuocatum eſt, vt probat Paulus ſępe, præcipue in epiſtola ad Heb. & per prophetam Baruch Dominus loquẽs, hoc clarius expreſſit. Et ſtatuã illis (inquit) teſtamẽtum alterum ſempiternum, vt ſim illis in Deum, & ipſi erunt mihi in populũ. Et Propheta regius ait: Redemptionem miſit dominus populo ſuo: mãdauit in æternum teſtamẽtum ſuum. At non fuit nobis data alia redemptio niſi in aduentu filii dei, qui verbo & opere prædicãs, Euangelium nobis in teſtamentum ſuum reliquit quod in morte ſua cõfirmatum eſt: & tunc reuocatum prius. Hoc ergo Euãgelium quod ſolum verè dici poteſt teſtamentum, quia illud ſolum confirmatum eſt, hoc inquam teſtamentum mandauit nobis in æternum: non ergo ceſſabit vnquam. Et ipſa veritas hoc idem confirmat, dicens: Amen dico vobis quòd non præteribit generatio hæc donec omnia fiãt. Quę verba exponens Theophylactus ſuper Lucam ait: Generationem vocat nõ eos qui tunc aderãt, ſed omnium fidelium generationem. Solet enim ſcriptura hoc nominare modo, vt: Hæc eſt generatio quærentium dominum. Quia autem turbationes & bella, & alterationes dixit futuras tam elementorum quàm rerũ, ne quis ſuſpicetur, quòd fortè aliquando deſtruẽdus ſit Chriſtianiſmus, dicit: Non. Non enim præteribit hæc Chriſtianorum generatio. Cœlum quidem & terra immutabuntur: ſermones autem mei & Euangelium meum non peribunt, ſed manebunt. Tametſi commoueantur omnia: fides tamen in
A me non deficiet. Apparet autem hoc loco, quòd eccleſiam omni creaturæ præferat, Eccleſia enim eius, & verbum ac euangelium nequaquam peribunt. Hactenus Theophylactus. Præterea in verbis quibus quotidie vinum in ſanguinem Chriſti trãſſubſtãtiamus, ſic dicitur: Hic eſt calix ſanguinis mei noui & æterni teſtamẽti, qui pro vobis & pro multis effũdetur, & cæ. Quæ verba etſi non expreſſe inueniãtur in euangelio, certò tamen credendum eſt eccleſiam illa à Chriſto recepiſſe. Verum vt nulla iam pateat rimula ad fugã, audiãt Paulum hoc idem dicẽtem: Deus autem pacis (inquit) qui eduxit de mortuis paſtorem magnum ouium in ſãguine teſtamẽti æterni dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, aptet vos in omni bono, &c. Rurſus de quatuor illis animalibus quæ Ezechiel vidit, & Ioãni in viſione mõ- *Flagellãtes. Eccl.17. Baruch.2 Pſal.110. Luc.21. Pſal.23. Heb.13.*

ſtrata ſunt, dicitur quòd ibant & non reuertebãtur, cum ambularent. At quòd per illa quatuor animalia deſignati ſunt quatuor Euãgeliſtæ, apertius eſt quàm vt dubitari debeat, aut probatione indigeat. Quid eſt dicere quòd ſemper ibant, niſi quòd Euangelia ſemper manebunt? Tempore procedente & ipſa etiam procedunt. Quòd ſi euãgelium iam (vt iſti Flagellãtes mentiuntur) ceſſaſſet: nõ verè diceretur de animalibus quòd ibant & non reuertebãtur. Teſtamentum ſiquidem vetus quoniam reuocatum eſt, & iam amplius non obligat, finiuit iter ſuum, nec dicetur de eo quòd vadit & non reuertitur, quemadmodum de quatuor animalibus dicitur quòd ibant, & non reuertebantur. Vnde B. Greg. hom. 6. ſuper Ezec. ait: Teſtamẽtum nouum etiam per teſtamenti veteris paginas teſtamentum æternum appellatum eſt, quia intellectus illius nunquam mutatur. Bene ergo dicitur quòd rotæ euntes ibãt, & non reuertebantur cum ambularent, quia nouum teſtamentum non reſcinditur, dum vetus iam ſpiritaliter intelligitur. Poſt ſe nõ redeunt, quia vſque ad finem mũdi immutabilia perſiſtunt. Ambulant ergo, ſed nõ reuertuntur, quia ſic ſpiritualiter ad cor noſtrum veniunt, vt eorum præcepta vlterius non mutentur. Hæc Greg. Accedit ad hæc, quòd ij qui ſentiunt euãgelium finitum eſſe, & aliud loco eius ſubroga B

Heb. 9. tum teſtamẽtum, aut negant Chriſtum mortuum, aut volunt eum iterũ crucifigere. Nam ſi (vt ait Paulus) teſtamẽtum in morte teſtatoris confirmatum eſt, ergo euangelium iam cõfirmatum eſt, aut Chriſtus mortuus non erit. Quod ſi Chriſtus mortuus eſt, & teſtamentum eius oportet ſic eſſe firmum, vt nũquam reuocari poſſit, & ſi aliud poſt iſtud ſuccedet, vt illud etiam firmetur, oportebit teſtatoris mortem accedere: quapropter oporteret vt Chriſtus iterũ moreretur, vt per eius mortem illud aliud teſtamentum confirmaretur. Quis autem hoc fateri audebit? Certè non alius quàm ille qui ſibi ipſi iterum crucifigit filium dei. Paulus nãque ait: Chriſtus reſurgens ex mortuis, iam non moritur: mors illi vltra non dominabitur. Aduerſus tam inſanam & impiam piget plura adferre.

Rom. 6. SEcunda hæreſis eſt dicens euãgelium non fuiſſe prędicatum ab Apoſtolis ſecundum ſpiritalem intellectum, ſed ſolum ſecundum literam. Huius erroris (vt Guido refert) autor fuit abbas Ioachim, quem ſecutus eſt quidam alius Petrus Ioannis. Verum de hoc errore iam ſupra diſputauimus cum de rebus ad Apoſtolos pertinentibus ageremus.

Lutherus. Melanctõ Brentius. TErtia hæreſis contra euangelii valorem & dignitatem orta eſt, quæ negat euangelium eſſe legem, iuxta veram & propriam legis rationem. Hoc docet Luth. quem ſecutꝰ eſt in hac parte Philip. Melan. & Brentius, & reliqui omnes huius farinæ. Hoc autem ideo docent, vt hac ratione contendant ſe eſſe liberos ab obligatione omnium bonorum operum. Nam ideo dicunt euangelium non eſſe legem quia aſſerunt euangeliũ nihil prorſus prẽcipere, ſed ſolum manifeſtare nobis bonum nuncium de Ieſu Chriſto filio dei quod ille ſolus merito ſuæ paſſionis ſit expiator peccatorum noſtrorum, & redemptor animarum noſtrarum. Et (vt magis illorum ſẽtẽtia pateat) verba illorum referã. Luthe. in lib. de capt. Babyl. hæc ait: Quicquid fit lege cogente peccatum eſt, inde in nouo teſtamẽto nõ ſunt præcepta vrgentia, ſed tãtum exhortationes & obſecrationes. Et iterum: Euangelium nihil aliud eſt, quàm prædi- C catio de reſurrectione Chriſti, quare hic opera omnino ſunt ſublata. Hæc Luth. Philippus Melãcton in locis communibus hæc ait: Nouum teſtamentum non eſt aliud, niſi bonorum omnium promiſſio, citra legem, nullo iuſtitiarum noſtrarum reſpectu: quia bona nobis promittuntur circa cõditionem, cum nihil viciſſim à nobis exigatur. Hæc Philip. Melãct. Deinde, doctores miſſi ad cõcilium Tridẽtinum à duce Vvirtempergenſi, quorum præcipuus erat Brentius in cõfeſſione ſuæ fidei, quam illic ſcriptã obtulerunt, in titulo de euãgelio, hæc ſcripſerunt: Euangelium non eſt aliud quàm bona & læta annunciatio de filio dei domino noſtro Ieſu Chriſto, quod ipſe ſolus ſit expiator peccatorum noſtrorum, & redemptor & ſaluator noſter. Hæc Brẽtius & ſocii eius. Ex omnibus verbis iſtorum hæreticorum quæ hic citauimus, duos potiſſimũ aut tres annotare oportet errores. Primus eſt qui bonorum operum neceſſitatem negat, ſed de hoc infra differemus, in titulo de fide, & in titulo de operibus. Secundus error eſt quo dicitur nullum eſſe in lege euangelica præceptum, & de hoc etiam nihil hoc in loco dicemus, ſed de illo infra Deo duce in titulo de præceptis diſputabimus. Tertius error eſt quo aſſerũt euãgelium Chriſti non eſſe dicẽdum legem, & de hoc eſt præſens diſputatio, vt aperte cõuincam eſſe manifeſtum

Eſa. 42. errorem. Primo quidem illud eſt apertum teſtimonium cõtra hãc aſſertionem, quod Deus per Eſaiam prophetam ait: Ecce ſeruus meus ſuſcipiã eum, electus meus complacuit ſibi in illo anima mea, dedi ſpiritum meum ſuper eum, iudicium gẽtibus proferet. Nõ clamauit nec accipiet perſonam nec audietur vox eius foris. Calamum caſſatum non cõteret, & lignum fumigans non extinguet, in veritate educet iudicium. Nõ erit triſtis, neque turbulẽtus donec ponat in terra iudicium: & legem eius inſulæ expectabunt. Ex his verbis conſtat apertiſſime euãgelium appellatum eſſe legem Chriſti. Nam verba iſta

Matt. 12. ex Eſaia citata intelligẽda eſſe de Chriſto ſaluatore noſtro, apertiſſime Matthæus declarat, dicẽs: Ea omnia quæ de puero electo, in iis verbis Eſaiæ dicta ſũt, eſſe impleta in Chriſto ſaluatore noſtro. De hoc autẽ puero à Deo electo, quẽ Matthæus interpretatur eſſe Chriſtũ, dixit Deus per Eſaiã quod legẽ eius inſulæ expectabunt, inſulas appellãs, omnes animas, quæ à turbulẽto huius mũdi mari circũdatæ ſunt. At Chriſtus ſaluator noſter nullã aliã legem prẽter euãgeliũ dedit. Igitur euãgeliũ iuxta Eſaię vaticiniũ

Hier. 31. eſt lex. Præterea per Hieremiã prophetã, Dominꝰ ait: Ecce dies veniẽt dicit dominꝰ, & feriã domui Iſrael, & domui Iuda fœdus nouũ: nõ ſecũdũ pactũ quod pepigi cũ patribus veſtris, in die qua apprehẽdi manũ eorũ, vt educerẽ eos de terra Ægypti, pactũ quod irritũ fecerũt, & ego dominatus ſum eorũ, dicit dominus. Sed erit pactũ quod feriã cũ domo Iſrael poſt dies illos, dicit dominus: Dabo legem meã in viſceribus eorũ, & in corde eorum ſcribã eã. Hęc verba eſſe intelligẽda de nouo teſtamẽto, quod eſt euãgeliũ, apertiſſimè declarauit Paulus in epiſt. ad Heb. Nã ex illis Hiere. verbis Paulus vult cõuincere, p aduẽtum euãgelii & noui teſtamenti, eſſe abrogatũ vetus teſtamẽtũ. Quoniã poſtquã illa verba

Hieremiæ

Hieremiæ plenæ citauerat,ex illis argumẽtũ ſumẽs,ſic ait: Dicẽdo autẽ nouũ,veterauit prius:quod autẽ ãtiquatur,& ſeneſcit, prope interitũ eſt. In quibus verbis Paulus aperte notat veteris teſtamenti diſſolutionem & mortẽ. Deinde ex eodẽ Hieremię vaticinio,probat Paulus eminẽtiã euãgelii ſupra teſtamẽtum vetus. Nã poſtquã dixerat legẽ Moſaicã eſſe imperfectã,quia nõ poterat ſaluare illius obſeruatores,quod nũc facit euãgeliũ in fide Chriſti, ad cõfirmationem huius euãgelicæ gratiæ, adducit præ-
A dicta verba Hieremię,ſic inquiẽs: Cõteſtatur autẽ nos & ſpiritus ſãctus. Poſtquam enim dixit,hoc au- *Heb.10.*
tem teſtamẽtum,quod teſtabor ad illos poſt dies illos,dicit dominus: Dabo leges meas in cordibus eorum,& in mẽtibus eorum inſcribã eas,& peccatorũ & iniquitatum eorũ iã nõ recordabor amplius. In quibus verbis,multa indicat Paulus quæ habet nouum teſtamẽtum ſupra vetus. Primum eſt quod nouum teſtamentum potens eſt per merita Chriſti,hominum peccata ita delere vt prorſus obliuioni tradãtur,quod nequaquam facere poterat teſtamẽtum vetus. Deinde,lex vetus data eſt in tabulis lapideis, propter corda dura eorum & lapidea,quia talibus dabatur lex: nouum autem teſtamẽtum datum eſt in cordibus hominum. Nam de illo Propheta Hieremias loquutus fuit,dicẽs: Dabo legem meã in viſceribus eorũ,& in corde eorum ſcribam eam: & de eodem teſtamẽto nouo verba illa interpretatur Paulus in loco prædicto. Vnde Haymo prædicta Pauli verba quæ habentur ad Heb.8. interpretãs, hæc ait: *Haymo.*
Magna diſtantia eſt inter legem & legẽ,inter ſcripturam & ſcripturam,inter doctores legis,doctoreſque euãgelii, inter literam, & gratiam ſpiritalis intelligẽtiæ. Nam litera legis ſcripta eſt in tabulis lapideis,gratia autem ſpiritalis intelligẽtiæ data eſt fidelibus per ſpiritum ſanctum, per quem charitas dei diffuſa eſt in cordibus fidelium. Hoc autem quod dicit,dabo leges meas in mẽte eorum, & in cordibus eorum ſuperſcribam eas,ſpecialiter ad ſanctos Apoſtolos pertinet, qui gratiam noui teſtamẽti non habuerunt ſcriptam in tabulis lapideis,nec in membranis, ſed in mẽte & in cordibus ſuis diuinitus exaratam habuerũt. Et paucis interpoſitis ſubdit: Nos autem partim in cordibus,plenius autem in membranis ſcriptum habemus ab illis nobis relictum vt in illis meditando exerceamur. Hactenus Haymo. Ex quibus apertiſſime conſtat euangelium & nouum teſtamentum iuxta Hieremię & Pauli ſentẽtiam eſſe
B veram legem & perfectiorem quàm lex Moſaica. Rurſum,ipſemet Paulus ex propria ſententia ſępe E- *Roman.8*
uangelium appellat legem. Nam in epiſtola ad Romanos Euangelium laudãs,hæc ait: Lex enim ſpiritus vitæ in Chriſto Ieſu liberauit me à lege peccati & mortis. Quæ verba interpretans Anſelmus in cõ- *Anſelm⁹*
mentariis ſuper epiſtolas Pauli,hæc ait: Lex Moyſi eſt ſpiritalis ſed non vitæ: quia nõ viuificat dimiſſis peccatis. Lex autem quam ſpiritus ſanctus ponit, eſt vitæ: quia viuificat remittendo peccata. Lex Moyſi eſt lex dei,ſed factorum: lex operum,lex quæ iubet,nõ iuuat: lex quæ oſtẽdit peccatum, nõ tollit. Lex autem ſpiritus lex eſt fidei,lex gratiæ,lex miſericordiæ,lex quę tollit peccatum,& liberat à lege membrorum,quæ non eſt dei,ſed peccati & mortis,quoniam reos facit & mortem operatur. Hæc Anſelmus. In quibus verbis euangelium ſæpiſſime appellat legem,& hoc non ex ſuo cerebro,vt Lutherani faciunt,ſed ex mẽte Pauli. Et in epiſtola ad Galatas Paulus iterum ipſum euangelium vocat legem, ſic inquiẽs: Per legem enim legi mortuus ſum. Per quæ verba docet,id quod totius epiſtolæ ſcopũ ha- *Galat.2.*
bet,per aduẽtum euangelii, mortuam eſſe legem Moſaicam. Euangelium ergo iuxta Pauli ſentẽtiam eſt lex per quam mortui ſumus legi Moſaicæ,hoc eſt,liberi ab illa. Nam viuere legi,iuxta propriã Pauli phraſim qua ille in epiſtola ad Romanos vtitur,eſt eſſe ſub lege. Et,ex oppoſito,mori legi eſt eſſe liberum à lege,quoniam debitor mortuus, iam eſt liber ab exactione creditoris. Et hanc eſſe Pauli mẽtem docẽt omnes ſacri interpretes,qui ſuper Pauli epiſtolas commẽtaria ediderunt. Haymo prædicta *Haymo.*
verba interprerans ait: Ego enim per legẽ,ſubaudis euangelii,mortuus ſum legi Moyſi,id eſt,nihil illi debeo,quia nõ ſum ſubiectus ei. Chryſoſtomus duplicem ſẽſum reddit illis Pauli verbis,& quem nunc ex Haymone citauimus,primo loco ſtatuit,ſic inquiẽs: Duplicem habet hic ſermo cõſiderationẽ. Aut *Chryſoſto*
enim de lege gratiæ loquitur. Solet enim Paulus & hanc appellare legem,veluti cum ait: Lex autem ſpiritus vitæ liberauit me. Hæc Chryſoſtomus,quem in hac parte,ſicut alibi ferè ſemper, imitatur Theo-
C phylactus. Eidẽ ſententiæ per omnia ſubſcribit Anſelmus,& quiſquis catholicus æſtimatur. Neque ha- *Rom.8.*
ctenus vidi aliquem orthodoxum Pauli interpretem, ex plurimis quos videre curaui,qui ab hoc ſenſu recederet. Deinde,ex ipſa legis ratione & diffinitione conuincitur aperte euãgelium eſſe legem. Nam legis nomine ſacræ ſcripturæ appellant,quicquid nos ad aliquid agẽdum compellit. Propter hanc enim cauſam (vt Chryſoſtomus & Theophylactus docẽt) Paulus ipſam carnis concupiſcẽtiam legem appellat: quia & ſi illa nõ cogat,vehemẽter tamen ſtimulat ad male agendum; & homines voluptuoſi obediũt illi perinde ac legi pręcipiẽti. At cum euangelio aliqua ſunt præcepta (provt ipſi Vvirtenbergenſes in ſuæ fidei confeſſione fatentur) quæ nos ad aliquid agendum non ſolum ſtimulant, ſed compellunt: ergo euangelium eſt lex. Sed dicunt illi quod licet in euangelio ſint præcepta,non tamẽ noua ſed antiqua,illa videlicet quæ erãt in lege Moſaica ex lege naturali aſſumpta. Et hæc dicũt declarari in euangelio,& nulla alia dari in illo noua præcepta cõtendunt. Hoc autem eſſe falſum & hæreticum,infra Deo duce in titulo de præcepto aperte oſtẽdemus. Præterea,diffinitio illa aut deſcriptio euangelii ab iſtis data,eſt prorſus inſufficiens,& minimè complectens omnia quæ ad euangelium pertinent. Nã iuxta illam diffinitionem oporteret dicere, legem veterem eſſe euangelium, imò ante illam legẽ fuiſſe euãgelium: quia ſtatim ab initio caſus humani datum fuit nuncium de remedio habẽdo per aduẽtum Chriſti futuri mediatoris,ſine cuius fide (vt Petrus docuit) nulla eſt ſal⁹. Omnes ergo iuſti ãte incarna- *Act.2.*
tionem verbi nouerunt illud bonum nuncium, & per conſequens, iuxta iſtorum diffinitionem, euan-
D gelium. Nã ob hãc cauſam Chriſtus dicitur in Apocalypſi agnus occiſus ab origine mũdi,quia ex tunc *Apo.13.*
paſſio eius fuit hominibus promiſſa in ſuorum peccatorũ remedium,& hoc à Deo patre acceptata. Illa ergo annunciatio de filio dei Domino noſtro Ieſu Chriſto,fuit omnibus nobis communis, quanquam

Rom.12. Gal.1. ãtiquis fuit ſolum promiſſum,quod nobis eſt exhibitum.Sed de hoc nõ obſtat,quia promiſſio illis data etiam fuit illis læta ãnunciatio,quia ſola ſpe lætabantur,iuxta id quod Paulus ait: Spe gaudẽtes. Accedit ad hæc omnia quod Paulus Galatis ſcribens dicit eſſe aliud euãgelium doctrinam aſſerentem legalia eſſe neceſſaria ad vitam æternam: ergo ex oppoſito doctrina quæ aſſerit illa nõ eſſe neceſſaria dicetur,iuxta Paulum,verum euangelium.Et inde vltra ſequitur quod euangelium non ſit ſola illa læta annunciatio,ſed etiam fides credẽdorum. Contra hanc hæreſim neminem vidi qui ex profeſſo ſcripſerit, ſolus Hermas Letmatius in opere illo de inſtaurãda religione pauca quædam obiter ſcripſit lib.8.ca.9.

C õcilium T ridentinum. Poſtremo,hæc hæreſis dãnata eſt in concilio Tridentino ſub Paulo tertio celebrato, quod ſeſſione ſexta duos de hac re cõdidit canones,quorum vnus eſt in ordine vigeſimus,& alter vigeſimus primus,qui ſub his verbis continentur: Si quis hominem iuſtificatum,& quantumlibet perfectum,dixerit,non teneri ad obſeruantiam mandatorum dei & eccleſiæ,ſed tantum ad credendum, quaſi verò euangelium ſit nuda & abſoluta promiſſio vitæ æternæ,ſine conditione obſeruationis mandatorum, anathema ſit. Si quis dixerit,Chriſtum Ieſum à Deo hominibus datum fuiſſe,vt redemptorem cui fidant,non etiam vt legis latorem cui obediant,anathema ſit.Hæc concilium Tridentinum.

EVCHARISTIA. A

DE hoc mirifico ſacramento, omniumque ſacramentorum præſtãtiſſimo plurimæ ortæ ſunt hæreſes,quarum omnium autoribus perperam ſucceſſit,Deo pro ſua gloria zelãte, ac puniente ingratitudinem erga tãtum beneficium nobis exhibitum.Omnes quidem aut parẽtes aut patroni earum hæreſum infelicem in hac vita habuerũt exitum:infelicioré imò verò infeliciſſimũ retinẽtes in alio ſeculo. In diſſerendis verò huiuſmodi hæreſibus hoc ordine procedemus,vt primò de his agamus quæ ſubſtãtiã ſacraméti tãgũt.Poſtea verò eas pertractabimus quæ eiuſdem ſacraméti efficaciã minuere conãtur. Poſtremo de illis loquemur quæ præparationem animi ad huius ſacramenti receptionẽ exactam tollũt.

Cathari. PRimus de hac re eſt error dicens nullo modo ex pane poſſe confici corpus Chriſti,eo quòd panem creaturam diaboli eſſe dicant.Hũc errorem Guido carmelita Catharis tribuit,à quo Cathari maximè abſunt: niſi fortè ipſe alios Catharos pręter Nouatianos inuenit. Sed video qua occaſione homo iſte in hunc ſcopum illiſerit. Beatus nãque Auguſtinus in libro de hæreſibus capite quadrageſimo de Manichæis diſſerens qualiter illi dicebãt alimenta omnia eſſe immunda propter mali principii cõmixtionem, eamque quibuſdam execrãdis purgationibus adhibitis purificabant. Nam farinæ, ex qua panis pro euchariſtia conficiẽdus erat,humanum ſemen miſcebant,dicentes ſemine admixto farinam purificari,atque ea ſic (vt dicebãt) per ſeminis mixtionem purificata, ſacramentum execrãdum conficiebãt.Propter iſtas nempe ciborum execrãdas putificationes beatus Auguſtinus vocat eos non Catharos,quod latinè ſonat mundos ſed potius Cathariſtas,hoc eſt purificatores.Ex quo loco perperã in- B tellecto homo iſte (vt puto) deceptus eſt,vt errorem iſtum Catharorum factioni tribueret.Nã Manichæos hic vocauit Auguſtinus Cathariſtas,propter illam ciborum purificationem,nõ quòd Manichæi factioni eorum hęreticorum aſſcribãtur,qui vſitato nomine Cathari appellãtur.Nihil enim inter Manichæos,& Catharos cõuenit.Nouatiani nãque Cathari vocati ſunt (vt aliâs dicemus) propter animę munditiam quam iactabant,propter quam ab eccleſia ſeparati ſunt,quòd illa peccatores reſipiſcentes velut benigna mater amplecteretur.Conſtat tamen bonum Guidonem putaſſe hos Catharos eſſe illos qui Nouatiani dicũtur.Quia de his Catharis diſſerẽs,dicit iam aliàs ſe de illis fuiſſe loquutum,cum videlicet de Nouatianis tractauerat. Hic error ſatis (vt arbitror) reiectus eſt ex his quæ ſupra aduerſus Manichæos diſputãtes docuimus,omnem ſcilicet creaturam bonam eſſe, omnesque ab vno principio nempe Deo prodiiſſe.Quòd ſi panis ſua natura bonus eſt,non eget illa horrenda purificatione vt ex eo euchariſtia confici poſſit.Quapropter non eſt quòd amplius aduerſus hunc errorem pugnemus.

Manichę⁹

SEcunda hæreſis circa materiam huius ſacraméti eſt quæ aſſerit non poſſe hoc ſacramentum confici in azymo pane,ſed pręciſe in fermentato. Iſte eſt error Græcorum, qui inter alia peruerſa dogmata, propter quæ ab Eccleſia Romana diſceſſere, hoc vnum tuentur: Romanam ac catholicam Eccleſiam ſugillantes,quòd in pane azymo conficiat.Latinos omnes hac de re Azymitas vocant, eos anathematizãt (vt teſtatur beatus Anſelmus in quadam epiſtola de fermentato & azymo) & teſte Guidone carmelita non permittunt Latinos ſacerdotes in eorum altaribus ſacrum myſterium cõficere, Quòd ſi ipſis neſcientibus aut inuitis celebrare contigerit,lauãt altaria, quoniam ea credunt eſſe polluta ex falſo (vt aſſerũt) ſacrificio per ſacerdotem Latinum in azymo cõfecto. Hanc etiam hæreſim amplectũtur C Armeni, eandem tenẽt Ruteni. Ne autem gratis id dixiſſe videãtur,hoc argumento ſuam ſententiam cõfirmãt. Eo pane cõficiendum eſt hoc ſacramentum à nobis, quo Chriſtus ipſe cum illud ſacramentum inſtituit,cõfecit: ipſo etenim opere exemplum nobis dedit,vt quemadmodum ipſe fecit ita & nos faceremus.Chriſtum autem in fermẽtato confeciſſe, Euãgelium Ioãnis teſtatur, dicẽs eum ante diem feſtum Paſchæ cœnaſſe cum diſcipulis,in qua cœna ſacramentum iſtud inſtituit,nobisque illud conficiendi poteſtatem tribuit.At ante Paſcha fermentato veſcebãtur Iudæi,non azymo, ſicut & in ſeptem diebus Paſchæ azymos panes (iuxta legem) comedebant, fermẽtatos verò edere non licebat. Verum hæc argumẽtatio futilis eſt omnino,cum nec verum aſſumat,neque bene colligat.Si enim eorum collectio firma eſſet, illos ſuo ipſorum gladio velociſſime confoderemus. Oporteret nanque illa ratione neceſſariò in azymo cõficere,quia Chriſtum in azymo cõfeciſſe (ſitamen ritu Iudaico eum paſcha celebraſſe non negetur) clariſſime ex tribus Euangeliſtis cõſtat, quibus minimè Ioãnem repugnare oſtendemus.Vt autem clarius omnia manifeſtentur, ipſorum Euangeliorum litera recitetur. Matthæus

Armeni. Ruteni.

Ioan.13.

Exod.12.

ſic

ſic hãbet:Prima autem die azymorum acceſſerunt diſcipuli ad Ieſum,dicentes:Vbi vis paremus tibi co *Matt. 26.*
medere paſcha? At Ieſus dixit:Ite in ciuitatem ad quendam,& dicite ei:Magiſter dicit: Tempus autem
prope eſt,apud te facio paſcha cũ diſcipulis meis. Et fecerunt diſcipuli ſicut conſtituit illis Ieſus, & pa-
rauerunt paſcha. Veſpere autem factò diſcumbebat cum duodecim. Et infra:Cœnantibus autem eis ac
cepit Ieſus panẽ,& benedixit,ac fregit,diditque diſcipulis ſuis,& ait:Accipite & comedite:hoc eſt cor
pus meum. Hæc Matthæus,ex quo manifeſtè conuincitur Chriſtum eo tempore quo iam fermentatum
D comedere non licebat,nempe in cœna primæ diei azymorum,à quo Iudæi feſtiuitatem Paſchæ auſpica
bantur,hoc ſacramentum inſtituiſſe,diſcipuliſque ſuis ad comedendum dediſſe. At quum Chriſtus tũc
legem non ſoluerit, imò eam ſe velle ſeruare oſtenderit, colligitur illum nec fermentatum comediſſe
nec diſcipulis ſuis ad comedendum dediſſe. Cõfecit ergo in azymo. Marci autem hiſtoria ſimillima eſt *Mar.14.*
huic. Sic enim habet:Et primo die azymorum,quando paſcha immolabãt,dicunt ei diſcipuli: Quò vis
eamus & paremus tibi vt manduces paſcha? Et mittit duos ex diſcipulis ſuis,& dicit eis: Ite in ciuitatem
& occurret vobis homo lagenam aquæ baiulans,& cætera. Et infra: Veſpere autem facto venit cũ duo-
decim. Et infra:Et manducantibus illis accepit Ieſus panem,& benedicẽs fregit,& dedit eis,& ait:Su-
mite:hoc eſt corpus meum. Hæc Marcus, qui etiam oſtendit eo die eaque hora confeciſſe quando iam
Iudæis nõ licebat fermentato veſci. Demum Lucas eadem refert:Venit(inquit) dies azymorum, in qua *Luc.22.*
neceſſe erat occidi paſcha,& miſit Petrum & Ioannem,dicens:Euntes parate nobis paſcha,vt manduce-
mus. Et infra:Euntes autem inuenerunt ſicut dixit illis, & parauerũt paſcha. Et cum facta eſſet hora,
diſcubuit,& duodecim apoſtoli cum eo. Et infra:Et accepto pane gratias egit,& fregit,& dedit eis di- *Ioan.13.*
cens,hoc eſt corpus meum quod pro vobis datur. Hoc facite in meam commemorationem. Ecce Lu- *Leuit. 23.*
cam per omnia cum reliquis conſentientem. Quod autem Ioannes ait ante diem feſtum Paſchæ hæc *Exo.12.*
acta eſſe,ipſamet ſcriptura docente declaratur. Nam Iudæorum feſtiuitates à veſpera in veſperam com
putabantur. Et de feſtiuitate agni paſchalis ſpecialiter dicit ſcriprura: Immolabitque eum vniuerſa mul
titudo filiorum Iſrael ad veſperam. Et iterum in Leuitico: Menſe primo quartadecima die menſis ad *Leuit. 23.*
A veſperam paſcha Domini eſt,& quintadecima die menſis huius ſolennitas azymorum eſt. Septem die-
bus azyma comedetis, dies primus erit vobis celeberrimus ſanctuſque. Vnde patet ſolennitatem azy-
morum quintadecima luna incipere, eumque diem qui quintadecima occurrebat, eſſe celeberrimum *Ioan.18.*
totius ſolẽnitatis paſchalis. Qui dies hac ratione paſcha appellatur,vt apud Ioannem quum dicitur:Iu-
dæi non intrauerunt prætorium Pilati,vt non contaminarentur,ſed manducarẽt paſcha. Non quidem
paſcha,id eſt,agnum paſchalem, quoniam illum iam nocte præterita qua Chriſtus cœnauit cum diſci-
pulis ſuis,Iudæi etiam comederant,quod Marco conuincitur, dicente:Et prima die azymorum quãdo *Marc.14.*
paſcha immolabant dicunt ei diſcipuli:Quò vis eamus & paremus tibi vt manduces paſcha? Ex quibus
verbis conſtat Iudæos eodem die comediſſe agnum paſchalem quo Chriſtum. Cum ergo Ioannes ait
Iudæos feria ſexta qua Chriſtus paſſus eſt, non intraſſe in prætoriũ Pilati, vt non contaminarentur, ſed
manducarent paſcha, nomine paſchæ ibi azymos panes nominauit, quos ſeptem diebus continuis co-
medere tenebantur,quorum primus & celeberrimus dies ille erat quo Chriſtus paſſus eſt. At panes il-
los comedere hominibus immundis non licebat atque ideo abſtinuerunt à domo gentilis hominis, ne
hac occaſione contaminati impedirentur ab eſcu illorum. Si ergo quintadecima luna primus dies azy-
morum,iſque celeberrimus eſt,qui à veſpera diei præcedentis iuxta legem computandus eſt, & quarta
decima luna vergente iam veſpere agnus comedendus eſt, manifeſtè colligitur eam veſperam quartæ-
decimæ lunæ qua agnus comeditur,initium eſſe primi diei azymorum, qui quintadecima luna celebra
tur. Quò fit vt tunc in vnum coëant dies primus azymorum & paſcha,aut eſus agni paſchalis. Atque ita
conſtat in illa agni paſchalis cœna non licere iam Iudæis veſci fermentato, quòdiam ab eo tempore pri
B mus azymorũ dies computabatur. Eum ergo diem quẽ Marcus appellauit primũ diẽ azymorũ decimã
quartã ſcilicet lunã, quòd in eius veſpera primum panes illi comederentur, Ioannes dixit ante diem fe-
ſtum Paſchæ, paſcha nominans primum diem ſolennitatis paſchalis, qui quintadecima luna celebran-
dus erat. Cum ergo iam oſtenderimus inter Ioannem & alios Euangeliſtas de hac re conuenire:non eſt
quod impij ac blaſphemi Græci calũnientur dicentes alios Euangeliſtas in hoc(vt ipſi aſſerunt) erraſſe,
atque ideo à Ioanne,qui poſterior ſcripſit,correctos eſſe. Nã ſi ſemel ad ſacras literas(vt Auguſtini ver-
bis vtar) vel minimum admittatur mendacium,nihil amplius in eis ſolidæ veritatis manebit, qua poſſit
aduerſarius conuinci. Præterea Euangeliorum,ſicut & cuiuſlibet alterius ſcripturę ſacræ, autor eſt ſpiri
tus ſanctus:ipſe autem Euangeliſta velut calamus fuit quo mediante ſpiritus ſanctus ſcripturam ſacram
in ordinem redegit. Quis verò ita demens erit, vt ſcripturæ alicuius mendacium calamo imputet, qui
moueri nequit,& non potius ſcribæ calamum momenti? Quò fit,vt qui aſſerit mendacium quantumli-
bet paruum in ſacra ſcriptura reperiri,illud crimen Deo illius autori impingat,& non ſcriptori. At De-
um mendacij nota inurere manifeſta eſt blaſphemia. Taceant ergo blaſphemi Græci, & manus ori
ſuo imponant, deſinantque Deum blaſphemare, dicentes Matth. Marc. Luc. cœnam dominicam
narrantes erraſſe, atque à Ioanne correctos fuiſſe. Neque enim errauerunt, neque à Ioanne vllo pa-
cto diſſentiunt. Et ſi diſſentirent(quod obnixè negamus) non eſſet certè cur plus Ioanni credendum eſ
ſet quàm aliis tribus concordibus, cum in ore duorum aut trium ſtet omne verbum. Fateantur ergo
neceſſe eſt qui pro catholicis haberi volunt, Chriſtum in azymo pane conſecraſſe. Si ergo collectio
C Græcorum valida eſſet, potius colligeremus in fermento non poſſe celebrari, quàm in azymo. Si e-
nim neceſſariò eo pane conficiendum eſt hoc ſacramentum, quo Chriſtus confecit: conſtat autẽ Chri-
ſtũ in azymo confeciſſe:neceſſariũ erit etiã nos in azymo conficere. Hoc tamen non ita ſe habet. Nã &
in fermẽtato confici poteſt,ſicut & in azymo, quoniam azymum & fermentatũ ſacrificans, verum pa-

nem ſacrificat. Et cum legimus dominum corpus ſuum ex pane confeciſſe, legimus panẽ accepiſſe, & quãuis certum ſit azymum fuiſſe, illud tamen Euangeliſtæ ſubticuerunt. Et cum alibi ſe & carnẽ ſuam panem vocauit, nec azymum dixit nec fermentatum: fortè ſciens prẹteriit, vt vel hoc argumento oſtenderet liberum nobis manere quo pane conficere vellemus. Non enim azymus & fermentum ſubſtantialite rdifferunt: ſicut nec homo nouus ante peccatum, & inueteratus fermento peccati. Verum dices, ſi Græci in fermentato conficientes rẹcte conficiunt, quid cauſamur eos in hoc hẹreticos? Cui obiectioni reſpondemus, eos non ideo cenſendos hæreticos, quòd in fermentato conficiant: ſed quia ſic confi-
Luc. 22. cientes putant in azymo non poſſe confici: Quòd tamen falſum eſſe oſtendimus, cum in eo dominum confeciſſe monſtrauimus. Præterea cum ipſe celebraret, ait: Hoc facite in mei commemorationem: Si autẽ voluiſſet vt nos, quibus hoc in apoſtolis præcepit, in azymo non conficeremus, præmonuiſſet nos, in eis, & dixiſſet: Ne faciatis hoc azymo. Cum ergo dicens hoc facite, azymũ non excepit, in quo tamen ipſe conſecrauit: quis audebit excipere quod ipſe non excepit, & prohibere quod non ſolum nullo ſermone prohibuit, ſed etiam opere confirmauit? Nos autem ſic conficientes in azymo, credimus Græcos verè in fermentato conficere, quãuis ſic conficientes peccent propter Eccleſiẹ diuiſionẽ quàm faciunt & à cuius obedientia ſe ſeparauerunt. Eccleſia ſi quidem et ſi cognoſceret in vtroque legitimè confici poſſe, quibuſdam tamen iuſtis cauſis ad vnam certam materiam, nempe ad azymum omnes fideles arctauit. Primũ quòd Chriſtus in ea confecerit, quod efficiens non ſolũ non prohibuit vt in azymo confi- D
1. Cor. 5. ceremus, imò potius inuitauit dicens, hoc facite in meam commemorationem, ſupple quod ego facio. Deinde quia in azymo ſynceritas, in fermẽto autem malitia deſignatur, iuxta Apoſtolum dicentem: Itaque epulemur, non in fermento veteri, neque in fermento malitiæ & nequitiæ, ſed in azymis ſynceri-
Luc. 12. tatis & veritatis. Et dominus in Euangelio: Cauete à fermento phariſæorum, quod eſt hypocryſis. Qua-
Leui. 2. propter in lege præceptum erat: Omnis oblatio quæ offertur domino, abſque fermẽto fiet, nec quicquã fermenti ac mellis adolebitur in ſacrificio domini. Nimirum hoc tropo deſignans in omni opere bono omnem prorſus inanem gloriam vitandam. Cum ergo fermentum malitiam deſignet, qualis in Chriſti humanitate nullatenus valet inueniri, Eccleſia merito cenſuit in azymo eſſe celebrandum, vt ſignũ exterius, ſcilicet panis accidentia, eſſet ſignato conformius. Cui præcepto repugnãtes Græci, & ſi verè cõficiant, tamen ſic conficientes peccant, eò quod Chriſtũ in prælatis Eccleſiæ ſpernunt, ipſo dicẽte. Qui
Luc. 10. vos ſpernit, me ſpernit. Quæ res in concilio Florentino, quod pro vnione Græcorũ ſub Eugenio. 4. huius nominis pontifice celebratum eſt, definita fuit. Nam concilium illud definit, in azymo ſiue fermentato pane triticeo corpus Chriſti veraciter confici: ſacerdoteſq; in altero ipſum domini corpus conficere debere, vnũquenque ſcilicet iuxta ſuę Eccleſiæ ſiue orientalis ſiue occidentalis conſuetudinẽ. Et hanc definitionem Græci tunc ſuſceperunt, quãuis poſtea illam contempſerint. De hac re beatus Anſelmus nimis breuem, compendioſum tamen fecit tractatum, qui inſcribitur de fermentato & azymo. A

TErtia hæreſis eſt circa verba quibus hoc ſacramentum conficiendum eſt. Vvaldenſes nanque (vt ait Guido carmelita capite nono de hæreſibus Vvaldenſium) conſecrant ſine conſueta Eccleſiæ forma, qua Chriſtus conſecrans, nobis conſecrandi modum tradidit: ſed dicendo ſepties pater noſter & benedicendo panem & vinum, ſe conſecrare dicebant. Verum Æneas Syluius qui & Pius ſecundus pontifex maximus, vir certè meo iudicio longè diligentior circa inquiſitionem hiſtoriẹ quam Guido in libro de orig. Bohe. cap. 35. errores Vvaldenſium ad vnum vſque recẽſens, nihil tale comminiſcitur. An-
vvaldẽs. toninus etiam Florentinus archiepiſcopus quarta parte ſuæ ſummæ, titulo. 11. cap. 7. enumerans errores pauperum de Lugduno, qui & Vvaldenſes appellantur, nullam huius rei facit mentionẽ. Bernardus de Lutzemburgo in ſuo catalogo, nec in titulo pauperes de Lugduno, nec in titulo Vvaldenſes (nam eos hoc duplici nomine bis inter hæreticos annumerat) nihil ſimile eis tribuit, imò in titulo Vvaldenſes, ſecutus hiſtoriam Æneæ Syluij in lib. de origine Bohemorũ, aliquid huic aſſertioni repugnans cõmemotat. Nam iſtorum aſſertiones enumerãs Æneas Syluius, quem & ſequitur Bernardus de Lutzẽburgo, ſic ait: Sacerdotem quocunque loco, quocunque tempore, ſacrum Chriſti corpus conficere poſſe, petentibuſque miniſtrare: ſufficere vt verba ſacramentalia tantum dicat. Ex quibus verbis plus colligimus eos veram conficiendi formam tenere, quàm omittere. Præterea aſſertio ipſa adeò eſt inſana, vt vix perſuaderi poſſim aliquem hominem Chriſto initiatum, & inter Chriſtianos nutritum, eam docuiſſe, cũ nullus ſit ſacræ ſcripturæ locus vnde huius rei ſuſpicio haberi poſſet, niſi fortè anſam erroris acceperint ex ea particula quæ in oratione dominica connumeratur, ſcilicet, panem noſtrum quotidianum da nobis hodie. At cum iſti tantum dominicæ orationi tribuant, vt nullam aliam præter illam admittãt (ſicut infrà in titulo de oratione oſtendemus) poſſibile eſt vt eam arbitrarentur etiam ad corporis Chriſti conſecrationem efficacem, præcipuè cum Vvaldenſium ſecta (vt aliàs diximus) ab homine prorſus literarũ
Matt. 26. ignaro ſuſcitata fuerit. Aduerſus hæreſim, quòd tam demẽs ac fatua ſit, pugnare dedignamur, cum tam B
Mar. 14. aperta ſint ſcripturæ: teſtimonia apud Matthæum, Marcum & Lucam, dicentia Chriſtum corpus ſuum
Luc. 22. cõſecraſſe ſupra acceptum panem, dicendo: Hoc eſt corpus meum. Quorum vnus, ſcilicet Lucas, addidit Chriſtum facta conſecratione dixiſſe, hoc facite in meam commemorationem. Quo elogio & illa facere, & eiſdem verbis quibus ipſe fecerat iuſſit. Et Paulus in. 1. ad Corinthios epiſtola eadem commemorat, quæ cum ſint luce clariora, prætereo.

QVarta hæreſis eſt quæ negat verum Chriſti corpus realiter in ſacramento ſub panis ſpeciebus, & ſanguinem ſub ſpeciebus vini contineri: in quo errore conueniunt plures, iique inter ſe (vt hæreticorum mos eſt) valde diuerſi. Quidam nãque dixerunt ibi eſſe carnẽ alicuius hominis, ſiue iuſtus ille fuerit, ſiue peccator, nõ eſſe curandũ, in quã carnẽ panis ibi præexiſtens cõuerteretur, que caro (vt aſſere bant) proficiebat in remiſſionẽ peccatorũ. Alij rurſus dicebant panẽ illũ conuerti in carnem hominis,

non

non tamẽ cuiuslibet ſine diſcrimine,ſed in carnem hominis iuſti ac ſanctificati,qui templum eſſet Dei,
qui diuinam in ſe habitationem poſſideret.Et hunc errorem apparet habuiſſe Neſtorium ex.1.ſynodo *Neſtorius*
Epheſina.Nam Neſtorius(vt ſuperius oſtendimus)dixit duas perſonas in Chriſto: vnam quæ eſſet ho-
mo,& aliam quæ eſſet Deus in illo homine tanquam in templo habitans.Itaque dicebat in euchariſtia
contineri veram carnem,ſed illam eſſe carnem puri hominis,non autem Dei.Inter hos ergo errores de
hoc conuenit,ibidem videlicet carnem filij hominis contineri, non autem carnem Dei.Sed penes hoc
C ab inuicem diſcedunt,quòd primi aſſerunt eam eſſe carnem cuiuslibet hominis,ſiue iuſti,ſiue peccato-
ris.Qui autem ſint huius erroris autores,apud neminem reperi,niſi quòd illum Epheſina ſynodus con-
demnat.Alii dicunt ibi eſſe carnem cuiuſdã puri hominis,iuſti tamen.Vtrique ergo negant ibi eſſe car-
nem filii Dei.Sunt adhuc alii qui negãt prorſus ibi carnem contineri.Hi autem nullam prorſus admit-
tunt carnem ibi realiter contineri:dicunt tamen carnem filii Dei ibi eſſe non verè & realiter, ſed tan-
tum in ſigno & figura,quemadmodum continebatur in aliis rebus quę in veteri teſtamento Chriſtum
repræſentauerũt,vt fuit agnus paſchalis,vacca extra portam ciuitatis pro peccatis populi immolata, &
petra quę virga percuſſa ſitienti populo aquam miniſtrauit:in quibus omnibus Chriſtus continebatur,
non realiter,ſed ſignificatiuè,eò quòd ſigna quædam erant ipſum Chriſtum repræſentantia. Quapro-
pter verba illa quibus & Chriſtus tunc panem in ſuum corpus conuertit, & nos etiã nunc ex eius præ-
cepto in eius commemorationem facimus,dicendo:Hoc eſt corpus meũ,ad hunc ſenſum detorquent,
vt dicant eo modo eſſe intelligenda quo Paulus dixit:Petra autem erat Chriſtus. At petram eſſe Chri-
ſtum non ea ratione dixit Paulus,quòd vera eſſet petra,ſed quòd petra illa repreſentauit Chriſtum,ac i- *1.Cor.10.*
deo dicitur ab eo Chriſtus:tãquam ſi expreſsius dixiſſet,id quod petra illa ſignificabat,Chriſtus eſt. Ad
hunc modum dicunt intelligendum eſſe quod Chriſtus ait:Hoc eſt corpus meum, non quòd ibi ſit ve-
rum Chriſti corpus, ſed quoddam ſignum Chriſtum repræſentans. Huius erroris primi duces(vt Gui-
doni placet)fuerunt Armeni.Neſcio tamen quos autores in hoc ſecutus fuerit Guido,vt hanc hæreſim *Armeni.*
D Armenis impingeret, quam nullũ alium illis tribuiſſe reperio.Omnes enim quos huius peruerſi dog-
matis feciſſe mentionem reperio,aſſerunt hanc fuiſſe Berengarii inuentionem.Hic Berengarius natio-
ne Gallus,clericus diaconus Eccleſiæ ſancti Mauritii Andegauenſis fuit,homo parum eruditus(vt Gu- *Berẽgar.*
idmundus teſtatur)ſed dialecticis quibuſdam captiunculis prorſus deditus,per quas fallacẽ huius mũ-
di gloriam,quam maximè cupiebat,ſe capturum ſperabat.Qua de cauſa factum eſt,vt in hanc quã mo-
do retulimus inſaniam proruperit.Hac occaſione motus Leo nonus tunc ſummus Eccleſiæ pontifex,
vir omnium hiſtoricorum teſtimonio vitæ ſanctitate clarus,Vercellis concilium congregauit,quo Ber-
engarium aſcitum,minimeque(vt Lanfrancus ait)venire volẽtem,cum ſuis complicibus,niſi citiſsimè
reſipiſcerent,perpetuo damnauit anathemate.Leo tamẽ pauco poſtmodum interiecto ſpatio moritur,
atque Berengarius in ſua obſtinatione perſiſtens, venenum ſuæ hæreſis per totas diffudit Gallias. Qua
de re Victor ſecundus,qui Leoni.9.ſucceſſit,concilium Turonis per Hildebrãdum Eccleſiæ Romanæ
tunc Cardinalem,ac illius vice concilio præſidentem celebrauit:in quo Berengarius per quoſdam eru-
diti ſimos viros,& præcipuè per Lanfrancum Cantuarienſem archiepiſcopum conuictus, ſed minimè
emendatus eſt.Nam inde exiens ad vomitum velut canis rediit. Quam ob cauſam Nicolaus ſecundus
qui victori in Eccleſiæ adminiſtratione ſucceſſit,Romæ concilium centum & tredecim epiſcoporum
congregat,in quo adſiſtens Berengarius,aut emendatus,aut emendatum ſe pœnæ timore ſimulans,pa- *Almari.*
linodiam cantauit,quæ in volumine decretorum recitatur de conſ.diſt.2.c.Ego Berengarius. Berenga-
rio ſucceſſit poſt centum & eo amplius annos impius quidam Almaricus,de quo iã ſuprà fecimus men
tionem.Hic dicebat non aliter eſſe corpus Chriſti in Euchariſtia, quam in alio quouis pane, aut quali-
bet alia re.Sic enim de illo refert Bernardus de Lutzemburgo in ſuo catalogo, citans quendam Cæſari-
A um monachum. Alium autem neminem inueni qui hoc Almarico tribuat. Antoninus nanque Floren-
tinus quarta parte ſummæ,titulo vndecimo capite ſeptimo,recenſens errores Almarici,nihil tale com-
memorat.Et Platina enarrans vitam Innocentii tertii ſub quo in concilio Lateranenſi dogmata Alma-
rici condemnata ſunt,cum illius alios errores recenſeat,nec tamen huius meminit,Cæſarium quem ca-
talogus citat,non vidi.Illum catalogum ergo ſecutus,Almaricum hunc inſerere decreui,eò quòd iſtius
dogma non longè abſit à Berengario:quapropter etiam eodem feriendus ſit gladio quo ille. Poſt iſtos
omnes ad centum annos & eo amplius Ioannes Vvicleph eundem amplexatus eſt errorem, vt patet ex *Oecolam-*
concilio Conſtantienſi,ſeſſione octaua. Demum hoc noſtro tempore Ioannes Oecolampadius, cuius *padius.*
vitam iam breui ſuprà deſcripſimus,hanc hæreſim à tot annis ſepultam reduxit ab inferis,eamque quo-
ad potuit ſcripturis muniuit tam ex ſacro inſtrumento,quàm ex dictis ſanctorum,aliquibus malè addu
ctis,quibuſdam detruncatis,omnibus tamen malè intellectis.Is enim ea verba Chriſti quibus nos quo-
tidie ſacramentum conficimus,ſcilicet.Hoc eſt corpus meum,ſic exponit,id eſt, hoc ſignificat corpus
meum,vel hoc eſt figura corporis mei. Vt autem hoc clarius pateat, verba eius referam. Oecolampadi-
us.Tẽpus eſt vt accedamus ad id in quo ſtatus eſt ſermonis: nempe vt probemus verba cœnæ domini-
cæ eodem tropo dicta,quo illa quæ Apoſtolus dixit:Petra autẽ erat Chriſtus:hoc eſt petra ſignificabat *1.Cor.10.*
Chriſtum,vel erat figura Chriſti.Nam in hoc totum diſſidium eſt.Si enim Ipariticos& ſubſtantiué abſ-
que tropo expoſuerimus,eſt:aſſeremus corpus Chriſti in altari non tantum ſacramentaliter (vt vocant)
ſed tã verè ac in cœlo eſt:adeſſe.Sin noſtra conuenit expoſitio,de tranſſubſtantiatione, vel de conſub-
ſtantiatione(vti liceat aduerſariorum verbis)ſuſpicandum nihil. Ita ſæpe ex minimis verbulis ſummæ
B quæſtiones emergunt.Neque in hoc contenderim, ſi quis per corpus magis figurã corporis intelligi, q̃
verbum eſt velit per ſignificat interpretari.Nam idipſum mihi arridet:vtrunque tamen probo,eò quòd
eundem ſenſum reddit,ſiue eſt ſignificat interpreteris, ſiue corpus figuram & ſacramentum corporis,

Nos ſenſum nõ verba quærimus. Hucuſque Oecolampadius. O illuſtrem ſcripturæ expoſitorem. Si ad hũc modum liceat ſcripturas exponere, vel potius dixerim alienare aut deprauare: inexhauſta ſuggeretur ſuſcitandarum hæreſum materia. Omnis etiam auferetur gladius quo hæreticus configi poſſit. Nulla quidem ſcriptura erit quæ non pari facilitate poſſit corrumpi. Multum quidem hoc nouo tropo exultarent olim Cerdonitæ, & Manichæi, & quiſquis negauit Chriſtum verum corpus habuiſſe, verumque hominem fuiſſe. Nec minus hac noua expoſitione gauderẽt Arriani, Eunomiani, Aeriani, ac cæteri omnes qui negarunt Chriſtum eſſe Deum. Nam omnia quæ illis repugnare viderentur, facile ſibi cõciliarent exponendo verbum eſt per ſignificat: vt ſi dicatur, Deus erat verbum, id eſt, figura quædam deitatis fuit verbum. Et illud: Verbum caro factum eſt, ſic exponetur, id eſt, verbum factum eſt quædam carnis figura, aut ſic, verbum carnem per quandam figuram ſignificat. At quis orthodoxus tales ac tam inuitas, tam diſtortas, tamque à litera alienas expoſitiones patiatur? Cæterũ quòd plures adfert ſacræ ſcripturæ locos in quibus huiuſmodi tropi deprehenduntur, non inficior. Sæpenumero etenim ſcripturæ ſacræ figuris & tropis vtuntur (ſicut Auguſtinus oſtendit in libro ſecundo de doctrina Chriſtiana) nec tamen ex eò quòd ſæpe vtuntur figuris, colligendum eſt omnem ſcripturę locutionem eſſe figuratam. Quapropter ex hoc quòd alibi ſcriptura ſacra tropo quodam ſit vſa, non bene colligit Oecolampadius vt etiam nunc figurata locutione vtatur. Nam etſi bis mille locos oſtendat quibus figurata inſit locutio, hi tamen omnes nunquam efficient quòd iſtis verbis etiam aliqua adſit figurata locutio, qualẽ ipſe finxit. Nunquid dicet aliquis hanc eſſe iuſtam conſecutionem. Paulus tropo vſus eſt cum dixit: Petra autẽ erat Chriſtus: ergo & Chriſtus ſimiliter tropo vſus eſt, quum dixit: Hoc eſt corpus meum? Atque ideo adhuc Oecolampadio probandum reſtat, vt in his verbis, ſcilicet: Hoc eſt corpus meum, aliquis ſubſit tropus, quod nuſquã efficiet. Præterea & ſi quaſdam figuratas locutiones in ſcriptura admittamus, non tamen talem qualem Oecolampadius confingit, vt per verbum eſt intelligamus ſignificat. Nam quod adducit de Paulo ſcilicet: Petra autem erat Chriſtus, nullo modo propoſitum ſuũ iuuat. Non enim Pau-
1. Cor. 10. lus dixit Chriſtum eſſe petram corpoream, ſed ſpiritualem: quod ex prædecedẽtibus clare conuincitur. Sic nanque ait: Bibebant autem de ſpiritali conſequente eos petra, petra autem erat Chriſtus. Vides iam quam petram dixerit eſſe Chriſtum, nempe ſpiritalem, de qua bibebant, quæ populi illius omnes exiſtens, multis eum miraculis adiuuit. Quòd ſi adhuc contendas ad petram corpoream referendum, dic quæſo vbinam inueniatur illam ſenſibilem petram è qua vnda profluit, populum fuiſſe ſecutam quocunque perrexiſſet? Huius quidem tanti miraculi nullam Moſes fecit mentionem, quum tamen alia minora recenſuerit. Verum hoc Paulus tribuit illi petræ quam dixit eſſe Chriſtum. Bibebant, inquit de ſpiritali conſequente eos petra. At petra non eos comitabatur, ſed Chriſtus opem illis in omni euentu laturus. Sic enim exponit Ambroſius. Sequens tamen petra dicta eſt quę intelligitur eſſe Chriſtus. Vbi enim deficiebat humanũ eis ſuffragium, aderat Chriſtus: ideo ſequebatur, vt vbi defeciſſet, ille ſubueniret: nec enim petra aquam dedit, ſed Chriſtus. Hæc Ambroſius. Sed multo clarius hæc ex Chryſoſtomo diſcimus, qui illum Pauli locum explanans, ait: Quum dixiſſet quòd potum ſpiritualem bibebãt, addidit: Petra autem erat Chriſtus. Nõ enim ipſius petræ natura aqua ſcaturiebat, ſiquidem etiam ãtea ſcaturiſſet: ſed alia quædam ſpitritualis petra omnia operata eſt, hoc eſt Chriſtus, qui preſens vbique omnia fecit miracula, ideo dixit, conſequente. Hæc Chryſoſtomus. Demum Theophylactus eodem modo locum illum interpreratur, dicẽs: De eſca quidẽ cum meminiſſet, nulla præterea indiguit aſſertione, quæ per ſe ſatis pateret, nec quicquam eſſet à ſui natura immutata. In potu verò, quia eius duntaxat ſubminiſtrandi modus immutaretur, aſſertionibus vtitur, dicens nequaquam lapidis ipſius naturam potum hunc præſtitiſſe, qui & ſi aliàs ſcaturiſſe cõceditur, ſpiritalis tamen alius lapis id omne operabatur id eſt Chriſtus. Conſequẽti autem eò dixit, vt oſtenderet Chriſtum eundem hunc illis vbique ad fuiſſe, & miracula huiuſmodi factitaſſe omnia. Hæc Theophylactus. Ex iſtis clariſsimis autoribus manifeſtũ eſt iã, Paulum non dixiſſe Chriſtum eſſe illam corpoream petram, ex qua manauit aqua: ſed Chriſtum eſſe illam petram ſpiritalem figuratam per aliam corpoream. Atque ita non erit opus exponere eſt per ſignificat: cum Chriſtus verè & realiter ſit illa petra de qua Paulus loquitur, nempe ſpiritalis. Ad hunc etiam
Matt. 11. modum cum Chriſtus Ioannem Baptiſtam laudaret, non dixit abſolutè: Ipſe eſt Helias: ſed ait: Et ſi vul-
Chriſoſto tis recipere, ipſe eſt Helias ille qui venturus eſt. Quod & annotauit Chryſoſtomus, dicens: Non dixit: Hic eſt profecto Helias, ſed, ſi vultis ſuſcipere, hic eſt, Si mente videlicet attenta vtriuſque geſta, & animo facili non contentioſo ſuſcipere volueritis. Neque finem hic fecit: ſed vt oſtendat quanta ſolertia opus ſit, cũ dixiſſet, Helias addidit, qui venturus eſt. Et confeſtim adiecit, Qui habet aures audiendi, audiat. Hucuſque Chryſoſtomus. Et Theophylactus, quem nobis idem Oecolampadius latinum dedit, illum Matthæi locum explanans ait: Si vultis (inquit) accipere, hoc eſt, ſi ſana mente iudicatis, & non inuida, ipſe eſt Helias quem dixit propheta Malachias venturum. Etenim præcurſor & Helias idẽ ſortiti ſunt miniſteriũ, & hic quidẽ prioris aduentus, Helias autẽ poſterioris præcurſor. Hæc Theophylactus. Ecce hic etiã clarè patet non eſſe opus exponere eſt per ſignificat, cũ Ioannes verè & realiter fuerit non Helias abſolutè, ſed Helias ille qui erat venturus. Fateor quidem Heliam Ioannem ſignificaſſe, atque ideo Ioannes verè & realiter fuit non Helias, ſed ille quem Helias ſignificauit. De his duobus locis diſſerui, quoniam hi inter alios ab Oecolampadio citatos præcipui ſunt, quibus ipſe innititur, vt probet hoc verbum eſt, poſſe exponi per hoc verbum ſignificat in quibus ſatis (vt arbitror) clarè oſtendimus, non eſſe opus tam violenta atque notha expoſitione. Quòd ſi hoc gratis donare velimus Oecolampadio, vt in proximè citatis locis ex Matthæo & Paulo, ac aliis pluribus locis opus ſit hoc verbum eſt per ſignificat exponere, nunquid conſequens ideo erit neceſſariò in omnibus Chriſti verbis exponere eſt, id eſt ſignificat? Certe vel parum doctus dialecticus videt hanc collectiorum eſſe infirmam.

In verbis

In verbis Pauli cum dicit:Petra erat Chriſtus,exponi debet verbū eſt per ſignificat:ergo in verbis Chriſti quum dicit,hoc eſt corpus meum,verbum etiam eſt,exponi debet per ſignificat.Nam vt hæc collectio valida eſſet,oportebat eam iuuare per additionem alicuius vniuerſalis enunciationis,huius videlicet:In omnibus Chriſti dictis,& Pauli,hoc verbum eſt,exponi debet per verbum ſignificat. Qua vniuerſali ſublata, nuſquam concludes hæc Chriſti verba eſſe exponenda per verbum ſignificat, ex hoc quòd illa Pauli verba ſic exponenda ſunt:imò de quouis alio loco Pauli minimè colligetur verbum eſt ibidem repertum exponi debere per ſignificat,per hoc quòd alibi ſic expoſitum ſit,niſi fortè premiſeris vniuerſaliter in omnibus illius locis ita fieri oportere. At non credo Oecolampadium adeò inſaniſſe,vt hanc vniuerſalem admittat.Cæterum nec prætereundum cenſeo quòd Oecolampadius eiuſque ſequaces aſſeuerant literas ſacras promiſcuo populo lingua vulgari tradendas,vt à quolibet ſine diſcri- 1.Cor.10. Luc.22.
B mine legantur.Nam ex hoc loco eorum temeritas conuincitur:præcipuè ſi quędam Oecolampadij verba proxime citata repetamus.Sic enim dixit:Ita ſæpe ex minimis verbulis ſummæ quęſtiones emergūt. Hæc ille.Si ex minimis verbulis ſummæ quæſtiones(vt ais)emergunt, qualiter ex oppoſito tam claras aſſeris ſcripturas ſacras,vt à populo intelligi valeant?Nunquid homo in literis minimè verſatus,nec ſpiritu Dei illuſtratus(nō enim omnes hoc Dei ſpiritu ſunt donati)poterit eas quæſtiones diſſoluere, quas viri in literis exercitati minimè explicare valent? Aut fortè plebanus homo negociis huius mundi implicitus poterit in his Chriſti verbis,hoc eſt corpus meum,deprehendere tropum aliquem, vel figuratam locutionem quam nullus ex tam ingenti multitudine virorum ſanctitate & doctrina clariſſimorum,qui a Chriſto paſſo vſque ad hoc tempus fluxerunt,valuit inuenire præter vnum Berengarium,& alterum Oecolampadium?Quòd ſi tam claræ ſunt ſcripturæ ſacræ,vt populo legendæ atque ab eo intelligendæ ſine diſcrimine tradantur,cum tot ſancti viri ſanctitate perinde ac doctrina clari hunc tropum nuſquam in his verbis deprehenderint,certum eſt ibi nullum eſſe. Hucuſque id ſolum egimus,vt oſtenderemus Oecolampadij argumentationes futiles eſſe & inanes,minimeque efficaces ad ſuum pernicioſum dogma ſtabiliendū.Supereſt ergo,vt nos melius noſtrum propoſitū cōfirmemus: quod Deo autore,qui ſemp vetitati adſtat,facile(vt ſpero)efficiemus: quoniam plurima nobis ſuffragātur pro hac re teſtimonia,eaq; adeò expreſſa,vt nulla valeant tergiuerſatione cælari.E quibus aliqua pauca ego adferā: reliqua verò qui habere voluerit,fontes illi vberrimos oſtēdā,vnde ad nauſeā vſq; haurire valeat.
C PRimò ergo illa verba Chriſti expreſſa ſunt quib⁹ ait: Hoc eſt corpus meū.Nil certe expreſſius quicquam dici potuit: nec in re tanti momenti,qualis eſt iſta,credendum eſt Chriſtum tropo aliquo aut figurata loquutione vſum fuiſſe, ne anſam errandi hac occaſione nobis præberet. Verum quum de hac re iam ſatis dixerimus,opus eſt vt ex aliis teſtimoniis oſtendamus nullum ibi eſſe tropum,verumq; ibi eſſe corpus Chriſti,quod natum eſt de virgine,& pro nobis in cruce pependit, iacuit in ſepulchro, ac deinde reuixit,ad cœloſque aſcendit.Hoc autem totum illud Ioannis ſextum caput cōfirmat,in quo ſæpiſſime hanc ſententiam repetit,vt nulla nobis dubitatio maneret. Ego ſum(inquit Chriſtus)panis viuus,qui de cœlo deſcēdi,ſi quis manducauerit ex hoc pane,viuet in æternum. Et panis quem ego dabo,caro mea eſt,quam ego dabo pro mundi vita.Ecce hic bis poſitum hoc verbum dabo,vt ſemel referas ad donationem in modum cibi,iterum autem referas ad paſſionem, in qua ſeipſum morti tradidit pro noſtra omnium vita:ac ſi parum expreſſius dixiſſet:Panis quem vobis daturus ſum ad comedendū, caro mea eſt,caro inquam illa quam dabo pro veſtra omnium vita. Verum fortè vt iam cœpiſti, etiā hic interpretaberis verbum eſt,per ſignificat,vt dicas ſic eſſe intelligendum:Panis quem ego dabo,carnem meam ſignificat,aut figura quædam eſt corporis mei.Quòd ſi ad hunc modum etiam hunc locum peruertis,manifeſtè iam te illis Iudæis Capernaitis annumeras,qui audito illo Chriſti verbo quod capere non poterant,litigabant ad inuicem,dicentes:Quomodo poteſt hic nobis carnem ſuam dare ad manducandum?Quapropter oportebit vt verba quæ huic contentioni Chriſtus reſpondit,tibi obiiciamus: Amen amen dico vobis,niſi manducaueritis carnem filij hominis,& biberitis eius ſanguinem,non ha- Luc.22. Ioan.6.
D bebitis vitam in vobis.Ecce iam eandem ſententiam Chriſtus repetit,oſtendens carnem ſuam verè eſſe cibum,& quia præuidit vnum Berengarium,& alterum Oecolampadium expoſituros hoc verbum eſt,per ſignificat,ne quid tale ſuſpicari merito poſſent,iam non repetit hoc verbū eſt,ſed ait:Niſi manducaueritis carnem filij hominis,& biberitis eius ſanguinem, non habebitis vitam in vobis. Ex quibus verbis nihil tale iam poteſt fingi vt verbum manducare exponatur per ſignificare: niſi fortè iterum confugiat exponens carnem per figuram carnis, dicens ſic debere intelligi, niſi manducaueritis carnem,id eſt,figuram carnis filij hominis,&c.Quis non videt hanc eſſe tam alienam à litera expoſitionem,vt nulla ex parte illi conuenire valeat? Verum ne quid tale iam fingi poſſit, manifeſte oſtendunt verba quæ Chriſtus ſubnectit, dicens:Qui manducat carnem meam, & bibit ſanguinem meum, habet vitam æternam, & ego reſuſcitabo eum in nouiſſimo die. Caro enim mea verè eſt cibus, & ſanguis meus verè eſt potus. Ecce iam non dicit ſolum caro mea eſt cibus, ſed ne vllo pacto exponi valeat eſt per ſignificat, addidit verè, dicens: Caro mea verè eſt cibus, & ſanguis meus verè eſt potus. Nihil clarius aut expreſſius dici potuit, quàm dicendo, caro mea verè eſt cibus. Quòd ſi caro Chriſti in Euchariſtia tantum eſt ſignificatiuè, & per quandam imaginem, non ergo verè cibus, ſed ſignificatiuè aut imaginariè eſt cibus.Quod bene notabis lector,nam hic locus præ omnibus aliis maximè aduerſatium configit,noſtrūque propoſitum confirmat.Caro(inquit)mea verè eſt cibus, ac ſi diceret,non ſignificatiuè,aut figuratiuè,ſed verè eſt cibus.Nam ſi figuratiuè tantum eſſet cibus nequaquā verè eſſet cibus.Nunquam enim imagines aut figuræ dicentur verè eſſe illa quorū ſunt imagines. Quis enim diceret imaginem Dei verè eſſe Deum?Non credo Oecolampadium hoc dicturum.Si enim hoc diceret præter alia incommoda contra omnium fidem,hoc eſſet aduerſus Oecolampadium peculiare,

imagines ſcilicet eſſe tolerãdas, cum imago Dei verè ſit Deus. Oecolampadius tamen (vt aliàs dicetur) imagines non ſuſtinet. Si ergo imago aut figura non dicitur verè eſſe id cuius eſt imago, ſed tantum ſignificatiuè: qualiter caro Chriſti, quæ nullo modo (vt Oecolampadius ait) comeditur, dici poterit verè A
Matt.4. cibus? Si autem dicas eo modo dici cibum, quo verbum Dei dicitur cibus, vt ibi: Non in ſolo pane viuit homo: certum eſt verbum Dei ibi non dici eſſe verè cibum, ſed per quendam metaphoram, aut ſimilitudinem: vt quemadmodum cibus corporalis in ſtomachum traiectus, ſufficientíque calore digeſtus nutrit corpus, vitamque illi confert: ſic verbum Dei auditum, memoriæque bene mandatum, calore charitatis ſic digeſtum, vt opere quis compleat quod voce audierat, nutrit animam, vitamque illi ſpiritalem
Ioan.8. confert. Si quis (inquit Chriſtus) ſermonem meum ſeruauerit, mortem non videbit in æternum. Ex his ergo Chriſti verbis clariſſimè conuincitur, verum Chriſti corpus in euchariſtia ſub ſpeciebus panis, & verum ſanguinem ſub ſpeciebus vini contineri. Verum quia Oecolampadius per quandam rimulam elabi conatur, dicens illud ſextum Ioannis caput nullo pacto tendere ad euchariſtiam, ſed ad manducationem ſpiritualem carnis, per quam, vt ipſe dicit, habemus vitam æternam: oportet vt oſtendamus omnem cateruam virorum ſanctitate & doctrina clariſſimorum, hoc Ioannis caput ſextum de euchariſtia intellexiſſe, atque ita expoſuiſſe. Nam in principio huius libri oſtẽdimus ſenſum ſacræ ſcripturæ ab Eccleſia eſſe petendum. Nam cuius autoritate ſcripturas has pro diuinis amplectimur, eadem etiam autoritate oportet illarum ſcripturarum ſenſum tenere. Parum quidem refert verba tenere, ſenſum autem verborum penitus ignorare. Nec difficultas circa ſola verba verſatur, quorum ſignificationem gramma ticus ſcire poteſt, ſed circa ſenſum. Et ipſemet Oecolampadius in verbis ſuperius citatis, dixit: Nos ſen- B
ſum, non verba quærimus. Si ergo magis quærendus eſt ſenſus quàm verba, cum ex Eccleſiæ decreto teneamus hanc aut illam eſſe diuinam ſcripturam: ex eius etiã decreto oportebit ſenſum ſcripturæ, quem illa nobis præſtiterit, tenere. Ex ſenſu certè ſcripturæ fides noſtra pendet, non ex nudis verbis. Oportet ergo audire Eccleſiam de hac re, & videamus quid nobis decernat.

Theophy ET primum oſtendamus ſigillatim diuerſorum patrum in hac re communem omnium fuiſſe ſententiam, illud Ioannis caput de Euchariſtia eſſe intelligendum. Et primum omnium in acie conſtituo
Ioan.6. Theophylactum ab eodem Oecolampadio latinitate donatum. Is enim exponens illud Ioannis: Panis quem ego dabo, caro mea eſt, quam ego dabo pro mundi vita, ſic ait: Manifeſtè autem nobis hoc loco de myſtica communione corporis ſui dicit: Nam panis (inquit) quem ego dabo, caro mea eſt, quam ego dabo pro mundi vita. Porro poteſtatem ſuam indicans, quòd non vt ſeruus & minor patre crucifigendus ſit, ſed voluntariè, inquit: Ego dabo carnem meam pro mundi vita. Nam quamuis & à patre dicatur eſſe traditus, attamẽ & ſeipſum tradidiſſe dicitur. Et illud quidem eſt, vt diſcamus eius cum patre concordiam: hoc autem, vt liberam voluntatem filii non ignoremus. Attende autem quòd panis qui à nobis in myſteriis manducatur, non eſt tantum figuratio quædam carnis Domini, ſed ipſa caro Domini. Non enim dixit: Panis quem ego dabo, figura eſt carnis, ſed caro mea eſt. Transformatur enim arcanis verbis panis ille per myſticam benedictionem, & acceſſionem ſancti ſpiritus, in carnem Domini. Et ne quem conturbet quòd credendus ſit panis caro. Etenim in carne ambulante domino, & ex pane alimoniam admittente, panis ille qui manducabatur, in corpus eius mutabatur, & ſimilis fiebat ſanctæ e- C
ius carni, & in augmentum & ſuſtentationem conferebat iuxta humanum morem. Igitur & nunc panis in carnem domini mutatur. Et quomodo (inquit) non apparet nobis caro, ſed panis? Vt non abhorreamus ab eius eſu. Nam ſi quidem caro apparuiſſet, inſuauiter affecti eſſemus erga communionem. Nunc autem condeſcendente domino noſtræ infirmitati talis apparet nobis myſticus cibus, qualibus alioqui aſſueti ſumus. Hucuſque Theophylactus: quem ideo tam prolixè citaui, quòd maximè noſtro negocio fauet, atque omnes Oecolampadii captiunculas his ſolum verbis ſoluit. Beatus etiam Cyrillus,
Cyrillus. illa quæ ſexto Ioannis capite à Chriſto dicuntur, de hoc mirifico ſacramẽto exponit, vt quilibet ibidem videre poteſt. Vt autem hoc lector ſine tuo labore videas, decreui hic inſerere ea quæ ille libro quarto ſuper Ioannem capite ſextodecimo diſſerit, in hunc modum, Cyrillus. Diſtinguit rurſus inter myſticam benedictionem, & manna, & aquarum fluenta ex lapide, & calicis ſancti communicationem. Ite-
Iaan. 6. rum eadem repetit, ne magis mannæ miraculum admirentur, ſed ipſum potius ſuſcipiant, qui cœleſtis panis & æternæ vitæ largitor eſt. Patres enim (inquit) veſtri manducauerunt manna in deſerto, & mortui ſunt. Hic eſt panis qui de cœlo deſcendit, vt aliquis ex ipſo comedat, & non moriatur. Mannæ nanque alimentum non æternam vitam, ſed breue famis remedium adferebat. Non ergo erat cibus verus, id eſt, panis de cœlo. Sanctum verò Chriſti corpus ad immortalitatem & vitam æternam nutriens, cibus eſt. Ita inquit. Sed aquam illi ex petra biberunt: quid igitur inde lucrati ſunt, qui mortui fuerunt? Non erat igitur potus ille verus, ſed verus potus eſt ſanguis Chriſti, quo radicitus mors euertitur atque deſtruitur. Non enim hominis ſimpliciter ſanguis eſt, ſed eius qui naturali vitæ coniunctus, vita effectus. Propterea corpus & membra Chriſti ſumus, quia per hanc benedictionem myſterii ipſum filium Dei ſuſcipimus. Hæc Cyrillus. Ex quo manifeſtè patet de ſacramẽto Euchariſtiæ interpretari ea quæ de my-
Chriſoſt. ſtico pane Ioannis ſexto reponuntur. In quo admonere pium Lectorem decreui, vt quoties apud Cyrillum de pane loquentem repererit myſticam benedictionem, intelligat hoc admirabile ſacramentum. Hac etenim voce ille ſæpiſſime vtitur, cum impræſentiarum, tum etiam alibi ſæpe. Chryſoſtomus etiam hæc verba de hoc præſtantiſſimo ſacramento exponit homilia quadrageſimaquinta ſuper Ioannem: vbi oſtendit quę verba huic ſacramento conueniant, quę autem non. Nam explanans illa verba: Ego ſum panis vitę, ſic ait: Iam in myſteriorum traditionem deuenturus eſt, & primum de diuinitate ſua ſic diſputat. Ego ſum panis vitę. Neque enim de corpore hoc dictum eſt, de quo circa finem inquit; Panis quem ego dabo, caro mea eſt: ſed adhuc de diuinitate. Etenim illa propter Deum

verbum

verbum panis eſt, quemadmodum hic panis propter aduenientem ei ſpiritum panis cœleſtis efficitur. Hæc Chryſoſtomus, qui clariſſimè diſtinguit inter ea verba Chriſti quæ ad ſuam diuinitatẽ, & ea quæ ad corpus eius, vt ſub myſteriis velatur, pertinere videntur. Atque ſermonem de his myſteriis, hoc eſt, de hoc ſacramẽto (nam hoc ipſe appellat myſteria) inchoari docet ab illo loco: Panis quem ego dabo, caro mea eſt. Quod valde notabis Lector, quoniam hoc plurimum tibi deſeruiet ad obuiãdum huiuſmodi hæreticorum technis. Beatus Auguſtinus apertiſſimè omnia illa quæ de carne Chriſti Ioannis ſexto dicuntur, ad hoc Euchariſtiæ ſacramentum refert. Quod vt clariſſimè Lector agnoſcas, ex multis
A quæ tractatu viceſimoſexto ſuper Ioannem dicit, hoc vnum adferam. Exponens enim illum locum, ſcilicet: Qui mãducat meam carnem, & bibit meum ſanguinem, habet vitam æternã, ſic ait: Ad vtrunque autem reſpondet quod ait æternam. Non ita eſt in hac eſca quam ſuſtentãdæ huius corporis vitæ cauſa ſumimus. Nam qui eã non ſumpſerit, non viuet: nec tamen qui eam ſumpſerit, viuet. Fieri enim poteſt, vt ſenio vel morbo vel aliquo caſu plurimi & qui eam ſumpſerint, moriantur. In hoc vero cibo & potu, id eſt, corpore & ſanguine domini, non ita eſt. Nã & qui eam non ſumit, nõ habet vitam: & qui eam ſumit habet vitam, & hãc vtique ęternam. Hæc Auguſtinus. Vbi explicãs dicta verba Chriſti de Euchariſtia aſſerit apertiſſimè ibi eſſe verum Chriſti corpus, & verum ſãguinem. Sic enim dixit: In hoc vero cibo & potu, id eſt, corpore & ſanguine domini. Quo nihil poteſt expreſſius dici. Sunt etiam alij plurimi ſacri doctores, qui etſi Ioãnem in vniuerſum non expoſuerunt, tam inter ea quæ ſcripſerunt aliis locis, partes huius capitis expoſuerunt, quòd propoſito, quod tunc pertractabant, conducere videbant: Quæ connumerare non pigebit, atque eo maximè quòd non tam facile inueniri queãt: quæ nos aliud agentes annotauimus huic negocio poſtmodum applicanda. Caſſiodorus in primis exponens illud Pſalmi: Tu es ſacerdos in æternum, ſic ait: Cui enim poteſt veraciter & euidenter aptari, niſi domino ſaluatori qui corpus & ſanguinem ſuum in panis ac viui erogatione ſalutariter conſecrauit? ſicut ipſe in Euangelio dicit: Niſi mãducaueritis carnem filii hominis, & biberitis eius ſanguinem, non habebitis vitam æternam. Sed in iſta carne ac ſanguine nil cruentum, nil corruptibile mens humana concipiat: ne ſicut dicit Apoſtolus, corpus domini indigne manducet: ſed viuificatricem ſubſtãtiam atque ſalutarem, & ipſius verbi propriam factam, per quam peccatorum remiſſio, & æternæ vitæ dona
B pręſtãtur. Hęc Caſſiodorus: qui manifeſtè fatetur in Euchariſtia corpus ac ſanguinem cõtineri, & hoc probat teſtimonio adducto ex Ioãnis ſexto, quod viderit huic propoſito aptiſſimum. Beatus Gregorius exponẽs illud Iob ſexto: Nunquid rugiet onager cum habuerit herbam? ait: Tunc ergo herbã onager inuenit, cum gentilis populus gratiam diuinæ incarnationis accepit. Tunc bos vacuum præſepe nõ habuit, cum plebi Iudaicæ eius carnem expectãti lex exhibuit, quem diu expectatum prophetauit. Vnde natus dominus in præſepe ponitur, vt videlicet ſignaretur quia ſãcta animalia quæ ieiuna diu apud legem inuenta ſunt, incarnationis eius fœno ſatiarentur. Præſepe enim natus impleuit, qui cibum ſemetipſum mentibus mortalium prębuit, dicens: Qui comedit carnem meam, & bibit ſanguinem meum, in me manet, & ego in eo. Hæc Gregorius. Qui aſſerẽs Deum ſe dediſſe nobis in cibum, adfert pro hac re teſtimonium ex Ioãnis ſexto. Ambroſius libro ſexto de ſacramẽtis capite primo: Sicut verus eſt Dei filius dominus noſter Ieſus Chriſtus, non quemadmodum homines per gratiam, ſed quaſi filius ſubſtantia patris: ita vera caro, ſicut ipſe dixit, quam accepimus, & verus eſt potus. Sed fortè dicas quod dixerunt tunc temporis etiam diſcipuli Chriſti audientes, dicentem: Niſi quis mãducauerit carnem meam, & biberit ſanguinem meum, non manebit in me, nec habebit vitam æternam. Fortè dices, quomodo vera? Qui ſimilitudinem video, non video ſanguinis veritatem. Primò omnium dixi tibi de ſermone Chriſti, qui operatur vt poſſit mutare & conuertere genera inſtituta naturæ. Deinde vbi non tulerunt ſermonem Chriſti diſcipuli eius, ſed audiẽtes quòd carnem ſuam daret mãducare, & ſanguinem ſuum daret bibendum, recedebant. Solus tamen Petrus dixit: Verba vitæ æternæ habes, & ego à te quò recedam? Ne igitur plures hoc dicerẽt, veluti quidam eſſet error cruoris, ſed maneret gratia redemptionis, ideo in ſimilitudinem quidem accipis ſacramẽtum, ſed veræ naturæ gratiam virtutémque conſequeris. Ego ſum (inquit) panis vnius qui de cœlo deſcendi. Si caro nõ deſcẽdit de cœlo, hoc eſt carnẽ in terris aſſumpſit ex virgine. Quomodo ergo deſcẽdit panis è cœlo, & panis viuus? Quia idem
C dominus noſter Ieſus Chriſtus conſors diuinitatis & corporis. Et tu qui accipis panem diuinæ eius ſubſtantiæ, in illo participaris alimento. Hucuſque Ambroſius. Vbi aduerte Lector quàm clarè aſſerat nos manducare carnem Chriſti, & qualiter verba quæ habentur Ioãnis ſexto exponat de vera Chriſti carne, quam dicit nos ſub panis ſpecie mãducare. Hylarius octauo libro de Trinitate, ſic ait: Non eſt humano aut ſeculi ſenſu in Dei rebus loquendum, neque per violentam atque impudentem prędicationem cœleſtium dictorum ſanitati, alienæ atque impiæ intelligentiæ extorquenda peruerſitas eſt. Quæ ſcripta ſunt, legamus, & quæ legerimus, intelligamus, & tũc perfectæ fidei fungemur officio. De naturali enim Chriſti in nobis veritate quæ diſcimus, niſi ab eo diſcimus, ſtultè atque impiè diſcimus. Ipſe enim ait: Caro mea verè eſt eſca, & ſanguis meus verè eſt potus. Qui edit carnem meam, & bibit ſanguinem meum, in me manet, & ego in eo. De veritate carnis & ſanguinis non eſt relictus ambigẽdi locus: nunc enim & ipſius domini profeſſione, & fide noſtra verè caro eſt, & verè ſanguis eſt. Et hæc accepta atque hauſta hæc efficiũt, vt nos in Chriſto, & Chriſtus in nobis ſit. Hæc Hylarius. In quibus apertiſſimè oſtẽdit nos mãducare veram Chriſti carnem: & bibere verum eius ſanguinem, adducto pro hac re teſtimonio quod putauit conuenienſ ex Ioannis. 6. capite. Cyprianus in expoſitione orationis dominicæ ſic ait: Hunc autem panem dari nobis quotidie poſtulamus, ne qui in Chriſto ſumus, & euchariſtiam quotidie ad cibum ſalutis accipimus, intercedẽte aliquo grauiore delicto, dum abſtenti & non communicantes à cœleſti pane prohibemur, à Chriſti corpore ſeparemur, ipſo prædi-

Ioan.6. *Caſſiodorus.* *Pſal.109.* *Ioan.6.* *1.Cor.10.* *Ioan.6.* *Cyprianꝰ*

Ioan.6. cante & monente: Ego ſum panis vitæ, qui de cœlo deſcendi. Si quis ederit ex hoc pane, viuet in æternum. Panem autem quem ego dedero, caro mea eſt pro ſeculi vita. Quando ergo dicit, in æternum viuere ſi quis ederit de eius pane, vt manifeſtum eſt eos viuere qui corpus eius attingunt, & Euchariſtiam iure communicationis accipiunt, ita contra timendum eſt & orãdum, ne dum qui abſtentus ſeparatur à Chriſti corpore, procul remaneat à ſalute, comminãte ipſo, & dicente: Niſi ederitis carnem filij hominis, & biberitis eius ſãguinem, nõ habebitis vitam in vobis. Et ideo panem noſtrum, id eſt Chriſtum dari nobis quotidie petimus, vt qui in Chriſto manemus & viuimus, à ſanctificatione & corpore eius non recedamus. Hæc Cyprianus. Vides hic lector qualiter Cyprianus aſſerit eum qui ab Euchariſtiæ communione ſeparatus eſt, eſſe etiã ſeparatum à corpore Chriſti, atque ideo à ſalute. Cui aptat teſtimonium ex Ioãnis. *6.* nempe illud: Niſi ederitis carnem filii hominis, &c. Et in libro primo aduerſus *Origenes.* Iudæos eãdem ſentẽtiam confirmat per teſtimonia ex illo loco Ioãnis adducta. Demum Origenes ho- *1.Cor.10.* milia. 7. ſuper librum Numerorum, ſic dicit: Et quę prius ænigmate deſignabãtur, nũc in ſpecie & veritate cõplẽtur. Et ideo ille qui ſpecies figurarum & ænigmatum diſſerebat, dicit: Scimus autẽ quoniã patres noſtri omnes ſub nube fuerunt, & omnes in Moyſe baptizati ſunt, in nube, & in mari. Et omnes eandem eſcam ſpiritualem manducauerunt. Et omnes eundem potum ſpiritualem biberunt. Bibebant autem de ſpirituali cõſequẽte eos petra. Petra autem erat Chriſtus. Vides quomodo ænigmata legis Paulus abſoluit, & ſpecies ænigmatum docet, & dicit quia petra in ænigmate erat apud Moyſen ãtequam iungeretur huic noſtræ Æthiopiſſæ. Nũc in ſpecie petra Chriſtus eſt. Nunc enim os ad os loquitur per legem Deus. Antea in ænigmate fuit baptiſmus in nube, & in mari: nunc autem in ſpecie regeneratio eſt in aqua & in ſpiritu ſancto. Tunc in ænigmate erat mãna cibus: nunc autem in ſpecie caro verbi Dei eſt verus cibus: ſicut ipſe dicit, quia caro mea verè eſt cibus, & ſãguis meus verè eſt potus. Huc- A uſque Origenes. Ex quo multa nobis ſuffragantur. Nam cum diſſerat de his quæ prius in figura habebantur, & nunc in veritate habentur, tria adducit exempla, quorum vnum eſt mannæ, qui cibus Iudæis fuerat, ſed in figura: figurabat nanque Euchariſtiam, in qua nos Chriſti carne paſcimur in veritate & non figura, vt Oecolampadius ait: pro qua re confirmãda, vt vides lector, Origenes citauit teſtimonium ex Ioanne. *6.* capite, quod huic propoſito vidit eſſe commodiſſimum. Patet ergo ex tot virorum clariſſimorum teſtimonio, ea quæ de pane & carne & ſanguine Chriſti Ioã. *6.* dicuntur, ad euchariſtiæ ſacramentum eſſe referenda. Verum vt hominem autorum teſtimonio obruamus, oſtẽdamusque velut hæreticum ab Eccleſiæ vnitate diuiſum: alia inſuper producam illuſtrium virorum teſtimonia, qui *Leo prim⁹* manifeſtè probant in hoc præſtantiſſimo ſacramento verum Chriſti corpus & ſanguinem ſub ſpeciebus panis & vini contineri. Leo primus ſanctitate perinde ac doctrina clarus, in epiſtola ad Conſtantinopolitanos ita ſcribit: In Eccleſia Dei omnium ore tam conſonum eſt, vt nec ab infantium linguis veritas corporis & ſanguinis Chriſti inter cõmunis ſacramenta fidei taceatur, quia in illa myſtica diſtributione ſpiritalis alimoniæ hoc impartitur, vt accipientes virtutem cœleſtis cibi, in carnem ipſius, qui caro noſtra factus eſt, tranſeamus. Hæc Leo. Iuuencus etiam presbyter Hieronymo antiquior, carmine hexametro euangelicam hiſtoriam deſcribens, ait:

Iuuencus.

Hæc vbi dicta dedit, palmis ſibi frangere panem:
Diuiſúmque dehinc tradit: ſanctúmque precatus,
Diſcipulos docuit, proprium ſe tradere corpus.
Hinc calicem ſumit dominus, vinóque repletum B
Sanctificat gratis verbis, potúmque miniſtrat.
Edocuitque ſuum ſe diuiſiſſe cruorem:
Atque ait: hic ſanguis populi delicta remittet.
Hunc potate meum: iam veris credite dictis.

Arnobius Arnobius ſuper Pſal. 110. ſic ait: Cõfeſſio Trinitatis, & magnificẽtia deitatis, opus eius: iuſtitia eius immutabilis perſeuerat in ſecula ſeculorum, in qua iuſtitia memoriam fecit mirabilum ſuorum, dicẽs: Hęc quotieſcunque feceritis, in mei memoriam facietis. Quãdo hoc dixit miſericors & miſerator dominus? Tunc ſine dubio, quãdo eſcam dedit corporis ſui timentibus ſe. Et hoc teſtamentum memor erit dominus in æternum, per quod virtutem operum ſuorum ãnunciauit populo ſuo. Hæc Arnobius.

Irenæus. Vides lector qualiter Arnobius aſſerat dominum dediſſe nobis eſcam corporis ſui. Ireneus in lib. *5.* aduerſus hæreſes hanc etiam fatetur fidem, dicens: Quãdo & mixtus calix, & fractus panis percipit verbum dei, fit euchariſtia ſãguinis & corporis Chriſti, ex quibus augetur & conſiſtit noſtræ carnis ſubſtãtia. Quomodo negãt carnem capacem eſſe donationis dei, qui eſt vita æterna, quę & ſãguine & corpore Chriſti nutritur, & mẽbrum eius fit, quemadmodum Apoſtolus ait in ea quę eſt ad Epheſios epi- *Epheſ.5.* ſtola: Quoniã membra ſumus corporis eius, de carne eius, & de oſſibus eius? Nõ de ſpiritali aliquo & inuiſibili homine diſſerẽs hæc (Spiritus enim neq; carnem neq; oſſa habet) ſed de ea diſpoſitione quę *Luc.vlt.* eſt ſecũdum hominem quæ ex carnibus & neruis cõſiſtit, quæ de calice, qui eius ſãguis eſt, nutritur, & de pane, qui eſt corpus eius, augetur. Hæc Irenæus: quem Trithemi⁹ in libro de Eccleſiaſticis ſcriptoribus martyrem fuiſſe docet, eumque diſcipulum fuiſſe Policarpi martyris teſtatur Hieronymus, qui & eundem Polycarpum martyrem aſſerit fuiſſe diſcipulum Ioãnis euãgeliſtæ: ex quo patet hunc Irenæũ ab Apoſtolo Chriſti fuiſſe edoctum mediãte Polycarpo. Quę idcirco dixi, quò efficaci⁹ ſit eius teſtimonium. Ignatius demum diſcipulus, vt credo Chriſti, coæuus ſaltẽ apoſtolis, in quadã ad Romanos epiſtola, ſic ait: Panem dei voco panem cœleſtem, panem vitæ, qui eſt caro Ieſu Chriſti filij dei viui, qui C natus eſt in nouiſſimo ex ſemine Dauid & Abrahæ. Et potum voco ſanguinem eius, qui eſt dilectio incorruptibilis, & vita æterna. Hæc Ignatius beatiſſimus martyr. Plurimos alios autores, cosq; illuſtres,

quorum

quorum teſtimonia etiam nobis ſuffragari poſſent, prudens omiſi, ne onerarem lectorem, & ne breuitatis (quam in principio operis promiſi) videar oblitus. Ea tamẽ in poſterum aduerſus alios errores de euchariſtia adferemus: quæ cum legeris, rogo lector attendas plurima ex illis huic ſeruire propoſito. Hæc certè talium virorum teſtimonia, etiam ſi locus ſcripturæ deeſſet, ſufficere deberent ad quamcunque fidẽm confirmãdam, etiam ſi centum Oecolampadij repugnarent. Verum quum tot illuſtres viri Oecolampadio repugnent, qualiter non veretur aduerſus tot clariſſimos viros, imò aduerſus totam eccleſiam collum exerere? Certè in cauſa eſt id quod Cyrillus dicit de Iudæis litigãtibus, ac dicẽtibus: Quomodo poteſt hic nobis carnem ſuam dare ad manducandum? Sic enim ait Cyrillus. De Deo non ſine magna impietate conclamat, nec in mentem venit nihil eſſe impoſſibile apud Deum. Nam quum animales eſſent (vt ait Paulus) ſpiritalia intelligere nõ poterãt, ſed fatuitas quædam tam magnum ſibi videtur myſterium. Hæc Cyrillus. Ita ergo (vt patet) Oecolampadio fatuitas quædam tã magnificum videtur myſterium, nec intelligit quid intus lateat, nec cõſiderat nihil eſſe impoſſibile apud Deũ. Quare autem non intelligit, in aperto eſt: quia teſte Paulo, animalis homo nõ percipit ea quæ dei ſunt. At quis magis animalis quàm Oecolampadius, cuius manifeſta ſunt opera carnis? Nã cum monachus
D eſſet ordinis ſanctæ Brigittæ, reiecta continentia quam in monachatu vouerat, vxorem duxit: cum tamen ea eſſet ætate, quaſi in ſeculo liber maneret, vxore abſtinere debuiſſet, Saram imitatus, quæ dixit: Conſenui, & quomodo voluptati operam dabo? Verum hic fortè ex ſenibus illis erat qui exarſerunt in concupiſcentiam Suſannę. Cęterum vt rem penitus abſoluamus, ſupereſt vt concilia quæ in huius rei confirmationem celebrata ſunt, adferamus. Primò tertia ſynodus ex his quatuor quas beatus Gregorius fatetur ſe venerari tanquam quatuor Euangelia, quæ quidem ſynodus Epheſina prima eſt ducentorum epiſcoporum numero, in quo præſedit ſummi pontificis vicem gerens Cyrillus Alexandrinus epiſcopus, In epiſtola quadam à toto concilio miſſa Neſtorio hæretico Conſtantinopolitano epiſcopo, de cuius dogmate agebatur, qui dicebat duas eſſe in Chriſto perſonas, aliam dei, aliam hominis, ſicut aliàs iam de hoc diſſeruimus, ita dicitur: Sic etiam ad myſticas benedictiones accedimus, & ſãctificamur participes ſancti corporis & precioſi ſanguinis Chriſti omnium noſtrũm redemptoris effecti, non vt communem carnem percipientes (quod abſit) neque vt viri ſanctificati, & verbo coniuncti ſecundum dignitatis vnitatem, aut ſicut diuinam poſſidentis habitationem, ſed verè viuificatricem, & ipſius verbi propriam factam. Vita enim naturaliter vt Deus exiſtens, quia propriè carne vnitus eſt, viuificatricem eam eſſe profeſſus eſt: & ideo quamuis dicat ad nos: Amen amen dico vobis, niſi manducaueritis carnem filij hominis, & biberitis eius ſanguinem: non tamen eam vt hominis vnius ex nobis exiſtimare debemus. Quomodo enim iuxta naturam ſuam viuificatrix eſſe caro poterit hominis? ſed vt verè propriam eius factam qui propter nos filius hominis eſt factus & vocatus. Hæc Concilium. Per quod decretum omnes hęretici negãtes veram Chriſti carnem verumque ſãguinem in euchariſtia con-
A tineri, qualitercunque id negẽt, hic aperte reiiciuntur. Verum quum hoc viderit Oecolampadius, perpendens quantæ arrogantię ſit faciem toti concilio opponere, ad hoc confugit, vt dicat illud non eſſe ex actis in concilio, ſed eſſe in epiſtola à Cyrillo ad Neſtorium directa. Hoc autem manifeſte conuincitur falſitatis ex titulo eiuſdem epiſtolæ. Sic enim inſcriptio epiſtolæ habet: Religioſo & Deo amabili cõſacerdoti Neſtorio Cyrillus, & quicunque ſunt apud Epheſi ſynodum. Ex iſta epiſtolæ inſcriptione aperte colligitur epiſtolam à toto concilio eſſe ad Neſtorium mandatam: quò fit vt quæ in ea continentur, velut acta concilii eſſe recipienda. Poſt aliquot deinde annorum centurias Leo nonus, vt diximus, celebrauit cõcillum Vercellis, in quo hoc impium Berengarii dogma damnatum eſt. Deinde ſub Victore ſecundo aliud concilium Turonis celebratum eſt præſidente Ildebrando Romanæ eccleſiæ diacono Cardinali: in quo iterum Berengarii dogma ſicut à toto concilio, ita & ab ipſo Berẽgario reiectum eſt. Demum ſub Nicolao ſecundo concilium Romanum centum tredecim epiſcoporum coactum eſt hac de cauſa, quòd Berengarium ad vomitum rediiſſe compertum eſt, in quo iterum Berengarius concilii decretum ſuſcipiens, ſuo dogmati renunciauit. Quorum conciliorum acta incuria ſcriptorum non habemus. Nam in eo volumine conciliorum quod Pariſiis impreſſum eſt, à quinta ſynodo Conſtantinopolitana vſque ad concilium Conſtantienſe nullum aliud concilium interponitur: in quo interiecto temporis ſpatio cõſtat multa concilia celebrata fuiſſe, eaque non parui momẽti. Iraque ex illo Vercellenſi, Turonenſi, ac Romano cõciliis, nihil aliud reperio præter abiurationem, quæ à cõcilio Romano oblata eſt Berengario, vt eam corã toto illo conuentu legeret, ac ita eſſe fateretur. Quæ-
B quidem abiuratio ponitur in volumine decretorum de cõſec. diſt. 2. cap. Ego Beregarius. Demum poſt hæc omnia cõcilium Cõſtãtienſe recenſens errores Ioãnis Vvicleph, tertio loco iſtum collocat his verbis: Chriſtus nõ eſt in eodem ſacramẽto idẽticè & realiter in propria præſentia corporali. Quem errorem cum aliis omnibus eiuſdem autoris vna ſuper omnes lata ſentẽtia damnat. Deinde concilium Tridẽtinum ſub Iulio tertio celebratum ſeſſione tertia, cap. 1. hæc ait: Principio docet ſãcta ſynodus, & aperte ac ſimpliciter profitetur, in almo ſanctæ Euchariſtiæ ſacramento poſt panis & vini conſecrationem, Dominum noſtrũ Ieſum Chriſtum verum Deum, atque hominem verè realiter, ac ſubſtãtialiter ſub ſpecie illarum rerum ſẽſibilium cõtineri. Nec enim hęc inter ſe pugnãt, vt ipſe Saluator noſter ſemper ad dexterã patris in cœlis aſſideat, iuxta modum exiſtẽdi naturalem, & vt multis nihilominus aliis in locis ſacramentaliter præſens ſua ſubſtãtia nobis adſit, ea exiſtendi ratione, quam etſi verbis exprimere vix poſſumus, poſſibilem tamen eſſe deo cogitatione per fidem illuſtrata aſſequi poſſumus & cõſtãtiſſimè credere debemus. Ita enim maiores noſtri omnes quotquot in vera eccleſia fuerunt, qui de ſãctiſſimo hoc ſacramento diſſeruerunt, apertiſſime profeſſi ſunt hoc tam admirabile ſacramentum in vltima cœna redemptorem noſtrũ inſtituiſſe, cum poſt panis viniq; benedictionẽ ſe ſuũ ipſius corpus

Cyrillus.

Gen. 18.
Dani. 13.

Cõcilium Epheſinũ

Ioan. 6.

Cõcilium Conſtant.

Cõcilium Tridentinum.

illis præbere,ac ſuum ſanguinem diſertis ac perſpicuis verbis teſtatus eſt,quæ verba à ſanctis Euãgeli-
1.Cor.11. ſtis commemorata,& à diuo Paulo poſtea repetita cum propriam illam & apertiſſimã ſignificationem præ ſe ferãt,ſecũdum quã à patribus intellecta ſunt,indigniſſimum ſanè flagitium eſt, ea à quibuſdam contentioſis,& prauis hominibus ad fictitios,& imaginarios tropos, quibus veritas carnis & ſãguinis Chriſti negatur,contra vniuerſum eccleſię ſenſum detorqueri,quæ tãquam columna,& firmamentum veritatis hæc ab impiis hominib⁹ excogitata cõmenta velut ſatanica deteſtata eſt,grato ſemper & memore animo præſtantiſſimum hoc Chriſti beneficium agnoſcens. Hæc eſt doctrina concilij Tridentini. Verum ne aliquis nimium audax huic doctrinæ impunè ſe contradicere poſſe putet, canonem latæ C ſententiæ contra huiuſmodi cõtradictores protulit, cuius verba ſunt quæ ſequuntur: Si quis negauerit in ſanctiſſimo euchariſtiæ ſacramento contineri verè,realiter, & ſubſtantialiter corpus & ſanguinem, vnà cum anima,& diuinitate domini noſtri Ieſu Chriſti, ac proinde totum Chriſtum. Sed dixerit tantummodo eſſe in eo vt in ſigno,vel figura,aut virtute,anathema ſit. Contra hanc impiam hæreſim olim cùm eam primus Berengarius tutaretur,ſcripſit primus Lanfrãcus Cantuarienſis archiepiſcopus. Poſt eum Guidmundus ex monacho Auerſanus epiſcopus. Eodem tempore Algerius,ex ſcholaſtico monachus Corbienſis in Saxonia. Scripſit etiam aduerſus eum teſte Ioanne Trithemio quidam Adelmanus, ex clerico Leodienſi epiſcopus Brixienſis,qui eiuſdem Berengarii condiſcipulus fuerat. Scripſit etiam aduerſus eundem Hildebertus quidam epiſcopus Cenomanẽſis,ac poſtea archiepiſcopus Turonẽſis, vt teſtatur idem Trithemius in lib. de Eccleſiaſticis ſcriptoribus. Hos duos vltimos fateor me non vidiſſe,aliorum tamen opera legi. Poſt iſtos omnes hoc noſtro tempore contra Oecolampadium ſcripſit omnibus iſtis longè diffuſius atque acutius Ioãnes Roffenſis epiſcopus, vir non minus vita quàm doctrina clarus,qui illis ãtiquis ſcriptoribus meritò comparari valet. Quòd ſi multos tales epiſcopos eccleſiam in ſui regimen retineret,qualis ille eſt,non ſic labentem ploraremus,vt nunc (proh dolor) ingemiſcimus. Si omnia ad vnguem quæ ad hoc negotium ſpectant, habere vis, lege viri huius ad finem vſque librum. Spero,Deo autore,ſi dubius acceſſeris,confirmaberis,& omni ſcrupulo ſublato diſcedes in firmiſſima fidei petra fundatus. Scripſit etiam aduerſus eundem Oecolampadium Iudocus Clithouæus,alios non vidi,quamuis plures alios ſcripſiſſe audiam. D

QVinta de hac re orta eſt hæreſis, quæ aſſerit in Euchariſtia poſt factam cõſecrationem manere eũdem panem qui ante conſecrationem ibidem erat. Sed hæc hæreſis in duas factiones eſt ſciſſa. Quidam enim dixerunt panem ſimul eſſe cum Euchariſtia, nec amplius inſanierunt. Horum dux fuit
Ioannes Vvicleph. Ioannes Vvicleph, cuius iam ſæpe fecimus mentionem. Alii verò inſaniam augentes ſic affirmãt panem ibidem eſſe,quòd aſſerunt panem eſſe corpus Chriſti. Hoc autem recens eſt inuentum, nempe à Martino Luthero prodiẽs,qui ait has eſſe veras: panis eſt corpus Chriſti: vinũ eſt ſãguis Chriſti. Inter hos duos,ſcilicet Vvicleph & Lutherum,de hoc cõuenit,quòd vterque fatetur poſt cõſecrationem ſuperſtitem eſſe panem: moti hac ratione,quòd ſæpe in nouo inſtrumento appellatur hoc ſacramentum panis,vt in Actis Apoſtolorum dicitur: Vna autem ſabbati cùm cõueniſſemus ad frãgendum panem,
Act.20. Paulus diſputabat cum eis,profecturus in craſtinũ. Et in prima ad Corinth.epiſt. Panis quem frãgimus
1.Cor.10. nónne participatio corporis domini eſt? Quoniã vnus panis & vnum corpus multi ſumus, omnes qui de vno pane & de vno calice participamus. Et rurſus in eadem epiſt. Quotieſcũque enim mãducabitis panem hunc,& calicem bibetis,mortem domini ãnunciabitis,donec veniat. De hoc autem inter iſtos
1.Cor.11. eſt diſsidium,quòd Vvicleph non admittit panem illum qui ãte conſecrationem erat, dici poſſe corpus Chriſti,Lutherus autem illud concedit,aſſerens has eſſe veras, panis eſt corpus Chriſti, vinum eſt ſanguis Chriſti: motus hac ratione,quę illi eſt adeò efficax,vt nullus ſit qui illi poſsit obſtare. Verba (inquit) diuina accipiẽda ſunt iuxta grammaticę nudam intelligẽtiam: ita vt nõ liceat ei per ãgelum nedum per hominem vim vllã fieri,ne detur occaſio aduerſariis ſcripturas eludẽdi. At vis (vt ait) fit verbis diuinis,ſi quod Chriſtus dicit panem,hoc nos dicamus intelligi panis accidẽtia: & quod ille vinum vocat,hoc nos dicamus eſſe tantum vini ſpeciem. Omnibus ergo modis verus panis (ait) ac verum vinum ſupereſt in altari,ne verbis Chriſti fiat vis,ſi ſpecies ſumatur pro ſubſtantia. Nullam enim trãſſubſtantiationis (inquit) Euangeliſtæ fecêre mentionem. Sed hoc recens quoddam inuentum eſt,nempe trecentenarium (vt ait) nec eo amplius. Sic ergo dicit Lutherus eſſe verba cõſecrationis intelligenda. Hoc,id eſt,hic panis,eſt corpus meum. Hic,id eſt,hoc vinum,eſt ſanguis meus. Ecce quibus præſtigiis confidit Lutherus ſeducere tot ſapientes viros quot ſunt in Eccleſia. Credit fortè omnes nos infantes eſſe adhuc in cunabulis, vt ſimilibus næniis decantatis valeat nos dementare. Contra hos omnes vno eodemque gladio pugnandum eſt. Nã quum oſtẽderimus facta conſecratione nullum panem manere, ſimul etiã patebit hãc enunciationem,ſcilicet panis eſt corpus Chriſti,nullo pacto eſſe veram. Primũ ergo oſtendamus hãc Lutheri interpretationem eſſe à litera remotiſsimam: quod vel ex eo cõſtare manifeſtè poteſt,quòd articulus hoc,vel pronomen demõſtratiuũ,cum ſit neutri generis,nullo modo poteſt referri ad panem,quòd panis maſculini ſit generis. Fortè dices ibi ſubſtãtiuè poſitum,quemadmodum adiectiuum in neutro genere ex grammaticorum regula in ſubſtãtiui locum ſubrogere liceat: atque ita dices hũc eſſe ſenſum,Hoc,id eſt,hæc res (pane demõſtrato) eſt corpus meum. Veniamus iã ad verba calicis,in quibus nullum tale reperire poteris ſubterfugium. Sic enim dicitur ibi: Hic eſt ſanguis meus. Vides qualiter articulus vel pronomẽ demõſtratiuũ ibidem poſitum eſt maſculini generis, cum autem vinum neutri generis ſit,quî fit vt pronomẽ hic,poſsit demõſtrare vinum? Si enim dixiſſet, hoc eſt ſanguis meus,anſam præbuiſſet opinãdi vinum ibidem manere. At cum dicat,hic eſt ſanguis meus, quis nõ videt articulũ maſculini generis nullo pacto ad vinũ poſſe referri,quod neutro genere nomi- B
natur? Hęccine eſt gtãmatica Luthere,iuxta quã ais verba Dei eſſe nudè interpretãda? Adeò enim nu-

da eſt

da eſt hæc interpretatio, vt literam à ſuo vero ſenſu prorſus denudet, nihilque apud literam de vero eius ſenſu relinquat. Quòd ſi ad Græcam linguam ceu fontem noui inſtrumenti nos reuoces, credens fortè hanc collectionem minimè valere, deciperis. Nam pronomẽ demonſtratiuũ quod græcè ponitur, vtrobique neutrum eſt. Verba nanq, quibus corpus conſecratur, ſic habent, τοῦτό ἐστι τὸ σῶμά μου. Verba autem quibus cõſecratur ſanguis, ſic habẽt, τοῦτο γάρ ἐστι τὸ αἷμά μου. Vides iam vtrobique pronomẽ poſitũ neutrũ eſſe, nempe τοῦτο Nomen autem græcè ſignificans corpus, ſcilicet, τὸ σῶμα & nomen ſignificans ſanguinem ſcilicet tò áima, vtrunque neutrum eſt. Ex quo patet vtrobique pronomen demonſtratiuũ ſequenti nomini eſſe aptãdum, nullo modo autem ad præcedẽs referendum: quia cum nomẽ ibi pro pane poſitũ ſit ἄρτος, quod cõſtat eſſe etiã maſculini generis, cõuincitur pronomẽ neutri generis ad panem minimè referri poſſe. Vinum autem græcè dicitur οἶνος, quod conſtat eſſe etiam maſculini generis. Colligimus ergo Chriſti verba nullo pacto fauere Luthero, imò potius illi omnino repugnare. Nullo etenim modo expreſſius potuiſſet dicere nihil illic remanere panis, quàm quũ dixit: Hoc eſt corpus meũ. Non enim dixit, hic, id eſt in hoc loco, eſt corpus meum: aut cum hoc quod videtis, eſt corpus meum tãquã in pane aut ſimul cum pane conſiſteret, ſed hoc eſt (inquit) corpus meum, nimirum declarãs manifeſtè (vt hæreticorum ora obſtrueret) hoc totum quod potrigebar, ipſius corpus eſſe. Cæterum quò res ſit apertior, & tergiuerſandi nullus pateat locus. Euangeliſtarum verba proferamus. Matthæus enim ſic
C ait: Cœnãtibus autem eis, accepit Ieſus panẽ, & benedixit ac fregit, deditque diſcipulis ſuis, & ait: Accipite & comedite, hoc eſt corpus meum. Et accipiẽs calicem, gratias egit & dedit illis, dicẽs: Bibite ex hoc omnes. Hic eſt enim ſanguis meus noui teſtamenti, qui pro multis effundetur in remiſſionem peccatorum. Marcus verò ſic narrat: Et manducantibus illis, accepit Ieſus panem, & benedicens fregit & dedit eis, & ait illis: Sumite, hoc eſt corpus meum. Et accepto calice gratias agens dedit eis, & biberunt ex illo omnes. Et ait illis: Hic eſt ſanguis meus noui teſtamenti, qui pro multis effundetur. Lucæ autem verba ſũt iſta: Et accepto pane gratias egit, & fregit & dedit eis, dicẽs: Hoc eſt corpus meũ, quod pro vobis datur. Hoc facite in meam commemorationem. Similiter & calicem poſtquam cœnauit, dicens: Hic eſt calix, nouum teſtamentum in ſanguine meo, qui pro vobis fundetur. Ex omnibus his Euangeliſtarum verbis patet nullum eſſe locum in quo poſt factam conſecrationem ſacramentum vocetur panis aut vinum, ſed tantum corpus aut ſanguis. Si enim Chriſtus in pane ſuſcepto nullam feciſſet mutationem, eumque vt ſuſceperat, minimè variatum diſcipulis porrexiſſet, dici meritò poſſet merũ panem dediſſe diſcipulis. Verum quum priuſquam diſcipulis mãducandum porrigeret, panem conuerterit in carnem: nequaquam dici poteſt eum panem quem in manus ſuſceperat, diſcipulis tribuiſſe, ſed nobis ſuum in quod conuerterat. At Lutherus obſtat, ſic dicens: Euangeliſtæ referunt Chriſtum in manus ſumpſiſſe panem. Et nos etiam hoc ipſum fatemur. Verum quum recipiunt apoſtoli, iam non audis panem nominari, ſed corpus: nec vinum, ſed ſanguinem. Quòd autem aiunt Lutherus & eius imitatores,
D hoc mirabile ſacramentum vocari panem, atque inde colligunt aut panem ibi eſſe, aut ipſum panem eſſe corpus Chriſti, non recte colligunt. Id enim ſolenne eſt ſacris ſcripturis, vt panem appellent quod comedi quouis modo poteſt: quia vt dicit Eccleſiaſticus: Initium vitæ hominis aqua & panis. Hoc modo manna dictus eſt panis, vt apud Prophetam: Panem cœli dedit eis, omne delectamentum in ſe habentem. Ecce panem vocat ſcriptura quem aliàs dixit eſſe velut ſemen coriandri. Hoc etiam modo filius Dei ſecundum diuinitatis ſubſtantiam dictus eſt panis, quòd ſpiritualiter manducatus mentem intus reficiat. Sic enim dicit ipſe: Ego ſum panis vitæ, qui de cœlo deſcendi. Quæ verba (vt ſuprà admonuimus) minimè ad corpus referenda ſunt, ſed ad diuinitatis ſubſtantiam, quòd hæc de cœlo deſcenderit, non autem corpus. Simili modo nos fatemur Chriſti corpus panem dici generali iſta appellatione, quia videlicet ſpecie panis opertum à nobis manducatur in ſpiritualem interiotis hominis refectionem. Poſſumus etiam aliam huius appellationis rationem reddere, nec omnino ineptam, quinimò conformem communi vſui loquentium, & ipſis etiam ſcripturis ſacris. Vſitatiſſimus ſiquidem eſt loquendi modus, vt rem eo nomine appellemus, quo res ex qua genita eſt, vocabatur. Si enim alicui dediſſes vinum, quod ille poſtmodum artificio aliquo aut operante natura vertiſſet in acetum, quod ille iterum ad comedendum aliquam aliam rem tibi porrigeret, diceret tibi, nec impropriè, ecce tuum vinum quod largitus es mihi: nimirum hac locutione deſignãs acetum illud ex vino donato fuiſſe genitum, aut vinum in acetum fuiſſe verſum. quapropter factum eſt vt nomine vini gaudeat nunc etiam acetum, quia ex illius materia genitum eſt: cùm tamen vere & iuxta nominis propriam ſignificationem acetum non poſsit dici vinum, quòd res ſunt ſpecie ſubſtãtiaque differentes. Nec ab hoc modo loquendi abhorrent ſacræ literæ. Vide quid dicatur in Exodo: Tulitque Aaron virgam coram Pharaone &
A ſeruis eius, quæ verſa eſt in colubrum. Vocauit autem Pharao ſapientes & maleficos, & fecerunt etiam ipſi per incãtationes Aegyptiacas & arcana quædam ſimiliter: proiecernuntque ſinguli virgas ſuas, quę verſæ ſunt in dracones, ſed deuorauit virga Aaron virgas eorum. Ecce iam vides virgam Aaron verſam in colubrum, atque poſt eam verſionem iterum vocari virgam, cùm nihil minus ſit quàm virga. Nam & deuorat aliorum virgas, quod virgæ minimè conuenit. Virga tamen poſt eam verſionem vocatur, quòd ex illa materia à Deo factus ſit coluber ille. Adhũc modum etiam in ſacratiſsima Euchariſtia, cum panis vertatur in corpus Chriſti, fit inde vt corpus in quod vertitur, eodem nomine vocetur quo panis cõmutat⁹ in corpus vocabatur, nõ quod panis ſit, ſed quia panis loco ſubrogatus, atq; ideo præteriti panis nomẽ cõſeruat. Sed circa hoc nõ erat opus tot argumẽtis, cum Eccleſia huic litiiam finem impoſuerit. Verum hoc fecimus, vt hæreticorum cauillis reſpõderemus oſtẽderemusq; rationem de ea quæ in nobis eſt fide. Cõcilium Cõſtãtienſe ſeſsione octaua enumerãs. 45. errores Ioannis Vvicleph, hunc primo loco collocat, ſub his verbis: Subſtãtia panis materialis, & ſimiliter ſubſtãtia vini materialis, manẽt ſine

Matt.27. *Marc.14.* *Luc.22.* *Eccle.29.* *Pſal.77.* *Ioan.6.* *Exod.7.* *Cõcilium Conſtant.*

ſubiecto in eodem ſacramento altaris,quem errorem cum aliis.44. vnà ſuper omnes lata ſententia concilium damnat.Verum etſi hoc ſufficienter oſtendat panem non manere, non tamen oſtendit tranſſubſtantiari in corpus Chriſti,quòd Lutherus negat,irridetque,dicens hanc tranſſubſtantiationem eſſe recens inuentam, nec vetuſtiorem quàm trecẽtenariam. Si de vocabulo ſolo eſt diſſidium,indigna prorſus res eſt vt pro ea digladiemur, modò conueniat inter nos de re. Res autem eſt, panem non manere poſt conſecrationem, ipſumque conuerti in corpus Chriſti. Siue autem illam verſionem appellet tranſſubſtantiationem,ſiue tranſmutationem,ſiue conuerſionem, non multum curabo, dummodo fateatur B
panem non manere poſt conſecrationem,illúmque verti in corpus Chriſti.Horum primum iam oſtendimus cum ex aliis,tum ex concilii Conſtantienſis definitione. Alterum oſtendere ſupereſt, panem ſcilicet verti in corpus Chriſti, idque non eſſe recens theologorum ſcholaſticorum inuentum, nempe trecentenarium, vt Lutherus ait. Pro qua re plurima ſanctorum patrum citabo teſtimonia: quæ omnia ſi bene conſideres lector,videbis etiam aduerſus prædictam Berengarii & Oecolampadii hæreſim manifeſtè pugnare.Primum omnium profero Anſelmum,virum quidem ſanctitate perinde ac doctrina clariſsimum,quem non poteſt Lutherus vt ſolet,dicere trecentenarium: & ex iſto gradatim procedam aſcendendo ad alios multò antiquiores,vſque ad illos qui fuerũt apoſtolorum temporibus vicini. Is ergo Anſelmus in Commentariis ſuper Paulum, exponens illud ex priore epiſtola ad Corinthios, Hic calix
Anſelm⁹. nouum teſtamentum eſt in meo ſanguine,hęc ait:Teſtamentum nouum in Chriſti ſanguine conſequuti ſumus,per quod ad nouam hæreditatem perueniamus,quia beneficii diuini ſanguis teſtis eſt.Vnde& ad tuitionem corporis & animæ noſtræ ſacramẽta eius percipimus, quia caro eius pro ſalute noſtri corporis eſt oblata:ſanguis verò pro anima noſtra effuſus eſt,vt vtraque noſtri ſubſtantia hæreditatem vitæ perennis accipere poſſet. Nec mirum,quod de pane & vino carnem & ſanguinem ſuum fecit. Nam &
Haymo. in quolibet homine carnem & ſanguinẽ de pane & vino facit,quia panis comeſtus mutatur in carnem, &vinum potatum vertitur in ſanguinem per creatoris operationem.Hæc Anſel.Haymo,vir etiam illuſtris inter theologos,ante ſeptingentos annos natus,in Commentariis ſuper Paulum,exponens illud ex priore epiſtola ad Corinthios,quoniam vnus panis & vnum corpus multi ſumus,hæc ait:Caro quã verbum Dei patris aſſumpſit in vtero virginali in vnitate ſuæ perſonæ, & panis qui conſecratur in eccleſia, vnum corpus Chriſti ſunt.Sicut enim illa caro corpus Chriſti eſt, ita iſte panis tranſit in corpus Chriſti: nec ſunt duo corpora,ſed vnũ corpus. Diuinitatis etenim plenitudo quæ fuit in illo, replet & iſtum pa- C
nem, & ipſa diuinitas verbi, quæ implet cœlum & terram & omnia quæ in eis ſunt, ipſa replet corpus Chriſti,quod à multis ſacerdotibus per vniuerſum orbẽ ſanctificatur,& facit vnũ corpus Chriſti eſſe:& ſicut ille panis & ſanguis in corpus Chriſti traſeunt,ita omnes qui in eccleſia dignè comedũt illud, vnũ
Ioan.6. corpus Chriſti ſunt,ſicut ipſe dicit: Qui manducat carnẽ meã, & bibit ſanguinẽ meum in me manet &
Theophy. ego in eo.Hæc Haymo.Theoph.exponens illud Ioan.Panis quẽ ego dabo caro mea eſt,ſic ait:Attende autem quod panis qui à nobis in myſteriis manducatur,non eſt tãtum figuratio quædam carnis domini ſed ipſa caro domini.Non enim dixit,Panis quem ego dabo,figura eſt carnis,ſed caro mea eſt.Trãsformatur enim arcanis verbis panis ille per myſticam benedictionem & acceſsionem ſancti ſpiritus in carnem domini.Et neminem cõturbet quod credendus ſit panis caro.Etenim & in carne ambulãte domino,& ex pane alimoniam admittente,panis ille qui manducabatur,in corpus eius mutabatur, & ſimilis fiebat ſanctæ eius carni, & in augmentum & ſuſtẽtationem conferebat,iuxta humanum morem:Igitur & nũc panis in carnẽ domini mutatur.Hæc Theoph.Quibus verbis nihil poteſt apertius dici.Nam di-
Iſidorus. xit panẽ transformari in carnẽ,& iterum dicit mutari in carnẽ:vocans nẽpe trasformationẽ,quod recẽtiores theologi,dixerunt trãſſubſtãtiationẽ.Iſidorus lib.1.de Eccleſiaſticis officiis cap.18.eidem ſententiæ fauet,ſic dicẽs:Panis enim quẽ frãgimus,corpus Chriſti eſt,qui dicit: Ego ſum panis viuus,&c. Vinum autẽ ſanguis eius eſt,& hoc eſt quod ſcriptum eſt:Ego ſum vitis vera.Sed panis quia cõfirmat corpus,ideo corpus Chriſti nũcupatur,vinum autẽ quia ſanguinem operatur in carne, ideo ad ſanguinem Chriſti refertur.Hæc autẽ duo ſunt viſibilia,ſanctificata tamen per ſpiritum ſanctum,in ſacramentũ diuini corporis trãſeunt.Hæc Iſidorus.Qui ſatis apertè docet trãſſubſtãtiationẽ,cum dicit panẽ & vinum D
tranſire in corpus Chriſti.Quod autẽ dixit quod credẽdus ſit panis caro,eodẽ modo dixit quo ſuperius expoſuimus,quia ſcilicet panis vertitur in carnem,cõſeruato ſcilicet in re poſtera,rei præcedentis voca-
Damaſe. bulo.Damaſcenus etiam lib.4.de fide orthodoxa cap.14.hanc eandem ſenrentiam quamuis aliis verbis dixit,ſic enim ait:Corpus enim ſecundum veritatem coniunctum eſt diuinitati, quod ex ſancta virgine corpus eſt: non quod ipſum corpus aſſumptum ex cœlo deſcẽderit,ſed quod ipſe panis &vinum tranſmutatur in corpus & ſanguinem Dei.Si autem modum requiris quonã pacto ſit,ſat ſit tibi audire, quoniam per ſpiritum ſanctum, quemadmodum ex ſancta Dei para ſeipſo & in ipſo Dominus carnem ſuſtentauit.Et nihil amplius cognoſcimus, quàm quod verbum Dei verum eſt & efficax & omnipotens, modus autem inſcrutabilis.Neque eſt hoc etiam dictu promptum quomodo naturaliter per comeſtionem panis,&vinum & aqua per potionem in corpus & ſanguinem comedentis & bibentis tranſmutatur: & nõ ſit aliud corpus præter id quod prius erat ipſius.Sic & propoſitionis panis vinúmque & aqua per inuocationem & aduentum ſpiritus ſancti ſupernaturaliter tranſmutatur in corpus & ſanguinem Chriſti,& non ſunt duo, ſed vnum & idem.Hucuſque Damaſcenus. Vides hic ter nominatam tranſmutationem panis in corpus,& vini in ſanguinem. Quod autẽ ad finem dixit:Et nõ ſunt duo, ſed vnũ& idem,vt non referre poſſes ad panem & corpus,quod illa ſcilicet non ſunt duo,ſed vnum & idem,vt nihil tale intelligas,ſuperius dicta manifeſtant.Superius nanque dixerat corpus quod ex alimento neutritur,& in quod alimentum conuertitur,non eſſe aliud corpus præter id quod prius erat ipſius ante comeſtionem.Sic etiam panis in euchariſtia non in aliud corpus Chriſti cõuertitur, q̃ in id quod ante cõ-

ſecrationem

ſecrationē prius habebat,vt ſcilicet nō ſint duo corpora,vnū quod ante conſecrationē,aliud in quod facta conſecratione panis tranſmutatur.Hunc autē Damaſcenū non poteſt Lutherus dicere recentē, niſi fortè talē ſe credit Lutherus,vt illi mille anni ſint tanquā dies heſterna quę præteriit:quoniam hic,teſte Ioanne Trithemio,fuit tēporibus deuotiſſimi imperatoris Theodoſij ſenioris,à quo ad noſtrū hoc tempus mille centū anni & eo amplius elapſi ſunt. *Auguſt.* Auguſt.in lib.ſententiarū Proſperi huic ſententiæ fauet, ſic dicens:Nos autē in ſpecie panis & vini quā videmus,res inuiſibiles,id eſt carnē & ſanguinem honoramus,nec ſimiliter comprehēdimus has duas ſpecies quemadmodū ante conſecrationē cōprehendebamus:cū fideliter fateamur ante conſecrationē,panē eſſe & vinū quod natura formauit,poſt conſecrationem verò carnē Chriſti & ſanguinem, quod benedictio conſecrauit.Hæc Auguſt. In quibus verbis aperte indicat panē terrenum non manere poſt factā conſecrationē.Nam duo tēpora,ſibi inuicem oppoſita diſtinguit in quibus diuerſas rerū conditiones eſſe oſtendit,vnū ante cōſecrationē, alterum poſt conſecrationem.In primo tēpore eſt ſolus panis ſine corpore Chriſti, in altero, ſolum dicit eſſe corpus Chriſti,& non panē. Ambroſius,libro quarto de ſacramentis capite quarto apertiſſime hanc docet ſententiam,ſic inquiens:Meus panis eſt vſitatus,ſed panis iſte panis eſt ante verba ſacramentorum:vbi ac- *Ambro.* ceſſerit conſecratio, de pane fit caro Chriſti. Hoc igitur aſtruamus, quomodo poteſt qui panis eſt,corpus eſſe Chriſti conſecratione?Conſecratio igitur quibus verbis eſt,& cuius ſermonibus? Domini Ieſu. Nam reliqua omnia quæ dicuntur,laus deo defertur:oratione petitur pro populo,pro regibus, pro cæteris. Vbi venitur vt conficiatur venerabile ſacramentū,iā non ſuis ſermonibus ſacerdos, ſed vtitur ſermonibus Chriſti. Ergo ſermo Chriſti hoc conficit ſacramentū.Quis ſermo Chriſti?Nempe is quo facta
B ſunt omnia.Iuſſit dominus,& factū eſt cœlū.Iuſſit dominus, & facta eſt terra.Iuſsit dominus, & facta ſunt maria.Iuſsit dominus,& omnis creatura generata eſt . Vides ergo quā operatorius ſit ſermo Chriſti?Si ergo tāta vis eſt in ſermone domini Ieſu,vt inciperent eſſe quæ non erant: quanto magis operatorius eſt vt ſint quę erant,& in aliud commutentur?Hæc Ambro.Et cap.5.eiuſdē libri iterū ait:Antequā cōſecretur,panis eſt,vbi autē verba Chriſti acceſſerint,corpus eſt Chriſti.Deniq; audi dicentē:Accipite & edite ex eo omnes,hoc eſt corpus meū.Et ante verba Chriſti,calix eſt vini & aquę plenus. Vbi verba Chriſti operata fuerint,ibi ſanguis efficitur qui plebem redemit. Ergo videte quantis generibus potēs eſt ſermo Chriſti vniuerſa cōuertere.Hactenus Ambro. Quibus verbis,nihil manifeſtius poteſt deſiderari.Nam dicit,ex pane fieri carnē Chriſti, & panē cōmutari & cōuerti in corpus Chriſti. Quoties autē ex vna re fit alia nō manet illa prima ex qua poſterior facta eſt.Vt gratia exēpli:quando ex ligno fit ignis,nō manet lignū illud ex quo ignis eſt factus.Et idē contingit in omni re,ex qua fit alia.Baſi.Mag. *Baſilius.* in libello de ritu miſſæ ab eo cōpoſito eidē ſententiæ fauet,ſic dicēs:Rogamus te domine,vt veniat ſpiritus ſanctus tuus,ſuper nos & ſuper hęc propoſita munera,& benedicat ea ſanctificetque & faciat hūc eundem panē precioſum corpus,& vinū precioſum ſanguinē domini ſaluatoris noſtri Ieſu Chriſti,qui effuſus eſt pro mundi vita.Hæc Baſil.In quibus verbis illud annotare oportet,quod in verbis Ambroſij annotauimus.Gregorius Niſſenus huius Baſilij frater in lib.de myſtica vita Moſi,exponēs rationē illius *Gregorius Niſſenus.* cibi mānæ in deſerto dati patribus,ſub cuius figura de euchariſtia diſſerit, ſic ait:Is igitur mirabilis ſine agricultura panis.Varietate qualitatis ad ſuſcipientiū habitudinē,virtutē ſuā commutat. Nā cum ſit pa
C nis,ignorat labefieri:ſic in carnem vertitur:nouit olus imitari.Quicquid deniq; aſſumenti cōueniēs & expetitum ſit (vt Apoſtolus vult) qui hanc nobis menſam præparauit,in id commutatur.Hęc ille:quibus verbis ſemel atq; iterū dicit panē verti in carnem. Euſebius Emyſſenus,à beato Hieronymo in libro de viris illuſtribus valde laudatus in quodā ſermone de cœna domini,hęc ait: Magnitudinē cœleſtium *Euſebius Emyſſenus* merito cœleſtis confirmat autoritas, quia caro mea vere eſt cibus,& ſanguis meus vere eſt potus. Recedat ergo omne infidelitatis ambiguū quandoquidem quia qui dator eſt muneris ipſe eſt teſtis veritatis. Nam viſibilis ſacerdos,viſibiles creaturas in ſubſtantiā ſui corporis & ſanguinis ſui verbi ſui ſecreta poteſtate,conuertit,dicens: Accipite & bibite,hic eſt ſanguis & corpus meum.Ergo ſicut ad initium præcipientis domini repente ex nihilo ſubſtiterunt excelſa cœlorum,profunda fluctuum,vaſta terrarū pari potentia,in ſpiritualibus ſacramentis,verbi præcepit virtus & rei ſeruit effectus.Hæc Euſebius.Quibus verbis,vt apertiſsime conſtat,nihil poteſt apertius dici. Cyprianus martyr,in ſermone de cœna domini hæc ait:Panis iſte quem dominus diſcipulis porrigebat,non effigie,ſed natura mutatus,omnipotētia verbi factus eſt caro,& ſicut in perſona Chriſti humanitas videbatur & latebat diuinitas,ita ſacra- *Cyprian.* mento viſibili ineffabiliter diuina ſe infudit eſſentia,vt eſſet religioni circa ſacramēta deuotio, & ad veritatem cuius corpus ſacramēta ſunt,ſyncerior pateret acceſſus vſque ad participationem ſpiritus, non quod vſque ad conſubſtantialitatem Chriſti, ſed vſque ad ſocietatem germaniſsimam eius hæc vnitas peruenisſet.Hæc Cyprianus.Quibus verbis nihil poteſt dici apertius,cum dicat panem non effigie ſed natura mutatum eſſe,& omnipotētia verbi factum eſſe carnem. Hanc enim naturæ panis mutationem
D qua factus eſt caro nos vocamus conuerſionem aut tranſſubſtātiationem. Cyprianus item,adhuc eandem ſententiam iterum apertius docet,in ſermone de vnctione chryſmatis,ſic dicēs:Dedit itaque Dominus noſter in menſa,in qua vltimum cum Apoſtolis participauit conuiuium, propriis manibus panem & vinum :in cruce verò manibus militum corpus tradidit vulnerandum,vt in Apoſtolis ſecretius impreſſa ſyncera veritas & vera ſynceritas exponeret gentibus, quomodo vinum & panis caro, eſſet& ſanguis,& quibus rationibus cauſæ effectibus conuenirent, & diuerſa nomina vel ſpecies ad vnam reducerentur eſſentiam, & ſignificantia & ſignificata eiſdem vocabulis cenſerentur.Hæc Cyprianus.In quibus verbis non ſolum nobiſcum ſentit de conuerſione panis in corpus, & vini in ſanguinem Chriſti,ſed etiam reſpondet iis quæ aduerſarii noſtri nobis in hac parte obiicere ſolent. Nam dicit vnam tantum eſſe ſubſtantiam ſiue eſſentiam quæ duobus nominibus videlicet panis & carnis appellatur, & no-

men ſubſtantiæ prioris quàm ille appellat cauſam tribui ſubſtantiæ poſteriori videlicet corpori Chriſti, quod ille vocat effectum : & ob hanc cauſam dicit, corpus Chriſti vocari panem. Si Cyprianus dicit vnam tantum ibi eſſe eſſentiam, & duo eſſe illius nomina oportet vt iuxta illum ibi non ſit panis ſed ſolum corpus Chriſti, quia aliàs non vna tantum eſſet eſſentia duobus nominibus appellata.

Pontianꝰ Papa. Pontianus, Papa & martyr (huic ſententiæ etiam fauet) qui fuit temporibus Alexandri Imperatoris. Is enim in epiſtola prima, quæ eſt, ad Felicem Sucribonum, hæc ait: De ſacerdotibus autem domini, quos nos audiuimus contra prauorum hominum inſidias adiuuare, eorumque cauſas portare, ſcitote vos in eo valde, Deo placere, qui ſibi eos ad ſeruiendum aſciuit, & familiares in tantum ſibi eſſe voluit, vt etiam aliorum hoſtias per eos acceptaret, atque eorum peccata donaret, ſibique reconciliaret. Ipſi quoque proprio ore corpus domini conficiunt, & populis tradunt. Hæc Pontianus papa. In quibus verbis id potiſſimum ānotādum eſt, quod dicit ſacerdotes conficere corpus Chriſti. Non poſſūt autem cōficere corpus domini, niſi verbis ſuis per ſecretā Dei poteſtatem illic aſsiſtētem, panem conuerterent in corpus, & vinum in ſanguinem Chriſti. Irenæus, Apoſtolorum temporibus vicinus, lib. 5. aduerſus hæreſes, ſic ait: Quando ergo & mixtus calix, & fractus panis percipit verbum Dei, fit Euchariſtia ſāguinis & corporis Chriſti, ex quibus augetur & cōſiſtit noſtrę ſalutis ſubſtātia, quādo negāt carnē capacē eſſe donationis dei, quæ eſt vita æterna, quæ & ſanguine & corpore Chriſti nutritur, & membrum eius fit. Hæc Ireneus. Teleſphorus papa & martyr, in epiſtola ſua decretali quā ſcripſit, ad omnes Chriſti fideles, de miſſarum celebratione loquens, hæc ait: Miſſarum celebrationes ante horam diei tertiā minimè ſūt celebrādæ, quia & eadem hora Dominus crucifixus eſt, & ſuper Apoſtolos ſpiritus ſāctus deſcēdiſſe legitur. Ab epiſcopis autem idem Angelicus hymnus pro tempore & loco, in miſſarum ſolemniis celebrādus eſt, atque ſolemniter recitandus. Ipſi enim qui proprio ore corpus domini conficiunt, ab omnibus ſunt audiendi, obediēdi, atque timēdi. Hęc Teleſphorus papa, qui fuit aliquātulo vetuſtior Irenæo: quoniā hic fuit ſub Seuero & Pertinace imperatoribꝰ, Teleſphorus autē, vt Damaſus in ſuo pontificali refert, fuit ſub Antonino pio imperatore. Et in verbis iſtius Teleſphori idem annotare oportet, quod ſupra in verbis Pontiani annotauimus. Nā ſi per ſacerdotis verba panis nō conuertitur in corpus Chriſti, nō eſt alia via qua ſacerdos corpus illud cōficere poſsit. Quia nec generat illud, nec vllo modo producit, neque verā vllā efficientiā circa corporis illius ſubſtantiam habet. Neque ſatis eſſet ad hoc, ſi illud corpus de cœlo ad terrā verbis ſuis deſcēdere faceret: quia qui rem aliquā de vno loco ad aliud trāſmutat, non propter hoc recte dicitur quod vere cōficiat illam. Hæc ergo tā multa & tātorum virorum teſtimonia ſatis eſſe debent, vt oſtēdamus Luthero tranſſubſtātiationē nō eſſe nouā, nec trecētenariā, vt ipſe aſſerit, ſed multo vetuſtiorem, nempe ab ipſis Eccleſiæ primordiis proditā. Quòd ſi de vocabulo cōtēdat id eſſe nouū, nos nō verba curamus, ſed res: quoniā vocabulorū proprietates inquirere, grāmaticorum eſt munus: nō theologorum. Nā ſi de re cōſtat, vocabuli nouitas nō debet orthodoxum offēdere, vt beatus Athanaſius ait, in ea quā habuit aduerſus Arriū diſputatione. Nouis nāque hæreſibus ſuccedētibus Eccleſia nouit vocabula noua cōfingere ad clarius res exprimēdum, & hæreſibus obuiādum. Cum enim in ipſo naſcētis Eccleſię initio quiſquā ab eo nomē acciperet, à quo baptizabatur, aut à quo edocebatur, ita vt diceret: Ego ſum Pauli, ego ſum Cephę, ego ſum Apollo, factum eſt hac de cauſa ad obuiādum huic peſti, vt omnes Chriſto initiati communi vocabulo vocarētur Chriſtiani, quod nomen primum Antiochiæ hac occaſione natum eſſe hiſtoriæ prodūt. Poſtea etiā ſurrexit Arrius docēs filium patri inæqualem, nec eiuſdem ſubſtatiæ: cui hæreſi Eccleſia obuians effinxit ſibi nomen conſubſtātialitatis, nunquam in ſacris literis repertum. Sic etiam videns hæreticos inſurrexiſſe qui dicerent panem manere ſimul cum corpore, ad denotādum panem minime poſt conſecrationem ſuperſtitem, ſed eſſe verſum in corpus, nomen trāſſubſtantiationis cōfinxit, quod rem, vt apparet adeò clare applicet, vt nullū hæreſis veſtigium poſt ſe relinquat. An autē cōgrue, aut ornate, aut pollite explicet, non curo, modo fideliter ac catholice doceat. Neque video cauſam quare non habeat hāc autoritatem Eccleſia fingēdorum vocabulorū, ſicut & quālibet rempublicā habuiſſe dignoſcitur, ex quorum cōſenſu & fictione cōcordi vocabula vim accepêre ſignificatiuam. Sed iam opus eſt vt oſtēdamus Eccleſiam de hac re definientem. Cōcilium Lateranenſe ſub Innocentio tertio celebratum ſic definit: Vna eſt fidelium vniuerſalis Eccleſia, extra quā nullus omnino ſaluatur, in qua idem ipſe ſacerdos & ſacrificium Ieſus Chriſtus, cuius corpus & ſāguis in ſacramēto altaris ſub ſpeciebus panis & vini veraciter continetur, tranſſubſtantiatis pane in corpus, & vino in ſanguinem poteſtate diuina, vt ad perficiēdum myſteriū vnitatis, accipiamus ipſi de ſuo quod accepit ipſe de noſtro. Hæc Concilium. Et ponuntur hæc verba in volumine epiſtolarum decretaliū, tit. de ſum. trin. & fid. cat. in capitulo, firmiter credimus. Poſtremo cōcilium Tridentinum ſub Iulio tertio celebratum, ſeſſione tertia, cap. 4. docet quid de hac re neceſſario ſentiēdum ſit, ſic inquiēs: Quoniam autem Chriſtus redemptor noſter, corpus ſuum, id quod ſub ſpecie panis offerebat verè eſſe dixit, ideo perſuaſum ſemper in Eccleſia dei fuit, idque nūc denuo ſancta hæc ſynodus declarat, per cōſecrationem panis & vini, cōuerſionem fieri totius ſubſtātiæ panis in ſubſtātiam corporis Chriſti domini noſtri, & totius ſubſtantiæ vini in ſubſtantiam ſanguinis eius, quæ cōuerſio cōueniēter & proprie à ſancta Catholica Eccleſia tranſſubſtātiatio eſt appellata. Et poſt datā hanc doctrinam à cōcilio, ne quis cōtra illā docere, aut ſētire præſumat, canonem latę ſentētiæ qui eſt ſecundus in ordine contra hūiuſmodi præſumptores protulit, cuius verba ſunt hæc: Si quis dixerit in ſacroſanctæ Euchariſtiæ ſacramēto remanere ſubſtantiā panis, & vini vnà cum corpore & ſāguine domini noſtri Ieſu Chriſti, negaueritque mirabilē illā, & ſingularem cōuerſionem totius ſubſtātiæ panis in corpus, & totius ſubſtātiæ viui in ſanguinem, manentibus dūtaxat ſpeciebus panis & vini, quam quidem conuerſionem catholica Eccleſia apertiſsime tranſſubſtantiationem appellat, Anathema ſit.

Act. II.

Cōcilium Latera.

Cōcilium Tridētinū

A

B

C

ma ſit. Hactenus Concilium Tridentinum. In quibus verbis definiuntur omnia quæ huic negocio vi-
D debantur neceſſaria.

SExta hæreſis eſt quæ aſſerit pro calicis conſecratione non eſſe apponendũ vinum, ſed ſolam aquam. Hic eſt error quorundam qui ab effectu vocati ſunt Aquarij. Sic enim eos beatus Auguſt. in lib. de hæreſibus. cap. 4. appellat: nec tamen quam pro ſe habeant rationem, refert. Verum ex Eccleſiaſtico dogmate proximè citando conſtat eos ſobrietatem adeò diligere, vt eius conſeruandæ cauſa etiam pro calicis conſecratione vinum euitandum putent. Quis fuerit huius hæreſis autor, & quo tempore cœperit, apud neminem inuenire potui. Aduerſus hunc errorem tres Euãgeliſtæ pugnant, Matthæus ſcilicet Marcus, & Lucas. Hi enim omnes referentes modum dominicæ cœnæ, dicunt Chriſtum calicem porrexiſſe diſcipulis, & vt oſtenderent quem illis in calice liquorem præbuerit, addiderũt verba Chriſti dicentis: non bibam amodò de hoc genimine vitis vſque in diem illum, cum illud bibam vobiſcũ nouum in regno patris mei. Ex quibus verbis ſatis apertè oſtenditur eum liquorem quem Chriſtus diſcipulis in calice potandum dedit, fuiſſe genimen vitis, nempe vinum. Quòd ſi quis fortè pertinax contendat de alio quopiam vitis fructu eſſe illa verba intelligenda, hoc plurimorum conciliorum definitionibus reiicitur, quæ aſſerunt vinum in calice eſſe neceſſarium pro ſanguinis conſecratione, vt panis pro corporis conſecratione. Concilium nanque Lateranenſe ſub Innocentio tertio celebratum, inter alia ſic definit: Vna verò eſt fidelium vniuerſalis Eccleſia, extra quam nullus omnino ſaluatur. In qua idem ipſe ſacerdos eſt ſacrificium Ieſus Chriſtus, cuius corpus & ſanguis in ſacramento altaris ſub ſpeciebus panis & vini veraciter continentur. Hæc concilium. Ex quo patet ſub ſpecie vini ſanguinem latere, & non ſub ſpecie aquæ. Alia ſunt inſuper concilia quæ hoc exprimunt, quæ quoniam aduerſus proximè deſcribendam hæreſim iterum citanda ſunt, prætereo vſque ad locum illum. Accedit huc etiam quòd ſigna debent eſſe aliqua ex parte ſimilia ſignatis. At inter aquam & ſanguinem nulla verſatur ſimilitudo, præcipuè ſi philoſophis credimus, aſſerentibus puram aquam nullius eſſe alimenti. Non erat ergo conſentaneum aquam in ſignum ſanguinis inſtitui.

Aquarij.

Mat. 26.

Cõcilium Lateranenſe.

A

SEptima hæreſis eſt quæ cum hac proxime enarrata velut ex diametro pugnat. Nam hæc ſic vinum in calice apponit quòd nullam penitus miſcet aquam, aſſeritque eam minimè miſcendã eſſe. Hic eſt error Græcorũ, à Guidone Carmelita vndecimo loco inter errores Græcorum locatus. Eſt etiam error Armenorum, quem Guido, 24. ordine recenſet. Pro eius erroris reprobatione eſt vnum hoc iaciendũ prius fundamentum, quòd modica ſcilicet aqua vino mixta, in vini ſubſtantiã conuertitur, aut in ſua ſubſtantia ſine conuerſione manens, cum modica ſit, minoriſque efficaciæ quàm vinum, nõ vertit vinum à ſua natura. Vtrum autem horum ſit verius, non ſum adeò demens vt audeam definire, quod Innocentius. 3. pontifex ſummus, vir alioqui doctiſſimus, non auſus eſt definire, prout in cap. cum Marthæ, tit. de celebratione miſſarum, patet. Hoc ergo iacto fundamento, facile hoc noſtrum, id eſt, catholicum ſuperædificabimus dogma. Nam hoc ſacramentum in memoriam dominicæ mortis fit, Paulo teſtante, qui ait: Quotieſcunque manducabitis panem hunc, & calicẽ bibetis, mortem domini annunciabitis donec veniat. At Chriſto mortuo (vt eſt apud Ioãnem) vnus militum lancea latus eius aperuit, & cõtinuo exiuit ſanguis & aqua. Vt ergo ſacramẽtum calicis velut perfectũ ſignum illud repræſentet, oportet vt in calice aqua vino miſceatur, quæ aquam de Chriſti latere ſimul cum ſanguine exeuntem repræſentet. Quod etſi ex Chriſti inſtitutione nõ eſſet, eccleſia nihilominus hoc ſtatuere poterat, quum aqua (vt diximus) vinum cui miſcetur, nõ deſttuat. Hoc autem ita faciẽdum eſſe, atque ita eſſe factum ab ipſis eccleſię primordiis pluribus edocemur teſtimoniis. Cyprianus libro ſecundo epiſtola tertia, quæ eſt ad Cecilium, hæc ait: Quando autem in calice vino aqua miſcetur, Chriſto populus adunatur, & credẽtium plebs ei, in quem credidit, copulatur & iungitur. Quæ copulatio & coniunctio aquæ & vini ſic miſcetur in calice domini, vt commixtio illa non poſſit ab inuicem ſeparari. Vnde eccleſiam, id eſt, plebem in eccleſia conſtitutam fideliter & firmiter in eo quod credidit perſeuerãtem, nulla res ſeparare poterit à Chriſto, quo minus hæreat ſemper & maneat in diuina dilectione. Sic autem in ſanctificando calice domini offerri aqua ſola nõ poteſt, quomodo nec vinũ ſolũ poteſt. Nam ſi vinũ tãtum quis offerat, ſanguis Chriſti incipit eſſe ſine nobis. Si verò aqua ſit ſola, plebs incipit eſſe ſine Chriſto. Quãdo autẽ vtrũque miſcetur, & adunatione cõfuſa ſibi inuicem copulatur, tunc ſacramẽtũ ſpirituale & cœleſte perficitur. Alexander autẽ primus, apoſtolis vicinus (nam ſub Aelio Adriano imperatore eccleſiã rexit) ſic ait in decretis ſuis, quæ in. 1. to. cõciliorũ generaliũ inſeruntur. In ſacramẽtorũ quoq; oblationibus, quę intermiſſarũ ſolennia domino offerũtur, paſſio domini miſcẽda eſt, vt eius, cuius corpus & ſanguis conficitur, paſſio celebretur: ita vt repulſis opinionibus ſuperſtitionũ, panis tãtum & vinum aqua permixtũ in ſacrificio offerãtur. Nõ debet enim (vt à patribus accepimus) & ipſa ratio docet, in calice domini aut vinum ſolũ, aut aqua ſola offerri, ſed vtrũq; permixtũ, quia vtrunq; ex latere eius in paſsione profluxiſſe legitur. Hæc ille. Vides hic papã ſanctũ ſimul atq; doctũ, vicinũque apoſtolorũ tẽporibus, teſtari ſe ita à patribus nẽpe ab apoſtolis vel eorũ diſcipulis ſuſcepiſſe. Et inter Eccleſiaſtica dogmata, quæ B. Auguſt. (vel vt alii volunt, Gennadius) vno volumine collegit. 75. loco tale dogma locatur: in Euchariſtia nõ debet pura aqua offerri, vt quidã ſobrietatis fallũtur imagine, ſed vinum cũ aqua mixtũ, quia & vinum fuit in redẽptionis noſtræ myſterio, cum dixit: Non bibam amodò de hoc genimine vitis: & aqua mixtũ, non quod poſt cœnam dabatur, ſed quod de latere eius lancea perfoſſo aqua cũ ſanguine egreſſa, vinũ de vera eius carnis vite cũ aqua expreſſum oſtendit. Hactenus Eccleſiaſticũ dogma. Præterea in collectario quod beatus Martinus Braccharenſis epiſcopus fecit ex conciliis oriẽtalibus. 55. cap. ſic habetur: Non oportet aliquid aliud in ſanctuario offerri præter panẽ, & vinũ, & aquã, quæ in typo Chriſti benedicũtur, quia dũ in cruce penderet, de corpore eius ſanguis effluxit & aqua, hæc tria vnũ ſunt in Chriſto Ieſu. Hæc hoſtia

Græci.

Armeni.

1. Cor. 11.

Ioan. 19.

B

C

& oblatio Dei in odorem ſuauitatis. Hæc ibi. Rurſus Carthaginenſe concilium tertiũ in ſuorum decretorum cap. 24. ſic habet: In ſacramentis corporis & ſanguinis domini nihil amplius offeratur, quàm ipſe dominus tradidit, Hoc eſt panis, & vinum aquæ mixtũ. Ex quibus verbis videtur cõcilium quidpiam plus aſſerere, ſcilicet Chriſtum ita tradidiſſe, vt ſcilicet aqua vino miſceretur. Quòd etſi textus non ſit ſcripturę expreſſus, mihi tamen valde probatur, quòd ſobrietatis cauſa crederem Chriſtum aquam vino miſcuiſſe. Cui alludere videtur illud Salomonis: Sapientia ædificauit ſibi domum, excidit columnas ſeptem, immolauit victimas ſuas, miſcuit vinum, propoſuit menſam ſuam. Miſit ancillas ſuas vt vocarent ad arcem, & ad mœnia ciuitatis. Si quis eſt paruulus, veniat ad me. Et inſipiẽtibus locuta eſt: Venite, comedite panem meum, & bibite vinum quod miſcui vobis. Pòſt concilium Carthaginenſe Sexta generalis ſynodus in ſpeciali contra ipſos Armenos canone. 32. per ſequentia verba definiuit. Quoniam nouimus in Armeniorum regione vinum tantum in ſacra menſa offerri, aquam illi non miſcentes qui incruentum ſacrificium peragunt, prætexentes eccleſiæ doctorem Ioannem Chryſoſtomum in interpretatione Matthæi hoc aſſerentem. Vt iam nunc ab ignorantia liberentur, illius patris mẽtem orthodoxè aperimus. Cum enim antiquam Hydroparaſtarum hæreſim, qui pro vino ſolam aquam in ſacrificio vſi ſunt, ſubuerteret, illam orationem compoſuit, in qua aqua in ſacrificio miſſæ adiũctionem amouere illi exiſtimãt, cum tamen non doceat ſanctus per ſolum vinum oblationem fieri, quandoquidem & ſuæ eccleſiæ vbi eſt illi paſtoralis adminiſtratio tradita, aquam vino miſcendam tradidit, quando incruentum peragi ſacrificium oportet, ex pretioſo & honorando noſtri redemptoris ſanguine & aqua contemperationem attendens, quæ in totius mundi viuificationem effuſa eſt, & peccatorum redemptionem. Et in omni etiam eccleſia vbi ſpiritalia luminaria refulſerunt, hic ordo diuinitus traditus ſeruatur. Nam & Iacobus domini noſtri Ieſu Chriſti ſecundum carnem frater, & Baſilius Cæſariẽſis Archiepiſcopus, cuius gloria omnem terrarum orbem peruaſit, myſtico nobis in ſcripto tradito ſacrificio, ita peragendum in ſacro myſterio ex aqua & vino ſacrum poculum ediderunt. Et qui Carthagine cõuenerunt ſancti patres ita aperte tradiderunt. Si quis ergo epiſcopus vel presbyter non ſecundum traditum ab Apoſtolis ordinem facit, deponatur vt imperfectè ac ſimpliciter myſterium enuncians, & quæ tradita ſunt innouans. Hactenus ſexta Synodus. Denique concilium Florẽtinum ſub Eugenio quarto celebratum in definitione fidei Armenis data, loquens de ſanctiſsimo Euchariſtiæ ſacramento, hæc ait. Tertium eſt Euchariſtiæ ſacramentum, cuius materia eſt panis triticeus, & vinum de vite, cui ante cõſecrationem aqua modiciſsima admiſceri debet. Aqua autem ideo admiſcetur, quoniam iuxta teſtimonia ſanctorum patrum ac doctorum Eccleſiæ, pridem in diſputatione exhibita, creditur ipſum dominũ in vino aqua permixta hoc inſtituiſſe ſacramentum. Deinde, quia hoc cõuenit dominicæ paſsionis repræſentationi. Hęc Concilium Florentinũ. Ex his ergo omnibus conſtat aduerſus ſchiſmaticos Grẹcos & Armenos, aquam vino in calicis conſecratione eſſe miſcendam.

Conciliũ Carthaginenſe.

Prou. 9.

D

OCtaua hæreſis eſt, non ſubſtantiam ſacramenti, ſed eius virtutem & efficaciam oppugnans: quæ aſſerit hunc ſacratiſsimum cibum nec prodeſſe quicquam, nec etiam lædere. Huius hæreſis magiſtri atque autores fuerunt Meſſaliani, qui & εὐχῖται, id eſt orantes, vel ἐνθουσιασταὶ, id eſt afflati aut diuini appellantur, quorum hiſtoriam iam ſuprà narrauimus. Hanc eandem tutantur hæreſim Armeni, vt eis impingit Guido Carmelita, dicens hunc eſſe illorũ vigeſimum tertium errorem. Verum hi à Meſſalianis in hoc diuiduntur, quòd Meſſaliani aſſerunt nihil prodeſſe aut lædere. Armeni autem dicũt ſoli corporis ſaluti prodeſſe. Concordi tamen ſententia hi omnes aſſeuerat nihil prodeſſe animæ. Quibus meritò dici poſsit id quod per Malachiã prophetã Dominus ait: At vos ô ſacerdotes qui deſpicitis nomẽ meũ, & dixiſtis, in quo deſpeximus nomen tuum? Offertis ſuper altare meum panem pollutum, & dicitis, in quo polluimus te? In eo quod dicitis, menſa domini deſpecta eſt. Hæc ibi. Nónne deſpectam facit menſam domini, qui dicit eam nullo vſui eſſe? Hæc autẽ aſſertio manifeſtæ hæreſeos conuincitur per ea quæ Ioan. 6. à Chriſto dicta ſunt in huius ſacramenti approbationem & laudem, in quibus non ſemel huius præſtantiſsimi ſacramenti virtus oſtenditur. Qui manducat (inquit Chriſtus) carnem meam, & bibit ſanguinem meum, habet vitam æternam. Nónne ſatis prodeſſe tibi videtur quod manducatum vitam præſtat æternam? Quòd ſi hęc ad futurũ referas, vt ſcilicet intelligatur eum qui manducauerit, in poſterum habiturum vitam æternã, tunc verò cùm primum manducatur, nihil conferre: etiam hoc dicto fateris Euchariſtiam aliquid cõmodi adferre ſuſcipienti. Nam etſi ſola futurorũ ſpes non beet hominem, non eſt tamen dubitandũ multo feliciorẽ eſſe eum qui ſperat (etiã ſi nihil habeat) quàm qui deſperat. Nam qui ſperat, initium quoddam poſſeſsionis habet: quò fit vt in ipſa rei priuatione eum alat ſpes. Sic enim ait beatus Ioannes: Scimus quoniam cum apparuerit, ſimiles ei erimus, quoniãvidebimus eũ ſicuti eſt. Et omnis qui habet hanc ſpem in eo, ſanctificat ſe, ſicut ille ſanctus eſt. Magnũ ergo commodum Euchariſtiã adferre fateris, cũ admittas ex eius mãducatione ius nos quoddã acquirere ad vitã æternam poſt mortem poſsidendam. Præterea tale ius ad habendam in poſterum beatitudinẽ, nullus expers gratiæ habere poteſt. Nam quamuis beatitudo ſit donum dei, vt Apoſtolus ait, gratia dei vita æterna, vel vt alia tranſlatio ait, donum dei vita æterna: hanc tamen gratiam nunquam de plenitudine Chriſti recipimus niſi pro alia gratia qua hic nos prius iuſtificari oportet, vt in eam veniamus indulgentiam qua dicitur: Ibunt iuſti in vitam æternam. Neceſſarium eſt ergo eum qui digne ſuſcipit hoc ſacramentum, ſi in poſterum hac de cauſa habiturus eſt gloriam, ſuſcipere etiam in præſenti gratiam. Verum quò res ſit apertior, alia quæ ſequuntur Chriſti verba referamus: quoniam illa expreſsius noſtrum propoſitum confirmãt: Qui manducat (inquit) meam carnem, & bibit meum ſanguinẽ, in me manet, & ego in illo. Et vt beatus Ioannes in quadam epiſtola ait: Omnis qui in eo manet, non peccat: colligitur hinc manifeſte, hoc Chriſti corpus manducatum, omnem prorſus peccati culpam à nobis abigere, quod non paruum

A

Meſſalia. Armeni.

Malac. 1.

B

1. Ioan. 3.

Rom. 6. Ioan. 1. Matt. 25.

emolumentum

emolumentũ eſt. Nunquam etiam aliquis in Deo manet, aut Deus in illo ſpeciali exiſtentia, niſi per charitatẽ. Qui manet (inquit Ioannes) in charitate, in Deo manet, & Deus in eo. Si ergo qui manducat carnem Chriſti, & bibit eius ſanguinẽ, in illo manet, ergo in charitate & dilectione manet. Nam ſi non diligeret, non maneret in illo, quoniã vt beatus Ioannes ait: Qui non diligit, manet in morte. Qua de cauſa Chriſtus nos alibi monebat in dilectione ſua manere, vt fructum aliquem adferre poſſemus, quò fit vt
C qui hoc ſacramentum recipit, charitatem etiam recipiat, per quam in Deo maneat. Vt autem Chriſtus hòc propoſitum magis cõfirmaret, tertio eandem ſententiam repetit, dicens: Sicut miſit me viuens pater, & ego viuo propter patrẽ: & qui manducat me, & ipſe viuet propter me. Viuens pater miſit filium, quia voluntate patris incarnatus eſt, viuit propter patrem in quantum Deus, nõ quòd ipſe in ſe non haberet vitam, ſed quia non à ſe, ſed à patre naſcens, habuit vitam naſcendo, à quo habuit diuinitatem genitus. Viuit etiam propter patrem in quantum homo, quia voluntate patris factus homo, corpus quod aſſumpſit, viuificauit. Ait ergo: Sicut miſit me viuens pater, & ego viuo propter patrem: & qui mãducat me, viuet propter me, id eſt, quemadmodum homo factus ſum patris voluntate, & homo factus viuo, corpuſque meum vita repleo: ſic qui carnem meã manducat, propter me viuet: quoniam carnem meam habet, quæ viuificatrix eſt propter inhabitantem in ea diuinitatem. Ecce ergo manifeſta Chriſti verba, quibus ſæpe teſtatur magnã vtilitatem manducãtibus hoc ſacramentũ ſucceſſuram, nempe vitam æternam. Rurſus, ipſum rei vocabulũ hoc indicat. Vocatur etenim Euchariſtia, quod latinè dicitur bona gratia, indito ab effectu vocabulo, quòd magnam gratiam ſumentibus conferat. Deinde cum in hoc ſacramento recipiatur non ſolum corpus aut humanitas Chriſti, ſed ipſa diuinitas humanitati cõiuncta: quis credat Deum aliquem inhabitare, cui non magna dona cõcedat? Quapropter beatus Bernardus hoc ſacramentum cæteris præferens, ait: In hoc ſacramento non ſolum gratia, ſed ille à quo eſt omnis gratia, ſumitur. Quibus verbis expreſsit magis eſſe recipere ipſum totius gratiæ fontem, quod in aliis ſacramẽ-
D tis non ſic corporaliter fit, quàm recipere gratiam quam omnia ſacramenta præſtãt. Magnam ergo gratiam ſacramentum euchariſtiæ præſtat, pro qua in futuro donat vitam æternam. Ex quibus alia multa oriuntur, vt ſancti teſtantur, quorum vnum aut altetũ ſolum citabo. Cyrillus lib. 4. ſuper Ioannem cap. 17. ſic ait: Pias quæſo cogitationes ſuſcipias, ſtudioſe ſanctéque viuas, & benedictione participes, quæ (mihi crede) non mortem ſolum, verumetiam morbos omnes depellit. Sedat enim, quum in nobis maneat Chriſtus, ſæuientem membrorum noſtrorum legem, pietatem corroborat, perturbationes animi extinguit, nec in quibus ſumus peccatis cõſiderat, ſed ægrotos curat, colliſos redintegrat, & ſicut bonus paſtor, qui animam ſuam pro ouibus ſuis poſuit, ab omni nos erigit caſu. Hęc Cyrillus. Quod autem dixit, nec in quibus ſumus peccatis conſiderat, propter peccata venialia dixit, de quibus dicitur: Septies in die cadit iuſtus. Et propter peccata quæ nos latent, de quibus etiam alibi dicitur: Ab occultis meis mũda me domine. Hoc autem ex præcedẽtibus quæ in eiuſdem lib. cap. eodem refert conſtare poteſt. Beatus Chryſoſtomus homilia. 45. ſuper Ioan. de hoc ſanguine in ſacramento nobis exhibito ita ait: Hic ſanguis effuſus vniuerſum abluit orbem terrarũ, de quo multa Paulus ad Hebræos proſecutus eſt. Hic ſanguis abdita & ſancta ſanctorum purgabat. Quòd ſi eius figura tantam habuit vim in templo Hebræorũ, & in media Ægypto liminibus aſperſus, longe magis veritas. Hic ſanguis aureum altare ſignificauit. Sine hoc princeps ſacerdotũ in penetralia ingredi nõ audebat. Hic ſanguis ſacerdotes faciebat, hic ſanguis in figura peccata purgabat. In qua ſi tantã habuit vim, ſi vmbram ita mors horruit, quãtopere quæſo ipſam formidabit veritatem? Hic noſtratum animarum ſalus eſt, hoc lauatur anima, hoc ornatur, hoc incenditur. Hic igne clariorem noſtram mentem reddit, & auro ſplẽdidiorem. Huius ſanguinis effuſio cœlum peruiũ fecit. Admiranda ſanè eccleſiæ myſteria, admirabile ſacrariũ. Ex paradiſo fons ſcaturiit, à quo ſenſibiles fluuii emanarent. A menſa hac prodit fons qui fluuios ſpiritales diffundit. Iuxta hunc
A fontem non ſteriles ſalices germinant, ſed quercus cœlum ipſum attingentes, quæ fructus tempeſtiuos & ſolidos ſemper producunt. Si quis æſtuat, ad hunc fontem ſe conferat, & recreabitur. Mũdat ſqualorem & ſordes: æſtus mitigat, non ſolares, ſed quos ignitę ſagittæ imprimunt. Et enim ortũ ſuum ſupernè habet, inde radicẽ vnde irrigatur. Multi huius fontis riui, quos paracletus diffundit: & filius arbiter eſt, neque bidẽte aut ligone viam facit, ſed animos noſtros aperit. Hic fons lucis, diffundens radios veritatis. Hic ſupernæ adſtiterũt virtutes, fluctuum eius pulchritudinem inſpiciẽtes. Nam manifeſtius quàm nos illæ propoſitorum virtutem & fulgorem inacceſſibilem intuentur. Hucuſque Chryſoſtomus, quem tam prolixe citaui, vt videãt hi hæretici, aut qui eos poſtmodũ ſequentur quãtum hic ſanctus huic præſtãtiſſimo ſacramento tribuerit, qui cùm multa elegantiſsimeque dixerit, nec tamen rem abſoluit, quoniam idquod laudabat, maius re vera eſt omni laude. Poſt teſtimonia horum ſanctorum virorum, vt firmiorem & certiorem noſtrã ſententiam efficiamus, operæpretium erit eccleſiæ diffinitionem proferre. Concilium Florẽtinum ſub Eugenio quarto celebratũ in definitione fidei Armenis data de ſacramento euchariſtiæ, diſſerẽs, hæc ait: Huius ſacramẽti effectus, quem in anima operatur digne ſumẽtis, eſt adunatio hominis ad Chriſtũ. Et quia per gratiam homo Chriſto incorporatur, & membris eius vnitur, cõſequens eſt quod per hoc ſacramentum in ſumentibus digne gratia augeatur, omnémque effectum, quem materialis cibus & potus, quod ad vitam agunt corporalem, ſuſtentando, augendo, reparando, &
B delectando, ſacramentum hoc & quo ad vitam operatur ſpiritualem. In quo (vt inquit Vrbanus Papa) gratam Saluatoris noſtri memoriã recenſemus, à malo retrahimur, cõfortamur in bono, & ad virtutum, & gratiarum proficimus incrementum. Hæc concilium Florentinum. Eidem ſententiæ ſubſcribit concilium Tridentinum ſub Iulio tertio celebratum ſeſsione tertia, cap. 2. ſic inquiẽs: Ergo Saluator noſter diſceſſurus ex hoc mundo ad patrem, ſacramẽtum hoc inſtituit, in quo diuitias diuini ſui erga homines amoris velut effudit, memoriam faciens mirabilium ſuorũ, & in illius ſumptione colere nos ſui memo-

1. Ioan. 4.
1. Ioan. 5.
Ioan. 6.
Cyrillus.
Pſal. 24.
Pſal. 8.
Chryſoſt.
Cõcilium Florent.
Cõcilium Trident.

riam præcepit, suamque annunciare mortem, donec ipse ad iudicandum mundum veniat. Sumi autem voluit sacramentũ hoc tanquam spiritalem animarum cibum quo alantur, & confortentur viuentes vi-
Ioan. 6. ta illius, qui dixit: Qui manducat me & ipse viuet propter me, & tanquam antidotum quo liberemur à culpis quotidianis, & à peccatis mortalibus præseruemur. Pignus præterea id esse voluit futuræ nostræ gloriæ, & perpetuæ felicitatis, adeoque symbolum vnius illius corporis, cuius ipse caput existit. Cuique nos tanquam mẽbra arctissima fidei, spei & charitatis connectione astrictos esse voluit, vt idipsum omnes diceremus, neque essent in nobis schismata. Et post datam hanc diffinitionem ne quis contra eã sententiam auderet, canonem quintum latam sententiam contra pertinaces continentẽ protulit, cuius hæc sunt verba. Si quis dixerit, vel præcipuũ fructum sanctissimæ eucharistiæ esse remissionem peccatorum, vel ex ea non alios effectus prouenire, anathema sit. Hactenus concilium Tridentinum.

NOna hæresis, quæ etiam sacramenti efficaci virtuti repugnat. Nam asserit hoc præstantissimum sacramentum, in die cœnæ domini, feria scilicet quinta maioris hebdomadæ confectum, esse maio-
Græci. ris virtutis, quàm alio quolibet die consecratum. Huius erroris duces fuerũt Græci, vt testatur Guido carmelita: qui illorum errores recensens, hunc decimooctauo loco collocat, dicitque eos hac occasione nulla alia die anni quàm die cœnæ conficere, confectumque illo die sacramentum per totum annum conseruare, vt inde infirmis ministretur. Hos Græcos secuti sunt Vvaldẽses. Sic enim idem Guido illis impingit, qui hunc ait esse nonum illorum errorem, nescio tamẽ quos autores secutus, quoniã apud C
vvalden. nullum alium ex his qui illorum errores enumerant, inuenio vllam de hac re factã mentionem. Æneas Syluius libro de origine Bohemorum capite trigesimo quinto recensens Vvaldẽsium errores, nihil tale eos dixisse memorat, alios tamen plures recenset, quorum nunquam meminit Guido. Quapropter vt in aliis, ita etiam hoc valde miror istius boni hominis, nec scire vnquam potui ad cuius exemplar hos errores depinxerit. Hic error manifesta est insania: quoniam non super verum panem verba Christi proferentes, verè conficimus corpus Christi, quocunque die id fiat. Non enim sacramẽtum ex tempore pendet, sed ex materia & forma, pane scilicet, & Christi verbis debita intentione prolatis. Christus enim di-
Luc. 22. cens Apostolis suis: Hoc facite in meam cõmemorationem, non dixit vt hac sola die quæ per annorum volumina obueniisset, hoc sacramentum conficerent. Nihil tale dixit, nullã eis temporis legem præscri-
1. Cor. 11. psit, sed absolute ait: Hoc facite in meam commemorationem. Et Beatus Paulus Corinthios edocens, ait se tradere illis quòd a domino acceperat. Quale autem sit illud, inter alia subiungit: Quotiescunque enim manducabitis panem hunc, & calicem domini bibetis, mortem domini annunciabitis donec veniat. Non dixit, in die anniuersaria cœnæ dominicæ, sed ait: quotiescunque. Si quocunq; die, quacũque hora verba Christi debita intentione super panem proferantur, verè conficitur corpus Christi, quî ergo fit vt in die cœnæ domini confectum, maiorem virtutem hoc sacramentum habeat, quàm alio quocunque die? Si idem corpus est sub illis panis speciebus quocunque die conficiatur, ergo quãtum ad sacramentum spectat, eadem erit operatio. In operationibus siquidẽ naturalibus hoc euenit, vt causa inuaria ta, subiectoque manẽte vniformi, idem semper sequatur effectus. In liberis autem actionibus qualis est ista, variatio actionis à sola voluntatis mutatione oritur. At Deus huius sacramenti vim & virtutem no- D
bis exprimens, absolute dixit: Qui manducat meam carnem, & bibit meum sanguinem, in me manet & ego in eo. Non dixit, qui manducat me hoc aut illo die, in me manet: sed absolute dicens, qui manducat meã carnem, & bibit meum sanguinem: immediate subiunxit, in me manet, & ego in eo. Quòd si dierum discrimen statuere voluisset, addidisset certè: Qui autem mãducauerit carnem meam hoc die plus ex me habebit, aut plus gratiæ recipiet, quàm alio quolibet die. Verũ cum nil tale admonuerit, quid fabulantur insani Græci? Sed non est mirandum, quia hic est Græcorum genius, vt nunquam nugari desinant, semper in anilibus fabulis fingendis operam consumant. Beatus namque Cyrillus in lib. 6. aduersus Iulianum apostatam refert Solonem hoc conuicio fuisse à quodam Ægyptio affectum: Vos Græci quando à pueritia aut infantia discedetis? vsque adeo eos pueros ac vanos existimauit.

DEcimus error est circa præparationem animi ad huius sacramẽti receptionem, asserens hãc præparationem non oportere fieri per peccatorũ suorũ dicussionem, & eorundem cõfessionem: nec vl-
Lutherus lam pœnitentiam requiri, sed solam fidem, qua scilicet credant & confidant se gratiam ibi consecuturos. Huius tam pestiferi erroris autor factus est Martinus Lutherus, neminem in hac re ducem sui erroris habens: quod raro contigit ei. Nulla enim est assertio eius ex his venenosis per Germaniam ab eo diffusis, quæ alium non habuerit autorem ab Ecclesia (vt nunc Lutherus est) reiectum, præter hanc quam modo pertractauimus, aut fortè alteram quam cum sua damnatione Lutherus inuenit. Quanquam & hanc etiam ex autoritate Cypriani inferius citãda patebit fuisse olim, nec tamen impune, sicut eam nũc Lutherus docet. Vt autem clarius insana Lutheri mens pateat, eius verba subiũgam, quæ talia sunt. Ma-
gnus error est eorum qui accedunt ad sacramentũ eucharistiæ, huic innixi, quòd sint confessi, quòd non A
sint sibi cõscii alicuius peccati mortalis, quòd præmiserint orationes suas & præparatoria: omnes illi iudicium sibi manducant & bibunt. Sed si credant & confidant se gratiam ibi consecuturos, hæc sola fides facit eos puros & dignos. Hæc Lutherus. Hunc eundem errorem aliqua ex parte docet Thomas de Vio cardinalis vulgò nominatus Caietanus. Hic enim docet, nõ esse necessarium ex iure diuino, vt qui peccati mortalis sibi conscius est, se per sacramentalem confessionem præparet ad eucharistiam suscipiendam: sed tantum hoc dicit esse necessarium ex determinatione ecclesiæ semel in anno, quando videlicet in Paschate oportet recipere eucharistiam, alio autem tempore dicit satis esse cordis contritionem. Vt
Thomas de Vio. autem verbis meis integra præstetur fides, verba illius citabo, quæ ille refert in sua summa de peccatis, in titulo de confessione, sic inquiens: Tempus autem necessitatis respectu actualis confessionis nescio aliud quàm tempus periculi mortis ex diuino iure, & semel in anno ex determinatione ecclesiæ. Adminis-

niſtrandum autem ſacramenta ſine nouo peccato mortali, eademque ſuſcipiẽda, & alia eiuſmodi, quæ mundamexigunt conſcientiam: contritionem ſufficere conſtat. Hæc Caietanus qui non ſolum ea quæ diximus docet, ſed indubitata & manifeſta eſſe affirmat. Vt autem oſtẽdamus hãc aſſertionem eſſe hæreticam, conſiderare prius oportet quid & quale hoc ſacramentum ſit. Nónne cibus? Certè credo hoc non inficiabitur Lutherus, qui nõ adeò inſanit vt cum Oecolampadio neget veritatem corporis & ſanguinis Chriſti. Quanquam ſic inſanire optauerit, anxieq́, modum quæſierit quod id faceret, vt ipſemet teſtatur in quadam epiſtola ad Argentinenſes de hac re miſſa, quã fateor me non legiſſe, præter quoddam eius fragmentũ quod Dominus epiſcopus Roffenſis citat in penultimo capite totius operis de veritate corporis & ſanguinis aduerſus Oecolãpadium. Roffenſi autem, quum ob eius vitæ candorẽ maximè fidam quòd talia non imponeret Luthero: verba quæ ille ex Luthero citat, hic inſerere decreui. Hoc (inquit Lutherus) diffiteri nec poſſum, nec volo, quòd ſi Carolſtadius, aut alius quiſpiã ante quinquennium mihi perſuadere potuiſſet in ſacramento prætet panem & vinum eſſe nihil, ille magno beneficio me ſibi deuinctum reddidiſſet. Grauibus enim curis anxius in hac excutienda materia multum deſudabam, omnibus neruis extẽſis me extricare & expedire conatus ſum, quum probè perſpiciebam, hac re papatui cum primis me valde incommodare poſſe. Hæc Lutherus. Attende obſecro Lector quo ſpiritu Lutherus ducatur, qua intentione ſacramentorum myſteria perſcrutetur, vt ſcilicet papatui incommodaret. Qui alteri nocere cupit, is certè non habet ſpiritum Dei. At qui ſpiritu Dei caret, quo ſpiritu penetrabit adyta ſacramentorum, & myſteriorum diuinorum? Suo? nequaquam: quoniam illa iam myſteria eſſe deſiiſſent, ſi noſter ſpiritus inueſtigare ac intimè perſcrutari ea valeret. Sed iam ad cœptũ prius negocium reuocemus orationem. Lutherus ergo fatetur in Euchariſtia eſſe verum corpus & verum ſanguinem Chriſti, admittitque hanc ſacratiſſimam Euchariſtiam cibum eſſe, nec tamen ſolũ corporis, qnin potius animæ, quõ eam nutriat, impinguetque. Nam hac occaſione Paulus Corinthios non ſine ſtomacho reprehendit, quòd nullum huius cibi feciſſent diſcrimen ab aliis quæ in ſolius corporis alimoniam ſumuntur. At cum nihil nutriatur niſi quod viuit, oportet vt quiſquis hoc ſacramẽtum perceperit, prius vitam habeat, vt eo nutriri poſſit: Omnis autem qui peccat, manet in morte. Omnis ergo qui hoc myſterium ſuſcepturus eſt, eam oportet faciat diligentiam, quæ vt immunis ſit à peccato, eſt neceſſaria. Qui autem peccatis fuerat maculatus, nulla poſtmodum per pœnitentiam expiatione facta, ſola fides (vt ſupra oſtendimus, & infra adhuc longius differemus) minimè eum emundat. Neceſſarium eſt ergo vt qui peccauerit, quoniam Deo mortuus eſt, per pœnitentiam prius vitam recuperet antequàm hoc ſacramentum recipiat, ſi illo nutriri atque impinguari vult, quoniam hic cibus eſt viuorum, & non mortuorum. Præterea beatus Paulus Corinthios reprehendens quòd nullam huius cibi ab aliis differentiam feciſſent, docet eos qualiter oporteat eos parari ad huius ſacramenti ſuſceptionem, dicens: Probet ſeipſum homo, & ſic de pane illo edat, & de calice bibat. Qui enim manducat & bibit indigne, iudicium ſibi manducat & bibit, non diiudicans corpus domini. Quid quæſo eſt ſeipſum probare, niſi inquirere vitam ſuam, qualiſnam fuerit diſquirere de operibus num iuſta fuerint, aut aliqua expiatione digna? quemadmodum & alibi dixit? Opus autem ſuum probet vnuſquiſque, & ſic in ſemetipſo tãtum gloriam habebit, & non in altero. Et alibi: Omnia probate, quod melius eſt tenete. Probare ergo Paulo eſt tentare, inquirere, diſcutere. Præcipit ergo Paulus vt homo ſeipſum probet, id eſt, diſcutiat quid intus habeat, qualia ſint opera eius, quale propoſitum in poſterum. Hæc autem diſcuſſio aut probatio non in caſſum fieri præcipitur, nempe vt ſi diſcuſſione præmiſſa in aliquo eum conſcientia mordeat, abſtineat quouſque per pœnitentiam præterita peccata diluerit. Sin verò ſufficienti diſcuſſione atque probata nullus ſcrupulus vrget, ſic de pane illo edat. Quòd ſi non ad hunc ſcopum examinatio illa tendit, fruſtra eam præcipit Paulus, ſi ea nihilo minus neglecta digne hoc ſacramentum ſumeretur. Quod longe à Pauli ſententia eſſe, eius ſequentia verba declarant. Nam quum dixerat: Probet autem ſeipſum homo, & ſic de pane illo edat, ſubiunxit: Qui enim manducat & bibit indigne, iudicium ſibi manducat & bibit. Quibus verbis expreſsit illum indigne manducare, qui prius non ſe probauerit atque diſcuſſerit. Hanc autem expoſitionem eſſe verè germanam literæ, conſtat ex ipſius Pauli dictis: imò adeò eſt germana, quod non poteſt cenſeri expoſitio, cum nil aliud ſit quàm ipſius Pauli verba. Cæterum quò res clarius pateat, Theophylactum Pauli optimum interpretem citabo, qui locum illum Pauli exponens, ſic ait: Conſueuit Paulus cùm aliqua de re ſibi tractanti, alia opportune diſſerenda incideret, & hanc ipſam tranſigere, quemadmodum impræſentiarum cum de mẽſa cœptus ſit ſermo, de myſticis etiam rebus incidente ſermone, & myſtica diſputat, vt pote quemadmodum ſint neceſſaria, & bonorum omnium caput in eo conſiſtere patefecit, vt terſa & nitida conſcientia ad diuina myſteria concedatur: inquitque: Neminem tibi in iudicem propoſuerim prẽter te ipſum. Tua itaque conſcientia examinata diſcuſſaque adito ea myſteria, nõ feſtis modo profeſtiſque diebus, ſed quouis tempore, cum purum te & dignum compereris. Hęc Theophylactus. Deinde hoc ipſum valde confirmat, ſi conſideremus rerum ordinem quem Chriſtus ſeruauit quum diſcipulis ſuis corpus ſuum manducandum præbuit. Antequã enim corpus ſuum apoſtolis exhibuiſſet, legẽ de eſu agni paſchalis prius impleuit, & poſtea diſcipulorũ pedes lauit. Neque id ſine myſterio credendũ eſt eum feciſſe, qui aliàs permiſit diſcipulos, vt teſtatur Euangelium, illotis manibus manducare. Illo nanque facto deſignaret, prius animorum affectus, qui pedibus ſignificantur, eſſe purgandos, quàm quiſpiam ad hoc tam ſublime præſumeret accedere ſacramentũ. Cuius rei figura præceſsit in Exodo, vbi dicitur: Et miſſa aqua lauabunt in ea Aaron & filij eius manus ſuas ac pedes, quando ingreſſuri ſunt tabernaculum teſtimonii, & quando acceſſuri ſunt ad altare vt offerant in eo thymiama domino, ne fortè moriantur. Sic etiã verus ſacerdos Chriſtus, ſecundum tamen ordinem Melchiſedech, adducturus Apoſtolos ſuos ad ve-

1. *Ioan.* 4.

1. *Cor.* 11.

Galat. 6.
1. *Theſ.* 5.

1. *Cor.* 11.

Matt. 15.

Exod. 30.

rum altare, mensam scilicet dominicam, in qua corpus suum omni thymiamate precioſius offerendum erat, prius eorum pedes lauit, eorum purgauit affectus. Propterea dixit: Vos mũdi estis, sed nõ omnes. *Ioan.13.* Vt intelligeret illam pedum lotionem ad animorum affectum esse referẽdam, qua Iudas minimè lotus erat, etsi exteriores eius pedes velut omnium aliorum apostolorum Christus lauisset. His deinde peractis porrigẽs Apostolis corpus & sanguinem suum, admonuit eos, vt quoties hæc essẽt facturi, memores essent tam immensi atque magnifici beneficii illis exhibiti. Hoc nempe sermone eos ad mutuam illi exhibendam charitatem excitans, vt scilicet hæc agẽtes redamaremus eum qui suam erga nos eximiam dilectionem tanto nobis exhibito beneficio ostenderit. Post hæc omnia Euangelistæ commemorant, Iudam, qui parum pio affectu hoc sacramentum sumpserat, vitam cum mala morte commutasse, vt scilicet caueremus nobisipsis, ne si indigne sumeremus, quid simile nobis contingeret, sicut & pluribus aliis postmodum accidisse refert Paulus. *2. Cor.15.* Nam postquam admonuerat, eum qui indigne manducasset, & bibisset, iudicium sibi mãducare & bibere, subiunxit: Ideo inter vos multi infirmi & imbecilles, & dormiunt multi, ac si diceret: quia multi indigne sumpserunt, etiam in hac vita, infirmitate, & repẽtino interitu puniti sunt. Quid ergo futurum speras in alia, nisi quòd multo durius punientur? Ad hæc B *Leui.22.* etiam accedit quod in Leuitico præcipit dominus, dicẽs: Ego dominus. Dic ad eos, & ad posteros eorum: omnis homo qui accesserit de stirpe vestra ad ea quæ consecrata sunt, & quæ obtulerũt filii Israel domino, in quo est immunditia, peribit coram domino. Quòd si ad illam futurorum vmbram aut offerendam, aut tãgendam, tantam Deus exigit munditiam, quanto maiorem credendum est eum exigere ad sui corporis & sanguinis sui oblationem, siue perceptionẽ? Rursus (vt beati Hieronymi verbis vtar) Ioseph ille iustus propterea sindone munda inuolutũ in sepulchro nouo corpus domini sepeliuit, præfigurãs corpus domini accepturos, tam mundam mentem debere habere, quàm nouam. Quòd si præter hæc scripturæ testimonia, aliqua etiam sanctorum patrum quis desideret, quòd ea clarius rem fortẽ explicẽt, quàm vt Lutherus possit eludere, ea iam nunc subiicimus. Augustinus in epistola ad Iulianum comitem sic ait: Ab his pietas domini nostri Iesu Christi nos liberet, & seipsum edendum tribuat, qui dixit: Ego sum panis viuus, qui de cœlo descendi. Qui manducat meam carnem, & bebit meum sanguinem, habet vitam æternam in seipso. Sed vnusquisque antequam corpus & sanguinem domini nostri Iesu Christi accipiat, seipsum probet: & secũdum Apostoli præceptum, sic de pane illo edat, & de calice bibat: quia qui indigne mãducat corpus & sanguinem domini, iudicium sibi mãducat & bibit, non diiudicãs corpus domini. Quãdo enim eum accipere debemus, antea ad cõfessionem & pœnitentiam recurrere debemus, & omnes actus nostros curiosius discutere, & peccata obnoxia si in nobis senserimus, citò festinemus per confessionem & veram pœnitentiam abluere, ne cum Iuda proditore diabolum intra nos cælãtes, pereamus. Hæc August. Quibus verbis nihil potest apertiꝰ dici ad Lutheri temeritatem conuincẽdam. Isichius etiam (Ioanne Trithemio autore) Gregorii Nazianzeni quõdã auditor, super.26. Leuitici, exponẽs illud: Custodite sabbata mea, & pauete sanctuarium meũ, sic ait: Propter quod sanctuarium eius paueamus, vt nec corpus nostrum polluamus, nec ad corpus Christi, in quo *1. Cor.11.* est omnis sãctificatio (in ipso enim omnis plenitudo inhabitat diuinitatis) sine subtili diiudicatione nostri temere accedamus, sed prius nosmetipsos probemus, reminiscẽtes eius, qui dixit: Quicunque mãducauerit panem aut biberit calicem domini indigne, reꝰ etit corporis & sanguinis domini. Probet autem seipsum homo, & sic de pane illo comedat, & de calice bibat. Qualem probationem dicit? Id est, vt in corde mundo atque conscientia, & pœnitentiã eorum quæ olim deliquit, intẽdenti, participetur sanctis ad ablutionem peccatorum suorum. Hęc Isichius, qui nostram, id est, catholicam apertissime cõfirmat sententiam. Gregorius Nissenus frater Basilii magni in libro de mystica vita Mosi, huic sententiæ subscribit, ita inquiens: Illud verò prætermittendum nullo pacto est, quod posteaquam mare transierunt, posteaquam amaritudo aquarum sitiẽti, virtute ligni in dulcedinem cõuersa est, posteaquam delicioſe apud fontes & palmas fuerũt, postea denique quàm ex lapide biberunt, tũc quæ ab Ægypto viatica & cibos sibi assumpserunt, penitus eos defecerunt, tunc omni nutrimento quod ab Ægypto ferebant, absumpto, desuper sibi defluit cibus varius simul & simplex. Simplex visu, atque vnicus. Qualiter varius? Ad singulorum cupiditates se vertens. Quid igitur hic dicimus? Quòd oporteat videlicet fide, baptismate, labore, omni virtute, omni Euãgelica doctrina mundos purosque animos nostros facere. ita vt omnino alienigeni mores, & Ægyptiaca vita, vitiorum scilicet omuium turba, nos deficiat, & demum depurato defecatoq; animo cœlestem cibum esse suscipiẽdnm, quẽ nulla nobis satio agriculturæ artibus produxit, sed panis est absque semine, absque aratione, absq; alio humano opere nobis paratus, D Hactenus Gregorius ille. Beatus Hieronymus in Commẽtariis sũper epistolam ad Titum, declarãs episcopi virtutes, ita scribit: Si autem laicis imperatur vt propter orationem abstineãt se ab vxorum coitu, quid de episcopo sentiendum est, qui quotidie pro suis populique peccatis illibatas Deo oblaturus est victimas? Relegamus Regum libros, & inueniemus sacerdotem Abimelech de panibus propositionis noluisse prius dare Dauid & pueris eius, nisi interrogasset vtrum mundi essent pueri à muliere, nõ vtique aliena, sed coniuge. Et nisi eos audisset ab heri & nudiustertius vacasse ab opere coniugali, nequaquã panes quos prius negauerat, cõcessisset. Tãtum autem interest inter propositionis panes, & corpus Christi, quantum inter vmbram & corpora, inter imaginem & veritatem, inter exemplaria futurorum & ea ipsa quæ per exemplaria præfigurabãtur. Quomodo itaque mansuetudo, patientia, sobrietas, moderatio, abstinentia lucri, hospitalitas quoque & benignitas, præcipue esse debent in episcopo, & inter cunctos laicos eminẽtia: sic & castitas propria, & (vt ita dixerim) pudicitia sacerdotalis: vt nõ solum ab opere se immũdo abstineat, sed etiam à iactu oculi, & à cogitationis errore, mens Christi corpus cõfectura sit libera. Hæc Hieronymus, qui tamẽ nihil de fide commemorat, sed hãc præsupponẽs, vitiorũ

abstinentiam

abſtinẽtiam præcipit,& non qualemcũque,ſed omnino exactam.Cyprianus item martyr beatiſsimus, cuius doctrina cum ſanctitate certat,in ſermone quinto de lapſis,aduerſus hanc inſanam Lutheri aſſertionem ſtrenue pugnat,dicẽs: Emerſit enim fratres dilectiſsimi nouum genus cladis. Quaſi parũ perſecutionis procella ſæuierit,acceſsit ad cumulum ſub miſericordiæ titulo malum fallẽs, & blanda pernicies.Contra euangelii vigorem,contra domini ac dei legem,temeritate quorundam laxatur incautis
A communicatio,irrita & falſa pax,periculoſa dantibus, & nihil accipientibus profutura. Non quærunt ſanitatis pœnitentiam,nec veram de ſatisfactione medicinam.Pœnitentia de peccatoribus excluſa eſt: grauiſsimi extremiq́ue delicti memoria ſublata eſt.Operiuntur morẽtium vulnera,& plaga lethalis altis & profundis viſceribus infixa,diſsimulato dolore contegitur.A diaboli aris reuertentes,ad ſanctum domini ſordidis & infectis nidore manibus accedunt.Mortiferos idolorum cibos adhuc penè ructantes,exhalãtibus nunc etiam ſcelus ſuum faucibus,& contagia funeſta redolentibus,domini corpus inuadunt,quũ occurrat ſcriptura diuina,& clamet & dicat: Omnis mundus mãducabit carnẽ,& anima quæcunque mãducauerit ex carne ſalutaris ſacrificii,quod eſt domini,& immũditia eius ſuper ipſum, & peribit anima illa de populo ſuo.Apoſtolus item teſtetur & dicat:Nõ poteſtis calicem domini bibere,& calicem dæmoniorum: nõ poteſtis menſæ domini communicare,& menſæ dæmoniorum.Idem cõtumacibus & peruicacibus comminetur & denũciet,dicẽs: Quicunq; ederit panem aut biberit calicem domini indigne,reus erit corporis & ſanguinis domini.Spretis his omnibus atque cõtemptis,vis infertur corpori eius & ſanguini eius: plus modo in dominum manibus atq; ore delinquũt,quàm cum dominum negauerũt.Ante expiata delicta,ante exomologeſin factam criminis,ante purgatã cõſcientiã ſacrificio & manu ſacerdotis,ante offenſam placatã indignãtis domini & minãtis,pacem putãt eſſe quam quidam verbis fallacibus venditãt.Non eſt pax illa,ſed bellum. Neque eccleſiæ iungitur qui ab euãgelio ſeparatur. Quid iniuriam beneficium vocãt? Quid impietatem vocabulo pietatis appellant? Quid eis qui flere iugiter,&rogare dominum ſuum debẽt,intercepta pœnitẽtiæ lamẽtatione communicare ſe ſimulãt? Hæc ſunt huiuſmodi lapſis,quod grando frugibus,quod turbidum ſydus ardoribus,
B quod armentis peſtilens vaſtitas,quod nauigiis ſæua tempeſtas.Solatia æternæ ſpei adimunt, arborem à radice ſubuertunt,ſermone morbido ad lethale cõtagium ſerpunt,nauem in ſcopulos, ne in portum perueniat,illidunt.Non cõcedit pacem facilitas iſta,ſed tollit: nec communicationem tribuit,ſed impedit ad ſalutem.Hactenus Cyprianus. Ex quo clare perſpicis lector iam aliàs fuiſſe qui hanc Lutheri demẽtiam tutati ſint,quos tam acriter beatus Cyprianus inſectatur,nec minus facturus nunc, ſi ſuperſtes eſſet aduerſus Lutherum. Denique vt iam finem negocio imponam⁹, Eccleſiaſtica dogmata etiam Luthero in hac parte repugnãt.Nam inter Eccleſiaſtica dogmata per beatum Auguſtinum aut per Gẽnadium in vnum volumen collecta.53.loco tale dogma locatur: Quotidie euchariſtiæ communionem percipere,nec laudo,nec reprehendo. Omnibus tamen dominicis diebus communicãdum ſuadeo & hortor,ſi tamen mens in affectu peccãdi non ſit.Nam habentem adhuc voluntatem peccandi, grauari magis dico euchariſtiæ perceptione quàm purificari: & ideo quãuis quis peccato mordeatur,peccãdi non habeat de cætero voluntatem,& communicaturus ſatisfaciat lachrymis & orationibus,& confidens de domini miſeratione,qui peccata piæ cõfeſsioni donare cõſueuit,accedat ad euchariſtiam intrepidus & ſecurus.Sed hoc de illo dico quem capitalia & mortalia peccata nõ grauãt.Nã quem mortalia crimina poſt baptiſmum commiſſa premunt,hortor prius publica pœnitẽtia ſatisfacere, & ita ſacerdotis iudicio reconciliatum communioni ſociari, ſi vult non ad iudicium & condemnationem ſui euchariſtiam percipere.Sed & ſecreta ſatisfactione ſolui mortalia crimina non negamus, ſed mutato prius ſeculari habitu, & confeſſo religionis ſtudio per vitæ correctionem, & iugi imò perpetuo luctu
C miſerãte Deo,ita duntaxat,vt contraria pro his quæ pœnitet agat, & euchariſtiam omnibus dominicis dieb⁹ ſupplex & ſubmiſſus vſque ad mortem percipiat.Hucuſque Eccleſiaſticum dogma:cui cum Lutherus repugnet,toti eccleſiæ,cui⁹ eſſe dignoſcitur,repugnare cõuincitur,atque ideo meritò hęreticus cenſetur,& vt talis euitatur.Reiecto ergo venenoſo Lutheri dogmate,ſalutiferis eccleſię traditionibus aſſentiẽtes,fateamur ei qui non indigne velit hoc ſacramẽtum percipere,cõtritionem & cõfeſsionem eſſe neceſſariam.Recepto tamen abſolutionis ſacramento qui accedunt,cognoſcẽtes quàm magnus ſit is quem ſuſcepturi ſunt,dicere eos oportet illud Lucæ:Serui inutiles ſum⁹:quod facere debuimus fecimus. Poſt quæ omnia orare oportet Deum à quo ſancta deſideria,recta conſilia,& iuſta ſunt opera, vt ipſe ſibi in anima noſtra dignum prẽparet habitaculum,ſine quo nos nihil validũ facere poſſumus.Sed quia ex confidentia Caietani & æſtimatione eiuſdem,multi illam tueri volebãt,& opere iuxta illius doctrinam exercebant ſanctiſsimam euchariſtiam,ſine ſacramentali confeſsione præuia recipere audentes,ideo eccleſia huic tam pernicioſo morbo occurrere volens, in Concilio Tridentino ſub Iulio tertio ſeſsione.3.cap.7.ſequẽs ſtatuit Decretum. Si nõ decet ad ſacras vllas functiones quempiam accedere niſi ſancte,certe quo magis ſanctitas & diuinitas cœleſtis huius ſacramenti viro Chriſtiano cõperta eſt, eo diligentius cauere ille debet, ne abſque magna reuerẽtia & ſanctitate ad id percipiendum accedat, præſertim cũ illa plena formidinis verba apud Apoſtolum legamus: Qui mãducat & bibit indigne iudicium ſibi mãducat & bibit,non diiudicãs corpus domini.Quare communicare volenti ,reuocãdum eſt in memoriã, eius præceptum, Probet autem ſeipſum homo: Eccleſiaſtica autem cõſuetudo declarat, eam probationem neceſſariam eſſe,vt nullus ſibi conſcius mortalis peccati quantumuis ſibi contritus videatur,abſque præmiſſa ſacramẽtali confeſsione,ad ſacram euchariſtiam accedere debeat, quòd
D à Chriſtianis omnibus etiã ab iis ſacerdotibus quibus ex officio incubuerit celebrare, hæc ſancta ſynodus perpetuo ſeruãdum eſſe decreuit,modo non deſit illis copia cõfeſſoris.Quod ſi neceſsitate vrgente ſacerdos abſque præuia confeſsione celebrauerit,quamprimum cõfiteatur. Poſt hãc doctrinam da-

Luc. 7.

I. Cor. 11. Ibidem.

I. Cor. 11. Ibidem.

tam à concilio Tridentino, ne quis contra illam temerè ſentire aut docere auderet, cõtra huiuſmodi temerarios audaces canonem latæ ſententiæ protulit qui vndecimo loco collocatus, hæc verba retinet: Si quis dixerit ſolam fidem eſſe ſufficientem reparationem ad ſumendum ſanctiſsimum euchariſtiæ ſacramentum, anathema ſit. Et ne tãtum ſacramentum indigne atque ideo in mortem & condemnationem ſumatur, ſtatuit atque declarat ipſa ſancta ſynodus, illis quos conſcientia peccati mortalis grauat, quantumcunque etiam ſe contritos exiſtiment, habita copia confeſſoris, neceſſario præmittendam eſſe confeſsionem ſacramentalem. Si quis autem cõtrarium docere, prædicare, vel pertinaciter aſſerere, ſeu etiam publice diſputando defendere præſumpſerit, eo ipſo excommunicatus exiſtat. Hactenus concilium Tridentinum. Ex quibus verbis, conſtat vtrunque errorem ſuperius enarratum Lutheri videlicet & Caietani, eſſe aperte damnatum. Sed contra Caietani ſentẽtiam id potiſsimum annotare oportet in verbis concilij quod non dixit, ſe ſtatuere nouum præceptum, ſed ſolum declarare id quod re ipſa erat neceſſarium. Aduerſus hanc hæreſim ſcribit dominus epiſcopus Roffenſis in eo opere quod aduerſus omnes Lutheri errores ædidit. Cui rei articulum ſui operis quintum decimum tribuit. A quo præter illam quam proxime citaui Cypriani autoritatem, nihil mutuatus ſum, reliqua autem ſãctorum virorum teſtimonia, quò rem amplius locupletaremus, ex noſtro labore contulimus. Quod ideo te lector admonui, vt etiam ſi hanc noſtram epitomen legeris, non ideo ab illius lectione abſtinendum putes, quòd illic multa quæ te docere poſſint reperies. A

VNdecima de hoc ſacramento hæreſis eſt, aſſerens eos qui aliquibus peccatis fuerint obuoluti, etiã ſi ad menſam dominicã accedant, & à ſacerdote conſecratum panem recipiant, non recipere corpus domini. Huius hæreſis nullum vnquam potui reperire autorem, quanquam reperio illi non defuiſſe patronum. Nam Petrus Lombardus, qui vulgo Magiſter ſententiarum dictus eſt, in quarto libro ſuarum Sententiarum, diſtinctione nona, poſtquam recenſuit quorũdam ſanctorum teſtimonia quæ huic errori in ſpeciem fauere videntur, hæc verba ſubiunxit: Hæc verba & alia huiuſmodi vbi de ſpirituali mãducatione agitur, quidam obtuſo corde legentes, erroris caligine inuoluti ſunt, adeò vt præſumpſerint dicere corpus & ſanguinem Chriſti à bonis tantum ſumi, & non à malis. Hæc Petrus Lombardus. Ex quibus verbis patet fuiſſe olim aliquos qui hunc errorem tuerentur. Nec tamen aliquis ex his omnibus qui ſuper Magiſtrum ſententiarum commentarios ædiderunt, memorat aliquem huius erroris autorem, quod tamẽ ab eis exigẽdum erat, cùm commẽtandi onus ſuſceperint. Sit quiuis huius erroris autor, dum tamen conſtet eum ſemel fuiſſe aſſertum, neceſſarium eſt nobis eum expugnare: quod paucis
1. Cor. 11. Deo autore abſoluemus: Nam Apoſtolus dicens: Qui mãducat & bibit indigne, iudicium ſibi mãducat: manifeſtè aſſerit, quãtumcunque indignum poſſe manducare corpus Chriſti, quãuis talis manducatio valde ſit illi incommoda, nempe quæ iudicium dãnationis illi inferat. Similiter de Iuda proditore cõſtat ex Euãgelio eum in cœna vltima cum aliis apoſtolis ſumpſiſſe corpus dominicum, nec tamen
Ioan. 13. digne, cum iam diabolus miſiſſet in cor, vt traderet eum Iudas. Verum quoniã audio aliquos idvehemẽ B
ter negare, vt apertius rem hãc colligamus, Euangeliſtarum verba oportet referre. Matthæus enim do-
Matt. 29. minicam cœnam enarrans, ſic ait: Veſpere autem facto diſcumbebat cum duodecim diſcipulis ſuis: & edẽtibus illis dixit: Amen dico vobis quia vnus veſtrum me traditurus eſt. Et infrà: Cœnãtibus autem eis, accepit Ieſus panẽ, & benedixit ac fregit: deditque diſcipulis ſuis, & ait: Accipite & comedite: Hoc eſt corpus meum. Et accipiens calicem gratias egit, & dedit illis, dicens: Bibite ex hoc omnes. Ad hũc autem modum ferè omnino eiſdem verbis referunt Marcus & Lucas ea quæ ad cœnam ſpectant. Vides hic primò omnes duodecim primùm cœnę aſtitiſſe, & poſtmodum nulla prorſus adhuc de Iudę receſſu ad principes & ſacerdotes mẽtione facta, ſubditur: Cœnãtibus autẽ eis, omnibus ſcilicet duodecim, accepit Ieſus panẽ, deditq; diſcipulis ſuis. Quo loco quũ nullus excipiatur, intelligendũ eſt omnib⁹ diſcipulis aſtãtibus dediſſe, ac ita dediſſe Iudæ. Hoc autem expreſſius cõuincitur ex calicis diſtributione, vbi dicitur: Bibite ex hoc omnes; ergo & Iudas bibit, quum eũ adfuiſſe cõſtet. Quòd ſi bibit ex calice, cur nõ etiã mãducauit panem cũm etiam in calice (vt proxime oſtendemus) integra ſit Chriſti ſubſtãtia ſicut in pane? Quòd ſi adhuc contẽdas Iudam minimè aſtitiſſe, dicaſque eũ cœna facta in qua cum vndecim fuerat, continuo ante corporis conſecrationem abiiſſe ad principes & ſacerdotes, vt de modo proditionis eos cõueniret, & cum eis paciſceretur, atque ita nec corpus nec ſanguinem, quod alii receparant, recepiſſe: hoc ex Ioanne facile conuincitur. Et vt res ſit apertior, hic conſiderare oportet qualiter Chriſtus (vt Ioãnes teſtatur) bis ad cœnã ſederit, ita vt primò cœnam iuxta ritum Iudaicum agnũ paſchalem edẽdo fecerint: huic cœnæ nullus dubitare poteſt Iudam adfuiſſe, quum teſtẽtur Matthæus Marc⁹, & Lucas, aſtitiſſe duodecim. Hac cœna peracta, ſurgẽs à cœna, lauit pedes diſcipulorum, cuius rei ſolus Ioannes meminit. Quod cum alii Euangeliſtæ prætermiſerint, vix poterit quis ab eis edoceri C
qualiter Chriſtus bis ad cœnam ſederit, quum continua narratione de cœna pertractent, nullum prorſus vnius ab altera diſcrimen ſignãtes. Lotis igitur diſcipulorum pedibus, iterũ Chriſtus rediit ad mẽta ſua: & cum recubuiſſet iterum, dixit eis: Scitis quid fecerim vobis? Et infrà poſt hæc commemorat buccellam datam Iudæ, quum adhuc in menſa eſſent. Ex quibus verbis manifeſtè colligitur Chriſtum bis ad menſam cœnantem recubuiſſe, ſemel antequam diſcipulorum pedes lauerat, atque iterum poſtquam eorum pedes lauit. Et in hoc ſecũdo menſæ accubitu Chriſtus corpus ſuum diſcipulis dedit. De prima cœna eſt quod Matthæus, Marcus, & Lucas aiũt veſpere facto diſcubuiſſe cum duodecim diſcipulis ſuis. Ad ſecũdam cœnam poſt pedum lotionem factã ſpectat quod dicũt: Cœnãtibus autem eis, accepit Ieſus panẽ, & benedixit ac fregit, deditque diſcipulis ſuis, & ait: Accipite & comedite, hoc eſt corpus meũ. In hac autẽ cœna factum eſt quod Euãgeliſtæ referunt Chriſtum dixiſſe: Vnus veſtrũ me-

traditurus

traditurus est,atq; postmodum vt innotesceret Ioanni traditorem futurum Iudam,dicũt panem intinctum Iudę porrexisse.Quòd autem hæc in secunda cœna facta fuerint,in qua suum corpus cõsecrauit, apertè Ioannes & Lucas testantur. Quòd verò alii Euangelistæ natrãt corporis Christi cõsecrationem postquã dixerãt Christum dixisse: Vnus vestrum me traditurus est,hoc est ex communi modo loquendi quo sacræ literæ vtuntur, vt postquam generali locutione aliqua enarrauerit, iterum ad priora quæ
D restabãt clarius differenda redeant.Sic etiam Matthæus,Marcus,& Lucas,de hac cœna differentes sub nomine vnius quasi vna sit,licet lotio pedum fuerit interiecta,continua narratione ea quæ Christus dixit,subiungũt,scilicet: Vnus vestrum me traditurus est,& quæ sequũtur. At his enarratis, ad cœnæ historiam,ex qua aliqua prætermissa fuerãt,redeuntes, subiungunt: Cœnãtibus autem eis: accepit Iesus panem, & benedixit ac fregit, &c, ita vt ab illo loco quandam historiæ retrocessionem factam agnoscas,non autem cõtinuationem: quod ex illa cõiunctione apposita,videlicet autẽ,suspicari licet. Nam si prosecutio illa esset historiæ,dixisset: Cœnantibus eis,accepit Iesus panem. At cum dixerit, cœnãtibus autem eis,credẽdum est historiam ad præterita quæ dicẽda testabant,redire. Hæc autem ideo differui,vt inde appareat Iudam vsque ad vltimã cœnã, siue vsque ad finem cœnæ mansisse cum aliis vndecim. Quò fit vt si Iudas adfuerit; mãducauerit etiam corpus domini & biberit eius sanguinem, prę-
cipuè cũ Christus dixerit: Bibite ex eo omnes. Et Marcus ita illos fecisse quemadmodũ dominus præ- *Mar.14.*
ceperat,testatur dicẽs: Biberũt ex eo omnes. Huic autem sententiæ Lucas apertissimè fauet: qui post- *Luc.22.*
quam verba cõsecrationis calicis dixerat,statim subiungit: Veruntamen ecce manus tradẽtis me, mecum est in mensa. Ex quibus verbis satis patet Iudam fuisse præsentem cum Chtistus consecrauit calicem,&tradidit discipulis.Et cum Marcus dicat,biberũt ex eo omnes,cõuincitur etiam Iudam bibisse. Ne autem hæc ex nostro cerebro dicta videãtur,sacros producam autores,quibus,in hac parte subscripsi. Theophylactus super illud Matthæi vicesimosexto: Cœnãtibus autem eis,accepit Iesus panem,sic ait: Apposuit autem vescentibus, vt ostẽderet crudelitatem Iudæ, quia in mẽsa & communione ciborum illius,quãdo & si fera fuisset,mansuetiorem se exæibibuisset, tũc neq; quum argueretur intellexit,
A sed & corpus illius gustans non pœnituit.Hęc Theophylactus. Et Chrysostomus in Homilia de proditione Iudæ,in eãdem subscribit sentẽtiam,dicens: Fuit quidem aliquãdo pascha Iudaicum,sed exemptum & euacuatum est paschæ spiritalis aduentu,quod Christus tradidit.Nam cùm manducarent(inquit)& beberẽt,accepit panem,& fregit & dixit: Hoc est corpus meũ quod pro vobis tradetur. Agnoscunt quod loquor,qui diuinis sunt cõsecrati mysteriis.Et iterum accepit calicem,& dixit:Hic est sanguis meus qui pro multis effundetur in remissionem peccatorum.Et prẽsens Iudas erat ista Chtisto dicente.Iste est sanguis,dic Iuda,quem triginta denariis vẽdidisti.Iste est sanguis,de quo ante cum Pharisæis pacta fecisti.O Christi misericordia.O Iudæ demẽtia.Ille eum triginta denariis pacisceatut vt venderet,& Christus ei sanguinem quem vendidit offerebat, vt haberet remissionẽ peccatorum.Hæc Chtysostomus,qui expresse asserit Iudam mẽsę dominicæ assedisse, Christumque illi sanguinem suum tribuisse. Augustinus autem tot locis hanc sententiam repetit,vt nesciam quem illorum cæteris præferam.Nam omnes in medium adferte non patitur compendii ratio,quam tenere decreui. Super Ioannem tractatu,50.sic ait: Talis erat Iudas,& tamẽ cũ sanctis discipulis intrabat,& exibat. Ad ipsam cœnam dominicam pariter accessit.Conuersari cum eis potuit,eos inquinare non potuit.De vno pane & Petrus accepit,& Iudas: & tamen quæ pars fidelis cũ infideli? Petrus enim accepit ad vitam,Iudas ad mortem. Quomodo enim ille odor bonus,sic ille cibus bonus. Sicut ergo odor bonus,ita & cibus bonus,bonos viuificat,malos mortificat.Qui enim manducauerit & biberit indignè, iudicium sibi man-
B ducat & bibit.Hæc Augustinus.Quib⁹ verbis nihil potest expressius pro nostra sentẽtia dici.Ex his ergo doctoribus simul cũ Euangelii litera,cõstat Iudam sumpsisse corpus & sanguinem domini. At cùm hoc sumpsit,iam diabolus(vt est apud Ioannem)miserat in cor eius vt dominum suum atque magistrũ *Ioan.13.*
venderet.Colligitur ergo manifestè,eum qui indigne ad mẽsam dominicam accẽdit, verũ Christi corpus accipere, quãuis nihil illi prosit,imò quam maximè obsit,nõ ipsius panis natura,sed ipsius accipiẽtis vitio.Et hoc est quod sub aliis verbis recẽtiores Theologi dixerunt,scilicet quòd talis indignus quãuis manducet sacramentaliter,non tamen spiritualiter,quia corpus manducatum quãtumcunq; sit bonum,ex accipientis malitia illi obest.Sæpe enim comperimus quæ valde bona sunt, aliis ob suam malitiam obesse.Nam si rei bonitas sufficeret accipienti,frustra dominus præcepisset,dicens:Quod iustum est,iustè exequeris.Pro huius ergo rei confirmatione superfluum erit quicquam superaddere,quam satis ex dictis nostrum propositum constet.

Deut.16.

DVodecima hæresis est,quæ asserit,corpus Christi verum non esse in Eucharistia nisi tantum in vsu, hoc est,quãdo quis vtitur ea,accipiẽdo,& edẽdo illã.Aliàs autẽ extra communionẽ,corpus Christi in ea non esse,docet.Ex hoc errore alium similem errorem deducunt, velut putridã aquam ex fonte corrupto.Dicũt enim Eucharistiam nunquam esse seruãdam in altari, aut in quocunque alio loco post missæ celebrationem propter quamcunque verisimilẽ futurã necessitatẽ. Huius erroris pestiferi inuẽtores sunt Lutherani,an autẽ ipse Lutherus illorũ dux,& magister hoc ipsum docuerit,mihi nõ cõstat, nec in illius operibus,quæ hactenus videre potui,simile aliud inueni. Sed hoc tantum legi in quodam libro,à Martino Butzero vt dicitur ędito,cui titulus est,liber reformationis,& postea mutatis aliquibus excussus est,sub nomine cõsultorię deliberationis.Et hũc errorẽ audio ab omnibus Lutheranis nũc publice doceri.Hãc suã hæresim hoc argumẽto isti probare nitũtur,quod Christus ad solam cõmunionẽ,vt putãt,Eucharistiam instituit,quod quàm falsum sit,facillimè cõstare potest,ex his quæ supra di-
C ximus in expugnatione prædictarum hæresum, & multò facilius constare poterit, ex his quæ inferius dicemus in titulo de Missa. Hanc istorum sententiam esse hæreticam, proprio illorum argumento

conuinco. Nam illi quotiescunque contra aliquam nostrã doctrinam argumentãtur, semper exigunt à nobis verbum dei, & scripturã sacram, quæ aperte declaret id quod nos asserimus, & docemus, & cum
Prou. 20. talis aperta scriptura nobis deest, statim proclamant, hominum esse traditionem, & doctrinam Sata-
Deut. 25. nicam. Oportet ergo vt eadem mensura iuxta domini præceptũ, metiamur Lutheranos, qua illi nos meti-
ri volunt. Nã vt ait Sapiens, pondus & pondus, mensura & mensura vtrunq; abominabile apud Deum. Et in lege Mosi prohibitũ erat, ne quis in sacculo diuersa põdera haberet, mai⁹ & minus. Exigamus ergo ab istis Lutheranis, vt proferãt nobis verbũ dei, & sacram scripturam, quę hanc illorum assertionem aperte declaret. Hãc autem vt notissimum est, illi exhibere non poterunt. Et inde necessario consequitur, vt hãc illorum doctrinam, iuxta illorum regulas, traditionem humanam esse dicamus, & inuentionem satanicam. Quoniam Christus pactum nobiscum faciens de sua corporali assistẽtia in Eucharistia post verba consecrationis à sacerdote prolata, nullam addidit conditionem de communione faciẽda: & cùm sacerdotibus dedit potestatem consecrãdi, & conficiendi hoc sanctissimum sacramẽtum, nullam apposuit de communione facienda conditionem. Sed tãtum dixit illis, hoc facite in meã commemorationem. In quibus verbis nulla communionis fit mentio, sed tãtum consecrationis. Lutherani ergo ex sua propria temeritate, ad virtutem consecrationis apponere volunt communionis necessitatem, quam Christus ipse non statuit. Præterea, si ad veram & realem Christi corporis adsistẽtiam in Eucha- D
ristia necessaria esset alicuius accipientis voluntas, sequeretur inde virtutem verborum consecrationis & potestatem sacerdotis ad consecrãdum, pẽdere à voluntate accipientis ita vt quum quis sacræ cõmunionis particeps esse voluerit, tunc Christus ibi adsit, & si nullus fuerit tali voluntate affectus minime ibidem Christus adsit. Hoc autẽ sentire esset impium, & temerariũ, cũ sit cõtra totius Ecclesiæ diffini-
Cõcilium Florẽtinũ tionem. Nã cõcilium Florentinũ sub Euge. 4. celebratũ in definitione fidei data Armenis de sacramẽto Eucharistiæ differens, hæc ait: Forma huius sacramẽti sunt verba Saluatoris, quibus hoc conficit sacramentum. Sacerdos enim in persona Christi loquens hoc conficit sacramentum. Nã ipsorũ verborũ virtute, substãtia panis in corp⁹ Christi, & substãtia vini in sanguinẽ cõuertũtur. Hæc cõcilium Florẽtinũ. In quibus verbis apertissime declararur integram potestatem conficiendi corpus Christi esse in sacerdote, & in verbis consecrationis absq; vlla communicantis voluntate, ita vt quoties sacerdos debita intẽtione verba consecrationis super panẽ protulerit, ibi verè adsit Christi corpus. Et iam si nullus adstet, qui communicare velit. Rursum, si ex voluntate communicantis penderet sacerdotis potestas ad cõsecrationem, nullus vnquam sacerdos posset esse certus se integre cõfeciss̃e Eucharistiæ sacramentũ, quia nunquam sibi constare poterit de voluntate alterius an velit communicare, an non. Deinde statuamus aliquem adstantem velle statim post consecrationem sacerdotis suspicere de manu illius Eucharistiam, tunc iuxta istorum sententiam continuo post consecrationem aderit ibi verè, & realiter corpus Christi: quia nihil quod ad huiusmodi realem, & corporalem adsistentiam ab istis exigitur, ibi deesset. Sed post hanc consecrationem integrè factam facilè contingere potest vt ille qui ad communionem paratus e- A
rat, mutet voluntatem, & communicare nollit. In quo euẽtu, non est dubium Christi corpus in Eucharistia verè, & realiter esse, quamuis nulla fuerit sequuta eiusdem Eucharistiæ communio. Præter has vrgẽtes rationes sunt etiam plurima sanctorum virorum testimonia, quæ docent sanctissimam Eucharistiam seruari debere, pro multis necessitatibus quæ occurrere solent, præsertim pro infirmorum com-
Cyrillus. munione. Cyrillum in primis profero, qui in Epistola ad Catorisiũ episcopũ, de quibusdam aliis similis farinæ, hominibus loquens, hæc ait: Audio quod dicunt illi, mysticam benedictionem si ex ea remãserint in sequẽtem diem reliquiæ, ad sanctificationem inutilem esse, sed insaniunt hæc dicẽtes: non enim alius fit Christus, neque sanctũ eius corpus mutabitur, sed benedictionis virtus & viuifica gratia perpetuo manent in illo. Hęc Cyrillus. Ex quibus verbis constat quosdam alios fuisse tẽpore Cyrilli qui hunc
Ambro. Lutheranorum errorem tuebãtur, & hos Beatus Cyrillus dicit insaniisse. Insaniunt ergo Lutherani tã dementem errorem docentes. Beatus Ambrosius in oratione funebri de obitu fratris sui Satyri, laudãs singularem illius erga deum pietatem & deuotionem, refert de illo quod intraturus in mare & prouidens morti quæ tunc sæpe contingere solet, non mortem metuens, sed ne vacuus mysteriis exiret è vita ab iis quos initiatos sacris esse cognouerat, diuinum illud fideliũ sacramentum sibi dari popoſcerit, non vt curiosos oculos insereret archnais, sed vt fidei suæ tali sacramento consequeretur auxilium, quodq; datum sibi sacramentum ligari fecerit in orario, & orariũ in collo inuoluerit, atq; ita se deiecerit in mare, non requirens aliquod aliud auxilium aut remedium, quoniam solius fidei arma quæsierat, & his solis se totum ac satis munitum credebat. Et his omnibus dictis addidit Ambrosius quod non deseruerit fratrem suum spes illius, quoniam primus seruatus fuit ex vndis, & in pottũ terrenæ stationis euectus. B
Hieron. Beatus Hieronymus in epistola ad Rusticũ monachum refert, Exuperium Tolosanum episcopum portasse corpus domini canistro vimineo inclusum. Augustinus, lib. 2. de Visitatione infirmorũ, cap. 4. docet, bonũ esse & vtile infirmantibus hoc adferre sacramẽtum, tanquam viaticum saluberrimum. Eusebius lib. 5. Ecclesiasticæ historiæ, capite. 24. citat partẽ quandã epistolæ missæ ab Irenæo episcopo Lugdunensi ad Victorẽ papam ex qua apertissime colligitur, quod Romani pontifices catholicis episcopis qui aliunde Romam venissent, Eucharistiam in signum amicabilis visitationis mittere solebant. Et in historia tripartita, lib. 6. eiusdem historiæ cap. 34. refertur sacerdotem quẽdam, cum per corporis infirmitatẽ non potuisset ad infirmum accedere, misisse parum eucharistiæ ad domum infirmi. Deniq; Cle-
Clemens Papa. mẽs Petri discipulus, & in cathedra successor, inter multa quæ à beato Petro se accepisse narrat, vnũ est quod nostram doctrinam maxime commendat, sic inquiens: Tribus gradibus commissa sunt sacramẽta diuinorum secretorũ, presbytero, diacono, & ministro, qui cũ timore & tremore reliquias corporis domini debent custodire fragmẽtorum, ne qua putredo in sacrario inueniatur, ne cum negligẽter agi-

tur, portioni

tur,portioni corporis domini grauis inferatur iniuria.Hæc Clemẽs papa & martyr,qui ſatis apertè docet Euchariſtiam ſuo tempore ſeruari in ſacrario, & in illa ſic ſeruatam, eſſe verum corpus Chriſti. Ex his omnibus teſtimoniis conſtat antiquiſſimam eſſe Eccleſiæ conſuetudinem euchariſtiam conſecratã poſt miſſæ celebrationem dignè & reuerenter pro futuris neceſſitatibus (præſertim pro communione infirmorum) obſeruari. Nec opus eſt pro hac re pluribus ſanctorum teſtimoniis vti, cùm apertiſſima ſit de illa Eccleſiæ definitio,non ſemel data,verum ſæpe repetita:nam Vvormacienſis concilij decretũ, quod Gratianus citat de cõſe.diſt.2.cap.Presbyter.Hæc verba continet. Presbyter Euchariſtiam ſemper habeat paratam,vt quãdo quis infirmatus fuerit,ſtatim eum communicet, ne ſine cõmunione moriatur. Et in proximo ſequenti capitulo ponitur aliud decretum concilii Arelatenſis, in quo imponitur *Cõcilium Vvormacienſe.*

C pœna illi qui non bene cuſtodierit Euchariſtiam. Sed ne fortè quis hæc præfata decreta paruipendat propterea quia concilia à quibus educta ſunt non fuerunt generalia,ſed prouincialia, ideo neceſſarium eſt vt generalium conciliorum definitiones proferam. Concilium Lateranẽſe ſub Innocentio tertio celebratum,ad quod tam Græci quàm Latini cõuenerunt, cap.20.ſuorum decretorum hæc ait:Statuimus in cunctis eccleſiis,vt chriſma & Euchariſtia ſub fideli cuſtodia clauibus adhibitis conſeruentur,vt non poſſit ad illa temeraria manus extendi ad aliqua hottibilia vel nefaria exercenda. Hæc concilium Lateranenſe. Poſt hunc Innocentium ſub quo fuit celebratum præfatum concilium ſucceſſit in Pontificatu Honorius tertius: qui multò copioſius dedit de hac re decretum, ſic inquiens: Ne propter incuriam ſacerdotum diuina indignatio grauius exardeſcat,diſtrictè precipiendo mandamus,quatenus à ſacerdotibus Euchariſtia in loco ſingulari, mundo, & ſignato, ſemper honorificè collocata, deuotè ac fideliter conſeruetur.Et paucis interpoſitis ſubdit:Quam in decenti habitu,ſuperpoſito mundo velamine ferat, & referat manifeſtè ac honorificè, ante pectus cum omni reuerentia & timore, ſemper lumine præcedente,cum ſit candor lucis æternæ, vt ex hoc apud omnes fides & deuotio augeatur. Hæc Honorius,& habentur hæc verba,in cap.Sane.de cele.Miſ. Poſtremo Concilium Tridentinum ſub Iulio tertio celebratum ſeſſione.3.cap.6. per hæc verba definit. Conſuetudo aſſeruãdi in ſacrario ſacram Euchariſtiam, adeò antiqua eſt,vt eam ſeculum etiam Nicæni concilii agnouerit. Porrò deferre ipſam ſacram Euchariſtiam ad infirmos,& in hunc vſum in eccleſiis conſeruari, præterquam quod cum ſumma æquitate & *Concilij Lateranẽ.* *Concilij Tridẽtin.*

D ratione coniunctum eſt,tum multis in conciliis præceptum inuenitur,& vetuſtiſsimo catholicæ Eccleſiæ more eſt obſeruatum: quare hæc ſancta ſynodus retinendũ omnino ſalutarem hunc & neceſſarium morem ſtatuit.Poſt datum hoc decretum, ne quis temerè illi contradicere auderet, Canonem latæ ſententiæ contra huiuſmodi temerarios adiecit,qui eſt in ordine ſeptimus,ſic inquiens: Si quis dixerit non licere ſacram Euchariſtiam in ſacrario reſeruari,ſed ſtatim poſt conſecrationem adſtantibus,neceſſariò diſtribuendam,aut non licere,vt illa ad infirmos honorificè deferatur, Anathema ſit. Hactenus concilium Tridentinum. Ex quibus omnibus apertiſsime conſtat hæreticam eſſe Lutheranorum aſſertionem dicentium, Corpus Chriſti non eſſe verè & realiter in Euchariſtia, niſi tantum eo tempore quo aliquis communionis illius particeps eſſe vult.

VLtima (quod ſciam) de hac re hæreſis eſt quæ aſſerit neceſſariò ſub vtraque ſpecie, ſcilicet panis & vini,eſſe communicãdum, ita quòd qui ſub vna ſpecie tantum communicat,etiam ſi laicus ſit, peccat,quoniam (vt aiunt) contra præceptum Chriſti agit, qui præcepit ſub vtraque ſpecie communicare. Huius hæreſis autores primi fuerunt Græci,hos poſtmodum ſequuti ſunt Bohemi,in ſua adhuc damnatione manentes,atque occaſione hac à Romanæ Eccleſiæ obedientia hucuſque diuiſi. Nec tamen hunc errorem velut cæteros Bohemorum, Ioannes Huſs eorum propheta ſuſcitauit. Nam poſt inceptam huius Ioannis dementiam paulóque progreſſam (vt Æneas Syluius in libro de origine Bohemorum cap. triceſimo quinto teſtatur) attulit Bohemiæ hanc nouam peſtem quidam Petrus Dreſenſis Germanus, qui à ſuis cognitis quòd Vvaldenſium lepra fuiſſet infectus,patria pulſus eſt, indèque fugiens, Pragam *Græci. Bohemi. Petrus Dreſenſis*

A Bohemiæ ciuitatem velut hæreticorum aſylum petiit. In qua tunc ciuitate Iacobellus quidam Miſnenſis, moribus perinde ac literis clarus, curam tenebat populi, ſua prædicatione edocendi. Hunc Petrus cum conueniſſet,mirari ſe ait hominem doctum ſimul ac ſanctum,qui populi inſtruendi onus ſuſcepiſſet,non animaduertiſſe errorem communionis Euchariſtiæ,qui iampridem Eccleſiam peſſundaſſet, in qua ſub vna tantum ſpecie dominicum corpus populo miniſtratur, cum apud Ioãnem ſub duplici ſpecie panis vinique ſumi iubeatur,dicente domino: Niſi manducaueritis carnem filii hominis,& biberitis eius ſanguinem, non habebitis vitam in vobis. Commotus his Iacobellus præfatus, cum perquiſitis vetuſtis ſanctorum codicibus, communionem calicis aliquando vſitatam plenéque laudatam inueniſſet, populum admonet ne deinceps communionem calicis, ſine qua ſaluari nemo poſſet, negligeret. Huic cæteri qui iam in Bohemia aderant hæretici conſenſerunt, non modicum læti quòd ſententiam aliquam inueniſſent in ſacro, vt aiebant Euangelio fundatam,per quam Romanæ ſedis vel ignorantia, vel nequitia atgui poſſet. Hoc peſtiferum dogma poſt centum & eo amplius annos ſequutus Lutherus, totam penè Germaniam hoc infecit errore, in qua iam laici vt ſacerdotes ſub vtraque ſpecie communicant,damnationem (vt aiunt) ni ita fecerint: incurſuri. Vt autem omnibus pateat quàm mordicùs hoc dogma Lutherus teneat, eius verba referam. Is enim cùm aliàs ſanam doctrinam prædicaſſet, poſtmodum benè actorum pœnitens, in hæc verba prorupit: Hunc articulum reuocaui libro de captiuitate Babylonica, & iterum his ſcriptis reuoco, & dico Bohemos & Græcos in hac parte nec hæreticos, nec ſchiſmaticos, ſed Chriſtianiſsimos & Euangeliciſsimos eſſe, quos & his verbis oro & obteſtor in domino, vt in ea ſententia firmiter permaneant, cum pro ſe habeant expreſſum textum Euangelii, & lon- *Iacobellꝰ* *Ioan.6.*

B gæuum apud Græcos in hunc diem ſeruatum catholicum vſum Eccleſiæ. Nec moueantur Tyranni illius Romani & Antichriſti vaſtatoriis & impiis decretis, quibus alteram partem ſacramenti per vim

abſtulit iis quibus Chriſtus ipſe donauit. Hæc Lutherus. Pro huius erroris cõfutatione hoc primum ſtatuere oportet, totum Chriſtum ſub qualibet huius ſacramenti ſpecie integrè contineri, quoniam ex hoc tota fermè huius cauſæ virtus pender. Hoc autem ex eo maximè conuincitur, quod ait Apoſtolus: Chriſtus iam non moritur, mors illi vltra non dominabitur. At ſi ſub ſpecie panis corpus eſſet exãgue, oporteret neceſſariò vt eſſet etiam inanimatum, atque cadauer, quòd anima corpus exangue minimè vegetare poteſt. Corpus autem cum ſemel aſſumptum à diuinitate, nunquam poſtea fuerit ab ea reiectum, fieret inde vt quoties panis conſecraretur, toties Chriſtus ibi velut in ſepulchro mortuus iaceret, totieſque corpus eius nouum cadauer fieret. Vt autem hæc non fiant, erit neceſſariò concedendum ſub ſpecie panis corpus Chriſti eſſe animatum, atque ideo ſanguine vegetatum. Quod cum à diuinitate nunquam ſit ſeparatum, totum etiam Chriſtũ in duabus naturis ibidem eſſe fateri oportebit. Perinde etiam de ſanguine dicendum eſt. Nam quum eum pro nobis ſemel iam in ara crucis effuſum, in reſurrectione ſua Chriſtus reſumpſerit, nunquam iterum eum fuſurus, conuincitur inde etiam nunquam ſanguinem verum illius integrè alicubi eſſe ſine eius corpore vero. Quòd ſi ſub ſpecie vini ſolus ſanguis maneret, toties ſanguinem fundi oporteret, quoties vinum conſecraretur, quòd vi conſecrationis ſanguis ibidem conſtitutus, à corpore tunc ſepararetur. Vt autem hæc fugiamus, erit ſine vlla hæſitatione cõcedendum in ſacramento Euchariſtię ſub vtraque ſpecie, panis ſcilicet & vini, & totum Chriſtum integrè contineri. Verùm ne quis de hac re dubitare audeat, profero concilii Florentini ſub Euge. 4. celebrati, definitionem, quæ in ratione fidei de ſacramentis Eccleſiæ data, cum de ſacramento Euchariſtiæ differit, hæc verba continet. Sacerdos enim in perſona Chriſti loquens, hoc conficit ſacramentum. Nam ipſorum verborum virtute ſubſtantia panis in corpus Chriſti, & ſubſtantia vini in ſanguinem conuertuntur, ita tamen quod totus Chriſtus continetur ſub ſpecie panis, & totus ſub ſpecie vini, ſub qualibet quoque parte hoſtiæ conſecratæ, & vini conſecrati, ſeparatione facta, totus eſt Chriſtus. Hæc concilium Florentinum. Et licet hoc de continentia verum ſit, non tamen perinde eſt de ſignificatione. Nam quamuis ſub illis panis ſpeciebus totus integer Chriſtus lateat, non tamen totum Chriſtũ ſpecies illæ ſignificant, ſed ſolum corpus illud pro nobis in ara crucis oblatum, quum iam ſcilicet exãgue erat, ſanguine in vniuerſum à corpore ſeparato. Ad eundem modum ſpecies vini etſi totum integrum Chriſtum contineãt, non tamen aliud ſignificant quàm ſanguinem illum effuſum quum à corpore eſſet ſeparatus. Nec tamen eum eſſe ſeparatum ſignificant, quoniam falſum eſſet ſignum, ſed eum ſolum ſignificant, qualiter ſolus erat quum ſeparatus erat à corpore, ita vt ſignificatio non ad ſeparationem, ſed adſanguinem referatur. Secundum pro noſtri, id eſt, catholici dogmatis confirmatione iaciendum fundamentum eſt, gratiam quæ in hoc ſacramento confertur, non tam conferri virtute ſigni, quàm virtute ſignati. Non enim illæ ſpecies panis aut vini, quæ exterius patent, tales ſunt quæ ex ſe animam viuificent, quæ hominem in electorum ſortem reſuſcitare valeant, aut quæ nos in Deo eſſe efficiant, & Deum in nobis: ſed hæc omnia fiunt virtute carnis, quæ propter inhabitantem in ea vitam, nempe diuinitatem, viuificatrix eſſe cenſetur. Ex his duobus tertium iam clare conſurgit, nihil ſcilicet plus gratiæ conferri virtute ſacramenti ei qui duplicem ſpeciem ſumpſerit, panis ſcilicet & vini, quàm qui tantum vnam. Nam quum exceptis ſpeciebus, quæ gratiam nequaquam conferre poſſunt, tantum ſumat, nempe totum Chriſtum integrè, qui vnam ſumit ſpeciem, ſicut qui ambas, non eſt cur plus gratiæ accipiat virtute ſacramenti hic quàm ille, præcipuè cum vnicum ſit ſacramẽtum, & non duo, quamuis duæ ſint ſpecies, aut duo ſigna. Quum ergo hæc ita ſe habeant, conſtat nihil gratiæ laicis deperire propter alteram, id eſt, vini ſubtractam ſpeciem. Poſt hæc omnia quartum addendum ſenſui, vt quadrata ſtructura conſurgat, nullum eſſe datum à Chriſto præceptum de manducatione Euchariſtiæ ſub vtraque ſpecie. Nam quod in primis adducunt ex Ioannis ſexto: Niſi manducaueritis carnem filii hominis, & biberitis eius ſanguinem, non habebitis vitam in vobis: admittimus quidem, atque extenſis (vt aiunt) brachiis amplectimur illa verba de corporali atque viſibili eſu Euchariſtiæ eſſe intelligenda. Neque mihi placet quod Gaſpar Sagerus vir alioqui doctus & catholicus pro fide aduerſus Lutherum ſtrenuè decertans, ait, hæc verba de ſpirituali eſu, qui per fidem & charitatem fit, eſſe intelligenda, motus illis verbis quæ poſtmodum in eodem capite Chriſtus ſubiunxit: Spiritus eſt qui viuificat, caro non prodeſt quicquam. Verba quæ locutus ſum vobis, ſpiritus & vita ſunt. Ex quibus verbis ille colligit verba illa de ſpiritali eſu eſſe intelligenda. Verùm hæc non ita ſe habent, vt patet legenti Theophylactum, Cyrillum, Chryſoſtomum, Auguſtinum, qui omnes in expoſitione ſuper Ioannem fatentur illa ad corporalem & viſibilem manducationem eſſe referenda. Et iſtorum omnium dicta ſuperius hæreſi quarta recenſuimus. Quod autem ſubditur: Spiritus eſt qui viuificat, caro non prodeſt quicquam, ſic exponunt Theophylactus & Cyrillus, id eſt, caro iſta quam dixi viuificaturam eum qui illam ſumpſerit, ſuapte natura hoc efficere non valebit, tamen hoc efficiet propter inhabitantem in ea ſpiritum filii Dei. Nam hic ſpiritus eſt qui verè viuificat, caro autem ſola nihil prodeſſe poterat, ſed propter coniunctionem cum verbo, ad altiorem quandam dignitatem eleuata eſt, vt viuificatrix eſſe poſſit. Quemadmodum etiam ſi alicui liquori mel infundas ac miſceas, totum liquorem dulcem facit, eamque illi tribuit proprietatem, quam aliàs non habebat: ſic diuinum verbum carni vnitum, quoniam verbum vita eſt, carnem ipſam etiam viuificatricem fecit: atque ideo caro ex ſe non prodeſt quicquam, ſed à ſpiritu habet vt viuificare poſſit. Quod verò dixit: Verba quæ ego locutus ſum vobis, ſpiritus & vita ſunt, huc tẽdit, quòd viderat Iudæos murmurare, credentes Chriſtum eis præcepiſſe vt more ferarum carnem humanam ederent, ſanguinemque biberent: atque ideo eos reprehendens de carnali illa ſuorum verborum intelligentia, edocet eos myſterium quoddam latere, verbáque ſua ſic eſſe intelligenda, non quòd crederent corpus ſuum dentibus atterendum, ſed ſub ſacramento manducandum. Dicimus ergo atque fatemur verba illa, ſcilicet: Niſi manducaueritis carnem filij

Rom. 6.

Cõcilium Florẽtinũ

C

D

A

nem filii hominis, &c. de corporali eſu eſſe intelligenda; nec tamen admittimus Chriſtum illis verbis nobis præcepiſſe vt Euchariſtiam ſub duplici ſpecie acciperemus. Nulla nanque in illis verbis ſpecierum panis aut vini fit mentio, ſed ſolum de ſignatis, ſcilicet carne & ſanguine, quæ ſub illis ſignis continentur. Non enim dixit: Niſi manducaueritis carnem filii hominis ſub ſpecie panis, & biberitis eius ſanguinem ſub ſpecie vini, non habebitis vitam in vobis. Non ſic dixit, ſed ſic: Niſi manducaueritis carnem filii hominis, & biberitis eius ſanguinem, non habebitis vitam in vobis. At cum diximus ſub ſpecie panis corpus contineri ſimul etiam & ſanguinem, fit, vt qui Euchariſtiam ſub ſpecie panis ſumit, carnem manducet, ſanguinemque bibat, cum ſanguinis ſumptio verè potus dicatur, ſicut & carnis acceptio dicitur manducatio. Nec tamen hac occaſione ſat erit ſacerdoti conficienti vnam ſine altera ſpeciem ſumere: quoniam ſacerdos conficiens & conſecrans, ipſum ſummum ſacerdotem Ieſum Chriſtum repre-
B ſentat, qui pro nobis corpus & ſanguinem ſuum in ara crucis obtulit, ſicut ipſe Chriſtus expreſſit, dicés: Hoc facite in meam commemorationem. Quid eſt dicere, hoc facite, niſi, hoc conficite, hoc conſecrate? Scio tamen aliquos ex ipſis hæreticis eſſe qui hoc aptiſſimè negant, imò irridét talem interpretationem, quum dicimus, hoc facite, valere tantum ac ſi dixiſſet, conſecrate. Nam quidam Ioannes Riuius Atthé- *Luc.22.*
dorienſis in quadam epiſtola de communione ſub vtraque ſpecie, hanc interpretationem irridet, ſic inquiens: Nam quum apud Euangeliſtam legatur, τοῦτο ποιεῖτε, non poterit, hoc facite, pro ſacrificate, accipi. Nam hanc planè Græca vox interpretationem reſpuit. Hæc ille. Non erat opus vt veram literæ interpretationem agnoſceremus, literam Græcam citare, quæ nihil prorſus hac in parte à latina diſſentit, neque interpretationem noſtram (vt Ioannes Riuius ait) magis quàm Latina litera reſpuit. Non enim ſumus tam rudes, aut Latini ſermonis, vel Græci tam ignari, vt putemus hoc verbum facio, aut hoc verbum Græcum ποιῶ illi reſpondens, ſignificare ex ſua inſtitutione idem quod conſecrare, aut ſacrificare. Verum etſi hoc ita ſe habeat: tamen quia ſolenne eſt, & apud doctiſſimos viros ſæpe vſurpatum, vt nomen aut verbum generale accommodetur ad particulares illius ſpecies, hinc euenit vt ſæpe illius ſignificatio varietur, iuxta varietatem particularis materiæ de qua fit ſermo. Hoc autem verbum, facio, aut Græcum illi reſpondens, videlicet ποιῶ generale verbum eſt, ad omnem efficientiæ modum explicandum. Nam qui legit, aut ſcribit, aut pingit, aut cantat, aut bibit, aut ſaltat, aliquid facere dicitur. Proinde ſi quis vno ſaltu tranſiliret aquæ torrentem, & poſtea diceret aliis: Facite vos hoc, nullus negabit per illa verba illum præcipere aliis, aut ſimiliter tranſilirent torrentem. Si quis etiam Pictor peritus coram diſcipulis pingens, diceret poſtea diſcipulis ſuis: Facite hoc, omnes audientes intelligerent
C magiſtrum, præcepiſſe diſcipulis, vt aliud ſimile pingerent. Et tamen hoc verbum facere, nec pingere, nec ſaltare ſignificat ex ſua propria & adæquata ſignificatione, quamuis omnia illa ſigno quodam generali ſignificet. Ad eundem prorſus modum accipienda ſunt verba Chriſti, quum ait: Hoc facite in meam commemorationem. Illis enim verbis præcepit Apoſtolis, vt quod illum feciſſe viderant, ipſi poſtmodum facerent. At Chriſtus panem in manus ſuas accepetat, benedixerat, conſecrauerat, conſecratúmque eiſdem Apoſtolis diſtribuerat, Dicens ergo Apoſtolis: Hoc facite, præcepit illis, vt panem accipientes ſimiliter benedicerent & conſecrarent. Non eſt ergo abſurda (vt Ioannes Riuius ait) ſed Germana literæ interpretatio, quum illa verba Chriſti: Hoc facite, per iſta verba, conſecrate, ſactificate, explicamus. Illis nanque verbis poteſtatem conſecrandi illis dedit. Tunc enim à Chriſto ordinati ſunt ſacerdotes, eis adiungente vt in ſuæ paſſionis commemorationem hoc facerent. Quod
expreſſius dixit Paulus: Hic calix nouum teſtamentum eſt in meo ſanguine. Hoc facite quotieſcun- *1.Cor.11.*
que bibetis, in meam commemorationem. Si facere hic pro conſecrare ponitur, quod ad ſolos ſacerdotes (vt aliàs diſſeremus) ſpectat: conſtat ſolis ſacerdotibus dictum eſſe, vt quotieſcunque bibunt, in ſui commemorationem faciant. Cuius autem rei eſſet futura commemoratio, verba ſubiuncta manifeſtant. Quotieſcunque enim (inquit) manducabitis panem hunc, & calicem bibetis, mortem domini annunciabitis donec veniat. Memoriam ergo dominicæ mortis ſacerdos in altari agit, non autem ille qui à ſacerdote recipit: quapropter ſacerdos hac lege deuinctus eſt, vt quotieſcunque celebret, nec panem ſine vino conſecret, nec vnam ſpeciem ſine altera ſumat: quoniam etſi ſub qualibet ſpecie totus integer Chriſtus lateat, non tamen quælibet ſpecies totum Chriſtum ſignificat aut repræſentat,
D ſed ſpecies panis ſolam carnem ſignificat, ſpecies vini ſolum ſanguinem repræſentat, eiuſque ſolius memoriam gerit. Quò fit vt ſi ſolum panem conſecraret, aut ſolum panem conſecratum ſumeret, ſolius oblationis memoriam faceret qua Chriſtus obtulit ſuum corpus, nulla autem tunc memoria fieret ſanguinis effuſi, atque pro nobis à Chriſto oblati, quòd ſpecies panis etſi ſanguinem contineat, non tamen ſanguinem repræſentat, aut eius memoriam facit. Ad hunc eundem modum ſi ſolum vinum conſecraretur, aut illud conſecratum ſolum ſumeretur, ſolius ſanguinis oblati atque effuſi, & non corporis memoria fieret. At cum ſacerdotes conſecrantes, in memoriam dominicæ mortis quam pro nobis tulit, conſecrare teneantur, colligitur inde vt ſub vtraque ſpecie id facere obligentur, quum neutra abſque altera perfectam Chriſti oblationem repræſentet: quod Chriſtus innuit, cum poſt panis & vini conſecrationem dixit: Hoc facite in meam commemorationem. Quidnam eſt hoc quod
facturi ſunt in tuam commemorationem: Hoc, inquam, totum quod ego proximè coram vobis feci. *Luc.22.*
Verum cum recipienti de manu alterius conſecrantis, nihil tale præcipiatur vt in memoriam dominicæ oblationis ſumat, nunquam is qui de manu alterius ſumit, ſiue laicus ille ſit, ſiue ſacerdos, tenetur in eandem memoriam ſic ſumere, vt vnam ſine altera non ſumat. Illi enim ſimul non agunt aliquid circa ſacramentum, atque ideo eis non dictum eſt: Hoc facite in meam commemorationem. Neque eis etiam dicitur: Bibite ex eo omnes, ſed ſolum iis quibus dabatur, nempe Apoſtolis, qui omnium futurorum ſacerdotum perſonas gerebant, quibus in Apoſtolis hoc ſacramentum in memoriã Chriſti confi-

cere præcipiebatur. His ergo ſolis dicitur: Bibite ex eo omnes. Niſi fortè dicatur illa verba ad omnes Chriſtianos eſſe referenda, omnéſque Chriſtianos (vt Lutherus ait) eſſe ſacerdotes. Verum de his aliàs longius diſputabimus. Quòd verò ex hoc colligunt Euchariſtiã eſſe ſumẽdam ſub vtraque ſpecie quod A
Chriſtus ſub vtraque ſpecie diſcipulis ſuis illam dedit, inepte quidẽ colligunt. Nam ſi ex omnibus Chriſti factis in hoc ſacramento (omitto alia eius facta) eſſet ſumendum argumentum ad ſic neceſſariò faciendum. Græci conficientes in fermentato, licitè non conficerent, quum vt ſuperius ſub hoc titulo oſtendimus, Chriſtus in azymo confecerit: eos tamen licitè ſic poſſe conficere diximus. Rurſum, ſi omnia quę Chriſtus in cœna ſua peregit, cùm corpus ſuum & ſanguinem ſub ſpeciebus panis, & vini Apoſtolis ſuis dedit, eſſent nunc neceſſario à ſacerdotibus facienda, quando Euchariſtiam aliis adminiſtrãt, oporteret etiam neceſſariò pedes aliorum lauare ante hanc Euchariſtiæ, diſtributionem. Nam Chriſtus ipſe, vt ex euangelio conſtat, prius diſcipulorum pedes lauit, quàm corpus ſuum, & ſanguinem diſcipulis traderet. Nec ſolum lauit, ſed illis, vt ſimiliter in poſterum facerent, expreſſum mandatum dedit, ſic inquiens: Si ego magiſter & dominus laui pedes veſtros, & vos debetis alter alterius lauare pedes. Ex-
Ioan. 13. emplum enim dedi vobis, vt quemadmodum ego feci vobis, ita & vos faciatis. Hoc autem Chriſti mandatum, ſecundum faciem literæ, non minus cogit, quàm hæc verba domini. Bibite ex eo omnes. Verum catholica Eccleſia non vtitur hac ablutione pedum, quamuis olim illam habuerit in vſu, vt conſtat ex
Auguſt. antiquis doctoribus, præſertim ex Cypriano, & Auguſtino. Quare autem hæc conſuetudo prorſus inoleuerit, declarat beatus Auguſtinus, epiſtola. 119. quæ eſt ad Ianuarium de ritibus Eccleſiæ cap. 18. ſic inquiens: De lauandis verò pedibus cum dominus hoc propter formam humilitatis, propter quam docendam venerat commendauerit, ſicut ipſe conſequenter expoſuit, quæſitum eſt quonam tempore potiſsimum res tanta etiam facto doceretur, & illud tempus occurreret, quo ipſa commendatio religioſius B
inhæreret. Sed ne ad ipſum ſacramẽtum Baptiſmi videretur pertinere, multi hoc in conſuetudinem recipere noluerunt: nonnulli etiam de conſuetudine auferre non dubitauerunt. Hæc Auguſtinus, qui ſatis apertè docet talem pedum ablutionem ideo fuiſſe reiectam, ne putaretur eam eſſe rebaptizationem. Exiſtimauit enim Eccleſia multò melius eſſe illam externam cæremoniam omittere, quàm pertinaci illius retentione tam peſſimi erroris dare occaſionem. Præterea, ſi ad imitationem Chriſti eſſent omnia in hoc ſacramento neceſſariò peragenda, non liceret ieiuno ſtomacho recipere Euchariſtiam, quum Chriſtus diſcipulis ſuis non ieiunis ſed cœnatis corpus ſuum dederit. Hoc autem, quod Chriſtus tunc fecit, quamuis tempore ſequenti aliquandiu ſeruatum fuerit, vt ex priori Pauli ad Corinthios epiſtola cõſtat. Poſtea tamen reiectum eſt, non ex ſola cõſuetudine, ſed ex præcepto ſextæ generalis ſynodo canone. 39.
Auguſt. Hanc eandem Eccleſiæ ſanctionem laudat beatus Auguſtinus, & grauiter reprehẽdit eos, qui hanc Eccleſiæ ſanctionem arguunt, ſic dicens in epiſtola ad Ianuarium quæ eſt. 118. cap. 6. Illud magis mouere
Matt. 20. potuit homines, vtrum iam refecti die illa: vel offerrent, vel ſumerent Euchariſtiam, quod in euangelio dicitur. Cum autem illi manducarent, accepit Ieſus panem & benedixit, cum etiam ſuperius dixiſſet, cum ſero factum eſſet, recumbebat cum duodecim & manducantibus eis dixit: Quoniam vnus ex vobis me tradet. Poſtea enim tradidit ſacramentum. Et liquido apparet, quando primum acceperunt diſcipuli corpus, & ſanguinem domini, non eos accepiſſe ieiunos. Nunquid tamen propterea calumniandum eſt vniuerſæ Eccleſiæ, quod à ieiunis ſemper accipitur? Et hoc enim placuit ſpiritui ſancto, vt in honorem tanti ſacramenti in os Chriſtiani prius dominicum corpus intraret, quàm exteri cibi. Nam i- C
deo per vniuerſum orbẽ mos iſte ſeruatur. Neque enim quia poſt cibos dedit dominus, propterea prãſi aut cœnati fratres ad illud ſacramentum accipiẽdum conuenire debent, aut ſicut faciebant, quos Apo-
1. Cor. 11. ſtolus arguit & emendat, menſis ſuis iſta miſcere. Nanque ſaluator quo vehementius, commendaret myſterii illius altitudinem, vltimum hoc voluit infigere cordibus, & memoriæ diſcipulorum, à quibus ad paſſionem digreſſurus erat. Et ideo non prȩcepit quod deinceps ordine ſumeretur. Vt Apoſtolis per
Ibidem. quos Eccleſias diſpoſiturus erat, ſeruaret hunc locum. Nam ſi hoc ille monuiſſet, vtpoſt cibos alios ſemper acciperetur, credo quod eum morem nemo variaſſet. Cùm verò ait Apoſtolus de hoc ſacramento loquens, Propter quod fratres cum conuenitis ad manducandum, inuicem expectate: Si quis eſurit, domi manducet, vt non ad iudicium conueniatis, ſtatim ſubtexit. Cætera autem cum venero, ordinabo. Vnde intelligi datur, quia multum erat, vt in epiſtola totum illum agendi ordinem inſinuaret, quem vniuerſa per orbem ſeruat Eccleſia, ab ipſo ordinatum eſſe quod nulla morum diuerſitate variatur. Hactenus Auguſtinus in quibus verbis id potiſſimum inter alia annotare oportet, quantum Auguſtinum tribuerit decretis Eccleſiæ, quam à ſpiritu ſancto ſemper regi, firmiſſimè credit. Deinde nec liceret in calice aquam vino miſcere, quoniam etſi Chriſtus propter ſuam ſobrietatem ita feciſſe credatur: Euangeliſtę tamen nihil tale commemorant. At hi contra quos nunc agimus, nihil recipere volunt quod non ſit in ſacris literis expreſſum: quo fit vt aquam vino miſcere non debeant, quia nullus Euangeliſtarum expreſsit Chriſtum in calice ſancto aquam vino miſcuiſſe. Vides iam ſatis (vt exiſtimo) quàm futile ſit argumentum inde colligere nos eſſe obligatos ad præbendum laicis Euchariſtiam ſub vtraque ſpecie: D
quòd Chriſtus ſic porrexit Apoſtolis. Omitto quorundam reſponſionem, aſſignantium diſcrimen, quòd Apoſtoli ordinati ſunt ſacerdotes à Chriſto per illa verba: Hoc facite in meam commemorationem. De his enim verbis non conſtat Chriſtum facta conſecratione immediatè ea dixiſſe antequam Euchariſtiã ſub vtraque ſpecie Apoſtolis dedit, vel poſt. Quòd ſi prius dixit quàm dederit, conſtat eum ſacerdotibus dediſſe. Si verò verba illa Chriſtus poſt datam illis Euchariſtiam dixit, manifeſtũ eſt illum non ſacerdotibus tunc dediſſe. Quòd mihi ex literæ decurſu magis probatur. Nec tamen ideo (vt dixi-
mus) argumentum eſt efficax vt ſic nos facere obligemur. Quòd ſi alicui negocio illud argumentum deſeruire poteſt, huic certè erit, vt credamus non eſſe contra euangelicam inſtitutionem, Euchariſtiam

ſub vtraque

ſub vtraque ſpecie aliis etiam laicis porrigere, quòd firmiſſimè fatemur. Nam olim per multa ſecula ſic apud omnes catholicos vſitatũ eſſe.ex multorum ſanctorum ſcripturis didicimus. Sother papa qui tertiusdecimus à beato Petro,ſummus Eccleſiæ pontifex fuit,ſic ait:In cœna Domini à quibuſdam perceptio Euchariſtię negligitur,quę quoniam eadem die ab omnibus fidelibus (acceptis his quibus pro grauiſſimis criminibus inhibitum eſt) percipiẽda ſit,eccleſiaſticus vſus demonſtrat:cum etiam pœnitentes eadem die ad percipienda corporis & ſanguinis dominici ſacramenta reconcilientur. Hæc Sother papa.Quæ verba habentur,de Conſecrat.Diſtinct.cap.2.In Cœna. Cyprianus martyr Sothere pluſquam vno ſeculo poſterior,de eadem re teſtimoniũ reddit,qui in ſermone de lapſis loquens de quadam puella à dæmone obſeſſa, quæ ad ipſum Cyprianum diuina celebrantem myſteria, adducta fuerat, hæc ait: *Cyprian⁹*
Vbi verò ſolennibus adimpletis calicem diaconus offerre præſentibus cœpit, & accipientibus cæteris locus eius aduenit,faciem ſuam paruula inſtinctu diuinæ maieſtatis auertere, os labiis obturãtibus pre-
A mere,calicem recuſare.Perſtitit tamen diaconus,&reluctanti licet,de ſacramento calicis infudit.Tunc ſequitur ſingultus,& vomitus.In corpore atque ore violato euchariſtia permanere non potuit.Sanctificatus in domini ſanguine potus de pollutis viſceribus erupit, tanta eſt poteſtas domini, tanta maieſtas. Hæc Cyprianus. Auguſtinus Cypriano poſterior huius eccleſiaſtici vſus teſtimoniũ reddit, ſic inquiẽs: *Auguſt.*
Quum frãgitur hoſtia,dum ſanguis de calice in ora fidelium funditur, quid aliud quàm dominici corporis in cruce immolatio,eiuſque ſanguinis de latere effuſio deſignatur?Hæc Auguſtinus.Et habentur, De conſecrat.diſtinct.2.in cap.Quum frangitur.Hanc conſuetudinem fuiſſe adhuc in eccleſia tempo- *Greg.*
re beati Gregorii papæ, conſtat ex his quæ ille in quadam homilia paſchali refert: Sic enim ad populum loquens,ait:Quid ſit ſanguis agni, non iam audiendo, ſed bibendo didiciſtis : qui ſanguis ſuper vtrunque poſtem ponitur,quando non ſolum ore corporis, ſed etiam ore cordis hauritur. Hæc Gregorius,& habentur,de conſecrat.diſtinct.2.in cap.Quid ſit.Et huius rei aliquando in eccleſia catholica factæ,hiſtoria tripartita meminit.In huius nanque hiſtoriæ cap.trigeſimo libri noni,vnus ex iis tribus autoribus ex quorum fragmentis conſarcinatis tripartitæ nomen accepit, nempe Theodoretus. enarrans verba beati Ambroſii quibus Theodoſium excommunicauit propter immenſam crudelitatem quam Theſſalonicæ exercuerat,&qualiter eum ab ingreſſu templi prohibuit,ſic ait:Quibus igitur oculis aſpicies cõmunis domini templum?Quibus calcabis pedibus ſanctum illius pauimentum ? Quomodo manus extendes,de quibus ſanguis adhuc ſtillat iniuſtus ? Quomodo huiuſmodi manibus ſuſcipies ſanctum Domini corpus ? Qua temeritate ore tuo poculum ſanguinis precioſi percipies, quando furore verborum tuorum tantus iniuſtè eſt ſanguis effuſus ? Recede igitur, recede, nec altero peccato priora crimina augere contendas. Hæc ibi. Ex quibus verbis duo annotanda ſunt. Primum eſt, olim laicis euchariſtiam
B dari in manus : quod cum ex aliis hiſtoriis, tum etiam ex hoc loco colligitur. Sic enim dixit: Quomodo huiuſmodi manibus ſuſcipies ſanctum domini corpus?Secũdum eſt,laicos ſub ſpecie vini euchariſtiam tunc recipere.Poſtquam enim de ſuſceptione corporis dixerat,ſubdidit : Qua temeritate ore tuo poculum ſanguinis precioſi percipies ? Niſi fortè quis dicat Theodoretum hunc præſentis hiſtoriæ autorem Græcum fuiſſe atque ob id eam more ſuo narraſſe, quòd Græcis (vt diximus) mos ſit euchariſtiam ſub *Cauſæ tol* vtraque ſpecie ſumere.Hoc colligitur ex eis aliquãdo factum fuiſſe,quod tamen eccleſia re poſtmodum *lẽdæ com-* bene circunſpecta deleuit,nec immeritò,cum ad hoc faciendũ nec autoritas nec cauſa illi deeſſet.Cau- *munionis* ſæ quidem ad id tollendum plurimæ ſubſunt.Prima,numeroſa fidelium multitudo in dies creſcẽs,pro- *ſub vtra-* pter quam communicandam periculum erat effuſionis ſanguinis, quod in præcedẽte tempore propter *que ſpecie* populi paucitatem non adeò timendum erat. Altera huic proxima, delatio vini ad loca diſtantiora pro *Prima.* communicandis infirmis, quo caſu timẽdum valde erat ne inopinato deferentis lapſu ſanguis effunde- *Secunda.* retur.Nam ob aliam ſimilitudinem cauſam,cum olim communio ſub vtraque ſpecie laicis daretur,ſanguinem domini à diacono fuiſſe fuſum,in vita ſancti Donati epiſcopi & martyris legitur,vbi hęc verba habentur. Cumque die quadam miſſam celebraſſet populo, & de corpore Chriſti venerabiliter recrearetur, diaconus ſanguinem ſacrum populo ttadens cecidit, & ſanctum calicem comminuit. Hæc ibi. Deinde ne vinum pro infirmis conſeruatum vertatur in acetum, quod plurimum contingere ſolet. *Tertia.*
Quarta ratio eſt,quod apud pleraſque gentium nationes magna eſt vini raritas, ob quam difficillimum *Quarta.*
C eſſet, & aliquando impoſſibile vt ſub vini ſpecie totus populus communicaret: quoniam vinum deeſſet quod tantæ multitudini ſufficeret. Et quod præ his omnibus magis curandum erat, ne ſcilicet homines hac occaſione in eum ducerentur errorem,vt crederent ſub vtraque euchariſtiæ ſpecie non æquè totum Chriſtum cõtineri,ſicut de quibuſdam,nempe Neſtorianis, dicitur in hunc errorem lapſos fuiſ- *Quinta.*
ſe. Quò fieret, vt cum laborãti in extremis ſpecies vini propter quaſdam vrgentes cauſas ſubtraheretur, ſuſpicaretur ſe non integrè communicatum.Cauſæ ergo ſuppetunt,eaque non contemnendæ : nec au- *Neſto-*
toritas defuit.Nam ſi ex hoc quòd Chriſtus communicauit ſemel diſcipulis ſub vtraque ſpecie,fatemur *riani.*
illud licitè fieri poſſe, ſi eccleſia non prohiberet:ergo ſi oſtendamus Chriſtum in vna tantum ſpecie euchariſtiam aliquando diſcipulis communicaſſe,fateri etiam oportebit hoc ipſum etiam licere, Euchariſtiam videlicet ſub vna tantum ſpecie populo communicare, præcipuè quum conſtet de Apoſtolis poſt Chriſtum aliàs id factitaſſe.De Chriſto patet.Nam Lucas enarrans hiſtoriam diſcipulorum euntium in caſtellum quod dicitur Emaus,quibus Chriſtus reſurgens factus eſt obuiam, ait: Et factum eſt dum re- *Luc.24.*
cumberet cum eis, accepit panem, & benedixit, ac fregit, & porrigebat illis. Et aperti ſunt oculi eorum,& cognouerunt eum, & ipſe euanuit ex oculis eorum. Hunc autem panem fuiſſe euchariſtiam ex eo conſtare poteſt,quod dicit,benedixit, ac fregit. Nunquam enim aliter conſecratio illa in euangelio, nec in epiſtolis Pauli nominatur,niſi benedictio. Et cognouerunt eum in fractione panis, quippe quod viderint modum obſeruantem quem in cœna vltima tenuerat quum apoſtolis ſuum corpus porrigebat,

Verum ne iſta ſic dicta noſtræ fallaci ſuſpicioni imputentur, grauiſſimos autores ſic ſentientes citabo.
Theoph. Theophylactus itaque hunc Lucæ locum exponens, ait: Et quando permittit, tunc aperiuntur oculi eorum, & agnoſcũt eum. Inſinuatur & aliud quiddam, nempe quòd oculi eorum qui benedictum panem aſſumant, aperiuntur vt agnoſcant illum. Magnam enim & indicibilem vim habet caro domini. Hæc
Auguſt. Theophylactus. Hoc etiam teſtatur Auguſtinus in. 3. lib. de conſenſu Euangeliſtarum, ſic inquiẽs: Non D
incongruenter accepimus hoc impedimentum in oculis eorum à Satana factum fuiſſe, ne agnoſceretur Ieſus, ſed tamen à Chriſto facta eſt permiſſio vſque ad ſacramentum panis, vt vnitate corporis eius participata, remoueri intelligatur impedimentum inimici, vt Chriſtus poſſet agnoſci. Hæc Auguſt. Huius ſententiæ eſt Chryſoſtomus homilia. 17. ſuper Matth. atque idem aſſerit Beda ſuper Lucam. Quorum verba vt prolixitatem fugerem, in medium adferre contempſi. Cum ergo Chriſtus, tunc ſacramentum dedit, panem ſolum Lucas commemorat dediſſe, nullam vini faciens mentionem. Eſto, Chriſtus tunc corpus ſuum non dederit, quoniam de hac re nihil definire volo: Apoſtoli tamen hoc idem vſurpa-
Act. 2 runt. Nam in actis Apoſtolorum dicitur de his qui conuerſi fuerant per Petri prædicationem, quòd erant perſeuerantes in doctrina Apoſtolorum, & communicatione & fractione panis, & orationibus.
Act. 20. Vides hic nullam vini factam mentionem. Et alibi in eodem libro dicitur: Vna autem ſabbati cum conueniſſemus in craſtinum ad frangendum panem, Paulus diſputabat cum eis profecturus in craſtinum. Neque hic aliqua de vino facta eſt mentio. Nec ſolum tempore Apoſtolorum, ſed etiam longè in poſte-
Cyprian⁹ rum ſeruatum fuiſſe ritum de communione ſub vna tãtum ſpecie ex variis teſtimoniis conuincere poſſumus, nam beatus Cyprianus in epiſtola ad Antoninum, quæ eſt ſecunda libri quarti, refert presbyteros qui in fide defecerant, & poſtea reſipiſcebant, non ſolere recipi ad communionem ſacerdotalem, ſed tantum ad communionem laicam, quæ alia non poteſt eſſe niſi illa quæ datur ſub vna ſpecie tãtum, quoniam nulla alia poteſt eſſe differentia, inter laicam & ſacerdotalem communionem, niſi quod laicus ſub vna tãtum ſpecie communicat, ſacerdos verò ſub vtraque. Et huius rei teſtimonium etiam apertum
Ambro. præbet beatus Ambroſius, qui de laicorum communione differens, nulla prorſus vini mentione facta A
ſolum panem commemorat. Et ideo in oratione funebri fratris ſui ſatyri, aſſerit (vt in proxima præcedenti hæreſi citauimus) illum geſtaſſe ſacramentum Euchariſtiæ in libello precum ſuarum, & ab illo fuiſſe ſeruatum in naufragio. Ex quo apertè colligitur alteram ſacramenti ſpeciem ab altera ſeparatam tũc fuiſſe traditam. Eſt adhuc aliud exemplum quod in proxima etiam præcedenti hæreſi ob aliam cauſam narrauimus, & quia huic propoſito ob alium finem maxime ſuffragatur, ideo illud repetere oportet. In hiſtoria tripartita libro. 6. refertur quod cum puer quidam nomine Serapionis qui iam morti appropinquabat, peteret à presbytero euchariſtiam, presbyter illam puero tradidit vt ad infirmum portaret, quia ille propter noctis intemperiem & ſuam imbecillitatem ad infirmum venire non potuit. Et in hoc euẽtu ſolam ſpeciem panis puero fuiſſe traditam refert hiſtoria illa, nullam prorſus ſanguinis mentionem faciens. Deinde Leo papa huius nominis primus in quodam decreto & in ſermone quarto de quadrageſima præcipit vt communio non fiat ſub vna tantum ſpecie, propter hæreſim Manichæorum & aliorum qui prædicabant Chriſtum aſſumpſiſſe corpus phantaſticum ſine ſanguine, & ob eam cauſam contendebant, Euchariſtiam ſine ſanguine eſſe ſumendam. Ex quo Leonis decreto apertè coniicitur ante Leonem papam fuiſſe conſuetudinem communicandi ſub vna tantum ſpecie laicos, & illam decreto Leonis fuiſſe ſublatam, & à tempore illo ob iuſtam cauſam incepiſſe conſuetudinem communicandi ſub vtraque ſpecie, quæ poſtea tempore aliquanto durauit, ſed ob alias multas cauſas denique ſublata eſt. Si ergo Chriſtus ſemel diſcipulis ſuis in vna tantum ſpecie communicauit: ſi apoſtoli aliis e- B
tiam in vna tantum ſpecie ſæpe communicarunt, ſi conſuetudo illa per multa tempora poſtea in eccleſia ſeruata eſt, conuincitur, minimè ex Chriſti præcepto Chriſtianos omnes obligari ad ſumendum ſub vtraque ſpecie. Adde quòd in Ioan. 6. cap. in quo de hoc ſacramento fit mentio, ſæpe fit memoria panis, nunquam autem memoria vini. Nam etſi de ſanguine fiat mentio, non tamen vt ſub ſpecie vini ſumendus eſt. Deinde vna earum petitionum quæ in oratione dominica memorantur apud Matthæum, eſt de
Matt. 6. hoc ſacramento ſub his verbis: Panem noſtrum ſuperſubſtantialem da nobis hodie: in qua nulla de ſpecie vini fit mentio. Prætereo figuras huius ſacramenti, quæ cùm multæ ſint, tariſſimę tamen in ſpecie vi-
Gene. 14. ni, ſed omnes ferè in ſpecie cibi præceſſerunt, vt de manna, & agno paſchali, & panibus propoſitionis. Quod autem in Geneſi dicitur: Melchiſedech panem & vinum obtuliſſe, figura quidem fuit huius ſacramenti ſub vtraque ſpecie, non tamen in plebeio homine, ſed in vero dei ſacerdote: quoniam intelligendum eſt, non quòd illa obtulerit Abrahæ. Nam vt iſta porrigerentur Abrahæ, non erat neceſſarius Chriſti ſacerdos. Sed quòd illa obtulit Deo, gratia ei reddens pro victoria quam Abraham de inimicis habuerat. Cùm ergo tot teſtimoniis comprobetur nullum eſſe de hac re diuinum præceptum, vt omnes videlicet Chriſtiani ſub duplici ſpecie euchariſtiam ſumant: quid prohibet eccleſiam ſtatuere vt laici ad vnam tantum ſpeciem arctentur, præcipue cum ad id ſtatuendum tot vrgentes cauſæ ſubſint, & nullum inde incõmodum ſequatur? Eſt ergo conſtantiſſimè fatendum eccleſiæ vſum hactenus obſeruatum de cõmunione ſub vna tantum ſpecie laicis præſtanda, ſacris literis minimè diffórmem, quinimo iuſtũ ve-
reque catholicũ eſſe. Quapropter Græci, Bohemi, & Lutherani oppoſitum aſſerentes, hæretici cenſendi ſunt, ac velut tales euitandi. Sed neque in his amplius iam remorari decet lectorem, cum à pluribus cõ-
ciliis fuerit iam hæc cauſa definita. Concilium nanque Conſtantienſe ſeſsione. 13. per hæc verba definit: C
Cõcilium Conſtant. Et ſicut hæc conſuetudo ad euitandum aliqua pericula & ſcandala rationabiliter introducta, quòd licet in primitiua eccleſia huiuſmodi ſacramentum reciperetur à fidelibus ſub vtraque ſpecie, poſtea à conficientibus ſub vtraque ſpecie, & à laicis tantummodo ſub ſpecie panis ſuſcipiatur, cum firmiſsimè credendum ſit, & nullatenus dubitandum, integrum Chriſti corpus & ſanguinem tam ſub ſpecie panis

quàm

quàm ſub ſpecie vini veraciter contineri, vnde cùm huiuſmodi conſuetudo ab eccleſia & ſanctis patribus rationabiliter introducta,& diutiſſime obſeruata ſit,habenda eſt pro lege,quam non licet reprobare,aut ſine eccleſiæ autoritate pro libito mutare. Quapropter dicere quòd hanc conſuetudinem aut legem obſeruare,ſit ſacrilegum aut illicitum,cenſeri debet erroneũ, & pertinaciter aſſerentes oppoſitum præmiſſorum,tanquam hæretici arcendi ſunt,& grauiter puniendi per diœceſanos locorum.Hæc concilium Conſtantienſe.Et concilium Baſilienſe,in quo longius hæc res cum Bohemis diſputata eſt, hanc eandem præfati concilii ſententiam ſeſſione trigeſima cõfirmat.Si quis autem à me petat,quando communio ſub vtraque ſpecie inter laicos deſierit, ego (vt ingenue loquar) ignoro : Nam, etſi in re hac inueſtiganda omnem adhibuerim diligentiam, apud nullum tamen ſcriptorem potui huius rei inuenire initium, neque vllam ante concilium Conſtantienſe inuenio de hac re eccleſiæ definitionem. Credere igitur par eſt ex communi fidelium populorum & orthodoxorum præſulum tacito conſenſu, receptam eſſe ſub vna tantum ſpecie communionem : Quando autem primum inceperit,mihi non conſtat.Contra hanc hæreſim ſcripſit olim (vt Ioannes Trithemius teſtatur) quidam Ioan. Hagen Carthuſienſis. Poſtea hoc noſtro tempore multi ſcripſiſſe feruntur, è quibus vidi Gaſparum Sagerum in ſuo Scrutinio diuinæ ſcripturæ,& Epiſcopum Roſſenſem,qui in eo opere quod contra omnes Lutheri errores ędidit, vnum de hac re integrum fecit articulum : & Iodocum Clichthouæum in eo compendio quod fecit veritatum in concilio Senonenſi definitarum. Albertus Pighius in libro controuerſiarum Ratiſponæ habitarum controuerſia ſeptima.

Cõcilium Baſiliẽſe.

D

EVNVCHVS.

FVit quædam non minus crudelis & temeraria, quam erronea ſententia quorundam dicentium eſſe neceſſarium ad Deo bene ſeruiendum, vt quiſque caſtratus & eunuchus ſit. Huius hæreſis autores (vt Auguſt.libro de hæreſibus cap.37.ait) fuerunt quidam nominati Valeſii, qui non ſolum ſeipſos,ſed etiam eos quos hoſpitio recipiebant, caſtrabant, credẽtes ſic Deo ſe debere ſeruire.Hic error ſatis apertè cõuincitur per id,quòd vnũ ex legis pręceptis eſt,vt neminem occidamus.Quo pręcepto non ſolum prohibetur (vt ipſamet veritas expoſuit) occiſio,ſed omnis res quæ ad illam quoquo modo tendit.Nam ſicut in præceptis affirmatiuis non ſolum præcipiuntur res illic expreſſæ, ſed illis præceptis etiam mandãtur res illæ ſine quibus aliæ non poſſunt haberi:ita in præceptis negatiuis, hoc eſt in prohibitionibus, non ſolum prohibentur illæ res ibidem expreſſæ,ſed etiam interdicũtur aliæ omnes res quæ ad illas maximè impellunt,& latam viam aperiunt. At certum eſt eum qui caſtratur,adeò periclitari,vt tunc maximè dubia ſit eius vita. Vidi enim ego ipſe quendam caſtrari à chirurgo, vt vel ſic morbum alioqui incurabilem depelleret, qui tamen ex ea ſola occaſione mortuus eſt. Cùm ergo tam periculoſum ſit caſtrare aliquem, vt veriſimiliter de morte illius agatur, cùm caſtrandus eſt, conuincitur inde vt talis caſtratio eodem præcepto ſit prohibita,quo prohibetur hominis occiſio.Nec erit vnquam licita,niſi cauſa ſalutis adipiſcẽdæ, quam alia faciliori via aſſequi non poſſet.Præterea,ſi neceſſarium eſſet vt omnes caſtrarentur,coniugia perirent,quæ Deus approbauit,præcipiens vt nullus dimittat vxorem ſuam,excepta cauſa fornicationis. Et Paulus iubet virum reddere debitum vxori, vt videlicet inuicem non fraudentur. At quomodo vir caſtratus poterit vxori debitum perſoluere, cùm talis debiti ſolutio non alio modo fiat, quàm per carnalem coitum ? Rurſum,ſi oporteret omnes viros caſtrare,citiſſime humanum genus finiret,non ex dei præcepto & voluntate,ſed ob defectum propagationis. Sed huic ſententiæ obuiat præceptum domini dicentis: Creſcite & multiplicamini.Quod præceptum in mundi exordio propter generis humani multiplicationem obligauit omnes,nũc autem cum iam ſit ſatis propagatum, & latè diffuſum,non obligat, niſi neceſſitas vrgeret, vt ſi fortè humanum genus eſſet ex aliquibus calamitatibus ad tantam paucitatem redactum,vt neceſſe eſſet ad eius conſeruationem homines miſceri mulieribus. Eo enim caſu inſtante, tunc præceptum illud de multiplicatione ſpeciei humanæ fortè vires ſuas reſumeret,& æquè obligaret ſicut à principio inſtitutionis humanę.Nam hac ſola ratione filiæ Loth coẽũtes cum patre excuſantur à peccato inceſtus, quia videlicet credebant poſt incẽdium Sodomæ & Gomorrhæ omnes homines periiſſe, neque alium præter earum patrem ſuperſtitem eſſe. Tãtam enim ſancti viri putarunt eſſe illius præcepti vim,vt etiam ad patris cum filia cõcubitum extendi exiſtiment propter vitandam generis humani deletionem.Beatus ſiquidem Irenæus lib.4. aduerſus hæreſes cap.51. de filiabus Loth loquens,ſic ait:Illæ quidem filiæ ſecundum ſimplicitatem & innocẽtiam putantes vniuerſos homines periiſſe,quemadmodum & Sodomitæ, & vniuerſam terram iracundiam dei ſuperueniſſe, dicebant hæc.Quapropter & ipſę excuſabiles ſunt,arbitrantes ſe ſolas relictas cum patre ſuo ad conſeruationem generis humani,& propter hoc circũueniebant patrem.Hæc Irenæus martyr.Eidem ſubſcribit Origenes, qui homilia.5.ſuper Geneſ.ait:Quamuis grande eis crimen videretur furari concubitum patris,grauior eis tamen videbatur impietas ſi humanæ (vt putabant) poſteritatis ſpem ſeruata caſtitate delerent.Propter hoc ergo concilium ineunt,minore (vt ego arbitror) culpa,ſpe tamen argumentoque maiore.Patris mœſtitiam vel rigorem vino molliunt & ſoluunt.Singulis ingreſſæ noctibus,ſingulę ſuſcipiunt ab ignorante conceptum.Vltra non repetunt,non requirunt.Vbi hic libidinis culpa? Vbi inceſti crimen arguitur? Quomodo dabitur vitio,quod non iteratur in facto?Hæc Origenes.Tamen beatus Auguſtinus lib.22. contra Fauſtum,cap. 43.aliquam illis fœminis culpam tribuit,dicens:Et potius quidem nunquam eſſe matres,quàm ſic vti patre debuerunt. Sed quãuis illas peccaſſe cenſeat Auguſtinus, tamen illas valde excuſat, quia videlicet non ardore libidinis motæ, ſed ſolum propter conſeruationem humani generis fecerint,credentes humanum genus tunc perire ſi ipſæ patre ſuo non vterentur. Et hoc

Valeſii.

Matt.5.

Matt.19.

Gene.1.

Gene.19.

Origenes

A

B

quidem pro noſtro teſtimonio ſatis eſt: quoniam ſi illa voluntas conſeruandi genus humanum per coitum bona non eſſet ex ſe, nullo modo potuiſſet illas à tanta malitia liberare, quantam illis inceſtus talis conſtare potuiſſet. Eucherius Lugdunenſis epiſcopus lib. 2. ſuper Geneſim, Origenis ſententiam tuetur,
Matt. 19. & eiſdem verbis quibus Origenes, nec vno mutato verbo. Accedit ad hæc, quod Dominus in Euangelio non commendauit natos eunuchos ex vtero matris ſuæ, nec eunuchos qui facti ſunt ab hominibus, ſed eos commendauit eunuchos qui ſe caſtrauerunt propter regnum cœlorum. Hæc autem caſtratio C
non ſic eſt accipienda, quòd mẽbra virilia reſecentur: quoniam ſi tales eunuchos Chriſtus laudaſſet, eadem ratione etiam laudaſſet illos qui ab vtero matris nati fuiſſent eunuchi, aut qui ab hominibus facti ſunt eunuchi, quod non fecit. Præterea illo modo etſi opus venereum omnino abigatur, non tamen tollitur illius operis mala voluntas, quæ maximè vitanda erat: cum ab ea omnis bonitas aut malitia exterioris operis pendeat. Noui ego hominem à quo membrum virile ob vrgentem infirmitatem fuerat abſciſſum, qui tamen (vt ipſe poſtea fatebatur) vehementem carnis pruritum patiebatur, & ſæpe dolebat ſe non poſſe exequi quod caro concupiſcebat. Quid ergo illi proderat caſtratum fuiſſe? Certè parum proderat animæ ſuæ ſaluti, cum libidinis ardor carnem vreret, & praua voluntas intra ſecreta animæ adhuc latitaret. Abeant ergo Valeſij, & animas ſuas à praua voluntate caſtrẽt, & corpora intacta relinquant.

EXCOMMVNICATIO.

QVi ſemel hoſtem alicuius ſe declarauit, quacunque re poteſt, nocere illi procurat, & omnem illius poteſtatẽ minuere, & funditus, ſi poteſt, tollere conatur. Quod in Vviclephiſtis & Huſſitis & Lutheranis facile eſt agnoſcere: quoniam hi omnes, velut viperarum genimina, matris ſuæ eccleſiæ viſcera rodere nunquam ceſſant: & cum in ea per baptiſmum fuerint nati, ab ea per hæreſim exeũtes, illam oc-
Vvicleſ. Ioannes Huſs. cidere volunt, omnem ab illa poteſtatem auferentes. Inter alia ergo quæ ab eccleſia ſeparare nitũtur, eſt poteſtas excommunicandi. Dicit enim Vvicleph, excommunicationem à papa aut quocunque alio prælato inflictam, non eſſe timendam, quia eſt cenſura (vt dicit) Antichriſti. Et Ioannes Huſs aſſerit clerum
Lutherus. ſuppeditare laicos per excommunicationem & alias cenſuras. Lutherus autem muros Hiericho iam deſtructæ reædificare tentans, ait excommunicationem non ſolum non eſſe timendam, ſed cum gaudio D
recipiendam & procurandam. Vt ergo iſtorum ora obſtruamus, ex ſacris literis oſtendamus eccleſiam habere poteſtatem excommunicandi: deinde enarrabimus incommoda quæ excommunicato eueniunt
Matt. 18. propter ſolam excommunicationem, vt vel ſic agnoſcat Lutherus quantum ſit timenda. Poteſtatem excommunicandi tribuit Chriſtus eccleſiæ cum apud Matt. ait: Si peccauerit in te frater tuus, vade & corripe eum inter te & ipſum ſolum. Si te audierit, lucratus eris fratrem tuum. Si autem te non audierit, adhibe tecum adhuc vnum vel duos, vt in ore duorum vel trium teſtium ſtet omne verbum. Quòd ſi non audierit eos, dic Eccleſiæ. Si autem Eccleſiam non audierit, ſit tibi ſicut ethnicus & publicanus. Quid autem eſt dicere, ſit tibi ſicut ethnicus? Idem certè eſt ac ſi dixiſſet, nullam prorſus cum eo habeto com-
1. Cor. 6. munionem, quoniam communio cum infidelibus eſt Chriſtianis interdicta. Vnde Paulus ait: Quæ pars
2. Ioan. 1. fideli cum infideli? Et beatus Ioannes in ſua ſecunda epiſtola ait. Si quis venit ad vos, & hanc doctrinam non habet, nolite recipere eum in domum, nec aue ei dixeritis. Qui enim dicit illi aue, communicat o-
Matt. 18. peribus eius malignis. Ecce prædixi vobis, vt in die domini non confundamini. Quod ergo fuit populo Iſrael Chananæus, hoc eſt homini Chriſtiano homo infidelis. Cũ ergo dixit, ſit tibi ſicut ethnicus: idem eſt ac ſi dixiſſet cum illo non eſſe communicandum. Vt autem ſententiam eccleſiæ excommunicãtis aliquem, ratam & firmã eſſe nullus dubitaret, addit: Amẽ dico vobis, quæcunq; alligaueritis ſuper terram, erunt ligata & in cœlis: & quæcũque ſolueritis ſuper terram, erunt ſoluta & in cœlis. Quæ verba exponens beatus Hieronymus in commentariis ſuper Matthæum, ait: Quia dixerat, ſi autem eccleſiam non audierit, ſit tibi ſicut ethnicus & publicanus, & poterat contemptoris fratris hæc occulta eſſe reſponſio, vel tacita cogitatio: ſi me deſpicis, & ego te deſpicio: ſi tu me condemnas, & mea ſententia condemnaberis: poteſtatem tribuit Apoſtolis, vt ſciant qui à talibus condemnantur, humanam ſententiam diuina ſententia roborari: & quodcũque ligatum fuerit in terra, ligari pariter in cœlo. Hæc Hieronymus. Vides A
hic Hieronymum tribuentem eccleſię poteſtatem excommunicandi, & hoc non ex ſuo cerebro (quemadmodum hæretici faciunt) ſed ex verbis Euangelii, quæ de illa poteſtate cenſet eſſe intelligenda. Hieronymo conſentit Chryſoſtomus, qui exponens illa Matthæi verba, ait: Vide qualiter duplicibus colligauit neceſſitatibus, & pœna quæ hic eſt, ſcilicet proiectione ab Eccleſia: Sit tibi ſicut ethnicus & publicanus: & ſupplicio futuro, quod eſt eſſe ligatum in cœlo. Hæc Chryſoſtomus. Chriſtianus Druthmarus ſuper Matthæum idem dicit, & ferè eiſdem verbis quibus Hieronymus, ideo non fuit opus ea repetere, ſed ſatis eſt indicaſſe lectori. Eandẽ etiam ſententiam docet Vrbanus papa & martyr in epiſtola de communi vita & oblatione fidelium. In ea enim epiſt. poſtquam inhibuit ne eccleſiæ facultates caperentur in alios vſus conuertendæ, & cuicunque diripienti excommunicationem minatus, ne talem excommu-
Ibidem. nicationem aliquis vilipenderet, ait: Quod autem ſedes epiſcoporum in eccleſiis excelſæ conſtitutæ & præparatæ inueniuntur vt thronus, ſpeculationem, & poteſtatem iudicandi & ſoluendi atque ligandi à domino ſibi datam materiam docent. Vnde ipſe Saluator in Euangelio ait: Quæcũque ligaueritis ſuper
Ioan. 20. terram, erunt ligata & in cœlo. Et quęcũque ſolueritis ſuper terram, erunt ſoluta & in cœlo. Et alibi: Accipite ſpiritum ſanctum: quorum remiſeritis peccata remittũtur eis, & quorum retinueritis, retẽta ſunt. Ideo iſta prætulimus chariſſimi, vt intelligatis poteſtatem epiſcoporum veſtrorum, in eiſque dominum veneremini, & eos vt animas veſtras diligatis, & quibus illi non communicant, non communicetis, & B
quod eiecerint, non recipiatis. Hæc Vrbanus papa & martyr, cuius epiſtola habetur in eo volumine in quo ſunt omnium conciliorum decreta coaceruata. Hos autem doctores citaui, vt videat Lutherus qua-

liter

liter illum Euangelii locum ſacri doctores ſint interpretati, ex illo colligentes, eccleſiam habere poteſtatem excommunicandi. Verum & ſi talem poteſtatem prælati eccleſiaſtici habeant: non tamẽ debẽt illam temerè & pro leuiſſima culpa infligere: quoniam cum ſit acerbiſſima punitio, nullus ea pœna debet plecti, niſi pro crimine lethali, nec pro quolibet tali, ſed (vt patet ex cõtextu literæ euangelicæ) pro ſolo illo cui eſt admixta pertinacia. Vnde Leo papa huius nominis primus in epiſtola ad epiſcopos per Viennenſem prouinciam conſtitutos, quæ eſt. 67. ſic ait: Nulli Chriſtianorum facile communio denegetur, nec ad indignãtis fiat hoc arbitrium ſacerdotis, quod in magni reatus vltionem inuitus & dolẽs quodammodo debet animus vindicantis. Cognouimus enim pro commiſſis & leuibus verbis quoſdam à gratia communionis excluſos, & animam pro qua Chriſti ſanguis effuſus eſt, irrogatione tam ſęui ſupplicij ſauciatam, & inermem quodammodo exutamque omni munimine diabolicis incurſibus vt facile caperetur, obiectam. Certè ſi quando cauſa talis emerſerit, vt pro commiſſi criminis qualitate aliquem iuſtè faciat communione priuari, is tantum pœnæ ſubdendus eſt, quẽ reatus inuoluit, nec particeps eſſe debet ſupplicij, qui conſors nõ docetur commiſſi. Hæc Leo papa. Ex cuius verbis multa ſunt quæ poſtmodum annotabuntur. Quod autem noſtro propoſito ſeruit, eſt, excommunicationem non eſſe irrogandam alicui niſi pro culpa, eaque graui. Prius enim quàm aliquis excõmunicetur, diſcutienda eſt criminis qualitas. Quòd ſi in eo crimine inuentus fuerit, corrigendus eſt, & omnibus viis ad pœ-
C nitentiam inducendus. Et ſi monitiones contemnens pœnitere noluerit, nec ad rectum tramitem redire, tunc meritò excommunicandus etit, vt vel ſic confuſus & erubeſcens reſipiſcat. Nam hic eſt vnus finis propter quem aliquis excommunicari debet, propter ſuam, excommunicati videlicet, vtilitatẽ. Vnde beatus Paulus de Corinthio illo loquẽs qui cũ nouerca ſua coibat, ſic ait: Iudicaui tradere huiuſmodi hominem Satanæ in interitũ carnis, vt ſpiritus ſaluus ſit in die domini noſtri Ieſu Chriſti. Vides qualiter traditur Satanæ, vt ſcilicet ſpiritus ſaluus ſit. Et in priore ad Timotheum epiſtola dicẽs aliquos circa fidem naufragium paſſos eſſe, ſubdit: Ex quibus eſt Hymeneus & Alexãder, quos trãdidi Satanæ, vt diſcant non blaſphemare. Et in poſteriore ad Theſſ. epiſt. ait: Quod ſi quis nõ obedit verbo noſtro per epiſtolam, hunc notate, & ne commiſceamini cum illo, vt confundatur. Primò ergo per excommunicationem proſpicitur ipſius excommunicati vtilitati, vt videlicet cum viderit ſe á communione fideliũ eiectum, vel ſic confuſus pœniteat male actorum. Sæpiſsimè nanque compertum eſt vt excommunicatione aliquis coactus, emendet quę prius male geſſerat. Cuius rei plurima poſſint adferri exempla, illud omnium maximũ eſt quod natratur. 9. lib. hiſtoriæ tripartitæ cap. 30. de Theodoſio imperatore, qui ob crudelem multorum hominum cædem Theſſalonicæ illius iuſſu factam, ab Ambroſio Mediolanẽſi epiſcopo excommunicatus eſt, & ab ingreſſu eccleſiæ prohibitus. Hanc excommunicationem imperator patienter tolerans, eo quòd iuſtè ſibi inflictam cognouit: octo continuis menſibus ab ingreſſu eccleſiæ abſtinuit, domique manens, fletibus & gemitibus pœnitentiam peſsimi ſceleris agebat, veniamque à domino poſtulabat. Quod Ambroſius plenè cognoſcens, poſt illos octo menſes eccleſiæ communionem illi dedit: Propter hoc autem factum nunquam imperator fuit aduerſus Ambroſium etiam aliis irritantibus indignatus: imò poſtea de hac re Ambroſium Conſtantinopoli laudauit. Multum cer-
D tè profuit Theodoſio excommunicatio illa, quæ illum ad peccati ſui cognitionem adduxit, & illius pœnitentiam agere coëgit. Felix enim eſt neceſsitas quæ nos ad meliora perducit. Et ptopter hanc cauſam vocatur excommunicatio medicinalis, quia finis eius eſt mederi peccatori, morbo peccati laboranti. Erit namque medicinalis excommunicatio, ſi eam non contempſerit, ſed potius confuſionem ſuam aſpiciens, emendet quæ malè prius egerat. Si autem contemnens excommunicationem, pœnitere nẽgligat, tunc excommunicatio nõ eſt illi medicinalis, ſed lethalis. Verum etſi lethalis ſit, non tamẽ propter hoc excommunicatio reuocanda eſt, quoniam excommunicans non ſolum conſulit vtilitati ipſius excommunicati, ſed etiam incolumitati totius reliquæ communionis. Quia enim vnum pecus morbidum infi cit omne pecus: ideo pecus infectum ſequeſtratur, ne reliquas attactu ſuo inficiat oues. Nec propter hoc paſtor iudicatur crudelis, ſed pius: imò crudelis & ſecors & ignauus eſſet cenſendus, ſi hoc non faceret. Vnde beatus Ambroſius libro ſecũdo, de offic. cap. vigeſimo ſeptimo ſic ait: Cum dolore amputatur etiam quæ putruit pars corporis, & diu tractatur, niſi poteſt ſanari medicamentis: ſi non poteſt, tũc à medico bono abſcinditur. Sic epiſcopi affectus bonus eſt, vt optet ſanare infirmos, ſerpẽtia auferre hulcera adurere aliqua, non abſcindere, poſtremo quod ſanari nõ poteſt, cum dolore abſcindere. Hæc Ambroſius. Non ergo (vt Lutherus obiicit) crudelis eſt cenſenda mater eccleſia eo quòd filium ſuum tam ſæuo ſupplicio punit, quia ad filij vtilitatem facit, quam ſi filius contempſerit, conſulit incolumitati aliorũ
A quia videlicet mauult, & rectè, vnũ perdere, quàm omnes. Ex his ergo omnibus ſatis patet eccleſiã habere poteſtatem excommunicandi, & in quos, & propter quem finem talis excommunicatio eſt exercenda. Præter hæc omnia ad eandem rem confirmandam, non paruum, imò maximum pondus habet totius vniuerſalis eccleſiæ antiqua conſuetudo, quæ per ſcripta & decreta ſummotum pontificum & ſanctorum & doctiſſimorum cognoſcitur. Deinde plurium conciliorum decreta hodie extant, quibus dicitur: Si quis tale aut tale fecerit, excommunicetur, aut priuetur communione, aut anathema ſit: quod idem eſt. Poſtremo in Concilij Conſtantienſis ſeſſione octaua condẽnantur. 45. aſſertiones Ioannis Vicleph, quarũ vna eſt hæc: Nullus prælatus debet aliquẽ excõmunicare niſi prius ſciat eũ eſſe excõmunicatum à Deo: & qui ſic excõmunicat, eſt hæreticus ex hoc, vel excõmunicatus. Et alia aſſertio eius ita habet: Excõmunicatio papæ & cuiuſcunq; prælati nõ eſt timẽda, quia eſt cẽſura Antichriſti. Quæ propoſitiones cũ aliis eiuſdẽ vna ſuper omnes lata ſententia dãnatæ ſunt. Nũc ergo opus eſt vt oſtẽdamus qui ſint huiuſmodi excõmunicationis effectus, vt Lutherus agnoſcat illã non eſſe (vt ait) optandã, ſed maximè fugiendam. Primò ergo excommunicatus traditur Satanæ, vt ab eo facilius & liberius torqueatur.

1. Cor. 5.

1. Tim. 1.

2. Theſ. 2.

Cõcilium Conſtant.

Nam etsi propter peccatum ante excõmunicationem iam sit in dæmonis potestate, quia seruus dæmonis per peccatum est factus: tamen per excommunicationem maiorem in eo habet dæmon potestatem, vt facilius pro sua libidine illum torquere possit. Ante excõmunicationem enim etsi per peccatum charitatem amiserat, quapropter Christo non est viuaciter coniunctus, non tamen ab eo est prorsus separatus: quoniam per fidem nonnullam habet vnionem: quemadmodum membrum aridum carens vita, quod corpori per neruos & pellem coniungitur, & aliquãtulo fouetur corporis calore. Et propter hanc fidem & coniunctionem particeps est orationum communium quæ ab ecclesia fiunt. Et propterea dæmon non tantam potestatem in eum habet vt pro sua libidine illum vexet, quoniam resistit virtus reliquorum membrorum quibus est per fidem coniunctus. Post excommunicationem verò destituitur hoc
Apo.22. auxilio, & à corpore magis separatur, & sic dæmon potest eum facilius quàm antea torquere. Certum enim est quòd is qui in sordibus est (vt est in Apocalypsi) sordescere potest adhuc: quemadmodum qui B
iustus est, iustificari potest adhuc. Ita qui in dæmonis erat potestate, potest adhuc magis illius potestati
Ioan.13. subdi. Ioannes siquidem refert dæmonem intrasse in Iudam post acceptam bucellam panis, & tamen ante acceptam bucellam iam diabolus erat in eo, quia Ioannes antea dixerat quod diabolus miserat in cor Iudę vt traderet Christum. Ecce diabolus qui iam Iudam possederat, iterum intrat ineum, maiorem in eum accipiens potestatem. Sic etiam est in excommunicato, qui per peccatum ante excommunicationem iam erat possessus à dæmone, seruus eius effectus: post excommunicationem verò maiorem in eum dæmon accepit potestatem. Non enim iam fouetur à corpore vt antea, quia nec iam bonorum Ecclesiæ est particeps, nec illi prosunt communes ecclesiæ orationes, nec pro illo publicas & solennes preces fundere licet. Cuius rei hoc manifestum est testimonium, quòd cum in die parasceues ecclesia oret pro omnibus, etiam pro Paganis, pro solis tamen excommunicatis qui publicè denunciati sunt, non orat. Quòd si talibus auxiliis destituitur excommunicatus, vero simile est vt maiorem in eum dæmon habeat potestatem quàm ante excõmunicationem, etiam si in peccato fuisset. Hoc autem testimonio Pauli
1.*Cor.5.* comprobatur. Nam certum est Corinthium illum qui patris vxorem acceperat, tũc possessum esse à diabolo, tamen Paulus iudicauit illum tradere Satanæ. Et de Alexandro & Hymeneo qui à vera fide errauerant, testatur se illos tradidisse Satanæ. Vnde clarè patet Paulum tradisse Satanæ eos qui iam à diabolo possessi erant. Sed si ab eo possidebantur, quomodo illos tradit dæmoni, & cur? Certè qui possidebantur, non prorsus sub illius ditione erant, & ideo tradit vt magis sint illi subiecti, & liberius illos possit torquere. Vt autem clarius pateat hæc veritas, & hanc esse verborum Pauli sententiam, aliquorum sanctorum testimonia proferam. Pro qua re maximè facit illud quod supra ex epistola. 67. Leonis papæ ci- C
tauimus. Eius postrema verba sunt hæc: Cognouimus enim pro commissis & leuibus verbis quosdam à gratia communionis exclusos, & animam pro qua Christi sanguis effusus est, irrogatione tam sæui supplicii sauciatam, & inermem quodammodo, exutamque omni munimine diabolicis incursibus, vt facilè caperetur, obiectam. Hæc Leo. Quibus verbis etsi reprehendat eos qui temerè excommunicationem inferunt, tamen satis apertè declarat hunc quem diximus excommunicationis effectum. Beatus Augustinus in libro de verbis Apostoli sermone. 68. eandem docet sententiam, sic dicens: Omnis Christianus dilectissimi qui à sacerdotibus excommunicatur, Satanæ traditur. Quomodo? quia scilicet extra ecclesiam diabolus est, sicut in ecclesia Christus: ac per hoc quasi diabolus traditur, qui ab ecclesiastica communione remouetur. Vnde illos quos tunc Apostolus: Satanæ esse traditos prædicat excommunicatos à se esse demonstrat. Hæc Augustinus. Et beatus Ambrosius exponens illud quod de Alexandro & Hymeneo Apostolus ait, videlicet: Quos tradidi Satanæ vt discant non blasphemare, ita dicit: Traditio autem hæc est, quia commotus Apostolus blasphemiis eorum, sententiam protulit in eos. Diabolus autem qui ad hoc paratus est, vt auersos à Deo accipiat in potestatem, audita sententia corripit eos, vt intelligerent hac causa se pœnis astringi, quia blasphemauerant. Hæc Ambrosius. Eandem sententiam docet Origenes, qui in homilia secunda super librum Iudicum ita ait: Non solum per Apostolos suos Deus tradidit delinquentes in manus inimicorum, sed & per eos qui ecclesiæ præsident, & potestatem habent non solum soluendi, sed & ligandi, tradũtur peccatores in interitum carnis, cum pro delictis suis à corpore Christi separantur. Hęc Origenes. Quæ verba in volumine Decretorum, causa vndecima, quęstione tertia, in capitulo, Audi, sub nomine Hieronymi vitiose citantur, quoniam præter id quod Hieronymus super librum Iudicum non scripsit, illa verba iuxta eũdem literæ ordinem prout ibi sub inscriptio- D
ne Hieronymi ponuntur, habentur in homilia. 2. Origenis super librum Iudicum. Sed ad scopum nostrum redeamus. Hanc sententiam docet etiam Antherus papa, & martyr, qui in epistola ad episcopos prouinciæ Beticæ & Toletanę, ita ait: Veteri quidem lege habetur, quicunque sacerdotibus non obtemperasset, aut extra castra positus lapidabatur à populo, aut gladio ceruice subiecta cõtemptum expiabat cruore. Nunc verò inobediens spirituali animaduersione truncatur, & eiectus ab ecclesia rabido dęmonum ore discerpitur. Hęc Antherus papa. Cuius doctrinam martyrium pro Christo susceptum maximè commendat. Lutherus tamen pro sui erroris (quem ipse putat veram fidem) confirmatione, martyrium subire maximè reformidat, quoniam intra Saxoniæ angustias sic se continet, vt inde exire non audeat, non putans se alibi fore tutum. His omnibus assentit beatus Vrbanus papa etiã & martyr in illa epistola superius citata quæ est de communi vita fidelium. Is enim pontifex sanctus prohibens ne bona ecclesiæ in alios vsus conuertantur, ita ait: Hæc fratres valde cauẽda sunt & timenda, quia res ecclesiæ non quasi propriè, sed vt communes & domino oblatæ, cum summo timore non in alios quàm in præfatos vsus sunt fideliter dispensandæ, ne sacrilegii reatum incurrant qui eas inde abstrahunt vbi traditæ sunt, ne pœnam & mortem Ananiæ & Sapphiræ incurrant, & (quod peius est) anathema maranatha fiant, & si non corpore, vt Ananias & Saphira ceciderint, anima tamen, quæ potior est corpore mortua & alienata

A nata à consortio fidelium cadant, & in profundum barathri labantur. Hæc Vrbanus papa & martyr. Quibus verbis dicit excommunicationem esse peiorem morte. Quid ergo Lutherus dicere audet excõmunicationẽ nõ esse timendã? Nunquid non omnes à natura habent vt mortem horreãt, & formidẽt? Multo ergo magis erit horrẽda & formidãda excommunicatio, quæ peior est morte. Ex his etiam cõuincitur falsum esse quod Lutherus ait excommunicationem esse pœnam præcise externam, quia cum excommunicatus (vt iam satis euicimus) tradatur Satanę, ab illo vexãdus, & omni munimine destitutus dæmonis incursibus obiiciatur, & illius anima magis à dęmone possideatur quàm ante excommunicationem: colligitur inde excommunicationem esse etiam pœnam internam. Secũdus excommunicationis effectus est, separari ab aliorum communi conuictu & contubernio, ita vt illis nec loqui valeamus, nec illos hospitio recipere. Paul⁹ enim in priore epist. ad Corint. ait: Si is qui frater nominatur inter vos, est fornicator, aut auarus, aut idolis seruiens, aut maledicus, aut ebriosus, aut rapax, cũ huiusmodi nec cibum sumere. Et in. 2. epist. ad Thessal. Quòd si quis non obedierit verbo nostro per epistolam, hunc notate, & non commisceamini cum illo, vt confundatur. Et beatus Ioannes in sua. 2. catholica epistola, ita dicit: Si quis venit ad vos, & hãc doctrinam non adsert, nolite recipere eum in domum, nec aue ei dixeritis. Qui enim dicit illi aue, cõmunicat operibus eius malignis. Ecce prædixi vobis, vt in die domini non confundamini. Ex his beati Ioannis verbis apertè cõstat excummunicatum esse priuatum beneficio hospitalitatis, & familiari aliorum hominum colloquio. Et beatus Calixtus papa & martyr in epistola ad omnes Galliarum episcopos, has omnes pœnas excommunicationis quæ externæ sunt, vno literæ decursu complectitur, dicẽs: Excommunicatos quoque à sacerdotibus nullus recipiat ante vtri-

1. Cor. 5.

2. Thes. 3.

2. Ioan. 1.

B usque partis iustam examinationem, nec cum eis in oratione, aut cibo, aut potu, aut osculo communicet. nec aue eis dicat: quia quicũque in his vel in aliis prohibitis, scienter excõmunicatis cõmunicauerit iuxta Apostolorum institutionem & ipse similiter excommunicationi subiacebit. Hæc Calixtus papa. Cuius epist. est inter illas pontificum epistolas quas B. Isidorus præfixit volumini conciliorum generalium. Et concilium Carthaginense quartum cap. 73. & concilium Braccarense primum cap. 33. inhibẽt sub excommunicationis pœna ne aliquis communicet excommunicato. Quid ergo tibi videtur Luthere? sunt hæc omnia adeò bona, vt meritò (quemadmodum tu doces) sint optãda? Si illa essent optãda & perquirenda, non illa beatus Paulus infligẽda decerneret ad illorum confusionem. Nullus enim cõfunditur cum fruitur illis quæ maximè optauerat. Apostoli certè non confundebãtur contumeliis sibi pro Christo illatis, quia illas maximè optauerãt. Ideo cum irrogabãtur, ibant à conspectu concilij gaudentes, quoniam digni habiti fuerant pro nomine Iesu contumeliam pati. Ita si excommunicatio bona esset, & ob id optãda, cum infertur, nullus deberet cõfundi. Et tamen Paulus vult peccatorem excommunicari, vt excommunicatus confundatur, vt vel sic resipiscat. Si episcopus excommunicãs alium (vt ex beati Ambrosij sententia supra patuit) dolere debet quia alium excommunicat: multo magis oportet vt doleat is qui excommunicatur, quoniam episcopus nõ dolet proprer se, sed propter sæuum quod alteri irrogat supplicium. Verum hic admonere oportet lectorem, vt nõ existimet communionem cum excommunicatis esse adeò interdictam, vt non liceat vllo pacto cum illis conferre. Nam si aliquis hac ratione cum excommunicato loquitur, vt illum doceat viam rectam, & à via pessima illum auertat, & reducat ad gremium ecclesiæ, à qua suis demeritis exigentibus est eiectus, tunc rectissimè facit: & si excommunicatum pœnitere, & Ecclesiæ se subiicere persuaserit, magnã pro hac re mercedem à Deo re-

Cõcilium Carthagi

Cõcilium Braccar.

C cipiet, tantum abest vt hoc faciens peccet. Vnde beatus Augustinus enarrans Psalmum quinquagesimum quartum, sic ait: Diligamus inimicos, corripiamus, castigemus, & excommunicemus, cum dilectione etiam à nobis separemus. Videte enim quid dicat Apostolus: Si quis autem non obaudit verbo nostro per epistolam, hunc notate & nolite commisceri cum eo. Sed ne subrepat tibi iracundia, & turbet oculum tuum, non inquit vt inimicum eum existimetis, sed corripite vt fratrem, vt erubescat. A quo indixit separationem, non præcidit dilectionem. Hęc Augustinus. Cum ergo excommunicatio non prohibeat dilectionem proximi: sequitur vt nec etiam sit prohibitum colloquium quòd ex charitate procedit, & ad charitatem ordinatur.

2. Thes. 3

EXORCISMVS.

VValdenses ad hoc solum nati esse videntur, vt ecclesiam euerterent, si possent. Nulla enim re vtitur ecclesia quam non tentarint destruere. Omnem (vt dicitur) mouerunt lapidem, vt eam oppugnarent. Exorcismos omnes ab ecclesia tollere conati sunt, dicentes, omnes benedictiones aquarum, candelarum, palmarum, ornamẽtorum, calicum, & patenarum, altarium, cœmiteriorum, esse irridẽdas, & nihil prorsus habere momenti. Vviclephistæ autem cum in verba Vvaldensium iurasse videãtur magis quàm in verba Christi, aut ecclesiæ, hic (vt alibi semper) Vvaldensium sectam tuẽtur. Dicunt enim tales benedictiones esse magis deductas ex vera necromantia, quàm ex sacra theologia, quia si per tales exorcismos & benedictiones credimus naturam meliorari (vt ipsi dicũt) falsum est. Vt autem istorum calumnias reiiciamus, dicemus prius quid sit exorcismus. Exorcismus græca vox est, & latinè sonat idẽ quod adiuratio. Et propriè exorcismus est inuocatio illa nominis diuini quæ fit super energumenos, hoc est habẽtes spiritum immundum, adiurãdo eum per virtutem diuinam, vt egrediatur ab eis. Vnde

Vvaldenses.

Vviclephistæ.

D August. lib. 1. de vita beata: Exorcizare est, per diuina immũdum spiritum adiurãdo expellere. Hinc etiam exorcismus dicitur omnis benedictio cuiuscunque rei qua contra dæmones, aut contra alia similia toxica vtimur, vt benedictio aquæ, salis, cãdelarum, palmarũ, &c. In his enim omnibus inuocamus nomen domini, precantes vt illę res sint eo fauente, qui solus hoc potest facere, nobis in auxilium & tuta-

mẽ aduerſus dæmonem. Quæ quidem inuocatio neſcio quo modo poſſit recte accuſari, cũ tam aperta ſit in ſacris literis. Omitto hîc quod Beda ſuper. 19. Actorum Apoſtolicorum refert ex Ioſepho, regem Salomonem ſuam gentem docuiſſe modos exorciſmi, quibus immundi ſpiritus ex pulſi ab homine, vlterius reuerti non ſint auſi. Ad euãgelium accedamus. Diſcipuli redeuntes de prædicatione quam illis magiſter omnium Chriſtus præceperat, dicũt illi: Domine etiam dæmonia ſubiiciuntur nobis in nomine tuo. Quid eſt dicere in nomine tuo, niſi ad inuocationem tui nominis? Et ipſe dominus aſcẽdens in cœlum promiſit ſe nunquam illorum inuocationi defuturum, dicẽs: In nomine meo dæmonia eiiciẽt. Quod autem hoc nõ ſemper fiat, vt inuocato nomine Ieſu, dæmon egrediatur, minima fides ipſius inuocãtis eſt in cauſa. Nam ſi perfectè credidiſſet, hæc & maiora feciſſet. Et ad hos ſolos, videlicet in fide perfectos, dei promiſsio pertinere videtur, quia prius dixerat: Signa autem eos qui crediderint, hęc ſequẽtur, &c. Et apud Lucam Dominus ait: Si habueritis fidem ſicut granum ſinapis, dicetis huic arbori moro: Eradicare, & trãſplantare in mare, & obediet vobis. At arbor morus ſenſum non habet, & iuſſa fidelis pręcipientis adimplet. Non eſt ergo mirum quòd dæmones fidelibus obediãt, non quidem propter ipſorum fidelium naturalem virtutem, ſed propter fidem quam habẽt. Quid ergo? erunt ne diſciA
puli Chriſti & eius Apoſtoli dicendi necromantici aut magici, eò quòd inuocato nomine Ieſu dæmones eiiciant à corporibus hominum obſeſſorum? Et quod magis adhuc exaltat hãc nominis inuocationem, eſt, quòd aliquando, etiam per reprobos homines eiiciuntur dæmones ad inuocationem nominis Ieſu, & hoc ad ipſorum inuocãtium cõdemnationem, aut propter vidẽtium & audientium vtilitatem. Pro vtriuſque confirmatione eſt illud quod in Actis Apoſtolorum legimus, quòd cum Apoſtoli eieciſſent dæmonia tentauerunt aliqui de circumeuntibus Iudæis exorciſtis inuocare ſuper eos qui habebãt ſpiritus malos, nomẽ domini Ieſu, dicẽtes: Adiuro vos per Ieſum quem Paulus prædicat. Erant autem cuiuſdam Iudæi nomine Sceuæ principis ſacerdotum ſeptem filii, qui hoc faciebãt. Reſpõdens autem ſpiritus nequam, dixit eis: Ieſum noui, & Paulum ſcio: vos autem qui eſtis? Et inſiliẽs in eos homo in quo erat dæmonium peſsimum, & dominatus amborum, inualuit cõtra eos, ita vt nudi & vulnerati effugerent de domo illa. Hoc autem notum factum eſt omnibus Iudæis atque Gentilibus qui habitabant Epheſi, & cecidit timor ſuper omnes illos, & magnificabatur nomen domini Ieſu. Hæc ibi. Ex quibus verbis patet apud Iudæos fuiſſe exorciſtas, de quibus Chriſtus apud Lucã ait: Si ergo in digito Dei eiicio dęmonia, filii veſtri, hoc eſt exorciſtæ, in quo eiiciunt? Patet etiam quàm potens fuerit nominis Ieſu inuocatio, & per eius virtutem adiuratio, vt etiam per reprobos facta, tanta operetur. Nõ ergo illa ſunt attribuẽda arti magicæ (vt impii & blaſphemi Vviclephiſtæ docent) ſed ſolum Deo, qui adeſt prope omnibus inuocãtibus eum cum fide & humilitate. Vnde Aug. libro. 10. de ciui. Dei cap. 22. ſic ait: Vera pietate homines Dei aëriam poteſtatem inimicam contrariamque pietati exorcizãdo eiiciunt, nõ placãdo: omnes tentationes aduerſitatesque eius vincunt, orãdo non ipſam, ſed Deum ſuum aduerſus ipB
ſam. Non enim aliquem vincit aut ſubiugat niſi ſocietate peccati. In eius ergo nomine vincitur qui hominem aſſumpſit, egitq; ſine peccato, vt in ipſo ſacerdote ac ſacrificio fieret remiſsio peccatorum. Hæc Auguſtinus. De exorciſmis qui fiunt ad dęmonum eiectionem, hæc dicta ſufficiãt. Nũc ad aliarum rerum benedictiones accedamus. Benedictiones altarium ex veteri lege ortum habuerunt. Nam Moyſes ex præcepto domini in tabernaculo erexit altare, & ipſe vnxit. Ex quo argumẽto deducit Leo papa huius nominis primus in epiſtola. 66. ſolis epiſcopis, quorum figuram ſummus ſacerdos repręſentauit, licere altaria cõſecrare & benedicere. Hoc idem docet beatus Damaſus papa in epiſtola de coëpiſcopis. Idem cenſet concilium Iſpalẽſe ſecundum, capite ſeptimo ſuorum decretorum. Demum cõcilium Agathẽſe cap. decimoquarto ita decernit. Altaria placuit non ſolum vnctione Chriſmatis, ſed etiam ſacerdotali benedictione ſacrari. De benedictione aquę ſuprà ſatis diſputauimus, quę Lector non contẽnat videre, quoniam ex eo loco multa hauriet huic propoſito apta. Benedictiones panis & reliquorum fructuum non ſunt nouæ, & ab hominibus inuẽtæ (quemadmodum Eccleſię impingũt Vviclephiſtę) ſed ab ipſo Deo proceſſerũt, qui opere & verbo ita nos facere docuit. Nã cum Deus piſces maris creaſſet, benedixit eis. Et in Exodo: Nõ adorabis Deos eorum, nec coles eos. Nõ facies opera eorum, ſed deſtrues eos, & cõfringes ſtatuas eorum. Seruietisque domino Deo veſtro, vt benedicam panibus tuis & aquis. Et in Leuitico dominus pręcepit populo Iſrael, dicẽs: Cum ingreſsi fueritis terram quam ego dabo vobis, & meſſueritis ſegetem, feretis manipulos ſpicarum primitias veſtras ad ſacerdotem. Qui eleuabit faſciculum corã domino, vt acceptabile ſit pro vobis altero die ſabbati, & ſanctificabit illum. Et in Deuteronomio præcipit dominus vt de omnibus fructibus primitiæ offerantur domino, & dẽtur ſacerdoti, vt inuocet nomẽ domini ſuper eas. Et apud Ezechielem expreſsius ait: Primitiua ciborum veC
ſtrorum dabitis ſacerdoti, vt reponat benedictionem domui tuæ. Quem locum expones Hieronymus, ait: Primitiæ ciborum noſtrorum ſacerdotibus offerũtur, vt nihil guſtemus nouarum frugum niſi quod ſacerdos antè guſtauerit. Hoc autem facimus vt reponat ſacerdos benedictionem & oblationẽ noſtrã in domo ſua, ſiue vt ad precationem ſuam dominus benedicat domibus noſtris. Grãdis dignitas ſacerdotum, ſed grãdis ruina ſi peccauerint. Hæc Hieronymus. Quid ad hæc dicetis impii Vviclephiſtę? nũ quid Deus docuit populum Iſrael necromãtiam, aut magicæ artis peritiam? Abſit à cordibus omnium talis impietas. Deus enim ſtrictiſsimè inhibuit, & odioſe nimis abominatur idololatriam, ſuper quam tamẽ fundatur magia. Sed ad legem nouam accedamus. Chriſtus panem daturus Apoſtolis benedixit ſimiliter & calicẽ daturus prius gratias egit: & cum cœnaſſet, hymnum dixit, docẽs nos vt cum comederimus, ſimiliter faciamus. Quòd ſi quis reſpõdeat illa de ſolo myſtico pane, & myſtica benedictione verba fieri: audiat Apoſtolum Paulum, qui ita in priore ad Timotheũ epiſtola ait: Omnis creatura bona eſt, & nihil reiiciẽdum quod cum gratiarum actione percipitur. Sanctificatur enim per verbum Dei

& orationem

Luc. 10. *Mar. vlt.* *Luc. 17.* *Act. 19.* *Luc. 11.* *Exod. 20.* *Cõcilium Ispalen.* *Cõcilium Agathẽſe* *Gen. 1.* *Exo. 23.* *Leui. 23.* *Deut. 64.* *Eze. 24.* *1. Tim. 4.* *Theophi.*

& orationem. Quæ verba exponens Theophylactus ait: Ergo immũdum erit niſi ſanctificetur? Nequaquam: ſed ex permiſſu id ponit. Nam primum aſſeuerando nihil dicit immundum, deinde concedimus (inquit) immundum id fieri: habes tamen quam adhibere poſſis medelam. Cruce obſigna, laudem Deo & gratias redde, ſic immunditia omnis & fœditas dilabetur. Cum enim gratias agimus, omnia emun-
D dantur. Hæc Theophylactus. De ſacris veſtibus & pallis & vaſis quanti ſint momenti, & qua reuerentia contrectanda, docet Clemens papa & martyr in quadam epiſtola ad Iacobum fratrem domini, quæ inſcribitur de ſacris veſtibus & vaſis. Legat eam qui de hac re doceri voluerit. De benedictione luminum ſolum adferam decretum concilii. 4. Toletani. Illud enim concilium de benedictione cerei paſchalis decernens cap. 8. ſuorum decretorum, ita ait: Lucerna & cereus infra vigilias apud quaſdam Eccleſias non benedicitur, & à nobis cur benedicatur, inquirunt. Propter glorioſum enim noctis ipſius ſacramen- *Cõcilium*
tum hæc ſolenniter benedicimus, vt ſacrę reſurrectionis Chriſti myſterium quod tempore huius mortis *Toleta.*
votiuæ aduenit, benedictione ſanctificati luminis ſuſcipiamus. Et quia hęc obſeruatio per multarum loca terrarum, regioneſque Hiſpaniæ in Eccleſiis commendatur, dignum eſt propter vnitatem pacis, vt in Gallicanis Eccleſiis conſeruetur. Nulli autem impunè erit qui hoc cõtemſerit, ſed patrum regulis ſubiacebit. Hæc concilium Toletanum. Quo in loco hoc ſolum admonere oportet, vt licet talis cerei benedictionem omittere non ſit contra fidem, erit tamen contra fidem, vilipendere, & credere nullius valoris & momenti, imò mortifera eſſe quæ Eccleſia congregata ſtatuit obſeruãda. Valeant ergo impii Vviclephiſtæ, & vereantur appellare magicos & necromaticos rot ſanctos viros, quorum doctrina & ſanctitate fulget Eccleſia vt ſol & luna. Ipſi enim potius dicendi ſunt necromantici & incãtatores, qui diabolica aſtutia homines idiotas & ſimplices dementant & incantant, illos à veritate fidei auertentes, & ad impia dogmata conuertentes. Sed opus eſt vt eorum obiectioni reſpondeamus. Obiiciunt enim nobis Vviclephiſtæ, quòd nos volumus benedictionibus noſtris creaturas facere meliores quàm Deus eas per naturam fecerit. Talis autem creaturarum profectus, vt meliores efficiantur, nulla (vt aiunt) experientia cognoſcitur. Ridiculum eſt ergo eas benedicere. O forte argumentum. Dic, nónne ex Euãgelio *Luc. 17.*
A conſtat eum qui habuerit fidem ſicut granum ſinapis, habere tantam virtutem, vt ſi dixerit arbori moro, tranſplantare, tranſplãtetur ſtatim? At cum ante fidem ſuſceptam hoc non poſſit, conuincitur vt per fidei acceſſionem fiat melior. Quid ergo prohibet vt idem dicamus de aliis rebus quæ benedictionem ſuſcipiunt vt meliores fiant, quàm per naturam fuerint? Non quòd homo eas meliores faciat, ſed Deus ad preces ipſius benedicentis. Sed de hac re iam ſuprà in titulo de aqua fecimus longiorem diſputationem: quapropter ad illum locum mittimus lectorem.

FINIS LIBRI SEXTI.

F. ALFONSI DE CASTRO, ZAMOREN.
MINORITÆ, ADVERSVS HÆRESES
in Librum Septimum.

PRÆFATIO.

QVãdo hoc opus aggreſſus ſum, decreuerã in tot libros illud partiri, quot ſunt literæ in alphabeto. Credebam enim ſub vnaquaque alphabeti litera tot reperiri dictiones ab illa incipiẽtes, quæ ſignificarẽt res de quibus aliquando fuiſſent hæreſes ortæ, vt ſufficerent ad vnum iuſtum librum abſoluendum. Verum cum ad hunc locum perueni, agnoui non ita vt decreuerã, fieri poſſe: niſi fortè iuſtam vnius libri menſuram minuere vellem: quoniam ſub hac ſexta litera alphabeti, videlicet f, ſolas tres dictiones, eaſque nimis ſteriles reperi, de quarum ſignificatis aliquæ pertractẽtur hæreſes. Quare cum in hoc loco agnoſcerem me fruſtratum eſſe ſpe mea: antequam aliquid ſcribere cœpiſſem, proceſſi ad ſequentis literæ explorationẽ faciendam, timens ne quid ſimile in ea mihi poſtea accideret. Ea igitur probè (vt decebat) explorata, vnicã duntaxat ſub ea reperi dictionem,
B *de cuius ſignificato fuiſſet aliqua hæreſis pronunciata. Hoc idem reperi in aſpirationis nota videlicet h. Quapropter nutabundus hoc loco hæſi, neſciens quò me verterem: quoniam ſi iuxta id quod primò decreuerã, proſequi vellem, in inanis gloriæ notam meritò incurriſſem, eò quòd ex multitudine librorum in opere gloriam fuiſſem viſus captaſſe. Omnia igitur mihi circunſpicienti, viſum eſt prudentius fore ſentẽtiam ſemel decretam mutare, quàm male definitam pertinaciter tueri: præſertim cùm lex diuina doceat modum ad cuius imitationem id corrigere valeamus. Deus nãque olim præcipiens populo Iudaico eſum agni paſchalis, mandauit vt vnuſquiſque tolleret agnũ per domos & familias ſuas. Verum conſiderans multas eſſe pauperes domos, intra quarum lares minimè poſſet vna nocte integer agnus deuorari: remedium adiecit, vt quiſque talis iungat ſibi vicinum qui coniunctus eſt domui eius, quouſque tot ſint animæ quæ ſufficere poſſint ad eſum totius agni. Quælibet præcedentium literarũ alphabeti adeò dies fuit, & tantam habuit dictionum familiam, vt ſufficiens fuerit ad perficiendum vnius libri iuſtum volumen. At hæ tres quæ nunc proximè ſequũtur, adeò pauperes ſunt, & tam modicam habent familiam, vt duæ illarum, ne dicam vna, vix ſufficiant ad vnum integrum abſoluẽdum. Idcirco decreui omnes has tres alphabeti literas in vnam domum cõcludere: vt librum quem earum quælibet ſola abſoluere ob ſuam penuriam non poterat, ſimul iunctæ abſoluant. Quòd ſi fortè in poſterũ aliquid ſimile deprehendero, idem me facturum decerno.* *Exod. 12.*

F. ALFONSI DE CASTRO
ZAMOREN. MINORITAE ADVERSVS
HÆRESES, LIBER SEPTIMVS.

FATVM.



Vm variæ fuerint de hac re philoſophorũ ſentẽtiæ, nullam tamen earum hic pertractabo, ſed iuxta meum primũ inſtitutũ ſolum enarrabo quid ſenſerint hi qui ſe Chriſtianos profitentur & iactãt, & ſi nihil minus ſint. Fuit ergo de hac re quidã error aſ- C
ſerens fato conuerſationes hominũ eſſe imputãdas. Huius erroris autor fuit (vt Auguſtinus libro de hæreſibus capite triceſimoquinto ait) Bardeſanes quidã Syrus, vir
Bardeſa. doctus: quem Auguſtinus dicit prius fuiſſe catholicũ, & poſtea in Valẽtini errores fuiſſe lapſum, addidiſſeque de ſuo hũc quem diximus erroré. Verùm Euſebius Cæſarienſis libro quarto hiſtoriæ Eccleſiaſticę capite vltimo de hoc Bardeſane loquens, aliter quàm Auguſtinus de illo ſentit. Dicit enim illum in ſchola Valentini nutritum, poſtea verò cum magiſtri errores notaſſet, ad veram fidei regulam rediiſſe, quãuis non omnes illius errores reliquiſſe adſerat. Dicit etiam illum ſcripſiſſe contra Marcionem, & alios hæreticos, & ad Antoninum imperatorem dialogum de fato, quem dialogum Euſebius de nullo errore notat, ſed potius eum appellat dialogum potentiſſimum. An autem ita ſenſerit vt Auguſtinus illi impingit, ego non poſſum definire. Epiphanius epiſcopus in libro octoginta hæreſum, hæreſi. 56. de hoc Bardeſane diſſerens, aliter quàm Euſebius & Auguſtinus de illo ſentit. Sic enim ait: Poſt hos deinceps ſequitur Bardeſianus quidam ſic vocatus. Bardeſianus autem hic, ex quo hæreſis Bardeſianiſtarum orta eſt, ex Meſopotamia ſecundum genus erat, ex inhabitantibus ciuitatem Edeſſenorum. Qui primum quidem optimus vir fuit, & libros non paucos conſcripſit, quan- D
do ſanam mentem habebat. Nam ex ſancta Dei Eccleſia procedebat, doctus exiſtens in duabus linguis Græca & Syrorum. Augaro autẽ Edeſſenorum principi viro ſanctiſsimo familiaris erat primùm, & ſimul eius adiutor & ipſius eruditionis particeps. Durauit poſt illius obitum vſque ad tempora Antonini Cæſaris, non Pii appellati, ſed Veri. Et multa in Abidan aſtronomum contra fatum diſſerens, collegit. Sed & alia eius ſcripta ſecundum piam fidem circumferuntur. Apollonio verò Antonini amico contradicebat, admonenti vt negaret ſeipſum Chriſtianum dicere. Hic autem fermè in confeſsionis loco conſtitutus erat, ſermoneſque prudentes reſpondit, pro pietate viriliter defenſionem ſuſcipiens, mortem ſe non formidare dicens, quam neceſſe ſit adfore etiam ſi regi non contradiceret. Et ſic vir hic per omnia magnopere ornatus erat, donec in errorem ſectæ ſuæ incidit, factus inſtar pulcherrimæ nauis, cui incõparabile onus immittitur, & quæ iuxta ripas portus tracta eſt, & totum mercimonium perdidit, & aliis qui nauem aſcenderunt mortem induxit. Corrumpitur enim hic per Valentinianos, & ex ipſorum improbitate, venenum & zizania horum haurit. Multa autem & ipſe alia principia emiſsioneſque ac productiones narrauit, & abnegata mortuorum reſurrectione ſuam hæreſim docuit. Hactenus de Bardeſane, ſiue Bradeſiano ſanctus Epiphanius, qui etſi dicat illud in Valentini errores fuiſſe lapſum, apertè tamen dicit illum contra hæreſim de fato loquentem ſcripſiſſe. Verum & ſi hic Bardeſanes hanc hæreſim non fuerit tutatus, non defuit tamen qui illi impenſe fauerint. Hũc enim errorem docuit Priſcillianus, qui dixit homines eſſe fatalibus ſtellis alligatos, & ipſum corpus noſtrum ſecundum duodecim ſigna cœli eſſe compoſitũ, conſtituens in capite Arietem, Taurum in ceruice, Geminos in humeris, Cancrum in pectore, & hoc modo alia ſigna per cæteras corporis partes diſtribuit vſque ad plantas, quas Piſcibus tribuit: quia hoc vltimũ eſſe ſignum aſtrologi docent. Et huius erroris non meminit Guido cùm de Priſcillianiſtis loquitur: quod valde miror: cùm apertè illũ prodiderit Auguſtinus quem Guido ſemper imi- A
tatur. Hæc ergo doctrina facile conuincitur hæreſeos, quoniã apertè tollit hominis arbitrium, vt nullam prorſus in eligẽdo habeat libertatem: quoniam ſi homo liber eſt in eligendo, ita vt res aliter agere poſſit quàm agit, conſequens eſt vt homo non ſit fatalibus aſtris alligatus. Quòd ſi ex aſtrorum virtute pendet quicquid acturus eſt homo, & non ex ſua electione: non eſt ergo hominis arbitriũ liberum. At hominem eſſe in ſuis electionibus liberum, infrà Deo præſtante ex ſacris literis oſtendemus. Præterea ſi fato omnia reguntur in homine, non erit quod laudemus in homine aut vituperemus. In his enim quæ à natura inſunt, nec laudamur nec vituperamur. Rurſus, ſi homines à fato ducuntur, nùlla conſultatione erit opus, quoniam in his quæ non poſſunt aliter euenire, ſuperflua eſt omnis conſultatio. Nullus enim erit adeò demens, vt de craſtino ſolis ortu vel de hodierno occaſu cõſultet, quia quocunque adhibito conſilio non eſt in noſtra poteſtate quin hodie ſol occidat, & cras oriatur. Non erit etiam opus pugnare aduerſus vitia: imò inanis eſſet talis pugna, ſed expectandum erit quò fata ducant, quibus homo non poteſt repugnare: cum ſit (vt dicunt) fato ſubiectus. Fruſtra igitur perſuadetur boni amor & proſecutio, & diſſua-
Pſal. 33. detur vitiũ. Fruſtra dixit Propheta: Declina à malo, & fac bonũ. Fruſtra etiã dixit Paulus: Fugite fornica-
1. Cor. 6. tionẽ. Quis ergo ſuadebit alicui illa quæ nõ ſunt ſub eius poteſtate? Nullus niſi demẽs ſuadebit alicui vt ordinẽ cœli euertat. Deinde ſi fato homines ſubiiciũtur, non erit opus legibus. Vt quid præcipitur mihi pax, ſi me fata impellunt ad bellũ? Iniuſtè mihi interdicitur furtũ, ſi me furari fata cogunt. Peribit etiam hac ratione iuſtitia, quæ vult vt bonis præmium, malis autem & dyſcolis pœna irrogetur. Iniuſtè fur aut B
adulter punitur, ſi à fato vterq; ſic cogitur, vt neq; adulteriũ hic, neque ille furtũ euitare vllo modo poſ-
ſit

sit. Nulla certè erit causa propter quam bonum agens præmio potius donetur, quàm malũ agẽs: quare hic puniatur, non autem ille, cum vterque ex necessitate, & nõ ex libertate agat. Quòd si alicui bonum aut malum inputandum venit, imputabitur fato, quod ad bonum aut malum impellit. At cum tale fatum sit iuxta istos certus ordo astrorum in causando aut influendo, qui certus ordo sit à Deo ordinatus & illis syderibus tributus conuincitur vt in Deum etiam mala hominum referantur, qui fatum sic disposuit vt hominem ad male agendum cogeret. Hoc autem adeò est impium, vt aures horreant audire, Deum esse autorem præcipuum nostrorum vitiorum. Accedit ad hæc id quod experientia & aliorum testimonio cognouimus. Sæpe enim contingit geminos ex eodem vtero nasci valde disparis ingenij, vt clarè patet de Iacob & Esau, quorum quanta fuerit dissimilitudo, liber Geneseos apertissimè ostendit. Quòd si fortè dicas ex illis geminis vnum prius fuisse natum, quàm alterum, & ita per illius temporis interuallum quod fuit inter ortum vnius, & ortum alterius, fuisse alium & alium syderum aspectũ, & ita aliud & aliud fatum: tũc petam ab eis, cum in vno & ex eodẽ vtero essent, à quo fato fuit ordinatum vt prior vnus quàm alter nasceretur, cùm tamen sæpe contingat vt simul ex eodem semine, & ex vno coitu, ambo gemini concipiantur? Cum ergo ex eodem semine, & ex eodẽ coitu concepti sint, conuincitur, vt saltem intra vterum vnum & idem sit vtriusque fatum. Quòd si idem erat, quo pacto fieri potuit vt à fato ductus aut impulsus vnus prior exiret quàm alter? Hæc omnia adeo aperta sunt, vt nõ sit opus in re tam aperta plura expẽdere: sed solum audiamus Ecclesię de hac re definitionem. Cõcilium Braccarẽse primum cap. 9. suorum decretorum sic ait: Si quis animas & corpora humana fatali signo credit astringi, sicut Pagani & Priscillianus dixerũt, anathema sit: Et cap. decimo iterum ait: Si qui duodecim signa, id est, signa quæ mathematici obseruare solẽt, per singula animæ vel corporis disipata credunt, & nominibus patriarcharum asscripta dicũt, sicut Priscillianus dixit, anathema sit. Hęc cõcilium Braccarense. Leo papa huius nominis primus etiam hanc hæresim damnat. Nam in quadam epistola ad Astoricẽsem episcopum, quæ est in ordine. 71. in qua errores Priscillianistarum cõdemnat, sic ait: Vndecima ipsorum blasphemia est, qua fatalibus stellis & animas hominum & corpora opinantur astringi: per quam amentiam necesse est vt omnibus Paganorum erroribus implicati, & fauẽtia sibi (vt putãt) sydera colere, & aduersaria studeãt mitigare. Verum ista sectantibus nullus in Ecclesia catholica locus est: quoniam qui se talibus persuasionibus dedit, à Christi corpore totus abscesit. Hæc Leo papa, vir quidem sanctus pariter & doctus. De hac re scripsit beatus Thomas Aquinas opusculum de fato, quod est vigesimumoctauum in ordine opusculorum eius. Sed in illo tractatu parum aut ferè nihil contra hunc errorem disputat, ad alia se diuertẽs. Beatus Gregorius Nissenus scripsit de fato paruum libellum, sed elegantem. Qui autem copiosius & exactius hanc rem (meo iudicio) discusit, est beatus Augustinus in quinto libro de Ciuitate Dei, à primo capite vsque ad finem vndecimi. Quo loco obsecro te Lector vt legas etiam Commentarios doctissimi viri Ludouici Viuis, quoniam multum te ille iuuabit ad philosophorum de fato varias sectas intelligendas.

De ijs Augustin. Lib. 5. de Ciuit. Dei. 2. cap. & sequẽ.

Cõcilium Braccar.

Leo papa.

FIDES.

EX omnibus hæreticis solus Petrus Abailardus causam potissimam suarum hæresum prodidit. Certum est enim maximam hæresum partem, imò verius dixerim totam hæresum colluuiem inde esse ortam, quia videlicet volunt hæretici concludere fidem intra limites nostri intellectus, vt illa non putent credenda, quæ intellectus noster non potest ratione comprehendere. Hic autem morbus cum fuerit omnibus hęreticis communis, solus tamen Petrus Abailardus morbum aperuit. Is enim (vt beatus Bernard. illi impingit epistola. 190.) dixit nihil esse credẽdum, quod excederet virtutem nostri intellectus. Pro hac re adfert illud Sapiẽtis: Qui cito credit, leuis est corde. Credere autem cito (dicit ille) est adhibere fidem ante rationem. Hũc autem errorem Paulus apertè reiicit, dicens: Fides est substãtia rerum sperãdarum, argumentum non apparentium. Quæ Pauli verba siue ad fidei definitionem spectẽt, siue (vt Erasmo in annotationibus placet) laus quædam fidei, & non definitio dicẽda sint, hoc certum erit Paulum vera de fide pronunciasse. Quid ergo est dicere argumentum non apparentium, nisi quod Chrysostomus exponit, conuicto earum rerum quæ non videntur? Quasi fides sit quæ cogat nos credere ea etiam quæ non videmus, nec ratione inuestigare possumus. Verum hic admonet Erasmus Paulum non loqui de ea fide qua ea quę credenda sunt credimus, sed de fide qua alicui fidimus, hoc est de fiducia. Sed ignoscat mihi obsecro: quoniam aliter esse ipsamet Pauli verba cõuincunt. Nam post illud fidei siue encomium siue definitionem subiungit multa quæ ad fiduciam minimè referri possunt: vt est illud: Fide intelligimus aptata esse secula verbo Dei. At fiducia nõ propriè respicit præterita, quemadmodum futura. Deinde de Enoch loquens, ait: Ante trãslationem enim testimonium habuit placuisse Deo. Sine fide autem impossibile est placere Deo. Vt autem apertius innueret de qua fide loquebatur, subdidit: Credere enim oportet accedentem ad Deum, quia est, & inquirẽtibus se remunerator sit. At credere Deum esse, non video, quo pacto ad fiduciam possit referri. Basilius Magnus in expositione Psalmi. 115. interpretatur illum locum Pauli de vera fide, qua credimus & nõ de fiducia. Beatus Augustinus in libro quinquaginta homiliarum, homilia. 32. exponit illud Pauli de fide, & nõ de fiducia. Beatus Bernardus in illa epistola proximè citata etiam de fide exponit hoc Pauli testimonium, citãs aduersus Petrum Abailardum. Et Theophylactus in Commẽtariis super Paulum etiã de fide exponit. Quapropter spero Erasmum non malè cõsulturum, si nos ab eo hic dissentimus, cum ipse dissentiat ab Augustino, Basilio, & aliis. Sed iã ad huius causę caput nostra reuertatur oratio. Paulus apostolus in ea quę est ad Romanos epistola, de Abrahã loquẽs, ait: Qui cõtra spẽ in spem credidit, vt fieret pater multarũ

Petrus Abailar.

Eccl. 19.

Heb. 11.

Erasmus.

Roma. 4.

gentium. Sed quomodo in ſpem contra ſpem? Quia videlicet ex natura nulla erat ſpes, vt iam gignere poſſet, eò quòd ipſe multa eſſet ætate confectus, quia ferè centenarius, & vxor eius Sara, ex qua fuerat illi ſemen promiſſum, duplici erat mortificatione affecta, videlicet ſenio & ſterilitate. Ideo iuxta naturam non erat ſpes, neque veriſimile, vt Sara & ſenex & ſterilis ex homine ſene cõceptura foret. Verùm etſi hoc ratio non ſuggerebat, ſpẽ tamen habuit, credẽs poſsibilia eſſe quæ illi Deus promiſerat. Quòd ſi non ſunt credẽda ea, quæ ſunt ſupra rationem, immeritò Paulus laudauit Abraham, quia contra ſpẽ in ſpem credidit. Immeritò etiam Zacharias pater Ioannis Baptiſtę fuiſſet punitus, quia partum vxoris ſuę, quam ſenem & ſterilem ſciebat, credere noluit. Hic enim iuxta Petrum Abailardum, potius fuiſſet præmiãdus quàm puniendus, quoniam (vt ille pro ſe citauit) qui citò credit, leuis eſt corde. In priore epiſtola ad Corint. Paulus ait: Sermo meus & prędicatio mea non in perſuaſibilibus humanæ ſapientiæ verbis, ſed in oſtenſione ſpiritus & virtutis, vt fides veſtra non ſit in ſapientia hominum, ſed in virtute Dei. Quid hic reſpondebit Petrus Abailardus? Si non ſunt credẽda (vt ille ait) niſi ea quæ ratione cõprehendi poſſunt: tunc noſtra fides pendebit ex humana ſapientia. Paulus tamen dicit, fidem noſtram non eſſe in ſapientia hominum, ſed in virtute Dei. Et beatus Gregorius ait: Fides non habet meritum, cui humana ratio prębet experimentum. Et beatus Auguſtinus in libro quinquaginta homiliarum, homilia triceſima ſecunda eãdem oſtendit doctrinam, dicens: Arcana & ſecreta regni Dei prius quærũt credentes, quò faciãt intelligentes. Fides enim gradus eſt intelligendi: intellectus autem, meritum fidei. Apertè hoc Propheta dicit omnibus præproperè & prępoſterè intelligentiam requirentibus, & fidem negligentibus. Ait enim: Niſi crediderit is, non intelligetis. Habet ergo & fides ipſa quoddam lumen ſuum in ſcripturis, in prophetia, in Euãgelio, in apoſtolicis lectionibus. Et paucis interpoſitis ſubdit: Videtis ergo fratres, quãdiu ſint peruerſi, & properando vicioſi, qui tanquam immaturi cõceptus, ante ortum quęrunt abortum: qui nobis dicunt, quid me iubes credere quod non video? Videam ego aliquid vt credam: Iubes credẽdum quod non videam? Ego videre volo, & vidẽdo credere, non audiendo. Dicat Propheta: Niſi crediderit is nõ intelligetis. Aſcẽdere vis, & gradꝰ obliuiſceris. Vtique peruerſe homo, ſi iam tibi poſſem oſtendere quid videres, nõ hortaret vt crederes. Hucuſque Auguſtinus. Quibus verbis apertè ſatis impetit Petrum Abailardũ, & videtur verba ſua dirigere Auguſtinus in aliquẽ, qui fortè ſimiliter vt hic Abailardus ſenſerat. B. Baſilius exponens Pſalmum. 115. in exordio Pſalmi ſic ait: Fides ſupra omnem rationem ſcientiarum diſciplinarúmve animam ſublimẽ trahit. Fides denique nõ geometricis aut neceſſariis nititur probationibꝰ. In nomine domini Ieſu Chriſti Nazareni ſurge, & ambula. Hanc enim vocem cõtinuò per ſpiritum ſanctum ſubſecutus eſt ſtatim effectus. Ex prodigio nãque diuinitatis vnigeniti, manifeſtatio neceſſaria videntibus eſt orta. Dic quæſo quid ad fidem faciendam, veritatemque perſuadẽdam vehemẽtius? an dialecticæ propoſitiones ſecum ſymperaſmata conſequentia trahentes, an potius tale tantumque oſtentum ab omnibus clariſsimè viſum, omnemque virtutem excedẽs? Et parum infrà: Denique in quolibet ſtudio, quod ordine in finem procedit, impoſsibile primorum ſubiectorum demõſtrationes inquirere: ſed neceſſe omnium artium quæ probatione nituntur, principia ſine veſtigatione aut ratione poſita, reliqua quæ deinceps ſequuntur cũ ratione oſtendant. Sic & Theologiæ myſterium ex fide minimè rationibus probata ædificium quærit. Hæc Baſilius. Sed dicet mihi aliquis: vt quid tãdiu moraris hominum teſtimonia citãs? quoniam Petrus Abailardus, omnium hominum quantumlibet ſanctorum & doctorum ſententias aſpernatur, & pro libito refellit. Fateor, pro hac cauſa in primo huius operis libro illum in iudicium vocaui: verùm etſi illũ non moueant, mouebunt tamen lectorem pium. Et ſi ille non recipit alios doctores, recipiet tamẽ Paulum, ex quo cõuincimus, fidem eſſe ſupra humanam intelligentiam. Illud autem quod Petrus Abailardus ex Eccleſiaſtico pro ſe citauit, videlicet: Qui citò credit, leuis eſt corde: nõ de fide in Deum eſt accipiẽdum, ſed de mutua inter homines ipſos credulitate. Nam alioqui virgo glorioſiſsima leuitatis arguenda veniret, eò quòd credidit angelo dicenti, Deum fore ex illius carne concipiẽdum, nulla ad hoc petita aut exhibita ratione, qua id futurum poſsibile conuinceretur. Captiuemus ergo nos intellectum noſtrum in obſequium Chriſti, vt Chriſto & veris eius diſcipulis credamus, & ſic credentes, intelligemus facilius ea, quæ antea intelligi à nobis non poterant.

Luc.1. *1.Cor.2.* *Grego.* *Auguſt.* *Eſa.7.* *Baſilius.* *Eccle.19.*

SEcunda eſt hæreſis, quæ ſic extollit fidem, vt bonis operibus detrahat. Hunc errorem (vt Auguſt. refert lib. de hęreſib. cap. 54.) docuit primò Eunomius quidã Arrianus, qui dixit omnes qui fidẽ quam ille docebat tenerent, fore ſaluos, etiam ſi quantumlibet grauia peccata commiterent, & in illis perſeueratẽt. Hunc errorem iamdiu ſepultum ſpiritu pythonico, aut potius diabolico inſtinctus Lutherus ſuſcitauit ab inferis, dicens ſolam fidem iuſtificare: quapropter opera ait non eſſe neceſſaria ad aſſecutionem vitæ æternæ, quòd ſi fiant, ea nullo pacto iuſtificare aſſerit. Sed hoc ſecũdum, vſque ad aliũ locũ differimus. Nunc etgo de ſolo primo diſputabimus, probantes non ſolam fidem ſufficere, ſed etiam exigi à nobis bona opera: nam aliàs oportebit fateri, neque homicidium, neque periurium, neque adulterium, neque furtum forè homini imputãda, modò ille credat ſe ſaluãdum per virtutem promiſsionis in baptiſmate factæ. Hãc enim fidẽ ſufficere docet Lutherus. Sic enim ait: Iã vides, quã diues ſit homo Chriſtianus, ſiue baptizatus, qui etiam volens non poteſt perdere ſalutem ſuam quãtiſcũque peccatis, niſi nolit credere. Nulla enim peccata eum poſſũt dãnare, niſi ſola incredulitas. Hæc Lutherus. O vocẽ impiã, & totius nequitiæ fomentum. O ſerpẽtis ſibilum venenatum. Nouerat quippe callidiſsimus ſerpẽs, Deum iuxta operum qualitatẽ ſingulis redditurum ſiue bonum, ſiue malum, prout in corpore geſſit: ideo excogitauit quo pacto poſſet homines ſecuros operum facere, vt præmio fruſtraret. Attendite obſecro, & videbitis quot venenoſi riuuli ex hoc vitiato fonte ſcateant. Si ſola fides iuſtificat, nũquam ergo per alicuius ſacramenti ſuſceptionem homo iuſtificabitur. Ecce iam vides omnes ſacramentorum

Eunomi⁹. *Lutherus.*

virtutem

A virtutem periſſe. Pœnitentia enim nihil prodeſt peccatoti, ſi ſola fides iuſtificet. Confeſſio peccatorum nihil iuuat, ſed ſola fides. Eleemoſyna, ieiunium, oratio, & reliqua huiuſmodi nulli⁹ ſunt momẽti, quia ſola fides iuxta Lutherum iuſtificat. Nullum quantumlibet lethale crimen obeſt, modò credat, quia ſola fides ſufficit ad ſalutem. Quis hæc ferre poterit? Non certè Chriſtianus homo: imò vel parũ pius philoſophus ethnicus tolerare non poterit. Quis enim ethnicus non abominatur furtum? Quis non horret homicidium qualecunque? Quis non execratur parricidium? Quis nõ odit adulterium? Quis vnquã periurus nõ malè audiuit? Quis vnquam laudauit iuſti fœderis violationem? Omnia tamẽ hæc, etſi quę ſunt alia peiora, habenti fidem Lutherus permittit. Excommunicatio ideo ab eo contemnitur, quia ſolam fidem ſufficere putat: quapropter ſi credit, quãtumlibet & quomodolibet excommunicetur, nihil putat illi obeſſe excommunicationem. Sæpe enim contingit homini aberranti, rectamque viam relinquenti intrare per ſyluam denſam, credens illic eſſe verum & rectum iter: cui paulò progredienti obſtunt dẽſi rami arborum: ille autem, ne retrocedat, rumpere nititur. Quòd ſi vlterius aliquod aliud impedimentum fortius ſe opponat, quicquid illud ſit, omnino aut frangere, aut euellere, aut quoquo modo tollere conatur, ne inceptam ſemel viam deſerat. Sic mihi videtur Lutherus feciſſe. Nam cum hũc, quem diximus, tutari cœpiſſet errorem, obiiciebatur illi ſacramẽtorum efficax virtus, proſternit omnia ſacramẽta: opponebatur contritio, deiicit cõtritionem: obſiſtebat ſatisfactio pro peccatis, tollit prorſus ſatisfactionem. Hæc autem omnia, ne illum priorem errorem deſerat: ſicque factum eſt, vt quo ſemel prodidit definiendi temeritas, conſeruauerit poſtea & auxerit tuendi pertinacia. Frangas, inquit

B Quintilianus, citius quàm corrigas quę in prauum induruerũt. Verùm ad noſtrum inſtitutum reuertamur, & omiſſis argumẽtis ad ſcripturę iudicium reuertamur. Sed antequã diſputare aggrediamur duo prius admonere oportet, vt intelligamus noſtrę diſputationis ſcopum, & non diſputemus fruſtra neſcientes de quo contendimus: Primum quod prẽmonere oportet eſt nos in hac parte de illa ſolum iuſtificatione loqui, qua quis ex peccatore fit iuſtus, quæ à theologis ſcolaſticis vocatur prima gratia. Nam eſt alia iuſtificatio, qua iuſtus fit iuſtior, prout Ioannes in Apocalypſi ait: Qui iuſtus eſt iuſtificetur adhuc. *Apo.22.* Sed de hac iuſtificatione impræſentiarum non loquimur, quoniam infra commodiorem locum huic diſputationi dabimus, in titulo de operibus. Alterum quod admonere oportet eſt varias eſſe ſignificationes huius vocis, fides, nõ ſolum apud prophanos autores ſed etiam apud ſacras literas. Nam aliquãdo fides, idem eſt quòd fidelitas, quæ opponitur fraudulentiæ. Et iuxta hãc ſignificationem dicimus aliquem fideliter rem aliquam agere quãdo illam agit ſine fraude & ſine negligentia. Hanc fidem diffinit Cicero lib. 1. officiorum, ſic dicens: Fides eſt dictorum conuentorũque conſtantia & veritas. Ex quo *Cicero.* (quãquam hoc videbitur fortaſſe cuipiam durius, tamen vt audeamus imitari ſtoicos, qui ſtudioſe exquirunt vnde verba ſint ducta) credamus, quia fiat quod dictum eſt, appellatã fidem. Hæc Cicero. Et Terentius in Andria: Triſtis ſeueritas ineſt in vultu, atque in verbis fides. Quibus locis fides ponitur *Terentius* pro veritate ſine fraude & ſine mẽdacio. Ab hac fide dicitur fidelis is qui verax eſt. Sic capit Paulus ſæpiſsime præſertim in ptiori ad Tim. epi. vbi ait: Fidelis ſermo & omni acceptione dignus quod Chriſtus Ieſus venit in hũc mũdum peccatores ſaluos facere. Fidelẽ ſermonem dixit pro veraci. Et iuxta eãdem ſignificationem vſus eſt hoc nomine fides, iterum in eadem epiſtola, dicens: Fidelis ſermo, ſi quis *1. Tim. 2.* epiſcopatum deſiderat, bonum opus deſiderat. In eadem etiã ſignificatione accepit Ioannes eam vocẽ in Apoc. cum dixit, Chriſtum eſſe teſtem fidelem. Hac fidei ſignificatione vſus eſt Propheta, quãdo in *Apoc. 1.* C uitat nos vt laudemus Deum, cauſam reddẽs ait: Quia rectum eſt verbum domini & omnia opera eius *& 3.* in fide, hoc eſt, omnia opera Dei ſunt vera & non fucata, neque ementita. Alio modo capitur fides, pro *Pſal. 32.* ſponſione ſiue iureiurando quo nos adſtringimur ad aliquid faciendum. Hoc modo accepit Vergilius *Vergilius* octauo Æneidos, quum dixit, Accipe da fidem, iuxta hanc ſignificationem ſolemus latinẽ dicere, liberare fidem, pro eo quod eſt, facere quod promiſſum erat. Iuxta hanc ſignificationẽ apud eos qui veram linguæ latinæ agnitionem habent, dicitur publica fides, id, quod vulgariter dicere ſolemus, ſaluum cõductum, aut publicam ſecuritatis promiſsionem. Hac ſignificatione vſus eſt B. Paulus in priori ad Ti- *1. Tim. 5.* motheum epiſtola, vbi hæc ait: A doleſcentiores autem viduas deuita. Cum enim luxuriatæ fuerint in Chriſto, nubere volunt: habentes damnationem, quia primam fidem irritam fecerũt. Fidem dixit pro voto aut promiſsione caſtitatis ſeruandæ quam in viduitate dederant, & quia hanc promiſsionem non adimpleuerant, ſed potius violauerãt nubentes, ideo dicit illas primam fidem irritam feciſſe. Poteſt etiam & in hac ſignificatione accipi id quod in epiſtola ad Romanos idem Paulus ait: Nũquid incredu *Rom. 3.* litas illorum fidem Dei euacuauit? Fidem dixit pro promiſsione: Iuxta quam Deus non deficit, vt non redderet quod promiſit. Nam ſi nõ reddidit non fuit culpa illius, ſed incredulitas Iudæorum quæ fecit illos indignos ad recipiendas Dei promiſsiones. Non enim Deus promiſerat omnibus præmiũ, ſed ſolum credentibus. Et hunc eſſe verum Pauli ſenſum, apertè conuincitur per ea quæ ſtatim ſubdit: Eſt *Pſal. 50.* autem (inquit Paulus) Deus verax, omnis autem homo mẽdax, ſicut ſcriptũ eſt, vt iuſtificeris in ſermo- *Terenti⁹.* nibus tuis & vincas cum iudicaris. Tertio modo capi ſolet fides pro fiducia, ita accepit Terentius in Phormione, dicens: Ita ne paruam mihi fidem eſſe apud te, hoc eſt, parum mihi fidis. In hac etiam ſignificatione accepit Cicero in oratione pro Quinto Ligario, cũ dixit: Cuius ego cauſam, animaduertite quæſo, qua fide defendam cum prodo meam: In quibus verbis Cicero voluit oſtendere quantum *Cicero.* D haberet fiduciam obtinendi cauſam Quinti Ligarij, quam tuendam ſuſceperat. In ſacris ſcripturis frequens & apertus eſt huius ſignificationis vſus. Et primo, ille eſt apertiſsimus locus vbi beatus Iacobus ait: Si quis autem veſtrum indiget ſapientia poſtulet à Deo, qui dat omnibus affluenter & *Iacob. 1.* non improperat. Poſtulet autem in fide nihil hæſitans. Poſtulare in fide dixit, pro eo quod eſt, poſtulare cum fiducia & confidentia diuinæ bonitatis, quod dabit poſtulatum. Iuxta hanc ſignificatio-

Mar.12. nem accepit Christus ipse saluator noster, cum dixit: Omnia quęcunque orãtes petitis, credite quia accipietis & fient vobis. In quibus verbis, credite dixit, pro confidite. Et iuxta hunc modum accipiẽdum
Matt.14. est id quod Petro dixit reprehẽdens eum: Modicæ fidei quare dubitasti? Manifestum est etiam id quod Ioannes de Christo saluatore nostro loquens, ait: Cum autem esset Hierosolymis in Pascha in die festo, multi crediderunt in nomine eius, videntes signa quę faciebat. Ipse autem Iesus, non credebat semetipsum eis: eo quòd ipse nosset omnes. Credere se eis, dixit, pro eo quod est, se fidere illis. Quarto modo ac
Cicero. cipitur fides pro eo quod vulgo conscientiam dicimus. Hoc modo accepit Cicero in oratione pro Cęlio, vbi hæc ait: Sed vestræ sapientiæ tamen est, Iudices, non sic causa iusta est, viris fortibus oppugnandi Marcum Cælium, ideo vobis quoque vos causam putare esse iustam, alieno dolore potius quàm vestræ fidei consulenti. In quibus verbis, consulere fidei dixit, pro eo quod vulgo dici solet, agere secundũ
Rom.14. conscientiam. Hac significatione vsus est Paulus cum in epist. ad Rom. ait: Omne quod nõ est ex fide, peccatũ est. Quibus verbis Paulus significare voluit, peccatũ esse omne quod reclamante cõscientia fit.
Theophy. Sic enim locum illum interpretatur Theoph. qui in illum locum, hæc ait: Quum enim nõ fuerit confisus, neque crediderit, purum esse cibum, sed gustarit ipsum praua conscientia, omnino peccabit. Hæc Theophylactus. Et iuxta hãc significationem, dicitur à luris peritis & à theologis aliquẽ esse bonæ fidei possessorem. Nam illum dicunt esse bonæ fidei possessorem, qui cum recta conscientia possidet rem aliquam, & iudicat illam esse suam. Ille verò dicitur malę fidei possessor qui sciens rem esse alienam pos-
Tit.2. sidet illã. Quinto modo accipitur fides pro obiecto fidei, hoc est, pro ipsis credibilibus: sicut etiã Pau-
Ephes. 4. lus accipit spem, quando dicit, expectantes beatam spem. In hac significatione accipit idem Paulus fidem, vbi ait: Vna fides, vnum baptisma. Nam idem est quod omnes credere tenẽtur, & non licet fidem
Athana. in varias sectas diuidere, quemadmodum diuiditur hæresis. Sic accepit Athanasius in symbolo dicens: Hæc est fides catholica, quam nisi quisque fideliter firmiterque crediderit, saluus esse non poterit. Sexto modo appellatur fides à Paulo totus status & religio euangelica, quæ cõtinet omnia bona per Christum in hac vita nobis concessa. Lex (inquit Paulus) pædagogus noster fuit in Christo, vt ex fide iustificemur. At vbi venit fides, iam non sumus sub pædagogo. Fidem venisse dixit, quia lex euangelica iã sta-
Gala.3. bilita est. Et hunc statum post euangelium susceptum, vocate solemus statum fidei, & gratiæ, hoc nomine illum distinguentes à statu legis Mosaicæ. Iuxta nullam significationem istarum quas hactenus enumerauimus, capimus hanc vocẽ, fides, quando contendimus quod non sola fides iustificat. Est alia septima huius vocis acceptio, multo magis frequens in sacris literis & est credulitas quædam siue persuasio, aut assensus firmus & certus, sed ineuidens de omnibus quæ à Deo per Prophetas suos, & per se, & per Apostolos suos nobis reuelata sunt. Et in hac significatione vsi sunt hac voce, non solũ ecclesiastici autores doctissimi & eloquentissimi quales fuerunt, Cyprianus, Lactantius, Hieronymus, Ambrosius,
Cicero. Augustinus, sed prophani etiam autores, qui principes linguæ latinæ omnium iudicio, censentur. Cice-
Plinius. ro lib. 2. de diuinatione ait: Adhibenda fides somniantium visis non est. Et Plinius lib. 9. cap. 18. Om ni- B
Titus Liuius. bus his fidem Nili inundatio affert, omnia excedẽrem miracula. Fidẽ afferre dixit, pro facere vt aliquis credat. Titus Liuius lib. 1. historiæ ait: Hæc Romulo regnanti, militiæ domique gesta, quorum nihil ab-
Vergilius sonum fidei, diuinæ originis, diuinitatique post mortẽ creditæ fuit. Absonũ fidei dixit, pro incredibili. Verg. in. 4. Ænei. Credo æquidem, nec vana fides genus esse deorum. Ex his omnibus testimoniis conuincimus Lutheranos iniuste nos reprehẽdere, propterea quòd in hac significatione vtimur hac voce, Fides, Quoniam dicunt eam non esse latinam, nec sacris literis conformem, & ideo admonent suos sectatores, ne illa vtantur in tali significatione. Sed velint, nolint, nos illa vtemur, quemadmodũ sacri doctores eloquentissimi vsi sunt, quando de fide, quæ virtus est theologica, aut de illius actu loquuntur. Nam vtrunque horum, videlicet actus, & habitus ad illum inclinans, siue infusus ille sit, siue acquisitus, fides appellatur: quia solenne est vt actus, & habitus qui ad illos inclinant, eodem nomine censeantur. Sed nos hoc loco de actu fidei disputamus, non de habitu: quia nõ meremur per habitus, sed per actus. His itaque omnibus præsuppositis, opus est vt iam aggrediamur ad pugnam cõtra Lutheranos, & probemus non semper solam fidem iustificare peccatorem, sed etiam necessaria esse opera ad iustificationem. Propheta cum petisset à domino, quis in illius tabernaculo esset habitaturus, respondit statim, di-
Psal.14. cẽs: Qui ingreditur sine macula, & operatur iustitiam. Operatur dixit. Et cum postmodum aliqua virtutum opera enumerasset, subdit claudens psalmum: Qui facit hæc, non mouebitur in æternum. Non dixit, qui credit hæc, sed, qui facit hæc, vt ostenderet operum virtutem & necessitatem. Præterea dominus per Esaiã prophetam bona opera nobis cõmẽdat his verbis: Quiescite agere peruerse, discite bene- C
Esa.1. facere. Quærite iudiciũ, subuenite oppresso, iudicate pupillo, defendite viduã. Sed quid opus est tot adfetre testimonia, cũ omnes libri prophetarũ pleni sint admonitionibus, quibus nos ad bona opera hortantur, alliciunt, & impellũt? Quòd si nouum testamentũ appellas, reiiciens fortè in hac parte vetus, ad
Matth.7. nouũ instrumentũ volo mecũ accedas, & audi Christũ apud Matth. dicentẽ: Non omnis qui dicit mihi domine, domine, intrabit in regnũ cœlorũ: sed qui facit voluntatẽ patris mei qui in cœlis est, ipse intrabit in regnũ cœlorũ. Multi dicent mihi in illa die: Domine, domine, nònne in nomine tuo prophetauimus, & in nomine tuo dæmonia eiecimus, & in nomine tuo virtutes multas fecimus? Et tunc cõfitebor illis: Quia nunquam noui vos, discedite à me omnes qui operamini iniquitatem. Quis autem est, qui dicit Christo: domine, domine, nisi qui fidẽ habet, qua credit eũ esse verũ dominũ? nec tamen omnis talis intrat in regnũ cœlorũ. Non ergo sola fides iustificat hominẽ. Quòd autẽ talia Christi verba sint intelligenda de fideli non habente opera charitatis, testantur omnes sacri huius loci expositores, è quibus aliquos citabo, vt vel inde nostram sententiam firmiorem faciamus, ostendentes illam fuisse sanctorum
Theophy. virorum doctrinam. Theophylactus exponẽs illum Matthæi locum, sic ait: Hoc loco ostendit seipsum dominum,

dominum,quandoquidem dicit: domine,domine.Nam ita ſe & Deum dicit. Docet autem nos, ſi fidem abſque operibus habuerimus,nihil nobis eam profuturã.Nam dicẽdo: qui facit voluntatem,non dixit: qui ſemel facit,ſed qui vſque ad mortẽ facit.Hæc Theophylact⁹.Et Chriſtianus Druthmarus ſuper Matthæum exponẽs illa eadem verba,ait: Non in hoc confidat aliquis,quia Chriſtianus eſt, ſi non
D facit opera Chriſtianitatis,nõ intrabit in vitam æternam: quia qui ſe dicit noſſe Deum,& mãdata eius nõ cuſtodit,mẽdax eſt.Hæc ille.Beatus Hieronymus in libro primo Commẽtariorum ſuper Matthæũ, *Hierony.* hoc modo illa verba pertractat: Sicut ſuprà dixerat eos,qui haberent veſtem vitæ bonæ, nõ recipiẽdos propter dogmatum nequitiã: ita nũc è cõtrario aſſerit ne his quidem accommodãdam fidem,qui cum polleãt integritate fidei,turpiter viuunt,& doctrinæ integritatem malis operibus deſtruũt. Hæc Hieronymus.In cuius verbis aduertere oportet,quod dixit integritatem fidei non ſufficere.Beatus Baſilius *Baſilius.* in regula monachorum,capite nonageſimo quarto,inducit monachos petẽtes in hunc modum: Quomodo poteſt quis ſine charitate tantam fidem habere, vt montes transferat, aut ſubſtantiam ſuam diuidat,& corpus ſuum tradat vt ardeat?Huic autem monachorum quæſtioni reſpondet Baſilius huiuſmodi verbis. Baſilius: Si memores ſumus domini dicentis: Faciunt enim omnia vt videãtur ab hominibus: ſed & illud,quod reſpõdit illis dicẽtibus: Domine,nónne in nomine tuo demonia eiecimus,& *Mat.7.* in tuo nomine virtutes multas fecimus? cum ait ad eos:Neſcio vos vnde ſitis.Non quia mẽtiti ſunt,ſed quia Dei gratia abuſi ſunt ad proprias voluntates, quod vtique alienum eſt à charitate Dei. Hæc Baſilius.Sufficiũt hæc virorum ſacrorum teſtimonia,quibus comprobauimus verã eſſe ac literæ germanam expoſitionem eam quã nos prius propoſueramus.Patet etiam ex eorum omnium teſtimonio concordi, fidem ſolam ſine operibus non ſufficere. Sed reliqua teſtamenti noui percurramus teſtimonia. Apud *Ioan.15.* Ioannem Dominus Ieſus Chriſtus ait: Omnem plamitem in me nõ ferentem fructum,tollet eum pater meus.Tollere autẽ eum (vt inftà ipſemet ait) eſt mittere illum in ignem vt ardeat.Quum ergo non ob aliud condemnatur,quàm quòd fructum nõ fecerat,cõuincitur inde opera eſſe neceſſaria. Rurſum *Mat.25.*
A de vltimo iudicio dominus diſſerens,vitam æternam promittit his,qui opera pietatis in pauperes & egenos exercuerunt,& ignem æternum decernit illis,qui eiuſmodi opera facere contempſerunt.Veniat ergo Lutherus, & extollens ſe ſupra omne quod dicitur Deus, Dei ſentẽtiam reuocet,& gloriam promittat hominibus ſceleratis,ſi credant.Promiſsiones certè huiuſmodi ſunt promiſsiones ſerpentis antiqui, qui primis parentibus ſcientiam promitens, ſcientiam ſuſtulit, & ignorantiam loco eius ſubrogauit.Sic mihi videtur facere Lntherus,qui dum gloriam æternam ſolum credenti promittit,ignem ęternum ſibi & illi parat.Deinde,adoleſcenti petenti à domino,quid faciendo vitam ęternã poſsideret, reſpondit Chriſtus verus magiſter:Si vis ad vitam ingredi,ſerua mãdata.Ecce, hic vides mandata exi- *Mat. 19.* gi tãquam neceſſaria ad vitæ æternæ conſecutionem.Nam ſi neceſſaria non eſſent, non iam præcepta, ſed conſilia dicenda eſſent.Hoc enim exiſtimo eſſe diſcrimen inter prȩceptum & conſilium,quòd hoc ſuadetur tãquam bonum,non tamẽ exigitur vt neceſſarium: illud verò ſic exigitur,vt de illo ratio reddẽda ſit.Quòd ſi neceſſaria non ſunt,præcepta dicenda non ſunt.Non enim præcipiuntur, niſi vt fiãt. Hoc autem de mãdatis ſeruandis iterum repetit Dominus,quum in cœlum aſcenſurus diſcipulis ſuis, ait: Euntes,docete omnes,bãptizantes eos in nomine patris,& filij,& ſpiritus ſancti,docentes eos ſer- *Mat. vlt.* uare omnia quȩcunque mãdaui vobis.Non dixit,docẽtes eos credere tantum,ſed ſeruare omnia. Non ergo ſola fides ſufficit.Et apud Marcum eodem tẽporis articulo ait: Qui crediderit & baptizatus fue- *Mar. vlt.* rit,ſaluus erit. Ex quo patet etiam vltra fidem requiri baptiſmum, Non ergo ſola fides ſufficit ad ſalutem: aut ſi hæc ſola ſufficit,baptiſmus nõ eſt neceſſarius.Quum verò dixit: Qui autem non crediderit, condemnabitur: docuit baptiſmum ſine fide non prodeſſe, quemadmodum nec fides ſine baptiſmo.
B Paulus etiam in ea quæ eſt ad Romanos epiſtola,ait: Nõ auditores legis iuſti ſunt apud Deum, ſed fa- *Rom.2.* ctores legis iuſtificabuntur. Auditores legis hic vocat eos,qui ex auditu crediderũt: quoniam fides eſt ex auditu.Et in priore ad Corinth.epiſtola ait: Si habuero omnem fidem,ita vt montes trãsferam,cha- *1.Cor 14.* ritatem autem non habuero,nihil ſum.Quibus verbis apertiſsimè oſtẽdit,fidem ſolã non ſufficere, ſed eſſe etiam neceſſariam charitatem.Et rurſus eoſdem Corinthios admonens,dicit:State in fide,viriliter agite,& confortamini. Omnia autem veſtra in charitate fiant.Quibus verbis poſt fidei admonitionem *1.Cor.16.* addidit charitatis opera,innuẽs fidem ſine illis non ſufficere ad ſalutẽ.Et in poſteriore epiſtola ad eoſdem ait:Omnes nos manifeſtari oportet ante tribunal Chriſti, vt referat vnuſquiſque ptopria corporis prout geſsit,ſiue bonum,ſiue malum.Ecce patet præmia diſtribuãda ſingulis iuxta eorum operũ qua- *2.Cor.5.* litatem.Verum,quid moramur in re tam aperta?Beatus enim Iacobus in ſua catholica epiſtola ait:Qui autem perſpexerit in lege perfectæ libertatis,& permãſerit in ea, non auditor obliuioſus factus,ſed fa- *Iacob.1.* ctor operis,hic beatus in ſuo facto erit.Et in alio eiuſdem epiſtolæ capite: Vis autem ſcire ô homo inanis,quoniam fides ſine operibus mortua eſt? Et iterum ibidem: Videtis quoniam ex operibus iuſtificatur homo,& non ex fide tantum.Et rurſus: Sicut enim corpus ſine ſpiritu mortuum eũ, ita fides ſine operibus mortua eſt.Vides quàm apertè,quàm ſine vllis inuolucris hanc ſententiam docet B. Iacobus? *Iacob.2.* Tam clara certè ſunt hæc pro noſtra,hoc eſt catholica doctrina teſtimonia, vt Lutherus eorum claritatem & efficaciam perſpiciens,neſciens quò ſe diuerteret,ad commune omnibus hæreticis aſylum cõfugiat,dicens talem epiſtolã non eſſe Iacobi apoſtoli,neq; apoſtolico ſpiritu dignam.Ob eãdem etiam cauſam negat librũ Apocalypſis:nimirum quia per illius teſtimonium temeraria Lutheri reuincebatur doctrina.In eo enim lib.ſic dicitur: Beati mortui,qui in domino moriũtur.A modo enim iam dicit ſpi-
C ritus,vt requieſcãt à loboribus ſuis.Opera enim illorũ ſequũtur illos.Et iterum.Et alius liber apertus eſt *Apoc.14.* qui eſt vitæ,& iudicati ſunt mortui ex his quæ ſcripta erãt in libris ſecũdum opera ipſorum. Et rurſum: *Apoc.22.* Ecce venio citò,&merces mea mecũ eſt, reddere vnicuique ſecundũ opera ſua. Propter hæc ergo tam

clara horum librorum teſtimonia, quæ aduerſus Lutherum militant, Lutherus decreuit his libris fidem non præſtare, dicens eos non eſſe ex canone ſacrorum librorum. Verum de hac re in primo huius operis libro, capite ſecundo diſſeruimus. Ante enim quàm ad pugnam accederemus, ne fortè in poſterum quid ſimile, vt nunc, contingeret, de armis vtrique parti communibus diſputauimus, vt prius conueniret inter nos de armis quibus eſſet pugnãdum. Ibi ergo oſtendimus hos libros eſſe canonicos: quapropter nõ eſt quod amplius de hac re diſputemus. Accedit ad hęc, quòd ſi ſola fides iuſtificaret (vt Lutherus ait) omnia in vno mandato, videlicet in fide, complerentur. Paulus tamen dicit omnia in vno mandato compleri, nempe in charitate, non autẽ in fide. Sed charitatẽ nominãs, fidem includit, quæ eſt eius fundamẽtum. Quòd ſi fortè Lutherus propter hæc teſtimonia dicat ſe intelligere de fide formata, quę viuit per charitatem illam fouentem, tunc cõuenit inter nos, quoniam nos etiam dicimus talem fidem iuſtificare, quãuis de illa etiam nõ admittamus quòd ſola iuſtificet. Nam ſi fides vt iuſtificare poſſit, opus habet charitate: multo verius charitas dicenda eſt iuſtificatrix, à qua habet fides vt iuſtificet, quàm ipſa fides, quæ per charitatem iuſtificat. A forma enim, quę rei perfectionem præſtat, capitur ipſius rei vt ſubſtãtia, ita & proprietas & denominatio. Paulus autem finem legis dicit eſſe charitatẽ, & non fidẽ. Præterea, quomodo fides poteſt eſſe ſola ſine operibus, ſi ipſa fouetur à charitate? Charitas enim nõ eſt ocioſa, quoniam (vt ait Paulus ad Galat. 5.) In Chriſto Ieſu neq; circũciſio aliquid valet, neq; præputiũ, ſed fides quę per charitatem operatur. Et Dominus apud Ioannem: Si diligitis me, mãdata mea ſeruate. Si ergo charitas adeſt, operatur. Quòd ſi nõ operatur, iam charitas nullũ eſt ſignum. Vnde B. Ioãnes in ſua prima catholica epiſtola, ſic ait: Qui habuerit ſubſtantiam huius mundi, & viderit fratrem ſuum neceſſe habentem, & clauſerit viſcera ſua ab eo, quomodo eſt charitas patris in eo? Probatio ergo dilectionis (vt ait beatus Gregorius) exhibitio eſt operis. Dicamus ergo nõ ſolã fidem iuſtificare, ſed etiam opera eſſe neceſſaria. Qui autem ſola fide contentus, ſine operibus putat eſſe ſibi ſatis, videtur mihi ſimilis eſſe illi homini, de quo dicitur in euãgelio, quòd cœpit ædificare, & non potuit conſummare. Nã fides fundamentum eſt, ſuper quod, veluti ſuper quãdam firmiſſimam petrã, Deus fũdauit eccleſiã ſuam: ſuper quod etiam nos omnes fundari præcipit Paulus, vt ſtabiles & immobiles ſimus, à ſpe euãgelij quod audiuimus. Ideo beatus Auguſtinus libro de fide & operibus, cap. 16. interpretãs illud Pauli ex priore ad Corinthios epiſtola, vbi dicit Chriſtum eſſe fundamẽtum, hæc ait: Si Chriſtus, proculdubio fides Chriſti. Per fidem quippe habitat Chriſtus in cordibus noſtris, ſicut idẽ Apoſtolus dicit. Hęc Auguſtinus. Si ergo fundamentum eſt fides, aliud ſuperædificatum erit, quoniam qui fundamentum iacit, de reliquo ædificio cogitat. Illud verò quod ſuperædificandum eſt, vt ædificium maneat laudabile, eſt opus bonum. Vnde Paulus in priore epiſtola ad Corint. ait: Si quis autem ſuperædificat ſuper fundamentum hoc, aurum, argẽtum, lapides precioſos, ligna, fœnum, ſtipulam, vniuſcuiuſque opus manifeſtum erit. Ex quibus Pauli verbis patet opera eſſe illa, quæ ſuperponenda ſunt fundamento dei. Qualiter autem quiſque ſuperędificauerit, ignis probabit. Qui ergo fide ſola contentus, opera contemnit, is meritò cœpit ædificare, & non potuit conſummare. Propter has vrgentiſsimas rationes, quæ apertiſſimè conuincunt opera eſſe neceſſaria ad beatitudinem aſſequendam, poſteriores Lutherani volentes ducis ſui ſententiam corrigere, fatentur ingenuè operum neceſsitatem: quia ſine illis, vt aiũt, vera fides eſſe non poteſt: illa tamen opera nihil prorſus ad hominis iuſtificationem valere dicunt. Nam quidam Ioãnes Riuius Atthendorienſis ex Lutheranorum factione in quadam epiſtola adamicũ innominatum quę inſcribitur de ſola fide, poſtquã opera fidei cõiunxerat, ſibiipſi obiicit atq; reſpondet, ſic inquiens: Opera igitur, dicet aliquis, requiruntur. Fateor, verum non vti iuſtitiam per ea aſſequamur, & hæredes exiſtamus æternorum bonorum, id quod ſtatim à renaſcentia ſumus: ſed vt fidem per ea noſtrã cõprobemus, palamq; omnibus notã ac teſtatam faciamus. Nanq; ea demum ſolida ac perfecta eſt fides, quæ eſt per charitatem efficax, vt Apoſtol⁹ inquit. Quemadmodum enim cuiuſinodi ſit arbor, de fructibus cognoſcitur: ita veta ne ſit fides, an ſecus, ex operibus atque factis perſpicitur. Et aliquibus interpoſitis ſubdit: Nam ne erres, fides in Deum plena atque perfecta, nõ ſimplex vlla credulitas, ſed perſuaſio firma eſt cum ſpe fiduciaq; erga Deum iũcta: ſic vt non ſpei minus in fide, quàm credulitatis adſit. Nam ſimplex illa de Deo perſuaſio, ſolum aditus quidam & velut ianua eſt ad ipſam ſolidam ac perfectã fidem. Hactenus Ioannes Riuius. Eãdem ſententiam docet quidã Spangebergus in ſua Margarita theologica, in titulo de operibus, quæſt. 5. vbi ſic ait: Non poteſt fides exiſtere cum mala cõſcientia, quia fides eſt fiducia, quod Deus ſit nobis propitius, mala conſcientia iudicat contrarium. Itẽ qui non agunt pœnitentiam, ſed indulgent vitioſis cupiditatibus, non retinẽt fidem. Et in eodẽ libro in titulo de fide, iterũ ait: Fides non tãtum eſt notitia hiſtorię de Chriſto, ſed eſt vera fiducia cordis, quæ aſſentitur promiſsioni euãgelij, præcipuè autẽ ſignificat fiduciam miſericordię promiſſę propter Chriſtum. Hęc ille. Philippus Melã. illis omnibus doctior, &, vt credo, iſtorum omnium dux & magiſter, in ſuo lib. de Locis cõmunibus, in titulo de bonis operibus, hæc ait: Qui non agũt pœnitentiã, ſed indulgẽt vitioſis cupiditatibus, non retinẽt fidem. Et in titulo de gratia, & iuſtificatione, ſic ait: Fides ſignificat haud dubiè in hac cauſa, apud Paulum, fiduciã miſericordiæ promiſſæ propter Chriſtũ. Et ſi autẽ indocti quidam Sycophantæ rabioſe reclamant, & negant, fide ſignificari fiduciam miſericordiæ, tamen nihil dubito prouocare ad oẽs doctos, & bonos viros. Et aliquibus interpoſitis ſubdit: Fides igitur ſe habet correlati uè ad miſericordiam tanquã ad obiectũ. Quare cũ dicitur, fide iuſtificamur, ita rectè intelligi hæc figura poterit, cum transformabitur in correlatiuam. Iuſtificamur per miſericordiam promiſſam propter Chriſtum. Sed hæc miſericordia fide apprehendenda eſt. Hoc enim agit Paulus reconciliari homines fiducia alieni beneficij, nõ propter propriam dignitatem, ſeu qualitatum operum. Et poſt pauca theologis ſcholaſticis detrahens, iterũ ait: Scholaſtici cum dicũt hominem per gratiam iuſtificari, nihil ibi

Galat. 5.

Ioan. 14.

1. Ioan. 13.

Luc. 14.

Col. 3.

1. Cor. 3.

Ioannes Spange.

Melãcth.

dicunt

dicunt de fiducia miſericordię,ſed ſomniant hominem propter propriam dignitatẽ,& nouitatem illã, ſeu propriam mundiciem ſine fiducia miſericordiæ pronunciari iuſtum.Hactenus Philip.Melanct. In quibus verbis multa ſunt reprehenſione digna,& opertet ſingula annotare vt omnibus palam fiat eius malitia.Primò contra theologos ſcholaſticos manifeſtam proponit calũniam,dicẽs illos ſomniare hominem propter propriam dignitatẽ ſine fiducia miſericordiæ diuinę eſſe iuſtum.Diſpeream ſi hoc aliquis ſcholaſticus theologus ex his qui ab eccleſia pro catholicis habentur,vnquã aſſeruit. Omnes enim fatẽtur neminem ſine miſericordia diuina aut ſaluari aut iuſtificari poſſe.Omnes ſcholaſtici fatẽtur cũ Paulo,non ex operibus iuſtitiæ quæ fecimus nos,ſed ſecundum miſericordiam Dei ſaluos nos fieri, per *Titum. 3.* lauacrum regenerationis,& renouationis ſpiritus ſãcti.Deinde quod negat hominem per gratiam iu-
C ſtificari irridens ſcholaſticos theologos hoc aſſerentes,contradicit Paulo in epiſtola ad Titum dicenti: Iuſtificati gratia ipſius,hæredes ſimus ſecũdum ſpem vitæ æternæ.In quibus verbis Paulus apertiſſime *Titum. 3.* dicit homines iuſtificari gratia.Et certè ſi bene aduerteret Philippus Melãcton gratiæ virtutem & propriæ naturæ conditionem,apertè intelligetet nos magis tribuere diuinæ miſericordiæ & bonitati cum dicimus hominem iuſtificari per gratiam,quàm ſi dicamus illum iuſtificari per fiduciam miſericordiæ promiſſæ.Nam fiducia illa miſericordiæ promiſſę opus noſtrum eſt,quãuis miſericordia ipſa cui fidit, ſit diuina.Et inde neceſſariò conſequens eſt,vt qui dicit hominem per fiduciam miſericordię promiſſę iuſtificari,dicat etiã hominem per proprium opus ſuũ iuſtificari,quòd maximè derogare videtur,præſertim iuxta illorum ſententiã,merito Chriſti. Aut cum diximus hominẽ per gratiam iuſtificari, totum tribuimus glorię Chriſti,nihil prorſus ex illa iuſtificatione nobis arrogãtes,quia gratia nihil à nobis habet,ſed tota producitur à Deo,iuxta id quod propheta ait: Gratiam & gloriam dabit dominus. Apertè *Pſal.38.* etiam manifeſtat ſuam ignorantiã,in prædictis verbis Philip.Melancton,& ex illa errorẽ ſuum procedere manifeſtiſiſsimè oſtẽdit.Ignorat quidẽ,aut ſaltem ignorare ſe oſtẽdit hãc prępoſitionem,per,varias habere ſignificationes,& varias cauſarũ naturas denotare,iuxta varietatẽ vocũ quibus adiungitur. Nam aliquando dicit cauſam efficientem,aliquãdo inſtrumentũ quo aliquid fit,aliquãdo cauſam formalem,aliquãdo medium ſeu diſpoſitionẽ ad aliquid adquirẽdũ.Vt(gratia exẽpli)ſi Petrus pictor penicillo aliquo pingat tabulam aliquã,& colore albo illam afficiat,dicere poſſumus tabulam illã eſſe albam per albedinem tãquam per cauſam formalẽ: per penicillũ, tãquam per inſtrumentũ: per Petrum
D tanquã per cauſam efficientem.Et horũ omniũ conſtãt exẽpla apud latinos autores.Nã Columella lib. *Columella.* 6.cap.2.ait:Vini ſingulos ſextarios per cornu faucibus infundito.Vbi illa præpoſitio,per,inſtrumẽtum denotat.Per alium oſtẽdere ſuã ſententiam,& per alium dare,dixit Terẽtius in comœdia tertia.In qui- *Terentius* bus verbis,præpoſitio illa,per,mediũ denotat.Per imprudẽtiã decipi dixit Cicero in oratione pro Ro- *Cicero.* ſcio Comedo, vbi cõſtat illã præpoſitionẽ denotare cauſam efficientem,ita vt dicat imprudentiã fuiſſe cauſã deceptionis.Terẽt.in Hecyra dicit,Ancillas dedo,quolibet cruciatu per me exquire.Vbi Donatus interpretatur,per me,id eſt,per me autore &permittẽte.Et eodem modo interpretari oportet illud Perſianũ:Per me ſint omnia protin⁹ alba.His omnib⁹ pręlibatis facile noſtra ſentẽtia intelligetur,& ab omnib⁹ extẽſis (vt aiunt) brachiis recipietur,niſi fortè ab eo qui obſtinato animo eſſe voluerit,aut protinus fuerit inſanus.Dicimus hominẽ iuſtificari per Chriſtũ,quatenus Deus eſt,tanquã per cauſam quę noſtram iuſtificationẽ efficit in nobis.Iuſtificamur inſuper per Chriſtũ,quatenus homo eſt,tanquã per cauſam meritoriã noſtræ iuſtificationis.Iuſtificamur etiam per ſanguinẽ Chriſti tanquã per mediũ aut per inſtrumentũ quo Chriſtus nobis meritus eſt noſtram iuſtificationẽ.Iuſtificamur etiam per gratiam quæ vera iuſtitia eſt,tanquã per formã nobis inhærentẽ,ſicut per albedinem corpus aliquod dicitur album,& per nigredinẽ,nigrum. Dicimus etiam hominẽ iuſtificari per fidem tanquã per mediũ quo tẽdimus ad iuſtificationẽ.Eſt enim fides medium quoddã, & neceſſaria quædã diſpoſitio præparãs animã ad iuſtificationẽ à deo ſuſcipiendã.Nihil igitur detrahimus miſericordiæ diuinæ,aut fidei:nec tollimus fiduciam miſericordiæ illius,propterea quod diximus hominẽ iuſtificari per gratiã,quoniã vnũquodq; iſtorũ quæ diximus,habet ſuam propriã,& peculiarẽ cauſalitatẽ in hominis iuſtificatione. Eſt alius error in illis verbis Philipi Melãct.& aliorum,quo aſſerunt fidem amitti per quodlibet peccatum
A mortale.Sed de hoc errore nolo in præſentiarũ diſputare,quoniam alienus eſt à primo huius noſtrę diſputationis themate,& de illo ſpecialiter differemus in proximè ſequenti cap.poſt finitã huius hæreſis expugnationẽ.Reſtat adhuc vnus alius error qui in illis prædictis verbis Philip.Melan.& aliorũ continetur.Dicũt enim fidẽ illã qua iuſtificamur eſſe fiduciã miſericordię promiſſę propter Chriſtũ,& cum hæc dixit Philip.Melã.deſideraui in illius verbis modeſtiam & vrbanitatẽ.Nam appellat nos indoctos & ſycophãtas & rabioſos,propterea quòd cõtra illorũ ſententiam reclamamus,& dicit nos negare fidẽ ſignificare fiduciã miſericordiæ.Ego quidẽ nolo retaliare iniuriã, quãquã facilè poſſẽ,præſertim ſi nõ pro me aliis reſpõdere vellẽ,hoc tamẽ vnũ facere nitar, vt oſtẽdã corã doctis & bonis viris, ad quos ille prouocauit,nõ eſſe indoctos,aut ſycophãtas,eos qui prædictę illorũ aſſertioni cõtradicunt.Sed ante omnia opus eſt,vt omnes intelligãt illũ calumniam malitioſe & mẽdaciter contra nos fingere,cum dicit nos negare fide ſignificari fiduciã.Nã hoc ipſum,nos in principio hui⁹ diſputationis apertè cõfeſſi ſumus,& apertè probauimus,ita ſępe accipi in ſacris literis,& apud prophanos autores latiniſſimos.Negamus tamẽ fidem illam qua nos iuſtificari ſacræ literæ perhibent eſſe fiduciã,& hoc ipſum nunc probare oportet, partim rationibus,partim teſtimoniis ſacræ ſcripturæ,partim etiam teſtimoniis ſanctorũ & doctorum virorũ.Et primo obiicio illis Paulũ,de quo inaniter gloriantur, & cuius teſtimonio ſuam doctrinã ſe tueri mẽtiuntur.Is enim in epi.ad Ephe.apertiſſimũ pro nobis reddit teſtimonium,quũ de *Epheſ.3.* Chriſto loquẽs,hæc ait: In quo habemus fiduciam,& acceſſum in cõfidẽtia,per fidem eius.Ecce vides Philippe,Paulũ apertiſsimè ponentem diſcrimen inter fidem & fiduciã. Nã dixit fiduciam oriri à fide,

quoniam dicit nos habere illam per fidem. Dixisti te prouocare in hac causa ad omnes doctos & bonos viros. Nũquid Paulum recusas, iudicẽ dicens illũ non esse bonũ, nec doctum? sed fortè dicis paulũ non
Theoph. ita interpretandũ esse, vt nos putamus, verũ ne per hanc viam pateat tibi fuga, testimoniũ Theoph. tibi offero qui prędictũ locũ Pauli interpretãs, hęc ait: Atqui nõ vt captiui adducti sumus, neque quòd peccauimus, sed libertatẽ habemus, neque eam simplicẽ, sed cũ confidẽtia, fiducia, & audacia. Vndenã hęc nobis bona? Per fidem, inquit, hæc enim solutis peccatis libertatẽ nobis & fiduciã imposuit. Hęc Theo. Ex quibus verbis apertissime cõstat Paulũ sensisse fiduciam in nobis causatã esse à fide, & inde vlterius sequitur fidem qua iustificamur, non esse fiduciam, sed causam fiducię. Et hoc ipsum Saluator noster a-
Matt. 9. pertissime ostendit, quũ mulieri quæ sanguinis fluxũ patiebatur, dixit: Cõfide filia, fides tua te saluam fecit. Ex quibus verbis apertè cõuincitur, fidem esse causam fiducię. Nã ideo iubet illam confidere, quia iam habet fidẽ, talem, vt saluté animæ impetrauerit. Præterea, fides illa, quã tantopere laudat Paulus in
Heb. 11. epi. ad Heb. est fides per quã iustificamur. Nam de illa loquẽs, dicit: Abel per illam testimonium cõsequutũ fuisse, se esse iustũ, & illã dicit esse sine qua impossibile est placere deo. At fides illa de qua Paulus ibidem loquitur, nõ est fiducia: Quanquã Eras. Rot. in Annotationibus super illũ Pauli locum ad Heb. dicit: Fidem illo loco à Paulo accipi pro fiducia. Et nunc hoc aduertens, apertè intelligo latens venenũ in verbis Erasmi, & ex istis, sicut etiam ex aliis eius verbis cognosco verum esse prouerbium, quod vulgò iactatum est apud Germanos catholicos. Erasmus posuit oua, sed Luther excusit pullos. Nã credo, Lutheranos ex hac Erasmi sentẽtia causam accepisse, vt dicerẽt, fidem illã, qua iustificamur, esse fiduciam misericordiæ promissæ propter Christum. Sed his omissis ad nostrũ scopũ reuertamur, vt probemus, fidem in illo loco epi. ad Heb. nõ significare fiduciã. Nã de illa loquẽs Paulus, dicit: Credere oportet accedentem ad Deum, quia est, & inquirẽtibus se remunerator sit. Et iterum fide intelligimus aptata esse secula. At, credere, & intelligere, operationes sunt intellectus, & inde sequitur quod non pertinent ad C
fiduciam, quia hæc est actus, aut passio voluntatis, quod vel ex eo constat, quod est proxima spei & posterior illa. Quod si hoc Philippus negare contendat, conuincam illum iudicio docti & boni viri, vnius certè ex illis, ad quos se prouocasse dixit. Seneca epi. 16. hæc ait: Dicam tamẽ sententiam, quod iam de
Seneca. te spem habeam, nondum fiduciam. Ex his verbis Senecę, apertè constat fiduciam, illius iudicio, esse aliquid maius spe, & illa posterius, & inde conuincitur, fiduciam pertinere ad voluntatẽ, quemadmodũ spes, quæ illã præcedit. Deinde multa sunt circa quæ versatur fides, prout sunt, quod Deus est trinus & vnus, quod filius dei incarnatus est, natus est ex Maria virgine, crucifixus est, mortuus & sepultus est, resurrexit, ascẽdit in cœlũ, sedet ad dexteram patris, circa quę omnia nullo modo potest esse fiducia, nec circa aliquod eorum, quoniã fiducia semper est respectu futurorũ, & nunquã respicit præsentia neque præterita, illa autem, quę nũc proximè enarrauimus pertinere ad fidẽ: omnia sunt pręterita, præter vnũ quod semper est præsens, de vnitate dei, & trinitate personarũ. Præterea, Paulus ad Corint. scribens se-
1. Cor. 13. parat fidẽ à spe, & per cõsequens à fiducia. Nũc autẽ, inquit Paulus, manẽt fides, spes, charitas: tria hęc. Si fides (vt Lutherani dicunt) cõplectitur in se spem, iã nõ tria, sed duo sunt. Si tria sunt (vt Paulus ait) oportet necessariò fidem ab aliis duabus separare. Post hæc tam aperta scripturę testimonia opus est, vt
Auguſt. sanctorum, & doctissimorum virorũ iudicium requiramus, quoniam Philippus Melã. vt ex dictis illius quæ supra citauim⁹, cõstat, ad huiusmodi viros prouocauit. Aug. in lib. de Spiritu & litera, cap. 31. de fide qua iustificamur differẽs, hæc ait: De hac enim fide nunc loquimur, quã adhibem⁹, cum aliquid credimus: nõ quã damus, cum aliquid pollicemur: nã & ipsa dicitur fides. Sed aliter dicimus, nõ mihi habuit fidem: aliter autem, non mihi seruauit fidem. Nam illud est, nõ credidit, quod dixi: Illud, nõ fecit, D
quod dixit. Secundum hãc fidẽ, qua credim⁹, fideles sumus Deo: secundum illã verò, qua fit, quod promittitur, etiam Deus ipse fidelis est nobis. Hoc enim dicit Apost. Fidelis Deus, qui nõ vos permittit tẽtari super id quod potestis. Hæc Aug. Ex quibus verbis apertissime patet fidem qua iustificamur nõ esse fiduciam, sed operationem intellectus, qua Deo aliquid reuelãti, aut dicenti credimus. Et hæc Auguſt.
Baſilius. dicens, nunquã fiduciæ aut cõfidentiæ habuit memoriam. Basilius in libro de vera & pia fide, fidẽ dif-
Chriſoſto finiẽs, sic ait: Fides est assentiens approbatio sine hæsitatione. Hæc Basil. Chrysost. super secundum caput Matthæi, hæc ait: Quàm magna Magorũ fides est, nõ dicentes, Si magnus est puer hic, quæ necessitas fugæ est, & occultæ receptionis? hoc enim est veræ fidei, nõ quærere causas eorum, quæ verè præcipiuntur, sed suaderi solum ab eis. Et in expositione symboli iterum ait: Fides religionis catholicæ, lumen est animæ: ostium vitæ, fundamentum salutis æternæ. Fides lampas est, quia sicut lampas illuminat domum, ita fides animã. Hæc Chrys. Ex quibus omnibus cõstat, fidẽ illã non esse fiduciã, quia cum illa nõ sit operatio intellectus, cõstat per illam nõ posse animã illuminari. Sed iam ista omittamus, & vt magis Philippum, & suos cõplices cõuincamus, demus illis, gratia disputationis, fidem esse fiduciã misericordiæ promissæ propter Christum: nunquã tamẽ inde habebunt quod per talẽ fidem homo iustificetur. Nam peto ab illis de qua fiducia loquuntur, cum dicunt hominẽ iustificari per fiduciã misericordiæ promissæ propter Christum. Si intelligũt de fiducia misericordiæ iam acceptę, per illam nullo modo potest homo iustificari: quia illam præcedit, saltem natura, ipsa iustificatio, tanquam obiectum circa quod tendit ipsa fiducia. Absurdum est enim dicere quod homo iustificetur per aliquid posterius
ipsa iustificatione. Si verò intelligunt de fiducia misericordiæ nodum acceptæ sed accipiendæ, hæc so- A
la satis esse non potest ad iustificationem hominis complendam, Quia hæc fiducia si non habet secum spem & charitatem, & opera mãdatorum Dei, quibus innitatur, vana erit fiducia, & indigna quæ assequatur id quod sperat. Huius rei apertissimum testimonium est quod multi fuerunt & sunt, hanc fidu-
Proue. 12. *Prou. 14.* ciam habẽtes, qui tamẽ illa frustrati sunt & non sunt assequuti quod sperabãt. Nã Salomon in Prouerbiis ait; Via stulti recta in oculis suis. Et in eodem libro iterum ait; Est via quæ videtur homini iusta,

nouissima

nouiſſima autem illius ducunt ad mortem. Et rurſum in Eccleſiaſte ait: Sunt impij qui ita ſecuti ſunt, quaſi opera iuſtorum habeãt. Et Eccleſiaſticus ait: Non te iuſtifices ante Deum, quoniam agnitor cordis eſt. Sed his omnibus teſtimoniis multo efficacius & apertius eſt, quod de epiſcopo Laodiceę Eccleſiæ Angelus dixit in Apocalypſi Ioannis: Quia tipidus es & nec frigidus nec calidus, incipiam te euomere ex ore meo: Quia dicis, diues ſum & locupletatus & nullius egeo, & neſcis quia tu es miſer & miſerabilis, & pauper, & cæcus, & nudus. Nihil poteſt apertius dici cõtra temerariam multorũ hominum fiduciam, & vanam eorum ſecuritatem. Phariſæus etiam ille euãgelicus, in templo orans magnum nobis præbet argumentum ad conuincendum hanc vanam fiduciam. Nam ille iuſtum ſe eſſe indubitãter credebat de ſua iuſtificatione confidens gratias Deo agebat, quod nõ eſſet ſicut cæteri homines, & tamen hic non deſcendit iuſtificatus, ſed Publicanus ille qui nihil tale de ſe credẽs, à longè ſtabat & percutiebat pectus, dicens: Deus propitius eſto mihi peccatori. Deinde, ſi hæc iſtorũ ſententia vera eſſet, multò plures eſſent Chriſtiani iuſti & ſalui quàm peccatores dannati quoniam vix vnus aut alter Chriſtianus eſt, qui hanc fiduciam non habet. Nam & hoc ipſum teſtatur Salomõ in prouerbiis, dicens: Omnis via viri recta ſibi videtur, appendit autem corda Dominus. In quibus verbis Salomon docet, homines ſępe decipi in æſtimatione quam de ſeipſis habent, quoniam non tales ſunt apud deũ quales ſibi videntur. De hac etiam vana fiducia teſtatur Chryſoſtomus Homilia prima ſuper primum caput Matthæi, vbi hæc ait: Vnuſquiſq; noſtrum in nulla alia re ſpem ſuam poſt dei miſericordiam, niſi in morum ſanctitate conſtituatur. Hæc Chyſoſtomus. Auguſtinus in libro de ſingularitate clericorum, ait: Lubrica ſpes eſt, quæ inter fométa peccati, ſaluari ſe ſperat. Et iterum: Expedit bene timere quàm malè fidere. Hęc Auguſtinus. Sed audiamus Bernardum qui apertius hanc vanam fiduciam cõdemnat, ſermone tertio de Annunciatione, vbi poſtquam citauit illa Saluatoris verba ad mulierem adulteram. Neque ego te condemnabo, vade amplius noli peccare, hæc ait: O vox miſericordiæ, ô auditus lætitiæ ſalutaris, Auditam fac mihi mane miſericordiã tuam, quia in te ſeperaui Domine. Sola nimirũ ſpes apud te miſerationis obtinet locum, nec oleum miſericordiæ niſi in vaſa fiduciæ ponis. Sed eſt infidelis fiducia ſolius maledictionis capax, cum videlicet in ſpe peccamus. Quãquam nec fiducia illa dicenda ſit, ſed inſenſibilitas quædam & diſſimulatio perniciosa. Quæ enim fiducia ei qui periculum non attendit? aut quod ibi timoris remediũ, vbi nec timor ſentitur, neque materia ipſa timoris? Fiducia ſolatium eſt, nec eget illo ſolatio, qui lætatur cum malefecerit, & exultat in rebus peſſimis. Hæc Bernardus, qui nihil apertius dicere poterat, contra vanam Lutheranorum iſtorum fiduciam. Sed iam, ne ex verbis Philippi Melan. ſupra citatis aliquid reprehenſione dignum omittamus, opus eſt vt lectorem admoneamus, de ridicula expoſitione, quã ille dedit huic propoſitioni, Fide iuſtificamur. Dicit enim fidẽ ſe habere correlatiuè ad miſericordiam tãquam ad obiectum. Quare cum dicitur, fide iuſtificamur, hoc modo rectè intelligi dicit, ſi illud nomen, fides, trãsformetur in correlatiuũ, ſic dicendo: Iuſtificatur per miſericordiam promiſſam propter Chriſtũ. Quis hæc audiẽs nõ ridebit? Aut quis vnquã putauit fidem eſſe correlatiuum ad miſericordiam magis quàm ad aliam rem credibilem? Quis etiam vnquã docuit pro vno correlatiuo ſubſtituere aliud? Multum certè fuiſſent olim gauiſi hæretici Patripaſsiani, ſi hoc nouum genus interpretãdi ſacram ſcripturam, fuiſſent aſſecuti. Nã quoties legimus in ſacris literis, filium Dei fuiſſe paſſum, illi interpretarentur de patre diuino, dicẽtes, filium eſſe correlatiuum ad patrem, ac proinde licere vnum correlatiuum interpretari per aliud, & loco filij ſubſtituere patrem. Sed quis hęc non irrideat? Quis nõ hæc abominetur? Certè Lutherus iſtorum omniũ coryphæus in libro de capt. Babylonica de ſacramento Euchariſtiæ differens, docet ſacram ſcripturam eſſe interpretãdam in ſimpliciſſima verborum ſignificatione, & nũquam extra grammaticæ propriam ſignificationem, ne aduerſariis detur occaſio eludendi. Obſecro igitur cãdidum lectorem, vt diligenter aduertat, & tandem iudicium ferat, an ſit ſimpliciſsima & propria ſignificatio, vnum relatiuum interpretari per aliud illius correlatiuum. Poſtremò, vt Philippum vndique vallemus, & ſi demus illi veram & germanam eſſe illam interpretationem, quam ille reddit huic propoſitioni, Fide iuſtificamur, iuxta illam interpretationẽ nihil magis tribuit fidei quàm operibus, etiam ſi fidem capiat pro fiducia. Nam peto ab hoc Philippo & eius ſectatoribus, an dicat hominem iuſtificari per ſolam fiduciam miſericordiæ promiſſæ, an per ſolam dei miſericordiam. Si per ſolam miſericordiam promiſſam, dicit hominem iuſtificari, ergo fiducia miſericordiæ non magis operatur ad iuſtificationem, quàm pœnitẽtia, aut talia pietatis & religionis opera. Si per fiduciam dicit hominem iuſtificari, quum illa ſit opus noſtrũ, conſequens eſt vt etiam dicant, per aliquod opus noſtrum nos iuſtificari, quod tamen ipſi audire abhorrẽt, tãtum abeſt, vt fateri velint. Aduerſus hanc hæreſim militant etiam omnia illa quæ inferius pro expugnatione proximè ſequentis hæreſis adducemus. Supereſt vt Lutheri obiectionibus reſpõdeamus. Primò nanque obiicit illud Apoſtoli ad Romanos. 5. Iuſtificati ergo ex fide, pacẽ habeamus apud Deum. Et illud ad Epheſios ſecũdo. Gratia eſtis ſaluati per fidem, & hoc non ex vobis. Et in epiſtola ad Hebræos: Sine fide impoſſibile eſt placere Deo. Et in Actibus Apoſtolorum beatus Petrus loquens de Gentibus conuerſis ad Chriſtum, ait: Et qui nouit corda Deus, teſtimonium perhibuit: dans illis ſpiritum ſanctum ſicut & nobis, fide purificans corda eorum. Et per prophetam Abacuc capite ſecundo dicitur: Iuſtus ex fide viuit. In quibus omnibus ſcripturæ locis & aliis quàm plurimis iuſtificatio & purificatio tribuũtur fidei, nulla operum mentione facta. Signum eſt (inquit Lutherus) quòd ſola fides ſine operibus iuſtificat hominem. Huic autem obiectioni reſpõdemus, verum eſſe quod in illis ſcripturæ locis dicitur, fidem ſcilicet iuſtificare hominem, & ſine illa neminem eſſe iuſtum: non tamen ſic dicitur fidem iuſtificare, quòd alia omnia excludãtur à iuſtificatione. Non enim per hoc, quòd effectus dicitur produci ab vna cauſa, per hoc excluditur alia quę particeps fuit illi⁹ productionis: vt gratia exẽpli, ſi quis dicat Petrũ eſſe genitũ à Ioãne

Eccle.8. *Eccle.7.* *Apoc.3.* *Luc.18.* *Prou.21.* *Chryſoſto* *Auguſt.* *Ioan.8.* *Bernar.* *Heb.11.* *Act.16.*

non per hoc asserit eum non esse genitum à matre, etiam si mater taceatur: aut si dicat eum esse factũ à patre & matre, non ideo colligendum est inde, vt intelligat talis sic loquẽs: Petrum non fuisse productũ à Deo. Scriptura ergo, etsi dicat iustificationem pendere ex fide, non tamen dicit eam pendere ex sola fide. At dicunt, de iustificatione loquens expressit fidem, nulla mentione operum facta. Fatemur eum tunc tacuisse de operibus, non tamen illa excluſit à iustificatione. Nam si per hoc quòd tacentur, debẽt A reputari pro excluſis, oporteret etiam dicere baptismũ non esse necessarium, quin sine ipso quilibet saluari posset, quoniam in nullo illorum locorum scripturæ, quæ modò citauimus, fit mẽtio aliqua baptismi: fides ergo sine baptismo saluabit? Absit. Quòd si Lutherus dicat baptismi necessitatem alibi fuisse expressam, etsi in his locis taceatur, & hoc sufficere asserat: & nos hoc etiam illi respõdebimus, quòd licet in his locis scripturæ citatis, aut aliis quibuscunque taceantur opera quum de iustificatione fit sermo, non per hoc intelliguntur excluſa à iustificatione, quoniam satis est pro illorum assertione, operum virtutem & efficaciam alibi fuisse expressam, sicut patet in testimoniis per nos primum adductis. Præterea, si per hoc quòd opera tacentur, licet ea excludere, aut eorum excluſionem inferre, eadem ratione licebit fidem etiam excludere à iustificatione, quia sæpe operibus tribuitur iustificatio, nulla fidei

Tob.4. mentione facta. Et vt alia huius rei testimonia mittam, vel illud est apertum, quod in commendatio-
Eccle.3. nem eleemosynæ dicitur: Elleemosyna ab omni peccato & morte liberat. Vide quod dixit, ab omni
Luc.6. peccato. Et iterum de eadem: Ignem ardentem extinguit aqua, & eleemosyna resistit peccatis. Et rursum ipsamet veritas ait: Date eleemosynam, & omnia munda sunt vobis. Aduerte quod dicit, omnia. Posset ergo aliquis sic argumentari eo modo quo Lutherus: Ecce Saluator commendat nobis eleemosynam, & nullam prorsus tunc de fide mentionem faciens, dicit omnia nobis esse munda. Ergo fides non est necessaria, sed sola eleemosyna sufficiet, maximè quia in die iudicij (vt ipse Dominus per Mat-
Matt.25. thæum ait) de hac petet rationem, ne tunc etiam vllam fidei mentionem facit. Absit autem, vt quis di-
1. Cor.13. cat solam eleemosynam sufficere ad vitam æternam, cum Paulus dicat: Si distribuero omnes facultates meas in cibos pauperum, charitatem autem non habuero, nihil mihi prodest. Quotiescunque ergo fi- B des, aut quæuis alia virtus laudatur, vel aliquid honoris illi tribuitur, semper intelligendum est hac subintellecta conditione, si rectè suum exequatur officium. Tunc autem dicitur suum officium rectè exequi, si alia non omiserit quæ aliàs præcepta sunt. Sicut enim eleemosyna dicenda est bona, quando ex fide procedens solo Dei respectu fit: sic etiam fides tunc erit sufficiens, quãdo illi fuerint opera necessaria coniuncta. Non enim per hoc, quòd vna atque altera virtus laudatur, statim inuidendum est aliis, quia virtutes non sibi inuicem inuident, quemadmodum homines facere solent, qui aliorum laudes existimant suas esse contumelias, putántque suæ gloriæ detrimentum esse cuiuscunque alterius laudes. At virtutes non ita: sed omnes sua sorte contentæ, & quælibet suum gradum agnoscens, nec inferiorem despicit, nec altiori inuidet. Per hæc ergo quę diximus, facile (vt existimo) cuilibet obiectioni re-
Secunda obiectio. sponderi posset, fatentes fidem iustificare, fidem exigi, fidem purificare, sed non solam, sed cum ea exigũtur omnia illa, quę aliàs præcepta inueniuntur. Nam alioqui frustra præciperentur. Verũ vnus nobis
Roma.3. restat scrupulus adhuc tollendus. Paulus siquidem in ea quæ est ad Romanos epistola, ait: Arbitramur
Galat.2. iustificari hominem per fidem, sine operibus legis. Et in epistola ad Galat. Scientes autem, quòd nõ iustificatur homo ex operibus legis, nisi per fidem Iesu Christi, & nos in Christo Iesu credimus, vt iustificemur ex fide Christi, & non ex operibus legis. Propter quod ex operibus legis non iustificabitur omnis caro. De his duobus scripturæ locis maximè gloriãtur Lutherani, quia (vt ipsi aiunt) in illis sic tribuitur iustificatio hominis ipsi fidei, vt excludantur opera. Quibus respondemus, Paulum in illis duobus locis loqui de operibus legis veteris, puta de cæremoniis & aliis ritibus, quę omnia fuerãt per Chri- C sti mortem deleta, & nullam penitus virtutem habentia, quapropter nec iustificare quenquam poterãt. Non autem loquebatur de operibus aliorum præceptorum decalogi. Ipsa autem materia, de qua in illis epistolis tractat, ita esse apertè conuincit, quoniam (vt beatus Hylarius ait) circunstãtiæ scripturarum solent scripturæ sensum aperire. Certum est autem, Paulum in illis duabus epistolis circa hoc versari, vt ostendat legem Mosaicam, quæ solis Iudæis data fuerat, iam cessasse, legemque Christi nouã esse omnibus communem. Ideo post illa verba, quæ ex tertio capite epistolæ ad Rom. citata sunt, statim subiunxit: An Iudæorum Deus tãtum? Nònne & Gentium? Imò & Gentium, quoniam quidem vnus est Deus, qui iustificat circunciſionem ex fide, & præputium per fidem. Et de epistola ad Galatas manifestum est in illa hoc velle docere Galatas, vt videlicet crederent legitima non esse amplius exercenda. Nam ob hãc causam testatur se reprehendisse Petrũ, quòd videlicet per simulationem Gẽtes iudaizare cogebat. Nulla in illis epistola, ad Rõ. videlicet, & ad Galat. fit mẽtio de aliis operibus, quã de operibus legis veteris. Nil ergo aduersus nos illa scripturę loca agunt: quoniã etiam nos fatemur illa opera legis veteris iam nullius esse momẽti. Potest adhuc aliter respõderi ad hoc argumentũ, vt dicam⁹ Paulum loqui in iliis locis de operibus ante fidem susceptam factis, quæ omnium consensu nullius sint meriti apud Deum, & de his nos etiam fatemur nihil prorsus agere ad hominis iustificationẽ. Nam etsi illa sint aliquando necessaria ad iustificationem, vt pœnitentia in peccatore, nunquam tamen illis imputatur iustificatio. Opera autem de quibus nos contẽdimus esse necessaria ad iustificationem, sunt operara facta post fidei susceptionem, & ista sunt de quibus Apostolus Iacobus ait: Fides sine operibus mor-
Iacob.2. tua est. Iuxta hunc sensum interpretatur Beda, qui in cõmentariis super. cap. 2. epistolę Iacobi, hæc ait: D
Beda. Quoniam Paulus Apost, prędicans iustificari hominem per fidem sine operibus, non bene intellectus est ab eis qui sic dictum acceperunt, vt putarent, cum semel in Christum credidissent, etiã si male operarẽtur, & facinorosè flagitioseq; viuerẽt, saluos se esse per fidẽ, locus iste huius epistolæ eundẽ sensum Pauli apostoli quomodo sit intelligendus, exponit. Ideoq; magis Abrahę exemplo vtitur, vacuã esse fidem si-

dem ſi non bene operetur, quoniã Abrahæ exemplo etiam Paulus Apoſt. vſus eſt vt probaret iuſtificari hominẽ ſine operibus poſſe. Cum enim bona opera cõmemorat Abrahę, quę eius fidem comitata ſunt, ſatis oſtendit Apoſt. Paulum non ita per Abraham doceri iuſtificari hominem per fidem ſine operibus, vt ſi quis crediderit, nõ ad eũ pertineat bene operari, ſed ad hoc potius, vt nemo arbitretur meritis priorum bonorum operum ſe peruenisſe ad donum iuſtificationis quæ eſt in fide. In hoc ſe gẽtibus in Chriſtũ credentibus Iudæi præferre cupiebant, quia dicebãt ſe meritis bonorũ operũ quæ in lege ſunt, peruenisſe ad euãgelicam gratiam. Ideoq; ſcãdalizabãtur multi qui ex eis crediderũt, quod incircũciſis Gentibus, Chriſti gratia traderetur. Vnde Apoſt. Paulus dicit poſſe hominẽ ſine operibus, ſcilicet pręcedentibus, iuſtificari per fidẽ. Nam iuſtificatus per fidẽ, quomodo poteſt niſi iuſte operari? Hæc Beda. Quod autem dicit, iuſtificatũ per fidẽ nõ poſſe niſi iuſte operari, non ſic intelligẽdũ eſt, vt qui ſemel iuſtificatus eſt, nõ poſſit à ſua iuſtificatione excidere, aut ꝙ coactus ſit ad bene agẽdum, ſed ideo dixit, quia cũ iniuſtè operatus fuit, eo ipſo amittet iuſtificationẽ. Sentit ergo hæc duo ſimul cohærere nõ poſſe, hominem eſſe iuſtificatũ per fidem, & illum iniuſtè operari. Scio hæc Pauli loca aliter ab aliis exponi, & aliter obiectioni prætẽrita reſpõderi ab eiſdem, mihi tamen ij duo ſenſus magis placent, quoniam magis germani ſunt literæ. Theophylactus illa loca exponit iuxta primum modum, quo nos expoſuimus. Ad eũdem modum interpretatur B. Ambroſius. Et B. Hieronymus, docet illum locum epiſtolæ ad Galatas eſſe eo-

A dem modo intelligendum. Tertio obiicit nobis Philippus Melan. illud Pauli ad Rom. Credidit Abraham Deo & reputatũ eſt illi ad iuſtitiam. Ex quibus verbis cenſet Philip. Melãcton apertè colligi Abraham fuiſſe iuſtificatum per ſolam fidem. Sed fallitur Philippus in hac parte, non intelligens quid ſit reputari ad iuſtitiam. Non enim eſt, vt Philippus putat, primam iuſtificationem acquirere, ſed eſt inter opera iuſtitiæ cõputari. Docet itaque Paulus in illis verbis, fidem qua Abraham credidit Deo, fuiſſe opus iuſtitiæ, & meritò ita docet Paulus. Quoniam iuſtum eſt vt quiſque Deo (qui veraciſsimus eſt) aliquid dicenti credat. Quod autem reputari ad iuſtitiam, ſignificet id quod diximus, apertè oſtendo ex alio loco ſactæ ſcripturæ. Nam Propheta regius laudans facinus Phinees ſacerdotis occidentis Iudęum fornicantem cum muliere Madianitidæ, ait: Et ſtetit Phinees & placauit, & ceſſauit quaſſatio. Et reputatum eſt ei in iuſtitiam, in generatione & generationem vſque in ſempiternum. Ecce occiſionem hominis reputatam eſſe, Phinees ad iuſtitiam, vt dicit Chryſoſt. homil. 17. ſuper Matth. cuius verba citantur à Gratiano in cap. Occidit. 23. q. 8. Certum eſt autem in illis verbis Prophetæ, reputari ad iuſtitiã occiſionem, non ſignificare Phinees fuiſſe iuſtificatum per talem occiſionem, ſed ſolum ſignificare illum ſic occidẽdo illos fornicatores, feciſſe opus iuſtitiæ, & talem occiſionem fuiſſe acceptatam à Deo tanquam opus iuſtum. Eodem igitur modo interpretandus eſt Paulus quãdo dixit fidem Abrahæ reputatam eſſe illi ad

B iuſtitiam, non quod per ſolam illam fidem fuerit iuſtificatus, ſed quod ſic credendo fecerit opus iuſtum. Fortè Philippus & ſui ſectatores putabunt ſe vrgere nos per id quod Paulus continuo ſubdit, dicens: Ei autem qui operatur, merces non imputatur ſecundum gratiam, ſed ſecundum debitum. Ei verò qui non operatur, credenti autem in eum qui iuſtificat impium, reputatur fides eius ad iuſtitiam. Ex quibus verbis, fortè Philippus colligit fidem ſine operibus iuſtificare. Sed lõge aliter quàm Philippus putat, verba illa Pauli ſunt intelligenda. Nam Paulus illo loco, poſtquam dixerat fidem Abrahæ reputatam eſſe illi ad iuſtitiam, ſtatim diſſerit de operibus, poſt fidem & gratiam ſuſceptam factis. Duos itaque Paulus in illo loco diſtinguit homines iam iuſtificatos. Sunt enim aliqui qui poſt fidem & gratiã ſuſceptam opera bona fecerũt, & iſtis dicit mercedem (hoc eſt, gloriam æternam quæ vera eſt merces) deberi non ſecundum gratiã, hoc eſt, non gratis & ex pura libertate, ſed ſecũdum debitũ: quia gloria æterna debetur operibus bonis, nõ ex natura aut dignitate naturali ipſorum operũ, ſed ex promiſsione diuina. Sunt alii qui poſt fidem & gratiã ſuſceptam nullum bonũ opus operati ſunt, quia fortè nullũ fuit illis datum tẽpus, in quo rectè operari potuiſſent, prout contigit illis qui à baptiſmo ſuſcepto ſtatim mortui ſunt, & iſtis ſola fides reputatur ad iuſtitiam, nõ ſolum vt iuſti ſint in hac vita, ſed etiam ad gloriam æternam, quã Chryſ. in hoc loco appellat iuſtitiam plenam & cumulatam. Et hoc tribuitur iſtis non ſecundum debitum, vt primis, ſed ſecundum gratiam & meram liberalitatem dei, & hoc eſt quod dicit Paulus ſecundum propoſitum gratiæ dei. Quod autem iſtis non detur merces, ita ſecũdum debitum, ſicut primis, inde euenit quod primi aliquod proprium opus habuerunt, in quo Deo ſeruierunt, & ideo merces eſt aliquo modo illis debita: ſecundi autem ſolã fidem habuerunt, quæ, vt ait Paulus, Dei donum eſt, & ideo non propriè dici poteſt opus noſtrum, quia nullus eam propriis viribus poteſt acquirere, iuxta id quod Saluator ait: Nemo venit ad me niſi Pater meus traxerit illum. Iuxta hunc modum exponunt hæc Pauli verba beatus

C Anſelmus, & Gloſſa, quæ vulgò dicitur Ordinaria, & beatus Thomas. Alterã interpretationem reddũt eiſdem verbis hi tres doctores, quos proximè citauimus. Sed multo magis arridet illa, quam ego nunc proxime enarraui, quoniam magis mihi videtur eſſe litera germana. Quarto nobis obiiciunt illud Pauli. Fundamentum aliud nemo poteſt ponere præter id, quod poſitum eſt, quod eſt Chriſtus Ieſus. Si quis autem ſuperædificet ſupra fundamentum hoc aurum, argentum, lapides ptetioſos, ligna, fœnum, & ſtipulam, vniuſcuiuſque opus manifeſtum erit. Dies enim domini declarabit, quia in igne reuelabitur, & vniuſcuiuſque opus quale ſit, ignis probabit. Si cuius opus manſerit, quod ſuperædificauit, mercedem accipiet. Si cuius opus arſerit detrimentum patietur, ipſe autem ſaluus erit, ſic tamen quaſi per ignem. Ex his Pauli verbis Lutherani ſe conuincere putant, fidem ſolam ſufficere ad ſalutem. Nam Paulus, vt illi exiſtimant, his verbis docet ſaluos fore omnes qui habuerint Chriſtum pro fundamẽto ſui ſpiritualis ædificii, quicquid poſtea ædificent. Dicunt enim Paulum ſolum duos ordines ſuperædificantium Chriſto conſtituere, & vtroſque fore ſaluos, eos quidem qui ligna, fœnum, & ſtipulam ſuperædificant, ſaluari per ignem, alios verò, qui aurum, argentum, & lapides pretioſos ſuperædificant, ſaluari ſine igne.

Rom. 3.

Rom. 4.

Pſal. 105.

Ephe. 2.

Ioan. 3.

1. Cor. 3.

Cum igitur omnes qui fidem Christianam habent, teneant Christum, quia vt Paulus ait, ille per fidem
Ephe.3. habitat in cordibus nostris. Et ob eãdem causam, ipse Paulus gloriatur, se fundamentum posuisse apud
Corinthios, quia fidem Christi illis tradiderat, inde Lutherani apertè cõlligere se putãt, omnes qui credunt in Christo, tandem fore saluos, aut per ignem tribulationis consumentem mala opera perpetrata, aut sine huiusmodi igne, qui nihil mali sed solum bona opera fecerunt. Sed hæc istorum argumentatio, ex praua, & detorta verborũ Pauli intelligentia procedit. Et certè si hæc Pauli verba rectè vt decet con- D
siderentur, apertissimè cognoscetur multo magis nobis fauere quàm illis. Nam ex illis verbis, vt postea in titulo de purgatorio longius comprobauimus, colligitur esse purgatorium ignem post hanc vitam, & distinctionem peccatorum mortalium à venialibus, pœnamque venialium esse solum temporalem. Sed his omissis, quæ ad alium locum disputanda relinquimus, opus est, vt ad nostrum scopum accedentes, probemus nihil tale in verbis Pauli contineri, quale hæretici putant. Primo quidem decipiuntur putantes eos qui opera mala perpetrauerunt, & in eorum affectu permanent, habitare in Christo, & illum ha-
1.Ioan.1. bere pro fundamento. Nam beatus Ioannes in sua prima canonica epistola dicit: Si dixerimus, quoniam
societatem habemus cum illo, & in peccatis ambulamus, mentimur, & veritatem nõ facimus. Quid est autem in tenebris ambulare, nisi opera peccatorum facere? sunt enim ipsa peccata verissimæ tenebræ.
1.Ioan.2. Et iterum in eadem epistola: Qui dicit se in Christo manere, debet sicut ille ambulauit, & ipse ambulare. At qui peccata committit, non ambulat sicut Christus, qui peccatum non fecit, nec inuentus est dolus in ore eius, ergo ille iuxta Ioannis sententiam, in Christo non manet. Et iterum in eodem loco: Qui odit fratrem suum, in tenebris est, & in tenebris ambulat. Ex quibus Ioannis verbis apertissimè conuincitur, illum qui odit fratrem suum, non habitare in Christo, qui lux est verisima, quoniam vt ait Paulus, quæ societas lucis ad tenebras? Et rursum iterum idem Ioannes ait: Omnis qui in eo manet, non peccat.
2.Cor.6. Et iterum: Qui non diligit manet in morte. Omnis qui odit fratrem suum, homicida est. Et scitis quo-
1.Ioan.3. niam omnis homicida non habet vitam æternam in se manentem. Si non habet vitam, ergo nec habet
Ibidem. Christum, qui vera est vita. Postremo Salomon de sapientia diuina, quæ Christus est, differẽs ait: In ma- A
leuolam animam non introibit sapiẽtia, neque habitabit in corpore subdito peccatis. Cum igitur ex his
Sap.1. omnibus apertè constet, Christum non habitare in cordibus peccatorum, inde etiam conuincitur, illos non habitare in Christo, quia Christus est in omnibus, qui in eo sunt. Et inde vlterius sequitur eos, qui peccata habent, non habere Christum pro fundamento sui spiritalis ędificii. Et quod de his talibus, non loquatur Paulus in prædictis verbis, sed de solis iustis, in quibus Deus habitat per gratiam, facile persuadetur per id quod idem Paulus continuo post illa verba subdit: Nescitis quia templum dei estis, & spiritus Dei habitat in vobis? Si quis autem templum Dei violauerit, disperdet illum Deus. Attende obsecro quid dicat: Disperdet, inquit, non saluabit. Ex quibus verbis apertè conuincitur, non superædificare supra fundamentum, quod Christus est, qui, & si teneat fidem, tamen fidei coniungit peccata mortalia. Et hunc esse verum Pauli sensum confirmo testimonio Augustini libro de fide & operibus, cap. 16. vbi
Augusti. declarans prædicta Pauli verba, postquam dixerat fidem etiam esse fundamentum, sicut Christus, hæc
ait: Non enim fides illa dæmonum, cum & ipsi credant, & contremiscant, & filium Dei confiteantur Iesum, potest accipi in fundamentum. Quare? Nisi quia non est fides, quæ operatur per dilectionem, sed quæ exprimitur per timorem. Fides itaque Christi, fides gratiæ Christianæ, id est, ea fides quæ per dilectionem operatur, posita in fundamento neminem perire permittit. Hæc Augu. Est adhuc aliud in verbis Pauli diligenter considerãdum, quod manifestè ostendet Lutheranos in eorum verborum intelligẽtia fuisse deceptos. Nam Paulus, superædificãtes supra fundamẽtum spiritalis ædificii, distinguẽs, nulla alia ædificia superędificata cõmemorat, nisi aurum, argẽtum, lapides pretiosos, ligna, fœnum, stipulam. At peccata mortalia neq; aurum sunt, neq; argẽtum, neq; lapides pretiosi, quoniam omnia hæc pretiosa sunt, peccata verò mortalia adeò viliſsima sunt, vt nullius sint pretii aut valoris, nisi fortè apud eos, qui B
lætantur cum male fecerint, & exultant in rebus pessimis. Sed neque lignis, neque fœno, aut stipulæ cõparantur peccata mortalia in scriptura sacra, quoniam istæ res materiales facile consumuntur igne, peccata verò mortalia habent ignem æternũ, qui paratus est diabolo, & angelis eius. Et ob hanc causam illa comparantur in sacra scriptura plumbo, & ferro, & grauibus saxis, quæ suo põdere premunt, & à cœlorum summo vsque ad infernum trahũt. Peccata autem venialia, eo quòd leuia sunt, & per ignem tribulationis purgari possunt leuissimis rebus, & quæ facile igne consumi possunt, comparata sunt, videlicet lignis, fœno, & stipulæ. Duos igitur ordines superædificãtium Christo, Paulus cõmemorat. Sed vtroſq; iustos. Primi qui superædificant aurum, argentum, aut lapides pretiosos, sunt qui nihil purgandum habent, & hi statim post mortem recipiunt mercedem gloriæ æternæ. Cæteri verò, qui superædificant ligna, fœnum, aut stipulam, sunt, qui peccata sola venialia commiserũt, aut si peccata mortalia commiserunt pœnitentiam illorum egerunt, sed non plenam satisfactionem & hos purgari oportet, antequam mercedem gloriæ recipiant, & hoc aut per ignem tribulationis in vita præsenti, aut per ignem purgatorii in vita futura. Et hoc est quod Paulus dixit eos saluos fore, sic tamen quasi per ignem. Quinto nobis obiiciunt testimonia aliqua sacræ scripturæ, quibus omni credenti absque vllo discrimine, & sine vlla exactione bonorum operum, promittitur iustitia & vita æterna. Nã Christus saluator noster, apud Ioannem ait: Sicut Moyses exaltauit serpentem in deserto, ita exaltari oportet filium hominis, vt omnis qui credit in ipso, non pereat, sed habeat vitam æternam. Sic enim Deus dilexit mundum, vt filium suum vnigenitum daret, vt omnis qui credit in eum, non pereat, sed habeat vitam æternam. Et Paulus ad Ro- C
manos scribens, ait: Iustitia autem Dei per fidem Iesu Christi, in omnes & super omnes qui credunt in eum. In his omnibus locis apertè promittitur iustitia & deinde vita æterna omni credenti. Et inde se recte colligere putabunt Lutherani, fidem solam sine operibus satis esse ad iustitiam consequendam.

Huic

Huic obiectioni ſcio alios aliter reſpondere, ſed omiſſis illis reſpõſionibus, quæ à litera longe diſtare videntur, aliàs referam quæ magis literæ cõueniunt. Primo igitur reſpondeo, omnia illa ſacrę ſcripturę teſtimonia, eſſe intelligenda de fide viua quæ quidem per dilectionem operatur, & pro hac re, ſuffragatur nobis. B. Aug. in lib. de fide & operibus, cap. 13. vbi poſtquã dixerat mores bonos & fidem ſibi inuicem eſſe cõnexã, ſicut dilectio Dei, & dilectio proximi quarum altera ſine altera eſſe non poteſt, hæc quæ ſequũtur, ait: Ideo aliquãdo, alterum ſine altero, pro plena doctrina inuenitur ſcripturam commemorare, vt etiam hoc modo intelligatur alterum ſine altero eſſe non poſſe, quia & qui credit Deo, debet facere quod præcepit Deus, & qui propterea facit, quia præcepit Deus, neceſſe eſt, vt credat Deo. Hæc Augu. Quæ verba valde notanda ſunt, & pro inſigni quadam regula retinenda, quoniam iuuãt multum ad intelligentiam multorum aliorum locorum ſacræ ſcripturæ, & valent etiam ad cõfirmationem eorum quę diximus, in ſolutione primi argumenti. Et adhuc apertius, huic noſtræ ſolutioni fauet in eodem opere, cap. 14. ſic inquiens: Paulus non quamlibet fidem, qua in Deo creditur, ſed eam ſalubrem, planeq; euangelicam definiuit, cuius opera ex dilectione procedunt. Et fides, inquit, quæ per dilectionem operatur. Vnde illam fidem, quæ ſufficere ad ſalutem quibuſdã videtur ita nihil prodeſſe aſſeuerat, vt dicat: Si habeam omnem fidem, ita vt montes trãsferam, charitatem autem non habeam, nihil ſum. Vbi autem hæc fidelis charitas operatur, ſine dubio bene viuitur. Plenitudo enim legis charitas. Hact. Aug. Alio modo
D poteſt reſponderi prædictæ obiectioni, per vnam inſignem regulam & notatu digniſſimam, quam pro intelligentia ſacræ ſcripturæ, annotat Radulphus Flauiaſcenſis, vir longe doctiſſimus in Cõment. ſuper Leuiticum. Dicit enim circa vniuerſales enunciationes quę in ſacra ſcriptura reperiuntur, hoc eſſe ſumme conſiderandum, an in eodem loco aut alibi reperiatur aliqua particularis enunciatio quę illi vniuerſali cõtradicat. Et ſi talis inueniatur, dicit vniuerſalem illam enunciationem eſſe intelligendam cum exceptione illius particularis quæ reperta eſt illi cõtradicere. Quoniam niſi hoc ita eſſet interpretandum, neceſſarium eſſet fateri multas contradictiones in ſacra ſcriptura reperiri, quod abſurdum eſſet & graue piaculum id confiteri. Vt autem regulam iſtam notiſſimam faciam, aliqua ex ſacra ſcriptura proponam exempla, in quibus manifeſta reperietur contradictio niſi iuxta iſtam regulam concilientur. Primo omnium illud eſt notiſſimum quod Aſſuerum dixiſſe Heſter reginæ vxori ſuæ, ſacra ſcriptura teſtatur. Non pro te, ſed pro omnibus hæc lex conſtituta eſt. Cum dixit pro omnibus neceſſario, oportet excipere ipſam Heſter, ita vt ſit ſenſus, pro omnibus, præter te. Nam alioqui, minimè cõſtare poteſt, vt pro omnibus lex conſtituta ſit, & non pro illa. Præterea illud eſt etiam apertiſſimum quod legitur in libro Iob: Nemo mundus à ſorde, nec infans cuius eſt vnius diei vita ſuper terram. In hac generali locutione, neceſſario intelligendum eſt, includi exceptionẽ Chriſti ſaluatoris noſtri, & virginis Mariæ matris eius, & aliorum ſanctorum, quos in vtero matris fuiſſe ſanctificatos, ſacra teſtatur ſcriptura. Nam ſi hęc exceptio non intelligatur incluſa in illa vniuerſali prædicta, neceſſarium erit fateri illam vniuerſalẽ eſſe falſam. Hac regula vſus eſt Paulus interpretans illud Prophetæ, ex pſalmo. 8. Omnia ſubieciſti ſub pedibus eius. Nam
A quia ex illa vniuerſali, fortè quis eam male intelligens colligere tentaſſet Patrem cœleſtem ſe etiam ſubdidiſſe pedibus Chriſti, ad diſſoluendum hanc malam collectionem, in priori ad Corinthios epiſtola, ſic ait: Oportet autem illum regnare donec ponat omnes inimicos ſub pedibus eius. Nouiſſimè autem inimica deſtruetur mors. Omnia enim ſubiecit ſub pedibus eius. Cum autem dicat, omnia ſubiecta ſunt ei, ſine dubio præter eum qui ſubiecit ei omnia. Ecce vides Prophetam generaliter ſine vlla exceptione fuiſſe locutum. Paulus tamen docet, in illa vniuerſali elocutione neceſſario intelligi, eſſe exceptum id quod aliàs conſtabat contradicere illi vniuerſali elocutioni. Iuxta hunc modum, ego dico omnes illas vniuerſales elocutiones per quas aſſeritur omnem credentem eſſe iuſtum, eſſe intelligendas cum hac exceptione, præter eos qui opera præceptorum diuinorum non adimpleuerunt, quoniam de omnibus talibus aperta teſtimonia & multa ſacræ ſcripturæ dicunt eos nõ eſſe iuſtos nec vitæ æternæ dignos. Nam Paulus ad Epheſios ſcribens, ait: Hoc enim ſcitote intelligẽtes, quod omnis fornicator, aut immundus, aut auarus, quod eſt idolorum ſeruitus, nõ habet hæreditatem in regno Chriſti & Dei. Nemo vos ſeducat inanibus verbis, propter hæc enim venit ira Dei in filios diffidentiæ. Hæc vltima verba, apertè videntur eſſe dicta propter Lutheranos, & alios ſimilis farinæ doctores: Nam ij inanibus verbis ſeducunt homines docentes eos opera non eſſe neceſſaria, ſed per ſolam fidem poſſe iuſtificari & conſequi vitam æternam. De iſtis iterum in epiſtola ad Titum ait: Confitentur ſe noſſe Deum, factis autem negant, cum ſint abominati & increduli, & ad omne opus bonum reprobi. Et Ioãnes in ſua prima canonica ait: Qui
B dicit ſe noſſe Deum, & mandata eius non cuſtodit, mendax eſt. Denique Saluator noſter, homini petenti ab eo quibus factis poſſet vitam æternam habere, reſpondit: Si vis ad vitam ingredi, ſerua mandata. Ex quibus conſtat eos qui mandata Dei non cuſtodiunt, non intrare in vitam æternam, & per conſequens non eſſe iuſtos. Omnes igitur iſti quos teſtimonio Chriſti & Apoſtolorum, conſtat eſſe excluſos à vita ætetna, ſunt intelligendi excepti in illis vniuerſalibus enunciationibus per quas promittitur omni credenti vita æterna, aut iuſtificatio. Poteſt adhuc tertia dari reſponſio prædictæ obiectioni, & quidem non contemnenda, cum ſit literæ conuenientiſsima. Dico igitur, illis vniuerſales enunciationes ſic eſſe interpretandas vt non ad ſingula quæque indiuidua referantur, ſed ad ſingula genera ipſorum indiuiduorum. Et hoc eſt quod ſub aliis verbis recentes dialectici dicunt eſſe diſtributionem non pro ſingulis generum, ſed pro generibus ſingulorum. Et hunc modum elocutionis eſſe frequenter vſitatum in ſacris literis, nemo eſt qui negare audeat niſi fortè qui in illis non eſt verſatus, aut illas non intelligit. Manifeſtum ſiquidem eſt illud, quod Propheta regius de Chriſto ſaluatore ait: Adorabunt eum omnes reges, omnes gentes ſeruiẽt ei. Multi ſunt certè hodie reges, qui Chriſtum non adorant, & multæ gẽtes quæ non ſeruiunt ei. Attamen ex omni populo & ex omni natione aliqui reges ado-

Auguſt. *Galat. 5.* *1. Cor. 13.* *Heſt. 16.* *Iob. 15* *1. Cor. 15.* *Ephe. 5.* *Tit. 1.* *1. Ioan. 2.* *Matt. 19.* *Pſal. 71.*

rauerunt Christum aut aliquando adorabunt, & aliquæ gentes ex omni natione seruiēt ei. Iuxta eūdem
Tsal.85. modum interpretandum est id, quod idem Propheta in alio Psalmo ait: Omnes gētes quascunque feci-
sti venient & adorabunt coram te domine. Et ne in solo veteri testamento hæc locutionis phrasis haberi
dicatur, profero exemplum ex nouo testamento. In parabola regis qui fecit nuptias filio suo, dicit Rex
Matt.22. ministro suo. Voca omnes quotquot inueneris. Cuius præcepto respondet idem minister: Factum est vt
iussisti. At certum est non omnes venisse ad fidē Christi, quæ nomine nuptiarum eo loco significata est,
sed ex omni gente & ex omni natione aliqui ad fidem Christi venerunt aut saltem venient. Iuxta hunc
Roma.3. modum, nos dicimus interpretādum esse Paulum, cum dixit: Iustitia autem Dei per fidem Iesu Christi, C
in omnes & super omnes qui credunt in eum, ita vt intelligamus non singulos quosque credentes esse
iustos, sed quod ex omni gente & omni natione aliqui credentes iustificentur, ita vt non solū Iudæi cre-
dentes sed etiam Gentiles possint iustificari. Et hunc esse verum & germanum literæ sensum ipsa Pauli
verba apertè cōuincunt. Nam post illa verba continuo Paulus adiecit. Non enim est distinctio. Omnes
enim peccauerunt & egent gloria Dei, & infra: An Iudæorum Deus tantum? nónne & Gētium? imò &
Gentium. Putabant quidem Iudæi, solos eos esse coram Deos iustos, & gētes non esse capaces gratiæ di-
uinæ, & ideo ad comprimendam hanc illorum arrogantiam, dixit iustitiam Dei esse in omnes & super
omnes, hoc est non solum in Iudæos, sed etiam in Gentes. Sexto nobis obiiciunt testimonia aliquorum
sanctorum virorum qui vidētur dicere, solam fidē sine operibus iustificare: ex quibus est Bernardus ser-
mone. 22. super Cantica. Theophylactus in Cōmentariis super nonum caput Epist. Pauli ad Romanos.
Leo papa in quodam setmone de Epiphania. Hilarius canone. 9. super Matthæū, & fortè aliqui alii qui
mihi nunc memoriæ non occurrunt. Sed nullus istorum nec quiuis alius ab Ecclesia probatus dixit vn-
quam fidem solam sine operibus semper iustificare. Dixerūt quidem, vt ingenue fatear, fidem solam iu-
stificare, sed non fidem solam sine operibus, quoniam magnum est discrimen inter hæc duo. Nam cum
illi dicunt fidem solam iustificare. Per illam dictionem excluſiuam, sola, non reiiciunt opera, sed omnes
alias sectas, quæ non conueniunt cum fide Christi, in quibus non est salus, nec iustificatio. Cum ergo di-
citur. Sola fides iustificat, tantū valet, ac si diceretur: In nulla secta est iustitia nisi in sola fide Christi. Fuit
enim olim hæresis quædam dicens: Omnem hominem in lege sua bene viuentem posse saluari, siue Iu- D
dæus ille sit, siue Sarracenus, siue Paganus, de qua hæresi infra disputabimus in titulo de Leg. Vt autem
hūc errorem sancti reiiciāt, dicere solent, fidem solam iustificare, quod idem est, ac si diceretur, extra fi-
dem catholicam non esse veram iustitiam. Et ad cōfirmationem huius intelligētiæ profero vnum exem-
Martinus plū ex Bulla Martini papæ, huius nominis quinti, per quam dānantur errores Ioānis Vvicleph, & Ioānis
quintus. Huss, in qua post damnationem istorum hæreticorum hæc verba habentur: Cū reliquis verò huiusmodi
secta damnabili quomodolibet infectis, qui post comperentem monitionem, ac frequētem exhortatio-
nem qua pie erga eos, spe correctionis, & emendationis, ac ad melioris vitæ frugem conuersionis, vsum
est à prædictis erroribus, & secta noluerint resipiscere, & ad gremium, vnitatéque sanctæ matris eccle-
siæ, ac fidem catholicā, quæ sola saluare potest, sine qua nulli verè salutis subsidium contingit, plene re-
cognoscere, & confiteri, iustitiæ seueritas, prout facti popoſcerit qualitas, dulcore misericordiæ tempe-
Heb.11. retur. Hactenus ex Bulla Martini. In qua, vt ex illius contextu apertè constat, solam fidem saluare, idem
est quod Paulus alibi dixit, sine fide impossibile est placere Deo. Per illam igitur excluſiuam tātummo-
do excluduntur aliæ sectæ & non opera, nisi tantum illa, quæ fuerunt facta ante fidem, quoniā hæc nul-
Auguſt. lomodo iustificant, neque illis aliquo modo tribuitur iustitia, quāuis aliquod eorum, videlicet pœniten-
tia, sit necessarium ad salutem. Et in confirmationem huius est, quod Augustinus ait in libro de spiritu,
& litera capite vigesimosexto. Sic intelligendum est, inquit ille, factores legis, iustificabūtur, vt sciamus,
eos aliter non esse factores legis, nisi iustificentur vt non iustificatio factoribus accedat, sed factores le-
gis iustificatio præcedat. Hæc Augustinus. Possunt adhuc illa verba, sola fides iustificat, aliū sensum ha- A
bere, & verè catholicum, ita vt illa dictio excluſiua excludat opera, verum non omnia, sed ea quæ præce-
dunt fidem, & hoc vniuersaliter verum est, quia etsi illa, vt diximus, aliquando sint necessaria, nunquam
tamen illis imputatur iustificatio. Potest etiam intelligi vt excludat opera sequentia fidem, sed tunc non
est vniuersaliter accipienda illa excluſiua, ita vt semper solam fidem iustificare intelligatur, sed particu-
lariter intelligendum est, solam fidem sine opere externo illam subsequente aliquando iustificare homi-
nem, quando videlicet post fidem susceptam non occurret tempus, in quo aliquod opus exterius homo
operari deberet: Et quod hæc sit vera illorum verborum intelligentia constat ex beato Chrysostomo in
Homilia de fide & lege naturæ, vbi interpretans illud Prophetæ. Ego sicut oliua fructifera in domo
Dei. Hæc ait. Oportet igitur ante opera lucere fidē, & fidei pedissequa esse opera vt ne quis fidem pro-
Chryſoſt. pter sterilitatem, & neque opera propter incredulitatem vituperet. Esto igitur oliua fructifera, sed in
domo Dei. Interpretandum enim est de operibus esse oliuam fructiferam, de fide autem esse in domo
Dei. Et aliquibus interiectis iterum ait: Non oportet quidem nudam ab operibus esse fidem, vt non vi-
tuperetur: verum tamen, sublimior est fides quàm opera. Et post pauca iterum ait: Ante opera fides pri-
mum inducenda est. Eum qui operatur opera iustitiæ sine fide, non possum probare viuū fuisse. Fidelem
autem absque operibus possum monstrare & vixisse, & regnum assecutum. Nullus sine fide vitam ha-
buit. Latro autem credidit duntaxat, & iustificatus est à misericordissimo Deo. Atque hic ne mihi dixe-
ris defuisse ei tempus quo iuste viueret, & honesta faceret opera. Neque enim de hoc contenderim B
ego, sed illud vnum asseueratim, quod sola fides per se saluum fecerit. Nam si superuixisset, fideique &
operum fuisset negligens, à salute excidisset. Hoc autem non quæritur, & agitur, quod & fides per sci-
psam saluū fecerit, opera autem per se nullos vnquam operarios iustificarunt. Hactenus Chrysostomus.
Ex quibus verbis satis apertè constat ad hunc sensum intelligendum esse, quod ait: Solam fidem iustifi-

care,

care, quod videlicet aliquando ita contingere poteſt, vt puta, quando non occurrit tempus in quo neceſſario eſſet aliquid operaturus, ſicut patet in exemplo illo de latrone qui ſimul cum Chriſto fuit crucifixus. Conſtat etiam quod illa dictio excluſiua, ſola, non excludit omnia opera, ſed ſolum externa. Nam aliàs falſum eſſet quod ſola fides ſine charitate aut dilectione Dei poſſet ſaluum facere. Falſum etiam eſſet, quod latro ille, qui propoſitus eſt in exemplum habuerit ſolam fidem, cum conſtet ex verbis quæ locutus eſt, habuiſſe veram in Chriſto ſpem & illius dilectionem & ſuorũ peccatorum pœnitẽtiam. Contra hanc hæreſim non video iam quid mihi reſtet agendum, vt illam radicitus euellam, niſi proferre Eccleſiæ catholicæ definitionem quæ illam aperte condemnet. Concilium Tridentinum ſub Paulo tertio celebratum exactiſſimam (vt decebat) pro huius rei examinatione adhibuit (me ibidem præſente) diligentiam, & tandem poſt diutinam diſputationem & examinationem, ſeſſione ſexta, doctrinam, quæ in hoc negocio neceſſario amplectẽda eſt, publicauit, quæ à capite tertio decretorum illius ſeſſionis vſque ad finem capitis octaui extenſa, verba ſequentia continet. Verũ & ſi Chriſtus pro omnibus mortuus eſt, non omnes tamen mortis eius beneficium recipiunt, ſed hi duntaxat quibus meritum paſsionis eius cõmunicatur. Nam ſicut re vera, homines niſi ex ſemine Adæ propagati naſcerentur, non naſcerentur, iniuſti, cum ea propagatione per ipſum dũ accipiuntur, propriam iniuſtitiam contrahant, ita niſi in Chriſto renaſcerentur, nunquam iuſtificarẽtur, cum ea renaſcentia, per meritũ paſsionis eius, qua iuſti fiunt, illis tribuatur. Pro hoc beneficio, Apoſtolus gratias nos ſemper agere hortatur patri qui dignos nos fecit in partẽ ſortis ſanctorũ, in lumine, & eripuit de poteſtate tenebrarum, trãſtulitque in regnũ filij dilectionis ſuæ, in quo habemus redẽptionem & remiſsionẽ peccatorũ. Quibus verbis iuſtificationis impii deſcriptio inſinuatur, vt ſit tranſlatio ab eo ſtatu, in quo homo naſcitur filius primi Adæ, in ſtatũ gratiæ & adoptionis filiorũ Dei, per ſecũdum Adã Ieſum Chriſtũ ſaluatorẽ noſtrũ. Quæ quidẽ tranſlatio, poſt euãgelium promulgatũ, ſine lauacro regenerationis, aut eius voto, fieri nõ poteſt, ſicut ſcriptum eſt: Niſi quis renatus fuerit ex aqua & ſpiritu ſancto non poteſt introire in regnum Dei. Declarat præterea ipſius iuſtificationis exordiũ, in adultis à dei, per Chriſtum Ieſum, præueniẽte gratia ſumẽdum eſſe, hoc eſt, ab eius vocatione, qua nullus eorum exiſtẽtibus meritis, vocãtur, vti qui per peccata à Deo aduerſi erãt, per eius exiſtentẽ, atq; adiuuantẽ gratiam, ad cõuertendum ſe ad ſuã ipſorũ iuſtificationẽ, eidẽ gratiæ libere aſſentiẽdo, & cooperando, diſponantur, ita vt tangẽte Deo cor hominis per ſpiritus ſancti illuminationẽ, neq; homo ipſe nihil omnino agat inſpirationẽ illam recipiẽs, quippe qui illã & abiicere poteſt, neq; tamẽ ſine gratia Dei mouere ſe ad iuſtitiã corã illo, libera ſua voluntate poſsit. Vnde in ſacris literis cum dicitur, conuertimini ad me, & ego cõuertar ad vos, libertatis noſtræ admonemur. Cum reſpondemus, cõuerte nos domine ad te, & conuertemur, Dei nos gratia præueniri confitemur. Diſponũtur autem ad ipſam iuſtitiã, dũ excitati diuina gratia & adiuti, fidẽ ex auditu concipiẽtes, liberè mouentur in Deum, credẽtes vera eſſe quæ diuinitus reuelata & promiſſa ſunt, atque illud in primis, à Deo iuſtificari impiũ per gratiam eius, per redẽptionem quæ eſt in Chriſto Ieſu, & dum peccatores ſe eſſe intelligẽtes, à diuinæ iuſtitiæ timore, quo vtiliter concutiuntur, ad conſiderandam Dei miſericordiam, ſe conuertendo, in ſpem eriguntur, fidentes Deum ſibi, propter Chriſtum, propitium fore, illumque tanquam omnis iuſtitiæ fontem, diligere incipiunt. Ac propterea mouentur aduerſus peccata, per odium aliquod & deteſtationem, hoc eſt, per eam pœnitẽtiam, quam ante baptiſmum agi oportet. Denique dum proponunt ſuſcipere baptiſmum, inchoare nouam vitam, & ſeruare diuina mãdata. De hac diſpoſitione ſcriptum eſt. Accedentem ad Deum oportet credere, quia eſt, & quod inquirentibus ſe remunerator ſit. Et, Confide fili, remittuntur tibi peccata tua. Et, Timor domini expellit peccatũ. Et, Pœnitentiam agite, & baptizetur vnuſquiſque veſtrum, in nomine Ieſu Chriſti, in remiſsionem peccatorum veſtrorum, & accipietis donum ſpiritus ſancti. Et, Euntes ergo docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine patris & filii & ſpiritus ſancti, docẽtes eos ſeruare quæcunque mandaui vobis. Denique, Præparate corda veſtra domino. Hanc diſpoſitionem ſeu præparationem iuſtificatio ipſa cõſequitur, quę non eſt ſola peccatorum remiſsio, ſed & ſanctificatio, & nouatio interioris hominis per volũtariam ſuſceptionem gratiæ, vt ſit hæres ſecundum ſpem vitæ æternæ. Huius iuſtificationis cauſæ ſunt, finalis quidem, gloria Dei & Chriſti, ac vita æterna, efficiens verò, miſericors Deus, qui gratuito abluit & ſanctificat, ſignans & vngens ſpiritu promiſsionis ſancto, qui eſt pignus hæreditatis noſtræ. Meritoria autem, dilectiſsimus vnigenitus filius ſuus dominus noſter Ieſus Chriſtus, qui cum eſſemus inimici, propter nimiam charitatem qua dilexit nos, ſua ſanctiſsima paſsione in ligno crucis nobis iuſtificationem meruit, & pro nobis Deo patri ſatisfecit. Inſtrumentalis, item ſacramentum baptiſmi, quod eſt ſacramẽtum fidei, ſine qua nulli vnquam contigit iuſtificatio. Demum vnica formalis eſt iuſtitia Dei, non qua ipſe iuſtus eſt, ſed qua nos iuſtos facit, qua, videlicet ab eo donati renouamur ſpiritu mentis noſtræ, & non modo reputamur, ſed verè iuſti nominamur & ſumus, iuſtitiam in nobis recipientes vnuſquiſque ſuam ſecundum menſuram, quam ſpiritus ſanctus partitur, ſingulis prout vult, & ſecundum propriam cuiuſque diſpoſitionem & cooperationem. Quanquam enim nemo poſsit eſſe iuſtus, niſi cui merita paſsionis Domini noſtri Ieſu Chriſti communicãtur. Id tamen in hac impii iuſtificatione fit, dum eiuſdem ſanctiſsimæ paſsionis merito per ſpiritum ſanctum, charitas Dei diffunditur in cordibus eorum, qui iuſtificantur atque ipſis inhæret, vnde in ipſa iuſtificatione, cum remiſsione peccatorum hæc omnia ſimul infuſa accipit homo per Ieſum Chriſtum, cui inſeritur, fidem, ſpem, & charitatem. Nam fides, niſi ad eam ſpes accedat & charitas, neque vnit perfectè cum Chriſto, neque corporis eius viuum membrum efficit, qua ratione, veriſimè dicitur, fidem ſine operibus mortuam & ocioſam eſſe. Et in Chriſto Ieſu, neque circunciſionem aliquid valere, neque præputium, ſed fidem, quæ per charitatem operatur. Hanc fidem ante baptiſmi ſacramentum, ex Apoſtolorum traditione cathecumeni petunt, quum petunt fidem

Cõcilium Trident.

Col. 1.

Ioan. 3.

Zach. 1.
Thren. 5.

Heb. 11.
Matt. 9.
Eccle. 1.
Act. 2.
Matt. 28.
1. Reg. 7.

Iaco. 2.
Galat. 5.

vitam æternam præſtãtem,quam ſine ſpe, in charitate, fides præſtare nõ poteſt. Vnde & ſtatim verbum Chriſti audiunt: Si vis ad vitam ingredi ſerua mãdata. Itaque veram & Chriſtianam iuſtitiam accipiẽtes eam,ceu primam ſtolam,pro illa quam Adam ſua inobedientia ſibi & nobis perdidit, per Chriſtum Ieſum illis donatam,candidam,& immaculatam, iubẽtur ſtatim renati conſeruari, vt eam perferãt ante tribunal Domini noſtri Ieſu Chriſti,& habeant vitam æternam.Cum verò Apoſtolus dicit iuſtificari hominem per fidem & gratis,ea verba in eo ſenſu intelligenda ſunt,quem perpetuus Eccleſiæ catholicæ conſenſus tenuit & expreſſit,vt ſcilicet, per fidem ideo iuſtificari dicamur, quia fides eſt humanæ ſalutis initium,fundamentum & radix omnis iuſtificationis,ſine qua impoſſibile eſt placere Deo,& ad filiorum eius conſortium peruenire.Gratis autem iuſtificari ideo dicamur,quia nihil eorum quæ iuſtificationem præcedunt,ſiue fides,ſiue opera ipſam iuſtificationis gratiam promeretur.Si enim gratia eſt, iam non ex operibus,alioquin (vt idem Apoſtolus inquit) gratia iam non eſt gratia.Et poſt datam hãc doctrinam de iuſtificatione,ne quis contra eam docere aut loqui auderet,Canones aliquot adiecit. Canon nonus eſt iſte,ſi quis dixerit ſola fide impium iuſtificari,ita vt intelligat nihil aliud requiri,quod ad iuſtificationem conſequendam cooperetur,& nulla ex parte neceſſe eſſe eum ſuæ voluntatis motu præparari atque diſponi,Anathema ſit.Et canone duodecimo iterum ait:Si quis dixerit,fidem iuſtificãtem nihil aliud eſſe quàm fiduciam diuinæ miſericordiæ peccata remittentis propter Chriſtum, vel eam fiduciam ſolam eſſe,qua iuſtificamur,Anathema ſit.Hactenus concilium Tridentinum.Sed hanc cõcilij definitionem Caluinus irridet,& in illam debacchatur,propterea quòd declarauit,ideò Paulum dixiſſe hominem iuſtificari per fidem,quia fides eſt initium iuſtificationis. Dolet enim Caluinus quòd tã modicũ tribuerit fidei concilium,vt dixerit illam eſſe initiũ,& nõ cõplemẽtum, ſed non eſt iuſtum vt propter hoc debacchetur in ſanctam Synodum,quaſi propter doctrinam nouam &nunquam auditã.Nam Ambroſius ſermone vigeſimo ſuper Pſalmum centeſimum decimumoctauum interpretans verſum illum.Principium verborum tuorum veritas,ait:Fides principium Chriſtiani eſt,plenitudo autem Chriſtiani iuſtitia.Auguſtinus epiſto.105.quæ eſt ad Sixtum presbyterum,hæc ait: Reſtat igitur vt ipſam fidem,vnde omnis iuſtitia ſumit initium,propter quod dicitur ad Eccleſiam in Cãtico canticorum. Venies & pertranſies ab initio fidei,non humano quo iſti extolluntur tribuamus arbitrio, nec vllis præcedentibus meritis quoniam inde incipiunt bona quęcunque ſunt merita,ſed gratuitum donum Dei eſſe fateamur,ſi gratiam verã,id eſt ſine meritis cogitamus.Hæc Auguſtinus,qui etiam dicit fidem eſſe initium iuſtificationis,& non plenam iuſtificationem.Hæc ille. Attendat hos Caluinus & doleat propter temeritatatem ſuam,quia ſanctæ Synodo maledixit.Deinde,cõcilium non dixit eſſe ſolum initium iuſtificationis,ſed etiam radicem,& fundamentum. At radix fructus arboris germinat,& fundamentum iuuat ad complendam domum vſque ad faſtigium. Aduerſus hanc hæreſim ſcripſit olim beatus Auguſtinus librum qui inſcribitur de fide & operibus. Scripſere multi alii hoc noſtro ſeculo contra Lutheranos,videlicet Thomas de Vio,Cardinalis Caietanus,Iacobus Hochſtratus,Iodocus Clichthouæus in illo opere quod fecit pro aſſertione veritatum definitarum in concilio Senonenſi, Ambroſius Catharinus,& his omnibus prolixius Albertus Pighius in controuerſiis ſuis.

Rom.6.

Lutherus.

TErtia hæreſis eſt,quæ docet fidem amitti per quodlibet peccatum mortale.Huius hæreſis inuentor eſt etiam Lutherus, quoniam hæc hæreſis neceſſario ſequitur ex proxime præcedenti. Nam ſi ſola fides vt Lutherus ait, iuſtificat, ergo omnis fidelis eſt iuſtus, & inde vlterius etiam neceſſario ſequitur,vt nullus qui non eſt iuſtus,ſit fidelis.Putat enim Lutherus ex fide neceſſario naſci charitatẽ,& tantam eſſe fidei,& charitatis connexionẽ,vt altera ſine altera eſſe non poſſit. Verba enim Lutheri in libro de decem præceptis ſunt iſta: In nullo alio melius deprehenditur fides,quàm in operibus charitatis,dicente Domino, in hoc cognoſcẽt omnes,quia mei eſtis diſcipuli,ſi dilectionem habueritis ad inuicem. Et in libro de libertate Chriſtiana, iterum ait: Deus pater in fide omnia poſuit,vt ſiquis hanc habuerit, omnia habeat.Hæc Lutherus.Huic Lutheri ſententiæ conſenſerunt quotquot Lutherano nomine cenſentur.Nam Philippus Melãcton,in ſuis locis cõmunibus,titulo de bonis operibus,hæc ait:Itẽ qui non agunt pœnitentiam,ſed indulgent vitioſis cupiditatibus,non retinent fidem.Fides enim quærit remiſſionem peccatorum,non delectatur peccatis.Hęc Philippus.Quidã Ioãnes Spangebergus in ſua Margarita Theologica,quæſtione.5.agens de prima cauſa bonorum operum,hæc ait: Non poteſt fides exiſtere cum mala conſcientia,quia fides eſt fiducia,quod Deus ſit pro nobis propitius,mala conſciẽtia iudicat contrarium.Item qui non agunt pœnitentiam,ſed indulgent vitioſis cupiditatibus, non retinent fidem.Hęc ille.Caluinus in.4.libro de inſtitutione religionis,irridet diſtinctionem fidei quæ à Theologis ſcholaſticis dari ſolet per formatam,& informem,& dicit illam eſſe nugatoriã, putridam, & inſulſam,quoniam putat nullam eſſe fidem quæ non ſit formata per charitatem, & ſcribens cõtra decretum concilii Tridentini de iuſtificatione impii quod proxime in præcedenti hæreſi citauimus, dicit fidem charitate vacuam, eſſe ſomnium,& inane hominis figmentum,& nihilo magis fidem poſſe à charitate ſeparari,quàm Chriſtiani à ſpiritu ſuo.Hæc Lutheranorum omnium ſententia conuincitur eſſe hæretica fortiſſimis rationibus,& apertiſſimis ſacræ ſcripturæ teſtimoniis.Primò quidem ratione naturali cõſtat,nullam rem pẽdere neceſſario ex aliquo,quod ſit poſterius illa, quoniam alias neceſſario eueniret, idem ſimul eſſe & non eſſe,quod ratio naturalis abhorret.Nam id quod pendet ex alio, conſtat ſine illo eſſe non poſſe,alioqui non penderet ab illo.Si autem illud, à quo pendet,poſterius eſt illo, ante exiſtentiam illius poſterioris eſſe non poterit: ſi ante exiſtentiam illius eſſe non poteſt, ergo non eſt prius illo. Manifeſte igitur conuincitur effici non poſſe,vt id quod prius eſt,requirat ad ſui exiſtentiam,aliud quod poſterius eſt tempore.Ratio ergo naturalis hoc docet,vt id,quod prius eſt poſſit eſſe ſine alio poſteriore,non autem è contrario,vt id,quod poſterius eſt tẽpore poſſit eſſe ſine re priori,à qua dependet.

Philippꝰ Melãctõ.

Ioannes Spangebergus.

Ioan.13.

Vt autem

Vt autem rem hanc apertiorem faciam, vno manifeſtiſsimo exemplo declarare volo. Partes eſſentiales ex quibus totus homo componitur, & à quibus homo ipſe ad ſui exiſtentiam pendet, videlicet corpus, & anima, priores ſunt ipſo homine, & inde euenit, vt homo quia poſterior eſt illis, non poſſit eſſe ſine corpore & anima, corpus verò & anima, quia priores ſunt, poſſunt eſſe ſine ipſo homine, prout contingit poſt mortem hominis, quando partes illæ ſeparatæ manent, & iam tunc homo non eſt. Inter operationes animæ, quæ ſunt intelligere, & velle aut nolle, omnes Philoſophi & Theologi concordi animo ſemper hactenus docuerũt, hunc eſſe ordinem neceſſarium, vt prior ſit intellectio, quàm volitio aut nolitio, & hinc euenit, vt non poſſit eſſe nolitio aut volitio, ſine cognitione præcedenti, iuxta vulgatam Auguſtini ſententiam, volũtas non fertur in cognitum. Et iterum: Nihil volitum niſi præcognitum. Cognitio autem quia prior, poteſt eſſe ſine volitione aut nolitione ſequenti. Et hoc non ſolum verum eſt, de cognitione apprehenſiua, ſed etiam de iudicatiua, per quam iudicamus, aliquid eſſe faciendum, vel
B fugiendum, prout contingit in illis qui bene noſcunt, & male operantur. Ex his omnibus apertè cõuincitur, fidem poſſe eſſe ſine charitate, quoniam fides pertinet ad intellectum, & proprius actus fidei, eſt operatio intellectus, charitas autem pertinet ad voluntatem: & actus charitatis, qui eſt dilectio, eſt operatio voluntatis. Fortè Lutherani negabũt, fidem eſſe opus intellectus, propterea quod illi dicunt fidem eſſe fiduciam, ſed hoc falſum eſſe, in præcedenti hæreſi conuicimus per illud Pauli, credere oportet ac- *Heb.11.*
cedentem ad Deum, quia eſt: & per illud eiuſdẽ, fide intelligimus aptata eſſe ſecula. At, credere Deum eſſe, & intelligere aptata eſſe ſecula, non pertinet ad fiduciã, nec eſt operatio voluntatis, ſed intellectus: Fides ergo illa, de qua Paulus illo loco diſſerit, poteſt eſſe ſine charitate, & dilectione Dei, ſicut actus intellectus ſine actu voluntatis. Præterea manifeſtum eſt, hanc eſſe voluntatis noſtræ poteſtatem, vt poſſit contra iudicium conſcientiæ aliquid agere, quoniam aliàs non eſſet libera, ſi intellectus per iudicium ſuum poſſet cogere illam. Cùm igitur fides ſit tantum credulitas, & aſſenſus intellectus quo ſibi perſuadet vera eſſe omnia quæ ſunt credenda, conuincitur, vt ſtante hoc iudicio voluntas poſſit, etiam reclamante conſcientia, aliquid operari, quod ſi eueniat, prout quotidie euenire conſpicimus, tunc manifeſtum eſt contigiſſe id de quo diſputamus, fidem videlicet poſſe eſſe ſine charitate, & per conſequens ſtare ſimul cum peccato mortali. Sed huic argumentationi Lutherus reſpondet negans contingere poſſe, vt qui fidem ſemel ſuſcipit, poſſit aliquid reclamante conſcientia agere. Nam in ſermone quodam de *Lutherus.*
Anabaptiſtis hæc verba refert: Qui fidem retinet, non poteſt contra conſcientiam agere, hæc ille. Ecce quales ſunt iſti hæretici, & quàm perfrictæ frontis, vt non vereantur manifeſtiſſima quæque negare,
C quando illorum ſententiæ non conueniunt. Fortè Lutherus iam tunc habebat tam excæcatam, & abruptam & præcipitem conſcientiam, vt quidquid ageret, ſemper putaret, id ſibi licere, & propterea ex ſe æſtimauit aliorum omnium conſcientiam, & dixit neminem poſſe contra conſciẽtiam agere. Sed eſto, dicat quod libuerit, ſcriptura tamen ſacra apertè arguit illum eſſe in hac parte mendacem. Primo igitur manifeſtè conuincit illum quod in libro Iob dicitur: Quaſi impios percuſſit eos in loco videntium, qui *Iob.34.*
quaſi de induſtria receſſerunt ab eo. Quid queſo Luthere eſt de induſtria recedere à Deo niſi reclamante conſcientia aliquid quod malum eſt, & deo ingratum agere? Si autem hanc interpretationem, quæ tam manifeſta eſt, & literæ tam apertè germana, reiicere non erubeſcis, beatum Gregorium profero in teſtimonium huius interpretationis, qui in moralibus ſuis prædicta verba interpretans, hæc ait: Ex induſtria peccauerunt ij de quibus ipſe per ſe magiſter dicebat: Si non veniſſem, & locutus fuiſſem eis, peccatum non haberent: nunc autem excuſationem non habent de peccato ſuo. Et paulò poſt: Et viderunt & oderunt me & patrem meum. Aliud eſt enim bona non facere, aliud bonorum odiſſe doctorem, ſicut aliud eſt præcipitatione, aliud deliberatione peccare, ſæpe enim peccatum præcipitatione committitur, quod tamen concilio & liberatione damnatur. Ex infirmitate enim plerunque ſolet accidere amare bonum, ſed implere non poſſe. Ex ſtudio verò peccare, eſt bonum, nec facere nec amare. Hæc Gregorius. Ex cuius verbis conſtat quod peccare de induſtria eſt peccare cum ſcientia & cognitione peccati. Illud etiam eſt manifeſtum, quod Saluator noſter apud Lucam ait: Seruus qui nouit voluntatem domini ſui, & non ſe præparauit, & non fecit ſecũdum voluntatem eius, vapulabit multis. Et Iacobus apo- *Luc.12.*
D ſtolus ait: Scienti bonum facere & non facienti, peccatum eſt illi. Ecce Chriſtum ſaluatorem noſtrum, *Iaco.4.*
& Apoſtolum eius Iacobum teſtantes, eſſe aliquos habentes fidem, qui tamen contra conſcientiam agunt. Sed fortè Lutherus & illius ſectatores, vt ſunt effrontes & pertinaces, negabunt illa Chriſti & apoſtoli eius verba eſſe intelligenda de ſcientibus bonum per fidem veram, ſed ſolum intelligi dicent de illis qui per rationem naturalem abſque fide bonum agnoſcunt. Huic ſententiæ apertè contradicit Be- *Beda.*
da, qui prędicta Iacobi verba interpretans, docet illa de fidelibus intelligi, ſic inquiens: Per totum huius epiſtolæ textum beatus Iacobus oſtendit, quòd hi quibus ſcripſit, ſcientiam boni faciendi habebant, ſimul & fidem rectam didicerant, ita vt & aliis ſe magiſtros fieri poſſe præſumerent, nec tamen operum perfectionem, neque mentis humilitatem, neque continẽtiam adhuc ſermonis erant adepti. Vnde illos modo inter alia increpationis & exhortationis verba non minimũ terret in eo, quod ſcientem bona facere & non facientem quę nouit, maius dicitur habere peccatum quàm illum qui ignoranter delinquit. Tametſi nec ille prorſus à reatu liber eſſe poſsit qui neſciens errauit, cum ipſa boni ignorantia non parum ſit malum. Hinc etenim dominus ait: Seruus qui cognouit voluntatem domini ſui, & non fecit ſe- *Luc.12.*
cundum voluntatem eius, vapulabit multis. Qui autem non cognouit, & fecit digna, plagis vapulabit paucis. Hæc Beda. Qui ſatis apertè indicat illa Apoſtoli vetba non ſolum eſſe intelligenda de eo qui per ſolam rationem naturalem abſque fide cognoſcit bona quæ agenda ſunt, ſed etiam de illo, qui nouit bonum per veram fidem. Nec opus eſt pro hac re multum morari cùm apertum ſit per illam ſententiam totam arbitrii noſtri poteſtatem tolli, quoniam ſi is qui bonum nouit, etiam per fidem, non poteſt con-

tra conſcientiam agere, inde manifeſtè ſequitur voluntatem cogi per iudicium intellectus. Rurſum, ſi per omne peccatum mortale amitteretur fides, ſequeretur omnẽ qui peccato mortali eſt infectus, præ- A
ſertim ſi in illo pertinaciter perſeuerat, eſſe hæreticum, hoc autem fateri eſſet nimium abſurdum. Nam inde vlterius ſequeretur, omnem illum, qui mortaliter peccat, errare circa quẽlibet articulum fidei, quia cum non pateat ratio, quare potius in vno articulo quam in altero erret, neceſſarium eſt fateri, illum aut in nullo, aut in omni articulo errare. Sed de hoc nolo amplius diſputare quoniã inferius in titulo de hęretico, hæreſi tertia aliquid in ſpeciali contra hunc errorem dicemus, Præter has omnes vrgẽtiſsimas rationes, quibus apertè probatur fidẽ non amitti per quodlibet peccatũ mortale, extant adhuc multa ſacræ ſcripturæ teſtimonia, quæ id multo fortius probant. Et primũ omnium illud eſt manifeſtum, quod
Mat. 7. dominus apud Matthæũ ait: Non omnis qui dicit mihi: Domine, Domine intrabit in regnũ cœlorũ, ſed qui facit voluntatem patris mei qui in cœlis eſt, ipſe intrabit in regnum cœlorum. Multi dicent mihi in illa die: Domine, Domine, nónne in nomine tuo prophetauimus, & in nomine tuo dæmonia eiecimus, & in nomine tuo virtutes multas fecimus? Et tunc confitebor illis: quia nunquam noui vos, diſcedite à me omnes qui operamini iniquitatem. Ecce vides iſtos quibus Chriſtus loquebatur, fuiſſe in peccato mortali, quoniã repelluntur à regno dei, à quo nullus vnquam ſine peccato mortali repulſus eſt. At iſti ſic à Deo repulſi fidem habebant, quia Chriſtum confitebantur dominũ, in cuius nomine prophetabãt, & dæmonia eiiciebant, virtutesq; faciebant multas. Et hunc eſſe verum illorum Chriſti verborum ſenſum in proximè præcedenti hæreſi probauimus teſtimoniis, Theophylacti, Hieronymi, Baſilii. Illa etiã parabola de decem virginibus à Saluatore noſtro apud Matthæum propoſita apertiſsimum etiam præ-
Matt. 25. bet nobis de hac re teſtimoniũ. Nam vox illa quinq; fatuarum virginum, Domine, Domine aperi nobis, apertè demonſtrat illas habere fidem. Quod autem caruerint charitate, vel ex eo cõſtat quod clauſa eſt B
Chryſoſt. illis ianua: & etiã ex illo quod ſponſus dixit illis, neſcio vos. Et certe ex hac parabora Chryſoſtomus Homilia. 54. ſuper Matthæum colligit fidem non amitti per quodlibet peccatum mortale, & virgines illas in hoc fuiſſe deceptas quod putarunt fidem ſolam ſine operibus ſatis eſſe ad iuſtificationem. Præterea Saluator noſter apud Ioannem fideles de ſua fide commendans, dixit: Dedit eis poteſtatẽ filios dei fieri iis qui credunt in nomine eius. Attendite obſecro Lutherani & conſiderate quid Saluator noſter dixe-
Ioan. 1. rit. Non enim dixit, illos qui credunt in nomine eius, eſſe ſtatim filios dei, ſed dixit eos habere poteſtatem, vt poſſent fieri filii dei. Per quæ verba docuit fidem eſſe initium adoptionis in filium, non autem perfectam adoptionem per fidem. Rurſum illa parabola regis faciẽtis nuptias filio ſuo hoc ipſum aper-
Matt. 22. tiſsimè demõſtrat. Nam in illo nuptiarum conuiuio, fuit quidam non indutus veſte nuptiali, quem rex ipſe reprehendit, propterea quod ſine veſte nuptiali nuptias intrauerit, & præcepit rex miniſtris ſuis, vt ligatis manibus & pedibus eius mitterent illum in tenebras exteriores, vbi erit fletus & ſtridor dentiũ.
Theoph. Hanc parabolam interpretans Theophylactus ſuper Matthęum, ait: Ingreſſus ad nuptias ſine diiudicatione fidei. Gratia enim ſola omnes vocati ſumus, tam boni quam mali: at vita eorum qui ingreſſi fuerint, poſt hac non indiſquiſita erit, ſed examen valde magnum faciet rex eorum, qui poſt ingreſſum in ſordido habitu inuenientur. Horreamus igitur cogitantes quia niſi quis vitã habeat puram, nihil ei proderit nuda fides: non ſolum enim è nuptiis eiicitur ſed in ignem mittitur. Hæc Theophylactus. Eidem
Grego. ſententiæ ſubſcribit beatus Gregorius in Homilia ſuper illam partem euangelii apud Matthæũ, vbi hęc parabola narratur. Si veſtem nuptialem (inquit Gregorius) baptiſma vel fidẽ dicimus, quis ſine baptiſ- C
mate & fide has nuptias intrabit? Quid ergo debemus intelligere per veſtem nuptialem, niſi charitatẽ? Intrat enim ad nuptias, ſed cum veſte nuptiali non intrat, qui in ſancta Eccleſia fidẽ habet, ſed charitatem non habet. Et aliquibus interpoſitis iterum ait: Mirandum eſt valde quod hunc amicum vocat dominus, & reprobat, ac ſi apertius dicat, amice, & non amice. Amice per fidẽ, & nõ amice per operationẽ ſeu charitatẽ. Hæc Gregorius. Eidem interpretationi fauet Hieronymus in Cõmentariis ſuper Mat-
Hierony. thæum, hæc dicẽs: Veſtis nuptialis, præcepta ſunt Domini, & opera quæ complentur, ex lege & euãgelio, nouiq́ue hominis efficiunt veſtimentũ, pãnis autẽ veteribus, & laceris, quicũque ſunt obſiti, quos ex illo veteri Adã, velut hæreditarios habent, iis dicit Dominus illud, quod & huic euãgelico: Amice quomodo huc intraſti non habens veſtem nuptialem? Hęc Hieronymus. Ecce iam produxi trium ſanctiſſimorum, perinde ac doctiſſimorum virorum cõcors teſtimoniũ, qui omnes docent fidem ſine charitate & ſine bonis operibus cõſiſtere poſſe. Nã dicũt ingreſſum ad nuptias fieri per fidem, & veſtẽ nuptialem
Ioan. 12. eſſe charitatẽ, ſine qua, vt ex euangelio conſtat, aliqui intrant ad nuptias. Prętera hæc ſententia confirmatur teſtimonio Ioannis Euangeliſtæ dicẽtis: Ex principibus multi crediderũt in eũ, ſed propter Phariſęos non cõfitebantur, vt ex Synagoga nõ eiicerentur, dilexerũt enim gloriam hominum magis quàm gloriam Dei. Ex his verbis conſtat illos de quibus Euangeliſta loquitur, fidem habuiſſe & non charitatem, quia cùm recte credidiſſent, timore Phariſæorum pertetriti non audebant ore confiteri. Et ne aliquis hãc noſtram interpretationem velut à litera alienam reiicere audeat, profero in teſtimonium illius
Beda. Bedam qui in Commentariis ſuper Ioannem prædicta verba interpretans, hæc ait: Loquente Domino Ieſu Chriſto apud Iudæos, & tanta miraculorum ſigna faciẽte, quidam crediderunt prædeſtinati in vitam æternã, quos etiam vocauit oues ſuas. Quidam verò nõ crediderunt, nec poterant credere, eo quòd occulto, nec tamen iniuſto iudicio Dei fuerant excæcati. Alij verò palam credentes, & cum ramis palmarum occurrentes: alii verò occultè credentes, ſed propter Phariſęos non confitentes, quos Euange-
Matt. 10. liſta notauit, cum dixit: Dilexerunt gloriam hominum magis quàm gloriam Dei. Gloria Dei eſt publicè confiteri Chriſtũ, ſicut martyres ſancti fecerũt, de quibus alio loco ipſe Dominus ait: Qui me confeſſus
1. Cor. 13. fuerit corã hominibus, cõfitebor & ego eũ corã patre meo. Hæc Beda. Rurſum Paulus in priore ad Corinthios Epiſtola eidem ſentẽtiæ fauet, hæc inquiẽs: Si habuero omnẽ fidem ita vt montes transferam,

charitatem

charitatem autem non habuero, nihil ſum. In quibus verbis apertiſſimè Paulus docet fidem poſſe ſine charitate conſiſtere. Lutherani tamen videntes ſe horum verborum pondere premi, verba illa in alium ſenſum detorquent, dicentes: Paulum dixiſſe non id quod fieri poterat, ſed ex impoſſibili quodam ſubpoſito argumentatum eſſe. Itaque rem plus iuſto exaggerare volens vt oſtenderet charitatem etiam eſſe neceſſariam ad iuſtificationem, dedit ſed non conceſſit, vt Dialectici argumentantes dicere ſolent, dato & non admiſſo, quod fides ſine charitate eſſet, tunc ſine ea homo non iuſtificaretur. Sed hæc illorum interpretatio omnium ſanctorum doctrinæ contradicit, quia omnes ſacri doctores Pauli interpre-
A tes dicunt Paulum non per exaggerationem loquutum fuiſſe ex præſuppoſitione alicuius impoſsibilis, ſed dixiſſe id quod fieri poteſt & quotidie euenit. Nam Haymo in Commentariis ſuper Paulum prędicta Pauli verba interpretãs, hæc ait: Si habuero omnem fidem, id eſt, perfectam & integram, quæ à Domino grano ſinapis comparatur, non propter modicitatem ſed propter feruorem: quia tritum, manifeſtat cuius ſit vigoris, ſic & fides trita aduerſitatibus, oſtendit cuius ſit fortitudinis. Ita vt mõtes transferam, de loco ad locum, vel dęmones à patientibus eiiciã. Si charitatem, id eſt, ſi dilectionem Dei & proximi non habuero, nihil ſum, id eſt, nihil vtilitatis mihi præſtabit. Intelligitur quod quidam Corinthiorum per inuocationem Dei hoc agebant, & propterea quaſi perfectos ſe putabãt. Sed exhortatur ad id quod eſt præcipuum, id eſt, ad charitatem. Hęc ille. Ex cuius verbis conſtat Paulum nõ loquutum fuiſſe de eo quod impoſsibile erat, ſed de eo quod apud Corinthios contingere videbat. Anſelmus in Commentariis ſuper Paulum prædicta Pauli verba interpretãs eidem ſentẽtiæ fauet, ſic dicens: Saluator dixerat fidem quæ fuerit ſicut granum ſinapis, montes poſſe transferre, & nunc Apoſtolus dicit, omnẽ fidem eſſe, quæ montes trãsferat. Vnde intelligitur perfectam eſſe fidem quæ grano ſinapis comparatur, & hoc non propter exiguitatem, ſed propter integritatem dictum eſſe: Sed fides ſine charitate nihil valet ad ſaluté, quia & dæmones habẽt huiuſmodi fidem. Hæc Anſelmus: Qui ſatis apertè docet ex teſtimonio Pauli fidẽ non qualemcunque ſed perfectã, hoc eſt integrã poſſe conſiſtere ſine charitate. Dein-
B de Iacobus Apoſtolus hãc noſtrã ſententiam multis apertiſsimisq; verbis docet: Quid proderit (inquit Iacobus) fratres mei, ſi fidem quis dicat ſe habere, opera autẽ non habeat? nunquid poterit fides ſaluare eũ? Et paucis interpoſitis ſubdit: Fides ſinõ habeat opera, mortua eſt in ſemetipſa. Lutherus, qui, vt diximus, fuit primus huius hæreſis author, vidẽs prædicta Iacobi verba ſuam prorſus deſtruere ſententiam, ad hoc commune hæreticorũ aſylum confugit, vt negaret Epiſtolã illam eſſe beati Iacobi, & diceret illam indignã eſſe vt illius teſtimonio quis vtatur ad aliquod dogma catholicũ cõprobandum. Sed cõtra hanc ſententiã non eſt opus vt nunc pugnemus, quoniã ſupra in libro primo huius operis capite ſecũdo oſtendimus catalogũ librorũ ſacræ ſcripturæ, qui neceſſario ab omnibus catholicis recipi debet. Poſteriores Lutherani vt Philippus Melancton & alij videntes magnã eſſe dementiam & temeritatem velle ex cathalogo librorum ſacræ ſcripturæ aliquem librum reiicere, admittũt Epiſtolã illã tanquam à beato Iacobo ſcriptam, ſed dicunt verba Iacobi Apoſtoli non pugnare cõtra illorum ſententiam, quoniam fidem illam quæ ſine operibus cõſiſtit, Iacobus dicit eſſe mortuã, & inde illi deducunt illam non eſſe verã fidem, ſicut homo mortuus nõ eſt verus homo. Sed nec ſic effugient manus noſtras, quoniã Iacobus Apoſtolus nõ comparat fidem ipſam homini viuo, ſed ſolũ corpori, quod ab anima accipit vitam, & ita fides vitam ſuam capit à charitate & operibus eius. Sicut enim corpus (inquit Iacobus) ſine ſpiritu mortuum eſt, ita & fides ſine operibus mortua eſt. Et inde neceſſario ſequitur, vt ſicut corpus ſecluſa anima, quãuis mortuũ ſit, tamen verum corpus eſt, ita fides ſecluſa charitate & operibus eius, vera ſit fides. Veram fidẽ dico ſed nõ viuã, aliud enim eſt eſſe viuã, & aliud eſſe veram, quoniã vera fides opponitur fictę, aut falſæ fidei: viua autẽ opponitur mortuæ. Sicut igitur non ſunt neceſſario idem mortua & ficta fides,
C ita nec econtrario ſunt neceſſario idẽ viua & vera fides, quia poteſt eſſe vera, quãuis non ſit viua. Et hãc eſſe veram verborũ Iacobi interpretationem docent multi doctiſsimi perinde ac ſanctiſsimi viri. Nam Anſelmus in Commentariis ſuper Paulum interpretãs illud Pauli ad Galatas, fides quæ per charitatem operatur, hæc ait: Sicut enim corpus ſine ſpiritu mortuũ eſt, ita & fides ſine operibus mortua eſt: nec fides veteris teſtamenti, ſeruiens ex timore, ſed fides euangelica faciens ex charitate opera bona nõ expectãs temporalem retributionem, ſed videdam perpetuo creatoris faciem. Hæc eſt fides electorum, quæ perducit ad ſalutem. Nam & dæmones credunt & contremiſcunt, nõ tamen diligunt nec bene operantur. Et ideo fides quæ non habet charitatem & opera bona, fides dæmonum eſt, non Chriſtianorum. Illa ergo ſola fides quæ & charitate flagrat, & bonis operibus inſudat valet in Chriſto Ieſu. Hæc Anſelmus. Ex quibus verbis ſatis apertè conſtat Iacobum apoſtolũ comparaſſe fidem ad corpus ſolum nõ ad totum hominem integrum, charitatem autem & opera ad ſpiritum per quem corpus viuificatur. Eidem ſententiæ fauet beatus Hieronymus libro ſecundo contra Iouinianum, ſic inquiens: Fruſtra nobis in eo applaudimus, cuius mãdata nõ facimus. Sciẽti bonum & nõ faciẽti illud, peccatum eſt. Quomodo corpus ſine ſpiritu mortuum eſt, ſic & fides ſine operibus mortua eſt. Neq; grãde putemus vnũ Deũ noſſe, cum & dæmones credãt, & contremiſcant. Hæc Hieronymus. Eãdem ſententiam docet Bernardus ſermone. 24. ſuper Cãtica, hæc dicens: Mors fidei eſt ſeparatio charitatis. Credis in Chriſtũ, fac Chriſti o-
D pera, vt viuat fides tua. Fidem tuã dilectio animet, probet actio. Hæc Bernardus: Qui ſatis apertè docet, vitam fidei eſſe charitatem, ſine qua fides mortua eſt. Sicut corpus ſine anima, quæ vita eſt eius, verum corpus eſt, quãuis mortuum: ita fides ſine charitate, quæ vita eſt eius, vera fides eſt, quamuis ſit mortua. Et certe ſi reliqua Iacobi apoſtoli verba circunſpiciamus, apertè conſtabit illum ſentire, fidem ſine operibus, quãquam mortua ſit, verè eſſe fidem. Nã dicit fidem illã ſine operibꝰ eſſe ocioſam. Quomodo autem poteſt verè ocioſum dici, quod non eſt? Fides ergo quæ verè eſt ocioſa, vera eſt fides. Deindè, idem apoſtolus manifeſto exẽplo probat fidẽ poſſe eſſe ſine charitate in homine exiſtente in peccato mortali.

Haymo.

Anſelmꝰ

Iacob. 2.

Anſelmꝰ

Hyeron. Iacob. 4.

Bernar.

Tu credis, inquit Iacobus, quod vnus est Deus. Bene facis, & dæmones credunt & contremiscunt. In quibus verbis Apostolus fidem illorum, qui charitate & operibus carent, comparauit fidei dæmonum. Et ex hoc testimonio Iacobi, aliqui sancti doctores colligunt fidem solam non posse hominem iustificare. *Cyrillus.* Nam Cyrillus libro decimo super Ioannem, cap. 8. hæc ait: Quod fides ad salutem non sufficiat, Christi etiam discipulus ostendit, scribens: Tu credis quia vnus Deus, dæmonia etiam credunt & horrescũt. Si ergo fides sola sufficeret, multitudo dæmonũ perire non posset. Hæc Cyrillus. Huic consonat *Anselmus* qui super cap. 13. prioris ad Corinthios epist. hęc ait: Fides sine charitate nihil valet ad salutem, quia & dæmones habent huiusmodi fidem. Hæc Anselmus. Posttemo contra hanc hæresim est aperta ecclesiæ catholicæ definitio, quam protulit concilium Tridẽtinum sub Paulo tertio celebratum, sessione sexta cap. 15. *Cõcilium Trident.* suorum decretorum, cuius verba sunt hæc: Aduersus etiam hominum quorundam callida ingenia, qui perdulces sermones & benedictiones seducunt corda innocẽtium, asserendum est: non modo infidelitate, per quam & ipsa fides amittatur, sed etiam quocũque alio mortali peccato quamuis non amittatur fides, acceptam iustificationis gratiam amitti, diuinæ legis doctrinam defendendo, quæ à regno Dei, non solum infideles excludit, sed & fideles quoque fornicarios, adulteros, molles, masculorum concubitores, fures, auaros, ebriosos, maledicos, rapaces, cæteroſque omnes, qui lethalia committunt peccata, à quibus cum diuinæ gratiæ adiumento abstinere possunt, & pro quibus à Christi gratia separantur. Post datam hanc doctrinam, ne quis contra illam loqui auderet, canonem latæ sententiæ protulit, qui vigesimusoctauus est in ordine, cuius verba sunt hæc: Si quis dixerit, amissa per peccatum gratia, simul & fidem semper amitti, aut fidem quæ remanet, non esse veram fidem, licet non sit viua, aut eum qui fidem sine charitate habet, non esse Christianum, anathema sit. Hactenus concilium Tridentinum. Sed hanc concilii definitionem irridet Caluinus: propterea quod concilium dixit fidem quæ sine charitate habetur esse veram fidem, & non considerat quod licet concilium dixerit illam esse veram, negauit tamen esse viuam. Non enim necessario consequitur vt viuum sit quod verum est. Quia vt iam diximus corpus mortuum verum est corpus, quamuis careat vita. Sed fortè nos hic vrgebit Caluinus testimonio aliquorum sanctorum & doctissimorũ virorum, qui negant fidem sine operibus esse veram fidem. Gregorius homilia. 29. super Euangelia ait: Vera etenim fides est, quæ in hoc quod verbis dicit, moribus non contradicit. Et quibusdam interpositis iterum ait: Tunc veraciter fideles sumus, si quod verbis promittimus, operibus complemus. Theophylactus super illud Ioannis, qui non credit iam iudicatus est, ait: Qui immundam agũt vitam, non verè fideles sunt. Sed hii omnes doctores & quotquot alii hoc loquutionis genere vtuntur, capiunt verum pro perfecto & completo, ita vt fides vera, apud istos, sit illa, quæ est perfecta & completa, qualis est illa quæ (vt ait Paulus) per charitatem operatur. Et hoc loquutionis genere solent omnes homines vti in communi & vulgari colloquio. Nam si quis dicat se dormientem audisse alios colloquentes, responderi solet illi, non fuisse verum somnum illius, propterea quia & si re vera dormitabat aut dormiebat, somnus non erat plenus atque perfectus. Si quis etiam flagellatus dicat se non doluisse ex percussione flagellorum, respõdebitur illi, non fuisse vera flagella. Quibus verbis non negatur illum sustinuisse flagella, sed negatur illa fuisse perfecta & valida flagella. Iuxta hunc loquendi modum sancti aliquando dicunt fidem mortuam non esse veram fidem, non quod negent fidem illam esse, sed negant illam esse plenam & perfectam. Potest & adhuc obiici contra prædictam concilii definitionem, quod multi sancti patres dicunt fidem sine charitate esse non posse. Beda in Commentariis super Epistolam Iacobi interpretans illud eiusdem Apostoli, fides si non habeat opera, mortua est, hæc ait: Nec huic sententiæ contrarium est, quod dominus ait: Qui crediderit & baptizatus fuerit, saluus erit. Subintelligendum nanque ibi est, quod tantummodo verè credat, qui exercet operando quod credit. Et quia fides & charitas ab inuicem separari nequeunt, Paulo attestante qui ait: Est fides quæ per dilectionem operatur, apertè Ioannes Apostolus talem de charitate sententiam qualem de fide Iacobus profert, dicens: Qui habuerit substantiam mundi, & viderit fratrem suum necesse habere, & clauserit viscera sua ab eo, quomodo charitas Dei manet in eo? Hæc Beda. Cyprianus in libro de simplicitate prælatorum, ait: Cæterum credere se in Christum quomodo dicit, qui non facit quod Christus facere præcepit? aut vnde perueniet ad præmium fidei, qui fidem non vult seruare mandati? Nutet necesse est, & vagetur spiritu erroris arreptus velut puluis quem ventus excutit & ventiletur. Nec ambulando proficiet ad salutem, qui Saluatoris vitæ non tenet vnitatem. Hanc vnitatem qui non tenet, Dei legem non tenet, non tenet patris & filii fidem, vitam non tenet & salutem. Hæc Cyprianus. Ex quibus verbis constat vtrunque apertè docere fidem sine charitate esse non posse. Sed nos respondemus primum de Beda, illum non absolutè negare fidem sine charitate posse esse, sed solum in ordine ad iustificationem, de qua apertè loquebatur Iacobus quem ipse eo loco interpretatur. Fides igitur quamuis possit à charitate separari ex se, quando tamen respicit iustificationem, ab illa non potest auelli, quia si existat sine illa iustificare non valet. Cyprianus autem non negat fidem esse sine charitate, sed solum illis verbis ostendit fidem quæ sine operibus est, languidam esse & imbecillem atque inualidam ad salutem, & ideo ab illo reputatur quasi non esset, quia non potest fides illa testimonio bonorum operum probari. Quòd autem probari non potest (vt egregiè dicit Bernardus in libro de præcepto & dispensatione) mihi infectum est. Et hanc esse veram Cypriani mentem, constat ex verbis quæ ipse in fine citati libri ait, vbi docet non omnino recedere fidem, sed languere & imbecillem effici per peccatum mortale.

Anselmus

Gregor.

Theophy.

Galat. 5.

Beda.

Mar. 16.

Cyprian⁹

FIDVCIA.

Lutherus DE hac re est orta vna hæresis quæ asserit nullo modo licere fiduciam gratiæ aut gloriæ assequendæ collocare in nostris operibus. Huius hæresis autor est Lutherus, & illum in hac parte sequuntur

Philippus

Philippus Melãcton, Martinus Butzerus, & quotquot Lutherano nomine cẽsentur. Hanc hæresim ipsi deducũt ex aliis illorum erroribus, velut aquam putridam ex fonte corrupto. Dicunt enim opera nostra omnia esse peccata, & per illa non posse homines mereri vitam æternam, & inde deducũt, nullam fiduciam esse collocandam in nostris operibus ad consequutionem vitæ æternæ, sed omnem nostram fiduciam dicunt debere collocari in solis Christi meritis, quia per solum illum redempti & saluati sumus. De illis erroribus qui ad bonitatem operum & meritum eorum pertinẽt, inferius in suis locis disputabimus in titulo de merito, & in titulo de operibus. Nunc autem solum de fiducia in operibus collocãda disputare oportet. Sed ante omnia, ne in vanum laboremus, operæprecium erit inquirere quid sit fiducia, & inde postea apertius euadet in quo illam collocare liceat. Fiducia aut est spes, aut firmitas siue robur ipsius spei. Quod autem istorum sit, ego nolo nunc definire, quia parum refert hoc aut illud esse, ad elucidationem presentis negocii. Beatus Thomas in sua secunda secundæ quæst. 129. art. 6. dicit fiduciam esse spem roboratam ex firma opinione. Est ergo fiducia spes quædam, & non quæcunque, sed ea sola quæ vires & robur habet, ex firma opinione. Sed quia optimè intelligo Lutherum & illius sectatores beatum Thomam contemnere velle, hoc solo nomine quod theologus scholasticus sit proferam ad comprobandam illius sententiã gentiles autores, quos illi maximè colunt. Cicero confidentiam definiens, ait: Confidentia est certa spes animi perducendi ad finem rem inchoatam. Et Seneca in epistola. 16. ad Lucillum scribens, ait: Dicam tamen sententiam, quod iam de te spem habeam, nondum fiduciam. Ex quibus verbis constat fiduciam esse spem, non tamen omnem, sed solam vehementem. Et quia Seneca spem leuem aut tepidam de Lucillo habebat, ideo dixit se nondum habere fiduciam. Aliquid ergo addit fiducia vltra nudam spem. Illud quod addit fiducia vltra nudam spem, Thomas dixit esse robur quoddam, per quod spes ipsa fortis efficitur. Cicero autem dixit esse certitudinem, ita vt nulla sit fluctuatio, aut hæsitatio, aut timiditas, aut diffidentia animi in sperando. Nam hæc omnia pugnãt cum fiducia, & opponuntur illi. Hic tamen admoneo lectorem, vt verba Ciceronis dicentis, confidentiam esse certam spem, non putet esse intelligenda de certitudine quæ prouenit ab obiecto, hoc est, à re sperata, sed de ea quæ est ex parte ipsius sperantis. Nam sæpe contingere potest, vt quis hæsitans & timens speret id quod certo eueniet: & è contrario, vt quis sine vlla hæsitatione speret id quod nunquam eueniet, prout contigit illi diuiti euangelico, qui multis diuitiis congregatis, dicebat se habere bona in vita sua, attamen nocte sequẽte animam illius dæmones acceperunt. Hic certè fiduciam vitæ habuit, quia sine vlla hæsitatione sperabat vitam longam & perfectam & quietam se habiturum, sed malè illam collocauit in diuitiis, quæ vitam dare non possunt. Fiducia oritur ex firma opinione, quæ de re aliqua habetur. Nam si quis credit Petrum esse veracem, & potentem ad aliquid faciendum, statim habet fiduciam in promissionibus illius & quo magis persuasus est de veritate & potentia, & bonitate Petri, eo magis sperat habiturum quod ille promisit, & firmius confidit in illo. Et hinc apertè deducitur nos omnes obligari ad habendum maiorem fiduciam in promissionibus dei, quàm in promissionibus cuiuscunque hominis quãtumlibet veracis, & potentis, & boni. Quoniam teneor credere Deum esse magis veracem, & bonum, atque potentem, quàm quiuis purus homo. Ideo Propheta regius dixit: Nolite confidere in principibus, neque in filiis hominum, in quibus non est salus. Non enim sunt vsquequaque veraces, neque sunt adeò potentes, vt possint omnia, quæ voluerint, facere. Deinde, fiducia quæ in homine collocatur prouenit ex opinione habita de homine, quæ semper habet formidinem admixtam. Fiducia autem quæ habetur in Deo, oritur à fide, qua credimus Deum esse veracem, & bonum, & omnipotentem. At persuasio de veritate, & bonitate, & potentia dei, quæ habetur per fidem, quoniam est sine vlla dubitatione, & sine vlla formidine, multo firmior est opinione, quæ semper (vt diximus) habet formidinẽ admixtam. Ideo Paulus dixit fidem esse fundamentũ cui innititur spes. Fides, inquit ille, est sperandarũ rerum substantia. Interpres dixit substantia, pro eo quod græcè habetur ypostasis, ac si diceret esse id quod substat alteri rei, vt sustẽtet illam, quemadmodum fundamentum substat toti ædificio. Ideo enim speramus carnis resurrectionem, quia credimus Deum veracem, qui dixit illam esse futuram, & credimus Deum esse adeò potentẽ, vt possit mortuos reuocare ad vitam. His itaque præsuppositis dicimus nos fiduciam habendi gratiam & gloriam debere collocari in Christo quatenus Deus est, quia ex sola ratione potens est nobis dare gratiam & gloriam, iuxta id quod Propheta ait: Gratiam & gloriam dabit Dominus. Hæc autem fiducia inde oritur quod Christus dixit: Agite pœnitentiam, appropinquabit regnum cœlorum. Credimus autem Deum esse veracem qui mentiri non potest, & potentem ad faciendum id quod promisit. In Christo autem quatenus homo est, habemus fiduciam consequendi gratiam & gloriam, tanquam in eo per cuius merita hæc nobis reddenda est. Hic est enim qui sanat omnes infirmitates nostras, qui redimit de interitu vitam nostram, qui coronat nos in misericordia & miserationibus. Nec enim (vt ait Petrus) aliud nomen est sub cœlo datum hominibus, in quo oporteat nos saluos fieri. Per hunc (vt ait Paulus) accessum habemus ad patrem. Hic est verus pastor, qui ouem centesimam errantem imposuit super humeros suos, & sic reduxit ad caulas. Hic est vera vitis, sine qua palmites fructum facere non possunt. In hoc (vt Paulus ait) habemus redemptionem per sanguinem eius, remissionem peccatorum secundum diuitias gratiæ eius. Et ideo in illo (vt idem Paulus iterum ait) habemus fiduciam & accessum in confidentia per fidẽ eius. Et propter hæc omnia dicimus cum Paulo: Quod fundamentum aliud nemo potest ponere, præter id quod positum est, quod est Christus Iesus. Et hæc est, & semper fuit omnium theologorum scholasticorum sententia, nec scio aliquem hactenus ex scholasticis theologis quos legere licuit, qui contrariam sententiam docuerit. Propter quod non possum meipsum in hac parte temperare, quin scandescam contra Philippum Melanctonem propter calumniam tam manifestam quàm imponit scholasticis theologis, dicens eos putare hominem sine fiducia miseri-

Thomas. *Cicero.* *Seneca.* *Luc.12.* *Psal.144* *Heb.11.* *Psal.83.* *Matt.4.* *Psal.102.* *Act.4.* *Rom.5.* *Ioan.10.* *Ioan.15.* *Ephe.1.* *Epheſ.3.* *1.Cor.3.*

cordiæ diuinæ posse esse iustum. Verum ne quis verbis meis deroget fidem, dicens me falso hoc crimen imponere Philippo Melanctoni, verba illius referam quæ ille in suis locis communibus titulo de gratia & iustificatione ait, Et sunt ista: Scholastici cum dicũt hominem per gratiam iustificari: nihil ibi dicunt de fiducia misericordiæ, sed somniant hominem propter propriam dignitatem, & nouitatem illam seu propriam munditiam, sine fiducia misericordiæ pronunciari iustum. Hęc Philippus ille. Ex quibus verbis constat clare quanta mendacia hæretici confingant, vt illis tanquam quibusdam præstigiis possint homines dementare, vt à vera fide eos auertant, & doctores illius perhorrescant. Si scholastici theologi ita sentiunt, vt iste Philippus illis impingit, quare non nominauit aliquem? Quare non citauit verba alicuius, vt ex illis constaret verum esse quod theologis scholasticis ille tribuit? Sed quia nemo est qui ita, vt ille ait, doceat, ideo neminem in particulari notauit. Omnes enim fatemur & voce publica clamamus & de hac re populum docemus, omnem fiduciam assequendi gratiam & gloriam in Christo Iesu tanquam in vero & vnico mediatore nostro esse reponendam, & in illo puppim (vt dicitur) & proram esse collocandam. Hæc tamen nostra assertio non tollit quinetiam aliquam fiduciæ partem, quę parua est, in nostris operibus possimus collocare. Non enim repugnat (vt Lutherani putant) in duabus rebus simul collocare fiduciam. Nam illi adeò zelotypam, & societatis impatientem faciunt fiduciam in Deo collocatam, vt nullam aliam fiduciam secum admittere putent. Non enim est extra rationẽ fiducię vt quis simul in duobus fidat, ita vt in ambobus æqualiter, aut ordine quodã, ita vt primo & principaliter in vno & postea minus principaliter in alio. Cum enim homo infirmatur & aliquã spem salutis habet, primam salutis fiduciam in Deo constituit, deinde in multis aliis rebus, videlicet in medico, in aromatario, in nutore, in loco vbi residet, in bona complexione sua, & suo regimine. Cum enim omnia ista (vt apertissimè constat) adiuuent ad sanitatem recuperandam, nullus tam demens est, vt neget infirmum posse in omnibus illis fiduciam suæ salutis collocare. Deinde, si volumus in similitudine fundamẽti, qua vsus est Paulus, persistere, id ipsum manifestè cõstabit. Nam in ædificio domus, supra primum lapidem qui positus est tanquam fundamentum ædificii, collocatur alius lapis, qui secundus est in ordine, supra secundum erigitur tertius, super tertium constituitur quartus, & sic deinceps vsque ad complementum fastigii. Sicut non negamus primum lapidem esse fundamentum totius operis, quia omnes superiores lapides sustentat, & cui omnes innituntur, ita non est negandũ fastigium domus inniti quarto lapidi & tertio & secundo, quoniam illis sublatis etiam primo lapide permanente, fastigium domus corrueret, quia sine illis sustentari non posset. Ad eundem modum oportet necessario dicere de fiducia glorię obtinendæ, quoniam hæc fiducia in Christi meritis primum & præcipuè collocanda est, tanquam in fundamento primo totius spiritalis structuræ, & sine quo reliqua omnia nihil prorsus sunt valitura. Post hæc Christi merita succedant bona hominis opera, sine quibus, etiam stante merito Christi, nullus potest vitam æternam adipisci, propterea quod Christus dixit: Si vis ad vitam ingredi, serua mandata. Cum itaque bonis operibus (vt aliàs postea, in titulo de merito dicemus) sit repositа merces, quæ sine illis haberi non potest, inde conuincitur fiduciam gloriæ æternæ obtinendæ licitè posse collocari post Christum in bonis nostris operibus. Non tamen dicimus fiduciam hanc sic collocari in bonis operibus nostris quasi illis ex natura sua debeatur merces vitæ æternæ, quoniam scimus Paulum dixisse, non esse condignas passiones huius seculi ad futuram gloriam quæ reuelabitur in nobis. Dicimus igitur fiduciam collocari in bonis operibus propter misericordiam dei & propter promissionem suam, qua promisit se daturum hominibus mercedem propter bona opera. Et sic confidentes in bonis operibus nostris, nihil detrahimus honori diuino, vt Lutherani nobis obiiciunt, sed augemus in hoc diuinum honorem, quoniam eam fiduciam quam in nostris operibus collocamus in Dei bonitatem & misericordiam reiicimus, quia agnoscimus per illam nobis euenire quod bona opera operari possimus, & quod per illa aliquid apud Deum mereri valeamus. Tota itaque nostra fiducia in Christum refertur: quoniam scimus & agnoscimus nos sine illo nihil boni efficere posse. Fiduciam enim (vt Paulus ait) talem habemus per Christum ad Deum, non quod sufficientes simus cogitare aliquid ex nobis, quasi ex nobis, sed sufficientia nostra ex Deo est. Habentes igitur talem spem multa fiducia vtimur. Cum autem Paulus alibi iubet vt non simus confidentes in nobis, non præcipit abstinere ab omni fiducia, sed solum ab illa qua quis sic fidit sibi ipsi aut suis operibus, vt nihil prorsus confidat in Deo, & hanc talem fiduciam nos etiam condemnamus, quoniam (vt diximus) nunquam fiduciam aliquam in rebus nostris constituere debemus nisi prius & principalius collocauerimus in Deo. Et hunc esse verum intellectum Pauli, verba quæ ipse addidit apertè demonstrant. Nam postquam dixerat, vt non simus confidentes in nobis, continuo subiecit, sed in Deo: qui suscitat mortuos. Quod autem talis fiducia in nostris operibus, sicut eam hactenus declarauimus, licitè collocari possit, testimoniis sacræ scripturæ & sanctorum doctorum apertè cõprobari potest. Primò illud est manifestum quod Tobias ait: Fiducia magna erit coram Deo, eleemosyna omnibus facientibus eam. In quibus verbis apertè docet Tobias fiduciam coram Deo licitè collocari in eleemosyna facta. Præterea vita hominis super terram (vt est apud Iob) est sicut dies mercenarii. Sicut enim mercenarius (inquit ille) præstolatur finem operis sui, sic & ego habui menses vacuos, & noctes laboriosas enumeraui mihi. Mercenarius autem sperans mercedem laboris sui, non solum habet fiduciam in veritate & bonitate domini à quo fuit conductus ad laborem, sed etiam confidit in suo proprio labore. Quoniam optimè intelligit, se nõ recepturum à domino mercedem, quamuis ille sit bonus & verax, nisi propter laborem suum. Rursum, cùm mulier illa quæ fluxum sanguinis patiebatur, & cupiens sanari à Christo, accessit retro & tetigit fimbriam vestimenti eius, dicens intra se, si tetigero tantum vestimentum eius salua ero, dixit illi Iesus: Confide filia, fides tua te saluam fecit. In quibus verbis apertè docuit illam licitè fiduciam salutis posse habere, quia fidem tenebat.

Philipp° Melãcton

Matt.19.

Roman.8.

2.Cor.3.

2.Cor.1.

Tob.4.

Iob.7.

Matt.9.

Præcepit

Præcepit ergo ille, vt confideret in illo, & in fide quam de illo cõceperat. Deinde, Ioã. Apoſtolus in ſua prima canonica epi. hoc ipſum apertiſſimè docet, ſic inquiens: Si cor noſtrum non reprehenderit nos, fiduciam habemus apud Deum, & quicquid petierimus, accipiemus ab eo, quoniam mandata eius cuſtodimus. Aduertite obſecro Lutherani, & nolite obdurare corda veſtra, quoniam Ioan. docet nos, ex adimpletione mãdatorum dei poſſe concipere fiduciam obtinendi à Deo quicquid orãtes petierimus. *1. Ioan. 3.*

Paulus etiam teſtatur ſe in bonis operibus ſuis habuiſſe fiduciam aſſequendi coronam gloriæ: Bonum, inquit ille, certamẽ certaui, curſum conſummaui, fidem ſeruaui, de reliquo repoſita eſt mihi corona iuſtitię, quam reddet mihi dominus in illa die, iuſtus iudex. Videte quantam ſe dicat Paulus habere fiduciam aſſequendi coronam glorię propter præclara opera quæ meminit ſe in die gloriam feciſſe. Et, quo magis ex hoc Pauli teſtimonio aduerſarios vrgeam⁹, annotare oportet in illis Apoſtoli verbis, quod dixit repoſitam ſibi eſſe coronam iuſtitiæ, non miſericordiæ: & dominum illam reddendo futurum eſſe iuſtum iudicem, & non dixit miſericordem. Per hæc enim verba apertiſsimè docet coronam illi forè à Deo reddẽdam, non ex ſola liberalitate miſericordiæ diuinę, ſed etiam ex debito iuſtitiæ. Nam id quod ſemel promiſſum eſt, natura docet, vt debitum eſſe iure putetur. Promiſit autẽ Deus omni bene cuſtodienti mãdata ſua, vitam æternam: ergo debitor eſt Deus vitæ æternæ reddendæ cuicunque plenè cuſtodienti mandata ſua. In hoc tamen maxima fuit dei miſericordia, quod tam magnum præmium dignatus fuerit promittere hominibus propter res viles, & tanto præmio indignas. Poſt datam ergo hanc promiſsionem non ſuperbè agit homo qui cõfidit in Deo, quod propter bona opera ſua dabit illi vitam æternam. Ideo Auguſtinus in libro de vera innocẽtia, regula. 297. ait: Debetur merces bonis operibus ſi fiant, ſed gratia quæ non debetur, præcedit vt fiãt. Hæc ille. Ex quibus verbis liquido conſtat, Deum ex pura liberalitate dare homini primam iuſtificationis gratiam, ſed ex debito iuſtitiæ reddere gloriam æternam pro bonis operibus. Non eſt ergo reprehendendus qui fiduciam, præſertim moderatam, collocat in illis rebus, quib⁹ Deus ex benignitate ſua promiſit reddere præmium vitæ æternæ. Hanc talem fiduciam poſt Chriſtum in noſtris operibus collocatam multi viri ſancti & doctiſsimi commendant, & pro illa teſtimonium dicunt. Thomas Aquinas in Commentariis ſuper epiſtolas Pauli interpretans illud ex epiſtola ad Hebræos: Nolite itaque amittere confidentiam veſtram, hæc ait: Oſtendit quid eis reſtat faciendum, ſcilicet confidentiam acceptã ex bonis operibus conſeruare. Et paucis interiectis ſubdit: Ex quo tot bona in primordiis conuerſationis veſtræ operati eſtis, ex quibus multam confidentiam debetis habere apud Deum, nolite itaque amittere confidentiam veſtrã, quod profecto ſequeretur ſi à bonis deſiſteretis. Hęc Thomas. Ante Thomam Anſelmus eidem ſentẽtiæ fauet, qui prædicta Pauli verba interprẽtans in Commentariis ſuper epiſtolam ad Hæbręos, hæc ait: Illatio eſt ex eo quod dixit, eos tanta pertuliſſe, & vitam æternã inde expectaſſe, id eſt manentẽ ſubſtantiam. Quaſi dicat, Quoniam in principio fidei tot aduerſa paſsi eſtis, & inde confidẽter ſperabitis æternam mercedem, itaque nolite amittere confidentiã veſtram, id eſt, firmam ſpem veſtram deficiẽdo à patientia fidei quia per patientię amiſsionem amittetis & æternę vitę ſpem. Et ne amiſsio ſpei, parua iactura videretur, addit: quę magnam habet remunerationem. Itaque pro certo ſperate illam remunerationẽ ineffabilem, quam oculus non vidit, nec auris audiuit, ac ſi iam teneatis eam. Vel in prædeſtinatione diuina habetis illam. Verè per impatientiam non debetis amittere confidentiam perpetuæ retributionis. Hæc Anſelmus. Et ante Anſelmum Theophylactus eãdem ſententiam docet, qui in Commentariis ſuper Paulum, prędicta eiuſdem Apoſtoli verba interpretãs, hæc ait: Cum dicit, nolite amittere, oſtendit quod nondũ exciderãt, opus enim haberent confirmatione & munitione. Fiduciam autem & in loquendo libertatẽ dixit, quod huiuſmodi cum patientia ob Dei gloriam ferentes, magnã habeãt confidentiam. Hæc Theophyl. Ante hos omnes Chryſoſtomus apertius hanc docet ſententiam, qui in Commentariis ſuper pſalmos interpretans illum verſum, Aperite mihi portas iuſtitiæ, hæc ait: Iis qui caſtigãtur, portæ aperiuntur, iis qui peccata deponunt. Qui diſciplinam ſuſcepit, poteſt confidenter dicere, Aperite mihi portas iuſtitiæ. Hoc dictum enim ſumendum eſt anagogicæ, & cœlorũ portæ ſunt intelligẽdæ, quæ ſunt clauſæ improbis, quæ ſunt pulſandæ per virtutem, per eleemoſynam, per iuſtitiam. Et iterum in alio pſalmo interpretãs illum verſum, Miſericors & miſerator Dominus, &c. hæc ait: Vides Prophetam immorari his melioribus, & prolixiori vti oratione. Nouit enim Dei opes in his maximè conſiſtere. Nec enim licuiſſet conſeruari, niſi magna fuiſſet eius clementia, non licuiſſet manere niſi eius magnam eſſemus experti bonitatem. Et ideo dicebat: Ego ſum qui deleo iniquitates tuas. Et in tuis peccatis te defendi miſerator & miſericors Dominus. Vide quomodo oſtendit ineffabilem eius clementiam. Non ſolũ enim miſeretur eorum qui peccant, ſed etiam aliud oſtendit non paruũ genus clemẽtiæ, nempe lenitatem & patientiam, vt veniãt ad pœnitentiam, & cum eius clementia à ſuo quoque conſeruentur ſtudio & diligentia, & ex ſuis factis fiduciam habeant. Non eſt autem ſolum modo miſericors, ſed etiam multum miſericors, oſtendens hanc multitudinem non poſſe mẽſura comprehendi, ſed omnem ſuperare rationem. Hactenus Chryſoſtomus. Attendite obſecro Lutherani & videte quàm apertè noſtram ſententiã Chryſoſtomus docet: Dixit enim Deum ex ſua benignitate & clemẽtia hoc nobis conceſsiſſe vt in noſtris operibus fiduciam aliquã collocare poſsim⁹. Itaq; ſi in operibus noſtris fiduciã aliquã collocamus, nõ eſt propterea quod opera noſtra ex ſua natura tam digna eſſe putemus, vt illis ſolis fidere valeamus, ſed cõfidimus in illis propterea quod Deus hãc nobis exhibuit miſericordiã, vt per illa vitã æternã cõſequi valeamus. Hieron. in cõmentariis ſuper epiſt. ad Ephe. interpretãs illud ex eadem epiſt. in quo habemus fiduciã & cõfidentiã per fidẽ, hęc ait: Fiduciæ atq; acceſſus principium & origo fides in Chriſto eſt. Hęc ille. In quibus verbis duo ſunt maximè notãda. Primum eſt quod ex Hieron. ſentẽtia nõ ſolũ in Chriſto, ſed etiam in fide Chriſti, quæ opus noſtrũ ſimul & Dei donum eſt, confidere licet. Alterum eſt

2. Tim. 4.

Auguſt.

Thomas. Heb. 10.

Anſelm⁹.

Theoph.

Pſal. 117.

Pſal. 144

Eſa. 43.

Hierony. Epheſ. 3.

quod Hiero. nõ dixit totam fiduciam esse in solo Christo aut in fide eius, sed dixit, fidem esse solũ principium & originem fiduciæ. Si fides est solum principium & origo fiduciæ, cõuincitur inde apertè aliquid vltra esse præter fidem in quo fiduciam collocare possumus, quoniam aliàs non esset principium fiduciæ, sed tota fiducia. Postremo hæc hæreticorum sentẽtia dãnata est in concilio Tridẽtino sub Paulo tertio celebrato, in cuius sessione. 6. cap. 16. hæc proponitur doctrina. Hac igitur ratione, inquit concilium, iustificatis hominibus, siue acceptam gratiam perpetuo cõseruauerint, siue amissam recuperauerint, proponenda sunt Apostoli verba: Abundate in omni opere bono, sciẽtes quod labor vester non est inanis in domino, non enim iniustus est Deus, vt obliuiscatur operis vestri, & dilectionis quam ostẽdistis in nomine ipsius. Et nolite amittere confidẽtiam vestram, quæ magnam habet remunerationem. Atque ideo bene operantibus vsque in finem, & in Deo sperantibus, proponenda est vita æterna, & tãquam gratia filiis Dei per Christum Iesum misericorditer promissa, & tanquam merces ex ipsius Dei promissione bonis ipsorum operibus & meritis fideliter reddenda. Post datã hanc doctrinam, ne quis illi temerè contradicere auderet duos latæ sententiæ canones contra eos qui huic doctrinę repugnauerint, statuit videlicet. 26. & .32. quorum verba sunt hæc: Si quis dixerit, iustos non debere pro bonis operibus, quæ in Deo fuerint facta, expectare & sperare æternam retributionem à Deo, per eius misericordiam, & Iesu Christi meritum, si bene agendo & diuina mãdata custodiendo, vsque in finem perseuerauerint, anathema sit. Si quis dixerit, hominis iustificati bona opera ita esse dona dei, vt non sint etiã bona ipsius iustificati merita, vt ipsum iustificatum bonis operibus, quæ ab eo per Dei gratiam & Iesu Christi meritum, cuius viuum membrorum est, fiunt, non bene mereri augmentum gratiæ, vitam æternam, & ipsius æternæ vitæ (si tamen in gratia decesserit) consequutionem, atque etiam gloriæ augmẽtum, anathema sit. Hactenus concilium Tridentinum. Sed opus est vt Lutheranorum obiectionibus respondeamus. Obiciunt nobis Prophetam regium reprehendentem illos qui in suis operibus confidunt: Qui confidunt, inquit ille, in virtute sua, & in multitudine diuitiarum suarum gloriantur. Et Salomon in Prouer. ait: Qui confidit in cogitationibus suis, impiè agit.

Cõcilium Tridentinum. *1. Cor. 15.* *Heb. 10.* *Psal. 48.* *Proue. 12.*

Sed his omnibus, & si quæ sunt alia similia testimonia, facile responderi potest, per id quod inter arguendum diximus, eam videlicet fiduciam in illis omnibus locis reprehendi, quę in solis nostris operibus collocatur, non autem illam quæ primo & principaliter in Christo, & deinde secundario & minus principaliter in nostris operibus collocatur. Obiiciunt etiam nobis Pharisæum illum in templo orantem, quem ob hoc à Deo reprehensum esse dicunt, quod sua opera bona commemorabat, & in illis confidebat. Sed falluntur, quia non propter hoc reprehensus est, sed propter superbiam & contemptum Publicani. Nam Saluator postquã dixerat Publicanum descendisse à templo iustiorem Pharisæo, causam expressit, dicens: Quia omnis qui se exaltat, humiliabitur, & qui se humiliat, exaltabitur. Et certè si bene aduertantur verba quæ in illo loco Lucas refert, ex illis apertè conuincitur error Lutheri, tantum abest vt ex illo loco fauorem suæ doctrinæ sumere possit. Dixit autem & ad quosdam, inquit Lucas, qui in se confidebant tanquam iusti, & aspernabantur cæteros. Illos ergo reprehendit, qui cùm non sint iusti, in se confidunt tanquam si essent iusti. Quibus verbis apertè declarauit, eos qui sunt iusti posse quodammodo in se confidere. Contra hanc hæresim neminem vidi qui scripserit, nisi vnum solum Iodocum Clichthouæum, qui in suo antiluthero, libro. 3. capite. 13. Paucula quædam per occasionem scripsit.

Luc. 18.

FORNICATIO.

Græci.

INter alios Græcorum errores, quos Guido recensẽt, vnus est ad hanc rem pertinens. Dicunt enim (vt ille ait) fornicationem simplicem, hoc est, coitum soluti cum soluta, non esse peccatum mortale. Sed aduersus hunc errorem iam supra disputauimus in titulo de coitu, hæresi. 1. ad illum ergo locum mittimus lectorem.

FVTVRVM CONTINGENS.

Petrus Abail. *Ioannes Vvicleph.* *Lutherus.*

DE hac re est vnus error, quo docetur nihil contingens in rebus euenire, sed omnia quæ fiunt, necessitate absoluta fieri. Huius hęresis autor fuit Petrus Abailardus: eum postea secutus est Ioannes Vvicleph, dicens potentiam Dei & actualem creationem eiusdem esse mensuræ, ita vt non possit plures res creare quàm creat, nec aliter res facere quàm fecit. Eundem errorem tutatur nunc Lutherus, dicens omnia quæ fiunt, tam absoluta necessitate fieri, vt impossibile sit aliter fieri quàm fiunt. Hinc apertè cõuincimus verum esse quod aliàs diximus, causam videlicet hæresum potissimam esse, quòd fidem metiuntur iuxta nostri intellectus potentiam, ita vt illa sola credenda putent, quæ eorum intellectus comprehendere potest. Quia enim humillimus intellectus, vel vt melius dicam, excæcatus Petri Abailardi & Ioannis Vvicleph, non potest cognoscere alia, quàm ea quæ facta sunt, inde concludunt Deum non posse facere nisi quę facta sunt. Itaque diuinam omnipotentiam concludere volunt & circunsepire limitibus sui intellectus, quod maxima ast blasphemia. Paulus nãque ait, vias dei esse inuestigabiles. Quem locum pertractãs Origenes lib. 9. super epist. ad Rom. ait: Neque inscrutabilia iudicia, & inuestigabiles viæ dicerentur, nisi quia nulla est creatura, quæ vel inuestigare valeat vel scrutari. Solus enim filius est, qui nouerit patrem, & solus est spiritus sanctus, qui scrutatur omnia, etiam altitudinem dei: & ideo hanc altitudinem Dei, quam inscrutabilem dicit & inuestigabilem, omni creaturę inscrutabilẽ dicit. Hæc Origenes. Quid ergo superbissimi hæretici scrutari tentant quod inscrutabile est? & vestigare quod inuestigabile est? Volunt enim veluti illi Babylonii, qui turrim ædificare cœperant,

Rom. 11. *Gene. 11.*

in cœ-

in cœlum aſcendere: ſed deiecit eos Deus, dum ſe eleuare ſuper altitudinem cœli contendunt, & ita euanuerunt in cogitationibus ſuis, & obſcuratum eſt inſipiens cor eorum: Dicentes enim ſe eſſe ſapientes, ſtulti facti ſunt. Melius certè Augu. qui captiuãs intellectũ ſuum in obſequium omnipotentiæ diuinę, ita dicit: Demus deum aliquid poſſe, quod nos fatemur inueſtigare non poſſe. In talibus enim rebus tota ratio facti eſt potentia facientis. Hæc Aug. in quadã epiſtola ad Voluſianum. Cæterum quia Petrus Abailar. & Ioannes Vvicleph in hoc vnum conuenerunt, vt apud ſeipſos ſolos, contra Sapientis præceptum, prudentes ſint, & omnium ſanctorum virorũ ſententiis poſthabitis, de ſolo ſuo ſenſu glorientur, ideo ex ſola ſacra ſcriptura teſtimonia proferentes, contra illos agamus. Et primo pro nobis teſtimonium dicit Sapiens, qui loquens de via filiorum Iſrael per deſertum, ita ait: Quòd quidam errantes colebant mutos ſerpentes, & beſtias ſuperuacuas, immiſiſti illis multitudinem mutorũ animalium in vindictam, vt ſcirent quia per quæ peccat quis, per hæc & torquetur. Non enim impoſſibilis erat omnipotens manus tua, quo creauit orbem terratum ex materia inuiſa, immittere illis multitudinem vrſorum, aut audaces leones, aut noui generis ira plenas & ignotas beſtias, aut vaporem ignium ſpirãtes, aut fumi odorem præferentes, aut horrendas ab oculis ſcintillas emittentes, quarum non ſolum læſura poterat illos exterminare, ſed & aſpectus per timorem occidere. Nam & ſine his vno ſpiritu poterant occidi perſecutionem paſſi ab ipſis factis ſuis, & diſpergi per ſpiritum virtutis tuę: ſed omnia in menſura & numero & pondere diſpoſuiſti. Vides quàm multa numerauerit Sapiẽs, quæ Deum ait potuiſſe facere, cum tamen nunquam facta fuerint. Alia ergo poteſt facere, & aliter facere quàm facit. Et poſt illa verba iterum ait Sapiẽs: Miſereris omnium, quia omnia potes, & diſſimulas peccata hominũ propter pœnitentiam. Ecce laudat dei miſerationem, quam inde cõuincit, quòd cum poſſit hominẽ peccãtem ſtatim è mundo tollere, vitam illi permittit, qua pœnitere poſſit, & veniam promereri. Eandẽ etiam ſentẽtiam in eodem libro, altero tamen capite, Sapiens repetit. Nec poteſt Vvicleph euadere ea parte qua tẽtat, Dicens Deum multa potuiſſe quæ non fecit: potuiſſe inquã, ſi voluiſſet. Sed nos dicemus, quòd potuit, cum tamen non voluit: quia ſi voluiſſet, feciſſet: vnde conuincitur, vt non voluerit, quod nõ fecit. Præterea Chriſtus redemptor noſter pridie, q̃ pateretur, & cum proximus eſſet vt caperetur, Petro, qui gladio amputauerat auriculã ſerui principis ſacerdotũ, dixit: An putas quia nõ poſſum rogare patrem meũ, & exhibebit mihi plus quàm duodecim legiones Angelorũ? Quomodo ergo implebũtur ſcripturæ? quia ſic oportet fieri. Petrus voluit magiſtrũ vi & armis defendere, & impedire ſi poſſet, ne caperetur. At ipſemet magiſter volens oſtẽdere, eſſe in manu ſua nõ pati ſi vellet, dicit ſe poſſe rogare patrem ſuũ, vt exhiberet illi duodecim legiones angelorũ, qui facilius hoc exequi poſſẽt. Verũ licet hoc ſe poſſe dixerit, cõſtat tamen illum nõ ſicut poterat feciſſe. Et apud Ioan. oſtendens ſe ſola voluntate mortem paſſurum, & nõ neceſsitate abſoluta, vt aiunt hæretici, dicit: Propterea me diligit pater, quia ego pono animam meam, & iterum ſumã eam. Nemo tollit eam à me, ſed ego pono eam à meipſo. Poteſtatẽ habeo ponendi eam, & poteſtatẽ habeo iterũ ſumendi eam. Quibus verbis innuit manifeſtè ſe habere poteſtatem impediendi virtutem hominum machinãtium ad mortem eius: ideo dixit, nemo tollit eam à me: ac ſi apertius Iudæis dicetet: Vos ſititis ſanguinem meum, & mortem meam anxiè deſideratis: hoc autẽ ſcitote, quod me inuito & inuolũtario null⁹ veſtrũ præualebit. Rurſum & beatus Paulus in ea quæ eſt ad Heb. epiſt. de Chriſto loquens, ita dicit: Qui in diebus carnis ſuæ preces ſuplicationesq; ad eum qui poſſet illum ſaluum facere à morte, cum clamore valido & lachrymis offerẽs, exauditus eſt pro ſua reuerentia. Quid hoc teſtimonio apertius deſiderari poteſt? Paulus ait Deum potuiſſe liberari Chriſtum à morte, hoc eſt, ne talem pateretur mortem. Hoc tamen cum non fecerit, conuintur Deum aliud & aliter poſſe facere quàm facit. Et in priore epiſtola ad Corinth. ait: Fidelis eſt Deus, qui non patietur vos tentari ſupra id quod poteſtis. Non autem patimur, aut permittimus (nam pati hic ponitur pro eo quod eſt tolerare aut permittere) niſi ea, quæ cum aliter euenire poſsint, impedire nolumus ne ita eueniant: quę cum non impedimus, ſed ſinimus eſſe prout ſunt, tunc dicimur ea pati, aut tolerare, aut permittere. Nullus enim rectè & vt decet loquens, diceret: Ego non patiar ignem eſſe frigidum: aut, patiar ignem eſſe calidum, quoniã null⁹ noſtrum poteſt facere vt ignis frigeat, aut impedire ne caleat. Quum ergo Paulus dicat de Deo, quòd non patietur nos tentari ſupra id quod poſſumus, ſignum eſt quòd aliter euenire poteſt, vt videlicet ſupra noſtram potentiam tentemur. Hoc autem etſi contingere poſſet, quia tamen ne ita eueniat Deus non permittit, ideo ait Paulus, quòd non patietur nos tentari ſupra id quod poſſumus. Ex quo loco ſi rectè cõſideretur, apertè etiã oſtẽditur, Deũ poſſe facere res aliter quàm facit. Deinde mutatio ipſa operationum, quę in creaturis Deo iubente contingit, apertiſsimè oſtendit, Deum poſſe facere res aliter quàm facit. Nam ſæpe contingit, vt res aliter ſe habeant & aliter operẽtur, quàm à natura illis conceſſum fuerat: quæ mutatio conuincit, vt cum aliter factum fuerit, nõ neceſsitate, ſed mera Dei voluntate ita factum eſſe credamus. Quòd enim mulier in iuuentute ſterilis, prout de Sara ſacra narrat hiſtoria, poſtea ſenio confecta pariat, pręter naturæ ordinem euenit. Aſina Balaam cũ loquitur, limites ſuæ conditionis excedit. Sol quum motum ſuum relinquens, ſtetit in fauorem filiorũ Iſrael, vltra leges naturales hoc habuit. Virga amygdali nomine Aaron conſtituta, cõtra naturalem ordinem ſine radice floret, cum eſſet arida, & fructum emittit. In fornace ardente pueri incluſi non conburuntur, & ex petra arida, quæ nullam humoris virtutem continebat, fluunt aquæ largiſsimæ, adeò vt pro ſexcẽtis millibus animarum ſuffecerint. Cum hæc omnia præter naturæ ordinem eueniant, docemur vt cum iuxta naturæ ordinem aliquid fit, credamus tunc etiam Deum aliter facere poſſe. Accedit ad hæc, quòd ſi nihil contingẽter euenit, ſed omnia neceſsitate abſoluta fiunt, orationes erunt prorſus inutiles. Vt quid Deum oramus, ſi neceſſario euenit id quod ſemel decretum eſt? Fruſtra enim oramus, ſi id quod petimus, nobis etiam non petentibus fiet: aut ſi futurum non erat, impoſsibile eſt

Rom.1. *Auguſt.* *Sapien.11* *Sapien.12* *Matt.26.* *Heb.5.* *1. Cor.10.* *Gene.21.* *Num.21.* *Iosue.10.* *Num.17.* *Dan.3.* *Num.20.*

Matt.6. vt fiat. Fruſtra ergo oramus? Abſit. Nam Dominus nos orare præcepit. Et Dauid rex orans in ieiunio
2.Reg.12. & fletu, ſperauit ſe poſſe impetrare à Deo, ne filius ſuus moreretur, quamuis per Natham prophetã fuerat ei dictum: Filius qui natus eſt tibi, morte morietur. Et cum poſtea vidit filium mortuum: dixit Da-
Matt.26. uid ſeruis ſuis, qui illum reprehenderãt propter ieiunium & fletum. Propter infantem, cum adhuc viueret, ieiunaui & fleui. Dicebã enim. Quis ſcit ſi fortè donet eum mihi dominus, & viuat infans? Nunc autem quia mortuus eſt, quare ieiuno? Ecce Dauid credit deum potuiſſe facere de morte filij eius aliud quàm fecit: & Petrus Abailardus hoc non credit. Quapropter videtur mihi velut alter Goliath, qui omnes filios Iſrael, id eſt, omnes ſacros doctores ad bellum prouocat: ſed vide eum iam nunc à Dauide percuſſum, & interfectum. Præterea Chriſtus patrem orans, ait: Pater, ſi poſsibile eſt transfer calicem hunc à me. At Chriſtus, qui futura prouidebat, ſciebat ſe calicem potaturum: ergo iuxta iſtorum ſentẽtiam, impoſsibile erat vt non biberet. Fruſtra ergo orat? Abſit vt in tantam blaſphemiam prorumpamus, vt dicamus Chriſtum petiuiſſe patrem id, quod impoſsibile erat ſibi donari. Quod autem dixit: *Si* poſsibile eſt, non dixit quaſi dubitans de potentia, ſed velut ſciens diuinam voluntatem, cui reluctari nolebat. Ideo quod hîc dixit: Pater, ſi poſsibile eſt: alius euangeliſta eandem orationem enarrans, di-
Luc.12. xit: Pater, ſi vis. Ex quorum duorum locorum collatione oſtenditur, Chriſti verba ſic eſſe intelligenda: Pater, ſi poſsibile eſt, hoc eſt, ſi poteſt fieri ſine ceſſatione tuæ voluntatis. Nam huic contradicere Chriſtus nolebat, ſed volebat eam impleri, ideo ſubdit: Veruntamen non ſicut ego volo, ſed ſicut tu. Hieronymus autem & Chriſtianus Druthmarus, qui illum imitatur, aliter exponunt: quamuis eorum expoſitio noſtro primo propoſito non contradicat. Cæterum, quòd illa non fuerint verba de Dei potentia du-
Mar.14. bitantis, verba Marci conuincunt. Nam poſt illam orationem Marcus refert Chriſtum ſic dixiſſe: Abba pater, omnia tibi poſsibilia ſunt: quibus verbis apertiſsimè innuit, Deum poſſe transferre calicem ab illo, ne videlicet illum biberet. Cùm autem non ſic factum fuerit, conuincimus Deum poſſe facere res aliter quàm facit. Aduerſus hunc errorem militant ea, quæ inferius pro aſſertione liberi arbitrii dicemus. Lector ergo ex illo loco petat plura, ſi illa deſiderat: quoniam oſtenſa arbitrii libertate, conuincitur non omnia neceſſariò euenire. Poſtremo ex quadragintaquinque articulis Ioannis Vvicleph in concilio Conſtantienſi ſeſsione octaua damnatis, is vnus. 27. loco ſtatuitur, quo dicit: Omnia de neceſ-
Cõcilium Conſtant. ſitate abſoluta eueniunt. Qui ſimul cum aliis vna ſuper omnes lata ſententia damnatus eſt. Aduerſus hunc errorem ſcripſit Thomas Vvalden. in ſuo. 1. tomo doctrinalis fidei antiquæ, lib. 1. artic. 1. à cap. 10. vſque ad caput. 14. Sed in illo loco aliquãtulum tepuit, quoniam rariſsimus fuit in citandis teſtimoniis ſacræ ſcripturæ, denſior autem in citandis teſtimoniis aliorum ſacrorum doctorum: quod faciendum non erat, præſertim quia expreſſa ſunt ſcripturæ ſacræ teſtimonia, & quia contra homines agebat, quos conſtat teſtimonia hominum non recipere.

GRATIA.

Pelagius. PElagii error nouiſsimus eſt, qui tantum tribuit libero arbitrio, vt diceret abſque gratia Chriſti hominem poſſe omnia præcepta Dei implere, & ſuis meritis vitam æternam conſequi. Et cum ſuper hac re ab aliis increparetur, eatenus ceſsit admonitioni, vt diceret gratiam non eſſe abiiciendam velut prorſus inutilem, ſed eſſe amplectendam, quia illa accedente facilius poſſet haberi gloria æterna, quibus verbis innuebat ſine gratia beatitudinem poſſe acquiri, licet difficilius quàm cum gratia. Hunc
Cæleſtin⁹ errorem poſt Pelagium docuit Cæleſtinus quidam (vt opinor) monachus, cuius autem gẽtis fuerit, mihi non eſt notum, quoniam Gennadius in catalogo illuſtrium virorum de illo differens, patriam ſubticuit. Ex illius autem deſcriptione conſtat fuiſſe Pelagio coæuum, ſub Innocentio papa, huius nominis primo. Auguſtinus tamẽ in libro de hæreſibus, cap. 88. dicit huius erroris fautores fuiſſe poſtea etiã appellatos Cæleſtinianos ab hoc Cæleſtino. Eundẽ tutatus eſt errorem Iulianus epiſcopus Capuanus, vir
Iulianus. (vt ait Gennadius) acer ingenio, in diuinis ſcripturis doctus, & qui aduerſus beatum Auguſtinum impugnatorem illius ſcripſit libros aliquot. Aduerſus hunc errorem tali temperamento oportet aggredi, vt ſic gratiæ neceſsitatem defendamus, quòd non derogemus libero arbitrio: ſic rurſum libertatem voluntatis aſſeramus, vt eam egere gratia conuincamus. Vt autem hoc melius faciamus, admonere prius
Rom.6. oportet, triplicem eſſe libertatem. Quædam eſt libertas à culpa, de qua Apoſtolus ait: Cum enim ſer-
2.Cor.3. ui eſſetis peccati, liberi facti eſtis iuſtitiæ. Et alibi: Vbi ſpiritus domini, ibi libertas. Hæc libertas non eſt illa, qua dicimus liberum eſſe omne hominis arbitrium. Eſt alia libertas, quæ opponitur contra ſeruitu-
Roma.8. tem miſerię, de qua etiam Apoſtolus ait: Et ipſa creatura liberabitur à ſeruitute corruptionis in libertatem gloriæ filiorum Dei. Neq; hæc libertas noſtro propoſito deſeruit, quoniam non ab illa dicitur arbitrium hominis liberũ. Tertio libertas eſt, quę opponitur contra neceſsitatem, aut verius coactionem, quoniam aliqua neceſsariò ſunt, vt gratia exempli productio ſpiritus ſãcti, dilectio mutua perſonarum diuinarum, quæ liberè fiunt, quãuis neceſsariò, nõ tamen ex coactione aut violentia, quia non nituntur in oppoſitũ. Ab hac libertate vocamus hominis arbitrium liberum. Hãc libertatẽ habet homo à ſua cõditione, eſtq; illi adeò inſita, vt ab eo diuelli non poſſit. Hãc autem arbitrij libertatem nõ eſt nunc opus vt probemus, quoniam aduerſus Pelagium agimus, qui plus iuſto arbitrio humano fauit. Si qui autem ſunt, qui hãc libertatem expugnant, non ſunt modò citandi, quoniam alibi contra illos diſputabimus. Cæterum vt arbitrii libertatem & gratiæ neceſsitatem ſimul oſtendamus, eſt vlterius aduertẽdum, voluntatis noſtræ operationes eſſe triplices. Quædam enim earum eſt bõna, vt velle dare eleemoſynam egenti propter Deum. Alia mala, vt velle furari. Alia media, quæ nec bona, nec mala cenſenda eſt, vt velle fricare barbam, aut deambulare, nullo conſiderato fine, ad quem hæ operationes dirigũtur: nam

ſi aliquis

si aliquis illis operationibus præfigeretur finis, ab illo posset quælibet illarum bonitatem aut malitiam accipere. His ergo iactis fundamentis, quinque addo catholicas assertiones. Prima: Liberum arbitrium ex se & ex sua conditione potest eligere quamlibet volitionem malam. Secunda catholica assertio: Liberum arbitrium ex sola suæ naturæ conditione (non excludo hic aut in prima assertione illam Dei generalem concausationem) potest eligere quodlibet opus medium, quod videlicet nec est bonum, nec malum. Tertia catholica assertio: Liberum hominis arbitrium ex sola sua potestate, addita etiã illa communi & generali Dei concausatione, non potest sine aliquo Dei speciali auxilio bonum aliquod operari, quoniam semper circa illud præcedit quędam monitio, aut attractio, aut inspiratio, aut aliquod donum naturę supradictum, quod ipse Deus merè gratis, quibus illi placet, donat. Quarta catholica assertio: Postquam Deus voluntatem nostram excitauit ad bonum, est in ipsa hominis voluntate hæc potestas, vt Deo monenti & inspiranti consentiat, aut dissentiat. Quinta catholica assertio: Postquam voluntas nostra cum Dei adiutorio cœpit agere aliquod bonum, non potest sine eiusdem Dei speciali adiutorio bonum inceptum prosequi, & in eo perseuerare. Ex istis ergo quinque assertionibus apertissimè patet quanta sit nostri liberi arbitrij potestas, quanta sit etiam in libero arbitrio gratiæ diuinæ necessitas. Verùm supereſt vt ne solum docere videamur, ea quæ diximus, testimoniis scripturę sacrę conprobemus. De prima & secunda & quarta assertionibus inter nos & Pelagium conuenit: quapropter non est quod nunc pro earum assertione laboremus. Restant igitur mihi solæ duæ probandæ, videlicet tertia & quinta. Impotentiam nostram satis apertè ostendit Dominus per Esaiam prophetam, dicens: Nunquid gloriabitur securis contra eum qui secat in ea? aut exaltabitur serra contra eum à quo trahitur? Quomodo si eleuetur virga contra eleuantem se, & exaltetur baculus, qui vtique lignum est. Ecce vides qualiter Deus seipsum comparat artifici, nos autem securi aut serræ, aut alij instrumẽto quo mediante artifex operatur. Aut securis aut serra nunquam lignum scindet nisi ab alio ad hoc moueatur: sic etiam nostrum liberum arbitrium nunquam bonum aliquid operari poterit, nisi à Deo moueatur ad aliud agẽdum. Quomodo ergo si exaltetur serra contra eum qui secat in ea, sic omnis qui de bono opere gloriatur, & non in domino gloriatur: Simillimum est huic quod diuinus Psaltes ait: Lingua (inquit) mea calamus scribæ velociter scribentis. Esaias ostendit infirmitatem nostram ad opus, exemplo serræ pro hac re adducto. Dauid eandem impotentiam circa verba formanda docet, linguam suam calamo comparans. Sicut enim calamus nunquam scribet nisi manus scribæ illum moueat: sic nullus potest aliquid boni dicere, nisi lingua eius à Deo moueatur. Non enim (inquit discipulis suis Christus) vos estis qui loquimini, sed spiritus patris vestri qui loquitur in vobis. Et Paulus ait: Nemo potest dicere dominus Iesus, nisi in spiritu sancto. Præterea Hieremias propheta dicit: Scio domine quia nõ est hominis via eius, nec viri est vt ambulet & dirigat gressus suos. Vide quid dicat. Non negat esse in hominis potestate ambulare, nam hoc potest homo cum sola Dei generali concausatione: sed negat esse in hominis potestate rectè ambulare, vt videlicet dirigat gessus suos ad finem quẽ omnes quærimus, scilicet gloriam æternam. Hoc autem Dauid expressius docet: A domino (inquit) gressus hominis diriguntur. Ideo suam agnoscens infirmitatem, adiutorium petit à domino, dicẽs: Perfice gressus meos in semitis tuis, vt non meueãtur vestigia mea. Et iterum: Gressus meos dirige secundum eloquium tuum, & non dominetur mei omnis iniustitia. Erubescat ergo Pelagius, dicens vnũquenque suo arbitrio regi. Et idem Hieremias dominum orat, dicens: Sana me domine, & sanabor. Saluum me fac, & saluus ero, quoniam laus mea es tu. Si Hieremias poterat seipsum sanare, vt quid à Deo illud petit? Rursum, per prophetam Oseę iterum Deus eandem sententiam docet, dicens: Perditio tua ex te Israel tantummodo ex me adiutorium tuum. Hæc ex veteri testamento testimonia sufficiant. Nunc iam ad nouum, in quo veritas clarius lucet, accedamus: Sine me (inquit Christus) nihil potestis facere. Si nihil possumus, quomodo poterimus sine illo vitam æternam consequi? Et iterum eadem vetitas ait: Nemo potest venire ad me, nisi pater qui misit me, traxerit eum. Præterea in illa oratione quam verus magister nos docuit, dicitur: Adueniat regnum tuum. Quibus verbis petimus à deo gloriam cœlestem, quę est regnum Dei æternum. Et iterum in alia petitione habetur: Et ne nos inducas in tentationem, sed libera nos à malo. Hæc omnia vnus & verus magister nos docuit petere à patre suo. At si hæc omnia nos possemus consequi per solam nostri arbitrij potestatem, non esset opus nos ea petere à Deo. Ex quo facile cõuincitur neminem posse vitam æternam consequi, aut omnia peccata euitare sine Dei speciali auxilio. Verum hic dicet Pelagius tales petitiones non esse inanes, quia etsi nostrum liberum arbitrium omnia illa possit, difficilia tamẽ sunt illi. Ad hoc ergo dicit, petimus, vt eo adiuuãte facilius assequamur, quæ sine illius adiutorio difficile assequi possemus. Sed hoc Pauli testimonio reiicitur, qui in epistola ad Romanos ait: Quos iustificauit, hos & magnificauit. Non dixit, quos iustos inuenit, sed dixit, quos iustificauit: vt his verbis doceret nos quòd omnis nostra iustificatio ab ipso Deo est, & non à nobis. Ideo iterum ait: Neque volentis neq; currentis, sed Dei est miserẽtis. Quibus verbis apertissimè docet nihil nos posse sine Dei speciali auxilio. Nam quid quæso est illud quod ait, neque currentis? Per illa nanque verba docet quòd non solum remissa voluntas & tepida, sed etiam quæ nimio ardeat desiderio, & quæ quantumlibet vehementẽ adhibeat conatum, non potest ex se vitam æternam assequi, sed hoc ex sola Dei misericordia pendet. Hoc est enim dicere, neq; volentis neq; currentis: quoniam qui currit, magis circa motum conatur, & eius membra vehementiore impulsu agitantur à corde, quàm si lento gradu incedat. Et in alia epist. Non ꝙ sufficientes simus cogitare aliquid ex nobis, quasi ex nobis, sed sufficiẽtia nostra ex deo est. Quid hic respõdebit Pelagius? Si nõ sumus sufficiẽtes cogitare, min⁹ & velle, quoniam quę nõ cognoscimus, velle nõ possumus. Et si velle bonũ nõ possumus, nec operari nõ valebimus. Nostra (inquit) sufficiẽtia ex deo est. Et quid Pelagius ait? Nostra (inquit Pelagius) sufficiẽtia ex nobis-

A *Esa.10.*

Psal.44.

B *Psal.36.*

Psal.16.
Psal.118.

Hiere.17.

Oseæ.13.
Ioan.15.

Ioan.6.

Mat.6.
Ibidem.

C *Roma.8.*

Rom.10.

1.Cor.3.

Matt.10.
1. Cor.12.
Hier.10.

ipſis eſt,ſed facilitas ex deo. Apertiſſimè ergo Pelagi⁹ pugnat cũ Pauli doctrina,hoc eſt cũ fide catholica. Et in alia epiſtola eandem ſentẽtiam replicat, dicens: Potens eſt autem deus omnẽ gratiam abũdare facere in vobis, vt in omnibus ſemper omnem ſufficientiam habentes, abundetis in omne opus bonum. Ecce vides quid nobis conferat gratia,nõ certè ſolam facilitatem ad opus bonum,vt Pelagius dicit, ſed confert nobis omnem ſufficientiam. Non ergo ſumus nos ſufficientes ſine Dei gratia. Præterea cum idem Paulus rogaret dominum tertiò vt auferret ab eo ſtimulum carnis,reſponſum eſt illi à domino: Sufficit tibi gratia mea. Non enim dixit dominus Paulo: Tu ipſe ſufficis,ſed dixit,ſufficit tibi gratia mea. Quòd ſi Paulus hoc quod petebat,potuiſſet,quãuis difficile præſtare, meritò reſpondiſſet illi dominus illud quod beatæ Luciæ pro ſuæ matris ſalute beatam Agatham deprecanti,eandem Agathã reſpondiſſe fertur: Vt quid (inquit) à me petis virgo Lucia, quod ipſa poteris matri tuæ præſtare continuò? Verùm quia Paulus non poterat tam improbæ tentationi Satanæ etiam cum magna difficultate reſiſtere, ideo dominus dicit illi: Sufficit tibi gratia mea. Rurſum, in epiſtola ad Epheſios idẽ Apoſtolus ait: Gratia enim eſtis ſaluati per fidem, & hoc non ex vobis. Dei enim donum eſt, non ex operibus, ne quis glorietur. Pelagius in totum videretur tollere auxilium diuinum, dicit fidem eſſe donum Dei, & ſine illa nos non poſſe ſaluari,atque ideo dicit nos hoc debere Deo,quòd ſcientiam nobis dedit,qua illum verè cognoſceremus,& ſciremus ea quæ agenda eſſent: qua ſcientia habita,dicit nõ eſſe nobis opus vlteriore dono gratiæ aut charitatis, quoniam nec charitatem vult fateri donũ Dei, neque eam dicit eſſe neceſſariam, ſed ſufficere ſolam fidem cum noſtri arbitrij poteſtate: & hoc modo interpretatur illud teſtimonium Pauli quod proximè citauimus: Gratia eſtis ſaluati per fidem. Sed attẽdat Pelagius quòd Paulus non ait nos eſſe ſaluatos ſola fide, ſed gratia, & hoc per fidem. Nam fidem ſolam aut ſcientiam non ſufficere,idem Paulus teſtatur,dicens: Si habuero omnem ſcientiam,& tãtam fidem vt montes transferam,charitatem autem non habeam,nihil mihi prodeſt. Deinde in epiſt. ad Philippenſes ait: Deus eſt enim qui operatur in nobis velle & perficere pro bona voluntate. Si Deus eſt qui operatur,non ergo ſciẽtia ſufficit. Cum autem dixit,velle & perficere,docuit vt credamus gratiam Dei eſſe neceſſariam non ſolum ad bonum aliquod incipiendum,ſed etiam vt poſſimus in bono incepto perſeuerare. Nam hoc eſt perficere,quoniam qui cœpit ædificare,& non potuit conſummare, hic non eſt perfectus vir: ſed qui perſeuerauerit vſque in finem, ſaluus erit. Hæc autem ſalus non habetur niſi per gratiam Dei. Paulus nanque in epiſtola ad Titum ait: Apparuit benignitas & humanitas Saluatoris noſtri Dei,qui non ex operibus iuſtitiæ quæ fecimus nos, ſed ſecundum miſericordiam ſuam ſaluos nos fecit,per lauacrum regenerationis & renouationis ſpiritus ſancti, quem effudit in nos abundè per Ieſum Chriſtum ſaluatorem noſtrum,vt iuſtificati gratia ipſius,hæredes ſimus ſecundum ſpem vitæ æternæ. Potuiſſem his ſacrorum virorum plurima producere teſtimonia,ſed cùm ſcripturæ ſacræ tam apertè pro nobis teſtentur,ſuperfluum erit hominum teſtimonia citare. Colligimus ergo cuiuſlibet boni initium,& eiuſdem perſeuerantiam,à diuina gratia pendere,& non ex ſolo hominis arbitrio. Cuius rei ſignum eſt illud quod dominus præcipit, dicens: Offeretis in loco illo quem dominus elegerit, holocauſta,decimas & primitias manuum veſtrarum. Quid ſunt primitiæ manuum noſtrarum iuxta moralem intelligentiam,niſi initium noſtrę bonę operationis? Et quid per decimas congruentius intelligi poteſt quàm perſeuerentia, & totius boni operis complementum? Tota lex decem mandatis continetur, quibus vitam poſſumus aſſequi æternam. Primitias ergo & decimas domino offerre tenemur, quia boni initium & illius complementũ domino ſunt tribuenda, qui illa in nobis & per nos operatur. Sed opus eſt vt Pelagianorum obiectionibus reſpondeamus. Primò ſic nobis obiiciunt: Nullus peccat in eo quod vitare non poteſt. Si ergo non eſt homini liberum præcepta omnia adimplere, & peccata omnia vitare,cum non vitat,non peccat,quia hoc ipſum vitare non poterat. Cui reſpondemus,hanc eſſe noſtri arbitrii poteſtatem,vt Deo monenti conſentiat,& deo cooperanti cooperetur, Deus autem nunquam ſeipſum nobis negat,imò ſemper paratus eſt vt nos excitet & adiuuet. Paulus nanque ait: Fidelis eſt Deus,qui non patietur vos tentari ſupra id quod poteſtis. Inde ergo homo culpatur,non quia ſolus non facit,cùm hoc eſſet illi impoſſibile,ſed quia Deum monentem non audit,ad eius vocem non excitatur, illi vocanti non reſpondet. Nam de hac re queritur dominus de peccatoribus, dicens: Vocaui, & renuiſtis: & extendi manum meam, & non fuit qui me aſpiceret. Deſpexiſtis omne conſilium meum, & increpationes meas neglexiſtis. Ego quoque in interitu veſtro ridebo, & ſub ſannabo cùm vobis id quod timebatis, aduenerit. Ecce iam vides de qua re dominus peccatores accuſet, quia ſcilicet vocauit,& noluerunt illi reſpondere,noluerunt facere iuxta eius conſilium. Nec impotentiam aut infirmitatem propriam cauſari poterunt, quia ipſe extendit manum ſuam vt eos adiuuaret, eius tamen adiutorium neglexerunt. Extendi (inquit) manum meam,& non fuit qui aſpiceret. Si quiſpiam caſu in foueam caderet,ex qua ſurgere & exire non poſſet, & illi alter manum præberet, vt illum iuuaret & ſic exiret, nònne meritò culpandus eſſet ſi adiutorium reiiciens, in foueam manere vellet? Quòd ſi poſtea increpetur quòd in fouea manet,& non exierit,poterítne meritò cauſari quòd exire nõ potuit? Non certè: quia & ſi ſolus non potuiſſet, potuiſſet tamen cum adiutorio alterius, quo vti noluit. Sic etiam licet homo ſe ſolo non poſsit omnia Dei præcepta implere, & omnia peccata vitare, poteſt tamen hæc omnia cum Dei adiutorio facere: quapropter peccator culpatur, quia Deum monentẽ non audit,& adiuuantem negligit,illius auxilio vti noluit. Secundò ſic obiiciunt: Si Deus omne bonũ quod eſt in nobis, operatur: nullum ergo erit noſtrum meritum, nulla noſtra merces. Cui ergo ſimiliter obiiciendo reſpondeo: Si noſtrum arbitrium ſe ſolo omnia bona operari poteſt, non eſt cur de bonis operibus à nobis factis Deo gloriam reddamus,ſed nobis ipſis,qui operati ſumus illa,gloriam vendicare iure poterimus. Abſit tamen vt quiſquam hoc apud ſe cogitet. Diuinus nanque Pſaltes ait: Non

2. Cor. 9.

2. Cor. 12.

Ephe. 2.

1. Cor. 13.

Philip. 2.

Mat. 10.

Tit. 3.

Deut. 12.

Prima obiectio.

1. Cor. 10.

Proue. 1.

Secunda obiectio.

Pſal. 113.

Pſal. 5.

nobis

nobis domine,non nobis,ſed nomini tuo da gloriam.Et iterum: Gloriabuntur in te omnes qui diligũt nomẽ tuum.Et Paulus:Qui gloriatur(inquit) in domino glorietur.Pelagius ergo qui in ſe & nõ in domino gloriatur,non diligit nomen domini,quoniam omnes qui diligunt nomen domini, in illo gloriantur: illi tribuẽtes gloriam omnium bonorum ſuorum,& ſibiipſis imputantes ſua opera mala.Quid ergo Pelagi gloriaris in malitia,qui potens es in iniquitate?Cùm non ſis tam potens ad bonum quãtum ad malum,quę eſt hæc tua malitia,vt glorieris de bono,qui potens es in iniquitate?Vide quid dicat ipſemet Deus: Gloriã meam alteri non dabo.Sed quid dabis nobis domine?Pacem,inquit,meam do vobis,pacem meam relinquo vobis.Nobis pacem,illi gloriam.Hanc rerum diſtributionem nato domino angeli cecinerunt: Gloria(inquiunt)in excelſis Deo,& in terra pax hominibus.Deo gloriam,hominibus pacem reddũt angeli.Dic ergo Pelagi,vis tu gloriam à Deo præripere,quam illi reddũt omnes angelorum chori,& quam ipſe ſibiipſi ſeruauit? Quòd ſi gloriam Deo cogeris reddere,quomodo illi das gloriam ſi tu omnia dicis te operari? Sed ne videamur obiectionem obiectione eludere, obiectioni illius clarius reſpondeamus,ſic Deo gloriam reddẽtes, vt noſtra merita nõ euacuemus: ſic rurſum noſtrũ meritum aſſerentes,vt glorię diuinę nihil detrahamus.Noſtrum enim liberum arbitrium(vt ſuprà iam docuimus)citra Dei monitionem,præuentionem,&cooperationem,non poteſt aggredi aliquod opus verè bonum.Cùm tamen à Deo monitum & præuentum fuerit, poteſt Deo monenti obedire, Deo operanti cooperari.Ecce duo,Dei videlicet monitionem,& noſtram obedientiam: Dei operationem & noſtram cooperationem:quæ duo Paulus ſimul innuit,dicẽs:Spiritus eſt qui adiuuat infirmitatem noſtram.Et alibi clarius hoc ipſum expreſſit,dicẽs: Dei enim coadiutores ſumus.Ex quibus verbis apertè
D ſatis colligimus in eodem opere ſimul & deum & nos operari. Et iterum cum multa bona per ipſummet facta,& ſe plus omnibus laboraſſe dixiſſet, ne fortè gloriam bonorũ operũ ſibiipſi arrogaſſe quiſpiam putaret,ſubiunxit:Non autem ego,ſed gratia Dei mecum.Nõ dixit,per me: ne fortè inde aliquis coniiceret illum fuiſſe velut inſtrumentum in operando: ſed dixit,gratia Dei mecum, vt per hoc oſtẽderet ſe fuiſſe Dei cooperatorem.Deus ergo prȩuenit monendo,excitando: nos autem ſequimur eum, dum illi monenti obedimus per conſenſum: & cum iuxta illius monitionem opramur,ille adiuuat infirmitatem noſtram.Quibus duabus rebus reſpondent duę aliæ,videlicet gloria & meritum,ita vt Deo reddamus nos gloriam, Deus autem nobis reddat iuxta meritum noſtrum. Quia enim ille præuenit nos in opere,ad illud nos excitãs, & ipſo opere adiuuat nos, ſine cuius adiutorio nihil agere poſſemus: ideo debemus illi gloriam tanquam primæ illius operis origini.Ex hoc autem quòd nos monitioni illius conſentimus,qui tamen diſſentire poteramus,debetur nobis merces & præmium, & inde meritum noſtrum.Debetur inquam,non ex operis natura,quia(vt ait Paulus)non ſunt cõdignæ paſſiones huius ſeculi ad futuram gloriam quæ reuelabitur in nobis: ſed debetur ex iure promiſsionis. Hanc enim legem nos natura docuit,vt quod quiſque promiſit, debere ſe credat. Opus ergo quod meritum dici poteſt, ſine duobus effici nequit, ſine Dei videlicet præuentione & aſsiſtentia,& ſine noſtro conſenſu & cooperatione. In primo eſt Dei gloria,in ſecundo eſt meritum noſtrum. Quæ omnia vno verbo Propheta nos docuit,dicẽs:Omnia opera noſtra operatus es in nobis Domine.Cùm enim dixit,Opera noſtra,aperuit noſtram circa illa operationem: quoniam ſi circa illa nihil operaremur,non dicerentur o-
A pera noſtra. Cùm autem dixit Deo,operatus es,oſtendit idem opus noſtrum,eſſe opus Dei,quia in illo eodem opere Deus adiuuat infirmitatem noſtram,operans nobiſcum.Dicens autem nobis,innuit meritum noſtrum: quia licet ille nobiſcum operetur,ad noſtrum tamen commodum eſt illius cooperatio, non ad ſuum, quia bonorum noſtrorum ille non indiget. Tertio nobis obiiciunt,dicentes: Si poteſt liberum noſtrum arbitrium de bono in malum corruere,quare non etiam porerit de malo ad bonum reſurgere? Quibus nos reſpõdemus, quòd non tam facilè quis poteſt exire de fouea, quàm facilè in eam poteſt labi.Ita etiam quamuis ſola voluntate in foueam peccati quis cadat, non tamen inde ſola voluntate ſine Dei gratia eum adiuuante exire poteſt.Sed dices: Quid ergo? Nunquid per peccatum perdimus liberum arbitriũ? Abſit. Verùm perdimus per peccatũ gratiã diuinã,cuius auxilio liberum noſtrũ arbitrium bonũ poterat operari, qua iã ſublata amplius non poteſt bonum operari,quod ad vitam perducat æternam.Sed iam opus eſt vt Eccleſię definitionem producamus.Cõcilium Mileuitanum,capite quarto ſuorum decretorum de hac re per hæc verba definit:Quiſquis dixerit eãdem gratiam Dei per Ieſum Chriſtum Dominum noſtrum propter hoc tantum nos adiuuare ad non peccandum,quia per ipſam nobis reuelatur & aperitur intelligentia mandatorum,vt ſciamus quid appetere, quid vitare debeamus, nõ autem per illam nobis præſtari,vt quod faciẽdum cognouerimus,etiam facere diligamus, atque valeamus,anathema ſit.Et capite quinto rurſum ait:Item placuit,vt quicũque dixerit ideo nobis gratiam iuſtificationis dari, vt quod facere per liberum arbitrium iubemur, facilius poſsimus implere per gratiam,tãquam ſi gratia non daretur,non quidem facilè,ſed tamen poſsimus etiã ſine illa implere
B diuina mandata,anathema ſit,De fructibus enim mãdatorum Dominus loquebatur, vbi non ait: Sine me difficilius poteſtis facere: ſed ait: Sine me nihil poteſtis facere.Hęc Cõcilium Mileuitanum.Idem docet Concilium Tridentinum ſub Paulo tertio celebratum,quod ſeſsione ſexta tres pro hac re ædidit Canones,videlicet primum & ſecundum & tertium,quorum verba ſunt quæ ſequũtur:Si quis dixerit, hominem in ſuis operibus,quæ vel per humanæ naturę vires,vel per legis doctrinam fiũt,abſque diuina per Ieſum Chriſtum gratia,poſſe iuſtificari coram Deo,anathema ſit.Si quis dixerit, ad hoc ſolũ diuinam gratiam per Ieſum Chriſtum dari,vt facilius homo iuſtè viuere,ac vitam æternã promereri poſſit,quaſi per liberum arbitrium ſine gratia vtrumque,ſed ęgrè tamen & difficulter poſſit,anathema ſit. Si quis dixerit, ſine præueniẽte Spiritus ſancti inſpiratione,atque eius adiutorio,hominẽ credere, ſperare,diligere,aut pœnitere poſſe,ſicut oportet,vt ei iuſtificationis gratia conferatur,anathema ſit. Hæc

Pſal.5. *1.Cor.7.* *Eſa.42.* *Ioan.14.* *Luc.2.* *Rom.8.* *1.Cor.3.* *1.Cor.15.* *Rom.8.* *Eſa.26.* *Pſal.15.* *Tertia Obiectio.* *Cõcilium Mileuitanum.* *Cõcilium Tridentinum.*

Concilium Tridentinum. Aduerſus Pelagianos ſcripſit beatus Hieronymus tres dialogorum libros. Beatus Auguſtinus plures contra eoſdem ædidit tractatus, videlicet. De peccatorum meritis & remiſſione ad Marcellinum libros tres. De natura & gratia contra Pelagianos librum vnum. De gratia Chriſti cõtra Pelagium & Cæleſtinum libros duos. Contra duas epiſtolas Pelagianorum ad Bonifaciũ quatuor. Contra Iulianum Pelagianum libros ſex. De gratia & libero arbitrio ad Valentinum librum vnũ. Contra Pelagianos hyponoſticôn libros ſex, in quorum tertio de hac re diſſerit, quanquam hoc opus non eſſe Auguſtini Eraſmus opinatur. Extat etiam Proſperi Aquitanici elegãs opuſculum de libero arbitrio aduerſus colluctatorem, in quo de hac re diſputat. Beatus Bernardus ſcripſit aliud opuſculum de gratia & libero arbitrio. Ioannes Trithemius in ſuo catalogo Eccleſiaſticorum ſcriptorum refert Gennadium ſcripſiſſe etiam aduerſus Pelagium, ſed hoc opus fateor non vidiſſe. C

Iouinian⁹ SEcunda hæreſis docet gratiam in baptiſmo ſemel receptam, poſtmodum amitti nõ poſſe. Huius hæreſis autor fuit Iouinianus quidam Monachus Roman⁹, qui monachatu reiecto velut canis ad vomitum reuerſus eſt. Hic inter alios errores hunc etiam docuit, dicens eos qui plena fide baptiſmum renati ſunt, non poſſe poſteà peccare. Hunc errorem (vt B. Auguſtinus lib. de hæreſibus cap. 88. refert)

Pelagius. docuit etiam Pelagius, dicens vitam iuſtorum in hoc ſeculo nullum habere peccatum, tãquam ſi is qui ſemel iuſtus eſt, iam amplius peccare non poſſit. Hunc errorem iam diu ſepultum poſt mille annos, & eo amplius, ſuſcitauit Lutherus cuius verba, vt Eccius ea citat in catalogo errorum illius, ſũt hæc: Prorſus non dubitemus nos eſſe ſaluos poſtquam baptizati ſumus, quia promiſsio ibi facta, non eſt mutabilis vllis peccatis, vnde baptizatus etiam volens non poteſt perdere ſalutem, quia nulla peccata poſſunt eum dãnare niſi incredulitas, cætera omnia per fidẽ abſorbentur in momẽto. Hæc Lutherus. Hãc tamẽ erroneam doctrinam cœleſtia ſimul & terreſtia expugnant. Nam dæmones in gratia fuiſſe à Deo creatos iam ſuperius in titulo de diabolo oſtendimus. Hi autem non fuerunt ſtabiles in gratia, neque in veritate, imò illis inuenta eſt iniquitas. Videbam (inquit) Satanam ſicut fulgur de cœlo cadentem. Quid ergo nobis futurum putas? Et in angelis ſuis Deus reperit prauitatem, quãto magis hi qui habitant domos luteas, qui terrenum habent fundamentum, conſumentur velut à tinea? Si in cœlo ruinæ, quanto magis in terra? Si Lucifer ille qui mane oriebatur, & qui in delitiis paradiſi fuiſſe, & omni lapide precioſo ornatus deſcribitur, cecidit, quis de ſua conſtantia præſumet? Nunquid fortiores erunt homines quã angeli? Abſit vt hoc aliquis de ſe præſumat. Sed iam ad homines deſcendamus. Deus creauit hominem rectum, & tamen poſteà cõtempto Dei pręcepto, vt placeret vxori, comedit de fructu ligni vetiti. Loth in Sodoma iuſtus inuenitur, quapropter cùm tota ciuitas periret incendio, ipſe ſaluatur, & poſt modicum tempus ebrietatem ex culpa ſua patitur, & cum filiabus ſuis coit. Dauid de pòſt fœtãtibus eligitur in regem, & à Samuele ex pręcepto Dei vngitur, poſteà tamen & adulterium & homicidium committit. Salomon huius filius à Domino prius dilectus, & ab eo ſapientia vltra omnes homines eſt donatus: quis tamen dubitat eum poſtmodum fuiſſe mulieroſum & idololatram? Plurima poſſem ex veteri inſtrumento proferre exempla, ſed breuitati conſulens omitto. Ad nouum accedamus. Pridie quàm Dominus Ieſus Chriſtus pateretur, cœnante illo cum Apoſtolis ſuis, dixit Petro, cùm illum lauare vellet: Qui lotus eſt, non indiget niſi vt pedes lauet. Vos mundi eſtis, ſed nõ omnes. His verbis deſignauit Apoſtolos eſſe in gratia. Quod autem ait, Sed non omnes, conſtat fuiſſe dictum propter Iudam qui tunc volebat Chriſtum vendere. At qui mundi erant, poſteà relicto magiſtro omnes fugerunt, & ſcandalum paſsi ſunt, & Petrus ter magiſtrũ negat. Quid his Iouinianus, quid Pelagius etiam reſpondere poterũt? Quòd ſi alterum adhuc deſideras exẽplum, audi. Nicolaus Antiochenus diaconus ab Apoſtolis eligitur tanquam vir boni teſtimonij, & plenus Spiritu ſancto, vt cum Stephano & aliis quinque viduis miniſtraret, male tamen à multis poſtmodum audiit, propter illud quod Dominus in Apocalypſi ait ſe odiſſe facta Nicolaitarum.

Luc.10. *Iob.4.* *Eſa.14.* *Eze.28.* *Gene.4.* *Gene.19.* *1.Reg.16.* *2.Reg.11.* *Ioan.13.* *Act.6.* *Apoc.2.* D

Propter hos & alios ſimiles, qui diabolo inſtigante & nimium impellente, à culmine virtutũ ad maxima vitia corruerunt. Deus ad Iob de magna dæmonis potentia & aſtutia, ſub nomine Behemoth loquens, ait: Sternet ſibi aurum quaſi lutum. Quæ verba (vt conſtat) non poſſunt iuxta literæ ſuperficiem intelligi, ſicut neque omnia alia quæ ibi Dominus de illo Behemoth aut Leuiathan differit: Nam alioqui ſi iuxta literam intelligi contendas, non magnopere Leuiathan potentiam commendaret Deus per hoc, quòd ſternet ſibi aurum quaſi lutum, quum quiuis infirmus & debilis homo poſsit ſuper aurum ac ſuper lutum calcare. Quum igitur myſticus huius literæ ſenſus ſit requirẽdus, audiamus illum à beato Gregorio, qui mirificè (vt ſolet) literam interpretatur, ſic inquiens: Hoc loco aurum claritas ſanctitatis accipitur: Lutum verò vel terrenarum rerum auaritiam, vel prauarum cõtagia doctrinarum, vel ſordes carnalium voluptatum nil obſtat intelligi. Quia enim multos Leuiathan iſte, qui intra ſanctam Eccleſiam fulgore iuſtitiæ reſplendere videbantur, tunc vel terrenarum rerum concupiſcẽtia, vel errantis doctrinæ contagio, vel carnalibus ſibi voluptatibus ſubiicit, aurum ſibi proculdubio quaſi lutum ſternit. Aurum verò quaſi lutum ſternere, eſt in quibuſdam vitę munditiam per illicita deſideria conculcare, vt hi etiam ſordidis eius veſtigiis ſeruiant, qui contra illum prius virtutum ſplendore rutilabant. Et poſt pauca, ſubdit: Toties igitur nunc aurum ſibi quaſi lutum ſubiicit, quoties caſtitatem fidelium per carnis vitia ſternit. Toties aurum quaſi lutum calcat, quoties ſenſum continentium per immunda deſideria diſsipat. Hactenus Gregorius. A

Grego.

Matt.6. Præterea in illa oratione quam Dominus nos docuit, dicimus: Dimitte nobis debita noſtra, ſicut & nos dimittimus debitoribus noſtris. Et iterum: Et ne nos inducas in tẽtationem. Quòd ſi (vt Iouinianus ait) homo qui plena fide baptizatus eſt, non poteſt à dæmone ſubuerti, hæc oratio non congruit homini baptizato, atque ideo nec toti Eccleſiæ. Eccleſia tamen illã quotidie cãtat. Rurſum, vas illud electionis

nis caſtigat corpus ſuum,& in ſeruitutem redigit,ne fortè aliis prædicans, ipſe reprobus inueniatur. Et ad Corinthios ſcribens ait: Timeo ne ſicut ſerpens decepit Euam aſtutia ſua,ita corrũpantur ſenſus veſtri à ſimplicitate quæ eſt in Chriſto. Quòd ſi tanta eſt poſt baptiſmum ſecuritas, quare Paulus trepidat timore vbi nullus eſt timor? Quare etiam monet alibi dicens: Et qui ſibi videtur ſtare, videat ne cadat. Et Galatas reprehendit quòd à recta via diſceſſerint. Sic enim ait: Currebatis bene, quis vos impediuit veritati non obedire? Demum Dominus in Apocalypſi per Ioannem Apoſtolum angelo Epheſi Eccleſiæ ait: Scio opera tua,& laborem,& patientiam tuam,& quia ſuſtinuiſti propter nomen meum,& non defeciſti: ſed habeo aduerſus te quòd charitatem tuam primam reliquiſti. Vnde ergo tantam ſecuritatem promittunt Iouinianus & Pelagius iis qui ſemel in baptiſmo iuſtificati ſunt? Videntur ergo mihi iſti hæretici eſſe illi de quibus per Hiere. prophetam Dominus quæritur, dicens: Curabãt contritionem filiæ populi mei cum ignominia, dicentes: Pax, pax,& non erat pax. Sed iam videamus cui fundamento innitantur,& oſtendamus tam debile eſſe,vt vno digito euertere illud poſſimus. Adducunt enim pro ſe illud Ioan. in prima Canonica: Omnis qui natus eſt ex Deo, peccatum non facit. Sed hoc ſtatim corruit, quoniam non ita eſſe intelligendum,vt illi putant, verba quæ ſequuntur apertè conuincunt. Nam ſtatim ſubiunxit, cauſam eius quod dixerat, reddens: Quoniam (inquit) ſemen ipſius in eo manet. Semen dixit gratiam aut charitatem, per quam filii Dei efficimur. Cauſa ergo quare qui ex Deo natus eſt, non
C peccat, eſt, quia ſemen Dei, id eſt gratia, in eo manet. Non eſt enim poſſibile vt quis in gratia exiſtat,& peccet. Illa enim duo ad idem tempus referenda ſunt vt ſimul cohærere non poſſint, videlicet in gratia eſſe & peccare. Nam ſi ad diuerſa tempora referas,vt qui ſemel in gratia manſerit, in poſterum peccare non poſsit, tunc faceres Ioannem ſecum pugnãtem. Nam in eadem epiſtola prius dixerat: Si dixerimus quia peccatum non habemus, noſipſos ſeducimus,& veritas in nobis non eſt. Et iterum: Filioli mei, hæc ſcribo vobis,vt non peccetis. Si omnis qui natus eſt ex Deo, non poteſt in poſterum peccare, fruſtra monet ne peccent. Aliter hunc locum exponit beatus Bernardus, qui in libro de natura & gratia, dicit illud eſſe intelligendum de prædeſtinatis, quorum peccata, ſi quæ ſunt, non imputãtur ad pœnam, quoniam digna pœnitentia hic purgantur, atque ideo non peccant, peccant, peccato inquam ad mortem.

Hiero.6.

1.Ioan.3.

1.Ioan.1.

Præterea, in ſui erroris confirmationem adducunt illud quod Saluator apud Matthæum ait: Non poteſt arbor bona fructus malos facere. Sed hoc æquè parum mouet ſicut præteritum, quoniam ex mala etiam intelligẽtia oritur, vt ſibi fauere putet Iouinianus. Qualiter autem ſit intelligẽdus locus ille, Hieronymus explicat lib. 2. aduerſus Iouinianum, ſic inquiens: Tamdiu ergo nec arbor bona malos fructus facit, nec mala bonos, quamdiu vel in bonitate ſua vel in malitia perſeuerat. Hæc ille.

Quòd ſi pro ſe citent illud Pauli: Charitas nũquam excidit: nihil nos mouet, quoniam ibi Paulus non negat charitatem ſemel habitã amitti poſſe in hoc ſeculo, ſed docet charitatem quam in hoc ſeculo habuerimus, in futuro ſeculo non excidere: quemadmodum de fide docet, quam in alia vita, ſuccedente clara viſione, amittimus. Itaque ibi confert charitatẽ fidei & prophetiæ,& reliquis virtutibus, quas cum dicat in alia vita non eſſe, ſolam tamen charitatem dicit ibidem manere. De hac re extat Concilii Mileuitani definitio, quod in. 6. ſuorum decretorum capite, ita ait: Item placuit, quod ait ſanctus Ioannes A-
D poſtolus: Si dixerimus quia peccatũ non habemus noſipſos ſeducimus,& veritas in nobis non eſt, quiſquis ſic accipiendum putauerit, vt dicat propter humilitatem non oportere dici nos non habere peccatum, non quia veritas eſt, anathema ſit. Et capite octauo iterum: Item placuit vt quicunque verba ipſa Dominicę orationis, vbi dicimus: Dimitte nobis debita noſtra, ita volunt à ſanctis dici, vt humiliter non veraciter hoc dicatur, anathema ſit. Quis enim ferat orãtem, non hominibus ſed ipſi Domino mentientem, qui labiis ſibi dicit dimitti velle,& corde dicit quæ ſibi dimittantur debita non habere? Hæc Concilium Mileuitanum. Sed multo apertius hanc damnauit hæreſim, Concilium Tridentinum ſub Paulo tertio celebratum. Nam ſeſsione ſexta vnum de hac re ædidit Canonem videlicet vigeſimumtertium, cuius verba ſunt hæc: Si quis hominẽ ſemel iuſtificatum dixerit amplius peccare non poſſe, nec gratiam amittere, atque ideo eum qui labitur,& peccat, nunquam verè fuiſſe iuſtificatum, aut contra, poſſe in tota vita peccata omnia etiam venialia vitare, niſi ex ſpeciali Dei priuilegio, quemadmodum de beata virgine tenet Eccleſia, anathema ſit. Aduerſus Iouinianum ſcripſit beatus Hieronymus duos libros, & in ſecundo contra hanc hæreſim diſputat. Alium non vidi qui ex profeſſo contra illam ſcripſerit.

1.Cor.13.

Cõcilium Mileuitanum.

Cõcilium Tridentinum.

TErtia hæreſis docet omnem hominem iuſtum ſcire ſe eſſe in gratia, & eſſe certum de ſua iuſtitia. Primus huius peſtiferæ hæreſis inuentor eſt Martinus Lutherus, qui à dæmone impulſus eſſe videtur, vt per illum omnes, aut ſaltem multos Chriſtianos ignauos efficeret,& ab omniũ bonorum operum exercitio auocaret. Quum hoc opus aduerſus omnes hæreſes primum in publicum abire iuſſi, anno videlicet trigeſimoquarto ſupra milleſimum quingẽteſimum, non videram opus Lutheri in quo illi hanc
A doctrinam ſcripſerat, nec ſciui aliquem, qui tunc contra illam ſcripſiſſet, quamuis multos legeram, qui contra alios Lutheri errores pleraque librorum volumina ædiderant, ſed ſolum videram cenſuram facultatis Theologiæ Pariſienſis, quæ hanc cum aliis Lutheri aſſertionibus damnauerat. Et inde euenit vt paucula tunc in hoc opere contra hanc hæreticam Lutheri doctrinam ſcripſerim, quia tunc non plenè intellexeram, cui fundamento innixus erat Lutherus, & à quibus principiis hanc ſuam aſſertionem deduxerat, neque in quem finem illam docebat, neque mala quæ ex illa oriri poterant, plenè circunſpexeram. Poſt primam verò & alteram huius operis æditionem, anno videlicet milleſimo quingenteſimo quadrageſimo quinto. Paulus huius nominis tertius ſummus totius Eccleſiæ pontifex, procurante Carolo Cęſare huius nominis quinto ad extirpandas omnes recentes hæreſes generale Concilium congregauit Tridenti, ad quod ego ex mandato Philippi Hiſpaniarum Principis acceſsi. Me igitur illic exiſtente licuit mihi Lutheri & aliorum omnium ſectatorum eius libros legere, & quicquid in illis late-

Lutherus

bat explorare, quoniam illustris vir Didacus de Mendoza, qui tunc in Concilio erat Cæsaris Orator, copiosam illic parauit Bibliothecam refertam omnibus Lutheranorum libris, vt quotquot vellent possent illos explorare ad illorū dogmata oppugnanda. Tunc igitur mentem Lutheri penetraui, & plenè agnoui ex quo fundamẽto hanc pessimam doctrinam ille deduxerit, & quid ex illa prætenderit. Manifestum est iam, & ferè toti orbi notum, doctrinam Lutheri esse, hominem ex sola fide iustificari, iustitiamque hominis nullo pacto ex operibus, sed ex sola fide pendere. Nam de hac re fuit iam à nobis superius in titulo de fide, notatus & conuictus. Ex hoc falsissimo principio Lutherus & illius sectatores colligere nituntur, omnem hominem iustum scire se esse in gratia esseque certum suæ iustificationis, quia fides per quam iustificatur homo, cuilibet potest esse certa, immò semper est certissima, iuxta id quod Augustinus libro 3. de trinitate cap. 2. ait: Nihil est homini certius sua fide. Quamuis ergo aliquis peccata multa committat, multaque flagitia & scelera, dicit Lutherus nullum illorum imputari credẽti, id est iuxta illius interpretationem, fiduciam habenti in Christum, quod per misericordiam Dei, & Christi merita, remissa sunt sibi peccata. Et quia fides hæc est nota cuilibet illam habẽti, inde deducit quod qualiacunque sint opera hominis, si tamen firma fixaque sit fides, semper erit certus suæ salutis. Martinus Butzerus patria (vt opinor) Argentinensis, & monachus apostata ex ordine Prædicatorum, Lutheriique sectator in libro de Concordantia certitudinis gratiæ, conqueritur de nobis quod falsò illis tribuamus hanc doctrinam, tanquam illi doceant, quamlibet impurè & sceleratè homines viuant, debere tamen firmiter credere se per Christum esse Deo gratos. Ne igitur aliquis putet nos falsò hoc crimen illis tribuere, immò potius credat immeritò Butzerum de nobis ob hanc causam conqueri, verba illorum propria citabo, expressis etiam locis in quibus illa scripserunt. In sermone contra Carolstadium, hæc dicit Lutherus: Nullum est peccatū nisi incredulitas, nulla iustitia nisi fides. In libro de captiuitate Babylonica ait: Nulla peccata possunt hominem damnare, etiam si velit, nisi sola incredulitas. Neque habẽti fidem dubitandum est de sua salute, quia promissio ibi facta nullis peccatis est mutabilis, nisi sola incredulitate. Et in libro de votis monasticis iterum ait: Nulla opera credenti in Christum tam mala sunt, quæ possint eum damnare, & accusare. Butzerus in commentariis super epistolam ad Romanos cap. 2. ait: Cùm nostra opera omnia incerta sint, immò ex se nihil sint, nulla eorum habenda est ratio. Ex quibus verbis constat hos hæreticos ideo asserere iustificationem hominis nullo modo pendere ex operibus nostris, vt suam iustificationem sibi certam facere possint. Nam intellexerunt illi optimè, quod si faterentur hominis iustificationem aliquo modo ex suis operibus pendere, nunquam hanc gratiæ certitudinem statuere possent. Et idem Butzerus in suo libello de concordantia certitudinis gratiæ, iterum ait: Cùm nemo in hoc seculo omnem semper dubitationem de salute sua, & paterna cura sui quam Deus gerit, excludere possit, & hæc dubitatio vitium & peccatum sit, enitendum certè vnicuique Christiano est, cum fideli promissionū Dei consideratione, tum iugi pro fidei incremento precatione confirmare suam fiduciam. Hæc Butzerus. Ex quibus verbis constat illum docere, quod etiam peccato actu existente fidelis homo est certus de sua gratia per solam fidem, & quod peccatum dubitationis, quo nullus homo carere potest, non nocet homini propter solam fidem. Attende obsecro candide lector, & considera in quantam perplexitatem se inuoluerit Butzerus. Quomodo hæc duo simul cohærere possunt, vt habens quis dubitationem suæ gratiæ tantam vt transeat in peccatum, sit certus de sua gratia? Nam si certus est de sua gratia, necessario inde consequitur, vt non habeat de illa dubitationem quæ sit peccatum. Rursum, si dubitationis peccatum habet, consequens est, vt non sit certus. Vt autem suam insaniam Lutherani augerẽt, & magis suam inscitiam proderent, vltra progredi voluerunt, & dixerunt, non solum omnem hominem iustum esse certum suæ gratiæ, sed omnem talem esse obligatum ad credendum se esse in gratia. Et qui hoc non credit, non est (vt illi docent) iustus, neque fidelis. Nam illam vocant Lutherani fidem Catholicam, qua quisque in particulari certissimè credit remitti sibi peccata per Christum. Philippus Melancton in suis locis cõmunibus, titulo de gratia & iustificatione hoc apertissimè docet, sic inquiens: Mens perterrefacta agnitione peccatorum, statuere debet, remitti sibi peccata gratis propter Christum, per misericordiam, non propter dignitatem contritionis, dilectionis, aut aliorum operum. Quum hoc modo fide se mens erigit, donantur remissio peccatorum, & reconciliatio. Si enim iudicandum esset, tum demum nos habituros esse remissionem peccatorum, quum contritio aut dilectio sufficiens esset, adigeretur animus ad desperationem. Quare vt habeat certam & firmam consolationem, pendet res non ex conditione dignitatis nostræ, sed ex sola misericordia promissa propter Christum. Hæc Philippus Melancton. Et Ioannes Spangebergus in sua margarita Theologica, in titulo de pœnitentia dicit primo duas esse tantum pœnitentiæ partes, videlicet contritionem & fidem, & deinde quærens quid sit fides pœnitentiæ pars, respondet per hæc verba. Est fiducia qua credit vnusquisque sibi remitti peccata propter Christum gratis. Hæc fides statuere debet in specie tibi remitti peccata. Hæc ille. Ex cuius dictis constat quod nullus peccator potest, iuxta illius sententiam, iustificari, nisi credat se esse iustificatum, quia deficit illa fides, quæ, vt ille existimat, est pars pœnitentiæ. Et hanc sententiam omnes Lutherani palam asseruerunt in confessione sua Augustana, in cuius articulo quinto hæc verba habentur: Damnantur illi qui iubent conscientias dubitare, an consequantur remissionem peccatorum, & addunt hanc dubitationem non esse peccatum. Hæc illi. Si peccatum est dubitare, ergo sicut tenetur quisque euitare peccatum, ita etiam tenetur non dubitare. Philippus Melancton in Apologia confessionis Augustanæ, hæc ait: Aduersarii infœliciter consulunt hominibus, dum iubent dubitare, vtrum consequantur remissionem peccatorum. Hæc Philippus Melancton. Idem docet Caluinus, & satis prolixè in libro de institutione Christiana. Post istos omnes lapsus est in hunc errorem vir inter alios Catholicus Claudius Guilliaudus Belliiocensis. Et ne quis putet me falsò hoc illi tribuere, verba eadem hic citabo, quæ

Butzerus

Lutherus

Butzerus

Philippꝰ Melãctõ.

Ioannes Spangebergus.

Philippꝰ Melãctõ.

Caluinus

ille

A ille in commentariis ſuper vltimum caput. 2. ad Timotheum conciliatione ſecunda ſcripſit. Quantum autem attinet (inquit ille) ad certitudinem de noſtra ſalute, paucis abſoluamus. Certus es quod quęcunque promiſit tibi Deus, potens eſt & facere. Rom. 4. Ergo ſi credis in eum, certus & non dubius es (cum fides dubium & formidinem excludat) te ab eo amari: cùm promiſerit credentibus in eum ſaluos fieri, & filios Dei nuncupari. Quare Paulus perſuaſione concepta reſpiciens promiſſiones Dei infallibiles, ait: Repoſita eſt mihi corona iuſtitiæ quam reddet mihi in illa die iuſtus iudex: non ſolùm autem mihi, ſed & omnibus qui diligunt aduentum eius. Et paucis interpoſitis ſubdit. Et vt rem attingamus, certè ex ſe, & propria natura, nemo ſcit an odio vel amore dignus ſit, ſed ex verbo & promiſſionibus Dei, per fidem ſcit. Neque eſt aliquis ſi Chriſtianiſmum calleat, & verè Chriſtianus ſit, qui per fidem non certò teneat ſuam ſalutem eſſe ratam, infallibilem, depoſitam in manu Dei. Omnis enim qui audit vocem filii Dei (vt eſt in Ioāne) & credit in eum, habet vitam æternam. Hactenus Claudius Guilliaudus Bellii- ocenſis. Ex quibus apertiſſimè conſtat illum de certitudine iuſtificationis idem prorſus cum Luthēranis ſentire, & eodem argumento quo illi ſuam hanc certitudinem probare. Et confirmat hanc noſtram cenſuram quod circa iuſtificationem hominis idem prorſus & ſub eiſdem verbis docet quod Lutherani. Nam in illis eiſdem commentariis ſuper Paulum, interpretans illud ex primo capite ad Romanos, Iuſtus ex fide viuit, hæc ait: Propheta de ſuperborum euerſione vaticinans, addit: iuſtorum vitam in fide conſiſtere, non in legis cognitione: id eſt, quum fiducia miſericordiæ ſtatuimus nobis Deum propitium eſſe nos exaudire, velle ſeruare, & expectamus ſalutem, iuſtificamur, & viuificamur, ſcientes cum remiſſione peccatorum & reconciliatione coniunctam eſſe donationem Spiritus ſancti. Hæc ille Claudius

B Guillia udus. Ex quibus verbis apertiſſimè conſtat illum ſentire iuſtificationem hominis in ſola fide cōſiſtere, fidemque illam eſſe fiduciam miſericordiæ diuinæ: quæ omnia ſunt ex proprio Lutheranorum dogmate. Hæc autem non ideo dixi, vt iſti Claudio Guilliaudo, quem aliàs virum Catholicum cenſeo, notam hæretici inurerem, ſed vt lectores illius operis admonerem, ne illum in hac parte legentes deciperentur, vt propterea quod ille inter Catholicos æſtimatus eſt, Catholicam etiam eſſe putarent hanc ſententiam de certitudine gratiæ, quam ille apertiſsimè docet. Idem per omnia admonere oportet de libro illo qui dicitur Enchiridion Chriſtianæ inſtitutionis in Concilio prouinciali Colonienſi æditum. Nam in titulo de iuſtificatione tractans de certitudine iuſtificationis, eandem ſententiam & ſub eiſdem verbis quibus Lutherani, docet, ſic inquiens: Ideo ex fide iuſtificatio, vt ſecundum gratiam firma ſit promiſſio. Sed ſi quis occurrat, Quis ſcit ſi amore vel odio dignus ſit. Item, Quis nouit ſenſum Domini, aut quis conſiliarius eius fuit? hic iam non oportebit in opera noſtra reſpicere. Nam hæc ſtatim nos facient dubitare, ſed planè fidem nobis ſubuenire neceſſe eſt, atque adeò hic oportet ſuccurrere veritatem, vt quod de nobis latet in corde patris, idipſum nobis per ipſius ſpiritum reueletur, & ſpiritus eius teſtificans ſpiritui noſtro, perſuadeat quod filij Dei ſumus, perſuadēt autem vocando, & iuſtificando gratis per fidem. Hæc & multa alia ſimilia habet liber ille. Vnde ego credo librum illum non eſſe à concilio illo Colonienſi æditum eſſe, & res ipſa apertè hoc indicat: Nam in epiſtola quadam libro illi præfixa, Hermannus archiepiſcopus Colonienſis, cuius nomine illa circunfertur, dicit librum illum fuiſſe ab eo in concilio illo promiſſum, & tunc illum reddere. At Hermannus ille parum poſtea ſe manifeſtauit hæreticum, ob quam cauſam fuit à ſede Apoſtolica archiepiſcopatu Colonienſi priuatus. Hæc

C iſtorum omnium aſſertio, prout hactenus declarata eſt, duas in ſe continet manifeſtas hæreſes. Prima eſt quæ aſſerit omnem hominem iuſtum eſſe certum de ſua iuſtificatione, certitudine fidei Catholicæ. Altera hæreſis eſt quæ aſſerit omnem hominem iuſtum eſſe obligatum ad certò & firmiter credendum ſe per Dei meritum eſſe gratiam conſecutū. Has duas hæreſes volo nunc totis viribus oppugnare, quoniam apertè agnoſco illas eſſe multorum immò omnium vitiorum parentes & proximas cauſas. Nam hæc falſa & peſtilentiſsima certitudo, quam Lutherani prædicant, auocat auditores illorum ab exercitio omnium bonorum operum, & laxat habenas concupiſcentiæ, vt illam quocunque libuerit, abire ſinant quia per fidem ſolam iuſtificari ſe putant, & per illam credunt ſe eſſe certos de ſua ſalute. Eſt etiam hæc iſtorum certitudo Deo iniurioſa, & contra illum blaſphemia. Nihil enim magis Deo iniurioſum eſſe poteſt, quàm dicere illum recipere in ſuam amicitiam, fures, ſicarios, parricidas, adulteros, & quoſcunque alios flagitioſos & ſceleſtiſsimos homines, habitare inſuper cum illis, & multa illis ſpiritualia dona concedere, dummodò firma, fixaque ſit fides in illis. Totis ergo viribus contra hæc monſtra pugnare oportet, vt prorſus intereant, aut ex toto orbe recedant. Sed ante omnia opus eſt declarare quid ſit certitudo, & quotuplex, & poſteà oſtendere de qua certitudine eſt iſta contentio, ne laboremus in æquiuoco, & ſic poſteà in vanum contendiſſe videamur. Nam quum in Concilio Tridentino hæc cauſa tractaretur, & per viros doctos & Catholicos, qui multi illic aderant, diligentiſsimè examinaretur, multæque & longæ de illa fierent diſputationes, vidi aliquos, qui propterea quod ignorabant de qua certitudine nos contendebamus, longiſsimè aberrabant à ſtatu huius cauſæ, & à ſcopo huius diſputationis. Neceſſarium eſt ergo primo ſtatuere, quid ſit & quotuplex certitudo, vt illius multiplicitate declarata notum omnibus eſſe poſsit, qua certitudine valeat iuſtus eſſe de ſua iuſtitia certus, & qua il-

D le neceſſario ſemper erit incertus, niſi diuina reuelatio illum certum reddat. Et proderunt etiam hæc, quæ nunc de certitudine dicemus ad expugnationem alterius hæreſis quæ docet, poſſe hominem abſque ſpeciali Dei reuelatione certò credere ſe eſſe prædeſtinatum. De qua hæreſi poſteà diſputabimus in titulo de prædeſtinatione. Certitudinis nomen iuxta propriam illius ſignificationem, denotat firmitatem intellectus in iudicio quod de illa re facit. Huic certitudini contrariatur dubitatio aut fluctuatio intellectus, quoniam qui certus eſt in ſuo iudicio, tanta firmitate in illo quieſcit, vt licet vehementer impellatur, non ſit paratus vel modicum ab illo diſcedere. Quamuis autem certitudo propriè conueniat

Claudius Guilliau. 1. Tim. 4.

Ioan. 6.

Colonienſes.

Hermannus.

intellectui,per quandam tamen ſimilitudinem tribui ſolet voluntati, & virtuti naturali. Nam voluntas ſæpe dubia eſt & indifferens ad amorem aut odium alicuius rei, nec magis ad vnam partem quàm ad aliam inclinatur:cùm autem alteram firmiter elegit partem,tunc dicitur eſſe certa,& quo maiori firmitate id elegit,eo certior illa eſſe dicitur.Hac ſignificatione vſus eſt Virgilius,quum dixit:

Certum eſt in ſiluis inter palæa ferarum
Malle pati.

Et itetum alibi.

Aeneas celſa in puppi iam certus eundi,
Carpebat ſomnos rebus iam rite paratis.

Certum eſſe dixit,pro decreuiſſe, aut deliberaſſe. Iuxta hunc modum ego arbitror intelligendum eſſe id quod Paulus ad Romanos ait:Certus ſum enim quia neque mors,neque vita, neque angeli, neque principatus,neque virtutes, neque iuſtitia, neque futura, neque fortitudo, neque altitudo, neque profundum, neque creatura alia, poterit nos ſeparare à charitate Dei, quæ eſt in Chriſto Ieſu Domino noſtro. Dicens ſe eſſe certum, ſuæ voluntatis firmiſſimam in amore Dei expreſſit deliberationem. Tanto enim feruore & tanta firmitate ſe Deum diligere perhibet, vt nulla creatura videatur illi potens ad diuellendum illum ab amore Dei. Et huic noſtræ interpretationi fauet Ambroſius, qui pro eo quod nos in vulgata æditione habemus,certus ſum, legit, confido. Et Hieronymus in epiſtola ad Algaſiam quæſtione nona,citans hunc Pauli locum,poſuit;confido,pro certus ſum, conſtat autem confidentiam ſiue fiduciam ad voluntatem,& non ad intellectum pertinere. Chryſoſtomus autem multo apertius noſtræ fauet ſententiæ homilia ſextadecima ſuper epiſtolam ad Romanos, vbi prædicta Pauli verba interpretans,hæc ait:Iſta verò non ideo dicit Paulus,quod ſiue angeli,ſiue aliæ cœleſtes poteſtates iſtud conentur,Abſit:ſed quod Hyperbolicos cupiat amorem illum,quem ad Chriſtum habebat, oſtendere. Chriſtum diligebat,non propterea quæ Chriſti ſunt,ſed propter ipſum,ea quæ illius ſunt,& ad ipſum ſolum reſpiciens.Hæc Chryſoſtomus. Ex quibus omnibus conſtat Paulum dixiſſe ſe eſſe certum, non quidem propterea quod aliter contingere non poſſet, ſed quia ſe ita facturum firmiſſimè decreuerat, certitudinem pro voluntatis determinatione capiens. Propter hanc eandem cauſam (vt de potentia appetitiua diximus) certitudinis nomen per ſimilitudinem tribuitur naturæ, quia illa habet determinatum obiectum circa quod operatur. Iuxta hunc modum dicunt philoſophi naturam certò ſemper operari: quod non ſic accipiendum eſt, vt nihil vnquam præter aut contra naturæ intentum eueniat, ſed quia natura ſemper circa determinatum aliquod, & non circa vagum aut indifferens obiectum operatur, quamuis in ipſa ſua operatione ſæpe deficiat non aſſequens id quod intendit, propter impedimenta quæ illi obſtant. Propter hanc cauſam Ariſtoteles dicit virtutem eſſe arte certiorem, quia per artem non determinatur artifex ad vnam certam materiam neque ad vnum operationis modum,ſed poteſt alio & alio modo operari. Virtus autem determinatum habet obiectum quod reſpicit, & determinatum operationis modum,ſecũdum quem operatur, quamuis à ſua operatione (vt de natura diximus) ſæpe deficiat,propter malitiam eius qui contra illius inclinationem operatur. His omnibus, latius fortè quàm oportebat declaratis,hoc imprimis nos ſtatuere oportet,de illa ſola certitudine in præſentiarum loqui, quæ ad intellectum ſpectat,& non de aliqua alia quæ impropriè,& per ſolam metaphoram dicatur certitudo.

Rom. 8. *Ambroſ.* *Hierony.* *Chryſoſt.* *Ariſtote.*

Hanc autem certitudinem non vnam tantum,ſed triplicem illam eſſe cenſent,quotquot de illa bene loquuntur.Eſt enim quædam certitudo euidentiæ.Altera eſt certitudo fidei Catholicæ.Tertia denique eſt certitudo fidei humanæ,quæ alio modo ab aliquibus vocatur certitudo moralis,ſiue probabilis.Certitudo euidentiæ eſt firmitas potentiæ cognitiuæ in iudicio ſuo, cauſata ab euidentia eiuſdem iudicii & aſſenſus. Nam quia homo euidenter cognoſcit aliquid eſſe verum ideo cum firmitate & ſine vlla dubitatione illud ita eſſe iudicat. Quia ergo hæc certitudo ab euidentia cauſatur & pendet, ideo oportet vt tam multiplex ſit ipſa certitudo quàm multiplex eſt ipſa euidentia vnde illa oritur, & tot ſunt etiam in ipſa certitudine gradus,quot ſunt in euidentia quæ ipſam certitudinẽ producit.Eſt enim euidẽtia quædam de rebus neceſſariis quæ aliter euenire non poſſunt.Eſt etiam euidentia de rebus contingentibus. Res neceſſariæ ſunt in duplici genere, quoniam illarum quædam ſunt prima principia omnibus notiſſima quæ ex ſola noritia ſubiecti & prædicati ſtatim ſunt nota. Iſta inter omnia euidentia primum obtinent locum,& ita etiam inter omnia habent primum certitudinis gradum.Sunt alia neceſſaria quorum euidentia non ex ſola ſuorum terminorum notitia pendet, ſed per alia illis euidentiora producitur & cauſatur. Tales ſunt omnes cõcluſiones quæ ex primis illis principiis deducuntur quia iſtarum euidentia pendet ex euidentia antecedentis & euidentia collectionis ſiue conſequentiæ.Si alterum horum deſit, concluſio ab illis deducta non poterit eſſe euidens, quia non eſt poſsibile vt effectus ſit perfectior ſua cauſa. Aſſenſus autem quo quis conſentit concluſioni, effectus quidam eſt cauſatus ab aſſenſu præmiſſarum & bonæ collectionis. Et inde apertè conuincitur vt concluſio non poſsit eſſe euidens, quando altera præmiſſarum, aut collectio non eſt euidens. Idem per omnia dicendum eſt de certitudine, vt concluſio non ſit certa quando altera præmiſſarum per quas probatur, aut collectio non eſt certa, ſed dubia. De rebus contingentibns poteſt etiam haberi euidẽtia,ſed aliter quàm de rebus neceſſariis,quia res neceſſariæ cognoſcuntur euidenter in vniuerſali, & per notitiam abſtractiuam earum. Contingentes verò non niſi per notitiam intuitiuam, quæ habetur in præſentia alicuius rei ſingularis, & eſt ab ipſa re cauſata. Futura igitur contingentia, quoniam de illis non poteſt facialis & intuitiua notitia haberi, ideo non poſſunt euidenter cognoſci: & inde ſequitur vt non poſsit de illis certitudo euidentiæ haberi, quia deficiente euidentia quæ eſt huius certitudinis cauſa,neceſſe eſt vt etiam deficiat certitudo quæ ab illa oritur. Altera eſt certitudo fidei Catholicæ,& hæc eſt firmitas intellectus circa ſuum obiectũ quod

A B C

eſt

D est omne reuelatum à Deo, Hanc firmitatem & certitudinem circa ea quæ ad fidem expectant, habet quisquis verè fidelis est, aliàs si dubitat & vacillat eo ipso fidem amittit. Ideo Athanasius postquam to- *Athana.*
tam fidei rationem expressit, statim subdidit. Hæc est fides Catholica quam nisi quisque fideliter firmiterque crediderit, saluus esse nō poterit. De hac fidei certitudine intelligendum est id, quod Paulus co- *Act.26.*
ram Agrippa rege dixit. Secundum certissimam sectam nostræ religionis vixit Pharisæus. Certissimam sectam dixit sectam Phariseorum propter fidem de resurrectione mortuorum futura, quam, Saducæis negantibus, illi habebāt. Hæc autem fides de resurrectione mortuorum certissima est, non alia certitudine quàm certitudine fidei Catholicæ, quæ resurrectionem omnium futuram docet. Hæc certitudo hoc habet commune cum certitudine euidentiæ, quod nullus qui aliquam illarum habeat potest in suo iudicio errare aut decipi. Hoc tamen inter illas interest quod certitudo euidentię oritur à modo procedendi in obiecto, hoc est, à notitia terminorum in primis principiis, aut si est cōclusio ab illis deducta, oritur à demonstratione per quam illa fit euidens & certa. Certitudo autem fidei Catholicæ magis oritur ab ipso obiecto, quod ex se certissimum est & fallere non potest. Et per hanc differentiam facilè (vt ego existimo) conciliari possunt Theologi scholastici qui comparantes certitudinem scientiæ cum certitudine fidei Catholicæ, & inquirentes vtra illarum sit maior, contra se inuicem pugnāt. Nam quidam dicunt scientiam esse fide certiorem, alii verò contra asserunt certitudinem fidei maiorem esse certitudine scientiæ. Sed facilè (vt dixi) hęc controuersia tollitur, si diuersas certitudinis considerationes habere volumus. Est enim quædam certitudo quoad nos, quæ ab aliquibus vocatur certitudo subiecti: & est alia certitudo rei in se, quæ ab aliquibus vocatur certitudo obiecti. Vtranq; harū certitudinū oportet esse in aliquo, vt verè ille certus dicatur esse de aliqua re. Alioqui de multis falsis possemus esse certi, si sola firmitas iudicantis sufficeret, quoniam multi tam firmiter sine vlla dubitatione, & tam tenaciter suos tuentur errores, quàm firmiter alii amplectuntur veritates. Nullus autem sanæ mentis dicet æquè certos esse eos qui falsa sentiunt, sicut qui sentiunt vera. Rursum, si è contrario sola obiecti certitudo si-
A ne firmitate ipsius iudicātis satis esset, vt quis verè dicatur certus, fieret inde necessario vt quis simul posset esse certus & dubius. Nam hoc modo qui de fide Catholica dubitaret, certus esse diceretur, quia licet ipse dubitet res tamen ipsa certissima est. Ne igitur tam absurda fateamur, oportet vt duo hæc necessaria esse dicamus ad hoc, vt quis de re aliqua verè certus esse dicatur, videlicet ipsi⁹ rei in se certitudinem, & firmitatem iudicii sine vacillatione illius qui de re illa iudicat. Et de hac duplici certitudine hanc præsentem disputationem intelligere oportet, quoniam si de sola certitudine subiecti intelligeretur, non pugnaremus cum Lutheranis pro hac re. Nam (vt diximus) multi hac sola certitudine sunt certi de suis erroribus. Propter defectum certitudinis ex parte obiecti, dicimus neminē ex se posse esse certum de aliquo futuro contingenti, quia illud nullam in se habet certitudinem nisi aliūde, puta ex decreto diuinæ voluntatis illi adueniat. Si cōsiderare volumus certitudinem alicuius assensus ex sola certitudine rei de qua fertur iudicium, tūc verè dicemus certitudinem fidei maiorem esse certitudine sciētiæ. Nam reuelata à Deo (de quibus solis est fides Catholica) esse vera, multo certius est omni alia re creata. Sicut enim Deus est fons totius bonitatis, & solus perfectè bonus: ita est fons totius veritatis, & solus perfectè verus. Omnia autem quæ ex fide Catholica credere tenemur, à quocunque dicantur, ideo solū credimus quia à Deo primum dicta sunt, aut à Deo ipso primum reuelata, & posteà ex mandato illius
B per hominem pronunciata sunt. Quo fit vt verbum fidei Catholicæ ab homine prædicatum, non tam verbum hominis quàm verbum Dei dicatur, prout Paulus docet ad Thessalonicēses scribēs: Nihil au- *3. Thes.2.*
tem est æquè certum vt verbum Dei, qui adeò verus est, vt mentiri nequeat. Fides igitur Catholica ex parte sui obiecti, quod est verbum Dei, certior est scientia. Et iuxta hanc rationem certitudinis quæ est ex parte obiecti, fateri oportet, scientiam quam de Deo beati habent non esse certiorem fide viatorum: quia æquè certum est obiectum vtriusque, videlicet ipse Deus. Si verò consideremus certitudinem non ratione obiecti, sed ratione modi tendendi in obiectum, tunc dicimus scientiam esse certiorē fide: quia scientia tendit per euidentiam demonstrationis ad conclusiones, fides verò aut per piam affectionem, aut per rationem probabilem, aut per vtrumque simul tēdit ad credibilia. Hic autem probandi modus nunquam est tam certus sicut ipsa demonstratio. Præterea, scientia nullam secum patitur dubitationē, fides autem aliquam admittit: quoniam nisi dubitatio sit tanta, vt hominem in oppositam partem vtcunque trahat, non valet destruere fidem. Nam quod in capitulo primo de hæreticis dicitur, Dubius in fide est infidelis, non de omni dubitatione intelligendum est, sed de illa tantùm quæ in oppositam partem flectere animum valet, ita vt in vtrāque partem fluctuet, & in nulla illarum quiescat. Potest enim esse vt quis firmus in aliqua sententia manens, ex sola infirmitate leuitēr dubitet, prout contingit in dubitatione subreptitia quæ fit in primo motu, & in iis etiam qui à natura hoc habent, vt sint in qualibet re ancipites, & assiduis vrgeantur dubitationum scrupulis. Hi enim etsi dubitant leuiter tamen, quoniam ipsam dubitationem vincunt, in fidei firmitate permanentes. Fides igitur, quia secum admittit aliquam vel leuem dubitationem, minus certa est ex modo tendendi in obiectum, quàm scientia quæ
C nullam prorsus dubitationem secum permittit. Rursum, ille habitus aut actus est certior ex modo tendendi in obiectum, qui habentem illum reddit firmiorem in obiecto & minus ab illo separabilem. Constat autem difficilius hominem discedere ab eo quod nōscit per scientiam, quàm ab eo quod intelligit per fidem. Nam ab eo autem quod per fidem est, frequenter homines recedunt, vt experientia ipsa in hæreticis docet. Ab eo autem quod per scientiam cognitum fuit, si illud verè scitum erat, nunquam homo recedit, quoniam scientia ipsa cogit intellectum & inuitum sic tenet, vt ab illo iudicio etiam à voluntate imperatus, discedere non valeat. Et inde apertissimè constat, scientiam ex modo tendendi in obiectum certiorem esse fide, quia scientia firmiorem facit in suo iudicio scientem, quàm cre-

dentem fides. Tertia denique est certitudo fidei humanæ, quam aliqui vocant certitudinem moralem siue probabilem, & est firmitas potentiæ cognitiuæ circa suum obiectum, causata à pia voluntatis affectione aut ratione probabili. Hęc certitudo differt à duabus primis, per hoc quod nulli illarum duarum potest adesse falsitas, nec qui aliquam illarum habuerit potest per illam errare aut decipi. Hæc autem certitudo moralis sæpe est circa falsa, & sæpe illam habentes errãt, & decipiuntur in illa. Nam hęc certitudo non pendet vllo modo ex certitudine obiecti, prout de aliis duabus certitudinibus supra diximus, sed solum pendet ex modo tendendi in obiectum, qui quoniam vllam aut leuissimam habet dubitationem admixtam, ideo dicitur esse certus, quamuis res ipsa circa quam versatur non sit certa. Prętter hos tres quos diximus, nullus alius est certitudinis modus. Nam certitudo illa, quam aliqui coniectu ram vocant, non est propriè certitudo, quia non habet tantam firmitatem, vt excludat omnem dubita- D tionem & omnem formidinem. Quò fit, vt si quid aliquo horum trium modorum certum non fuerit, id sit verè incertum censendum. His omnibus præsuppositis, opus est vt iam ad expugnãdas duas prędictas hęreses de certitudine gratię accedamus, vt probemus primò, neminem ex lege communi absque speciali Dei reuelatione posse esse certum de sua gratia, tanta certitudine quãtam habet de articulis fidei Catholicæ. Et primo hanc hęresim deiiciunt atque prosternunt illa, quę superius in titulo de fide hæresi. 2. adduximus contra illam hęresim quæ docet, solam fidem iustificarę hominem. Nam cum illa hæresis de iustificatione ex sola fide sit fundamentum, cui hæc hæresis de certitudine gratiæ innititur, necesse est vt illa prostrata, hæc etiam corruat. Lutherus enim & illius sectatores ideo (vt proximè ex illorum verbis ostendimus) dicunt solam fidem esse satis ad hominis iustificationem, vt hac via possint homines esse certi de sua gratia, quoniam si opera essent necessaria, ipsi Lutherani fatentur, nemini
2. Pet. 1. suam iustificationem posse esse certam. Aliter tamen beatus Petrus nos docet, qui admonet nos satagere, vt per bona opera certam nostram vocationem & electionem faciamus. In quibus verbis id maximè notare oportet, quod dixit per bona opera certam esse nostram vocationem, & non dixit nos esse certos de nostra vocatione & electione. Potest quidem res ipsa esse in se certa, quamuis nos de illa simus dubij & incerti. Certam igitur facimus per bona opera non solam iustificationem prędentem, sed futu-
Matt. 19. ram gloriã, quia Christus dixit: Si vis ad vitam ingredi, serua mandata. Verum licet hæc sint in se certa non tamen sunt certa quo ad nos, hoc est, non sumus nos certi de illis, quia nescimus an opera nostra sint bona, & Deo grata. Fortissimum igitur argumentum ex verbis Petri Apostoli sumitur contra Lutheranos. Nam si absque bonis operibus non potest esse in se certa vocatio & electio, ergo nullus qui non est certus se bona opera & nulla mala fecisse, poterit esse certus de sua vocatione & electione: quia (vt superius in præsuppositis ad hãc disputationem diximus) duplex certitudo, videlicet subiecti & ob- A iecti est necessaria, vt quis verè certus de aliqua re esse dicatur, & de hac duplici certitudine contentionem hanc nostram intelligendam esse constituimus. Cùm ergo nemo (vt ipsi Lutherani fatentur) possit esse certus de suis operibus quod sint bona, conuincitur, vt nemo etiam possit esse certus se esse iustum. Et hoc argumentum multo fortius constringit Philippum Melanctonem & alios posteriores Lutheranos, Et authores illius Enchiridij institutionis Christianæ, quòd in titulo habet, quamuis falsò, esse æditum in Concilio Colonienſi. Nam hi videntes apertissima sacrę scripturæ testimonia, quibus euidentissimè probatur, hominem sine bonis operibus, aut cum aliquibus malis non posse esse iustum, confessi sunt, bona opera esse necessaria ad hominis iustificationem, sed negant iustificationem aliquã imputari bonis operibus, quamuis illa sint facta post ipsam iustificationem, sed totam iustificationem dicunt esse tribuendam soli fidei. Verba Philippi Melanctonis in suis locis communibus, in titulo de bonis operibus sunt ista: Qui nõ agunt pœnitentiam, sed indulgent vitiosis cupiditatibus, non retinẽt fidem. Fides enim quærit remissionem peccatorum, non delectatur peccatis. Nec manet Spiritus sanctus in his qui obtemperant vitiosis affectibus, iuxta illud Ioannis: Qui facit peccatum ex diabolo est. Hæ tot causæ necessitatis concurrunt, quæ merito diligentiam bene operandi in nobis acuere debent, vt beneficium Dei retineamus. Hæc Philippus. Idem & ferè eisdem verbis dicit Ioãnes Spange- B bergus in sua margarita Theologica, quęstione quinta, vbi agit de prima causa bonorum operum. Et in libello qui nomine Lutheranorum exhibitus est Carolo Cæsari, cùm esset Ratisponæ, in articulo quinto hæc verba habentur: Cùm renouatio sit imperfecta, & hæreat in renouatis infirmitas, tamen docendum est, vt qui verè pœnitẽt, semper fide firmissima statuant, propter mediatorem Christum Deo placere. Et in expositione illius articuli Butzerus declarat quod articulus ille solùm pœnitentibus, & verè pœnitentibus, & habentibus fidem viuam præcipit, statuere fide firmissima se assecutos esse gratiam. Et Colonienses illi, quicunque illi sint, qui ædiderunt libellum illum coniunctum cum Concilio Colonienſi, qui dicitur Enchiridion institutionis Christianæ, postquam dixerunt illa verba, quæ supra citauimus de certitudine gratiæ, differẽtes de illis quæ sunt necessaria ad hoc vt fides iustificare valeat, hæc
Colonienses. dicunt: Hęc fides pleraque adminicula, sine quibus non tantum non existit, sed nec intelligi potest, requirit. Imprimis enim requiritur pœnitẽtia. Et posteà enumeratis multis aliis operibus videlicet dolore, gemitu, lachrymis, & id genus aliis, tãdem hæc dicũt: Quæ etsi neque mereãtur iustificationes, neque accipiant, nisi fides accedat, fides tamen nimirum illa iustificans, ea tanquam præambula & adminicula necessaria, sine quibus ad iustificationem nõ peruenitur, requirit, immò includit. Nam cum illa fides sit cum affectu & desiderio remissionis peccatorum cõiuncta, non potest delectari peccatis, quorum remissionem quærit. Hæc illi Colonienses, quæ simillima sunt illis, quę ex Philippo Melanctone citauimus. Ex quibus omnibus constat opera secundum illorum sententiam, esse necessaria ad iustificationem. Sed Lutherus ipse, quãquam alibi sæpe dixit opera non esse necessaria, tamen in assertione articulorum damnatorum à Leone decimo, articulo. 12. apertè fatetur illorum necessitatem, hæc dicens:

cens: Si per impossibile confessus non esset contritus, aut sacerdos non serio, sed ioco absoluat, si tamen credit se esse absolutum, verisimè est absolutus. Et post pauca subdit: Dixi autem per impossibile, quia satis supra dictum est, fidem sine contritione esse non posse, cùm gratia non infundatur, nisi cum magna concussione animæ. Hæc Lutherus. Docent ergo Lutherani contrionem magnam, vel (vt Butzerus ait) veram pœnitentiam esse necessariam ad iustificationem, quanquam, nec contritionem, neque pœnitentiam aliquid ad iustificationem agere, dicãt. Sed de hoc vltimo ego nolo in præsentiarum disputare, quoniam infra in titulo de operibus, de hac re differam. Si contritio magna, & vera pœnitentia est necessaria peccatori ad gratiæ consecutionem, inde conuincitur, neminem ex lege communi posse esse iam certum de sua gratia, quãtum est certus de aliis articulis fidei: quia nemo ex lege communi potest habere hanc tantam certitudinem quòd sua pœnitentia sit vera, aut quòd sua contritio sit tanta quanta erat necessaria. Quamuis igitur iustificatio tribuatur soli fidei, nunquam tamen illa valebit hominem facere certum de sua iustificatione, si opera fateantur esse necessaria ad impetrandam iustificationem, aut ad conseruationem illius: quia de valore & æstimatione illorum operum apud Deum, nemo potest esse certus. Potest enim quis habere ignorantiam vincibilem malitiæ alicuius operis, prout sæpe contingit mercatoribus, qui multos contractus putant esse licitos, quos apertè intelligerent esse vsuarios, si viros doctos & bonos (vt oportebat) consulere vellent. Præterea, vt magis Lutheranos conuincamus, demus illis, quamuis non concedamus, bona opera non esse vllo pacto necessaria ad iustificationem, necessarium est tamen abstinere à peccato, vt gratiã iustificationis consequatur, quia ipse Lutherus docet, optimam pœnitentiam esse nouam vitam. Non potest autem homo esse certus se abstinere à peccato, ergo non potest esse certus de sua iustificatione. Assumptum probatur apertissimè, quia vt clarissimè constat, potest homo culpabiliter ignorare, se aliquid omisisse, quod sub interminatione gehennæ facere tenebatur, potest etiam facere aliquid quod ignorat esse peccatum. An autem aliquid tale sibi contingat, nemo de se certus esse potest. Inde ergo conuincitur neminem sine speciali Dei reuelatione posse esse certum de sua iustificatione. Nam propter hanc causam dixit propheta: Delicta quis intelligit? ab occultis meis munda me. Occulta peccata vocat illa, quę homo ignorat esse peccata, & ideo petit mundari ab illis, quia illorum quæ non intelligit esse peccata, pœnitere non potest. Propter eãdem causam Paulus dixit: Nihil mihi cõscius sum, sed non in hoc iustificatus sum. Hoc ideo dixit Paulus, quia optimè sciebat, fieri posse aliqua esse in ipso peccata, quæ ipsum prorsus laterẽt, & ideo censebat, non satis esse, nihil sibi conscium esse, vt per hoc crederet se esse iustum. Vnde Anselmus prędicta Pauli verba interpretans, ait: Nullius vtique peccati sibi conscius erat. Sed quia legerat, Delicta quis intelligit, sententiam temperauit, ne fortè per ignorantiam deliquerit, & addidit: Sed non in hoc iustificatus sum. Videns enim quia ei ad perfectionem sanctitatis nec suum iudicium sufficeret, aut nõ se in hoc iustificatum. Cur verò nõ sibimetipsi de se credidit, causam reddidit, quum subiũxit: Qui autem iudicat me, Dominus est. Ac si apertè diceret. Nec meo de me iudicio existimãdo credo, quia ille iudicat me, cuius ego iudicium non comprehendo. Ab eo enim qui me iudicat examinari me subtiliter scio. Rectè enim me egisse recolo, sed de meritis non præsumo, quia ad eius examen vita nostra ducitur, sub quo & virtutes nostræ trepidant. Hæc Anselmus, qui satis apertè ex Pauli sententia contra certitudinem gratiæ testimonium dicit. Eidem sentẽtiæ fauet Ambrosius in commmẽtariis super Paulum, vbi prædicta Pauli verba interpretãs, ait: Apertum est quia duram conscientiam habens, solicitus de se non erat. Sed non in hoc iustificatus sum. Nunc humiliat se, & loquitur homo, qui posset culpam incurrere nescius. Hęc Ambrosius. Ex cuius verbis cõstat verum esse id, quod principio huius argumẽti assumpsimus, videlicet posse hominẽ habere ignorantiam culpabilem sui peccati, quo dato facilè decipietur, si propterea quod suum ignorat delictum, censet se iustificatum. Fortè hoc argumentum præcognouit Lutherus, & ideo vt illius potestatem & vires effugeret, dixit (vt ex dictis illius quæ à principio citauimus, apertissimè cõstat) nulla peccata quãtumlibet grauia posse impedire hominis iustificationem, si ille fixam firmamque habeat fidem, sed omnia illa dicit cõtegi & obrui per solam fidem. Ecce quò progreditur definiẽdi temeritas. Nã, vt quis defendat quod semel ab eo temere pronunciatũ est non erubescit in absurdissimos & pestilentissimos quosq; errores præcipitem se dare. Videns enim Lutherus necessitatem bonorum operum non posse conuenire cum certitudine gratię, excluſit necessitatem bonorum operum. Intelligens etiam certitudinem gratiæ nõ posse stare, si necessario est abstinendum à peccatis, dixit illud nõ esse necessarium, sed solam fidem sufficere ad iustificationem, vt certam possit facere quisq; suam iustificationem. Sed neque per hoc constituere hãc certitudinem, neq; argumenti nostri vires effugere poterit. Quoniã ipse & illius sectatores aliàs docent, (vt in titulo de fide, hęresi tertia ostẽdimus) per quodlibet peccatum mortale fidelem amitti, ex qua assertione apertissimè cõuincitur falsum esse id, quod posteà asserunt, fidem contegere omnia peccata mortalia, & illa omnia obruere, nullumq; esse peccatum mortale nisi solam incredulitatẽ. Optimè certè dixit Aristoteles, oportere mendacem omnem esse memorem. Pugnãt enim inter se velut ex diametro hæc duo: Fides amittitur per quodlibet peccatũ mortale: Fides contegit omnia peccata mortalia præter incredulitatem. Si fides amittitur per quodlibet peccatum mortale, ergo nõ potest contegere, & obruere illud. Et Rursum: Si fides contegit omnia peccata mortalia, ergo non amittitur per quodlibet illorum. Ecce nunc in istis Lutheranis experimur verum esse quod Hieremias propheta de aliis similib⁹ dixit: Docuerant linguas loqui mendacium, vt iniquè agerent laborauerunt. Multum enim laborare oportet mendacem, vt in mendacio suo non comprehendatur. Sed his dimissis ad aliud argumentum pergamus. Si omnis iustus certus est de sua gratia quam iam habet, ergo omnis iustus est etiam certus se gloriam æternam habiturum. Consequentia ista iuxta doctrinam Lutheri est manifesta: quia ille (vt proximè præceden-

Lutherus.

Psal.18.

1.Cor.4.

Anselm⁹

Ambro.

Hiere.9.

ti hæresi ostendimus) asserit cum Iouiniano & Pelagio, eum qui iustificatus est, non posse amplius fieri iniustum. Si is qui semel gratiam acquisiuit, nō potest illam amplius amittere, ergo certum est omnem
Matt. 25. talem habiturum gloriam æternam, quia Christus promisit se illam daturum omnibus iustis in gratia decendētibus. Ibūt iusti, inquit ille, in vitam æternam. Si fortè Lutherus, quæ sua est temeritas, hæc omnia concedere auserit, ego impræsentiarum contra illum pro expugnatione tam temerariæ assertionis non disputabo, quoniam infrà in titulo de prædestinatione contra illam ex professo pugnare decreui. Rursum, certitudo ista iustificationis, quam Lutherani tuētur, inde solum est illis persuasa, quòd putāt iustificationē hominis ex sola illa fide pendere, qua credunt peccata sibi esse remissa per Christum. At, solam illam fidem esse satis ad iustificationem, non potest illis esse certum, immò necessarium est, nisi omnino desipiunt, quod sit illis incertum. Quoniam ipsimet fatentur non quamlibet fidem iustificare, C
sed solam illam, quæ est vera & perfecta. At fides non est perfecta, si per illam quis non credat omnes articulos fidei, & inde sequitur, vt quāuis aliquis credat peccata sua esse sibi per Christum remissa, si tamen in alio fidei articulo erret, non habere fidem perfectam, & per consequens non posse per illam so-
Athana. lam iustificari. Nam quod sola illa nō sit perfecta fides, nec sufficiat ad iustificationem, apertè docet Athanasius, qui postquam sigillatim expressit omnia, quæ de Christi diuinitate & humanitate credere oportet, statim addidit hæc verba: Hæc est fides Catholica quam nisi quisque fideliter firmiterque crediderit saluus esse non poterit. Quamuis etiam Lutherani sint certi se habere fidem qua credunt sibi gratis remissa esse peccata per Christum, non satis est hoc, vt statim possint esse certi de sua iustificatione: quia oporteret etiam eos esse certos talem fidem solam sufficere ad iustificationem. Hanc autem certitudinem, quod illa sola fides sufficiat, illi habere nō possunt. Si autem se de illa assertione certos esse dicunt, ostendant apertissima sacræ scripturæ testimonia, qualia in aliis causis à nobis exigere solent, quibus assertionem illam probent: Aut si testimonia scripturæ illis desunt, ostendant saltem pro illa re testimonia sanctorum patrum, qui semper fuerūt in precio æstimati ab vniuersa Ecclesia. Et quia nullum tale testimonium proferre possunt, cōuincitur inde illos non posse esse certos de illa assertione, cùm sit proprium illorum figmentum nullis certis testimoniis comprobatum. Fuerunt enim ante Lutherum aliqui, vt Eunomius & hæretici illius sectatores, qui dixerunt solam fidem esse homini satis ad salutem, null⁹ autem ante Lutherum dixit, hominem iustificari per solam illam fidē, qua credit peccata sibi gratis remitti per Christum. Deinde, hæc assertio de generali certitudine gratiæ conuincitur per hoc, quod D
pro magno aliquo & speciali Dei beneficio refertur de aliquib⁹ in particulari fuisse illis reuelatam suorum omnium peccatorum remissionem. Nam de Maria Magdalena in præsentia illius dixit Christus:
Luc.7. Remittuntur ei peccata multa, quia dilexit multum. Et cuidam paralytico iacenti in lecto dixit: Cōfide
Matt.9. fili, remittūtur tibi peccata tua. Et alij paralytico dixit: Ecce iā sanus factus es, noli amplius peccare, ne
Ioan.5. deterius tibi aliquid contingat. Et ad Zachæum dixit. Hodie salus domui huic facta est, eo quod & ipse
Luc.19. sit filius Abrahæ. Et mulieri quæ sanguinis fluxum duodecim annis patiebatur, cùm stās retrò titigisset
Matt.9. fimbriam vestimenti illius, dixit illi Christus: Confide filia, fides tua te saluam fecit. Et de beato Frācisco, meo & omnium aliorum fratrum minorum patre refert beatus Bouauentura in historia vitæ illius tanquam magnum aliquod beneficium illi à Deo concessum, Deum reuelasse illi, omnia illius peccata vsque ad minimum fuisse illi à Deo remissa. At si hæc peccatorum remissio esset certa ex fide omni credenti, non erat opus Deum has particulares facere reuelationes, quia sine illis fuissent, iuxta Lutheranorum sententiam, omnes illi certi ex fide, remissa sibi esse omnia peccata. Iniuriam ergo non paruam faciunt Deo Lutherani ac sua assertione de vniuersali certitudine gratiæ, quia coguntur fateri, Deum superfluas & nullius prorsus valoris reuelationes facere, cùm tamen Aristoteles dicat, Deum & naturam nihil facere frustra. Accedit ad hęc omnia, quod hanc certitudinem gratiæ dari omnibus iustis non ex-
Iob.9. pediebat, propter multa mala, quæ ex illa oriri poterant. Nam hæc propriæ iustitiæ certitudo non par-
Grego. uam elationis occasionem præberet, pro vt docet beatus Gregorius interpretans illud Iob, Si simplex fuero, hoc ipsum ignorabit anima mea, vbi hæc ait: Plerumque si scimus bona quæ agimus, ad elationē ducimur, si nescimus minimè seruamus. Quis enim aut de virtutis suę conscientia non quantuluncūq; A
superbiat? Aut quis rursus bonum in se custodiat, quod ignorat? Sed contra vtraque quid supereſt, nisi vt recta quæ agimus, sciendo nesciamus? Vt hæc & recta æstimemus, & minima, quatenus & ad custodiam sensificet animum scientia rectitudinis, & in tumorem non eleuet æstimatio minorationis. Hæc Gregorius, qui satis apertè docet, vix vllum esse qui de iustitia sua, si illam agnoscit, nō superbiat. Quod autem dixit, Recta quæ agimus, sciendo nesciamus, ita intelligēdum est, ac si dixisset, credamus illa esse bona, cū formidine tamen & dubitatione, ita vt nec certò sciamus esse bona, nec prorsus ignoremus.
Luc.18. Ex hac propriæ iustitiæ consideratione Pharisęus ille in templo orans sumpsit occasionem contēnendi publicanum in eodem templo orātem. Et fortè (vt aliquid multo maius dicam) ex eadem radice orta est illa horrenda Luciferi superbia, qua voluit in altissimis ponere sedem suam, & Deo per omnia æquari. Nam ille (vt de Narcisso poëtæ fabulātur) suam eximiam pulchritudinem, in qua Deus, gratiam illi infundens, illum creauerat, conspiciēs, vsque adeò sui ipsius amore deperiit, vt inde superbia elatus euanescceret, & Deo æquari contēderet. Esset etiam hæc propriæ iustificationis certitudo, præsertim viris imperfectis, occasio desidiæ, & somnolentiæ, & ociositatis, quæ (vt ait Sapiens multam malitiā do-
Eccle.33. cere solet. Omnes enim sacri doctores concorditer docent, ideo Deum incertam nobis fecisse horam B
mortis, ne homines inde acciperent occasionem turpiter & scelerate viuendi vsque ad tempus illud, cū spe faciendi pœnitentiam tempore mortis. Idem prorsus eueniret si homines certam haberēt suam iustificationem, quia putantes se iam esse iustos nihil iam amplius de acquirenda iustitia curarent, & inde facilè peruenirent ad perdendam iustitiam semel acquisitam.

Sed

Sed iam opus esse censeo, vt argumẽtis, quæ magis ex naturali ratione procedunt, finitis, ad sacræ scri-
B pturæ testimonia accedamus, vt illis contra Lutheranos pugnemus, ne nos, vt solent, sophistas appellẽt. Nam quoties Catholici contra hæreticas illorum assertiones argumẽtis adeò efficacibus & euidentibus pugnant, vt nihil vel iuxta faciem veritatis respondere possint, statim clamant esse sophisma, & nos omnes ob eam causam sophistas appellant, cùm tamen illi nihil magis sint quàm meri sophistæ. Ne igitur in hac grauissima causa occasionem capiant clamandi idem aduersus nos, operæprecium me facturum esse censui, si argumentis ex sola humana ratiocinatione, supposita tamen fide, procedẽtibus finem ponerem, & sacræ scripturæ, de qua illi nimium se iactant, apertissimis testimoniis contra illos pugnarem. Sed antequam hoc agam, oportet prius admonere lectorem, vt sciat, in Concilio Tridentino, vbi hæc causa per multum tempus diligentissimè examinata est, fuisse aliquos viros Catholicos, quãuis paucos & nõ admodum doctos, qui iustificationis certitudinem, citra specialem Dei reuelationẽ, possibilẽ esse contendebant. Verum illi multum à Lutheranis in huius assertionis defensione differebant, quia illi negabant, omnem fidelem esse obligatum ad pẽdendum, remissa sibi gratis esse peccata sua propter Christum. Negabant etiam, omnem hominem iustum esse certum suæ iustificationis. Hoc solum docebant, per sacramentum baptismi aut pœnitẽtiæ, circa specialem aliquam Dei reuelationẽ, posse hominẽ esse certũ certitudine fidei Catholicę se esse in gratia. Et quidã ex illis dixit, & libello posteà de hac re ædito
C publicè assetuit, non solũ eos qui sacramentũ baptismi aut pœnitentiæ recipiunt esse tũc certos, sed eriã illos qui longè post sacramenta recepta vehementi charitatis feruore ardent, habere tunc certitudinem fidei Catholicæ de gratia Dei in illis habitante. Et quia aliqua testimonia sacræ scripturæ, ex illis, quæ nunc proximè citabo, ita etiam pugnant contra istos, sicut contra Lutheranos, ideo nunc ante omnia istorum assertionem declarare statui, vt quum aliquod ex huiusmodi testimoniis citauero, ostẽdam tunc simul contra illos omnes pugnare. Quum hoc meum opus aduersus omnes hæreses in publicum primo emisi, inter paucula quædam quę aduersus hanc hæresim tunc protuli testimonia primũ fuit, quia apertissimum pro hac re mihi tunc visum est, illud Salomonis in Ecclesiaste: Nemo scit, an odio vel amore dignus sit, sed omnia in futurum seruantur incerta. Quæ verba ego posteà diligentius circunspiciens, aperrè intellexi (vt ingenuè fatear) dubium pro nobis in hac causa reddere testimonium. Quoniam verba illa Salomonis multi viri docti & sancti, vt Bernardus, & Gerson, & Dionysius Carthusiensis interpretantur, non de amore aut odio Dei secundum præsentem iustitiam, sed secundum finalem perseuerantiam. Qui sensus videtur colligi ex illis quæ Salomon statim addidit, sic dicens: Sed omnia in futurum seruantur incerta. Nam aliàs, si de præsenti statu essent illa intelligenda, falsum esset (vt apertissimè cõstat) quod nemo scit an odio dignus sit. Quoniam etsi nemo scire possit se à Deo amari, multi tamen, nempe fures, adulteri, homicidæ, & omnes alii similibus sceleribus impliciti, intelligũt se tunc odio haberi à Deo, quia sciunt, nisi prorsus demẽtes sint, Deum odio habere iniquos. De illo igitur solo amore, & de illo odio, Salomonem loqui putant, quo Deus sic aliquos amat, vt eligat ad gloriam ęternam, alios sic odio habet, vt ordinet in pœnam æternam. Et de hoc amore & hoc odio (vt Paulus interpretatur) in-
D telligitur id quod Deus per Malachiam prophetam ait: Iacob dilexi, Esau autem odio habui. Est ergo Salomonis sententia, iuxta istorum interpretationem quod nemo ex se scire potest, an sit à Deo electus, an non, sed omnia hæc in futurum seruantur incerta, vsque in diem iudicii, in quo illuminabit absc̃odita tenebrarum, & manifestabit consilia cordium. Nemo aliquid horum scire potest, ex consideratione rerum externarum, siue prospera sint, siue aduersa, quia hæc omnia possunt iusto perinde ac peccatori contingere. Et ideo Salomon post prędicta verba de ignorantia amoris & odii, qua omnes nos laborare dixit, statim subdidit: Omnia pariter eueniũt iusto & impio. Iuxta hunc sensum interpretatur illa verba Olympiodorus in commentariis super Ecclesiasten. Reiecto ergo illo testimonio, propterea quod dubium est, & non cõuenit inter omnes de sensu illius, oportet vt aliunde capiamus testimonia, quæ multa se nobis gratis offerunt.

Iob ille sanctissimus, simplex, & rectus ac timẽs Deum, tot tamque manifesta pro incertitudine gratiæ præbet testimonia, vt nesciam quæ aliis præferam: Si venerit ad me (inquit ille) non videbo eum, si abierit non intelligam. Quæ verba, vt apertissimè cõstat, non possunt intelligi de motu locali, quia cum nullus sit locus, vbi Deus non sit, conuincitur inde, illum ad nullum locum venire posse, nec ab aliquo loco recedere. Sunt ergo verba illa intelligenda de aduentu Dei in animam hominis per gratiæ suæ infusionem, de quo aduentu Saluator noster locutus est, quum dixit: Si quis diligit me, sermones meos seruabit, & ad eum veniemus, & mansionem apud eum faciemus. De hoc ergo aduentu loquens Iob dicit: Si venerit ad me, non videbo eum: si abierit non intelligam. Quibus verbis fatetur Iob se nescire, quando Deus illi gratiam suam infuderit, aut si quando illam semel donatam, postea propter peccatum ab eo commissum subtraxerit. Huic nostræ interpretationi fauet beatus Gregorius, qui prædicta verba Iob interpretans in Moralibus, hæc ait: Accessus recessusque Dei à mente nostra, minimè cognoscitur, quousque rerum alterantium finis ignoratur. Quia & de tentatione incertum est, vtrum probet an trucidet, & de donis nequaquam deprehenditur, vtrum hic desertos remunerarent, an in via nutriantur, vt
A ad patriam perducantur. Hæc Gregorius. Si Iob vir sanctissimus, cui, Deo pro illo testimonium dante, tunc non fuit similis super terram, fatetur se ignorare gratiam sibi à Deo collatam, vel hac sola ratione deberent vereri Lutherani omnes, iactare se esse certos de gratia Dei in illis habitante. Quod autem Iob dicit se non intelligere recessum Dei, id est, gratiæ diuinæ subtractionem, non est omnibus peccatoribus tribuendum, vt illi omnes ignorent se gratia diuina carere, sed ad ipsum Iob solum & alios illi similes verba illa referenda sunt, qui quamuis multa bona operati sint, ignorant tamen an aliquod in illis lateat peccatum, propter quod merito Deus ab illis recesserit. Progreditur vltra Iob, vt hanc suæ

Ambrosi⁹ Cathari.

Eccle. 9.

Rom. 9. Malac. 1.

Iob. 9.

Ioan. 14.

Iob. 1.

Iob.9. gratiæ incertitudinem manifeſtet,& ait: Si habuero quippiam iuſtum,non reſpondebo, ſed meum iudicem deprecabor. Videte obſecro modeſtiam locutionis huius ſancti viri, qui quamuis re vera eſſet iuſtus,non auſus eſt dicere ſe habere aliquid iuſtum,ſed ſub conditione locutus eſt,ſic dicens: Si habuero quippiam iuſtum,non reſpõdebo,ſed meum iudicem deprecabor. Et vt magis apertè declaret ſuam incertitudinem,ſtatim addit: Et cum inuocantem exaudierit me, non credo quod audierit vocem meam. Quid apertius dicere potuit ad manifeſtandam incertitudinem ſuæ iuſtificationis? Sed hoc non cõtentus,adhuc paucis interpoſitis ſubdit: Si iuſtificare me voluero,os meum condemnabit me: Si innocentem oſtẽdero,prauum me comprobabit. Etiam ſi ſimplex fuero,hoc ipſum ignorabit anima mea: Quæ

Grego. verba interpretans beatus Gregorius in Moralibus,ait: Sunt nonnulla quæ ſciri à nobis facilè nequeunt, etiam cùm geruntur. Nam ſæpe recto ſtudio contra delinquentium culpas accendimur,& cum vltra æquitatis metas per iram rapimur, hoc zelum iuſtæ diſtrictionis æſtimamus. Sæpe officium prædicationis aſſumimus, vt per hoc fraternæ vtilitati ſeruiamus, ſed niſi placeamus illi cui loquimur nequaquam B libenter accipitur,quod prædicamus. Cumque placere mens vtiliter ſtudet, ad amorem laudis propriæ defluit turpiter, & quæ à captiuitate vitiorum alios curabat eruere, ipſa ſuis fauoribus incipit captiua ſeruire. Quaſi latrunculus quippe eſt appetitus laudis humanæ, qui rectò itinere gradientibus ex latere iungitur,vt ex occultis educto gladio gradientium vita trucidetur,cumque propoſitæ vtilitatis intentio ad ſtudia priuata deducitur, horrẽdo modo vnum idemque opus culpa peragit quod virtus inchoauit. Et poſt pauca ſubdit. Sæpe dum noſmetipſos plus iuſto diſcutimus,de ipſo diſcretionis ſtudio indiſcretius erramus,& mentis noſtræ acies quo plus cernere nititur,obſcuratur: quia & qui importunè ſolis radios aſpicit,tenebreſcit, & inde nihil videre compellitur, vnde videre amplius conatur. Quia igitur ab inquiſitione noſtra torpentes nos omnino neſcimus, aut ſi ſubtili nos diſcuſſione requirimus, plerunque inter vitia virtuteſque caligamus, rectè nunc dicitur: Etiam ſi ſimplex fuero, hoc ipſum ignorabit anima mea. Hæc ille. Et poſt pauca exponens illud eiuſdem Iob, Et redebit me vitæ meæ,ſic ait: Tedet iuſtum viuere quia & operãdo vitam non deſinit quærere, & tamen eiuſdem vitæ ſuæ meritum non valet inuenire. Hæc ille. Sed Iob vt ſua teſtimonia confirmaret,rationem ſuæ ſententiæ quam de incertitudine ſuæ iuſtificationis protulerat, nunc reddere vult oſtendens neminem eſſe certum de bonitate ſuorum operum,& ait: Verebar omnia opera mea: ſciens quod non parceres delinquenti. Quæ verba interpretans Beatus Gregorius,poſtquam præclara & multa Iob opera recenſuit,hęc ait: Quid ergo eſt quod C mira opera faciens,hæc ipſa etiam veretur pauens cum dicit,verebar opera mea, niſi quod in ſancti viri actibus verbiſque colligimus,vt ſi placere Deo veraciter cupimus,poſtquam peruerſa ſubiũgimus,ipſa in nobis etiam bene geſta timeamus. Et poſt pauca ſubdit: Ipſa igitur bona noſtra qua inſidiantis culpę euadere gladium nequeunt, niſi ſolicito quotidie timore muniantur, per ſanctum rectè nunc dicitur, Verebar omnia opera mea. Ac ſi humili confeſsione diceretur: Quæ apertè egerim video,ſed quid in his latenter pertulerim ignoro. Sępe enim nonnulla bona noſtra latrocinanti fraude pereunt quia rectis ſe noſtris actibus concupiſcentiæ terrenæ ſubiungunt. Sępe deſidia intetueniente deficiunt,quia feruore quo cœpta ſunt frigeſcente, amore tabeſcunt. Quia ergo culpæ ſurreptio vel in ipſo virtutis actu vix vincitur, quid ad ſecuritatem ſupereſt, niſi vt ſtudioſè ſemper & in virtute timeatur. Hæc Gregorius. Tanta fuit firmitas in beato Iob de incertitudine bonorum operum ſuorum, quæ ſunt neceſſaria ad iuſtificationem,vt prioribus verbis non contentus vltra progredi voluerit, ſic dicens. Si lotus fuero aquis niuis,& fulſerint velut mũdiſſimæ manus meæ,tamen ſordibus intinget me,id eſt, vt beatus Gregorius interpretatur, ſordidum me declarabis, & ſordidum me eſſe manifeſtè oſtendes. Hoc ideo dixit Iob, quia ſciebat quod quantumcunque opera ſua ſcrutaretur & conſcientiam ſuam mundare vellet, adhuc poterant in illo eſſe aliqua peccata abſcondita quæ ipſum laterent, propter quæ merito eſſet impedita eius iuſtificatio. Et in alio loco iterum ait Iob: Siue nobiles fuerint filii eius, ſiue ignobiles, non intelli-

Iob.14. git. In quorum verborum interpretatione beatus Gregorius hæc ait: Non incongruè filiorum nomine

Grego. opera deſignantur ſicut Paulus dicit: Quja ſaluabitur per filiorum generationem. Neque enim mulier

1.Tim.2. quæ continentiæ ſtudens nequaquam filios generat ſalua non erit,ſed per generationem filiorum ſaluari dicitur, quia per effectum bonorum operum perpetuæ ſaluti aſſociatur. Nobiles ergo ſunt filii re- D cta opera, ignobiles autem facta peruerſa. Et ſæpè homo agere quælibet, bona intentione nititur: ſed tamen pro multis quæ ſurripiunt, eius acta apud omnipotentem Deum qualiter habeantur incertum eſt. Siue itaque nobiles fuerint filii eius, ſiue ignobiles non intelligit: quia ſubtili examine diſcuſſa vtrum approbentur eius opera, an reprobentur ignorat. Hactenus Gregorius, quem tam prolixè citaui propterea quod certitudinis aſſertores contendunt illum in ſui fauorem trahere. Vt igitur omnibus conſtet falſo illos iactare Gregorium pro illis ſententiam dixiſſe, volui tam multa ex Gregorio teſtimonia citaſſe, quibus apertiſſimè noſtra ſententia de incertitudine gratiæ confirmatur.

Hæc omnia teſtimonia quæ ex beato Iob protulimus, non ſolum contra Lutheranos militant, ſed etiam contra Catholicos, quos ſupra diximus certitudini gratiæ vtcunque fauere. Nam ſi Iob ille ſanctiſsimus, cui non erat ſimilis ſuper terram, neſciebat aduentum Dei in animam ſuam, aut receſſum eius ab ea: ſi ille ſimplicitatem ſuam ignorabat, quis erit tam perfectus, qui citra omnem Dei reuelationem poterit gloriari ſe certò ſcire aduentum Dei in animam ſuam, & in illa commorari? Si Iob veretur omnia opera ſua, quis erit tam perfectus, qui certò ſciat opera ſua eſſe perfectè bona & Deo grata? Si aliquis eſt certus de ſua gratia, non eſt cur vereatur ſua opera. Nam ille qui eſt in Dei gratia, & hoc certò ſcit, neceſſarium eſt vt etiam certò ſciat abſque vlla dubitatione ſe habere aliqua bona opera,& Deo grata,præſertim quando ſe exercet in aliquibus operibus mandatorum Dei. Scio eſſe aliquos qui his omnibus teſtimoniis ex libro Iob citatis vniuerſaliter reſpondent, illa omnia dixiſſe Iob non

ideo

ideo quia vera essent, sed propter humilitatem, vt inanem gloriam prorsus à se reiiceret. Sed certè de
A hac responsione meritò dici potest illud poëtæ:

Incidit in Scylam, cupiens vitare Charybdim.

Nam responsio illa aliam assertionem includit nõ minus pestilentem quàm illa de incertitudine gratiæ pro qua tuenda in hanc incidere volunt. Dicunt enim in hac sua responsione licitum esse homini propter humilitatem mentiri, quod est manifestè erroneum, vt infrà Deo duce apertè conuincemus in titulo de mendacio, quia non sunt facienda mala, vt inde eueniant bona.

Rursum, hanc nostram & Catholicam assertionem de incertitudine gratiæ confirmare volo testimoniis Dauid prophetæ, & primum sit illud quo reges admonens, ait: Seruite Domino in timore, & exultate ei cum tremore. Vt autem apertius hoc prophetæ testimonium intelligatur, audiamus Cassiodorum prædicta verba interpretantem, qui hęc ait: Breuis & plena commonitio quę domino Deo amabili timore seruitur. Nam sicut remissa securitas culpas admittit: ita timor desiderabilis delicta semper excludit, & ne seruitium Dei durissimum aut tristissimum fortè putaretur, subiungit: Et exultate ei cum tremore. Quia timor Domini, non ad miseriam: sed gaudium ducit: quippe qui beatos efficit & sanctos operatur. Et iterum ne hæc exultatio negligens redderetur, addidit: cum tremore, vt vtraque sociata cœlestem reuerentiam competenter exprimerent. Hæc Cassiodorus. Est alterum eiusdem prophetæ in alio Psalmo testimonium, vbi hæc ait: Delicta quis intelligit? Quo loquendi modo per interrogationem, innuit nullum esse aut saltem rarum qui delicta sua omnia possit intelligere. Nam quod aliqua intelligere homo possit, ipsemet alibi docuit, sic dicens: Quoniam iniquitatem meam ego cognosco, & peccatum meum contra me est semper. Et iterum alibi, Delictum meum cognitum tibi feci. Potest igitur homo aliqua cognoscere peccata, sed non omnia, quia multa sunt quæ sæpe nos ignorantes commisimus, aut omisimus, alia etiam sunt quæ postquam commissa sunt, nobis ignorantibus manent. Ex quibus conuincitur neminem posse esse certum de sua iustificatione. Nec valet quorundam responsio dicentium prophetam in illo loco locutum esse non de peccatis mortalibus, sed de solis venialibus. Nam propheta indifferenter locutus est de peccatis voce communi, sine vlla distinctione, non est ergo rationi consentaneum, vt quod propheta absolutè dixit, aliquis ad sola venialia restringere velit, quia vbi lex non distinguit, nec nos distinguere debemus, præsertim quod ex ipsa litera constat plus de mortalibus verba illa esse intelligenda, quàm de venialibus, propterea quod post illa verba statim subdidit: Ab occultis meis munda me Domine. De illis ergo delictis loquitur, quæ hominem immundum ac sordidum faciunt. At, peccata mortalia multò magis reddunt hominem immundum ac sordidum, ergo illa etiam sunt quæ multi homines sæpe non intelligunt. Et certè de huiusmodi peccatis mortalibus interpretantur illa verba prophetæ. Anselmus in commentariis super quartum caput prioris epistolæ ad Corinthios, & Bernardus epistola quadragesima secunda, quæ est ad Archiepiscopum Senonensem. Ambo enim interpretãtur de illis peccatis quę hominis iustificationem impedire possunt.

Psal. 2. *Cassiodorus.*

Psal. 118.

B *Psal. 50.* *Psal. 31.*

Præterea, hanc nostram sententiam de incertitudine iustificationis apertissimè probat id quod Dominus per Hieremiam prophetam ait: Prauum est cor hominis, & inscrutabile, & quis cognoscet illud? Ego Dominus scrutans cor, & probans renes. Si homo non potest perscrutari cor suum, ergo non
C potest certò cognoscere se esse in gratia: quia multa possunt esse in corde nostro abscondita, quæ sufficiant ad impediendum gratiam. Hoc testimonium non solùm pugnat contra Lutheranos, sed etiam contra Catholicos qui certitudinem gratiæ tuentur. Sed vt omnibus notum sit, quantam habeat hoc testimonium contra illos omnes efficaciam, audire oportet beatum Bernardum, qui in epistola. 42. ex illis Hieremiæ verbis arguit iustos esse de sua iustitia incertos. Sic enim ait: Prauum est cor hominis & imperscrutabile, ita vt nemo sciat quæ sunt in homine, nisi spiritus hominis qui in eo est, sed nec ipse plané. Nam cùm Apostolus diceret: Mihi pro minimo est, vt à vobis iudicer, aut ab humano die, adiecit, sed nec ego meipsum iudico. Quare? Quia non possum, ait: ratam vel ipse de me proferre sententiam. Ego enim nihil mihi conscius sum, non tamen in hoc iustificatus sum. Non ex toto credo me vel ipsi conscientiæ meæ: quippe cum ne ipsa quidem queat me comprehendere totum. Nec potest iudicare de toto qui totum non audit. Qui autem iudicat me, Dominus est. Dominus, inquit, cuius vtique scientiam non effugit, sententiam non subterfugit, etiam quod propriam latet sententiam. Audit deus in corde cogitantis, quod non audit vel ipse qui cogitat. Et paucis interiectis subdit: Veruntamen delicta quis intelligit? Nam si possum dicere cum Paulo, quod quidem longè est à me, nihil mihi conscius sum, non tamen in hoc esse iustificandum, oporteret me gloriari. Non enim qui seipsum commendat ille probatus est, sed quem Deus commendat. Si applauserit mihi humanus dies, pro minimo habeo, quia ille lucet tantum in facie. Homo enim videt in facie, Deus autẽ intuetur cor. Propter hoc Hieremias non satis popularibus sententiis, velut quibusdam humani diei radiis mouebatur, sed fidenter loquebatur Deo: Diem hominis non concupiui: Tu scis, si meus mihi arriserit dies, neque meipsum,
D inquit, iudico, quia neque ipse me satis intelligo. Solus meritò constitutus est iudex viuorũ & mortuorum. Solum attendo iudicem, quem & solum iustificare cognosco. Pater dedit ei iudicium facere, quia filius hominis est. Non vsurpo mihi, vel super me, seruus filij potestatem: neque me annumero illis, de quibus ita conqueri solet. Tulerunt homines à me iudicium. Et mox addit: Velim nolim, ipsi me astare necesse est, ipsi horum, quæ gesserim in corpore, reddere rationem, cui nec verbum præteruolat, nec subterfugit cogitatio. Sub tam æquo liberatore meritorum, sub tam intimo secretorum inspectore quis gloriabitur castum se habere cor? Sola profectò quæ non solet gloriari, non nouit præsumere, contendere non consueuit, gratiam inuentura est in oculis pietatis, humilitas. Non contendit iudicio, neque

Hiere. 17.

Bernard.

1. Cor. 4.

Hiere. 17.

prætendit iustitiam, qui verè humilis est, sed dicit: Non intres in iudicium cum seruo tuo Domine. Re-
Psal. 142. cusat iudicium, & postulat misericordiam, facilius sibi veniam impetrare posse, quàm iustitiam vindi-
care confidens. Hucusque Bernardus. Et sermone tertio de aduentu Domini, postquam dixerat pericu
lum eorum qui curam animarum suscipiunt, hæc ait: Accedit sanè ad solicitudinis cumulum, & pon-
dus timoris, quod cum & meam & proximi conscientiam seruare necesse sit, neutra mihi satis est nota.
Vtraque abyssus est imperscrutabilis. Vtraque mihi nox est, & nihilominus exigitur à me vtriusque cu-
stodia, & clamatur. Custos qui de nocte, custos qui de nocte. Hæc Bernardus, qui nihil apertius dicere
potuit pro incertitudine iustificationis. Et ideo tam prolixè illum citare volui, vt propriis illius verbis
conuincerem, malè agere, & in vanum laborare illos qui contendunt Bernardum in contrariam trahe-
re sententiam, dicentes illum pro certitudine gratiæ sententiam dixisse. Non est enim credendum vi-
rum tam doctum ac sanctum secum pugnantia dixisse. In his enim quæ nos ex illo nunc proximè cita-
uimus, apertissimè docet incertitudinem gratiæ. Quod autē alij ex Bernardo pro certitudine gratiæ ci- A
tant, malè ab illis intelligitur, quia nihil ad huius causæ statū agit. Nam in sermone illo de quatuor mo-
dis orandi, cui potissimū innituntur Colonienses illi authores Enchiridij institutionis Christianæ, non
loquitur Bernardus de certitudine fidei, cui non potest subesse falsum, sed de certitudine fidei huma-
næ, quæ excludit dubitationem, & illi potest subesse falsum. Et quod hæc sit in illo loco Bernardi sen-
tentia, ex verbis quæ ille ibidem dicit apertissimè constat. Quia illa signa ex quibus persuadere vult il-
lam certitudinem, solum sunt coniecturæ quædam, quæ humanam generant fidem, & possunt deci-
pere, & non cogunt necessariò ex fide Catholica. Et ipse satis se declarat, quòd loquitur de certitudine
fiduciæ, quam potest habere in suis postulationibus ille, qui habuerit signa quę ille numerauit. Aliud te-
stimoniū Bernardi citant aduersarij nostri ex sermone. 74. super Cantica, sed neq; illud est ad propositū,
quia illic Bernardus non loquitur de aduentu Dei in animam per infusionem gratiæ, sed de aduentu
illius in animam antea iustificatam, quando venit per collationem dulcedinis spiritualis, & aliarum spi
ritualium consolationum. Nam aliàs si ille locutus fuisset de aduentu Dei in animam per infusionem
primæ gratiæ, consequens esset Bernardum illum illic dixisse sæpe certum fuisse se peccasse mortaliter:
quia dicit se certò sciuisse Deum recessisse ab illo. Et hoc ipsum etiam dicit sermone decimoseptimo su-
per Cantica, exponens illud: Reuertere dilecte mi, &c. De illo autem aduentu qui fit per collationem
spiritualium consolationum, bene potest homo esse certus, quia potest illas in se experiri. Sed ex istis nō
potest colligi certitudo fidei Catholicæ de inhabitante Dei gratia in homine, quia omnes illæ consola- B
tiones, Deo permittente, possunt dari à Dæmone, qui sæpe transfigurat se in angelum lucis. Sunt alia
testimonia Bernardi, quæ hostes nostri citant pro certitudine gratiæ, quam illi prædicant, cum ta-
men nihil pro illa dicat, quia solum dicit iustos sua bona opera cognoscere, & hoc ait in sermone ter-
tio de aduentu. Hoc autem etiam nos fatemur, quia (vt supra Gregorius dixit) nisi se bene agere co-
gnoscerent, statim à bonis operibus cessarent: & ideo dixit optimè Gregorius, quod oportet vt scien-
do nesciamus. Quod autem dixit sermone decimoseptimo ex paruis de testimonio iustificationis,
non est intelligendum de iustificatione alicuius particularis hominis, sed de iustificatione quæ est in
corpore Ecclesiæ, quæ est corpus illius. Sed nemo scit an ipse sit membrum in quo sic Deus inhabitet
per gratiam.

Deinde, hanc incertitudinem gratiæ multi alij prophetæ præter Hieremiam, suis testimoniis con-
Danie. 4. firmant. Daniel siquidem ad Nabuchodonosor regem ait: Peccata tua eleemosynis redime, & iniqui-
tates tuas misericordiis pauperum: forsitan ignoscet Deus delictis tuis. In quibus verbis potissimum
annotanda est illa vox, Forsitan, quam constat esse notam dubitationis. Hæc autem dubitatio nón o-
ritur ex duritia & austeritate Dei, quem constat esse misericordissimum, sed ex imperfectione ope-
rum nostrorum, de quibus meritò dubitare debemus, an talia sint, vt misericordiam impetrare va-
leant. Si Daniel dubitabat Deum ignosciturum, ergo neque ille, neque Nabuchodonosor poterat
esse certus de remissione peccatorum. Ideo Hieronymus in commentariis super Danielem prædicta
Hierony. verba interpretans, ait: Cùm Daniel præscius futurorum, de sententia Dei dubitet, rem temerariam
Ioel. faciunt, qui audacter veniam pollicentur peccantibus. Hæc Hieronymus. Deinde, propheta Ioël
exhortans Dei populum, vt conuertat se in toto corde ad Dominum, quia benignus & patiens est,
ait: Quis scit, si conuertatur, & ignoscat, & relinquat post se benedictionem? Quæ verba interpre- C
tans Hieronymus in commentariis super Ioëlem, ait: Ne desperetis veniam, scelerum magnitudine,
quia magna peccata magna delebit misericordia, & si nos egerimus pœnitentiam, & ipsum pœnitebit
comminationis suæ, & mala quæ comminatus est, nobis non inferet nostræque mutatione senten-
tiæ, & ipse mutabitur. Et statim addit: Sed ne forsitan, magnitudo clementiæ nos faceret negligen-
Psal. 5. tes, adiunxit. Quis scit, si conuertatur & ignoscat Deus? Ego, inquit, hortor quod meum est, ad pœ-
nitentiam, & Deum ineffabiliter noui esse clementem, dicente Dauid: Miserere mei Deus secundū ma
gnam misericordiam tuam. Sed quia profundum diuitiarum sapientiæ & scientiæ Dei nosse non possu
mus, sententiam tempero, & opto potius quàm præsumo, dicens: Quis scit, si conuertatur, & ignoscat?
Ionæ. Quod ait: quis, aut impossibile, aut difficile sentiendum est. Hæc ille. Illud etiam est manifestum, quod
Niniuitæ ad prædicationem Ionæ statuentes pœnitentiam peccatorum agere, & aliquam pro illis Deo
Hierony. satisfactionem reddere, dixerunt: Quis scit si conuertatur, & ignoscat Deus, & reuertatur à furore iræ
suæ, & non peribimus? Super quæ verba Hieronymus, hæc ait: Illud quoque quod dicitur: Quis scit, si
cōuertatur, & ignoscat Deus? Ideo ambiguum ponitur, & incertum, vt dum homines dubij sunt de sa-
lute, fortius agant pœnitentiam, & magis ad misericordiam prouocent Deum. Hæc Hieronymus, qui
mentem prophetæ declarans, suam de incertitudine apertissimè manifestauit sententiam. Eundem

sensum

ſenſum habent verba illa, quæ Petrus Apoſtolus dixit Simoni Mago: Pœnitentiam age ab hac nequitia tua, & roga Deum ſi fortè remittatur tibi hæc cogitatio cordis. Hæc prophetarum teſtimonia quæ nunc ex Danièle, Ioële, & Iona citauimus, non minus contra Catholicos aſſertores certitudinis gratiæ pugnant, quàm contra Lutheranos. *Act.8.*

Paulus etiam contra hos omnes apertiſſimum reddit teſtimonium pro incertitudine gratiæ, ſic dicens: Mihi autem pro minimo eſt vt à vobis iudicer, aut ab humano die, ſed neque meipſum iudico. Nihil enim mihi conſcius ſum, ſed non in hoc iuſtificatus ſum. Qui autē iudicat me Dominus eſt. Itaq; nolite ante tempus iudicare, quoadusque veniat Dominus, qui & illuminabit abſcondita tenebrarū, & manifeſtabit conſilia cordium, & tunc laus erit vnicuique à Deo. Tam prolixè hūc Pauli locum citaui, quia multa in illo mihi videntur contineri, quæ incertitudinem gratiæ manifeſtiſſimè probant. Sed antequam vim & energiam illorum verborum penſemus, opus eſt admonere prius lectorem, vt intelligat Paulum in illis verbis non ſuam oſtentare incertitudinem gratiæ, quia id non verè de ſe dixiſſet, qui per diuinam reuelationem certus erat non ſolùm de præſenti iuſtificatione, ſed de corona iuſtitiæ, quā
A à iuſto iudice ſe habiturum certiſſimè credebat, & firmiſſimè ſperabat. Paulus (vt ſæpe aliàs facere ſolet) alios admonere volens, quid illos agere oporteat, ſub nomine ſuo locutus eſt, vt libentius acciperent doctrinam, & patientius ferrent reprehenſionem de fiducia propriæ conſcientiæ. Et hoc ante me annotauit Theophylactus, qui ſuper illa verba, Mihi pro minimo eſt, &c. air: Hæc autem non de ſeipſo verè dicit, non enim ipſum prorſus iudicabant: ſed vt ne alios iudicent, in propria perſona, quod vult, perficit. Et poſtea ſuper illa verba: Nolite ante tempus iudicare, iterum ait: Ita nanque diuus Paulus perpetuò ſolet quæ alterius ſunt, in propriam trāsferre perſonam, inque ſeipſo docere, quæ alios eſt docturus. Hæc Theophylactus. Et ante Theophylactum hoc idem docuit Chryſoſtomus ſuper eadē Pauli verba, homilia.11. ſuper priorem epiſtolam ad Corinthios, ſic inquiens: Nemo tamen Paulum vt ſtultum reprehendat, quod neminem dignum ducit, qui de ſeipſo ferat ſententiam. Primum enim nō propter ſe hoc dicit, ſed propter alios. Hæc Chryſoſtomus. Hoc itaque ſuppoſito fundamēto, primū annotandum in verbis Pauli eſt, quod teſtimonium propriæ conſcientiæ, quo illa teſtatur ſe nullum propriū peccatū ſcire, non eſt ſatis ad hoc vt homo certò credat ſe eſſe iuſtum. Nihil, inquit, mihi conſcius ſum, ſed non in hoc iuſtificatus ſum, hoc eſt, non propter hoc poſſum pronunciare me iuſtum. Nam ſolemne eſt Paulo hanc præpoſitionem, In, capere pro illa præpoſitione propter, aut pro illa præpoſitione, per. Sic accepit ad Epheſios loquens, quum dixit: Conſedere nos fecit in cœleſtibus in Chriſto Ieſu, id eſt, per, aut propter Chriſtum Ieſum. Et iterum: Nunc autem in Chriſto Ieſu, vos qui aliquando eratis longe, facti eſtis prope in ſanguine Chriſti, hoc eſt, per ſanguinem Chriſti. Alterum in verbis Pauli annotandum eſt, quod nemo poteſt omnia ſecreta cordis ſui plenè ſcrutari, ſed ſolus Deus eſt qui renes & corda ſcrutatur. Et ideo dixit, Sed neque meipſum iudico. Qui autē iudicat me: Dominus eſt.
B Tertium annotandū deducit Paulus ex ſecundo dicto, quod nemo poteſt veram de ſe proferre ſententiam, quia nemo poteſt verè iudicare niſi de illis, quæ perfectè nouit. Et ideo monuit vt nolimus iudicare ante tempus, quouſque veniat dominus, qui illuminabit abſcondita tenebrarum, & manifeſtabit conſilia cordium. Quod de iudicio cordis proprij intelligendum eſt, perinde ac de iudicio alieni. *Theophy.* *Ephe.2.*

Et hunc eſſe verum Pauli ſenſum, apertè docent omnes ſacri doctores, qui illa Pauli verba alicubi interpretati ſunt. Hieronymus lib.2. dialogorum contra Pelagianos prædicta verba pertractans, ait: Qui hoc dicebat, nullius vtique peccati ſibi conſcius erat, ſed quia legerat, delicta quis intelligit. Et ſunt viæ quæ videntur viro iuſtæ, nouiſsima autem eorum reſpiciunt in profundum inferni, & iterum: Omnis vir videtur ſibi iuſtus, Deus autem corda hominum dirigit: idcirco temperabat ſentētiam, ne fortè per ignorantiam deliquiſſet, maximè cum ſcriptura teſtatur: Eſt iuſtus, qui perit in iuſtitia ſua. Et alibi. Iuſte quod iuſtum eſt ſectaberis, ne opinione veritatis à iuſtitia declinemus recordantes Saulis, & Achā. Hæc Hieronymus. Auguſtinus ſuper Pſalmos exponens illum verſum ex Pſalmo. 42. Abyſſus abyſſum inuocat, obiter illa Pauli verba interpretatur, ſic dicens: Abyſſum inuocant ſancti prædicatores verbi Dei. Nunquid & ipſi Abyſſus? vt noueris quia abyſſus & ipſi, Apoſtolus ait: minimum eſt vt à vobis diiudicer, aut ab humano die. Quanta autem abyſſus ſit, audite amplius. Neque enim ego meipſum diiudico. Tantámne profunditatem creditis eſſe in homine, quæ lateat ipſum hominem in quo eſt? Quanta profunditas infirmitatis latebat in Petro, quando quid in ſe ageretur intus, neſciebat, & ſe mo-
C riturum cum Domino vel pro Domino temerè promittebat. Quanta abyſſus erat? Quæ tamen abyſſus nuda erat oculis Dei. Nam hoc illi Chriſtus prænūciabat, quod in ſe ipſe ignorabat. Ergo omnis homo licet ſanctus, licet iuſtus, licet in multis proficiens, abyſſus eſt. Hæc Auguſtinus. Et Chryſoſtomus homilia.11. ſuper priorem epiſtolam ad Corinthios, exponēs illud, Nolite ante tempus iudicare, ait: Quod ſi in quibus ipſe peccaui, inquit, nihil certò mihi conſcius ſum, quo pacto dignus fuero qui de aliis feram ſententiam? Qua autem ratione ſi res meas non ſatis exploratas habeo, aliena potero diiudicare? Quod ſi Paulo hæc contingebant, longè magis & nobis. Etenim ita loquebatur, non vt ſeipſum inreprehenſibilem diceret. Sed ſi quiſpiam apud eos inueniretur qui nihil peccaſſet, neque hunc dignum fore, qui cæterorum vitam examinaret, oſtenderet, quódque ſi hunc nihil conſcium, reum eſſe inquit, multò magis qui multorum ſibi conſcij ſunt. Hæc Chryſoſtomus. Et Haymo ſuper Paulum prædicta verba exponens, ait: Si ego meipſum inreprehenſibilem inuenio, qui melius meipſum noui quàm vos, quomodo poteſtis diiudicare conſcientiam meam, facio quicquid facio, maximè cum nemo ſciat hominum quæ ſunt in homine, niſi ſpiritus hominis qui in ipſo eſt. Fœlix conſcientia, quæ ita de ſe audet loqui ſecurè. Et ne videretur Apoſtolus præſumptiuè ac ſuperbè talia fateri, ſubiunxit: Sed non in hoc iuſtificatus ſum. Subaudis apud me, vel apud Deum: ac ſi diceret aliis verbis: licet ego in me nihil ma- *Hierony.* *Pſal.18.* *Prou.14.* *Eccl.17.* *Deut.16.* *Auguſt.* *Mar. 14.* *Chryſoſt.*

li,nihilque reprehenſione dignum inueniam, vt quidam mihi detrahant iniuſtè, quidam extollant ſuis fauoribus, tamen nõ ideo iuſtificatus ſum apud me neque iuſtificatum eſſe credo per hoc apud Deum, quia neſcio vtrum placeãt ei quæ ago,aut qualiter ea accipiat,qui melius cognoſcit quid ſit in me quàm ego, quoniam etſi in maximis operibus peccatorum non deliqui, ſaltem in cogitationibus deliqui, & peccaui.Melius quidem ego memetipſum cognoſco,quàm vos qui me diiudicatis & detrahitis, & melius Deus,quàm ego.Et paucis interpoſitis iterum ait: Quantum enim poſſunt homines de alio iudicare, plus homo vtique de ſeipſo: ſed Deus plus de homine, quam homo de ſe. Tanta profunditas enim in homine, vt lateat plerunque ipſum hominem in quo eſt. Quanta profunditas infirmitatis latebat in Petro, quando quid intus in ſe ageretur neſciebat, & ſe cum Domino, vel pro Domino moriturum, temerè promittebat.Nam hoc illi Chriſtus prænunciabat, quando ipſe in ſe ignorabat.Hæc Haymo,& ferè ſunt eadem cum illis, quæ nunc proximè citauimus ex Auguſtino. Eodem modo interpretatur illa Pauli verba Ambroſius ſuper epiſtolas,& Anſelmus ibidem,& Bernardus epiſtola.42. quorũ verba ſuprà in alium finem fuerunt in hac diſputatione citata, & ideo non eſt opus ea nunc repetere.Præterea, illud etiam eſt manifeſtũ contra Lutheranos,quòd in poſteriore ad Corinthios epiſtola Paulus ait:Non enim qui ſeipſum commendat,ille probatus eſt, ſed quem Deus commendat. Ex quibus verbis apertiſſimè conuincitur falſum eſſe quod Lutherus ait: Crede te abſolutum,& eris abſolutus.Et illud Philippi Melanctonis.Si firmiter credis peccata tibi eſſe remiſſa per miſericordiam Dei,& per ſanguinem Chriſti,iuſtificatus es.Non enim qui ſeipſum commendat,ait Paulus,ille probatus eſt, ſed quem Deus commendat.Et in eadem epiſtola iterum ait: Voſmetipſos tentate,ſi eſtis in fide,ipſi vos probate. Si homines eſſent certi de ſua iuſtificatione, non eſſet opus admonere illos, vt tentarent ſemetipſos. Et rurſum alibi ait: Si quis exiſtimat aliquid eſſe, cùm nihil ſit ipſe ſe ſeducit. Ex quibus verbis apertiſſimè colligitur, vt omnis qui abſque Dei reuelatione ſpeciali, credit firmiter ſe eſſe iuſtum, ſit à ſeipſo ſeductus, quia omnis talis exiſtimat ſe non ſolum aliquid,ſed magnum aliquid eſſe.Nam magnus coram Deo eſt, qui iuſtus eſt.

Ambro. *Anſelm⁹.* *Bernard.* *2. Cor.10* *2. Cor.13.* *Galat.6.*

Quamuis teſtimonia ſacræ ſcripturæ,quæ hactenus pro incertitudine gratiæ citauimus,ſint efficaciſſima,ad maiorem tamen huius ſententiæ confirmationem,volo oſtendere hanc eſſe & ſemper fuiſſe totius Eccleſiæ Catholicæ ſententiam, per hoc quòd omnes doctores Catholici ſemper eam docuerunt.

Et quidem pro hac re ſatis eſſe poſſent teſtimonia illorum ſacrorum virorum, quos ſupra protulimus ad oſtendendum verum ſenſum illorum locorum ſacræ ſcripturæ,quæ ad comprobandam incertitudinem gratiæ citauimus.Sed quia curioſus,aut dubius lector plura fortè deſiderabit,ea nũc illi offerre volo,ex quibus aliqua plenè & integrè referam,alia verò,ne nimia prolixitate præbeam faſtidium aliis bene in hac noſtra & Catholica ſententia confirmatis,ſolum digito indicabo in locis vbi illa inuenire poſſit. Cyprianus in ſermone de eleemoſyna, hæc ait: Agnoſcamus fratres chariſſimi diuinæ indulgentiæ munus ſalubre, & emundandis purgandiſque peccatis noſtris, qui ſine aliquo conſcientiæ vulnere eſſe non poſſumus, medelis ſpiritualibus vulnera noſtra curemus. Neque quiſquam ſic ſibi blandiatur de puro, atque immaculato corde, vt innocentia ſua fretus, medicinam non putet eſſe adhibendam vulneribus, cum ſcriptum ſit: Quis gloriabitur caſtum ſe habere cor, aut quis gloriabitur mundum eſſe à peccatis ſuis? Et iterum in epiſtola ſua Ioannes ponat, & dicat: Si dixerimus quia peccatum non habemus noſmetipſos decipimus, & verita s in nobis non eſt. Si autem confeſſi fuerimus peccata noſtra, fidelis & iuſtus eſt Dominus,qui nobis peccata dimittat.Si autem nemo eſſe ſine peccato poteſt,& quiſquis ſe inculpatum dixerit,aut ſuperbus,aut ſtultus eſt, quàm neceſſaria,quam benigna eſt clemẽtia diuina, quæ cùm ſciat, non deeſſe ſanitatis quædam poſtmodum vulnera, dedit cutandis denuò,ſanandiſque vulneribus remedia ſalutaria. Hæc ille. Hieronymus præter loca ſupetius citata,adhuc eandem ſententiam docet in commẽtariis ſuper caput tertium Hieremiæ,& ſuper.13.eiuſdem,& ſuper Micheæ 6. Auguſtinus ſuper illud Pſalmi, Incerta & occulta ſapientiæ tuæ manifeſtati mihi, hæc ait: Quæ occulta? Quæ incerta? Quia Deus ignoſcit & talibus. Nihil tam occultum, nihil tam incertum. Ad hoc incertum Niniuitæ pœnitentiam egerunt: dixerunt enim,quamuis poſt minas prophetæ,quamuis poſt illam vocem: Triduo Niniue euertetur, dixerunt apud ſe, petendam eſſe miſericordiam. Dixerunt ita apud ſe diſceptantes, quis nouit, ſi Deus flectat in melius ſententiam ſuam, & miſereatur? Incertum erat, cum dicitur, quis nouit? De incerto pœnitentiam egerunt, certam miſericordiam meruerunt. Proſtrauerunt ſe in lachrymis, in ieiuniis, in cilicio, & in cinere. Proſtrauerunt ſe, gemnerunt,fleuerunt, pepercit Deus. Stetit Niniue, an euerſa eſt Niniue? Aliter quidem videtur hominibus, & aliter viſum eſt Deo. Hæc Auguſtinus. Et idem prorſus docet in libro. 83. quæſtionum, quæſt. 58. & ſermone.16.de verbis Apoſtoli,& in libro de prædeſtinatione ſanctorum,cap.20. Gregorius præter tam multa, quæ ex moralibus illius ſuper Iob citauimus, adhuc ex profeſſo idem docet in quadam epiſtola ad Gregoriam Auguſtæ cubiculariam, & eſt in libro ſexto regiſtri, capite.186. Iſidorus libro.2. de ſummo bono,capite. 13. Sunt qui pœnitentibus ſecuritatem citò pollicentur, quibus bene per prophetam dicitur: Curabant contritionem filiæ populi mei cum ignominia, dicentes: Pax,pax,& non erat pax.Cum ignominia igitur curat contritionem,qui peccanti,& non legitimè pœnitenti promittit ſecuritatem.Et paucis interpoſitis,ſubdit:Quamuis per pœnitentiam propitiatio peccatorum ſit,ſine meru tamen eſſe homo non debet: quia pœnitentis ſatisfactio diuino tantum penſatur iudicio, non humano. Proinde quia miſeratio Dei occulta eſt, ſine intermiſſione flere neceſſe eſt. Neque enim vnquam oportet pœnitentem habere de peccatis ſecuritatem. Nam ſecuritas negligentiam parit, negligentia autem ſæpe incautum ad vitia tranſacta reducit. Hactenus Iſidorus, qui apertiſſime noſtram & Catholicam ſententiam docet.

Cyprian⁹ *Prou. 20.* *1. Ioan. 1.* *Hierony.* *Auguſt.* *Ionæ 3.* *Gregori⁹* *Iſidorus.* *Hier. 6.*

Ioannes

Ioannes Gerſon in quodam tractatu de ſignis bonis ac malis, qui eſt in quarta parte operum illius, hæc ait: Signum malum indicare ſe eſſe in gratia cum certitudine, niſi per reuelationem claram habeatur, cùm ſufficiat pro ſtatu præſenti probabilis coniectura. Neſcit quippe homo an amore vel odio dignus C ſit, tum quia neſcit an opera ſua acceptantur coram Deo: Tum quia ignorat qua diſtrictione iudicentur, aut quo fine terminentur: Tum quia mentalis oculus cæcutiens eſt, putans aliquando de gratiis, gratis datis vel acquiſitis gratiam eſſe gratum facientem: Tum denique quia angelus ſathanæ trãsfigurat in angelum lucis exufflans per aliquam latentem ſuperbiam flammam charitatis, conſeruans nihilominus lucem quandam acquiſitæ ſeu conſuetudinalis virtutis. Hæc ille. Et eandem ſententiam docet in tractatu de præparatione ad miſſam, qui eſt in ſecunda parte operum ſuorum. *Gerſon.* *1. Cor. 11.*

Poſt iſtos omnes viros illuſtres ſuccedit tota turba ſcholaſticorum Theologorum, è quibus multi fuerunt ſanctitate perinde ac doctrina clari, qui omnes concorditer docent hanc noſtram & Catholicam aſſertionem de incertitudine gratiæ inhabitantis. Iſtorum verba non referam, ſed ſatis erit indicare locum lectori. Alexander de Hales in tertia partæ ſummæ Theologicæ, quæſtione vigeſimaſeptima. Sanctus Bonauentura in primo ſenten. diſtinctione decimaſeptima, parte prima, quæſtione tertia. Sanctus Thomas in prima ſecundę, quęſt. 112. artic. 5. Richardus de media villa in primo diſt. 1. arti. 2, quęſt. 5. Durãdus de ſancto Pontiano in primo ſenten. diſtin. 17. quęſt. 4. Gabriel Biel in ſecundo ſen. diſtin. 27. dubio vltimo. In quo loco immeritò reprehendit doctorem ſubtilem Ioannem Scotum, dicens ex dictis illius colligi, illum ſentire hominem poſſe eſſe certũ de ſua iuſtificatione. Et multi ex Catholicis, qui in concilio Tridentino volebant defendere certitudinem gratiæ, conabantur trahere Scotum in fauorem ſuæ ſententiæ, moti authoritate Gabrielis, qui illud tribuit Scoto. Sed re vera Gabriel & quotquot alii hoc tribuunt Scoto, falluntur: quia mentem illius minimè aſſecuti ſunt. Nam ille in multis locis apertiſsimè docet, neminem abſque ſpeciali Dei reuelatione poſſe eſſe certum de ſua iuſti- D ficatione. Hoc enim apertiſſimè docet in primo ſentẽ. diſt. 17. quæſt. 1. artic. 1. in principio, vbi dicit neminem poſſe cognoſcere certitudinaliter ſe eſſe in charitate. Idem dicit in. 3. diſtinct. 27. quæſt. vnica. In. 4. diſtinct. 5. quæſt. 1. volens probare bonitatem miniſtri non eſſe neceſſariam ad ſuſceptionem baptiſmi, dicit hæc verba: Cùm enim quaſi nullus poſſit eſſe certus de bonitate propria, multo magis nec de bonitate alterius: ergo ſi ex bonitate miniſtri penderet baptiſmus, nunquam poſſet aliquis eſſe certus ſe verè recepiſſe baptiſmum, quod eſt inconueniens. Hæc ille. Et in eodem. 4. ſenten. diſtinct. 9. quæſtione prima, differens de præparatione neceſſaria ad dignè ſuſcipiendum Euchariſtiam, dicit non eſſe neceſſarium, vt homo ſciat ſe eſſe in gratia, quia aliàs nullus poſſet dignè ſuſcipere: qua nullus poteſt certò ſcire ſe eſſe in gratia. Cùm ergo in tam multis locis apertiſsimè doctor ſubtilis Scotus dixerit neminem poſſe eſſe certum de ſua iuſtificatione, meritò ſunt reprehendendi illi, qui auſi ſunt oppoſitam aſſertionem falſò tribuere illi. Sed opus eſt vt reſpondeamus argumento, quo Gabriel & illius ſectatores nituntur perſuadere, Scotum ſenſiſſe hominem poſſe ex communi lege eſſe certum de ſua iuſtificatione. Dicunt enim Scoti ſententiam eſſe, quod ad ſuſcipiendum gratiam per aliquod ſacramentum, ſatis eſt non ponere obicem, hoc eſt, tunc non peccare mortaliter. Quilibet autem poteſt ſcire ſe non ponere obicem, hoc eſt non peccare mortaliter quum ſuſcipit ſacramentum: ergo quilibet hoc modo recipiens ſacramentum, erit certus ſe tunc eſſe in gratia. Sed in hoc argumento bis errat Gabriel, & qui illum in hac parte ſequuntur. Primò, quia iuxta doctrinam Scoti, non ſolum ille dicitur ponere obicem, qui peccat mortaliter, ſed etiam ille qui accedens ad ſacramentum nullam habet peccati contritionem, vel attritionem. Itaque non ponere obicem, vt Scotus docet, non eſt merè negatiuè ſe habere, ſed eſt habere aliquam peccati attritionem, quæ quamuis optimis circunſtantiis ornata, non eſſet ſufficiens diſpoſitio ad conſecutionem gratiæ. Hoc apertiſsimè docet Scotus in quarto ſentent. diſtinct. 4. quæſtione. 5. Et diſtinct. 14. quæſt. 4. arti. 3. Et diſt. 16. quęſt. 1. parum ante ſolutionem A argumentorum. Et diſtinct. 18. bis. Et diſt. 49. quæſt. 4. vbi dicit, peccare illum qui recordatur ſe peccaſſe, & non dolet. Secundo errat Gabriel in ſuo argumento, quia malè concludit, etiam ſi daremus illi quod non ponere obicem, ſit idem quod non peccare mortaliter. Nam ad hoc vt ſuſcipiens ſacramentum ſit certus certitudine fidei ſe ſuſcepiſſe gratiam, oportet vt eadem certitudine ſit certus ſe ſuſcepiſſe ſacramentum. Hoc autem nemini poteſt eſſe certitudine fidei certum, quia nemo poteſt ſic eſſe certus de intentione miniſtri, ſine qua, vt definitum eſt in Concilio Florentino, non poteſt perfici ſacramentum. Manet ergo Scotus pro noſtra & Catholica ſententia de incertitudine gratiæ, & non pro contraria in quam alii inuitum & renitentem trahere conabantur. *Alexãder de Hales.* *Bonauentura.* *Thomas.* *Richardꝰ* *Durãdus.* *Gabriel.* *Ioannes Scotus.*

Ex his omnibus quæ hactenus pro incertitudine gratiæ protulimus, facilè conuincitur ſecunda pars aſſertionis Lutheranæ, quæ ait: omnem fidelem eſſe obligatum ad certò credendum, remiſſa ſibi eſſe gratis peccata ſua propter miſericordiam Dei, & meritum paſsionis Chriſti. Si nemo poteſt eſſe certus de ſua iuſtificatione, conſequens eſt neceſſatiò, vt nemo teneatur ad habendum hãc certitudinem: quia aliàs homo obligaretur ad impoſsibile, quod eſt abſurdum, & Deo iniurioſum. Præterea, ſi omnes fideles & iuſti obligantur (vt Lutherani dicunt) ad certò credendum ſe eſſe iuſtos, oportet vt ipſi Lutherani oſtendant præceptum diuinum apertum & clarum, quale ipſi à nobis in aliis cauſis exigere ſolent, quod apertè obliget omnes fideles ad hanc certitudinem, quam illi prædicant. At cum tale præceptum B non poſsit in ſacris libris reperiri, conuincitur inde nullum tale præceptum eſſe. Et hoc argumentum conuincit potiſsimum Lutheranos, quia dicunt nihil eſſe recipiendum quod in ſacris literis non habeatur. Rurſum, ſi omnes fideles tenerentur ad certò credendum eſſe iuſtos: ergo qui illud non crederet, eſſet cenſendus hæreticus. Eccleſia tamen nunquam hactenus propter hoc aliquem proclamauit hæreticum, imò ex oppoſito dixit pias mentes eſſe, quæ timent culpam eſſe, vbi culpa non eſt.

Post hęc omnia argumenta, vt totam istam de certitudine disputationem plenè absoluamus, operę precium erit Ecclesiæ definitionem in medium afferre. In cap. vltimo, de purgatione Canonica, Innocentius tertius definit esse indiscretum, & temerarium, & ineptum, iurare se esse immunem à peccatis, quáuis de illis pœnitentiã egerit. Et probat per illud Iob: Si simplex fuero, hoc ipsum ignorabit anima mea. Demum, Concilium Tridentinum sub Paulo tertio celebratum post longam & diligentissimam super hac re factam examinationem, sessione sexta Christianissimam de hac re protulit sententiam, quę capite .9. decretorum illius sextæ sessionis habetur sub his verbis: Quamuis autem necessarium sit credere, neque remitti, neque remissa vnquam peccata fuisse, nisi gratis, diuina misericordia, propter Christum, nemini tamen fiduciam, & certitudinem remissionis peccatorum suorum iactanti, & in ea sola quiescenti, peccata dimitti, vel dimissa esse dicendum est. Cùm apud hæreticos, & schismaticos possit esse, imò nostra tempestate sit, & magna contra Ecclesiam Catholicam contentione prædicetur vana hæc, & ab omni pietate remota fiducia. Sed neque illud asserẽdum est, oportere eos, qui verè iustificati sunt, absq; vlla dubitatione omnino, apud semetipsos statuere se esse iustificatos, neminemq; à peccatis absolui, ac iustificari nisi eum, qui certò credat se absolutũ, & iustificatum esse, atque hac sola fide absolutionem & iustificationem perfici, quasi qui hoc non credit, de Dei promissionis déque mortis & resurrectionis Christi efficacia dubitet. Nam sicut nemo pius de Dei misericordia, de Christi merito, déque sacramentorum virtute & efficacia dubitare debet, si quilibet, dum seipsum, suamque propriam infirmitatem & indispositionem respicit, de sua gratia formidare & timere potest, cùm nullus scire valeat, certitudine fidei, cui non potest subesse falsum, se gratiam Dei esse consequutum. Et post datam hanc fidei definitionem, ne quis temerè contra eam aliquid dicere auderet, duos Canones latæ sententię videlicet decimũtertium, & decimumquartum adiecit, quorũ verba sunt quę sequũtur. Si quis dixerit omni homini ad remissionem peccatorum assequendam, necessarium esse, vt credat certò, & absque vlla hæsitatione propriæ infirmitatis & indispositionis, peccata sibi esse remissa, anathema sit. Si quis dixerit hominem à peccatis absolui ac iustificari, ex eo quod se absolui ac iustificari certò credat, aut neminem verè esse iustificatum, nisi qui credit se esse iustificatum: & hac sola fide absolutionem, & iustificationem perfici, anathema sit. Hactenus Concilum Tridentinum. Sed ne ex istis verbis malè intellectis, lector aliquis labatur in aliquem errorem, volo lectorem admonere vt bene aduertat & rectè intelligat verba illa Concilij. Cùm nullus scire valeat certitudine fidei, cui non potest subesse falsum, se gratiam Dei esse consecutum. Non enim per illa verba dicunt neminem posse credere se esse in gratia, ita vt illi fidei non possit subesse falsum: sed dicunt neminem posse illud scire certitudine fidei, cui non possit subesse falsum. Nam potest esse vt aliquis iustus per coniecturas aliquas à Spiritu sancto donatas, hoc est, quas illi spiritus sanctus suggerit, credat fide tantum humana, id est, rationibus humanis innixa, se esse iustum, & illi fidei non potest subesse falsum: quia cum Spiritus sanctus suggerat, vt sic credat, illi fidei non potest subesse falsum. Sed ille sic credens non erit certus de sua iustificatione, certitudine fidei cui non potest subesse falsum. Quia etsi illas coniecturas iustificationis illi suggerit Spiritus sanctus, ille tamen nescit eas à Spiritu sancto fuisse ministratas, quod erat necessarium, vt ille esset certus certitudine fidei, cui non potest subesse falsum. Nam aliàs etsi res in se sit certa, ille tamen non erit certus, quia sæpe poterit meritò dubitare. Verba ergo Concilij intelligenda sunt de vtraque certitudine, videlicet rei in se, & quo ad nos, ita quod vtranque certitudinem de sua gratia nemo sine speciali Dei reuelatione possit habere. Si autem ille sciat certò illam suggestionem esse à spiritu sancto, tunc illud dicetur esse specialem reuelationem. Quia non omnibus iustis datum est, vt sciant quæ suggestiones fiunt à spiritu sancto, & quæ à spiritu malo. Nam si omnes hoc scirent, non dixisset Ioannes in sua prima Canonica epistola: Nolite omni spiritui credere, sed probate spiritus an ex Deo sint. Sed quia sæpe angelus sathanæ transfigurat se in angelum lucis, ideo probare oportet spiritus an ex Deo sint. Et inde necessariò sequitur, vt qui certò scit spiritum aliquem esse à Deo, hoc habeat per specialem Dei reuelationem. Qui autem illam habet, bene potest esse certus de sua iustificatione certitudine fidei, cui non potest subesse falsum: quoniam qui ex tali reuelatione certò crederet se esse iustum, innitetur diuinæ reuelationi, cui non potest, vt constat, subesse falsum. Et sicut illa est illi specialis, ita fides qua certò credit, sicut tunc tenetur credere se esse iustum, est illi specialis & non Catholica, quia non obligat alios quibus non est facta illa specialis reuelatio. Cùm ergo Concilium dixit, neminem posse certò scire certitudine fidei, cui non potest subesse falsum, hoc idem est ac si dixisset, certitudine habita per viam, per quam non potest falli. Et talem viam habet ille, qui innititur reuelationi diuinæ. Qui autem per coniecturas ministratas à spiritu sancto, sed nesciens certò eas esse à spiritu, credit certò se esse in gratia, non est certus certitudine fidei, cui nõ potest subesse falsum. Quia etsi res in se certa sit, via tamen qua illam credit, non est infallibilis, quia est solùm ratio humana probabilis, cui potest subesse falsum. Et hanc certitudinem moralem, quæ habetur per viam fallibilem, quam nos appellamus fidem humanam, Concilium non negauit, neque nos negamus posse ex lege communi contingere multis iustis. Et hinc constat apertissimè quàm parum faciat pro certitudine gratiæ illud testimonium Pauli ex epistola ad Romanos: Ipse Spiritus testimonium reddit spiritui nostro, quod filij Dei sumus. De hac Pauli sententia gloriabantur in Concilio Tridentino illi Catholici qui certitudinem gratiæ defendere conabantur. Sed ex his quæ nunc diximus apertè constat nihil illis fauere. Faremur quidem Spiritum sanctum reddere iustis testimonium per bona opera quæ faciunt, aut per alias coniecturas, quod sunt filii Dei, sed non est illis omnibus certum quod illud sit testimonium Spiritus sancti. Hoc autem (vt diximus) est summè necessarium vt verè homo sit certus de sua iustificatione. Præterea, non omne testimonium quod reddit Spiritus sanctus homini de sua iustificatione, est testimonium

Iob.9.

Cõcilium Tridentinum.

C

D

A

1. *Ioan.*4.
2. *Cor.*11.

*Rom.*8.

certitudinis

certitudinis. Nam testis non semper testatur ex visu, sed aliquando ex auditu, aliquando de credulitate, & de probabilitate. Sic etiam Spiritus sanctus, & si testimonium reddat iustis, quod sunt filii Dei, non tamen semper omnibus æquale, sed quò nostræ menti plenius insederit, & per nostra opera se nobis patefecerit latius, eò certius reddit testimonium spiritui nostro quod filii Dei sumus. Hoc autem certum
B testimonium non omnibus dat, sed illis solum quibus reuelat suam iustificationem.

Hoc solum mihi iam superesse video, respondere scilicet aliquibus argumentis, quibus contra nos, & Catholicam veritatem pugnant certitudinis assertores. Primò quidem arguunt contra nos, & dicunt quod qui negant certitudinem salutis haberi posse, excruciant, & excarnificant conscientias: quia ducũt illas in desperationem, dum semper illas dubitare faciunt. Respondeo quod non iubemus eos desperare. Non enim qui est incertus, desperat, quia est medium inter certitudinem & desperationem, videlicet probabilis quędam fides aut opinio de sua iustificatione. Sed isti ex vno extremo in aliud sine medio pertransire volunt, quia ex negatione certitudinis gratiæ volunt inferre desperationem salutis, & sic faciunt iuxta id quod quidam dixit:

Dum vitant stulti vitium in contraria currunt.

His argumentatoribus possumus respondere id quod Horatius aliis similibus dixit in satyra aut sermone primo, sic inquiens:

Non ego auarum
Cùm veto te fieri, vappam iubeo ac nebulonem:
Est inter Tanaim quiddam, socerúmque Viselli.
Est modus in rebus, sunt certi denique fines
Quos vltra, citraque nequit consistere rectum.

Ad hunc modum ego respondeo quod negando certitudinem, non volo concedere desperationem, sed solum volo dare medium aliquod inter vtrũque, videlicet probabilem opinionem de propria iustificatione. Hæc autem probabilis opinio ex multis testimoniis concipi potest. Sunt enim signa huius iustitiæ & interioris gratiæ duo præcipua & magis certa, quæ maiorem securitatem possunt præstare illis
C qui certò sciunt se stare in fide Catholica. Primum est dolor de peccatis omnibus contra Deum commissis. Alterum, est propositum vitandi omnem ipsius offensam & seruandi per omnia cuncta diuina mandata. Et qui se certò nouerint hoc animo esse, vt supra modum doleant de omnibus offensis, quas contra Deum admiserint, & eas in posterum non obstantibus quibuscunque incommodis & periculis, quanta maxima potuerint cura, & diligentia, cupiant vitare, probabilissimam sanè suæ iustificationis coniecturam habent, & toto pectore totisque præcordiis de tanto & tam præcelléti beneficio, possunt intra se meritò exultare. Sunt etiam signa gratiæ inhærentis contemptus mundi & omnium rerum terrenarum, desiderium patriæ cœlestis, libenter audire verbum Dei, delectari in rebus diuinis, prompta voluntas ad executionem mandatorum Dei, nullum habere remorsum conscientiæ peccati mortalis, timor offendendi Deum. Verum hæc omnia non sunt adeò certa signa iustificationis, vt habens illa non possit decipi iudicando se esse iustum: quia cum illis omnibus potest habere aliquod peccatum mortale latẽs. Sunt tamen signa efficacissima ad causandum (vt dixi) probabilem opinionem, aut certitudinem moralem de propria iustificatione. Et hæc certitudo moralis est, quæ hominem non mediocriter consolari potest. Hæc, est illud testi monium conscientiæ, in quo, iuxta Pauli sententiam, non inaniter gloriari 2. *Cor.* 1.
& lætari possunt. Ideo Chrysostomus homilia tertia super posteriorem epistolam ad Corinthios, ait: *Chrysost.*
Quando damnare non potest conscięntia nostra, quasi factis improbis à recto discesserimus, etiam si innumera patiamur acerba, etiam si vndique feriamur, ac periclitemur sufficit nobis ad solatium, immò non tantum ad solatium, sufficit nobis pura conscientia, verum etiam in hoc, vt coronemur dum præbet nobis testimonium, quod nihil commiserimus mali, sed iuxta Dei placitum hæc perpetimur ob vir-
D tutem, ob philosophiam, ob multorum salutem. Hæc Chrysostomus. In quibus verbis id annotandum est, quod solum dixit, nos habere solatium & consolationem ex testimonio nostræ conscientiæ, & non plenam certitudinem atque securitatem. Sed ne ex hoc solatio & testimonio cõscientiæ quis superbiat, & maiorem quàm decet capiat gloriam, audiat quid beatus Bernardus dicat libro secundo de consideratione ad Eugenium: Volo, inquit ille, glorieris testimonio conscientiæ, sed non minus vt eodem ipso *Bernar.*
humilieris. Rara vox, nihil mihi conscius sum. Cautior in bonis ambulas, si & mala non lateant. Quamobrem, vt dixi, noueris te, vt inter angustias, quæ non desunt, fruaris conscientiæ bono. Magis autem, vt scias, quid desit tibi. Nam cui non desit? Omnia illi desunt, qui nihil sibi de esse putat. Hæc ille. Secundò contra nos argumentantur per illud, quod habetur in symbolo Apostolorum, Remissionem peccatorum. Ex quibus verbis illi colligere volunt quod quilibet à sacerdote absolutus tenetur credere remissa sibi esse peccata. Sed hæc nihil nos mouent, quia nos fatemur remissionem peccatorum dari per absolutionem sacerdotis, & omnes teneri ad credendum talem remissionem dari, si adsint reliqua omnia quæ sunt necessaria ad talem remissionem impetrandam. Nemo tamen potest certò scire illa omnia adesse, quia nemo potest certò scire quod se bene præparauit integrè scrutando suam conscientiam vt de omnibus perfectè doleret, neque etiam potest sibi certò constare de intentione sacerdotis, quæ semper est necessaria ad cuiuslibet sacramenti administrationem. Et propter hanc causam adultus qui ad baptismum accedit, quamuis certò sciat se dolere de peccatis, non tamen potest certò scire se esse in gratia, quia non potest illi certò constare de intentione baptizantis.

A Tertiò nobis obiiciunt illud Apostoli: Nos autem non spiritũ huius mundi accepimus, sed spiritum, 1. *Cor.* 2.
qui ex Deo est, vt sciamus quæ à Deo donata sunt nobis. Ex quibus verbis hostes nostri colligere nituntur Apostolos per solam Spiritus sancti infusionem, & non per aliquam specialem reuelationem, co-

gnouisse dona Dei illis collata, & inde colligunt omnibus iustis hoc esse concessum vt cognoscant dona Dei, inter quæ numeratur gratia. Et confirmant, quia nisi hoc esset illis concessum, non possent Deo gratias agere, vt debent, pro beneficiis quæ à Deo receperunt. Sed isti argumẽtatores in multis decipiũtur sic argumentantes. Primò, quia illic Apostolus, vt ex serie literæ constat, non loquitur de donis specialibus quæ aliquibus hominibus Deus peculiariter cõcedit, sed de beneficiis communibus quæ Deus toti generi humano concessit, qualia sunt redemptio, doctrina fidei, sacramenta per quæ possimus iustificari. Hæc autem omnia omnes iusti, immò etiam omnes fideles certò sciunt per donum fidei quam à Deo acceperunt. Et quod de huiusmodi donis loquatur in eo loco Paulus, verba quæ sequuntur apertè demonstrant. Nam post illa verba supra citata, statim hæc addit: Quæ & loquimur non in doctis humanæ sapientiæ verbis, sed in doctrina spiritus. At Paulus & cæteri Apostoli commilitones illius non prædicabant propriam alicuius hominis iustificationem, aut alia peculiaria hominis dona, sed communia, illa quæ supra numerauimus. Deinde, decipiuntur in qualitate notitiæ, quam putant esse necessariam. Quod enim obiiciũt non posse hominem Deo gratias agere, vt debet pro beneficiis receptis, si illa non agnoscit: rectè quidem id dicunt, & nos fatemur, sed satis est ad reddẽdas gratias, cognoscere illa dona per probabilem opinionẽ de illis habitam, & non est necessaria ad hoc certitudo fidei. Et de ista cognitione intelligendum est etiam illud quod idem Apostolus in eodem loco ait: Quis scit hominum, quæ sunt in homine, nisi spiritus hominis qui est in homine? Nam etsi actus interiores nostræ animæ certò B
& euidenter cognoscamus, non tamen ita cognoscimus habitus interiores, sed solum illos cognoscimus
1. Ioan. 3. per coniecturas & probabili quadam opinione. Quartò nobis obiiciunt illud Ioannis ex prima sua Canonica epistola: Si cor nostrum non reprehenderit nos, fiduciam habemus ad Deum, & quicquid petierimus accipiemus ab eo, quoniam mandata eius custodiuimus, & ea quæ sunt placita coram eo, facimus. Ex istis verbis putant hostes nostri se conuincere certitudinem gratiæ, & sufficiens testimonium ad illam esse carere remorsu conscientiæ, & ex illa pace conscientiæ oriri custodiam mandatorum Dei. Sed nihil minus dicit in illo loco Ioannes: quoniam in illis verbis non dixit Ioannes, nos habere certitudinem si cor nostrum non reprehẽderit nos: sed dixit nos habere fiduciam. At fiducia longissimè distat à certitudine, quoniam certitudo, vt in principio diximus, pertinet ad intellectum, fiducia verò pertinet ad voluntatem. Ad habendum autem hanc fiduciam impetrandi à Deo quæ petierimus, satis est probabilis quædã persuasio quod sumus Deo grati, & quæ placita sunt ei, facimus. Quæ persuasio inde nascitur quod mandata illius custodimus, & de nullo peccato accusat nos conscientia nostra. Quintò nobis
Ibidem. obiiciunt illud Ioannis ex eodem loco: Scimus quoniam trãslati sumus de morte ad vitam, quoniam diligimus fratres. Translatio autẽ de morte ad vitam fit per iustificationem, quoniam peccatum est mors, & gratia est vita animæ, & inde sequitur vt translatio de morte ad vitam sit trãslatio de peccato ad gratiam. Cùm igitur Ioannes dicat nos scire hanc translationem, videtur inde colligi nos etiam scire quando sumus in gratia. Sed hoc argumentum in multis deficit. Primò enim procedit ex sensu mystico, qui parum validus est ad probandum aliquod dogma. Nam peccatum intelligere per nomen mortis, & gra C
tiam per nomen vitæ, sensus est mysticus, qui malè huic loco conuenit, & est nimium ab illa litera alienus. Nam Ioannes illo loco de vera morte corporali loquebatur, & de vita æterna ad quam iusti transferuntur, cùm ex hoc mundo exeunt. Deinde erratum est in argumento, putando quod per illud verbum, scimus, quod positum est, in litera Ioannis, significatur notitia euidens & certa, qualis est illa quæ habetur per syllogismum demonstratiuum, aut per intuitionem alicuius rei præsentis. Sæpe enim scire dicimus ea de quibus solum habemus fidem diuinã, aut fidem humanam, aut probabilẽ opinionem. Nam
Act. 2. Petrus ad populum Iudæorum loquens, dixit: Certissimè sciat omnis domus Israël, quia & Dominum eum & Christum fecit Deus hunc Iesum quem vos crucifixistis. In quibus verbis constat positum esse, scire, pro credere. Et Ioãnes in eadem epistola & in eodẽ capite vnde prima verba desumpta sunt, vsur-
1. Ioan. 3. pat sæpe hoc verbum, scire, pro credere: Scimus, inquit ille, quoniam cùm apparuerit, similes ei erimus, quoniam videbimus eum sicuti est. Et iterum: Et scitis quoniam omnis homicida nõ habet vitam æternam in se manentem. In his duobus locis constat scientiam capi pro fide diuina, qua credimus omne reuelatum à Deo esse verum. Et iuxta hanc significationem accipiẽdum est illud verbum in loco prius citato, vbi Ioannes dixit: Scimus quoniam translati sumus de morte ad vitam, quoniam diligimus. Credunt enim iusti se transferendos esse per mortem huius corporis ad vitam æternam, dummodò verè diligant Deum. Nam illa vox, quoniam, illo loco, valet tantum, ac si dixisset, dummodò, aut, si. Et quia firmissimè illud credunt & sperant, posuit propter certitudinem, præteritum pro futuro, translati sumus, pro transferemur. Hoc enim sæpissimè cõtingit in sacra scriptura vt constat ex multis locis eius. In omnem terram, inquit Dauid, exiuit sonus eorum. Et iterum in alio Psalmo: Eruisti animam meam ex loco D
inferiori. Et iterum: Factus sum sicut homo sine adiutorio inter mortuos liber. In his omnibus locis & in multis aliis, positum est præteritum pro futuro, propter certitudinem rei venturæ, quæ pro tam certa habetur ac si iam præteriisset. Et hoc idem fecit Ioannes in loco prædicto. Sexto nobis obiiciunt Lutherani illud Pauli ex epistola ad Romanos: Ideo ex fide vt secundum gratiam firma sit promissio omni
Roma. 4. semini, non ei qui ex lege est solum, sed & ei qui ex fide est Abrahæ, qui est pater omnium nostrum. Ex isto loco putat Philippus Melancton se triumphare de nobis, quoniam dicit ille Paulum in illis verbis docuisse nos iustitiam esse ideo ex sola fide, vt possimus esse certi de remissione peccatorum nostrorum, quam deus nobis promisit. Sed certè Philippus nimium detorquet verba Pauli in sensum alienum. Nam Paulus illo loco non loquitur de promissione remissionis peccatorum, sed de promissione
Rom. 9. incarnationis filii Dei, qui assumpturus erat carnem ex semine Abrahæ & ad hunc finẽ dedit aliam promissionem de filio quem paritura erat illi Sara. De hac secunda promissione dicit Paulus in eadem epistola.

ſtola. Promiſſionis enim verbũ hoc eſt, ſecũdum hoc tempus veniã & erit Saræ filius. Propter has duas promiſſiones dicit Paulus in alia epiſtola: Abrahæ dictæ ſunt promiſſiones. Hæc promiſſio incarnationis filii Dei fuit data Abrahæ ante legem, & ideo dixit Paulus quod non per legem fuit data promiſſio Abrahæ aut ſemini eius, quia ſi per legem eſſet data intelligeretur quod ſolis Iudæis ex ſemine Abrahæ A ſecundum carnem promitteretur Chriſtus. Dicit ergo Paulus promiſsionem illam ideo propter fidem Abrahæ datam eſſe, vt poſsit prodeſſe omni credenti in Chriſto, ſiue Iudæo, ſiue Gentili, quoniam omnes hi ſunt veri filii Abrahæ & verum ſemen illius ſecũdum ſpiritum. Hęc autem promiſsio facta eſt firma & certa non propter opera noſtra, ſed per ſolam gratiam Dei. Et hunc eſſe verum Pauli ſenſum cõſtat ex commentariis omnium ſacrorum doctorum, & potiſsimum ex Anſelmo qui illum Pauli locum melius, meo quidem iudicio, interpretatur, ſic inquiẽs: Non enim firma eſſet, ſed potius infirma & irrita, niſi ipſe per gratiã ſuam impleſſet eam. Ideo non de noſtræ voluntatis poteſtate, ſed de ſua prędeſtinatione promiſit. Promiſit enim quod ipſe facturus erat, nõ quod homines. Quia etſi faciunt homines bona quæ pertinẽt ad colendum Deum, ipſe facit vt illi faciãt, quæ præcepit, non illi faciunt vt ipſe faciat quod promiſit. Alioquin vt Dei promiſſa compleantur, nõ in Dei, ſed in hominum poteſtate eſt: & quod à Domino promiſſum eſt, ipſis redditur Abrahæ. Sed non ita fieri poteſt: per gratiam ergo Dei, gratuito munere nobis cõceſſam, implẽtur eius promiſſa, dum per donum ſuę gratiæ facit vt credamus & bene operemur, ſicque hæredes efficamur. Firma ſit promiſsio omni ſemini Abrahæ, id eſt, non parti ſeminis ſed omni ſemini. Volebant enim Iudæi vt quantum ad eos, firma eſſet: & quantum ad gentiles, caſſa. Sed non ita Deus promiſit, cum diceret, in ſemine tuo benedicẽtur omnes gentes. Firma ſit omni ſemini, id eſt, omni populo fideliũ imitatori Abrahæ. Hactenus Anſelmus. Ex cuius verbis apertiſsimè conſtat Lutheranos perperam interpretari verba Pauli, & in alienum ſenſum illa detorquere. Septimo nobis obicitur illud Ioannis in Apocalypſi: Vincenti dabo manna abſconditum, & dabo illi calculum B cãdidum, & in calculo nomen nouum ſcriptũ, quod nemo ſcit, niſi qui accipit. Ex iſto loco quidam ex Catholicis, qui in Concilio Tridẽtino contendebat pro poſsibili certitudine gratiæ, nitebatur conuincere illam, & ſe in hac cauſa triumphare putabat. Sed certè nimius affectus ſuæ opinionis illũ decipiebat. Nam cum verba illa Ioãnis ſint nimium obſcura, & quæ non facilè ab omnibus intelliguntur, non deberent ſumi ad probandum aliquod dogma, præſertim cum de illorum intelligentia non conueniat inter omnes ſacros doctores. Et quod magis miror de hoc argumentatore eſt, quod nullus ex ſacris doctoribus qui illum locum interpretantur, fauet ſententię illius, ita vt dicat per manna intelligi gratiam, aut iuſtificationem, & rarus eſt qui dicat per nomen nouum intelligi appellationem veri Chriſtiani aut veri filii Dei adoptiui. Nam ferè omnes interpretantur de præmio cœleſtis patriæ in futura vita recipiendo. Beatus Ambroſius in commentariis ſuper Apocalypſim, quæ nunc primum induſtria & opera Cutheberti Tonſtalli Dunelmenſis epiſcopi in lucem prodierunt, duas reddit illis verbis Ioannis expoſitiones, & in nulla illarum dicit per nomen nouum debere intelligi appelationẽ veri Chriſtiani: ſed in prima expoſitione dicit per nomen nouum intelligi nomen Chriſti, & hoc dicit neminem ſcire niſi qui accipit, iuxta illud eiuſdem Ioannis in alio loco: Qui dicit ſe noſſe Deum & mandata eius non cuſtodit, hic mendax eſt. Et huic expoſitioni conſentit Beda ſuper Apocalypſim. In altera expoſitione dicit Ambroſius per nomen nouum ſignificari beatitudinem patriæ cœleſtis, & hoc nomen nullus ſcit niſi qui accipit. Quia, vt inquit ille, quãta ſit illa cœleſtis beatitudo, nullus ſcire præualet niſi qui ad hãc peruenire meruit, ſicut dicit Eſaias propheta: Oculus non vidit Deus abſquæ te, quæ præparaſti expectãtibus te. Hæc Ambroſius. Et hanc poſteriorem interpretationem amplexatur Gregorius libro. 28. Moral. cap. 2. Alia argumenta contra non fiunt pro certitudine gratiæ, ſed vt prolixitatem euitem, ea omnia omittere decreui, præſertim quod illis omnibus facilè reſponderi poteſt per illa quæ hactenus à C nobis dicta ſunt. Contra hanc hæreſim poſt datam definitionem Concilii Tridentini ſcripſere duo viri docti Hiſpani quorum primus dicitur Dominicus de Soto ex ordine fratrum Prædicatorũ, & is compoſuit opus quoddam de natura & gratia tribus partitum libris, in quorum tertio contra hanc hæreſim diſputat. Alter eſt Andreas de Vega ordinis Minorum, qui ſcripſit opus magnum pro defenſione & expoſitione Tridentini decreti de iuſtificatione hominis, & in huius operis libro nono ſatis diffusè & copioſè de hac re differit.

Galat. 3.

Anſelmus

Apoc. 2.

Ambroſ.

1. Ioan. 2.

Eſa. 64.

HAERETICVS.

EVerunt quidam adeò dementes, vt dicerent omnes hæreticos bene ſentire: quam ſententiam (vt Philaſter ait) aſſeruerunt quidam dicti Rhetorii. Verùm hæc aſſertio adeò rationi repugnat, vt Auguſtinus in lib. de hęreſibus capite. 72. videatur impoſsibile, vt aliquis ſuæ mentis cõpos hoc ſentire poſſet. Cum enim plures ſint hæreſes ex diametro pugnantes, nõ eſt poſsibile vt vtraque earum credatur eſſe vera, non certè magis quàm credere duo contradictoria ſimul vera. Quapropter non eſt quod aduerſus hanc dementiam pugnemus. Sola narratione eam expugnaſſe credimus, quoniam ſeipſam expugnat.

SEcunda eſt hæreſis que docet hæreticos non eſſe aliqua corporali pœna puniendos, ſed eſſe iudicio diuino relinquẽdos. Verum de hac re nihil in prędentiarum dicemus, quoniam ſpecialem prolixum de hac re paramus tractatum qui de iuſta hæreticorum punitione inſcribitur.

TErtia hæreſis eſt quę docet omnem illum eſſe cenſendum hęreticum, qui quouis modo lethaliter peccat. Hanc hæreſim prodiiſſe tẽpore Gregorii papæ huius nominis. II. teſtatur Nicolaus Eimerici

in ſuo directorio inquiſitionis,nec tamen prodidit quis illius fuerit autor: ſed tantum dicit Gregorius vndecimus habito prius pleno (vt decebat) doctorum virorum conſilio damnaſſe hanc aſſertionem velut hæreticam,& à vera Catholicæ fidei regula deuiantem.

Fortè ad hunc errorem pertinet,id quod aliqui ex Lutheranis de fide & operibus diſputantes,aſſerunt.Nam aliqui eorum docere conantes ſolam fidem iuſtificare hominem,videteſque plurima ſcripturæ ſacræ teſtimonia quæ apertiſſimè docent operum bonorum neceſſitatem, dicunt fidem non eſſe vbi neceſſaria opera non ſunt. Fit itaque neceſſariò, iuxta iſtorum ſententiam,vt quoties quis lethale aliquod crimen commiſerit, toties fidem perdat: quoniam (vt iſti aiunt) fides ſine operibus conſiſtere nequit.Sic docet quidam Ioannes Riuius Atthendorienſis in quadam epiſtola quæ inſcribitur de ſola fide ad amicum innominatum, vbi hæc quæ ſequuntur, inſerit verba: Etenim fieri nequit (ait ille) vt vbi vera ſynceraque eſt fides, ibi impiè quis aduerſus Deum agat. Et parum ſuprà ante præfata verba expreſsius hoc idem docet, ſic inquiens: Quandiu quidem filii Dei ſumus, hæredes etiam ſumus.Filij autem ſumus eouſque planè,dum fidem in Chriſtum retinuerimus.Ea amiſſa non agnoſcit vt filios pater ille cœleſtis.Amittitur autem,ſi & impiè viuas,nec pœnitentiam impietatis agas.Hæc Ioannes Riuius.Si per quodlibet peccatum mortale amittitur fides, ergo omnis qui mortaliter peccat eſt infidelis. Si infidelis eſt, oportet neceſſariò vt aut Sarracenus,aut Paganus, aut hæreticus ſit. Quoniam nulla alia infidelitatis ſpecies hucuſque à viris doctis aſsignata eſt. Quum igitur homo aliàs verè Chriſtianus, ob ſolum adulterij aut furti crimen ab eo commiſſum,nõ ſit Iudæus,aut Sarracenus, aut Paganus cenſendus,oportebit neceſſario,iuxta iſtius Ioan.Riuii ſententiam,fateri illum eſſe hæreticum. A

Et certè niſi quęſtionis difficultas ex ſola nominis ſignificatione penderet,clariſsimè patet non omnem peccatorem, etiam ſi lethale ſit illius crimen, eſſe hæreticum. Nam cum duo ſint peccatorum genera,vnum cùm ea fiunt quæ facienda non erant, alterum cùm ea deſeruntur quæ facere tenebamur:ſi hoc ſecundo modo quis peccet,quo pacto illum dices hęreticum, quem nihil egiſſe aut docuiſſe conſtat? Præterea fieri poteſt vt aliquis graue aliquod crimen committat,& ſe malè agere ſciat: nam alioqui verum non eſſet quod Saluator ait: Filius qui nouit voluntatem patris, & non facit ſecundum eius voluntatem,vapulabit multis. At Chriſtus Saluator noſter qui ipſamet veritas eſt,mentiri non potuit. *Luc.12.* Fieri ergo poteſt vt quis malè agat etiam cùm ſe malè agere credit. Non enim tam morigera eſt voluntas, vt ſemper intellectui ſibi conſulenti cedat, imò ſæpiſsimè illius conſilium dedignatur,& conſilio illius ſpreto quodlibet agit.

Certum ſiquidem eſt non omne peccatum eſſe ex pura ignorantia, ſed multa eſſe ex pura malitia, quod vel ex eo apertiſsimè conſtare poteſt, quod in lib. Iob legitur: Quaſi impios percuſsit eos in loco *Iob.34.* videntium. Qui quaſi de induſtria receſſerunt à Deo, & omnes vias eius intelligere noluerunt, vt peruenire facerent ad eum clamorem egeni,& audiret vocem pauperum.Ex quibus verbis apertè conuincitur,aliquem malè agere poſſe,quamuis certò ille ſciat,ſe contra Dei præcepta facere.

Ille igitur qui iuxta hunc modum contra Dei præcepta agit,peccat,non tamen hæreticus ab vllo viro docto & Catholico cenſebitur. Quî enim fieri poteſt vt qui nulli hæreſi adhæret,hæreticus ſit? At vbi non eſt error in fide, ibi hæreſis eſſe non poteſt: quoniam hęreſis opponitur fidei. Qui ergo malè agens,ſe malè agere credit, hæreticus non eſt dicendus. Quò fit vt non omnis peccator ſit hæreticus dicendus. Deinde, ſi omnis peccator eſſet cenſendus hæreticus, oporteret omnem peccatorem poſt primam & ſecundam correptionem deuitare: quoniam Apoſtolus Paulus ait: Hæreticum hominem poſt *Tit.3.* primam & ſecundam correptionem deuita. Aliter tamen faciendum eſſe Chriſtus nos docuit, qui ſe- *Matt.18.* cundò peccantem non vitandum dixit, ſed Eccleſiæ denunciandum.Neque opus eſt vt aduerſus hanc damnatam hęreſim amplius diſputemus, præſertim quòd ſuprà libro primo capite. 9. ex ſanctorum virorum doctrina oſtendimus quis verè hæreticus dici debeat: ex quibus apertiſsimè conſtat non omnem peccatorem eſſe de hæreſi notandum. B

HORAE CANONICAE.

Vvaldenſes. *Vvicleph.*

INter alios errores quos impingit Vvaldenſibus Æneas Syluius in libro de origine Bohemorum, is vnus eſt quo docent in horis canonicis cantandis dicendisque fruſtra tempus teri. Huius tamen erroris bonus Guido non meminit cùm errores Vvaldenſium recenſet. Hunc errorem ſuſcitauit poſteà Ioannes Vvicleph, dicẽs quod licet ſit bonũ orare,non eſt tamen æquum vt homo arctetur ad orandum certo & determinato tempore, quia(vt dicit)hoc repugnat libertati Chriſtianæ,ſed ait liberum debere eſſe cuilibet vt oret cùm voluerit. Tanquam ſi libertas Chriſtiana in hoc ſita eſſet, vt nulli humanæ legi obligetur. Superius nanque oſtendimus,Eccleſiam habere à Deo poteſtatem inſtituendi leges, quibus omnes Chriſtianos obliget. C In hoc ergo ſita eſt Chriſtiana libertas,vt primò per baptiſmum homo liberetur à ſeruitute peccati,quę *Galat.4.* maxima eſt ſeruitus. Deinde liberi ſimus à iugo ſeruitutis legis Moſaicæ: in quibus duobus vera Chriſtiana libertas collocatur.Et hæc eſt libertas qua (vt dicit Paulus) Chriſtus nos liberauit.Nõ autem ſic liberos nos fecit, vt liberum nobis ſit quaſlibet humanas leges cõtemnere,quia illis obtemperare tenemur cum iuſtæ ſunt. Cum ergo iuſtum ſit vt Deum oremus,& pro beneficiis à Deo receptis illi gratias reddamus (nam hoc Deus præcepit,nec tamen ſignauit tempus quando hoc faciendum eſſet) Eccleſia tempus orãdi inſtituens,nihil aliud facit quàm præſcribere tempus quo præceptum illud diuinum implendum ſit,ſicut in præcepto de ſanctificatione ſabbati declarat illud impleri per auditionem miſſæ in die Dominica.Omnes ergo illi quibus ab Eccleſia certum orãdi tempus præſcriptum eſt, illo tempore

orare

orare tenentur, nec sic facientes frustra faciunt, quia Ecclesiæ præcipienti obediunt. At qui Ecclesiam audit, Christum eius spōsum audit. Quis autem adeò desipiet vt dicat nos frustra Deo obedire? Melior est certè obediētia quàm victima, & nolle acquiescere quasi peccatum ariolandi est. Præterea, Ecclesia instituens certa orandi tempora, ita vt quolibet die certis horis ad hoc destinatis ab aliquibus oretur, iustè facit, quoniam vt dicit Sapiens: Omnia tempus habent, & suis spatiis transeunt vniuersa sub cœlo. Si ergo tempus est flendi, & tempus ridendi, tempus plangendi, tempus saltādi, tempus loquendi, tempus tacendi, cur non etiam tempus orandi? Beatus Apostolus Paulus Corinthiis scribit, vt omnia honestè & secundum ordinem fiant. Si omnia, ergo etiam oratio secundum ordinē fieri debet. At qualis ordo erit, si nullum certum tempus erit deputatum orationi, quo cōueniatur ad Ecclesiam, sed quisque oret aut Ecclesiam accedat cùm libuerit? Tunc certè omnia turbabuntur. Rursum, quòd statæ sint horæ ad orandum, non est humanum inuentum, sed sacra scriptura docente, cognoscimus. Daniel ingressus est domū suam, & fenestris apertis in suo cœnaculo contra Hierusalem tribus temporibus in die flectebat genua sua, & adorabat confitebaturque coram Deo suo, sicut & antè facere consueuerat. Ecce vides Danielem tribus temporibus Dominum orantem, & hoc non vno aut altero tantùm die, ne fortè putares à casu hoc fecisse, sed sic semper facere consueuerat. Et in Actibus Apostolorum dicitur quòd Petrus & Ioannes ascendebant in templum ad horam orationis nonam. Et in eodem libro iterum dicitur quòd Petrus ascendit in supetiora vt oraret circa horam sextam. Ex quibus scripturæ locis conuincimus, olim apud Iudæos fuisse aliquas horas easque statas orationi destinatas, quas Apostoli obseruarunt, à quibus hæc orandi tempora vsque ad nos processerūt. Neque immeritò his tribus temporibus, videlicet hora tertia, sexta, nona, olim Iudæi orabant, & nunc Christiani orant, quoniam (vt ait beatus Cyprianus) in illis tribus horarum spatiis per sacramētum trinitatis denotatur. Nam à prima hora vsque ad tertiam, trinitas horarum completur. Rursum, peracta tertia, à quarta vsque ad sextam altera est trinitas. Deinde à septima vsque ad nonā, trinitas tertia completur. Hæc ergo horarum spatia iampridem spiritualiter determinantes adoratores Dei, statutis & legitimis ad precem temporibus seruiebant. Præter hæc tria orandi spatia fuit etiam apud Iudæos olim mediæ noctis silentium orationi deputatum à viris sanctis, quorum exemplum viri religiosi in noua lege secuti, media nocte surgunt vt Deo laudes dicant. Diuinus nanque Psaltes ait: Media nocte surgebam ad confitendum tibi. Et iterum: Memor fui nocte nominis tui Domine. Et ne impius Vvicleph subterfugiat, dicens ex vno facto Dauid non esse sumendum argumentum, vt nos qualibet nocte hoc facere velimus: audiat ipsum prophetam non vna aut altera tantum nocte hoc facientem, sed per singnlas noctes. Lauabo (inquit) per singulas noctes lectum meum, lachrymis meis stratum meum rigabo. Hunc autem locum de oratione nocturna esse intelligendum beatus Hylarius docet, exponens locum illum Psalmi: Memor fui nocte nominis tui Domine. Sic enim ait: Scit præcipuè nocturno tempore diuini esse à nobis nominis recordandum. Scit tum maximè custodiam Dei legis à nobis esse retinendam, cum subrepunt animo impuræ cupiditates: cum stimuli vitiorum per recens assumptum cibum corpus exagitāt. Tum Dei nomen recordādum: tum custodienda eius lex est, pudicitiam, continentiam, timorem Dei statuēs. Nouit hoc præcipuè tempore Dominum esse orandum, deprecandum, promerendum, dicens alio loco: Lauabo per singulas noctes lectum meum, lachrymis meis stratum meum rigabo. Non est periculoso nocturnarum vigiliarum ocio animus relaxandus, sed in omnibus deprecationibus, in confessionibus peccatorum occupandus est: vt cum maximè corporeis vitiis datur opportunitas, tum præcipuè eadem vitia diuinæ legis recordatione frangantur. Hæc Hylarius. Ex cuius verbis constat Dauid prophetā non vna aut altera tantum nocte (vt impius Vvicleph dicit) Deum laudasse, sed singulis noctibus hoc fecisse. Et vt nos etiam idem faciamus, alibi hortatur, dicens: In noctibus extollite manus vestras in sancta, & benedicite Domino. Et in Actibus Apostolorum dicitur quòd Paulus & Silas mediā nocte adorātes laudabant Deum, & audiebant eos qui in custodia erant. Subito verò terræ motus factus est magnus, ita vt mouerentur fundamenta carceris. Et statim aperta sunt omnia ostia, & vniuersorum vincula soluta sunt. Quid dicent hîc Vvaldenses, vanum esse putantes media nocte surgere ad orationem, cùm tam aperta miracula Deus operatus sit ad Pauli & Silæ orationem nocturnam? Non est ergo vanum (vt illi existimant) surgere ante locem. Nec promisit Deus coronam profundè stertentibus, sed vigilantibus. Beatus (inquit) seruus ille quem cum venerit Dominus eius inuenerit vigilantem. Ecce iam vides horas olim à Iudæis obseruatas vt in illis Deum orarent, videlicet media nocte, hora tertia, sexta, & nona. Verum Ecclesia, quò iustitia Christianorum plus abundaret quàm pharisæorum & scribarum, vltra illas horas alias elegit, scilicet mane horam primam, & vesperam, & completorium, cum iam videlicet prima noctis vigilia incipit. Vnde beatus Cyprianus in expositione orationis Dominicę, postquā enumerauit horas olim à Iudæis orationi destinatas, sic ait: Sed nobis fratres dilectissimi præter horas antiquitus obseruatas orandi, nunc & spatia & sacramenta creuerunt. Nam & mane orandum est, vt resurrectio Domini in matutina oratione celebretur: quod olim Spiritus sanctus designauit in Psalmis, dicens: Quoniam ad te orabo Domine, mane exaudies vocem meam. Mane astabo tibi, & contemplabor te. Et iterum per prophetam loquitur, dicēs: Diluculo vigilabunt ad me, dicentes: Eamus & reuertamur ad Dominum Deum nostrum. Recedēte item sole, ac die cessante necessariò rursus orādum est. Nam quia sol Christus verus est, & dies verus, sole ac die seculi recedente quando oramus & petimus vt super nos veniat denuo lux, Christi precamur aduētum, lucis æternæ gratiam præbiturum. Hæc Cyprianus. Omitto de hac re plura hominum sanctorum testimonia, quoniā scripturæ sunt apertæ. Si quis tamen ea videre desiderat, legat Thomam Vvalden. libro de sacramentalibus, titulo tertio, quo loco copiosè de hac re disserit. Accedit ad hæc vniuersalis Ecclesię consuetudo, quę has horas orandi statas,

1. Reg. 15.
Eccle. 3.
1. Cor. 14.
Daniel. 6.
Act. 3.
Act. 10.
Psal. 118.
Psal. 6.
Hilarius.
Psal. 6.
Psal. 133.
Act. 16.
Luc. 12.
Cyprian.
Psal. 5.

ante multas annorum centurias in templis maioribus & monasteriis obseruauit. Et ne fortè calumnientur quòd consuetudo hæc fuerit ex sola Ecclesiæ permissione, audiant Ecclesię definitionem hoc facere præcipientem. Concilium nanque Agathense tricesimo capite suorum decretorum modum docet quo in aliquibus horis orandum sit. Sic enim ait: Et quia conuenit ordinem Ecclesiæ ab omnibus æqualiter custodiri, studendum est vt vbiq; (sicut fit) & post antiphonas, collectiones per ordinem ab Episcopis vel presbyteris dici, & hymnos matutinos, vel vespertinos decantari diebus omnibus, & in conclusione matutinarum, vel vespertinarum, missarum post hymnos capitella de Psalmis dici, & plebem collecta oratione ad vesperam ab Episcopo cum benedictione dimitti. Hęc Concilium Agathense. In quibus verbis non solum designat horas certas orandi, sed modum quo tunc orandū est. Desinant ergo hæretici reprehendere tot Ecclesiasticos viros, immò totam Ecclesiam statis horis Deum laudantem. Nam Deus easdem horas mysteriis consecrauit. Media siquidem nocte nascitur ex virgine matre. Hora prima mane surrexit ex sepulchro redtuiuus. Tertia hora Spiritus sanctus venit super Apostolos & alios discipulos. Hora sexta crucifigitur. Hora nona mortuus est. Vespere cum discipulis cœnat, illoq; suo sacratissimo corpore reficit. Completorij tempore, quod prima est noctis vigilia, in mōtem secessit solus orare, vt pararetur tentationi quæ illa nocte erat superuentura. Septies ergo in die (iuxta prophetam) nos laudem Deo dicamus, vt huiusmodi buccinis diuinarum laudū, diaboli & mundi machinæ corruant, quemadmodum olim septem tubis clāgentibus sacerdotibus muri Hiericho corruerunt.

Cōcilium Agathense.

Psal. 118.

FINIS LIBRI SEPTIMI.

F. ALFONSI DE CASTRO ZAMOREN. MINORITAE ADVERSVS HÆRESES, LIBER OCTAVVS.

IDOLOLATRIA.

NON potui non mirari, cùm reperi fuisse aliquos ex his qui Christo nomina dederunt idolorum cultores, quoniam omnis qui Christi doctrinam, vel summis labiis gustauerit, facillimè potest deprehendere nihil esse magis Deo iniuriosum, quàm si aliquid præter ipsum Deum summè colatur. Verùm etsi apertissimè lex Dei idololatriam abominetur, non defuêre tamen ex his qui se Christianos iactarunt, qui aliud præter Deum coluerint, & colendum esse docuerint. Fuerunt quidam (vt Augustinus librò de hæresibus cap. 17. ait) qui serpentem coluerunt, & velut Deum venerabantur. Serpentem nanque illum qui decepit Adam & Euam, dixerunt esse Christum. Et hac de causa serpentem quendam viuum nutriebāt & venerabantur, qui ad sacerdotis incantationem egrediebatur de spelunca, & ascendebat super altare quod erat suprà speluncam, & lambebat oblationes quas illi sacrificabant, quo peracto regrediebatur ad spelūcam. Huius autem serpentis cultum habuisse ortum à Nicolaitis, vel Gnosticis, Augustinus refert ex sententia aliorum. Hi serpentis cultores dicti sunt Ophitæ Græco vocabulo, quoniam ὄφις Græcè, Latinè serpēs dicitur, inde ὀφῖται dicti sunt, quod Latinè valet tātum ac si diceres serpentini: qui merito sic appellati sunt à serpente quem colebāt. Alii fuerunt Caiani, qui Cain venerabantur, dicentes eum ex altera virtute, videlicet diaboli, fuisse factum, & ex altera Abel, & virtutem maiorem quę erat in ipso Cain, inualuisse vt suum interficeret fratrem. Hæc ex Philastro, quoniam August. libro de hæresibus cap. 18. non ita clarè hunc istorū errorem prodit. Alios autem errores istis impingit ibi Augustinus, quorum Philaster non meminit. Verùm de illis alibi nos differemus. Fuerunt rursus alii dicti Sethiani, eò quòd Seth filium Adæ fabulosa quædam vanitate venerabātur, dicentes eum de superna matre natum, quam asserunt cōueniisse cum superno patre, vnde diuinum aliud semen nasceretur tāquam filiorum Dei. Philaster dicit quosdam ex istis putasse ipsum Seth fuisse Christū. Sed Augustinus cap. 19. lib. de hæresibus de istis loquens, nihil tale illis tribuit. Tertullianus autem in suo libello de hæresibus, hos hæreticos appellat Sethoitas, & non Sethianos quemadmodū Philaster & Augustinus: & cum de illis differit, nihil tale illis impingit vt crediderint Seth fuisse Christum. Alii fuerunt qui angelos adorabāt, & ideo Angelici fuerunt dicti. Hos Augustinus enumerat inter hæreticos tricesimo nono loco.

Ophitæ.

Caiani.

Sethiani.

Angelici

Hæ omnes sectæ tam antiquatę & ex memoria hominum abolitę sunt, vt lateat nos qui fuerint illarum inuentores, & quo tempore cœperint.

Apud Augustinum nullum alium errorem qui ad idololatriam pertinet, reperio. Philaster autē plures alias idololatrias recensēt. Quosdam enim dicit adorare solem, quos vocat Heliognostos: alios rursum adorare mures, & hos vocat Musoritas: aliasque plures enumerat idololatrias, quas omitto, quoniā ille sic illas narrat, vt dicat illas fuisse olim apud Iudæos ante Christi aduētum. Ego autem solas illas recensere decreui quæ post Christi passionē inter Christianos exortæ sunt. Quapropter miror quare Augustinus illas tres præfatas hæreses, videlicet Ophitas, Caianos, & Sethianos, suo operi inseruerit, cùm statuerit se illas solas hæreses enarraturum, quæ post Christi in cœlos ascensionem fuerunt exortæ. Philaster tamen illas easdem tres hæreses præfatas illis annumerat quæ ante Christi aduentum fuerunt.

Heliognosti.

Musoritę.

Nam

Nam de hæresibus Iudæorum primò disserens, ab Ophitis suum auspicatur librum. Contra has hæreses non est operosum disputare, præcipuè cum illarum autores se Christianos iactauerint, quapropter sacras scripturas oportebit eos recipere, in quibus apertissima sunt testimonia ad idololatriam reiiciendam. Nam illud est manifestum quod Dominus aduersus dæmonem hæreticorum parentem citauit: Dominum (inquit) Deum tuum adorabis, & illi soli seruies. Et in Deuteronomio: Cùm reperti fuerint apud te intra vnam portarum tuarum quas Dominus Deus tuus dabit tibi, vir aut mulier qui faciant malum in conspectu Domini Dei tui, & transgrediantur pactum illius, vt vadant & seruiant diis alienis, & adorent eos, solem & lunam, & omnem militiam cœli, quę non præcepi, & hoc tibi fuerit nũciatum, audiensque inquisieris diligenter, & verum esse repereris, & abominatio facta est in Israël, educes virum ac mulierem qui rem sceleratissimam perpetrarunt, ad portas ciuitatis tuæ, & lapidibus obruentur. Et Esaias propheta recensens causas multas propter quas populus Israël derelictus fuit à Deo, præcipuam causam ait fuisse idololatriam. Sic enim ait: Proiecisti enim populum tuum domum Iacob, quia repleti sunt, vt olim, & augures habuerunt vt Philistiim. Et parum infrá. Et repleta est terra eius idolis. Opus manuum suarum adorauerunt, quod fecerunt digiti eorum. Et incuruauit se homo, & humiliatus est vir. Ne ergo dimittas eis. Et alia plurima ibi sequuntur ad idololatriam repellendam. Præterea multa hominum millia ex filiis Israël morte punita sunt eò quòd adorauerant vitulum aureum. Tres pueri, quia noluerunt adorare statuam, à Domino præmiantur. Nam in fornacem ex Regis imperio missi, ab angelo Dei custodiuntur, ne flamma noceret illis. Ioannes etiam cùm cecidisset ante pedes angeli qui illi visionem ostenderat, & voluisset illum adorare, prohibuit illum angelus ne illud faceret, dicens: Vide ne feceris. Conseruus enim tuus sum, & fratrum tuorum prophetarum, & eorum qui seruant verba prophetię libri huius. Deum adora. In re tam aperta piget plura citare testimonia, quoniam si quis ea desideret, sacra scriptura plena est illis.

Exod.6. *Deut.17.* *Esa.2.* *Exod.32.* *Daniel.3.* *Apo.22.*

D

IEIVNIVM.

PRima hæresis est quæ ait ieiunium nullius esse meriti apud Deum. Iouinianus siquidem & qui illius errorem instaurarũt, Vvaldenses, Vviclephitæ, Lutherani, non solùm ciborum delectum damnant, sed vltra addunt, dicentes in ieiunio nullum esse meritum, adferentes in sui erroris confirmationem illud Pauli malè ab illis intellectum: Corporalis exercitatio ad modicum vtilis est. Et certè miror quòd homo qui se Christianum iactat, & scripturas sacras recipit dicat in ieiunio nihil esse meriti, quia hoc docere non possunt nisi voluptatum amatores, qui docẽt illa quę propria libido dictat. Si enim virtutes amãdę sunt, & illarum veri amatores meritũ habẽt, habebit necessariò meritum aliquod ieiunium, cùm virtus sit, & pars temperantiæ. Nam cùm gula sit vitium quod in nimio cibo, aut potu committitur, fieri nequit vt ieiunium, quo cibo & potui parcimus virtus non sit. Et si ieiunium est actus studiosus propter Deum factus, quî fit vt illi non reddatur sicut & cuilibet bono operi merces aliqua? Prętereà ieiunium non solùm est virtus, sed adiuuat plures aliàs virtutes, & viam parat apertissimam ad illas, quapropter oportet vt præmium illi respondeat, quemadmodum aliis virtutibus quibus consentit. Cùm enim Paulus dicat eos qui malè agentibus consentiunt, dignos esse pœna, cur non etiam digni erunt præmio qui bene agentibus consentiunt? Nunquid Deus erit largior in punitione quàm in præmio? Absit. Oportet ergo vt ieiunium donetur prędmio, quemadmodũ donatur virtus cui viam aperit. Parat nanque ieiunium viam castitati, quę maximè virtus est. Nam si gula iuuat luxuriam, oportet vt ieiunium adiuuet castitatem, quoniam oppositarum causarũ oppositi sunt effectus. Quid peccare fecit Sodomã, nisi saturitas panis? Vẽter mero æstuans facilè despumat in libidinem. Si ergo panẽ subtraxeris & vinum, peccato viam præcludis, quoniã (vt ait quidã) sine Cerere & Baccho friget Venus. Ieiuniũ etiam orationẽ adiuuat, cuius rei signum est, quòd Dominus cum docere voluisset modũ quo orare debemus patrẽ cœlestẽ, prius de ieiunio & de eleemosyna disseruit, & cõtinuò orationẽ docet. Ieiuniũ & eleemosynã vno tractu orationi cõiunxit, vt per hoc innueret ieiuniũ & eleemosynã duas esse alas quarũ adiutorio se in altũ tollit oratio. Cùm enim mãducasset & bibisset populus, surrexit nõ orare sed ludere, nõ adorare Deũ, sed adorare vitulũ aureũ. Moyses in mõte ieiunio quadraginta dierum legem suscipit, sed cùm populus satiatus fecisset vitulũ quem adoraret, frangit Moyses tabulas in quibus lex erat scripta: & meritò, quoniã stomachus plenus non est aptus ad suscipienda diuina mãdata, nec ad illa intelligẽda. Tres pueri intra fornacẽ mittũtur, cuius incendiũ adeò erat magnum, vt vltra quadraginta cubitos flãma extenderetur: ieiuni tamen ingredientes, illæsi egressi sunt de fornace. Daniel vir desideriorũ, cũ per tres hebdomadas ieiunasset, leones in quorũ lacum missus est, ieiunare fecit, quoniã cũ illi ieiuni essent, vt auidius illũ deuorarẽt, nec tamen illi nocuerũt. Deinde post ieiunium trium hebdomadarũ idem Daniel vidit visionẽ, in qua sibi dictũ est ab angelo: Ex die primo quo posuisti cor tuũ ad intelligendũ vt te affligeres in conspectu Dei tui, exaudita sunt verba tua, & ego veni propter sermones tuos. Quomodo ergo nõ habet meritũ ieiuniũ, quod meretur axauditionẽ? Helias ieiunẽ orat, & ad eius orationẽ tribus annis & sex mẽsibus ros pluuiæ nõ cecidit super terrã. Rursum ieiunus iterũ orat, & pluuias à deo impetrat. Ieiunus ad mõtẽ Dei peruenit, in quo diuinã habuit præsentiã, quãuis Deum non vidit, quoniã velut indignũ se reputãs vultũ pallio operuit cum Dominus transiret. Ieiunium ergo legem accepit, voracitas legem perdidit. Ieiunium ab incẽdio liberat, fomẽtis ciborum libidinis ignes crescũt. Ieiuniũ mentẽ ad orationẽ parat, crapula intellectũ obtusum reddit. Ad nouũ testamentũ accedamus, vnde possumus habere testimonia multo adhuc clariora. Anna prophetissa filia Phanuelis laudatur apud Lucã quòd nõ discedebat de tẽplo, ieiuniis & obsecrationibꝰ seruiẽs die ac nocte.

Iouinianꝰ *Vvaldenses.* *Vviclephꝰ.* *Luthera-* *ni.* *1.Tim.4.* *Roma.1.* *Exo.32.* *Dan.3.* *3.Reg.17.* *1.Reg.19.* *Dan.10.* *Ezech.16.* *Luc.2.*

A

B

Quòd ſi ieiunium res eſt nullius momenti (vt hæretici docẽt) quare de illo laudatur? Prętereà, cum Dominus eieciſſet ſpiritum immundũ ex corpore cuiuſdam pueri, quæſierũt ab eo diſcipuli eius: Domine
Matt. 17. quare nos nõ potuimus eiicere? Quibus ille reſpondit: Hoc genus dæmoniorum nõ eiicitur niſi in ora-
Mar. 9. tione & ieiunio. Quî fit ergo vt res nullius momenti ſit, quæ tam potens eſt vt dæmones eiicere valeat? Rurſum, ipſemet veritatis magiſter modum docens iuxta quem ieiunare debeamus, ait: Tu autem cùm
Mat. 6. ieiunas, vnge caput tuum, & faciẽ tuam laua, ne videaris hominibus ieiunans, ſed patri tuo qui eſt in abſcondito, & pater tuus qui videt in abſcondito, reddet tibi. Ecce iam vides apertiſſimũ meritum ieiunij. C
Nam pro ieiunio reddet nobis pater, Nunquam autem redditur præmium niſi pro merito. Si ergo pater reddet pro ieiunio, oportet fateri in ieiunio eſſe aliquam meriti rationem. Apertiſſima ſunt hæc teſtimonia: quapropter non eſt opus plura citare. Supereſt tamen vt hæreticorum obiectionibus reſpon-
1. *Tim.* 4. deamus. Primò nobis obiiciunt illud Pauli in prima ad Timoth. epiſto. Corporalis exercitatio ad modicum vtilis eſt, pietas autem omnia vtilis eſt, promiſſionẽ habens vitæ quæ nunc eſt, & futuræ. Cui
obiectioni reſpondemus illum Pauli locum minimè aduerſari noſtræ ſententiæ, duplici de cauſa. Vna, quia ieiunium nõ propriè dicitur corporalis exercitatio, neque de illo ibi loquitur Paulus. Vnde Theo-
Theophyl phylactus exponens illum Pauli locum, ſic ait: Nonnulli corporis exercitationem ieiunium dicunt, quod tamen ſecus ſe habet, ſiquidem ſpiritalis ſit. Nam etſi corpus per inediam maceratur, ſpiritus tamen eſt vigilantior. Sed corporalis exercitatio corporis eſt agitatio quędam: quę cùm laboris habeat plurimum, parum tamen & ad breue corpori ſit profutura. Hæc Theophylactus. Ecce patet qualiter ieiunium non eſt exercitatio corporalis, ſed ſpiritalis, quia ſpiritui cõfert. Sed eſto ieiunium ſit exercitatio corporalis, altera erit adhuc cauſa quare locus ille noſtræ ſententiæ non repugnabit. In illo ſiquidem loco Paulus non abſolutè negat corporalem exercitationem eſſe vtilem, ſed illam dicit eſſe ad modicum vtilem ſi non habet pietatem ſibi coniunctam. Et quod hic ſit illorum verborum ſenſus, conuincitur ex præcedentibus. Nam antea præmiſerat dicens Timotheo vt exerceret ſeipſum ad pietatem, & continuò ſubdidit, Corporalis exercitatio ad modicum vtilis eſt, pietas autem ad omnia vtilis eſt. Quaſi diceret, non D
ſic fidas carnis macerationi, vt hanc ſolam ſine pietate ſufficere putes, quoniã ſine pietate ad modicum vtilis eſt, ideo exerce teipſum ad pietatem, quæ multo præſtantior eſt quàm carnis maceratio. Et ad hũc modum interpretatur Ambroſius, dicens: Exercitium autem corporale ad modicum vtile dicit. Ieiuna-
Ambroſ. re enim & abſtinere à cibis manente autoritate creatoris non multum prodeſt, niſi addatur huic pietas, cuius opera multorum precibus adiuuatur ad Dominum promerendum. Et parum infrà: Corporis autem exercitium nihil aliud quàm carnis frena ſunt. Si quis ergo, quia miſericordia magna res eſt, lubricum tamen carnis patiatur, huiuſmodi quid fiet? ſine dubio vapulabit, quia illud oportuit fieri, & hoc minimè prætermitti. Hæc Ambroſius. Secundò nobis obiiciunt illud Domini verbum per Eſaiam
Eſa. 58. Prophetam populo Iſraëlitico dictum: Nunquid tale eſt ieiunium quod elegi, per diem affligere hominem animam ſuam? Et paucis interiectis ſubiungit: Nõne hoc eſt magis ieiunium quod elegi? Diſſolue colligationes impietatis, ſolue faſciculos deprimentes, dimitte eos qui confracti ſunt liberos, & omne onus diſrumpe. Frange eſurienti panem tuum, & egenos vagosque induc in domum tuam. Cùm videris nudum, operi eum, & carnem tuam ne deſpexeris. Tunc erumpet quaſi mane lumẽ tuum, & ſanitas tua citius orietur. Quibus verbis Deus apertiſſimè comprobat ieiunium & abſtinentiam à peccatis, cui adiungitur bonorum operum exercitium, præcipuè pietatis erga pauperes & egenos. Hanc autem obiectionem eodem modo reiicimus, quo præcedentem. Fatemur certè ſolum ieiunium, ſi cætera non adſunt, nullius eſſe momenti. Ieiunium enim ſine pietate & reliquis bonis operibus, parum aut nihil valet. At non inde ſequitur vt ieiunium cum pietate, & reliquis operibus, nullius ſit momenti, imò
Tob. 12. cum cætera adſunt, multum precium habet. Bona eſt enim oratio cum ieiunio & eleemoſyna. Dominus ergo per illa verba prophetæ ſolum damnat ieiunium quod perperam fit, & cui multa alia ſcelera
Eſa. 58. adiunguntur. Hoc autem manifeſtum euadit ex his quæ antè dixerat. Ecce (inquit) in die ieiunii veſtri A
inuenitur voluntas veſtra, & omnes debitores veſtros repetitis. Ecce ad lites & contentiones ieiunatis, & percutitis pugno impié. Nolite ieiunare ſicut vſque ad hanc diem, vt audiatur in excelſo clamor veſter. Nõ dixit abſolutè, nolite ieiunare, ſed addidit, ſicut vſque ad hãc diẽ. Quid eſt dicere ſicut vſque ad hanc diem? Hoc eſt, vt non percutiant pugno, vt non ad lites & contentiones ieiunent, vt non exequantur voluntates ſuas ſicut antea. Aliud autem ieiunium quod ex charitate fit, vt caro ſubiiciatur ſpiritui, nec tamen ideo deſerũtur pauperes, tale, inquam, ieiunium laudatur à Deo, & præmium dicit illi eſſe à patre ſtatutum. Alioqui ſi per hoc quòd ieiunium perperam factum reprehenditur, colligere vis vt etiam ſi bene fiat, nihil prorſus valeat: ad hunc modum oportebit dicere ſabbati celebritatem in veteri lege nullius fuiſſe momenti, quoniam eos qui ſabbata colebant non prout Deus volebat, per eundem prophetam Dominus reprehendit, dicens: Calendas veſtras & ſolennitates veſtras odiuit anima mea. Facta ſunt mihi moleſta. Et de ſacrificantibus & offerentibus incenſum in peccato dicit: Ne offe-
Eſa. 1. ratis ſacrificium fruſtra, incenſum abominatio eſt mihi. Et de his omnibus dicit: Laboraui ſuſtinens. Et cùm extenderitis manus veſtras, auertam oculos meos à vobis: & cùm multiplicaueritis orationem, non exaudiam. Manus enim veſtræ ſanguine plenæ ſunt. Lauamini, mundi eſtote: auferte malum cogitationum veſtrarum ab oculis meis. Abeant ergo, & ex his verbis condemnent etiam ſabbati ſanctificationem, & oblationem incenſi, & omne ſacrificium: & dicant ſolum ſufficere vt auferamus malum cogitationum noſtrarum. Abſit autem vt quis tantum deſipiat, vt hæc damnare audeat. Ibi enim Dominus damnat eos qui non prout decebat, aut ſacrificabant, aut ſabbatum lætitia quædam prophana B
colebant, & hæc omnia in peccato mortali faciebant, ſatis ſibi eſſe putantes ſi illa exteriora feciſſent. Sabbati autem veram ſanctificationem Dominus præcipit: tantum abeſt vt damnet. Ad hunc mo-

dum

dum posteà locutus est de ieiunio, vt ieiunium, quod sine pietate & cum peccato mortali fit, damnauerit, reliquum autem intactum reliquerit.

Denique istorum hæreticorum sententia plurimis Conciliorum definitionibus apertè damnata est. Cõcilium Gangrense capite. 19. suorum decretorum sic ait: Si quis eorum qui proposito sunt continentiæ, præter necessitatem corporalem superbiat, & ieiunia communia totius Ecclesiæ putauerit contemnenda, perfectam in sua scientia vindicans rationem, anathema sit. Hæc Cõcilium Gangrense. Anathema ergo Iouiniano, Luthero, cæterisque quibuscunque huius hæresis patronis: quoniam hi omnes ieiunia contemnunt, quum dicant illa nullius prorsus esse apud Deum meriti. Concilium Telense in quo non solum ista, sed aliæ Iouiniani hæreses damnatæ sunt, postquam de castitate definierat, tãdem de ieiunio loquens, hæc ait: Meritò ab illis viduitas despicitur, quæ solet obseruare ieiunia, quibus se dolent isti aliquo tempore esse maceratos, & propriam vlciscuntur iniuriam, quotidianis quoque conuiuiis vsuque luxuriæ, laborem abstinentiæ propulsare desiderant. Qui nihil rectius faciunt, quàm quòd ipsi se suo ore condemnent. Et post aliqua Pauli testimonia ibidem adducta, tandem subdit Concilium: Si parum est quod Apostolus dixit, audiant prophetam dicentem: Et operui in ieiunio animam meam. Ergo qui non ieiunat, intectus & nudus est, patet vulneri. Hæc Concilium.

Cõcilium Gangrẽse

Cõcilium Telense.

C Contra hunc errorem scripsit beatus Hieronymus in secundo libro contra Iouinianum, quo loco multas ieiunii laudes texit. Beatus Ambrosius elegãtem librum fecit qui inscribitur de Helia & ieiunio, in quo mirum in modum extollit ieiunium. Iodocus Clicthouæus hoc nostro seculo largissimè de hac re scripsit in illo opere quod dicitur Propugnaculum Ecclesiæ contra Lutheranos.

SEcunda hæresis docet ieiunia non debere institui pro certo aliquo & stato tempore, sed quòd quilibet ieiunet cùm voluerit. Hanc hæresim primus (quod sciam) docuit Aërius: nisi fortè hæc sit hæresis cuiusdam Eustathii, qui in Concilio Gangrensi damnatur, eò quòd ieiunia Ecclesiastica contemnebat. Hæc autem hęresis non est eadem illa quam docuit Iouinianus, quoniam de Aërio Augustinus differens libro de hæresibus cap. 53. non dicit illum contempsisse in vniuersum ieiunia, sed hoc solum illi tribuit, quòd dixerit statuta solemniter ieiunia non esse obseruanda, sed ieiunandum esse cum quisque voluerit, ne sub lege esse videretur. Itaque Aërius ieiunio non detrahit, sed solum detrahit ieiunii legibus, nullo pacto admittens Ecclesiam posse ad ieiunium obligare: quia etsi ieiunium sit salubre, & proficuum animæ, non vult tamen vt ad illud aliquis arctetur, sed potius liberum cuique esse vult ieiunare cùm voluerit. Hæc dixi quia video aliquos de ieiunio disputantes, qui in eodem errore collocant Aërium cum Iouiniano, cùm tamen latum sit inter illos discrimen. De hoc etiam errore suspectum se multis præbuit Erasmus Rotherodamus, à qua suspitione nunquam (quod sciam) se bene purgauit. Nam in Paraphrasi secundi capitis Marci, hęc ait: Tristia sunt ieiunia quæ præscribit lex: & ob hoc ingrata Deo, qui diligit hilarem datorem. Hæc Erasmus. Quæ quidem Erasmi verba à Parisiensibus Theologis communi omnium censura sunt damnata. Horum tamen censuræ respondit Erasmus, præfatorum verborum declarationem præbens. Sed illius declaratio talis fuit, vt maiorem reliquerit hæreseos suspitionem. Verba illius referam, quò clarius eius mens possit agnosci. In responsione siquidem ad Patisienses hæc verba habet: Porro qui metu ieiunat, non ieiunaturus nisi lex cogeret, huius ieiunium hactenus certè triste est, & ingratũ Deo, quòd caret alacritate spiritus, qua præcipuè delectatur Deus. Neminem igitur reuoco ab obedientia superiorum, sed ostendo quid Deo sit gratius. Neque enim ideo infirmi liberi sunt à constitutionibus, quòd Deus cum alacritate ac sponte ieiunantes præfert iis qui legis impulsu ieiunant potius quàm ex animo. Hæc Erasmus. In quibus verbis satis apertè docet, melius esse ieiunare ex arbitrio proprio, quàm lege coactum. Ob quam causam ille optat vt huiusmodi ieiuniorum præcepta Ecclesia tolleret. Non quòd ille credat Ecclesiam non posse tales leges statuere, aut sic statutas esse temere violandas: sed quia censet melioris esse conditionis apud Deum sponte ieiunantem, quàm qui lege ad id faciendum cogitur. Et credit plures fore qui sponte ieiunarent & abstinerent à carnibus, quàm nunc faciunt coacti lege. Nam in responsione ad primam censuram Parisiensium de ieiunio, & delectu ciborum, hæc verba ait: Arbitror autem puriorem fuisse Christianismum temporibus Apostolorum ac martyrum quam nunc est, quando sic refrixit hominum charitas. At illis temporibus quum nullum esset præscriptum de ciborum discrimine, plures vltro abstinebant à carnibus, quàm nunc faciunt coacti lege. Hæc Erasmus in prefato loco. Et in libello de ciborum delectu, supputatione. 23. hæc ait: Si quis adeò firmus sit, vt perpetua sobrietate sibi temperet, huic non admodum opus sit indictis ieiuniis: nisi pro tempore huiusmodi victima placanda sit ira Dei, Sed ob rudes, inquies, & crassos, certi dies præscribuntur. Sit hoc sanè tolerabile. Præscribitur vnica refectio, præscribitur & cibi genus. Nec hoc satis. Intentatur æterna damnatio consuetudinis humanæ violatori. Hęc Erasmus. Ex quibus verbis luce clarius constat quòd malè habet Erasmum, esse aliquos ieiuniorum dies præscriptos: sed hoc malum tolerabile censet: verum illud intolerabile putat, quòd ieiunia præcipiantur sub interminatione gehennæ: & hoc durius existimat, quòd in huiusmodi ieiuniis certa aliqua ciborum genera prohibentur. Erasmus ergo (vt ex his quæ diximus liquidò constat) idem cum Aërio sentire videtur. Ipsorum tamen error (vt proximè diximus) alius est ab errore Iouiniani. Verùm etsi alius sit hic error ab illo, non est opus nouas aduersus illum excogitare machinas: quoniam (vt superius ostendimus, cum de Ecclesiæ potestate ageremus) Ecclesia potest statuere leges, potissimum eas quę ad obseruantiam diuinorum mandatorum conducibiles esse videntur, quibus legibus omnes Christiani subesse tenentur. At cum ieiunium esse vtile nos aduersus Iouinianum & eius asseclas nunc proximè ostenderimus, & Aërius ipse (vt existimo) non neget, conuincimus inde vt Ecclesia possit statuere ieiunia, quæ cum ab illa fuerint statuta, ab omnibus Christianis obseruanda erunt, ita vt nullus ea contemnere impunè pos-

Aerius. de quo apud Epiphan. hæres. 75

Erasmus.

D

A

sit. Et certè hic error magis impetit Ecclesiæ potestatem, quàm ieiunii virtutem. Quapropter cùm constiterit de Ecclesiæ potestate, vt illa possit statuere quod conducere videbitur, actum erit de hoc errore, præcipuè cum aliqua sint ieiunia ab Apostolis instituta, aut fortè à Christo cõmuni omnium magistro. Nam de quadragesima dicitur à plurimis nõ infimæ sortis, sed maximæ autoritatis viris, eisque non recentibus, sed vetustissimis autoribus, quadragesimæ ieiunium fuisse à Christo institutum, ita vt obligatio ad illam, non tantum ex præcepto humano pẽdeat, sed diuino. Vnde maximus episcopus ait: Sacra-

Maximus rum literarum exempla protulimus, quibus approbatemus hunc quadragenarium numerum non esse ab hominibus constitutum, sed diuinitus consecratum, nec terrena cogitatione initiatũ, sed cœlesti maiestate præceptum. Et paucis interiectis, de præceptis eiusdem ieiunii quadragesimalis ait: Hæc autem B non tam sacerdotum præcepta, quàm Dei sunt. Atque ideo qui ea spernit, non sacerdotem spernit, sed Christum, qui in suo loquitur sacerdote. Hæc ille. Theophilus Alexandrinus ait: Habemus quadragesi-

Theophi. mam ab Apostolis institutam & ordinatam. Et ignatius martyr in quadam epist. ad Philip. quæ est. 4. in

Ignatius. ordine, ita ait: Dies festos nolite inhonorare, quadragesimã verò nolite pro nihilo habere. Imitationem enim continet Dei conseruationis. Hebdomadam etiam passionis nolite despicere. Hæc Ignatius. Ex quibus testimoniis etsi fortè non satis constet eam fuisse à Christo institutã sub præcepto, constat tamen ad Christi exemplum fuisse ab Apostolis obseruatam, & sub præcepto Christianis iniunctam, post quo-

Cõcilium Braccarense. rum decessum Ecclesia in plurimis conciliis statuit eam stricte debere obseruari. Nam concilium Braccarense primum, cap. 16. suorum decretorum sic definit: Si quis quinta feria paschali quæ vocatur cœna Domini, hora legitima post nonam ieiunus in Ecclesiis missas non tenet, sed secundum sectam Priscilliani festiuitatem ipsius ab hora tertia per missas defunctorũ soluto ieiunio colit, anathema sit. Et in collectorio Græcarum synodorum per Martinum Braccarensem episcopum facta, cap. 50. ita dicitur. Non liceat quinta feria nouissimę hebdomadę ieiunium soluere, & omnem exhonorare quadragesimam, sed

Cõcilium Toletanũ sincerè abstinentes totam quadragesimã peragere. Et conci. Tolet. 8. cap. 8. apertius & strictius hoc præcipit, vt videlicet tota quadragesima ieiunetur, & abstineatur à carnibus. Thelesphorus papa & mar. qui septimus à B. Petro Apost. pontificatum tenuit, decretum etiam ædidit de abstinentia carnium in quadragesima, ante quem etsi quadragesima ieiunaretur, vt cõstat ex dicto Ignatii martyris nunc proximè C citato, mihi tamen non constat an tunc ante Thelesphorũ tale ieiunium celebraretur in abstinentia carnium, an per solam ciborum parsimoniam, vt videlicet cum carnibus ieiunarent, semel in die & minus

Cõcilium Gangrẽse quàm aliàs comedentes: de qua re cùm mihi non constet, nihil definio. Hoc tamen certum est ex Philonis testimonio per Euseb. lib. 2. histo. Ecclesiast. citato, tẽpore Apostolorum fuisse abstinẽtiam carnium. Denique Cõcilium Gangrense, cap. 19. de omnibus ieiuniis ab Ecclesia statutis ita definit: Si quis eorum qui proposito sunt continentiæ, præter necessitatem corporalem superbiat, & ieiunia communia totius Ecclesię putauerit contemnenda, perfectam in sua scientia vindicans rationem, anathema sit. Plura alia potuissem huc citare Cõciliorum decreta, sed hæc sufficiant. Cæterum quod Erasmus ait melius esse ie-

1. Reg. 15. iunare sponte, quàm ex legis præcepto, cõuincitur esse falsum per illud quod in primo Regum libro dicitur: Melior est obedientia quam victima. Melior ergo quàm ieiunium. Et meritò obedientia præfertur ieiunio, quoniam ieiunium ad temperantiam pertinet: obediẽtia verò pertinet ad iustitiam, quæ reddit vnicuique quod suum est. Per obedientiam siquidem superiori præstamus quod debemus. Qui sponte ieiunat, solum ieiunii meritum habet: qui verò legis impulsu ieiunat, & ideo ieiunat, vt legi obediat, hic vltra ieiunii rationem habet etiam meritũ obedientiæ. Melior ergo est conditio illius qui præcepto obediens ieiunat, quàm qui sponte sua ieiunat: quoniam hic vnicum tantum, videlicet ieiunii, meritum habet: ille verò duplex, ieiunii & obedientiæ meritum. Ad hanc rem etiam agunt ea quæ inferius in titulo de voto dicemus. Nam eo loco (Deo duce) probabimus meliora esse quæ ex voti obligatione fiũt, quam quę sponte. Ex quibus etiam colligitur vt meliora sint opera quæ ex obligatione præcepti fiunt, quã quæ ex proprio arbitrio. Deinde, manifestè errat, & satis ineptè loquitur, quum dicit omnem illum ieiunare ex metu, qui aliàs non esset ieiunaturus, si lex non præcepisset. Nam qui aliquid agit, quod non esset facturus D nisi lex præciperet, ex obedientia agit, & ex illa non necessariò sequitur metus pœnæ, de quo (vt constat) Erasmus tunc loquebatur, quia ille est qui semper habet sibi coniunctam tristitiam, & non filialis. Quod autem non omnis qui facit id quod non esset facturus nisi lex præciperet, faciat metu seruili, inde conuincitur quod aliàs oporteret fateri omnem talem peccare, & esse eiusdem legis transgressorem. Quoniam (vt Augustinus ait) qui ex timore facit præceptum, aliter quam debeat facit, & ideo iam non facit. Dicere autem omnem illum peccare qui facit quod non esset facturus nisi lex præciperet, manifestus est error. Quia si omnis talis peccat, oportebit eo ipso fateri omnem legislatorem peccare quando aliquid prẽter legem diuinam præcepit, quia tunc lege sua cogit omnes vt faciant quod aliàs non essent facturi. Nunquam igitur, iuxta Erasmi doctrinam, liceret homini legem aliquam statuere, nisi de sola illa re, quàm omnes secluſa lege essent facturi, ne lege sua aliquem legislator cogat ad peccandum, cogendo videlicet eum ad faciendum aliquid, quod illa lege secluſa, non esset facturus. Absit tamen vt vir Christianus hoc fateatur. Non enim necessario consequitur, prout Erasmus putat, vt quisquis ex legis præcepto facit, quod aliàs non esset facturus, eo ipso mœstus & tristis faciat. Nam qui obedientiæ virtutem acquisiuit, & ex illius inclinatione & impulsu facit id quod lege præceptum est, etiam si lege secluſa id non esset facturus, non minoti, immò sæpe cum maiori animi alacritate id facit, quam si lege secluſa ex solo suo arbitrio feciſſet. Nam habitus (vt Aristoteles docet) non solum præbet facilitatem operanti, sed etiam delectationem. Præterea, & si daremus gratis Erasmo omnem illum mœstum & tristem esse, qui ex impulsu legis facit id quod aliàs nõ erat facturus, non tamen inde necessariò sequitur, vt opus illud ex obedientia legis factum, sit semper Deo ingratum. Quoniam non tantam Deus exigit

in datore

in datore hilaritatem,vt nullam prorſus habeat triſtitiam,ſed illa animi alacritas ſatis eſt Deo,quę ſuperat & vincit triſtitiam in oppoſitum renitentem. Triſtitia ſiquidem quam Chriſtus habuit in paſſione ſua,non impediuit vel tantillum quin paſsio illa fuiſſet Deo patri gratiſsima. Falſum eſt igitur quod Eraſmus per hæc verba dixit:Porrò qui metu ieiunat, nõ ieiunaturus,niſi lex cogeret,huius ieiunium hactenus certè triſte eſt,&ingratum Deo,quod caret alacritate ſpiritus,qua præcipuè delectatur Deus.Ex quibus verbis apertiſſimè conſtat Eraſmum falſò putaſſe triſtitiam non poſſe ſimul eſſe cum alacritate ſpiritus,qua delectatur Deus.Sed videamus quid pro ſe adfert Eraſmus. Deus (inquit ille in reſponſione ad Pariſienſes) Phariſaica ieiunia damnat apud Eſaiam,& Chriſtus illa etiam deteſtatur, quæ nullo pacto ſunt æquanda cum ſpontaneis ieiuniis, quæ Apoſtoli hauſto cœleſti ſpiritu citra præceptũ vllum erant ieiunaturi.Fateor quidem quòd Deus Phariſaica ieiunia per Eſaiam damnauerit, ſed non ob eam cauſam quòd præſcriptis diebus ieiunabant,aut præcepto legis:ſed quia tantum ieiunio fidebant,vt reliquis omnibus virtutibus & bonis operibus poſthabitis,ſolo ieiunio ſe Deo ſatisfacere crederẽt. Vt autem hæc clariora ſint,Eſaiæ verba referre oportet:Ecce(inquit ille) in die ieiunii veſtri inuenitur voluntas veſtra,& omnes debitores veſtros repetitis. Ecce ad lites & contentiones ieiunatis,& percutitis pugno impié. Nolite ieiunare ſicut vſque ad hanc diem, vt audiatur in excelſo clamor veſter. Hæc apud Eſaiam Dominus.In quibus verbis conſtat nullam eſſe de præcepto ieiunii factam mentionem: nec ieiunium Phariſæorum ob hoc eſſe culpatum,quòd lege cogente,& non ex arbitrio ieiunauerint. *Eſa.58.* B

Deinde aduertere oportet quòd non abſolutè prohibuit illis ieiunium,ſed duntaxat prohibuit ieiunium tale,quale illi faciebant.Non enim abſolutè dixit:Nolite ieiunare:ſed addidit,ſicut vſque ad hanc diem,vt audiatur in excelſo clamor veſter.Propter iactãtiam, & alia peccata quæ in diebus ieiuniorum perpetrabant,illorum damnauit ieiunia,non autem quia lege præcipiente ieiunabant.

Non eſt ergo quaſi Phariſaicum reputandum ieiunium quod ob legis præceptum fit.

TErtia hæreſis eſt Begardorum & Beguinarum dicentium hominem non obligari ad ieiunia Eccleſiaſtica,cùm ad ſtatum perfectionis peruenerit. Et hic error etiam ab errore Aërii aliquãtulum differt,quoniam Begardi & Beguinę non omnes Chriſtianos eximunt ab obligatione ieiunii,quemadmodum Aërius docuit,ſed ſolùm illos qui ad gradum perfectionis peruenerũt. Quòd ſi hunc errorem deducunt ex alio errore eorundem quo docent illos qui in tali perfectionis ſtatu ſunt, non eſſe humanæ obedientiæ ſubiectos,atque ideo dicant non teneri etiam ad ieiunia Eccleſiaſtica,tunc non erit opus noua aduerſus hunc errorem parare argumenta, quoniam iam ſuprà probauimus omnes Chriſtianos, cuiuſcunque ſtatus ſint,teneri ad obſeruationem legum ab Eccleſia inſtitutarum.Si verò dicant ideo non teneri ad ieiunium,quia videlicet non indiget ieiunio ad animæ ſalutem is qui perfectionis ſtatum adeptus eſt, tunc aliis oportet agere argumentis. Et primò contra eos militat illud Pauli: Caro concupiſcit aduerſus ſpiritum,& ſpiritus aduerſus carnem.Hæc enim ſibi inuicem aduerſantur, vt non quæcunque vultis, illa faciatis. Quòd ſi tam rebellis eſt caro, oportet eius rebellionem ieiunii habenis compeſcere. *Begardi. Beguinæ. Galat.3.* C

Verùm fortè Begardi dicent eum qui ſtatum perfectionis adeptus fuerit, non pati in ſe hanc carnis & ſpiritus pugnam, ſed habere in pace tabernaculum ſuum. Hoc autem adeò aperta eſt dementia,vt non ſit opus eam oppugnare, quoniam ſoli virgini Dei matri hoc priuilegium tribuitur, vt talem pacem in ſe habuerit.Vnde Richardus de ſancto Victore libro ſecundo,de Emanuele cap.vltimo,ſic ait:In cæteris ſanctis magnificum habetur quòd à vitiis nõ poſſunt expugnari,in iſta mirificum videtur quòd à vitiis non poteſt ipſa vel in modico impugnari.Cæteris ſanctis in cõmune præcipitur vt in mortali eorum corpore peccatum non regnet, ſoli iſti ſingulariter datur vt mortale corpus eius peccatum non inhabitet.Hæc ille.Præterea, vas electionis Paulus Apoſtolus qui vſque ad tertium cœlum raptus vidit arcana Dei quæ non licet homini loqui: is,inquam,caſtigat corpus ſuum, & in ſeruitutem redigit: neque hoc fruſtra facit,quoniam timet ne cùm aliis prędicauerit,ipſe reprobus efficiatur.Magnus ille Ioannes Baptiſta,quo inter natos mulierũ non ſurrexit maior, qui & ſpiritu ſancto repletus eſt ex vtero matris ſuæ, is etiam caſtigat corpus ſuum,à vino & ſicera abſtinens,carnes non comedens,ſed cibus eius locuſtę & mel ſylueſtre.Quid ergo impii Begardi & libidinoſæ Beguinæ præſumunt?Nunquid maiorem ſibi virtutis perfectionem arrogant quam Paulo,&Ioanni Baptiſtę?Et vt aliquid mirabilius atque ſacratius dicamus,ipſemet qui peccatum non nouerat,nec inuẽtus eſt dolus in ore eius, ieiunauit quadraginta diebus & noctibus, non quòd ipſe opus haberet ieiunio, ſed quò nobis exemplum daret, vt quantumlibet perfectus quiſque foret,agnoſceret ieiunium eſſe ſibi neceſſarium.Quamdiu enim hîc ſumus, inimicos domi noſtræ habemus, qui velut latrunculi nobis inſidiantur. Et intra portas Hieruſalem Iebuſeus fuit ſemper in medio,neque vnquam deleri potuit:ita intra carnem noſtram,quantũlibet perfectus quiſque ſit,ſemper manet aliquis ſtimulus incitans ad malũ.Quapropter ieiunare oportet,vt ieiunio carnis malitia reprimatur. Demum inter octo errores Begardorũ & Beguinarum cõdemnatos in Concilio Vienenſi ſub Clemente quinto, is ſecundus eſt. Huius autem Concilii definitio habetur in libro Clementinarum decretalium,in titulo de hæreticis,capite cuius initiũ eſt: Ad noſtram,&c. Videat ibi qui volet. *1.Cor.9. Matt.3. Ioſue.15. Cõcilium Viennẽſe.* D

IMAGO.

EVit olim quidam error, qui noſtro hoc ſeculo iam aliquibus innouatus eſt, docens imagines eſſe tollendas ab Eccleſia, dicẽs idololatriam eſſe imagines in templis habere; ſiue illæ ſint Chriſti, ſiue ſancti hominis cuiuſcunque. Huius hæreſis primum autorem vix inuenire poſſum. Platina in vita Hadriani papæ huius nominis primi, dicit ſub hoc pontifice habito Concilio Franconiæ fuiſſe abrogatam hæreſim Felicianam de tollendis imagi-

nibus. Cùm autem eam appellauerit Felicianam, non aperuit tamen à quo Felice sumpserit exordium. In vita tamen Constantini papæ prius dixerat Felicem quendam Rauennatem archiepiscopum à Iustiniano Imperatore in Pontum relegatum, qui posteà à pristina hæresi discedens sub Theodosio Imperatore in patriam reuersus est. Verùm hoc in loco etiam subticuit qualis fuerit huius Felicis hæresis. Quòd si ex illis duobus locis quis coniicere velit, vt dicat ab hoc Felice fuisse hanc hæresim appellatam Felicianam, non repugno: quanquam scio ante hunc Felicem non defuisse qui hunc errorem docuerit. Nàm constat ante Constantinum papam, cuius tempore fuit hic Felix, per centum annos & eo amplius fuisse beatum Gregorium Papam huius nominis primum. At beatus Gregorius Serenum quendam A
episcopum Massilienſem per epistolam redarguit, quòd inconsiderato zelo sanctorum imagines fregerit, timens ne à populo adorarentur. Et beatum Gregorium plusquam centum & quinquaginta annos præcessit Epiphanius Cyprus. Is autem in quadam epistola ad Ioannem episcopum Hierosolymitanum circa finem epistolæ dicit se scidisse velum quoddam quod pendere viderat in foribus cuiusdam Ecclesiæ. Scidit autem illud eò quòd habuerit imaginem Christi, aut alicuius hominis sancti (non enim meminit cùm hæc scribebat cuius fuerit imago) dicitque esse contra autoritatem scripturarum, in Ecclesia Christi imaginem hominis pendere. Ecce ad quæ tempora hunc reducimus errorem. Verùm etsi hi duo episcopi ita senserint, non tamen sunt hac de causa de hæresi notati, quoniam res non erat adeò aperta, nec de illa re (quod sciam) vnquam Ecclesia illo tempore definierat: quapropter liberum tunc eis erat citra hæresis notam ita sentire. Deinde ita sentientes, non pertinaci animo suæ sententiæ adhæserunt, vt parati non essent Ecclesiæ aliud docenti obtemperare. Huius hæresis fautores fuêre plu-

Leo. 3. Imperator. res Græcorum Imperatores. Nam Leo tertius Imperator Constantinopolitanus ob hanc hæresim (Platina teste) à Gregorio Papa huius nominis tertio, & Imperio, & communione fidelium priuatur.

Constãti. Impera. Constantinus quintus Imperator, qui elephantiæ morbo correptus interiit, huic adhæsit hæresi. Eidem fauit Leo quartus Imperator huius Constantini filius. Vxor tamen istius Leonis Irene dicta, Leone defuncto, curam gerens Imperii, nomine filii, videlicet Constantini sexti, Concilium in Nicæna B
vrbe secundum congregari fecit, in quo à trecentis & quinquaginta episcopis eodem conuenientibus definitum est, vt qui sacras imagines delendas dicerent, perpetuo anathemate notarentur. Hanc tamen Ecclesiæ definitionem Constantinus sextus grandæuus factus malorum hominum persuasione deceptus recipere noluit. Et hæc res fuit vna ex præcipuis causis propter quas à Græcis Imperatoribus

Vvaldenses. defecerunt Latini. Hunc errorem post multa tempora susciterunt Vvaldenses, quibus (vt aliàs semper) consentiunt Vviclephistæ. Hunc errorem iam sepultum ab inferis reuocarunt hoc seculo in quibusdam Germaniæ partibus quidam Carolstadius, & alius Balthasar Hiebmaier, Lutherani, quanquam

Ioannes Vvicleph. Carolsta. Baltha-sar. Heibmaier. in hac parte à magistro eorum Luthero desciscunt, quoniam hic sanctorum imagines probat. Hæc hæresis facilè conuincitur, si consideremus quo pacto ex præcepto Domini imagines apud Iudæos fuerint, quibus tamen districtius inhibuerat ne sculptile haberent. Nam cum præcepisset Moysi vt faceret propitiatorium de auro mundissimo, statim subiungit, dicens: Duos quoque Cherubin aureos & productiles facies ex vtraque parte oraculi. Cherub vnus sit in latere vno, & alter in altero. Ecce hic vides imagines Cherub, & non in loco vulgari, sed in propitiatorio, quod erat operimentum arcæ te-

Exod. 15. stimonii. Præterea, cùm populus Israël ob murmurationes quas aduersus Deum & Moysen dixerat, serpentium morsus pateretur, Moyses pro populo orat ad Dominum, cui Dominus ait: Fac serpentem,

Num. 21. & pone eum pro signo. Qui percussus aspexerit eum, viuet. Fecit ergo Moyses serpentem æneum, & posuit eum pro signo. Quem cum percussi aspicerent, sanabantur. Ecce iterum aliam imaginem ex præcepto Domini factam, cuius vsus non fuit prorsus inutilis, cum ad eius aspectum à serpentibus percussi, sanabantur. Hunc tamen serpentem æneum Ezechias rex confregit postea, non quia malum erat talem imaginem retinere, sed quia videbat populum honores diuinos illis impendere, tanquam aliquid numinis esset in eo. Hanc autem esse causam quare illum rex confregerit, ipsa Regum historia satis a- C

4. Reg. 18. pertè declarat, dicens: Ipse dissipauit excelsa, & contriuit statuas, & succidit lucos, confregitque serpentem æneum quem fecerat Moyses. Siquidem vsque ad illud tempus filii Israël adolebant illi incensum. Vocauitque nomen eius Nahasthan. Vides causam quare confractus sit serpens, quia videlicet filii Israël adolebant illi incensum. Considerauerat nanque sapiens rex populum esse ad idololatriam pronum, vtpote qui non semel tantum aut iterum, verùm sæpissimè idola coluerit: à quo errore credens non posse populum aliter reuocare, quàm si serpentem confregisset, ideo tunc meritò confregit. Et ne ex serpente confracto occasionem doloris haberent, credentes se aliquod numen perdidisse, nomen serpenti imposuit, quo audito cognoscerent & intelligerent non esse id quod putabant. Vnde

Angelomus. Angelomus Monachus vetustus autor, in Stromatibus suis super libros Regum hunc locum exponens, ita ait: Vocauitque nomen eius Nahasthan. Siquidem Nahasthan interpretatur æs eorum: vt quem illi pro numine colebant, in dictis eius metallum eum esse, non Deum agnoscerent. Hæc Angelomus. Si ergo populus Christianus esset nunc æquè pronus ad idololatriam vt tunc fuit populus Israël, nec aliter posset ab errore reuocari quam imaginibus confractis, crederem eas meritò debere confringi. Illa enim quæ necessaria non sunt, etsi bona quantumlibet sint, sæpe tamen tolluntur, aut prorsus abrogantur propter mala quæ inde oriri cognoscuntur. Sic ergo etsi imaginum vsus sit bonus & Ecclesiæ vtilis, si tamen inde idololatria oriretur, cui aliter iudicio maiorum obuiari non posset quàm imagines confringendo, tunc iustum esset vt ex imperio maiorum tollerentur aut confringerentur, & non ex libera cuiuscunque hominis voluntate. At nunc Christianus populus non est ad idololatriam pronus, D
vt populus Iudaicus fuit, quoniam nec initiatus est vnquam Beelphegor, nec adorauit Astarthen Deam Sidoniorum, nec coluit Baal, neque idolis templa construxit: quapropter non est nunc aliqua vrgens

causa

cauſa propter quam imagines confringi debeant, ſicut tunc fuit vt confringeretur ſerpens, quoniam etſi vnus aut alter ſimplicitate quadam deceptus erret, ille docendus eſt, & non propter illum imagines ſunt prorſus tollendæ. Leges ſiquidem & ſtatuta, & non paucorum numero, ſed maiori populi multitudini proſpiciunt. Hæc adeò latè digeſsimus, quoniã ex hoc Ezechiæ regis facto meritò laudãdo, hæretici volunt ſuum deteſtatum errorem probare. Cùm autem rem apertiſsimè expoſuerimus, patebit iam manifeſtè quàm inani fundamento nitantur. Sed iam ad confirmandam noſtram ſententiam redeamus. Salomon in templo fecit Cherubin, & palmas & malogranata, & in mari æneo poſuit duodecim boues, & in baſibus laterum leones cum bobus. Neque in harum rerum pictura aut ſculptura Salomon reprehenſus eſt, quinimo mirificè laudatus. Si ergo tunc licuit duodecim boues ſculpere, cùm magis eſſet de idololatria timendum, cur non licebit duodecim Apoſtolos pingere, quorum illi duodecim boues figuram gerebãt? Si licuit ſerpentem exaltare coram populo ad idololatriam prono, vt ex illius aſpectu filij Iſraël à ſerpentium morſibus liberarentur, cur nõ licebit nũc Chriſtum in cruce exaltatũ depingere, vt ex illius imaginis aſpectu reducamus ad memoriam immenſa beneficia quæ generi humano in cruce moriens exhibuit? Si vmbras licuit pingere, cur non licebit pingere corpora? Rurſum imaginum vſus vtilis eſt, quoniã imagines ſunt idiotarũ literæ, quas aſpicientes, in illis tanquã in libris ſcriptis legunt, & ad memoriam per earũ aſpectum reducunt ea, quę aliàs in memoriam non veniſſent. Vi- 3. Reg 6.
A dentes enim hiſtoriam depictam qua repræſentatur homo nudus columnæ alligatus, & multis plagis vulneratus, & alios à dexrris & ſiniſtris eius, qui viciſsim illum flagellare cõtendunt, cùm hæc, inquam, aſpicimus, recordamur Deum pro nobis hominem factum ſimilia in carne paſſum, quod in memoriam cùm venerit, miniſtratur nobis cauſa conpaſsionis, & dilectionis, eò quòd pro nobis talia paſſus eſt. Nec ob aliam cauſam veneramur imagines, quàm quòd nos in exemplaris memoriam venire faciunt, & inde affectus noſtros mouere poſſunt. Non quòd talis adoratio in ſola ſiſtat imagine, ſed quia tranſit ad id cuius eſt imago. Nam (vt beatus Baſilius ait) honor qui defertur imagini, refertur ad prorotypũ. Qua- *Baſilius.*
propter non eſt quòd de idololatria timeamus, ſi ſimplices & idiotæ doceantur non eſſe ſiſtendã mentem in imagine, cùm coram ipſa procedimus, ſed hoc commodum imagines habere, quòd noſtrum intellectum excitant ad agnoſcendum & amandum illa quorum ſunt imagines. Si ergo literæ legentibus permittuntur, cùm etiam ſacræ literæ in maxima veneratione habeantur, cur non etiam imagines permittẽtur, etiam ſi in precio ſint habitæ, modo non vltra iuſtitiam? Pictura enim Græcè tographia, id eſt, viua ſcriptura vocatur, eò quòd imago ſit quaſi alterum ſcripturę genus. Cuius rei apertiſsimum eſt teſtimonium, quòd in ea parte mundi quam Hiſpani immenſa & diuturna nauigatione verſus occidentem vltra columnas Herculis nauigantes, ſub Carolo huius nominis primo Hiſpaniarum rege, & Cæſare eiuſdem nominis quinto, inuenerunt, nullæ apud homines illius terræ ſunt literæ repertæ, ſed imaginibus loco literarum vtebantur. Imagines ſiquidem taliter pingebant, vt res poſſent quas voluiſ-
B ſent apertè ſignificare. Et hoc non in vno aut alteto loco, ſed cùm vltra ſexcentas leucas per terram perrexerint, nulla vnquam literarum veſtigia inuenerunt, ſed ſolum imaginum vſum. Neque aſcribendum eſt eorũ ruſticitati, cùm ſit gens alioqui viuaciſsimi ingenij, & quæ in aliquibus artibus mecanicis ſubtiliſsimè operetur, & ciuitates habeat frequentiſsimi populi. Nam de Temiſtitam dicunt qui viderunt eſſe oppidum habens pluſquam ducenta millia domorum. Et cum hæc omnia adfuerint, literæ tamen deficiebant, ſolis imaginibus contenti. At nunc per Hiſpanos quo coloniam ibi fecerunt, præcipuè per fratres minores, qui circa illos magnificè laborant, literæ iam traditæ ſunt, ita vt homines illius terræ propriam linguam literis Latinis ſcribant. Hoc in medium adferre placuit, quoniam efficaciſsimum argumentum mihi videbatur vt probarem imagines locum tenere literarum, & per conſequens æquè vt literas poſſe prodeſſe. Si ergo imaginum vſus eſt vtilis, neq; vſquam lege diuina prohibitus, imò comprobatus, vt oſtendimus, conuincitur inde aperriſsimè vt malum ſit imagines ex Eccleſia tollere. Deinde ſi nullum eſſet ad huius rei confirmationem aliud argumentum, quàm Eccleſiæ vniuerſalis vſus, vel hoc ſolum eſſet ſufficiens, preſertim cum imaginum vſus non ſit recens in Eccleſia, ſed vetuſtiſsimus, & ab ipſis Apoſtolis ad hæc vſque tempora continuo decurſu ſeruatus. De hac re teſtimonium perhibet Euſebius Cæſarienſis, qui in. 7. lib. hiſtoriæ Eccleſiaſticæ capite. 14. de Cęſarea Philippi ciuitate loquens, ita ait: Verùm quia vrbis huius fecimus mentionem, iuſtum videtur commemorare etiam illud *Euſebius*
in ea quod hiſtoria dignum duximus: Mulierem quam ſanguinis profluuio laborantem à Saluatore curatam Euangelia tradiderunt, huius vrbis ciuem conſtat fuiſſe, domuſque eius in ea etiam nunc oſtenditur. Pro foribus verò domus ipſius, baſis quędam in loco æditiore collocata monſtratur, in qua mulieris ipſius velut genibus prouolutę palmasque ſuppliciter tendentis imago ære videtur expreſſa. Ad-
C ſtat verò alia ex ære nihilo minus fuſa ſtatua, habitu viri, ſtola comptè circundati, & dexteram mulieri porrigentis. Huius ad pedem ſtatuæ, è baſi herba quædam noua ſpecie naſcitur, quæ cùm exorta fuerit, excreſcere vſque ad ſtolę illius ærei indumenti fimbriam ſolet. Quam cum ſummo vertice creſcens herba contigerit, vires inde ad depellendos omnes morbos languoresque conquirit, ita vt quæcunque illa fuerit infirmitas corporis hauſtu exiguo madefacti ſalutaris graminis depellatur, nihil omnino virium gerens ſi antequam æreæ fimbriæ ſummitatem creſcendo contigerit, decerpatur. Hanc ſtatuam ad ſimilitudinem vultus Ieſu formatam tradebant, quæ permanſit ad noſtra vſque tempora, ſicut ipſi oculis noſtris inſpeximus. Et nihil mirum ſi hi qui ex gentilibus crediderant, pro beneficiis quæ à Saluatore fuerant conſecuti, huiuſmodi velut munus videbãtur offerre, cùm videamus etiam nunc Apoſtolorum Petri & Pauli, & ipſius Saluatoris imagines deſignari, tabulasque depingi. Sed & antiquas ipſorum imagines à quibuſdam conſeruatas nos vidimus. Hucuſque Euſebius. Hanc autem ſtatuam fuiſſe à Iuliano apoſtata in inuidiam Chriſti deſtructã, hiſtoria Tripartita refert, quæ lib. 6. & cap. quadrageſimoprimo

Socrates. ſub nomine Socratis de eodem Iuliano Imperatore loquens, ita ait. Cùm enim cognouiſſet in Cæſarea Philippi ciuitate Phœnicię, quam Paneada vocabant, inſigne Chriſti eſſe ſimulachrum, quod mulier illa ſanguinis liberata profluuio conſtituerat, eo depoſito ſuam ibi ſtatuam collocauit. Quæ violẽto igne de cœlo cadente, circa eius pectus diuiſa eſt, & caput cum ceruice vna parte deiectum, atque in terra fixum, reliqua verò pars hactenus ſuperfuit, & fulminis iudicium reſeruauit. Statuam verò Chriſti tunc quidem pagani trahentes confregerunt, poſtea varò Chriſtiani colligentes in Eccleſiam recondiderũt, vbi hactenus reſeruatur. Hæc in hiſt. Tripartita Caſſiodorus ex ſocrate. Quid ergo impij hæretici imagines ab Eccleſia tollere audent, quarũ vſum tantis miraculis Deus cõfirmauit, & Eccleſia catholica ab ipſis Apoſtolorum temporibus (teſte Euſebio) vſque ad hęc tempora conſeruauit? Demum hæc hæreſis de tollendis imaginibus in plurimis Conciliis damnata eſt, videlicet in concilio Nicæno ſecundo, quod ſub Irene Imperatrice & Conſtantino Imperatore eius filio celebratum eſt, & ſeptima ſynodus appellatur: & in concilio Francfordienſi ſub Hadriano papa huius nominis primo, in quo ſummi pontificis autoritate præſederunt Theophylactus & Stephanus epiſcopi. Verùm opus eſt vt aduerſariorum obiectionibus reſpondeamus. Primò obiiciunt nobis quia Deus in Exodo & Deuteronomio diſtrictè prohibet omnia ſimulachra, dicens: Non facies tibi ſculptile, neque omnem ſimilitudinem quæ eſt in cœlo de ſuper, & quæ in terra deorſum, neque eorum quæ ſunt in aquis ſub terra. Cui reſpondemus, illam prohibitionem à Deo eſſe factam cauſa vitandæ idololatriæ, ita vt ad hunc finem intelligãtur omnia ſimulacra eſſe prohibita, nõ vt non habeãtur vt fiant abſolutè, ſed vt nõ fiãt ad colẽdum ea. Hunc autem eſſe verum literæ ſenſum, ex præcedentibus & ſequentibus facilè conuincitur. Nam antequam talem prohibitionem in Exodo faciat, hæc verba præmittit: Non habebis Deos alienos coram me, poſtquæ verba immediatè ſequitur prohibitio ſimulacrorum: qua prohibitione facta, continuò ſubiungit de illis loquens: Non adorabis ea neque coles. Itaque ex præcedentibus & ſequentibus verbis colligimus ad hunc finem prohiberi ſimulacra, ne videlicet pro diis habeantur. At nos cum imagines colimus, non illas tanquam Deos veneramur, quoniam noſtram adorationem (vt diximus) non ad illas ſed ad earum exempla referimus. Secundò obiiciunt illud verbum Chriſti apud Ioannem: Veri adoratores adorabunt patrem in ſpiritu & veritate. Nam & pater tales quærit, qui adorent eum in ſpiritu. Vnde concludere nituntur hæretici, non eſſe opus imaginibus, quia cum illas colimus, non ſpiritu adoramus, ſed corpore. Fatemur quidem veram & potiſsimam adorationem eſſe in ſpiritu, cùm videlicet fide, ſpe, & charitate (vt Auguſtinus ait) tendimus in Deum: ſed quoniam intellectus noſter aliquando dormit, Dei oblitus, & affectus tepidus eſt, non prout decet Deum amans, ideo oportet aliquibus rebus exterioribus intellectum excitare, vt per earum aſpectum & conſiderationem ad Dei memoriam reducatur intellectus, & inflammetur affectus. Contra hanc hæreſim ſcripſêre olim, Gregorius papa huius nominis tertius, & Hadrianus papa huius nominis primus, & Ioannes Monachus tempore Gregorii papæ tertii. Verùm opera iſtorum non vidi, ſed ſolo teſtimonio Ioannis Trithemii hęc habeo, qui in ſuo catalogo ſcriptorum Eccleſiaſticorum de prędictis viris refert illos contra hanc hæreſim ſcripſiſſe. Beatus Damaſcenus in libro quarto de fide orthodoxa, capite decimo ſeptimo, nonnihil de hac re differit. Thomas Vvalden. in ſuo libro de ſacramentalibus titulo decimonono copioſius aduerſus hanc hęreſim diſputat. Nos etiam ſuperius in titulo de adoratione, hęreſi prima plura diximus, quæ huic loco congruè adaptari poſſunt, ad quem locum accedet lector, ex quo plura haurire poterit ſi velit.

Cõcilium Nicęnum. *Cõcilium Frãcfor.* *Exod. 20.* *Dent. 5.* *Ioan. 4.* A

SEcunda hæreſis aſſerit imaginem Dei ad quam homo factus eſt à Deo, eſſe corpori impreſſam, & non animæ. Hanc hæreſim inter alias recenſet Philaſter Brixienſis epiſcopus in ſuo opere de hæreſibus: nec tamen prodit quis illius fuerit autor. Beatus Auguſtinus in ſuo libello de hæreſibus, Ad quod vult Deum, capite. 76. huius hæreſis poſt Philaſtrum meminit: ſed autorem illius etiam non indicauit. Quid autem huius autorem vt ſic ſentiret mouerit, mihi non conſtat, quia nec Auguſtinus nec Philaſter apud quos eam legi, aliquid de hoc dixerunt. Ego tamen arbitror hunc errorem ex alio deriuari, quo docetur Deum eſſe corporeum, & habere membra omnia corporis, quemadmodum homo habet: & qui ſic ſentiunt (vt ego exiſtimo) inde arguunt Dei imaginem eſſe in corpore hominis, & non in anima. Et huic noſtræ ſuſpicioni apertè fauet Ioannes Caſsianus, qui in ſuis Collationibus, decima collatione, de Anthropomorphitarum hęreſi differens, ait huius hæreſis patronos ideo aſſerere Deum eſſe corporeum, quia ſcriptura dicit hominem eſſe ad Dei imaginem factum. Sed illum errorem iam nos Deo iuuante apertis ſcripturæ teſtimoniis ſupra deſtruximus, in titulo de Deo, hæreſi ſecunda. Ex cuius hæreſis impugnatione, hæc, quam in manibus habemus, facilè mea ſententia proſternitur. Nam ſi Deus corporeus non eſt, neque membra habet vt homo, fieri non poteſt vt homo ſecundum corpus Dei imago dicatur. Prętera res quęlibet ideò alterius dicenda eſt imago, quia illius præcipuas partes repræſentat: quoniam ſi minimam illius partem ſolum referret, immeritò diceretur imago. Nullus enim diceret Petrum eſſe Ioannis imaginem ob hanc ſolam cauſam, quòd næuum aliquem in maxilla Petrus habeat, aut verrucam in fronte, quemadmodum Ioannes habet. Si autem ſimiles oculos habeat, & ſimilia labra, ſimilem genarum colorem, ſimili modo frontem contrahat, ſimilem habeat vultum, ſimilia etiam reliqua corporis delineamenta, meritò dicetur Petrum eſſe Ioannis imaginem, præſertim ſi eſt ad illius imitationem factus: quia principales illius partes exprimit ac repræſentat. At, quæ in Deo ſunt præcipua (ſi inter infinitè perfecta vnum alio poteſt eſſe principalius) ſunt intelligentia, & memoria, & voluntas. Nam ſuper hæc tanquam ſuper baſes aliquas ferè reliquæ omnes diuinæ perfectiones fundantur. Nam ſuper voluntatem illius diuina fundatur omnipotentia. Propterea ſiquidem Deus omnipotens dicitur & eſt, quia omnia quæ vult, poteſt: neque aliquid niſi ipſo volente aut permittente fieri poteſt, Si Deus intellectu careret & voluntate, neque ſapiens eſſe poſſet, neque B C D

neque prudens, neque iuſtus, neque miſericors, neque creator, neque gubernator, neque rector. Fieri enim non poteſt vt bene & plenè gubernet qui non intelligit neque vult. Intellectus ergo & voluntas ſunt quæſi quædam baſes & fundamenta omnium diuinarum perfectionum. Homo autem ſecundum animam habet intellectum, memoriam & voluntatem, non ſecundum corpus: Anima enim intelligit, non corpus. Anima meminit, non corpus. Anima vult, non corpus. Nam corpus abſque anima non ſolum hæc, ſed neque alios vitæ actus exercere poteſt. Non enim poteſt videre, audire, loqui, comedere, ambulare, aut alia id genus facere. Ex quibus colligimus hæc omnia cũ agit, ab anima vires ſuas ſumere. Cùm ergo ſola anima habeat intellectum, memoriam & voluntatem, conſequens eſt vt ſecundum ſolam etiam animam Dei imaginem homo portet. Rurſum, ſi Dei imago eſt in corpore hominis, & non in anima, oporteret vt alia bruta animalia quæ ſimilem homini habent ſui corporis figuram (qualia in mari aliqua eſſe dicuntur) imaginem Dei portent, & ſint ad imaginem Dei facta, quemadmodum homo. Huic tamen ſententiæ ſcriptura ſacra apertiſſimè contradicit. Nam poſtquam Deus creauerat cete grandia, & omnem animam viuentem atque motabilem quam produxerant aquæ in ſpecies ſuas, & omne volatile ſecundum genus ſuum: poſtquam etiam fecerat beſtias terræ iuxta ſpecies ſuas, & iumenta & omne reptile terræ in genere ſuo, ad hominis creationem deueniens, dixit Deus: Faciamus hominem ad imaginem & ſimilitudinem noſtram, vt præſit piſcibus maris, & volatilibus cœli, & *Gene.1.*
D beſtiis vniuerſæ terræ, omniq́ue reptili quod mouetur in terra. De nullo autem animali dictum eſt quòd factum ſit ad imaginem Dei, niſi de ſolo homine. Si autem dei imago eſſet in corpore hominis impreſſa, haberent etiam illam Dei imaginem alia bruta animalia quę homini ſecundum corpus aſſimulantur. Potuiſſem pro hac re pluta ſanctorum teſtimonia coaceruare, verum nolui in re manifeſtiſſima nimia prolixitate grauare lectorem.

INDVLGENTIA.

INdulgentias quas Pontifices peccatoribus præſtant, condonando videlicet illis pœnam ad cuius tolerantiam peccator obligatur etiam remiſſa culpa, multi hæretici contemnũt atque irrident. Vvaldenſes nanque aſſerunt Papam nullam prorſus habere poteſtatem indulgentias concedendi: quas ſi conceſſerit, dicunt nullius eſſe virtutis. Hunc errorem etiam docuit Ioannes Vvicleph, qui nunquam à Vvaldenſibus deficit: Hi quo ſuum errorem confirment, alium magis execrandum errorem docent. Dicunt enim nullum eſſe purgatorium ignem, & inde deducunt nullas etiam eſſe indulgentias. Poſt iſtos tanquam illorum hęres ſucceſſit in eodem errore Lutherus, quanquam hic ex alio fonte non minus vitiato ſuum deducit errorem. Lutherus ſiquidem purgatorium admittit, tamen negat vllam fore pro peccatis ſatisfactionem. Dicit enim non eſſe obligatum ad alicuius pœnæ ſatisfactionem, qui à culpa fuerit abſolutus, ſed cùm primum fuerit à culpa ſolutus, dicit etiam eſſe liberum ab omni pœna. Et hinc colligit Lutherus indulgen-
A tias nullius eſſe momenti, & dicit eas eſſe pias fraudes fidelium. Aduerſus hunc errorem paucis verbis contendam, quoniam inter omnes res de quibus in hoc opere diſputamus, nulla eſt quam minus apertè ſacræ literę prodiderint, & de qua minus vetuſti ſcriptores dixerint. Neque tamen hac occaſione ſunt contemnendæ, quod earum vſus in Eccleſia videatur ſerò receptus, quoniam multa ſunt poſterioribus nota, quæ vetuſti illi ſcriptores prorſus ignorauerunt. Nam de tranſſubſtantiatione panis in corpus Chriſti, rara eſt in antiquis ſcriptoribus mentio: de proceſsione Spiritus ſancti à filio, multò rarior: de purgatorio ferè nulla, potiſsimum apud Græcos ſcriptores. Qua de cauſa vſque in hodiernum diem purgatorium non eſt à Græcis creditum. Quis tamen niſi hæreticus hæc negare audebit, quia apud priſcos autores hæc ſub talibus nominibus non commemorantur? Eccleſia enim quotidie proficit in membris ſuis, Deo eam quotidie magis illuſtrante. Quapropter Eccleſia comparatur auroræ. Quę eſt iſta (inquit) quæ progreditur quaſi aurora? At aurora in ſuo ortu remiſſum habet lumen, quòd temporis progreſſu augetur: ſic Eccleſia. Vnde non dubito quin etiam multa ſint à poſteris clarius & apertius inuenienda, quæ nobis ſunt prorſus nunc ignota. Quid ergo mirum ſi ad hunc modum contigerit de indulgentiis, vt apud priſcos nulla ſit de eis mentio? præcipuè quòd tunc magis feruebat Chriſtianorum charitas, vt parum eſſet opus indulgentiis. Plures anhelabant ad martyrium. Pauca erant hominum ſcelera, & ſi quod erat, grauiſsima canonum punitone emendabatur. Hic in præſenti vita ſatisfacere volebant, nihil volebant in futurum puniendum relinquere, quapropter non eſt mentio vlla indulgentiarum. Iſtis autem temporibus refriguit multorum charitas, & ideo plura committuntur peccata, & pro commiſsis minorem volunt facere ſatisfactionem, ideo neceſſarium fuit ad indulgentias tanquam ad aſylum confugere, vt aliquod daretur peccatoribus adiutorium. Adde quòd non eſt tam recens indulgentiarum vſus, quantum iſti hæretici exprobrant. Nam apud Ro-
B manos vetuſtiſsimus prædicatur illarum vſus, vt ex ſtationibus Romæ frequentiſsimis colligi vtcunque poteſt. Et de beato Gregorio papa huius nominis primo fertur quòd aliquas ſuo tempore conceſſerit. Verùm etſi pro indulgentiarum approbatione ſacræ ſcripturæ teſtimonium apertum deſit, non tamen ideo contemnendæ erant, quoniam Eccleſiæ catholicæ vſus à multis annorum ſeculis receptus, tantæ eſt autoritatis, vt qui illũ contemnat, hæreticus meritò cenſeatur, potiſsimum quòd talis vſus non fortuito caſu Eccleſiæ irrepſit, ſed per Eccleſiæ definitionem ſit introductus. Concilium ſiquidem Lateranenſe ſub Innocentio tertio celebratum ad reprimendam quorundam abbatum temerariam audaciam, declarauit abbates non poſſe vllo pacto indulgentias concedere, ſed hoc munus dicit ſolis epiſcopis eſſe à Deo cõceſſum; verùm ne ex facili earũ conceſsione vileſcerent, aut peccatores indulgentiis

Vvaldenſes. *Vvicleph.* *Lutherus.* *Cant.6.* *Cõcilium Lateranẽſe.*

sidentes, ad satisfactionis opera tepidiores essent, ipsis episcopis leges præscribuntur, vt vltra certũ numerum indulgentias non concedant. Huius autem Concilij decretum ponitur in volumine epistolarum decretalium in titulo de pœnitentijs & remissionibus, in eo capite quod incipit, Cùm ex eo, &c.

Cõcilium Constant. Concilium Constantiense sessione octaua damnauit quadragintaquinque articulos Ioannis Vvicleph, inter quos vnus est ad hanc rem pertinens. Nam quadragesimus primus articulus eius ita dicit: Fatuum est credere idulgentias papæ & episcoporum. Qui articulus simul cum aliis vna super omnes lata sententia damnatus est. De hac re scribit Rossensis in illo opere quod contra Lutheri Captiuitatẽ Babylonicam ædidit. Scribit etiam Iacobus Latomus in quodam opere quod pro assertione determinationis facultatis Louaniensis contra Lutherum fecit. Tubertinus quidam scripsit de hac re fusius aduersus Lutherum, sed meo iudicio minus ornatè, & multò minus exactè quàm Rossensis rem absoluit. Ioannes Eccius in suo Enchiridio locorum communium aduersus Lutheranos, capite vigesimo quarto, quãtum Enchiridii forma patiebatur, de hac re disputat. Si verò alio longiori tractatu de hac re disseruit, mihi non constat. Audio tamen eum multa aduersus Lutherum scripsisse. C

INFERNVS.

Almari. INter cæteros errores quos frater Bernardus de Lutzemburgo in suo cathalogo hęreticorũ Almarico impingit, vnus est quòd Almaricus dixit nullũ esse infernum, sed qui habet peccatum mortale, illum dicit habere in se infernum. Guido refert Albanenses sentire, nõ esse

Albanen. alias inferni pœnas, quàm illas quas in hoc mũdo experimur. De Hermanno Rissuich di-

Hermãn° Rissuic. cit Cathalogus illum dixisse nullum prorsus esse infernum. Et certè quãtum ad Almarici

Esa. vlt. sententiam, vt verum fateamur, vna & maxima inferni pœna est cõscientiæ propriæ accusatio, quæ sem-

Hieron. per peccatorem oppugnat, semper illum pungit, neque vsquam cessat. Et hanc conscientiæ accusationem multi nomine vermis putant intelligi. Vnde beatus Hieronymus exponens illud Esaiæ, Vermis eorum non morietur, ita dicit: Vermis autem qui non morietur, & ignis qui non extinguetur, à plerisque conscientia accipitur peccatorum, quę torqueat in suppliciis constitutos, quare vitio suo atque peccato,

Psal. 13. caruerint electorum bono, iuxta illud quod dicitur: Versatus sum in miseria dum infigitur mihi spina. D

Prou. 25. Et in prouerbiis: Tinea ossium cor intelligens. Hæc Hieronymus. Et hanc conscientiæ accusationem Ethnici tanquam maximam pœnam horruerunt. Nam Seneca epistola decima sexta ad Lucium, air: Prima est & maxima peccantium pœna, peccasse. Et Iuuenalis satyra decimatertia de eadem peccati conscientia, ita ait:

Exemplo quodcunque malo committitur, ipsi
Displicet autori. Prima est hæc vltio, quòd se
Iudice, nemo nocens absoluitur. Et postea.
Cur tamen hos tu
Euasisse putes, quos diri conscientia facti
Mens habet attonitos? & surdo verbere cædit
Occultum quatiente animo tortore flagellum?
Pœna autem vehemens, & multò sæuior illis,
Quas & Cæditius grauis inuenit, aut Rhadamanthus,
Nocte dieque suum gestare in pectore testem.

Verùm etsi hæc magna sit pœna, & vna ex grauibus quæ sunt in inferno, non tamen in hoc seculo æquè mentem cruciat, vt post hanc vitam cruciabit, quoniam sicut tunc apertius & clarius quisque suum peccatum agnoscet, ita hæc peccati conscientia acrius punget: quapropter etsi homo peccator à sui peccati conscientia in hoc seculo torqueatur, non tamen ideo dicendum est vt hic patiatur infernum. Deinde etsi acerbissima pœna sit hæc peccati conscientia, sunt tamen aliæ æquè graues, quas in hoc seculo non experiuntur peccatores: quapropter dici non potest peccatorem hic in seipso habere infernum, cùm multa alia restent toleranda, puta ignis, & vermis, fumus sulphureus, tenebræ. Esaias ait: Ver-

Esa. vlt. mis eorum non morietur, & ignis eorum non extinguetur. Quòd si hæc Esaiæ verba dicis debere in- A

Eccle. 7. telligi de illo verme conscientiæ qui mentem continuò morsu rodit. Sapientis verba producam qui rem apertius exprimit, dicens: Vindicta carnis impij, ignis & vermis. Quæ verba nullo pacto possunt de verme conscientiæ intelligi, quoniam non dixit, vindicta animæ impii, sed dixit: Vindicta carnis

Iudith. 16. impii, ignis & vermis. Et in libro Iudith: Dabit ignem & vermes in carnes eorum, vt vrantur & sen-

Iob. 30. tiant vsque in sempiternum. De tenebris damnatorum testatur Iob, nomine illorum dicens: Præstola-

Iob. 38. bar lucem, & eruperunt renebræ. Et iterum clarius: Auferetur ab impiis lux. De sulphureo autem fu-

Psal. 10. mo testatur Dauid, dicens: Pluet super peccatores laqueos, ignis & sulphur & spiritus procellarum

Apoc. 14. pars calicis eorum. Et vox tertii angeli in Apocalypsi ait: Si quis adorauerit bestiam & imaginem eius, & acceperit characterem in fronte sua, aut in manu sua, hîc bibet de vino iræ Dei, quod mixtum est mero in calice iræ ipsius, & cruciabitur igne & sulphure in conspectu angelorum sanctorum, & ante conspectum agni: & fumus tormentorum eorum ascendet in secula seculorum. Et ipsemet infernus vocatur in eodem libro stagnum ignis & sulphuris. Nam de malis loquens, ait: Viui missi sunt hi duo in stagnum ignis ardentis & sulphuris. Quid ergo impius Almaricus & Blasphemi Albanen-

Apoc. 19. ses docere audent non esse alibi infernum quàm in hac vita? Ego credo quòd nunc aliter sentiunt. Nam cùm inferni pœnas iam experiantur, existimo eos iam scire alium esse infernum & alias inferni pœnas ab illis quas in hoc seculo experiuntur.

SEcũda hæresis docet inferni pœnam non esse perpetuam. Huius hæresis principem fuisse Originem testãtur omnes qui de hæresibus eius scripserunt. Philaster narrat fuisse quandam hæresim dicentem quòd Christus suo descẽsu ad inferos hoc illis indulserit, vt ibidem confitentes saluentur. Huius tamen *Origenes.*
B hæresis nullum ostendit autorem. Armeni (vt Guido refert) asserunt Christum cùm ad inferos descendit, omnes animas inde eduxisse. Hanc hæresim recenset Augustinus inter alias, sine tamen nomine autoris. Nos autem istorum sententiam cum Origenis errore coniungimus, quoniam aliquantulum est illi vicina, & eodem prosternitur testimonio. Cùm enim ostenderimus inferni pœnam esse perpetuam, actum est de his duobus erroribus. At pœnam inferni esse perpetuam apertissimè sacræ literæ docent. Nam illa testimonia quæ aduersus proximè citatam hęresim protulimus, ferè omnia aduersus istam hæresim pugnant. Illud enim Esaiæ apertissimum est, & alterum ex libro Iudith, & aliud ex Apocalypsi, quæ non est opus nunc repetere, ne chartas frustra impleamus. Præter testimonia sunt alia ex Euangeliis. Ipsemet veritatis magister apud Marcum loquens, ait: Si scandalizauerit te manus tua, abscinde illam. Bonum est tibi debilem introire in vitam, quàm duas manus habentem ire in gehennam, in ignem inextinguibilem, vbi vermis eorum non moritur, & ignis non extinguitur. Et si pes tuus te scandalizat amputa illum. Bonum est tibi claudum introire in vitam æternam, quàm duos pedes habentem mitti in gehennam ignis inextinguibilis, vbi vermis eorum non moritur, & ignis non extinguitur. Quòd si oculus tuus scandalizat te, eiice eum. Bonum est tibi luscum introire in regnum Dei, quàm duos oculos habentem mitti in gehennam ignis, vbi vermis eorum non moritur, & ignis non extinguitur. Ecce vides Christum vno orationis contextu ter docentem pœnas inferni esse perpetuas. Præterea illud est apertissimum, quod minatur se in die iudicij peccatoribus dicturũ: Ite maledicti in ignem æternũ, qui præparatus est diabolo, & angelis eius. Nec opus est plura testimonia adferre, cùm ista sint apertissima. Qui de hac re plura nosse cupit, videat ea quæ suprà diximus in titulo de beatitudine, hæresi tertia, quoniam illo loco hunc errorem Origenis apertius enarrauimus. *Armeni.* *Mar. 9.* *Matt. 25.*

C TErtia hæresis est, quæ negat Christum ad inferos descendisse. Huius erroris non meminit Augustinus, neque Philaster. Isidorus tamen illam inter hæreses recẽset, quamuis nullum huius erroris producat autorem. Hæc autem sententia conuincitur hæreseos per id quod Sapiens sub nomine sapientiæ, hoc est filij Dei, ait: Penetrabo (inquit) omnes inferiores partes terræ, & inspiciam omnes dormientes, & illuminabo omnes sperantes in Domino. Quòd si hoc testimonium quisquam allegoriis ludens aliò detorqueat, & dicat sapientiam penetrasse & penetrare omnes inferiores partes terræ cognitione sua, quæ tanta est, vt nihil illam latere possit, sed omnia quantumlibet nobis abscondita, nuda tamen & aperta sunt oculis eius: salrem illud Pauli est satis apertum, quod de ascensione Christi differens, ait: Quod autem ascendit, quid est nisi quia descendit primùm in inferiores partes terræ? Et Petrus Apostolus in die Pentecostes recepto iam Spiritu sancto, de Christo coram populo prædicans, ita dicit: Quem Deus suscitauit solutis doloribus inferni, iuxta quod impossibile erat teneri illũ ab eo. Dauid enim dicit in eum: Prouidebam dominum in conspectu meo semper, quoniam à dextris est mihi, ne cõmouear. Propter hoc lætatum est cor meum, & exultauit lingua mea, insuper & caro mea requiescet in spe: quoniam non derelinques animam meam in inferno, nec dabis sanctum tuum videre corruptionem. Præterea in Symbolo Apostolorum dicitur: Descendit ad inferos. Et Concilium Lateranense sub Innocentio tertio celebratum, hoc idem definit. Nam de Christo redemptore nostro loquens, ita inquit: Qui etiam pro salute humani generis in ligno crucis passus & mortuus, descendit ad inferos, resurrexit à mortuis, & ascendit in cœlum. Sed descendit in anima, & resurrexit in carne, ascendit pariter in vtroque. Hæc
D Concilium Lateranense. Quæ verba habentur in libro decretalium, in capite Firmiter, de summa Trinitate & fide Catholica. Et certè is vnus locus est quo maximè possumus Lutherum redarguere, qui scripturæ sacræ testimonia vult esse apertissima sine vllis ratiocinationibus aut collectionibus, sed quæ apertissimè sententiam doceant. Deinde ait nihil esse definiendum quod non sit expressum in sacris literis. Nullum etiam admittit iudicem in contentione de rebus ad fidem spectantibus, nisi solam sacram scripturam. Et certè si ad hos gnomones sunt omnia examinanda, non oportebit dicere Christum ad inferos descendisse, quoniam hoc sacræ literæ non docent per verba adeò expressa qualia ipse alibi à Catholicis petit. Nunquam enim hæc verba reperiuntur in sacris literis sub hac forma, Christus descendit ad inferos. Verùm etsi hæc non reperiantur sub illa forma: reperiuntur tamen alia quæ eadem cum illis significant, & ex quibus illa apertissima collectione deducuntur, quod satis est viro Catholico, qui captiuare tenetur intellectum suum ad definitiones & expositiones scripturæ, quas tradiderit Ecclesia, & non suæ tantum inniti prudentiæ. *Ephe. 4.* *Act. 2.* *Psal. 15.* *Cõcilium Lateranẽ.*

INIMICVS.

GRæcorum error est, quo asserunt licitum esse decipere inimicum, nec esse peccatum aliquod si quis suo inimico damnum inferat, etiam si ad hoc faciendum periuriis aut quo-
A uis mendacio iuuetur. Hæc omnia illis tribuit Guido, enarrans. 25. illorum errorem. Et certè vix possum credere illos tam dementes esse, vt hæc sentiant, quoniam illa sunt naturali legi apertissimè contraria, ita vt illam eorum sententiam gentilis quisque Philosophus damnet, nedum Christianus homo. Quis vnquam non horruit mendacium? Quis non execratur periurium? Et hæc non solùm cum amicis non sunt exercenda, sed neque cum inimicis: quia etsi in bello licitum sit insidiis vti aduersus hostes, non tamen mendaciis licet illum decipere. In Leuitico siquidem Dominus ait: Non mentiemini, nec decipiet vnusquisque proximum suum. At quantumlibet quis sit alteri inimicus, proximus tamen est: quod vel ex eo *Graeci.* *Leuiti. 19.*

conuincitur, quòd Samaritanus misericordiam faciens fauciato, voce Christi iudicatus est proximus,
Luc. 10. quamuis Samaritani Iudæi fuissent infensi. Præterea ex lege Euangelica nullus permittitur inimicus,
quoniam etsi alter mihi inimicus sit, ego tamen teneor non esse illi. Non reddentes (inquit Petrus)
1. *Pet.* 3. malum pro malo, nec maledictum pro maledicto, sed è contrariò benedicentes, quia in hoc vocati
estis vt benedictionem hæreditate possideatis. Et beatus Paulus in epistola ad Romanos: Nulli ma-
Rom. 12. lum pro malo reddentes. Et infrà: Non vos defendentes charissimi, sed date locum iræ. Scriptum
est enim: Mihi vindictam, & ego retribuam, dicit Dominus. Sed si esurierit inimicus tuus, ciba il-
1. *Thes.* 5. lum: si sitit, potum da illi: hoc enim faciens, carbones ignis congeres super caput eius. Noli vinci à
malo, sed vince in bono malum. Et in prima ad Thessalonicenses epistola iterum ait: Videte ne quis
malum pro malo alicui reddat, sed semper quòd bonum est sectemini inuicem, & in omnes. Denique
ipse veritatis magister Iudæorum errorem corrigens, ait: Audistis quia dictum est antiquis: Diliges pro-
Mat. 5. ximum tuum, & odio habebis inimicum tuum. Ego autem dico vobis: Diligite inimicos vestros, bene-
facite his qui oderunt vos, & orate pro persequentibus & calumniantibus vos, vt sitis filii patris vestri
qui in cœlis est, qui solem suum oriri facit super bonos & malos, & pluit super iustos & iniustos. Si er- B
go hoc modo vult Deus filios suos examinare, Græci conuincuntur non esse filij Dei, quia bene inimi-
cis suis non faciunt.

INIVRIA.

Lutherus. LVtheri sententia est, non licere Christianis petere coram iudice iniuriæ reparationem.
Quapropter videtur mihi Lutherus non modicum de fermento Pharisæorum habere,
quoniam alligat onera grauia & impottabilia, digito autem suo non vult ea mouere.
Nam qui dicit non licere petere coram iudice reparationem iniuriæ, ipsemet si qua sibi
ab aliquo infertur iniuria, impudenter ne dicam attrociter eam repellit? Vnam certè
iniuriam centum acerbioribus propulsat, & quod peius est, etiam cùm nullam recepe-
rit, mille conuitiis afficit eum qui vel extremis digitis eum tetigerit. Vide quale sit vulnus, quod nec tan-
gi permittitur. Qui odit correptionem, ait Ecclesiasticus, peccatoris vestigium est. Peccator est ergo
Eccle. 21. Lutherus, quoniam non patitur corripi, non à quoquam admoneri. Cuius rei testimonium est apertis-
simum, quòd quicũque eum scriptis aut corripuit, aut admonuit, siue is fuerit vir illustris, siue plebeius,
siue rex, siue imperator, episcopus, aut papa, mille iniuriis est à Luthero affectus. Nam in sereniſsimum
regem Angliæ, qui satis modestè, prout regiam dignitatem decebat, aduersus illum scripserat, nullo re-
giæ dignitatis habito respectu, mille opprobria iniecit, mille illum scommatis subsannauit. De his quæ
aduersus summum pontificem effutiuit, melius est tacere, quoniam me pudet enarrare, quod illum pu-
ditum non est scribere. Quid ergo dices ad hæc Luthere? Si tibi licet iniuriam iniuria repellere, cur non
licebit aliis iniuriæ reparationem coram iudice petere? Iustum est certè vt nemo sit iudex in propria C
causa. Quapropter si licet manibus propriis iniuriam repellere, multò magis licebit per manus iudicis
iniuriam propulsare, aut iam illatæ reparationem petere. Qua de re mihi videtur non esse opus aliis ar-
gumentis ad hunc errorem reuicendum, sed sufficere illa quæ suprà in titulo de bello contra eundem
Lutherum proposuimus. Ibi enim probauimus bellum esse Christianis licitum, modò cętera adsint quę
ad iustum bellum exiguntur. Ad iustum autem bellum requiritur, vt quod sine bello emendari potest,
mediante bello non fiat. Iustius est ergo vt quis à iudice petat emendationem, quam ipse eam per bel-
lum habere velit, si eam habere licet. At cùm liceat eam petere ex bello (vt suprà euicimus) licebit ergo
etiam illam petere à iudice.

IOAN. BAPTISTA.

Matt. 11. BErnardus de Lutzemburgo in suo catalogo hęreticorum de manichæis loquens, dicit illos ita deliraſse, vt dixerint Ioannem Baptistam, Christi Saluatoris nostri præcursorem,
fuisse damnatum, eo quòd non crediderit in Christum. Nam cùm Ioannes in vinculis
existens, misit duos discipulos suos ad Christum vt interrogarent illum: Tu es qui ven-
turus es, an alium expectamus? Manichæi (vt illis Bernardus de Lutzemburgo tribuit)
putant Ioannem Baptistam ex incredulitate hæc feciſse & dixiſse. Sed ego vix credere
possum Manichæos ita insaniſse, quamuis multa alia maioris dementiæ illos dixiſse constet. Nam
Philaster Brixiensis in suo libro de hæresibus, cum de Manichæorum hæresibus differit: nunquam
huius erroris meminit. Beatus August. in libro de hæresibus, Ad quod vult Deum, cap. 46. Manichæo- D
rum errores recenset, nec tamen hunc inter alios miscuit. Vnde coniicio illos longè ab hoc errore fuisse:
quoniam beatus Augustinus qui illorum errores optimè nouerat, quoniam illorum sectæ aliquando
adhæserat, nequaquam hunc errorem tacuisset. Esto tamen illi ita senserint, quemadmodum de illis re-
fert Bernardus de Lutzemburgo, non est opus vt in hac hæresi refellenda longã moram trahamus: cùm
sint tam aperta Christi Saluatoris nostri de ipso Ioanne testimonia. Nam laudauit Ioannem de fortitu-
dine, & mentis constantia, cùm dixit illum non esse arundinem vento agitatam, quæ ad omnem ventō-
rum statum mouetur. Commendauit illum à temperantia, dicens illum non esse mollibus vestitum.
Ibidem. Ostendit illum longè esse ab adulatione, cum dixit illum non esse in domibus regum, quoniam qui hu-
iusmodi morbo laborant, cum regibus versari solent. Et laudis argumenta multiplicans, dixit illum esse
prophetam, & plusquam prophetam: dixit illum esse angelum, eò quòd angelicam vitam duceret:

quia

quia licet in carne, præter carnem tamen viuebat. Denique vt coronidem cingeret, dixit: Inter natos mulierum non surrexit maior Ioanne Baptista. Et hæc omnia dicta sunt à Christo Saluatore nostro de Ioanne Baptista eo temporis articulo quo Manichæi Ioannem peccasse asserunt. Nam postquam Christus interrogationi per Ioannis discipulos factæ respondit, illis abeuntibus continuò post hæc laudum præconia de Ioanne Baptista dixit. Ex quibus conuincimus Ioannem per illam interrogationem minimè (vt Manichei dicunt) peccasse. Quod autem dicunt Ioānem Baptistam ex incredulitate interrogasse, falluntur. Non enim suo nomine, & propter se interrogat, sed propter suos discipulos quos in Christi fide nutantes videbat. Et propter hanc causam illos ad christum mittit, vt visis miraculis ab illo factis, in illius fide confirmarentur. Quod Christus cùm optime nosset, nullum illis dedit responsum: sed multis coram illis ab eo factis miraculis, ad Ioannem illos redire mandat, vt quæ viderant, illi renunciarent. Non certè ob aliam causam, nisi vt inde Ioannes discipulos suos quos parum fideles esse nouerat, apertius de fide Christi instrueret, & instructos confirmaret. Sic enim illam Ioannis interrogationem interpretatur beatus Ioannes Chrysostomus homilia. 37. super Matthæum. Crysostomum vt alibi semper, ita etiam hoc loco imitatur Theophylactus. Huius verba quia multo breuiora sunt, hîc referam.

Non interrogat Ioannes (inquit ille) quasi ignorans Christum. Nam quo pacto ignoraret, quum testatus sit: Ecce agnus Dei? Verùm quia discipuli eius inuidebant Christo, vt pluribus argumentis certiores eos redderet, propter hoc mittit eos, vt vel visis miraculis credant Christum Ioanne maiorem esse: & idcirco fingit se rogare: Tu es qui venturus es? hoc est, qui expectatur in scripturis in carne venturus. Hęc Theophylactus. Et de hoc satis.

IVDAS.

QVantumlibet sit aliquis sceleſtus aut flagitiosus, nũquam illi deerit à quo laudetur, & scelus eius commendetur: quoniam (vt est in Prouerbio) cicada semper est cicadæ chara, & formica formicæ. Huius rei vel hoc est sufficiens testimonium; quòd non defuêre qui sceleſtissimum Iudæ facinus commendauerint: quoniam Augustinus in libro de hæresibus cap. 38. refert Caianos sentire Iudam fuisse diuinum, & scelus illius beneficium existimare. Dicunt enim (vt Augustinus ait) Iudam præscisse quantum generi humano Christi passio esset profutura, & ideo Christum Iudæis tradidisse, vt per illius mortem genus humanum proficeret. Philaster tamen de his Caianis sermonem faciens in suo libro de hæresibus, nihil tale illis tribuit, sed hanc hæresim posteà enarrat nullo citato illius patrono. Tertullianus tamen in libello suo de hęresibus hoc illis impingit quos ipse vocat Chaldæos, & sunt illi iidem (vt suspicor) qui ab Augustino vocantur Caiani, quoniam iidem sunt illorum errores qui ab Augustino tribuuntur Caianis, & quos Tertullianus impingit Chaldęis. Ad hunc errorem reuincendum vel illud testimonium sufficiens est, cum Dominus lauare volens pedes discipulorum suorum, dixit: Vos mundi estis, sed non omnes. Sciebat enim (ait Euangelista) quisnam esset qui traderet eum, propterea dixit: Non estis mundi omnes. Itaque Iudas non erat mundus, cuius immunditię nullam aliam causam Euãgelista designauit, quàm quòd Christum tradere volebat. Et in Actibus Apostolorum Petrus ait: Viri fratres oportet impleri scripturam quam prædixit Spiritus sanctus per os Dauid de Iuda, qui fuit dux eorum qui comprehenderunt Iesum, qui connumeratus est in nobis, & sortitus est sortem ministerij huius. Et quidem possedit agrum de mercede iniquitatis, & suspensus crepuit medius, & diffusa sunt omnia viscera eius. Si bona fuit traditio qua Iudas tradidit Christum, quî fieri potest vt merces illi pro traditione donata sit merces iniquitatis? Si triginta argentei sunt merces iniquitatis, ergo traditio, pro qua illi argentei donati sunt, est iniqua. Sed apertius est quod Christus redemptor noster de illo apud Lucam ait: Et filius quidem hominis secundum quod definitum est, vadit: veruntamen vę homini illi per quem tradetur. Neque opus est aduersus tam apertam blasphemiam plura citare testimonia, præcipuè cum hæc hæresis non reperiatur ab aliquo fuisse posteà innouata: & testimonia adducta eam prosternunt.

Caiani. *Chaldæi.* *Ioan. 13.* *Act. 1.* *Luc. 22.*

IVDICIVM.

TAnta est dæmonis astutia in hominibus decipiendis, vt aliquibus suggesserit nullum esse futurum iudicium, vt vel hac occasione tanto facilius in quodlibet vitium traheret, quanto minus pœnam propter illud infligendam crederent. Hunc errorem Philaster tribuit Borborianis, & sunt illi qui ab August. vocantur Gnostici. Hoc etiam impingit Florianis, & Manichæis, & Proclianitis, quos ille vocat Prodianitas, nisi fortè litera in Philastro est erronea, quoniam qui in Augustino dicuntur Proclianitæ, in Philastro vocantur Prodianitæ, & facilis est lapsus ex vna parte in aliam. Nam si has duas literas, c & l, coniungas, facies d literam. Quod si eãdem literam dispescas, ita vt longam virgulam integram separes, & reliquum per se colloces, iterum duas literas reperies, videlicet c & l. Ex quo coniicio hac occasione alicubi ex vitio scriptorum fuisse erratum. An autem error sit in Philastro, an potius in Augustino, mihi non constat quoniam apud nullum illis vetustiorem reperio fuisse de his habitam mentionem. Qualitercunque sit, parum interest: vnum tamen hoc est certum, Augustinum non impingere hunc errorem alicui ex istis hæreticis, quoniam nec Borborianis nec Gnosticis, neque Florianis, neque Manichæis, neque Proclianitis. Qua in re valde miror, cum Augustinus viderit Philastri opus, quod fortè inde euenire potuit, quòd apud nullum alium repererit, & propterea omiserit, parum fidens Philastro in hac parte, aut fortè re-

Borboria. *Gnostici.* *Floriani.* *Manichæi* *Procliani*

perit non ita esse prout Philaster narrat. Cuiucunque tamen hic error sit, facillimè reiici potest. Nam
*Matt.*11. apud Matthæum Dominus exprobrans ciuitatibus in quibus factæ sunt plurimæ virtutes eius, quia non egissent pœnitentiam, ait: Dico vobis, Tyro & Sidoni remissius erit in die iudicij, quàm vobis. Et iterum Capharnaitis loquens, ait: Dico vobis quia terræ Sodomorum remissius erit in die iudicii, quàm tibi. Et apud eundem iterum: Viri Niniuitæ surgent in iudicio cum generatione ista, & condemnabunt eam, & cætera. Regina Austri surget in iudicio cum generatione ista, & condemnabit eam. Et apud
*Ioan.*5. Ioannem: Potestatem dedit filio iudicium facere, quia filius hominis est. Nolite mirari hoc, quia venit hora in qua omnes qui in monumentis sunt, audient vocem filii Dei, & procedent qui bona fecerunt, in resurrectionem vitæ: qui verò mala egerunt, in resurrectionem iudicii. Et Paulus in epistola ad Roma-
*Rom.*14. nos: Omnes enim stabimus ante tribunal Christi. Scriptum est enim: Viuo ego, dicit Dominus, quo-
*Esa.*45. niam mihi flectetur omne genu, & omnis lingua confitebitur Deo. Itaque vnusquisque nostrum pro se
2.*Cor.*5. rationem reddet Deo. Et in posteriore epistola ad Corinthios, iterum ait: Omnes nos manifestari oportet ante tribunal Christi, vt referat vnusquisque propria corporis, prout gessit, siue bonum siue malum. Et in symbolo fidei edito in Concilio Nicæno sic dicitur: Venturus est iudicare viuos & mortuos. Et in symbolo facto in Concilio Constantinopolitano: Sedet ad dexteram patris, inde venturus est cum gloria iudicare viuos & mortuos.

Albanen. SEcunda est hæresis Albanensium, dicentium vniuersale iudicium iam factum esse, & nullum aliud amplius esse futurum. Hoc enim illis tribuit Guido, qui illorum errores recensens, hunc septimo loco collocat. Hic error apertissimè conuincitur ex eo quòd iudicium vniuersale præcedere debet resurrectio omnium, quemadmodum patet ex eisdem testimoniis quæ proximè citauimus contra præfatam hære-
2.*Pet.*3. sim, & in vigesimo quarto Matthæi cap. expressius, vbi prius describitur aduentus Antichristi, deinde A resurrectio generalis, & posteà iudicium, & tandem finis: & tunc (iuxta beatum petrum) elementa purificabuntur per ignem. At nullum istorum constat esse factum, quoniam nec generalis resurrectio præcessit, nec finis est mundi, nec elementa sunt per ignem purificata. Ex quibus colligitur maximam esse dementiam, asserere vniuersale iudicium esse iam factum.

IVDEX.

Vvaldenses. VAldensium error est, quo docent nullum iudicem posse damnare aliquem hominem ad pœnam aliquam. Hunc errorem illis impingit Guido quanquam Aeneas Syluius in libro de origine Bohemorum capite .35. errores Vvaldensium recensens, huius non meminit. Quòd si ita sentiunt Vvaldenses, non est mirandum, quoniam hoc est sceleratis hominibus proprium, vt impunitatem suis sceleribus optent, quò liberius & securius quæ voluerint scelera perpetrare valeant. Ad hunc modum fecêre Vvaldenses, qui vt tutius suos errores possent hominibus
*Matt.*7. suggerere, hoc ante omnia docere nituntur, nullum iudicem posse alium homi-
*Exod.*18. nem ad aliquam pœnam damnare. In cuius erroris testimonium adferunt illud: Nolite iudicare, & non
*Deut.*16. iudicabimini. Aduersus hunc errorem est illud quod Dominus ait: Constitue iudices qui populum iudicent omni tempore. Et iterum alibi: Iudices & magistri in omnibus portis tuis constituantur, vt iu- B
dicent populum iusto iudicio. Quòd si quis hæc detorqueat ad alia iudicia, & non ad inflictionem pœnarum, consideret plures esse in veteri instrumento leges decernentes talem vel talem pœnam esse infli-
*Act.*5. gendam illi qui tale vel tale crimen commiserit. Et in lege noua hæc clarissimè habentur. Petrus puni-
1.*Pet.*2. uit morte Ananiam & Saphiram, quia fraudauerant de precio agri venditi. Et idem alibi ait: Subiecti estote omni humanæ creaturæ propter Deum, siue regi quasi præcellenti, siue ducibus tanquam ab eo missis, ad vindictam malefactorum, laudem verò bonorum. Ecce vides vindictam malefactorum. Et parum infrà iterum ait: Quæ enim est gratia si peccantes & colaphizati suffertis? Ex quibus colligimus
*Rom.*13. iustè fieri cùm quis propter peccatum ex iudicis mandato colaphis cæditur. Et beatus Paulus de potestate sublimiori ait: Si malum feceris, time. Non enim sine causa gladium portat. Dei enim minister est, vindex in iram ei qui malum agit. Quid ergo Vvaldenses non minus ignorantes quam scelerati docere audent? Si iudex est Dei minister vindex in iram ei qui malum agit, quomodo iudicem ipsi accusare audent eò quòd malefactorem punit? An non hac ratione etiam accusant Deum, cuius minister est iudex?
*Matt.*7. Valeant ergo Vvaldenses, & cùm sint omnium hæreticorum ignorantissimi, docere alios erubescant. Quòd autem pro se adferunt, nihil prorsus illis suffragatur: quoniam cùm Saluator ait: Nolite iudicare, & non iudicabimini: non prohibuit omne iudicium, præcipuè iudicis habentis potestatem, sed prohibet multorum hominum leue iudicium, qui re minimè cognita, sed ex minutulis suspicionibus colligétes, statim apud se definiunt, censentes talem esse malum, aut male aliquid voluisse facere. Hoc, in-
*Ioan.*12. quam, iudicium Dominus prohibet: non autem illud quod re prius (vt decet) bene cognita, ab habente potestatem profertur. Hoc autem ita esse conuincimus per id quod apud Ioannem idem Saluator ait: Nolite iudicare secundum faciem, sed iustum iudicium iudicate. Quibus verbis cùm vnum iudicium prohibet, videlicet leue: aliud apertè concedit nempè iustum, quod re prius plenè circunspecta iuxta æquitatem fit.

IVRAMENTVM.

INTER

INter cæteros errores quos Vvaldenſibus impingit Guido Carmelita, vnus eſt quo aſſerunt Chriſtianis eſſe interdictum iuramentum, ſic vt nuſquam iurare liceat. Eundem errorem tribuit Cathari quod valde miror: quoniam Cathari iidem ſunt qui & Nouatiani. At Nouatianis nullus vnquam aliquid ſimile impegit, ſed catalogus hæreticorum de Albanenſibus diſſerens, dicit eſſe alios quoſdam Catharos, quos in tres partes aſſerit eſſe partitos. Albanenſes dicit eſſe de prima ſecta Catharorum, & Cozocenſes de ſecunda, & Baiolenſes de tertia. Et ſi hi dicũtur Cathari, alij ſunt certè à Nouatianis, qui primi Cathari vocati ſunt, propter munditiam quam iactabant. Nulla eſt enim Nouatianorum ad hos Catharos conuentio. Quapropter conſtat miſerè erraſſe Guidonem Carmelitam qui cùm de erroribus horum Catharorum diſſerere incipit, dicit ſe iam aliàs de illis dixiſſe: per quæ verba ſatis apertè innuit ſe ſentire hos Catharos & Nouatianos eſſe eoſdẽ, cùm tamen hi Cathari lõgiſſimè abſint ab aliis Catharis qui Nouatiani dicũtur.

Vvaldenſes. *Cathari.* *Albanen.* *Cozocenſes.* *Baiolẽſes*

Hi de quibus nunc loquimur, non Cathari (vt Guido & catalogus eos appellant) ſed Catharistæ dicendi ſunt. Nam ſic eos appellat beatus Auguſtinus, vt ſupra oſtendimus in titulo de cibo, hęreſi prima.

Pſeudoapoſtoli.

Hunc etiam errorem docuerunt Pſeudoapoſtoli. Ad hunc autem errorem conuincendum ſufficit illud quod Dominus in Deuteronomio ait: Dominum Deum tuum adorabis, & illi ſoli ſeruies, ac per nomen illius iurabis. Et iterum: Dominum Deum tuum timebis, & illi ſoli ſeruies, ipſíque adhærebis, iurabiſque in nomine illius. Verùm hic reſpondent qui hunc errorem tutantur, hoc permiſſum eſſe Iudæis in veteri lege, vt videlicet per Deum iurarent: Chriſtianis autem, qui perfectiorem habent legem, hoc dicunt non eſſe licitum, eò quòd Chriſtus apud Matthęum in vniuerſum prohibuit iurare. Et hanc ſententiam confirmant teſtimonio Hieronymi & Theophylacti, qui exponentes quintum Matthæi caput, dicunt Iudæis fuiſſe permiſſum iuramentum, Chriſtianis autem omnino prohibitum. Et idem videntur ſentire Hilarius & Chryſoſtomus in eodem loco, quanquam hi non ita expreſſè dicunt ſicut illi. Sed hoc reiicitur ex eo quòd Deum ſæpe iuraſſe reperimus. At ſi iuramentum eſſet ex ſe malum, vt ex ſola permiſsione Iudæi iurare poſſent, Deus qui malè agere nequit, omnino non iuraſſet. Et huic obiectioni reſpondent iuramentum ſoli Deo conuenire, quoniam ille ſolus verax eſt, & mentiri nequit: omnis autem homo mendax eſt. Et hanc ſententiam confirmant teſtimonio Ambroſij ſuper Pſalmum. 118. Sed neque hac via effugere poterunt quin oſtendamus illis iuramentum eſſe homini licitum. Negare enim non poſſunt Apoſtolum Paulum pluries iuraſſe: quoniam in ea quæ eſt ad Romanos epiſtola, ſic ait: Teſtis eſt mihi Deus quod memoriam veſtri facio ſemper in orationibus meis. Et iterum alibi: Ego autem teſtem Deum inuoco in animam meam, quòd parcens vobis non veni vltra Corinthum. Et iterum: Teſtis eſt mihi Deus quomodo cupiam omnes vos in viſceribus Ieſu Chriſti. Ecce Paulum toties inuocantem Deum in teſtimonium ſuorum verborum. At qui per Deũ iurat, nihil aliud facit quàm Deum inuocare in teſtem eorum quæ dicit: ex quo apertè colligimus Paulũ iuraſſe. Non eſt ergo Chriſtiano viro omnino prohibitum iuramentum: quoniam aliàs Paulus iurans peccaſſet. Prætereà, iuramẽtum non eſt de ſe malum, immò bonum, ſi adſint ea quæ requiruntur: quoniam per iuramentum exhibemus reuerentiam Deo, & oſtendimus qualem exiſtimationem de Deo habeamus, quoniam ſic iurantes per Deum, teſtamur nos credere Deum videre omnia: quoniam qui rem non plenè agnoſcit, nõ poteſt eſſe bonus teſtis. Ideo ſapienter Poëta comicus dixit: Pluris eſt oculatus teſtis vnus quàm auriti decem. Oſtendimus etiam nos credere Deum eſſe veracem, qui mentiri non poteſt. Quia ergo credimus Deum talem eſſe qui omnia nouit, & qui mentiri non poteſt, ideo in confirmationem eorum quæ dicimus, iuramus per Deum, inuocando illum teſtem. Ex quo patet per iuramentum nos reuereri Deum, ſi cætera adſint quæ ad iuſtum iuramentum exiguntur. Cuius rei apertum eſt indicium, quòd in Deuteronomio quoties de iuramento fit mentio, ſemper ſubiungitur poſt præceptũ de adoratione: Dominũ Deum tuum (inquit) adorabis, & illi ſoli ſeruies, ac per nomẽ illius iurabis. Et iterum: Dominum Deum tuum timebis, & illi ſoli ſeruies, ipſíque adhęrebis, iurabiſque in nomine illius. Ecce iuramentum bis coniunctum adorationi & ſeruituti Dei. Si ergo bonum eſt Deum adorare, & illi ſeruire, bonum etiam erit per nomen illius iurare, modo id debitè & prout decet fiat. Rurſum, iuramentum licere Chriſtiano confirmatur plurimorum Conciliorum definitionibus. Concilium Epheſinum ſcribit Neſtorio, vt recantet ſuas hæreſes, & quia non fidebat Concilium verbis Neſtorii, exigit ab eo iuramentum per hæc verba: Sed conſequens eſt etiam iureiurando fateri te, quòd anathematizes quidem tua polluta & prophana dogmata, ſentias autem & doceas quæ nos vniuerſi per orientem ſeu per occidentem epiſcopi & magiſtri præſuleſque populorum credimus & docemus. Hæc Concilium Epheſinum. Et Concilium Conſtantiẽſe ſeſſione octaua damnauit quadraginta quinque aſſertiones Ioannis Vvicleph, inter quas quadrageſimotertio loco ponitur hæc de iuramento, quà ait: Iuramenta illicita ſunt quæ fiunt ad roborandũ humanos contractus, & commercia ciuilia. Quæ ſententia ſimul cum aliis eiuſdem vna ſuper omnes dicta cenſura damnata eſt. Et idem Concilium Conſtantienſe, ſeſſione viceſima decernit vt ad confirmationem pacti initi inter regem Romanorum & regem Aragonum pro ſchiſmate tollendo, iutamentum ab omnibus peteretur, & omnes poſtmodum in Concilio exiſtentes à maximo vſque ad minimum iurarunt. Sed ſupereſt vt obiectioni aduerſariorum reſpondeamus. Sic enim obiiciunt: Dominus apud Matthæum prohibet iuramentum, dicens: Ego autem dico vobis non iurare omnino: neque per cœlum, quia thronus Dei eſt: neque per terram, quia ſcabellum eſt pedum eius: neque per Hieroſolymam, quia ciuitas eſt magni regis, neque per caput tuum iuraueris, quia non potes vnum capillum album facere aut nigrum. Sit autem ſermo veſter, eſt eſt, non non: quod autem abundantius his eſt, à malo eſt. Et beatus Iacobus ait: Ante omina autem fratres mei, nolite iurare, neque per cœlum, neque per terram, neque aliud quodcunque iuramentum. Sit autem ſermo veſter, eſt eſt, non non, vt non

Rom.1. *2.Cor.1.* *Philip.1.* *Plaut⁹.* *Deut.6.* *Deut.10.* *Matt.5.* *Cõcilium Epheſinũ* *Cõcilium Conſtant.* *Matt.5.* *Iacob.5.*

ſub iudicio decidatis. Huic obiectioni multipliciter reſpondemus. Primò in illis verbis Saluator non prohibuit iurare per Deum, & hoc annotauit Hieronymus in illo loco. Quod autem dicit omnino non eſſe iurandum, non eſt omnis iuramenti prohibitio, quia illa verba referuntur ad ſequentia, ita vt omnino non ſit iurandum per cœlum aut terram, ita videlicet vt cùm iurandum ſit, nunquam tamen iuretur per cœlum & terram. Cauſa autem huius prohibitionis fuit, ne per illa elementa iurantes homines, illa tãquam numina quædam venerarentur: quoniam illud per quod quis iurat, aut nimium diligit, aut veneratur. Ne igitur illa venerarentur, aut plus debito diligerent, prohibet ne vnquam per illa iuretur. Et hoc etiam fatentur Hieronymus, & Theophylactus in illo loco, quorum autoritate ſe tuentur hi qui partem oppoſitam docent. Et cùm hoc illi fateantur, miror quid poſteà coëgerit eos vt cenſeant iura-

Theophy. mentum eſſe prorſus interdictum. Sic enim Theophylactus ait: Igitur Dominus prohibens eos, non dicit, quia pulchrum & magnum eſt cœlum, & terra vtilis eſt, ideo per ea non iurare: ſed quia cœlũ thronus eſt Dei, terra autem ſcabellum pedum eius, vt ne ſit locus idololatriæ. Fortè enim in deorum numerum relata fuiſſent elementa à iurantibus per ea, id quod anteà factum eſt. Hęc Theophylactus. Et eandem ſententiam docet Hieronymus. Verùm his obiiciet quiſpiam vltima illa Chriſti verba: Sit ſermo veſter, eſt eſt, non non: quod autem abundantius his eſt, à malo eſt. Fatemur quidem à malo eſſe iuramentum, non autem malum eſſe. Neque Chriſtus dixit malum eſſe, ſed à malo eſſe: à malo, inquam, illius cui iuratur, & propter quem iuratur. Malitia enim illius cui iuratur, eſt in cauſa vt alius iuret. Nam ſi audiens præſtitiſſet fidem verbis loquentis, non eſſet opus vt loquens ſua verba iuramento firmaret.

Hierony. A malo ergo illius cui iuratur, prouenit vt aliquid abundantius dicatur quàm, eſt eſt, non non. Et hanc

Auguſt. expoſitionem præbet Augu. illo loco Euangelii in libro de mendacio, cap. 20. Aliter etiam poteſt reſpõderi, Chriſtum illis verbis non prohibere abſolutè iuramentum, ſed iurandi facilitatem, ne ex facilitate

Eccle. 23. ad conſuetudinem, & ex conſuetudine in periurium veniretur. Vnde Eccleſiaſticus ait: Iurationi ne aſ- D

Ibidem. ſueſcat os tuum. Et iterum: Sicut autem ſeruus flagellatus aſſiduè à liuore non minuitur, ſic omnis iu-

Chromatius. rans ac negocians à peccato non purgabitur. Hanc expoſitionem etiam præbet Auguſtinus loco proximè citato. Hanc & ſuperiorem expoſitionem reddit vno contextu beatus Chromatius papa in quodam libello inſigni quem fecit ſuper quintum & ſextum caput Matthæi. Verba illius ita habẽt: Primùm enim voluit à nobis & vſum iurationis, & conſuetudinem humani erroris auferre, ne vnuſquiſque noſtrũ per hęc elementa iurando, aut creaturam in honore diuinæ venerationis haberet, aut idcirco impu-

Pſal. 14. nitatem periurii habere ſe crederet, ſi per mundi elementa iuraret, cùm ſcriptum ſit. Nec iurauit proximo ſuo in dolum. Hæc Chromatius. Et parum infrà exponens reliqua, dicit per illa verba: Quod autem abundantius his eſt, debere intelligi mendacium, & illud dicit eſſe abundantius quàm, eſt eſt, non non, id eſt, quàm veritas, & illud dicit eſſe à malo, id eſt à dæmone, qui mendax eſt, & pater mendacii. Ex quibus verbis patet iuxta Chromatium, Chriſtum per illa verba ſolum prohibuiſſe periurium, & vſum iurandi. Poteſt etiam dici illam Chriſti prohibitionem non eſſe numerandam inter præcepta, ſed inter cõſilia, & illam ad ſolos perfectos pertinere. Quod ex eo colligi poteſt, quod in illo loco Chriſtus perfectum Chriſtianiſmum depingens, multa ibidem recenſet quæ nemo ſanæ mentis dubitat eſſe conſilia, non præcepta, quale eſt illud quod continuò adiungit: Ego autem dico vobis, non reſiſtere malo. Et hoc modo illum locum Euangelii interpretantur recẽtiores Theologi, quos ſcholaſticos vocant. Verùm A cùm non hi ſoli, vt aliqui putant. Nam beatus Bernardus ſermone. 65. ſuper Cantica, inuehens contra

Bernar. quoſdam hæreticos non eſſe licitum iuramentum, eſſe tamen illis licitum peierare, ne ſecreta ſuæ ſectæ ab aliis ſcirentur, ſic ait: Patet vos & ſuperſtitioſè obſeruare de iuramento, & flagitioſè præſumere de periurio. O peruerſitatem. Quod ad cautelam conſultum eſt, videlicet non iurare, hoc iſti mandati vice tam contentioſè obſeruant: & quod immobili iure ſancitum eſt, non peierandum ſcilicet, hoc tanquam

Chriſtianꝰ Druthmarus. indifferens pro voluntate diſpenſant. Hæc Bernardus. Hunc autem non poſſunt dicere ſcholaſticum. Chriſtianus Druthmarus in expoſitione ſuper Matthæum, idem ſentit. Sic enim ait: Ne Iudæi per idolorum nomina iurarent, permiſit eis Dominus iurare per nomen ſuum. Nec nobis etiam inhibuit, ſed perfectionem nos docuit, quòd ea fides ſit habenda inter Chriſtianos, vt non ſit neceſſe teſtem nomen Domini interponere. Periurium & illis & nobis prohibitum eſt. Hæc Chriſtianus Druthmarus: quem non poſſunt etiam dicere ſcholaſticum, cùm nihil minus ſit: neque trecentenarium (vt Lutherus & eius ſequaces facere ſolent) quoniam ante ſeptingentos annos fuit, ſi Ioanni Trithemio credere volumus.

Iaco. 5. Et Beda exponens illud Iacobi: Ante omnia fratres mei nolite iurare, &c. dicit ibidem prohiberi con-

Beda. ſuetudinem iurandi, ne ex ea deueniatur in periurium. Sic enim ait: Ideo (inquit Iacobus) vos à iuratio-

Rupertus. nis culpa compeſco, ne frequenter vera iurando, aliquando etiam in periurium decidatis, ſed eo longi- B us à peierandi vitio ſtetis, quo nec verum peierare niſi proxima neceſſitate velitis. Hæc Beda. Et Rupertus Tuicẽſis vir doctrina & ſanctitate illuſtris, libro quinto de glorificatione hominis Chriſti, diſtinguit illum Matthæi locum de iuramento, hoc pacto, dicens quò non iurare omnino, ſit conſilium: non iurare autem per cœlum & terram, &c. ſit præceptum, ita vt ſi iurandum ſit ex neceſſitate aliqua, tunc iuretur per Deum, & non per aliquam aliam rem. Ecce ergo Euangelii locum ſufficienter diſcuſſum, quem oſtendimus noſtræ ſententiæ minimè repugnare. Verùm hi forte obiicient nobis Hieronymum & Theophylactum, qui ſentire videntur non licere Chriſtiano viro iurare. Nos autem obiicimus contrà Auguſtinum, Chromatium, Chriſtianum Druthmarum, Bernardum, Bedam, Rupertum. Parum dixi, immò totius Eccleſiæ definitionem, cuius authoritas tanta eſt, vt mille præſtet Hieronymis & Theophylactis, etiamſi hi clariſſimi viri fuerint, ſanctitate perinde ac doctrina illuſtres.

Priſcilli-anus. ALia hæreſis quæ cum præfata velut ex diametro pugnat. Nam hæc ſic admittit iuramentum, vt etiam periurium licere dicat. Hunc errorem tribuit Priſcilliano beatus Auguſtinus in libro de hereſibus.

sibus. Priscillianistæ enim (vt ibidem refert Augustinus) docebant discipulos suos, vt iuramento interrogati & requisiti nihil vnquam reuelarent de illorum doctrina,& ad illius doctrinę occultationem dicebant esse licitum periurium:quapropter hanc semper in ore versabant sententiã: Iura, periura,secretum prodere noli. Hunc eundem errorem tenuerunt quidam hæretici tempore beati Bernardi, de quibus ille mentionem facit sermone. 65. & sermone. 66. super Cantica, & dicit illos vocari Apostolicos, quia videlicet iactabant se esse successores Apostolorum. Eundem errorem (vt catalogus hæreticorum refert) tutati sunt impii Flagellantes. Hic error manifestè conuincitur per id quod Dominus in Leuitico ait:Non peierabis in nomine meo,nec pollues nomen Dei tui. Qui enim peierat,nomen Dei polluit, quia Deum adfert in testem mendacii. Quid autem magis pollutum aut turpe esse potest, quàm mendacio fauere? Prætereà,Sapiens recensens peccata hominum potissimum gentilium,inter illa etiam ponit periurium,dicens:Omnia commixta sunt,sanguis,homicidium,furtum,& fictio,corruptio,& infidelitas,turbatio,& periurium,&c. Et beatus Paulus dicens iusto non esse legem impositam, sed impiis & peccatoribus,& sceleratis,posteà subdit,& mẽdacibus & periuris. Ex quo apertissimè colligitur periurium esse lege diuina prohibitum. Deinde causa ipsa propter quam dicunt licere periurium, pessima est. Dicunt enim ideo esse licitum peierare, vt videlicet non reueletur aliis eorum doctrina. Tunc percontari illos oportet,an doctrina sua sit Euangelio conformis,an illi contraria? Si est Euangelio contraria,non sunt ergo veri Christiani qui illam docent. Si est Euãgelio conformis, cur ergo illam occultant? Cur apud seipsos solos illam recondunt ? Christus nanque ait : Quod dico in tenebris,dicite in lumine: & quod in aure audistis , prædicate super tecta , Et cùm Euangelii prædicationem discipulis suis commendat,ait:Euntes in mundum vniuersum prædicate Euangelium omni creaturæ. Non solis Priscillianistis aut solis Apostolicis, aut solis sese Flagellantibus, sed omni creaturæ. Non enim vult suam legem solis Iudæis reuelari,vt in sola Iudæa sit notus : sed vult esse notus toti mundo. Ideo vult suum Euangelium esse omnibus apertum,quia vult omnes nos in agnitionem veritatis peruenire. Ideo Apostolus ait: Si opertum est Euangelium meum,in his qui pereunt est opertum. Pereant ergo Priscillianistæ & Apostolici,qui Euangelium occultare volunt. Et alibi idem Apostolus ait : Corde creditur ad iustitiam, ore autem confessio fit ad salutem. Vt autem quisque salutem animæ suæ acquirat,oportet eum ita ore confiteri,quemadmodum credit corde. Aduersus tam apertam hæresim non est opus plura adferre.

Apostolici.

Flagellãtes.

Leui. 19.

Sap. 14.

1. Tim. 1.

Matt. 10.

Matt. vlt.

1. Cor. 4.

Rom. 10.

IVSTVS.

BEatus Augustinus in libro de hæresibus capite 82. asserit Iouinianum sensisse , eum qui semel per lauacrum regenerationis fuerit iustificatus , non posse amplius peccare. Et beatus Hieronymus libro secundo aduersus Iouinianum hoc idem illi impingit. Hunc eundem errorem docuisse Pelagium testatur etiam Augustinus in eodem libro de hæresibus capite. 87. Aduersus hunc errorem iam suprà in titulo de gratia, hæresi secunda disputauimus,quapropter non est opus de hac re amplius differere.

ALius est error Lutheri , dicentis iustum in omni bono opere peccare. Verùm de hoc errore infrà in titulo de operibus , & in titulo de peccato longius differemus. Ad illum ergo locum mittimus lectorem.

A TErtia hæresis ad hunc locum spectans est,quæ asserit omnem iustum esse certum suę iustificationis, & esse ex fide Catholica obligatum ad habendum hanc certitudinem , ita vt si de illa dubitet , non possit verè dici fidelis Christianus. Huius hæresis primus inuentor est Lutherus, sed aduersus hanc hæresim nihil nunc dicere oportet,quia satis contra illam disputauimus in titulo de Gratia,hæresi tertia.

FINIS LIBRI OCTAVI.

F. ALFONSI DE CASTRO ZAMOREN. MINORITAE ADVERSVS HÆRESES, LIBER NONVS.

LABOR.

IVêre olim in Syria monachi dicentes nullum manuum laborem esse monachis licitum, A
etiam sustentandæ vitæ causa. In hoc enim se esse monachos profitebantur, vt ab omni
labore manus vacantes, orationi semper insisterent. Huius hæresis autores vocantur lin-
Psalliani gua Syra Psalliani: sic enim eos nominat Augustinus in libro de hæresibus cap. 57. Ve-
rùm historia tripartita lib. 7. cap. 11. de istis hæreticis differens, eos appellat Messalianos,
& dicit eos vocari Græce εὐχήται hoc est orantes, eò quòd semper orandum esse dicebant.
Vocantur etiam ibidem ἐνθουσιάσται, id est, sacrificâtes. Eundem errorem tutati sunt alii monachi parum
postea in Africa, præsertim apud Carthaginem, vt patet ex Augustino in libro de opere monachorum.
Nam in principio illius operis testatur se illum librum scribere ad instâtiam Aurelii tunc Carthaginen-
sis episcopi pro expugnatione huius erroris, qui tunc in Carthagine oriebatur. Hûc errorem iam diu se-
Vvalden- pultum ab inferis suscitarût Vvaldenses, dicentes virum perfectum non debere manibus laborare. Hoc
ses. enim Vvaldensibus impingit Guido in sua summa de hæresibus. Verùm Aeneas Syluius lib. de origine
Bohemorum cap. 35. Vvaldensium errores recensens, huius erroris non meminit. Hic error apertè con-
uincitur ex eò quòd Paulus Apostolus qui meritò inter perfectos numerari debet, propriis manibus la-
borauit. Nam quamuis posset non laborare, & sine labore viuere de Euangelio, quoniam ij quibus prædicabat, tenebantur eum alere: ipse tamen vt illos, quibus Euangelium prædicabat, non grauaret, voluit
1. Cor. 9. propriis manibus laborare, vt ex suo labore victum acquireret. Sic enim ipse in priore epistola ad Corin- B
thios ait: Nescitis quoniam qui in sacrario operantur, quæ de sacrario sunt, edunt? Et qui altario deser-
uiunt, cum altario participant? Ita & Dominus ordinauit his qui Euangelium annûciant, de Euangelio
viuere. Ego autem nullo horum vsus sum. Si Paulus, qui poterat de Euangelio viuere, laborat, quanto
2. Thess. 3. magis monachi, qui non prædicant, tenentur manibus laborare? Sed hos ipsos monachos ociosos aper-
tè reprehendit Paulus in secunda ad Thessalonicenses epistola, dicens: Ipsi enim scitis quemadmodum
oporteat imitari nos, quoniam non in quiete fuimus inter vos, neque gratis panem manducauimus ab
aliquo, sed in labore & fatigatione, nocte & die operâtes, ne quem vestrum grauaremus: non quasi non
haberemus potestatem, sed vt nosmetipsos formam daremus vobis ad imitandum nos. Nam & cùm es-
semus apud vos, hoc denunciabamus vobis, quoniam si quis non vult operari, nec manducet. Audiui-
mus enim quosdam ambulantes inter vos inordinate, nihil operantes, sed curiosè agêtes. His autem qui
eiusmodi sunt, denunciamus, & obsecramus in Domino Iesu Christo, vt cum silentio operantes suũ pa-
Ephes. 4. nem mâducent. Et in Epistola ad Ephesios iterum ait: Qui furabatur, iam non furetur, magis autem la-
Act. 20. boret operando manibus suis quod bonum est, vt habeat vnde tribuat necessitatem patienti. Et in Actibus Apostolorũ cùm à Mileto mittens Ephesum, vocasset inde presbyteros Ecclesiæ, ait illis: Argentum
& aurum aut vestem nullius concupiui, sicut ipsi scitis, quoniam ea quæ mihi opus erant, & his qui me-
cum sunt, ministrauerunt manus istæ. Omnia ostendi vobis: quoniam sic laborantes oportet susci- C
pere infirmos, ac meminisse verbi Domini Iesu, quoniã ipse dixit: Beatius est magis dare quàm accipere. Ecce
Apostolum Paulum propriis manibus laborantem, qui alios vt etiam manibus laborent, sæpissime hor-
tatus est. Præterea omnes sancti viri qui modum aliquem viuendi in monasterio instituerunt, monachis
suis præceperunt, vt manibus laborantes, ocium animę inimicũ vitarent. Nam de monachis Aegyptiis,
Hierony. loquens B. Hier. in epist. ad Rusticum monachũ ita ait: Aegyptiorum monasteria hunc habent morem,
vt nullum absque labore & opere suscipiãt, non tam propter victus necessaria, quam propter animæ sa-
lutem, ne vagetur pernicioſis cogitationibus, & instar fornicantis Hierusalem omni trãseunti diuaricet
Basilius. pedes suos. Hæc Hieron. Hoc ipsum B. Basilius docet monachos, qui in regula monachorum capite 67.
inducit monachos talem proponẽtes illi quæstionem, sic dicens: Si ergo neque solicitudinem habere o-
Ioan. 5. portet de necessariis vsibus ad vitam, & aliud præceptum est Domini dicentis: Operamini non cibum
qui perit: nónne superfluum est manibus operari? Cui quæstioni respondens Basilius ait: Ipse Domi-
Matt. 6. *Ioan. 4.* nus in Euangelio præceptum suum explicauit. Nam ibi ipse qui dixit non oportere quæri aliud ad vi-
tam, cum dicit: Nolite quærere quid manducetis, aut quid bibatis, hæc enim omnia gentes inquirunt,
addidit: Quærite autem regnum Dei, & iustitiam eius. Et quomodo oporteat quæri, indicauit. Cùm
enim dixisset: Nolite operari cibum qui perit, addidit, sed eum qui permanet in vitam æternam. Et
hoc quid esset, ostendit in alio loco, dicens: Meus cibus est vt faciam voluntatem eius qui misit me pa-
tris. Voluntas autem patris est esurientibus cibum dare, sitientibus potum, nudos cooperire, & cætera
Act. 20. huiusce modi. Tum deinde necessarium est & Apostolum imitati dicentem: Omnia ostendi vobis, quia D
Ephes. 4. laborantes oportet suscipere infirmos. Et cùm iterum docet: Magis autem laboret vnusquisque ma-
nibus suis, operans quod bonum est, vt possit impartiti necessitatem patientibus. Cùm verò hæc ita no-
bis vel in Euangelio Dominus, vel Apostolus tradat, manifestum est quidem, quòd pro nobisipsis qui-
dem soliciti esse non debemus, neque laborare: propter mandatum autem Domini, & propter necessi-
tatem proximorum soliciti esse debemus, & operari attentius, & maximè quia Dominus in seipsum re-

cipit

cipit ea quæ in ſeruos eius fecerimus,& regnum cœlorum pro huiuſmodi promittit obſequiis.Hucuſq; Baſilius.Ex cuius verbis conſtat illum hoc iniungere monachis, vt laborent,non tam propter ſui victus neceſſitatem, quam vt mandata Dei poſſint laborando implere, & de labore ſuo proximorum neceſſitati ſubuenire.Beatus Benedictus in regula ſua ait: Ocioſitas inimica eſt animæ,& ideo certis temporibus occupari debent fratres in labores manuum,certis iterum horis in lectione diuina.Ideoque hac diſpoſitione credimus vtraque tempora ordinari, id eſt, vt à Paſcha vſque ad calendas Octobris mane exeuntes à prima vſque ad horam penè quartam laborent quod neceſſarium fuerit, ab hora autem quarta vſque ad horam ſextam quaſi lectioni vacent. Et aliquibus interiectis ſubdit:Si autem neceſſitas loci aut paupertas exegerit vt ad fruges legendas per ſe occupentur,non contriſtentur,quia tunc verè hi monachi ſunt, ſi labore manuum ſuarum viuant, ſicut & patres noſtri,& Apoſtoli. Omnia tamen menſuratè fiant propter puſilanimes. Hæc beatus Benedictus monachis ſuis in regula præcipit. Similiter etiam ſeraphicus pater ſanctus Minorum fratrum inſtitutor,in regula ſua capite ſexto: Fratres quibus gratiam dedit Dominus laborandi, laborent fideliter & deuotè, ita vt excluſo ocio animæ inimico, ſanctæ orationis & deuotionis ſpiritum non extinguant,cui debent cætera temporalia deſeruire. De mercede
A verò laboris pro ſe & ſuis fratribus corporis neceſſaria recipiat præter denarios vel pecuniam, & hoc humiliter,ſicut decet ſeruos Dei,& paupertatis ſanctiſſimæ ſectatores.Hæc in regula ſua ſanctus Franciſcus, Et in teſtamento ſuo iterum ait: Et ego manibus meis laboraui, & volo laborare, & omnes alij fratres firmiter volo quòd laborent de laboritio quod pertinet ad honeſtatem. Et qui neſciunt, addiſcant,non propter cupiditatem lucri,ſed propter bonum exemplum,& ad repellendã ocioſitatem.Hęc ſanctus Franciſcus in teſtamento ſuo. Demum concilium Carthaginenſe quartũ perſpiciens quàm noxium ſit corporis ocium omnibus clericis, præcipit vt manibus ſuis laborent. Nam quinquageſimoſecundo capite ſuorum decretorum præfatum concilium tale ſtatuit decretũ,dicens: Clericus victum & veſtitum ſibi vel artificiolo vel agricultura abſque officij ſui duntaxat detrimento præparet.Et capite ſequenti iterum ait: Omnes clerici qui ad operandum validi ſunt,& artificiola & literas diſcant. Hęc cõcilium Carthaginenſe quartum.Cuius definitioni expedit credere magis quàm ocioſis Meſſalianis,aut idiotis Vvaldenſibus. Sed iam opus eſt vt videamus quo argumento ſuam tutentur hæreſim Meſſaliani. Primò enim pro ſe citant illud quod Saluator noſter apud Ioannem ait: Operamini non cibum qui perit,ſed qui permanet in vitam æternam. Secundò obiiciunt quòd Dominus Martham de hoc labore reprehenderit,dicens:Martha ſolicita es & turbaris erga plurima.Et apud Matthęum eandem ſolicitudinem omnibus inhibuit, cùm ait. Nolite ergo ſoliciti eſſe dicentes: quid manducabimus, aut quid bibemus, aut quo operiemur? Et iterum. Nolite ergo ſoliciti eſſe in craſtinum. Craſtinus enim dies ſolicitus erit ſibiipſi. Et certè hæc ſacræ ſcripturæ loca non ita ſunt intelligenda vt Meſſaliani putant, credentes Chriſtum per illa verba omnem prohibuiſſe laborem. Qualiter autem ſint interpretanda,
B beatus Baſilius docet in illis verbis quæ ſuprà ex illo citauimus. Verùm clarius eorum intellectum aduerſus Meſſalianos pandit Theophylactus, qui in expoſitione ſuper Euangelium Ioannis exponens illa verba quæ nunc proximè ex Ioan.citauimus,ita ait:Nam quia multi ſunt cupientes ignaui viuere,& maximè Meſſaliani, qui vſi ſunt hoc dicto ad patrociniũ ſuæ ignauiæ,operæpreciũ fuerit declarare hoc dictum. Non enim hoc dixit Dominus noſter Ieſus Chriſtus,vt corporalem quidem operationẽ ab eis velit amouere,& ipſos ad ocium cogere.Omnem enim malitiam docuit ocioſitas: & ſi oportet euidẽter dicere,ipſum ocioſè viuere,cibus eſt qui perit: & ita eum qui Chriſtum ſequitur,oportet operari, vt habeat quod & aliis cõmunicet. Hoc enim habet mercedẽ & promiſſionẽ futuri regni. Et paucis interiectis reſpondet ad alia duo quæ ex Matthæo & Luca pro Meſſalianis citauimus teſtimonia,dicens:Dictum ad Martham,non de opere eſt & operatione vel ocio,ſed de temporis obſeruatione,& ne tempus audiendi inſumatur in occupationes parandorum ciborum. Perſuadet igitur ei,ne perdat tempus doctrinæ fruſtra propter occupationem in his quæ ſunt ventris. Quod autem dicit, ne ſoliciti ſitis,neque hoc dicto operationem reiecit. Aliud enim ſolicitudo eſt,& aliud operatio. Fieri enim poteſt vt ſolicitus non ſit qui operatur. Docet igitur nos Dominus ne addicti ſimus curis vitæ,neque habeamus curam quomodo cras refocillemur,& vult vt vnoquoque die operemur,dicens: Ne ſoliciti ſitis de craſtino.

Quaſi in hunc modum diceret:Ne ſoliciti ſitis quomodo hodie operando cras quieſcatis,ſed quotidie cibum quotidiana operatione parantes,ne ſoliciti ſitis de craſtino.Hucuſque Theophylactus. Ex cuius
C interpretatione conſtat Meſſalianos ſuo ipſorum gladio interimi, Nam ex eodem dicto Matthæi quod illi ꝓ ſe citarunt,eorundẽ ignauia redarguitur. Aduerſus hãc hæreſim ſcripſit B. Aug.librum vnum cui titulus eſt,De opere monachorũ. Et Ioan. Caſſianus lib.10. de inſtitutis cœnobiorum,à capite ſeptimo vſque ad finem libri nihil aliud agit quam oſtendere neceſſarium eſſe monacho,vt aliquid manibus ſuis operetur,vt per operationem amputentur vitia quæ gignit ocioſitas.

SEcunda hæreſis eſt quæ cum hac proximè enarrata velut ex diametro pugnat, aſſerens omnes monachos abſque vllo diſcrimine teneri ad laborẽ manuum,vt ex illo ſibi victũ acquirant: nec poſſe illos alio modo ſibi victum parare,quàm per laborem manuum.Huius hęreſis primus autor fuit quidam Vvihelmus de ſancto Amore, acerbiſſimus hoſtis monachorum mendicantium.Hic dixit omnes monachos qui non habebant proprium communitatis vnde viuerent, debere laborare manibus ſuis, vt inde victum ſibi acquirant. Hanc & alias hæreſes docuit ſub Alexãdro Papa huius nominis quarto,à quo etiam damnatus fuit,per bullam quæ incipit Romanus pontifex.

Poſt iſtũ ſucceſsit Ioãnes Vvicleph,qui Hiericho deſtructã,fortiorẽ reædificare cupiebat. Hic enim non ſolùm de mendicantibus monachis, ſed de omnibus aliis ſine vllo diſcrimine locutus eſt, dicens omnes monachos debere per laborem manuum victum & veſtitum ſibi parare. Lutherus autem & ſui

Benedict⁹

Francis-cus.

Cõcilium Carthag-inenſe.

Ioan.6.

Luc.10.

Matt.6.

Theophy.

Eccle.33.

Vvihelm⁹ de ſancto Amore.

Ioannes Vvicleph

Lutherus. complices modeſtius hunc docent errorem, quoniam eos qui prædicationi verbi Dei ſtudent, nolunt arctari ad laborem manuum: reliquos autem omnes cogunt vt artificiolo aliquo victum ſibi acquirant: neque vllo pacto ex mendicitate viuere apud Lutheranos licet. Et certè ſi de labore manuum monachis iniungendo cum debita diſcretione loquerentur, non hic eos vocaremus in contentionem: quinimò conueniret inter nos de hac re, quoniam vt in proximè præfata hæreſi docuimus, ſummè neceſſaria eſt D monachis laboriosa aliqua operatio. Verùm cùm dicant omnes ſine diſcrimine debere laborare, ideo eos nunc meritò de hęreſi notauimus: quoniam ex Chriſti & Apoſtolorum doctrina conuincemus eſſe plures monachorum conditiones qui ad hunc laborem non tenentur: ſed beati tales monachi eſſe poſſunt etiam ſi non manducauerint de labore manuum ſuarum. Quis erit adeò crudelis in proximum, vt *Matt.6.* eum qui infirmatur, & morbo laborat, cogere velit ad laborem? Nullus certè, niſi talis ſit qui nolit aliis facere quæ ſibi vellet fieri. Sufficit enim (inquit Saluator) diei malitia ſua. Sufficit enim morbus ipſe, nec iuſtum eſt vt ſupra morbum quem patitur, aliud illi ſuperponatur onus, quod cùm ferre non poſſit, neceſſe ſit aut ipſum reiiciat, aut ſuſcipiens confringatur. Neque tamen hic dicimus infirmos eos ſolùm, qui tunc morbo premuntur, ſed etiam eos qui etſi bene valeant aliquando, tamen ſæpe poſt aliqua in- *1.Tim.5.* terualla recidiuant, quos medici valetudinarios appellant. Nam de talibus erat Timotheus, qui infirmitatem ſtomachi & alias frequentes infirmitates patiebatur. Sic enim illi ſcribens Paulus ait: Noli adhuc aquam bibere, ſed modico vino vtere propter ſtomachum tuum, & frequentes infirmitates tuas. Frequentes dixit, non continuas. Nam ſi continua infirmitate laboraſſet, Paulus qui tanta charitate ardebat vt quecunque alio infirmante ipſe infirmaretur, nõ iniunxiſſet illi prædicationis laborem, curam animarum, miniſterium viduarum, quæ omnia mediocrem ſaltem hominis valetudinem exigunt. Timo- *2.Tim.2.* theum ergo, quia ſic infirmabatur, & manibus laborare non poterat: ſic illum exhortatur, monet, & cõſolatur. Labora (inquit) ſicut bonus miles Chriſti Ieſu. Et ne crederet quòd per negociationes alias ad modum mercatorum poſſet ſibi victum acquirere, addidit: Nemo militans Deo, implicat ſe negociis ſe- A *Ibidem.* cularibus, vt ei placeat cui ſe probauit. Nam qui in agone contendit, non coronatur niſi legitimè certauerit. Verùm quia poterat Timotheus obiicere infirmitatem ſuam propter quam ineptus erat labori, ſtatim Paulus ſubiunxit: Laborantem agricolam oportet primùm de fructibus accipere. Quibus verbis nõ *Act.10.* illi laborem manuum, vt aliis facere ſolebat, ſuaſi: ſed modum illi oſtendit qualiter abſque labore manuum de Euangelio viuere poſſet. Et cùm Mileti eſſet Paulus, omnes presbyteros, quos ad eum locum ex Epheſo aſciuerat, docuit vt infirmi alerentur ex aliorum labore. Omnia (inquit) oſtendi vobis, quo- *Proſper.* niam ſic laborantes oportet ſuſcipere infirmos. Ecce Paulum docentem vt per laborem eorum qui bene valẽt, alantur infirmi. Vnde Proſper in libro de vita contemplatiua cap. 11. ſic ait: Ipſi quoque pauperes ſi ſe poſſint ſuis artificiis aut laboribus expedire, non præſumant quod debilis aut infirmus debet accipere: ne fortè Eccleſia, quæ poteſt omni ſolatio deſtitutis neceſſaria miniſtrare, ſi omnes etiam nihil indigentes accipiant, grauata, illis quibus debet ſubuenire non valeat. Hæc Proſper. Patet iam non eſſe *Auguſt.* iuſtum vt infirmi cogantur ad laborem, quem tolerare non poſſunt. Simile quid ſentit beatus Auguſtinus de diuitibus qui molliter & delicatè in ſeculo educati, omnibus ſpretis monaſterium intrauerunt, ea quæ habebant, pauperibus Chriſti diſtribuentes. Nam hos, eò quòd mollius nutriti, & laboribus minimè aſſueti, laborem ferre non poſſunt, beatus Auguſtinus ſentit non ad laborem cogendos. Sic enim in libro de opere monachorum capite. 25. ait: Quamobrem etiam illi qui relicta vel diſtributa ſiue ampla ſiue qualiacũque opulenta facultate, inter pauperes Chriſti pia & ſalubri humilitate numerari voluerunt, ſi corpore ita valent, & ab Eccleſiaſticis occupationibus vacant, quanquam eis tam magnum animi ſui documentum adferentibus, & eiuſdem ſocietatis indigentiæ de his rebus quas habebant, vel B plurimum vel non parum conferentibus, vicem ſuſtentandę vitæ eorum res ipſa communis & fraterna charitas debeat: tamen ſi & ipſi aliquid manibus operentur, vt pigris ex vita humiliore & ob hoc exercitatione venientibus auferant excuſationem: multo miſecordius agunt, quàm cùm omnia ſua indigentibus diuiſerunt. Quod quidem ſi nolunt, quis audeat cogere? Quibus tamen inuenienda ſunt opera in monaſterio, etiã ſi à corporali functione liberiora, ſed vigilanti adminiſtratione curanda, vt nec ipſi panem ſuum, quoniã iã communis factus eſt, gratis manducent. Nec attendendum in quibus monaſteriis, vel in quo loco indigentibus fratribus quiſque id quod habebat impenderit. Omniũ enim Chriſtianorum vna reſpublica eſt. Hucuſque Auguſtinus. Ex cuius verbis patet eos non eſſe in monaſterio ad laborem cogendos, qui cùm monaſterium intrauerunt, ſubſtantiam huius mundi habebant, quam pauperibus diſtribuerunt. Et eandem ſententiam prius ex Pauli ſententia confirmarat, cap. 16. ſic dicẽs: Excepta ergo hac poteſtate, quam verbi Dei prædicatores habere in eos quibus prædicant, ſæpe teſtatur Paulus, etiam ſanctis qui omnia ſua vendita diſtribuebant, & Hieroſolymis habitabant in ſancta communione vitæ, non dicentes aliquid proprium, quibus erant omnia communia, & anima & cor vnum in Deum, ab Eccleſiis gentium neceſſaria conferri præcipit, & hortatur. Inde eſt & illud ad Roma- *Rom.15.* nos. Nũc (inquit) pergam Hieruſalem miniſtrare ſanctis. Placuit enim Macedoniæ & Achaiæ communionem aliquam facere in pauperes ſanctorum qui ſunt in Hieruſalem. Hęc Auguſtinus. Alij ſunt etiam qui non minore imò fortè meliore aut ſaltem nobiliore iuſtitia poſſunt abſque labore manuum ſuatum vitam ſuam tranſigere. Hi autem ſunt prędicatores verbi Dei, & omnes doctores, qui verbo, aut ſcripto C alios docent legem Dei. Non enim intereſt qua via aliquis doceat, videlicet verbo, an ſcriptura, ſi tamen de lege Dei doceat. Hos omnes poſſe abſque labore manuum manducare, conuincitur ex hoc quòd poteſtatem habent à Domino accipiendi ea quæ ſunt ad vitam neceſſaria ab illis quos docent.

Matt.10. Nam cùm Chriſtus mitteret Apoſtolos ſuos ad prædicandum, dixit illis: Nolite poſſidere aurum, neque argentum, neque pecuniam in zonis veſtris, neque peram in via, neque duas tunicas, neque calceamenta

menta,neque virgam. Dignus eſt enim operarius cibo ſuo. Propterea enim inhibuit illis hæc omnia, vt cùm illis egerent,ab eis acciperent quibus verbum Dei prędicarent. Verùm ne quis putet hanc poteſtatem ſolis Apoſtolis fuiſſe collatam, audiat quid Lucas Euangeliſta de aliis prædicatoribus dicat. Poſt hæc (inquit ille) deſignauit Dominus & alios ſeptuaginta duos,& miſit illos binos ante faciem ſuam in omnem ciuitatem & locum quò erat ipſe venturus: & dicebat illis: Meſſis quidem multa,operarii autem pauci. Rogate ergo Dominum meſſis, vt mittat operarios in meſſem ſuam. Ite, ecce ego mitto vos ſicut agnos inter lupos. Nolite portare ſaccũ,neque peram,neque calceamenta,& neminem per viam ſalutaueritis. In quamcunque domum intraueritis,primùm dicite: Pax huic domui. Et ſi ibi fuerit filius pacis, requieſcet ſuper illum pax veſtra. Sin autem, ad vos reuertetur. In eadem autem domo manete, edentes & bibentes quæ apud illos ſunt. Dignus eſt enim operarius mercede ſua. Ecce iam vides idem conceſſum eſſe ſeptuaginta duobus diſcipulis,quod prius duodecim Apoſtolis fuerat cõceſſum. Quòd ſi dicat quis hanc poteſtatem ſolis paſtoribus fuiſſe datam, & non aliis quibus prædicationis onus non eſt iniunctum,ſed ipſi ſe ingerunt ad prædicàndum,facilè hoc reiiciet quiſquis bene circunſpexerit hãc poteſtatem viuendi ex Euangelio, non eſſe fundatam in officio paſtoris, ſed in ſola prædicatione verbi Dei,neque ex aliqua alia re pendere,quàm ex officio prædicationis. Si ergo in ipſa prædicatione tantum laborat monachus non habens paſtoris officium, ſicut alius ſecularis paſtor aut curatus, cur non etiam habebit cibum ſuum aut mercedem ſuam ſicut alius? Dignus eſt enim (inquit Chriſtus) operarius cibo ſuo. Et iterum: Dignus eſt operarius mercede ſua. Aduerte quòd vtrobique dixit operarius,non autem dixit prælatus,aut paſtor,aut curatus,aut prępoſitus: ſed vt innueret mercedem eſſe debitã operi,& non prælationi,dixit operarius. At cùm monachus prædicat,etiam eſt operarius ſicut quiuis alius: ergo etiam illi merces debetur. Si enim qui vltro ſe offerunt,non tantum laborant vt alii, iuſtum eſt vt etiam inæqualem mercedem habeant. Quòd ſi maior eſt eorum in prædicatione labor, cur non æqualem ſaltem mercedem habebunt? Iuſtius certè, quàm iſti hæretici optant, fecit Moyſes, qui non ſolum Beſeleel & Ooliab viris doctis & à Domino electis ad faciendum opus ſanctuarii, ſed etiam aliis expertis viris qui ad idem opus faciendum ſe vltro obtulerant,mercedem dedit, & illis ſicut aliis diſtribuit donaria filiorum Iſraël. Verùm iſti hæretici tanquam Aegyptii vellent monachos Egyptiaca & Pharaonica ſeruitute premere, vt videlicet palea non detur, & eadem operis menſura exigatur. Volunt vt victus non detur prædicãtibus,& prædicationis labor ab illis exigatur. Paulus Apoſtolus in ea quæ eſt ad Romanos epiſtola ait: Nam ſi ſpiritualium eorum participes facti ſunt Gentiles, debent & in carnalibus miniſtrare eis. Et in priore epiſtola ad Corinthios iterum ait: Quis militat ſuis ſtipendiis vnquam? Quis plantat vineam,& de fructu eius non edit? Quis paſcit gregem,& de lacte gregis non manducat? Nũquid ſecundum hominem hæc dico? An & lex hæc non dixit? Scriptum eſt enim in lege Moyſi: Non alligabis os boui trituranti. Nunquid de bobus cura eſt Deo? An propter nos vtique hæc dicit? Nam propter nos vtique ſcripta ſunt,quoniam debet in ſpe,qui arat,arare: & qui triturat,in ſpe fructus percipiendi. Si nos vobis ſpiritualia ſeminauimus, magnum eſt ſi nos carnalia veſtra metamus? Hucuſque ibi beatus Paulus. Vereantur iam iſti monachorum hoſtes alligare ora illis triturãtibus. An fortè monachus prædicans verbum Dei non plantat vineam, cum prædicat? Nónne Paulus propter prædicationem dicebat: ego plantaui? Nunquid non monachus prædicãs etiam paſcit? Nónne etiam triturat? Si plantat,ſinant illum de fructu vineæ comedere. Si paſcit gregem, permittant vt de illius lacte manducet. Si triturat, nolint contra præceptum Dei os illius alligare. Et ad Timotheum ſcribens iterum ait: Laborantem agricolam oportet primum de fructibus accipere. Ecce iam vides prædicatores verbi Dei ex diuina ſententia eſſe liberos ab obligatione corporalis laboris. Hi autem ſunt omnes qui ſunt miniſterio diuino mancipati. Nam in priore epiſtola ad Corinthios Paulus ait: Neſcitis quoniam qui in ſacrario operantur,quæ de ſacrario ſunt,edunt? Et qui altario deſeruiunt,cum altario participant? Ita & Dominus ordinauit his qui Euangelium annunciant, de Euangelio viuere. Ecce vno orationis contextu Paulus aſſerit non ſolum Euangeliſtas,ſed omnes altario deſeruientes habere hanc poteſtatem, vt beati eſſe poſſint, etiam ſi non manducauerint de labore manuum ſuarum. Ita enim ſentit beatus Auguſtinus qui libro de opere Monachorum capite viceſimoprimo,de Meſſalianis Monachis loquens,ait: Iſti autem fratres noſtri temerè ſibi arrogant,quantum exiſtimo, quòd eiuſmodi habeant poteſtatem. Si enim Euangeliſtæ ſunt, fateor habent: ſi miniſtri altaris, diſpenſatores ſacramentorum,bene ſibi iſtam non arrogant, ſed plane vendicant poteſtatem. Hæc Auguſtinus. Quid ergo iſti hæretici velut canes latrant in monachos? Cur tam generali ſententia omnibus monachis non laborantibus interdicunt panem, quem Dominus ſua benignitate indulſit Euangeliſtis,& altari ſeruientibus? Præter iſtos autem, quos oſtendimus eſſe ab operatione & labore manuum lege diuina exemptos, quicunque alius monachus fuerit, tenetur laborare. Et ſi non laborauerint,certè non puto licitum illis eſſe manducare. Non eſt enim monachatus inſtitutus vt quis in eo ocioſam vitam habeat, quam fortè non habuiſſet in ſeculo. Vnde beatus Auguſtinus in libro de opere monachorum cap. 25. ſic ait: Illi autem qui præter iſtam ſanctam ſocietatem, vitam labore corporis tranſigebant, ex quorum numero plures ad monaſteria veniunt, quia & in ipſo humano genere plures ſunt, ſi nolunt operari, non manducent. Neque enim in militia Chriſtiana propterea ad pietatem diuites humiliantur, vt pauperes ad ſuperbiam extollantur. Nullo modo enim decet, vt in ea vita vbi fiunt ſenatores laborioſi, ibi ſint opifices ocioſi: & quò veniunt relictis deliciis ſuis qui fuerant prædiorum Domini,ibi ſint ruſtici delicati. Hæc Auguſtinus. Demum hæc hæreticorum peſtilens aſſertio totius Eccleſiæ catholicæ definitione damnata eſt. Nam ex.45.articulis Ioannis Vvicleph damnatis in concilio Conſtantienſi ſeſsione octaua, viceſimus quartus ſic ait: Fratres tenentur per labores manuum victum acquirere, & non per mendicitatem. De quo articulo talis ibidem profertur ſen-

Luc.10.

Matt.10. Luc.10.

Exod.36.

Rom.14.

1.Cor.9.

Deut.25.

2.Tim.2.

1.Cor.9.

Auguſt.

Cõcilium Conſtantienſe.

tentia: Prima pars est scandalosa, & præsumptuose asserta, pro quanto sic generaliter & indistincte loquitur. Et secunda erronea, pro quanto asserit mendicitatem fratribus non licere. Hæc concilium Constantiense. Sed iam opus est vt istorum hæreticorum obiectionibus respondeamus. Primò enim obiiciũt quòd Paulus laborauit: ergo cùm monachi sint Apostolorum imitatores, tenentur etiam ipsi manibus laborare. Huic autem obiectioni respondemus fatentes Paulum laborasse manibus suis, nec tamen hoc ex necessitate aut obligatione fecit, sed ex perfectione & super erogatione. Nam etiam si non laborasset manibus suis, sed voluisset ex Euangelio viuere, non peccasset, cùm constet Petrum & alios Apostolos A absque labore manuum de solo Euangelio victum sibi parasse. Hoc autem ipsemet Apostolus Paulus
1. Cor. 9. testatur, qui in priore ad Corinthios epistola sic ait: Mea defensio apud eos qui me interrogant, hæc est. Nunquid non habemus potestatem manducandi & bibendi? Nunquid non habemus potestatem sororem mulierculam circunducendi, sicut & cæteri Apostoli & fratres Domini & Cephas? aut solus ego & Barnabas non habemus potestatem hoc operandi? Quis militat suis stipendiis vnquam? Et interiectis
2. Thess. 3 aliquibus argumẽtis, quibus probat se habuisse potestatem viuendi ex Euangelio prout cæteri Apostoli, subdit: Ego autem nullo horum vsus sum. Et in secunda ad Thessalonicenses iterum ait: Ipsi enim scitis quemadmodum oporteat imitari nos, quoniam non in quiete fuimus inter vos: neque gratis panem manducauimus ab aliquo, sed in labore & fatigatione, nocte & die operantes, ne quem vestrum grauaremus. Non quasi non habuerimus potestatem, sed vt nosmetipsos formam daremus vobis ad imitandum nos. Ex quibus apertè conuincitur quòd licet monachi sint imitatores Apostolorum non tamen oportet vt omnes sine discrimine laborent: quoniam hoc non omnes Apostoli fecerunt, sed Paulus, qui
Ibidem. non ex necessitate, sed ex perfectione se fecisse testatur. Secundò obiiciunt nobis illud quod Paulus ad Thessalonicenses scribens, ait: Nam cùm essemus (inquit) apud vos, hoc denũciabamus vobis, quoniam si quis non vult operari, nec manducet. Verùm hæc obiectio nullum prorsus habet robur, si sequentia verba Apostoli adiungantur his quæ dicta sunt, quoniam ex illis quæ Apostolus subiunxit, satis apertè ostenditur eum non generali sententia inhibere cibum cuicunque non laboranti, sed solum ociosis qui nullam prorsus habent occupationem per quam digni sint qui panem manducent. Sic enim ait: Audiuimus enim quosdam ambulantes inter vos inordinatè, nihil operantes, sed curiosè agentes. His autem qui eiusmodi sunt, denunciamus, & obsecramus in Domino Iesu Christo, vt cum silentio operantes, B suum panem manducent. Ecce quibus loquitur Paulus, nempe ambulantibus inordinatè, nihil operantibus, sed curiosè agentibus, his inquam præcipit vt in silentio eperantes, suum panem manducent, & si quis laborare noluerit, non manducet. At Monachi prædicantes verbum Dei, & altario deseruientes, nonnihil operantur: ergo manducare possunt. Quòd si illa Pauli verba omnes Monachos obligarent, eadem lege obligarent omnes Christianos, quoniam Apostolus Thessalonicensibus scribens non solis Monachis scripsit, nec ibi vllam de Monachis fecit mẽtionem, sed sine discrimine omnibus scribit: nec tamen illa verba ad omnes diriguntur, sed ad eos solos qui ociosam vitam degunt, quos nos etiam fatemur indignos esse qui manducare debeant. Aduersus hunc errorem scripsit frater Thomas Vvalden in suo primo tomo doctrinalis fidei antiquæ, libro quarto.

LEX.

DE hac re fuit olim in ipsis Ecclesiæ nascẽtis primordiis quædam hæresis orta, asserens legem veterem iuxta omnia illius præcepta esse seruandam simul cum lege noua. Quis autem fuerit primus huius hæresis autor, mihi non constat. Hoc tamen scio, ex testimonio C
Cerinthº. Philastri & Augustini in libro de hæresibus, Cerinthum & Ebionem & Nazaræos hanc
Ebion. docuisse hæresim. Verùm nescio quis eorum fuerit vetustissimus, quoniam Nazarẽorum
Nazarei. initium non est apertum, cùm nullus prodiderit quis fuerit illorum princeps. De Nazarẽis hæreticis loquor, non autem de illis quorum meminit liber Numerorum. De Cetintho & Ebione constat vtrunque eorum fuisse coæuum Ioanni Euangelistæ. Nam B. Hiero. in lib. illustrium virorum dicit, beatum Ioannem rogatum ab Asiæ episcopis scripsisse Euangelium contra Ebionis dogma asserentis Christum non fuisse ante Mariam, quapropter coactus fuit vtrãque Christi naturam, diuinam videlicet & humanam, explicare. Irenẽus verò lib. 3. aduersus hẽreses cap. etiam 3. dicit quòd Ioã. Domini discipulus in Epheso iens lauari, cùm vidisset intus Cerinthum, exilierit de balneo non lotus, dicẽs quòd timeret ne balneum cõcideret, cũ intus esset Cerinth. inimicus veritatis. Itaque cùm vterque horũ fuerit Ioanni coæuus, non patet facilè vter illorũ fuerit vetustior, aut vter prior altero hãc hẽresim docuerit, quãquam ego suspicor Cerinthũ fuisse aliquãto vetustiorem Ebione, propterea quòd Irenæus libro 1. aduersus hæreses recẽsens hæreticos qui ad suũ vsque tempus Ecclesiã vexarunt, prius de Cerintho disserit quàm de Ebione. Nam de Ebione disserit cap. 26. & illi hanc, quàm impræsentiarum discutimus, impingit hæresim. At de Cerintho tractat cap. 25. nec tamen illi hanc hæresim tribuit. Sed nec Tertullianus de eodem Cerintho sermonem faciens in suo libello de hæresibus, huius erroris meminit etiam cùm alios illius errores recenseat. Philaster verò omnia illa tribuit Cerintho quæ Irenæus asscribit Ebioni: dicitque idem Philaster Ebionem fuisse discipulum Cerinthi. Sed in distribuendis his hæresibus ita vt cuicunque hæretico quod suum est dogma tribuatur, multo libentius crediderint Irenæo quàm Philastro, propterea quòd ille multo doctior atque vetustior fuerit quàm Philaster. Hanc hæresim tutati sunt etiam Samsei & Elcesei,
Samsei. qui Ebionitarum dogma in vniuersum amplexati sunt. Quapropter Epiphanius hæreses recensens
Elcesei. (teste Augustino) Samseos & Elceseos Ebionitis copulat, tanquam vna sit eorum hæresis. Post istos D autem nemo, quod sciam, hanc hæresim docuit, vsque ad hunc diem, in quo audio quosdam Germa-

nos

nos ex his qui Rheno adiacent, poſt ſuſceptum baptiſmum circunciſionem toleraſſe, dicentes circunciſionem eſſe neceſſariam ad vitæ æternæ conſecutionem. Hos tamen omnes redarguit Paulus ſcribens Galatis, qui eodem errore fuerant infecti, dicens: Prius autem quàm veniret fides, ſub lege cuſtodiebamur, concluſi in eam fidem quæ reuelanda erat. Itaque lex pædagogus noſter fuit in Chriſto, vt ex fide iuſtificemur. At vbi venit fides, iam non ſumus ſub pædagogo. Et iterum de duobus teſtamentis loquēs ſub figura duorum filiorum Abrahæ, ait: Sed quomodo tunc is qui ſecundum carnem natus fuerat, perſequebatur eum qui ſecundum ſpiritum, ita & nunc. Sed quid dicit ſcriptura? Eiice ancillam & filium eius. Non enim erit hæres filius ancillæ cum filio libetæ. Itaque fratres nō ſumus ancillæ filii, ſed liberæ, qua libertate Chriſtus nos liberauit. Ecce Paulus apertè teſtatur eiiciendā eſſe legem veterem, quæ tanquam ancilla fuit legis Euangelicæ. Et rurſum in eadem epiſtola: Ecce ego Paulus dico vobis, quoniam ſi circuncidamini, Chriſtus vobis nihil proderit. Teſtificor autem rurſus omni homini circuncidenti ſe, quoniam debitor eſt vniuerſæ legis faciendæ. Euacuati eſtis à Chriſto, qui in lege iuſtificamini. A gratia excidiſtis. Nos enim ſpiritu ex fide ſpem iuſtitiæ expectamus. Nam in Chriſto Ieſu neque circūciſio aliquid valet, neque præputium, ſed fides quæ per charitatem operatur. Et in epiſtola ad Hæbræos de eādem re diſputans, ait: Si ergo conſummatio per ſacerdotium Leuiticum erat (populus enim ſub ipſo legem accepit) qui adhuc neceſſarium fuit ſecundum ordinem Melchiſedech alium ſurgere ſacerdotem,
C & non ſecūdum Aaron dici? Tranſlato enim ſacerdotio, neceſſe eſt vt & legis tranſlatio fiat. Et iterum: Reprobatio quidem fit præcedentis mandati, propter infirmitatem eius & inutilitatem. Nihil enim ad perfectum adduxit lex: introductio verò melioris ſpei per quam proximamus ad Deum. Demum de hac re ab ipſis Apoſtolis in vnum cōgregatis, in illo celeberrimo Hieroſolymitano concilio data eſt definitio: quoniam (vt Apoſtolica refert hiſtoria) quidam deſcendentes de Iudæa, docebant fratres, quia niſi circuncidamini ſecundum legem Moyſi, non poteſtis ſaluari. Surrexerant enim quidam de hæreſi Phariſæorum, qui crediderunt, & dicebant oportere circuncidi, & ſeruare reliqua omnia quæ Moyſes in lege præceperat. Ob quam doctrinam facta eſt non modica ſeditio, reſiſtentibus huic aſſertioni Paulo & Barnaba. Propter quod Apoſtoli & ſeniores conuenerunt Hieroſolymam, vt de hac re definirent. Habitaque matura, prout decebat, rei examinatione, protulerunt ſententiam quam per epiſtolam ſuam miſerunt his qui erant Antiochiæ, in hunc modum: Viſum eſt enim ſpiritui ſancto & nobis, nihil vltrà imponere vobis oneris quàm hæc neceſſaria, vt abſtineatis vos ab immolatis ſimulacrorum, & ſanguine, & ſuffocato, & fornicatione: à quibus cuſtodientes vos, bene agetis. Hæc concilium Apoſtolorum. Quis erit ergo qui tam illuſtris concilii definitioni repugnare audeat? Nullus certè, niſi demens aut infidelis ille fuerit. Et certè ſi lege Euangelica data, oporteret adhuc ſeruare legem veterē, contra eandem legem viſus fuiſſet facere Deus, qui talem in Leuitico condidit legem: Sororem vxoris tuæ in pellicatum eius non accipies, nec reuelabis turpitudinem eius adhuc illa viuente. Quæ quidem rectè, præcepta ſunt, ne ſi fortè aliquis ſimul vxori & ſorori illius iungeretur, inter ſimul habitātes excitaretur zelus, vnde contentio rixaque generata fuiſſet. Prius quidem ſynagogam ſibi deſponſauerat Deus: huius ſoror eſt Eccleſia, quam etiam Deus ſibi coniungere optabat. Verùm vt nulla eſſet contentionis inter eas occaſio, noluit ſecundam ſuperducere viuente prima. Oportuit ergo ſynagogam tunc ſepeliri, quando Deus Eccleſiam nouam ſponſam ſibi deſponſauit, ne inter ſorores ſimul habitantes æmulatio eſſet, ſicut
D olim Lia zelabatur Rachel. Nam cùm ab illa petiuiſſet Rachel, vt daret illi de mandragoris quas filius eius ex agro attulerat, reſpondit: Parùm ne tibi videtur quòd præripueris maritum mihi? Quæ verba apertiſſima ſunt indicia vrentis intrinſecus zeli. Hac enim de cauſa (vt teſtatur Apoſtolus Paulus) eiecta eſt Agar ancilla cum filio ſuo, quia videlicet filius eius Iſmaël perſequebatur Iſaac filium vxoris Saræ, propter quod Sara ſe deſpici querebatur ab ancilla. Verùm poſſet fortè hæreticus in ſuæ hæreſis defenſionem nobis obiicere illud quod in Exodo habetur, vbi poſt deſcriptionem veſtis ſacerdotalis qua Aaron erat induendus, ſubdidit Dominus per Moyſen dicens: Legitimum ſempiternum erit Aaron, & ſemini eius poſt eum. Et in Leuitico præcipiens modum hoſtiæ quæ debebat offerri pro peccato, dicit: Eritque vobis hoc legitimum ſempiternum, vt oretis pro filiis Iſraël, & pro cunctis peccatis eorum ſemel in anno. Ex quibus duobus locis fortè hæreticus vellet colligere legem Moyſi eſſe obſeruandam in perpetuum. Sed non ita res ſe habet: quoniam non ideo vocatur legitimum ſempiternum, quia ſemper eſſet duraturum, ſed quia ad vitam quodammodo diſponebat æternam. Vel aliter & mea ſententia melius, ideo dicitur ſempiternum, quia erat figura teſtamēti æterni. Itaque dicitur ſempiternum non in ſe, ſed in eo cuius figuram gerebat. Et gloſſa interlinearis in Exodo ſic exponit illam vocem ſempiternum, quia (inquit) res ſignificat æternas.

Galat.3. *Galat.4.* *Gala.5.* *Heb.7.* *Ibidem.* *Act.15.* *Cōcilium Apoſtolo.* *Leui.18.* *Gene.19.* *Galat.4.* *Exod.28.* *Leui,16.*

SEcunda hæreſis eſt primæ prorſus oppoſita, aſſerens legem veterem eſſe malam. Hanc hæreſim multi ſcriptores tribuunt Manichæo tanquam primo illius patrono: qua in re certiſſimè falluntur, quo-
A niam & ſi Manichæus fuerit illam tutatus, non tamē ille primus eam docuit. Nam ante illum pluſquam per centum annos fuit Marcion ponticus, à quo Marcionitæ hæretici dicti ſunt. Et hic docuit legem veterem eſſe malam, & à malo principio procedentem, quemadmodum docuit poſtea Manichæus. Hic autem Marcion diſcipulus fuit cuiuſdam alterius hæretici Cerdonis nomine, quem Cerdonem Marcion in hac dementia imitatus eſt. Primus ergo huius erroris autor & princeps fuit hic Cerdon, quem Irenæus libro primo aduerſus hæreſes, teſtatur veniſſe Romam ſub Iginio Papa & martyre. Auguſtinus in libro de hæreſibus capite decimooctauo, dicit etiam Caianos hæreticos hanc docuiſſe hæreſim. Hos tamen Caianos Irenæus libro primo aduerſus hæreſes comprehendit ſub Marcionitis, quoniam de Marcionis erroribus ibidem differens, dicit eum coluiſſe Cain: reliquoſque omnes errores tribuit Marcioni, quos Auguſtinus tribuit Caianis. Vnde ſuſpicio mihi oritur Caianos hæreticos à Marcio-

Manich. *Marcion.* *Cerdon.* *Caiani.*

ne processisse. At cùm Marcion, vt diximus, à Cerdone fuerit edoctus, oportet vt huic Cerdoni præ-
Rom. 7. sentis hæresis principatum & magisterium tribuamus. Huius autem assertionis pestiferæ falsitas con-
uincitur ex Pauli testimonio in epistola ad Romanos dicentis: Quid ergo dicemus? Lex peccatum est?
Absit: sed peccatum non cognoui nisi per legem. Cùm multa Paulus de lege dissetuisset, ex quibus ali-
quis fortè suspicari posset illum legem culpasse: ipsemet sibi obiicit quod vidit alium sibi obiecturum.
Dixerat enim prius passiones peccatorum esse per legem. Dixerat etiam nos esse solutos à lege mortis
in qua detinebamur. Dixerat etiam legem subintrasse vt abundaret delictum. Quæ Pauli verba ansam
suspicionis infirmis præbebant, Paulum in ea fuisse sententia, vt damnare voluerit legem. Ad hanc igi-
tur suspicionem tollendam Paulus sibiipsi obiicit quod infirmi obiicere sibi possent, dicens: Quid er- B
Exod. 20. go dicemus? Lex peccatum est? Absit: sed peccatum non cognoui nisi per legem. Nam cõcupiscentiam
Deute. 5. nesciebam, nisi lex diceret: Non concupisces. Occasione autem accepta, peccatum per mandatum ope-
ratum est in me omnem concupiscentiam. Quibus verbis Apostolus docet legem non esse malam, sed
bonam, quamuis illa non fuerit sufficiens ad salutem sine gratia. Quapropter dicit legem non esse ad
hoc datam, vt peccatum in homine efficeret, sed vt ostenderet & reuelaret hominibus illud quod eis i-
gnotum erat, essetne peccatum, an non. Multa enim erant, quæ etsi peccata erant, nesciebantur tamen
esse peccata, aut nesciebantur esse adeò grauia, & tam atrociter punienda, nisi lex docuisset. Hoc ergo
fecit lex, vt doceret hominem quid esset peccatum. Ex his multis vnum producit Apostolus in exem-
plum. Nam concupiscentiam (inquit) nesciebam, nisi lex diceret: Non concupisces: hoc est, nesciebam
concupiscentiam esse malum aliquod, donec audiui eam prohiberi per legem. Verùm ne suspiceris hu-
ius mali causam esse legem, non dixit: Concupiscentiam non habebam, nisi per legem: sed ait: Concu-
piscentiam nesciebam. Neque ait: Peccatum non feci nisi per legem: sed ait: Peccatum non cognoui nisi
per legem. Vt clarè intelligas, legem non ministrasse peccatum, sed peccati cognitionem. Est adhuc ali-
ud in lege, quòd ea data statim vtimur & solicitamur desiderio earum rerum, quæ per legem prohibitæ
sunt. Et hoc est, quod Apostolus postea subiungit, dicens: Occasione autem accepta peccatum per man
datum operatum est in me omnem concupiscentiam. Lex enim ad hoc data est, vt homo qui libertate
sua abutens, per vitia singula ruebat in præceps, freno legis cohiberetur, ne ita improuidus in pręcipitia C
laberetur. At quia talis est nostra carnalis natura, vt ardentius desideret prohibita, quàm si non prohi-
berentur: ideo dicit Paulus sumptam esse occasionem peccati ex prohibitione legis. Nam (vt quidam
Horatius ait) Nitimur in vetitum semper, cupimusque negata. Similiter & diabolus videns legem esse homini
datam in auxilium, vt per eam tanquam per frenum homines cohibeantur à peccatis, tunc ille magis ad
peccatum hominem solicitat, & vehementius tentat, vt illi vertat legem in nocumentum, quæ fuerat
data vt aliquod prestaret emolumentum. Vnde patet quomodo occasione per mandatum accepta, fecit
in nobis omnem concupiscentiam. Minor enim concupiscentia erat, quando ante legem securi pecca-
bamus. Maior erat, quando solam nostram mouebat libidinem. Omnis est, quando cognita lege, illam
trãsgredi nec timemus nec veremur. Verùm hoc malum non ex lege, sed ex nostra prouenit malitia, quæ
medicinam cõuertit in venenum: quoniam cum ex lege proficere debuissemus, inde peiores efficimur,
appetentes quod lege prohibitum est. Lex enim non cogit ad peccatum, sed nos ex ea peccandi occasio-
nem accipimus, quamuis talem occasionem lex ipsa non det. Ideo Apostolus non dixit: Occasione au-
tem data, sed dixit: Occasione autem accepta, peccatum per mandatum operatũ est in me omnem con-
cupiscentiã. Vt clarè intelligas à nostra prouenire malitia, & non ex lege, cum lege data contra eandem
legem facere desideramus. Hæc ergo & alia cum Paulus de lege docuisset, quibus ostendit legem non
Rom. 7. esse malam, postea subdit laudes legis, dicens: Itaque lex sancta quidem, & mandatũ sanctum & iustum
& bonum. In priotibus verbis Apostolus defendit legem à crimine, in his verò debitis laudibus eam ex-
tollit. Crimen obiectum fuit per hæc verba: Quid ergo dicemus? Lex peccatum est? Defensio criminis
fuit in hoc verbo: Absit. Nunc ergo Apostolus non fuit contentus eam à crimine defendisse, nisi etiam
illam laudaret, ideo subdit: Itaque lex sancta quidem, & mandatum sanctum, & iustum, & bonum. Per D
legem prohibitiones intelligit, per mandatum verò præcepta: & vtrunque sanctum esse docet. Præterea
1. Tim. 1. in priore ad Timothæum epistola iterum ait: Scimus autem quia bona est lex, si quis ea legitimè vtatur,
sciens hoc, quia lex iusto non est posita, sed iniustis & non subditis. Quod ait iusto non esse positam le-
gem, idem est quod alibi dixerat, legem videlicet esse positam propter transgressores. Hoc autem sic ac-
cipiendum est, quia (vt diximus) lex data est tanquam frenum quoddam ad cohibendum homines à
peccato. Cùm ergo quis naturaliter ea quæ legis sunt, facit, & ipse sibi est lex, seipsum à peccato ar-
cens, hic non habet opus lege, sed est tanquam equus bene domitus, & sessori obediens, qui vt be-
ne dirigatur nullo indiget freno. Lex propter transgressores posita est, vt per illam à transgressione ar-
ceantur. Qui autem secluſa lege paratus est facere quæ lex præceptura esset, hic non habet opus lege.
Verùm etsi iustus illa non indigeat, sancta tamen est lex per quam mali cohibentur à peccatis, & vr-
gentur ad emendationem commissorum. Et hoc est quod ait Apostolus: Bona est lex, si quis ea le-
gitimè vtatur. Hoc est, si faciat prout intendit ipsa lex, id est, si per illam perueniat ad gratiam iusti-
ficantem. Legitimè enim vtitur lege, qui intelligens quare sit data, per eius comminationem confu-
git ad gratiam liberantem: & ideo bona est lex, quia plurimum prodest homini etiam malo, dum per
eius comminationem perducit illum ad gratiam. Si autem quis lege cognita contra legem facit, iste
malè vtitur lege: etsi lex bona sit in se, huic tamen non est bona: quia peccatum per bonum tali ope-
ratur mortem. Per mãdatum enim grauius delinquit, qui per idem mandatum scit quàm graue malum
Rom. 7. sit illud quod committit. Et hoc est quod in epistola ad Romanos dixerat: Quod ergo bonum est, mi-
hi factum est mors? Absit: sed peccatum vt appareat peccatum, per bonum mihi operatum est mor-

tem,

tem, vt fiat ſupra modum peccans peccatum per mandatum. Ac ſi diceret: Mandatum non mihi extitit cauſa mortis, ſed ego mihi mortem intuli, qui peccando commiſi ea quæ digna ſunt morte. Rurſum, in epiſtola ad Galatas Apoſtolus ait: Itaque lex pædagogus noſter fuit in Chriſto, vt ex fide iuſtificemur. Lex ergo ductrix noſtra fuit. Nam idem eſt pædagogus Græcè, quod puerorum ductor Latinè. Si ergo lex fuit noſter pædagogus, videamus quò nos ducit: & conſtat ex Pauli verbis, quòd lex duxit nos ad fidem Chriſti, vt per illam iuſtificemur. Sic enim ait: Itaque lex pædagogus noſter fuit in Chriſto, vt ex fide iuſtificemur. Si ergo fides Chriſti eſt bona, non eſt poſsibile quin lex vetus, quæ ad illam duxit, fuerit bona. Non poteſt eſſe malus pædagogus, qui bene pueros inſtruit. Nec poteſt eſſe malus ductor, qui ad optatum & præſtitutum terminum perducit. Demum ipſe veritatis magiſter & Saluator noſter legem verbo & opere commendat. Nam & eius præcepta ſeruauit circunciſus, in templo oblatus, agnum paſcalem cum diſcipulis comedens. Aliis etiam ſeruandam præcepit. Nam leproſo mundato præcepit, vt iuxta legem Moyſi oſtenderet ſe ſacerdoti. Et prædicans ipſemet ſæpenumero teſtimonia ex lege & prophetis citauit. Quòd ſi mala fuiſſet lex, non tantum honoris illi tribuiſſet Chriſtus, vt illius teſtimonio in prædicatione vteretur.

Galat. 3.

Mat. 8.

TErtia hæreſis eſt, quæ dicit omnem hominem in lege ſua bene viuentem poſſe ſaluari, ſiue Iudæus ille ſit, ſiue Sarracenus, ſiue Paganus. Huius hęreſis patronum nullum hucuſque inueni, ſed ex relatione aliorum ſcio illi non defuiſſe tutorem. Nam Ioannes de Turre cremata libro primo de ſumma Eccleſiæ, capite vigeſimo primo dicit fuiſſe hæreticos, dicentes quemque hominem in ſua lege poſſe ſaluari, ſi illam bene ſeruauerit, non tamen aperuit quis fuerit primus illius hæreſis autor, aut quis vnquam fuerit illius patronus. Hæc hæreſis apertè conuincitur per id quod ait Paulus in ea quæ eſt ad Hebræos epiſtola: Sine fide (inquit) impoſſibile eſt placere Deo. Niſi autem quis Deo placeat, non poteſt vitam æternam adipiſci: igitur ſine fide nemo ſaluari poteſt. Et inde colligitur manifeſtè, in nulla lege aliquem poſſe ſaluari, niſi in ſola lege Euangelica. Præterea in eadem epiſtola Paulus fidei laudes prædicans, ait: Fides eſt ſperandarum rerum ſubſtantia, argumentum non apparentium. Quid eſt dicere, ſperandarum rerum ſubſtantia, niſi fundamentum & baſis cui innititur ſpes earum rerum quę dignè expectantur? Res autem quæ magis digna eſt optari & ſpectari, eſt æternâ beatitudo. Huius igitur fundamẽtum eſt fides Catholica, quia ſupra illam & ex illa cõſurgit ſpes futuræ beatitudinis. Ideo idem Apoſtolus in priore ad Corinthios epiſtola ait: Fundamentum aliud nemo poteſt ponere, præter id quod poſitum eſt, quod eſt Chriſtus Ieſus.

B

Heb. 11.

1. Cor. 3.

Quem locum interpretans Gloſſa quæ dicitur ordinaria, ait: Id eſt, Chriſti fides, quæ per dilectionem operatur, per quàm Ieſus habitat in cordibus. Alia non eſt fundamentum. Hæc in Gloſſa ordinaria. Si fides eſt primum & vnicum fundamentum, ſupra quod primo ſpes futuræ beatitudinis fundatur, ſequitur neceſſario, vt fide ſublata ſpes vitæ æternæ corruat: quia vbi fundamentum deeſt, nihil ſuperædificari poteſt.

Rurſum, beatus Paulus Apoſtolus reprehendit & damnat eos, qui legis Moſaicæ cæremonias obſeruant, ponentes in illis ſpem. Si circuncidimini (inquit ille) Chriſtus nihil vobis prodeſt. At ſine Chriſto nemo poteſt vitam æternam adipiſci: quoniam ille ſolus eſt qui per proprium ſanguinem introiuit ſemel in ſancta, æterna redemptione inuenta. Falſum igitur eſt, Iudæum etiam ſi optimè legem Moſaicam ſeruet, ſine fide Chriſti poſſe ſaluari. Nam Paulus de Chriſto Saluatore noſtro loquens, ait: Factus eſt omnibus obtemperantibus ſibi cauſa ſalutis æternæ. Non dixit, obtemperantibus Moyſi: ſed dixit, obtemperantibus ipſi Chriſto.

C

Heb. 7.
Heb. 5.

Denique Concilium generale Lateranenſe ſub Innocentio tertio celebratum, de hac re definitionem dedit, ſic inquiens: Vna eſt fidelis Eccleſia, extra quam nullus omnino ſaluatur. Hæc Concilium. Quæ verba habentur in capite: Firmiter, De ſumma Trinitate & fide Catholica. Potuiſſem quidem & debuiſſem plura pro hac re adferre argumenta, ſi contra Gentiles, aut Iudæos, aut Sarracenos hanc ſumpſiſſem diſputationem: ſed quia contra ſolos hæreticos, qui ſe Chriſtianos iactant, nunc diſputamus, ideo nolui plura aduerſus illos citare teſtimonia, quoniam aduerſus illos hæc mihi ſatis eſſe videntur.

LIBERTAS.

QVVM non ſit res, de qua certiorem habeamus experientiam, quàm noſtri arbitrii libertas, quam quotidie in nobiſipſis experimur, mirandum certè eſt quòd aliqui adeò impudentes fuerint, vt non vereantur negare ineſſe aliquam libertatem arbitrio humano. Et hi qui talia ſentiunt, inter ſe diuiduntur: quoniam etſi ad eundem finem tendant, diuerſa tamen incedunt via, prout ſæpiſsime hæreticis contingit, qui vnitatem tenere neſciunt. Bardeſanes enim (vt ſuprà in titulo de fato diximus) omnes homines conuerſationes dixit eſſe aſcribẽdas fato, & nõ libero hominis arbitrio, quoniã illud dicebat ſubiici ſyderibus. Poſt hũc ſurrexit Manichęus, contendens peccata non poſſe vllo pacto vitari, ſed ea ex mala mente proficiſci dicebat. Ille enim duas in homine dicebat eſſe mentes: Alteram, quam dicebat eſſe malam, & à malo principio, eam videlicet quam nos vocamus concupiſcentiam carnis. Alteram verò dicebat eſſe bonam, quam nos ap-

Bardeſanes.
Manichæus.

pellamus animam rationalem. Peccata quæ in homine fiunt, à mala anima procedere, & ea non posse per liberum arbitrium impediri docebat. Manichæum imitatus est in hac parte Priscillianus, qui ferè vniuersum Manichæi dogma suscepit. Petrus Abailardus dixit omnia ex absoluta necessitate rerum venire, & Deum ne dicam hominem non posse res aliter facere quàm facit. Hunc imitatus est Ioannes Vvicleph, illi in hac parte per omnia consentiens. Guido Carmelita in sua summa de hæresibus asserit Albanenses sentire, nullum esse liberum hominis arbitrium. Hanc hæresim iam diu sepultam multi ex recentibus hæreticis tutantur, quorum dux & princeps exiſtit Martinus Lutherus, dicens hominis arbitrium non esse liberum, neque habere vllam actiuitatem in suis operationibus, quoniam non eum agere, sed potius pati contendit. Hunc secuti sunt multi, videlicet Ioannes Oecolampadius, qui iam vita decessit, & Philippus Melancton, alij multi mihi ignoti, qui hoc errore magnam Germaniæ partem infecerunt. Aduersus hanc hæresim pugnant illa omnia, quæ suprà in titulo de Fato produximus.

Petrus Abailar. *Ioannes Vvicleph.* *Albanen.* *Lutherus.* *Ioannes Oecolam.* *Philippus Melanctõ.*

Verùm oportet vt adhuc peculiaria producamus argumenta, & pro viribus tam pestiferam hæresim expugnemus, quoniam illa est fomentum totius impietatis. Sed quoniam nomen libertatis æquiuocum est in sacris literis, ne talis æquiuocatio nobis aliquam errandi occasionem præbeat, oportet vt varia illius vocis significata ostendamus. Aliquando enim libertas significat gratiam, per quam liberamur à seruitute peccati, cui opponitur. De hac dicit Apostolus: Vbi spiritus Domini, ibi libertas. Et alibi: Cùm enim serui essetis peccati, liberi facti estis iustitiæ. Et de hac libertate non loquimur, quoniam nec de illa dicimus omne hominis arbitrium esse liberum.

2. Cor. 3. *Rom. 6.*

Alia est libertas, quæ sola habetur in gloria, vel est ipsamet gloria. Et de hac libertate ait etiam Apostolus: Et ipsa creatura liberabitur à seruitute corruptionis in libertatem gloriæ filiorum Dei. Neque ab ista libertate dicitur hominis arbitrium liberum. Alia est adhuc libertas quæ opponitur necessitati, vel, vt verius dicam, coactioni. Quando ergo dicimus hominis arbitrium esse liberum, de hac libertate intelligimus: ita vt ea ratione dicamus eum esse liberum, quia videlicet cùm operatur, potest non operari: & cùm nihil operatur, potest operari. Hanc autem libertatem ex sacris literis, Deo duce, apertissimè ostendemus: quoniam vix est aliquis sacræ scripturæ liber, in quo non reperiatur aliquod pro libero arbitrio apertum testimonium. In Geneseos libro legimus Deum dixisse ad Cain: Nónne si bene egeris, recipies: sin autem malè, statim in foribus peccatum tuum aderit? Sed sub te erit appetitus tuus, & tu dominaberis illius. Si homo dominatur appetitui, falsum est quòd homo non potest vitare peccata quæ ab appetitu proficiscuntur, vt Manichæus dixit. Confundatur etiam Lutherus, faciens arbitrium hominis seruum, quem Deus testatur se fecisse dominum. Et in Exodo sic habetur: Omnes viri & mulieres mente deuota obtulerunt donaria, vt fierent opera quæ iusserat Dominus per manus Moysi. Cuncti filii Israël voluntaria Domino dedicauerunt. Voluntaria dixit, non necessaria. In Leuitico autem sic habetur: Homo qui obtulerit victimam pacificorum Domino, vel vota soluens, vel sponte offerens, tam de bobus quàm de ouibus immaculatum offeret, vt acceptabile sit. Et post pauca subiungit: Bouem & ouem, aure & cauda amputatis, voluntariè offerre potest, votum autem ex his solui non potest. Ecce quàm apertè ostendit libertatem distinctam à necessitate, cùm inquit, vel vota soluens, vel sponte offerens. In libro Numerorum statuit Dominus legem, vt mulier vouens non sit voti rea, nisi marito consentiente: ità quòd si maritus consenserit mulieris voto, illa teneatur ad reddendum. Sin autem maritus contradixerit, illa sit libera ab obligatione.

Gene. 4. *Exod. 35.* *Leui. 22.* *Num. 30.*

Cùm ergo marito detur optio, conuincitur illum habere arbitrium, quo possit vtranque partem velle: quoniam si ad alteram, quæuis illa sit, necessariò flectitur, frustra illi datur optio. Cùm etiam Dominus dedisset præcepta legis, dedissetque illa non esse impossibilia vt obseruentur. In Deuteronomio sic ait: Testes inuoco hodie cœlum & terram, quòd proposuerim vobis vitam & bonum, benedictionem & maledictionem. Elige ergo vitam, vt & tu viuas, & semen tuum. At electio non est nisi eorum quæ in nostra sunt potestate. Nullus enim propriè dicitur eligere id, quod velit nolit erit futurum. Non enim pendet ex nostra electione esse magnum aut paruum, esse hominem aut bestiam, quoniam ea non subsunt nostro arbitrio vt aliter eueniant. Si ergo homini datur electio, & ille eligere potest, consequens est vt liberum etiam habeat arbitrium. Et alibi etiam data est Iudæis optio, an Deum sequi velint, an non. Dauid Regi datur optio eligendi vnam ex tribus plagis, quoniam ad aliquam illarum rollendam iam Dominus illum adiudicauerat. Si optio, ergo liberum arbitrium, quoniam iumenta nec optionem, nec electionem habent. Et Salomoni huius filio dicitur: Postula quod vis vt dem tibi. Sunt & alia multa in sacris scripturis testimonia similia, quæ homini optionem & electionem tribuunt. Optio autem (vt modò diximus) non potest conuenire illis, qui ineuitabili necessitate feruntur ad operationem. Præterea, Dauid rex exhortans populum Israël vt offerat Domino pro templi constructione, ait: Si quis sponte offert, impleat manum suam hodie, & offerat quod voluerit domino. Id autem quod sponte fit, sine vlla cogente necessitate fit. Rursum, quanta est in Psalmis testimoniorum turba pro libero arbitrio? Voluntatiè, inquit, sacrificabo tibi, & confitebor nomini tuo, quoniam bonum est. Et iterum: Voluntaria oris mei beneplacita fac Domine, & iudicia tua doce me. Et rursum: Anima mea in manibus meis semper. Quid est animam esse in suis manibus? Hoc est, in sua potestate, vt eam ad quod voluerit flectat. Et in alio Psalmo ait: Paratum cor meum Deus, paratum cor meum: cantabo & psallam in gloria mea. Et iterum: Adiutor meus esto, ne derelinquas me. Cùm Deum petat adiutorem, operatorem se esse ostendit: quoniam si nostrum arbitrium nihil agit, sed solùm (vt Lutherus ait) recipit, Deus non adiutor dicendus est, sed integer & solus operator. Et in libro Sapientiæ Salomon ait:

Deut. 30. *Iosue. vlt.* *2. Reg. 24* *3. Reg. 3.* *1. Par. 29.* *Psal. 53.* *Psal. 118.* *Ibidem.* *Psal. 107.* *Psal. 26.* *Sapien. 16*

Substantiam

Subſtantiam enim tuam, & dulcedinem tuam quam in filios habes oſtendebas,& deſeruiens vniuſcuiuſque voluntati,ad quod quiſque volebat conuertebatur.Ecce apertam liberi arbitrii poteſtatem,vt ad quod voluerit cõuerti poſſit.Sed & illud eſt multò apertius quod in Eccleſiaſtico habetur: Deus ab initio conſtituit hominem,& reliquit eum in manu conſilii ſui. Adiecit mãdata & præcepta ſua. Si volueris mandata conſeruare,cõſeruabunt te, & in perpetuum fidem placitam ſeruare. Appoſuit tibi aquam & ignem,ad quòd volueris porrige manum tuam. Ante hominem vita & mors,bonum & malũ.Quod placuerit ei,dabitur illi.Quid potuit apertius dici ad oſtendendam noſtri arbitrii libertatem?Certè (iuxta id quod ſentio) adeò apertè ibidem docetur noſtri arbitrii libertas, vt ſua nimia claritate hæreticorum oculos perſtringat.Verùm non defuit ſuum hæreticis aſylum, ad quod confugere ſolent. Lutherani enim negant librum Sapien. & librum Eccleſiaſtici eſſe canonicos, & ideo non eſſe ſufficientes ad aliquam doctrinam confirmandam, quæ ad fidem Catholicam ſpectet. Sed hoc cauillum non eſt nunc opus reiicere,quoniam ſuprà in.1.huius operis libro,cap.2.oſtendimus ex multis conciliis catalogum ſacrorum librorum, inter quos etiam hi duo libri habentur. Hoc etiam prophetæ omnes apertiſſimè ex-
D preſſerũt.Nã apud Eſaiam Dominus de populo Iſraël ſub nomine vineæ loquẽs,ait: Et expectaui vt faceret vuas,& fecit labruſcas.Si omnia neceſsitate abſoluta eueniũt,&hominis arbitrium à Dei præſciẽtia cogitur ad opus,vt Lutherani dicunt,quare expectabat vuas à vinea,cùm ipſe ſciret eã producturam labruſcas? Et per eundẽ Prophetã iterũ ait: Si volueritis,& audieritis me,bona terræ comedetis.Quòd ſi nolueritis,& me ad iracundiam prouocaueritis,gladius deuorabit vos.Et apud Hieremiã ſimile quid habetur:Si pœnitentiam,inquit,egerit gẽs illa à malo ſuo quod locutus ſum aduerſum eam, agam & ego pœnitentiam ſuper malo quod cogitaui vt facerem ei. Quòd ſi fecerit malum in oculis meis, vt non audiat vocem meam,pœnitentiam agam ſuper bono quod locutus ſum vt facerem ei. Gemina illa conditionis nota,partibus inter ſe oppoſitis in vtroque hoc teſtimonio ãnexa, apertiſsimè innuit adeſſe homini liberam bene & malè agendi poteſtatem,quod verti poteſt ad id,quod voluerit iuxta ſuũ arbitriũ. Nam ſi talis poteſtas vtrũque eligẽdi non ineſſet homini, fruſtra Deus illa duo homini propoſuiſſet. Et per Ezechielem prophetam Dominus ait: Si impius egerit pœnitentiam ab omnibus peccatis ſuis quæ operatus eſt,& cuſtodierit omnia præcepta mea,& fecerit iudiciũ & iuſtitiam, vita viuet, & nõ morietur. Et paucis interiectis,ſubdit:Si autẽ auerterit ſe iuſtus à iuſtitia ſua,& fecerit iniquitates ſecũdũ omnes abominationes,quas operari ſolet impius,nunquid viuet? Omnes iuſtitiæ eius quas fecerat, non recordabuntur. In quibus verbis illa conditionis nota iterum geminatur, prout factũ eſt apud Eſaiam & Hieremiam: quapropter ſimili ratiocinatione poſſumus hic argumentari,vt illic.Illa etiam Suſannæ in anguſtia poſitæ cõſultatio & electio apertiſsimè oſtendunt liberũ hominis arbitriũ,per quod præhabita cõſultatione,quod de duobus ſit eligendum,eligit quod ſibi melius videtur,reliquo reiecto. Nam cùm Suſanna à duobus malis ſenibus ſolicitaretur ad turpia, cum gemitu ait: Anguſtiæ ſunt mihi vndique,
A & quid eligã ignoro,Si enim hoc egero,mors mihi eſt. Si autẽ non egero, non effugiam manus veſtras. Hucuſque ad conſultationem pertinet: Audi deliberationem & electionem.Sed melius eſt mihi,inquit illa,incidere in manus veſtras,quàm derelinquere legem Dei mei. Per hanc autẽ electionẽ elegit vnam partem altera reiecta, quam potuiſſet amplecti. Ex quo facto ſatis manifeſtè cõuincitur, liberũ eſſe hominis arbitrium: quoniam ſi non erat liberum illi alteram quam voluiſſet pattem eligere, fruſtra conſultabat.Nullus eſt enim adeò fatuus, vt de hoc conſulet an videlicet craſtina ſuccedet dies, an nõ:vtrũ ignis conſumet incendio materiam illi adiunctam,an non. Hæc enim ſicut nõ ſubſunt noſtræ poteſtati vt fiant vel non fiant,ita nec talia ſunt, vt meritò de illis quis conſultare debeat. Operoſum eſſet valde, nimiſque prolixum, reliquos omnes prophetas citare, & ex omnibus veteris teſtamenti libris teſtimonia producere:quoniam etſi hunc laborem ſumere voluiſſem,certè neceſſarium foret modum promiſſę breuitatis excedere. Ideo ad nouum teſtamentum accedamus. Chriſtus Saluator noſter apud Matthæum ait:Hieruſalem Hieruſalem, quæ occidis prophetas, & lapidas eos qui ad te miſsi ſunt, quoties volui cõgregare filios tuos,quemadmodum gallina congregat pullos ſuos ſub allas,& noluiſti? Ecce Deo volente homines nolunt. Ergo arbitrium hominis adeò liberum eſt, vt à Dei voluntate non cogatur,& per cõſequens multò minus cogetur ab eius præſcientia.Et apud Lucam idem Saluator ait: Si quis vult poſt me venire,abneget ſemetipſum,& tollat crucem ſuam,& ſequatur me.Cùm ait:ſi quis vult, noſtrã innuit libertatem, quibus ſubeſt poſſe & non velle cum nobis viſum fuerit. Nam ſi nulla eſſet libertas, non erat opus ſub conditione loqui. Nullus eſt enim adeò inſipiens, vt ſic diceret de igne:Si quis ignis
B caler,non amittet calorem. Cùm enim ſit neceſſarium omnem ignem calere, ſuperflua eſt illa conditio appoſita, quia illa conditionis nota innuit rem aliter euenire poſſe. Et Ioãnes Euangeliſta apertum ſatis pro hac re profert teſtimonium, dicens: Dedit eis poteſtatem filios Dei fieri. Hæc autem poteſtas non ſolis iuſtis data eſt: quoniam hi cum iuſti ſunt, iam in filiorum numerum redacti ſunt: quare non erat opus eis noua poreſtate, qua fierent filii Dei,cùm iam eſſent. Peccatoribus ergo hæc poteſtas eſt collata,quoniam ſi iuxta vires ſuas ſe ad gratiam ſuſcipiendam præparauerint, Deus non ſubtrahet ſe ab illis,quinimò dabit illis gratiam, per quam in filiorum adoptionem recipiantur.Sic enim Auguſt.tractatu.93. ſuper Ioannem illa beati Ioannis verba exponit. Audiamus,inquit,Euangeliſtam dicentem:Dedit eis poteſtatem filios Dei fieri, ne omnino exiſtimemus in noſtra poteſtate non eſſe quod credimus. Veruntamen in vtroque beneficia illius cognoſcamus. Nam & agendæ ſunt gratiæ, quia data eſt poteſtas: & orandum ne ſuccumbat infirmitas. Hæc Auguſt. Et Hylarius.1.de trinitate motus Ioãnis teſtimonio,dicit quòd eſſe filios Dei,opus ſit voluntatis,non neceſsitatis: quia propoſito vniuerſis Dei munere,non per naturam gignentium adfertur ea filiatio,ſed voluntas præmium conſequitur. Deinde verba illa,quæ Apoſtolica hiſtoria refert Petrum apoſtolum dixiſſe Ananię,qui fraudauerat de precio agri

Eccl.17. *Eſa.6.* *Eſa.1.* *Hier.18.* *Ezec.18.* *Dan.13.* *Matt.23.* *Luc.9.* *Ioan.1.* *Auguſt.*

venditi, apertissimè ostendunt arbitrii humani libertatem. Sic enim ad Ananiam Petrus loquitur: Ana-
Act.5. nia, cur tentauit Satanas cor tuum mentiri te spiritui sancto, & fraudare de precio agri? Nónne manens
tibi manebat, & venundatum in tua erat potestate? Quid est dicere, venundatum in tua erat potestate?
Hoc est, etiam postquam vendideras, potestatem habebas non adferendi precium, & ponendi ante pe-
des Apostolorum, qua potestate si vsus fuisset Ananias, non eum aut punisset aut reprehendisset Petrus:
verùm quia habens hanc potestatem, simulauit se nolle ea vti, sed finxit se velle totum precium agri of-
ferre Apostolis pro communi vita, ab Apostolo reprehensus, & tandem morte punitus est. Ex hoc ergo C
conuincitur non omnia necessario euenire, liberumque esse hominis arbitrium, quoniam Ananias de
precio agri subtrahens, aliter faciendi potestatem habuit. Sed iam ad Paulum accedamus, à quo pluri-
1.Cor.7. ma possumus capere testimonia. Nã in priore epistola ad Corinthios sic ait: Qui statuit in corde firmus
non habens necessitatem, potestatem autem habens suæ voluntatis, & hoc iudicauit in corde suo seruа-
re virginem suam, bene facit. Aduerte quod ait, potestatem habens suæ voluntatis. Paulus tribuit aper-
1.Cor.13. tè potestatem nostræ voluntati, & impudentes hæretici non verentur illam tollere? Et in eadem epistо-
Ibidem. la iterum ait: Abundantius omnibus laboraui, non ego, sed gratia Dei mecum. Non dixit, gratia Dei per
me: sed, gratia Dei mecum. Et rursum: Vnusquisque propriam mercedem accipiet secundum suum la-
borem. Dei enim adiutores sumus. Ex quo conuincitur nostrum arbitrium aliquid operari, alioquin la-
bor non diceretur noster. Et ne quis putaret, prout fecit Pelagius, totum debere asscribi nostro arbitrio,
Addidit: Dei enim adiutores sumus. Itaque hoc testimonio prosternuntur Pelagius & Lutherus. Et in
2.Cor.9. posteriore epistola ad Corinthios exhortans ad eleemosynas faciendas ait: Vnusquisque prout destina-
uit in corde suo non ex tristitia, aut ex necessitate. Hilarem enim datorem diligit Deus. Si nulla est hu-
mani arbitrij libertas, non est possibile quin semper ex necessitate fiat quicquid facit. Et ad Philemo-
Philip.1. nem scribens, ait: Sine consilio autem tuo nihil volui facere, vti ne velut ex necessitate bonum tuum
esset, sed voluntarium. Ecce quàm clarè Paulus distinxit voluntarium à necessario, vnum alteri oppo-
nens. Vereantur ergo Vviclephistæ, Husitæ, Lutherani, & cæteri hæretici, dicentes omnia necessitate D
1.Pet.5. absoluta venire, & nullam esse humani arbitrii libertatem. Et beatus Petrus instruens presbyteros quo
pacto debeant curam habere populi sibi commissi, ait: Pascite qui in vobis est gregem Dei, prouidentes
non coactè, sed spontaneè, neque turpis lucri gratia, sed voluntariè: neque vt dominantes cleris, sed
forma facti gregis. Vide qualiter etiam Petrus distinguit & separat spontaneum & voluntarium à coa-
ctione. Et in Apocalypsi Ioannis de Iezabel, quæ seducit seruos Dei, & illos docet fornicari, dicit Deus:
Apoc.2. Et dedi illi tempus vt pœnitentiam ageret, & non vult pœnitere à fornicatione sua. Si omnia de necessi-
tate absoluta eueniunt, & nulla est humani arbitrii libertas, frustra dedit Deus Iezabel tempus ad pœ-
nitendum, si pœnitere non potetat. Nam cùm postea dicat quòd illa pœnitere non voluit à fornicatio-
ne, iuxta istorum hæreticorum sententiam conuincitur quòd illa pœnitere non potuit. Et si non potuit,
mirum est quòd Deus dederit illi tempus ad illud faciẽdum, quod facere fuit impossibile. Post ista om-
nia sacræ scripturæ testimonia, quò res sit apertior, operæprecium erit ostendere hanc fuisse omnium
sacrorum virorum sententiam. Verùm ne lectorem nimia prolixitate grauem, aut limites breuitatis pro-
missæ ttansgrediar, paucula in præsentiarum producam, ea videlicet quæ sunt magis abstrusa, & quo-
rum autores non facile omnibus patent. Reliqua autem velut indice ostendam loca vnde capere possit,
qui ea habere desiderat. Beatus Irenæus sæpissimè humani arbitrii libertatem docet, sed specialem de
Irenæus. hac re disputationem facit libro quarto aduersus hæreses, in cuius libri capite septuagesimo primo hæc
verba habentur: Aliud autem quod ait: Quoties volui congregare filios tuos, & noluisti, veterem legem
libertatis hominis manifestauit: quia liberum eum Deus fecit ab initio, habentem suam potestatem, si-
cut & suam animam, ad vtendum scientia Dei voluntariè, & non coactum à Deo. Vis enim à Deo non A
fit: sed bona sententia adest illi semper. Et propter hoc consilium quidem bonum dat omnibus, posuit
autem in homine potestatem electionis, quemadmodum & in angelis. Hæc Irenæus. Et sequenti capi-
Tertulli- te, videlicet septuagesimo secundo, multa de libero arbitrio differit. Et Tertullianus libro secundo ad-
anus. uersus Marcionem eidem subscribit sententiæ, dicens: Nec boni, nec mali merces iure pensaretur ei qui
aut bonus aut malus necessitate fuisset inuentus, non voluntate. In hoc & lex constituta est, non exclu-
dens, sed probans libertatem de obsequio sponte prẽstando, vel transgressione sponte committenda, ita
in vtrunque exitum libertas patuit arbitrii. Hæc Tertullianus. Beatus Cyprianus in quadam epistola ad
Cypria- Cornelium papam, quæ est tertia libri primi epistolarum eius, sic ait: Ne præpositum seruum deseri à
nus. quibusdam miretur aliquis, quando ipsum Dominum magnalia & mirabilia summa facientem, & vir-
tutes factorum suorum Dei patris testimonio comprobãtem, discipuli sui reliquerint, & tamen ille non
increpuit recedentes, aut grauiter comminatus est, sed magis conuersus ad Apostolos suos dixit: Nun-
quid & vos vultis ire? seruans scilicet legem, qua homo libertati suæ relictus, & in arbitrio proprio con-
Hierony- stitutus, sibimetipsi vel mortem appetit, vel salutem. Hæc Cyprianus. Beatus Hieronymus in epistola
mus. ad Hebidiam, eandem docet sententiam, dicens: Deus autem æquali cunctos sorte generauit, & dedit
arbitrii libertatem, vt faciat vnusquisque quod vult, siue bonum, siue malum. In tantum autem dedit
omnibus potestatem, vt vox impia disputet contra creatorem suum, & causas voluntatis illius perscru-
tetur. Et in altera epistola ad Damasum papam, sic ait: Liberum sic confitemur arbitrium, vt dicamus
nos semper Dei indigere auxilio, & tam illos errare, qui cum Manichæo dicunt hominem peccatum
vitare non posse, quàm illos qui cum Iouiniano asserũt hominem non posse peccare. Vterque enim tol- B
lit arbitrii libertatem. Nos verò dicimus hominem semper & peccare & non peccare posse, vt semper
Basilius. nos liberi cõfiteamur esse arbitrii. Hucusque Hieron. Et beatus Basilius in quodã opusculo, in quo pro-
bat quòd deus nõ sit autor malorum, sic ait: Hinc meritò alia cogitatio quæstioque de diabolo nascitur:

vnde

vnde diabolus, si non ex Deo mala? Quid igitur dicemus? Satis facilis quidem respõsio. Eadẽ omnino ratio huius fuerit interrogationis, quam & de hominis iniquitate suprà cõmemorauimus. Vnde quæso iniquus homo? Ex ipsius libera voluntate. Vnde malus diabolus? Ex eadem penitus causa. Habet enim & ipse liberam in agendo vitam, & insitam optandi potestatẽ, aut Deum sequi, aut ab eo remoueri. Hęc Basilius. Qui vno contextu de hominis & angeli arbitrio differens, vtrunque dicit esse liberum. Et frater huius Gregorius vno integro libello pro libero arbitrio pugnat, quem & de libero arbitrio inscripsit. Et beatus Cyrillus libro tertio contra Iulianum apostatam, circa principium eidem fauet sententiæ, dicens: Voluntaria enim operandi facultate conueniebat rationalẽ creaturam insigniri, & electionis liberæ declarari fructum, in bonis operibus dexteritatem. Et libro sexto eiusdem operis prope finem libri iterum ait: Valde autem puerile est quod dicit non potuisse eum amicorum suorum proposita mutare. Oblitus enim mihi videtur, tametsi sæpius audierit, quòd homo sit sui iuris, voluntariè vadens ad quodcunque sibi placuerit: ita bene habere gloriam vniuersorum opificis, vt & qui bene operari voluerint, laudãdi sint: & qui diuersam inierint viam, vituperãdi iustè ab omnibus. Hactenus Cyrillus. Et Isichius libro. 1. commentariorum super Leuiticum idem sentit: Exponens enim illud Leuiti- *Gregorius Nissænus. Cyrillus. Isichius.*

C ci: Vesiculam verò gutturis & plumas proiiciet, &c. sic ait: Admirabilis est legalium verborum subtilitas, non solùm quia differentias conuersationum describit, sed etiam quemadmodum quasdam conuersationes secundum legem, quasdam verò super legem significet. Secundum legem enim sunt boum & ouium oblationes, licet spontaneæ dicũtur. Secundum legem quare? Quia etsi offerre munus in potestatem offerentis dedit nimis rectè (liberi quippe arbitrii Deus hominem constituit) tamen quale offeratur, non iam voluntatis est, ne fortè mala offerantur. Hæc Isichius. Et Ioannes Damascenus libro secundo de fide orthodoxa, capite vigesimoquinto eandem assertionẽ docet, ita dicens: Relinquitur igitur, hominem ipsum agẽtem & facientem, principium esse propriorum operũ, & potestate arbitrióque liberum. Sin autem nullius principium actionis est homo, superfluè id habet, vt consultet. Nam ad quid vtitur consilio, si nullius sit actionis Dominus? Omne enim concilium alicuius actionis gratia est. Atqui optimum & honorabilissimum eorum quæ in homine sunt, asserere superfluum, absurdissimum profectò fuerit. Si igitur consultat, actionis gratia consultat. Nam consiliũ omne actionis gratia, & propter actionem. Hæc beatus Damascenus. Beatus Chrysost. homilia sexagesima super Matthæum elegantissimè, vt solet, hanc docet sententiam, dicens: Nam si malignitates à seipsis non sunt, noli tuos seruos castigare, nec vxorem si peccat increpa, nec liberos verbera, nec amicos incusa, nec offendentibus inimicis offensus sis. Nam hi omnes nisi sponte delinquant, non punitione, sed miseratione digni sunt. Non possum, inquies, ita philosophari. Certè si non illorum culpa quicquã factum conspexeris, sed quadam alia necessitate incumbente, non poteris non ita philosophari. Nam quando seruus ægritudine oppressus iussa non fecerit, non modò non criminaris, verùm etiam valde commisereris. Quare tu ipse testimonium perhibes nonnihil ab ipso fieri. Et paucis interiectis, postea subdit: Verùm inde quoque ora istorum obruere facilè possumus (nam vndique veritatis affluunt adminicula) si eos interrogabimus, *Ioannes Damasce. Chrisost.*

D quam ob rem nunquam seruos criminantur si facie formosi non sint, si non proceri statura, si non quasi volucres in eundo, cæteraque huiusmodi: quia videlicet natura hæc, non voluntate conceduntur: immunis est ergo ipse eius culpæ, quam sibi iam natura inuexit, nec vllus vnquam huic orationi contradicet. Cùm igitur accusas, tunc ostendis profectò non à natura, sed à voluntate mala quippiam processisse. Nam si quæ minimè culpamus, ea naturæ delicta esse, aut saltem non voluntate, testamur: patet ea solùm culpari, quæ voluntate committuntur. Noli ergo peruersas in medium ratiocinationes inferre, nec sophismata, & orationis contextum telis aranearum viliorem. Hactenus Chrisostomus. Qui sic docet, vt etiam aduersarium conuincat. Hæc ergo testimonia citata sufficiant. Quòd si curiosus lector plura videre desideret, tũc illi ostendemus autores, à quibus illa capere possit. Ambrosius libro primo de vocatione Gentium, capite tertio, & libro primo de Iacob & vita beata, capite tertio. Augustinus tot locis hanc sententiam docet, & vbique adeò apertè, vt nesciam quem ex illis possim præferre. In libro de vera religione, capite decimoquarto. Et in tertio libro Hypognosticôn quasi per totum librum. Et contra Fortunatum Manichæum, disputatione secunda propè initium. Et contra Cresconium Grammaticum libro secundo, capite quinquagesimo primo. Denique opus elegans scripsit de libero arbitrio, tribus partitum libris. Lactantius libro secundo diuinarum institutionum, capite nono. Ioannes Cassianus in libro de Collationibus patrum, collatione tertia, capite duodecimo, & collatione septima, capite octauo. Leo papa sermone decimo sexto de passione. Prosper Aquitanicus librum de libero arbitrio aduersus colluctatorem ædidit, in quo sic asserit nos egere gratia Dei, vt tamen liberum nostrum arbitrium asserat. Theophylactus sæpissimè hoc docet, præcipuè tamen super Lucam exponens parabolam illam de homine habente duos filios, quorum vnus prodigus petiuit à patre portionem substantiæ suæ. Beatus Bernardus sæpe, specialiter tamen in libro de gratia & libero arbitrio. Beatus Anselmus super epistolas Pauli, exponens illud secundæ ad Timothæum: Cognouit Dominus qui sunt eius, &c. Scripsit etiam specialem tractatum de libero arbitrio, & alium de gratia & libero arbitrio. Ecce vides tantam testimoniorum multitudinem pro assertione liberi arbitrij. Nunc quæso te lector, cui potius credendum putas, tot clarissimis viris sanctitate perinde ac doctrina illustribus, aut vni Luthero, aut Ioanni Vviclepho, vel horum parenti Petro Abailardo? Ego illorum illustrium virorum cuilibet plus tribuo, quàm mille Vviclephis aut Lutheris. Et certè etiam si nullum scripturæ sacræ testimonium adesset, nullusque sacrorum doctorum nos de hac re docuisset, natura ipsa nos docet humanum arbitrium esse liberum: quoniam ea libertate secluſa perit omnis prouidentia, perit omnis consultatio, frustra fiunt leges, immeritò bonis præmium, & malis pœna deputantur. *Ambro. Augustin. Lactãti. Cassian. Leo papa Prosper. Theoph. Bernard. 2. Tim. 1.*

A

Peior certè esset hominis conditio, quàm cuiuslibet bestiæ, immò quàm lapidis & cuiuslibet stipitis. Nam his rebus nemo imputat peccatum aut vituperium aliquod, eò quòd necessariò & à natura faciunt quicquid faciunt. Homini verò, qui iuxta istorum hæreticorum sententiam, cùm peccat, necessariò peccat, rependitur pro peccato suo non solum vituperium & pœna tempotalis, sed æterna damnatio, si peccatum non fuerit illi dimissum. Præterea si hæc hæreticorum assertio vera esset, iam non esset dicendus Deus pius & misericors, sed crudelis tyrannus. Nònne iniquus & crudelis tyrannus meritò diceretur, qui præordinet vt subditi sui debiles & infirmi cum hostibus multò illis fortioribus dimicét, & vincantur, & ob id victos postea increpet, & supplicium ab illis exigat? Quis est autem adeò impius, vt hęc audeat Deo impingere? Ego enim cum Propheta cantabo: Iustus es Domine, & rectum iudicium tuum, & omnes viæ tuæ veritas. Mentiuntur ergo isti impij hæretici, vituperantes naturã humanam, & eam vsq; ad bestias & cætera animantia deiicientes, & diuinam bonitatẽ blasphemãtes, qui peccata nostra non in nostrã voluntatem, sed in diuinam prædestinationem referunt. Denique hæc hęresis est per apertam Ecclesię definitionem damnata. Nam Cõcilium Arausicanũ cap. 13. suorum decretorum, ait: Arbitrium voluntatis in primo homine infirmatum nisi per gratiam baptismi nõ potest reparari. Quod amissum, nisi à quo potuit dari, nõ potest reddi. Vnde ipsa veritas dicit: si vos filius liberauerit, tunc verè liberi eritis. Hęc concilium Arausicanũ. In quibus verbis id potissimum annotandũ est, quod concilium non dixit, arbitrium hominis per peccatum fuisse omnino sublatum: sed tantùm dixit, esse infirmatum, & postea per gratiam baptismi posse reparari. At quod infirmatum est, aliquam potentiam, quamuis non integram, habet. Per gratiam autem baptismi reparatum habet integram ad bonum potestatem, iuxta illud quod Paulus ait. Omnia possum in eo qui me confortat. Sed multò copiosius & apertius de hac re definiuit concilium Tridentinum sub Paulo tertio celebratum, quod in sessione sexta tres pro hac re ædidit canones, videlicet quartum, quintum, & sextum, quorum verba sunt quæ sequuntur. Si quis dixerit, liberum hominis arbitrium à Deo motum & excitatum, nihil cooperari, assentiendo Deo excitanti, atque vocanti, quo ad obtinendam iustificationis gratiam, se disponat ac præparet, neque posse dissentire si velit, sed velut inanime quoddam nihil omnino agere, mereque passiue se habere, anathema sit. Si quis liberum hominis arbitrium, post Adæ peccatum amissum & extinctum esse dixerit, aut rem esse de solo titulo, imò titulum sine re, figmentum denique à Sathana inuectum in Ecclesiam, anathema sit. Si quis dixerit non esse in potestate hominis vias suas malas facere, sed mala opera ita vt bona Deum operari, non permissiuè solùm, sed etiam propriè, & per se, adeò vt sit eius proprium opus, non minus proditio Iudæ, quàm vocatio Pauli, anathema sit. Sed opus est vt aduersariorum obiectionibus respondeamus. Primò nobis obiiciunt illud quod Christus apud Ioãnem ait: Sine me nihil potestis facere. Quid est hoc nihil (inquiunt) quod sine Christo facit liberum arbitrium? Si dicas quod potest præparare per opera moraliter bona ad gratiam suscipiendam, mira est, inquit Lutherus, præparatio quæ per nihil fit. Respondeo quòd nugacissimo sophismate agit rem suam Lutherus, qui toties sophistas irridet: quoniam iuxta hunc modum argumentandi liceret etiam colligere, nullam causam etiam naturalem aliquid posse producere, cùm cõstet nullam talem sine Deo posse aliquid producere. Tunc quæram, quod est illud nihil, quod sine Deo potest facere? Et si ergo nulla creatura possit aliquid sine Deo, non tamen inde licet colligere, vt non possit aliquid etiam cum Dei adiutorio: sicut gratia exempli, vir sine fœmina non potest generare, non tamen inde sequitur, vt etiam cum fœminæ adiutorio generare non possit. Fatemur ergo Deum sic adesse libero arbitrio, & reliquis omnibus causis, vt sine eius adsistentia & cõcausatione nihil agere valeant, quæ tamen cum ipsius adiutorio proprios motus agere possunt. Liberum tamen arbitrium vt bene agat, speciali quodam eget auxilio diuino, sine quo etsi agere possit, non tamen bene. Et hoc est illud nihil, quod sine Deo, id est, sine eius gratia nostrum potest liberum arbitrium. Solenne est enim sacris literis, vt ea quæ memoria vitæ æternæ non sunt, nihil appellent. Sic enim Paulus in Priore ad Corinth. epistola ait: Circũcisio nihil est, & præputium nihil est, sed obseruatio mandatorum Dei. Et iterum: Si habuero prophetiam & nouerim mysteria omnia, & omnem scientiam, & si habuero omnem fidem, ita vt montes transferam, charitatem autem non habuero, nihil sum. Nihil ergo sine Deo possumus facere, quia sine eius cõcausatione nulla creatura potest aliquid facere: quoniam etsi diuisiones operationum sunt, idem tamen est Deus, qui operatur omnia in omnibus. Habita etiam hac generali Dei adsistentia & concausatione, nihil, hoc est, nullum opus meritorium potest facere liberum arbitrium sine speciali dei auxilio, hoc est, sine gratia Dei, per quam, quis habet vt possit viram æternam mereri: iuxta id quod Paulus ait: Gratia Dei vita æterna. Hæc ergo gratia secluſa, etsi multa possit nostrum liberum arbitrium cum Dei generali adiutorio, non tamẽ potest mereri, & ita nec fructum vitæ æternæ ex se producere. Et hoc est quod Saluator dixit: Qui manet in me, & ego in eo, hic fert fructum multum. Quis est qui manet in Deo, nisi qui habet gratiam eius? Qui manet in charitate (inquit Ioannes) in Deo manet. Hic ergo sic in Deo manens, qui videlicet gratiam Dei habet, fert fructum multum: quoniam vitam æternam, quæ adeò multa est, vt omnia cætera quæ desiderari possunt, huic non valeant comparari. Qui autem gratiam Dei non habet, non manet in Deo, & ideo non potest fructum vitæ æternæ ex se sine radice gratiæ producere: quapropter tanquam palmes infructuosas excidetur in morte, & in ignem inferni mittetur. Et hoc modo etiam intelligenda sunt alia multa in sacris literis. Scio Domine (inquit Hieremias) quia non est hominis via eius, nec viri est vt ambulet & dirigat gressus suos. Et Ioannes baptista dicebat: Non potest homo accipere quicquam, nisi fuerit ei datum de cœlo. Et Paulus Apostolus ait: Non quòd sufficientes simus cogitare aliquid ex nobis quasi ex nobis, sed sufficientia nostra ex Deo est. Et beatus Iacobus in sua canonica epistola ait: Omne datum optimum & donum perfectum de sursum est, descendens à

Psal. 118. *Cõcilium Arausicanum.* *Ioan.* 8. *Philip.* 4. *Cõcilium Tridentinum.* *Ioan.* 15. 1. *Cor.* 7. 1. *Cor.* 13. 1. *Cor.* 12. *Rom.* 6. *Ioan.* 15. 1. *Ioan.* 4. *Ioan.* 15. *Prouer.* 3. *Hiere.* 10. *Ioan.* 3. 2. *Cor.* 3. *Iacob.* 1.

dens à patre luminũ. Hæc enim omnia & alia similia, quæ plurima sunt, non tollunt arbitrii libertatem,
A sed ostendunt nostri arbitrii insufficientiã, quod sine Dei auxilio nõ potest aliquid facere. Quapropter circunspectissimè Paulus locutus est, quum dixit: Non quòd sufficiẽtes simus, &c. & omnis sufficientia nostra ex Deo est: vt apertè ostenderet se nõ tollere libertatem, sed eiusdem libertatis sufficientiam. Secundò obiiciunt nobis illud Saluatoris apud Ioãnem: Nemo venit ad me, nisi pater qui misit me, traxerit eum. *Ioan.6.* Per quæ verba (vt Lutherani aiunt) tota arbitrii libertas tollitur, quoniam liberũ arbitrium trahitur à Deo, & sine hoc tractu ire ad eum non potest. Tractus autem violentiam quandam dicit: non est ergo arbitrium hominis liberum. Respondeo falsum esse quod assumunt, hunc videlicet tractum diuinum esse violentiam aliquam, quoniã non est aliud quàm vocatio quædã interna, & exhortatio & monitio, qua monet & mouet voluntatem nostram ad bene operandũ. Huic autem vocationi & monitioni homo sæpè resistit inobediens existens, ex quo conuincitur talem vocationem non esse violentam. Nam & Dominus hanc hominum resistẽtiam accusat, dicens: Vocaui, & renuistis: extendi manum meam, & *Prou.1.* non fuit qui aspiceret. Despexistis omne consilium meum, & increpationes meas neglexistis. Fatemur ergo tractum patris per gratiam præuenientem, quo secluso nostrum arbitrium moueri non potest ad bonum operandum. Sed sic nos attrahens Deus, in nostra nos dimittit libertate, vt acquiescamus illi vocanti & monenti, aut obduremus corda nostra cùm eius vocem audierimus. Et in hoc est nostra libertas ad bonum, vt postquam Deus monuerit ad bonum, sit iam nobis liberum declinare ad id quod magis
B placuerit, siue bonum, siue malum. Ante monitionem tamen est nobis potestas ad malum, sed nõ ad bonum. Quę omnia multò diffusius atque apertius docuimus suprà in titulo de gratia, hęresi prima. Ad illum ergo locum mittimus lectorem: quoniam ibidem ostendimus concordiam gratiæ & liberi arbitrii, quo pacto sic inter vtrunque cõueniat, vt vnum non deroget alteri. Tertio obiiciunt illud Pauli in epist. ad Romanos: Non est volentis neque currentis, sed Dei miserẽtis. Et iterum: Ergo cui vult miseretur, & *Roma. 9.* quem vult indurat. Respondeo illa Pauli verba solùm esse accipienda de voluntate prædestinationis & reprobationis diuinę, quoniam toto illius capituli discursu de nulla alia re differit, quàm de prædestinatione & reprobatione diuina. Dicit enim Paulus prædestinationem illam diuinam, qua aliquos ab æterno præordinauit ad vitam æternam: non pẽdere ex nostris meritis, sed ex sola misericordia diuina, quæ sine nostris meritis ad tam grande bonum nos elegit. Et idem sentit de reprobatione, ea videlicet, quæ non est actus positiuus suæ voluntatis, sed sola priuatio prędestinationis, qua non vult ordinare aliquem ad vitam æternam. Hæc inquam reprobatio etiam fit sine nostris demeritis, sed per solam diuinæ maiestatis voluntatem, qua noluit hunc destinare ad gloriã. De qua re argui non potest, quia cùm nulli Deus debeat, nulli etiam facit iniuriam, cùm non dat quod non debet. Quòd si quis fortè de hoc murmurauerit aduersus Deum, & conqueratur quòd prædestinatus non fuerit, respondebit illi Dominus: Amice nõ facio tibi iniuriam, tolle quod tuum est, & vade. *Mat.20.* Alia autem reprobatio, quæ fit per actum positiuum voluntatis, per quam Deus aliquem ordinat ad pœnam æternam, nũquam fit sine demeritis: quoniam (vt ait Aug.) nunquam Deus est vltor, quin prius aliquis sit peccator. Verum etsi Deus absque vllis hominũ meritis & demeritis quosdã prædestinat ad vitam, & quosdã non vult prædestinare, talis ta-
C men prædestinatio & reprobatio nullam infert necessitatem operibus nostris, nec tollit arbitrii potestatem & libertatem. Nam post talem prædestinationẽ & reprobationem & electi & reprobi liberè agunt. Neque obstat, quòd talis prædestinatio sit infallibilis, vt propter hoc nostrũ arbitrium iuxta illam operari cogatur, quoniam qui præuidit finem prędestinatorũ, videlicet gloriam æternam, præuidit etiã media, per quæ talis finis est acquirendus: opera scilicet bona, quæ cum Dei adiutorio illi sunt operaturi. Ideo beatus Petrus admonet nos ad bona opera, ne videlicet nos eorum securos reddat diuina prædestinatio, sed potius vt operemur, quò ipsius prædestinationis finem consequi mereamur. Sic enim ait: Quapropter fratres magis satagite, vt per bona opera certam vestram vocationem & electionem faciatis. Et Paulus, qui certò sciebat se esse prædestinatum, diligentissimus erat bonorum operum executor. *2.Pet.1.* Qui enim sciebat repositam sibi esse à Deo iusto iudice coronam iustitiæ, castigabat corpus suum, & in seruitutem redigebat, ne fortè cùm aliis prædicasset ipse reprobus fieret. Ex quo argumento satis apertè *2. Tim.4.* conuincitur prædestinationem diuinam, nullam prorsus inferre necessitatem nostris operibus, aut in aliquo minuere nostri arbitrii libertatem. Alia autem argumẽta, quoniam debiliora sunt, omitto. Aduersus hanc hæresim post illos vetustos autores, quos suprà recensuimus, scripsit Ioannes Cochleus duos libros de libero arbitrio aduersus Philippum Melancton. Et Ioan. Ecchius aduersus Lutherum de eadem re scripsit satis, vt solet, diffusè. Ioannes Roffensis episcopus in eo opere quod contra Lutherum ædidit, vno integro articulo, videlicet trigesimo sexto, de hac re disputat. Illa etiam, quæ nos suprà in titulis de fato, de futuro contingenti, de gratia, diximus, valde huic loco seruire possunt.

D SEcunda hæresis est, quæ docet hominem post diuinam gratiam deperditam, non posse aliud facere quàm peccatum. Huius hæresis autor est etiam Lutherus dicens, quod arbitrium hominis destitu- *Lutherus.* tum gratia Dei, quanto magis nititur tanto grauius peccat. Hæc hæresis ex his quæ nunc proximè docuimus prosternitur: quoniam si hominis arbitrium ex se & ex sua conditione liberum est, non potest per quodcunque aduenies peccatum suam libertatem amittere, & per consequens etiam cùm in peccato fuerit, poterit, sicut peccare, ita & peccatum vitare, & honum opus, quamuis non meritorium, operari. Hoc etiam specialiter conuincunt quædam testimonia ex illis quæ suprà produximus, vt est illud: Dedit eis potestatem filios Dei fieri, his qui credunt in nomine eius. Nam hæc potestas, vt diximus, ma- *Ioan. 1.* gis videtur esse collata peccatoribus quàm iustis: quoniam iusti per gratiam quam habent, iam sunt filij Dei, nec est eius opus vt iterũ fiant filii Dei. Et illud Apocalypsis vbi de Iezabele Deus ait: Dedi illi tem pus vt pœnitentiam ageret. Frustra datur illi tempus, si illa pœnitere nõ potest. Præterea frequẽtissimæ *Apoc.2.*

sunt in sacra scriptura monitiones, quibus peccatores exhortantur ad pœnitentiam præteritorum. Con-
Eze.18. uertimini, inquit Dominus, & agite pœnitentiam ab omnibus iniquitatibus vestris, & non erit vobis in
Iohelis.2. ruinam iniquitas. Et per alium Prophetam iterum ait: Conuertimini ad me in toto corde vestro. Et ipse-
Matt.3. met Saluator ait: Agite pœnitentiam, appropinquabit regnum cœlorum. Frustrà autem monentur ad pœnitentiam peccatores, si nihil aliud quàm peccare possunt. Hæc hæresis damnata est in concilio Tridentino sub Paulo tertio celebrato, quod inter multos quos sessione sexta ædidit canones, septimũ contra hanc hæresim condidit in hac verborum forma. Si quis dixerit, opera omnia quæ ante iustificatio-
Cõcilium Tridentinum. nem fiunt, quacunque ratione facta sint, vere esse peccata, vel odium Dei mereri, aut quanto vehementius quis nititur se disponere ad gratiam, tanto eum grauius peccare: Anathema sit.

Iouinianꝰ Pelagius. TErtia hæresis docet liberum arbitrium post receptam baptismatis gratiam non posse amplius peccare. Hanc hęresim primus docuit Iouinianus monachus. Illam etiam impingit Augustin. in libro de A hæresibus Pelagio. Sed de hac hæresi iam suprà disputauimus in titulo de gratia, hæresi secunda: & ex his quæ nunc proximè aduersus primã huius tituli hæresim diximus, satis apertè conuincitur, quoniam sicut peccatum non tollit arbitrii libertatem, ita nec gratia, quoniam libertas est naturaliter insita humano arbitrio, ita vt per nullum superueniens accidens tolli possit. Quò fit, vt sicut in peccato existens propter suæ libertatis potestatem poterat aliud peccatum vitare, ita in gratia existens propter eandem arbitrii libertatem possit aliqua in posterum peccata committere. Et ita factum esse, vrgentissimis testimoniis comprobauimus suprà in titulo de gratia, hæresi secunda.

LINGVA.

PHilaster in suo libro de hæresibus censet esse hæresim dicere quòd ante Babel ædificationem fuerit solùm vna lingua: quoniam (vt ille ait) firmiter credendum est plures ante illud tempus fuisse linguas, quas tamen indito quodam à Deo spiritu omnes vsque ad illud tempus callebant. Quòd autem scriptura dicit terram fuisse vnius labii, ideo dictum putat, quia & si plura essent genera linguarum, om-
Genes.11. nes tamen se inuicem intelligebant: quia (vt ait) omnibus erant omnes linguæ notæ. Ego autem ab hac Philastri sententia tam longè absum, vt putem hæresim esse quod ille docet. Nam scriptura sacra tam apertè dicit vnicam tantum fuisse linguam, vt nihil manifestius dici possit. Erat, inquit, terra labii vnius. Si varietas linguarum erat in terra, non diceretur verè terram esse labii vnius, quamuis quilibet homo omnes linguas sciret. Nam etsi Italus intelligat Hispanũ, & Hispanus vice versa intelligat Italum, nullus tamen sanæ mentis negabit vanam esse illorum linguam. Nullus etiam dicet vnicam esse amborum linguam, cùm sit cuique illorum propria lingua. Intelligentia siquidem linguarum non valet efficere vt
Augustꝰ. duæ aut tres linguæ vna dicantur. Quò fit vt quamuis omnes se mutuò intelligerent, non possit dici ter- B ram fuisse vnius labii, si varietas linguarum erat. Præterea illa linguarum varietas superflua erat, si omnium linguas omnes callebãt. Lingua enim ad id solum inuenta est, vt per illam nostros conceptus manifestemus: quoniam (vt beatus Augustinus decimoquinto libro de Trinitate ait) verbum quod foris sonat, signum est eius verbi quod intus latet. Si ergo lingua vna satis omnibus erat vt suos quisque animi conceptus & affectus aliis innotescere faceret, quid opus erat tot superaddere linguas? Nunc autem post illud superbiæ peccatum quod in Babelis ædificatione monstratum est, non potest dici inanis & superflua hæc linguarum multitudo: quoniam ad retundendam illorum superbiam inducta est à Deo, & vsque hodie ad nostram etiam reprimendam superbiam seruata. Deinde scriptura sacra dicit tunc primum cùm Babel ædificari cœpit, cõfusum esse labium vniuersæ terræ. Quid est dicere labium tunc primum esse cõfusum, nisi quòd tunc est primò diuisum, & multiplex variumque factum? Nam vbi vnitas est, ibi confusio esse non potest: vbi autem multitudo, ibi est & confusio. Sed ante Babelis ædificationem non erat confusum labium vniuersæ terræ: ergo ante illud tempus non erat varium aut multiplex, sed vnicum duntaxat. Rursum hanc nostram sententiam docent omnes sacri doctores qui de hac re scripserunt: neque vnus est ex illis qui Philastri sententiæ faueat. Beatus Augustinus in libro de mirabilibus sa-
Augustꝰ. cræ scripturæ capite nono, sic ait: Cùm ad illud vsque tempus esset vnius linguæ cunctus populus vniuersorum qui ad tale opus venerat, linguas in diuersa verba diuisit, scilicet vt rectissimo arbitri iudicio, qui alto superbiæ tumore membra contempserat, in fragilissimæ substantiæ suæ modo sermonis vtique pœnam sentiret. Et hoc non in ipsis tantum patribus quod euenerat, fiebat: sed per omnes filiorum propagines talis vindictæ conditio pertransibat: vt qui æternam sibi posteritatis famam quærerent, C manſuram in illis posteritatibus ipsius præsumptionis per vniuersa venturi seculi tempora animaduersionem inuenirent. Hactenus Augustinus. Ex quibus verbis id potissimum annotandum est, quod in principio dixit linguas in diuersa verba fuisse diuisas, & non (vt Philaster ait) in diuersam linguarum
Eucheriꝰ. præexistentium notitiam. Eucherius Lugdunensis episcopus libro secundo super Genesim capite septimo, ita ait: Eo autem tempore quando linguarum facta est varietas, in sola domo Heber quæ antea fuit, lingua remansit. Hæc Eucherius. Ex quibus verbis apertè satis constat illum sentire vnam solam tunc fuisse linguam, videlicet Hebraicam. Neque pro hac re opus est plura citare testimonia, sed
Iosephus. Sibylla. vnum solum, quod maximi est ponderis, proferam, nempe Sybillinum. Nam Iosephus libro primo Antiquitatum capite nono, hæc quæ sequuntur verba Sibyllam dixisse refert. Cùm omnes homines vnius vocis existerent, quidam turrim ædificauerunt excelsam, tanquam ascensuri per eam in cœlum. Dii verò immittentes ventos, euerterunt turrim, & vocem propriam vnicuique partiti sunt: & propterea Babyloniam vocari contigit ciuitatem. Hæc Sibylla. In quibus verbis annotare oportet quod dixit vocem propriam cuique esse partitam: & nõ dixit esse vnicuique datam propriam antiquæ vocis cognitionem. Firmiter ergo credendum est vnam solum ante Babel ædificationem fuisse linguam. Philaster autem ex

praua

praua ſcripturæ intelligentia deceptus eſt. Nam antequam de huius turris ædificatione ſcriptura loqui inciperet, cùm ſeptẽ filios Iapheth per ordinem recẽſeret, hæc dixit: Ab his diuiſæ ſunt inſulæ gentium in regionibus ſuis vnuſquiſque ſecundum linguã & familias ſuas. Quæ verba non intelligens Philaſter *Geneſ.10*
D eſſe per anticipationem dicta, putauit iam tunc fuiſſe plures linguas antequã Babel ædificaretur. Oportebat tamen illum meminiſſe ſacrę ſcripturæ morem eſſe aliqua per anticipationem narrare: vt ſcilicet antequam facta fuerint, quodammodo & perfunctoriè narrentur, vt poſtea ſuo ordine res quęq; geſta largius deſcribatur. Hæc enim vna eſt & non minima ex Ticonij regulis pro ſacræ ſcripturę intelligentia, quas beatus Auguſtinus in libro de doctrina Chriſtiana impenſe laudat. Superius enim ſacra ſcriptura per anticipationem dixerat vnunquenque populum ſuam linguam habuiſſe, nec tamen dixerat quo pacto, ſed pertranſiit ad aliorum filiorum Noë progeniem deſcribendam: deinde verò ad id quod omiſerat rediens, narrat quomodo vel ob quam cauſam diuiſio vel confuſio linguarum multarum facta fuerit, & dicit: Erat autem terra labii vnius, & cætera. Et hunc eſſe verum literæ ſenſum, docet beatus Auguſtinus lib. 16. de Ciuitate Dei, cap. 4. ſic inquiens: Cùm ergo in ſuis linguis iſtæ gentes fuiſſe referantur, redit tamen ad illud tempus narrator, quando vna lingua omnium fuit: & inde iam exponit quid acciderit vt lingarum diuerſitas naſceretur: Et erat, inquit, omnis terra labium vnum: & vox vna omnibus. Hęc Auguſtinus. Et quidem pro hac re ſatis me dixiſſe arbitror, hoc ſolo contentus, ſi prius monuerim lectorem, vt animaduertat quàm periculoſum ſit leuiter de hæreſi pronunciare. Nam Philaſter vir alioqui doctus, & pro fide Catholica pugnans, cum alios de hæreſi notat, ipſe in errorem labitur, aſſertionem verè Catholicam damnans. Nec miror: quoniam (vt eſt in Prouerbio) bonus quandoque dormitat Homerus. Sed neque ipſe Philaſter (vt beatus Auguſtinus de illo refert) homo admodum doctus erat: propter quod in ſuis cenſuris facilius errare potuit. *Gen.1. Auguſt.*

FINIS LIBRI NONI.

A F. ALFONSI DE CASTRO ZAMOREN. MINORITAE ADVERSVS HÆRESES, LIBER DECIMVS.

MALVM ET MALITIA.

IVXTA Ariſtotelis præceptum, omne æquiuocum prius eſt in ſua diuerſa ſignificata partiendum, & poſtea de eorum quolibet ſeorſum loquendum. Cùm ergo hæc vox malum, aut hæc vox malitia, multa ſignificet in ſacris literis, oportet vt prius quàm de eius ſignificatis loquamur, oſtendamus multiplicem illius ſignificationem. Eſt enim multiplex malum, & omne tale aduentitium aut accidentale. Nam quòd nulla res ſit mala ex natura, iam ſuprà contra impium Manichæum Deo autore euicimus, in titulo de Creatura, hæreſi ſecunda. Malum ergo quod accidit rei, duplex eſt. Nam quoddam eſt malum culpæ: aliud eſt malum pœnæ, quod mea ſententia rectius dici poſſet damnum. Iuxta hanc ergo mali partitionem etiam partitæ ſunt hæreſes quæ de malo loquuntur.

B PRima ergo hæreſis dicit malum eſſe à Deo, & Deum facere malá. Huius hareſis autor fuit Florinus quidam, à quo Floriani dicti ſunt. Hic Florinus fuit tempore Commodi Imperatoris, & Papæ Eleutherij. Florinum in eodem errore imitatus eſt quidam alius nomine Blaſtus. Et aduerſus hos duos hæreticos (vt teſtatur Euſebius Cæſarienſis libro quinto hiſtoriæ Eccleſiaſt. cap. 20.) ſcripſit beatus Irenæus: ad Blaſtum de ſchiſmate librum vnum: ad Florinum de Monarchia, & quod Deus non ſit autor malorum, librum alium. Hunc eundem errorem poſtea ſuſcitarunt Seluciani & Hermiani à Seleuco & Hermia autoribus ſic appellati. Hi dicebant malum aliquando eſſe à Deo, aliquando à materia. Hunc errorem apertiſſimè damnat ipſe veritatis magiſter, dicens: Non poteſt arbor bona fructus malos facere. Aut ergo Deus bonus non eſt, aut mala producere non poteſt. At Deus bonus eſt, imò ille ſolus bonus eſt: quoniam ex ſe & à ſe bonus eſt: ergo ille mala facere non poteſt. Præterea: Paulus Apoſtolus in ea quæ eſt ad Romanos epiſtola, ait: Si radix ſancta, & rami. At nullus verè poteſt dici ſãctus niſi Deus, qui ſolus eſt ſanctus, ſicut & ſolus Dominus. Nam de hoc duo Seraphin clamabant alter ad alterũ. Sanctus, Sanctus, Sanctus Dominus Deus Sabbaoth. Si ergo Deus ſanctus, quî fit vt rami ab eo procedentes mali ſint? Non enim fallitur Apoſtolus, dicẽs: Si radix ſancta, & rami. Rurſum: Si Deus eſt cauſa malorum, aut malorum quæ à natura ſunt mala, aut aliorum malorum quæ ſunt contraria iuſtitię & rectitudini, quæ alio nomine vocantur vitia & peccata. Mala ex ſua natura nulla eſſe, ſuperius in titulo de Creatura contra Manichęum oſtendimus. Quòd ſi nihil eſt à natura malum, & Deus (vt Florinus ait) eſt autor malorum, neceſſe eſt vt ſit autor vitiorum & peccatorum noſtrorum, & per conſequens perditionis noſtræ. Verùm huic ſententiæ ipſemet contradicit, qui per Prophetam Oſeam ait: Perditio
C tua ex te Iſraël, tantummodo in me auxilium tuum. Et certè ſi Deus eſſet cauſa noſtrorum malorum nimis iniuſtus eſſet, ſi nos puniret propter mala quæ ipſe operatus eſt. At cùm Deus puniat peccatores, & iuſtiſſimè hoc faciat, qui iuſtus eſt, & iniuſtè nihil agere poteſt, conuincitur inde apertiſſimè illum *Florinus. Blaſtus. Seleucus Hermias Matt.7. Rom.11. Eſa.6. Oſee.13.*

Roma.9. non esse causam nostrorum malorum. Sed hic quispiam fortasse obiiciet nobis illud Apostoli: O homo tu qui es qui respondeas Deo? Nunquid dicet figmentum ei qui se finxit, quid me fecisti sic? An non habet potestatem figulus luti ex eadem massa facere aliud quidem vas in honorem, aliud verò in cõtumeliam? Ex quibus verbis fortè alicui videbitur Paulũ asserere mala esse à Deo, cùm dicat Deum fecisse aliqua vasa in contumeliam. Sed hoc non ita se habet. Pro cuius clariori intelligẽtia id prius admonere oportet, solenne essẽ in sacris literis permissionem Dei actionẽ illius vocare, ita vt illa quæ Deus permittit, eundem agere dicat. Ego (inquit Deus) indurabo cor Pharaonis. Tunc enim Deus peccatorum corda obdurat, cùm illos pro magnitudine suæ bonitatis tolerat, non eos statim puniens, sed expectans ad pœnitentiam, propter cuius benignitatem & patientiam, qua peccatores abutuntur, illi redduntur quotidie peiores quemadmodum Dominus habens seruum improbum, quem humaniter & benignè tractans facit deteriorem. non quidem quòd Dominus seruum malitia imbuat, sed quòd seruus abusus sit Domini benignitate ad augendam suam malitiam.

Exod.4.

Indurare ergo dicitur Deus Pharaonẽ, quia permittit illũ indurari. Sic enim intelligendũ est illud quod Dominus per Ezechielem Prophetã ait: Loquens de Propheta respõdente peccatori interrogãti in malitia sua: Ego decipiam (inquit) prophetam illum. Decipiet quidem, non quòd notitiam fallacem in eo causet, sed quia permittet illum decipi, & hoc propter malitiam ipsius interrogãtis. Vnde ipse Dominus subiungit, dicens: Iuxta iniquitatem interrogantis, iniquitas prophetæ erit. Ad eundem modum etiam intelligendum est illud dictum Pauli Apostoli proximè citatum, quo ait Deum facere alia vasa in honorem, alia in contumeliam. Facit enim Deus omnia quantum ad eorum substãtiam, iuxta illorum autem bonitatem & malitiam vario modo se habet. Nam illorum bonitatem facit Deus cum libero illorum arbitrio, quod simul cum Deo operatur. Illorum verò malitiam Deus non operatur, sed solùm illorum liberum arbitrium. Deus ergo dicitur facere vasa in ignominiam, non quòd ipse fecerit illa ignominiosa, sed quia postquam Deus fecit vasa, id est, homines quantum ad eorum substantiam, illi Deo permittente lapsi sunt in ignominiam. Sic igitur accipiendum est, cum dicitur Deum facere vasa in contumeliam, vt facere ibidem cupiatur pro eo quod est permittere, sicut & in aliis pluribus scripturæ locis factũ esse comperimus. Et de hac hæresi hæc dicta sufficiant. D

Ezech.14.

Manicheus.

Cerdon.

Gnostici.

SEcunda hæresis docet aliquas esse creaturas ex se malas, & has dicit esse productas nõ à Deo summo bono, sed à quodam alio principio omnium malorum, quod dicit esse summum malum. Hæc hæresis tribuitur Manichæo velut primo illius autori, & hoc quia fortè ab illo magis innotuit, aut fortè quia magis sub illo prævaluit vt plures deciperet. Nam alioqui iniustè hæc hæresis tribueretur Manichæo velut illius parenti, cùm multo vetustior sit illius origo. Cerdon siquidem (vt ait Augustinus in libro de hæresibus capite vigesimoptimo testatur) duo posuit principia rerum, vnum bonum à quo bona, aliud malum à quo cuncta mala procedere dicebat. Ante Cerdonem docuerunt etiam hũc errorem ii hæretici qui vocati sunt Gnostici. Hoc enim illis tribuit Augustinus in libro de hæresibus capite sexto. Manichæus ergo dixit duo esse principia, vnum bonum à quo producta sunt bona, videlicet inuisibilia, & incorporea, prout sunt super cœlestes & angelicæ substantiæ, & animæ rationales. Alterum malũ, à quo (vt dicit) producta sunt omnia mala, & hæc dicit esse omnia corporea & visibilia. Contra hãc hæresim pluribus in locis iam suprà disputauimus. Nam in titulo de creatura, hæresi prima, ostẽdimus omnes creaturas esse productas ab vno Deo. Et hæresi secunda eiusdem tituli probauimus ex sacris literis aduersus eũdem Manichæum omnes creaturas esse bonas. Et in titulo de Deo, hęresi prima, cõuicimus aperrisimè ex sacris literis vnum esse Deum, qui vetus & nouum cõdidit testamentum. Ad illa ergo loca recurrat lector, quoniam ex illis satis apertè hæc hæresis prosternitur. Et si lector curiosus plura de hac re nosse cupit, petat ab Augustino, qui sæpissimè aduersus hanc hæresim disputat. In libro de libero arbitrio ostendit malum nullũ esse ex sua natura, nec à Deo, sed à nostro libero arbitrio. Hoc idem probat latissimè & efficacissimè in libro secundo de moribus Ecclesię. In disputatione quam habuit cum Fortunato Manichæo de eadem re tractatur. In libro de duabus animabus eandem rem agit. A

Coluthiani.

TErtia hæresis negat Deum facere aliquod malum, qualecunque illud fuerit. Huius hæresis autor (vt testãtur Philaster & Augustinus) fuit quidam Coluthus Ægyptius, à quo dicti sunt Coluthiani. Et quamuis Augũstinus de his Coluthianis scribens in libro de hæresibus capite sexagesimoquinto, subticuit patriam Coluthi illorum autoris: tamen Philaster expresit in suo libro de hæresibus.

Nullus tamen illorum prodidit quo tempore ille fuerit: neque apud aliquem alium inuenire potui.

Hæc sententia ideo de hæresi notatur, quoniam afflictiones & angustiæ mala vocantur in sacra scriptura, non quòd ex se mala sint, sed quòd sint aut videantur mala tolerantibus. Nocent certè aliqua ex parte afflictiones & cruciatus illis quibus infliguntur: ex alia tamen parte prosunt, cùm per illorum patientiã mali emẽdentur, & boni meliores fiant. Quia ergo genetali sententia Coluthus asserebat Deum non esse alicuius mali factorem, ideo velut hæreticus damnatur, & meritò, quoniam constat ex sacris literis afflictionem infligi à Deo, & hanc vocari malum. Nam per Esaiam Prophetam Dominus ait: Ego Dominus, & non est alter, formans lucem, & creans tenebras: faciens pacem, & creans malum. Malum hic dixit bellum, non quòd per se malum sit, sed quòd malum sit illis qui sustinent: malũ quidem, quia nociuum. Quòd autem nomine mali ibi intelligat bellum, cõuincitur ex literæ decursu, in qua est quædam contrariorum oppositio. Sicut enim tenebræ contrariæ sunt luci, sic etiam paci bellum. Ergo cùm paci opposuit malum, cõuincitur vt malum sit bellum. Præterea, per Hieremiam Prophetam hoc idem expressius Deus ostendit, sic dicens populo Iudæorum: Ecce ego inducã super eos mala, de quibus exire non poterunt. Et quòd mala ibi dixerit afflictiones, conuincit id quod sequitur: Clamabunt (inquit) ad me, & non exaudiam eos, & ibunt ciuitates Iuda, & habitatores Hierusalem, & clamabunt ad Deos quibus B

Esa.45.

Hiere,11.

quibus libant, & non ſaluabunt eos in tempore afflictionis eorum. Ecce apertiſſimè afflictiones dictas eſſe mala quædam, quæ Dominus minatur ſe inducturum ſuper ciuitates Iuda, à quibus dicit eas non poſſe ſaluari per auxilium Deorum quibus libabant. Rurſum, Ionas Propheta deſcribens qualiter Niniuitæ ad eius prædicationem pœnituerint, ait: Et vidit Deus opera eorum quia conuerſi ſunt de via ſua mala, & miſertus eſt Deus ſuper malitiam quam locutus fuerat vt faceret eis, & non fecit. Deinde, ipſe veritatis magiſter prohibens ſolicitudinem in craſtinum, ait: Craſtinus enim dies ſolicitus erit ſibiipſi: ſufficit diei malitia ſua. Hoc eſt, ſufficit cuique diei vt pro neceſſariis ad illum diē, tribulationem & anguſtiam toleret. Demum, apud Amos prophetam dicitur: Non eſt malum in ciuitate quod Dominus non fecerit. Per quæ verba innuere voluit nullam eſſe tribulationem aut anguſtiam quæ non veniat à Domino, illam aut faciente, aut permittente.

Ionæ.3. *Matt.6.* *Amos.3.*

QVarta hæreſis eſt quam inter alias Philaſter recenſet, quæ (vt ille ait) docuit malos reges, aut pſeudoprophetas non à ſua venire voluntate, ſed à Dei iuſſione procedere dicit. Sed huius hæreſis nullum indicauit autorem. Sit tamen quiuis huius ſententiæ autor: conſtat illam eſſe à fide Catholica alienam. Nam Hieremias ad Sedechiam regem Iuda & ad populum eius loquens, ait: Subiicite colla veſtra ſub iugo regis Babylonis, & ſeruite ei, & populo eius, & viuetis. Quare moriemini tu & populus tuus gladio, & fame, & peſte, ſicut locutus eſt Dominus ad gentem quæ ſeruire noluerit regi Babylonis? Nolite audire verba Prophetarum dicentium vobis: Non ſeruietis regi Babylonis: quia mēdacium ipſi loquuntur vobis: quia non miſi eos, ait Dominus: & ipſi prophetabant in nomine meo mendaciter, vt eiiciant vos, & pereatis tam vos quàm prophetæ qui vaticinantur vobis. Hæc Hieremiæ verba tam aperta ſunt ad huius hęreſis oppugnationem, vt non ſit opus interpretatione: quoniam de pſeudoprophetis loquens dicit Dominus quòd non miſerit eos. Et de malis regibus per Oſeam Prophetam loquens Dominus, ait: Ipſi regnauerunt, & non ex me: principes extiterunt, & nō cognoui. Quibus verbis decem tribubus Deus exprobat quòd Hieroboam & ſuccedentes illi reges præter Dei voluntatem reges inſtituerint, & illi citra Dei conſilium dominati ſint. Mali ergo reges nō à Deo mittuntur vt mali ſint, ſed ſuo ipſorum arbitrio mali fiunt. Verùm hic huius hæreſis autor nobis obiiciet quod in libris Regum legitur de Achia Propheta Silonite, quòd lacerauit palliū ſuum in duodecim ſectiones: ac decem quidem dederit Hieroboam, prædixeritque illi, Rex decem tribuum eris: & poſtea dehortans Roboam regem à bello quod parebat facere aduerſus Iſraëlitas vt illos ad ſuum imperium reduceret, dixit Deus: A me enim factum eſt verbum hoc, quibus verbis Deus teſtatus eſt ſe decem tribuum regnum tradidiſſe Hieroboam. Ergo ille ex Deo regnauit. Cui obiectioni nos reſpondemus quòd multa ſunt in ſacris literis quæ à Deo facta eſſe dicuntur eò quòd illa fieri permiſit, non quidem quòd præcedente Dei conſilio & voluntate facta eſſe credamus, ſed ex permiſſione, ita ſcilicet quòd malignis hominum voluntatibus obſtare noluerit, ſed illos ex proprio eorum arbitrio agere permiſerit. Sic enim accipiendum eſt quod de gentibus ait Paulus: Tradidit illos Deus (inquit ille) in deſideria cordis eorum, in immunditiā, vt contumeliis afficiāt corpora ſua in ſemetipſis. Tradidit dixit pro eo quod eſt permiſit. Deus enim nō eſt noſtrarū culparum autor: permittit tamen nobis ex noſtra ſentētia agere. Cùm autem ab illo dimittimur, in maxima quæque peccata labimur. Sic enim ipſe per prophetam teſtatur, dicens: Dimiſi eos ſecundum deſideria cordis eorum: ibunt in adinuentionibus ſuis. Sic etiam accipiēdum eſt quod de malo propheta, qui populo propter illius iniquitatem datus eſt, Dominus per Prophetam Ezechielem loquens, ait: Et propheta cùm errauerit, & locutus fuerit verbum, ego Dominus decepi prophetam illum. Non eſt enim veriſimile vt Deus qui tam ſtrictè deceptiones & fallacias hominibus prohibuit, ipſe decipere velit. Propter quod id quod ait, decipi prophetam illum, ſic accipiendum eſt, quòd illum decipi permiſit, nec illum docere voluerit. Sic etiam cùm dixit: A me factum eſt verbum hoc, videlicet vt Hieroboam decem tribubus imperaret: permiſſionem diuinam intellige. Quando verò dixit. Ipſi regnauerunt, & non ex me: principes extiterunt, & non cognoui: ſic accipere debes, quòd non Dei conſilio aut præcepto factum ſit. Sed vt iſta apertiora ſint, admonere decreui quòd duo oporteat cōſiderare in quolibet malo propheta, & in malo rege. Alterum eſt propria illius nequitia: alterū eſt quòd malus ille exiſtens aliis prophetet aut regnet. Primum, videlicet regis aut prophetæ culpa, nunquam eſt à Deo. Et ſi de hoc intelligit hæc ſententia quæ docet malos reges aut prophetas eſſe à Deo, ita vt ſentiat iſtorum peccatum eſſe à Deo: non ſolum eſt hęreſis, ſed aperta in Deum blaſphemia. Alterum eſt quòd cùm rex aut propheta ex ſe, hoc eſt à ſuo arbitrio iam malus ſit, Deus illum mittit vt prophetet aut regnet populo alicui malo propter ſua peccata. Ille autem ſic miſſus, non à Deo mittitur vt prophetando decipiat, aut regnando tyrannidem exerceat: ſed poſtquam illum ſuo arbitrio malum factum Deus mittit ad aliquod bonum, ſinit illum iuxta ſuam malitiam agere, vt ſic populum puniat. Et quidem hoc verum eſt. Nam (vt ait Iob) Deus regnare facit hypocritam propter peccata populi. Non facit Deus illum hypocritam: ſed cum ille iam ſit hypocrita & malus, illum Deus regnare facit propter peccata populi. Et per Eſaiam Prophetam Dominus ait: Væ Aſſur, virga furoris mei, & baculus ipſe eſt, in manu eius indignatio mea. Ad gentem fallacem mittam eum, & contra populum furoris mei mandabo illi vt auferat ſpolia, & diripiat prędam, & ponat illum in conculcationem quaſi lutum platearum. Ipſe autem nō ſic arbitrabitur, & cor eius nō ita exiſtimabit. Vide hîc qualiter Deus miſerit Aſſur, quamuis ille ſe à Deo miſſum non intellexit. Et apoſtolus Paulus ait: Eò quòd charitatem veritatis nō receperunt, vt ſalui fierent, ideo mittet illis Deus operationem erroris, vt credant mendacio: vt iudicentur omnes qui non credunt veritati. Et iuxta hunc ſenſum non eſt hæreſis dicere malos reges à Dei voluntate venire, ſicut aliàs in titulo de poteſtate dicemus.

Oſeæ.8. *3.Reg.12.* *Roma.1.* *Pſal.80.* *Ezech.14* *3.Reg.12.* *Oſeæ.8.* *Iob.54.* *Eſaiæ.10.* *2.Theſ.2.*

MARIA VIRGO.

Eluidius. NON est mirum si Dei genitricis honorem hæretici conati sunt minuere, cùm etiam ipsius Dei nomen non sint veriti polluere. Eluidius ergo vnus ex his qui in insipientia sunt deprehensi, asseruit beatam Dei genitricem post Christi natiuitatem fuisse carnaliter cognitam à Ioseph viro suo. Ad quem errorem docendum motus est ex eo quod apud Matthæum dicitur: Antequam conuenirent, inuenta est in vtero habens. Et iterum: Non cognouit eam Ioseph donec peperit filium suum primogenitum. Ex quibus locis Eluidius colligit Dei genitricem postquam peperit Christum, esse à Ioseph cognitam carnaliter, eamque peperisse filios alios quos (vt ait) Euangelium appellat fratres Christi. Nam apud Matthæum dicunt Iudæi Christo: Ecce mater tua & fratres tui foris stant quærentes te. Verùm Eluidius ex litera perperam intellecta in hunc errorem lapsus est.

Mat.1. *Matt.17.*

Cuius autem patriæ aut nationis fuerit, mihi nõ cõstat. Hoc solum ex Gennadio agnoui illum fuisse Auxentii discipulum, & Hieronymo coæuum.

Antidicomaritæ. Iouinian⁹ Huius hæresis fautores vocati sunt Antidicomaritę. Hunc errorẽ impingit etiam Iouiniano Augustinus in libro de hęresibus. Hieronymus tamen qui duobus libris contra Iouinianí errores pugnat, nũquam huius meminit. Primò ergo Dei genitricis virginitatem ostendamus: deinde respondebimus Eluidii obiectionibus. Ad ostendẽdam Marię virginitatem perpetuam, etsi scripturę sacræ locus apertius deficiat, nõ desunt tamen alia testimonia æquè aut paulò minus efficacia. Ecclesiæ nanque autoritas nõ minoris est põderis quàm sacra scriptura, quoniã sicut sacra scriptura, eò quòd à sancto spiritu est cõdita, errare nõ potest, ita Ecclesia, quoniam à Spiritu sancto regitur & docetur, nec fallere nec falli potest. C Ecclesia autem sentit Dei genitricem fuisse perpetuò virginem quoniam sic eam vbique terrarũ prædicat, vt nomine virginis intactæ & intemeratæ semper illam appellet. Prętерea concors omnium sacrorũ doctorum sententia (vt supra libro primo docuimus) pro vera fide habenda est, quoniam nõ esset possibile vt omnes concorditer sentirent, nisi à Spiritu sancto vno illorum omnium doctore atque rectore fuissent edocti, potissimum cùm plures eorũ fuerint abinuicem loco & tẽpore separati, ita vt nec vnus alium nouerit, nec illius opera viderit: quapropter fieri nõ poterat vt omnes cõcorditer sentirent, si Spiritus sanctus cõmunis eorum magister illorum intellectus ad sic sentiendum non illustrasset. Quòd autem omnes sacri doctores sentiant beatam Dei genitricem fuisse semper virginem, res est tam aperta, vt non sit opus eorum testimonia impræsentiarum adferre, quoniam vix aliquem librum sermonum ad populum reperies, in quo non sint plurima sacrorum doctorum pro hac re testimonia. Et hoc non solùm sensêre Latini, sed idem etiam clamant Græci scriptores. Hoc enim sentit Theophylactus Græcorum recentissimus, idem sæpe clamat Damscenus, idem docet Chrysostomus, idem sentit Basilius, præcipue in quodam sermone de humana Christi generatione. De Origine non est opus dicere, quum in plerisque locis eam prædicet virginem perpetuam. Beatus Irenæus Lugdunensis episcopus temporibus Apostolorum valde vicinus, qui fuit discipulus Polycarpi martyris: is inquã nunquam Dei genitricem (quod sciamus) appellat nisi nomine virginis. Et vt vnum è multis locis ostendam, libro tertio aduersus D hæreses cap. 23. & sequentibus sæpe illã virginem appellat. Beatus Ignatius, cuius aliquod extant epistolæ ad Deiparam virginem, eam fuisse virginem sæpissimè testatur. Deinde non solum doctores hoc sentiunt, sed totus populus Christianus Spiritu sancto impellente in hanc sententiam flectitur. Quid ergo impii hęretici contra omnium sacrorum doctorum & totius populi consensum docere tentant? Oportet ergo vt (quemadmodum de Ismaele hæreticorum typo dicitur) manus omnium catholicorum cõtra Eluidium leuentur, quia ille manus contra omnes leuare tentauit. Omitto hic figuras & ænigmata in quibus sacra scriptura perpetuam Mariæ virginitatem prodidit, quoniam hæc (vt in primo libro docuimus) parum valent ad conuincendos hæreticos. Rursum, si beata Dei genitrix postquam Christum peperit (vt Eluidius ait) cognita est à viro suo, & genuit filios, quare Christus moriens non commendauit eam alicui ex aliis filiis? Iniuriam nanque fecisse videretur aliis filiis, commendando matrem suam alii quàm filio, quoniam per hoc diceretur parum confidisse de filiis quòd debitum matri exhiberent obsequium. At cùm ii quos Eluidius asserit fuisse filios virginis, viri fuerint sanctissimi, credendum erat eos solicitam curam acturos pro Dei genitrice si illorum mater fuisset. Nam (vt de cęteris taceam) Iacõbum, qui dictus est frater Domini, constat virum fuisse sanctissimum. Si ergo hic filius fuisset Dei genitricis, non erat opus illam Ioanni commendare, neque Christus vnquam illam Ioanni commendasset, quoniam hoc in inuidiam aliorum filiorum factum esse videretur. Præterea, in sepulchro Christi sicut nec ante, ita nec post Christum quisquam alius positus est. Si ergo corpori Christi defuncti talis exhibitus est honor, vt nullus alius in eius sepulchro positus fuerit propter illius reuerentiam, multo maior honor oportet fuerit ventri virginis exhibitus, vt nec ante Christum nec postea vllus hominum ventrem ipsius intrauerit, præcipuè quòd in ea non solùm corpus Christi defuncti, vt in sepulchro, in A quo solùm corpus absque anima, deitati tamen coniunctum, iacuit, sed totus Christus integer reconditus fuerit. Accedit ad hæc etiam testimonium illud Matthæi quod nobis obiicit Eluidius. Suo enim ipsius gladio ipsum Eluidium tanquam alterum Goliath transfigere oportet. Sic enim ait Matthæus: Non cognouit eam Ioseph donec peperit filium suum primogenitum. Tunc percontari oportet Eluidium, quare Ioseph abstinet à tactu virginis vsque ad diem partus? Certum est eum nõ alia de causa abstinuisse nisi ob reuerentiam eius qui in vtero virginis gestabatur. Audierat nanque Ioseph angelum sibi in somnis dicentem: Quod in ea natum est, de spiritu sancto est. Qui ergo propter angeli vocem sibi in somno factam abstinet, nónne multo magis abstinebit cũ oculis suis innumera videat miracula quæ pueri nati

Gene.16. *Ioan.19.* *Matt.1.* *Ibidem.*

maiestatem

maieſtatem & diuinitatem,& matris dignitatem apertiſsimè ipſi Ioſeph demonſtrabant? Ioſeph nãque videt eam præter communem aliarum mulierum legem pariẽtem ſine dolore,ſine obſtetrice,audit multitudinem angelorum cantantium & dicentium: Gloria in altiſsimis Deo. Videt paſtores clamantes, Magos adorantes. Cùm hæc ergo & alia plurima vidit poſt partum: credendum eſt tunc magis reueritum fuiſſe virginem Deiparã,magiſque ab illa abſtinuiſſe,quam ante partum. Nam ſi prohibentur omnes ne tangant montem in quem Moyſes recepturus legem aſcendit, eò quòd ibi apparuit Dominus, quanto magis erit prohibitum Ioſeph tangere virginem glorioſam, quæ eſt mons ille vnde abſciſſus eſt lapis ſine manibus Chriſtus Deus noſter? Sed iam opus eſt vt reſpondeamus Eluidii obiectionibus. Sic
B enim argumentatur: Matthæus dicit quòd antequam conuenirent,inuenta eſt in vtero habens: ſequitur ergo quòd poſtea conuenerunt: nam aliàs non eſſet inuenta antequam conuenirent, quoniam vox illa, antequam, videtur dicere quendam reſpectum ad ſequentia. Huic autem reſpondemus non ita eſſe vt ſemper illa vox,antequam,dicat reſpectum & comparationem ad futura quæ venient, ſed ex communi modo loquendi ſæpe dicitur per comparationem ad ea quæ ventura erant ſi alio modo eorum euentus non fuiſſet prohibitus: vt gratia exempli, ſi quis vellet aliquid ab alio quopiam petere, & ille alio etiam non petente ſponte tribuiſſet, & ſi ſic non dediſſet ille, alius re vera petiturus erat, ſed ideo non petiit, quia ille ſponte donãs præuenit petitionem alterius: tunc ſi petatur ab illo vtrum petiit quod petere decreuerat: reſpondebit quòd non. Si petatur quare non petiit, reſpondebit, dicens: Quia antequam ego peterem,alius donauit. Et tamen poſtquam vnus donauit,alter non petiit. Dicitur tamẽ eſſe datum ante petitionem,quia etſi non petiit,petiturus tamen erat niſi alter donando præueniſſet petitionem. Neque hunc modum loquendi abhorrent ſacrę literæ. Nam apud Eſaiam Prophetam Deus ait: Antequam clament,ego exaudiam. Quia enim multa concedit Deus nobis non petẽtibus,dicitur exaudire nos antequam clamemus. Et tamen ibi illa vox,antequam,non dicit reſpectum ad futura, quoniam nullus clamat poſtquam exauditus eſt. Nullus enim adeò demens eſt, vt petat id quod iam ſibi donatum eſt. Ad hunc modum dicitur in Matthæo quòd antequam conuenirent, inuenta eſt in vtero habens, quia etſi poſtquam inuenta eſt,nunquam cõuenerint, tamen fortè Ioſeph voluiſſet coire cum ea niſi prius ab angelo fuiſſet admonitus de admirabili virginis imprægnatione. Secundo obiicit Eluidius illud Matthæi quod de Ioſeph ait: Non cognouit eam donec peperit filium ſuum primogenitum. Si nõ cognouit eam (inquit Eluidius) donec peperit,ergo poſtquam peperit,cognouit eam: nam aliàs non poſuiſſet terminum dicens,donec peperit, ſed abſolutè dixiſſet, non cognouit eam. Huic obiectioni etiam reſpondemus falſum eſſe quod ait aduerbium illud,videlicet donec,ſignificare terminũ & finem actus deſignati
C per verbum cui additur,ita vt poſt talem finem iam poſtea non ſit tale opus aut operatio per verbum cui additur,deſignata. Sed dicimus quòd talia aduerbia,videlicet,donec,vſque,& ſimilia ſi qua ſunt,ſolum ſignificant continuationem actus per verbum cui adduntur deſignati, nullo habito reſpectu ad futura, ſiue ille idem actus poſtea ſuccedat,ſiue non. Si enim de Petro, qui ex Hiſpania vſque in Flandriam receſſit,quæratur,quò iuit Petrus? verè quiſque reſpondere poteſt quòd iuit vſque Lutetiã,aut vſque Burdegalim,aut vſque Baionã,etiam ſi vltra hæc oppida progreſſus fuerit. Et hic modus loquendi frequens eſt in ſacris literis. In Eſaia nãque ſic loquitur Deus: Vſque ad ſenectam ego portabo eos. Et tamen poſtquam ſenuerimus,nõ minus portabit nos. Et in Pſal. 70. Vſque in ſenectam & ſenium Deus ne derelinquas me,donec annũciem brachium tuum generationi omni quæ ventura eſt. Ecce ibi vides poſita ambo aduerbia,videlicet vſque,donec,& tamen poſt illa tẽpora non petit Dauid derelinqui. Et apud Matthæum ait Chriſtus: Ego vobiſcum ſum vſque ad conſummationem ſeculi. Ex quibus verbis iuxta Eluidii interpretationem oporteret colligere quòd conſummato ſeculo Chriſtus non erit nobiſcum. Abſit tamen vt in talem errorem vllus labatur. De coruo,quem miſit Noë ab arca, dicitur quòd non reuertebatur donec ſiccarentur aquæ,qui tamen nunquam poſtea fuit reuerſus,etiam ſiccatis aquis. Et in Pſalmo: Oculi noſtri ad Dominum Deum noſtrum donec miſereatur noſtri. Nunquid poſtquam Deus miſertus fuerit noſtri,non amplius leuabimus oculos noſtros ad Deum? Abſit,quoniam qui hoc dixit,alibi ait: Meditatio cordis mei in conſpectu tuo ſemper. Et iterum: Quomodo dilexi legem tuam Domine, tota die meditatio mea eſt. Et beatus Paulus de Chriſto loquẽs,ait: Oportet illum regnare donec ponat inimicos ſuos ſcabellum pedum ſuorum. Quid ad hæc dicit Eluidius? Nunquid poſtquam Chriſtus poſuerit inimicos ſuos ſub pedibus ſuis,amplius nõ regnabit? Abſit. Regni enim eius (inquit angelus) non
D erit finis. Sed iam alia via inuadere tentat Eluidius. Si Chriſtus eſt (inquit ille) primogenitus virginis,ergo alios habuit deinde filios,ad quorum comparationem Chriſtus dicitur primogenitus. Et in hac parte etiam hallucinatur Eluidius,quoniam non ſemper hæc vox primũ aut primogenitum dicitur per cõparationem ad ſecundum aut tertium ſequens, ſed etiam id quod ſolum eſt, dicitur aliquando in ſacris literis primum,aliquando primogenitum. Quæ duo ſimul vno contextu in libro Numerorum reperiũtur. Sic enim ibi Dominus ſacerdotibus dicit: Quicquid primum erumpit è vulua cunctæ carnis quam offerunt Domino,ſiue ex hominibus,ſiue ex pecoribus fuerit,tui iuris erit, ita duntaxat, vt pro hominis primogenito precium accipias,&c. Ecce audis vno contextu vocari primum & primogenitũ, etiam id quod ſolum eſt. Nam aliàs qui ſolum vnum filium habebat,non tenererur illum offerre Deo & redimere quouſque alium haberet ad quem relatus diceretur primus. Hoc autem conuincitur eſſe falſum,quoniam beata Dei genitrix cùm filium ſuum obtulit Domino in manibus Simeonis, iuxta legem fecit, vt Lucas teſtatur. At tunc temporis beatam Dei genitricem nullum alium habuiſſe filium præter Chriſtum, Euangelium Matthæi teſtatur,& Eluidius fatetur. Colligitur ergo vt Chriſtus primogenitus beatæ virginis meritò dici poſſit, etiam ſi nullum alium filium habuerit. Quod autem dicitur in Euangelio Chriſtum habuiſſe fratres,parum mouet, quia ſolenne eſt in ſacris literis fratres appellari eos qui aliqua

Luc.2. *Exod.19.* *Daniel.2.* *Eſa.65.* *Matt.1.* *Eſa.45.* *Mat.vlt.* *Gene.13.* *Pſal.122.* *Pſal.16.* *Pſal.118.* *1.Cor.15.* *Luc.1.* *Num.18.* *Luc.2.*

Gene. 13. consanguinitate coniuncti sunt, quamuis non sint ex eisdem parentibus geniti, vt Loth vocatur frater Abraham, quem tamē eadem scriptura testatur fuisse filium fratris Abrahæ. Cùm ergo ea quæ Eluidius obiicit, nullius sint momenti, & Ecclesiæ autoritas tanta sit, vt illius definitionibus credere teneamur, A fateri necesse est beatam Dei genitricem fuisse perpetuò virginem, quoniam sic Ecclesia docet. Contra Eluidium scripsit beatus Hieronymus singularē tractatum. Beatus Alfonsus archiepiscopus Toletanus ducentis annis & eo amplius Hieronymo posterior scripsit de eadem re aduersus quosdam hæreticos qui hanc Eluidii hæresim in Hispania suscitare conati sunt. Hugo de sancto Victore ædidit libellū quēdam de perpetua virginitate Mariæ.

SEcunda est hæresis asserens beatam virginē Mariam non esse dicendam Dei genitricem, sed tantum hominis cuiusdam iusti matrem. Dicit enim hæc hæresis in Christo esse duas personas, sicut duas naturas, & vnam personam dicit esse Deum solùm, & aliam hominem solùm: & huius personæ quam dicit esse hominem solùm, dicit beatam virginem esse matrē. Et ita negat beatam virginem esse matrem Dei.

Nestori⁹. Huius erroris autor fuit Nestorius. Sed de hoc errore iam satis suprà dictum est in titulo Christus, hęresi tertia. Ad illum ergo locum recurrat lector, quoniam ibi huius erroris expugnationem inueniet.

MARTYRIVM.

Basilides IVit quidam error quem docuit Basilides, dicēs non esse aliquod crimē negare Christum

Elcesaitæ persecutionis tēpore. Quapropter dicebat esse dementiam pro hac re pati mortem, cum citra crimen possit Christus negari. Qua sententia homines à martyrio auertebat. Hunc eundem errorem docuerunt quidam hæretici dicti Elcesaitæ, quāquam aliter & propter aliam causam quam Basilides: Nam Basilides (vt de illo ait Philaster) non simpliciter auertebat homines à martyrio, sed solùm dicebat non esse tolerādam mortem pro confessione mortis & crucifixionis Christi. Hoc autē dicebat, quia (vt suprà diximus) Basilides negauit Christum fuisse crucifixum, sed Simonem illum Cyrenęum, qui angariatus portauit crucem, dixit fuisse cru- B cifixum pro Christo. Hac igitur de causa ridebat eos qui mortem patiebātur ne Christum negarent pro nobis crucifixū, quia dicebat eos pati pro mendacio. Huius erroris fundamentum iam euertimus suprà

Elcesaitæ in titulo Christus hæresi. 7. ideo non est quod amplius modò aduersus eam disputemus. Elcesaitæ verò aliter sentiūt. Dicunt enim ideo non esse peccatum negare Christum persecutionis tempore, quia is qui fixus est in corde suo, etiam si ore negauerit Christū pro necessitate, corde tamē in fide permanet. Quapropter dicunt talem sic ore negantem non peccare, cùm Deus magis aspiciat cor quam linguam. Hæc de Elcesaitis narrat Eusebius lib. 6. historiæ Ecclesiasticæ, cap. 28. Hæc hæresis apertissimis scripturæ testimoniis conuincitur. Sapiens nanque ait: Os quod mentitur, occidit animam. At qui ore negat, corde autem fatetur, mētitur: occidit ergo animam qui ore negat, etiam si corde fateatur. Potius ergo deberet mortem corporis pati confitendo Christum, ne cum negauerit ore, occidat animam, quæ multo melior

Sap. 1. est corpore. Nam Christus redemptor noster apud Matthæum ait: Nolite timere eos qui occidunt corpus, animam autem non possunt occidere, sed potius illum timete qui potest corpus & animam mittere

Matt. 10. in gehennā. Et paucis interiectis cōcludit idem Saluator, sic inquiēs: Omnis ergo qui cōfitebitur me coram hominibus, cōfitebor & ego eum corā patre meo qui in cœlis est: qui autē negauerit me corā hominibus, negabo & ego eū coram patre meo qui in cœlis est. Præterea ipse veritatis magister ait: Beati qui

Matt. 5. persecutionē patiūtur propter iustitiā, quoniam ipsorum est regnum cœlorum. Rursum, B. Paulus dicit

Rom. 10. esse necessariam confessionem oris, sicut fidem cordis. Sic enim ait: Si confitearis in ore tuo Dominum Iesum, & in corde tuo credideris quòd Deus illum excitauit à mortuis, saluus eris. Corde enim creditur C ad iustitiam, ore autem cōfessio fit ad salutem. Deinde ipse veritatis magister discipulis suis loquēs, ait:

Actо. 1. Eritis mihi testes in omni Hierusalem & Iudæa & Samaria, & vsque ad vltimum terræ. Si ergo hi discipuli in persecutione positi Christum negassent ore, etiam si confiterentur corde, fuissent testes menda-

Prou. 21. ces & falsi. Testis autem falsus (vt Sapiens ait) peribit. Nullo ergo modo ob quamlibet persecutionem licet fidem negare ore quantumlibet teneatur corde: sed præstat tolerare mortem, quàm negare veritatem, vt sit bonus martyr, hoc est verus testis & fidelis. Nam hoc est martyr Græcè, quòd est Latinè testis.

Petilian⁹ SEcunda hæresis est quæ docet eos qui se pro peccato interimunt, debere martyres nuncupari, pro eo quòd puniunt in se quod dolent commisisse. Huius erroris autor fuit Petilianus quidam Donatista, contra quem extant aliquot Augustini tractatus. Hic error cōuincitur ex facto Iudæ, qui dolens de pec-

Matt. 27. cato quod commiserat, se suspendit. Quòd autem dolens de peccato hoc fecerit, Matthæus testatur, qui ait: Tunc videns Iudas qui eum tradidit, quòd damnatus esset, pœnitentia ductus retulit triginta argenteos principibus sacerdotum & senioribus, dicens: Peccaui, tradens sanguinem iustum. Iudam autem fuisse dānatum nullus Catholicus dubitat, cum tam apertum sit testimonium scripturæ. Propheta nan-

Psal. 108. que de Iuda, loquens ait: Cum iudicatur, exeat condemnatus, & oratio eius fiat in peccatum. Fiant dies eius pauci, & episcopatum eius accipiat alter. Et quòd hæc verba sint de Iuda intelligenda, beatus Pe-

Actо. 1. trus testatur in ea oratione quam ad reliquos condiscipulos habuit post Christi in cœlos ascensionem, loquens de subrogatione alterius in locum Iudæ. D

TErtia hæresis est adhuc pestilentior, ne dicam atrocior, quoniam asserit omnes qui mortem vltronei patiuntur, esse martyres dicendos, siue talem mortem ab aliis inflictam patiantur, siue eam sibiipsis infligant. Huius hæresis autores vocat Augustinus Circuncelliones libro de hæresibus, cap. 69. di-

Circuncelliones. cens eos esse genus hominum agreste, & famosissimæ audaciæ, non solùm in alio immania facinora perpetrando, sed nec sibi eadem insania & feritate parcendo. Nam per mortes varias, maximè præcipitiorum, & aquarum, & ignium, seipsos necare consueuerunt. Et in istum furorem alios seducunt, vt

seipsos

ſeipſos occidant: quod ſi facere alii contemnunt, mortem illis minantur, dicentes hoc modo illos martyres fieri. Hos hæreticos Philaſter vocat Circuitores, quoniam ad hæc facinora perpetranda per diuerſas partes circumibant. *Circuitores.*

Quis huius inſanæ hæreſis fuerit dux, aut quo tempore cœperit, nec Auguſtinus, neque Philaſter prodiderunt. Auguſtinus dicit illos pertinere ad Donatiſtas, & ſub illis militare.

Iſtorum error conuincitur apertiſsimè per id, quod dicitur in lege Domini: Non occides. Quibus verbis quælibet hominis occiſio prohibetur, præter illam quæ ex præcepto iudicis in vindictam malefactorum fit. Si ergo non licet occidere alium, multò minus ſeipſum. Præterea qui ſeipſum interimit, agit cõtra naturalem omnium hominum inclinationem, non ſolùm cõtra inclinationem malam quæ eſt in natura deprauata, ſed contra inclinationem naturæ perfectæ. At cùm talis inclinatio ſit ſemper recta, qui contra illam agit, conuincitur malè agere. Quòd autem inclinatio ad vitam ſit naturalis homini etiam ante peccatum, patet, quia Chriſtus, in quo peccatum nullum fuit, horrebat mortem, quod non fuiſſet factum, niſi in eo fuiſſet naturalis inclinatio ad vitam. Rurſum, cuſtos carceris, in quo erant Paulus & *Exod.20. Mat.5.*

A Silas incluſi, videns apertas ianuas carceris, euaginato gladio volebat ſe interficere, exiſtimans fugiſſe vinctos. Clamauit autem Paulus voce magna, dicens: Nihil tibi mali feceris: vniuerſi enim hic ſumus. Si occîdens ſeipſum eſſet martyr cenſendus, nunquam Paulus impediſſet cuſtodem carceris ne ſe occideret. Ar cùm Paulus eum ab occiſione auocauerit, voce magna, dicens: Nihil tibi mali feceris, conuincitur malam eſſe ſui ipſius occiſionem, tantum abeſt vt martyrium dici mereatur. Contra hanc hæreſim pugnat idem argumẽtum quod aduerſus proximè enarratam hæreſim fecimus. Et cùm res ſit tam aperta, non eſt opus plura teſtimonia citare. *Actio.16.*

MATRIMONIVM.

QVamuis non defuerint neque nunc deſint hæreſes quæ matrimonium impetant, nihil tamẽ nũc de illis dicetur, ſed infrà in titulo de nuptiis de huiuſmodi hæreſibus agetur. Vſque ad illum enim locum decreui hanc rem differre, quoniam apud veteſtos autores frequentius eſt nomen nuptiarum quàm nomen matrimonii, & res quæ ad matrimonium ſpectant, ſub nomine nuptiarum ab illis pertractantur. Rarum certè apud illos eſt matrimonii nomen, & in ſacris literis etiam frequentius eſt nomẽn nuptiarum quàm matrimonii, quanquam hæc vox etiam in ſacris literis ſæpe reperiatur.

MELCHISEDECH.

QVidam errore decepti, ſacram ſcripturam minimè, vt decebat, intelligentes, dixerunt Melchiſedech ſacerdotem qui benedixit Abrahæ reuertenti de victoria quinque regum, non

B fuiſſe hominem purum, ſed fuiſſe Chriſtum, aut aliam quandam Dei virtutem. Huic errori fauẽtes vocat Auguſtinus Melchiſedechianos, & ponit eos trigeſimoquarto loco inter hæreſes quas in libro de hæreſibus recenſet. Ex quo euidenter colligitur, librum qui inſcribitur de quæſtionibus noui & veteris teſtamenti, non eſſe Auguſtini, quamuis ſub eius nomine circũferatur. Nam præter alia argumenta quæ ad hoc conuincendum adfert Eraſmus Rotherodamus, hoc eſt efficaciſſimũ, quod quęſtione. 109. multis argumentis iiſque valde ineptis nititur probare, Melchiſedech non fuiſſe hominem purum, ſed quãdam Dei virtutem, videlicet Spiritum ſanctum: Neque hoc in libris rettactationum vnquam recãtauit, imò nec illius libri in toto illo decurſu ſuarum retractationum vſquam meminit. Cùm ergo in libro de hæreſibus hanc aſſertionem cenſeat hæreticam, non erat tam ſtupidus Auguſtinus, vt oppoſitas ſecumque pugnãtes aſſertiones doceret. Hæc ideo admonui, ne ſi fortè aliquis in quæſtionem illam inciderit, à conſtantia rectitudinis flectatur, Auguſtini autoritate preſſus. *Melchiſedechiani.*

Quis autem huius hæreſis princeps fuerit, aut quo tempore cœperit, Auguſtinus non expreſsit, neque apud alium inuenire potui. Epiphanius tamen in libro de octoginta hæreſibus, hæreſi. 55. dicit Hieracem, quendam inſigniter doctum hanc hæreſim docuiſſe, ſed non dicit eſſe ab illo primùm inuẽtam. Et idem repetit poſtea hæreſi. 67. vbi longiorem de hoc Hierace facit ſermonem.

Vt autem oſtendamus ſententiam hanc eſſe erroneam, citare oportet ipſam ſacram ſcripturam quæ de eo loquitur, enarrans victoriam Abrahæ, & qualiter Melchiſedech illi obuiam exiit. Sic enim ait: At verò Melchiſedech rex Salem proferẽs panem & vinum, erat enim ſacerdos Dei altiſsimi, benedixit ei, & ait: Benedictus Abraham Deo excelſo, qui creauit cœlum & terrã: & benedictus Deus excelſus, quo protegente hoſtes in manibus tuis ſunt. Et dedit ei decimas ex omnibus. Hæc ibi. Nunc ergo hanc literam diſcutiamus. Si Melchiſedech eſt Spiritus ſanctus, quomodo dicitur ibi quod erat rex Salem? Salem

C nanque vrbs quædam eſt in terra Chanaan prope Sichem. Nam in eodem libro Geneſeos enarrans ſcriptura qualiter ſit reuerſus Iacob ex Meſopotamia, ſic ait: Tranſiuitque in Salem vrbem Sichimorũ quæ eſt in terra Chanaan, poſtquam reuerſus eſt de Meſopotamia Syriæ. Si ergo Salem ciuitas eſt terreſtris, qualiter Spiritus ſanctus dicitur eſſe rex Salẽ, cùm ille dominetur à mari vſque ad mare, & à flumine vſque ad terminos orbis terrarum? Potiſsimũ quòd eodem decurſu ſcriptura enarrat alios reges qui exierunt obuiam Abrahæ, videlicet regem Sodomorum, & regem Gomorreorum: & iſtis nominatis, & terris in quibus regnabãt explicatis, cõtinuò deſcribitur Melchiſedech rex Salẽ, neque alterum imperium illi tribuit ſcriptura. Nunquid diuiſit imperium terrę Chanaan Spiritus ſanctus, vt ipſe Solius Salem rex ſit, & alii ſint reges Sodomorũ & Gomorreorum? Abſit. Sui enim ſunt cœli, & ſua eſt terra, orbem ter- *Geneſ.14 Geneſ.33.*

rarum & plenitudinem eius ipse fundauit. Quòd autem bonus ille autor illius.q.cix.proximè citatę adfert quòd Salem interpretatur pax,& ita rex Salem iuxta Apostolum interpretatur rex pacis: rex autem pacis non est nisi Deus, Melchisedech ergo Deus: inepta satis collectio est, quoniam, vt in. 1. huius operis lib.cap.3.docuimus, nullus sensus sacræ scripturę est efficax ad aliquam assertionem confirmandam, nisi solus sensus literalis, non autem mysticus. At cùm docuimus esse oppidum in terra Chanaan quod dicitur Salem, ille erit sensus literalis quo dicetur Melchisedech esse illius oppidi regem. Ad hunc enim modum etiam diceret alius Isaac esse Deum, quoniã Isaac interpretatur gaudium: & Hieremias eadem ratione, quoniam Hieremias interpretatur altitudo Dei. At nullus potest verè dici gaudium per essentiam, nisi solus Deus, qui est nostrum gaudium, qui est etiam futurus præmium. Apostolus autem cum factum Melchisedech dixerat præcessisse in figuram Christi, vt ostẽderet meritò gessisse Melchisedech figuram Christi, adfert nominis interpretationem, quæ optimè conuenit Christo. Præterea, in eadem litera dicit quòd erat sacerdos Dei altissimi. At Deus non est Deo sacerdos, non est ergo Melchisedech Deus. Omnis nanque põtifex, ait Paulus, ex hominibus assumptus, pro hominibus constituitur. Aut ergo Spiritus sanctus non fuit sacerdos pro hominibus constitutus, aut ex hominibus assumptus est, vt verè tunc fuerit sacerdos, quemadmodum Christus. Verùm ille bonus autor illius sæpe præfatæ quæstionis, fatetur Spiritum sanctum in forma humana tũc apparuisse, quemadmodum postea filius Dei. Vide quantis laqueis, quisquis ille est, se implicet vt errorem hunc nobis persuadeat. Veniat nunc qui contendit illud opus esse Augustini, & dicat vtrum Augustinus sentiat Spiritum sanctum fuisse incarnatum. Rursum. Si spiritus sanctus sacerdos, & pro hominibus constituitur, vt de omni sacerdote ait Paulus, & in forma humana apparuit, vt iste concedit, ergo Spiritus sanctus mediator fuit Dei & hominum, quia Deus cum Deo, homo cum hominibus, quemadmodum Christus. Et si hoc fatentur, repugnabunt certè Paulo dicenti: Vnus mediator Dei & hominum homo Christus Iesus. Si spiritus sanctus sacerdos, iam duo sunt mediatores, non vnus, vt dicit Paulus. Deinde ipse modus benedictionis qua benedixit Abrahæ, cõuincit non esse Deum Melchisedech. Sic enim ait: Benedictus Abraham Deo excelso, qui creauit cœlum & terram: & benedictus Deus excelsus, quo protegente hostes in manibus tuis sunt. Si Melchisedech Deus, quare reddidit gratias Deo pro victoria Abrahę? Nunquid sic Christus vt Deus gratias reddebat pro mirabilibus perpetratis? Cùm enim Lazarum resuscitare voluit, sic ait: Pater, gratias ago tibi quoniam audisti me. Ego autem sciebam quia semper me audis: sed propter populum qui circũstat, dixi, vt credant quia tu me misisti. Propter populum circũstantem Christus gratias dat, alioqui cettè non erat opus vt Deus daret gratias Deo. Sed quomodo cõsulitur populo per illam actionem gratiarum? Vt videlicet credant quòd Christus sit missus à patre. At cùm Abraham tam fidelis fuerit, vt Deo monenti crediderit statim sine vlla hæsitatione, non erat opus ad illum in fide confirmãdum tales gratias aut benedictiones Deo reddere. Ad hæc, Paulus de hoc Melchisedech loquens dicit, quòd assimilatus fuerit per omnia filio Dei. At omne quod assimilatur alteri, non est eiusdem naturæ indiuiduæ cum illo. Spiritus sanctus est eiusdem naturæ cum filio Dei, non est ergo Melchisedech Spiritus sanctus. Nunquam enim inuenies quòd filius Dei similis patri, quamuis bene dicatur imago patris, quoniam imago, vt supra docuimus in titulo de Adam & Eua hæresi secunda, propriè pertinet ad naturam, similitudo autem ad qualitatem, ita vt illa dicantur similia, quæ cum distinctam habeant naturam, qualitates tamen aliquas habent quæ sunt eiusdem speciei. Quod ergo idem est in natura, non potest dici propriè simile. Paulus autem dicit de Melchisedech quòd assimilatus est per omnia filio Dei, per omnia videlicet illa quæ Paulus commemorat: quia sine patre est: & sine matre. At spiritus sanctus in hoc non est assimilatus filio Dei, quia filius Dei iuxta diuinitatem nõ est sine patre. Melchisedech autem ideo dicitur esse sine patre & sine matre, non quòd parentes non habuerit, sed quia nec patrem nec matrem illius vnquam expressit scriptura, nec vllam illius genealogiam manifestauit: Sic etiam Christus secundum inferiorem hanc & humanam sobolem patre caret. A virgine enim Maria, & sola, secundum carnem est natus. Et secundum diuinitatem matre caret, quoniam iuxta illam ante omnia secula à solo patre genitus est. Et præterea sine genealogia Christus, quoniam genealogia eius inenarrabilis est, prout Esaias propheta ait: Generationem eius quis enarrabit? Sed adhuc nobis obiiciunt, aliam similitudinem quam Paulus adfert, nullo pacto posse conuenire Melchisedech, si ille est purus homo, quoniam ait de eo: Neque initiũ dierum, neque finẽ vitæ habens. Melchisedech autem si homo fuit, & natus & mortuus est vt cæteri. Hoc autem eodem modo dissoluitur vt præcedens. Ideo nanque dictus est Melchisedech non habere initiũ dierum neque finem vitæ, quia quamuis natus & mortuus fuerit, tamen apud nos non habet initium nec finem, quia neque illius natiuitatem neque mortem scriptura expressit. De hac re scripsit beatus Hieronymus epistolam quendam ad Euagrium, quæ est in tertio tomo operum eius iuxta illam partitionem quæ habetur in secunda æditione facta Basileæ.

Heb.7. A

Heb.11. B

1.Tim.2. C

Gene.14. D

Ioan.11.

Heb,7.

Esa.53.

Heb.7.

MENDACIVM.

DE hac re vnam solam reperi hæresim, quæ docet licitum esse mẽtiri pro vita hominis saluãda, aut pro magno beneficio homini impẽdendo. Nec solum hoc, sed etiam humilitatis causa, vt videlicet virtutes suas mendacio cõtegat. Hunc errorem docet Ioannes Cassianus sub nomine abbatis Ioseph. Nam collatione. 17. à cap. 15. vsque ad cap. 20. primam huius erroris partem pertractat, & aliquibus scripturæ sacræ testimoniis perperam intellectis illam persuadere nititur. A cap. verò. 21. vsque ad. 25. eiusdem collationis secundam huius erroris partẽ pertinacissimè tuetur. Hunc errorem apertissimè sacra damnat scriptura. Nam propheta regius ait: Perdes omnes qui loquuntur mendacium. Qui omnes dixit, noluit excludi illum qui of-

Ioannes Cassianus.

Psal.5.

C qui officioſè mentitur. Et in alio Pſalmo iterum quærens quis habitaturus ſit in Dei tabernaculo, aut requiem habiturus in monte Dei ſancto, hoc eſt in gloria cœleſti, ipſemet reſpondet, dicens: Qui loquitur veritatem in corde ſuo, qui non egit dolum in lingua ſua. Quibus verbis apertè à Dei mõte excludit illum qui dolum agit in lingua ſua. At omnis qui officioſè mentitur, dolum agit. Omnis ergo ille à Dei monte excluditur: non quidem quòd in illo peccato decedens non poſſit ad gloriam peruenire: abſit: ſed quia oportet illum priuſquàm ibidem locetur, digna ſatisfactione purgari: ita vt cùm illuc trãſierit, *Sap.1.*
iam ſit omnino ab illo peccato alienus. Et in libro Sapientiæ dicitur: Os quod mẽtitur, occidit animam. Verùm hoc teſtimonium parum vrget, quoniam de ſolo pernicioſo mendacio loqui videtur. Illud ta- *Eccle.17.*
men eſt manifeſtiſsimum quod Eccleſiaſticus ait: Noli velle mentiri omne mendaciũ. Qui omne genus mendacij prohibuit, nullum permiſit. Pro nulla ergo re mendaciũ aliquod dicere licet. Et in hanc ſententiam omnes ſacri doctores manibus (vt dicitur) ac pedibus eunt. Auguſt. ſuper Pſal.5. ita ait: Ne quis *Auguſt.*
arbitretur perfectum & ſpiritualem hominem pro iſta temporali vita, in cuius morte nõ occiditur anima, ſiue ſua ſiue alterius debere mentiri, ſed quoniam aliud eſt mẽtiri, aliud eſt verum occultare. Siquidem aliud eſt falſum dicere, aliud eſt verum tacere: vt ſi quis fortè vel ad iſtam viſibilem mortem non vult hominem prodere, paratus eſſe debet verum occultare, nõ falſum dicere: vt neq; prodat, neq; mẽtiatur, ne occidat animam ſuam pro corpore alterius. Hęc Auguſtinus. Quæ verba omnem dubitationẽ tollere poſſunt. Nam ex ignorãtia huius diſtinctionis quam nunc Aug. oſtendit, proceſsit error Caſsiani, aut Ioſeph abbatis. Neſcierunt enim diſtinguere inter mẽtiri, & verum occultare: inter falſum dice-
D re, & verum tacere. Primum horum nunquam licet, alterum verò ſine peccato fieri poteſt: ſicut cõtigit Abrahæ de Sara vxore ſua dicẽti: Soror mea eſt. Verùm quidem dixit, & verùm occultauit. Verum qui- *Gene.20.*
dem dixit ſororem ſuam eſſe: quoniã ſibi ſanguine coniuncta erat. At omnes qui ex eodem genere ſunt (vt beatus Hieron. contra Eluidium docet) fratres in ſacra ſcriptura dicuntur. Soror ergo Abrahæ verè dicta eſt Sara: vxorem tamen ſuam eſſe non negauit Abraham, ſed ſubticuit: ac proinde non eſt mentitus. Et hanc ſententiam iterum confirmat Aug. alibi dicens: Si quis ad te confugerit qui de mẽdacio tuo poſsit à morte liberari, non es mentiturus. Os enim quod mentitur, occidit animã. Cùm ergo mentiẽdo *Sap.1.*
vita æterna amittatur, nunquã pro cuiuſcunq; vita temporali mentiendum eſt. Hæc Auguſt. Quæ verba ponũtur in volumine decretorũ. 22. cauſa, quæſtione. 2. Beatus Gregorius lib. 18. moraliũ exponens illud Iob: Nec lingua mea meditabitur mendaciũ, ſic ait: Summopere cauendũ eſt omne mendaciũ: quãuis *Grego.*
nonnunquam ſit aliquod mendacii genus culpæ leuioris, ſi quiſquam vitã pręſtando mentitur: ſed quia *Iob.27.*
ſcriptum eſt: Os quod mentitur, occidit animam, &: Perdes omnes qui loquuntur mendaciũ: hoc quoq; mendacii genus perfecti viri ſummopere fugiunt, vt nec vita cuiuſlibet per eorũ fallaciã defendatur, ne *Sap.1.*
ſuæ animæ noceant, dum præſtare vitam carni nituntur alienæ: quanquam hoc ipſum peccati genus fa- *Pſal.5.*
cillimè credimus relaxari. Hactenus Gregorius. Ex quibus verbis conſtat mendacium officioſum eſſe peccatum, quamuis leue. Verùm Caſsianus, aut Abbas ille cuius nomine loquitur, non ſolùm putauit nullum eſſe peccatum mendacium illud, ſed peccatum eſſe cenſet, vrgente magna aliqua neceſsitate
non mentiri. Iſidorus in libro ſynonymorum ita ait: Omne genus mendacii ſummopere fuge, nec caſu *Iſidorus.*
nec ſtudio loquaris falſum: nec etiam vt præſtes, mẽtiri ſtudeas: nec qualibet fallacia vitam alicuius defendas. Caue mendacium in omnibus. Hæc Iſidorus. Quæ verba etiam habentur in volumine decreto-
A rum loco proximè citato. Deinde mendacium quod occaſione humilitatis dicitur ad virtutes tegẽdas, beatus Auguſtinus damnat in libro de verbis Apoſtoli, ſic inquiens: Cùm humilitatis cauſa mentiris, ſi *Auguſt.*
non eras peccator antequàm mentireris, mentiendo efficeris quod vitaras, veritas autem ipſa in te non eſt, niſi te ita dixeris peccatorem, vt etiam eſſe cognoſcas. Veritas autem ipſa eſt, vt quod eſt, dicas. Nam quomodo eſt humilitas, vbi regnat falſitas? Hæc Auguſtinus. Sed præter hæc omnia ſacræ ſcripturæ & ſanctorum virorum teſtimonia, ratio ipſa vrget vt non ita faciendum eſſe credamus. Id enim quod ex ſe malum eſt, nullo quamlibet bono fine præfixo, nec propter vllam aliam quamlibet bonam circunſtantiam poterit eſſe bonum: quoniam (vt diuus Dionyſius lib. de diuinis nominibus ait) bonum eſt ex cauſa integra, malum verò ex ſingularibus defectibus. At quòd mẽdacium res ſit ex ſe mala, res eſt tã aperta, vt non egeat vllo teſtimonio: quoniam pugnat cum veritate, quæ res eſt ex ſe bona. Et hoc non ſolum Chriſtianis, verum etiam Ethnicis fuit notum. Nam Ariſtot. 4. Ethicorum lib. ait: Mendacium eſt ex ſe *Ariſtote-*
prauum, & fugiendum: verum autem eſt bonum, & laudabile. Si mẽdacium ex ſe malum eſt, ergo pro- *les.*
pter vitam hominis ſaluandam dictum, etiam malum erit. Alioqui eadem ratione bonum eſſet furtum quod ſub prætextu ſubuentionis pauperum fieret: hoc tamen nullus vnquam ſanctorum conceſsit. Eadem etiam ratione eſſet dicendum eos non peccaſſe qui Apoſtolos Chriſti occiderunt, quoniam ſic facientes (vt Saluator ait) arbitrabantur ſe obſequium præſtare Deo. Multo autem melius eſt obſequium *Ioan.16.*
pręſtare Deo, quam hominem à corporis morte eripere. Quò fit vt ſi vita hominis ſeruata valet mẽdacium à culpa liberare, obſequium quod ſe Deo præſtare credit, valeat Apoſtolorum occiſorem à pec-
B cato eripere. Demum vt huic liti finem ponamus, aperta eſt de hac re Eccleſiæ definitio. Nã Innocẽtius *Innocen-*
papa huius nominis. 3. Panormitano Archiepiſcopo ſcribens, ita ait: Cùm vſurarum crimẽ vtriuſque te- *tius papa.*
ſtamenti pagina deteſtetur, ſuper hoc diſpenſationem aliquam fieri non videmus: quia cùm ſcriptura ſacra prohibeat pro alterius vita mentiri, multo magis prohibendus eſt quis ne etiam pro redimenda vita captiui vſurarum crimine inuoluatur. Hæc Innocentius. Quæ verba habentur in volumine epiſtolarum decretaliũ in titu. de vſuris cap. ſuper eo. Sed ſupereſt vt obiectiones Caſsiani aut abbatis Ioſeph refellamus. Nam vt probet licitum eſſe pro magna aliqua vrgente neceſsitate mentiri, aliqua exempla patrum veteris teſtamenti adfert, quos pro ſimili aliqua cauſa mẽtitos fuiſſe conſtat. Quibus omnibus obiectionibus ſimul reſpondemus, eos non fuiſſe mentitos, quoniã etſi verum occultarunt, falſum tamen

non dixerunt,ſicut de Abraham ſuperius docuimus,cùm dixit Saram ſororem ſuam eſſe. Deinde,& ſi aliqui falſum dixerint, aut ſimulando fecerint, talem falſitatem ſcriptura ſacra non laudat. Non enim omnia eorum geſta quæ ibidem narrãtur,propterea quòd illic ſcripta ſunt,laudantur: abſit: alioqui fieret vt aliqua illorum peccata quæ vt homines commiſerunt,eſſent etiam laudata. Ad hunc modum ſcriptura refert mendacium quod Iudith dixit Holoferni,non tamen mendacium illius laudat,ſed virilem illius animum quo inter media hoſtium caſtra pertranſire non metuit, & ducem exercitus in lecto cubantem interficere,& caput ducis ſecum in ciuitatem deferre.Hunc animum,hanc audaciam,hoc plus quàm muliebre facinus laudat,non mendacium quo & ducem & illius milites decepit. Eſto etiã aliqua illorum patrum dicta aut facta ſint quæ in faciem mendacia eſſe appareant,& laudentur,illa(vt beatus Auguſt.in lib.contra mendaciũ docet) iuxta myſterium latens accipienda ſunt,nõ iuxta literæ corticẽ; quemadmodum Iacob dixit ſe eſſe Eſau primogenitum Iſaac:quod iuxta literæ corticem verũ non erat, per ſpiritum tamen prophetiæ qua vſus eſt,verum dixit. Eo enim facto figurauit & prophetauit minorem populum,videlicet gentilium,ſubſtituendum fore in locum primogeniti,videlicet populi Iudæorum.Nam Iacob excuſari à mendacio teſtatur Innocentius Papa huius nominis tertius in capite gaudemus, titulo de diuortiis.

*Iudith.*11. *&.*13.

Gene. 27.

PRo confirmatione alterius partis qua docet cauſa humilitatis eſſe mentiendum, ita vt de continentia,quam habet quis,interrogatus dicat ſe non habere,cap.21.præfatæ collationis talia adducit teſtimonia,quibus Chriſtus ſic ait: Non vidiaris hominibus ieiunans,ſed patri tuo qui eſt in abſcondito.Et iterum: Neſciat ſiniſtra tua quid faciat dextera tua: & rurſum de iis qui palàm opera ſua faciunt, ait: Amen dico vobis,receperunt mercedem ſuam. His aliud reſpõdere non poſſumus ,quàm quòd beatus Auguſt.in quadam homilia ait: Deum per illa verba non opus ſed intentionem prohibuiſſe.Prohibuit quidem inanis gloriæ appetitum, ita vt etiam ſi opera noſtra ſint publicè facta,nõ hac intentione fiant, vt videantur.Ipſam tamen operum manifeſtationem non prohibuit: alioqui ſibi eſſet cõtrarius,qui alibi dixerat: Luceat lux veſtra coram hominibus,vt videant opera veſtra bona,& glorificent patrem veſtrum,qui in cœlis eſt. Qui ergo de virtute quam habet,interrogatus, ſe habere fatetur, & propter hoc Deo gratias reddit,& illius gloriam Deo à quo accepit,tribuit: non contra illud præceptum Dei agit, Neſciat ſiniſtra tua quid faciat dextera tua.Et de hac re ſatis.Nec ſcio aliquem qui contra hunc errorem ex profeſſo ſcripſerit, præter vnum beatum Auguſt. qui opus ſcripſit in quo contra omne mendacium diſputat.Admoneo tamen lectorem ne occaſione huius erroris Caſſianum inter hæreticos recenſeat: quoniam vt in primo huius operis lib. docuimus, fieri eſt poſſibile vt quis hæreſim doceat, & hæreticus non ſit cenſendus: quoniam non adeò pertinaciter illam tuentur, vt Eccleſiæ aliter docenti non ſit paratus obedire. Fortè hac & alia occaſione huius Caſsiani opera inter apocrypha recenſentur à Gelaſio Papa in capite ſancta Romana, decima quinta diſtinctione, in libro Decretorum.

*Matt.*6.

*Matt.*5.

Ibidem.

C

D

MENDICITAS.

NOn defuêre qui mendicitatem tanquam præcipuum generis humani malum diututnis conuitiis lacerauerint.Nam qui dicunt beatum populum cui adſunt diuitiæ,dicent etiam miſerum & infœlicem populum cui illæ ſic deſunt,vt propter inopiã mendicare cogatur. Ioannes ſiquidem Vvicleph cum ſuorum turba diſcipulorum docet non eſſe licitam mendicitatem: quapropter monachos mendicantes execratur, dicens illos debere viuere per laborem manuum,& non per mendicationem.Hunc eundem errorem hoc noſtro ſeculo ſuſcitauit Lutherus,dicens mendicitatem eſſe ex lege prohibitam. Quapropter cùm ipſe monachus eſſet ordinis eremitarum ſancti Auguſtini,& ob hoc mendicauerit (nam talis ordo monachatus eſt vnus ex quatuor mendicantibus) tamen poſtea à diabolo,cui adhæſit,excæcatus,monachatum reiecit,& mendicitatem damnauit, & ita tanquam canis ad vomitum reuerſus eſt. Nos autem cùm Deo adiutore ſimus memores Franciſcanæ mendicitatis, quam in noſtra adoleſcentia vouimus,pro huius mendicitatis aſſertione laboramus. Et quoniam pro religione pugnamus confidimus in Deo quòd de noſtris inimicis triumphabimus:quoniam oſtendemus ex ſacris literis talem mendicitatẽ non eſſe prohibitam, imò laudatam & meritoriam,ad quam Apoſtolos ex Chriſti inſtitutione ſæpe confugere oportuit pro victu habendo. Et quãuis de ipſo Chriſto non ſic legatur aut credatur quòd ipſe aliquando mendicauerit,quia mulieres aliquæ probæ quæ illius doctrinam audiebãt & ſuſcipiebant illi de facultatibus ſuis citra illius mendicitatem miniſtrabant, non tamen inde ſequitur mendicitatem non eſſe licitam ad vitæ ſuſtentationem. Nam multa ſunt quæ certum eſt Chriſtum non feciſſe,quæ tamen licita ſunt hominibus, vt inde vitæ ſuæ prouideant. Nunquam enim Chriſtus calceos ſuit, aut caniſtra ex viminibus intexens fecit, aut ligna læuigauit,aut lapides poliuit. Nunquid ideo colligere inde licebit,nullam ex illis artibus mechanicis eſſe licitam? Abſit. Eſto ergo vt nunquam Chriſtus mendicauerit, non tamen inde ſequitur vt aliis mendicare non liceat pro vitæ ſuſtentatione.Sed iam oſtendamus mendicitatem ex Euangelio. Chriſtus mittens diſcipulos ſuos ad prædicandum,præcepit illis omnium rerum defectum &penuriam vt omnibus reiectis,& in ſolo Domino iactantes cogitatum ſuum,crederent ſe ab illo nutriendos. Nolite (inquit) poſsidere aurum, neque argentum, neque pecuniam in zonis veſtris. Ecce pecuniam interdictam. Verùm quia pecunia ſecluſa poterant ſecum aliquid pro itinere deferre, ne hoc facerent ſtatim ſubiunxit,dicens: Non peram in via,neque duas tunicas,neque calceamenta,neque virgam.Ne autem quis putaret Apoſtolos fuiſſe tunc ſoli fortunæ commiſſos,oſtendit illis vnde habituri eſſent alimenta,dicens: Dignus eſt operarius mercede ſua. Vel vt alius Euangeliſta ait: Dignus eſt mercenarius cibo ſuo,

Ioannes Vvicleph.

Lutherus.

A

*Matt.*10.

*Luc.*10.

*Matt.*10.

cibo ſuo. Per quæ verba deſignauit illos, quibus Apoſtoli prędicabant, tenêri ad pręſtandum illis alimẽ- *1. Cor. 9.*
ta. Et beatus Paulus in priore ad Corinthios epiſtola hoc expreſſius docet, ſic dicens: Quis militat ſuis
B ſtipẽdiis vnquam? Quis plantat vineam, & de fructu eius non edit? Quis paſcit gregem, & de lacte gregis non comedit? Et paucis interiectis, ſubdit: Si nos vobis ſpiritualia ſeminauimus, magnum eſt ſi nos carnalia veſtra metamus? Ecce vides Apoſtolos ab omni rerum poſſeſſione denudatos, qui de labore ſuæ prædicationis debebant victum habere. Sed fingamus auditores fuiſſe adeo ingratos & immiſericordes, vt nullus illorum Apoſtolis alimenta pręſtiterit, nulluſque illorum apoſtolos ad domum ſuam inuitauerit, nam hoc poſſibile eſt contigiſſe, cùm conſtet Chriſtum in die ſolenni palmarũ, etiam poſtquam prædicaſſet Hieroſolymis, à nemine illius oppidi fuiſſe inuitatum, ſed rediiſſe vſque Bethaniam, vt ibi- *Matt. 21.*
dem pranderet, multò ergo melius hoc potuit contingere Apoſtolis. Quid ergo tunc facturi fuiſſent Apoſtoli? Nunquid pati debebant mortem? Abſit, cùm poſſent eam euitare prodendo aliis ſuam egeſtatem. Si ergo poterant ſuam egeſtatem aliis reuelare, ergo poterant mendicare, quoniam hoc ego mẽdicitatem appello. Sic enim definit Auguſtinus mendicitatem. Quid eſt, inquit, aliud mendicare, niſi ad *Auguſt.*
hominum miſericordiam viuere, ſicut viuunt Iudęi, ſupple ſub earum gentium regibus, in quas tranſlati ſunt? Hæc Auguſtinus exponens verſum illum Pſalmiſtæ: Nutantes transferantur filii eius, & mendicent: Quòd ſi hæretici dicant illam Apoſtolorum petitionem non eſſe tunc dicendam mendicitatem, *Pſal. 108.*
cùm Apoſtoli tunc peterent illud quod iure illis debebatur, illis contradicit Ambroſius, qui in libello de *Ambro-*
vinea Naboth, ita ait: Audiuimus vocem diuitis aliena quærentis, audiamus vocem pauperis propria *ſius.*
mendicantis. Non fiat (inquit) hoc à Deo, vt dem tibi hæreditatem patrum meorum. Hæc Ambroſius. Quibus verbis expreſſe ait Naboth propria mendicaſſe. Deinde ſi hoc ita ſe haberet, oporteret vt qui in extrema neceſſitate conſtitutus eleemoſynam peteret, non eſſet dicẽdus mendicare, cùm petat id quod
C ſibi iure debetur. Apoſtolis ergo opus erat mendicare, cùm iam illis fuiſſet à Chriſto interdicta omnis pecunia. Vnde Theophylactus exponens illud Lucæ: in eadem domo manente, edentes & bibentes quę apud eos ſunt, ſic ait: Vide qualiter diſcipulos mendicare inſtituit, & precio eos nutrimentum habere *Theophy-*
noluit. Hæc Theophylactus iuxta tranſlationem antiquam, qua vtitur Thomas in Cathena aurea. Nam *lactus.*
in ea traductione quam recens ædidit Oecolampadius, aliter ſonat. Et ſuſpicor Oecolampadium ex in- *Luc. 10.*
duſtria mutaſſe verba, quia ille etiam hoc eodem fuit pollutus errore, vt negauerit etiam mendicitatem eſſe licitam. Præterea, vt quis verè dicatur mendicare, parum refert per ſe an per alium petat, quoniam qualitercunque petat, mẽdicare dicetur, ſiue per ſe petat, ſiue per alium, ſiue etiam pro ſe petat, ſiue pro alio. Et ſi hoc eſt mendicare, tunc apertè conſtat Paulum Apoſtolum mendicaſſe. Nam, vt patet ex priore epiſtola ad Corinthios, in Eccleſiis Galatiæ fiebant collectæ per vnam ſabbati pro ſanctis qui erant in Hieruſalem. Et in poſteriore epiſtola ad Corinthios idem Apoſtolus fatetur ſe feciſſe, & decernit ſe facturum collectas pro ſanctis in Eccleſia Macedoniæ, & teſtatur ſe idem feciſſe in Eccleſiis Corinthio- *1. Cor. 16.*
rum. Rurſum, Concilium Viennenſe quod celebratum eſt ſub Clemente. 5. decernit modum viuendi *Cõcilium*
fratrum Minorum per mẽdicitatem, non ſolum eſſe licitum, verumetiam meritorium. Demum ex qua- *Viẽnenſe.*
draginta quinque articulis Ioannis Vvicleph damnatis in concilio Conſtantienſi ſeſſione octaua, vi- *Cõcilium*
geſimus quartus ſic ait: Fratres tenentur per labores manuum victum acquirere, & non per mendici- *Conſtan-*
tatem. De quo articulo concilium per hæc verba profert ſententiam. Prima pars (inquit) eſt ſcanda- *tienſe.*
loſa, & præſumptuoſè aſſerta, pro quanto ſic generaliter & indiſtinctè loquitur. Et ſecunda erronea,
pro quanto aſſerit mendicitatem fratribus non licere. Hæc concilium Conſtantienſe. Sed opus eſt vt
D obiectionibus aduerſariorum reſpondeamus. Primò enim obiiciunt nobis illud quod ſcribitur in Deuteronomio: Omnino egens & mendicus non erit inter vos. Ex quo loco inferunt non licere alicui *Deut. 15.*
mendicare, cùm hoc (vt aiunt) fuerit à deo prohibitum. Huic obiectioni reſpondemus illa verba non eſſe prohibitoria, ſed promiſſoria. Hoc enim Deus promittit ibi ſeruanti ſuam legem, vt ſi videlicet Iudæi legem ſeruaſſent, quam Deus illis per Moyſen dedit, nullus inter eos futurus eſſet egenus aut mendicus. Et quia Iudæi legem tranſgreſſi ſunt, ideo Deus non fecit cum illis iuxta ſuum promiſſum. Iudæis ſiquidem tanquam carnalibus in præmium obſeruationis legis promiſit Deus ſolùm bona temporalia, ſicut eſt illud: Si audieritis me, bona terræ comedetis. Ita etiam promiſsio quædam eſt, cùm ait: Omnino non erit egens aut mendicus inter vos. Nam ſi verba illa fuiſſent (vt hæretici iſti dicunt) prohibi- *Eſa. 1.*
toria, peccaſſet Helias mendicans à vidua, & Lazarus plenus vlceribus, cuius mendicitas laudata eſt in *Luc. 16.*
Euangelio.

Hoc modo reſpondet præfatæ obiectioni Thomas Vvalden. Poſt tamen aliter reſponderi, & mea quidem ſententia multò melius & magis cõformiter ad ſacram literam. Fateor quidem illa verba Deuteronomii explicare prohibitionem aliquam: tamen prohibitio illa non data eſt pauperi, nec tunc cum paupere Deus loquebatur: ſed ad diuites de pauperum ſubuentione (vt ex literæ decurſu facile colligi poteſt) tunc loquebatur Deus, præcipiens illis vt tantam pauperum curam haberent, vt non ſinerent illos propter inopiam mendicare. Hoc autem, verba quæ poſtea Deus addit, apertè indicant. Non deerũt (inquit) pauperes in terra habitationis tuæ, idcirco præcipio tibi vt aperias manum tuam fratri tuo ege- *3. Reg. 17.*
no, & pauperi qui tecum verſatur in terra.

Secundo obiiciunt illud Pſalmiſtæ, dicentis: Non vidi iuſtum derelictum, nec ſemen eius quærens
A panem. Ex quo loco inferre volunt illos non eſſe iuſtos qui panem per mendicitatem quærunt. Cui ob- *Pſal. 36.*
iectioni reſpondemus ſecundum doctrinam Auguſtini, illa verba non eſſe intelligenda de pane corporali quem conſtat fuiſſe à multis iuſtis quæſitum, quoniam (vt de aliis taceam) Dauid quæſiuit panes propoſitionis à ſacerdote. Sed illa verba ſunt intelligẽda de pane ſpirituali verbi Dei, quem panem nunquam iuſtis Deus denegauit, neque iuſtum aliquem ſic dereliquit, vt famem verbi Dei pateretur. *1. Reg. 21.*

Circa panem tamen corporalem aut alias etiam res corporales ſæpenumero Deus derelinquit iuſtos, vt per ſimiles preſſuras melius valeant aſſequi regnum Dei. Contrà hanc hęreſim ſcribit latiſsimè Thomas Vvalden. in primo tomo doctrinalis fidei antiquæ, libro quarto.

MERITVM.

Luther⁹. INter alios Lutheri errores is vnus eſt quo ait nullum eſſe hominis meritum ad gloriam aſſequendam. Tantum enim gratię tribuit, vt nullum locum relinquat libero arbitrio. Cùm ergo (vt ait) totum ex gratia Dei pendeat, & nullo modo cooperetur liberum arbitrium, dicit nō poſſe aliquod hominis opus dici meritum, præſertim cùm noſtra opera ad gloriam æternam relata, diminuta reperiantur. Si Lutherus accipit meritum pro tali opere quod ex ſua natura, & ex ſeipſo æquale eſt præmio, certè illius ſententia non eſt de errore notãda, quoniam non eſt aliquod opus B noſtrum ex ſe tale quod æquari poſsit gloriæ æternæ. Nam Apoſtolus ait non eſſe *Rom. 8.* condignas paſsiones huius ſeculi ad futuram gloriam quæ reuelabitur in nobis. Verùm non ſemper ſic capitur meritum, vt talem æqualitatem & obligationem naturalem innuat, ſed aliam æqualitatem quæ non conſurgit ex natura rerum, ſed ex pacto quodam: quo pacto inito, æquale erit opus, quod ante non diceretur æquale: & debitum dicetur, quòd aliàs non diceretur. Vt gratia exempli: Si in haſtiludio quodam quod fortè non vltra vnius horæ ſpatium protenditur, rex promitteret cuicunque melius vibranti haſtam duobus occurſibus, gemmam aut aliquod precioſum iocale valens ſex millia aureorum, tunc ſi Petrus aut Ioãnes melius cæteris rem geſſerit, dicetur abſque dubio quòd meritus eſt gemmam, & quòd rex eſt debitor illius. Tale autem debitum non eſt ex rei natura, quòd illi debita ſit gemma, ſed prouenit ex pacto regis, & libera illius promiſsione, qui promittens donare, ſeipſum obligauit. Ita etiam & ſi noſtra opera ex ſe ſint indigna gloria, & nos per illa nullum ius habere poteramus ad gloriam æternam, nec gloria vnquam fuiſſet nobis debita, tamen quia miſericors Deus promiſit ſeruanti mandata ſua ſe daturum illi vitam æternam, poſt talem promiſsionem debet Deus dare gloriam ſeruanti ſua mandata. Quod debitum in Deo non oritur ex noſtris operibus, ſed ex benigna eius voluntate, qui promittẽs nobis, ſeipſum obligare voluit. Et iuxta hunc modum intelligendo rationem meriti, conſtat nos nihil derogare maieſtati diuinæ, cùm dicimus opera noſtra eſſe meritoria vitæ æternæ, quia hoc modo non dicimus Deum obligari, aut eſſe debitorem noſtris operibus, ſed dicimus eum obligati ex promiſsione ſua, & eſſe debitorem promiſsioni ſuæ. Quòd autem ipſe promiſerit, ſimpliciter & abſolutè eſt tribuendum gratiæ. Hoc modo negare meritum eſt hæreſis, quoniam hanc meriti rationem ſæpiſsimè ſacræ literæ *Eccle. 16.* oſtendunt. Sapiens nanque Eccleſiaſticus ait: Omnis miſericordia faciet locum vnicuique ſecundum meritum operum ſuorum. Ecce vides ibi nomen meriti ſatis expreſſum. Cur ergo Luthere tantùm ab- C horres meriti nomen, quod Eccleſiaſticus non eſt veritus proferre? Præterea nihil aliud deſignat illa *Matt. 20.* Chriſti parabola de patrefamiliâs mittente operarios in ſuam vineam, cum quibus fecit conuentionem ex denario diurno, finito verò labore, dixit paterfamiliâs procuratori ſuo: Voca operarios, & redde illis mercedem, illam videlicet quam paterfamiliâs cùm operarios in laborem mitteret, illis promiſerat. Hic audis mercedem pro labore, quæ res quaſi debitum quoddam deſignare videtur. Quod clarius expreſſit paterfamiliâs, cùm murmuranti eò quòd non maiori præmio quàm denario fuiſſet donatus, dixit: *Mar. 9.* Nónne ex denario conueni tecum? Tolle quod tuum eſt, & vade. Tuum dixit, quo nomine oſtendit talem denarium fuiſſe illi debitum. Sed vnde debitum? Certè ex conuentione. Rurſum apud Marcum Chriſtus diſcipulis ſuis in hunc modum loquitur: Quiſquis potum dederit vobis calicem aquæ frigidæ in nomine meo, quia Chriſti eſtis, amen dico vobis, non perdet mercedem ſuam. Et Paulus *1. Cor. 3.* Apoſtolus in priore ad Corinthios epiſtola ſic ait: Vnuſquiſque propriam mercedem accipiet: ſecundum ſuum laborem. Si nullum eſſet meritum, non deſtribueretur merces iuxta laboris menſuram, ſed *Heb. 3.* iuxta voluntatem donantis. Et in epiſtola ad Hebræos clarius nomen meriti expreſsit, dicens: Bene- *Sapien. 3.* ficentiæ & communionis nolite obliuiſci. Talibus enim hoſtiis promeretur Deus. Et Sapiens de iuſtis *2. Theſſ. 1* loquens, ait: Tentauit illos Deus, & inuenit eos dignos ſe. Si digni, ergo meritum habentes. Et Pau- *Coloſſ. 1.* lus ad Theſſalonicenſes ſcribens de tribulationibus quas illi patiebantur, ait: Quas ſuſtinetis in exemplum iuſti iudicii Dei, vt digni habeamini regno Dei, pro quo & patimini. Et Coloſſenſibus ſcribens, ait: Dignos nos fecit in parte ſortis ſanctorum. Quòd ſi dicas Paulum non aſſerere nos eſſe ex nobis dignos, ſed quòd Deus nos fecit dignos, & ego hoc ipſum ſentio, quòd non ſumus ſufficientes ex nobis ad gloriam promerẽndam, ſed quòd illam mereamur, eſt ex gratia Dei quæ nos & præuenit, & D euntes comitatur. Itaque Deus per gratiam quam nobis donat, facit nos dignos ſe. Hoc ergo non poterit negare Lutherus, quin iuſtus ſit dignus Deo, quamuis à Deo ipſo fiat dignus. Quòd ſi dignus, ergo aliquam habet meriti rationem. Omitto hîc ſacrorum doctorum teſtimonia, qui omnes tribuunt meritum homini gratia Dei adiutorio. Nam qui deſtitutus eſt gratia diuina, certum eſt quòd nihil mereri poteſt, quod ad vitam æternam pertineat. De hac hæreſi adhuc plura dicemus in titulo de operibus, hæreſi quarta.

Pelagius. SEcunda hæreſis eſt omnino contraria huic proximè narratæ, quoniam ait hominem ſine auxilio gratiæ Dei poſſe ex ſua virtute naturali promereri vitam æternam. Huius hæreſis autor fuit Pelagius. Sed de hac hæreſi non eſt opus impręſentiarum diſputare, quoniam ſuprà in titulo de gratia, hæreſi prima, ſatis (vt exiſtimo) de illa diſſeruimus.

MIRACV-

MIRACVLVM.

DE erroribus Vvaldenſium Guido Carmelita differens, cap. 15. dicit illos ſentiri nulla vera miracula fieri in Eccleſia. Verùm AEneas Syluius in libro de origine Bohemorum, cap. 35. recenſens Vvaldenſium errores, nunquam huius erroris meminit. Et ſi ita ſenſerunt, vt Guido illis impingit, apertiſſimè ex hoc errore licebit colligere quanta fuerit illorum dementia, & ſacrarum literarum ignorãtia, cùm ſint tam multa ſcripturæ ſacræ teſtimonia ad miraculorum confirmationem. Sed Vvaldenſes fuerunt homines idiotæ, & prorſus ignorãtes: quapropter veriſimile eſt eos neſciſſe quid ſit miraculum. Ideo prius oportet miraculum definire, quàm de eo diſputemus. Miraculum eſt res inſolita ſupra naturę potẽtiam operata. Itaque duo *Vvaldenſes.*

A oportet ineſſe vt aliquid poſsit dici miraculum, quòd videlicet ſit ſupra naturæ potẽtiam, vt quòd non ſit ex communi conſuetudine. Et ſi alterum horum deſit, miraculum minimè dicetur. Hac enim de cauſa creatio animæ humanæ non eſt cenſenda miraculum, quia etſi illis creatio excedat potentiam naturæ, non eſt tamen res inſolita, cùm Deus quotidie nouas creet animas. Eadem ratione ſi vnus homo naſceretur cum ſeptem digitis in qualibet manu, non dicetur miraculum, quia & ſi hoc ſit inſolitum, non tamen excedit potentiam naturæ, quoniam à cauſis naturalibus hoc procedere poteſt. Si tamen res eſt inſolita, & vires naturæ exuperans, illa meritò miraculum dicetur. Huiuſmodi autem quàm multa fuerint vera miracula, piget recenſere, quoniam vtrunque teſtamentũ plenum eſt miraculis. Ex veteri inſtrumento ſatis eſt ad memoriam reuocare miracula quæ Deus operatus eſt in Ægypto cùm inde eduxit filios Iſraël. Et fortè Vvaldenſes fuerunt ex illis de quibus dixit propheta: Et obliti ſunt benefactorum eius, & mirabilium eius quæ oſtendit eis. Corã patribus eorum fecit mirabilia in terra Ægypti, in campo Thaneos. Ecce mirabilia operata in AEgypto. Quòd ſi cõtendas fatendò illa fuiſſe mirabilia, nõ autem miracula, quamuis ex definitione miraculi aſsignata poſsis conuinci, tamen volo vt ipſa ſcriptura conuincat. Cùm diceret Moyſes populo Iſraël ex mandato Domini, quo pacto nocte ſequenti moriturum eſſet omne primogenitum AEgypti tam ex iumẽtis quàm ex hominibus, ſtatim hæc verba ſubnectit. Apud omnes autem filios Iſraël non mutiet canis, ab homine vſque ad pecus; vt ſciatis quanto miraculo diuidat dominus Aegyptios & Iſraël. Et in libro Numerorũ ſcriptura loquens quomodo terra deuorauit Chore, morientibus plurimis quando combuſsit ignis ducẽtos quinquaginta viros, ſic ait: Et factum eſt grande miraculũ, vt chore pereunte filii illius non perirent. Si ad nouum inſtrumentũ nos citare volunt, illic etiam pro nobis dicetur ſententia. Illic enim inuenies cæcos viſui reſtitutos, claudos

B ambulantes, paralyticos ſanatos, è quibus vnus fuerat 38. annis infirmus, leproſos plures mũdatos, mortuos ſuſcitatos, aliaque innumera miracula, quæ nullo pacto per naturæ virturem fieri poterãt. Quis ergo erit tam temerarius vt negare audeat illa verè contigiſſe, & vera miracula eſſe? Quòd ſi Vvaldenſes ſuam aſſertionem reſtringant ad miracula quæ à ſanctis fieri dicuntur, adhuc erit eorum aſſertio dicenda hæreſis. Nam de Petro dicit hiſtoria Apoſtolica, quòd ad vocẽ Petri cõſolidatæ ſunt baſes cuiuſdam claudi petentis eleemoſynam ante foras templi: & ſanatus eſt Aeneas alius qui fuerat paralyticus iacẽs in lecto annis octo. Et plurima alia miracula enarrat illa Apoſtolica hiſtoria, quę nõ poſſunt negare fuiſſe miracula. Verùm nõ deſunt aliqui latentes (vt exiſtimo) Vvaldenſes, qui hæc miracula à ſanctis facta derident, dicentes illa à ſolo deo fieri, quoniam (vt ait propheta) ille eſt qui facit mirabilia magna ſolus. Quapropter dolent cùm audiunt alios dicentes talẽ ſanctum, aut talem ſanctã feciſſe aliquod miraculũ, quia dicunt illa à Deo fieri, & non debere vllo pacto hominibus tribui. Fateor quidem à Deo illa omnia fieri, ſed vt Deus illa fecerit, ſanctorum merita ſunt in cauſa: ad quorum exaltationem Deus vult miracula fieri. Et quia propter merita illius ſancti Deus hoc facit, dicuntur fieri ab illo ſancto. Neque hic modus loquendi eſt alienus à ſacris literis. Nam ipſe veritatis magiſter apud Ioannem ait: Amen amen dico vobis, qui credit in me, opera quæ ego facio, & ipſe faciet, & maiora horũ faciet. Aduerte quod nõ dixit, maiora horum propter merita illius ego faciam, ſed dixit, & ipſe faciet, & maiora horum faciet. Et apud Marcum iterum ait: Signa eos qui crediderint, hæc ſequentur. In nomine meo dæmonia eiicient, &c. Non dixit, Ad eorum preces ego eiiciam, ſed dixit, ipſi eiicient, ipſi ſerpentes tollent, ipſi linguis loquentur nouis. Valeant ergo miraculorum ſubſannatores, & nolint tot deinceps excitare tragœdias ad-

C uerſum eos qui dicunt miracula fieri à ſanctis, cùm Dominus dicat de quolibet credente in eum, quòd faciet illa quæ ipſe fecit, & adhuc maiora.

Exod. 11. *Num. 26.* *Ioan. 5.* *Act. 3.* *Act. 9.* *Pſal. 17.* *Ioan. 14.* *Mar. vlt.*

MISSA.

INter multa quæ nobis Deus benignitatis ſuę teſtimonia in hoc mundo reliquit, præcipuum eſt illud omnium ſacramentorum excellentiſſimum, quod propter affluentem & exuberantem gratiam quę in illo confertur, vocatum eſt Euchariſtia. Et quemadmodum illud eſt excellentiſsimum, ita oportuit vt ad illud conficiendum eminentior inſtitueretur cultus religionis, vt ex cultu exteriori magis alliceretur animus omnium adſtantium ad maiorem reuerentiam illi ſacramento præſtandam. Nam cùm vident homines præparationem ſacerdotis, cæremonias quæ præcedunt & ſequuntur huius ſacramenti conſecrationem, valde mouentur vt magis illud reuereantur. Huius ergo ineffabilis ſacramenti conſecrationem cum cæremoniis ad illam pertinentibus, nos Miſſam vocamus. Qui ergo ipſum ſacramentum contemnunt, non eſt mirandum ſi illius ſacramenti conſecrationi detrahant. Miſſæ dignitatem deprimant, eam nihili facientes.

Prima hæ resis. Quod vt facilius efficiant, hinc exordium sumunt, dicentes Missam non esse à Christo institutam, sed humanis inuentionibus Ecclesię illatam. Huius pestiferæ assertionis primus magister fuit Ioannes *Ioannes Vvicleph.* Vvicleph, qui dixit non esse fundatum in Euangelio quòd Christus missam ordinauerit. Si Ioānes Vvicleph hic capit vocabulum missæ, vt conplectitur totum illum cæremoniarum decursum, qui consecrationem Eucharistiæ precedit & sequitur, vt puta quod dicitur primò introit⁹, mox dicatur ter Kyrie eleeson, & ter Christe eleeson, &c. hoc modo capiendo vocabulum missæ, ego non putarem esse censendam hæresim illius assertionem: quoniam certum est Christum non instituisse illa omnia, sed partem illorum Apostoli instituerunt, alias partes decursu temporis addidit Ecclesia. Nam hymnum illum angelicum videlicet, Gloria in excelsis Deo, Telesphorus papa & martyr precepit cãtari in missa ante sacrificii oblationem. Et Gregorius papa huius nominis primus instituit, vt in principio missæ cantetur antiphona quæ vulgo dicitur introitus. Idem etiam instituit vt post introitum nouies Kyrie eleeson, Christe eleeson cantetur. Et ita alia ab aliis successu temporis addita sunt. Si verò missa capiatur prout debet, vt videlicet solum significet illa quæ sunt substantialia, videlicet consecrationem Eucharistiæ sub vtraque specie, oblationem illius Deo in memoriam Christi, & eiusdem oblationis sumptionem: sic intelligendo, certum est quòd Christus missam ordinauit, & per consequens certum est Ioānis Vvicleph *Luc.22.* assertionem esse meritò de hæresi notatam. Nam Christus in illa cœna vltima postquam ipse corpus suum discipulis mãducandum sub specie panis dedit, dixit: Hoc facite in meam commemorationem. Quibus verbis discipulis præcepit vt illud quod ipse fecit, illi facerẽt in commemorationem eius. Christus benedixit, hoc est, consecrauit, quoniam illa benedictione Christus consecrauit: & ita à vetustis Ecclesiæ doctoribus, potissimum Grẽcis, vocatur consecratio Eucharistiæ mystica benedictio. Sic enim eam vocat Gregorius Nazianzenus. Eodem nomine sæpissimè appellatur à Cyrillo super sextum Ioannis caput. Sic etiam vocatur in epistola quam misit Concilium Ephesinum Nestorio hæretico. Hinc etiam ortum habet quòd sacerdos antequam verba cõsecrationis dicat, benedicit panem, vt Christum imitetur, qui antequam discipulis daret, benedixit. Verùm etsi non legatur in Euangelio aliquam aliam A pro hoc sacramento fuisse à Christo institutam cæremoniam, non tamen ideo contemnendæ veniunt illæ cæremoniæ quibus catholica vtitur Ecclesia, præsertim cum bonam illarum partem legamus fuisse ab Apostolis institutam. Nam Hugo de sancto Victore in libro de sacramentis, & Isidorus in libro primo de officiis Ecclesiasticis, cap. 15. & Remigius in libro de officio missæ, testantur eum ordinem orationum, quibus Deo oblata sacrificia consecrantur, primò à sancto Petro fuisse institutum, quem primam missam Anthiochiæ celebrasse ferunt, in qua tres tantum orationes initio fidei proferebantur, incipiebátque tunc sacerdos ab illo loco vbi dicitur: Hanc igitur oblationẽ, &c. Alia verò successu tẽporis adddita sunt. Quod missa, iuxta secũdam huius vocis significationem, sit à Christo instituta, & in Euã- *Rabanus.* gelio expressa & declarata, testantur omnes sacri doctores qui missæ mentionem fecerunt. Ex quibus aliquot vetustiores citabo, vt inde constet Ecclesiam Catholicam hoc semper credidisse & docuisse. Rabanus libro primo de institutione Clericorum, cap. 32. de missæ institutione loquẽs, hæc ait: Hunc morem sacrificij primũ Domin⁹ noster Iesus Christus instituit, quãdo cõmẽdauit Apostolis, suis corpus & *Mar.14.* sanguinem suum priusquam traderetur, sicut legitur in Euangelio: Accepit, inquit, panem fregit & dedit eis, & ait: Sumite, hoc est corpus meum. Et accepto calice gratias agens dedit eis: & biberunt omnes ex illo. Cum benedictione enim & gratiarum actione primum Dominus corporis & sanguinis sui sacramenta dedicauit, & Apostolis tradidit: quod ex inde Apostoli imitati fecêre, & successores suos facere docuerunt, quod & nunc per totum orbem terrarum generaliter tota custodit Ecclesia. Hęc Ra- *Isidorus.* banus. Et isto aliquãto antiquior Isidorus, libro primo de Ecclesiasticis officiis, cap. 15. de missa differẽs, B ait. Ordo autem missæ, vel orationum, quibus oblata Deo sacrificia consecrantur, primùm à sancto Petro est institutus, cuius celebratio, vno eodemque modo vniuersus peragit orbis. Hæc Isidorus. In quibus verbis id solum annotãdum est quod ait, ordinem orationum illarum quæ in consecratione, & oblatione Eucharistiæ dicũtur, esse à beato Petro institutum. Nã ipsam corporis & sanguinis Christi cõ- *Ambro. sius.* secrationem, quæ vera est missa, dicit esse à Christo institutam, vt ipsemet alibi testatur in verbis, quæ ad expugnationem proximè sequentis hęresis citabimus. Ambrosius in missa in cœna domini in præfatione missæ, hæc ait: Aut quid sperare de tua misericordia possumus, qui tantum munus accepimus, vt talẽ tibi hostiam offerre mereremur, corpus scilicet & sanguinem Domini nostri Iesu Christi, qui se pro mundi redemptione piæ illi & venerandæ tradidit passioni. Qui formam sacrificij perennis instituens, hostiam se primus obtulit, & primus docuit offerri. Hæc Ambrosius. In quibus verbis multa annotare oportet. Primum est, in Eucharistia contineri corpus & sanguinem Domini nostri Iesu Christi: & hoc contra Berengarium & Oecolampadium, Carolstadium, Zuinglium & reliquos negãtes veram carnẽ & verum sanguinem Christi in Eucharistia contineri. Alterum est, quod nos hanc hostiam, videlicet corpus & sanguinem Christi offerimus: & hoc testimonium iuuat ad expugnationem proximè sequẽ- *Eusebius. Emissen⁹.* tis hęresis, quę negat missam esse sacrificium. Tertiò annotare oportet quod ait, Christum instituisse formam sacrificij perennis, & docuisse offerri: & hoc est contra hanc hęresim, de qua nunc disputamus, quę negat missam institutam esse à Christo. Nam hanc oblationẽ, & hoc sacrificium nos missam appellamus. Eusebius Emissenus sermone quinto de paschate loquens de cœna Domini & de passione, hęc ait: Et ideo quia corpus assumptũ ablaturum erat ex oculis nostris & syderibus illatutus, neces- C sarium erat, vt nobis in hac die sacramentum corporis & sanguinis sui consecraret, vt coleretur iugiter per mysterium, quod semel offerebatur in precium: & quia quotidiana & indefessa currebat pro hominum salute redemptio, perpetua etiam esset redemptionis oblatio, & perennis illa victima viueret in memoria, & semper præsens esset in gratia. Verè vnica & perfecta hostia fide æstimãda, non specie: neque exte-

que exteriori cenſenda viſu, ſed interiori affectu. Hæc Euſebius Emiſſenus. In quibus ea omnia anno- *Chriſoſto.*
tare oportet, quæ in verbis Ambroſij annotauimus. Chryſoſtomus in ritu miſſæ Græcanicæ ab eo inſti-
tuto, iubet vt ſacerdos, dum hymnus cherubicus cantatur, ſequentem dicat orationem. Nullus eorum
qui carnalibus cupiditatibus & voluptatib⁹ eſt alligatus, dignus eſt ad te accedere, vel appropinquare,
vel tibi miniſtrare rex gloriæ. Tibi enim miniſtrare magnum eſt, & vel ipſis cœleſtibus poteſtatibus
terribile. Sed tamen propter inenarrabilem & infinitam tuam benignitatem citra conuerſionem &
commutationem homo factus es, & noſter ſacerdos appellatus, & huius miniſtratorii & incruenti ſa-
crificii conſecrationem nobis tradidiſti, tanquam Dominus omnium. Hæc Chryſoſtomus in ritu miſ-
ſæ. In quibus verbis, & miſſam dicit eſſe incruentum ſacrificium, & illius conſecrationem, quam nos
miſſam appellamus, Dominum tradidiſſe. Cyprianus in epiſtola ad Cecilium, quæ tertia eſt libri ſe- *Cyprian⁹*
cundi, docens non eſſe offerendum calicem cum ſolo vino, neque cum ſola aqua, hæc ait. Nam ſi Ieſus
Chriſt⁹ domin⁹ & De⁹ noſter ipſe eſt ſummus ſacerdos Dei patris, & ſacrificiũ Deo patri ipſe prim⁹ ob
tulit, & hoc fieri in ſui commemorationẽ præcepit, vtique ille ſacerdos vice Chriſti verè fungitur, qui id
quod Chriſtus fecit, imitatur. Et ſacrificium verũ & plenũ tũc offert in Eccleſia Deo patri, ſi ſic incipiat
D offerre ſecundũ ꝙ ipſum Chriſtũ videat obtuliſſe. Cæterum omnis religionis & veritatis diſciplina ſub-
uertitur, niſi id quod ſpiritualiter præcipitur, fideliter reſeruetur. Et aliquibus interpoſitis, ſubdit. Chri-
ſtum offerre oportebat circa veſperam diei, vt hora ipſa ſacrificii oſtenderet occaſum & veſperam
mundi: ſicut in Exodo ſcriptum eſt: Et occident illum omne vulgus ſynagogæ filiorum Iſraël ad veſpe- *Exod.12.*
ram. Et iterum in Pſalmis. Eleuatio manuum mearum ſacrificium veſpertinum. Nos autem reſurrecti- *Pſal.140.*
onem Domini mane celebramus. Et quia paſsionis mentionem in ſacrificiis omnibus facimus, (paſſio
eſt enim Domini ſacrificium quod offerimus) nihil aliud quam quod ille fecit, facere debemus. Hæc
Cyprianus martyr ſanctiſſimus & doctiſſimus. In quibus verbis paſſionem Domini dicit eſſe ſacri-
ficium quod nos offerimus: & ſæpe dicit Deum præcepiſſe, vt hoc illi ſacrificium offerremus. Et quia
hoc ipſum ſacrificium miſſa dicitur, inde conuincitur miſſam hanc ex Dei præcepto eſſe inſtitutam. Al-
xander Papa huius nominis primus, qui ſextus à beato Petro ſummus pontifex numeratur, in prima ſua *Alexãder*
epiſtola, quæ eſt ad omnes fideles, hæc ait: In ſacramentorum oblationibus, quæ inter miſſarum ſolem- *papa pri-*
nia Domino offeruntur, paſſio Domini miſcenda eſt, vt eius cuius corpus & ſanguis conficitur, paſſio *mus.*
celebretur, ita vt repulſis opinionibus ſuperſtitionum, panis tantum & vinum aqua permixtum in ſa-
crificio offerantur. Non debent enim (vt à patribus accepimus & ipſa ratio docet) in calice Domini
aut vinum ſolũm, aut aqua ſolum offerri, ſed vtrunque permixtum: quia vtrunque ex latere eius in
paſſione profluxiſſe legitur. Ipſa verò veritas inſtruit calicem & panem in ſacramento offerre, quando
ait: Accepit Ieſus panem & benedixit, deditque diſcipulis ſuis, dicens: accipite & manducate, hoc
enim eſt corpus meum, quod pro vobis tradetur. Similiter poſtquam cœnauit, accepit calicem, dedit- *Matt.26.*
A que diſcipulis ſuis, dicens: Accipite & bibite ex eo omnes: quia hic eſt calix ſanguinis mei qui pro
vobis effundetur in remiſſionem peccatorum. Hæc Alexander Papa, verus Chriſti martyr. In quibus
verbis id inter alia annotare oportet, quòd in miſſarum ſolenniis ſacrificia offerri dicit, & hoc non ex
ſtatuto humano & papiſtico, vt recentes hæretici loquuntur, ſed ex inſtitutione diuina. Martialis vnus *Martialis*
ex ſeptuaginta Domini diſcipulis, Petri Apoſtoli comes indiuiduus, in epiſtola ad Burdegalenſes, capi-
te tertio, hæc ait: Quod autem Iudæi per inuidiam immolauerunt, putantes ſe nomen eius, à terra abo-
lere: nos cauſa ſalutis noſtræ in ara ſanctificata proponimus, ſcientes hoc ſolo remedio nobis vitam
præſtandam, & mortem effugandam. Hoc enim ipſe Dominus noſter iuſſit nos agere in ſui comme-
morationem. Hæc ſanctus Martialis. In quibus verbis id potiſsimum annotare oportet, quod ait
nos ex Domini præcepto offerre illud idem corpus quod Iudæi per inuidiam occiderunt. Non eſt ergo
miſſa ex humana traditione, vt hæretici mentiuntur, ſed ex præcepto diuino prout omnes iſti teſtan-
tur. Sunt adhuc alia ſanctorum & vetuſtiſsimorum virorum teſtimonia, qui & ſi non dicant miſſam
fuiſſe à Chriſto inſtitutam, miſſæ tamen mentionem facientes, eam nomine miſſæ appellãt, & in illa ſa-
crificium corporis & ſanguinis Domini Deo offerri dicunt, quod nequaquam ſine Dei iuſſu & autori-
tate ſacerdos vllus facere poſſet. Teleſphorus papa & martyr in epiſtola ſua quã ſcripſit ad omnes Chri- *Teleſp-*
ſti fideles de miſſarum celebratione loquens, hæc ait: Miſſarum celebrationes ante horam diei tertiam *horus.*
minimè ſunt celebrandæ: quia & eadem hora Dominus crucifixus eſt, & ſuper Apoſtolos Spiritus ſan-
ctus deſcendiſſe legitur. Ab epiſcopis autem idem angelicus hymnus pro tempore & loco in miſſarum
B ſolenniis celebrandus eſt, atque ſolenniter recitandus. Ipſi enim qui proprio ore corpus Domini con-
ficiunt, ab omnibus ſunt audiendi, obediendi atque timendi. Hæc Teleſphorus Papa & martyr. Ecce
audis nomen miſſæ ante mille & quadragintos annos ſcriptum, quod iſti hæretici tanquam recens in-
uentum abolendum eſſe dicunt. Sed vt apertius iſtos hæreticos de ſuo impudentiſsimo mendacio con-
uincam, alios vetuſtiores teſtes proferre volo. Clemens papa huius nominis primus, & Petri Apoſto-
li diſcipulus, in epiſtola tertia præcepit presbyteris & aliis clericis, vt nihil abſque proprii epiſcopi licẽ- *Clemens.*
tia agant, neque miſſas ſine eius iuſſu celebrent. Et paucis interpoſitis, ſubdit: In aliis locis ſacrifica-
re, & miſſas celebrare non licet, niſi in his in quibus epiſcopus proprius iuſſerit. Hæc Clemens Papa &
martyr. Abdias Babyloniæ epiſcopus ab Apoſtolis ordinatus, qui ſe Chriſtum in carne vidiſſe teſtatur
libro ſeptimo Apoſtolicæ hiſtoriæ, in quo geſta Matthæi Apoſtoli & Euangeliſtæ narrans, poſtquàm
dixerat Matthæum publicè otaſſe Deum, pro Ephigenia filia AEglippi regis AEthiopum, quam Hir-
tacus regni ſucceſſor ſibi coniugem copulare volebat, quamuis illa virginitatem Deo vouiſſet, hæc
quæ ſequuntur, de Matthæo refert. Cumque reſpondiſſent, Amen, & myſteria Domini celebrata,
& miſſam ſuſcepiſſet omnis Eccleſia, retinuit ſe, vt iuxta altare, vbi corpus ab eo fuerat Chriſti con-

fectum, illic martyrium Apostolicum exultaret. Itaque non multò post, expansis manibus orantem, speculator missus ab Hirtaco, à tergo punctim, vnius gladij ictu feriens Apostolum, martyrem Christi effecit. Hæc Abdias. Ecce missæ nomen, quod hodierni hæretici abominantur, apud discipulos Christi & Apostolorum eius in veneratione habitum reperimus. Et inde etiam conuincitur, missam non esse rem papisticã, vt hæretici illam iniurioſè appellant, sed à Christo ipso institutã. Merito ergo talis assertio Ioannis Vvicleph est velut hæretica damnata. Nam ex. 45. articulis eiusdem Vvicleph in Concilio C
Cõcilium Constantiense. Constantiensi damnatis, quintus articulus sic ait: Non est fundatum in Euangelio quòd Christus Missam ordinauit. Quæ assertio simul cum aliis, vna super omnes lata sententia, damnata est. Contra hanc hæresim copioſè disputat Thomas Valden. in libro de sacramentalibus, titulo quarto.

Lutherus. SEcunda hæresis est multò pestilentior: quia non solùm negat missam esse à Christo institutam, sed insuper negat missam esse sacrificium, imò quod multò peius est, negat missam esse aliquod opus bonum. Primus huius nefandæ hæresis author, & publicus defensor est Martinus Lutherus, neque vllus ex iis, qui verum Christi corpus & verum eius sanguinem in Eucharistia contineri fatentur, ausus fuit vnquam vsque adeò missæ palam detrahere, vt palàm negaret illam esse sacrificium. Quanquam Eras-
Erasmus. mus Rotherodamus, qui ante Lutherum scripsit, vt ingenuè loquar, non paruam suspicionem mihi dederit, se in hac pestilentissima fuisse sententia. Nam in Annotationibus super caput decimumtertium Actuum Apostolorum, vbi in vulgari translatione habetur, Ministrantibus autem illis, &c. ille annotat vertendum esse, sacrificantibus: quia Græcè habetur, λειτουργούντων, quod proprium esse dicit operantium in sacris: & postea subdit hæc verba. Nullum est autem sacrificium Deo gratius, quàm impartiri doctrinam Euangelicam. Hæc Erasmus. Ex quibus conuincitur, illum aut negare missam esse sacrificium, aut dicere illud non esse Deo magis gratum quàm impartiri doctrinam Euangelicam. Sed Erasmum relinquentes, quoniam non vsque adeò apertè suam sententiam in hac parte declarauit, dicimus huius impiæ hæresis primum authorem fuisse Martinum Lutherum, qui missam tanto odio persecutus est, vt D
Lutherus. aduersus illam librum scribere non erubuerit, cui titulum nomenque dedit, De abroganda missa. Verba Lutheri in hoc libro, de missa abroganda sunt hæc. Missæ, quas sacrificia vocant, summa sunt idololatria, & impietas: imò missarum vsum nomine sacrificiorum & sacerdotum titulo tenere, est negare Christum. Et in libro de captiuitate Babylonica ait: Impiissimus abusus est, in Ecclesia persuaderi, Missam esse opus bonum & sacrificium. Et iterum in eodem libro: Missa summa est peruersitas. Hæc Lutherus, quæ tam blasphema sunt, & tam horrenda vt illa hic scribere non auderem, nisi me ipsa disputationis ratio cogeret propria aduersarii verba fideliter citare, vt lector inde cognoscat, nihil à me confictum Luthero mendaciter tribuere, sed id solùm referre, quod ille suis propriis verbis explicauit. Contra tamen, ille & omnes alii illius sectatores facere solent, qui dum Catholicorum sententias referunt, semper mille mendacia miscent, & Catholicis sæpe tribuunt, quæ nunquam illis in mentem venerunt. Luthero in hac impiissima assertione consenserunt omnes huius temporis hæretici, saltem quos ego
Caluinus. vel ex nomine noui, ex quibus vnum maiori æstimatione apud eos habitum citare volo. Ioannes Caluinus in illa sua institutione Christianæ religionis, capite. 18. 13. 49. vbi postquam dixerat scholasticos Theologos docere missam esse sacrificium, hæc quæ sequuntur, ait: Valeant ipsi cum spinosis suis argutiis, quæ vrcunque cauillando defendi queant, ideo tamẽ repudiandæ sunt bonis omnibus, quod nihil quàm cœnæ claritatem multis tenebris inducunt. Illis ergo valere iussis, congredi me, hic lectores intelligant cum ea opinione, qua Romanus Anthichristus (papam hoc nomine appellant Caluinus & A
Lutherus, & omnes huius temporis hæretici) ac eius prophetæ totum orbem imbuerunt: nempe missam esse opus, quos sacerdos qui Christum offert & alii qui in oblatione participant, Deum promerentur. Neque id communi tantum vulgi opinione receptum est, sed ipsa quoque actio sic est instituta, vt genus sit placatonis, quo pro viuorum & mortuorum expiatione Deo satisfaciat. Hæc Caluinus. Idem
Vvirtẽbergenses. prorsus asserunt Vvirtembergenses in libro quem ædiderunt pro confessione suæ fidei, vbi de Eucharistiæ sacramento differentes, & Catholicorum sententiam referentes, inter alia hęc dicunt. Alius error est, quod Eucharistia sit tale sacrificium, quod debeat iugiter in Ecclesia ad expianda peccata viuorum & mortuorum, & pro impetrandis aliis beneficiis tam corporalibus quàm spiritualibus offerri. Hic error manifestè pugnat cum Euangelio Christi, quod testificatur Christũ vna oblatione semel tantum facta consummasse in sempiternum sanctificatos. Et quia Christus passione ac morte sua impetrauit nobis remissionem peccatorum, quæ & nobis per Euangelium in nouo testamẽto adnunciatur: idcirco non licet amplius pro peccato sacrificare. Hæc Vvirtembergenses. In quibus verbis duas simul proferunt hæreses. Alteram, qua negant missam esse sacrificium: Alteram, qua negant illam posse offerri pro peccatis viuorum & mortuorum, aut pro aliis rebus siue corporalibus siue spiritualibus. De hac secunda hæresi nihil in hoc capite, sed in proximè sequẽti dicemus. Propter hæc omnia & alia mul-
Psal. 73. ta horrenda, & execranda, quæ Lutherus & illius sectatores in missæ contemptum sint ausi proferre, videtur mihi nos posse rectè dicere Christo id quod Propheta regius ait: Gloriati sunt qui oderunt te, in medio solennitatis tuæ. Nam omnium Christi solemnitatum, quæ in terris celebrantur, maxima est missæ celebratio, per quam ad vocem sacerdotis verum Christi corpus è cœlo ad terram descendit sub speciebus panis latitans, & sanguis illius sub speciebus vini. Sed in medio huius solennitatis oderunt B
Christum Lutherani, qui tantum donum contemnunt, & tantam solennitatem floccipendunt, & sic contemnentes, gloriantur quasi magnum aliquid fecerint. Videtur igitur mihi Lutherus in hac parte
1. Mach. 1. Antiocho Epiphane Syriæ regi simillimus esse. Nam hic Antiochus, vt Machabæorum narrat historia, cùm sanctam Iudæorum legem prorsus tollere, & illos ad gentium ritus cogere vellet, inter cætera, quæ ad hunc finem fecit, prohibuit sacrificia fieri in templo iuxta Mosaicæ legis institutionem.

Lutherus

Lutherus autem,vt totam Christi legem abrogaret,& Paganorum aut Sarracenorum leges populo traderet,Euangelicæ legis excellẽtissimum sacrificium prohibuit,dum missam abrogauit,ipsamque sacrificium verum esse negauit. Contra hanc tam impiam & Deo ingratam hæresim multipliciter pugnare oportet,vt illam apertè reuincamus,& arenæ cedere cogamus.

Primo ergo percontari oportet Lutherum, an pro statu legis Euangelicæ sit aliquod sacrificium ab ipsa lege statutum,& illi peculiare.Non est dicendum,nullum esse peculiare legis Euangelicæ sacrificium:quoniam eadem ratione dicere oportebit,nullum esse eiusdem legis peculiare sacerdotium,& inde vlterius sequetur,vt nulla etiam sit Euãgelica lex.Nam tanta est legis & sacerdotii connexio,vt alterum ab altero diuelli non possit.Si Paulus ex translatione sacerdotii,colligit legis translationem, eodem mo do ex sacerdotii & sacrificii ablatione,legis etiam ablationẽ inferre licebit. Præterea,in omni lege,qualis qualis illa fuit, semper fuerunt aliqua peculiaria illius legis sacrificia. Nam in lege naturæ, quæ vna fuit apud omnes,aliqua fuerunt sacrificia, provt constat ex vita & operibus Iob, qui in sola lege naturæ vixit.Hic enim, vt illius refert historia, offerebat holocausta per singulos dies, ne fortè filii eius peccassent.De lege Mosaica non est opus disputare,cum manifestum sit,totam illam scatere sacrificiis & oblationibus. De gentili populo etiam constat, illum iuxta diuersitatem idolorum quæ colebat,diuersa habuisse sacrificia,ita vt nulla fuerit vnquam gens tam barbara,quæ non habuerit aliquod sacrificii genus, quod offerret Deo,hoc est illi quem falso putabat esse Deum. Et hoc non aliunde euenit, nisi quia à natura est omnibus inditum,vt quisque Deum colat. Multo ergo magis in lege Euangelica, in qua clariorem Dei cognitionem habemus, necessarium est vt in ea sit aliquod peculiare sacrificium multo excellentius omnibus sacrificiis aliarum legum. Tale autem nullum reperiri potest nisi missa sit sacrificium, in qua verum Christi corpus & verus eiusdem sanguis Deo offertur.Missa ergo est sacrificium.Sed hæc & alia similia argumenta,quamuis fortissima relinquamus,ne nos hæretici,vt solent quando nostris argumentis respondere nesciunt,sophistas appellent,& sacræ scripturæ,& sanctorum testimoniis, conciliorumque definitionibus contra istos hæreticos pugnemus. Sed ne de sola vocis significatione, prout sæpe hæretici facere solent,frustra contendamus, rationem veri sacrificii prius statuere oportet,vt iuxta illam probemus missam esse verum sacrificium. Nam Vvitembergenses videntes, vt opinor, aliqua esse sanctorum testimonia,quæ apertè testantur missam esse sacrificium,ad hoc subterfugerunt, vt dicerent missam esse sacrificium,iuxta latam & nimis extẽsam huius vocis significationem.Verba illorum quum de sactamento Eucharistię loquuntur,sunt hæc.Deinde cum sacrificii nomen latissimè pateat,ac generaliter significet sacrum cultum,libenter concedimus verum & legitimum vsum Eucharistiæ posse hoc modo sacrificium dici.Hæc Vvirtembergenses. Et post hæc verba negant missam esse verum sacrificiũ, vt constat ex verbis illorum, quæ iam supra citauimus. Quia verò nos dicimus missam esse verum & legitimum sacrificium,quod omnia alia sacrificia excellit,necessarium esse censui,veri sacrificii rationem prius ostendere, vt aduersarii nostri intelligant id, pro quo contra illos disputamus, & non confugiunt ad latam sacrificii significationem. Augustinus libro quarto de Trinitate, capite. 14. declarat quæ sint necessaria, vt verum aliquod sit sacrificium, sic dicens: Quatuor considerantur in omni sacrificio: cui offeratur, à quo offeratur, quid offeratur, pro quibus offeratur. Hæc Augustinus. Ex istis quatuor, primum solum est extra omnem controuersiam, tria verò vltima sunt controuersa. Nam si constaret quis sit offerens,& quid offertur, & pro quibus offertur: apertissimum esset, Deum solum esse cui munus illud offertur.Ex istis tribus controuersis solum vnum est nunc discutiẽdum,videlicet quid offertur,nam pro quibus offertur,in proximè sequẽti hæresi disputabimus. Quis autem sit qui offerat,in titulo de sacerdotio hæresi prima, declarauimus: vbi multis testimoniis probauimus solum sacerdotem ab episcopo ordinatum habere potestatem conficiendi,& offerendi Eucharistiam.Solum ergo superest vt inquiramus de illo quod offertur. Quæ & qualis esse debeat ipsa res oblata, vt verum sacrificium dici possit, idem Augustinus docet libro decimo de Ciuitate Dei,capite 6. hæc dicens: Verum sacrificium est omne opus quod agitur,vt sancta societate inhæreamus Deo,relatum scilicet ad illum finem boni, quo veraciter beati esse possimus.Vnde & ipsa misericordia,qua homini subuenitur, si propter Deum non fit, non est sacrificium. Et si enim ab homine sit vel offertur, tamen sacrificium res diuina est: ita vt hoc quoque vocabulo id Latini veteres appellauerint.Vnde ipse homo Dei nomini consecratus,& Deo deuotus,in quantum mundo moritur,vt Deo viuat, sacrificium est. Hæc Augustinus. Ex quibus verbis apertè colligitur,omne opusbonum,quod Deo offertur,esse verum sacrificium.Et hanc sacrificii diffinitionem ipsemet Caluinus admittit,qui in illa sua institutione Christianæ religionis capite.18.15.60. hæc ait.Qui sacrificii vocabulum ad sacras omnes cæremonias & religiosas actiones extendunt, qua ratione id faciant,non video.Nos perpetuo scripturæ vsu,sacrificium appellari scimus,quod Græci nunc θυσίαν, nunc προσφορὰν, nũc τελετὴν dicũt.Quod generaliter acceptum,complectitur quidquid omnino Deo offertur.Hæc Caluinus.Ex cuius verbis constat inter nos & illum de veri sacrificij diffinitione conuenire. At cum beatum corpus Christi,& sanguis illius benedictus sint res optimæ,euidenter colligitur vt illarum oblatio sit verum sacrificium,& quicunque res illas Deo patri refert,verè sacrificasse dicatur.Vt igitur manifestè conuincamus missam esse verum sacrificium,nihil aliud facere oportet,nisi probare,sacerdotem missam celebrantem offerre in illa Deo patri verum Christi corpus & verum sanguinem eius.Hoc autem facile Deo adiutore, me probaturum spero apertis sacræ scripturę testimoniis, tam ex veteri quàm ex nouo testamento sumptis. Testimonia veteris testamenti partim ex figuris sacramenti Eucharistiæ,quæ multæ in illo precesserunt,partim ex prophetiis sumenda sunt.Ex tam multis Eucharistiæ figuris,ne prolixitate nimia lectori fastidium præbeam,solas duas proferre & discutere volo,quoniam hæ apertè conuincunt Eucharistiæ oblationem per sacerdotem in Ecclesia nunc fieri. Quod cùm

Heb.7.

Iob.1.

Augustinus.

Caluinus

non alibi quàm in missa fiat, inde conuincemus missam esse sacrificium. Sed fortè hæretici volentes infringere vires argumentationis, quæ ex figuris sumenda est, dicent non posse ex sensu mystico sumi argumentum alicuius dogmatis probationem: quoniam hoc apertè docet Augustinus in epistola ad Vincentium Donatistam. Fateor equidem ex mystico sensu non posse semper sumi argumentum conuincens ad probandum aliquod dogma. Si tamen ex aliis scripturæ locis apertè constare poterit illam mysticam scripturæ sacræ interpretationem esse verum & germanum illius sensum, tunc bene potest ex illo mystico sensu sumi argumentum ad aliquam doctrinam comprobandam. Nam hoc ipsum docet Augustinus in illa eadem epistola ad Vincentium Donatistam, quę contra nos citata est, vbi hęc ait. Quis autem non impudentissimè nitatur aliquid in allegoria positum pro se adducere, nisi habeat etiam manifesta testimonia quorum lumine illustrentur obscura. Hæc Augustinus. Ex cuius verbis satis constat bene posse sumi argumentum ex sensu mystico, quando aliunde constare potest talem sensum mysticum optime conuenire illi literæ, & esse verum illius sensum. Quæ Augustini sententia apertissimè probatur ex Pauli exemplo, qui capite. 4. epistolæ ad Galatas, & capite nono prioris epistolæ ad Corinthios, ad dogmatis comprobationem vsus est testimoniis veteris testamenti iuxta mysticum sensum intellectis. Hoc igitur semel iacto firmissimo fundamento, iuxta id quod primo proposueram volo ostendere, aliquas præcessisse in veteri testamento sanctissimæ Eucharistiæ apertissimas figuras, ex quibus euidenter conuincitur, missam in qua Eucharistia consecratur, & Deo offertur, esse verissimum sacrificium. Melchisedech regem Salem fuisse figuram Christi veri & summi sacerdotis, & sacerdotium Melchisedech fuisse figuram sacerdotii legis Euangelicæ, apertè docet Paulus in epist. ad Hebr. vbi inter alia dicit, de Christo esse intelligendum illud regii prophetæ, Tu es sacerdos in æternum secũdum ordinem Melchisedech. Oportet ergo inter figuram ipsam & rem figuratam esse veram similitudinem, & vmbram optimè conuenire corpori. Videamus ergo quid fuerit in Melchisedech & in sacerdotio illius, vt similia habere cogamur in Christo, & in sacerdotio suo quod instituit pro lege Euangelica. Quæ ad personam Melchisedech attinent, optime in præfata epistola ostendit Paulus Christo conuenire. Oportet ergo iam comparare Melchisedech Christo iuxta ordinem sacerdotii, vt videamus quomodo iuxta hunc ordinem fuerit similis Christo. Quia nisi in ipso ritu sacerdotii Melchisedeh aliquid inueniatur quod fuerit figura sacerdotii Christi, non poterit verè dici quòd Christus sit sacerdos secundum ordinem Melchisedech. De sacerdotio autẽ Melchisedech & illius ritu, nihil aliud expressit scriptura, nisi quod panem & vinum obtulit Deo pro victoria quam Abraham habuit contra quinque reges. Vt igitur corpus vmbræ respõdeat, necessarium est in sacerdotio legis Euangelicæ aliquam simílem hostiam haberi, quæ conueniat cum pane, & vino. At cum nulla talis corporalis & visibilis hostia, quæ Deo offeratur, habeatur in lege Euangelica, nisi sanctissima Eucharistia, in qua sub speciebus panis latet corpus Christi, & sub speciebus vini sanguis illius, conuinciur inde apertè, missam in qua talis hostia Deo offertur esse verum sacrificium. Huius argumentationis vires hæretici agnoscentes, & videntes se ab illa fortiter premi, rimulas aliquas quæsierunt, per quas ab illius potentia effugere possint. Primò quidem negant Melchisedech fuisse figuram sacerdotii legis Euangelicæ. Fatentur quidem illum fuisse figuram Christi, quia illud tam apertè docet Paulus, vt citra impudentiam negari non possit: negant tamẽ Melchisedech figuram fuisse sacerdotii Euangelici, quia nihil, (vt aiunt) præcessit in Melchisedech quod soli sacerdotio Euangelico figuratiue conuenire possit. Sed hæc istorum responsio facillime conuincitur Pauli testimonio, qui volens probare sacerdotium legis Euangelicę multo nobilius atque pręstantius esse quàm sacerdotium legis Mosaicæ, ex facto ipsius Melchisedech circa Abraham hoc conuincit: quia Melchisedech benedixit Abrahæ in cuius lumbis tunc erat Leui, de cuius tribu erat sacerdotium Aaronicum. Quod enim minus est, ait Paulus, à maiore benedicitur. At si per Melchisedech solus Christus figuraretur, & non sacerdotium Euangelicum, quod post mortem Christi perpetuo manet in Ecclesia, nullas vires haberet Pauli argumentatio: quia per illam solum probaretur Christum meliorem esse quàm Aaron. Constat autem manifestè, Paulum illo loco de hac re non contendisse, sed solum de nobilitate sacerdotii Euangelici, ex qua conuincere nititur cessasse sacerdotium Leuiticum. Quia accedente meliore sacerdotio, oportebat vt cederet minus bonum. Et inde concludit legem Mosaicam iam cessasse: quia necessarium esse putat, vt translato sacerdotio, legis translatio fiat. Præterea, multi vetusti doctores sancti ac doctissimi testantur Melchisedech sacerdotem non solum Christi sacerdotis, sed etiam sacerdotii Euangelici gestasse figuram. Eucherius Lugdunẽsis episcopus, qui ante mille annos floruit, in commentariis super Genesim declarans gesta Melchisedech sacerdotis inter alia hæc ait. Quod autem patriarcha magnus decimas Melchisedech sacerdoti post benedictionem dedit, illud spiritualiter expressit, melius videlicet futurum sacerdotium in populo gentium, quàm Leuiticum quod in Israël de ipsa erat nasciturum, futurúmque vt sacerdotium Ecclesiæ habens præputium benediceret in Abraham circumciso sacerdotium synagogæ. Hæc sanctus Eucherius. Et ante istum Augustinus libro. 16. de Ciuitate Dei, capite. 22. postquàm dixit Melchisedech benedixisse Abrahæ post deuictos ab eo quinque reges, hæc quę sequuntur, ait. Ibi quippe primum, apparuit sacrificium, quod nũc offertur Deo toto orbe terrarum, impleturque illud, quod longe post hoc factum, per prophetam dicitur ad Christum, qui fuerat venturus in carnem. Tu es sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedech. Non scilicet secundum ordinem Aarõ: qui ordo fuerat auferendus, illuceſcentibus rebus, quæ illis vmbris prænotabantur. Hæc Augustinus, qui non solum dicit Melchisedech fuisse figuram sacerdotii Euangelici sed dicit in illo fuisse figuram sacrificii quod offertur toto orbe terrarum. Et ne posset hæreticus verba illius detorquere in alium sensum, dicendo illum locutum fuisse de aliquo alio sacrificio, dixit sacrificium illud quod offertur toto orbe terrarum, esse illud per quod impletur prophetia quæ dixit, Tu es sacerdos

Augustinus. *Heb.* 7. *Psal.* 103. *Heb.* 7. *Eucherius.* *Augustinus.* *Psal.* 109.

B C D

cerdos in æternũ ſecundũ ordinẽ Melchiſedech. Dicit ergo Auguſtinus, illud idem ſacrificiũ nunc toto orbe terrarum offerri, quod Chriſtus verus ſacerdos obtulit. At Chriſtus, vt Paulus ait, ſemetipſum obtulit: ergo ſacerdotes Euangelici eundem Chriſtum toto orbe terrarum nunc offerunt. Chryſoſtomus homilia. 13. ſuper epiſtolam ab Hebræos interpretans illa verba Pauli: Tranſlato ſacerdotio neceſſe eſt vt legis tranſlatio fiat, hæc ait. Si verò alium oportet ſacerdotem eſſe, magis autem aliud ſacerdotium, neceſſario & legem alteram. Hoc ad eos qui dicunt, quid opus erat nouo teſtamento? Poterat quippe adducere teſtimonium etiam ex prophetia nempe, hoc eſt teſtamentũ quod diſpoſui patribus veſtris. Interim nunc ex ſacerdotio dimicat. Et intuere quomodo ex ſuperioribus dicat. Dixit, ſecundum ordinem Melchiſedech. Hoc dicto excluſit ſacerdotium Aaron nequaquam enim ſecundũ ordinẽ Melchiſedech diceret: ſi illud ſacerdotium melius eſſet. Hęc Chryſoſtomus. Theodoretus in commentariis ſuper Geneſim, hæc ait. Melchiſedech vnde genus duxit? Cũ diuinus Paulus dicat, ſine patre, ſine matre, ſine genealogia, quis veritatem huius rei noſcere poteſt? Vero tamen ſimile eſt, illum ex gentibus Paleſtinam incolẽtibus fuiſſe: illorum enim erat & rex & ſacerdos. Sacerdos autem vniuerſorum Dei: Quare & illi ipſe Abraham ſpoliorum decimas obtulit: & cùm eſſet iuſtus ac Dei amicus, ab illo benedictionem accepit. Domini enim ſacerdotii figuram geſsit. Hec Theodoretus Cyrenſis epiſcopus. Ex his omnibus teſtimoniis conſtat ſatis Melchiſedech regem nõ ſolum fuiſſe figuram Chriſti veri ſacerdotis, ſed etiam ſacerdotii Euangelici, quod mortuo Chriſto manet in eccleſia. Oportet ergo vt ſacerdos Euangelicus aliquid offerat, quod ſit aliquo modo ſimile pani & vino, quæ obtulit Melchiſedech. Aliter reſpondent huic noſtræ argumentationi, vt audio, quidam alii ex iſtis recentibus hæreticis, negantes Melchiſedech fuiſſe ſacerdotem, vt nunc vtimur nomine ſacerdotis: quia dicunt vocem illam quæ habetur in Hebraica aut Chaldaica lingua, nõ ſolũ ſignificare ſacerdotem, ſed etiam principem: & iuxta ſignificationem principis dicunt capi in illo loco libri Geneſeos, vbi de Melchiſedech diſſerit ſcriptura: Sed qui hoc dicunt, vno mendacio aliud protegere volunt. Quid vox Hebraica aut Chaldaica ſignificet, cãdido animo fateor me neſcire, quia linguas illas prorſus ignoro: & nolo alieno ore loqui. Hoc autem ex ipſo literæ decurſu manifeſtè intelligo, vocem illam Hebraicam non eſſe illo loco poſitam, vt ſignificet principem, quum dicit. Erat enim ſacerdos Dei altiſſimi. Nam cum iam vocaſſet illum regẽ, fruſtra eãdem ſententiam repetiſſet, dicens: Erat enim ſacerdos Dei altiſſimi, hoc eſt iuxta iſtorum interpretationem, princeps Dei altiſſimi: quæ verba omnino ſuperfluunt, præſertim cum tam propinqua ſint aliis, quibus apertiſſimè dixerat illũ eſſe regem. Deinde, ipſa eadem ſcriptura refert, Melchiſedech benedixiſſe Abrahæ, & Abraham obtuliſſe illi decimas. At benedicere, & decimas recipere, nõ ſunt principum officia, ſed ſacerdotum. Fuit ergo Melchiſedech verus Dei ſacerdos. Sunt rurſus alii hętetici, qui alio modo reſpondent argumento quod ex figura ſacerdotis Melchiſedech propoſuimus. Negant enim Melchiſedech iuxta ſacerdotii ſui ordinem obtuliſſe Deo panem & vinum: quia hoc, vt dicunt, ſcriptura non refert: ſed dicunt illam tantum narrare, Melchiſedech protuliſſe panem & vinum Abrahę redeunti de victoria quinque regum. Ita docet Zuinglius, qui primus apud Heluetios cum Oecolampadio hæreſim Berengarii ſuſcitauit, negans verum Chriſti corpus, & verum ſanguinem eius in Euchariſtia contineri. Eodem modo reſpondet Andreas Oſiander Nurembergenſium propheta. Hoc tamẽ iſtorũ hæreticorum dictum, non eſt ab ipſis excogitatum: quia Iudæi qui iſtos per multa ſecula præceſſerunt volẽtes deprauare & detruncare ſcripturas, quæ de Chriſto figuratiuè locutæ ſunt, hanc hiſtoriam Melchiſedech, vt Nicolaus de Lyra illo loco refert, eodem modo in peruerſum ſenſum detorſerunt, quo diximus iſtos hæreticos ſentire. Sed falſum eſſe quod aiunt, ex ipſius literę contextu apertiſſimè conuincitur. Nam quatuor illi reges pro quibus pugnauerat Abraham, ſecum portari fecerant ea, quæ ad cibũ erant neceſſaria, quibus Abraham illiúsque ſerui ſunt vſi, prout Abraham ipſe teſtatur loquens ad regem Sodomæ, qui omnia ſpolia præter animas illi offerebat: Non accipiam, inquit Abraham, ex omnibus quæ tua ſunt, exceptis iis quæ comederũt iuuenes. Neque enim opus erat, vt Melchiſedech cibum & potum offerret bellatoribus, qui tam opimis ſpoliis è prælio reuertebantur omnem ſupellectilem captam ſecum reducentes. Præterea, fruſtra ſcriptura meminiſſet illum fuiſſe ſacerdotem, ſi non in ſacrificium proferebat panem & vinum: quia proferre ea quæ ad victum pertinent, non eſt ſacerdotum officium, ſed laicorum. Immo nec ad laicum regem conueniebat, vt victoribus propria manu alimenta protuliſſet, quia ſatis erat dignitati regiæ ſi per miniſtros ſuos alimenta miſiſſet. At quum benedixit Abrahę, non aliena manu ſed propria id fecit: ergo quum panem & vinum protulit, non aliena manu, ſed propria dedit: quia ſcriptura eodẽ modo refert illum ea omnia feciſſe. Deinde, ſi Melchiſedech non obtulit Deo panem & vinum, vt hæretici iſti dicunt, proferant illi ritum & ordinem, quem Melchiſedech in ſacerdotio ſuo habuit. Nam fatuum eſt dicere quòd ſcriptura nullum ordinem ſacerdotii illius expreſſerit, cum tamen ipſa ſacra ſcriptura alibi dicat, Chriſtum eſſe ſacerdotem ſecundum ordinem Melchiſedech. Et certè ſi verba ſcripturę bene inſpiciantur, apertè ex illis conuinci intelliget, Melchiſedech non Abrahæ, ſed Deo obtuliſſe panem & vinum. Nam poſtquam dixerat Melchiſedech panem & vinum obtuliſſe, cauſam huius rei oſtendere volens ſtatim ſubiunxit. Erat enim ſacerdos Dei altiſsimi. Mirari enim quis poſſet, quod rex oblationem feciſſet, ideo ſtatim dixit. Erat enim ſacerdos Dei altiſſimi: Si coniũctionem copulatiuam poſuiſſet, dicens: Et erat ſacerdos Dei altiſsimi, dubitari merito poterat, cui obtuliſſet panem & vinum: ſed cum poſuerit coniũctionem cauſalem, dicens: Erat enim ſacerdos Dei altiſsimi, videntur illa verba poſita, vt reddant cauſam quare obtulerit panem & vinum, quia videlicet erat ſacerdos. At ſacerdotis officium non eſt offere victoribus, ſed Deo. Obtulit ergo Melchiſedech Deo, & non Abrahæ. Accedit ad hæc omnia teſtimonium multorum illuſtrium virorum ſanctitate perinde ac doctrina clariſſimorum, qui omnes concorditer docent Melchiſedech fuiſſe ſacerdotẽ,

Chryſoſtomus.

Theodoretus.

Zuinglius.

Andreas Oſiander.

Nicolaus de Lyra.

Gene. 14.

obtuliſſeque Deo panem & vinum, & ſic Chriſti ſacerdotis figuram geſſiſſe. Omitto hic recentiores Theologos, qui etſi viri doctiſſimi ſint, non ſunt tamē in tanta æſtimatione ab omnibus habiti. Ab Haymone iſtorum omnium nouiſſimo incipere volo, qui ſuper caput. 5. epiſtolæ ad Hebræos hæc ait. Sed quare ſecundum ordinem Melchiſedech, & non ſecūdum Aaron dicatur exiſtere ſacerdos diuerſæ cauſæ exiſtunt. Et prima quidem eſt, quia Melchiſedech ſecundum Legalia mandata non fuit ſacerdos, ſed ſecundum cuiuſdam ſingularis ſacerdotii dignitatem, panem offerens Deo & vinum, non brutorum animalium ſanguinem. In cuius ordine ſacerdotii Chriſtus factus eſt ſacerdos, non temporalis ſed æternus: nec offerens victimas legales, ſed inſtar illius, panem & vinum, carnem videlicet & ſanguinem ſuum: de quibus ipſe dixit, caro inquiens, mea verè eſt cibus, & ſanguis meus verè eſt potus. Iſta quoque duo munera panem videlicet & vinum commiſit Eccleſiæ ſuæ in memoriam ſui offerenda. Vnde patet ſacrificium pecudum periiſſe, quod fuit ordinis Aaron: & illud manere potius, quod ordinis fuit Melchiſedech, quia & Chriſtus illud corroborauit, & Eccleſiæ tenendum reliquit. Hæc Haymo. In quibus verbis apertè docet Melchiſedech obtuliſſe Deo panem & vinum, & in hoc geſſiſſe Chriſti figuram, & Chriſtum reliquiſſe Eccleſiæ ſuæ corpus & ſanguinem ſuum, vt poſſet illa in illius memoriam Deo offerre. Caſſiodorus in commentariis ſuper Pſalmos interpretans illum verſum, Tu es ſacerdos in æternum ſecundum ordinem Melchiſedech, hæc ait. Cui enim poteſt veraciter & euidenter aptari: niſi Domino Saluatori qui corpus & ſanguinem ſuum in panis ac vini erogatione ſalutariter conſecrauit? Sicut ipſe in Euangelio dicit. Niſi manducaueritis carnem filii hominis & biberitis eius ſanguinem, non habebitis vitam æternam.

Haymo. *Ioan. 6.* *Caſſiodorus.* *Ioan 6.*

Sed in iſta carne ac ſanguine nil cruentum: nil corruptibile mens humana concipiat: ne ſicut dicit Apoſtolus: Qui enim corpus Domini indigne manducat: iudicium ſibi manducat: ſed viuificatricem ſubſtantiam atque ſalutarem & ipſius verbi propriam factam: per quam peccatorum remiſſio & æternæ vitæ dona præſtantur. Quem ordinem per myſticam ſimilitudinem Melchiſedech inſtiſſimus rex inſtituit: quando Domino panis & vini fructus obtulit. Conſtat enim pecudum victimas periiſſe: quæ fuerunt ordinis Aaron: & Melchiſedech manere potius inſtitutum: qui toto orbe in ſacramentorum erogatione celebratur. Hæc Caſſiodorus, qui apertè docet Melchiſedech obtuliſſe Deo panem & vinum, & in hac oblatione figuraſſe Chriſtum Saluatorem noſtrum. Iſidorus etiam libro primo de officiis Eccleſiaſticis capite. 18. hæc ait. Sacrificium autem quod à Chriſtianis Deo offertur, primùm Chriſtus Dominus noſter & magiſter inſtituit, quando commendauit Apoſtolis corpus & ſanguinem ſuum, priuſquam traderetur, ſicut legitur in Euangelio. Accepit, inquit, Ieſus panem & calicem, & benedicens dedit eis. Quod quidem ſacramentum, Melchiſedech rex Salem figuraliter in typum corporis & ſanguinis Chriſti primus obtulit, primuſque myſterium ſancti ſacrificii imaginariè idem expreſsit, præferens ſimilitudinem Domini & Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti ſacerdotis æterni, ad quem dicitur: Tu es ſacerdos in æternum ſecundum ordinem Melchiſedech. Hæc Iſidorus, qui eriam omnia ad huius hæreſis expugnationem neceſſaria apertiſsimè docet. Nam dicit Melchiſedech obtuliſſe in typum corporis & ſanguinis Chriſti, & fuiſſe figuram Chriſti ſacerdotis æterni, & illud idē nunc offerre Chriſtianos ex Chriſti inſtitutione ſacrificium, quod ipſemet obtulit. Sed quia fortè hæretici hos tres, quamuis ante ſeptingentos annos eorum Iunior fuerit natus, & Iſidorus ante nongentos, non verebuntur reiicere tanquam recentes Theologos, volo antiquiores & magis illuſtres teſtes producere. Hieronymus in epiſtola ad Euagrium differens de Melchiſedech, inquirénſque quis ille fuerit, refert ſententias vetuſtiſsimorum illuſtrium virorum, ſic dicens. Verti me ad Hippolitum, Hirenæum, Euſebium Cæſarienſem, & Emiſſenum, Apollinarium quoque noſtrum, & Euſtachium, qui primus Antiochænæ eccleſiæ epiſcopus contra Arrium clariſsima tuba, bellicum cecinit & deprehendi horum omnium opiniones, diuerſis argumentationibus ac diuerticulis in vnum compitum perueniſſe, vt dicerent, Melchiſedech hominem fuiſſe Chananæum, regem vrbis Hieroſolymæ, quę primum Salem, poſteà Iebus, ad extremum Hieruſalem appellata ſit, nec mirum eſſe ſi ſacerdos Dei altiſsimi deſcribatur, abſque circunciſione, & legalibus cæremoniis & genere Aaron cum Abel quoque & Enoch & Noë placuerint Deo, & victimas obtulerint, & in Iob volumine legimus quòd ipſe & oblator munerum fuerit, & ſacerdos, & quotidie pro filiis ſuis hoſtias immolarit: & aiunt ipſum quoque Iob non fuiſſe de genere Leui, ſed de ſtirpe Eſau, licet aliud Hebræi autument. Quomodo autem Noë inebriatus in domo ſua, & nudatus atque deriſus, à mediano filio, typum Saluatoris præbuit, & Cham populi Iudęorum, Samſon quoque amator meretricis & pauperis Dalidæ multo plures hoſtium mortuus quàm viuus occidit, vt Chriſti exprimeret paſſionem, omneſque pene ſancti patriarchæ & prophetæ, in aliqua re figuram expreſſerunt Saluatoris. Sic & Melchiſedech, eo quod Chananæus fuerit, & non de genere Iudæorum, in typum præceſsiſſe ſacerdotis filii Dei, de quo dicitur in centeſimonono Pſalmo. Tu es ſacerdos in æternum ſecundum ordinem Melchiſedech. Ordinem autem eius multis modis interpretantur, quod ſalus & rex fuerit & ſacerdos, & ante circunciſionem functus ſacerdotio, vt non gentes ex Iudæis, ſed Iudæi à gentibus ſacerdotium acceperint: neque vnctus oleo ſacerdotali, vt Moyſi præcepta conſtituunt, ſed oleo exultationis & fidei puritate: neque carnis & ſanguinis victimas immolauerit, & brutorum ſanguinem, eorum animalium exta, id eſt, quicquid ſuper eſcam eſt ſuſceperit: ſed pane & vino, ſimplici puróque ſacrificio Chriſti dedicauerit ſacramentum. Hæc Hieronymus. In quibus verbis non ſuam, ſed aliorum multorum illuſtrium virorum retulit ſententiam, qua vnanimęs illi aſſerunt, Melchiſedech panis & vini ſacrificium feciſſe, & illo indicaſſe Chriſti ſacramentum, id eſt ſanctiſsimam Euchariſtiam. Sed opus eſt vt ipſius etiam Hieronymi audiamus ſententiam, quam apertè manifeſtat in libro de quæſtionibus Hebraicis, hæc dicens: Melchiſedech autem Apoſtolus ad Hebręos ſine patre & matre commemorans, ad

Hieronymus. *Iob. 1.* *Hieronymus.*

Chriſtum

Christum refert,& per Christum ad gentium Ecclesiam. Omnis enim capitis gloria refertur ad membra,eo quod præputium habens, Abrahæ benedixerit circuncisō,& in Abraham Leui,& per Leui Aaron,de quo postea sacerdotium. Ex quo colligi vult,sacerdotium Ecclesiæ habentis pręputium, benedixisse circuncisō sacerdotio synagogę. Quod autem ait, Tu es sacerdos in ęternum secundum ordinem Melchisedech, misterium nostrum in verbo ordinis significatur, nequaquam per Aaron irrationalibus victimis immolandis, sed oblato pane & vino, id est corpore & sanguine Domini Iesu. Hæc Hieronymus in Hebraicis quæstionibus. In quibus verbis omnia quæ ad præsentem disputationem poterant nobis suffragari,apertissimè locutus est. Dixit enim in Melchisedech fuisse figuratum non solum Christum,sed etiam sacerdotiū Ecclesiæ ex gentibus congregatæ. Dixit etiam ipsum Melchisedech sacrificasse in pane & vino, & figurasse sacrificium nostrum in corpore & sanguine Christi. Sed apertius adhuc eandem doctrinam nobis tradit in commentariis super Psalmos, vbi interpretans illum versum ex Psalmo.109. Tu es sacèrdos in æternum secundum ordinem Melchisedech,hæc ait. Hoc solum dicamus quare dixerit secundum ordinem. Secundum ordinem nequaquam sacerdos eris secundum victimas Iudaicas: sed eris sacerdos secundum ordinem Melchisedech. Quomodo enim Melchisedech rex Salem obtulit panem & vinum : sic & tu offeres corpus tuum & sanguinem, verum panem & verum vinum. Iste Melchisedech,ista mysteria quę habemus,dedit nobis. Ipse est qui dixit. Qui manducauerit carnem meam, & biberit sanguinem meum. Secundum ordinem Melchisedech tradidit nobis sacramentum suum. Hactenus Hieronymus, qui tam apertè nostræ & Catholicæ sententiæ fauet,vt nihil apertius posit iustè desiderari. Eusebius Emissenus ab eodem Hieronymo laudatus & in priori loco ab illo citatus,in sermone quinto de paschate,loquēs de Eucharistia,hæc ait. Sacramenti huius itaque formam etiam in Iudæorum paginis inuenimus expressam. Nam de Melchisedech in Genesi legimus. Et Melchisedech rex Salem protulit panem & vinum, & benedixit Abrahæ. Melchisedech autem fuit sacerdos Dei summi. Hic ergo Melchisedech cuius genealogia vel origo notitiam illius temporis latuit, oblatione panis & vini,hoc Christi sacrificium præsignauit,de quo propheta prænuntiat: Tu es sacerdos in ęternū secundū ordinē Melchisedech. Hęc Eusebius Emissenus,qui etsi legit Melchisedech protulisse panē & vinum,nihil tamen ideo veritus est asserere,illum oblatione panis & vini figurasse sacrificium summi sacerdotis domini nostri Iesu Christi. Eusebius Cæsariensis libro quinto, cap. 3. demonstrationis Euangelicæ huic sententiæ fauet,sic dicens. Merito illum à ministerio Aaron liberat,quod figuram gerebat,& secundum ordinem Melchisedech sacerdotem futurum affirmat. Et sanè oraculi exitus admirabilis ei qui contempletur,quemadmodum Saluator noster Iesus,qui est Christus, Dei ipsius Melchisedech ritu,ea quæ ad sacerdotium in hominibus gerendum spectant,per suos ministros perficiar. Nam quemadmodum ille qui sacerdos gentium erat,nusquam videtur sacrificiis corporalibus functus,sed vino solo & pane,dum ipsi Abraham benedicit,ita sanè primus ipse Saluator ac Dominus noster,deinde qui ab ipso profecti sunt,sacerdotes in omnibus gentibus,spirituale secundum Ecclesiasticas sanctiores sacerdotii munus obeuntes, vino ac pane, & corporis illius & Saluatoris sanguinis mysteria repræsentant, quæ sanè mysteria,Melchisedech tanto antè spiritu diuino cognouerat, & rerum futurarum imaginibus vsus fuerat,sicut etiam Mosi scriptura testificatur,vt ait. Et Melchisedech rex Salem,protulit panes & vinum. Erat autem sacerdos Dei altissimi,& benedixit Abraham. Hęc Eusebius, qui satis apertè asserit,Melchisedech pane & vino tanquam particularibus sacrificiis vsum fuisse. Denique Cyprianus istorum omnium vetustissimus,in epistola ad Cecilium, quæ est tertia libri secundi,vbi docet neque vinum sine aqua, neque aquam sine vino posse in calice Domini consecrari & Domino offerri,hæc ait. Itē in sacerdote Melchisedech, sacrificii Dominici sacramentum prefiguratū videmus secundum quòd scriptura diuina testatur,& dicit. Et Melchisech rex Salem protulit panem & vinum. Fuit autem sacerdos Dei summi & benedixit Abraham. Quod autem Melchisedech typum Christi portaret, declarat Spiritus sanctus, in Psalmis ex persona patris ad filium dicens. Ante luciferum genetaui te. Iurauit Dominus & non pœnitebit eum: tu es sacerdos in æternum secundū ordinem Melchisedech. Qui ordo vtique hic est de sacrificio illo veniens,& inde descendens,quod Melchisedech sacerdos Dei summi fuit,quod panem & vinum obtulit,quod Abraham benedixit. Nā qui magis sacerdos Dei summi quam Dominus noster Iesus Christus qui sacrificium Deo patri obtulit ? Et obtulit hoc idem quod Melchisedech obtulerat,id est,panem & vinum,suum scilicet corpus & sanguinem. Hęc Cyprianus. In quibus verbis apertè satis docet omnia,quę ad hæreticos conuincendos erant nobis necessaria,ita vt nihil amplius desiderari possit.

Eusebius Emissen. *Gene.14.* *Psal.109.* *Eusebius Cęsarien.* *Cyprian.* *Psal.109.*

PRæter istam figuram de sacerdotio Melchisedech, est alia de agno paschali, per quā, si necessarium est vmbram similem esse corpori,apertissimè probatur missam esse sacrificium, in quo verum Christi corpus sub speciebus panis, & verus eiusdem sanguis sub speciebus vini latens, offertur. Nam quod agnus ille paschalis fuerit Christi figura testatus est Ioannes baptista, quum Christum digito demonstrans,dixit: Ecce agnus Dei,ecce qui tollit peccata mūdi. Sed multo apertius de hac re testimoniū dedit Ioannes Euangelista,quum referens,quare milites non confregerunt crura Christi,quando aliorum latronum,qui cum illo fuerant crucifixi, crura fregerunt, ait. Facta sunt autem hæc, vt scriptura impleretur. Os non comminuetis ex eo. Quæ verba ita,vt à Ioanne citata sunt, habentur in Exodo, vbi de ritu secundum quem agnus paschalis erat comedendus,differitur. Cum ergo constet Christum in agno paschali fuisse figuratum,oportet vt quod olim actum est cum agno illo typico in figura, idem agatur nūc in vetitate cum agno vero,qui tollit peccata mundi: Agnus quippe dicitur Christus propter patientiam & mansuetudinem : quia sicut agnus coram tondente se obmutuit, & quum malediceretur non maledicebat,& quum pateretur,non comminabatur. Sicut sanguine paschalis agni periit omne primogeni-

Ioan.1. *Ioan.19.* *Exod.12.* *Esa.53.* *1.Pet.2.* *Exod.12.*

tum Aegypti: ita ſanguine Chriſti perit omne peccatum, quod eſt primogenitum dæmonis. Sanguine illius agni liberati ſunt Iſraëlitæ ab exterminatore, ita ſanguine Chriſti liberamur à Dæmone, & à morte æterna, quam nobis ille inferre conatur. Comeſtio illius agni figurabat manducationem corporis Chriſti, quod hodie in lege Euangelica, Chriſti fideles Euchariſtiæ ſacramentum ſumentes, manducãt. Quæ autem in manducatione agni paſchalis fieri lex mandauit, figura ſunt eorum quæ fideles Chriſtiani facere tenentur, quando ſanctiſſimum Euchariſtiæ ſacramentum ſumunt. Quæ omnia abunde ſatis declarat Gregorius homilia. 22. ex iis quæ ſcripſit ſuper Euangelio: nec minus exacte illa interpretatur Rupertus Abbas in commentariis ſuper Exodum. Quid ſit ſanguis agni, inquit Gregorius, non iam audiendo, ſed bibendo didicimus. Qui ſanguis ſuper vtrunque poſtem ponitur, quando non ſolum ore corporis, ſed etiam ore cordis hauritur. In vtroque etenim poſte ſanguis agni eſt poſitus, quando ſacramentum paſſionis illius cùm ore ad redemptionem ſumitur, ad imitationem quoque intenta mente cogitatur. Nam qui ſic redemptoris ſui ſanguinem accipit, vt imitari paſſionem illius necdum velit, in vno poſte ſanguinem poſuit, qui etiam in ſuperliminaribus domorum ponendus erat. Et aliquibus interpoſitis ſubdit. In nocte quippe agnum comedimus quia in ſacramento modò Dominicum corpus accipimus, quando adhuc adinuicem noſtras conſcientias non videmus. Quæ tamẽ carnes agni aſſandę ſunt, quia nimirum diſſoluit ignis carnes quas aqua coxerit, quas verè ignis ſine aqua excoquit, roborat. Carnes iraque agni noſtri excoxit, quia eum ipſa vis paſſionis illius ad reſurrectionem valentiorem reddidit, atque ad incorruptionem roborauit. Quum enim ex morte conualuit, profecto carnes illius ab igne duruerunt. Vnde etiam per Pſalmiſtam dicit. Exaruit velut teſta virtus mea. Quid nanque eſt teſta ante ignem niſi molle lutum? ſed ei ex igne agitur, vt ſolidetur. Virtus ergo humanitatis eius velut teſta exaruit, quia ab igne paſſionis, ad virtutem incorruptionis creuit. Sed ſola Redemptoris noſtri percepta ſacramenta ad veram ſolemnitatem mentis non ſufficiunt, niſi eis quoque & bona opera iungantur. Quid enim prodeſt corpus & ſanguinem illius ore percipere, & ei peruerſis moribus contraire? Vnde bene adhuc ad comedendum ſubditur, & azimos panes cum lactucis agreſtibus. Panes quippe ſine fermento comedit, qui recta opera ſine corruptione vanæ gloriæ exercet, qui mandata miſericordiæ ſine admixtione peccati exhibet, ne peruerſè diripiat, quod quaſi rectè diſpenſat. Hoc quoque peccati fermentum bonæ ſuæ actioni miſcuerant, quibus Prophetæ voce per increpationem Dominus dicebat. Venite ad Bethel & impiè agite. Atque poſt pauca, & ſacrificate de fermentato laudem. De fermentato nanque laudem immolat, qui Deo ſacrificium de rapina parat. Lactucæ verò agreſtes valde amaræ ſunt. Carnes ergo agni cum lactucis agreſtibus ſunt edendæ, vt cùm corpus redemptoris accipimus, nos pro peccatis noſtris in fletibus affligimus, quatenus ipſa amaritudo pœnitentiæ abſtergat à mentis ſtomacho, peruerſæ humorem vitæ. Hæc Gregorius. Aliqua ſunt adhuc in ipſa figura agni paſchalis annotanda, quæ cum Gregorius prętermiſerit, ea Rupertus Tuicenſis optime declarat, ſic inquiens. Primum, ipſum quo immolatur agnus ſacrificium, myſtice illa plenitudo temporis eſt: de qua dicit Apoſtolus. At vbi venit plenitudo temporis, miſit Deus filium ſuum factum ex muliere, factum ſub lege, vt eos qui ſub lege erãt redimeret, vt adoptionem filiorum reciperemus. In plenitudine nanque temporis, quando multis iam impletus erat electorum numerus apud infernalem Aegyptum, redemptionem ſuam expectantium, tunc venit filius Dei, tunc venit agnus Dei tollere peccata mundi. Quid illud, quòd non ante ſed poſt vernum immolatur æquinoctium? Nempe ab æquinoctio verno ſuperare incipit dies noctem: nam ante illud tempus prolixiores tenebras, breuiorem que habemus lucem. Ergo & in hoc myſterium eſt quia videlicet ab immolatione agni incontaminati & immaculati Chriſti, cœpit lux iuſtitiæ peccatorum tenebras ſuperare. Nam antea longa & profunda peccatorum nox, breuis autem & nubiloſa legatis iuſtitiæ lux erat. Sed & ipſa menſis Niſam, id eſt, Aprilis verna temperies, quum tellus refloreſcit, totuſque poſt hyemem quaſi poſt ſenium rurſum iuueneſcit orbis, nónne ſenſatum hominem docet, quatenus renouatus ſpiritu mentis ſuæ, fide viridis, ſpe lætus, & charitate floridus, paſchalis agni epulis interſit ſpiritualibus? Hæc Rupertus, qui etſi omnes ferè temporis circunſtantias diligenter annotare voluit, vnam tamen non contemnendam, quæ eſt de veſpera diei in qua immolabatur & comedebatur agnus, omiſit, ſed hanc annotauit & optime declarauit Cyprianus epiſtola tertia libri ſecundi, quæ eſt ad Cecilium, ſic dicens: Chriſtum offerre oportebat circa veſperam diei, vt hora ipſa ſacrificii oſtenderet occaſum & veſperam mundi, ſicut in Exodo ſcriptum eſt. Et occident illum omne vulgus ſynagogę filiorum Iſraël ad veſperam. Et iterum in Pſal. Eleuatio manuum mearum ſacrificium veſpertinum. Hæc Cyprianus. Eſt adhuc vnum aliud potiſsimum annotãdum in ipſo ritu agni paſchalis, quod maximè ſuffragatur noſtræ & Catholicæ ſententiæ de ſacrificio miſſæ. Nam agnum illum paſchalẽ lex iubebat immolari antequam comederetur. Verba legis ſunt hæc. Immolabit eum vniuerſa multitudo filiorum Iſraël ad veſperam, & ſument de ſanguine eius, ac ponent ſuper vtrũque poſtem, & in ſuperliminaribus domorum, in quibus comedent illum, & edent carnes nocte illa aſſas igne, & azimos panes cum lactucis agreſtibus. Et paucis interpoſitis ſubdit. Cùm dixetint vobis filii veſtri, quę eſt iſta religio? dicetis eis. Victima trãſitus Domini eſt. Hęc immolatio agni paſchalis etſi figura fuerit immolationis, qua Chriſtus in ara crucis ſe Deo patri pro nobis immolauit: multo tamen expreſſior fuit figura immolationis quę fit in miſſa, quando ſacerdos poſt conſecrationem Euchariſtiæ, nomine ſuo & totius Eccleſiæ offert illam Deo, ſic dicens. Offerimus præclaræ maieſtati tuæ de tuis donis ac datis hoſtiam puram, hoſtiam ſanctam, hoſtiam immaculatam, panem ſanctum vitæ æternæ, & calicem ſalutis perpetuæ. Nam immolatio in cruce facta non fuit ante agni paſchalis comeſtionem, ſed poſt illam. At immolatio illa quæ fit à ſacerdote in miſſa, ſemper prędcedit comeſtionẽ corporis, & potũ ſanguinis Chriſti, quia prius ſacerdos cõſecrat & offert Deo corpus & ſanguinẽ Chriſti, & ſemper poſtea ipſe comedit & bibit, & aliquãdo aliis prębet ad mãducã-

Gregori⁹. *Amos. 4.* *Rupertus* *Gala. 4.* *Cyprian⁹* *Exod. 12.* *Pſal. 140.* *Exod. 12.*

dum

dũ. Quod ſi ante talẽ oblationẽ ſacerdos aut manducaret, aut aliis ad manducandũ daret, abſq; vlla dubitatione peccaret: quia tolleret verã ſacrificij rationẽ, & ſic faceret vt veritas non perfectè reſponderet figuræ. Eadẽ ratione etiã peccarer, qui offerret Euchariſtiã & illã non mãducaret aut non biberet: quẽmadmodum olim peccaſſet Iudæus, qui poſt immolatum agnum paſchalẽ, illum comedere nolet. Ideo concilium Toletanum duodecimum, cap. 5. ſuorum decretorum, meritò ſequentẽ protulit de hac re definitionem. Relatum nobis eſt quoſdam de ſacerdotibus non tot vicibus communionis ſanctæ gratiam ſumere, quot ſacrificia in vna die videntur offerre: ſed in vno die, ſi plurima per ſe Deo offerant ſacrificia, in omnibus ſe oblationibus à communione ſuſpendunt, & in ſola tantum extrema ſacrificij oblatione, communionis ſanctæ gratiam ſumunt. Cùm dicat Apoſtolus. Nónne qui edunt hoſtias, participes ſunt altaris? Certum eſt quòd ii qui ſacrificantes non edunt, rei ſunt Dominici ſacramenti. Quicunque ergo ſacerdotum deinceps diuino altari ſacrificium oblaturus acceſſerit, & ſe à communione
D ſuſpenderit, ab ipſa qua ſe indecenter priuauit, gratia communionis anno vno repulſum ſe nouerit: Hęc Concilium Toletanum. Sed poſſet hic non modica oriri dubitatio de ſacerdote, qui ante manducationem, aut oblationem moreretur, an impetraret gratiam per ſolam conſecrationem. Quam quæſtionem à nemine hactenus motam eſſe ſcio, neque illam ego nunc moui, vt poſt exactam diſcuſſionem, definitiuam circa illam darem ſentẽtiam, ſed vt aliis occaſionem diſputationis darem. Mallẽ enim in hac parte aliorum Catholicorum audire ſententiam: quam prodere meam. Ne tamen illam omnino intactam relinquam, dicam quod ſentio, paratus tamen contradictori credere ſi mihi rationem vrgentẽ oſtẽderit quæ merito à ſententia mea diſcedere me cogat. Duplicem habet Euchariſtia conſiderationẽ, videlicet ſecundum rationem ſacrificii, & ſecundum rationem ſacramenti: quia illa ſecundum Catholicam fidẽ, & ſacramentum eſt, & ſacrificium. Si ſolum conſideretur Euchariſtia quatenus eſt ſacrificium, videtur mihi ſacerdotem illum nullam gratiam hac ratione conſecutũ eſſe, ex opere, vt dici ſolet, operato: quia ſacerdos ille neq; manducauit Euchariſtiã, nec obtulit illã. At ſola conſecratio ſine oblatione & manducatione, ſacrificium dici nõ debet. Si verò conſideremus Euchariſtiam, quatenus eſt ſacramentũ, neque ſecundum hanc rationẽ, vt mihi tunc videtur, ſacerdos ille ex opere operato cõſecutus eſt gratiam, quia licet cõfecit Euchariſtiã, non tamẽ ſuſcepit. At cõmune eſt omnibus ſacramentis, vt non niſi ſuſcipienti conferant gratiã. Nõ enim dixit Chriſtus, Qui crediderit & baptizauerit, ſaluus erit: ſed tãtum dixit. Qui crediderit & baptizatus fuerit, ſaluus erit. Nã etſi Euchariſtię ſacramẽtũ hoc habet peculiare, quòd ſubſtantia illius poteſt eſſe ſine ſuſceptione illius, quod nulli alii ſacramento conuenit: tamẽ hoc non eſt peculiare illi, vt non ſuſcipienti illud poſſit gratiã aliquã conferre. Hæc per occaſionẽ dixi, præter inſtituti mei rationẽ: decreuerã enim in hoc opere ſolam fidem Catholicam, & nõ hominũ placita aſſerere.

A ABſoluta argumentatione ex duabus præcipuis veteris teſtamenti figuris, nunc ex aliis duabus prophetiis eiuſdem teſtamenti contra prædictam hæreſim agumentabor. In Daniele propheta, vbi agitur de aduentu Antichriſti, hæc habentur verba. In tempore autem illo conſurget Michael princeps magnus qui ſtat pro filiis populi tui, & veniet tempus quale non fuit, ab eo ex quo gentes eſſe cæperunt vſque ad tempus illud, & in tempore illo ſaluabitur populus tuus omnis qui inuentus fuerit ſcriptus in libro. Et multi de iis qui dormiunt in terræ puluere, euigilabunt, alij in vitam æternam, alii in opprobrium, vt videant ſemper. Hæc in Daniele. Quæ verba cùm Daniel audiſſet ab angelo Gabriele, qui apparuerat illi, Dixit interrogando ipſum Gabrielem: Vſquequo finis horũ mirabilium? Cui reſpondit Gabriel & iurans per viuentem in æternum, dixit duraturam eſſe tribulationem illam per tempus & tempora & dimidium temporis, hoc eſt, per tres annos & dimidium. Et poſtea declarãs à quo tempore debeant computari iſti tres anni cum dimidio, ait: Et à tempore quum ablatum fuerit iuge ſacrificium, & poſita fuerit abominatio in deſolationem, dies mille ducenti nonaginta. Ecce hiſtoriam totam, quam ſic integram citare oportuit, quia ex verbis illius, noſtræ argumentationis robur clarius patebit. Ex quibus omnibus verbis id potiſſimum annotare oportet, quod in fine dictum eſt: A tempore quum ablatum fuerit iuge ſacrificium, & poſita fuerit abominatio in deſolationem, dies mille ducenti nonaginta. In quibus verbis miſſæ celebratio apertè, vt ſtatim Deo duce oſtendemus, dicitur ſa-
C crificium. Nam per illa verba Gabriel angelus docuit Danielem prophetam, ceſſaturam tempore Antichriſti miſſæ celebrationem. Quia mali ſacerdotes timore perſecutionis Antichriſti perterriti non audebunt publicè miſſas celebrare. Boni verò ſacerdotes, etſi non timore perterriti, dimittent tamen per tres annos & dimidium, ne tam excellens ſacramentum habeatur in cõtemptum, & indigne & irreuerentur tractetur. Et tunc abominatio ponetur in deſolationem: quia Antichriſtus ipſe ſedebit in templo, vt ab hominibus adoretur. Vt autem noſtra argumentatio maiores vires habeat, oportebit oſtendere nullum aliud eſſe ſacrificium, de quo prædicta prophetiæ verba poſſint intelligi, niſi miſſam. Quo probato, inde apertè conuincetur miſſam eſſe ſacrificium. Ad hoc autem apertius faciendum, oportet hoc primum iacere fundamentum quod prophetia illa non loquitur de iugi ſacrificio legis Moſaicæ, quod ceſſare debebat tempore Meſſiæ: quia de illo iam anteà fuerat locutus capite nono. Quæ autem illic dicuntur de illa ceſſatione ſacrificii, contraria ſunt his quæ nunc citata ſunt ex capite duodecimo eiuſdem Danielis. Nam quæ illic dicuntur, hæc ſunt. Confirmabit autem pactum multis hebdomada vna & in medio hebdomadis deficiet hoſtia & ſacrificium, & in templo erit abominatio deſolationis: & vſque ad conſummationem & finem perſeuerabit deſolatio. In quibus verbis apertè docet, ceſſationem illam Iudaici ſacrificii fore perpetuam. At iſta de qua nunc inquirimus, vt ipſamet prophetia refert, non erit perpetua: ſed per dies mille ducentos nonaginta, hoc eſt per tres annos cum dimidio.

Neque eſt iſta prophetia intelligenda, prout delyrans, Porphyrius dixit, de perſecutione facta ab Antiocho Epiphane rege Syriæ, quo tempore ceſſauit in Iudæa ſacrificium Moſaicum. Nam propter hanc

Cõcilium Toletanũ.

1. Cor. 9.

Mar. vl.

Dan. 12.

Dan. 9.

Porphyrius.

interpretationem acriter reprehendit Porphyrium Hieronymus in commentariis ſuper Danielem,& poſt Hieronymum Nicolaus Lyranus. Et merito reprehenditur in hac parte Porphyrius: quia illa Sacrificii ceſſatio, quæ ſub Antiocho fuit, quocunque modo cõputetur, vt bene conuincit Lyra, exceſſit quatuor annos. At iſtam, de qua modo diſputamus, Gabriel prædixit non eſſe duraturam vltra tres annos cum dimidio: non eſt ergo impleta hæc prophetia in perſecutione ſub Antiocho facta. Præterea, de tẽpore illo prædixit angelus, quod veniet tempus quale non fuit, ex quo gentes eſſe cœperunt vſque ad tẽpus illud. C

4. *Reg. vl.* At tribulatio ſub Antiocho non fuit maior omnibus præcedentibus: quia illa quã intulit Nabuchodonoſor fuit multo maior. Nam deſtruxit templum, & muros ciuitatis, duxitque regem & maiores omnes illius populi captiuos, neque ex inferiori plebe aliquos dimiſit, niſi pauculos quoſdam pauperes, qui agros colerent. Nihil autem horum fecit Antiochus. Supereſt ergo vt prophetia illa intellgatur complenda tempore Antichriſti, prout omnes doctores Catholici intelligendam eſſe cenſuerunt. Nam Hieronymus conſtantiſſimè affirmat, non poſſe de alio tempore intetelligi. Idem ſentit Rupertus Tuicenſis. Eodem modo interpretatur Nicolaus Lyranus. His omnibus conſentit gloſſa, quam vocant interlinearem; quæ declarans verba illa: Veniet tempus, quale non fuit ab eo ex quo gentes eſſe cœperunt, vſque ad tempus illud, ſuper hæc vltima verba, tempus illud, dicit, Antichriſti. Et certè, vt ego cẽſeo, non eſt opus pro hac re citare doctores, cum Chriſtus ipſe veritatis magiſter id apertiſſimè doceat

Matt. 24. apud Matthæum, vbi citat hunc Danielis locum, dicens: Cum audieritis abominationem deſolationis, quæ dicta eſt à Daniele propheta, ſtantem in loco ſancto, qui legit intelligat. Quod autem Chriſtus de iſta, quæ ſcripta eſt Danielis. 12. loquatur, & non de alia, quæ ſcribitur Danielis nono, prout aliqui malè aduertentes docent, apertè conuincitur ex aliis verbis, quæ Chriſtus Saluator noſter illic dixit, quæ omnino conueniunt cum illis quæ dicta ſunt Danielis duodecimo. Nam in illo capitulo hæc dicit Daniel. Veniet tempus quale non fuit ab eo ex quo gentes eſſe cœperunt, vſque ad tempus illud. Et Chriſtus de tempore Antichriſti apud Matthæum loquens, ait: Erit enim tunc tribulatio magna qualis non fuit ab initio mundi vſque modo, neque poſtea fiet. Quæ verba, vt manifeſtè conſtat, de nullo alio tempore intelligi poſſunt, niſi de tempore Antichriſti. Deinde, Chriſtus dicit, dies illius magnæ tribulationis eſſe breuiandos propter electos, & his verbis reſpondent verba Danielis in prædicta viſione, quibus dicit, tribulationem illam duraturam per dies mille ducentos nonaginta. Conſtat ergo ex his omnibus prophetiam illam Danielis, quam citauimus ex capite illius duodecimo, eſſe complendam tempore Antichriſti. Supereſt igitur inquirere quod ſit illud iuge ſacrificium, quod tempore illo ceſſaturum eſt per tres annos cum dimidio. Non eſt quidem aliquod ſacrificium corporale ſimile illis quæ olim fuerunt in lege Moſaica: quia nullum tale eſt iuge ſacrificium in lege Euangelica. Non eſt ſacrificium illud o-

Pſal. 49. ratio & laus diuina, de qua Propheta regius ait. Immola Deo ſacrificium laudis. Neque ſacrificium illud eſt carnis afflictio per ieiunia, & flagella, peregrinationes, vigilias, & alios ſimiles corporis labores, de

Rom. 13. quibus Paulus ait. Obſecro vos per miſericordiam Dei vt exhibeatis corpora veſtra hoſtiam viuentem, ſanctam, Deo placentem. Sed neque eſt ſacrificium illud contritio peccatorum, aut quæuis alia lachryma propter Deum effuſa, de qua inquit Propheta. Sacrificium Deo ſpiritus cõtribulatus. De nullo iſto-

Pſal. 50. rum ſacrificiorum, nec de quouis alio ſimili intelligi poteſt, quod Danieli Gabriel ãgelus dixit, ceſſaturum tẽpore Antichriſti iuge ſacrificiũ. Quia licet tunc abundabit iniquitas, & refrigeſcet charitas multorum: non tamen charitas omnium. Licet multi ſequentur Antichriſtum, non tamen omnes, immo multi amore Chriſti accenſi viriliter reſiſtent illi, & ob hanc cauſam occidentur ab illo, vt prædixit Gabriel angelus in verbis quæ locutus eſt Danieli, ſic dicens: Eligentur, & dealbabũtur, & quaſi ignis probabuntur multi. Super quibus verbis gloſſa interlineatis dicit, multos fideles probãdos quaſi aurum in fornace. Nam aliàs oporteret dicere, totam Eccleſiam quę Chriſti eſt ſponſa, tempore illo perituram, ſi A
non eſſent futuri tunc aliqui iuſti, qui illam ſuſtentarent. Quantumlibet enim malitia abundet, & peccatores augeantur numero, ſemper Deus cuſtodit, & relinquit ſibi aliqua millia virorum, qui nolint curuare genua ſua ante Baal. Illi ergo iuſti, qui tunc erunt tempore Antichriſti, videntes Antichriſti perſecutionem feruentius Deum orabunt pro auxilio: & cum maiori deuotione Deum laudabunt propterea quòd illos ſeruauit, ne in tantum ſcelus laberentur, vt Antichriſtum colerent. Recordati tunc præteritorum, quibus fortè olim Deum offenderant, acerbius ingemiſcent pro illis: & timentes ne fortè Deus illorum peccatis exaſperatus talem induxerit tribulationem corpora ſua affligent, vt vel ſic Deum ira-

Ionæ. 3. tum placare poſſint, prout olim Viri Niniuitæ fecerunt. Et hoc etiam expreſſit Gabriel angelus, ſic Danieli dicens: Et impiè agent impii, neque intelligent omnes impii. Vbi gloſſa interlinearis ait. Non intelligent ad probationem ſanctorum hæc fieri. Et poſtea ſubdit angelus. Porro docti intelligent. Super quæ verba gloſſa interlinearis ait. Iuſti & electi, docti diſciplina Dei, intelligent hæc, & libenter ſuſtinebunt. Ex quibus apertiſſimè conuincitur quòd huiuſmodi ſpiritualia ſacrificia, quę ſupra recẽſuimus, licet à multis deſerantur tempore Antichriſti, non tamen prorſus ceſſabunt. Regnante Achab peſſimo rege, quando tanta erat malitiæ abundantia, & tanta malorum horum multitudo, vt Helias putaret

3. *Reg. 19.* ſe ſolum eſſe qui Deum coleret, dixit Deus eidem Heliæ, ſe reliquiſſe ſibi ſeptem millia virorum, qui nõ curuauerant genua ſua ante Baal. Cùm igitur maior ſit gloria Eccleſiæ quàm ſynagogæ, & Deus maiorem curam nũc de Eccleſia ſua habeat, quàm olim de ſynagoga, cogimur credere, vt Deus tempore Anti- B
chriſti, non ſit vſque adeò deſerturus Eccleſiam ſuam, quin ſeruet ſibi in ea pluſquam ſeptem millia virorum, qui non curuent genua ſua coram Antichriſto. Si de nullo iſtorum ſacrificiorum intelligi poteſt id, quod Gabriel angelus dixit Danieli, ceſſaturum iuge ſacrificium tempore Antichriſti, conuincitur inde, eſſe neceſſario intelligendum de miſſa, quæ quia omni die in honorem Dei celebratur, & in ea verum Chriſti corpus & verus ſanguis eius quotidie Deo offertur, vocatur iuge ſacrificium. Et

hoc

hoc ceſſabit tempore Antichriſti: quia licet tunc miſſa aliqua, vt credi par eſt, celebretur, non tamen ita frequenter neque tam publice vt antè: & hoc non tam propter metum Antichriſti, quàm ne tam excellens ſacrificium veniat in contemptum & irriſionem maiorum. Facient quidem iuxta præceptum Saluatoris dicẽtis: Nolite ſanctum dare canibus, & nolite mittere margaritas ante porcos. *Matt 7.* Hoc ergo ſacrificium per quod Deus maximè colitur, Antichriſtus prorſus tollere nitetur, vt ipſe loco Dei colatur, & adoretur. Nam ad omnem verum Dei cultum prorſus tollendum, nullam meliorem viam inuenire poterit Antichriſtus, quam tollere ſacrificium miſſæ. Quoniam vt ait Rupertus in lib. de glorificatione filij hominis, ſublato ſacrificio miſſæ ſtatim peribit deuotio. Et inde conuincitur, Lutherum & omnes qui illum in hac parte imitantur eſſe pręcurſores Antichriſti, & illius miniſtri: quia nituntur ab Eccleſia tollere miſſę ſacrificium, prout facturus eſt poſtea Antichriſtus illorum magiſter. Eſt altera prophetia Malachiæ prophetæ, quæ etiam apertè conuincit miſſam eſſe ſacrificium. Nam enarrans Malachias quomodo Deus ſit abrogaturus ſacrificia legis veteris, & loco illorum, aliud ſit ſubrogaturus, hæc ait. Non *Malac. 1.* eſt mihi voluntas in vobis, dicit Dominus exercituum, & munus non ſuſcipiam de manu veſtra. Ab ortu enim ſolis vſque ad occaſum, magnum eſt nomen meum in gentibus, & in omni loco ſacrificatur & offertur nomini meo oblatio munda, quia magnum eſt nomen meum in gentibus: Ecce vides repudiari ſacrificia veteris legis, cùm ait: Munus non ſuſcipiam de manu veſtra. Et ne omnino ſine ſacrificio videretur populum relinquere, ſtatim aperit aliud ſacrificium loco illius ſubrogatum multo melius, cum dixit. In omni loco ſacrificatur & offertur nomini meo oblatio munda. At nulla alia eſt oblatio quę ſimpliciter & abſolutè dici poſſit munda, niſi Euchariſtia quæ in miſſa offertur: quoniã vt ait propheta quidã, omnes iuſtitiæ noſtrę quaſi pannus menſtruatæ ſic ſunt coram Deo. Et ſi aliqua eſt oblatio quę mundà dicatur, illa non eſt à ſe munda coram Deo, ſed ex munditia & bonitate ipſius offerentis. Reſpexit *Gene. 4.* Deus (inquit ſcriptura) ad Abel, & ad munera eius. Ad Abel primo, deinde admunera, & ideo reſpexit ad munera, quia reſpexerat ad perſonam. Oblatio autem illa de qua Propheta Malachias loquitur abſolutè dicitur munda, nulla expreſſa perſona à qua ſuam caperet munditiam. Ex quo colligitur quod ſit ex ſe munda, eſt ergo illa Euchariſtia. Quod ſi dicas intelligi de illa oblatione qua Chriſtum ſeipſum in cruce pro nobis omnibus ſemel Deo patri obtulit, obſtat id quod ait Dominus, dicens quod talis oblatio offertur in omni loco. At illa vnica oblatio in cruce facta à Chriſto, in ſola Iudæa facta eſt, & non in omni loco. Non ergo loquitur Propheta de illa. Nec etiam talis oblatio munda de qua Dominus per Prophetam loquitur, eſt oratio aut eleemoſyna, ieiunium, aut aliqua alia ſimilis. Nam ſi de huiuſmodi oblationibus loquamur, non vna in omni loco & ab omnibus offertur, ſed diuerſæ ſunt orationes, diſtinctæ eleemoſynæ iuxta diuerſitatem perſonarum eas offerentium. Et huiuſmodi oblationes etiam in lege veteri offerebantur Deo. Iſta autem de qua Dominus per Prophetam loquitur, non fuit in veteri lege, quoniam dicit, eam ſubrogandam loco aliorum ſacrificiorum quæ reprobanda erat. Oblatio ergo quæ ex ſe ſit munda ſine vllo perſonæ offerentis reſpectu, & quæ in omni loco vna & eadem ab omnibus offeratur, nulla reperiri poteſt niſi Euchariſtia, quæ quotidie à tota Eccleſia per vniuerſum mũdum diſperſa, in miſſa Deo offertur: Ergo miſſa in qua talis oblatio offertur, eſt ſacrificiũ. Sed quia prædicta Malachiæ verba Lutherani, vt ſemper aliàs facere ſolent, in alienum ſenſum detorquent dicentes, illa non de oblatione Euchariſtiæ ſed de aliis ſpiritualibus ſacrificiis eſſe intelligenda, vltra rationes quibus probaui non eſſe ita, vt illi dicunt, intelligenda, volo in teſtimonium prædictæ noſtræ interpretationis proferte ſacros aliquot vetuſtos doctores, qui omnes concorditer interpretantur illa verba Malachiæ de Euchariſtiæ oblatione, quæ fit in ſacrificio miſſæ. Haymo iſtorum nouiſſimus ſed ante ſeptingentos *Haymo.* annos natus, in commentariis ſuper Malachiam prædicta verba interpretãs, ait: Manifeſtiſſima eſt prophetia, nec eget profundiori expoſitione, loquitur autẽ ad ſacerdotes propriè, qui illicitas victimas offerebant, atque ideo voluntas Dei quem exacerbabant, non erat in eis: ſimul etiam docet carnalibus illorum victimis ſpirituales victimas ſucceſſuras, nec in vna tantum prouincia Iudæorum, ſed omni loco offerri Deo mundam oblationem, hoc eſt, ſacrificium quod nunc frequentat Eccleſia. Hæc Haymo, qui etſi non expreſſo nomine Euchariſtiam declarat, verba tamen illius apertè indicant de illa fuiſſe loquutum. Nam dicit oblationem illam, de qua loquutus eſt Malachias, eſſe ſacrificium quod nunc frequentat Eccleſia. At ſacrificium ab Eccleſia frequentatum, nullum aliud eſt niſi ſacrificium miſſæ, quę quotidie in Eccleſia celebratur. Sed multo apertius verba Malachiæ de ſacrificio miſſæ interpretatur Damaſcenus, qui libro quarto de fide orthodoxa, capite. 14. de ſanctiſſima Euchariſtia loquens, & oſtendens illam in multis locis veteris teſtamenti fuiſſe figuratam, & à prophetis prædictam, hęc ait. Pane & vino ſuſcepit Melchiſedech Abraham ex cæde alienigenarum reuertentem, qui erat ſacerdos Dei *Malac. 1.* altiſſimi. Illa menſa hanc myſticam præfigurauit menſam, velut & ſacerdos ille Chriſti veri ſacerdotis figuram præ ſe ferebat & imaginem. Tu es (inquit) ſacerdos in æternum ſecundum ordinem Melchiſedech. Hunc panem, panes figurabant propoſitionis. Hæc eſt pura ſcilicet hoſtia & incruenta, quam ab ortu vſque ad occaſum ipſi offerri per propheram Dominus loquitur: corpus videlicet & ſanguis Chriſti, in ſtabilimentum animæ noſtræ & corporis, inconſumptum & incorruptum non in ſeceſſum iens, (abſit enim) ſed in noſtram ſubſtantiam & conſeruationem, omnimodi nocumenti reparatio, ſordis omnis purgatio. Si quidem aurum offendat adulteratum per iudicialem correptoriamque ignitionem purgat, vt non in futuro, cum mundo condemnemur. Hæc Damaſcenus, qui ſatis apertè noſtræ & Catholicæ ſententiæ fauet. Euſebius Cæſarienſis libro primo demonſtrationis Euangelicæ, capite decimo, docens ſacrificia veteris legis ceſſaſſe; & alia loco illorum in lege Euangelica eſſe ſubrogata inter alia hæc ait. Hæc igitur omnia quæ ab initio diuinitus prædicta ſunt, in præſenti tempore per Euangelicam Saluatoris noſtri doctrinam ab omnibus gentibus celebrantur, propheticæ voci teſti- *Euſebius Cæſarienſis.*

monium asserente veritate, per quam vocem Deus Mosaicis reiectis sacrificiis, quod futurum erat nostrum ipsorum institutum, diuinitus nuntiat, dicens: Quoniam ab ortu solis vsque ad occasum, nomen meum glorificatum est in gentibus, & in omni loco incensum offertur nomini meo & hostia munda. Sacrificamus igitur Deo altissimo sacrificium laudis, sacrificium Deo plenum, & odorem afferens, & sacrosanctum sacrificium, sacrificamus nouo more, secundum nouum testamentum, hostiam mundam. At sacrificium Deo, spiritus contritus dictus est, cor igitur contritum & humiliatum Deus non despiciet, iamque etiam incendimus propheticum illum odorem in omni loco, & offerimus ei bene olentem fructum omni virtute abundantis Theologiæ hoc ipsum orationibus ad eum directis facientes: Quod *Psal.140.* sanè ipsum, alius quoque docet propheta, qui ait. Fiat oratio mea sicut incensum in conspectu tuo. Igitur & sactificamus & incendimus aliàs quidem memoriam magni illius sacrificij secundum ea, quæ ab ipso tradita sunt, mysteria celebrantes, & gratias Deo pro salute nostra agentes, religiososque hymnos & orationes sanctas illi offerentes, aliàs nos ipsos totos ei consecrantes, eiusque pōtifici, ipsi vtique verbo, corpore, animoque dicantes. Hæc Eusebius Cæsarienſis, qui etsi multas oblationes dicit intelligi per oblationem illam mundam, quam prædixit Malachias, inter illas tamen recenset oblationem illam quæ fit in memoriam illius magni sacrificii, quod videlicet Christus pro nobis obtulit in cruce: Et in verbis Eusebii est illud potissimum annotandum, quod dixit celebrationem illius oblationis esse secundum mysteria tradita à Christo. Ex quibus verbis constat missę celebrationem, non esse papisticam, vt Lutherani iniuriosè illam nominant: sed ab ipso Christo institutā. Ante hos omnes fuit Iustinus Philosophus *Iustinus Martyr.* martyrio & doctrina clarissimus, in dialogo cum Tryphone aduersus Iudæos disputās, eadem Malach. verba de sacrificio Eucharistiæ interpretatur, sic dicens: Deus ipse ait. In omni loco in gentibus hostias *Malac.1.* acceptas gratásq; immolari: Neque verò à quoquā hostias Deus accipit, nisi à suis sacerdotibus. Itaque omnia sacrificia, quæ suo nomine facienda Iesus Christus tradidit. i. in Eucharistia panis & poculi, quæ in omni loco à Christianis fiunt, præoccupatione vsus Deus sibi grata esse testatur. Quæ autem à vobis *Esa.1.* vestrisque illis sacerdotibus fiunt, improbat his verbis. Sacrificia vestra è manibus vestris non accipiam: C quod ab oriente sole ad occidentem, nomen meum gloria affectum est, ait, in gentibus: vos autem illud detestamini. Hęc Iustinus martyr. In quibus verbis testimonio Malachiæ Prophetę asserit Eucharistiam *Irenæus.* panis & vini esse sacrificium Deo gratum, illudque à Christo esse traditum. Sed audiamus Irenæum Apostolis vicinum, qui libro quarto aduersus hæreses capite. 32. loquens de cessatione veterum sacrificiorum, hæc ait. Ex quibus omnibus manifestum est, quia non sacrificia & holocaustomata quærebat ab eis *Oseæ.6.* Deus, sed fidem, & obedientiam, & iustitiam, propter illorum salutem. Sicit in Osea Propheta docens Deus suam voluntatem, dicebat. Misericordiam volo, quàm sacrificium, & agnitionem Dei super holocaustomata, sed & Dominus noster eadem monebat eos dicens: Si enim cognouissetis, quid est Misericordiam volo quàm sacrificium, nunquam condemnaretis immerentes: testimonium quidem reddens prophetis, quoniam veritatem prædicabant, illos autem arguens sua culpa insipiētes. Sed & suis discipulis dans consilium, primitias Deo offerre ex suis creaturis, non quasi indigenti, sed vt ipsi nec infructuosi nec ingrati sint, eum qui ex creatura panis est, accepit & gratias egit, dicens. Hoc est meum corpus. Et calicem similiter, qui est ex ea creatura: quæ est secundum nos, suum sanguinem cōfessus est, & noui testamenti nouam docuit oblationem, quam Ecclesia ab Apostolis accipiens in vniuerso mundo offert Deo, ei qui alimenta nobis præstat primitias suorum munerum in nouo testamento, de *Malac.1.* quo in duodecim prophetis Malachias sic præsignificauit. Non est mihi voluntas in vobis, dicit Dominus omnipotens, & sacrificium non accipiam de manibus vestris. Quoniam ab ortu solis vsque ad occasum nomen meum glorificatur inter gentes, & in omni loco incensum offertur nomini meo, & sacrificium purum. Quoniam magnum est nomen meum in gentibus, dicit Dominus omnipotens, manifestissimè significans per hæc, quoniam prior quidem populus cessauit offerre Deo, omni autem loco sacrificium offertur ei, & hoc purum: nomen autem eius glorificatur in gentibus. Hæc Irenæus martyr Polycarpi discipulus. Audiant Lutherani, & diligenter circumspiciant istorum virorum testimonia, & intelligent non esse nouam aut recentem doctrinam, qua docetur missam esse verum sacrificium, sed ab ipsis Apostolorum temporibus in Ecclesia Catholica receptam. Neque hanc doctrinam ex suo tantum arbitrio, prout hęretici faciunt, nobis isti sancti tradiderunt: sed illam ab ipsa sacra scriptura hauserunt, cuius interpretationem legitimam & sensum germanum ab illis potius quàm hæreticis accipere oportet. Et in hunc potissimum finem illorum testimonia citaui, vt ex illis constet, quis sit verus & germanus sacræ scripturæ sensus, & tandem ex ipsa scriptura apertè conuincerem missam esse sacrificium. Ob mutescant ergo impudentes & mendacissimi hæretici, qui non verentur nobis improperare, quod solis recentium Theologorum placitis, & non verbo Domini, de quo ipsi mendacissimè & arrogantissimè se iactant, nostram confirmamus Catholicam doctrinam.

Possem pro hac re plura adhuc ex veteri testamēto citare testimonia: sed illa nō tam apertè hanc catholicam sententiam ostendunt, propterea quòd illorum sensus non est tam manifestus, neque ex sententiis sanctorum patrum potest ita facile colligi, sicut in aliis eiusdem testamenti testimoniis quæ hactenus citaui: & ideo illa omittere decreui, ne fortè, si non tam apertè per illa testimonia nostram sententiam probarem, occasionem deridendi hæreticis præstarem, qui ex omni parte occasiones quærunt, vt Catholicos viros populo deridendos exponere possint.

A Ccedamus ergo ad nouum testamentum, in quo rerum omnium multa maior est claritas, quam in A veteri. Si opera & verba, quæ Christus noster summus sacerdos secundum ordinem Melchisedech in illa sua sanctissima cœna fecit & dixit, diligenter considerentur, inde apertissimè conuincetur mis- *Luc.22.* sam esse sacrificium. Vt autē hæc omnia apertiora faciam, verba Lucæ Euangelistæ citare oportet, quib⁹ ille

ille Dominicam cœnam deſcribit,ſic dicens.Et accepto pane gratias egit,& fregit, & dedit eis dicens: Hoc eſt corpus meum quod pro vobis datur. Hoc facite in meam cõmemorationem. In his verbis manifeſtè declarat Lucas quid fecerit Chriſtus,& qui dixerit.In illis quæ dixit,præcepit Apoſtolis & omnibus futuris ſacerdotibus,vt facerent in ſui commemorationem, id quod ille fecerat. Et quia de hoc nullam ſcio eſſe controuerſiam,ideo nolui circa huius rei probationem immorari, præſertim cum beatus Cyprianus in illa epiſtola ad Cecilium ſuprà citata,hoc manifeſtè doceat, & pro indubitato relinquat.Si igitur probauerim Chriſtum Redemptorem noſtrum non ſolum in cruce,ſed etiam in ſacratiſſima cœna corpus ſuum pro nobis omnibus Deo patri obtuliſſe: plene probatum erit ſacerdotes Euangelicos,quum in miſſa Euchariſtiam conſecrant,eſſe obligatos ad offerendum Deo illud idem corpus Chriſti quod conſecrarunt: quia Chriſtus præcepit illis,vt in ſuam commemorationem facerent,quod ipſe fecit. Hoc enim potiſſimo argumento beatus Cyprianus in illa prædicta epiſtola probat in ſacris myſteriis eſſe neceſſario miſcẽdam aquam cum vino: quia Dominus ita fecit,& poſtea præcepit ſacer-
B dotibus vt facerent quod ipſe fecit,dicens: Hoc facite in meam cõmemorationem.Quod autem Chriſtus ſummus ſacerdos noſter corpus ſuum in illa benedictiſſima cœna pro nobis Deo patri obtulerit, apertè conſtat ex ſacris literis & multorum ſanctorum teſtimoniis. Primò quidem illud eſt manifeſtum, quod Chriſtus Saluator noſter apud Lucam ait: Hoc eſt corpus meum,quod pro vobis datur.In quibus verbis id potiſsimum annotare oportet, quod non dixit verbo futuri temporis, dabitur ſed verbo præſentis temporis dixit,datur: vt hac tam aperta locutione oſtenderet,non ſolum poſtea in cruce, ſed etiam tunc corpus ſuum ſub ſpecie panis pro nobis Deo patri offerre. Et eodem modo locutus eſt de calice ſic,iuxta Græci ſermonis veritatem,dicens. Hic eſt calix nouum teſtamentum in meo ſanguine,qui pro vobis funditur. Nam etſi in vulgata & antiqua noui teſtamenti tranſlatione, habeatur in verbo futuri temporis, fundetur: Græce tamen in præſenti eſt & non in futuro. Nam Græca vox illi verbo reſpondens,eſt ἐκχυνόμενον,quæ eſt participium præſentis temporis, & non futuri. Et hoc idem participium poſitum eſt apud Matthæum & Marcũ,vbi vterque de adminiſtratione calicis loquitur.Propter quod non poſſum non mirari quare interpres antiquæ tranſlationis, in omnibus tribus Euangeliſtis verterit verbo futuri temporis,effundetur,cum in omnibus tribus Euangeliſtis habeatur Græcè illud prædictũ participium,quod conſtat eſſe temporis præſentis.Fortè ille tranſtulit in præſenti,& poſtea idiotæ ſcriptores rem non intelligentes putarunt ſe emendare literam, & illam corruperunt mutantes tempus præſens in futurum. Eraſmus Roterodamus vir Græce doctiſsimus in ſua tranſlatione noui teſtamenti; in omnibus tribus Euangeliſtis poſuit in præſenti,effunditur.Et in priore epiſtola ad Corinthios vbi
C in antiqua tranſlatione habetur.Hoc eſt corpus meum quod pro vobis tradetur,Eraſmus tranſtulit non per verbum futuri temporis,ſed per verbum præſentis,ſic dicens: Hoc meum eſt corpus, quod pro vobis frangitur.Nam in illo loco Pauli Græce habetur,κλώμενον,quod etiam eſt participium præſentis temporis,& ideo neceſſario vertẽdum erat per verbum præſentis temporis,&non per verbũ futuri. Ex verbis ergo trium Euangeliſtarum,& Pauli,iuxta Græcam veritatem,apertè conuincitur Chriſtum in illa benedictiſſima cœna obtuliſſe pro nobis Deo patri corpus & ſanguinem ſuum: quoniam tunc dicit ille ſe corpus ſuum tradere,& ſanguinem ſuũ fundere: quod verè dici non poſſet,niſi quia tunc corpus ſuũ ad paſſionem poſtea tolerandam,& ſanguinem ad effuſionem poſtea faciendã obtulit. Et propter hanc quam Chriſtus tunc fecit ſui corporis & ſanguinis oblationem, quotieſcunque manducamus panem illum ſanctiſſimum,& bibimus calicem Domini,vt Paulus ait, mortem Domini annunciamus donec ille ad iudicium veniat.Nam quum illa facimus in ſuam commemorationem,vt Chriſtus ipſe præcepit, facimus. Non autem eſſet ibi mortis Chriſti commemoratio, niſi ille in ſua benedictiſsima cœna corpus & ſanguinem ſuum Deo patri aliquo modo obtuliſſet. Obtulit ergo in ſua benedicta cœna ſacratiſſimum corpus & ſanguinem ſuum,aliter tamen quàm in cruce.Nam in cruce obtulit Deo corpus ſuum viſibile & palpabile: in cœna verò obtulit corpus ſuum,in forma minimè ab hominibus viſibili,ſed latens ſub accidentibus panis & vini. In cruce obtulit corpus ſuum palpabile & paſſibile: in cœna autem obtulit illud ſub forma in qua nec pati nec palpari potuit.

Præterea,ex ipſo ritu & ordine ſacerdotij ſecundũ quem Chriſtus Saluator noſter fuit ſacerdos,cõuincitur illum in cœna obtuliſſe Deo patri corpus & ſanguinem ſuum.Nam ille,vt vtrunque teſtamentum docet,fuit ſacerdos ſecundum ordinem Melchiſedech. At ritus & ordo ſacerdotij Melchiſedech, vt iam ſupra per apertiſſima teſtimonia probauimus,fuit oblatio panis & vini: ergo vt Chriſtus verè dicatur ſacerdos ſecundum ordinem Melchiſedech oportet illum ſimilem oblationem feciſſe, videlicet corpus ſuum ſub accidentibus panis, & ſanguinem ſub accidentibus vini. In cruce autẽ pendens non
D obtulit corpus ſuum ſub huiuſmodi accidentibus opertum: ſed nudum & omnibus cõſpicuum,flagellatum,ſuo ſanguine aſperſum,multis vulneribus ſauciatũ.Si Chriſtus in cruce non fuit ſacerdos ſecundum ritum &ordinẽ Melchiſedech,quia ibi non fuit aliqua hoſtiæ ſimilitudo,oportet neceſſario fateri, illum in ſacratiſſima cœna tale exercuiſſe ſacerdotium iuxta ordinem Melchiſedech. Nã illic Chriſtus ſimilem habuit hoſtiam,videlicet corpus ſuum ſub accidentibus panis, & ſanguinem ſuũ ſub accidentibus vini. Si tunc Chriſtus verè egit ſacerdotem, & verè ſacrificauit,& hoſtiã obtulit:ergo ſacerdotes Euangelici,qui ſecundum ordinem à Chriſto inſtitutum & ab eodem inchoatum ſunt ſacerdotes,eodẽ modo ſacrificant,& eandem,quam Chriſtus,offerunt Deo hoſtiam: præſertim cùm ex præcepto Chriſti & poteſtate ad hoc ab eodem Chriſto illis data,idem faciant quod ipſemet Chriſtus fecit.

Accedit ad hæc, multorum ſanctorum virorum qui doctrina petinde ac ſanctitate claruerunt, concors teſtimonium, quo omnes illi concorditer teſtantur, Chriſtum in vltima cœna corpus ſuum pro nobis Deo obtuliſſe. Et primum omnium tanquam vetuſtorum nouiſſimum profero Rupertum Tui-

cenſem,

cenſem,qui in commentariis ſuper Exodum declarans ritus & cæremonias agni paſchalis quomodo figurauerint ea quæ corpori Chriſti adſunt,tandem accedens ad illam agni immolationem,de qua ſu-

Rupertus. perius locuti ſumus,hæc ait. Tandem quartadecima die ad veſperam,vbi illum paſchæ veteris agnum comedit cum diſcipulis ſuis,tunc ipſe noui ſacrificij agnus continuo capiendus,& deducendus ad immolandum,iamiam in anguſtia paſſionis agonizans, prius propriis manibus Deo patri ſemetipſum immo- A
lauit,accipiens panem & vinũ, & mira atque ineffabili ſanctificationis potentia transferens hæc in corporis & ſanguinis ſui ſacramentum. Nam quod deinde manibus peccatorum crucifixus & mortuus eſt idem agnus, præteritorum atque præſentium ſalus omniũ continuo fuit,& ad illos qui in inferiori Aegypto,id eſt,in infernalibus detinebãtur tenebris,deſcendit,quinque per quinq; retroactas mundi ætates ibidem fuerant colecti. Vnde & conſtat rectè quinque diebus,à decima ſcilicet vſque ad quartamdecimam menſis agnum ſeruari: quia videlicet ex quo in typum eiuſdem filij Dei,primus Abel agnum obtulit,quinque fluxerunt ætates mundi,quarum in fine immolandus erat hic verus agnus Dei, Et aliquibus interpoſitis ſubdit. Quod vero manib⁹ ſuis,vt iam dictum eſt,corpus & ſanguinẽ ſuum ſub ſpecie panis ipſe ſummus pontifex obtulit,&, Hoc facite in meam commemorationem,dixit,eorum ſalus eſt,qui in iſta vita detinentur,quibus Aegyptus hic mundus eſt,quibus vera captiuitas ſub diabolo mũdi principe,ignoratio Dei eſt. Hactenus Rupertus,qui etſi nouiſſimus ſit eorũ quos nũc citaturus ſum, tamen ante quadragentos & quinquaginta annos floruit: & tam apertè dicit Chriſtum in vltima cœna

Beda. ſuũ corpus Deo obtuliſſe,vt nihil apertius deſiderari poſſit. Ante hunc per aliquot ſecula fuit Beda,qui in commentariis ſuper Marcum,interpretans illa verba. Et manducãtibus illis accepit Ieſus panem,hęc ait. Finitis paſchæ veteris ſolemniis,quę in commemorationem antiquę de Aegypto liberationis populi Dei agebantur,tranſiit ad nouum, quod in ſuæ redemptionis memoriam Eccleſiam frequentare volebat: vt videlicet pro carne agni ac ſanguine,ſui corporis ſanguinisque ſacramẽtũ ſubſtitueret, ipſumque ſe eſſe monſtraret,cui iurauit Dominus & non pœnitebit eum,tu es ſacerdos in æternum ſecũdum ordinem Melchiſedech. Hæc Beda. In cuius verbis hoc annotare oportet,quod dixit,Chriſtum in vltima cœna exercuiſſe ſacerdotium ſecundum ordinem Melchiſedech,quod non aliter tunc fecit,niſi tũc B

Hieronymus. ſuum corpus & ſanguinem offerendo. Multo apertius docet hoc Hieronymus,qui in commentariis ſuper Pſalmos interpretans illud ex Pſalmo.109. Tu es ſacerdos in æternum ſecundum ordinem Melchiſedech,hęc ait. Quomodo enim Melchiſedech rex Salem obtulit panem & vinum: ſic & tu offeres corpus tuum & ſanguinem,verum panem & verum vinum. Iſte Melchiſedech,iſta myſteria quæ habemus

Ioan.6. dedit nobis. Ipſe eſt qui dixit, Qui manducauerit carnem meam, & biberit ſanguinem meum & cæte. Secũdum ordinem Melchiſedech tradidit nobis ſacramentũ ſuum. Hæc Hieronymus,qui nihil aperti-

Ambroſius. us pro noſtra ſententia dicere potuit. Ambroſius in miſſa de cœna Domini in oratione præfationis,hęc ait. Aut quid ſperare de tua miſericordia poſſumus,qui tantum munus accepimus vt talem tibi hoſtiam offerre mereremur, corpus ſcilicet & ſanguinem Domini noſtri Ieſu Chriſti,qui ſe pro mũdi receptione piæ illi & venerandæ tradidit paſſioni: qui formam ſacrificij ſalutis perennis inſtituens hoſtiã ſe primus obtulit,& primus docuit offerri. Hæc Ambroſius. In quibus verbis duo ſimul aſſerit, per quæ tota hæc præſens abſoluitur diſputatio. Nam dicit Chriſtum in illa ſacratiſſima cœna ſe hoſtiam obtuliſſe,&

Euſebius Cæſarienſis. docuiſſe nos vt eandem hoſtiam offerremus. Ante Ambroſiũ fuit Euſebius Cæſarienſis epiſcopus, qui libro primo demonſtrationis Euangelicæ,capite decimo demonſtrans quomodo ſacrificia legis veteris ceſſauerint,& loco illorum ſit aliud in lege Euãgelica ſubſtitutum,hęc ait: Itaque poſt omnia,quaſi mirabilem quandam victimam,ſacrificiumq; eximium patri ſuo operatus pro noſtra omnium ſalute obtulit eiusq; rei memoriam,vt nos ipſi Deo pro ſacrificio offerremus inſtituit. Hęc Euſebius. In quibus ver- C
bis,quamuis illa ſint pauca,multa tamen cõplectitur,quę noſtrę & Catholicæ doctrinæ fauent. Dicit enim primò Chriſtũ ſe Deo patri obtuliſſe: Dicit ſecũdò,nos in memoriã illius idẽ ſacrificiũ offerre. Dicit tertiò,hoc ſacrificium quod nos offerimus eſſe ex Chriſti inſtitutione,& non ex humano arbitrio aut ex papiſtica inuentione,vt hæretici mendaciſſima blaſphemia quotidie dicere ſolẽt. Ex iſtis tribus, quæ dixi Euſebiũ aſſeruiſſe, duo vltima adeò apertè dicit,vt nullus merito de illis dubitare poſſit. De primo forſitan aliquis cõtendet, & dicet Euſebiũ illic locutũ fuiſſe de ſacrificio facto in cruce vbi ſemetipſum obtulit Deo. Vt autẽ apertè conſtet illũ fuiſſe locutũ de ſacrificio facto in cœna,& non in cruce,oportet inſpicere verba quæ ille ſine vllis aliis mediis cõtinuo ſubiungit, ſic dicens: Hoc etiã prophetarũ præci-

Pſal.39. puus Dauid,qui quod futurũ erat ſpiritu diuino pręuiderat,vaticinatus eſt,vbi ait. Expectans expectaui Dominũ & intẽdit mihi: & exaudiuit precẽ meã,& ſuſtulit me de lacu miſeriæ & de luto fecis. Et ſtatuit ſupra petrã pedes meos,& direxit greſſus meos. Et immiſit in os meũ canticũ nouũ, carmẽ Deo noſtro. Quod porrò ſit hoc canticũ nouũ,declarat deinceps,vbi ait. Sacrificiũ & oblationẽ noluiſti, corpus autẽ perfeciſti mihi: Holocauſta & pro peccato nõ poſtulaſti,tũc dixi,ecce venio. In capite libri ſcriptũ eſt de me,vt facerẽ Deus voluntatẽ tuã,volui: & adiungit. Anũciaui iuſtitiã tuã in Eccleſia magna. Sic planè docens pro antiquis ſacrificiis & holocauſtis Chriſti aduentũ per aſſumptionẽ humani corporis, eiusque corpus perfectũ Deo oblatũ eſſe,ipſumq; hoc Eccleſiæ ſuæ nunciatũ gaudio tanquã ingẽs my- D
ſtetiũ quod prophetica voce in capite libri propoſitũ expreſſumq; ſit. Quũ ergo huius ſacrificij memoriã ſignis quibuſdã in menſa celebrandã,corporisq; itẽ illius,ſalutarisq; ſanguinis,vt noui teſtamenti inſtitutũ haber,acceperimus, rurſum à ꝓpheta Dauid inſtruimur ad dicẽdũ. Paraſti in cõſpectu meo mẽ-

Pſal.22. ſam contra eos qui affligunt me. Pingue feciſti in oleo caput meũ,& calix tuus inebriãs quã præſtãtiſſimus. Palã igitur in his myſticã ſignificat vnctionẽ & odorẽ afferentia mẽſæ Chriſti ſacrificia, quibus operantes, incruentas & rationales, eique ſuaues victimas, in tota vita ſupremo Deo offerre, per eminẽtiſſimũ omniũ ipſius pontificẽ edocti ſumus. Hactenus Euſebius Cæſarienſis ante mille & ducẽtos annos.

nos. Ex quibus verbis apertè conſtat illum de ſacrificio in cœna Domini facto fuiſſe locutum, & nos in memoria illius cœnæ incruentas victimas Deo offerre: & hoc dicit nos facere ex doctrina ſupremi omnium pontificis, videlicet Ieſu Chriſti Saluatoris noſtri. Euſebium Cæſarienſem præceſſit pluſquam *Cyprian⁹* vno integro ſeculo Cyprianus Carthaginenſis epiſcopus & martyr, qui epiſtola. 3. libri ſecundi, quæ eſt ad Cecilium, declarãs illud ex Pſalmo. 109. Tu es ſacerdos in æternum ſecũdum ordinẽ Melchiſedech, hęc ait. Qui ordo vtique hic eſt de ſacrificio illo veniens, & inde deſcendens, quod Melchiſedech ſacerdos Dei ſummi fuit, quod panem & vinum obtulit, quod Abraham benedixit. Nam qui magis ſacerdos Dei ſummi, quam Dominus noſter Ieſũs Chriſtus qui ſacrificium Deo patri obtulit? Et obtulit hoc idem quod Melchiſedech obtulerat, id eſt, panem & vinum, ſuum ſcilicet corpus & ſanguinem. Hæc Cyprianus martyr ante mille & trecentos annos. Ecce ſeptem illuſtres viros ſanctitate perinde ac do-
A ctrina clariſſimos, qui omnes concorditer aſſerunt, Chriſtum in vltima cœna obtuliſſe Deo patri corpus & ſanguinem ſuum ſub ſpeciebus panis & vini. Neque hoc ex ſuo tantum arbitrio, vt hæreticorum mos eſt, ſed teſtimonio ſacræ ſcripturæ perſuaſi, aſſerunt. Si Chriſtus in illa ſacratiſſima cœna corpus ſuum & ſanguinem Deo patri obtulit, ergo ſacerdotes Euangelici idem corpus & eundem ſanguinem Deo patri offerunt: quia ipſe dixit illis: Hoc facite in meam commemorationem. Nam illis verbis, vt omnes ſacri doctores interpretantur, præcepit ſacerdotibus, vt facerent idem quod ille fecerat. Chriſtus autem, vt probauimus, obtulit in vltima cœna: ergo ſacerdotes tenentur offerre in miſſa, quæ eſt quædam illius cœnæ commemoratio. Miſſa ergo eſt ſacrificium.

Denique hæc noſtra & catholica ſententia probatur multorum Conciliorum definitionibus, in quibus omnibus miſſa dicitur eſſe ſacrificium. Nam concilium Toletanum primum, capite quinto nomine ſacrificii miſſam appellat. Idem facit concilium Toletanum duodecimum, capite quinto. Sed for- *Cõcilium Toletanũ*
tè aliquis dicet concilia illa fuiſſe pronuncialia, & ideo errare potuiſſe. Fateor cõcilia illa fuiſſe prouincialia, nec ideo illorum ſententia contemnenda eſt: quia per alia generalia eſt confirmata. Nam concilium Lateranenſe ſub Innocentio tertio celebratum, capite primo ſuorum decretorum, hæc ait: Vna *Cõcilium Lateranenſe.*
eſt fidelium vniuerſalis Eccleſia, extra quam nullus omnino ſaluatur, in qua idem ipſe ſacerdos eſt ſacrificium Ieſus Chriſtus, cuius corpus & ſanguis in ſacramẽto altaris ſub ſpeciebus panis & vini veraciter continentur, tranſſubſtantiatis pane in corpus, & vino in ſanguinem poteſtate diuina, vt ad perficiendum myſterium vnitatis, acciperemus ipſi de ſuo, quod ipſe accepit de noſtro. Hæc concilium Latera-
B nenſe, quæ citantur in volumine decretalium, in cap. Firmiter, de ſumma Trinitate & fide Catholica. Ante hoc concilium per multa ſecula præceſſit ſexta generalis ſynodus, quæ capite. 32. ſuorum decretorum declarans vinum aqua mixtum eſſe neceſſariò in miſſa offerendum, hæc ait: Quoniam nouimus *Sexta ſynodus.*
in Armenorum regione vinum tantum in ſacra menſa offerri, aquam illi non miſcentes, quum incruentum ſacrificium peragunt, prætexentes Eccleſiæ doctorem Ioannem Chryſoſtomum in interpretatione Matthæi hoc aſſerentem: vt iam nunc ab ignorantia liberentur, illius patris mentem orthodoxè aperimus. Cùm enim antiquam Hydroparaſtarum hæreſim, qui pro vino ſola aqua in ſacrificio vſi ſunt, ſubuerteret, illam orationem compoſuit, in qua aquæ in ſacrificio miſſæ adiunctionem amouere illi exiſtimant: cùm tamen non doceat Sanctus per ſolum vinum oblationem offerri, quandoquidem & ſuę Eccleſiæ, vbi eſt illi paſtoris adminiſtratio tradita, aquam vino miſcendam tradidit, quando incruentum peragi ſacrificium oportet ex precioſo & honorando noſtri Redemptoris ſanguine, & aquæ contemperationem attendens, quæ in totius mundi viuificationem effuſa eſt, ad peccatorum remiſſionem. Hactenus ſexta ſynodus. In quibus verbis ſæpe miſſam dicit eſſe ſacrificium: & non qualecunque, ſed tale in quo verus Chriſti ſanguis offertur. Per multa etiam ſecula ante hanc ſextam ſynodum celebratum fuit cõcilium Epheſinum, quod in epiſtola ab eo ad Neſtorium miſſa, hæc ait: Annunciantes e- *Cõcilium Epheſinũ*
nim ſecundum carnem mortem vnigeniti filii Dei, incruentam celebramus in Eccleſiis ſacrificii ſeruitutem. Hæc concilium Epheſinum. In quibus verbis apertiſſimè aſſerit miſſam eſſe ſacrificium: quia ex verbis, quæ continuò pòſt ſubiungit, conſtat illud loqui de miſſæ celebratione.

C NIhl iam mihi ſupereſſe video ad plenè manifeſtandam comprobandamque Catholicam veritatem de ſacrificio miſſæ, niſi ſolùm reſpondere obiectionibus hæreticorum, quibus illi probare co- *Lutherus.*
nantur miſſam non eſſe ſacrificium. Primò quidem nobis obiicit Lutherus Chriſti exemplum, quod neceſſariò imitãdum eſſe ait, ſic dicens: Miſſa eſt quædam cõmemoratio cœnæ dominicæ, in qua Chriſtus cum Apoſtolis ſuis morti proximus vltimò cœnauit. At Chriſtus tunc cœnans non ſacrificauit, nec tunc corpus & ſanguinem ſuum obtulit, ſed poſteà moriens in cruce. Sacerdos igitur in miſſa non ſacrificat, neque offert Deo corpus & ſanguinem Chriſti. Collectionem iſtam ſiue conſequentiam inde probare nititur Lutherus, quia debemus, vt ille ait, in hoc myſterio opera Chriſti eius myſterium imitari. Nam ille dixit in cœna: Exemplum dedi vobis, vt quemadmodum ego feci, ita & vos faciatis. Hęc *Ioan. 13.*
Lutheri argumentatio nullius prorſus eſt roboris, quia falſum aſſumit, & malè colligit. Primò quidem falſum eſt, miſſam eſſe ſolius cœnæ Dominicæ commemorationem. Nam etſi verum ſit, miſſam eſſe quandam repræſentationẽ cœnæ Dominicæ, nõ tamen ſolius cœnę, ſed etiam mortis & paſſionis Chriſti, Paulo hoc atteſtante, qui in priore ad Corinthios epiſtola ait: Quotieſcunque manducabitis panem *1. Cor. 11.*
hunc, & calicem domini bibetis, mortem Domini annũciabitis donec veniat. Cùm igitur Chriſtus moriẽs ſeipſum ſacrificauerit, & obtulerit Deo patri in cruce, iure poſſunt ſacerdotes in miſſa, quæ eſt quædam paſſionis Chriſti repræſentatio, Chriſti corpus ſacrificare, & Deo patri offerre. Falſum etiam eſt, Chriſtum in illa ſanctiſſima cœna non obtuliſſe Deo patri corpus & ſanguinem ſuum. Nos enim ſuperius ex ipſis Chriſti verbis, & multorum ſanctorũ teſtimoniis probauimus, Chriſtum in illa vltima cœna obtuliſſe Deo patri hoſtiam incruentam, corpus videlicet & ſanguinem ſuum. Nam niſi tunc illum

hæc obtuliſſe dicamus, nunquam inueniri poterit, quando Chriſtus ſacerdotis officium fecerit ſecundũ ordinem Melchiſedech. Non enim hoc fecit in cruce, quia tunc, vt ſuprà diximus, obtulit corpus ſuum apertè omnibus conſpicuum, & non ſub ſpeciebus panis & vini latitans. At Chriſtus, vt Eccleſia de illo canit, ſacerdos in æternum ſecundum ordinem Melchiſedech panem & vinum obtulit.

Hoc autẽ cùm nunquam niſi in cœna Chriſtum feciſſe conſtet, conuincitur Chriſtum in cœna vltima corpus & ſanguinem ſuum Deo patri obtuliſſe. Bis itaque corpus & ſanguinem ſuum pro nobis obtulit Deo patri: primo quando cœnauit, ſecundo quando affixus eſt cruci: Mala etiam eſt Lutheranæ argumentationis conſequentia: quia & ſi vellemus gratis dare Luthero, Chriſtum in illa vltima cœna non obtuliſſe Deo patri corpus & ſanguinem ſuum, non inde ſequeretur neceſſariò, ſacerdotes Euangelicos minimè corpus & ſanguinem Chriſti in miſſa offerre. Non eſt enim neceſſarium, vt quicquid Chriſtus in cœna tunc fecit, ſacerdotes nunc in miſſa faciant: & quæ ille tunc non fecit, neque ſacerdotes nunc facere audeant. Nam iuxta hanc regulam non liceret ſacerdotibus ornamentis ſacratis indutos, & in vaſe argenteo aut aureo celebrare, quia Chriſtus in illa ſua ſanctiſſima cœna nihil horum habuit. Oporteret etiam ſacerdotes cœnantes celebrare, & non niſi iam cœnatis corpus Domini tradere ad manducandum: quia Chriſtum ita feciſſe Euangelia docent. Catholica tamen Eccleſia per totum orbem diffuſa, & à ſpiritu ſancto edocta omnia his contraria facere docet & præcipit. Multa enim, vt recte Hietonymus ait: Domino competunt, quæ ſeruulo non conueniunt, ac proinde nõ licẽt. Si omnia in miſſa, vt Lutherus ait, eſſent ad Chriſti imitationem faciẽda, cur ille miſſam coram pluribus aut paucioribus quam duodecim celebrare apud ſuos permittit, cùm Chriſtus coram ſolis duodecim myſticam cœnam conſecrauerit? Cur vna miſſa finita aliam in alio die dici permittit, cùm Chriſtus non niſi ſemel illam cœnam ſacratiſsimam celebrauerit? Cur miſſam celebrans Lutherus, non continuò ſe diſponit & præparat, vt peracta miſſa ſequeſtratus à ſuis oret, & inde tranſeat ad mortem crucis, quemadmodum Chriſtus fecit? Sed Lutherus vbi opus erat imitari Chriſtum, ibi longiſſimè diſtat ab illo: & vbi non eſt neceſſe, neque licet imitari Chriſtum, ibi contendit, vt omnes illum imitentur. Quod ad ſuæ ſententiæ probationem citat Lutherus. Exemplum dedi vobis, vt quemadmodum ego feci, ita & vos faciatis, nihil prorſus illi ſuffragatur. Quia verba illa non dixit Chriſtus ſedens in cœna quando corpus & ſanguinem ſuum ſub ſpeciebus panis & vini diſcipulis ſuis dedit: ſed quando, vt ex Ioannis Euãgelio apertiſsimè conſtat, pedes diſcipulorum lauit. Tunc enim præcepit illis, vt ex illo quod ipſum feciſſe viderant, humilitatis exemplum caperent ad Lauandum alter alterius pedes. Quod ergo Chriſtus de ſola pedum lotione dixerat, Lutherus ad omnia Chriſti opera extendere conatur. Ecce qualia ſunt Lutheri argumenta, in quibus nihil verum, imò nec vero ſimile profert, ſed meras nugas, & ſacræ ſcripturæ torſiones, per quas populum rudem, & literarum prorſus ignarum hactenus fefellit, & ad ſua impia dogmata traxit. A

Secundò argumentantur Lutherani, quod dicentes miſſam eſſe ſacrificium, Chriſtum ſpoliant illo magno honore ſacerdotis æterni. Vt autem huius argumenti robur magis omnibus pateat, verba Ioannis Caluini, qui capite. 18. ſuæ inſtitutionis Chriſtianæ. §. 50. fuſius & pluribus neruis hoc argumentum pertractat, fideliter citabo: Chriſtus enim, inquit Ioannes Caluinus, ſacerdos & pontifex à patre conſecratus eſt non ad tempus, quomodo illi in veteri teſtamento conſtituti leguntur, quorũ cùm vita mortalis eſſet, ſacerdotium immortale eſſe non poterat. Quare & ſucceſſoribus opus erat, qui ſubinde in demortuorum locum ſubrogarentur. At Chriſto, qui immortalis eſt, vicarium ſubſtitui minimè neceſſe eſt. Itaque à patre deſignatus eſt ſacerdos in æternum, ſecundum ordinem Melchiſedech, vt æternum permanente ſacerdotio fungeretur. Et paucis interpoſitis ſubdit: Iam verò quotidie ſacrificant, oblationibus ſacerdotes præficiant neceſſe eſt, quos Chriſto velut ſucceſſores & vicarios ſubrogent. Qua ſubrogatione, non modo Chriſtum ſuo honore ſpoliant, & æterni ſacerdotii prærogatiuã illi rapiunt, ſed è dextera patris deturbare ipſum conantur: in qua ſedere immortalis non poteſt, quin ſimul æternus ſacerdos maneat. Neque cauſificentur, non ſuffici ſuos ſacrificulos Chriſto, quaſi demortuo: ſed ſuffraganeos duntaxat eſſe æterni eius ſacerdotii, quod propterea ſtare non deſinit. Verbis enim Apoſtoli fortius conſtringuntur, quàm vt ſic elabi poſſint: nempe, alios plures eſſe factos ſacerdotes: quia morte impedirentur permanere. Chriſtus ergo qui morte non impeditur, vnus eſt, nec conſortibus indiget. Hactenus Caluinus. In verbis huius argumenti apertè Caluinus, prout alii hæretici ſui conſortes facere ſolent, noſtram ſententiam repræſentat debilem & inermem, vt facilius poſſit populo rudi perſuadere ſe de nobis triumphare. Nam ineptam quandam & nimis abſurdam fingit nos dare ſuo argumento reſponſionem, quam neque per ſomnium quidem cogitauimus. Nos enim fatemur Chriſtum eſſe verum ſacerdotem æternũ ſecundum ordinem Melchiſedech, prout pater cœleſtis illum futurum iuramento aſſeruerat. Sacerdotes autem Euangelicos non dicimus eſſe illius tanquam demortui ſucceſſores, prout erant veteris legis ſacerdotes, quorum altero mortuo, alter loco illius ſubrogabatur. Neque dicimus ſacerdotes Euangelicos, vt Caluinus falſò nobis tribuit, eſſe ſuffraganeos Chriſti aut illius cõſortes: ſed eſſe illius miniſtros per quos ille ſuum ſacerdotium in æternum exercet. Ille enim ſolus eſt verus & perfectus ſacerdos qui verè conſecrat, offert, & reliqua omnia propria ſacerdotis officia verè peragit: nos autem ſolùm ſumus illius miniſtri, per quos ille operatur. Nam in baptiſmi ſacramento, quoties illud ſacerdos aliquis adminiſtrat: Chriſtus eſt qui verè & affectiuæ baptizat, prout Ioannes baptiſta teſtatus eſt, ſic dicens: Qui miſit me baptizare, ille mihi dixit: Super quem videris ſpiritum deſcendentem, & manentem ſuper eum, hic eſt qui baptizat in Spiritu ſancto. Ex iſtis enim Ioannis verbis conuincit beatus Auguſtinus malitiam ſacerdotis, etiam ſi hæreticus ille ſit, non obſtare quin verum baptiſmum conferat; quia Chriſtus eſt qui baptizat, ſacerdos autem non baptizat animam: ſed ſolùm

Caluinus

Heb.7.et. 9.&.10.

B

Heb.7.

C

Ioan.1.

ſed ſolum profert verba,& corpus lauat exterius. Idem per omnia dicendum eſt de ſacramento Euchariſtiæ, in cuius confectione, licet ſacerdos accipiat panem, & benedicat, proferatque ſuper eum verba conſecrationis, non tamen ille conuertit effectiue panem in corpus Chriſti: ſed Chriſtus ipſe eſt qui illam ſubſtantiæ commutationem facit: quia ſicut ille eſt qui inuiſibiliter baptizat,ita ille eſt qui inuiſibiliter panem conſecrat,& in ſuum corpus conuertit. In cuius rei teſtimonium profero Euſebium Emiſſenum,qui ſermone quinto de paſcha,hæc ait: Nam inuiſibilis ſacerdos viſibiles creaturas in ſubſtantiam corporis & ſãguinis ſui,verbo ſuo ſecreta poteſtate cõuertit. Hæc Euſebius Emiſſenus ante mille & ducentos annos. In quibus verbis Chriſtũ appellat nomine inuiſibilis ſacerdotis, propterea quod ille nunc à populo non videtur,quum agit ea quæ ad verum ſacerdotis officium ſpectant. Nec ſolum cõſecrat panem, & conuertit illud in corpus ſuum Chriſtus Deus noſter, ſed ipſum etiam corpus ſuum offert Deo patri incruẽta oblatione, quoties ſacerdotes Euangelici miſſam perfectè celebrant. Sacerdotes quidem
D nomine totius Eccleſiæ offerunt Deo patri corpus Chriſti, tanquam illius miniſtri: Chriſtus autem eſt qui principaliter tunc per ſacerdotes & per Eccleſiam ſe Deo patri offert. Vnde Haymo in commentariis ſuper Paulum,interpretans illud ex epiſtola ad Hebræos: Omnis pontifex ad offerenda munera cõſtituitur,hæc ait: Quia enim nulli ſacrificium debetur, niſi ſoli vero Deo, pontifex noſter mundam hoſtiam pro nobis Deo patri obtulit,idem exiſtẽs ſacerdos & ſacrificium: offert etiam ſacrificium Deo patri acceptum,per Eccleſiam ſuam. Dum enim nos offerimus ſacramenta corporis eius, ipſe offert. Hæc Haymo. Et quia Chriſtus quotidie per ſacerdotes Eccleſiæ offert, ideo quotidie exercet ſuum ſacerdotium ſecũdum ordinem Melchiſedech, officium etiam ſacerdotale quotidie exercet,dum quotidie pro nobis apud patrem orat tanquam aduocatus noſter: quia officium ſacerdotis eſt orare. Quum tamen ſic orat, non in hoc ſe oſtendit ſacerdotem ſecundum ordinem Melchiſedech, magis quàm ſecundum ordinem Aaron: quia hic ordo non diſtinguitur ab illo per pteces & orationes,ſed per hoſtias & victimas, & per modum offerendi illas. Eſt ergo Chriſtus ſacerdos ſecundum ordinem Melchiſedech, dum per ſacerdotes Eccleſiæ ipſe ſemetipſum quotidie offert Deo patri ſub accidentibus panis. Hanc noſtram & Catholicam doctrinam,ſi bene intellexiſſet Caluinus,non accuſaſſet nos, dicens quod ſpoliamus Chriſtum honore ſacerdotii æterni. Nam cùm dicimus ſacerdotes Euangelicos offerre Deo corpus & ſanguinem Chriſti,non excludimus ab hac oblatione ipſum Chriſtum,neque alios ſacerdotes ſuffraganeos aut conſortes illius facimus: ſed tantum dicimus illos eſſe Chriſti veri ſacerdotis miniſtros, per quos verus ille & inuiſibilis ſacerdos quotidie operatur. Ex quibus omnibus apertiſſimè conſtat,nos gloriam &
A honorem ſacerdotis æterni multò melius tribuere Chriſto, quàm Caluinus, qui dum negat miſſam eſſe ſacrificium, negat eam oblationem offerri à ſacerdotibus Euangelicis, per quam ſolam Chriſtus eſt ſacerdos in æternum ſecundum ordinem Melchiſedech.

Euſebius Emiſſen⁹.

Heb. 8.

Haymo.

Tertiò nobis obiiciũt hæretici,præſertim Ioannes Caluinus,quòd virtutem paſſionis & mortis Chriſti minuimus,dum miſſam dicimus eſſe ſacrificium: quia hoc ipſo,vt ille ait,fateri cogimur ſacrificium mortis Chriſti non eſſe ſufficiens ad remiſsionem peccatorum, cum opus ſit illud toties in miſſa iterari. Verba Caluini ſunt hæc: Nam ſi Chriſtus in cruce ſemetipſum in ſacrificium obtulit, quo nos in perpetuum ſanctificaret, & æternam redemptionem nobis quæreret, haud dubiè vis atque efficacia eius ſacrificii nullo fine perſtat. Alioqui nihilo honorificentius de Chriſto ſentiremus,quam de bobus & vitulis qui ſub lege immolabantur: quorum oblationes ex eo inefficaces arguũtur & imbecillæ, quod ſæpius iterabantur. Quare aut Chriſti ſacrificio,quod in cruce impleuit purgationis æternę vim defuiſſe fatendum erit: aut vno ſemel ſacrificio, Chriſtum in omnia ſecula defunctum eſſe. Id eſt, quod dicit Apoſtolus ſummum hunc pontificem Chriſtũ ſemel, per immolationem ſui apparuiſſe, ſub conſummationem ſeculi,ad peccati profligationem. Item,voluntate Dei nos ſanctificatos eſſe,per oblationẽ corporis Ieſu Chriſti,ſemel. Item,Chriſtum vna oblatione in perpetuum cõſummaſſe ſanctificatos. Quibus inſignem ſentẽtiam ſubnectit. Acquiſita ſemel peccatorum remiſſione,nullam amplius reſtare oblationem. Hoc & poſtrema ſua voce & inter vltimos ſpiritus ædita, Chriſtus ſignificauit,qui dicit, Conſummatum eſt: Solemus extremas moriẽtium voces pro oraculis obſeruare. Chriſtus moriens teſtatur vno ſuo ſacrificio perfectum eſſe & impletum quicquid in ſalutẽ noſtram erat. Nos huiuſmodi ſacrificio,cuius perfectionem luculenter adeò commendauit,quaſi imperfecto innumera quotidie aſſuimus. Quando ſacroſanctum Dei verbum non affirmat modo,ſed clamat etiam & conteſtatur, hoc ſacrificium ſemel peractum
B fuiſſe, eius vim æternam permanere,qui aliud poſtulant,nónne ipſum imperfectionis inſimulant & infirmitatis? Hactenus Caluinus. In quibus verbis ille manifeſtè ſuam prodit ignorantiam. Nam apertè oſtendit ſe neſcire,quod veriſſimũ eſſe ſacræ ſcripturæ autoritate,& ſanctorum patrum teſtimoniis comprobauimus,Chriſtum duas & valde diuerſas feciſſe oblationes, alteram incruentam in cœna: alteram cruentam in cruce. Vna quidem & eadem fuit in ambabus oblationibus hoſtia, corpus videlicet ſuum, quod in vtraque oblatione obtulit Deo, ſed quia bis & diuerſis modis idem corpus ſuum Deo patri obtulit,ideò dico illum duas & diuerſas feciſſe ſui corporis oblationes. Nam in cruce obtulit corpus ſuum ſauciatum,ſanguine proprio aſperſum,fuitque hoſtia illa cruenta,& ſacrificium illud cruentum. In cœna autem obtulit corpus ſuum,non ſauciatum,nec ſanguine proprio rubricatum,ſed ſanum & integtũ, nulloque proprio cruore perfuſum ſub accidentibus panis latitans. Et ideo ſancti doctores quos ſuprà citauimus,corpus Chriſti hoc modo oblatũ, vocant hoſtiam aut oblationem incruentam, & concilium Epheſinum appellauit incruentam ſacrificii ſeruitutem: & ſexta ſynodus in verbis ſuprà citatis dixit incruentum ſacrificium,vt hoc epitheto oblationem cœnæ Dominicæ,& ſacrificium in ea factum diſtinguerent ab oblatione & ſacrificio in cruce factis. Cùm igitur iſtæ duæ oblationes ſint adeò diuerſæ conſequens eſt vt diuerſas etiam ſortiantur conditiones,diuerſaque merita. Per oblationem quæ facta eſt in

Caluinus

Heb.9. cœna, non fuit redẽptum genus humanum: quia ſine ſanguinis effuſione, vt ait Paulus, non fit remiſſio.
Per oblationem autem factam in cruce redempti ſumus à ſeruitute diaboli à quo tenebamur captiui ad
Zach.9. ipſius voluntatem. In ſanguine enim teſtamenti ſui, vt prædixerat Zacharias propheta, eduxit vinctos C
qui erant in lacu. Hæc oblatio facta in cruce nõ iteratur, nec repetitur vnquam: quia Chriſtus reſurgens
Rom.6. ex mortuis, vt ait Paulus, iam non moritur, mors illi vltra non dominabitur. De hac oblatione in cruce
Heb.7. facta loquutus eſt Paulus in epiſtola ad Hebræos, quum de Chriſto loquens, ait: Qui non habet neceſſi-
Heb.9. tatem quotidie, quemadmodũ ſacerdotes prius pro ſuis delictis hoſtias offerre, deinde pro populi. Hoc
Heb.10. enim fecit ſemel ſe offerendo. Et in eadem epiſtola iterum ait: Chriſtus ſemel oblatus eſt ad multorum
exhaurienda peccata. Et rurſum ibidem ait: Vna enim oblatione conſummauit in ſempiternum ſanctificatos. In his omnibus locis, & in aliis ſimilibus Paulus, vt apertiſſimè conſtat, loquitur de illa oblatione, quam Chriſtus fecit in cruce, & non de illa quam fecit in vltima cœna. Nam per ſolam illam quæ facta eſt in cruce, exhauſit multorum peccata, & cõſummauit in ſempiternum ſanctificatos. Oblationem illam factam in cruce non fuit neceſſe repetere: quia illa ſemel facta fuit ſufficiens ad multorum exhaurienda peccata. Hanc oblationẽ à Chriſto in cruce factam non iterant, neque repetunt ſacerdotes quum in miſſa ſacrificant, & Deo offerunt. Quia etſi miſſam celebrent in memoriam Dominicę paſsionis, non tamen fit ab eis in miſſa talis corporis Chriſti oblatio, qualem ille fecit in cruce, ſed qualem fecit in cœna vltima, videlicet incruentam, & ſine vlla ſanguinis effuſione, & ſine morte hoſtiæ oblatæ. Ex his omnibus apertiſſimè conſtat, miſſæ ſacrificium nihil prorſus derogare virtuti paſſionis Chriſti, neque minuere virtutem & efficaciam oblationis quam Chriſtus fecit in cruce. Non enim ad hoc ſacrificamus & offerimus in miſſa corpus & ſanguinem Domini noſtri Ieſu Chriſti, vt per talem oblationem ſuppleamus defectum oblationis factæ à Chriſto in cruce. Abſit. Nullum enim defectum, imò è contrario omnem ſuperabundãtiam habuit oblatio illa. Sicut Torcular calcauit ſolus, ita etiam ſolus ſine alicuius ad- D
miniculo multorum exhauſit peccata, & pro illis omnibus ſatisfecit. Miſſam celebramus, vt per Euchariſtiam, ſicut per alia ſacramenta virtus & meritum paſſionis Chriſti applicetur ſacerdoti celebranti, & illis pro quibus celebrat. Corpus & ſanguis Chriſti in miſſa offertur Deo patri oblatione incruenta in ſatisfactionem pro peccatis noſtris: & ideo oportuit talem oblationem in miſſa fieri, quæ iterari poſſet: vt per illam poſſemus quotidie expiare peccata, quæ quotidie committimus, & quotidie iteramus. Et hæc
Euſebius Emiſſen. doctrina non eſt noua, neque eſt noſtra imaginatione conficta, prout eſt hæreticorum omnium doctrina: ſed eſt vetuſtiſsima, à ſacris & antiquis Eccleſiæ doctoribus accepta. Euſebius Emiſſenus in ſermone quinto de paſchate loquens de ſacramento Euchariſtię, hęc ait: Et ideo quia corpus aſſumptum ablaturus erat ex oculis noſtris, & ſyderibus illaturus, neceſſarium erat, vt nobis in hac die ſacramẽtum corporis & ſanguinis ſui conſecraret, vt coleretur iugiter per myſterium, quod ſemel offerebatur in precium: vt quia quotidiana & indefeſſa currebat pro hominum ſalute redemptio, perpetua etiam eſſet redemptionis oblatio: & perennis illa victima viueret in memoria, & ſemper præſens eſſet in gratia. Verè vnica & perfecta hoſtia fide æſtimanda non ſpecie, neque exteriori cenſenda viſu, ſed interiori affectu. Hęc Euſebius Emiſſenus, qui ante mille & ducẽtos annos floruit. In quibus verbis id annotare oportet, quod cùm dixiſſet, Chriſtum ſemel fuiſſe oblatum in precium, poſtea dixit, perpetuam eſſe redemptionis oblationem. Oblatio in precium fuit vna & cruenta in ara crucis facta: oblatio autem redemptionis perpetua, eſt incruenta, & eſt illa quæ quotidie fit in miſſa: quia ad illam exercendam dixit Euſebius Emiſſenus inſtituiſſe Chriſtum ſacramentum corporis & ſanguinis ſui. Ioannes Chryſoſtomus Euſebio Synchronus, aut paulò poſterior illo, homilia ſuper epiſtolam ad Hebræos eãdem ſententiam docet, ſic inquiens: Et quia ſemel oblata eſt illa hoſtia, oblata eſt in ſancta ſanctorum. Hoc autem ſacrificium exem- A
plar eſt illius, id ipſum ſemper offerimus. Nec nunc quidem alium agnum, craſtina alium: ſed ſemper idipſum. Proinde vnum eſt hoc ſacrificium. Hæc Chryſoſtomus. In quibus verbis id potiſſimum annotandum eſt, quod dicit idem eſſe noſtrum ſacrificium, & Chriſti: quia nos offerimus idipſum quod Chriſtus obtulit, quamuis non eodem modo offerimus. Poſt iſtos duos clariſsimos viros hanc eandem
Haymo. ſententiam multò apertius & vberius docuit Haymo in commentariis ſuper Paulum, qui interpretans illud Pauli ex epiſtola ad Hebræos, alioquin ceſſaſſent offerri, ideo quod nullam haberent vltra conſcientiam peccati cultores illius ſemel mundati, hæc ait: Alioquin, hoc eſt, ſi ab omnibus eſſent liberati peccatis, ceſſaſſent offerri illæ hoſtiæ, eò quòd nullam haberent vltra conſcientiam, id eſt, memoriam & recordationem peccatorum: à quibus cultores illius ſemel mundati eſſent. Sed quia hoc non potuit fieri & nunquam potuerũt maiora & criminalia peccata illis ſacrificiis mundari: fit per ſingulos annos commemoratio peccatorum in ipſis hoſtiis. Verbi gratia: Si obtuliſſet quis præſenti anno hoſtias pro peccato adulterii, aut ſacrilegii, aut parricidii, neceſſe erat vt omnibus annis id ageret: quoniam non poterat perfectè expiari ab illo piaculo. Proinde accuſatio peccatorum fuit quod fiebat, non ſolutio: accuſatio infirmitatis, non virtutis oſtenſio. In eo enim quod ſemper offerebantur, redargutio peccatorum erat: in eo autem quod ſemper neceſſaria, redargutio infirmitatis eiuſdem ſacrificii.
Propter hoc, inquit, imperauit ſemper offerri propter infirmitatem, quia non poterat perfectè munda- B
ri, & vt memoria & redargutio peccatorum fieret. Quid ergo dicendum? Nunquid & ſacerdotes noſtri quotidie idem non agunt: dum offerunt aſſiduè ſacrificium? offerunt quidem: ſed ad recordationem facientes mortis eius. Et quia nos quotidie peccamus: quotidie indigemus mundari. Et quia ille non poteſt iam mori, dedit nobis hoc ſacramẽtum corporis & ſanguinis ſui, vt ſicut paſsio illius redemptio & ablutio fuit mundi, ita etiam iſta oblatio, redemptio & mundatio ſit omnibus in vera fide offerentibus, bonamque intentionẽ habentibus. In hoc enim differt ab illo veteri ſacrificio ſæpius repetito, iſtud noſtrum quod ſimiliter repetitur: quia iſtud eſt veritas, illud figura: iſtud perfectum reddit hominem, illud

nem:illud minimè: & iſtud non cauſa infirmitatis ſuæ reperitur,quia non poſſit perfectam conferre ſalutem:ſed in commemorationem paſſionis Chriſti : ſicut ipſe dixit: hoc facite,inquiens,in meam commemorationem:& vna eſt hæc hoſtia non multæ,ſicut illæ erant.Quomodo vna eſt,& non multæ,cùm & à multis & diuerſis in locis diuerſiſque temporibus offeratur? Attentiſſimè ergo animaduertendum eſt, quia diuinitas verbi Dei quæ vna eſt, & omnia replet, & tota vbique eſt, ipſa facit vt non ſint plura ſacrificia:ſed vnum ſacrificium,licet à multis offeratur,vt ſit vnum corpus Chriſti cum illo: quod ſuſcepit in vtero virginali non multa corpora. Nec nunc quidem aliud magnum, aliud minus, aliud hodie, aliud cras offerimus:ſed ſemper idipſum æquam magnitudinem habens. Proinde vnum eſt hoc ſacrificium Chriſti, non diuerſa : ſicut illorum erant. Nam ſi aliter eſſet: quoniam in multis locis offeruntur: multi eſſent Chriſti, vnus ergo Chriſtus vbique eſt: & hic plenus exiſtens : & illic plenus vnum corpus vbique habens.Et ſicut qui vbique offertur,vnum corpus eſt non multa corpora:ita etiam vnum ſacrificium.Hactenus Haymo,qui ante ſeptingentos annos floruit.In quibus verbis idem contra ſe fecit argu
C mentum,quo nos Lutherani omnes nunc oppugnant,& illi optimè per omnia occurrit:Ex quibus omnibus conuincitur ſuperbia Caluini, qui agnoſcens & fatens doctrinam de ſacrificio miſſæ altas habere radices in Eccleſia, iactauit ſe ſuis iſtis argumentis veluti quadam validiſsima ſecuri illas omnes poſſe ſcindere & euertere, nos enim Deo adiuuante apertè oſtendemus tantam eſſe ſuorum argumentorum infirmitatem & debilitatem, vt tanquam butyracea ſecuris videantur.

Quartò,argumẽtatur Lutherus vt probet miſſam non eſſe ſacrificium,ſic dicens: Euchariſtia eſt teſtamentum Chriſti, ergo illa non eſt oblatio à ſacerdotibus facta. Aſſumptum probat teſtimonio Lucæ *Luc.22.* Euangeliſtę,qui refert Chriſtum in vltima cœna,Euchariſtiam appellaſſe teſtamentum.Et accepto pane,inquit Lucas,gratias egit,& fregit,& dedit eis,dicens: Hoc eſt corpus meum quod pro vobis datur, hoc facite in meam commemorationem. Similiter & calicem poſtquam cœnauit, dicens : Hic eſt calix nouum teſtamentum in ſanguine meo, qui pro vobis funditur. Similia verba ſcribit Paulus ad Corin- *1.Cor.11.* thios.Conſequentiam ſuæ argumẽtationis probat Lutherus per hoc,quod pugnant,vt ille ait,hæc duo, teſtamentum & ſacrificium aut oblatio. Quia teſtamentum, vt Lutherus dicit, eſt promiſſio teſtatoris: ſacrificium verò offertur altari.Pugnant autem,vt ille ait, permittere & offerri. Ecce principale fundamentum,ſuper quod ſuam peſtiferam doctrinam ædificare nititur Lutherus:& ideò ſummè laborat, vt declaret quomodo Euchariſtia ſit teſtamentum:& primò aſsignat diffinitionem teſtamenti,non ab Vlpiano aut alio quouis laudato iuriſconſulto petitam, ſed ex ſuo cerebro confictam.

Teſtamentum,inquit Lutherus,eſt diſpoſitio morituri, qua nũcupat ſuam hæreditatem hæredibus, id eſt,explicatio voluntatis extremę alicuius morituri confirmata per mortem teſtatoris.Inuoluit itaque
D teſtamentum primò mortem teſtatoris : ſecundò hæreditatis promiſsionem , & hæredis nuncupationem.Mortem ſuam Chriſtum teſtari,ait Lutherus,quum ille dicit: Hoc eſt corpus meum quod pro vobis tradetur.Et iterum : Hic ſanguis,qui pro vobis funditur. Hæreditatem autem dicit Lutherus Chriſtum declaraſſe,quum ille dixit,in remiſsionem peccatorum.Nam remiſsionem peccatorum,dicit Lutherus eſſe hæreditatem in Euchariſtiæ teſtamento promiſſam . Hæredes verò Chriſtum inſtituiſſe ait: Quum Chriſtus dixit,pro vobis & pro multis,id eſt,pro iis qui credunt promiſsioni: Fidem enim dicit Lutherus, nos hic facere hæredes . Dicit ergo ille miſſam eſſe promiſsionem remiſſionis peccatorum à Chriſto factam,& per mortem ſuam confirmatam.Nam promiſsionem & teſtamentum,per hoc ſolum differre ait, quod teſtamentum ſimul inuoluit mortem teſtatoris, promiſsio autem non. Et inde conſequenter deducit,quod ſi miſſa ſit teſtamẽtum & promiſsio Chriſti, non poſsit eſſe ſacrificium.Ecce totam Lutheri machinam, & tormentum bellicum, quo ille concutere & euertere nititur doctrinam Eccleſiæ Catholicæ dicentis, miſſam eſſe ſacrificium. Hanc ille multis verbis prolixiſsimè tractat, ſed ego paucioribus perſtringere decreui,ne nimia prolixitas tædio afficeret lectorem.Vt autem fidelis eſſem in recitatione ſuæ argumentationis, nihil quod ad rem pertineret, & illam quouis modo iuuare poſſet, omittere volui. Sed ſi bene aduertere voluerint lectores,& bono animo eſſe, nihil illos hæc machina terrere poterit : quoniam facilè intelligent, totam illam machinam nihil prorſus ex ſe iactare, niſi vacuum & penitus inane tonitruum. Nam illa ſua argumentatione ad compendium redacta falſum aſſumit, & peſsime colligit.Falſum eſt enim quod miſſa ſit teſtamentum,iuxta veram & legitimam teſtamenti diffinitionem,quam reddere ſolẽt iuriſperiti,à quibus potiſsimum illam petere oportet : neque iuxta illam
A quam ipſe Lutherus reddit, dicens teſtamentum eſſe promiſsionem morte confirmatam , quæ teſtator nuncupat hereditatem ſuam certis hæredibus.Euchariſtia enim non eſt promiſsio,ſed eſt donum quod Chriſtus dedit proximus morti. Quod autem teſtator ante mortem ſuam donat, non eſt teſtamentum, neque etiam hæreditas ex teſtamento proueniens. Quod etiam donatur , non comprehenditur ſub nomine promiſsionis:quia aduenìente donatione,perit ius promiſsionis. Hæretici verò hoc argumentum vitare volentes dicunt,ideo Euchariſtiam dici promiſsionem , quia promittitur in ea remiſsio peccatorum,& ad hoc ſolum dari contendunt , vt per eam habeamus remiſsionem peccatorum , quam dicunt eſſe hæreditatem promiſſam.Sed re vera toto errant cœlo.Quia Chriſtus non promiſit in cœna hęredibus ſuis remiſsionem peccatorum,prout Oſiander & Butzerus in defenſionem ſui Lutheri docent: ſed *Oſiander.* ſolum prænunciauit id quod poſtea faciẽdum erat, videlicet ſanguinis effuſionem in remiſsionem pec- *Butzerus* catorum. Sed licet demus Luthero, Chriſtum per illa verba non ſolùm prædixiſſe, ſed etiam promiſiſſe remiſsionem peccatorum, nunquam tamẽ inde colligere poterit, Euchariſtiam eſſe datam in remiſsionem peccatorum.Quia Chriſtus per illa verba non promiſit remiſsionem peccatorum ſumentibus Euchariſtiam : ſed promiſit ſe effuſurum ſanguinem in remiſsionem peccatorum,nulla prorſus de ſumentibus Euchariſtiam facta mentione.Hic calix,inquit Chriſtus,nouum teſtamẽtum eſt in meo ſanguine,

Luc. 22. qui pro vobis & pro multis effundetur in remiſſionem peccatorum. In quibus verbis id potiſſimùm annotare oportet, quod non dixit ſanguinem ſumendum in remiſsionem peccatorum, ſed fundendum. Præterea. Si Lutherus loquitur de teſtamento, vt credi pax eſt, more Theologorum, & non iuris humani B peritorum, fatebor teſtamẽtum eſſe promiſsionem & pactum & fœdus, vt Innocentius tertius docet in cap. Cùm Marthæ: de celebratione miſſarum, motus teſtimonio Pauli, dicẽtis. Ideo noui teſtamenti me-
Heb. 9. diator eſt vt repromiſsionem accipiant, qui vocati ſunt, hæreditatis æternæ. Sed licet promiſsio more Theologico dicatur teſtamentum, non tamen oportet vt talis promiſsio ſit alicuius morituri: quia tunc lex vetus per Moyſem data non poſſet dici teſtamentum. Non enim erat illa promiſsio morituri: quia quandiu lex illa durauit & teſtamentum illud valuit, non ſubiit mortem Deus, qui teſtamentum illud condiderat. Neque teſtamentum illud fuit morte confirmatum, imò potius econtrario, morte Chriſti reuocatum, & loco illius teſtamentum nouum ſubrogatum & confirmatum. Et ob hanc cauſam lex Euangelica dicitur teſtamentum æternum: quia Chriſtus nunquam amplius morietur, vt morte ſua aliud poſsit confirmare teſtamentum. Si verò Lutherus vtitur voce teſtamenti more iuriſperitorum, peſsimè diffinit teſtamentum: quoniam nullus iuriſperitus vnquam dixit teſtamentum eſſe promiſsionem. Nam
Vlpianus. Vlpianus in. l. j. ff. de teſtamentis diffiniens teſtamentum, hæc ait: Teſtamentum eſt noſtræ voluntatis iuſta ſententia, de eo quod quis poſt mortem ſuam fieri voluit. Cui diffinitioni Accutſius illius gloſſator dicit eſſe neceſſario addendum, Cum hæredis inſtitutione: quia ſine hæredis inſtitutione, vt ille ait, non eſt validum teſtamentum. Et hanc teſtamenti diffinitionem amplectuntur omnes iuriſperiti. Iuxta hanc diffinitionem lex vetus quodammodo poteſt dici teſtamentum: quia fuit iuſta ſententia Dei, & iuſta illius voluntas de eo quòd fieri voluit. Sed quia illud non fuit morte confirmatum, ideo non propriè &
Heb. 9. perfectè dici potuit teſtamentum, ſed ſolùm metaphoricè & figuratiuè: quia fuit quodammodo confirmatum per mortem & ſanguinem vituli, qui mortem Chriſti figurabat. Nam illud dicit Paulus nõ fuiſ-
Ibidem. ſe ſine ſanguine dedicatum. Lex Euangelica magis propriè dicitur teſtamẽtum, non ſolùm more Theologico, ſed etiam iuridico, prout Paulus ad Hebræos ſcribens, docet. Nam eſt morte Chriſti confirma- C ta, & eſt voluntatis Chriſti iuſta ſententia, de eo quod poſt mortem ſuam fieri voluit, & in ea reliquit nobis ſacramenta pro vita præſenti, & æternam beatitudinem pro vita futura. Miſſa tamen aut Euchariſtia nulla ratione poteſt dici teſtamentum: quia ferè nihil quod ad rationem teſtamenti pertinet, illi conuenire poteſt.

Primò quidem miſſa aut Euchariſtia non eſt ſententia voluntatis Chriſti, aut iudicium voluntatis illius, qua declarauerit quid de bonis ſuis poſt mortem ſuam eſſet faciendum. Prærerea, deeſt teſtator in tali teſtamento: quia Chriſtus non poteſt dici teſtator illius. Nam vt ait Paulus, vbi teſtamentum eſt, neceſſe eſt vt mors intercedat teſtatoris. Si igitur miſſa eſſet teſtamentum, oporteret Chriſtum toties mori, quoties miſſa celebratur, alioqui non erit firmum teſtamentum. Rurſum, ſi miſſa aut Euchariſtia eſt teſtamentum, oportet illud coram teſtibus eſſe declaratum, vt ſit firmum & validum. Da ergo Luthere teſtes coram quibus fuit factum. Si dicas fuiſſe Apoſtolos, quia illi ſoli fuerũt præſentes, quando Chriſtus conſecrauit panem & vinum, & primam miſſam celebrauit, conuincitur illos non potuiſſe eſſe teſtes talis teſtamenti: quia illi iuxta tuam doctrinam fuerunt tunc inſtituti in eodem teſtamento hæredes. Nam iure optimo prohibetur, vt qui in teſtamẽto ſcriptus eſt hæres, non poſsit eiuſdem teſtamenti eſſe teſtis, D vt dicitur in. l. Omnibus. C. de teſtamentis. Attendite obſecro quale nobis vult tradere Lutherus teſtamentum, cuius nullus poteſt dari teſtator, & in quo ipſemet hæredes ſunt teſtes. Deinde, nulla eſt hæreditas mandata hæredibus in hoc teſtamẽto, quod dicunt eſſe miſſam. Nam quod Lutherus dicit, remiſſionem peccatorum eſſe hæreditatem in illo teſtamento promiſſam, falſiſsimum eſt. Quia talis remiſsio
Rom. 9. peccatorum non poteſt dici hæreditas, propterea quod Paulus dicit, iuſtos eſſe hæredes Dei, cohæredes autem Chriſti, hoc eſt eiuſdem hæreditatis participes, cuius & Chriſtus. At Chriſtus non eſt vocatus ad remiſsionem peccatorum: qui peccatum nullum habuit quod poſſet illi remitti. Remiſsio ergo peccatorum non eſt hæreditas: quia non alterius hæreditatis dicit Paulus iuſtos eſſe hæredes, niſi illius cuius eſt Chriſtus. Fateor quidem remiſsionem peccatorum eſſe viam certam ad aſſequendam veram hæreditatem: quia per talem remiſsionem efficimur filii Dei adoptiui, & inde conſtituimur hæredes Dei, cohæredes autem Chriſti. At quod talis remiſsio ſit hæreditas, nunquam in ſacris literis proditum eſt. Et ideo non poſſum non mirari quomodo Lutherus audet illam appellare hæreditatem, cùm ille aliàs ſæpe contendat nihil circa fidei dogmata eſſe aſſerendum, quod in ſacris literis non inueniatur. Inuenio vitam æternam appellatam eſſe hæreditatem à beato Petro, qui de Chriſto Saluatore noſtro, hæc
1. Pet. 3. ait: Deglutiens mortem, vt nos vitæ æternæ hæredes efficiat. Remiſsio peccatorum neque apud ſacras literas, neque apud ſacros doctores reperietur fuiſſe vnquam appellata hæreditas. Præterea, & ſi gratis velimus dare Luthero, quod remiſsio peccatorum ſit hæreditas, non tamen tota & integra hæreditas, quia eſt alia multò maior, videlicet vita æterna: de qua cùm nullam, in verbis conſecrationis panis aut vini, fecerit Chriſtus mentionem, conuincitur inde miſſam non poſſe eſſe teſtamentum: quia in ea non fuit declarata voluntas de diſtributione totius hæreditatis. Non enim poteſt aliquis pro vna parte teſtatus decedere, & pro alia inteſtatus: vt dicitur inſtituta de hæredibus inſti. §. Non autem & in regula, Ius noſtrum. ff. de regulis iuris. Quamuis ex his omnibus aperrè conuicerim miſſam aut Euchariſtiam non poſſe dici teſtamentum, oportet tamen reſpondere Luthero, qui obiicit nobis verbum Chri-
Luc. 22. ſti apud Lucam, dicentis: Hic calix nouum teſtamentum eſt in meo ſanguine. Huic obiectioni reſpondent quidam ex noſtris, dicentes quod verba illa ſolum dicta ſunt de ſanguine, & non de corpore Chri- A ſti, ac proinde dicunt nihil per verba illa probari: quia in miſſa non ſolùm continetur ſanguinis, ſed etiam corporis Chriſti cõſecratio. Ego autẽ aliter & multò melius reſpondendum eſſe cẽſeo. Dico enim

verba

verba illa Christi apud Lucam esse eodem modo intelligenda quo intelliguntur verba Matthæi & Marci, qui referunt Christum dixisse. Hic est calix sanguinis mei noui testamenti. Non sunt enim sibi contrarii Euangelistæ: sed eundem sensum habent: quãuis verbis dissimilibus explicatum. Verba Matthæi & Marci declarant quomodo sint intelligenda illa, quæ Lucas hoc loco refert. Dicitur autem calix noui testamenti in sanguine Christi: quia nouum testamentum fuit sanguine Christi confirmatum. Hoc modo interpretatur verba illa Beda in commentariis super Lucam, sic inquiens. Quod autem dicit, Hic est calix nouum testamentũ in meo sanguine, ad distinctionem veteris testamenti respicit, quod hircorum & vitulorum est sanguine dedicatum, dicente inter aspergendum legislatore: Hic est sanguis testamenti quod mandauit ad vos Deus. Hæc Beda, qui apertè docet, calicem sanguinis dici testamẽtũ, quia per illum fuit confirmatum nouum testamentum, sicut vetus per sanguinem vitulorum. Huic consentit Haymo in commentariis super Paulum vbi interpretans illud ex epistola ad Hebræos: Hic est sanguis testamenti quod mandauit ad vos Deus, hæc ait. Ac si diceret: Hæc est confirmatio huius testamẽti, quod mandauit ad vos Deus. Iste sanguis figurabat illum sanguinẽ, qui de latere Christi in cruce manauit. Hoc sanguine Christus nos aspersit, & testamẽtum suum cõfirmauit, sicut ipse dixit: Hic est sanguis noui testamenti in remissionem peccatorum. Hæc Haymo. Eodem modo verba illa Christi interpretatur Innocentius papa huius nominis tertius in cap. Cum Marthæ, de celebratione missarum, vbi hæc ait. Sic ergo intelligi debet, quod in ipso canone reperitur. Hic est enim sanguis meus noui & æterni testamenti, id est, nouæ ac æternæ promissionis confirmator, sicut Dominus repromittit, qui mã ducat, inquiens, carnem meam, & sanguinem meum bibit, habet vitam æternam. Hæc Innocentius, vir prẽter pontificalem dignitatem doctissimus. Nec miretur aliquis quòd verba illa Christi sic intelligenda esse dicamus: quia ex aliis locis constat sacram scripturam vti hoc genere locutionis. Nam in Exodo legimus quod Moyses assumptum sanguinem vituli respersit in populum, & dixit: Hic est sanguis, fœderis, quod pepigit Dominus vobiscum super cunctis sermonibus his. Sanguinem fœderis dixit, quia illo sanguine confirmauit Dominus fœdus quod pepigit cum filiis Israël. Ne autem quis dubitare posset, hunc esse illorum verborum sensum, Paulus Apostolus in epistola ad Hebræos dignatus est verba illa interpretari, sic dicens: Vbi enim testamentum, mors necesse est intercedat testatoris. Testamẽtum enim in mortuis confirmatum est: alioquin nondum valet, dum viuit qui testatus est. Vnde nec primum quidem sine sanguine dedicatum est. Lecto enim omni mandato legis à Moyse vniuerso populo, accipiens sanguinem vitulorum & hircorum cum aqua & lana coccinea & hyssopo, ipsum quoq; librum & omnem populum aspersit, dicens: Hic sanguis testamenti quod mandauit ad vos Deus. Ex quibus omnibus Pauli verbis constat illum interpretari, ideo sanguinem vitulorum dictum esse à Moyse sanguinem testamenti, quia illo sanguine fuit testamentum illud confirmatum. Nam ad hunc finem illa verba Exodi citauit, vt per illa probaret primum testamentum fuisse sanguine confirmatum. Verba illa quæ Moyses dixit, constat esse simillima illis quæ Christus dixit, & ideo consequens est, vt vtraq; sint eodem modo intelligenda. Vnde Anselmus in cõmentariis super Paulum, prædicta verba ex epistola ad Hebræos interpretans, hæc ait: Sic & Christus nouã legem & vniuersum mundum sanguine suo mox aspersurus, dixit in cœna discipulis suis. Hic est sanguis meus noui testamẽti, qui pro multis effundetur. Ecce quam cõcorditer vtrunq; sibi testamentum consonat. Ecce quam propriè prædicit Moyses verba, quibus Saluator vtetur in cœna. Hæc Anselmus. Constat iam quomodo intelligenda sint verba Christi apud Lucam: & ex omnibus prædictis constat etiam, missam aut Eucharistiam non esse testamentum, iuxta veram testamenti rationem. Si tamen vti volumus hac voce, testamẽtum, figurata quadam locutione possumus dicere per quendam tropum, sacratissimam Eucharistiam esse testamentum: quia est donum quod Christus nobis in pignus sui erga nos amoris in suo testamẽto reliquit. Sic enim pacem solemus dicere Christi testamentum: quia illam Christus morti propinquus, nobis in testamento cõmendauit. Hac figurata locutione vsus est Matathias, quum loquens ad filios suos, dixit. Phinees pater noster zelãdo zelum Dei accepit testamentum sacerdotii æterni. In quibus verbis sacerdotium appellauit testamẽtum: quia fuerat à Deo in testamento mandatum ipsi Phinees propter zelum quem habuit ad obseruationẽ legis diuinæ. Qui locutionis modus videtur mihi habere illam figuram, qua vsus est Christus, dicens: Calicem meum bibetis. In quibus verbis calicis nomine vsus est, ad significandum id quod continetur in calice. Hac eadem figura vtentes possumus dicere missam aut Eucharistiam esse testamentum: quia est vna ex potissimis rebus in testamento Christi contentis. Iuxta hunc sensum intelligẽdus est Nicolaus Lyranus, qui super Psalmum centesimum decimum, missam vocat testamentum. Sed ex hac figurata testamenti appellatione, non licet inferre quòd missa non sit sacrificiũ. Quia licet talis consequentia esset bona, accipiendo vocem testamenti iuxta propriã & veram illius significationẽ, non tamen est bona vtendo illa voce iuxta figuratam illius significationem. Nõ enim idem colligitur ex figuratiua aut metaphorica denominatione, quod colligi potest ex vera & propria appellatione eiusdẽ rei. Verbi gratia. Ex hoc quod aliqua res est verè & realiter vitis, optime colligitur quod illa nõ intelligit, non videt, non audit, nõ dolet, non deniq; sentit: quia nihil horum conuenire potest ligno inanimato. At ex hoc quod res aliqua dicitur vitis per similitudinem non licet colligere aliquod illorũ: quia Christus intelligit & sentit: cùm tamen dicatur vitis per similitudinem & non per proprietatem. Idem prorsus dicendum est de testamento & sacrificio. Si voce testamenti vtaris, iuxta verã & propriã illius significationẽ, licebit colligere aliquid non esse sacrificiũ, ex hoc quod est testamentum: sed iuxta hanc significationem nego missam esse testamentum. Si tamen figuratiuè & per synecdochen loquentes, dicimus missam esse testamentum, ex hac testamenti appellatione nõ licet colligere quod missa non sit sacrificium verum: quia vtrunq; illorum est, & testamentum, & sacrificium, diuersis tamen respectibus & cõsiderationibus. Dicitur testa-

Matt.26. Mar.14. *Beda.* *Exod.24.* *Heb.9.* *Haymo.* *Innocentiꝰ papa.* *Ioan.16.* *Exo.24.* *Heb.9.* *Exo.24.* *Anselmꝰ* *1.Macab. 2.*

mentum, quia est in testamento Christi contenta, & in illo nobis mandata. Dicitur sacrificium, quia in illa offertur Deo patri corpus & sanguis Christi filii sui. Tam prolixè tractare volui hoc argumentum: quia Lutherus iactat se per illud triumphare de catholicis, & canit triumphum ante victoriam. Necessarium igitur fuit, omnes huius argumenti vires tentare, vt palam omnibus facerem illud esse infirmum, & prorsus inualidum.

Quintò argumẽtatur Lutherus ex ratione doni, sic dicẽs: Eucharistia est donum Dei, quia Christus A
dixit: Accipite & comedite ex eo omnes: ergo non potest esse oblatio nostra. Pugnant enim, vt ille ait, inter se donum, & oblatio: quia non potest quis rectè alteri offerre quod ab illo accepit. Huic argumento respondeo concedens Eucharistiam esse donum Dei, & quidem magnum: quoniam per illud nobis & corpus & sanguinem suũ sub speciebus panis & vini dedit: non tamen sequitur inde quod non possimus donum illud offerre Deo. Nam hac ratione oporteret dicere, nihil nos posse Deo offerre, quia nihil habemus, quod non sit ab illo nobis donatũ. Sacrificia veteris legis quæ ex pecoribus & auibus Deo offerebantur, verissima erant sacrificia, tamen aues illæ & pecora illa quæ Deo offerebantur, dona Dei
Psal.49. erant, ipsemet Deo atrestante, qui per prophetam ait. Meæ sunt omnes feræ syluarũ, iumenta in montibus & boues. Sacrificia etiam spiritualia, qualia sunt laus Dei, cor contritum & humiliatum, quæ omnia Lutherus ipse fatetur esse vera sacrificia, omnia sunt dona Dei. Quid habes, inquit Paulus, quod non ac-
1.Cor.4. cepisti? Huic nostrę sententię fauet Augustinus qui libro primo de Ciuitate Dei, cap.4. hæc ait. Cum ad
Augustinus. illum sursum est, eius est altare cor nostrum, eius vnigenito cum sacerdote placamur: ei cruentas victimas cædimus, quando vsq; ad sanguinem pro eius veritate certamus: ei suauissimum adolemus incensum, quũ in eius conspectu pio sanctoq; amore flagramus: ei dona eius in nobis nosque ipsos vouemus & reddimus. Hæc Augustinus. In quibus verbis id potissimum annotandum est, quod dixit, nos in nobis ipsis dona Dei offerre ipsi Deo. Non ergo pugnant, iuxta Augustini sententiam, esse donum & oblationem. Melius quidem quã Lutherus intellexerat hoc Dauid rex, qui videns promptissimã populi oblationem, & frequentia dona, quæ populus ad futuram templi cõstructionem offerebat, gratiasque Deo reddens de tam larga oblationum multitudine, inter cætera hoc dixit. Tua sunt Domine omnia, & quæ B
1.Par.29. de manu tua accepimus, dedimus tibi. Ad eundem modum facit Ecclesia Catholica, quæ sacrificans, & sacratissimam Eucharistiam Deo offerens, ait. Vnde & memores Domine nos serui tui, sed & plebs tua sancta Christi filii tui Domini Dei nostri, tam beatæ passionis, nec non & ab inferis resurrectionis, sed & in cœlos glorioseę ascensionis, offerimus præclarę maiestati tuę de tuis donis ac datis, hostiam puram, hostiam sanctam, hostiam immaculatam, panem sanctum vitæ æternæ, & calicem salutis perpetuæ. In quibus verbis Ecclesia satis apertè & humiliter fatetur, hostiam quam Deo offert esse donum Dei ab eo illi donatũ. Et inde apertè conuincitur, Lutherum male calumniari Ecclesiam, falsumque illi imponere crimen, dum dicit, illam existimare se offerre aliquid de suo: ac si Ecclesia putaret oblationem illam esse propriè opus nostrum, & meritum nostrum, quo meremur nobis & aliis & quod illam offeramus, tanquam si daremus Deo aliquid absolutè nostrum. Nihil horum putare Ecclesiam apertissimè constat, ex verbis canonis missæ, quæ nunc proximè citauimus, in quibus manifestissimè fatetur, se non ex suo sed ex dono Dei talem offerre hostiam. Constat itaque ex his omnibus non esse rationi naturali cõtrarium, vt aliquid sit donum & oblatio. Prius quidem donum, & postea oblatio. Per donationem fit nostrum, quod antea nõ erat nostrum. Postquam semel donatum est, si is qui illud accepit, offerre voluerit, tunc
Esaiæ.9. non ex alieno, sed ex eo quod per donationem factũ est suum, offeret. Filius Dei, inquit Esaias, datus est nobis: & ideo meritò noster dici potest. Neq; solum filiũ dedit nobis pater, sed omnia etiã quæ filij sunt
Rom.8. proprια, videlicet corpus, sanguinem, famẽ, sitim, lachrymas, labores, mortẽ denique illius. Qui proprio filio suo, inquit Paulus, non pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit illum, quomodo non etiã cum illo C
omnia nobis donauit? Cùm igitur filius Dei & omnia illius merita sint nobis donata, meritò possumus illum & omnia bona illius, veluti iam nostra, Deo offerre. Nam passionem & mortem Christi offerebat Deo, in satisfactionem pro suis debitis, qui dicebat. Quid retribuam Domino pro omnibus quæ retri-
Esal.115. buit mihi? Calicem salutaris accipiam, & nomen Domini inuocabo. Agnoscebat se multa bona accepisse, & volens pro tantis donis aliquid Deo tribuere, nihil apud se inuenit quod Deo reddere posset: & ideo calicem salutaris, hoc est passionem Christi qui est salutare nostrum, accipere statuit, vt illud Deo offerat in tantorum debitorum compensationem.

Sextò, argumentatur Lutherus, sic dicens: Idem simul recipi & offerri nõ potest, neq; ab eodem simul dari & accipi: ergo sacerdos nõ potest dici quòd offerat Eucharistiam, quam ipse totam sumit. Est enim natura sacrificii, vt totum Deo offeratur, & nihil hominibus relinquatur. Cur ergo sacerdotes totum panẽ comedũt, & totum vinũ bibũt, nihil relinquẽtes Deo? Hoc enim potius est auferre Deo & nobis dare, quã offerre Deo: Est ergo repugnantia inter missam & sacrificiũ, quia sacrificiũ offertur, missa sumitur. Hęc est Lutheri argumẽtatio eisdem ferè verbis narrata, quibus ab illo descripta est. Nõ possum non mirari, quod sophismate tam nugaci & tam aperto Lutherus in re tam seria se firmet, cùm ipse aliàs non semel aut iterum omnes argumentationes, & dialecticas ratiocinationes à rebus sacris abigat, insimuletque recentes Theologos quòd eas sacræ Theologiæ miscuerint. Quamobrẽ optimè possum nunc dicere illud Poëtæ:

Loripedem rectus derideat, Aethyopem albus.

Sed hæc missa faciamus, & redeamus ad argumenti responsionem, & ostendamus intolerabilẽ Lutheri impudentiã, qui nõ veretur apertissima mendacia, & sacræ scripturæ palã cõtraria assumere in suo argumento ad suæ pestiferæ hæresis probationẽ. Falsum est enim quod ait, naturã sacrificii esse, vt totum Deo offeratur, & nihil hominibus relinquatur. Nã plurima sacrificia legis Mosaicę, sumebãt sacerdotes,

qui offe-

qui offerebant ea. Nunquid edebat Deus omnia quæ illi offerebantur? Audi ipsum Deũ reprehendentẽ futurã Lutheri dementiam. Non accipiã de domo tua vitulos, neq; de gregibus tuis hircos, quoniã meæ *Psal. 49.* sunt omnes feræ syluarũ, iumenta in montibus & boues. Cognoui omnia volatilia cœli, & pulchritudo agri mecũ est. Si esuriero, nõ dicã tibi: meus est enim orbis terræ, & plenitudo eius: Nũquid mãducabo carnes taurorũ, aut sanguinem hircorũ potabo? Si Deus nõ comedebat carnes, quæ tunc illi offerebãtur, nunquid peribant illæ? Non certè: sed multæ ex Domini præcepto manebant penes sacerdotes. Fateor fuisse aliquod sacrificiũ, quod dicebatur holocaustum: quia totũ comburebatur igne: & ideo nihil ex eo manebat quod posset à sacerdotibus comedi. Hoc tamẽ nõ erat ex natura sacrificij: sed ex peculiari modo offerendi illud: quia aliàs oporteret omnia sacrificia esse eiusdem conditionis, si hoc contingebat in holocausto ex ipsa sacrificij natura: vt nihil maneret ex eo penes offerentes. Constat autem multa fuisse in illa lege sacrificia, quorum vel partem aliquam sacerdotes ex præcepto legis comedere tenebantur, prout manifestè constat ex capite secundo, & quinto, & septimo Leuitici.

Hæc sunt potissima argumenta, quibus hæretici conantur probare missam non esse sacrificium. Alia adhuc facit Lutherus, alia etiam Ioannes Caluinus: sed quia debilissima sunt, causa prolixitatis vitandæ præterii. Indigna siquidem mihi visa sunt, vt pro illorum responsitione cartas implerem, aut minimum tempus consumerem. Contra hanc hæresim scripserunt multi, videlicet Iodocus Clithoueus in suo Antiluthero parte tertia, Gaspar Sagerus Minotita, Albertus Pighius in libro controuersiarum Ratisponæ habitarum, controuersia quinta. Ioannes Ecchius librum integrum de sacrificio missę composuit, in quo prolixè satis rem istam pertractat. Post istos omnes scripsit Ioannes Hoffmeysterus Augustinianus, qui etiam defendit canonem missæ, quem Lutherus non est veritus calumniari, & mille conuitiis afficere.

TErtia hæresis est, quæ ait missam non posse offerri pro peccatis, nec posse prodesse viuis aut defunctis, sed soli sacerdoti. Huius erroris autor est etiam Lutherus, dicens impiũ esse si missa canatur pro peccatis. Ecce quibus gradibus progreditur diabolus, vt homines ad tartara ducat. Primùm ad pec- *Lutherus.* catum allicit & impellit, deinde à remedio auocat, ne peccatorum cicatricibus subueniatur. Sed clauda
B mus aures ad vocem aut sibilum serpentis venenosi, & audiamus Paulum dicentem: Omnis nanq; põ- *Heb. 5.* tifex ex hominibus assumptus, pro hominibus constituitur in his quæ sunt ad Deum, vt offerat dona & sacrificia pro peccatis. At quum Euangelicum sacerdotium (vt in præfata hæresi ostendimus) nullum aliud habeat sacrificium quàm Eucharistiam, conuincitur inde vt illam sacerdos offerre possit pro peccatis, non tantùm suis, sed etiam pro peccatis populi. Nam post illa verba adducta, Paulus de eodem sacerdote sermonem faciens, subiungit. Qui condolere possit his qui ignorant & errant quoniam & ipse circundatus est infirmitate: & propterea debet quemadmodum pro populo, ita etiam pro semetipso offerre pro peccatis. Ecce qualiter Pauli testimonio omnis sacerdos offert sacrificia non solùm pro suis, sed etiam pro populi peccatis. Et cùm sacerdotium Euangelicum nullum alium habeat quod possit offerre sacrificiũ, sequitur quòd illud potest offerre sacerdos pro peccatis populi & suis. Præterea hoc ipsum confirmat inueterata Ecclesiæ consuetudo, quæ non ex permissione Ecclesiæ tolerata est, sed ex præcepto & decreto eiusdem hucusque seruatur. Nam iuxta illum celebrandi ritum quem catholica Ecclesia obseruandum tradidit, sacerdos ante Eucharistiæ cõsecrationem sub silentio orat pro viuis, vt illis proficiat ad salutem animæ & corporis illa sacrorum mysteriorum oblatio. Post consecrationem verò sacerdos supplex Deum orat pro defunctis, vt per virtutem illius sacratissimæ oblationis Deus dignetur illis defunctis indulgere locum refrigerii, lucis & pacis. Et hęc consuetudo, quàm hodie Ecclesia tenet, non est recens, vt hac occasione eam contemnere audeat Lutherus. Nam beatus Chrysostomus homilia sexagesima nona, Bernardo Brixiano interprete, testatur eam consuetudinem emanasse ab Apostolis. Sic enim ait: Non temere ab Apostolis hæc sancita fuerunt, vt in tremendis mysteriis defunctorum agatur
C commemoratio. Sciunt enim illis inde multum posse contingere lucrum, vtilitatem multam. Quum enim totus constiterit populus extensis manibus, sacerdotalis plenitudo, & tremendum proponatur sacrificium, quomodo Deum non exorabimus pro his deprecantes? Hæc ille.

Sed multo sunt manifestiora quæ idem Chrysostomus in ritu missæ ab eo ædito, quem nuper in Latinam linguam vertit Gẽtianus Heruetus. Nam circa initium eiusdem ritus, hæc ait: Sciẽdum est quod *Chrysostomus.* si sunt plurimi sacerdotes, qui sacrum ministerium obeunt, sacerdos qui fecit oblationem, ipse etiam sacrum ministerium incipit. Ipse etiam dicit exclamationes. Diaconus alta voce. In pace Dominum oremus. Chorus. Domine miserere. Diaconus. Pro superna pace & salute animarum nostrarum Dominum oremus. Chorus. Domine miserere. Diaconus. Pro pace totius mundi, tranquillitate sanctarum Dei Ecclesiarum, & omnium vnione, Domiuum oremus. Chorus. Domine miserere. Diaconus. Pro hac sancta domo, & iis qui cum fidei religione, & Dei timore ipsam ingrediũtur, Dominum oremus. Chorus. Domine miserere. Diaconus. Pro archiepiscopo nostro. N. venerabili presbyteratu, in Christo diaconatu, vniuerso clero, & populo, Dominum oremus. Chorus. Miserere Domine. Diaconus. Pro religiosissimis & à Deo custoditis nostris Imperatoribus, toto palatio, & eorum castris, Dominum oremus. Chorus. Miserere Domine. Diaconus. Vt vnà bellum gerant, & omnem inimicum & aduersarium suis pedibus subiiciant, Dominum oremus. Chorus. Miserere Domine. Diaconus. Pro hac sancta mansione, tota ciuitate, regione, & iis qui fide in ea habitant, Dominum oremus, Chorus. Domine miserere. Diaconus. Pro bona aëris temperie, fructuum terræ fertilitate, & pacificis temporibus, Dominum oremus. Chorus. Miserere Domine. Diaconus. Pro nauigantibus, iter facientibus, ægrotantibus, laborantibus, captiuis, & ipsorum salute, Dominum oremus. Chorus. Miserere Domine. Diaconus. Vt nos liberemur ab omni afflictione, ira, periculo, & necessitate, Dominum oremus. Chorus. Miserere Domine. Ecce Chrysostomum docentem missæ sacrificium offerri non solum pro ipso sacerdote, sed etiam pro

omnibus aliis etiam laicis,præſentibus & abſentibus: nec ſolum pro rebus ſpiritualibus,ſed etiã corporalibus. Quod autem poſſit pro mortuis offerri, & illis proficere,oſtendit idem Chryſoſtomus in principio eiuſdem tractatus,vbi docet pro quibus ſacerdos offerre debeat,ſic inquiens: Pro recordatione & remiſſione peccatorum eorum, qui extruxerunt hanc ſanctam manſionem. Deinde meminit pontificis qui eum ordinauit, & aliorum ex iis qui dormierunt,quos vult,nominatim: Et poſtremò ſic ſubiungit. Et omnium qui in ſpe reſurrectionis & vitæ æternæ dormierũt, orthodoxorum patrum, & fratrum noſtrorum benigne & clemens Domine. Et extollit particulam. Diaconus autem accepta etiam ipſe oblatione, & ſancta lancea, meminit eorum quos vult ex viuis & mortuis, & poſtremò ſic dicit. Memento Domine etiam meæ indignitatis,& condona mihi omne peccatum voluntarium. Deinde, meminit etiam eorum quos vult,ex viuis & ex mortuis: & in alia oblatione ſimiliter eorum, qui dormierunt. Hæc omnia Chryſoſtomus in illo ſuo ritu miſſæ. Sed fortè hæretici dicent Chryſoſtomum in his omnibus docere,orandum eſſe in miſſa pro viuis & defunctis,non autem pro illis ſacrificandum,& corpus Chriſti offerendum eſſe. Ne tamen hac via effugere poſſint, quin ab eodem Chryſoſtomo condemnentur, audiant ipſum Chryſoſtomum in eodem tractatu,quid iubeat ſacerdotem ſecretò dicere in oratione fidelium,poſtquam explicitum eſt corporale. Hæc enim ſunt verba orationis,quam à ſacerdote dicẽdam eſſe inſtituit. Gratias agimus tibi Deus virtutum,qui dignatus es nos etiam nũc ſancto tuo altari ſiſtere, & ad miſerationes tuas pro peccatis noſtris, & populi ignorantis procidere,ſuſcipe Deus deprecationẽ noſtram. Fac nos eſſe dignos,vt offeramus tibi preces,ſupplicationes,& incruenta ſacrificia pro toto populo tuo: & fac nos idoneos,quos in hoc miniſterio poſuiſti,vt in poteſtate Spiritus ſancti,citra cõdemnationem & offenſionem in puro noſtræ conſcientiæ teſtimonio,te inuocemus in omni tempore & loco,vt nos exaudiens ſis nobis propitius in multitudine tuæ bonitatis. Hactenus Chryſoſtomus. In quibus verbis apertiſſimè declarat,ſacerdotem in miſſa non ſolum preces & ſupplicationes offerre: ſed etiam ſacrificia incruenta corporis & ſanguinis Chriſti: & illa ſacrificia docuerat poſſe offerri pro viuis & defunctis,pro pace,& pro bello, & pro aliis id genus multis, tam temporalibus quam æternis bonis. A

Et beatus Ambro. in quadã epiſtola cõſolatoria ad Fauſtinũ de morte ſororis,apertũ de hac re perhibet teſtimoniũ,cùm ait: Ego nõ tam deplorãdã,quã orationibus proſequendã reor,non mœſtificãdam lachrymis,ſed magis oblationibus animam eius domino commendãdam. Hæc ille. Beatus Auguſtinus libro nono Confeſſionũ ſuarũ,matrem ſuam,Catholicã & ſanctã mulierem commendat,quòd inſtante reſolutionis ſuæ die,non de ſepulchri honore,ſed ſolùm de hoc vno eſſet ſolicita, vt frequens illius memoria in altaris ſacrificio fieret,in quo ſciebat offerri victimam illam ſanctam,qua delectum eſt Peccati chirographum. Cyprianus martyr his omnibus multò vetuſtior lib. 1. epiſtolarum ſuarum,epiſtola nona de Victore quodã ſcribẽs, qui cõtra decretum epiſcoporum, presbyterũ quendã rerũ ſuarum autorẽ conſtituerat: & ipſius decreti tenorem ſubiiciens,dicit,anteceſſores nos epiſcopos ſalubriter inſtituiſſe, ne quis frater excedens de ſeculo,ad tutelam,aut curam bonorũ ſuorũ,clericũ nominaret. Quia ſi quis hoc fecerit,nõ offeratur pro illo,nec ſacrificiũ pro dormitione eius celebretur. Neq; enim ad altare Dei meretur nominari in ſacerdotum prece,qui ſacerdotẽ ab altari voluerit auocare. Hæc decretum epiſcoporum ante Cyprianũ,ex cuius verbis apertiſſimè conuincitur,eo tempore ſacrificiũ altaris pro defunctis offerri. Sed audiamus quid de illo Victore Cyprianus,iuxta præfatũ epiſcoporũ decretum,faciẽdum eſſe cenſeat: Et ideo (inquit Cyprianus) Victor,cùm contra formã nuper à ſacerdotibus datã, Geminiũ Fauſtum presbyterũ auſus ſit autorẽ conſtituere,non eſt quod pro dormitione eius apud vos fiat oblatio,aut deprecatio aliqua in Eccleſia eius nomine frequẽtetur: vt ſacerdotum decretum religioſè & neceſsitate factũ ſeruetur à nobis: ſimul & cæteris fratribus detur exemplũ,ne quis ſacerdotem Dei ad ſeculares moleſtias deuocet. Hactenus Cyprianus. Sed & Tertullianus vno ferè integro ſeculo Cypriano vetuſtior, huius cõſuetudinis in eccleſia ſeruatæ meminit,qui in libro de corona militis, inter illas antiquas Eccleſiæ cõſuetudines,quibus tribuit Apoſtolicã autoritatẽ,quamuis ſint nobis ſine ſcripto commendatæ,hanc etiã de ſacrificii oblatione cõnumerat. Tertullianum per ſeptuaginta aut octoginta annos præceſſit Alexander papa huius nominis primus,qui in epiſtola quadam,quã ad omnes fideles miſit,differens de oblationibus corporis & ſanguinis Domini, quæ in miſſa Deo offeruntur, hęc ait. Crimina enim atque peccata oblatis his Domino ſacrificiis, delentur. Idcirco & paſſio eius in his commemoranda eſt,qua redempti ſumus,& ſæpius recitanda,atque hęc Domino offerenda. Talibus enim hoſtiis delectabitur,& placabitur Dominus,& peccata dimittet ingẽtia. Nihil enim in ſacrificiis maius eſſe poteſt: quam corpus & ſanguis Chriſti,nec vlla oblatio hac potior eſt,ſed hæc omnes præcellit: quæ pura conſcientia Domino offerenda eſt,& pura mente ſumenda,atq; ab omnibus venerãda,& ſicut potior eſt cæteris, ita potius excoli atque venerari debet. Hæc Alexãder papa & martyr,qui ſextus à beato Petro Romanæ ſedis epiſcopatũ tenuit. In quibus verbis multa annotare oportet. Primùm eſt quod ait, oblationẽ corporis & ſanguinis Chriſti in miſſa fieri: & poſtea ſubdit, tales oblationes valere ad remiſſionẽ criminum & peccatorum. Dicit tertiò,hanc oblationem eſſe omnium præſtantiſſimã,& Deo gratiſſimam. Ex qua ſentẽtia fortiſſimum ſumitur argumẽtum ad conuincendum,quod miſſæ ſacrificium poſſit non ſoli ſacerdoti,ſed etiam aliis prodeſſe. Nam ſacrificia legis naturæ proficiebant nõ ſolum offerentibus, ſed etiam illis pro quibus offerebantur, vt apertè conſtat teſtimonio Iob, qui offerebat per ſingulos dies pro filiis ſuis ne fortè peccaſſẽt. Sacrificia enim legis Moſaicæ nõ ſolum proderãt ſacerdoti ſacrificanti, ſed illis pro quibus offerebantur, vt conſtat ex multis oblationibus quas pro peccatis Lex fieri præcepit,quarum aliquæ errant pro peccato ſacerdotis, aliæ pro peccato principis, aliæ pro peccatis populi. Cùm igitur ſacrificium miſſę,vt Alexander papa & martyr teſtatus eſt, ſit multo præſtantius omnibus aliis ſacrificiis, conuincitur inde vt etiam pro aliis offerri, & illis prodeſſe poſſit, perinde

Alexander.

Iob. 1.
Leuit. 4.

B

C

ac olim

ac olim ſacrificia legis naturæ, & legis Moſaicæ. Quid igitur Lutherus contra tam antiquam Eccleſiæ conſuetudinem, tot ſanctorum virorum teſtimoniis comprobatam, præſumit? Melius eſt igitur vt tam certam Eccleſiæ conſuetudinem imitemur, quàm præſumptuoſam Lutheri nouitatem.

Demum, concilii Cabilonenſis decretum de hac re ſic definit: Antiquitus hunc morem ſancta tenet Eccleſia, vt & miſſarum ſolennibus, & aliis precibus Domino ſpiritus quieſcẽtium commendentur, dicente Auguſtino: Non ſunt prætermittendæ ſupplicationes, quas faciendas pro omnibus in Chriſtiana & Catholica ſocietate laudamus. Hæc concilium Cabilonenſe. Sed vt verum fatear, huiuſmodi concilij decreta non habentur in eo volumine, in quo ſunt omnium cõciliorum decreta congeſta: ſed illud fragmentum habui ex Gratiano, qui in volumine Decretorum de cõſe. diſt. 1. in capite: Viſum eſt, citat illud concilii decretum. Sed Lutheri obiectionibus reſpondere oportet. Sic enim argumentatur: Communio vnius laici alteri laico prodeſſe non poteſt: ergo ſacerdotis miſſa non poteſt populo prodeſſe. Hoc loco miſerè cæcutit Lutherus, non videns hoc inter ſacerdotem & laicos intereſſe, quod olim interfuit inter Apoſtolos è manu Chriſti recipientes Euchariſtiam, & ipſum Chriſtum Apoſtolis porrigentem. Sicut enim laicus nunc recipit è manu ſacerdotis, ita & tunc Apoſtoli è manu Chriſti. Sacerdos autem facit quod tunc fecit Chriſtus: quoniam idem corpus cõficit ex pane, quod tunc fecit Chriſtus. Idem corpus offert Deo, quod poſtea in ara crucis obtulit Chriſtus. Quis autem nõ videt ineptiſſimum eſſe argumẽtum quo quis probare vellet Chriſti conſecrationem nullo modo nobis prodeſſe, eò quòd Apoſtoli recipientes nihil nobis profuerunt? Si hoc eſſe inualidum argumentũ nemo eſt qui non videat, cui etiam ſimillimi argumenti ineptia non erit aperta, quum argumentatur vnum ſacerdotem non poſſe pro aliis offerre, propterea quod vnus laicus non poteſt pro alio communicare? quoniam (vt diximus) ſacerdos, Chriſti locum tenet, laicus verò communicans perſonam agit Apoſtolorum. Secũdò, quaſi ad eundem lapidem offendens, ſic obiicit Lutherus: Vnus homo non poteſt pro alio baptizari, nec pro alio vxorem ducere, ergo nec vnus homo poterit pro alio offerre. Huic obiectioni reſpondemus quod non ſunt omnia ſacramenta ad eundem gnomonem examinanda, cùm non ſit omnium illorum æqua vis & poteſtas. Cùm ergo hoc Euchariſtiæ ſacramentum longo interuallo reliqua omnia antecedat, non venit eadem menſura metiendum qua reliqua. Et ſi hoc gratis daremus Luthero, vt hoc ſacramentum reliquis ſit æquale, non tamen inde colligere liceret tam exactã iſtius ſacramenti ad alia ſimilitudinem. Nam eodem argumento etiam conuinceretur, ſacerdotem non poſſe Euchariſtiam à ſe conſecratam ſuſcipere, ſed oportere illam recipere à manu alterius ſacerdotis, quia ſacerdos etſi claues habeat quibus abſoluere poteſt alium pœnitentem, non tamen perinde poteſt ſeipſum abſoluere. Ergo eodem modo oporteret fateri, quod licet poſſit conficere, & alteri communicare, non tamen ſibiipſi. Verùm hæc non ita ſe habẽt, quoniam non oportet ſacramẽta eſſe ſibi inuicem adeò ſimilia, vt nullum ſit inter illa diſcrimen. De hac re amplius dicetur infrà cùm de ſuffragiis defunctorum diſputabimus.

Cõcilium Cabilonenſe.

D

A Alij ſunt plures errores qui ad miſſæ celebrationem pertinere videntur. Sed illos iam ſuprà in titulo de Euchariſtia recenſuimus.

MONACHATVS.

ILle humani generis antiquus hoſtis, ad hunc vſque diem quacunque poteſt tentat vt homini noceat, & impediat illum à conſecutione beatitudinis æternæ, ad quam creatus à Deo fuerat. Cùm ergo viderit dæmon plures per monachatus ſuſceptionem ſuos laqueos euaſiſſe, & æternã cõſecutos fuiſſe gloriam: ne alii illorũ exemplo ſimiliter eius laqueos euadant, hoc vnũ curauit, monachatui detrahere, vt vel ſic ab illius ſuſceptione homines auerteret. Nequevt hoc faceret defuerũt illi miniſtri, quos callidi tate ſua ſerpẽtina decepit, vt illi in eandẽ damnationẽ poſtea inducerent alios. Primi ergo dæmonis miniſtri fuerunt Vvaldenſes, qui in tantã proruperunt inſaniã, vt dicerent mendicantiũ religiones fuiſſe malorũ dæmonum inuentionem. Hoc enim illis impingit Aeneas Syluius libro de origine Bohemorũ capite. 35. Guido tamẽ huius erroris non meminit etiã cùm Vvaldenſium errores recenſet. Eodem ferè tẽpore quo Vvaldẽſes, aut parum poſtea quidam Vvilhelmus de ſancto Amore ſcripſit librum, in quo perſuadere conatus eſt hominem nõ poſſe ſaluari in ordine mendicantium. Sed hunc librum Alexander papa. 4. damnauit vt hæreticum, & præcepit ſub excommunicationis pœna vt quicunque illum haberet, combureret. Poſt iſtos hunc eundem errorem ſuſcitauit Ioannes Vvicleph, qui non ſolum monachos mendicantes, ſed omnem monachatum atrociter eſt inſectatus. Hic enim dixit neminem poſſe ſaluari in religione priuata, imò dicit omnem qui in priuata religione exiſtit, eſſe ineptum & inhabilem ad obſeruantiam mandatorum Dei. B Quapropter addidit, eos qui religiones inſtituerunt, videlicet Benedictum, Franciſcum, Dominicum, &c. fuiſſe damnatos, eò quòd religiones inſtituerunt, niſi fortè de hoc pœnituerint. Hunc Vvicleph inſanum & impium errorem iam ſepultum, ab inferis ſuſcitauit hoc noſtro ſeculo Martinus Lutherus, dicens non eſſe licitum hominem obligari ad aliquid agendum vltra id quod Dominus nobis præcepit, ſed liberè viuendum eſſe cuilibet, & non ſub lege humana. Quapropter liberam tribuit monachis poteſtatem exeundi à monaſteriis, & vxoris ducendi ſi volunt. Imò in multis Germaniæ oppidis coacti ſunt monachi relinquere propria monaſteria, quia non permittitur eis in illis habitare, niſi cucullam exuant, & vxores ducant. Contra horum omnium errorem decreui nihil in hoc opere ſcribere, ne fortè dicatur de me, eò quòd ſim ipſe etiam monachus ex inſtituto Franciſcano, quod meam ago cauſſam, & quæro quæ mea ſunt, & non quæ Ieſu Chriſti. Et videtur mihi rem ceſſuram in maiorem monachatus gloriam, ſi cauſſa illius ab aliis agatur quam ab ipſiſmet. Et cùm non defuerint qui ſtrenuè pro nobis in hac

Vvaldenſes.

Vvilhel. de ſancto amore.

Ioannes Vvicleph.

Lutherus.

parte pugnauerint,nõ eſt cur nos arma ſumere debeamus.Ioãnes epiſcopus Roffenſis in eo opere quod contra Lutheri captiuitatem Babyloniçam ædidit,pro monachis de Luthero triumphat. Iodocus Clithoueus vir nõ minus pius quàm doctus librum vnum in fauorem monachatus ædidit,& alibi ſæpe pro votis monaſticis cauſſam agit,præſertim in eo opere quod dicitur Antilutherus,in cuius libro tertio pro hac ſola cauſa pugnat,& in alio quod fecit pro aſſertione veritatum definitarum in concilio Senonenſi. Olim ſcripſit B.Chryſoſtomus aduerſus vituperatores vitæ monaſticæ libros tres. Et ſi quis nõſtros non dedignatur, beatus Thomas in fauorem monachatus ſcripſit contra præfatum Vvilhelmum de ſancto Amore librum vnum. Albertus Magnus defenſorium mendicantium compoſuit. Thomas Vvaldenſis Carmelita in primo tomo doctrinalis fidei antiquæ circa finem longum de hac re facit tractatum, qui mea ſententia omnes aduerſariorum calumnias nullius eſſe momenti apertiſſimè oſtendit. Verùm ne quis me incuſet quod iſtorum hæreticorum ſentẽtiam inter hęreſes collocauerim,nulla adducta ratione propter quam cenſeatur meritò fuiſſe damnata, Eccleſiæ Catholicæ definitionem proferam, quæ ſola maioris eſt ponderis quam mille ratiocinationes aut ſyllogiſticæ collectiones. Ex. 45. articulis Ioannis Vvicleph in concilio Conſtantienſi ſeſſione. 8. damnatis, multi ſunt ad hanc rem pertinentes. Nam viceſimus articulus ſic ait: Si quis ingreditur religionem priuatam qualemcunque tam poſſeſſionatorum quam mendicantium,redditur ineptior & inhabilior ad obſeruationes mãdatorum Dei. Viceſimuſprimus articulus ſic ait: Sancti inſtituentes religiones priuatas,ſic inſtituentes peccauerunt. Viceſimus ſecundus articulus ſic dicit: Religioſi viuentes in religionibus priuatis,non ſunt de religione Chriſtiana. Ad idem pertinent articulus.33.&.34.&.44. Hi autem articuli omnes damnati ſunt in cõcilio Conſtantienſi ſeſſione.8. Cùm ergo ſit tam expreſſa Eccleſiæ definitio,non eſt opus vt monachi pro ſe pugnent, aut cauſſam iterum ad litem reuocent. Et ſi quis nos ad contentionem vocauerit,melius eſt non contendere, ſed cauſam pro nobis dictam oſtendere. Cæterum de vna ſola re hic volo admonere lectorem, vt aduertat qui ſunt ij qui monachatui detrahunt, quoniam nullus vnquam monachatui detraxit, niſi homo voluptuoſus,illecebris deditus,quales ego ſæpe notaui. Et ita ſunt tanquam canes in præſepi, prout dicitur in prouerbio: quoniam nec ipſi viam virtutis capeſſere volunt, & capeſſentibus, ſi qui ſunt, latratibus & morſibus obſtant. Hoc autẽ ideo faciunt,vt videlicet ſua occultent ſcelera. Nam qui prauam vitam duxerit,alios vt nequiter viuant hortabitur,quoniam latêre exiſtimat ſua flagitia,ſi alios habuerit ſuorum ſcelerum imitatores, & tanto minus notari credit, quanto plures habuerit in crimine ſocios. Et tanto contrà magis timet pudore confundi, quanto plures fuerint virtutis cultores. Vitium nanque ex comparatione virtutis vileſcit. Quædam alia quæ ad monachatum pertinent, iam ſuperius pertractata ſunt,cum de mendicitate ageretur,& inferius amplius dicemus,cum de votis diſputabimus.

C

D

MVLIER.

Pepuſiani EST quædam hæreſis aſſerens mulieres iuſtè poſſe ad ſacerdotium promoueri. Huius hęreſis autores ſunt Pepuſiani,ſic dicti(vt ait Auguſtinus libro de hæreſibus,cap.27.à quodam oppido quod vocabatur Pepuſa, ex quo loco dicunt fuiſſe oriundum Montanum hæreticum. Hunc errorem ante mille & trecẽtos annos ſepultum,Lutherus ſuſcitare conatus eſt, qui ad nihil aliud natus eſſe videtur, quàm ad reuocandum & reducendum in *Lutherus* Eccleſiam peſtilentes errores ab eadem iam olim exploſos atque eiectos. Hæc hæreſis facilè conuincitur ſi conſideremus quæ ſint ſacerdotis partes aut quod illorum ſit munus & officium. Sacerdotis partes ſunt tres,iuxta quas ſacerdos à non ſacerdote ſecernitur. Nam ſacerdoti ſoli cõpetit corpus Chriſti ex pane conficere: Eiuſdem ſacerdotis munus proprium eſt peccata in cõfeſſione audire, & illis auditis peccatorem ab illis abſoluere. Ad ſacerdotẽ etiam pertinet ex officio docere. At cùm nullum iſtorum competere poſſit mulieri, conuincitur mulierem non poſſe vllo modo ad ſacerdotium promoueri. Quòd enim mulier non habeat poteſtatem cõſecrandi Euchariſtiam,inde colligitur quod talis poteſtas fuit à Chriſto ſacerdotibus viris collata in cœna vltima,cùm Apoſtolis dixit: Hoc facite in meam cõmemorationem. At cùm Chriſtus hæc verba dixit, nulla ibi aderat mulier ad quam illa verba poſſent referri. Non fuit ergo tunc à Deo talis poteſtas mulieri collata. Quòd ſi cõſecrare non poſſunt,ergo nec pœnitentes abſoluere,quoniam hæc poteſtas quę circa corpus Chriſti myſticum exercetur,innititur alteri poteſtati,quæ eſt circa corpus Chriſti verum, ſicut vmbra pendet ex corpore, quia primam poteſtatem Chriſtus contulit ſacerdotibus in cœna vltima ante mortem: ſecundam verò non ipſi poſtquam à *Ioan.20.* mortuis reſurrexerat,cum videlicet exiſtens in medio Apoſtolorum dixit eis: Quorum remiſeritis peccata, remiſſa erunt, &c. Si à muliere ergo primam aufers poteſtatem, fit vt neceſſariò etiam auferas ſecundam. Prætereà,cùm hanc abſoluendi poteſtatem Apoſtolis tribuit,nulla aderat mulier, ſed ſoli viri, puta decem Apoſtoli,prout Ioannes Euangeliſta refert,ergo (vt de conſecratione colligimus) talis po- *Ibidem.* teſtas abſoluendi non fuit à Deo mulieribus collata. Rurſum,ſi non eſſet aliquod ſcripturę teſtimonium ad probandum mulieres non poſſe confeſsiones peccatorum audire, hoc ſolum ſufficeret, quod mulieres malè audiunt de taciturnitate,nec immeritò, cùm hoc ſit illis natiuum & genuinum, vt parum probè taceant ſi quid audierint ſecretius. Sunt enim natura garrulæ. Quò fit vt quò eam magis ſecreto aſtrinxeris, eò libentius poſtmodum effundat. Conſultius ergo Deum egiſſe credimus, quàm Lutherus docet. Nam minimè expediebat vt omnia in eius aurem effunderemus, quæ peruiam & patulam habet viam ab auribus ad linguam. Tertium quod ſacerdoti conuenit ex officio, eſt doctrina. Illis enim in- *Mala.2.* cumbit alios docere, ſecundùm quod Dominus per Malachiam prophetam ait: Labia ſacerdotis cuſtodiunt ſcientiam, & legem requirent de ore eius, quia angelus Domini exercituum eſt. Hoc autem

A

munus

munus nõ posse vllo pacto mulieribus permitti, Apostolus Paulus testatur, qui apertissimè mulieribus
B interdicit ne docere præsumant, dicens: Mulier in silentio discat cum omni subiectione. Docere autem *1.Tim.2.*
mulieri non permitto, neque dominari in virum, sed esse in silentio. Si ergo mulier non potest docere, neq; Eucharistiam conficere, neq, absoluere: conuincitur vt etiam sacerdos esse non possit. Accedit ad hæc, totius catholicæ Ecclesiæ perpetuus vsus, quæ nunquam permisit mulierem sacerdotis officio fungi: Et certè si quisque aduertat quanta sit sacerdotii dignitas, & quantum reliquas omnes dignitates excedat, illico cognoscet meritò fuisse talem dignitatem mulierebus denegatã. Nam mulieres oportet esse *Ephe.5.*
subditas viris, quia (vt ait Paulus) caput mulieris vir. Mulieres patiũtur prudentiæ defectum, & ideo faciles sunt, vt decipiantur. Prima est enim seducta mulier in præuaricationẽ. Mulieres sunt natura inconstantes & mobiles: Sicut Sapiens ait: Virum de mille vnum reperi, mulierem ex omnibus non inueni. *Eccle.7.*
Et iterum alibi: Mulierem fortem quis inueniet? Procul & de vltimis finibus precium eius. Mulieres *Prou.6.*
natura sunt fragiles, & ideo beatus Petrus vocat mulierem fragilius vasculum. *Prou.31.*
1.Pet 3.

Theophylactus interpretãs illud Pauli: Mulier seducta in prꝛuaricatione fuit, sic ait: Quia semel mu- *1.Tim.2.*
lier virum edocuit, & cuncta peruertit, idcirco nequaquam hæc habeat velim docendi de cætero potestatem. Est nanq; mulier natura leuior, & facilè fallitur. Aduerte autem quemadmodum non Euam dixerit deceptam esse, sed mulierem, tanquam de ipso muliebri genere disseruisset. Nam quemadmodum natura omnis humana in Adam perdita est, sic & per Euam in omne fœmineũ genus delapsa est leuitas qua & præuaricatio ipsa primùm Euam inuasit. Hæc Theophylactus. Cùm ergo mulieres tot naturales patiantur defectus, non est credendum fuisse illis commissum tale officium, ad cuius debitam executionem maximè exigitur vt illis omnibus defectibus careat, qui illud exercere debet.

C

MVNDVS.

HIC apertissimè comperimus verum esse quod in primo huius operis libro docuimus bonam hęresum partem à gentilium librorum lectione ortum habuisse. Nam cùm plures fuerint de natura mundi & illius qualitate hęreses ortæ, ferè omnes ex philosophorum officina prodierunt. Est enim quędam hæresis docens materiam elementorum, ex qua factus est mundus, non esse factã à Deo, sed esse Deo coęternam. Huius erroris au- *Seleucus.*
tores fuerunt Seleucus à quo Seleuciani, & Hermias à quo Hermiani. Sic enim de illis *Hermias.*
refert beatus Aug. in lib. de hæresibus, cap. 59. Eundem errorem post multa tempora docuerunt Alba- *Albanen-*
nenses. Eidem adhæsit quidam Hermannus Rissuuich Holãdinus, de quo iam suprà habitus est sermo. *ses.*
Hi autem & Albanenses absolutè dixerunt mundum fuisse ab æterno. Quis non videt hunc errorem ex *Hermãn⁹*
Aristotelis schola prodiisse? Si contra Aristotelem esset nobis pugnandum, durum certè & laboriosum *Rissuuich.*
esset futurum certamen, quoniam contra illum parum agerent scripturæ sacræ testimonia: Verùm cùm aduersus eos sit nobis designata pugna, qui Christo nomina in baptismo dederũt, facillimè de illis triũphabimus. Apertissima certè & notissima sunt ea quę in primo capite Geneseos de mundi creatione di- *Ioan.1.*
sseruntur. Et Ioannes Euangelista de filio Dei loquens, ait: Omnia per ipsum facta sunt & sine ipso factum est nihil. Et iterum ibidem. In mundo erat, & mundus per ipsum factus est. Nullus ergo dicere au- *Albanẽ-*
deat mundum fuisse ab æterno, cùm beatus Ioannes tam apertè dicat mundũ esse factum à Deo. *ses.*

D SEcunda hæresis docet nundum non finiendum. Hic etiam error ab Aristotele docetur. Post Aristotelem autem, ex iis qui se Christianos iactant. Albanenses eundem tutantur errorem, dicentes mundum nunquam finiendum, sed semper hoc in statu mansurũ. Quòd si capiant mundum pro sola elementorum & cœlorum substantia, certè eorum sententia non est hęresis censenda, quoniam etiã peracto iudicio vniuersali cœlum manebit, & elementa manebunt iuxta eorum substantiam, imò puriora quam nunc sunt. Si verò capiant mundum pro habitatoribus mundi, prout capit Ioannes, cùm dicit: Mundus *Ioan.1.*
eum non cognouit. Et iterum: Sic Deus dilexit mundum, vt filium suum vnigenitum daret: iuxta hanc *Ioan.3.*
mundi significationem error est apertus dicere mundum non esse finiendum, ita vt nunquam desint generationes hominum in eo habitantium: quoniam (vt suprà contra eosdem Albanenses probauimus) iudicium vniuersale est futurum: in quo omnes comparebunt vt recipiat vnusquisque mercedem suam, siue bonum siue malum, prout in corpore gessit. At si mundus non finietur, non poterit generale iudicium fieri, quoniam quod infinitum est, nunquam poterit in vnum comprehendi. Cùm ergo constet iudicium vniuersale esse futurum, oportet vt mundus aliquando finiatur.

TErtia hæresis docet mundum esse creatum non à Deo, sed ab angelis. Hic error etiam videtur prodiisse ex officina Aristotelica. Nam quamuis Aristoteles negauerit mundum creatum, dixit tamen omnia quæ in istis inferioribus fiunt, fieri ab intelligentiis, quoniam quę à deo immediate fiunt, dixit Aristoteles fieri necessariò, quapropter dicebat res contingentes fieri ab intelligentiis. Ex quo errore hausisse videntur hæretici, dicentes mundum esse factum ab angelis. Huius hæresis primus autor fuit Simõ *Simõ Ma-*
Magus, quem secuti sunt plures alij, videlicet Menander eiusdem Simonis discipulus, & Saturninus, à *gus.*
quo Saturniani, Nicolaitæ, Carpocratiani, Cerinthus, & Archontici, qui sic appellati sunt à principibus *Menãder.*
quibus mũdi creationem tribuunt. Istorum omnium communis error iam suprà prostratus est in tit. de *Saturni.*
A creaturis, hæresi prima. Illo enim loco probauim⁹ ex sacris literis omnia esse creata à deo, & à nullo alio. *Nicolai.*

QVarta hæresis fuit quorundam dicentium mundum esse factum à Deo: sed hi ponũt plures deos, quorum vni tribunt huius mundi facturam, alterum autem nihil produxisse dicunt. Et hic error *Carpo-*
etiam ex fabula gentilitate deductus esse videtur. Nam Gentiles fermè omnes credebant deo- *cratiani.*
rum multitudinem. De hoc errore iam suprà disseruimus in titulo de Deo, hæresi prima. Ibi enim *Cerinth⁹*
Archõtici

ostendimus ex sacris literis solùm vnum esse Deum, eumque esse creatorem cœli & terræ. Qui ergo aũtores erroris huius nosse cupit, ex illo loco discat.

QVinta de hac re hæresis est, quæ asserit hunc mũdum etiam post resurrectionem mortuorum in eodem statu, in quo nũc est, esse mansurum: neq; ita esse mutandũ vt sit cœlum nouũ, & terra noua. Hanc hęresim inter alias recẽset Philaster Brixiensis, in suo libello de hæresibus, nullum tamen illius declarat autorem. Beatus Augustinus etiam in suo opusculo de hæresibus, cap. 67. huius hæresis post Philastrũ meminit, neq; vllum etiam illius indicat patronũ. Hanc hæresim aperta sacræ scripturæ testimonia condemnant. Nã in Psalmo. 101. Propheta ait: Initio tu Domine terrã fundasti, & opera manuũ tuarũ sunt
Psal. 101. cœli. Ipsi peribunt, tu autem idem in æternum permanes, & omnes sicut vestimentũ veterascent: & velut amictum mutabis eos, & mutabũtur. Vide quoties cœlorũ mutationẽ indicat. Nam dicit illos perituros, & velut amictũ mutandos: quod haud dubiè idem est. Non enim cœli omnino peribũt: sed in me-
Hieronymus. lius mutabuntur. Nam beatus Hieronymus in cõmentariis super. 65. Esaiæ caput, postquàm hæc verba B quæ nunc ex Dauide protulimus, citauit, hæc verba subiungit: In quo perspicuè demõstratur, perditionem & interitum, non abolitionem in nihili, sed commutationẽ sonare in melius. Neq; enim illud quod
Esa. 30. in alio loco scriptum est: Luna fulgebit vt Sol, & Sol septuplum lumen accipiet, interitum significat pristinorũ, sed commutationem in melius. Quod vt possit intelligi, nostræ conditionis ponamus exempla. Infans cùm in puerum creuerit, & puer in iuuenem, & iuuenis in virum, & vir in senẽ, nequaquam per singulas ętates periit. Idem enim est qui prius fuit: sed paulatim immutatur, & ętati pristinæ perisse di-
1. *Cor.* 7. citur. Quod intelligens & Paulus Apostolus loquebatur: Præterit enim figura huius mundi. Cõsideremus quid dixerit, figura præterit, nõ substãtia. Hactenus Hieronymus. In cuius verbis aperta satis est ve-
Matt. 24. ritatis intelligentia. Prætereà Saluator noster apud Matthæum ait: Cœlum & terra transibunt. Quæ Saluatoris verba (vt beatus Hieronymus in cõmentariis super Psalmos docet) idem docent quod Propheta Dauid in Psalmo. 101. docuit. Deinde beatus Petrus apertissimè hanc sententiã docet, sic inquiẽs:
1. *Pet.* 3. Aduenier autem dies Domini vt fur, in quo cœli magno impetu transient, elementa verò calore soluentur, terra autem & quæ in ipsa sunt opera exurentur. Quũ igitur hęc omnia dissoluẽda sint, quales oportet nos esse in sanctis conuersationibus & pietatibus, expectãtes & properãtes in aduentum diei Domini, per quẽ cœli ardentes soluẽtur, & elementa ignis ardore tabescent? Nouos enim cœlos & nouã terram & promissa ipsius expectamus. Hæc beatus Petrus Apostolus. Quæ illius verba tam apertè hãc hæresim oppugnant, vt nõ sit opus pluribus testimoniis ad illam reuincendã. Verùm aliqua indigẽt interpretatione hæc verba, præsertim ab eo loco vbi ait: Cœli ardentes soluentur. Quæ verba nõ de illis cœ- C
Augustinus. lis, in quibus Sol & Luna & reliqua astra sunt fixa, qui à nobis remotissimi sunt, debent intelligi, sed de cœlo isto inferiori, quæ aëris regio dicitur, sunt accipiẽda. Nam de illis superioribus cœlis, an sint calore soluẽdi, Augustinus dubitat, qui super Psalmum. 101. pertractans hæc beati Petri verba, ita ait: Iam ergo dixit perisse cœlos per diluuium: perisse autem nouimus cœlos secundum quantitatẽ & spatia aëris huius. Excreuit enim aqua, & totam istam capacitatẽ vbi aues volitant, occupauit: ac sic vtique cœli pererunt propinqui terris: cœli, secundum quod dicũtur aues cœli. Sunt autem & cœli cœlorum superiores in firmamento: sed vtrũ ipsi perituri sint igne, an hi soli cœli qui etiam diluuio perierũt, disceptatio est aliquanto scrupulosior inter doctos, nec facilè (maximè in angustia temporis) explicari potest. Dimittamus ergo eam, vel differamus: nouerimus tamẽ perire ista, Deum manere. Hactenus Augustinus. Iuxta cuius sententiam constat cœlos pro aëre sumi eo loco, quo beatus Petrus dixit: Cœli ardentes soluentur. Quum tamen infrà Petrus subiungit: Nouos verò cœlos & nouam terram & promissa ipsius expectamus: ibi cœlos pro illis etiam qui sursum sunt à nobis remotissimi, intelligere possumus, quoniam illi e-
Esa. 30. tiam iuxta vaticinium Esaię mutabuntur in melius. Et erit, inquit ille, lux Lunę sicut lux Solis, & lux Solis erit septempliciter, sicut lux septem dierum, in die qua alligauerit Dominꝰ vulnus populi sui, & percussurã plagæ sanauerit. Et iuxta hanc cœlorum significationẽ beatus Hieronymus interpretatur aliud
Esa. 56. Esaiæ vaticinium, quo ait: Ecce enim ego creo cœlos nouos & terram nouam: & non erunt in memoria
Apo. 21. priora. Et iuxta eandem significationem accipiendum est quod in Apocalypsi dicitur: Vidi cœlum nouum, & terram nouam. Noua omnia dicit, non quòd alia sint, sed quia in melius omnia mutata: quemadmodum ex Hieronymi sentẽtia suprà docuimus. Et quidem pro hac re abundè me dixisse arbitror. Non enim opus est in re apertissima testimoniorum multitudine grauare lectorem, præsertim cùm nullum huius hæresis agnoscamus patronum, quem deuincere oporteat. D

F. ALFONSI DE CASTRO ZAMOREN. MINORITÆ, ADVERSVS HÆRESES, IN LIBRVM VNDECIMVM.

PRÆFATIO.

HOC loco eadem lege oportebit nos vti, qua suprà libro septimo vsi sumus, quoniam hæc litera N: adeò sterilis est vt vix duæ sint dictiones ab illa initium sumentes, quæ talem rem significent, de qua aliqua sit hæresis orta: quapropter cum dictiones ab hac litera incipientes non sufficiant ad vnum vel mediocris quantitatis librum absoluendum, coniungemus illis dictiones à sequenti litera incipientes.

F. Alfonsi

F. ALFONSI DE CASTRO ZAMOREN. MINORITAE ADVERSVS HÆRESES, LIBER VNDECIMVS.

NVDITAS.

EVIT hæresis quorundam dicentium nuditatem esse bonam & honestam. Hunc errorem tenuerunt quidam dicti Adamiani, sic dicti, quia nuditatem, quam Adam in paradiso habuit ante peccatum, imitari volebant, & ita semper mares & fœminę nudi obambulabant, nudi lectiones audiebant, nudi orabant, nudi celebrabant sacramenta: & prorpter hoc suam Ecclesiam, hoc est, suam congregationem, appellabant paradisum. *Adamiani.*

Quis autem fuerit huius hæresis primus autor, & quo tempore cœperit apud neminem inuenire potui.

Hi hæretici effrontes & inuerecundi, etsi Adæ nuditatem in paradiso imitentur, illius tamen innocentiam non seruant, imò peccatum illius augent, quoniam licet ante peccatum Adam & Eua fuissent nudi, post peccatum tamen, vt ait scriptura, fecerunt sibi perizomata, & Deus fecit illis tunicas pellicea. *Genes. 3.*

B Et longo tempore postea statuit populo Israël quoddam genus vestimenti, per quod ab aliis nationibus distinguerentur. *Deut. 22.* Et sacerdos ex Dei præcepto peculiare habebat vestimentum cùm offerre debebat, & intrare in Sancta sanctorum. *Exod. 39.* Demùm, ipse veritatis magister, qui viam Dei in veritate docuit verbo & exemplo, vestimenta habuit, quorum vnum fuit tunica inconsutilis desuper contexta per totum. *Ioan. 19.*

NVPTIAE.

PRIMA hæresis quę de hac re orta est, docet nuptias esse illicitas, omnesq; illos peccare dicunt, qui nuptiarum fœdera inter se iungunt. Huius erroris primus autor fuit Tatianus, à quo, vt suprà diximus, Encratitæ originem sumpsere. Sed si vera sunt quæ catalogus hæreticorum de Heracleonitis refert. Heracleon illorum princeps erit primus huius erroris inuentor: quoniam Heracleon, qui discipulus fuit Valentini hæretici, vetustior est quàm Tatianus, qui fuit (vt aliàs diximus) discipulus Iustini martyris. Verùm vt ingenuè fatear, parum fido in hac parte illis quæ catalogus refert, quia Augustin⁹ in libro de hæresibus, capite decimosexto de Heracleone loquens, nihil tale illi impingit, vt videlicet nuptias damnauerit. Et Philaster in suo libro de hæresibus huius Heracleonis errores recensens, nunquam huius erroris meminit. Quapropter nisi aliud obstaret, ego crederem Tatianum fuisse huius erroris primum autorem & ita solet communiter ab omnibus vocari hic error Encratitarum, quorum princeps fuit Tatianus. Verùm beatus Hieronymus lib. primo cõtra Iouinianũ prope initium libri, testatur hunc fuisse errorem Marcionis, ita dicens: Neque verò nos Marcionis & Manichæi dogma sectantes nuptiis detrahimus. Hæc ille. Et ideo iuxta Hierony. sententiam oportet vt huius erroris principatum tribuamus Marcioni, cùm hic fuerit Tatiano vetustior. Eundem errorem tutati sunt Adamiani, dicentes quòd si Adam non peccasset, nullæ fuissent futuræ nuptiæ: quapropter illi Adam in paradiso imitari volentes, nuptias fugiunt. De fundamẽto, cui isti Adamiani innituntur, non est opus nunc disputare, quia suprà libro secũdo, sub titulo de Adam & Eua, hæresi tertia, hoc fundamentum funditus euertimus. In eodem errore fuerunt Aëriani, qui (vt Augustinus ex relatu aliorum refert) non admittunt ad communionem suam nisi continentes. De Priscillianistis refert Augustinus in libro de hæresibus, quòd cõiugia separauerint, & quibus hoc persuadere poterant, fœminas à nolentibus viris, & viros à nolentibus fœminis disiungebant. Quare autem hoc fecerint, an quia nuptias damnauerint, aut fortè quia putauerint nuptiarum fœdera semel iuncta posse ad alterius coniugis arbitrium rescindi, Augustinus non expressit. Hos hæreticos præuidens spiritu prophetico beatus Paulus, in prima ad Timotheum epistola, sic de illis ait. Spiritus autem manifestè dicit, quia in nouissimis temporibus discedent quidam à fide, attendentes spiritibus erroris, & doctrinis dæmoniorum, in hypocrisi loquentium mendacium, & cauteriatam habẽtium suam conscientiam, prohibentium nubere. Encraitæ ergo & alij prohibentes nubere, iuxta Pauli censuram sunt dicendi mendaces, attendentes spiritibus erroris & doctrinis dæmoniorum. Præterea, si nuptiæ fuissent illicitæ, Christus non decorasset illas sua præsentia. At cùm nuptiis Christus interfuerit, & in illis primum omnium signorum fecerit, conuincitur nuptias nõ esse illicitas. Rursum, si nuptiæ sunt malæ, oportebit fateri Deum esse malorum autorem, quoniam Deus ipse est nuptiarum institutor, qui creatis primis hominibus, dixit: Crescite & multiplicamini, & replete terram. Et ne hoc ad solum illum innocentiæ statum quis referre possit, Christus eandem nuptiarum institutionem probat, qui Pharisæis quærentibus, an liceret dimittere vxorem propter aliquam causam, respondit, dicens: Non legistis quia qui fecit hominem ab initio, masculum & fœminam fecit eos, & dixit: Propter hoc ergo relinquet homo patrem & matrem, & adhærebit vxori suæ, & erunt duo in carne vna: itaque iam non sunt duo, sed vna caro. Quod ergo Deus coniunxit, homo non separet. Quid ergo impij hæretici separare tentant quod Deus cõiunxit? Et Paulus in priore epistola ad Corinthios ait: His autem qui matrimonio iuncti

Tatianus Heracleõ Encratitę

Marcion. Manich. Adamiani.

Aeriani. Priscillianistæ.

1. Tim. 4.

Ioan. 2.

Genes. 1.

Matt. 19.

1.Corin.7 sunt præcipio,non ego,sed Dominus,vxorem à virio non discedere.Et iterum: Solutus es ab vxore, noli quærere vxorem.Si autem acceperis vxorem,non peccasti: & si nupserit virgo non peccat.

Ibidem. Et in epistola ad Hebræos iterum ait: Honorabile connubium omnibus,& thorus immaculatus.

Et beatus Petrus præcipit mulieribus vt sint subditæ viris suis: & viris præcipit vt præstent honorem

1.Pet.3. mulieribus tanquam cohæribus gratiæ. Si autem nuptiæ essent illicitæ,beatus Petrus non doceret coniuges modum secundùm quem viuere debent.

Præterea: Qui hanc hæresim tuentur, seipsos per illam damnant. Nam illi ex nuptiis existunt, & à muliere generati sunt,& ex semine viri: quò fit vt necessariò seipsos condemnent,aut nuptias probent. Si enim se saluari putant,necessarium est,vt nuptias vndè illi exierunt,bonas esse dicant.Si verò nuptias abominabiles esse dicunt,necesse est vt quicquid ex illis prodierit,sit etiam abominabile.

De hac re scripsit beatus Augustinus pluries. Contra hanc hæresim extant aliquorum Conciliorum

Cõcilium Gangrense. decreta.Nam concilium Gangrense capite decimoquarto suorum decretorum sic ait:Si qua mulier derelicto viro discedere voluerit soluto vinculo coniugali,nuptias damnando,anathema sit.Et idem desinit Concilium Braccarense primum,capite vndecimo.

Cõcilium Braccarẽ se. SEcunda hæresis est quæ primas nuptias admittit,secũdas tamen damnat. Huius hæresis autores sunt Cataphryges,quorum princeps fuit Montanus.Eundem errorem postea docuit Tertullianus,qui etsi prius contra Cataphryges pro hac re pugnauerat, postea tamen ad Cataphryges rediit, eorum defendens errorem. Extat vsq; hodie liber,quem pro huius erroris defensione fecerat,qui inscribitur de Monogamia. Post istos successit in eodem errore Nouatus quidam presbyter Romanus tempore Cornelij

Cataphryges. *Montanꝰ.* papæ & martyris, à quo Nouato appellati sunt Nouatiani, qui alio nomine vocati sunt Cathari, id est

Nouatus. mundi,sic appellati propter munditiam quam superbissimè & odiosissimè iactabant.Guido Carmelita

Cathari. in sua summa de hæresibus dicit hunc esse vnum ex erroribus Græcorum. Hæc hæresis facilè conuincitur per id quod habetur in Deuteronomio: Quando habitauerint fratres simul, & vnus ex eis absque liberis mortuus fuerit, vxor defuncti non nubet alteri,sed accipiet eam frater eius, & suscitabit semen

Græci. fratris sui, & primogenitum ex ea filium nomine illius appellabit. Ecce hic vides secundas nuptias non

Deut.25. solùm permissas,sed præcepto mandatas.Quòd si hoc licuisse illis dicas tunc tempore legis veteris,non autem nunc tempore legis gratiæ,obstat id quod ait Paulus in ea quæ est ad Romanos epistola: Mulier

Roma.7. viuente viro vocabitur adultera si fuerit cum alio viro. Si autem mortuus fuerit vir eius, liberata est à lege viri,vt non sit adultera si fuerit cum alio viro. Et in priore epistola ad Corinthios expressius hanc cõ-

1.Cor.7. firmat sententiam,dicens: Mulier alligata est legi quanto tempore vir eius viuit. Quòd si dormierit vir eius,liberata est à lege. Cui autem vult,nubat,tantum in Domino. Nihil expressius dici poterat ad huius erroris expugnationem. Sed impii & blasphemi Cataphryges videntes tam apertum scripturæ testimonium,vt nullum illis pateret effugium, Paulum non recipiunt, dicentes illum non plenè recepisse Spiritum sanctum, sed solùm ex parte prophetasse, ac proinde asserunt non esse illi credendum, sed magis credendum esse Montano hęretico eorum principi & magistro,in quem dicunt Spiritum sanctũ plenè descendisse.Istorum error non est rationibus cõuincendus,sed vltricibus pœnis coërcendus.Præterea multi sancti homines, quorũ nomina sunt scripta in libro vitæ, secundas contraxerunt nuptias. Si ergo secundæ nuptiæ damnantur, & illos damnare oportet qui in illis vitã finierunt. Abrahã post mor-

Gen 25. tem Saræ primæ vxoris duxit secundã vxorem quendã Cethurã. Ruth mulier scripturæ testimonio sanc-

Ruth. ta,mortuo suo primo viro filio Noemi nupsit secundo viro,qui dictus est Booz. Sara vxor Thobiæ iu-

Tob.6.8. & 14. nioris,mulier etiam scripturæ testimonio probata, post septem vitos quos habuerat, & dæmon occiderat,nupsit Thobię iuniori,in quo matrimonio permanserunt Domino famulantes,ita vt accepti essent tam Deo quàm hominibus, & cunctis habitantibus in terra.Mulier Samaritana quæ quinque viros ha-

Ioan.4. buerat, non propter hoc reprehensa est à Domino, sed quia ille,quem tunc habebat, non erat suus vir. Nam ex eo quòd illos quinq; appellauit viros eius, videtur approbasse illorum matrimonium. Nam si non fuisset verum matrimonium cum secundo, aut tertio, aut quarto,aut quinto, nullus illorum fuisset vir eius, quoniam per matrimonium fit vt vir dominetur corporis muliebris, & mulier dominetur corporis viri.Si ergo quinq; viros habuit,ergo quinquies verũ matrimoniũ cõtraxit: de qua re cùm nõ fuerit à Christo reprehensa,conuincitur secundas & tertias & omnes sequentes possibiles nuptias non esse illicitas. Demùm aduersus hãc hæresim extat concilii Nicæni definitio,quæ habetur cap.8.decretorum eiusdem concilii. Ibi enim concilium præcipit,vt qui ex Nouatianis ad Ecclesiam Catholicã redire voluerit,non recipiatur nisi prius per scripturam fateatur se communicaturum cum iis qui secundas nu-

Cõcilium Florentinum. ptias fortè experti fuerint. Et concilium Florentinum,quod pro vnione Græcorum sub Eugenio quarto huius nominis põtifice celebratũ est, de hac re per sequẽtia verba definit: Quoniã nonnullos asseritur quartas nuptias tanquam condemnatas respuere: ne peccatum vbi non est,esse putetur,cùm secundùm Apostolum mortuo viro mulier sit ab eius lege soluta,vt nubẽdi cui vult in Domino habeat facultatem,nec distinguat mortuo secundo vel tertio, declaramus non solum secũdas,aut tertias & quartas, atque vlteriores,si aliquod canonicũ impedimentũ nõ obstet,licitè cõtrahi posse. Commendatiores tamẽ dicimus si vlterius à coniugo abstinẽtes in castitate permãserint.Hactenus concilium Florentinum.

TErtia hæresis negat in nuptiis aliquod esse sacramentum, dicens illam maris & fœminæ indissolubilem coniunctionem non esse sacramentum,neq; per illam cõferri aliquam gratiã. Huius hæresis

Armeni. primi autores sunt Armeni,qui de omnibus sacramentis dicunt ea nullam gratiam conferre. Post istos

Lutherus. primus ex his qui nuptias probant,huius erroris magister est Lutherus,qui cùm alia sacramenta sic pertracter,vt ex illis aliquod neget esse institutum in signum: in alio neget promissam gratiam,in matrimonio verò neget vtrunque.Sed quamuis Lutherus hoc neget,nos Deo adiutore vtrunque ostendemus ex

sacris

ſacris literis. Quòd matrimonium ſit ſacramentũ inſtitutum in ſignum, Paulus Apoſtolus apertiſſimè docet in ea quæ eſt ad Ephe. epiſtola, dicẽs: Mulieres viris ſuis ſubditæ ſint ſicut Domino, quoniam vir caput eſt mulieris, ſicut Chriſtus caput eſt Eccleſiæ, ipſe Saluator corporis eius. Sed ſicut Eccleſia ſubiecta eſt Chriſto, ita & mulieres viris ſuis in omnibus. Viri, diligite vxores veſtras, ſicut & Chriſtus dilexit Eccleſiam, & ſeipſum tradidit pro ea, vt illam ſanctificaret, mundans eam lauacro aquæ in verbo vitæ, vt exhiberet ipſe ſibi glorioſam Eccleſiam, non habentem maculam aut rugam, aut aliquid huiuſmodi, ſed vt ſit ſancta & immaculata. Ita & viri debent diligere vxores ſuas, vt corpora ſua. Qui ſuam vxorem diligit, ſeipſum diligit. Nemo enim vnquam carnem ſuam odio habuit, ſed nutrit, & fouet eam, ſicut Chriſtus Eccleſiam, quia membra ſumus corporis eius, de carne eius, & de oſſibus eius. Propter hoc relinquet homo patrem & matrem ſuam, & adhærebit vxori ſuæ, & erunt duo in carne vna. Sacramentum hoc magnum eſt. Ego autẽ dico in Chriſto & Eccleſia. Hucuſq; beatus Paulus. Ecce hîc apertiſſimè Paulus docet matrimonium viri & vxoris ſacramẽtum eſſe, quod repræſentat coniunctionem Chriſti cũ Eccleſia: atque ideo virum comparat Chriſto, vxorem Eccleſiæ. Virum caput eſſe dicit illius corporis quod vnum facit cum fœmina: Chriſtum verò caput eſſe dicit eius corporis quod vnum facit cum Eccleſia. Neque aliã cauſam adfert cur vir debeat diligere vxorem ſuam, quàm ne diſſimile ſignum ſit Chriſto quem repræſentat, qui adeò ſponſam dilexit Eccleſiam, vt pro ea mortem ſubire dignatus ſit. Mulierem verò docet vt virum timeat ac reuereatur: quod vt rectius & facilius perſuadeat, allicit eam exemplo Eccleſiæ cuius imaginem gerit, quæ Chriſto ſponſo ſuo per omnia obedit. Nihil ergo aliud Apoſtolus loco illo differit, quàm vt moneat coniuges ad mutuam inter ſe charitatem exemplo Chriſti & Eccleſiæ quos repræſentant, ne videlicet fallacia ſint ſigna, ſed verè reddant ea quorum imaginem referunt. Et tandem poſt multas adductas ſimilitudines claudit ſententiam, dicens: Sacramentum hoc magnum eſt. Præteteà, Eccleſia quæ (vt iam ſæpe oſtendimus) errare non poteſt, cenſet ſeptem eſſe ſacramenta: quoniam inter plures articulos Ioannis Huſs, quos concilium Conſtantienſe ſeſſione quintadecima damnauit, vnus eorum ſic ait: Sacerdotes quomodolibet criminoſè viuentes, ſacerdotii polluũt poteſtatem, & ſicut filii infideles ſentiunt infideliter de ſeptem ſacramentis Eccleſiæ. Hæc autem aſſertio Ioannis Huſs cum ibidem damnetur, inde colligimus Eccleſiam ſenture ſeptem eſſe ſacramenta. At ſacramenta eſſe non poſſunt ſeptem, niſi inter illa numeretur matrimonium. Matrimonium ergo eſt ſacramentum. Rurſum, matrimonium eſſe ſacramentum, non ſolùm docent ii quos per contemptum Lutherus ſententiarios appellat, ſed illud etiam ſentiunt veteres Eccleſiæ doctores. Ambroſius exponens illum locum Pauli quem proximè citauimus, ait: Myſterii ſacramentum grande in vnitate viri ac fœminę eſſe ſignificat. Nec hoc prodit, ſed aliam cauſam quæ non diſcordet à memorato myſterio flagitat, quam ſcit ad profectum humani generis pertinere, hoc eſt Eccleſiæ & Saluatoris, vt ſicut relictis parentibus homo vxori ſuæ adhęret, ita relicto omni errore, Eccleſiæ adhęreat & ſubiiciatur capiti ſuo quod eſt Chriſtus. Hæc Ambroſius. Eidem ſententiæ fauet Auguſtinus in libro de bono coniugali, capit. 7. vbi hæc ait: Vſque adeò fœdus illud initum nuptiale cuiuſdam ſacramenti res eſt, vt ipſa ſeparatione irritum fiat, quandoquidem viuente viro, à quo relicta eſt, mœchatur ſi alteri nupſerit, & ille huius mali cauſa eſt qui reliquit. Vnde nec ipſa, viuente adultero, poteſt alteri nubere: nec ipſe, viuente adultera, alteram ducere, ſicut docet Apoſtolus. Vnde non licet homini dimittere ſterilem vxorem, ac noſtris quidem iam temporibus ac more Romano nec ſuperinducere, vt amplius habeat quam vnam viuam, quod non licet, ſicut diuina regula præſcribere videtur. Vnde quem non faciat intentum, quid ſibi velit tanta firmitas vinculi coniugalis? Quod nequaquam tantum puto valere potuiſſe, niſi alicuius rei maioris ex hac infirmitate hominum, quoddam ſacramentum adhiberetur, quod deſerentibus hominibus atque id diſſoluere cupientibus inconcuſſum illis maneret ad pœnam. Siquidem interueniente diuortio non aboletur illa confœderatio nuptialis, ita vt ſibi coniuges ſint etiam ſeparati. Et iterum. Semel autem initum coniugiũ in ciuitate Dei noſtri, vbi etiam ex prima duorum hominum copula quoddam ſacramentum nuptię gerunt, nullomodo poteſt niſi alicuius morte diſſolui. Hęc Auguſtinus. Et idem dicit cap. 15. & 18. & 24. eiuſdem libri. Ex his teſtimoniis Ambroſii & Auguſtini, quæ nunc proximè citauimus, cõuincitur mendacium Ioãnis Caluini quod ille confinxit in fauorem hęreſis Lutheranæ. Is enim in ſuo illo opere de inſtitutione Chriſtiana, capite decimonono, hæc ait. Poſtremum eſt matrimoniũ, quod vt à Deo inſtitutũ fatentur omnes, ita pro ſacramẽto datum nemo vſque ad Gregorii tempora viderat. Hac ille. Quam falſum ſit hoc quod Caluinus ait, apertiſſimè conuincitur per hoc quod conſtat, Ambroſium & Auguſtinum vno integro ſeculo, & eo amplius præceſſiſſe Gregoriũ. At illi duo, matrimoniũ appellauêre ſacramentũ, ergo ante tempora Gregorii aliqui cognouerũt matrimonium eſſe ſacramentũ. Non tantũ fœcunditas, cuius fructus in prole eſt: neq; tantum pudicitia, cuius vinculum eſt fides: verùm etiam ſacramẽtum nuptiarum commendatur fidelibus coniugatis. Vnde dicit Apoſtolus: Viri, diligite vxores veſtras, ſicut & Chriſtus dilexit Eccleſiam. Hæc Auguſtinus. Sed hic Lutherus nobis obiicit quòd in illo Pauli loco proximè citato non habetur Græcè ſacramentum, ſed myſterium: non debet ergo appellari ſacramentum ſed myſterium. O indiſſolubilẽ nodum. Si res conſtat, quid moratur vim in vna vocula facere? Si coniugium illud maris & fœminæ repræſentat coniugium Chriſti cum Eccleſia, ergo ſignum eſt alterius rei, modo id cõcedat, cùm nos illud tale appellemus ſacramentum, ſi ipſe appellare vult miſterium, parum intereſt, quoniam omnia ſacramenta ſunt myſteria quędam. In cuius rei teſtimonium efficaciſſimum eſt, id quod in verbis conſecrationis habetur, quibus tota Catholica Eccleſia vtitur ad conficiendum ex vino ſanguinem Chriſti. Nam in illis verbis, ipſum Euchariſtię ſacramentum apperlatur myſterium fidei. Quod non alia ratione dictum eſt, niſi quia idem credidit Eccleſia eſſe ſacramentum & myſterium. Malè ergo col-

Ephe. 5.

B

Cõcilium Conſtant.

C *Ambroſius.*

Auguſtinus.

D *Caluinus*

ligit Lutherus, matrimonium non esse sacramentum, per hoc quod Paulus de illo loquens vocauit illud mysterium: quoniam vt ostendimus, idem simul est sacramentum & mysterium. Secundò Luthetus argumentatur contra nos, sic inquiens. Deinde cum matrimonium fuerit ab initio mũdi, & apud infideles adhuc permaneat, mille subsunt rationes, vt sacramentum nouæ legis & solius Ecclesiæ possit dici. Non minus enim erant matrimonia patrum sancta quàm nostra, nec minus vera infidelium quàm fidelium, nec tamen in eis ponunt sacramentum. Hæc Lutherus. In quibus verbis duo manifestè falsa assumit, & ideo nõ est mirum, si malè colligat. Primò quidem falsum est, matrimonium sanctorum Patriarcharum non esse, nostro iudicio, sacramentũ: Omnes enim Theologi Catholici concordi sententia docent, matrimonium illorum sanctorum virorum, qui in lege naturæ aut Moysi vixerunt, fuisse verum sacramentum, quia cum illi Deo reuelante habuerint fidem Christi incarnandi, matrimonium illorum fuit signum coniunctionis illius qua Christus cum Ecclesia tanquã cum sponsa sua coniungendus erat, sicut matrimonium quod nunc cum fide Christi incarnati contrahitur, signum est illius coniunctionis, qua Christus iam coniunctus est cum Ecclesia. Deinde falsum est, matrimonia infidelium esse æqualia matrimoniis Christianorum, cum apud Gentiles matrimonia talia fuerint, vt apud multos eorum vix vllum fuerit verum rectumque matrimonium, sed potius prostibula & scorta. Nam Aristoteles in secundo Politicorum capite sexto, dicit fuisse olim apud Græcos consuetudinem emendi inuicem vxores. Et Cæsar in Commentariis libro quinto de bello Gallico de Britannorum moribus loquens, ait: Vxores habent deni, duo denique inter se communes, & maximè fratres cum fratribus, & parentes cum liberis. Sed qui sunt ex his nati, eorum habentur liberi, à quibus primùm virgines quæque ductæ sunt. Hæc Cæsar. Et pomponius Mela libro primo capite octauo, refert gentes quasdam in Aphrica, Augilas dictas, quorum fœminis solemne erat, vt nocte qua nubebant, paterent stupro omnium qui cum munere aliquo accessissent, & illa quæ cum pluribus concubuisset, maius decus conquirebat, & in posterum ad perpetuam pudicitiam seruãdam legibus seueriſſimis cogebatur. Plutarchus in vita Lycurgi refert, Lacedæmones suas vxores amicis suis communicasse. Dicit etiam licuisse apud illos probo cuiq; viro qui fœcundam aliquam pulchramque mulierem alteri nuptam admiraretur, marito illius suadere, vt cum ea ipse coiret, tanquam in solo fertili & pulchro, bonos filios saturus atque facturus. Solinus in suo libro de mirabilibus, cap. 43. aliud peius de Garamanticis Aethiopibus ait, cuius verba sunt hæc. Matrimonia priuati nesciunt, sed omnibus vulgo in venerem licet. Inde est quod filios matres tantum recognoscunt. Nam paterni nominis nulla reuerentia est. Quis enim verum patrem nouerit in hac luxuria incesti lasciuientis? Quapropter Garamantici Aethiopes inter omnes populos degeneres habentur, nec immeritò, quia afflicta castitatis disciplina successionis notitiam ritu improbo perdiderunt. Hactenus Solinus. De Scotis autem cùm infideles erant: Beatus Hieronymus libro secundo contra Iouinianum, hæc ait. Scotorum natio vxores proprias non habet, & quasi Platonis Politiam legerit, & Catonis sequatur exemplum nulla apud eos coniunx propria, sed vt cuiq; libitum fuerit, pecudum more lasciuiunt. Hæc Hieronymus. Et quoniam de Catone ille memoriam fecit, operæprecium erit audire quid de illo dicat Augustinus in libro de fide & operibus, cap. 7. In ciuitate Domini in monte sancto eius, hoc est, in Ecclesia, vbi nuptiarum non solum vinculum, verum etiam sacramentum ita commendatur, vt non liceat viro vxorem alteri tradere. Quod in republica tunc Romana non solùm minimè culpabiliter, verum etiam laudabiliter Cato fecisse perhibetur. Hæc Augustinus. De Platonis vero Politia cuius supra etiam meminit Hieronymus: Lactãtius libro tertio diuinatũ institutionum, capite .21. & .22. refert fuisse in illa omnia communia etiam vxores, ita vt ad eandem mulierem multi viri tanquã canes confluerent, & qui viribus vicisset, eam obtineret. Repudia etiam fuerunt apud infideles tam frequentia, vt in Romana republica, quæ aliis multo honestior fuit, liberum fuerit, vel pro leui causa vxores repudiare, & alias nouas ducere. Quis iam hæc omnia flagitia immo potius adulteria & scortationes audebit dicere fuisse vera matrimonia? Sed esto, cõiugia illorũ multa fuerint vera, & legitima matrimonia, non ideo consequẽs erat, vt illorum quodlibet fuerit verum sacramẽtum perinde ac matrimonium Christianorũ. Quoniam matrimonium infidelium, quamuis habeat vinculum indissolubile, non tamen verè repræsentat coniũctionẽ Christi & Ecclesiæ, quia tale matrimoninm est sine fide verbi incarnati & extra Ecclesiam Dei factum, & ob hanc causam non potest censeri esse verum sacramentum quemadmodum matrimonium Christianorũ. Nam omnes doctores Theologi Scholastici vno ore fatentur. Baptismum ita esse ianuam omnium sacramentorum, vt ante illum nullus possit verum aliquod susc ipere sacramentum. Quanquã Innocentius tertius in capitulo Gaudemus, de diuortiis, dicit apud iufideles esse sacramẽtum matrimonii. & beatus Augustinus, etiam dicit sacramentum coniugii omnibus gentibus commune esse, sanctitatem autem sacramenti non esse nisi in ciuitate Dei nostri. Sed hæc solum dicta sunt propter vinculum matrimonii indissolubile, quod ita bene est apud infideles sicut apud fideles, & hoc vinculũ matrimonii appellat Augustinus sacramentum matrimonii: sed non propterea quod sit verum signum verè repræsentans coniunctionem Christi & Ecclesiæ. Et eodem modo interpretãdus est Innocentius tertius in loco proximè citato, quia illic vt cõstat ex litera textus, nõ agebat de vera ratione sacramenti, sed solũ de vinculo illius indissolubili. Præter hæc Lutheri argumenta Caluinus obiicit nobis aliud argumẽtum multo ineptius & magis calumnioſum. Nam in illo suo libro de institutione Christiana, cap. 3. quod est de lege. §. 66. hæc ait. Matrimoniũ quod dominus noster sua prẽsentia sanctificauit, quod primo suo miraculo cohonestare dignatus est, pollutionẽ vocare audent tantũ vt qualẽcunq; cœlibatum miris encomiis tollãt. Hæc ille. Et in cap. 19. §. 18. iterũ ait. Est & altera in eorũ dogmatibus absurditas: in sacramẽto conferri gratiã Spiritus sancti affirmant, coitũ tradunt esse sacramentũ, in coitu negant vnquam Spiritum sanctũ adesse. Hæc Caluinus. Sed in his omnibus multa mẽdacia, & multæ calumniæ cõtra Scholasticos

Cæsar.

Põponius Mela.

Plutarchꝰ

Solinus.

Hieronymus.

D

A

B

laſticos Theologos. Nullus enim Theologus dixit matrimonium eſſe carnalem pollutionem: quia et ſi dicant copulam coniugatorum eſſe opus matrimonii, aut conſummationem quãdam matrimonii: non
C tamen dicunt, illam eſſe verum matrimonii ſacramentum, quia illa ſecluſa, ſi cætera neceſſaria adſunt, eſt verum ſacramentum. Eſto illa ſit ſacramẽtum, aut pars aliqua integri ſacramenti, nullus tamen illam verè matrimonii copulam auſus eſt vocare pollutionem aut immunditiam animæ. Benè quidem dici poteſt talis copula, quamuis ſine peccato fiat, corporis pollutio, quia per illam corpus polluitur, quamuis anima ſit munda. Propter hanc enim cauſam illa ſeminis humani effuſio quæ in ſomno contingere *Deut.23.*
ſolet, vocatur in ſacris literis nocturna pollutio, quamuis ſine peccato fiat. Propter hanc etiam cauſam Abdias Chriſti diſcipulus in libro quem de vitis Apoſtolorũ ædidit in libro ſeptimo, qui eſt de vita ſancti Matthæi, vocat matrimonium pollutionem, quia per illius copulam polluitur corpus. At quòd matrimonium ſit animæ pollutio, omnes noſtri Theologi negant, & meritò, quia Paulus dixit: Honorabile *Heb.13.*
connubium & thorus immaculatus. Si thorus eſt immaculatus, conſequens eſt, vt coitus ſit impollutus & ſine macula. Falſum eſt etiam, nos negare in coitu vnquam Spiritum ſanctum adeſſe. Nam ſi in coitu Spiritus ſanctus nunquam adeſſet, non eſſet honorabile connubium, quoniam ſine Spiritu ſancto, nihil eſt verè honorabile. Nos enim fatemur, illum qui vxori ſuæ copulatur non cauſa libidinis explendæ, ſed ſolum propter Deum vt reddat debitum vxori petenti, & vt prolem gignat ad Dei ſeruitium, Spiritum ſanctum habere, niſi aliquid aliud extraneum accedat quod præſentiam Spiritus ſancti impediat. Nam qui ſic illud facit, iuſtitiam operatur, & ideo augmentum gratiæ meretur: quoniam diligentibus Deum, *Roma.8.*
vt ait Paulus, omnia cooperantur in bonum. Quapropter beatus Ambroſius illum Pauli locum pertractans, vocat matrimonium vtroque nomine, videlicet nomine myſterii, & nomine ſacramenti, prout patuit ex verbis illius proximè citatis. Probauimus matrimonium eſſe ſacramentum. Superest vt probemus gratiam in eius contractu infundi, quoniam hoc etiam negat Lutherus. Vt autem hoc apertius oſtendamus, conuertamus oculos noſtros, & aſpiciamus huius ſacramenti initium, vnde videlicet ſum-
D pſit exordium, & quale. Deus enim huius ſacramenti inſtitutor cùm primos parentes coniugio innecteret, coniugium benedictione ſacrauit. Sic enim ait ſcriptura: Benedixit illis Deus, ac dixit: Creſcite & multiplicamini. Non eſt autem vero ſimile, vt cùm Deus homini benedictionem dedit, corporis præciſè habuerit reſpectum, quemadmodum in cæteris animantibus, animam autem rationis capacem benedictionis ſuæ reliquerit expertem. Quòd ſi cõcedat benedictionem illam pertingere vſque ad animam, oportet vt concedat etiam gratiam eſſe tunc animæ collatam, quoniam non alio modo noſtræ animæ benedicuntur ab illo, quàm per gratiæ ſuæ infuſionem. Sic enim benedicti ſunt ab illo qui ad regni æ- *Matt.25.*
terni gloriam percipiendam vocantur. Hanc etiam benedictionem petebat Propheta, dicens: Benedicat nos Deus Deus noſter, benedicat nos Deus. Si verò Lutherus concedat ex illa benedictione diuina *Pſal.66.*
impartitam eſſe à Deo primis parentibus gratiam, in aliis tamen neget ita fieri, hoc facilè reuincitur: quoniam qui primos parentes copulauit, ipſe idem eſt qui reliquos omnes matrimonio copulat: nec aliquis eſt coniugio ligatus, qui non à Deo ligatus ſit. Quos Deus (inquit Chriſtus) coniunxit, homo non *Matt.19.*
ſeparet. Si ipſe coniungit omnes, credendum eſt vt etiam omnes benedicat. Non eſt enim vero ſimile vt ſemper coniungat, & ſemel duntaxat benedicat, ſed quod toties benedicendi repetat gratiam, quoties iungendi officium reſumit. Præterea Apoſtolus Paulus in epiſtola ad Hebræos de nuptiis loquens, ſic ait: Honorabile connubium, & thorus immaculatus. Thorus macula carere non poſſet, ſi coniugium *Heb.13.*
careret gratia. Coniugium enim non haberet thorum immaculatum, ſi gratia quæ in coniugio infunditur, nõ verteret illud in bonum, quod aliàs eſſet peccatum. Quam rem miraculum in nuptiis operatum
A nos docet. Quid enim eſt aquam in nuptiis conuerti in vinum, niſi inſipidam concupiſcentiæ carnalis *Ioan.2.*
aquam per occultam Dei gratiam in optimi ſaporis vinum eſſe conuerſam? Rurſum: Poſt peccatum primorum parentum datum eſt matrimonium in remedium carnalis concupiſcentiæ, quod prius fuerat inſtitutum in officium: vt videlicet qui incontinens eſt, matrimonium contrahat, quo mediante exercere poſſit ſine peccato, quod aliàs ſine peccato facere nõ poſſet. Hoc ita eſſe Apoſtolus nos docet, qui malè continenti conſulit vt nubat, ne peccet, dicens: Melius eſt nubere quam vri. *1.Cor.7.*

Si ergo matrimonium datum eſt in remedium, quo pacto poſſet eſſe remedium carnalis concupiſcentiæ, ſi in eo non daretur gratia per quam minueretur illud carnalis concupiſcentiæ incendium? Certè per exercitium & vſum coniugii magis arderet flamma illa libidinis quàm extingueretur, quoniam etſi ad tempus ſit ſopitus ardor & impotentia virtutis corporeæ, cùm tamen vires reſumit corpus, tunc intenſior ardor apparet, velut prunæ quæ intra cineres latent. Eſt ergo neceſſarium fateri virtute huius ſacramenti cõferri gratiam iis qui recto animo nuptiarum fœdera iungunt, vt per gratiam in illo ſacramento collatam melius contineant, qui aliàs vix continere poſſent. Nam aliàs non eſſet in remedium, ſed potius ad incendium carnalis concupiſcentiæ. Accedit ad hæc vſus Eccleſiæ, quo ſuſcepturi hoc ſacramentum, præcipiuntur quatenus animas ſuas mundent per peccatorum confeſsionem, vt ſic mundati, parati ſint ad gratiam recipiendam quæ in illo ſacramento infunditur. Nam aliàs ſi nulla ibi gratia infunderetur, non erat opus vllam peccatorum confeſſionem facere. Satis de hac re me dixiſſe arbitror pro breuitate quam promiſimus, & opus ipſum exigit. Qui plura noſſe cupit, legat aſſertionem ſacramentorum quæ ſub titulo regis Angliæ circumfertur, & defenſionem eiuſdem tractatus, quam fecit Ioannes Roffenſis epiſcopus.

B QVarta hæreſis docet, licitum eſſe cuilibet viro duas vxores matrimonio ſibi copulatas ſimul habere. Huius hæreſis primi autores ſunt hoc noſtro ſeculo impii Anabaptiſtæ, niſi fortè quis vellet ad hanc hæreſim reducere errorem Adamitarum, qui, vt ſuprà in titulo de coitu docuimus, connubia promiſcua licita eſſe dixerunt. Sed certè ex illis quæ Æneas Syluius, in libro de origine Bohemorum,

de huiuſmodi Adamitis refert,non poteſt colligi,illos cenſuiſſe talia promiſcua connubia eſſe vera matrimonia.Si hoc illi cenſuerunt,apertè conuincitur inde illos ſenſiſſe non ſolùm licere cuilibet duas habere vxores, ſed quotquot voluerit. Si verò illi non hac intentione permiſerint promiſcua connubia, vt putarent illa eſſe vera matrimonia, neſcio qua ratione poſsit tribui illis hæc hæreſis de pluralitate vxorum. Et quia hoc mihi de illis non conſtat, ideo dixi Anabaptiſtas eſſe primos huius hæreſis authores, quanquam hi etiam permittunt promiſcua cõnubia,quemadmodum Adamiani, non tamen dicunt talia connubia eſſe vera matrimonia, ſed ſolas permiſsiones propter feruentem libidinis ardorem. Thomas de Vio cardinalis,Caietanus vulgo nominatus,quamuis non concedit vxorum pluralitatem eſſe licitam,dicit tamen legem de vnitate vxoris non eſſe in ſacris literis ſcriptam, & addit hanc eſſe Theologorum ſententiam.Ne quis autem putet me falſò hoc tribuere Caietano,verba illius referam,quæ ille in commentariis ſuper decimum caput Marci ſcripſit. In illo ſiquidem loco poſtquam dixerat matrimonii vinculum per vxoris adulterium diſſolui, de qua re inferius in proximè ſequenti hæreſi diſputabimus,hæc quæ ſequuntur verba ſubnectit.Hic apparet planus literæ ſenſus,quem ideo exactè explicauerim,vt intelligatur verum eſſe quod Theologi dicunt,ſcilicet legem de vnitate vxoris nullibi in canonicis libris eſſe ſcriptam.Hæc Caietanus. Vidi ego aliquos viros doctos,qui ex his Caietani verbis colligebant illum ſentire legem de vnitate vxoris non eſſe diuinam,ſed tantum humanam,propterea quòd dixit, nullibi illam in ſacris libris eſſe ſcriptam, & inde deducere conabantur illum ſentire, Papam poſſe diſpenſare in lege de vnitate vxoris. Ego tamen non poſſum ex illa litera colligere Caietanum in illa fuiſſe ſententia,vt dixerit legem de vnitate vxoris eſſe tantum humanam, & non diuinam. Nam ex hoc quòd lex aliqua non ſit in libris canonicis ſcripta, non ſequitur illam non eſſe diuinam.

Caietan⁹. C

Sunt enim multæ leges diuinæ,vt libro primo,capite quinto probauimus,quæ non ſunt in ſacris codicibus ſcriptæ,ſed ſolo verbo per traditiones in Eccleſia ſeruatæ. Sunt etiam aliæ multæ leges iuris naturalis,quamuis non ex primis illius principiis quæ etiam meritò diuinę leges dicuntur,nec tamen ſunt in libris ſacris apertè ſcriptæ. Et potuit eſſe vt Caietanus ſenſiſſet, legem de vnitate vxoris eſſe vnam ex iſtis, ita vt crediderit legem illam eſſe iuris naturalis, & per conſequens diuinam, non tamen eſſe in ſacris codicibus ſcriptam. Vt autem ita Caietanum ſenſiſſe credatur, non leuis eſt ſuſpicio. Nam beatus Thomas, in cuius verba ille iuraſſe videtur, hanc eandem docet ſententiam. Nam in. 4. ſententiarum, diſtinct.33.articulo.1.quæſtione.2.vbi quærit,an fuerit aliquando licitum habere plures vxores.Per hæc verba reſpondit:Lex de vnitate vxoris non eſt humanitus,ſed diuinitus inſtituta,nec vnquam verbo aut literis tradita,ſed cordi impreſſa.Hæc ſanctus Thomas. Quæ verba ferè ſunt eadem illa quæ Caietanus dixit,& ſuſpicio eſt illum inde ſumpſiſſe.Hęc in gratiam Caietani dicere volui,vt illum à ſuſpicione erroris,quam aliqui illi inurere nituntur, liberarem ſi poſſem. Sed reperio alia eiuſdem Caietani verba apud. 19. Matthæi caput, quæ me in aliam ſententiam trahunt vt vehementer ſuſpicer illum ſenſiſſe, legem de vnitate vxoris non eſſe diuinam. Vt autem intelligat lector, non leuem eſſe meam in hac parte ſuſpicionem,verba eiuſdem Caietani inferius citabo. Si hoc ſentit Caietanus prout verba illius indicãt, bis in hac parte errat.Primò quum dicit legem illam non reperiri in canonicis ſcripturis.Deinde quum dicit,hanc eſſe Theologorum ſententiam.Quamuis igitur Caietanus differat ab Anabaptiſtis, per hoc quod ille non dicit eſſe licitam vxorum pluralitatem, prout illi dicunt, hoc tamen inter eum & Anabaptiſtas conuenit, quòd vtrique negant, legem de vnitate vxoris eſſe in libris canonicis ſcriptam,& ideo pro hac re eos ſimul eodem gladio ferire oportet. Sed prius contra impios Anabaptiſtas probabo, non eſſe licitam vxorum pluralitatem, deinde contra Caietanum : & illos oſtendam apertiſſimis teſtimoniis legem de vnitate vxoris eſſe in libris canonicis ſcriptam. Quod nulli viro liceat viuente vxore ſua aliam ducere vxorem, apertiſſimè conuincitur per hoc quòd vir ille cum ſecunda muliere contrahens, nihil illi tradit: vnde ſequitur, vt nec mulier illi aliquid tradat, & per conſequens vt nullus in hac re ſit inter illos contractus,nullumque matrimonium.Nam in omni matrimonio,interuenit quidam contractus, quo ſua corpora ad actum generationis permutant, quum vterque alteri ſui corporis poteſtatem tribuit. Mulier ſiquidem quando viro nubit, non tradit illi gratis ſui corporis poteſtatem, ſed propter æqualem compenſationem : quia videlicet ille tradit etiam ſui corporis poteſtatem mulieri. D

Et propter hanc cauſam, hic matrimonii conttactus vocari ſolet à iuriſperitis & Theologis, do vt des,vel do ſi des. Quia nullus coniugum donat liberaliter ſui corporis poteſtatem alteri,ſed ſolùm cum conditione retributionis. Hunc contractum mutuæ donationis corporum inter coniuges initum apertè docet Paulus in ptiore ad Corinthios epiſtola, ſic inquiens: Mulier ſui corporis poteſtatem non haber,ſed vir. Similiter autem & vir ſui corporis poteſtatem non haber, ſed mulier. Hanc autem poteſtatem ſupra corpus mulieris,non aliunde habet vir niſi ex donatione mulieris, & mulier non habet poteſtatem ſupra corpus viri, niſi ex donatione viri. Eſt ergo inter coniuges mutua ſuorum corporum donatio,& per conſequens manifeſtus contractus.Ex his omnibus manifeſtè conuincitur virum qui priore vxore viuente contrahit cum ſecunda,nullam ſui corporis poteſtatem illi ſecundæ dare:quia quando cùm priore vxore contraxit, nullam apud ſe retinuit ſui corporis poteſtatem.Non potuit ergo ſecundæ dare,quod iam non habebat: quia nemo poteſt dare quod non habet. Si ille non poteſt viuente prima vxore, poteſtatem ſui corporis tradere alteri mulieri, ergo nec poteſt ab alia muliere poteſtatem corporis illius recipere, quia illa, vt diximus, non poteſt ſui corporis poteſtatem gratis & liberaliter viro tradere, ſed ſolùm commutando illam pro poteſtate corporis viri. Si illi duo non poſſunt ſuorum corporum poteſtates commutare, ergo nec poſſunt inter ſe matrimonium contrahere. Fortè aliquis reſpondebit concedens, virum tradidiſſe ſui corporis poteſtatem primæ vxori, non tamen plenam & integram, ſed aliquam ſibi ſeruaſſe, quam poſtea tradere poſſet ſecundæ. Verùm hæc reſponſio facil-

1.Cor.7. A

limè con-

limè conuincitur per id quod Paulus ait : Vir non habet poteſtatem ſui corporis, ſed mulier. Non fuit contentus Paulus dicere, mulierem habere poteſtatem corporis viri, ſed dicere voluit, virum non habere poteſtatem ſui corporis, vt planè oſtenderet illum in hac re nihil ſibi ſeruaſſe, quod poſſet alteri mulieri tradere. Prætereà, ſi vir cum prima vxore contrahens aliquam ſui corporis poteſtatem apud ſe retinuit, vt illam alteri poſſet dare, hunc apertè conſtabit illum, neque cum prima neque cum ſecunda verum contrahere matrimonium : quia cùm neutra illarum æqualem facit ſui corporis commutationem, cùm non tantam ſui corporis poteſtatem illi tribuat, quantam ab illa recipit. Nam mulier cum non poſſit vt ipſi Anabaptiſtæ fatentur, duos viros ſimul habere, integram ſemper ſui corporis poteſtatem tri- 1. *Cor.* 7.
B buit viro cui nubit, ergo vir cum illa contrahens, integram etiam ſui corporis poteſtatem tenetur illi reddere : quia Paulus de viri & vxoris poteſtatibus loquens pares in hac parte illos fecit. Et certè ſi vir non tantam ſui corporis poteſtatem vxori daret, quantam ab illa recipit iniuſtus eſſet talis contractus, & lege diuina prohibitus. Nam Paulus Theſſalonicenſibus ſcribens, ait : Ne quis ſupergrediatur, neque 1. *Theſ.* 4.
circunueniat in negotio fratrem, quoniam vindex eſt Dominus de his omnibus, ſicut prædiximus vobis, & teſtificati ſumus. Supergredi, vt hoc loco docet Anſelmus, eſt aliquid plus accipere in negotio, quàm dare. Circunuenire autem eſt, per dolum aut fraudem, alium in negocio aliquo decipere. Vtrunque horum eſſe peccatum ſatis apertè docuit Paulus per id quod ſtatim addidit : Quoniam vindex eſt Dominus de his omnibus. Nunquam autem Dominus de homine vindictam ſumit niſi propter peccatum. Hinc ergo apertiſſimè colligitur, virum qui viuente prima vxore contrahit cum ſecunda, ſupergredi in negocio matrimonialis contractus illam ſecundam, quia non tantum illi reddit, quantum ab illa capere nititur. Si verò cum prima, hoc animo contraxit, vt non integram ſui corporis poteſtatem reddere voluerit, ſed aliquam ſibi ſeruauerit, quam alteri tradere poſſet, tunc non ſolùm ſupergreſſus eſt primam, ſed etiam circunuenit illam, quia nec tantam ſui corporis poteſtatem dedit mulieri, quantam illa ſui corporis dedit illi : neque tantam dedit quantam illa ſperauit & quantam iuſtè potuit credere ſi-
C bi fore à viro reddendam. Et inde conuincitur cum nulla illarum verum contraxiſſe matrimonium. Rurſum : Si vir prima vxore viuente poteſt adhuc ducere ſecundam, pari ratione viuentibus duabus poterit ſuperinducere tertiam, & quartam, & quintam, & deinceps quotquot alere potuerit. Si hoc Anabaptiſtæ concedere non verentur, hoc ipſo oſtendent ſe potius Mahometicos eſſe quàm Chriſtianos, & concedent, virum minimam ſui corporis poteſtatem poſſe tradere vnicuilibet mulieri, cùm tamen quælibet illarum integram ſui corporis poteſtatem tradat illi. Deinde, ſtatuamus vt omnes illæ vxores ſimul petant debitum coniugale ab illo viro, quæro ab Anabaptiſtis vt dicant cui illarum tenebitur vir reddere debitum. Aut omnibus obligatur reddere, aut nulli, quia non maiori ratione tenetur vni, quam alteri. Omnibus autem ſimul non tenetur quia omnibus ſimul reddere non poteſt, ergo nulli tunc tenetur, & inde ſequitur vt nulla illarum tunc habeat poteſtatem corporis illius viri, & per conſequens nulla illarum ſit vera vxor. Accedit ad hæc omnia quòd illa vxorum pluralitas eſſet maximus fomes diſcordiæ, quia multarum rixarum & contentionum perpetuam præberet occaſionem. Quælibet enim illarum, vt virum ſibi magis propitium, & ardentiorem ſui amatorem faceret, ſemper procuraret illum alteri vxori reddere inuiſum & infeſtum. Et huius rei apertiſſimum nobis teſtimonium præbent vxores Iacob, Lia & Rachel, quæ etſi ſorores erant, & ideo ſe magis diligere debebant, vitio tamen Zelotipiæ inter ſe rixabantur. At cùm Deus nihil nobis magis commendauerit quam pacem, & propter meliorem illius obſeruationem, omnes belli & diſcordiæ occaſiones ſuſtulerit, conſequens eſt vt ipſam etiam vxorum pluralitatem prohibuerit, quia illa perpetuam facilè poteſt præbere diſcordiæ occaſionem. Omiſſis his omnibus argumentis quæ apertiſſimè conuincunt contra Anabaptiſtas vxorum pluralitatem non eſſe licitam, opus eſt vt iam probem legem de vnitate vxoris eſſe in libris canonicis ſcriptam. Lex de vnitate vxoris eſt apertiſſima in illis verbis, quæ formata Eua, Deus per os Adæ dixit : Pro-
D pter hoc relinquet homo patrem & matrem, & adhærebit homo vxori ſuæ, & erunt duo in carne vna. *Gen.* 2.
In quibus verbis id annotare oportet, quod non dixit, adhærebit vxoribus ſuis, ſed adhærebit vxori ſuæ, neque dicit : Erunt tres, aut quatuor aut plures in carne vna, ſed dixit : Erunt duo in carne vna. Quibus verbis apertè oſtendit Deus, ſancitum eſſe ab eo, vt vnus vir vnam, & non plures ſimul habeat vxores. Quod autem illa ſint verba Dei, & non Adæ, ipſe Saluator noſter apertè docet apud Matthæum, vbi Phariſæis petentibus ſi liceret homini dimittere vxorem ſuam quacunque ex cauſa, reſpondit : Non legiſtis quia qui fecit ab initio maſculum & fœminam fecit eos, & dixit : Propter hoc dimittet homo pa- *Matt.* 19.
trem & matrem, & adhærebit vxori ſuæ, & erunt duo in carne vna. Hæc verba dicta à Deo & per os Adæ, tanquam per os præconis diuini proclamata, legem apertiſſimam de vnitate vxoris declarant. Et in hunc ſenſum Saluator noſter illa citauit contra Phariſæos, volens ex illis probare, vt ex contextu literæ conſtat, non licere viro, prima vxore viuente alteram ducere, neque primam dimittere. Sed quia Caietanus, prædictis verbis vim facere nititur, vt illa in alienum ſenſum, & à litera longiſsimè diſtantem detorqueat, volo probare teſtimoniis ſanctorum patrum, verum illorum verborum ſenſum eſſe illum quem nos proxime dedimus.

Hieronymus in commentariis ſuper Matthæum interpretans illa prædicta Saluatoris noſtri verba, ait : Hoc in exordio Geneſis ſcriptum eſt. Dicendo autem, Maſculum & fœminam, oſtendit ſecunda *Hieron.*
A vitanda coniugia. Non enim ait : Maſculum & fœminas, quod ex priorum repudio quærebatur : ſed maſculum & fœminam, vt vnius coniugis conſortia necterentur. Et dixit : Propter hoc relinquet homo patrem & matrem, & adhærebit vxori ſuæ. Similiter ait : Adhærebit vxori ſuæ, non vxoribus. Et erunt duo in carne vna : Præmium nuptiarum, è duobus vnam carnem fieri. Caſtitas iuncta ſpiritui vnus efficitur ſpiritus. Hæc Hieronymus. Et eandem ſententiam iterũ docet libro primo contra Iouinianum,

ſic inquiens: Vna coſta principio in vnam mulierem verſa eſt. Et erunt, inquit, duo in carne vna. Non dixit tres neque quatuor. Alioqui non duo, ſed plures. Primus Lamech ſanguinarius & homicida vnam carnem in duas diuiſit vxores: fratricidium & bigamiam eadem cataclyſmi pœna deleuit: Hactenus Hieronymus. Eundem ſenſum reddit illis Chriſti verbis Chryſoſtomus, qui homilia. 63. ſuper Matthæum, hæc ait: Conſiderandum autem eſt, quia non authoritate ſolùm ſcripturæ, verum etiam rerum dignitate ſententiam ſuam corroborat. Non enim dixit, quia virum & mulierem vnam ſolummodo fecit, verumetiam quia iuſſit, vt vnus vni coniungatur. Nam ſi voluiſſet alteram etiam conduci vxorem, vni viro creato multas conformaſſet mulieres: nunc verò vt creationis & ſanctionis modo, vnam vni perpetuò coniungi & nunquam reſcindi oportere docuit. Audi quomodo dicit. Qui fecit à principio, maſculum & fœminam fecit eos. Ex vna radice germinarunt, & in vnum corpus conuenerunt. Erunt enim duo in carne vna. Hæc Chryſoſtomus. In quibus verbis id potiſſimum eſt aduertendum quod ait, Deum per illa verba iuſsiſſe, vt vnus vni coniungatur. Et inde conſtat illum ſentire per verba illa traditam eſſe legem de vnitate vxoris. Chryſoſtomo concinit Theophylactus, qui in commentariis ſuper Matthæum prædicta Chriſti verba declarans, hæc ait: oſtendit opus & legiſlationem eius qui nos à principio formauit, eſſe monogamiam. Ab initio enim vnum coniunxit Deus vni: atque ita non oportet vnum virum coniungi multis, neque mulierem vnam viris multis, ſed eos ſicut ab initio coniuncti fuerunt, manere, neque abſque cauſa cohabitationem diuellere. Non dixit autem: Ego feci maſculum & fœminam, ne plus eos exaſperet, ſed is qui fecit, indiffinitè, atque ita dicit, maximæ curæ fuiſſe Deo coniugii bonum. Vnde permiſit etiam parentes dimitti, & viris adhærere. Quomodo autem in Geneſi ſcriptum eſt, Adam dixit: Propterea deſeret, ac cætera? Dicimus igitur, quod id quod Adam dixit, ex Deo dixit: atque ita ſermo Adæ, Dei eſt. Hæc Theophylactus. In quibus verbis etiam annotare oportet, id quod in principio dixit, videlicet Chriſtum ſuis verbis oſtendiſſe, Deum qui nos à principio formauit, dediſſe legem de monogamia. Et Innocentius papa huius nominis tertius interrogatus ab epiſcopo Tiberiadenſi, an pagani poſtquam ſunt ad fidem Chriſti conuerſi, poſsint retinere omnes vxores quas in paganiſmo habebant, reſpondit illi per hæc verba. Verùm abſonum hoc videtur, & inimicum fidei Chriſtianæ, cùm ab initio vna coſta in vnam fœminam ſit conuerſa, & ſcriptura diuina teſtetur, quòd propter hoc relinquet homo patrem & matrem, & adhærebit vxori ſuæ, & erunt duo in carne vna. Non dixit tres vel plures, ſed duo. Nec dixit, adhærebit vxoribus, ſed vxori. Et aliquibus interpoſitis, eandem ſententiam alio teſtimonio probat, ſic inquiens: Sanè veridica hæc ſententia probatur etiam de teſtimonio veritatis teſtantis in Euangelio. Quicunque dimiſerit vxorem ſuam ob fornicationem, & aliam duxerit, mœchatur. Si ergo vxore dimiſſa, duci alia de iure non poteſt, fortius & ipſa retenta. Per quod euidèter apparet pluralitatem in vtroque ſexu, cùm non ad imparia iudicentur, circa matrimonium reprobandum. Hæc Innocentius, & habentur in capite, Gaudemus, de diuortiis. Sed hoc vltimum argumentum, quod ex teſtimonio Chriſti Innocentius formauit: Caietanus ipſe parui momenti eſſe putat, propterea quod ille, vt in proximè ſequenti hæreſi dicemus, docet, virum qui vxorem adulteram dimiſit poſſe alteram ducere vxorem. Negat igitur Caietanus antecedens illius argumentationis quam Innocentius formauit dicens: Si ergo vxore dimiſſa duci alia de iure non poteſt, fortius & ipſa retenta. Et ne quis ſuſpicetur me falſò tribuere Caietano, quod ille nihili fecerit prædictum Innocentii argumentum, verba eiuſdem Caietani referam, quæ ille in commentariis ſuper. 19. caput Matthæi dicit, & ſunt quæ ſequuntur. Aduerte quod hinc Innocentius tertius extra de diuortiis, capite Gaudemus, accipit, quod non licet habere plures vxores. Nam ſi liceret habere plures vxores, qui dimiſſa fornicaria acciperet aliam, non mœcharetur, ſed coniugio cum ſecunda vteretur, in textu autem dicitur quod mœchatur. Et niſi Marcus appoſuiſſet in eam, ſcrupulo careret argumentum Innocentii. Hæc Caietanus: In quibus verbis apertè docet argumentum Innocentii eſſe inualidum. Et in illis verbis, vt mihi videtur, apertiſsimè oſtendit Caietanus ſe ſentire, non eſſe lege diuina prohibitum, duas ſimul habere vxores. Sunt adhuc alia ſcripturæ ſacræ teſtimonia ad reprobandam pluralitatem vxorum, præter illa quæ Innocentius tertius in illo capite Gaudemus, citat. Nam illud eſt manifeſtum quod Paulus in priore ad Corinthios epiſtola ait: Vnuſquiſque ſuam vxorem habeat propter fornicationem, & vnaquæque ſuum virum. In quibus verbis duo annotanda ſunt. Primum eſt, quod vnicuique vnam tantum concedit vxorem, non plures. Suam enim dixit, non ſuas. Alterum eſt quod dicit propriam vxorem, & proprium aut ſuum virum. Nihil autem poteſt verè eſſe proprium alicui, niſi ille ſingularem & nulli alteri communem in ea re habuerit poſſeſsionem, quia ſi multi illam poſsident, neutri erit propria. Et inde apertiſsimè conuincitur, vt ſi vir habeat plures vxores, nulla illarum proprium habeat virum. Paulus tamen dicit quòd vnaquæque ſuum habeat virum. Præterea Chriſtus vnam tantum habet ſponſam, videlicet Eccleſiam, ergo nemini licet duas ſimul habere vxores. Collectio iſta inde conſtat eſſe bona, quia matrimonium ſacramentum eſt, ſignificans coniunctionem Chriſti cum Eccleſia, quod (vt credo) Caietanus ipſe non negabit, oportet igitur vt ſignum ſit conforme ſignato, & ſic neceſſe erit virum vnam tantum habere vxorem, prout Chriſtus vnam habet ſponſam, videlicet Eccleſiam. His omnibus bene conſideratis non poſſum non mirari, quòd Caietanus auſus ſit dicere, legem de vnitate vxoris non eſſe in libris canonicis ſcriptam, cùm Chriſtus Saluator noſter (prout verba illius Hieronymus, Chryſoſtomus, Theophylactus, & Innocentius interpretantur) apertiſsimè docuerit, legem illam à principio conditionis humanæ datam à Deo fuiſſe, & in libro Geneſis ſcriptam. Deinde, multo magis miror quod dicat, hanc eſſe omnium Theologorum ſententiam. Nunquid fortè cenſet Hieronymum, Chryſoſtomum, Theophylactum, & Innocentium non fuiſſe Theologos? Si hos omnes extra Theologorum familiam relegare contendit, neſcio quos verius poſſit appel-

Chryſoſt. *Theophy.* *Innocentius.3.* *Caietan°.* 1.Cor.7.

sit appellare Theologos. Suspicor tamẽ illum nomine Theologorum solos scholasticos intellexisse. Sed quamuis de illis solis fuerit locutus, falsum erit quod dixit, illos asserere legem de vnitate vxoris non esse in libris canonicis scriptam. Nam vt à primo illorum duce exordiar, Petrus Lombardus qui magistri sententiarum nomen obtinuit, in quarto libro Sententiarum, distinctione trigesima tertia apertissimè docet pluralitatem vxorum esse lege diuina prohibitam, & pro hac sententia citat illa verba Geneseos: Adhærebit homo vxori suæ, & erunt duo in carne vna. Sanctus Bonauentura in. 4. sententiarũ in eadem distinctione. 33. quæst. 2. quærens an sit contra legem naturæ quòd vnus habeat plures vxores, respondet per hæc verba: Si ius naturale dicatur quod in Lege & in Euangelio scribitur, sic ius naturale est quòd sit vna vnius. Et erunt, inquit, duo in carne vna, tam in veteri quàm in nouo testamento. Hæc ille. Idem prorsus asserit Richardus de media villa, in. 4. sententiarum, eadem dist. 33. quæst. 1. Potuissem plures scholasticos Theologos pro hac sententia citare, sed prudens omitto causa prolixitatis vitandæ, quia hi satis sunt ad conuincendum non esse verum quod Caietanus ait, Theologos dicere legem de vnitate vxoris non esse in libris canonicis scriptam. Quod autem beatus Thomas dixit, legem de vnitate vxoris quamuis fuerit diuinitus instituta non tamen esse verbo aut literis traditam, sed cordi impressam: credo illum propterea illud dixisse, quòd talis lex non est aperta & manifesta verborum forma, prout legem decet, in sacris literis positá: quod verissimum esse credo. Nunquam enim in sacris literis habentur hæc propria aut alia tam aperta verba. Nullus vir possit habere plures vxores. Sed hæc sententia colligitur ex aliis sacræ scripturæ verbis. Vt autem aliquid verè dicatur lex, oportet apertè declarari & non sub inuolucris. Superest iam vt respondeamus argumentis quæ nobis obiiciunt Anabaptistæ, ad probandum licitam esse pluralitatem vxorum. Obiiciunt enim nobis exempla sanctorum Patrum quorum aliqui videlicet Abraham, & Iacob plures vxores habuerunt. Fatemur quidem viros illos, plures quàm vnam simul habuisse vxores, sed huic obiectioni, optime respondet beatus Augustinus, nec ego aliud respondere decreui, nisi id solum quod ille respondet in libro de bono coniugali capite. 13. sic inquiens. Illis temporibus quum adhuc propheticis sacramentis salutis nostræ mysterium velabatur, etiam qui ante nuptias tales erant, officio propagandi, nuptias copulabant. Non victi libidine, sed ducti pietate, quibus si optio talis daretur, qualis reuelato nouo testamento data est, dicente Domino, Qui potest capere capiat, non eos dubitat etiam suscepturos fuisse, qui diligenter intentus legit quomodo coniugibus vtebantur, cum & plures habere vni viro licebat: quas castius habebant quàm nunc vnam quilibet istorum, quibus videmus quid secundum veniam concedat Apostolus. Habebant enim eas in opere generandi, non in morbo desiderii sicut gentes quæ ignorant Deum. Hæc Augustinus. Et capi. 15. iterum apertius pro illis patriarchis respondet, sic inquiens. Non est enim nunc propagandi necessitas quę tunc fuerat, quando & parentibus coniugibus alias propter copiosiorem posteritatem superducere licebat, quod nunc certè non licet. Nam tãtum affert opportunitatis ad aliquod iuste agendum siue non agendum, temporum secreta distinctio, vt nunc melius faciat, qui nec vnam duxerit, nisi se continere non possit. Tunc autem etiam plures inculpabiliter ducebant, & qui se multo facilius continere possent, nisi aliud pietas illo tempore postularet: Hactenus Augustinus, qui apertè docet aliam valde diuersam esse hoc tempore sub nouo testamento matrimonii rationem, & longe aliam in tempore præterito quando vetus testamentum plenam habebat virtutem & efficaciam. Nam sicut pro varietate temporum statuta etiam humana variantur, ita Deus pro varietate temporum, varias condidit leges, & varias etiam eiusdem legis fecit dispensationes. Ab initio enim mundi (vt Saluator noster ait) masculum & fœminam fecit eos Deus, & matrimonium inter solos duos constituit, vt essent tantum duo, & non plures, in carne vna. Et si illi primi parẽtes in iustitia perseuerassent, semper in toto temporis successu matrimonium inter duos tantum, prout à principio cõditum erat, celebraretur. At cùm postea hominum malitia adeò creuisset vt ferè omnes idolis seruirent & falsos deos colerent, paucissimis in cultu Dei permanentibus, decreuit Deus viros seruos suos pluribus fœminis per matrimonium copulare, vt cultores veri Dei multiplicarentur, & sic Angelorum ruinæ citius repararentur. Benignè igitur in hac dispensatione fecit Deus in bona voluntate sua cum humano genere, vt sic citò ex hominibus tanquam ex viuis lapidibus reædificaret muros cœlestis Hierusalem, qui peccantibus angelis rupti fuerant. Innocentius tertius in illo cap. Gaudemus, de diuortiis dicit illos sanctos patriarchas plures accepisse vxores propter reuelationem diuinam de hoc illis factam.

Petrus Lõbardus. *S. Bonauẽtura.* *Richard⁹ de media villa.* *Augusti.*

Secundò nobis obiiciunt Anabaptistæ, & posset etiam pro se obiicere Caieranus, id quod Augustinus in libro de virginibus ait. Antiquis iustis non fuit peccatum, quòd pluribus fœminis vtebantur, nec contra naturam hoc faciebant, cum non lasciuiendi causa, sed gignendi hoc facerent: nec contra morem, quia eo tempore ea fiebant, nec contra præceptum, quia nulla lege erat prohibitum. Hæc August. Ex quibus duo sunt quæ contra nos militare videntur. Primùm est quòd tunc fuit mos plures habendi vxores. Alterum est quòd mos ille nulla erat lege prohibitus. Sed his duobus respondeo, prout sanctus Bonauentura in loco proximè citato respondet, quòd mos ille tunc erat non sola hominum, sed etiam Dei sententia & dispensatione approbatus. Quod autem Augustinus ait morem illum non fuisse lege aliqua prohibitum, sanctus Bonauẽtura interpretatur, de lege scripta. Et rectè quidem ita interpretatur, quia ante legem Moysi fuerunt illi patres qui ex dispensatione plures simul habuerunt vxores, eo scilicet tempore, quo nulla erat scripta diuina lex.

Tertiò potest obiici contra hanc nostram & Catholicam sententiam de vnitate vxoris, quòd in lege Mosaica fuit non solùm aliquibus particularibus personis, sed omnibus concessum duas simul habere vxores. Nam Moyses in Deuteronomio dixit. Si habuerit homo vxores duas, vnam dilectam & alteram odiosam, genueritque ex eis liberos, & fuerit filius odiosæ primogenitus, volueritque substantiam

Deut. 21.

inter filios diuidere, non poterit filium dilectæ facere primogenitum & præferre filio odioſæ, ſed filium odioſæ agnoſcet primogenitum, dabitque ei de his quæ habuerit cuncta duplicia. In quibus verbis lex apertiſſimè præſupponit virum poſſe duas ſimul habere vxores: quia ſi hoc non eſſet homini conceſſum, lex nihil ſtatuiſſet de filiis duarum vxorum: quia tunc altera earum non eſſet vera vxor. Huic argumento reſpondeo, quòd ſi bene aſpiciantur verba prædictæ legis apertè cognoſcitur nihil prorſus illam contra nos dicere. Non enim vtitur lex illa, verbo præſentis temporis, ſic dicens: Si habet homo vxores duas: ſed vtitur verbo præteriti temporis, ſic dicens. Si habuerit homo vxores duas. Ex quo verborum tenore ſolùm colligitur poſſe hominem duas ſucceſſiue habere vxores, non tamen ambas ſimul. Conceſſerat quidem lex homini, vt poſſet dare libellum repudii vxori, quam habuiſſet exoſam, & alterā ducere. Ne autem vir odium, quod contra priorem vxorem conceperat, deriuaret etiam ad filium illius, ita vt illum primogenitura priuaret, lex prędicta ſtatuit primogenituram forè ſemper firmam penes filium prioris relictæ. Loquitur igitur lex de duabus vxoribus, quas ſucceſſiue vir habuit, non autem de duabus ſimul retentis: quia hoc nunquam lex conceſsit.

Montan⁹. QVinta hæreſis eſt quæ docet nuptiarum fœdus & vinculum poſſe pro coniugum arbitrio diſſolui. Huius hęreſis autor fuit Montanus, à quo orti Cataphryges, quanquam Auguſtinus de Cataphrygibus loquens, quo loco de hoc Montano diſſerit, nihil tale illi impingit: nec Philaſter hunc errorem tribuit Montano, ſed Euſebius in libro quinto hiſtoriæ Eccleſiaſticæ, capite decimooctauo refert Montanum ita ſenſiſſe. Hunc eundem errorem tuentur Græci & Armeni, ſi Guidoni Carmelitæ credimus, qui in ſuo libro de hæreſibus, hunc inter illorum errores recenſet. Eundem errorem videtur docuiſſe Priſcillianus, quoniam ad hunc ſenſum propius accedunt quæ de illo refert beatus Auguſtinus in libro de hæreſibus. Pſeudoapoſtoli docuerunt viros, vt relictis vxoribus, & vxores relictis viris ad ipſorum ſectam & ordinem tranſirent, dicentes coniugia poſſe diſſolui pro illorum ſecta ſuſcipienda & tuenda. Ita enim de Pſeudoapoſtolis ſcribit Nicolaus Eimerici: Guido tamen huius erroris non meminit etiam cùm Pſeudoapoſtolorum errores recenſet. Poſt iſtos omnes hoc noſtro ſeculo ſurrexerunt quidam ſuæ prudentiæ inniteńtes, & volentes ſapere pluſquam oportet, qui etſi non concedunt matrimonium pro coniugum arbitrio poſſe diſſolui, dicunt tamen propter adulterium vinculum matrimonii ſic diſſolui, vt ex lege diuina liberum ſit viro innocenti illam prorſus relinquere, & aliam vxorem ducere. Hanc ſen- *Eraſmus.* tentiam docet Eraſmus Rotherodamus in annotationibus ſuper nouum teſtamentum in ſeptimo capite prioris epiſtolæ ad Corinthios, vbi modum & limites annotationis excedens, ſatis prolixam facit de hac re diſputationem, & dicit ex lege tantùm humana & non diuina, prohibitum eſſe viro innocenti, cuius vxor adulterium commiſit, ne alteram poſſit ducere vxorem, quamuis poſſit adulteram à thoro ſuo, & ſuo domicilio repellere. Dicit enim legem Euangelicam concedere huiuſmodi viro liberam poteſtatem ducendi aliam vxorem, perinde ac repellendi adulteram. Deinde dicit duram nimis & iniquam eſſe legem humanam, quæ hanc poteſtatem ducendi aliam vxorem abſtulit à viro innocente, & *Lutherus.* perſuadere nititur vt talis lex prorſus abrogetur. Lutherus ex annotationibus Eraſmi, vt ego ſuſpicor, edoctus hanc eandem poſt Eraſmum docuit ſententiam. Et iuxta illius doctrinam, vt audiui, multi in Germania vxores ſuas propter adulterium à ſe repellunt & alias ducunt. Thomas de Vio Cardinalis, vulgo Caietanus appellatus, hanc Eraſmi ſententiam multis in locis amplectitur, præſertim in commentariis ſuper Matthæi. 19. & Marci. 10. & primæ ad Corinthios. 7. Et quantum ego coniicere poſſum omnia quæ Caietanus pro hac ſententia affert, accepit ex Eraſmi annotationibus, ſicut in aliis multis quæ ſuper nouum teſtamentum dixit, eſt illum ſecutus: in quibus multò prudentius egiſſet, ſi longè ab illo *Caietan⁹* diſceſſiſſet. In hac tamen ſententia aliqua prudentia vſus eſt. Nam ſuper caput. 19. Matthæi hæc ait: Intelligo igitur ex hac Domini noſtri Ieſu Chriſti lege, licitum eſſe Chriſtiano dimittere vxorem ob fornicationem carnalem ipſius vxoris, & poſſe ducere aliam vxorem, ſalua ſemper Eccleſiæ definitione, quæ hactenus non apparet. Nam decretales pontificiæ de hac materia non ſunt definitiuæ fidei, ſed iudiciales facti. Profitentur autem ipſimet pontifices (vt patet in capite Quanto, de diuortiis, & in capite licet, de ſponſa duorum) Romanos pontifices aliquando in his iudiciis matrimoniorum erraſſe. Hæc Caietanus. In quibus verbis Eccleſiæ definitioni ſe ſubdens prudenter egit: ſed dicens nullam eſſe hactenus ab Eccleſia datam de hac re definitionem, deceptus eſt: quoniam apertiſſimè de hac re fuit data in Cōcilio Florentino definitio, quam poſtea proferemus, & conſtabit ex ipſa eſſe definitionem fidei, & non iudicialem facti, ſicut aliæ quæ ſunt in volumine decretalium. Ambroſius Catharinus Senenſis, ordinis ſancti Dominici, quum multas prædicti Caietani ſententias nigro carbone notaſſet, quaſdam illarum appellans hæreticas, quaſdam verò erroneas, hanc tamen de integro diuortio propter adulterium conceſſo, intactam reliquit, cùm aliquas alias multò iuſtius relinquere potuiſſet, quas immeritò duriſsima cenſura notauit. De qua re, cùm multi admirarentur, in ſecunda æditione illius operis quod contra Cai- *Catharinus.* etanum ſcripſit, huius omiſsionis aut taciturnitatis cauſam reddidit, ſic dicens: De dimiſsione vxoris ex cauſa adulterii, audio miratos eſſe nonnullos, quod in prima annotationum mearum æditione minimè hunc articulum tetigi, cùm fuiſſet in hoc ipſe Caietanus taxatus, quod putarit ex adulterii cauſa diſſolui matrimonium, non ſolùm quantum ad thorum, ſed etiam quantum ad vinculum. Vt ergo admirationem omnium auferam, cauſam taciturnitatis meæ liberè proferam. Ego non in hominem ſtylum acui, ſed in doctrinam, vbi videbatur annotatione digna. Neque enim poteram prudenter reprehendere, quod neſciebam etiam idoneè confutare. Non quòd probem auſum hominis contra omnes, ſed quod nonnullam huius auſus occaſionem habere viſus eſt mihi, vt non ſim auſus ego illum reprehendere hoc in loco. Non autem me latebat recentiorum Theologorum, imò ab Auguſtino vſque ad nouiſsimum noſtri temporis cōmunem eſſe ſententiam, quod in caſu iam poſito, matrimonium non

omnino

omnino ſoluitur,id eſt quo ad vinculum. Quæ opinio ab ipſo Auguſtino, qui meritò vir magnæ autoritatis ſemper fuit, viſa eſt firmiores radices egiſſe. Hactenus Ambroſius Catharinus. Et poſt hæc verba ſtatim addit argumenta quibus ſententiam Caietani infirmare videtur, & dicit ſibi videri tam fortia,vt neſciat quomodo poſſit illis bene reſponderi. Hęc autē omnia argumenta ante ipſum Catharinum protulerat Eraſmus, in ſuis annotationibus ſuper ſeptimum caput prioris epiſtolæ ad Corinthios. Et hinc ego coniicio omnes qui hoc noſtro ſeculo hanc ſententiam docēt ex annotationibus Eraſmi ſumpſiſſet
D ſui erroris occaſionem. Sed licet Catharinus in hanc ſententiam fuerit pronus, & ſententiā ipſam conuincamus eſſe hæreticam, non tamen ob hoc ille venit de crimine hæreſeos notandus, quia iudicio Eccleſię ſe plenè in hac parte ſubiecit,ſic dicens:Scio quod aliter docent nunc vniuerſaliter ſcholæ. Et ego cum illis ſentio, ſi ex fide cogor, & captiuum reddo intellectum meum. Hæc Catharinus. Contra hanc doctrinam acriter pugnare oportet vt apertè conuincamus illam eſſe hæreticam, ne alii per illam decepti in peccatum præcipites ruant. Nam in regnum Angliæ ingreſſus cum Philippo Hiſpaniarum Principe,cui in concionibus publicis ſeruiebā,qui eò venit vt Mariam Angliæ reginam regnique dominam duceret vxorem, audiui multos eſſe in illo regno nō ſolum ex plebeis hominibus ſed etiam ex nobilium familia, qui vxores proprias propter illarum adulteria à ſuo coniugio repulerant, & alias in vxores duxerant. Sed poſtquàm regnum illud per ſolicitudinem & perſuaſionem Philippi & Mariæ regum ad fidem Chriſti & vnionem Eccleſiæ reuocatum eſt, nunquam huiuſmodi diuortia fuere permiſſa.

Ad conuincendam hanc ſententiam quæ dicit licitum eſſe diuortium quo ad vinculum propter adulterium commiſſum, ſufficere mihi videntur verba quæ de hac re Saluator noſter apud Marcum & *Mar.10.*
Lucam ait. Nam apud Marcum hæc ait. Quicunque dimiſerit vxorem ſuam & aliam duxerit adulterium committit ſuper eam. Et ſi mulier dimiſerit virum ſuum & alii nupſerit,mœchatur. Apud Lucam *Luc.16.*
verò hæc ſunt Chriſti verba. Omnis qui dimittit vxorem ſuam & alteram ducit mœchatur: & qui dimiſſam à viro ducit,mœchatur. In quibus verbis id potiſſimum annotare oportet, quòd generaliter & ſine vlla exceptione cauſæ fornicationis, verba illa dicta ſunt. Ex quibus verbis apertiſſimè colligitur, quòd etiam exiſtente adulterio vxoris,non licet viro ab illa ſic diſcedere,vt alteram ducat vxorem, quia adulterium,vt Marcus ait,tunc committet ſuper eam. Et certè Auguſtinus,libro primo de adulterinis cōiu-
A giis capite nono,cenſet optimè conuinci ex verbis Marci & Lucæ,virum priore vxore viuente,non poſſe aliam ducere poſtquam priorem propter illius adulterium repudiauit. Sed fortè aduerſarii noſtri dicent. Verba illa quæ ſunt apud Marcum & Lucam eſſe interpretanda cum exceptione cauſę fornicationis quia illam exceptionem poſuit Matthæus. Sæpe enim eſt neceſſarium, verba vnius Euangeliſtæ per verba alterius interpretari,vt facilius diſſonantia, quæ ex verbis illorum oriri videtur, ad conſonantiam reducatur. Fateor quidem ſæpe vnum Euangeliſtam eſſe per alium interpretandum: quando vnus cum altero pugnare videtur: ſed hīc nulla eſt vel facialis diſcordia,inter Matthęum & alios duos Marcum & Lucam. Et ſi aliqua eſſet inter illos apparens diſcordia:non eſt aliqua euidens ratio,quæ cōuincat, Marcum & Lucam inter ſe concordes potius eſſe interpretandos per verba Matthæi,quàm è contrario Mat thæum per verba Marci & Lucæ. Sed his omiſſis volo oſtendere nullam eſſe inter hos tres Euangeliſtas vel apparētē aliquam in hac parte diſcordiam. Vt autem hoc apertiſſimum faciam, duo ſunt in illorum verbis potiſſimum conſiderāda. Primum eſt quòd Marcus & Lucas duo addunt ſimul, videlicet dimittere vxorem & aliam ducere, quæ ſi quis fecerit, dicunt ex ſententia Saluatoris illum eſſe adulterum aut mœchum. Matthæus autem cum bis de hac re differat,vt puta quinto capite, & poſteà decimonono, in ſolo capite.19. illa duo cōiunxit, & de illo ibidem loquitur,qui vxorem dimiſerit, & aliam poſt primam repulſam duxerit. De hoc ergo loquens, & vniuerſalem de huiuſmodi hominibus proferens ſentētiam,
B exceptionem addidit,poſtquam ſolum vnum ex illis duobus expreſſerat,videlicet, dimiſſionem vxoris, & non poſtquam expreſſerat illa duo, quæ ſunt dimiſſio prioris vxoris & inductio alterius. Sic enim ait Matthæus. Quicunque dimiſerit vxorem ſuam, niſi ob fornicationem, & aliam duxerit mœchatur. Ex quibus verbis conſtat, Matthæum nullam ponere exceptionem in illo qui poſt dimiſſam priorem vxorem,aliam duxerit,de quo ſolo locuti ſunt Marcus & Lucas: ſed ponit exceptionem in illo qui ſolum dimiſit vxorem. Matthæus ergo & ſi vniuerſalem profert ſententiam, aliqua tamen ex parte illam limitat atque reſtringit ad illum, qui non propter fornicationem dimiſit vxorem & de illo qui ſic dimittit & aliam ducit, Matthæus dicit illum eſſe adulterum. Marcus autem & Lucas generaliter de omni viro locuti ſunt,qui quouis modo vxorem ſuam dimittit & poſtea aliam ducit: & omnem talem dicunt eſſe adulterum. Non igitur oportet in verbis Marci & Lucæ illam inſerere exceptionem de cauſa fornicationis,quam poſuit Matthæus,& ſi quis illam inſerendam eſſe contenderit,in illo eodem loco illam collocare debet,in quo illam collocauit Matthæus,vt ſolum excipiat à parte priori & non à poſteriori. Et tūc illa exceptione inſerta,etiam erit in Marco & Luca ſententia limitata,prout eſt in Matthæo. Sed melius *Auguſt.*
eſt dicere,quòd in Marco & Luca ſit generalis ſententia,in Matthæo autem limitata. Nam ita docet Auguſtinus libro ſecundo de adulterinis coniugiis, capite nono, hæc dicens. Quamuis enim ſceleratius *Matt.19.*
mœchatur qui non cauſa fornicationis vxore dimiſſa, alteram duxerit, quod genus adulterii commemorat Matthæus: tamen non ſolum ipſe mœchatur, ſed ſicuti eſt apud Marcum, Quicunque dimiſerit *Marc.10.*
vxorem ſuam & aliam duxerit, adulterium committit ſuper eam, & ſi vxor dimiſerit virum ſuum, & a- *Luc.16.*
C lii nupſerit,mœchatur,& ſicuti eſt apud Lucam,omnis qui dimittit vxorem ſuam & ducit alteram,mœchatur: & qui dimiſſam à viro duxerit, mœchatur. De quibus teſtimoniis iam ſatis in libro ſuperiore diſſerui. Hæc Auguſtinus. In quibus verbis id annotare oportet, quòd illa verba Matthæi, niſi ob fornicationem, Auguſtinus non dicit eſſe exceptionem, ſed quandam limitationem aut reſtrictionem, quæ perinde eſt ac ſi dixiſſet, non in cauſa fornicationis, aut ſine cauſa fornicationis, aut non

propter fornicationem. Et iuxta hanc interpretationem, quam Augustinus ante ista verba magis expref ferat, non sequitur ex verbis Matthæi quòd dimittés propter fornicationem, & aliam ducens non mœchatur. Catharino tamen in illis suis annotationibus contra Caietanum, non placet hæc Augustini interpretatio, quia dicit quòd tunc superfluerent illa verba in Matthæo: Non propter fornicationem, si etiam is qui propter fornicationem dimitterer, mœcharetur. Sed si bene omnia circunspiciantur, quæ sunt in verbis Matthæi cap. 19. nihil prorsus valet argumentum Catharini contra interpretationem Augustini, quia licet verum sit quòd is qui propter fornicationem vxoris suæ illam dimittit, & aliam ducit, mœchatur: non tamen inde sequitur, quòd illa verba, non propter fornicationem, sint superfluè addita in illis verbis Matthæi: Quicunque dimiserit vxorem suam, non propter fornicationem & aliam duxerit, mœchatur. Nam Matthæus illa verba addidit, vt per illa ostenderet fornicationem vxoris, causam esse sufficientem ad dimittendum vxorem quo ad thorum. Hæc tamen dixi, in gratiam Augustini, vt illum à Catharino defenderem, qui mihi visus est sine causa illum oppugnasse. Sed præter hanc Augustini expositionem, quæ optimè defendi potest, ego censeo illa verba Matthæi aliter & forte melius, nisi D
mearum rerum me fallit amor, posse intelligi. Vt autem hoc apertius facere possim, est aliquid prius in Matthæo solo considerandum, & diligenter annotandum, quod mea quidem sententia, maximè iuuat ad veram huius rei intelligentiam, quamuis à nemine hactenus illud annotandum esse scio. Matthæus quidem bis de diuortio viri & vxoris disseruit, videlicet cap. 5. & cap. 19. Sed illa quæ cap. 5. dixit, longissimè distant ab illis quæ posteà dixit cap. 19. Verba quæ habentur cap. 5. sunt ista: Omnis qui dimiserit vxorem, excepta fornicationis causa, facit eam mœchari, & qui dimissam duxerit, adulterat. Quæ autem habentur cap. 19. hæc sunt: Quicunque dimiserit vxorem suam, nisi ob fornicationem, & aliam duxerit, mœchatur, & qui dimissam duxerit, mœchatur. Inter hæc verba magnum re vera est discrimen in duobus locis. Primò quidem in istis verbis quæ habentur cap. 19. ponuntur hæc verba, & aliam duxerit, & illa etiam referunt Marcus & Lucas, quæ tamen non dicuntur à Matthæo cap. 5. Deinde in cap. 19. dicit Matthæus illum mœchari qui dimiserit vxorem suam, nisi ob fornicationem & aliam duxerit. At in cap. 5. non dicit illum mœchari, qui dimiserit vxorem suam excepta causa fornicationis, sed solùm dicit, quòd facit vxorem suam mœchari. Constat autem non esse idem, aliquem mœchari, & facere vxorem suam mœchari, sed magnum esse inter illa duo discrimen. Nam potest aliquis facere vxorem mœchari, quamuis ipse non mœchetur: potest etiam è contrario aliquis mœchari, licet ipse non faciat vxorem suam mœchari. Si quis enim ab vxore sua, quam nouit ardenter coitum viri appetere, longè & diu absens, castitatem seruaret, quam vxor propter solam viri sui absentiam violaret, ille non verè diceretur mœchari, & tamen verè diceretur quòd faceret vxorem suam mœchari. Nam facere vxorem suam mœchari, nihil aliud est nisi præbere vxori occasionem ad mœchandum. Si etiam aliquis vxorem castam & A
continentem habens, & cum illa cohabitans alteri fœminæ, vxore ignorante, voluptuosè misceretur, ille verè mœcharetur, nec tamen vxorem suam faceret mœchari. Cùm igitur tanta sit differentia inter mœchari & facere vxorem suam mœchari, oportet vt diuersæ etiam sint personarum conditiones, diuersáque illorum opera, propter quæ tam distincta contra illos profertur sententia. Et ex hac rerum & personarum differentia conuincitur apertè Matthæum vtrobique locutum fuisse de dimissione vxoris solum quo ad thorum, & non quo ad vinculum, quod aduersarii nostri negant, & inde sui erroris occasionem accipiunt. Is enim qui mœchari facit vxorem suam, sed non censetur mœchari, de quo loquitur Matthæus in cap. 5. est ille qui vxorem dimisit, sed nondum alteram duxit. Et inde conuincitur apertissimè, Matthæum capite quinto locutum esse de dimissione vxoris, quo ad solum thorum, & non quo ad vinculum, quia nullus in lege Euangelica, etiam secundum aduersariorum opinionem, potest integrè ostendere se dimittere viuentem vxorem quo ad vinculū, nisi quando alteram vxorem ducit. Nam postquam illam separauit à thoro, & eiecit à societate & cohabitatione sua, adhuc potest facti pœnitere, &
1. Cor. 7. illam ad se reuocare, & illi reconciliari, vt apertè docet Paulus in priore ad Corinthios epistola. Si autem vir illam sibi reconciliari velit, non est opus, nouum inter illos contrahere matrimonium, & iterum repetere verba, quibus olim contraxerunt matrimonium. Ex quibus euidentissimè conuincitur vinculum prioris matrimonii non esse solutum per fornicationem: quia aliàs esset necessarium, vt nouum inter se contraherent matrimonium, quum sibi inuicem reconciliarentur. Et eodem modo conuincitur Matthæum in capite decimo nono esse interpretandum de sola dimissione quo ad thorum qui si de dimissione quo ad vinculum fuisset ille locutus, superfluè addidisset illa verba, & aliam duxerit: quia illa includuntur in verbo significante dimissionem, cùm nullus perfectè ostendat se dimittere vxorem viuentem quo B
ad vinculum, vt nunc proximè diximus, nisi quando aliam ducit. Et ex hoc facilè retorquere possumus argumentum contra Catharinum, quod ille torserat contra Augustinum. Nam vt supra diximus, Catharinus vt damnaret expositionem Augustini, obiicit illi verborum superfluitatem, quæ esset in verbis Matthæi, iuxta Augustini expositionem: sed certe multò apertior esset superfluitas in Matthæo, si ille iuxta sententiam Catharini esset interpretandus de dimissione quo ad thorum, & quo ad vinculum. Et re vera hoc vehementer vrget, vt credamus Matthæum in illo loco de sola dimissione quo ad thorum, & non quo ad vinculum fuisse locutum. Deinde is qui vxorem suam dimittit, & aliam ducit, de quo Matthæus capite decimo nono locutus est, non censetur quòd faciat vxorem suam mœchari, sed solùm quòd ipse mœchetur. Ex qua sententia apertè, meo quidem iudicio, conuincitur, Matthæum in illo capite esse locutum de illo solo, qui propter causam fornicationis vxoris suæ illam dimisit, & aliam duxit. Nam si fuisset locutus de illo qui absque fornicatione vxoris illam dimisit & alteram duxit, prout verba illius loci iuxta faciem literæ sonare videntur, tunc de illo non solùm diceretur quòd mœchatur: sed etiam quòd facit vxorem suam mœchari, sicut in cap. quinto dixerat de illo qui absque fornicatione

vxoris

vxoris dimiſerat illam, quamuis ſic dimittens non ſuperduxerat aliam. Cùm ergo in cap.19.dicat quòd mœchatur,& non quòd faciat vxorem mœchari,conuincitur inde,Matthæum in illo loco fuiſſe locutum de illo ſolo, qui propter fornicationem vxoris illam dimiſit,& aliam duxit. Quia nullus aliꝰ eſt qui propterea quòd vxorem dimittit & aliam ducit,meritò cenſendus ſit quòd mœchatur, & non quòd faciat vxorem ſuam mœchari. Sed quia litera Matthæi in illo cap.19.videtur iuxta faciem aliud dicere, & excipere ab illa ſententia illum qui propter cauſam fornicationis vxorem dimiſit, ideo neceſſariò fateri oportet literam illam pati quandam eclypſim, hoc eſt aliquorum verborum defectum, qui neceſſariò
C ſupplendus eſt, vt verus literæ ſenſus explicetur, ſic dicendo: Quicunque dimiſerit vxorem ſuam non ob aliam cauſam niſi propter fornicationem, & aliam duxerit, mœchatur. Nec mirari debet aliquis propterea quod dicam literam hanc pati quandam eclypſim: quia tales eclypſes frequentes ſunt in ſacris literis,non ſolum in veteri,ſed etiam in nouo teſtamento. Pro qua re cum plurima ſint exempla vnum & alterum ſolum, volo nunc in medium proferre, vt ſententiam iſtam duobus teſtimoniis comprobatam relinquam. Et primò profero illud quod Propheta regius ait. Nolite extollere in altum cornu veſtrum,nolite loqui aduerſus Deum iniquitatem. Quia neque ab oriente,neque ab occidente,neque à deſertis montibus. Quo loco oportet ſupplere hęc verba,patet fuga,vel alia ſimilia: quia aliàs manca & ſine vllo ſenſu maneret oratio. Quod autem illa verba vel alia ſimilia ſint ſupplenda, conſtat ex iis quæ ſtatim Propheta ſubdit,ſic dicens: Quoniam Deus iudex eſt. Voluit quippe propheta ſignificare peccatorem nullibi poſſe eſſe tutum, propterea quòd iudex qui illum iudicaturus eſt, Deus eſt, qui vbique locorum eſt,& omnia intuetur. Alterum exemplum profero ex Paulo in epiſtola ad Galatas,vbi hęc ait. Eſtote ſicut ego,quia ego ſicut vos. In qua litera oportet ſupplere iſta duo verba,ſum,fui,vt ſenſus illius literę ſit apertus,& per hunc modum declaratus. Eſtote ſicut ego ſum,quia fui ſicut vos olim zelator Iudaicarum cæremoniarum. Tertium adhuc volo proferre exemplum ex eodem Matthæo, de cuius litera nunc diſputamus: vt cum oſtendero illum alibi habuiſſe miniſeſtum verborum defectum,perſuadeam non eſſe mirandum ſi aliquid ſimile illi contigiſſe dicamus in illa litera ex capite decimonono, de qua nunc contendimus. Nam enarrans Matthęus quomodo ſcribę & Phariſęi accuſauerant apud Chriſtum diſcipulos eius, propterea quod non lauabant manus ſuas, quum panem maducabant, dicit Chriſtum reſpondiſſe illis. Quare & vos tranſgredimini mandatum Dei propter traditiones veſtras? Nam
D Deus dixit. Honora patrem & matrem. Et, qui maledixerit patri vel matri,morte moriatur. Vos autem dicitis: Quicunque dixerit patri vel matri,Munus quodcunque eſt ex me,tibi proderit,& non honorificabit patrem ſuum aut matrem ſuam. Quę litera,vt omnes ſacri doctores illius interpretes fatentur,eſt nimium defectuoſa,& ideo oportet multa verba illa addere,vt ſenſus illius ſit clarus & intelligibilis. Et hoc apertè fatetur Eraſmus ipſe, contra quem nunc diſputamus, in annotationibus ſuis ſuper illum Matthæi locum. Et ideo in teſtamento nouo quod ille ex Græco,in ſermonem Latinum tranſtulit,multa verba in illo Matthæi loco addidit in tranſlatione ſua,quæ non ſunt in vulgari tranſlatione, neque in lingua Græca. Non eſt ergo mirandum ſi ego dixero eundem Matthęum in capite decimonono habere alium ſimilem verborum defectum, cui neceſſario ſubuenire oporteat, per aliquorum verborum additionem. Abulenſis in illis copioſiſſimis commentariis,quæ ædidit ſuper Matthęum quæſtione.76.ſuper decimumnonum caput Matthæi,dicit in illa litera eſſe multo plura addenda, quàm illa quæ ego paulo ſuperius addidi. Nam ille, vt literam illam quæ ſibi viſa fuit manca, & obſcura,clariorem redderet,ſic illam diſponit. Quicunque dimiſſerit vxorem ſuam excepta fornicationis cauſa,etiam ſi aliã non ducat, mœchatur: & qui illam dimittens, quocunquemodo dimittat,ſi aliam ſuperduxerit, mœchatur. Sed re vera, hic literæ ordo, mihi non placet, quia tot verba ſunt addita in illa, vt literam ipſam prorſus faciant alienam. Deinde litera illa non eſt ex omni parte vera, quia conſtat falſum eſſe quod in prima illius parte poſitum eſt, vbi ſic dicitur: Quicunque dimiſerit vxorem ſuam excepta cauſa fornicationis, etiam ſi aliam non ducat, mœchatur. Nam qui abſque cauſa fornicationis vxorem ſuam dimittit, ſi tamen aliam non ducit; quamuis faciat vxorem ſuam mœchari, non tamen ipſe mœchatur.
A Dico igitur in illis verbis Matthæi, ex capite decimonono, eſſe addenda hæc ſola pauciſſima verba: Non ob aliam cauſam, quibus ſolis additis ſenſus literæ erit clariſſimus, & veriſſimus, & concordabit cum illis quæ dicunt in eodem negocio Marcus & Lucas. Ad hunc ergo modum oportebit literam Matthæi diſponere,vt ille ſic dicat. Quicunque dimiſerit vxorem ſuam,non ob aliam cauſam niſi propter fornicationem, & aliam duxerit,mœchatur. In qua ſerie literæ adduntur hæc ſola verba: Non ob aliam cauſam, quibus additis fit ſenſus apertiſſimus. Et ex illo caſu particulari, qui in iſtis verbis, ex primitur de homine dimittente vxorem propter fornicationem illius, apertiſſimè colligit ſententia generalis de omnibus qui vxores ſuas dimittunt,& alias ducunt,prout Marcus & Lucas illam ſine vlla limitatione aut exceptione expreſſerunt. Nam,vt dialectici docent,ſi id quod minus videtur ineſſe in eſt,ergo id quod magis. Minor autem apparebat ratio,vt qui propter fornicationem vxoris illam dimitteret, & aliam duceret, cenſendus eſſet mœchari. Et ideo de illo ſolo, de quo aliqua poterat ſuboriri dubitatio, locutus eſt Matthæus in capite decimonono, vt inde omnes intelligerent de reliquis omnibus, qui abſque cauſa fornicationis vxores dimittunt, & alias ducunt, multo iuſtius idem ipſum eſſe dicendum. Nam in capite quinto, Matthæus dixerat de illo qui propter fornicationem vxoris illam dimittit,ſed non ducit aliam,quòd non facit eam mœchari: quia etſi illa poſtea mœchetur, conſtat quòd hoc non facit propterea quòd maritus dedit illi occaſionem mœchãdi dimittendo eam, cum apud ma-
B ritum manens etiam mœchata fuerit. Et quia, ex hac ſententia Matthæi quinto declarata poterat oriri dubitatio de illo qui propter fornicationem vxoris ſuæ dimiſerat illam, an ſicut eſt liber à culpa dimiſſionis,ita etiam ſit liber ad ducendum aliam vxorem,ideo in capite decimonono, ſolum locutus eſt de

Pſal.74.

Gala.4.

Matt.15.

Exo.21.

huiuſmodi ſic dimittente vxorem ſuam, vt omnem tolleret de hac re dubitationem, & dixit iuxta verum intellectum. Quicunque dimiſerit vxorem ſuam non ob aliam cauſam niſi ob fornicationem, & aliam duxerit, mœchatur. Ex quibus omnibus conſtat Matthæum, Marcum & Lucam eſſe in hac parte concordes, & omnes ſimul velut ex diametro pugnare cum Eraſmo & Caietano, & Catharino. Et huic meæ interpretationi fauet Innocentius tertius, qui in cap. Gaudemus, de diuortiis, in hunc modum citat illa verba Saluatoris. Quicunque dimiſerit vxorem ſuam ob fornicationem, & aliam duxerit, mœchatur. Ex quorum verborum citatione conſtat, Innocentium per illa verba, niſi ob fornicationem, intellexiſſe ſolam fornicationis cauſam, & de illa ſola Matthæum illo loco fuiſſe locutum.

Rurſum, hæc ſententia quæ docet matrimonium ſolui quo ad vinculum propter fornicationem vxoris, apertiſſimè conuincitur eſſe falſa, ex verbis Chriſti apud Matthæum, vbi poſtquàm dixerat neminem niſi ob cauſam fornicationis poſſe dimittere vxorem ſuam, ſtatim adiecit hæc verba. Et qui dimiſſam duxerit, adulterat. Et in alio loco quum loquitur de quæſtione Phariſæorum, iterum ait. Et qui
Matt.5. dimiſſam duxerit, mœchatur. Et apud Lucam dicitur. Qui dimiſſam à viro ducit, mœchatur. Ex quibus
Ibidem.9. verbis euidenter colligitur, adulteram vxorem à viro dimiſſam non poſſe alicui alteri viro nubere. Si
Luc.16. vxor dimiſſa non poteſt alteri nubere, ergo nec vir illam dimittens poteſt alteram ducere: quia ſi vinculum matrimonii ſolutum eſt per adulterium, oportet vt ſit ex vtraque parte ſolutum. Nulla enim æqua ratio patitur vt contractus aliquis inter duas perſonas initus, ſit pro vna parte ligatus, & pro alia ſolutus. Nam oportet vt ambo ſint ligati, aut ambo ſoluti, quoniam æquali lege ambo tenentur. Neceſſarium eſt C
ergo, vt ſi vir per adulterium vxoris ſit ſolut⁹ à vinculo matrimonii, ſit etiam vxor, aut ſi vxor non eſt ſoluta ab illo vinculo, nec etiam vir. Hoc argumentum præuiderant Eraſmus, & illius ſectatores Caietanus & Catharinus: & ideo Eraſmus vt hoc argumentum euaderet, dixit hoc in pœnam adulterii datum eſſe vxori adulteræ, vt nubere non poſſit poſtquam à viro dimiſſa eſt. Dicit itaque vinculum matrimonii eſſe ſolutum ex vtraque parte, ſed ſoluto vinculo ſolum virum poſſe tranſire ad ſecundas nuptias, & non vxorem, in pœnam adulterii perpetrati. Sed hæc reſponſio non tollit vim argumenti quia adhuc comprehẽditur in aſtutia ſua per verba Chriſti, quibus ait. Et qui dimiſſam duxerit, adulterat. Non autem adulteraret qui illam duceret ſi illa non eſſet vxor alterius viri, præſertim ſi is qui illam duceret, eſſet aliâs ab omni vinculo matrimonii ſolutus. Nullus enim poteſt verè dici adulterium committere etiam ſi cum muliere non ſua coëat, niſi illa ſit alterius viri vxor, aut ille maritus alterius vxoris. Peto igitur ab Eraſmo & illius ſectatoribus Caietano & Catharino, an mulier illa à viro propter adulterium dimiſſa, & ab alio ducta, ſit alterius viri vxor an nullius. Si nullius eſt vxor, ergo qui illã ducit, ſi ipſe non eſt alteri vxori vinculo matrimonii alligatus, non adulterat, cuius contrarium aſſerit Chriſtus. Eſt ergo illa alicuius vxor, ſed cuius? Non vtique illius qui illam ducit: quia ſi ſua eſſet, non diceretur adulterare ducendo illam quæ eſt ſua. Neceſſariò igitur ſequitur, vt mulier illa ſit vxor illius à quo dimiſſa eſt: quia aliàs fieri nequit, vt is qui illam ducit, ſi eſt ab alio matrimonio liber, ducendo illam adulteret. Hoc argumentum adeò me conuincit, vt ingenuè fatear me neſcire quo pacto illi reſponderi poſſit. Deinde, vt magis hoc argumẽto ex litera Matthęi ſumpto aduerſarios vrgeamus, demus illis gra- D
tis, vxori adulteræ hoc datum eſſe in pœnam ſui adulterii, vt à viro dimiſſa non poſſit alteri nubere: ſed quid dicit de vxore innocente, quæ propter adulterium viri diſcedit ab eo? Nunquid iſti hoc etiam datum eſt in pœnam, vt non poſſit alteri nubere? Abſit, quia, vt Auguſtinus ait, nunquam Deus eſt vltor, niſi prius aliquis ſit peccator. Mulieri autem innocenti quæ à viro propter illius culpam diſceſſit, Pau-
1.Cor.7. lus teſtatur Dominum præcepiſſe, vt maneret innupta, aut viro ſuo reconciliaretur. Si vxor innocens quæ virum adulterum dimiſit, non poteſt, viuente illo, alteri nubere: ergo neque vir caſtus qui adulteram vxorem dimiſit, poterit, illa viuente, alteram ducere: quia in rebus, quæ ad matrimonium ſpectant, pares ſemper eſſe cenſentur. Et certè hoc Pauli teſtimonium, vt ego exiſtimo, apertè conuincit aduerſa-
Catharinus. rium, quamuis Catharinus dicat locum iſtum Pauli facillimè poſſe diſſolui. Dicit enim illius literæ ſenſum eſſe, quod mulier non debeat à viro diſcedere, videlicet abſque cauſa fornicationis, quod ſi diſceſſerit, videlicet abſque cauſa fornicationis, maneat innupta. Sed hæc Catharini interpretatio torquet vehementer Pauli literam, vt eam à vero illius ſenſu alienet. Nam quum Paulus dixit: Si diſceſſerit, Dominus præcepit manere innuptam, de illo diſceſſu loquebatur, quo illi licebat à viro diſcedere, qui eſt propter cauſam fornicationis. Quoniam ſi de alio receſſu qui eſt præter cauſam fornicationis loqueretur, non fuiſſet contentus dicere quòd illa maneret innupta, ſed dixiſſet quòd faceret virum mœchari, prout Dominus dixit de viro qui abſque cauſa fornicationis dimittit vxorem, quòd facit illam mœchari. A-
Eraſmus. liter ergo Eraſmus illum Pauli locum interpretatur, dicẽs: Paulum illo loco ponere in hac cauſa diſcri- A
men inter virum & vxorem, ita vt in cauſa diuortii vir & vxor non ſint pares. Nam dicit virum poſtquam vxorẽ propter adulterium dimiſit, poſſe ex licentia Saluatoris, alterã ducere: ſed hoc vxorem non poſſe propter præceptum Domini, quod Paulum illo loco expreſſiſſe dicit. Et in huius expoſitionis fauorem citat Ambroſium in commentariis ſuper epiſtolas Pauli, vbi prædicta Pauli verba interpretatur, quo loco apertiſſimè illa Eraſmi & Caietani & Cathari ſententia docetur. Huius interpretationis fragmentum ex Ambroſio citat Gratianus in cap. Vxor. 32. quæſt. 7. Sed videns illam ſententiam eſſe
Catharinus. peſſimam & fidei Catholicæ contrariam, dicit illa verba non eſſe Ambroſii, ſed ab aliquibus falſatoribus eſſe in Ambroſio inſertam. Hoc idem cenſet Petrus Lombardus in. 4. ſententiarum, diſtinct. 35. Sed Eraſmus hanc Gratiani & Petri Lombardi cenſuram irridet & multo magis Catharinus, ſic dicens. Sed aiunt quidam, ab hæreticis hoc aſſutum fuiſſe in libris Ambroſii. Quinam hæretici? An fortè quæſtio hæc ventilata eſt in hæreticos vnquam? Equidem ego non legi. Denique ſicut hoc facilè dicitur, & non probatur, ita & facilè ac verè contemni poteſt. Hæc Catharinus. Fateor hanc quæſtionem non fuiſſe

isse illo tempore ventilatam contra hæreticos: quia Ecclesia nihil tunc de hac re definierat: & ideo, neque Petrus Lombardus, neque Gratianus dixit illa verba fuisse ab hæreticis addita in Ambrosio, sed à falsatoribus, qui tunc illam sententiam docentes, quam nunc Erasmus docuit, fortè voluerunt illâ Ambrosii autoritate tueri: & ideo decreuerunt illa verba Ambrosio addere. Constat autem fuisse tunc qui illam sententiam constanter assererent. Nam Pollentius ille, ad quem Augustinus opus illud suum de adulterinis coniugiis scripsit, in hac erat sententia, vt Augustinus illic refert. An verò ita factum sit, mihi non constat, sed hàbeo multas coniecturas quæ me vehementer vrgent, vt ita factum esse credam. Prima est, quod Augustinus qui fuit Ambrosio deditissimus, & rerum atque scriptorum illius diligentissimus obseruator, tractans de hac quæstione, in toto illo opere de adulterinis coniugiis nunquam refert Ambrosium illam sententiam scripsisse, quod non dubito illum fuisse facturum, si illam apud Ambrosium legisset, præsertim cum videam Augustinum in illo eodem opere citare Cyprianum pro alia quæstione de matrimonio huic satis affini. Altera coniectura est, quòd video in illis verbis, quæ Ambrosio tribuũtur, vnum intolerabilem errorem, quem neque Erasmus, neque Caietanus, neque Catharinus, vt ego arbitror, susciperet defendẽdum. Vt autem hoc apertius ostendam, oportet omnia verba illa quæ Ambrosij esse dicuntur in hunc locum citare, & sunt quæ sequuntur. Non enim permittitur mulieri vt nubat, si virum suum causa fornicationis dimiserit, aut apostasiæ, aut si illicitè impellente lasciuia vsum quærat vxoris: quia inferior non omnino hac lege vtitur, qua potior. Si tamẽ apostatet vir aut vsum quærat vxoris inuertere, nec alii potest nubere mulier, nec reuerti ad illum. Et virum vxorem non dimittere. Subaudiatur autem, excepta fornicationis causa. Et ideo non subiecit dicens sicut de muliere, quod si discesserit manere sic, quia viro licet ducere vxorem, si dimiserit vxorem peccantem: quia non ita lege constringitur sicut mulier. Caput enim mulieris est vir. Hactenus verba quę in commentariis Ambrosij super septimum caput prioris epistolæ ad Corinthios reperiuntur, quæ etiam suspicor ab aliquo alio fuisse illic addita. In quibus verbis id potissimum annotare oportet quod ait. Si tamen apostatet vir, nec alii potest nubere mulier, nec reuerti ad illum. Hoc est tam apertè falsum, vt nullus qui se Catholicum Christianum profitetur, velit illi patrocinari: quoniam Paulus in eodem septimo capite prioris epistolæ ad Corinthios illud apertè damnat, sic dicens, Si qua mulier habet virum infidelem, & hic consentit habitare cum illa: non dimittat virum. Sanctificatus est enim vir infidelis, propter mulierem fidelem. Et hoc dicit Paulus de illa cuius vir erat infidelis quando cum illo contraxit matrimonium, quod facilius solui potest, quàm si ille post contractum matrimonium, à fide recessisset. Falsum est ergo, quòd mulier, quæ propter apostasiam viri abscesit ab illo, non possit reuerti ad illum, præsertim si ille in sua apostasia manens nolit impedire vxorem in vera fide manentem. Si fortè quis dicat verba illa quæ in Ambrosio inueniuntur, esse intelligenda, quando vir apostata niteretur vxorem suam à vera fide auerrere. Fateor quidem vxorem tũc non debere cum viro manere: sed neque vir tunc deberet manere cum vxore. Quia idem de vtroque in hoc casu dicit Paulus: & pares illos facit, sic dicens: Quod si infidelis discedit, discedat. Non enim seruituti subiectus est frater aut soror in huiusmodi. Attendenda est etiam in illis verbis, & diligenter considerandа ratio qua autor illorum verborum, quisquis ille est, mouetur vt faciat impares in causa diuortii virum & vxorem, ita vt post solutum matrimonium vir possit alteram ducere, vxor autem non possit alteri nubere, etiam si illa sit innocentissima. Caput enim (inquit ille) mulieris vir est. Pessima quidem ratio, & indigna vt tanto viro, quantus fuit Ambrosius, tribui possit. Nam Paulus non ideo dixit virum esse caput mulieris, quia vir habet maiorem potestatem ad sumendas carnis delicias quàm mulier, sed quia vir debet regere & gubernare mulierem: vt caput reliquum totum corpus. Et certè si mulieris natura bene consideretur, ratio ipsa docebit vt magis in hac parte concedatur vxori quàm viro: Quia, vt beatus Petrus ait: mulier est fragilius vasculum quàm vir, & ideo iustius fuisset huius fragilitati subuenire, quàm viro, quem oportet esse multo fortiorem. Tertia coniectura quæ mihi videtur vrgentissima, vt credam verba illa fuisse ab aliquo alio addita in Ambrosio, est quòd in eodem Ambrosio in commentariis super Lucam inuenio contrariam sententiam isti, quæ in illius commentariis super Paulum habetur. Nam interpretans illa verba Christi apud Lucam: Omnis qui dimittit vxorem suam & alteram ducit, mœchatur: multa dicit vt persuadeat viro non dimittere vxorem suam, & inter illa hæc ait. Audi legem Domini, cui obsequuntur etiam qui leges ferunt. Quæ Deus coniunxit, homo non separet. Sed non solùm hîc cœleste præceptum, sed quoddam etiam opus Dei soluitur. Pateris ne, oro, liberos tuos, viuente te, esse sub vitrico? Pone si nubat: necessitas illius tuum crimen est, & coniugium quod putas, adulterium est. Hæc Ambrosius. In quibus verbis, multa sunt quæ apertè testantur Ambrosium in causa diuortii pares facere coniuges, ita vt neuter illorum post factum diuortium possit alterũ sibi per matrimonium copulare. Nam dicens: Pateris ne, obsecro, liberos tuos, viuente te, esse sub vitrico, ostendit apertè vxorem non posse alteri nubere. Quoniam liberi illius non possunt aliter esse sub vitrico, nisi vxor, quę est illorum mater si alteri viro nuberet. Dicens etiam postea, Aut incolumi matre degere sub nouerca, apertè etiam declarauit rem esse illicitam & intolerabilem, si vir post diuortium, aliam ducat vxorem. Non enim possent liberi, viuente matre, degere sub nouerca, nisi illorum pater, viuente matre, aliam duceret vxorem, quod dicit non esse tolerandum. Dicit deinde, coniugium vxoris esse adulterium, si alteri viro nubat. Non esset autem adulterium, si illa iam post diuortium, non esset prioris viri vxor. Ecce tres coniecturas, non quidem leues, sed satis graues, à quibus ego moueor, vt credam verba illa superius citata, quibus aduersarii innituntur, non esse Ambrosij, sed ab aliquo alio in illius commentariis inserta. Sed esto illius sint verba, non tamen ideo esset necessarium, statim illius sententiæ subscribere. Nam etsi beatus Ambrosius vir sit magnæ æstimationis & authoritatis propter excellentem illius doctrinam cum sanctitate coniunctam, non tamen est

1.Pet.3.

Ambro.

illi tantum honoris & authoritatis deferendum, vt magis illi ſoli credere oporteat quàm reliquis omnibus ſanctitate perinde ac doctrina claris,& in eadem ſententia concordibus. Omnes autem ſacri doctores quos inſpicere licuit de hac re loquentes, concorditer docent, virum & vxorem pares eſſe in omnibus,quæ ad ſubſtantiam matrimonii attinent, ita vt quando vnus nubere poteſt, idem poſsit & alter,& *Anſelm°.* quando vnus non poteſt,nec alter. Vt autem rem hanc ſatis probatam relinquam, operæpretium erit aliquot ſanctorum virorum teſtimonia pro illa impræſentiarum citare. Anſelmus in commentariis ſuper Paulum,interpretans illud ex priore ad Corinthios epiſtola,Et vir vxorem non dimittat,hęc ait.Subintelligẽdum eſt idem de viro,quod de vxore præmiſſum eſt, vt ſi vir vxorem dimiſerit ob fornicationem eius,maneat inconiunctus,aut ſi ſe non poteſt continere,reconcilietur vxori ſuæ.Hæc Anſelmus. Ante hunc multo tempore fuit Primaſius Vticenſis epiſcopus qui in commentariis ſuper Paulum, illa prædi- *Primaſi°.* cta Pauli verba interpretans, ait. Agnoſcant viri non ſibi licere aliam præter vxorem cognoſcere: quia æquali ſorte ſibi inuicem ſunt ſubditi & debitores. Hæc ille. Auguſtinus in tot locis hanc docet ſententiam, vt neſciam ex quo illorum potius verba illius in teſtimonium citem: ſed tandem placet eligere ex *Auguſt.* libro de ſermone Domini in monte, vbi interpretans illa verba Pauli: Et vir vxorem non dimittat, hæc ait. Quare non addidit exceptacauſa fornicationis, quod & Dominus permittit, niſi quia ſimilem formam vult intelligi,vt ſi dimiſerit quod cauſa fornicationis permittitur, maneat ſine vxore, aut reconcilietur vxori? Non enim malè reconciliatur vir illi mulieri, quam cùm lapidare nemo auſus eſſet, dicit ei B Dominus. Vade vide deinceps ne pecces. Hæc Auguſtinus. Huic ſententiæ apertè fauet Hieronymus, *Hierony.* qui in quadam epiſtola ad Damaſum hęc ait.Omnes cauſationes Apoſtolus amputans apertè definiuit, viuente viro eſſe adulteram mulierem,ſi alteri nupſerit.Nolo mihi proferas raptoris violentiam, matris præſtationem, patris authoritatem, propinquorum cateruam, ſeruorum inſidias & parentum, damna rei familiaris: quandiu viuit vir,licet adulter ſit, licet Sodomita, licet flagitiis omnibus coopertus,& ab vxore propter hæc ſcelera derelictus, maritus tamen eſt reputandus, eius ſcilicet cui alterum virum accipere non licet. Non hæc Apoſtolus propria authoritate decernit, ſed Chriſto in ſe loquente, Chriſti verba ſecutus eſt,qui ait in Euangelio.Qui dimittit vxorem ſuam,excepta cauſa fornicationis,facit eam mœchati:& qui dimiſſam acceperit,adulter eſt.Hæc Hieronymus.Eandem ſententiam docet Chryſo- *Chryſoſt.* ſtomus, homilia decima nona ſuper priorem ad Corinthios epiſtolam, ſic dicens. Multis in locis magnam tribuit prærogatiuam viro ſuper mulierem.Hoc autem in loco neque maius neque minus eſt,ſed vna poteſtas. Magna hic paritas, & prærogatiua nulla. Hæc Chryſoſtomus. Nunc ergo interrogare oportet Eraſmum & Caietanum,& Catharinum,an iuſtius ſit credere ſoli Ambroſio,quàm tot ſanctis & doctiſſimis viris in hac ſententia concordibus.Quid dico? immo potius quàm Paulo. Nam ſi rectè illi attendere volunt ad verba Pauli, apertiſſimè cognoſcent illum hac in cauſa pares feciſſe virum & vxo- *1.Cor.7.* rem.Quia antequam Paulus illam legem vxori preſcriberet,vt ſi à viro diſcedere vellet,innupta permaneret, dixit ſe illud non proprio, ſed Domini authoritate præcipere. His autem qui matrimonio iuncti C ſunt,inquit Paulus,præcipio non ego ſed Dominus,vxorem à viro non diſcedere,quod ſi diſceſſerit manere innuptam,aut viro ſuo recõciliari.Et vir vxorem ſuam non dimittat.Hoc autem præceptum quod ad mulierem ſpectat,nullibi Dominus dedit, vt ex verbis Hieronymi, quæ nunc proximè citauimus,a- *Matt.5.* pertiſſimè conſtat, niſi vbi dixit. Omnis qui dimiſerit vxorem ſuam excepta fornicationis cauſa, facit eam mœchari: & qui dimiſſam duxerit,adulterat. In quibus verbis ſolùm fit mentio expreſſa de homine dimittente vxorem, & nulla prorſus fit mentio de vxore dimittente virum. Apoſtolus tamen dicit Dominum dediſſe illud præceptum vxori, quod nullo modo dicere potuit, niſi quia pro certiſsimo & indubitato habuit virum &vxorem pares eſſe in cauſa diuortii,& ideo illa omnia,quæ Chriſtus dixit de viro dimittente vxorem, Paulus neceſſaria conſequentia deriuauit ad vxorem dimittẽtem virum ſuum. Et ob hanc cauſam dixit eſſe à Domino præcepta, quamuis non fuerint eiſdem verbis ab illo expreſſa. Et propter eandem cauſam Paulus ibidem,de viro loquens,non curauit apertè explicare illa omnia quę de vxore dixerat,quia viderat Chriſtum ſatis apertè de viro fuiſſe locutum ex cuius dictis ipſe collegerat præceptum de muliere.Et certè hoc argumentum adeò aduerſarios conuincit, & concludit,vt nulla illis pateat rimula qua elabi poſsint.

Hæc igitur ſatis ſunt ad probandum virum & vxorem in cauſa diuortii eſſe pares, nunc ſupereſt vt ad primum huius contentionis ſcopum,noſtram diſputationẽ reuocemus.Præterea,ſententia hæc quæ docet virum dimittentem vxorem propter adulterium illius poſſe aliam vxorem ducere, manifeſtè con- *Rom.7.* uincitur eſſe falſa,per illud quod ait Paulus in ea quæ eſt ad Romanos epiſtola. Quæ ſub viro eſt mulier viuente viro, alligata eſt legi. Si autem mortuus fuerit vir eius,ſoluta eſt à lege viri. Igitur viuente viro, vocabitur adultera, ſi fuerit cum alio viro. Et in priore epiſtola ad Corinthios eandem ſententiam ite- D rum repetit,ſic dicens.Mulier alligata eſt legi quanto tempore vir eius viuit: quod ſi dormierit vir eius, *1.Cor.7.* liberata eſt. Si mulier alligata eſt viro quanto tempore ille viuit, ergo poſtquam ipſa commiſit adulterium adhuc alligata eſt viro,quia vir eius non deſiit viuere propter vxoris adulterium. Si illa adhuc alligata eſt viro tanquam vxor illius,etiam poſt commiſſum adulterium,ergo vir ille non poteſt, illa viuente,aliam vxorem ducere:quia tũc apertum adulterium committeret,cùm nullus,iuxta legem diuinam, duas ſimul poſsit habere vxores. Fortè huic argumentationi aliquis reſpondebit, & dicet virum illum deſinere eſſe iam virum illius vxoris, quæ adultera fuit, ita vt quamuis corpore viuat, non tamen viuat vt vir eius.Sed hæc reſponſio nihil prorſus agit niſi verberare aërem, & verba in vanum proferre: quia comprehenditur ſtatim in aſtutia ſua, per illa verba quæ ipſe Paulus ſtatim ſubdit, ſic dicens. Si autem mortuus fuerit vir eius,ſoluta eſt à lege viri.Et poſt pauca iterum repetit idem,ſic dicens.Si autem mortuus fuerit vir eius, liberata eſt à lege viri, vt non ſit adultera ſi fuerit cum alio viro. Ex quibus verbis a-

pertiſsimè

pertiſſimè conſtat, Paulum dicere, ſolam mortem viri eſſe quæ ſoluat mulierem à lege viri, & quæ faciat eam liberam à vinculo matrimonii, vt non ſit adultera, ſi fuerit cum alio viro. Et inde apertiſſimè colligitur, vt quamuis illa commiſerit adulterium, ſi tamen vir eius non moritur, illa ſit alligata viro. Conſtat autem maritum tunc non mori, quando vxor illius committit adulterium, neque quando vir illam repudiat: ergo tunc vxor eſt illi alligata. Hæc omnia bene aduertens beatus Auguſtinus, & prædicta Pauli verba pertractans libro ſecundo de adulterinis coniugiis capite quarto ait. Secundum doctrinam *Auguſti-*
A ſanam mulier alligata eſt, quãdiu vir eius viuit, id eſt, nondum è corpore abſceſſit. Mulier enim ſub viro *nus.*
viuo marito, iuncta eſt legi, hoc eſt, in corpore conſtituto. Si autem mortuus fuerit, hoc eſt, de corpore exierit, euacuata eſt à lege viri, vt non ſit adultera ſi fuerit cum alio viro. Hæc verba apoſtoli toties repetita, toties inculcata, vera ſunt, viua ſunt, ſana ſunt, plana ſunt. Nullius viri poſterioris vxor eſſe incipit, niſi prioris eſſe deſierit. Eſſe autem deſinet vxor prioris, ſi moriatur vir eius, non ſi fornicetur. Licitè itaque dimittitur coniunx ob cauſam fornicationis, ſed manet vinculum prioris: propter quod ſit reus adulterij, qui dimiſſam duxerit, etiam ob cauſam fornicationis. Hæc Auguſtinus. Deinde, præter omnia ſupra memorata ſacrę ſcripturæ teſtimonia hanc noſtram & Catholicam ſententiam probat vnus ex canonibus Apoſtolorum, quos beatus Ioannes Damaſcenus libro quarto de fide orthodoxa inter canonicas ſcripturas connumerat. Vnus autem ex iſtis canonibus: qui eſt. 48. hæc verba continet. Si quis laicus cùm ſuam à ſe vxorem abiicit, alteram duxerit, aut ab alio dimiſſam, communione ſegregatur. Hæc Canon Apoſtolorum. *Canõ Apoſtolorũ*

Accedit ad hæc omnia concors omnium ſacrorum doctorum de hac re ſententia, quæ, vt libro primo huius operis cap. 7. probaui tanti eſt ponderis, vt illi minimè refragari liceat: quoniam perinde hoc eſſet, ac ſi totius Eccleſiæ ſententiæ contradiceretur. Omnes autem ſacri doctores, qui de hac re diſſeruerunt, quos ego videre potui, concorditer docent, per adulterium poſſe diſſolui matrimonium quo ad thorum & cohabitationem, ſed non quo ad vinculum. Ex iſtis omnibus, quos ſciui de hac re diſſeruiſſe: decreui aliquod teſtimoniũ citare, vt illorum in hac parte concordiam, omnibus notam faciam.
B Omitto hîc omnes ſcholaſticos Theologos, qui à Petro Lombardo illorum duce atque magiſtro originem ſumpſerunt, quamuis omnes illi ſint in hac noſtra & Catholica ſententia concordes, quoniam hi omnes etſi magnam etiam habeant apud viros catholicos & ſinceros ęſtimationem & authoritatem, tamen apud Eraſmum huius erroris recentem anteſignanum, paruam habent opinionem, & illorum ſcripta paſſim circumferuntur: notaque ſunt illis quibus probati ſunt. Ab illis igitur ſolis, qui ante Petrum Lombardum fuerunt, teſtimonia ſumere volo & primum teſtem cito Anſelmum qui in com- *Anſelmꝰ*
mentariis ſuper quintum caput Matthęi hæc ait. Hic pręcipit non dimittere vxorem niſi tantum excepta cauſa fornicationis. Si enim ipſa ruperit legem coniugij, poteſt eam homo à ſe ſeparare, vt commixtionem illam auferat ſibi, quam violauit: ſed tamen ſacramẽtum coniugii remanet, vt non aliam ducat. Et ſuper. 19. caput eiuſdem Matthæi iterum hæc ait. Sola fornicatio eſt cauſa ſeparationis. Poſtquam enim mulier quę eſt viro iuncta, & vna erat in carnali copula, in aliam carnem illam vnitatem tranſmiſerit, & fornicatione illam diuiſerit, non amittet quidem vinculum coniugii: ſed meretur non amplius carnaliter cum viro ſuo copulari: quia contra copulationem peccauit. Hactenus Anſelmus. Eandem ſententiam multo paucioribus verbis docet Theophilactus ſuper Paulum interpretans illud ex epiſtola *Theophil*
ad Epheſios capite quinto: Adhęrebit homo vxori ſuæ, vbi hæc ait. Ecce & aliam legem. Parentibus ſuis quiſpiam relictis, illi agglutinabitur, & cõplicabitur. Nec dixit cohabitabit, ſed agglutinabitur, vnionẽ quæ diuelli non poſſit ſignificans. Hæc ille. Eidem ſententiæ fauet Beda in commentariis ſuper decimũ *Beda.*
caput Marci, ſic dicens. In Matthæo ſcriptum plenius eſt. Quicunque dimiſerit vxorem ſuam niſi ob *Matt. 19.*
fornicationem & aliam duxerit, mœchatur. Vna ergo ſolummodo cauſa eſt carnalis, fornicatio: vna ſpiritualis, timor Dei, vt vxor dimittatur: ſicut multi religionis cauſa feciſſe leguntur.

Nulla autem cauſa eſt, Dei lege perſcripta, vt viuente ea quæ relicta eſt, alia ducatur. Hæc Beda.
C Ante iſtos omnes hanc eandem ſententiam docuit beatus Iſidorus libro ſecundo de Eccleſiaſticis of- *Iſidorus.*
ficiis capite decimonono hæc dicens.

Sacramentum ideo inter coniugatos dictum eſt: quia non poteſt Eccleſia diuidi à Chriſto, ita nec vxor à viro. Quod ergo in Chriſto & in Eccleſia, hoc in ſingulis quibuſque viris & vxoribus cõiunctionis inſeparabile ſacramentũ. Vnde & Apoſtolus, pręcipio, inquit, non ego, ſed Dominus, vxorem à viro *1. Cor. 7.*
non diſcedere. Prohibet enim dimitti quacunque ex cauſa, ne aliis cõiungatur ſecundum cõſuetudinem Iudęorum, quam Dominus interdixit, dicens. Quicunque dimiſerit vxorem ſuam excepta fornicationis *Matt. 5.*
cauſa, & aliam duxerit, mœchatur. Hæc Iſidorus. In quibus verbis duo potiſſimum aduertere oportet. Primum eſt quod ait, inter virum & vxorem eſſe coniunctionis inſeparabile ſacramentum. Alterum eſt quod ait: Apoſtolum prohibere vxorẽ dimitti quacunque ex cauſa, ne aliis iungatur. Auguſtini teſtimonium pro hac noſtra ſententia non oportet nunc citare quia ſatis ſufficiunt tria illius teſtimonia quæ in hac diſputatione ſupra per nos citata ſunt. Catharinus agnoſcens tot tantosque viros in hac ſententia concordes, dicit illos omnes ſecutos eſſe Auguſtinum, & ab illo hanc ſententiam cœpiſſe habere vires. Quid igitur mali habet, propterea quòd ab Auguſtino incepit? Nunquid ideo eſt reiicienda? Minimè: immo extenſis vlnis eſt amplectenda, quia illam poſteri omnes ſuſceperunt. Sed fallitur Catharinus dicens hanc ſententiam ab Auguſtino cœpiſſe habere vires: quia conſtat illam per multa ſecula ante Auguſtinum adeò magnas habuiſſe vires, vt ſtultus ac demens putaretur Chriſtianus qui contra illam pugnare auderet. Nónne Apoſtoli per multa ſecula præceſſerunt Auguſtinum? Et illi fuerũt illius canonis,
D quem ſuprà citauimus, conditores. Et præter iſtos fuerunt adhuc alii Auguſtino vetuſtiores, qui eandem ſententiam docuerunt. Nam Hieronymus quamuis Auguſtino ſynchronus, ſenior tamen illo fuit,

Hieronymus. priusque illo scripsit: & hic in commentariis super decimumnonum caput Matthęi hęc ait. Quia poterat accidere, vt aliquis calumniam faceret innocenti, & ob secundam copulam nuptiarum veteri crimen impingeret: sic priorem dimittere iubetur vxorem, vt secundam, prima viuente, non habeat. Hæc Hieronymus. Et Hieronymo fuit aliquantulo senior Chrysostomus, quia ab eodem Hieronymo fuit annumeratus inter Ecclesiasticos scriptores. Et hic homilia. 17. super Matthæum apertè eandem quam Augustinus docet sententiam, sic dicens. Ille quidem si alteram duxerit tunc se constituit criminis reum, qui adulteram fecit ex coniuge: hic vero accipiendo alienam adulter effectus est. Nequaquã enim mihi referas, quia illam alter eiecit. Nam expulsa quoque vxor, esse eius qui eam expullit, perseuerat. Hæc ille. Et homilia. 63. super eundem Matthæum iterum ait. Non enim dixit quia virum & mulierem vnam solummodo fecit, verum etiam quia iussit, vt vnus vni coniugatur. Nam si voluisset alteram etiam conduci vxorem, vni viro creato multas conformasset mulieres: nunc vero vi creationis & sanctionis modo: vnam vni perpetuò coniungi, & nunquam rescindi oportere perdocuit. Et paucis interpositis subdit. Hac etiam lege non simpliciter mulierem viro collocari videris, sed patrem & matrem dimittendos iuberi, nec ad mulierem accedere virum simpliciter voluit, verum etiam conglutinari, potestate dictionis ostendens, minimè illos esse separandos. Hæc Chrysostomus. Ante Chrysostomum ferè per *Chrysostomus.*

Origenes. duo secula fuit Origenes, qui tractatu septimo super Matthæum, interpretãs illa verba Saluatoris ex decimonono capite Matthæi de dimissione vxoris, propter causam fornicationis, hæc ait. Scio enim quosdam, qui præsunt Ecclesiis extra scripturam permisisse aliquam nubere, viro priore viuente: & contra

1. Cor. 7. scripturam quidem fecerunt dicentem. Mulier ligata est, quanto tẽpore viuit vir eius. Item viuente viro adultera vocabitur, si facta fuerit alteri viro. Non tamen omnino sine causa hoc permiserunt: forsitan enim propter huiusmodi infirmitatem incontinentium hominum, peiorum comparatione quę ma- A

Matt. 19. la sunt permiserunt, aduersus ea quæ ab initio fuerãt scripta. Dico autem vobis, quoniam quicunque dimiserit vxorem nisi ob causam fornicationis, & aliam duxerit, mœchatur. Fortsitan audax aliquis & Iudaicus vir, aduersans doctrinæ Saluatoris nostri dicet, quoniam & Iesus dicẽs: Quicunque dimiserit vxorem suam excepta causa fornicationis facit eam mœchari, permisit vxorem dimittere quemadmodum Moyses, quem retulit propter duritiam cordis Iudæorum hoc præcepisse: & hãc ipsam inquiet esse causam fornicationis per quam vxor à viro dimittitur: secundum quam & Moyses prẽcepit dimittere vxorem si inuenta fuerit res turpis in ea. Sed ad hoc ita est respondendum, quoniam si secundum legem adultera lapidatur, manifestum est quoniam non secundum hoc intelligitur res turpis. Nec enim in causa adulterii oportet dare libellum repudii. Et post multa alia subdit. Qua enim ratione adultera est mulier, quãuis legitime nubere videatur viro viuente: eadem ratione & vir quamuis legitime accipere videatur dimissam ab aliquo viro, non accipit legitimè, secundum sententiam Christi, sed magis mœcharur quasi alienam accipiens. Hactenus origenes, qui multa notatu digna dixit, contra aduersarios nostros. Et verba hæc Origenis sunt iuxta translationem Erasmi. Propter quod valde miror Erasmum tam effrontem hoc in loco fuisse, vt in illa sua prolixa annotatione super septimum caput prioris epistolæ ad Corinthios non sit veritus dicere, Origenem non reprehendere illos episcopos, qui permiserunt viris, ducere alias vxores, viuentibus prioribus adulteris, cum tamen apertè dicat Origenes, illos

Clemens Alexandrinus. contra scripturam feciſſe. Clemens Alexandrinus Origenis magister libro secundo stromatum ait. Quod autem consulat scriptura vxorem ducere, & nec à coniugio vnquam permittat discedere, legem B apertè constituit. Non dimittes vxorem, præterquam propter fornicationem. Adulterium autem existimat coniungi matrimonio viuo altero ex separatis. Hæc Clemens Alexandrinus, & reperiet qui ea videre voluerit, pagina. 83. in impressione Florentina. Istum Clementem plus vno integro seculo præcessit. Euaristius papa: quoniam hic, vt ex pontificali Damasi constat, fuit temporibus Domitiani & Neruę

Euarist⁹. Traiani. Hic autem in secunda epistola sua huic nostræ sententiæ apertè fauet, sic dicens. Sicut vir non debet adulterare vxorem suam, ita nec episcopus Ecclesiam suam, id est, vt illam dimittat, ad quam sacratus est, absque inuitabili necessitate, aut Apostolica vel regulari mutatione, nec alteri se ambitus causa coniungat. Et sicut vxori non licet dimittere virum suum vt alteri, se viuente eo, matrimonio societ, aut eum adulteret, licet fornicatus sit vir eius: sed iuxta Apostolum aut viro suo reconciliari debet, aut manere innupta: ita Ecclesiæ nõ licet dimittere, aut ab ea separare episcopum suum vt alterum, viuente eo, accipiat: sed aut ipsum habeat, aut innupta maneat, id est, ne alterum episcopum, suo viuente, accipiat, ne fornicationis aut adulterij crimen incurrat. Hæc Euaristus papa & martyr. Ex cuius verbis constat, falsam & nimis violentam esse expositionem quam redit Catharinus illis verbis Apostoli: Præcipio non ego, sed Dominus, vxorem à viro non discedere, quòd si discesserit, manere innuptam, aut viro suo reconciliari.

Dicit enim Catharin⁹ (vt iã suprà retuli) illa verba hoc modo esse interpretãda. Præcipio vxorẽ à viro nõ discedere, excepta causa fornicationis, quòd si discesserit præter causam fornicationis, manere in- C nuptam aut viro suo reconciliari. Et iuxta hanc suam interpretationem dicit Paulum non præcipere, vxorem quæ à viro propter illius fornicationem recessit manere innuptam, aut viro suo reconciliari. Sed hæc Catharini sententia apertissimè conuincitur esse falsa, per verba Euaristi dicentis, Apostolum præcepisse, vxorem quæ à viro discessit, etiam si ille fornicatus sit, manere innuptam illo viuente, aut viro reconciliari. Et certè ex ipsis verbis Pauli constat, malam & violentam esse illam Catharini expositionem. Nam quando Apostolus dixit: Quod si discessit, non admisit illud quod illicitum erat mulieri, de quo non erat opus amplius disputare quid possit facere in eo statu in quo non poterat iustè consistere: sed admisit illud quod mulier facere licebat, quod est, discedere à viro propter illius fornicationem.

Et tunc vlterius progreditur declarans quid tunc facere possit, & dicit eam non posse alteri nubere,

bere, ſed neceſſariò manere innuptam, aut viro ſuo reconciliari. Ex iſtis omnibus teſtimoniis hactenus citatis iam apertè conſtat falſum eſſe quod Catharinus ait hanc noſtram ſententiam accepiſſe vires ab Auguſtino: quoniam multi viri illuſtres Auguſtino vetuſtiores illam docuerunt, & nullus vir alicuius nominis illam auſus eſt reiicere. Nam illos epiſcopos quos Origenes refert contrarium feciſſe, ipſemet dicit extra ſcripturam dixiſſe, & contra ſcripturam feciſſe. Sunt adhuc præter ſuprà dicta Euariſti verba,
D quæ obiter de hac materia per occaſionem dixit: aliæ de hac re pontificum definitiones ex profeſſo datæ. Nam Innocentius papa huius nominis tertius, in capite Gaudemus, de diuortiis, volens probare plu- *Innocentius 3.*
ralitatem vxorum eſſe lege diuina prohibitam, hæc ait. Sanè veridica hęc ſententia probatur teſtimonio veritatis teſtantis in Euangelio: Quicunque dimiſerit vxorem ſuam ob fornicationem, & aliam duxerit, mœchatur. Si ergo vxore dimiſſa, duci alia de iure non poteſt, fortius & ipſa retenta. Hæc Innocentius, qui hæc dicens nihil, vt ex verbis illius conſtat, nouum ſtatuit: ſed ſolum arguit ex eo quod certò credidit eſſe de iure diuino. Alexander tertius qui hunc Innocentium præceſsit, in cap. Ex parte, de ſponſalibus & matrimoniis, per hæc verba definit. Quia nemini licet, vxorem ſuam ſine manifeſta cauſa fornicationis dimittere, & tunc eam ſibi reconciliare debet, aut ipſa viuente continere, mandamus quatenus eundem, vt ſuper inducta dimiſſa, ad vxorem ſuam redeat, & eam maritali affectione pertractet, monitione præmiſſa, per Eccleſiaſticam cenſuram cogatis. Hæc Alexander tertius qui nullum in hac parte nouum decretum ſtatuit: ſed præcepit, vt fieret iuxta id quod cõſtabat eſſe de iure. Ante hos duos ſummos pontifices, per multa ſecula præceſsit Innocentius papa huius nominis primus, qui in epiſtola ad Exuperium Tholoſanum epiſcopum, à quo de hac re fuerat interrogatus, capite ſexto per hæc verba reſpondet. De his etiam requiſiuit dilectio tua, qui interueniente repudio, alii ſe matrimonio copulaverunt, quos in vtraque parte adulteros eſſe manifeſtum eſt. Qui vero vel vxore viuente, quamuis diſſociatum videatur eſſe coniugium, ad aliam copulam feſtinarunt, neque poſſunt adulteri non videri, in tantum, vt etiam hæ perſonæ quibus tales coniuncti ſunt, etiam ipſæ adulterium commiſiſſe videantur, ſecundum illud quod legimus in Euangelio: Qui dimiſerit vxorem ſuam, & duxerit aliam, mœchatur. Similiter & qui dimiſſam duxerit. Hæc Innocẽtius primus, vir quidem ſanctitate & doctrina clariſsimus. In cuius verbis id potiſſimum annotandum eſt, quòd nullum tunc ſtatuit decretum, ſed ſolum quæſtio-
A ni ſibi propoſitæ reſpondet, per teſtimonia ſacræ ſcripturæ. Et hoc annotare oportuit propter Eraſmum qui dicit, ſolis pontificum decretis & non diuino mandato eſſe prohibitum viro, qui vxorem ſuam propter adulterium reliquit, vt alteram ducat. Catharinus etiam in illis ſuis annotationibus contra Caietanum, hæc ait. Satis eſt quòd decretis pontificum hanc perſoluo reuerentiam, vt iuxta illa etiam doceam atque conſulam. Hæc Catharinus. Et certè vt ingenuè loquar, multo magis in hac parte miror erraſſe Catharinum quàm Eraſmum, propterea quòd Catharinus à principio ſuorum ſtudiorum fuit ex profeſsione iuriſperitus, & in illa facultate nomen obtinuit antequam ordinem ſancti Dominici profiteretur. Potuit igitur ille optimè aduertiſſe, ſi voluiſſet, nullum pontificem de hac re autoritate propria decretum aliquod, quaſi ſuum ſtatuiſſe: ſed quum de hac re locuti ſunt, ſolum declaraſſe quid Dominus in Euangelio ſtatuiſſet. Et propter hanc cauſam poſtquam citaui illa verba iſtorum trium pontificum, hoc in illis omnibus annotaui, vt inde oſtenderem illos omnes docuiſſe, hanc noſtram ſententiam eſſe ex iure diuino, & non ex inſtitutione ſua. Nihil iam mihi ſupereſſe video, vt hanc noſtram & Catholicam ſententiam plene probatam relinquam, niſi vt Eccleſiæ Catholicæ apertam de hac re definitionem proferam. Concilium Mileuitanum capite. 17. ſuorum decretorum in hac contentione: per hæc verba defi- *Cõcilium Mileuitanum.*
nit. Placuit, vt ſecundum Euangelicam & Apoſtolicam diſciplinam, neque dimiſſus ab vxore, neque dimiſſa à marito alteri coniugatur: ſed ita maneant, aut ſibimet reconcilientur. Quod ſi contempſerint, ad pœnitentiam redigantur. In qua cauſa legem imperialem petendam promulgari.

Hæc Concilium Mileuitanum: quod etſi prouinciale fuiſſe fatemur, illud tamen ab Innocentio huius nominis primo fuiſſe confirmatum: Auguſtino id teſtante, cognoſcimus. Hæc autem verba ad maio
B rem illorum confirmationem poſtea in Concilio Aphricano capite. 69. eodem prorſus ordine repetita ſunt. Sed ne quis adhuc contendat ambo hæc Concilia fuiſſe prouincialia: profero Concilium Florentinum, quod citra omnem dubitationem fuit generale, ad quod Græci & Latini conuenerunt. Hoc autem concilium in definitione fidei Armenis data, de ſacramẽto matrimonii loquens, per hæc verba definit. Aſſignatur autem triplex bonum matrimonii. Primum eſt proles ſuſcipienda & educanda ad cul- *Cõcilium Florentinum.*
tum Dei. Secundum eſt fides quam vnus coniugum alteri ſeruare debet. Tertium indiuiſibilitas matrimonii, propter hoc quod ſignificat indiuiſibilem coniunctionem Chriſti & Eccleſiæ. Quamuis autem ex cauſa fornicationis liceat thori ſeparationem facere: non tamen aliud matrimonium contrahere fas
C eſt, cùm matrimonii vinculum legitimè contractum perpetuum ſit. Hæc Concilium Florentinum. Si quis tamen contentioſus Caietano patrocinari vellens, dixerit, definitionem illam fidei Armenis datam non eſſe à toto Concilio, ſed à ſolo Eugenio papa poſt ſolutionem concilii æditam, minimè poterit hac via illum iuuare: quoniam Caietanus ipſe alibi docet, papam in definitionibus fidei errare non poſſe. Deinde Caietanus in illo ſuo opuſculo de comparatione autoritatis papæ & cõcilii capite primo & tertio apertè teſtatur doctrinam illam ſacramentorum Armenis datam, à toto concilio fuiſſe æditam. Et hoc opuſculum multo antè ædidit ille, quàm ſacram ſcripturam commentari tentaſſet, in cuius cõmentariis hanc de diuortio protulit ſententiam. Quapropter ego non video quomodo ille in hac parte excuſari poſſit, cùm conſtet illum generalis concilii definitionem optimè nouiſſe, contra quam non eſt vetitus ſentire & publicè docere. Hæc tamen ego non dico, quia perſonam illius ob hanc cauſam accuſare velim. Nam ego in hoc opere, vt alias ſæpe me dixiſſe memini, non contra perſonas, ſed contra falſas & hæreticas doctrinas agere ſtatui. Poſſibile etiam eſt, vt licet illam fidei definitionem à Concilio

Alexãder tertius.

Innocentiꝰ primꝰ.

Matt. 19.

Florentino Armenis datam legisset, quum opusculum illud scripsit: longo tamen postea tempore elapso quum scripsit illa commentaria super Euangelia, non fuit memor illius concilii Florentini, quod antea legerat. Non enim omnia quæ legimus perpetua memoria retinemus. Et ideo nolo personam illius propter hunc errorem damnare, præsertim cum in hac sententia, vt iam à principio dixi Ecclesiæ definitioni se subdiderit. Sed iam opus est, vt respondeam aduersariorum argumentis, quibus illi se motos fuisse dicunt, vt præfatam doctrinam tuerentur.

Primò quidem argumentantur Erasmus & Catharinus durum esse, vt is qui sine culpa sua, sed propter solam vxoris fornicationem, illam dimisit, cogatur ad continentiam seruandam, præsertim si talis est natus, vt ad carnales coitus sit pronus. Hanc argumentationem vehementer exaggerat Catharinus, & multa circa illam verba expendit. Sed hanc argumentationem per multa secula antea proposuerat Pollentius ille, ad quem Augustinus tractatum illum suum de adulterinis cõiugiis scripsit. Erasmo igi-
August. tur & Catharino, ego melius respondere non potero, quam illi Pollentio respondit Augustinus libro secundo de adulterinis coniugiis, capite decimo sic inquiens. Sed respõdes mihi, Continenter viuere paucorum est. Et ideo qui fornicantes coniuges dimiserunt, quoniam non possunt reconciliari, tantum se vident periclitari, vt legem Christi non humanam sed feralem pronuncient. O frater, quantum ad incontinentes pertinet, multas querelas habere possunt, quibus vt dicis, legem Christi feralem pronuncient, non humanam. Et tamen non propter illos Euangelium Christi peruertere vel mutare debemus. D
Te quippe sola illorum querela permouet qui coniuges causa fornicationis intercedente dimittunt, si alias ducere non sinantur: quoniam continere paucorum est, atque ad id debent laude exhortari, non lege compelli. Itaque si dimissa adultera non ducitur altera, iustam querelam, sicut putas, habebit hominum incontinentia. Sed attende quam plura sunt, vbi si querelas incontinentium velimus admittere, necesse nobis erit adulteria permittere. Quid si enim aliquo diurno & insanabili morbo corporis teneatur coniunx quo concubitus impediatur? Quid si captiuitas vel vis aliqua separet, ita vt sciat viuere maritus vxorem, cuius sibi copia denegatur, censes ne admittenda incontinentiũ murmura, & permittenda adulteria? Quid in hoc ipso vnde interrogatus est Dominus, respõditque fieri non debere, sed ad duritiam cordis eorum, Moysen permisisse dari libellum repudii, & quacunque causa dimittere vxorem? Nónne lex Christi incontinentibus displicet, qui vxores litigiosas, iniuriosas, imperiosas, fastidiosas, & ad reddendum debitum coniugale difficillimas, repudio interueniente abiicere volunt & alteras ducere? Hęc Augustinus. Eodem modo respondet Innocentius tertius in capitulo, Quanto, de diuortiis. Sed quantum ad illud exemplum de homine secto quod illic proponit Innocentius, aliqui obiiciũt dictum quoddam Gregorii iunioris, quod citatur à Gratiano in cap. Quod proposuisti. 32. quæst. 7. Ad hoc tamen respondet & bene Gratianus, quòd Gregorius ille sic definiendo errauit, quanquam glossa in illo loco nititur illum Gregorium excusare. Secundò argumentantur aduersarii ex hoc quod vir non tenetur vxoti, neque vxor viro, nisi ad reddendum carnale debitum, & ad cohabitationem, & mutuum obsequium. Ab his autem omnibus absoluitur per diuortium coniunx innocens in cuius fauorem concessum est diuortium, ergo saltem ille poterit transire ad secundas nuptias. Ad hoc argumentum facilè respondetur negando primum assumptum illius. Vt autem apertius illius falsitatem ostendam, admoneo A
lectorem vt aduertat, quod post quodlibet cõtractum & ratum matrimonium consurgit inter ipsos cõiuges duplex obligatio mutua. Altera est affirmatiua qua sibi inuicem reddere tenẽtur carnale debitum & mutuum obsequium: & hæc prorsus tollitur per diuortium. Altera est negatiua, qua quisque illorum tenetur non reddere alteri copulam carnalem, nisi illi soli cui se alligauit per matrimonium, & hæc non tollitur nisi per mortem alterius coniugis. Et de hoc vinculo solo intelligitur illud Pauli. Mulier alligata est viro quanto tempore vir eius viuit. Et ex intelligentia huius obligationis colligitur etiam clarior responsio ad argumentum præcedens, vt intelligant Erasmus & Catharinus, non esse durum & asperum cogere ad continentiam virum qui vxorem suam propter adulterium reliquit, & non vult se illi reconciliari. Nam quando matrimonium cum illa contraxit, ipse se ad hanc duritiam & asperitatem tolerandam obligauit, quò fit vt quod à principio promisit, postea sit obligatus tenere. Neque in hoc fit illi iniuria, quia sciens tale vinculum esse in matrimonio, voluntariè se tali vinculo ligauit. Scienti autem & volenti, vt regula ait, non fit iniuria. Tertiò sic argumentantur aduersarii. Id quod Dom-
De regulis iuris. lib. 6. nus dixit iuxta tenorem legis antiquæ, Qui dimiserit vxorem suam, det illi libellum repudii, intelligendum est de dimissione perfecta, quæ non solùm est quo ad thorum, sed etiam quo ad vinculum, quod negari non potest, quia sic lex olim intelligebatur, ergo quod Dominus locutus est de dimissione Euangelica, quæ est propter causam fornicationis, eodem modo intelligendum est de dimissione per-
Catharinus. fecta, non solum quo ad thorum, sed etiam quo ad vinculum. Hoc argumentum tanti facit Catharinus, B
vt dicat se non videre quid dici valeat, quod erudito pectori satisfaciat. Et certè huius argumenti non fuit ille primus inuentor, quia ante illum, Erasmus scripserat in suis annotationibus super septimum
Erasmus. caput prioris epistolæ ad Corinthios, sic dicens: Atqui diuortium, inquiunt, approbat Ecclesia, sed hactenus, vt vterque maneat inconiugatus. Obsecro te an de hoc diuortio sensit Christus? A Iudæis interrogatur, Iudæis respondet. At illi nullum aliud nouerant diuortium, nisi quod adimeret ius repetendi dimissam, & daret ius ducendi alteram. Hæc Erasmus. Sed hoc argumentum, quod isti tanti fa-
Matt. 5. ciunt, ego nihili facio: quia considero diligenter & attentè quædam alia verba quæ Christus Saluator noster dixit parum ante illa de quibus nunc disputamus. Nisi abundauerit (inquit) iustitia vestra plus quam Pharisæorum & Scribarum, non intrabitis in regnum cœlorum. Quibus præmissis statim progressus est ad reformandos illos errores, quibus Pharisæi & Scribæ erant infecti, & populum inficiebãt. Emendauit itaque in omnibus illis, id, quod male illi ante docere solebant. Et vnũ ex illis erat in repudio

vxorum

vxorum ſuarum, per quod illi putabant ſe eſſe ſolutos à vinculo vxoris, quam repudiabant. In quo maximè errabant: quia licet permiſſum erat illis, vt poſt repudiatam vnam, alteram ducere poſſent, ſic tamẽ facientes peccabant: quia contra ius naturæ faciebãt, in quo nemo poteſt diſpenſare, niſi ille qui eſt ſupra naturam. Ad hoc ergo ſeruiebat illis permiſſio, vt non propter hoc punirentur, ſic dimittentes vxores ſuas: non autem vt liberi eſſent à peccato. Nam quia peccabãt ſic facientes, ideo Chriſtus poſtea nõ dixit, Deus permiſit, ſed Moyſes. Et hoc annotauit Hieronymus in commentariis ſuper Matthæum interpretans illa Saluatoris verba, Moyſes ad duritiam cordis veſtri. &c. vbi hæc ait. Quod dicit iſtiuſmodi eſt. Nunquid poteſt Deus ſibi eſſe contrarius, vt aliud ante iuſſerit, & ſententiam ſuam nouo frangat *Hierony.*
C imperio? Non ita ſentiendum eſt: ſed Moyſes cum videret ptopter deſiderium ſecundarum coniugum quæ vel ditiores, vel iuniores, vel pulchriores eſſent, primas vxores interfici aut malam vitam ducere, maluit indulgere diſcordiam, quàm odia & homicidia perſeuerare. Simulque cõſidera, quòd non dixit: Propter duritiam cordis veſtri permiſit vobis Deus, ſed Moyſes: iuxta Apoſtolum conſilium ſit hominis, non imperium Dei. Hæc Hieronymus. Eſt adhuc aliud conſiderandum, quod non dixit Chriſtus Moyſem præcepiſſe, ſed permiſiſſe. Et inde colligitur malum fuiſſe repudium, quia mala ſunt quæ fieri *Chryſoſt.*
permittuntur: bona verò aut præcipiuntur, aut de illis conſilia dantur. Et hoc annotauit Chryſoſtomus in opere imperfecto ſuper Matthæum, vel quiſquis eſt illius operis autor, homilia. 33. hæc dicens. Bene dixit quia Moyſes hoc permiſit, non præcepit. Aliud eſt præcipere, aliud eſt permittere. Quod enim præcipimus ſemper placet: quod autem permittimus, nollẽtes præcipimus: quia malam volũtatem ad plenum prohibere non poſſumus. Hæc ille. Sic autem permittẽs Moyſes non malè fecit, ſed bene: quia vt maius malum, puta homicidium vitaret, permiſit minus. Oportet tamen, vt omnia rectè intelligãtur, tria in hoc negocio conſiderare, quorum Primum Moyſes prohibuit: Alterum permiſit. Tertium præcepit. Prohibuit quidem dimittere vxorem ſine cauſa. Permiſit dimittere vxorem ex cauſa turpitudinis, ſi illa turpis fuiſſet. Præcepit dare libellum repudij, ſi illam dimitteret, vt per huius libelli donationem auerteret illos ab huiuſmodi vxorum dimiſſione. Nam dato libello repudij non poterat amplius ad illam vxorẽ redire, vt habetur in Deuteronomio, nec poterat vxori poſteà reconciliari. Et in hoc ſicut in quibuſdam aliis, illud repudiũ veteris legis differt à diuortio legis Euãgelicæ, quia in lege Euangelica poſ- *Deut. 24.*
D ſunt coniuges poſt diuortium factum ſibi inuicem reconciliari. In donatione libelli, quæ erat præcepta, non erat peccatum. In dimiſſione autem vxoris, quæ erat permiſſa committebatur peccatum, quia ſoluebatur vinculũ matrimonii, quod ex lege naturæ erat indiſſolubile. Iudæis ergo Chriſtus loquẽs, quum abiicere vellet libellũ repudii, qui in veteri lege erat præceptus, vſus eſt verbo dimiſſionis, iuxta ſenſum in quo Iudæi capere ſolebant. Quum autem poſt abrogatum repudium veteris legis, ſtatuit diuortium, iuxta legem Euangelicam, nõ vtitur illo verbo vt ſignificat dimiſſionem quo ad vinculum, ſed ſolũ quo ad thorum. Quia ſicut legem ſtrictiorem quàm erat vetus, ſtatuebat, vel vt rectius loquar, reſtituebat, ita etiam ſtrictiori tunc verbi ſignificatione eſt vſus, volens vt iuſtitia noſtra abundaret pluſquam Phariſæorum & ſcribarum. Et hac ſe vti ſignificatione, Chriſtus ipſe apertiſſimè oſtendit, per verba quæ ſtatim ſubiungit, dicens. Et qui dimiſſam duxerit, adulterat. Nam per illa verba apertè indicauit eam quę à viro dimiſſa eſt vxorem eſſe illius à quo dimiſſa eſt: quoniam vt iam ſuprà diximus, non adulteraret qui illam duceret niſi illa eſſet vxor illius à quo dimiſſa eſt. Chriſtus ergo illam dicit eſſe à vito dimiſſam quę ſolum dimiſſa eſt quo ad thorum. Sed Eraſmus irridet huius verbis vſum ad tam ſtrictam ſignificationẽ, dicens nunquam inueniri apud probatos autores hoc verbum dimittere, capi ad ſignificandum ſolam dimiſſionem quo ad thorum. Nunquid Chriſtum vult Eraſmus grammaticorum regulis alligare? Aut Chriſtum ipſum vult accuſare, quòd male illius verbi ſignificatitione ſit vſus? Nònne ipſe Eraſmus ſæpe aliàs fatetur, multa eſſe in ſactis literis, quæ iuxta exactam grammaticam aliter eſſent ſcribenda? Sed his omiſſis volo Eraſmo oſtendere probatum autotem qui verbo iſto vſus eſt, vt ſignificet ſolam thori ſeparationem. Nam Chryſoſt. in illa præfata hom. 33. operis imperfecti ſuper Matthæum, iuxta illam ſi- *Chryſoſt.*
gnificationem uſus eſt illo verbo, ſic dicens. Qui dimittit coniugem ſuam, & aliam non accipit, adhuc
A maritus eſt. Cum ergo aliam acceperit, tunc plene dimittit. Hæc ille. In quibus verbis conſtat illum duos dimiſſionis modos ſtatuere, vnum quo quis ſic dimittit vxorem, vt aliam ducat, & hanc dicit eſſe plenam dimiſſionem. Alterum quo ſic dimittit vxorem, vt tamen aliam non ducat: & illum qui ſic dimittit dicit adhuc eſſe maritum illius quam dimiſit. Poſtquam iam adeò ſufficienter reſpondi ad argumẽtum aduerſariorum, vt cuilibet viro ſapienti ſatisfacere poſſim, poſſum facile ipſum eorum argumẽtum in illos retorquere, prout ſuperius obiter inſinuaui. Si Chriſtus de dimiſſione quo ad vinculum eſt locutus: ergo ſuperfluè addidit illa verba, & aliam duxerit, quia tunc ſolum vir dimittit vxorem quo ad vinculum, quãdo aliam ducit: quia antequam aliã ducat, adhuc poteſt dimiſſam reconciliare ſibi. At Chri- *Pſal. 1.*
ſtus nullum verbum ſuperfluum dixit: quia vt propheta regius de illo dixit, folium eius nõ defluet: Ergo Chriſtus non eſt locutus de dimiſſione, quo ad vinculum, ſed ſolum quo ad thorum. Quartò ſic argumentantur aduerſarii. Si de ſola dimiſſione quo ad thorũ Chriſtus fuiſſet locutus, non ſola cauſa fornicationis fuiſſet excepta: quia etiam propter alias cauſas poteſt eſſe licita ſeparatio thori, vt puta ſi ex amborum conſenſu ingrediantur religionem, aut propter periculum vxoricidii. Fateor quidem alias eſſe cauſas propter quas licita poteſt eſſe ſeparatio coniugum quo ad thorum, dimiſſiones tamen illæ maiorem habent cauſam: quàm ſit fornicatio, propter quam Deus conceſſit poſſe fieri ſeparationem. Cauſa autem fornicationis ideo eſt iuſta ad ſeparationem thori, quia ipſa fornicatio coniugis eſt contra fidem matrimonii: & ideo iuſtum eſt vt deinceps alter non teneatur illi qui fidem non ſeruauit. At magis eſt contra matrimonium vxoricidium, per quod tollitur vita & propria vxoris exiſtentia, quàm adulterium per quod ſolum violatur fides ſine ablatione vitæ. Vxoricidium eſt contra coniunctionem

animorum,adulterium contra coniunctionem corporum. Matrimonium autē, vt Chryſoſtomus ait in illa præfata homilia.33.operis imperfecti, non facit coitus ſed voluntas. Deinde, maior eſt obligatio vxoris ad conſeruationem propriæ vitæ quàm ad reddendum debitum vxori. Et ideo omnes Theologi cenſent nullum coniugem teneri ad reddendum alteri coniugale debitum,quando talis redditio debiti vergit in apertum damnum incolumitatis propriæ: quia magis tenetur,ad conſeruationem proprij individui: quàm ad conſeruationem ſpeciei,ad quam tendit talis redditio debiti cōiugalis.De aliis autem moleſtiis quas viri ſolent inferre vxoribus, cenſeo nullam earum eſſe ſatis ad faciendam vel thori ſeparationem. Illi verò qui ex mutuo conſenſu ingrediuntur religionem, non ſunt cenſendi quòd ſe inuicem dimittant,ſed quòd quilibet renunciat iuri ſuo quod habet ſupra alium. Nā dimiſſio non dicit ſolā ſeparationē coniugū, ſed denotat vltra hoc aliquod crimē in illo,qui dimiſſus eſt. Propter hoc enim ſolus innocens dicitur dimittere alterum qui adulterauit,& è contrario non dicitur adulterum dimittere innocentem. Quintò ſic argumentatur Caietanus. Si alter coniugum infidelium cōuertatur ad fidem, poteſt diſſolui matrimoniū inter illos contractum,propter alterius fornicationem ſpiritualem,ergo etiam poterit diſſolui propter alterius coniugis fornicationem carnalem. Ad hoc argumentum reſpondet Catharinus in illis ſuis annotationibus contra Caietanum & dicit magnum eſſe inter illa duo matrimonia diſcrimen.Quia matrimonium infidelium non eſt ratum,& ideo poteſt diſſolui: matrimonium autem fideliū eſt ratū,& ideo diſſolui non poteſt.Hoc diſcrimen reddit Innocentius tertius in cap.Quanto,de diuortiis.Poteſt adhuc aliter reſponderi ad argumentum,& dico fornicationem ſpiritualem,quæ eſt per infidelitatem,eſſe multo maiorem quàm fornicatio carnalis: & ideo ex iſta poteſt colligi optimè illa,ita vt ſi iſta diſſoluit,& illa; arguendo à minori ad maius affirmatiué. Non licet autē ex illa colligere iſtam,ita arguendo: Si illa diſſoluit: ergo iſta. Quia ſic arguendo arguitur à maiori ad minus affirmatiuè,quod eſt ineptiſſimum argumentum.Non enim oportet vt id quod minus eſt,poſſit efficere id quod maius efficit.Contra hunc errorem quum primum Eraſmus illum docere cœpit,ſcripſit quidam Ioānes Deitembergius: Poſt iſtum aliquanto tempore interiecto ſcripſit contra eundem Eraſmi errorem Robertus Cenales ex academia Pariſienſi.

Sexta hęreſis aduerſus nuptias aut matrimonium exorta eſt,quę ſic extollit nuptias,vt eas non vereatur æquare virginitati. Sed de hac hæreſi infra diſſeremus in titulo de virginitate. In quo loco pro ipſa virginitate pugnare decreui, & vtinam tam facilè hoſtes illius carnales vincere poſſem, quàm facilè de hoſtibus illius ſpiritualibus,Deo adiutore,me triumphaturum ſpero.

OBEDIENTIA.

Ioan.8. OMnes ſcelerati ac facinoroſi homines quò facilius & liberius quæ voluerint ſcelera committere poſſint,libertatem optant,vel vt verius dicam,liberam ſeruitutem,quoniam iuxta illam quam cupiunt libertatem miſerrimæ ſeruituti ſe addicunt, Saluatore noſtro dicente: Qui facit peccatum ſeruus eſt peccati.Hęretici aliqui timentes ne propter ſua ſcelera & venenoſas doctrinas à prælatis Eccleſiæ punirentur iuxta poteſtatem à Deo illis collatam,ad hoc aſylum confugerunt,vt eorum plures negauerint obedientiam eſſe præſtandam prælatis Eccleſiæ. Huius erroris primi autores fuēre Vvaldenſes, impij ac ſceleratiſſimi homines,qui more viperarum,viſcera matris Eccleſiæ,à qua per baptiſmum fuerāt geniti,rodere conati ſunt. Hi enim omnē Eccleſiæ poteſtatem & ordinem tollere volebāt,dicentes non eſſe obediendum Romano pontifici,aut aliis Eccleſiæ prælatis.Eundem errorem docuerunt Pſeudoapoſtoli, Vviclephitæ, Huſſitæ: & nunc Lutherani dicunt non eſſe obediendum prælatis Eccleſiæ, niſi in illis ſolum quæ in ſacra ſcriptura ſunt apertiſſimè expreſſa.Begardi & Beguinæ dixerunt eos qui ad perfectionis ſtatum peruenerint,non eſſe alicui humanæ poteſtati ſubiectos. De his omnibus hæreticis,& de errore illis omnibus communi iam ſuprà ſatis (vt opinor) diximus in titulo de Eccleſia,hæreſi tertia: quo loco oſtendimus Eccleſiam poſſe condere leges & ſtatuta quæ non ſint expreſſa in ſacris literis: cuius conſtitutionibus quilibet tenetur obedire.Non eſt ergo opus illa iterum repetere.

Vvaldenſes. *Pſeudoapoſtoli.* *Lutherus.* *Begardi.* *Beguinæ.*

OCCIDERE.

Vvaldenſes. *Nicolaus Galecus.* INter alios Vvaldenſium errores quos Guido recenſet,hic vnus eſt,quo docent nullū hominem poſſe occidi iuſtè,etiam ſi id fiat ex iudicis pręcepto.Eūdem errorem poſteà docuit quidam Nicolaus Galecus ex Bohemia oriundus,qui fuit vnus de legatis à Bohemia ad concilium Baſilienſe miſſis.Hic error apertè conuincitur,quia per illū tollitur humanus conuictus, & omnis honeſta politia peruertitur: quoniam per hāc doctrinam nulla erit pax: at pace ſublata, nulla reſpublica poteſt ſalua conſiſtere,nec homines in ea quietè viuere. Cùm ergo pax ſit nobis tam neceſſaria, vt eam nobis Chriſtus ex maximo affectu commendauerit, & quaſi teſtamento eam nobis prope mortem legauerit, conuincitur illam doctrinam eſſe erroneam per quam pax totius reipublicæ turbatur.Turbatur autem pax niſi ſcelerati & malefici occidantur.Hæreſis eſt ergo aſſerere non poſſe occidi.Omnis enim reſpublica eſt velut corpus quoddam humanum,cuius caput eſt Dominus & rector: alii autem homines ſunt inuicem membra. Apoſtolus Paulus totam rempublicam Chriſtianam,hoc eſt Eccleſiam,vocat vnum corpus,cuius caput eſt Chriſtus:ſinguli autē homines alter alterius membra. Si autem in corpore humano aliquod particulare membrum laborauerit aliquo morbo, homo cuius membrum male habet, procurat omnibus modis quibus poteſt illud reſtituere in priſtinam

Rom.12.

priſtinam ſanitatem,omnem adhibet medicinam,admouet fomenta quæ poteſt. Quòd ſi nulla via poteſt illi membro ſubueniri,libenter patitur inciſionem,quoniam præſtat perdere vnum mẽbrum,quàm perdere totum corpus. Ad hunc modũ fit in republica,cùm quilibet homo ſit tanquam particulare mẽbrum in corpore quod eſt reſpublica. Si talis homo commiſerit aliquod graue crimen, laborandum eſt ad eius emendationẽ. Quòd ſi nulla eſt ſpes de emendatione illius,oportet illum perdere vſque ad mortem,& ſeparare à toto corpore,ne reliqua membra inficiat. Vnũ enim pecus inficit omne pecus. Quòd ſi nunquam eſſet mors infligenda,terra eſſet plena latronibus,mare piratis, nullæ eſſent res tutæ. Vt ergo ſit debita in populo quies & tranquillitas,expedit vt ſceleratus homo occidatur,ne tota gens pereat. Prẽterea ſuprà cùm de bello ageremus,oſtendimus bellum poſſe iuſtè geri ab homine habente poteſtatem,ſi ea adſunt quæ ad iuſtum bellum exiguntur. At cùm non poſſint homines in bello congredi,quin ſæpe multis in eo fiant hominum occiſiones, conuincitur inde, vt ſi bellare licet, liceat etiam occidere.

B Rurſum beatus Petrus Apoſtolus puniuit morte Ananiam & Sapphiram, quia vendito agro fraudauerunt de precio,non portãtes coram Apoſtolis totum precium,ſed aliquid ſibi reſeruantes. Et hoc ſolum exemplum ſufficit ad proſternendum horum hæreticorum hæreſim,quoniam hoc in tempore nouæ legis actum eſt,quo tempore propter legis benignitatem dicunt non eſſe licitum quacunque ex cauſa hominem occidere. Petrus tamen hanc benignitatem agnoſcens,non dubitauit morte punire Ananiam & Sapphiram, quoniam ſciebat veram miſericordiam habere ſemper in ſuo comitatu iuſtitiam, quæ non patitur maleficos viuere ſuper terram. Sed hoc loco obiiciunt nobis hæretici præceptum diuinum quo prohibet occiſionem,dicens: Non occides. Huic autem obiectioni reſpondemus,per illa verba non eſſe prohibitam omnem occiſionem, ſed illam quæ à perſona priuata fit,non autem illam quæ à iudice ex iuſta cauſa decernitur infligenda. Hoc autem ita eſſe ex eo cõuincitur, quòd in lege veteri erat illud idem præceptum,& ſub eiſdem verbis,videlicet,non occides: & tamen cum illo præcepto fuerunt multæ aliæ leges quibus præcipiebatur hominis occiſio propter peccata aliqua,vt patet de punitione blaſphemi,& de punitione furis nocturni. Quòd ſi per illa verba,videlicet, non occides, eſſet prohibita quælibet hominis occiſio: eſſet tunc neceſſarium fateri Deum præcepiſſe contraria,quæ nullo modo fieri poterant. Abſit autem vt dicamus Deum præcepiſſe aliquid impoſſibile. Vt ergo non ſit repugnantia in mandatis Dei,oportet fateri in illo præcepto,non occides, non eſſe prohibitam omnem occiſionem, quoniam in lege Euangelica ipſemet Saluator confirmaſſe videtur legem de occiſione hominis qui alium occiderit, cùm dixit: Omnis qui occiderit gladio,gladio peribit. Ita enim Chriſtianus Druthmarus ſuper Matthęum interpretatur locum illum. Et beatus Hieronymus ſuper. 22. Hieremiæ ait: Homicidas & ſacrilegos & venenarios punire,non eſt effuſio ſanguinis,ſed legum miniſterium.

Act. 5. *Matt. 5.* *Exod. 20.* *Leui. 24.* *Matt. 16.*

C ALia hæreſis quæ cum hac proximè narrata velut ex diametro pugnat, docens homines ſeipſos occidere vt palmam martyrii aſſequi mereantur. Circuncelliones nanque dixerunt eos qui ſeipſos occidunt,eſſe martyres cenſendos,eo quòd mortem vltronei patiuntur. Sed de hoc errore iam ſuprà diſſeruimus in titulo, Martyrium. *Circũcelliones.*

TErtia hæreſis eſt, quæ aſſerit licere cuilibet homini occidere tyrannum, etiam per inſidias, non obſtante quacunque confœderatione inter eos facta,etiam ſi fuiſſet iuramento firmata. Sed de hoc errore infrà in titulo de Tyranno diſputabimus.

OPERA.

NOn ſatis ſe feciſſe arbitratur Lutherus,quòd opera humana reiecerit,dicẽs ea non eſſe neceſſaria, niſi illa etiam damnaret, aſſerens omnia opera cuiuſlibet hominis, quantumlibet etiam rectè facta, eſſe peccata. Iuſtum enim hominem dicit peccare in omni bono opere. Hunc autem errorem ex alio nõ minus pernicioſo deducit. Nam Lutherus arbitratur per illud primum & maximum legis mandatum, quod eſt de dilectione Dei, obligari homines ad conſummatam charitatis perfectionem: ad quam quia nullus in hac vita pertingere poteſt, quoniam illa expectatur in præmium,ideo dicit Lutherus toties homines peccare,quoties aliquid ex charitate faciendum deficit ab illa ſumma charitatis perfectione. Exiſtimat etiam Lutherus per illud præceptum: Non concupiſces,eſſe prohibitum carnis appetitũ,quem nullus homo à ſe poteſt abiicere,quamuis poſſit reprimere,quoniam caro concupiſcit aduerſus ſpiritum,& ſpiritus aduerſus carnem. Quia ergo hæc duo ſibi aduerſantur,vt non quęcunque velimus faciamus,ideo dicit iuſtum in omni bono opere peccare,& omnia opera noſtra quantumlibet bona eſſe cenſenda peccata, quia videlicet in omni tali

D opere caro reluctatur & rẽpugnat ſpiritui: quapropter tale opus dicit eſſe peccatum,quia eſt opus cum concupiſcentia factum,& ita contra præceptum illud: Non concupiſces. Ecce Lutheri fundamentum, ſuper quod huius præſentis erroris fabricam ædificare conatur. Hoc fundamẽtum nos Deo duce poſtea ſubuertemus, cùm de præceptis diſſeremus. Ibi enim oſtendemus ex ſacris literis,& ex doctrina ſacrorũ doctorum, illa duo præcepta non eſſe ita intelligenda prout Lutherus illa intelligit. Hanc ergo cauſam vſque ad illum locum differentes,de errore quem primò propoſuimus, diſputare oportet, vt doceamus cõtra Lutherum,neque omnia opera noſtra eſſe peccata,neque iuſtum in omni bono opere peccare. Primò ergo producamus in teſtimonium noſtrum, illud magnificum Abrahæ opus cum filium ſuum vnigenitum quem diligebat Iſaac immolare voluit obediens Deo præcipienti. In cuius remunerationem promiſit Deus illi,ſe carnem ex illius ſemine ſuſceputum. Sic enim ait: Benedicẽtur in ſemine tuo omnes gentes terræ,quia obediſti voci meæ. Quæ verba iuxta Paulũ de Chriſto intelligenda ſunt. Nõ enim dixit,in ſeminibus,quaſi in multis,ſed quaſi in vno,& ſemini tuo,qui eſt Chriſtus. Si obediẽtia Abrahæ

Lutherus. *Galat. 5.* *Gene. 22.* *Galat. 3.*

fuiſſet peccatum,nõ fuiſſet illi à Deo tantum & tam honorificum prẽmium promiſſum.Præterea poſt-
Iob.1. quam Iob paſſus fuerat tot tribulationes,& locutus fuiſſet verba illa patientiam ſuam maximam teſtan-
tia,ſcriptura ſtatim illum laudat, dicens: In omnibus his non peccauit Iob, neque ſtultum quid contra
Deum locutus eſt.Si in omnibus illis nõ peccauit Iob, non eſt ergo quodlibet hominis opus peccatum.
Rurſum,beatus Paulus de his qui matrimonio iunguntur diſſerens,ait:Solutus es ab vxore,noli quære-
1.Cor.7. re vxorem.Si autem acceperis vxorem,non peccaſti:& ſi nupſerit virgo,non peccauit. Paulus dicit non A
peccare eum qui capit vxorem,& nõ veretur Lutherus dicere omne opus noſtrum eſſe peccatum.Si er-
go actus nubendi,iuxta Paulum,non eſt peccatũ: quid putas de aliis operibus eum dicturum,quæ idem
2.Pet.1. Paulus cenſet eſſe meliora quam actus nubendi? Et beatus Petrus poſtquam aliquot virtutes ad gloriam
1.Ioan.3. aſſequendam neceſſarias enumerauerat,ſtatim ſubiunxit: Hæc enim facientes,non peccabitis aliquan-
do.Et beatus Ioannes in ſua prima canonica epiſtola,ait: Omnis qui in Deo manet,non peccat. Ne au-
1.Ioan. 4. tem diſputaremus quærentes quiſnam ſit ille qui manet in Deo,ipſe in eadem epiſtola declarauit,dicẽs:
Deus charitas eſt: & qui manet in charitate,in Deo manet,& Deus in eo.Attende ergo Luthere, & vi-
de quàm apertè tuam damnat Ioannes ſententiam. Omnis qui manet in charitate,in Deo manet. Om-
nis qui in Deo manet,non peccat. Omnis ergo qui manet in charitate, non peccat. Aut ergo oportet te
negare iuſtos eſſe in charitate,aut cogeris fateri iuſtum in bono opere non peccare: quoniam omnis qui
manet in charitate,non peccat. Perſpice lector obſecro, & conſidera quibus cancellis ſit concluſus Lu-
therus,vt nulla illi pateat fuga.Quòd ſi fortè elabi velut anguis conatur,dicens opus eſſe charitate per-
fecta ad hoc vt maneamus in Deo, & Deus in nobis: talis autem charitas (vt Lutherus ait) in via non
habetur:erit ergo iuxta hanc reſponſionem dicendum,quòd Deus in nullo homine habitat pro ſtatu hu
ius miſeriæ,eò quòd non habet aliquis homo illam perfectam quam Lutherus exigit charitatem.Sed ne
aliqua via Luthero pateret exitus,hanc etiam rimulam obſtruxit Beatus Ioannes,cùm in eadem epiſtola
declarauit, quæ eſſet perfecta charitas. Sic enim ait: Qui ſeruat verbum eius, verè in hoc charitas Dei
1.Ioan.2. perfecta eſt. Quid ergo dicet Lutherus? Nunquid progredietur vlterius vt neget aliquem ſeruaſſe ver- B
ba, hoc eſt mandata Dei? Si hoc negare non erubeſcit, audiat diuinum Pſaltem dicentem: Cuſtodiuit
Pſal.118. anima mea teſtimonia tua,& dilexit ea vehementer.Seruaui mandata tua &teſtimonia tua,quia omnes
viæ meæ in conſpectu tuo.Et ſi hoc prophetę dictum non recipit Lutherus,eo quòd propheta de ſeipſo
teſtimonium proferat, audiat Deum pro eodem propheta teſtimonium proferentem. Nam ad Hiero-
3.Reg.14 boam loquens,ait: Non fuiſti ſicut ſeruus meus Dauid,qui cuſtodiuit mandata mea,& ambulauit poſt
me in toto corde ſuo. Deinde multæ ſunt perſuaſiones in ſacra ſcriptura quibus admonemur ne vn-
quam peccemus.At ſi iuſtus in omni opere quantumlibet bono peccat,fruſtra admonemur de eo quod
Pſal.4. non eſt nobis liberum euitare.Iraſcimini (inquit propheta) & nolite peccare.Poſſibile eſt ergo homi-
nem iraſci,& non peccare.Vnde colligitur non omne opus eſſe peccatum, quoniam non omnis ira. Et
Ioan. 5. Dominus illi quem poſt.38.annos in infirmitate tranſactos priſtinæ incolumitati reſtituit,dixit:Ecce ſa-
nus factus es, iam noli peccare, ne deterius tibi aliquid contingat. Si omnia opera noſtra ſunt peccata,
idem erit dicere,nolite peccare,& dicere, nolite operari; quoniam non eſt poſſibile operari ſine pecca-
to. At cùm multa opera præceperit Deus qui peccatum prohibuit, conuincitur inde, vt illa opera quæ
fieri nobis Deus præcepit aut conſuluit,non ſint cenſenda peccata. Nam alioqui oportebit fateri Deum
præcepiſſe nobis contraria,ſecũque pugnantia,cùm opera præcepit,& peccatũ prohibuit.Abſit autem
vt talem iniuſtitiam Deo impingamus,vt dicamus illum prẽcepiſſe nobis ea quę fieri nullo modo pote-
rãt.Quapropter dicamus cũ catholicis omnibus doctoribus multa eſſe bona opera quæ ex gratia & cha
ritate facta merentur,iuxta legem diuinam iam promulgatã,vitam æternã: quæ opera nullo modo pec- C
cata dicenda ſunt.Præter hæc omnia quæ apertè hanc Lutheri hæreſim expugnãt,poteſt adhuc illam a-
pertè cõuincere cõſideratio multorũ fructuum, quos ſacra ſcriptura teſtatur produci à bonis operibus,
Proue. 4. qui fructus nequaquã poſſent produci à bonis operibus,ſi illa verè eſſent peccata. Primò quidem opera
bona vocantur lux à Salomone, dicente: Iuſtorum ſemita quaſi lux ſplendens procedit & creſcit vſque
ad perfectum diem.Si enim opera bona fuerint in publico facta, lucere dicuntur, & illuminare eos co-
ram quibus fiunt,ſicut apertè Saluator noſter docuit,ſic dicens:Luceat lux veſtra corã hominibus,vt vi-
deant opera veſtra bona, & glorificent patrem veſtrũ qui in cœlis eſt. In quibus verbis opera bona Sal-
uator noſter appellauit Lucem,& tunc ea lucere dixit,quando in eo loco fiunt,in quo ab hominibus vi-
deri poſſunt. Si autem illi qui bona opera iuſtorum vident, ex illorum exemplo moti fuerint ad facien-
dum alia ſimilia bona opera,tunc glorificant patrem noſtrum qui in cœlis eſt. At nihil horum conuenit
peccato:quia peccatũ non lux vocatur in ſacris literis,ſed tenebræ. Nam Sapiens deſcribens diſcrimen,
Sapiẽ.17. quod Deus poſuit inter Ægyptios & filios Iſraël, ait: Omnis enim orbis terrarum limpido illuminaba-
tur lumine,& non impeditis operibus continebatur. Solis autem illis ſuperpoſita erat grauis nox, ima-
go tenebrarum: quæ ſuperuentura illis erant. Ipſi ergo ſibi erant grauiores tenebræ. In quibus verbis
non ſolum infernum ad quem poſtea ituri erant, ſed ipſos etiam peccatores appellauit tenebras. Sed
apertius in ea quæ eſt ad Romanos epiſtola hoc docet Paulus, ſic dicens: Abiiciamus ergo opera tene-
Rom.13. brarum,& induamur arma lucis.In quibus verbis, vt ſatis eſt manifeſtum, opera bona appellauit arma
lucis,& peccata dixit opera tenebrarum.Qui autem hęc tenebrarum opera facit,non glorificat patrem D
Ioan.8. qui in cœlis eſt,imò potius inhonorat eum, prout Saluator ipſe Iudæis alibi dixit: Vos inhonoraſtis me.
Prou.21. Rurſum,opera bona placent Deo,& ſunt illi grata.Nam,vt Salomon ait,facere miſericordiam & iudi-
Rom.12. cium magis placet Deo,quàm victimæ.Et corporis afflictiones pro Deo moderatè ſuſceptas,Paulus vo
cat hoſtiam viuentem,ſanctam,Deo placentem. Nec ſolùm opera ipſa placent Deo, ſed ipſa opera ſæ-
Heb.13. pe ſunt cauſæ quòd illorum operum autores etiam placeant Deo.Nam de hoſpitalitate teſtatur Paulus,

quoſdam

quoſdam per illam placuiſſe Deo, angelis hoſpitio receptis. Peccatum autem nũquam placuit Deo, nec peccator eo tempore, quo in peccato manet. Similiter enim ſunt odio Deo, vt ait Salomon, impius & impietas eius. Superbi nanque (vt ait Iudith) nunquam Deo placuerunt, ſemper autem Deo placuit manſuetorum & humilium deprecatio. Propter hoc enim auertit Deus faciem ſuam à Cain, & noluit reſpicere illum neque munera illius: quia neque ille neque illa placebant ei. Nam conuertens ſe peccator ad Deum, per conuerſionem ſuam placat Deum, contra illum iratum, prout Eſaias apertè docuit, ſic dicens: Reuertentur ad Dominum, & placabitur Deus. De occiſione qua Phinees occidit Iſraëlitam coeuntem cum ſcorto, teſtatur regius propheta per illam fuiſſe placatum Deum. Stetit Phinees, inquit ille, & placauit, & ceſſauit quaſſatio. Iratus fuerat Dominus contra Niniuitas, adeò vt per Ionã prophetam minaretur illis, ciuitatem illorum infrà quadraginta dierum ſpatium fore ſubuertẽdam: ſed per ieiunium & alias corporis afflictiones placauerunt Deum. Nam videns Deus (vt ait Ionas) opera eorum, quia conuerſi ſunt de via ſua mala, & miſertus eſt Deus ſuper malitiam, quam locutus fuerat, vt faceret eis, & non fecit. Peccato autem nunquam placatur Deus, imò potius magis irritatur. Expelle eos (inquit de peccatoribus propheta) quoniam irritauerunt te Domine. Et iterum: Irritauit impius Deum, dixit enim in corde ſuo non requiret. Et rurſum. Exacerbauit Dominum peccator. Si Deus per peccatum irritatur, quomodo poteſt eſſe vt iuſtus peccet in bono opere, per quod Deus ipſe placatur? Fieri enim nequit, imò nec intelligi, Deum propter idem opus ſimul placari & irritari. Præterea operibus bonis debetur ex promiſſione diuina, præmium, peccatis autem pœna, prout ſæpiſſimè ſacræ literæ docent. Nam Chriſtus dicit ſe venturum in gloria patris ſui cum angelis ſuis, & tunc redditurũ vnicuique ſecundum opera ſua. Quid autem iuſto & quid peccatori ſit redditurus, poſtea per eundem Euangeliſtam, declarauit, dicens: Ibunt ij in ſupplicium æternum, iuſti autem in vitam æternam. Fiet ergo iuxta Lutheri ſententiam, vt iuſtus homo propter idem opus ſit dignus pœna, & præmio æterno, qua ſententia nihil abſurdius & ineptius dici poteſt. Poſtremò hæc inſana hæreſis damnata eſt in Concilio Tridentino, quod ſub Paulo tertio celebratum eſt, & ſeſſione ſexta hunc inter alios multos vigeſimo quinto loco protulit latæ ſententiæ cenonem. Si quis in quolibet bono opere iuſtum ſaltem venialiter peccare dixerit, aut (quod intolerabilius eſt) mortaliter, atque ideo pœnas æternas, mereri: tantumque ob id non damnari, quia ea opera Deus non imputat ad damnationem, Anathema ſit. Hæc Concilium Tridentinum. Verùm ſupereſt vt Lutheri obiectionibus reſpondeamus. Primò obiicit nobis illud Sapientis: Non eſt homo iuſtus in terra, qui faciat bonum, & nõ peccet. Fatemur quidem nullum eſſe ſine Dei gratia iuſtum, neque iuſtum ſine Dei adiutorio poſſe vitare omne peccatum. Nam ſicut gratia exigitur ad initium boni operis, ita etiam requiritur ad proſecutionem. Quapropter quilibet homo quantumlibet iuſtus, ſi à Deo non fuerit adiutus, in poſterum peccabit. Et quòd hunc ſenſum habeant illa verba Eccleſiaſtæ, colligitur ex præcedentibus verbis, quibus ſic dicitur: Sapientia confortauit Sapientem ſuper decem principes ciuitatis, hoc eſt, gratia Dei magis cõfortat hominem quàm omne auxilium humanum, & cauſam huius reddens, ſtatim ſubiungit: Non eſt enim homo iuſtus in terra qui faciat bonum, & non peccet. Ac ſi diceret: Inde conuincitur gratiam Dei magis confortare hominem quàm omnes principes mundi, quia adiutus gratia Dei, poteſt vincere omne peccatum: deſtitutus tamen Dei gratia, etiam ſi auxilium omnium principum mundi habeat, non poterit peccatum omne euadere. Ex qua interpretatione patet Eccleſiaſtem nullo pacto aduerſari noſtræ ſententiæ. Secũdò obiicit nobis illud beati Ioannis in eius prima canonica. Si dixerimus quia peccatum nõ habemus noſipſos ſeducimus, & veritas in nobis non eſt. Cui obiectioni reſpõdemus multa eſſe peccata venialia, à quibus nullus quantũuis iuſtus liberatur, quin in multa illorũ labatur: quoniã, vt ait B. Iacobus, in multis offendimus omnes. Non dixit, in omnibus offendimus, ſed in multis: non tamen inde ſequitur vt omne opus noſtrũ ſit peccatũ. Ecce Lutherum qui ſcholaſticos theologos vocare ſolet ſophiſtas, nunc vno nugaciſsimo ſophiſmate nos decipere credit. Quis non videt huius collectionis fallaciam? Omnis homo iuſtus habet aliquod peccatum, ergo omne opus eius eſt peccatũ. Sic Lutherus iuxta ſuã dialecticã didicit ex particulari inferre vniuerſalẽ. Sic etiã accipiendũ eſt illud Pſalmiſtæ: Nõ intres in iudicium cũ ſeruo tuo domine, quia nõ iuſtificabitur in conſpectu tuo omnis viuẽs. Verũ eſt certè nullũ hominem, ſi iuxta rigorem iuſtitiæ diuinę examinetur, inueniri iuſtum, quoniam (vt ex Iacobo Apoſtolo iam diximus) in multis offendimus omnes. Nullus ergo iuſtus inueniretur, ſi Deus ſtrictiſſimè vellet examinare. At qualis eſt iſta collectio: Nullus homo reperietur iuſtus diſtrictè examinatus, ergo nullum opus hominis eſt bonum? Omnis enim homo etſi habeat aliquod opus propter quod iuſtus dici non deberet, non tamen inde oportet colligere vt omne opus hominis ſit peccatũ. Sic etiam intelligendum eſt, quod Aug. lib. 9. Confeſsionũ ait: Væ (inquit) hominũ vitæ quantũcunque laudabili, ſi remota miſericordia iudicetur. Væ vitæ hominum dixit: & non dixit, væ omnibus hominũ operibus: quoniam etſi nullius hominis vita ſit adeò perfecta, vt non habeat admixta plura venialia peccata, tamen multa ſunt opera quæ Augu. peccato carere non dubitat: quoniam in eodem loco B. Auguſt. de matre ſua loquens, dicit illam multa bona opera feciſſe, propter quæ ipſe reddit gratias Deo. Alia etiam opera illam feciſſe fatetur quæ egent miſericordia diuina, pro quibus ſe Deum precari dicit. Tertiò nobis obiicit Lutherus Eſaiam prophetam dicentem: Et facti ſumus vt immundi omnes nos, & quaſi pannus menſtruatæ vniuerſæ iuſtitiæ noſtræ. Hoc Eſaiæ teſtimonio ſe triumphaſſe credit Lutherus, quoniam in vniuerſum opera noſtra damnare videtur propheta, cùm omnes noſtras iuſtitias comparat panno menſtruatæ, qui multis maculis reſperſus eſt. Verum etſi illud Eſaiæ teſtimonium in faciem Luthero fauere videatur: tamen ſi litera bene & prout decet inſpiciatur, apertiſsimè cognoſcitur nihil pro Lutherò dicere. Nam illic propheta non ſuo nomine loquitur, ſed nomine populi: nec etiam totius populi, ſed ſolùm nomine populi Iſraëlitici. Nec eo nomine ſic loquitur, vt ad omne

Sapiẽ.14. *Iudith.9.* *Gene.4.* *Eſa.19.* *Pſal.105.* *Ionæ.3.* *Pſal.5.* *Pſal.9.* *Pſal.17.* *Matt.16.* *Matt.25.* *Cõcilium Tridentinum.* *Eccle.7.* *Ibidem.* *1.Ioan.2.* *Pſal.142.* *Eſa.7.*

tempus ſua verba referat, ſed ſolùm ad illud tempus quo propheta illa dicebat: quo tempore abundabat peccatum in populo Iſraël: propter quod Deus permiſſurus erat vt in captiuitatem duceretur. Hoc ergo præuidens Propheta, precatur Deum pro populo, & de illo tempore loquens, ait: facti ſumus immundi omnes, & quaſi pannus mẽſtruatæ vniuerſæ iuſtitiæ noſtræ. Quæ verba nomine populi ſui protulit. Alioqui ſi ad omnes referenda ſunt verba illa, quomodo vera erunt quæ ſequuntur? Et cecidimus, inquit, quaſi folium vniuerſi, & iniquitates noſtræ quaſi ventus abſtulerunt nos. Non eſt qui inuocet nomen tuum, qui conſurgat & teneat te. Nunquid Eſaias non inuocauit nomen Dei? Abſit vt quis hoc dicere audeat. Si ergo hæc verba ad Eſaiam, & ad alios qui Deum coluerunt, & nomen eius inuocauerũt, referri non poſſunt: nec etiam alia, quæ Lutherus obiicit, referri ad eos poterunt, cùm omnia illa verba vno orationis decurſu de eiſdem perſonis dicantur. Et quòd illa verba ſint referenda ad ſolum illud tempus captiuitatis, coniici facilè poteſt ex verbis quæ parum infrà ſubiungit propheta, dicens: Ne iraſcaris Domine ſatis, & ne vltra memineris iniquitatis noſtræ. Ecce reſpice, populus tuus omnes nos. Ciuitas ſancti tui facta eſt deſerta. Sion deſerta facta eſt, Hieruſalẽ deſolata eſt: domus ſanctificationis noſtræ, & gloriæ noſtræ, vbi laudauerunt te patres noſtri, facta eſt in exuſtionem ignis, & omnia deſiderabilia noſtra verſa ſunt in ruinas. Hæc autem verba apertiſsimè dicũtur de captiuitate populi Iſraëlitici, ad quod tempus reliqua verba illius capitis referuntur. At ex hoc quòd illo tempore omnes iuſtitiæ fuerint ſicut pannus menſtruatę, non licet colligere ita eſſe omni tempore. Adde quòd beatus Hieronymus refert illa verba eſſe interpretanda de operibus factis ante Chriſti incarnationem ſub tempore videlicet legis Moſaicæ, & non de operibus factis ſub lege Euangelica, ita vt ſi quis nunc ſub lege Euangelica cæremonias legis veteris ſeruare vellet, omnes iuſtitię eius erunt ſicut pannus menſtruatæ. Et iuſtitias legis veteris, ſi ad iuſtitias nouæ legis comparentur, dicit eas debere dici immunditias. Ex quibus omnibus conuincimus, illud Eſaiæ teſtimonium nullo pacto fauere Luthero. Quarto loco nobis obiiciunt beatum Gregorium, qui libro nono moralium, capite primo, hæc ait: Quia ſanctus vir omne meritum virtutis noſtræ vitium eſſe conſpicit, ſi ab interno arbitrio diſtrictè iudicetur, ideo rectè ſubiungit. Si voluero contendere cum eo, non poterit ei reſpondere vnum pro mille. Hæc Gregorius. In quibus verbis, vt fideliter cauſam aduerſariorum referam, duo annotanda ſunt. Primum eſt quod eloquutio illa Gregorii eſt vniuerſalis ad omne opus bonum. Alterum eſt quòd dicit verba illa eſſe dicta à beato Iob, non quidem propter ſolam humilitatem, propter quam ſæpe homines iuſti falſa contra ſe dicere ſolent: ſed ideo dicta eſſe ait, quia vera erant. Nam dixit ſanctum virum conſpicere omne meritum virtutis noſtræ eſſe vitium. Non autem conſpicimus, niſi id quod re vera eſt. Hoc Gregorii teſtimonium adeò æſtimant Lutherani, vt putent ſe per illud triumphare de nobis. Sed re vera ego valde miror, quod non vereantur illud contra nos proferre, cùm ipſi ſanctorum omnium teſtimonia pro libito ſuo reiiciant, dicentes illos fuiſſe homines, vt nos, qui perinde potuerunt decipi, ac nos. Deinde in illo Gregorii teſtimonio eſt aliquid quod aliam illorum doctrinam falſam eſſe teſtatur. Nam illi negant meritum aliquod eſſe in bonis noſtris operibus, quod tamen Gregorius in verbis præfatis apertè fatetur. Si Gregorii teſtimonium aliquod robur habet, oportet vt illi fateantur aliquod eſſe in noſtris virtutibus meritum, quia Gregorius illud eſſe teſtatur. Si Gregorium pro hac parte reiiciunt, cur non verentur illud nobis pro alia parte obiicere? Iuſtum ſiquidem eſt vt in duello arma ſint æqualia. Iuſtum etiam eſt, vt qua menſura quiſque alium metiri voluerit, eadem & ſeipſum metiatur: quia iure diuino & naturali prohibitum eſt, ne quis in ſuo ſacculo diuerſa pondera, aut diuerſas menſuras habeat. Sed ne huiuſmodi coloribus videar fugere vim argumenti, volo reſpondere teſtimonio Gregorii; & oſtendam nihil illis fauere. Nam Gregorius non dixit abſolutè, & ſine vlla limitatione omne meritum virtutis noſtræ eſſe vitium, ſed addidit ſtatim limitationem conditionalem, dicens: Si diſtrictè iudicetur. Et nos adiecta hac conditione etiam fatemur, omne opus hominis bonum, eſſe vitium, ſi Deus illud diſtrictè iudicare velit, iuxta rationes debitorum quibus illi ex natura ſumus debitores, & nõ iuxta miſericordiæ ſuæ rationem, qua rigorem illum iuſtitiæ temperare voluit. Nam poſſet Deus, ſi vellet, multo plura & maiora à nobis exigere, quàm nunc exigit: quia tot & tanta nobis contulit, vt ſi totum id quod agere poſſumus, illi tribueremus: & in illum ſolum referremus, adhuc mediam debiti partem non ſolueremus. Ideo Chryſoſtomus in libro de compunctione cordis, ait: Etſi millies moriamur, etſi omnes virtutes animæ expleamus, nihil dignum gerimus ad ea quæ ipſi à Deo percepimus. Et iterum in quadam homilia ait: Si totum tempus vitæ huius occupent obſequia, laudes teneant, gratiarum actiones inſiſtant, non poteris penſare, quod debes. Hæc Chryſoſtomus. Et hoc eſt quod dixit Iob. Verè ſcio quod ita ſit, & quod non iuſtificetur homo compoſitus Deo. Si voluerit cõtendere cum eo, non poterit ei reſpondere vnum pro mille. Ac ſi diceret: Si quis cum Deo dati & accepti rationem ponere voluerit pro quibuſlibet mille à Deo receptis, non poterit aſſignare vnum quod ille donauerit. Et propterea dicit ſe verè ſcire, quòd nõ iuſtificabitur homo compoſitus Deo, hoc eſt, ad rationem computi poſitus cum Deo. Si iuxta hunc rigorem iuſtitiæ Deus iudicare vellet, multa & innumera nobis deeſſent ad tantorum debitorum ſolutionem: multa etiam in noſtris operibus, quantumlibet etiam rectè factis, deficerent, propter quæ meritò illa damnari poſſent. Conſiderans igitur B. Gregorius ſummam Dei bonitatem, & eximia ab illo nobis collata beneficia, cõſpexit nos tantum Deo debere, vt ſi Deus à nobis iuxta debiti rationẽ exigere vellet, nunquam debitam perſoluere poſſemus. Ob hanc igitur cauſam dixit, omne meritum virtutis noſtræ eſſe vitium, & omnem iuſtitiam noſtram eſſe iniuſtitiam, ſi à Deo diſtrictè iudicetur. Quia quantumlibet conemur, nunquam poſſumus tam ex animo, & tam purè, atque feruenter deo ſeruire, quã ipſe à nobis poſſet exigere, ſi vellet. Sed propter ſuã miſericordiam, cõſiderans quod caro ſumus & lutũ fragile, & quod fortitudo noſtra nõ eſt fortitudo lapidũ, neque caro noſtra ænea eſt, noluit à nobis tot & tanta exigere, ſed ſolã decem præceptorũ

Ibidem. *Gregorius.* *Deut. 25.* *Chryſoſt.* A B C D

poſſibilem

possibilem nobis obseruationem. Hac igitur tanta nobis à Deo exhibita misericordia, multa nunc verè non sunt peccata, quę alias si Deus iuxta rigorem iustitiæ iudicare voluisset, peccata meritò censenda essent. Aduersus hunc Lutheri errorem scripsit egregiè Ioannes Roffensis episcopus in sua assertione confutationis Lutheranæ articulis duobus, videlicet triceſimo primo, & triceſimo secundo. Scripsit etiam Iodocus Cclithoueus in suo Antiluthero, & Gaspar Sagerus Minorita in suo Scrutinio diuinæ scripturæ, Conatu tertio. Et nos etiam adhuc aliquid dicemus infrà in titu. de peccato, & in tit. de præcepto.

SEcunda hæresis docet nullum opus esse bonum, nisi fiat ex puro & syncero amore, quacunque, ex causa fiat, etiam spe mercedis æternæ. Huius erroris autor primus fuit quidam Bugaurius de monte Falcone, qui hoc docens in partibus Cataloniæ, damnatus fuit cum suo errore per Sancium Tarraconensem archiepiscopum. Hæc referuntur à fratre Bernardo de Lutzemburgo in suo catalogo hæreticorum. Hic error damnatur testimonio prophetæ dicentis: Inclinaui cor meum ad faciendas iustificationes tuas in æternum propter retributionem. Et Dominus eleemosynam persuadens, ait: Facite vobis amicos de mammona iniquitatis, vt cùm defeceritis, recipiant vos in æterna tabernacula. Quibus verbis docet nos facere eleemosynam propter vitam æternam habendam. Et alibi sæpe postquam aliquid præceperat, statim subiunxit promissionē vitæ æternæ cuicūque facienti illud, vt per spem præmij alliceret hominem ad opus præceptum. Agitæ (inquit) pœnitētiam appropinquabit regnum cœlorum. At si opus factum spe vitæ æternæ esset malum, Christus non alliceret nos per spem præmii ad illud faciendum. Præterea Paulus Apostolus ait: Quoniam debet in spe, qui arat, arare: & qui triturat, in spe fructus percipiendi. Et idem Paulus sæpe etiam per spem præmii ad virtutis opera hortatur. Nescitis inquit ille, quod ii qui in stadio currunt omnes quidem currunt, sed vnus accipit brauium. Sic currite vt comprehendatis. Quibus verbis per metaphoram sumptam ab iis, qui ex contentione currunt ad brauium propositum, admonet ad cursum celerrimum in via mandatorum Dei, propter præmium vitæ æternæ in fine cursus acquirendum. Timotheum discipulum etiam ad boni operis exercitium admonet per spem præmii, sic dicens: Exerce autem teipsum ad pietatem, nam exercitatio corporalis ad modicum vtilis est. Pietas autem ad omnia vtilis est, promissionē habens vitæ, quæ nunc est & futuræ. Hoc idem fecit Petrus Apostolorum princeps in secunda sua canonica epistola, hæc dicens: Satagite vt per vestra bona opera certam vestram vocationem & electionem faciatis. Rursum beatus Paulus, aliquos laudat propter bona opera, quæ tamen ipsemet testatur illos feciſſe propter spem mercedis æternæ.

Gratias agimus Deo (inquit ille Colloſſensibus scribens) & patri Domini nostri Iesu Christi semper pro vobis orantes, audientes fidem vestram in Christo Iesu & dilectionem quam habetis in sanctos omnes propter spem quæ reposita est vobis in cœlis. Et in epistola ad Hebræos laudat Abraham de fide & obedientia quam habuit propter spem vitæ æternæ, sic dicens: Fide qui vocatur Abraham, obediuit in locum exire, quem accepturus erat hæreditatem, & exiit nesciens quò iret. Fide demoratus est in terra repromissionis tanquam in aliena, in casulis habitando cum Isaac & Iacob cohæredibus repromissionis eiusdem. Expectabat enim fundamenta habentem ciuitatem, cuius artifex & conditor Deus. Dicens, fundamenta habentem ciuitatem, cœlestem gloriam significauit; quia hæc tam firma habet fundamenta, vt nunquam corruere possit. Fundamentum enim cui illa innitur, est promissio diuina, dicens: Ibunt iusti in vitam æternam. In spem huius ciuitatis tam firma fundamenta habentis, voluit Abraham demorari in terra repromissionis tanquam in aliena, in casulis villibus habitando.

Cùm igitur Paulus illud Abrahę opus propter spem mercedis æternæ factum laudet, apertè conuincitur inde, non esse malum omne opus spe mercedis æternæ factum. Deinde in eadem epistola Mosem laudat de fide per quam res omnes huius mundi contēpsit, causamque huius cōtemptus reddens, nullā aliam expressit nisi spem mercedis æternę. Sic enim ait; Fide Moyses grandis factus negauit se esse filiū filiæ Pharaonis, magis eligens affligi cum populo Dei, quàm temporalis peccati habere iucunditatem, maiores diuitias existimans thesauro Ægyptiorum improperium Christi. Aspiciebat enim in remunerationem. Cùm negauit se esse filium filię Pharaonis, regiam dignitatē cōtempsit, ac proinde honores huius seculi se pro nihilo habere ostendit. Eligens affligi cum populo Dei qui in luto & latere seruiebat magis quàm temporalis peccati habere iucunditatem, apertissimè declarauit, quanti mundi huius delitias æstimauerit. Cùm verò improperium Christi, hoc est, iniurias vel pro Christo, vel ad Christi similitudinem patienter toleratas, maiores æstimauit thesauro Ægyptiorum, manifestè ostendit, quid de huius seculi diuitiis senserit. Causam autem, à qua totus iste rerum temporalium contemptus processerit, Paulus expressit, dicens: Aspiciebat enim in remunerationem. Credidit siquidem Moyses alia multò maiora bona in posterum manere, quæ Deus humilibus & huius mundi contemptoribus daturus erat, & propter hanc remunerationem quam credidit futuram, voluit huius seculi diuitias, honores, & delitias, contemnere, vt in alia vita diuitias & delitias nunquam defuturas haberet. Non est ergo malum opus quod fit spe mercedis æternæ, quanquam ego non crediderim tale opus esse meritorium nisi à charitate procedat, quoniam charitas est radix à qua tota vis meriti oritur. Verū & si tale opus quod præcisè in spe præmii fit, non sit meritorium, non tamen ideo est malum, quoniam sicut nec omne bonum opus est meritorium, ita nec omne quod à ratione meriti deficit est malum. Potest etiam aliquod opus à charitate oriri, & quod agens illud alliciatur ad illud operandū per spem præmii, ita tamē quòd licet præmio esset frustrandus non cessaret ab opere, quoniam operatur ex charitate, quamuis allicitur à spe præmii. Tale ergo opus sic factum erit bonū & meritorium, & factū spe mercedis ęternę. Et qui sic operatur, non est cēsendus mercenarius talis, qualem illū depingit Saluator noster, quum illū distinguit à bono & vero pastore. Nā ille non ex charitate, qua ad oues efficitur, sed sola mercedis spe pascit oues. Mercenarius autē (inquit Saluator) fugit, quia mercenarius est, & nō pertinet ad eū de ouibus. Ille autē

Bugauri

Psal.118.
Luc.16.
Matt.4.
1.Cor.6.
Ibidem.
1.Tim.4.
2.Pet.1.
Col.1.
Heb.11.
Ibidem.
Ioan.10.

est ad quem pertinet de ouibus qui sic illis afficitur, & sic illas curat ac si essent suæ. Et hic quamuis ex labore suo aliquam speret mercedem, non est censendus mercenarius: quia etiam si talem non speraret mercedem, nihilominus illas pascere curaret, & quamuis lupum ad oues venientem videret, non fugeret. Hic ergo qui isto modo sui laboris mercedē sperat, sicut non censetur apud Deū mercenarius ma-

Cōcilium Tridentinum. lus, ita etiam ab eo pro huiusmodi labore acceptatur ad vitam æternā. Deniq; hæc Lutheri sententia dānata est in concilio Tridētino, quod sub Paulo tertio celebratū est, quod sessione sexta canonem vnum, videlicet trigesimum primum de hac re protulit, cuius hæc sunt verba: Si quis dixerit, iustificatū peccare dum intuitu æternæ mercedis bene operatur, anathema sit. Hæc concilium Tridentinum. Contra hanc hæresim nescio aliquem ex professo scripsisse, quamuis multos vidi, qui contra errores Lutheri & sectatorum illius scripserunt. C

TErtia hæresis docet esse hominis imperfecti exercere se in operibus virtuosis: quapropter ait hominem cùm ad vltimum statū perfectionis venerit, nulla bona opera debere facere. Huius tam de-

Begardi. Beguinæ Lutherus. mentis erroris autores fuêre Begardi & Beguinæ. Lutherus tamen truculentior bestia, istorum hæreticorum errorem auget, dicens non solùm homini perfecto, sed nulli alteri homini esse necessaria opera ad vitam æternam consequendam, quoniam (vt ait) sola fides sine operibus sufficit. Verùm hunc eius errorem iam suprà expugnauimus in tit. de fide, hæresi. 2. vbi ex sacris literis ostendimus opera esse cuicunque homini necessaria, vt vitam ęternam assequi possit. Contra Begardos & Beguinas concedentes opera esse necessaria hominibus imperfectis, non autem perfectis, est testimonium quod Christus de-

Matt. 11. dit de Ioanne baptista, dicens: Inter natos mulierum non surrexit maior Ioanne Baptista. Quibus verbis apertè docuit Ioannem Baptistā ad eum virtutis gradum peruenisse, vltra quē nullus inter natos mulierum progressus est. At de eodem Ioanne Baptista euāgelista refert quòd se exercuerit in operibus abstinentiæ, & Christus illum laudauit coram Iudęis de admirabili illius temperantia & fortitudine, ita vt nec aduersis deprimeretur, nec prosperis erigeretur. Non est ergo hominis imperfecti exercere se in

Gal. 5. operibus studiosis. Præterea, Paulus Apostolus ait: Qui autem sunt Christi, carnem suā crucifixerunt cū vitiis & concupiscentiis. Homo ergo quantumlibet perfectus, oportet vt crucifigat carnem cum vitiis, alioquí non erit Christi. Quòd si fortè vim facere volunt in verbo præteriti tēporis, ita vt eos dicat Paulus ad Christum pertinere, qui iam crucifixerunt carnem suam: nō autem eos qui eum crucifigunt: quo-

1. Cor. 6. niam tunc cum operatur, est dispositio ad perfectionem: quæ tunc habetur cùm fuerint opera facta, D

2. Cor. 12. non cùm fiunt: hoc reiicitur eiusdem Pauli testimonio, qui de seipso ait: Castigo corpus meū, & in seruitutem redigo, ne fortè cū aliis prædicauerim, ipse reprobus efficiar. Et hoc dicit homo ad tertium cœlum raptus, qui vidit arcana Dei quæ non licet homini loqui, homo inquam electus à Domino vt esset vas in quod Deus infunderet oleum gratiæ suæ. Iste castigat corpus suum, & non verentur impij Begardi asserere esse hominis imperfecti exercere se in operibus studiosis. Rursum, ipse Christus fons & origo totius perfectionis, ieiunauit, & alia virtutis opera fecit: nullus tamen citra impietatem erit tam demens, vt Christo aliquam imperfectionem impingat. Demum hic error damnatus est in concilio Viennensi sub Clemente. 5. celebrato: in quo damnati sunt octo Begardorum & Beguinarum errores, quorum vnus est is de quo modo loquuti sumus. Huius autem concilii definitio habetur in libro Clementinarum epistolarum, titulo de hæreticis, capitulo cuius initium est, Ad nostram, &c.

QVarta hæresis docet nullum opus humanum quantumlibet bonum, esse vitæ ęternæ meritorium, neque ad vitam æternam assequendam necessarium. Huius hæresis inuentor & primus autor est Lutherus, qui semper operibus humanis detraxit. Vt autem hoc non sine ratione dixisse videatur, specie pietatis hanc hæresim obtexit, dicens eos qui operibus humanis meritum gloriæ tribuunt, derogare meritis Christi, quibus solis salui facti sumus. At si opera nostra bona mererentur vitā æternā, non solis

Lutherus. Christi meritis, vt Lutherus ait, saluarentur. Hęc hæresis necessariò consequitur, ex alia eiusdem Lutheri, de qua in primo loco huius tituli de operibus disseruimus. Eo siquidē loco diximus illum asserere, omnia hominis opera quantumlibet rectè facta esse peccata, & iustum dicit in omni bono opere peccare. A Nam si omne opus humanum est peccatum, necessariò cōsequitur, vt per nullum opus possit homo vitam ęternam mereri. Absurdum enim esset, & ab omni ratione alienum, si diceretur hominem per peccata meteri vitam ęternam, quia peccato debetur pœna, & non præmium. Nullus est tam demens vt dicat, hominem mereri apud Deum præmium per illius offensam, per quā illum irritauit & exacerbauit. Hac ergo ratione benè circunspecta non possum non mirari, quomodo multi alii ex Lutheri factione sibiipsis constare possint. Nam Philippus Melancton, & Ioannes Caluinus, & Martinus Butzerus, & Ioannes Spangebergus, denique omnes protestantes in confessione Augustana fatentur meritum operum nostrorum: quia viderunt testimonia sacræ scripturę & sanctorum doctorum tam aperta, vt coacti fuerint fateri meritum aliquod in nostris operibus, Philippus Melancton in locis cōmunibus, titu-

Melanct. lo de bonis operibus circa finem capituli, hæc ait. Tertiò sciendum est, etiam præmia proposita esse bonis operibus, seu bona opera mereri præmia corporalia & spiritualia. Et paucis interpositis, subdit: Hic autem sciendum est, nos loqui de bonis operibus iustorum. Prius enim accipienda est fide remissio peccatorum, reconciliatio & acceptatio ad vitam æternam, & hæc donatur per misericordiam propter Christum, vt maneat certa. Et in fine illius capituli denique ait: Et vt sępe iam dictum est, tribuatur merces operibus, ita ne fiat incerta remissio peccatorum. Item ne transferatur beneficium Christi in nostrorum operum dignitatem, persona iustificatur coram Deo gratis fide, quæ nititur tantum misericordia, postea placent Deo bona opera & merentur mercedem. Hæc Philippus Melancton. In quibus verbis etsi fatetur bona opera mereri præmia corporalia & spiritualia, nunquam tamen apertè fatetur nos B per bona opera mereri vitam æternam. Et hanc Philippi sententiam multò apertius declarat Ioannes

Spangebergus

Spangebergus,qui in ſua Margarita theologica,titulo de bonis operibus,quęrens an bona opera mereantur vitam æternam,hæc ait,Nequaquam ſentiendum eſt quod propter dignitatem & munditiam bonorum operum detur vita æterna. Sed eſt beneficium gratuitum, & datur per miſericordiam propter Chriſtum. Et ratio eſt,quia noſtra obedientia ſemper adhuc eſt immũda,nec placet propter ſeipſam,ſed placet propter Chriſtum. Et aliquibus interiectis ſubdit, Nec eludi ſinamus cauillatione, quæ fingit ſynecdochen videlicet,etiam ſi bona opera non ſint totale meritum,tamen eſſe aliquod partiale,& minus principale meritum:quia ſic niteretur fides illo partiali quod eſt impoſſibile. Eſt enim contradictio,ſtatuere quòd gratis accipiamus vitam æternam per miſericordiam propter Chriſtum, & imaginari quòd noſtra obedientia mereatur vitam æternam. Et poſt pauca iterum ait. Sic ergo ſentiendum eſt, & ſi noſtra obedientia non eſt meritum vitæ æternæ, nec propter eam ſaluamur, ſed propter Chriſtum gratis: tamẽ eſt debitum quod neceſſariò ſequi debet,& meretur præmia corporalia & ſpiritualiá,quæ partim in hac vita,partim poſt hanc vitam reddentur. Hæc ille Ioannes Spangebergus. In quibus verbis fatetur neceſsitatem operam ad vitam æternam aſſequendam: quia dicit obedientiam eſſe debitum quod neceſſariò ſequi debet, & illam mereri præmia corporalia & ſpiritualia, tamen apertè negat illam mereri vitam æternam. Idem prorſus dicit Ioannes Caluinus in ſuo illo libello,quem ędidit contra decreta data à Concilio Tridentino in ſexta ſeſsione,cap.16.& canone.32. Iſti omnes fatentur noſtris operibus ineſſe aliquod meritum,cui reſpondent præmia corporalia & ſpiritualia, quamuis non vita æterna. Et hi omnes pariter dicunt. Iuſtum hi in omni bono opere peccare. Quæ duæ aſſertiones contra ſe inuicẽ apertiſsimè pugnant. Quoniam,vt iam dixi,non eſt poſsibile vt quis apud Deum mereatur præmium ali quod ſpirituale per peccatũ, cùm ſcriptura ſacra apertè teſtetur, odio ſimul eſſe Deo impium & impietatem eius. Sed Caluinus intelligens optimè hanc ſententiarum pugnam, vt illas conciliaret,dixit,opera noſtra quamuis ex ſe ſint peccata,hoc tamen nomine eſſe accepta Deo,quòd ille paterna indulgentia ignoſcit quicquid in illo eſt vitioſum. Verùm in hac ſua conciliatione operam perdidiſſe & laterem lauaſſe mihi videtur Caluinus:quoniam nihil minus agit quã id quod agere nititur. Nam,aut Deus in noſtris operibus,id quod eſt culpabile,ignoſcit quum fiũt,aut poſtquam facta ſunt. Si cùm fiunt ignoſcit, neceſſariò cogetur Caluinus fateri aliquod opus hominis non eſſe peccatum. Si autem poſtquam facta ſunt, Deus ignoſcit,neceſſarium eſt,vt fateatur opera illa non eſſe meritoria quum fiebant,aut ſimul eſſe meritoria & peccata. Magis ergo ſibi conſtat in hac parte Lutherus,quã hi omnes illius ſectatores,quoniam Lutherus,vt à principio dixi,aſſerens omnia opera hominis eſſe peccata,conſequẽter aſſeruit nullum opus humanum mereri vitam æternam. Omnes iſti etſi aliqua ex parte contra ſe inuicem pugnent, concorditer tamen aſſerunt,in nullo opere humano quantumlibet bono, eſſe meritum vitæ æternæ. Vt autem hanc aſſertionem hæreticam eſſe apertè conuincamus, oportet ante omnia ſtatuere quid ſit meritum,ne fortè in æquiuoco laboremus,aut de varia vocis ſignificatione contendamus. Sed quia omne æquiuocum,vt Ariſtoteles docet,prius eſt diuidendum quàm diffiniendum,ideo varias meriti ſignificationes diſtinguere oportet,& poſteà meritum diffiniemus iuxta illam ſignificationem,qua vti debemus in præſenti diſputatione. Nomen meriti apud Latinos & probatos autores, non ſolum tribuitur bonis, ſed etiam malis operibus humanis,ita vt per mala opera pœnam mereri dicant,perinde ac per bona opera,præmium. Ouidius libro quarto Metamorphoſeos dixit.

Quam meruit pœnam ſolus,digeſsit in omnes.

Et idem in epiſtola quinta iterum dixit:

Leniter ex merito quicquid patiare ferendum eſt.

Vatinius in quadam epiſtola ad Ciceronem dixit. Scis meam fortunam, neſcio quomodo facilè obtrectatores inuenerim,non meo me hercle merito. Hęc ille. In quibus verbis,vt apertè conſtat,meritum eſt poſitum pro culpa. Neque apud ſolos prophanos autores inuenitur meriti nomen malis operibus tributum, ſed etiam apud ſacras literas. Nam Iehu Propheta Domini, vt ſacra refert hiſtoria, dixit ad Ioſaphat regem Iuda. Impio præbes auxilium,& his qui oderunt Dominum amicitia iungebaris:& idcirco iram Domini merebaris:ſed bona opera inuenta ſunt in te. Et de Aman ſuſpenſo in ea epiſtola quam ad omnes ſibi ſubiectas prouincias ſcripſit Aſſuerus, dixit: Non nobis, ſed Deo reddente ei quod meruit. Et Sophar Naamathites,ad Iob loquens ait. Vtinam Deus loqueretur tecum,& aperiret labia ſua tibi,vt oſtenderet tibi ſecreta ſapientiæ,& quod multiplex eſſet lex eius,& intelligeres quòd multo minora exigaris ab eo quàm mererur iniquitas tua. Denique Paulus ad Hebræos ſcribens ait. Irritam quis faciẽs legem Moyſi, ſine vlla miſeratione duobus vel tribus teſtibus moritur: quanto magis putaris deteriora mereri ſupplicia,qui filium Dei conculcauerit, & ſanguinem teſtamenti pollutum duxerit, in quo ſanctificatus eſt,& ſpiritui gratiæ contumeliã fecerit? In his omnibus locis apertiſsimè dicitur,iniquitatem mereri pœnam. De hoc merito nulla eſt mentio in ſtatu præſentis diſputationis, ſed de illo ſolo merito bonorum operum,cui correlatiuè reſpondet,premium bonum. Hoc autem meritum ſcholaſtici doctores duplex eſſe dicunt: alterum appellantes meritum de condigno,alterum verò meritum de congruo. Non tamen omnes ſcholaſtici doctores hanc meriti diuiſionem probant:quoniam eorum aliqui meritum de congruo prorſus reiiciunt, tãquam id quod meritum dici nequaquam meretur:propterea quòd illi neque ex dignitate ſua,neque ex lege debetur præmium,ſed ex ſola congruitate gratis acceptatur ad præmium. De qua re ego impræſentiarum contendere nolo:quoniam magis de nomine quàm de re ipſa contendere mihi videntur,qui pro merito de congruo ſuſcipiendo,aut reiiciendo contendunt. Deinde, & ſi ego meritum de congruo amplectendum eſſe dicerem, illud longiſsimè abeſt à ſtatu præſentis diſputationis:quoniam de ſolo merito de condigno loquimur,quum dicimus, hominem iuſtum per bona opera mereri vitam æternam. Sunt etiam adhuc alii ſcholaſtici Theologi qui trepidantes timore, vbi

Ioannes Spangebergus.

Caluinus

Sap.14.

2.Par.19.

Heſter.16

Iob.11.

Heb.10.

Marſilius.

nulla erat timendi ratio, tertiam meriti ſpeciem quæſierunt, quam vocant meritum de digno. Nam vi-
Rom.8. dentes Paulum dicentem, paſſiones huius ſeculi, non eſſe condignas ad futuram gloriam, negarunt ho-
minem per bona opera poſſe mereri de cõdigno vitam æternam. Sed ex alia parte conſpicientes ad pro-
miſſiones diuinas, quibus Deus promiſit ſeruantibus mandata ſua, ſe daturum vitam æternam, coacti
ſunt fateri, meritum vitæ æternæ eſſe in obſeruatione mandatorum Dei, quod appellarunt meritum de
digno. Verùm iſti non aduerterunt idem prorſus eſſe apud Latinos & probatos autores dignum & con-
dignum, & neutrum altero excellentius eſſe, ſed vtrunque paritatem quandam ſiue æqualitatem ſigni-
ficare inter meritum & præmium. Et huic rei teſtimonium præbet quòd Eraſmus Roterodamus in ſua
tranſlatione noui teſtamenti, vertens illum locum Pauli, ex quo iſti trepidandi occaſionem immeritò
acceperunt, non vertit vocem Græcam ἀξίως, per condignas aut dignas, ſed per pares, ſic dicens. Nam re-
puto non eſſe pares afflictiones præſentis temporis, ad gloriam quæ reuelabitur erga nos. Ex quibus ver
bis conſtat Paulum ſolummodo negaſſe paritatem inter opera noſtra & gloriam quæ nobis eſt danda.
At cùm hæc paritas ita bene explicetur per nomen digni, ſicut per nomen condigni, fruſtra tentarunt B
per illud nomen fingere tertiam meriti ſpeciem, quæ non dicatur meritum de congruo nec de condi-
gno: ſed de digno, præſertim cùm in re ipſa nihil prorſus differunt ab illis qui meritum de condigno tri-
buunt operibus bonis reſpectu gloriæ. Cùm igitur de ſolo merito de condigno ſit præſentis controuer-
ſiæ ſtatus, illud ſolum in præſentiarum diffinire oportet. Meritum de condigno eſt opus liberum, cui ex
naturali & propria dignitate, aut ex lege debetur præmium. Cùm dico meritum eſſe opus, nomine ope
ris non ſolam alicuius rei actionem, ſed etiã omiſſionem intelligi volo, prout omnes ſcholaſtici Theolo-
gi docẽt intelligi oportere in diffinitione illa vulgari qua Auguſtinus diffinit peccatum, ſic dicens. Pec-
catum eſt dictum factum vel concupitum contra legem Dei. In qua diffinitione, vt illa ſit perfecta, per
hanc vocem, dictum, intelligi oportet etiam omiſſionem dicti, & per hanc vocem, factum, omiſsionem
facti. Eodem modo, in diffinitione meriti, quam nos modò dedimus nomine operis intelligi volo etiam
omiſsionem operis. Quod ideo me admonuiſſe lector intelligat, quoniam ſcio aliquos eſſe ſcholaſticos
Theologos, qui contendunt hominem non ſolum per opus, ſed etiam per operis omiſſionem poſſe me-
reri. De qua re ego nolo contendere, quia in hoc opere non pro hominum placitis, ſed pro ſola fide Ca-
tholica certare decreui. Et ideo vt omni hominum ſententiæ in diffinitione meriti ſeruirem, admonui
lectorem, vt nomine operis intelligeret, ſi vellet, & ſui opinioni conueniret, etiam operis omiſsionem.
Opus autem ipſum, vt meritum dici poſsit, liberum eſſe oportet: quoniam quod voluntatis libertate
caret, meriti rationem habere non poteſt. Nihil enim humanum Deo placere poteſt quod ab hominis
voluntate non procedit. Et ideo in omni oblatione, quæ Deo offerenda eſt, primum quod Deus ab ho-
Prou.23. mine petit, eſt propriæ voluntatis oblatio. Præbe fili mi (inquit Sapiẽtia diuina) cor tuum mihi. Et me- C
2.Corin.9 ritò iam tãquam commune prouerbium dicitur, non placere Deo coacta ſeruitia: propter id quod Pau-
lus ait. Vnuſquiſque prout deſtinauit in corde ſuo, non ex triſtitia, aut ex neceſsitate, hilarem enim da-
torem diligit Deus. Nemo etiam, vt Auguſtinus docet, peccat in eo quod vitare non poteſt, & inde ſe-
quitur, vt nemo mereatur in eo quod neceſſariò & non liberè facit. Non enim minorem exigit voluntā-
tis libertatem meritum quàm peccatum: quia in his quæ à natura inſunt, vt Ariſtoteles ait, neque lauda-
mur neque vituperamur. Et Tertullianus libro ſecundo contra Marcionem ait. Nec boni, nec mali mer
Tertullia ces iure penſaretur ei, qui aut bonus aut malus neceſsitate fuiſſet inuentus, non voluntate. Hæc ille. Di-
nus. ximus etiam ad rationem meriti de condigno perfectam neceſſariò exigi, vt operi bono & libero debea-
tur, aut ex ipſa operis natura, aut ex lege præmium illud reſpectu cuius dicitur meritum. Non enim ſem
per oportet vt præmium ſit debitum ex ipſa operis natura: ſed ſatis eſt, vt ſit debitum ex lege. Nam lex
poteſt facere paria, quæ ex ſua natura erant imparia. Lex naturæ docet, vt omne promiſſum ſit debitum,
& inde euenit vt promiſsione data paria ſint quæ illa ſecluſa non fuiſſent paria. Vt autem hoc manife-
ſtum faciam, in exemplum profero illam promiſsionem quam rex Saul dedit, quum Goliath gigas ille
fortiſsimus omnibus filiis Iſraël, quos ad ſingulare certamen prouocabat, metum & pauorem incutie-
1.Reg.17. bat. Virum inquit, qui percuſſerit eum, ditabit rex diuitiis magnis, & filiam ſuam dabit ei, & domum pa
tris eius facier abſque tributo in Iſraël. Poſt datam hãc promiſsionem, Dauid percuſsit Goliath interfe-
cítque illum, & ſic factus eſt dignus vt filiam regis acciperet in vxorem. Hac regis promiſsione ſecluſa
quamuis Dauid propter victoriam illam magno aliquo præmio fuiſſet dignus, non tamen tanto, vt rex D
filiam ſuam daret in vxorem. Fuiſſet enim adhuc Dauid qui oues paſcebat, & fratrum minimus erat, im
par filiæ regis: ac proinde indignus, vt filiam regis acciperet in vxorem. Nam, vt optimè quidam dixit,
non bene conueniunt impares ad aratra iuuenci. Data hac meriti diffinitione, opus eſt vt petamus à Lu-
thero & illius aſſeclis aut ſectatoribus, an placeat illis hæc diffinitio meriti, & iuxta illam dicat; opera
humana non eſſe vitæ æternę meritoria, an verò illi diffinitioni velint aliquid addere aut detrahere. For-
tè illi dicent, illam diffinitionem illis non placere, propterea quòd illi fortaſsis putant eſſe neceſſarium,
ad veram meriti rationem, vt opus ex ſua natura ſit dignum tali prẹmio, & quòd naturali operis digni-
tati illud prẹmium debeatur: & non eſſe ſatis quòd illi debeatur ex lege. Si illi ſe ita ſentire dicent, hac
ſola ratione conſtabit, illos de ſolo nomine, ac de ſola nominis ſignificatione contendere nobiſcum.
Nam iuxta hanc nominis ſignificationem, nos omnes fatemur nullum opus humanum quantumlibet
bonum, eſſe meritorium vitę ẹternę, quia non eſt illi ex ſua natura ẹquale, quia terrena non ẹquantur
cœleſtibus, neque temporalia ẹternis. Iuxta hanc quippe naturalem condignitatem ſiue paritatem in-
Rom.8. telligimus Paulum dicentem, paſsiones huius temporis non eſſe condignas ad futuram gloriam, quę re
uelabitur in nobis. Et de hac eadem dignitate & paritate intelligimus omnes ſanctos doctores, quoties
dicunt opera noſtra non eſſe meritoria aut digna vita ẹterna. Nam tunc conſiderarunt illi ſolummodo

naturalem

A naturalem bonorum operum valorem, & illum à valore & iusta vitæ æternæ æstimatione longissimè distare, prudenter dixerunt. Verè siquidem & sanctè dixit Chrysostomus in libro de compunctione cordis. Et si millies moriamur, & si omnes virtutes animæ expleamus, nihil dignum gerimus ad ea quæ ipsi à Deo percepimus. Et in homilia septuagesima iterũ ait: Quicquid gesseris, parũ est, quicquid feceris, minus est. Omne enim meritum breue est comparatione donorum: numera beneficia si potes, & tunc considera quid mereris. Et post pauca subdit. Si totũ tempus vitæ huius occupent obsequia, laudes teneant, gratiarũ actiones insistant, nõ poteris pensare quod debes. Et aliquibus interpositis, addit. Sit licet excellens hominum meritũ, sit naturæ iura conseruans, sit legum iussis obtemperans, fidem impleat, iustitiam teneat, virtutes exerceat, damnet vitia, peccata repellat, exemplum semet imitãtibus præbeat, nihil est respectu eiusdẽ. Hæc Chrysostomus. Quæ omnia nos libenti animo fatemur, & extensis, vt aiunt, vlnis amplectimur: quoniam nec sumus tam rudes, neque tam arrogãtes, vt naturalem operum nostrorum valorem (qui re vera minimus est) æquare velimus excellentissimæ dignitati & immenso valori gloriæ cœlestis. Et hinc conuincimus Lutherum & omnes illius asseclas & sectatores falsò nos calumniari, & de arrogantia accusare, tanquam nos velimus opera nostra æquare cum inæstimabili valore vitæ æternæ. Capiendo ergo meriti nomen, vt significat æqualitatem ex ipsius natura inter ipsum & præmium, non contendimus de re ipsa cum Luthero, sed conuenit inter nos & illum de hac sententia, quòd opera humana quantumlibet bona, non sunt sic meritoria vitæ æternæ. Posset tamen, qui esset contentionis (quam ego vehementer abhorreo) cupidus de ipsa nominis significatione cum Luthero & illius sectatoribus, non absque ratione cõtendere. Nam si ad veram & perfectam meriti rationem necessariò

B exigitur, vt meritum ipsum iuxta naturalem illius valorem æquetur præmio, & ex naturali, iure præmiũ ipsum sit illi merito debitum, vix vllum erit inter homines meritum, non solum apud Deum, sed neque apud homines. Oportet itaque prorsus à Latina lingua religare meriti nomen, propterea quòd nullius rei sit nomen. Sed hęc missa faciamus, quia non est æquum nec decet virum Christianum, præsertim Theologum contendere nisi vbi res ipsa cogit. Si Lutherus & illius imitatores illam quam dedimus meriti diffinitionem, accipiunt, & iuxta illam dicunt nulla hominum opera quantumlibet bona esse vitæ ęternæ meritoria, tunc necessitas ipsa nos coget contendere cum eis. Nã hæc sententia est apertè contra sacram scripturam & totius Ecclesię consensum. Scriptura sacra sæpe testatur, Deum promisisse operibus bonis vitam æternam. Agite pœnitentiam (inquit Saluator noster) & appropinquabit regnum cœ- *Matt.4.*
lorum. In quibus verbis non solam peccatorũ remissionẽ, sed etiam regnum cœlorũ, quod vita est æter- *Ioan.5.*
na, promisit. Et apud Ioannem ait. Amen dico vobis, quia qui verbum meum audit & credit ei qui mi-
sit me, habet vitam æternam. Et post pauca subdit. Venit hora in qua omnes qui in monumentis sunt, *Matt.19.*
audient vocem filij Dei, & procedent qui bona fecerunt in resurrectionẽ vitæ. Et omni seruãti mandata sua, vitam æternã promisit, sic dicens. Si vis ad vitam ingredi, serua mandata. Et paulò pòst hæc verba iterum ait. Omnis qui reliquerit domũ, vel fratres, aut sorores, aut patrem, aut matrẽ, aut vxorem, aut filios, aut agros propter nomẽ meũ, centuplũ accipiet, & vitam æternã possidebit. In quibus verbis apertè promittitur vita æterna, non quidẽ gratis, sed propter opera ibidẽ ennumerata. Paulus etiã promissionis diuinæ testimonium præber, quum ait. Pietas ad omnia vtilis est, promissionẽ habens vitæ quæ nunc est,
& futurę. Et fortè Paulus hoc dixit propter vetba illa quæ prædixit Christus, se in die iudicij misericor-
C dibus dicturũ. Esuriui, & dedistis mihi mãducare. Sitiui, & dedistis mihi bibere: hospes fui, & recepistis *1.Tim 4.*
me, & posteà subdit. Venite benedicti patris mei percipite regnum quod vobis paratum est ab origine mundi. In quibus verbis apertè Saluator promisit regnum cœlorũ misericordibus, propter opera mise- *Matt.25.*
ricordiæ ab illis facta. Iacobus Apostolus etiam testatur, Deum promisisse gloriam æternã propter afflictiones huiuis vitę patienter toleratas. Qui suffert tentationem (inquit ille) accipiet coronam vitæ, quã *Iacob.1.*
repromisit Deus diligentibus se. Neque his solis operariis, sed etiam suscipientibus sacramenta, promisit Christus vitam æternam. Nam de suscipiente baptismum, dixit. Qui crediderit & baptizatus fuerit, *Mar.16.*
saluus erit. Et de suscipiente sacramentum Eucharistiæ, ait. Qui manducat hunc panem habet vitã æter- *Ioan.6.*
nam. Et his omnibus promissionibus seruit parabola illa à Christo Saluatore nostro dicta, de patrefa- *Matt.20.*
miliâs qui exiit primo manè conducere operarios in vineam suam, & cõuentione facta cum illis ex denario diurno, misit illos in vineam suam. In qua parabola denarius ille promissus pro labore diurno, vt omnes sacri doctores Latini & Græci concorditer interpretantur, significat gloriam cœlestem à Deo promissam omnibus in vinea Domini laborantibus. Data igitur hac promissione, & facta nobiscum conuentione, opera bona hominis cum adiutorio gratiæ Dei fiunt digna vita æterna, & illi æqualia quæ secluſa illa Dei promissione, fuissent tanta præmio prorsus indigna. Et hæc fuit illa suprema Dei misericordia, à qua pendet totum meritum nostrum, quòd præmium illud vitæ ęternæ prorsus inæstimabile, & sua natura omne nostrum meritum superans, voluit illud precio nostrorum operum in gratia factorum æstimare, & in remunerationem nostrorum operum promittere. Qua ratione nos multo magis sibi debitores fecit, vt tanto beneficio agnito nos ardentius illi seruire affectemus, tanquam maximo laborum nostrorum remuneratori. Sed ne ex tam liberali & magnificentissima promissione, occasionem superbiendi acciperemus, vt solis nostris operibus confideremus nos posse assequi vitam æter-
D nam, noluit Deus illam promittere operibus quantumlibet bonis, nisi illa gratiam suam haberent ad- *Ioan.15.*
iunctam: Sine me, inquit ille, nihil potestis facere. Si nihil, ergo neque vitam æternam assequi, neque
id quod ad vitam illam assequendam est necessarium, operari. Gratia Dei adiuti possumus illam vitam *Philip.4.*
promereri, iuxta id quòd Paulus ait. Omnia possum in eo qui me confortat. Per hanc gratiam, quæ nos ad gloriam promerendam potentes facit, sumus Deo grati, & ad vitam ęternam acceptati, & deinde opera nostra sunt Deo grata, & ab illo ad vitam ęternam acceptata. Prius quidem respexit Dominus a- *Gene.4.*

Abel,& poſteà ad munera eius.Hoc igitur rerum ordine bene circunſpecto, facilè intelligitur,nos omnem meriti gloriam ad Deum ſolum referre,à cuius ſola gratia proceſſit,vt nos illi eſſemus grati, & per illam bene operari, & vitam æternam mereri poſſemus. Vtilitas tamen meriti nobis prouenit, quibus propter opera bona, gratia Dei facta,vita debetur æterna,ex ſola promiſſione diuina. Et hoc ipſũ apertè colligitur ex hac prædicta parabola,in qua paterfamilias dixit illi qui portauerat põdus diei & æſtus. Tolle quod tuum eſt & vade. Non enim aliunde ſuum dixit eſſe diurnum denarium, niſi quia ex conMatt.20. uentione erat illi propter ſuum laborem debitus. Nec hoc vel tantillũ derogat gloriæ & dignitati Dei, imò potius cedit illi in maiorem gloriam & honorem. Nam ſicut immenſam Dei bonitatem exaltat, quòd cùm diues eſſet,voluit propter nos egen⁹ fieri, vt illius inopia nos diuites eſſemus: ita largiſſimam
2.Cor.8. illius liberalitatem, & magnificentiſſimam ergo nos beneuolentiam oſtendit, quòd cùm nihil hominibus deberet,ipſe propria ſua bonitate debitorem ſe conſtituere voluit,vt nos verè diuites faceret. Debitorem autem ſe fecit,vt beatus Bonauentura docet, non quidem hominibus quibus nihil debere pote- A
rat: ſed ſibi ipſi, vt fidelis eſſet in promiſſo, ita vt cœlum & terra tranſirent potius,quàm promiſſio aliqua illius volaret inanis. Quod ſi hoc debitoris nomen Deo tribuere horrent Philippus Melancton & Ioannes Caluinus,vt ſunt in hac parte ſupercilioſi,vel potius ſuperſtitioſi,audiant quid dicat Auguſtinus,qui fuit acerrimus gratiæ Dei propugnator.In his quæ iam habemus(inquit Auguſtin⁹) laudemus
Auguſtinus. Deum largitorem: in his quæ nondum habemus,tenemus debitorem. Debitor enim factus eſt,non aliquid à nobis excipiẽdo,ſed quod ei placuit promittẽdo.Hæc Auguſtinus ſermone ſextodecimo de verbis Apoſtoli. Et iterum,ſermone.151.de tempore,ait,laudemus ergo fratres Dominum,quia eius fidelia promiſſa retinemus, nõdum accepimus. Parum putatis,quia promiſſorem tenemus, vt iam debitorem exigamus? Promiſſor Deus debitor factus eſt bonitate ſua,non prærogantia noſtra.Hæc Auguſtinus. Si Auguſtini teſtimonio credere nolunt iſti hoſtes noſtri,audiant ſententiam concilij Arauſicani ſecundi, quæ capite.18.ſub his verbis continetur.Debetur merces bonis operibus ſi fiant: ſed gratia quæ non debetur, præcedit vt fiant. Hæc concilium Arauſicanum. Attendite obſecro Lutherani omnes, & videte quam apertè Auguſtinus & concilium Arauſicanum pronuncient, Deum non ſolum debitorem ſibi, vt Bonauentura dixit,ſed etiam nobis,ita vt ab illo debitum exigere poſſimus. Si gloria æterna eſt debitum, vt Auguſtinus ait,quod debetur homini iuſto propter bona opera eius cum adiutorio gratiæ Dei B
facta,nihil profecto obſtat quo minus ille per talia opera dicatur mereri vitam æternam.Ex teſtimoniis ſcripturæ iam citatis conuincitur vanum & ridiculum eſſe figmentum Philippi Melanctonis,& Ioannis Caluini,qui agnoſcentes vim argumentorum probantium opera bona eſſe meritoria ad hoc aſylum confugerunt,vt dicerent illa mereri bona temporalia,& aliqua ſpiritualia,ſed nõ vitam æternam.In teſtimoniis tamen ſcripturæ ſacræ,quæ nunc proximè citauimus, expreſſa proprio nomine vita promittitur æterna,aut regnum cœlorum,quod nihil eſt aliud quàm vita æterna: & inde euidẽter colligitur,bona opera propter quæ promittitur vita æterna eſſe eiuſdem vitæ meritoria. Præterea ſacræ ſcripturæ ſæpiſſimè dicunt ipſam gloriam cœleſtem eſſe noſtrorum operum mercedem, & inde neceſſariò colligitur, vt opera ipſa ſint meritum illius mercedis. Nam meritum & merces correlatiuè ſe habet: ita vt meritum neceſſariò ſit alicuius mercedis meritũ,& merces alicuius meriti merces:quemadmodũ pater neceſſariò eſt alicuius filii pater, & filius alicuius patris filius. Altero igitur illorum ſublato neceſſarium eſt tollere reliquum: & altero poſito neceſſariò conſequitur alterum: quoniam ſunt ſibi inuicem connexa. Fiet igitur neceſſariò, vt ſi neges opera bona eſſe meritoria vitæ æternæ, cogaris etiam negare ipſam vitam æternã eſſe mercedẽ operum bonorũ,aut ſi concedat vitam æternã eſſe mercedem bonorũ operum fateri te etiam oporteat ipſa bona opera eſſe illius vitæ meritum. At vitam æternã eſſe bonorum operum mercedem,apertiſſimum eſt iis qui in ſacris literis verſati ſunt.Caluinus tamen in illo libello contra acta Concilii Tridentini in fine ſeſſionis ſextæ hoc apertè negat, ſic dicens: Primum quod vitam æternã fa-
Caluinus ciunt mercedem,in eo ab illis diſſentio.Neq; enim ſi in vita æterna Deus opera remuneratur, inde protinus cõficient, vitam ipſam eſſe,quæ in ea rependitur,mercedem.Hæc Caluinus,Sed malè cauſam noſtram repræſentat lectori Caluinus: quia non tam fragili argumento mouemur,vt dicamus vitam æternam eſſe bonorum operum mercedem, ſed apertis ſacræ ſcripturæ & ſanctorum doctorum teſtimo- C
Geneſ.12. niis. Nam illud eſt manifeſtum quod Deus dixit Abrahæ. Ego protector tuus,& merces tua magna nimis.Neq; hic proderit Ioanni Caluino,aut Philippo Melanctoni figmentũ illud ſuum: vt dicat nõ beatitudinem ipſam,ſed aliud bonum ſpirituale in terra,aut in cœlo eſſe mercedẽ operum noſtrorum.Nam Deus ipſe dicit ſe eſſe protectorem & mercedem magnam. Eandem mercedem dicit ſapiens eſſe iuſtis
Sap.5. reddendam,ſic inquiens: Iuſti autem in perpetuum viuent,& apud Dominum eſt merces eorum.Sanctis patribus qui apertionem ianuæ cœleſtis & beatitudinem per Chriſti merita dandam expectabant,
Eſa.40. & longa nimiſq; anxia expectatione erant ſuſpenſi, Eſaias propheta ad eorum cõſolationem dixit. Ecce Dominus Deus in fortitudine veniet, & brachium eius dominabitur. Ecce merces eius cum eo. Vt
Apo.22. autem Deus ipſe oſtenderet ſe eſſe quem Eſaias tunc prædixerat,in Apocalypſi Ioannis,ait.Ecce venio citò, & merces mea mecum eſt reddere vnicuique iuxta opera ſua. Et hæc etiam de ſola æterna Dei viſione eſſe intelligenda, vel ex eo facilè conſtare poteſt, quòd illam ſolam tunc expectabãt iuſti, & illam
Pſal.72. ſolam nunc omnes optamus dicentes cum Dauid. Quid enim mihi eſt in cœlo,& à te quid volui ſuper terram? Illud etiam eſt manifeſtum quod Saluator noſter dixit in illo ſermone quem in monte habuit.
Matt.5. Beati eſtis (inquit ille) quum maledixerint vobis homines & perſecuti vos fuerint, & dixerint omne malum aduerſus vos mentientes, propter me. Gaudete & exultate, quoniam merces veſtra copioſa eſt
Chromatius. in cœlis. Quod autem hæc merces copioſa in cœlis, ſit ipſa beatitudo & gloria cœleſtis,teſtatur Chromatius,qui in cõmentario ſuo ſuper ſermone Domini in monte,prædicta verba,interpretans ait. Quàm

glorioſa

D glorioſa eſt perſecutionis huius tolerantia: cuius mercedem Dominus repoſitam eſſe dicit in cœlis. Et idcirco propoſitæ gloriæ præmium conſiderantes, ad omnem tolerantiam paſſionis deuota fide parati eſſe debemus, vt conſortes gloriæ Prophetarum atque Apoſtolorum effici mereamur, per Chriſtum Dominum noſtrum, qui eſt benedictus in ſecula. Hęc Chromatius. In quibus verbis non ſolùm notare oportet, quòd gloriam cœleſtem declarat eſſe illam mercedẽ copioſam in cœlis: ſed dicit nos illam mereri per tolerantiam perſecutionum ſimul cum Chriſti merito. Huc etiam pertinet retributionis nomen quo ipſa gloria cœleſtis appellatur: quia per illam retribuit Dominus cuique iuſto ſecũdùm merita ſuorum operum. De cuſtodia mandatorum Propheta loquens, ait. In cuſtodiendis illis retributio multa. In quibus verbis apertè conſonat Propheta Chriſto dicenti, mercedem eſſe copioſam in cœlis: Idem enim eſt retributio multa, & merces copioſa. Vnde Caſſiodorus illum Pſalmi verſiculum interpretans, ait. Tanta enim diuinæ clementiæ dona ſunt, quæ nequeunt comprehendi. Sic enim de his Apoſtolus dicit. Quod nec oculus vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis aſcendit, quę prępparauit Deus diligentibus ſe. Meritò ergo dicta ſunt multa: quia comprehendi non poterant vniuerſa. Hæc Caſſiodorus. Et certè quiſquis curioſè ſtylum ſacræ ſcripturæ ſcrutatus fuerit, inueniet quod nunquam illa vtitur verbo retributionis aut mercedis, ſed ſolùm liberalis donationis, quoties loquitur de vocatione ad gratiam, aut de prima iuſtificatione, aut de prędeſtinatione ad gloriam. Hoc enim modo loquẽdi oſtenditur manifeſtè, illa omnia gratis & ſine merito dari. Spiritus enim ſanctus (vt ait Chriſtus) vbi vult ſpirat. Et iterum. Non vos me elegiſtis, ſed ego elegi vos. Et Paulus ait. Non eſt volẽtis, neque currentis, ſed Dei miſerentis. Et iterum. Cui vult miſeretur, & quem vult indurat. Quum autẽ de redditione gloriæ cœleſtis A loquitur, tunc nomine retributionis aut mercedis vtitur, vt oſtendat illam non gratis, ſed ſæpe propter aliqua propria merita dari, vt puta omnibus adultis. Nam & ſi Deus gratis & ſine vllo merito noſtro prædeſtinat ad gloriam æternam, non tamen gratis illam reddit homini iam adulto, & rationis compoti. Hoc vario loquendi modo vſus eſt regius propheta in vno eodemque Pſalmo, & in eodem verborum contextu, ſic dicens. Saluum me fecit, quoniam voluit me. Et retribuet mihi Dominus ſecũdùm iuſtitiam meam, & ſecundùm puritatem manuum mearum retribuet mihi. In priori parte vbi agit de prædeſtinatione, & de vocatione ad gratiam, vſus eſt verbo liberalis donationis, dicens: Quoniam voluit me. In ſecundo verſu vbi iam non agit de vocatione ad ſeruitium, ſed de redditione præmij, non vſus eſt verbo ſignificante liberalem donationem, ſed verbo retributionis, ſic dicens: Et retribuet mihi Dominus, ſecundùm iuſtitiam meam. Et hoc ipſum ante me annotauit Caſſiodorus ſuper Pſalterium, vbi interpretans primam verſiculi partem, hæc ait. Quoniam voluit me, id eſt, quoniam me elegit, qui gratis vocat vniuerſos, nec prius beneficium accepit, quàm prętare dignetur, ſicut ipſe in Euangelio dicit: Non vos me elegiſtis, ſed ego elegi vos. Et huic interpretationi fauet Hieronymus qui in eodem loco hæc ait. Voluntate propria & non ex meo merito me vocauit, dicente Apoſtolo. Gratia eſtis ſaluati per fidem, & hoc non ex vobis. Hæc Hieronymus. Exponens autem alterum verſum Caſſiodorus, hæc ait. Optimè vtrunque ſeruauit. Et prius dixit antequam aſſumeretur, Quoniam voluit me: Et nũc dicit: Retribuet mihi ſecundùm iuſtitiam meam. Hæc Caſſiodorus. Rurſus, ipſa ſacra ſcriptura, non tantum ſemel aut iterum, ſed pluries dicit ſanctos eſſe dignos vita æterna, quod non diceret niſi illi per ſua bona opera illam mererentur. Nam ſapiens loquens de iuſtis qui propter Deum mala tolerauerunt, ait. In paucis vexati, in multis bene diſponentur, quoniam Deus tentauit eos, & inuenit eos dignos ſe. Non dixit inueniſſe illos dignos aliquo alio bono, ſed dignos ſe, vt hac ratione fictionem Ioannis Caluini & Philippi Melãctonis apertè conuinceremus. B Nec dixit Deum feciſſe, ſed inueniſſe eos dignos. Per quid autem fuerint digni, ſatis apertè declarauit, per illa verba, præcedentia. In paucis vexati, in multis bene diſponentur. Vexatio itaque in paucis pro Deo tolerata, ſimul cum gratia Dei facit iuſtos eſſe ipſo Deo dignos. Et Paulus Theſſalonicenſibus ſcribens eidem ſententię fauet, ſic dicens: Abũdat charitas vniuſcuiuſque veſtrum in inuicem: ita vt nos ipſi in vobis gloriemur in Eccleſiis Dei pro patientia veſtra, & fide in omnibus perſecutionibus veſtris & tribulationibus, quas ſuſtinetis in exemplum iuſti iudicij Dei, vt digni habeamini regno Dei, pro quo & patimini. Et de quibuſdam Sardicenſibus, qui non inquinauerunt veſtimenta ſua, dicit Deus. Ambulabunt mecum in albis, quia digni ſunt. Si digni ſunt ambulare cum Deo in albis, ergo hoc ipſum merentur: quoniam nihil aliud eſt mereri aliquod præmium quàm eſſe dignum illo. Deinde ex alia conſideratione operum bonorum ad huc facilè poteſt conuinci, illa eſſe meritum vitæ æternæ. Nam opera bona dicuntur cauſare & efficere gloriam æternam in ipſo homine illorum operatore. Non poſſunt autem dici cauſa beatitudinis, niſi ea ratione qua ſunt meritum illius, neque poſſunt aliquam efficientiam circa illam habere, niſi illam quam habet meritum circa præmium. Hac enim ſola ratione Paulus dicit, Chriſtum factum eſſe omnibus obtemperantibus ſibi cauſam ſalutis æternæ. Cauſam ſalutis æternæ dixit: quia meruit omnibus verè obedientibus ſalutem æternam. Hoc etiam modo interpretandnm eſt id quod Chriſtus ipſe Saluator noſter dixit cuidam cæco ſecus viam ſedenti ac mendicanti ab eo viſum. Reſpice, inquit, fides tua te ſaluum fecit. Nam fides quæ ſpiritualis quædam res eſt, non poterat viſum corporalem efficere, C ſed fidem feciſſe illum viſum dixit Chriſtus, quia per talem fidem cæcus meritus eſt, vt Deus illi viſum reſtitueret. Quod autem opera bona dicantur cauſare aut efficerè beatitudinem in homine, apertè conuincitur ex teſtimoniis Hieronymi & Auguſtini, qui hoc apertè docent. Nam Hieronymus in commentariis ſuper Matthæum interpretans illa verba Saluatoris: Beati eſtis cùm maledixerint vobis homines, hęc ait. Illud maledictum contemnendum eſt, quod beatitudinem creat, quod falſo maledicentis ore profertur. Hæc Hieronymus. In quibus verbis id annotare oportet, quod dicit maledictum pro Deo toleratum creare beatitudinem. Auguſtinus libro decimoquarto de Trinitate, capite 15. hæc

Pſal.18. *Caſſiodorus.* *1.Cor.2.* *Ioan.3.* *Ioan.15.* *Rom.9.* *Pſal.17.* *Caſſiodorus.* *Ioan.15.* *Hierony.* *Ephe.2.* *Caſſiodorus.* *Sap.3.* *2.Theſ.1.* *Apo.3.* *Heb.5.* *Luc.18.* *Hieronymus.*

Augustinus. ait. Quid faciat animam beatam nisi meritum suum, & prẹmium Domini sui? Sed & meritum eius gratia est illius, cuius præmium erit beatitudo eius. Hæc Augustinus, qui manifestè dicit meritum hominis facere illum beatum. Et licet isti duo illustres viri satis clarè & apertè hoc dicant, multo tamen melius hoc conuincere possumus, ex verbis Pauli, dicentis, Id enim quod in præsenti est momentaneum & leue tribulationis nostræ, supra modum in sublimitate æternum pondus gloriæ operatur in nobis. Operatur dixit, vt hoc solo nomine ostẽderet esse meritum beatitudinis. Nam Augustinus in tractatu super Psalmum. 93. colligit ex istis verbis Pauli bona opera nostra esse preciũ quo emitur gloria cœlestis, hæc dicens. Quid est, æternæ gloriæ pondus operatur in nobis? Quibus operatur? Non respicientibus quæ videntur, sed quæ non videntur. Quæ enim videntur, temporalia sunt: quæ autem non vidẽtur, æterna. Noli esse piger laborare breuiter, & gaudere incessabiliter. Hæc est requies sempiterna. Sine fine erit requies ista, sine fine erit gaudium hoc, sine fine erit lætitia ista, sine fine erit incorruptio vita æterna. Habebis requiem quæ non habebit finem. Quanto labore digna erit requies, quæ non habebit finẽ? Si verum vis comparare, & verũ iudicare, æterna requies æterno labore rectè emitur. Verum hoc est, sed noli timere. Misericors est Deus. Si enim haberes æternum laborem, nunquam peruenires ad æternã requiem. Ergo vt aliquando peruenias ad id quod emis, non æternum laborandum est: non quia non valet tanti, sed vt possideatur quod emitur. Digna est quidem labore emi perpetuo: sed necesse est vt labore temporali ematur. Decies cẽtena millia annorum in labore quid valent? Decies cẽtena millia annorum finem habent: quod tibi dabo, Deus dicit, non habebit finem. Qualis misericordia Dei? Non dicit decies centena millia annorum labora: non dicit vel mille annos labora, non dicit quingentos annos labora. Cùm viuis labora in paucis annis, inde requies erit & finem non habebit. Verum est ergo quod dicit Apostolus. Etenim quod est ad præsens temporale & leue tribulationis nostræ, iuxta incredibilem modum æternum gloriæ pondus operatur in nobis. Ecce quantum precium damus, quodãmodo vnam siliquam ad accipiendos thesauros sempiternos, siliquã laboris ad requiem incredibilem. Hactenus Augustinus, qui etsi agnoscit, nostros omnes labores valde impares esse gloriæ sempiternæ, tamen illos dicit esse precium, quo emitur illa gloria æterna. Preciũ quidem non ex sua natura: sed ex misericordia diuina, quæ voluit illam nobis tam paruo precio venalem exhibere, vt illam assequi possemus, quæ si iusto precio esset emenda, nunquam posset haberi. Iam nunc Caluinum obsecro, vt dicat nobis quare tam temerè monachis axprobrat, & illos subsannat atque irridet, propterea quòd dicant, per bona opera hominem mereri vitam æternam, quasi soli monachi hoc dixissent, & non omnes sacri doctores ante illos. Vt autem lector agnoscat Caluini temeritatem, & impudẽtem maledicentiam, verba illius citare decreui. In libello suo contra acta concilij Tridentini circa finem sextæ sessionis vbi agit de merito bonorum operum, postquam negauit vitam æternam esse bonorum operum mercedem, hæc quæ sequuntur ait. Sed non mirum est crassulos monachos, qui nullum vnquam certamen cõscientiæ experti, nunc etiam vel ambitione inebriati, vel crapula, suo tantum idolo (papam semper hoc nomine appellat) ventilare se cupiũt, de legis perfectione ita garrire. Eadem securitate cœlum promercale exponunt: ipsi interea in præsenti mercede, cui inhiant occupati. Hæc Caluinus. Ex quibus verbis, tanquam ex vnguibus leonem, vt est in prouerbio, facilè poterit candidus lector æstimare Caluinum, quoniam, vt ait Salomon, doctrina viri per patientiam noscitur. Possem quidem facillimè, si vellem, retalliare, sed mallo silere, & patienter pro Christi nomine tales maledictiones tollerare: quia Saluator dixit: Beati estis quum maledixerint vobis homines, & dixerint omne malum aduersum vos mentientes. Sed videamus causam propter quam in monachos tot maledicta congessit: quia vt ille inquit, cœlum promercale exponimus. Si hæc est causa propter quam nobis succenset, propter eandem vehementius irasci deberet, & inuehi contra Augustinum, quia ille ante nos, vt ex verbis illius pridem citatis constat, hoc apertè docuit: & nos illius autoritate freti illud dicere audemus. Sed credo Caluinum illa non legisse, alioqui non minus illi peperciisset, quàm monachis. Denique hæc impia istorum assertio dãmnata est totius Ecclesiæ definitione. Nam Concilium Lateranense sub Innocentio tertio celebratum capite primo suorum decretorum hæc ait. Non solum autem virgines & continentes verum etiam cõiugati per rectam fidem, & operationem bonam placentes Deo ad æternam merentur beatitudinem peruenire. Hęc Concilium Lateranense, & habentur in capite. Firmiter, de summa Trinitate & fide Catholica. Et Concilium Tridentinum sub Paulo tertio celebratum sessione sexta, canone trigesimo secundo suorum decretorum, hæc ait. Si quis dixerit hominis iustificati bona opera ita esse dona Dei, vt non sint bona ipsius iustificati merita, aut ipsum iustificatum, bonis operibus quæ ab eo per Dei gratiam, & Iesu Christi meritum, cuius viuum membrum est, fiunt, non verè mereri augmentum gratiæ, vitam æternam, & ipsius æternæ vitæ, si tamen in gratia decesserit, consecutionem, atque etiam gloriæ augmentum, anathema sit. Hæc Concilium Tridentinum. Quæ omnia satis superque sunt ad conuincendam istorum hæretico rum assertionem, qua dicunt, hominem per bona opera non posse mereri vitam æternã. Oportet tamen respondere illorum obiectionibus, vt sic nostræ & Catholicæ sententiæ veritas clarius videatur. Primo quidẽ obiiciunt nobis, quod sumus Christo redẽptori nostro nimiũ ingrati, propterea quod nobis ipsis & nostris operibus arrogamus meritum beatitudinis, quasi Christus nõ sit meritus eã nobis, aut meritũ ipsius non fuerit sufficiẽs ad eam nobis impetrandã: sed opus sit illi à nostris operibus adiuuari. Hęc autem fateri tanta est impietas, vt nullus homo Christianus sit, qui hoc audire, non abhorreat. Hoc argumentum aut est mera calumnia, aut procedit ex ignorantia crassa: quia omnes qui hoc nobis obiiciunt eo ipso ostendunt se non intelligere nostrã sententiam, & quomodo dicamus bona opera mereri vitam ęternam. Nã, vt sæpe iam diximus, non ex nobis hoc habemus, vt bonis operibus mereamur vitam æternã, nec opera nostra sunt ex se tãti valoris tãtæq; dignitatis, vt illis debeatur gloria cœlestis: sed homines

& opera

Augustinus. 2. Cor. 4. *Augustinus.* 2. Cor. 4. *Caluinus.* *Prou.* 19. *Matt.* 5. *Cõcilium Lateranẽse.* *Cõcilium Tridentinum.*

D A C

& opera ad hanc dignitatẽ & ad hunc valorem exaltata ſunt per ſolam diuinam clemẽtiam, qua voluit obtemperantibus ſibi promittere vitam æternã. Qua promiſſione ſecluſa nullis operibus noſtris quan-
C tumlibet bonis illam homines aſſequi poſſent: quia omnia opera noſtra quãtumlibet bona, ſunt impa-
ria tanto præmio, & per conſequens illo indigna. Quod autem homines & bona illorũ opera ſint Deo
grata, & ad vitã ęternã acceptata, hoc habent ex merito Chriſti, qui pro illis paſſionẽ & mortẽ ſuam Deo
patri obtulit, & pro illis omnibus quos ſciuit eſſe ad gloriam prædeſtinatos, orauit. Nã ingrediens mun-
dum, vt Paulus ait, dixit. Hoſtiã & oblationem noluiſti, corpus autem aptaſti mihi. Holocauſtomata &
pro peccato nõ tibi placuerũt. Tunc dixi. Ecce venio. In capite libri ſcriptum eſt de me, vt faciam Deus
voluntatem tuã. Sequitur. In qua voluntate ſanctificati ſumus per oblationem corporis Ieſu Chriſti ſe-
mel. Deinde cùm iam vellet è mundo exire poſtquam pro diſcipulis ſuis Deũ patrẽ paſſioni proximus
orauit, ſtatim addidit. Nõ pro eis autẽ rogo tantũ, ſed pro eis qui crediturí ſunt per verbum eorũ in me, *Ioan.17.*
vt omnes vnum ſint. Hanc autẽ orationem, ſicut omnes alias illius, vt Paulus ait, exaudiuit Deus pater, *Heb.5.*
pro illa, quam eidẽ exhibuit, reuerentia. Hinc ergo tanquam ex primo merito prouenit omnis gratia, &
omnis gloria: & inde pẽdet omnis diuina acceptatio, qua homines & opera illorum acceptat ad vitam
æternam. Iuſtificati gratis, inquit Paulus, per gratiã ipſius, per redemptionẽ quę eſt in Chriſto Ieſu, quẽ *Rom.3.*
propoſuit Deus propiciatorem per fidem in ſãguine ipſius. Et iterum. Iuſtificati ergo ex fide pacem ha- *Ibidem.4.*
bemus apud Deum per Dominũ noſtrum Ieſum Chriſtum. Et rurſum. Sicut per vnius delictum, in om- *Ibidem.*
nes homines in condemnationem, ſic & per vnius iuſtitiam in omnes homines in iuſtificationem vitæ.
Et in alia epiſtola, non ſolũ de hominibus, ſed etiam de bonis operibus per Chriſtum à Deo patre acce-
ptatis, ait. Dedit ſemetipſum pro nobis, vt nos redimeret ab omni iniquitate, & mundaret ſibi populum
acceptabilem, ſectatorẽ bonorum operũ. Et Petrus exhortãs nos deponere omnem malitiã & dolum & *Tit.2.*
ſimulationem, docensq; modũ, quo id rectè facianus, ait. Offerentes ſpirituales hoſtias, Deo per Ieſum
Chriſtũ acceptabiles. Cùm igitur hæc omnia corde integro & pleno ore fateamur, nihil Chriſti gloriæ *1.Pet.2.*
D derogamus: ſed potius gloriã ipſius exaltamus, & illi arrogamus quicquid in nobis habet aliquã rationẽ
meriti. Quia non ſolum dicimus illum, meritũ eſſe nobis vitã æternã: ſed etiã vt hoc nos bonis operibus
noſtris, illius meritis innitẽdo, mereri poſſimus: quod multo maioris eſt gloriæ. Nec tamẽ ſic bonis no-
ſtris operibus meriti honorẽ Chriſtus dedit, quaſi ſuum ſine noſtris eſſet inſufficiens ad vitam æternam
promerendam. Abſit. Erat enim Chriſti meritũ & eſt, ſine noſtris operibus ſufficientiſſimũ: ſed ille no-
luit omnem ſui meriti ſufficientiam adultis ſine aliquo bono illorum opere applicare, quãuis hoc facilè
potuiſſet, ſi vellet: prout exhibuit infantibus. Neque hoc dicẽtes, meriti gloriam, vt nobis hæretici men-
daciter exprobrant, inter nos & Chriſtũ partimur. Omnem enim gloriam Chriſto, & nullam nobis in
hac parte tribuimus, ne gloriã quam ſibi ſoli Deus ſeruatã eſſe voluit, arripere præſumamus. Nam & ſi
aliquã rationẽ meriti noſtris operibus tribuamus, illã tamẽ ipſi Chriſto aſcribimus ex cuius merito no-
bis datum eſt, vt noſtris operibus aliquid mereri poſſimus. Et ideo hoc conſiderans beatus Bernardus
ſermone.61. ſuper cantica dixit, Meum meritum miſeratio Domini. Non plane ſum meriti inops quan- *Bernard.*
diu ille miſerationum non fuerit. Quod ſi miſericordiæ Domini multæ, multus nihilominus ego in me-
ritis ſum. Et ſi miſericordiæ Domini ab æterno & vſque in æternum, ego quoque miſericordias Domi-
ni in æternum cantabo. Nunquid iuſtitias meas? Domine memorabor tuæ iuſtitiæ ſolius. Ipſa eſt enim
& mea, nempe factus eſt mihi in iuſtitia Dei. Hæc Bernardus, qui meritum agnoſcens, totũ illud tribuit
gloriæ Dei: quia ex miſericordia Dei ſibi tale meritũ proueniſſe intelligit. Secũdò nobis obiiciunt quòd
A opera noſtra per quę nos mereri dicimus, dona ſunt Dei, quia niſi Dei dona eſſent, opera illa bona nõ eſ-
ſent, propter id quod Iacobus Apoſtolus ait. Omne datũ optimũ, & omne donum perfectum de ſurſum *Iacob.1.*
eſt deſcendens à patre luminum. Si dona Dei ſunt opera noſtra, cõſequens eſt, vt hæretici dicunt, homi-
nes per illa non poſſe mereri vitam æternam: quia non eſt rationi conſonum, vt per id quod aliquis no-
bis donauit, aliquid apud illum mereamur. Si hoc argumentum aliquid valeret, etiam probaret, hominẽ
per bona opera nõ ſolum vitam æternam, ſed nec bona alia ſpiritualia, imò nec temporalia poſſe apud
Deum mereri, quoniã ſi ad illa omnia comparentur opera noſtra bona, non minus erunt dona Dei, quã
ſi comparentur ad vitam æternam. At Philippus Melancton, & Ioannes Caluinus, & Vvitembergenſes
fatentur, opera noſtra mereri præmia temperalia, & ſpiritualia. Non ergo pugnãt inter ſe hæc duo, do-
num Dei eſſe & meritum apud Deum. Dicimus ergo bona opera noſtra eſſe dona Dei & ſimul eſſe vi-
tæ æternæ meritoria. Et hoc non ex noſtro cerebro, vt hæretici faciunt, dicimus: ſed teſtimoniis ſancto-
rum patrum freti, qui multis ante nos ſeculis hoc dixerunt, ex quibus aliquos impræſentiarum citare
decreui, eos præſertim, quos iſti hæretici in ſuum fauorem citant, vt inde omnibus conſtet, quàm male
de illorum fauore gloriantur. Bernardus ſermone.68. ſuper cantica, hæc ait. Sufficit ad meritum ſcire *Bernard.*
quòd non ſufficiant merita. Sed vt ad meritum ſatis eſt de meritis non præſumere: ſic carere meritis, ſa-
tis ad iudicium eſt. Porro infantium renatorũ neminem carere meritis, ſed Chriſti habere merita. Qui-
bus ſe tamen indignos reddunt, ſi ſua iungere quiuerunt, ſed neglexerunt. Quod quidem periculum
iam adultæ ætatis eſt. Merita proinde habere cures: habita, data noueris: fructum ſperaueris Dei miſe-
B ricordiam, & omne periculum euaſiſti, paupertatis, ingratitudinis, præſumptionis. Pernicioſa paupertas, penuria meritorum: præſumptio autem ſpiritus, fallaces diuitiæ. Et ideo diuitias & paupertatem ne
dederis mihi Domine, ait ſapiens. Fœlix Eccleſia, cui neque merita ſine præſumptione, neque præſum- *Prou.30.*
ptio abſque meritis deeſt. Habet vnde præſumat, ſed non merita. Habet merita, ſed ad promerendum,
non ad præſumendum. Ipſum non præſumere, nónne promereri eſt? Hæc Bernardus. In quibus verbis
id potiſſimum annotare oportet, quòd merita noſtra dixit eſſe dona data & præmium reſpondens me-
ritis eſſe ex miſericordia Dei, ac proinde non eſſe præſumendum de meritis. Auguſtinus in epiſtola ad

Sixtum presbyterum, quę est in ordine. 105. disputans contra Pelagianos, qui falsò putabant meritũ hominis præcedere gratiam Dei, ait. Sicut enim ab initio fidei misericordiam consecuti sumus, nõ quia fideles eramus, sed vt essemus: sic in fine, quod erit vita æterna coronabit nos sicut scriptum est, in miseratione & misericordia. Non itaque frustra Deo cãtatur. Et misericordia eius præueniet me. Et misericordia eius subsequetur me. Vnde & ipsa vita ęterna, quæ vtiq; in fine sine fine habebitur, & ideo meritis precedentibus redditur, tamen quia iam merita quibus redditur, non à nobis parata sunt per nostrãsufficientiam, sed in nobis facta per gratiã, etiam ipsa vita æterna gratia nuncupatur: non ob aliud nisi quia gratis datur, nec ideo quia meritis non datur, sed quia data sunt ipsa merita, quibus datur. Hęc Augustinus. Ecce duos, Augustinum videlicet & Bernardum, de quibus hęretici falsò & impudenter gloriãtur, quòd illorum faueant sententiæ, cum tamen ab illa longissimè discedant, prout ex verbis illorum quæ nunc proximè citauimus apertissimè constat. Istis etiam consentit Chrysostomus, qui homilia prima de Adam & Eua, post multa argumenta quibus probare nititur omne bonum nostrum à Deo proficisci: & nullum verè bonum posse nos sine Dei adiutorio agere, hæc quæ sequũtur, ait. His ergo Ecclesiasticis regulis, & diuina sumptis authoritate documẽtis, ita adiuuante Domino cõfirmati sumus, vt omniũ bonorum affectuũ atq; operum, & omnium studiorum, omniumque virtutũ, quibus ab initio fideiad Deũ tenditur, Deũ profiteamur authorẽ & nõ dubitemus ab ipsius gratia omnia hominis merita prouenire, per quẽ item fit vt aliquid boni & velle inueniamur & facere. Quo vtiq; auxilio & munere Dei, nõ aufertur liberũ arbitrium, sed liberatur, vt de tenebroso lucidũ, de prauo rectum, de languido sanum, de imprudente sit prouidũ. Tanta enim est erga omnes bonitas Dei, vt nostra velit esse merita, quæ sunt ipsius dona. Hæc Chrysost. qui nihil manifestius pro nostræ sententiæ fauore dicere poterat. Denique Celestinus papa huius nominis primus in epistola sua prima, canone. 12. ait. Tanta erga omnes homines est bonitas Dei, vt nostra velit esse merita, quæ sunt ipsius dona, & pro his quæ largitus est, æterna præmia sit donaturus. Hæc Celestinus. Ex istorum illustrium virorum testimoniis, iam satis constat quam parum valeat hæreticorum obiectio, qua nitũtur merita hominum obruere per hoc quòd sunt dona Dei. Ex his etiam cõstat, quare Paulus vitam ipsam æternam appellauit gratiam, dicens: Gratia Dei, vita æterna. Et Zacharias ait, Adæquabit gratiam gratiæ. Gratia enim dicitur ipsa vita æterna: quia licet detur propter merita, ipsa tamen merita sunt dona Dei gratuita, & merita non essent sine gratia. Ipsam ergo primam meriti originem considerantes, dicimus gloriam quæ meritis redditur, esse gratiam, quia ipsa opera, vt essent merita, ex gratia Dei habuerunt. Tertiò obiiciunt nobis illud Saluatoris apud Lucam, Cum feceritis quæ pręcepta sunt vobis, dicite serui inutiles sumus: quod debuimus facere, fecimus. Si inutiles sumus, ergo impletione mandatorum vitam æternam non meremur: quoniam si tali impletione mandatorum vitam ęternã non meremur, non solum vtiles in illa, sed vtilissimi merito cẽsendi sumus. Est enim ipsa vita æterna supremum bonum & vtilissimum, quod nobis contingere potest. Deinde, si quod debuimus facere, fecimus, cõsequens est vt sic faciendo nihil mereamur. Nam qui reddit quod debet, satis habet quod per hoc liberatur à debito, & à pœna, quæ ab illo foret merito exigenda, si debitum non reddidisset. Fateor quidem nos omnes, etiam postquam omnia Dei mandata exequimur, debere existimare nos esse inutiles ex nostra natura, & ex propria natura eorũ quæ facimus: Quia nec ipsa mandatorũ impletio ex sua natura est tanti valoris, vt sit digna præmio vitæ æternæ, neque nos tot tantasque vires habemus, vt per nos solos sine speciali Dei adminiculo mandata illius omnia exequi valeamus. Nam de mandatorũ Dei executione, vt definitum est in cõcilio Mileui. cap. 5. suorum decretorum, Dominus loquebatur, quũ dixit: Sine me nihil potestis facere. Ex sola igitur misericordia diuina, vt iã sæpe diximus, prouenit nobis vtrũque, videlicet diuinũ auxilium, ad exequendũ mãdata Dei, & liberalitas ipsius Dei, qua promisit se nobis daturum vitam æternã, si mandata illius seruauerimus. Et quia hæc omnia non ex nobis, sed ex Dei misericordia procedũt, ideo Christus verus nostrũ omnium magister, docet nos ne superbiamus ex bonis, quæ facimus: sed dicamus nos esse seruos inutiles, existimãdo nos ipsos nihil eorũ sine speciali Dei adiutorio facere potuisse. Et quãuis hoc facere possemus, non tamen propter hoc digni essemus, vt propter ipsa opera nobis pręmiũ redderet: sicut nec seruus est dignus pręmio, ꝓpterea quod seruit domino suo, cui ex seruitute obedire tenetur. Et ideo Christus etiã docet, vt hoc agnoscẽtes dicamus. Quod debuimus facere, fecimus. Et hæc est altera nõ minor Dei misericordia, ꝙ cũ posset à nobis, si vellet, sicut dominus à seruis exigere mandatorum suorũ executionẽ sine vlla expectione præmij, ipse tamen vt vel hac spe nos ad promptiorẽ mandatorũ obseruationẽ alliceret, ex sua misericordia voluit nobis tantũ præmium promittere. Et hunc esse verũ & germanũ verborũ Christi sensum, verba quæ præcedunt euidẽter cõuincunt. Nam ante illa verba Christus hęc quę sequũtur, dixit. Quis autẽ vestrum habens seruũ arantem aut pascentẽ boues, qui regresso de agro dicat illi. Statim transi, & recũbe: & non dicit. Para quod cœnem, & præcinge te, & ministra mihi donec manducẽ & bibam, & post hæc tu mãducabis, & bibes. Nunquid gratiam habet seruo illi, quia fecit quæ ei imperauerat? Non puto. Hac parabola dicta, statim subdidit Christus hæc de quibus nunc cõtendimus. Sic & vos quum feceritis omnia quę præcepta sunt vobis, dicite: Serui inutiles sumus, quod debuimus facere, fecimus. Ex quo verborum contextu apertissimè constat nos ideo seruos inutiles dici, quia ex mandatorum Dei executione nullo præmio sumus digni: sicut nec seruus est dignus præmio, propterea quod seruit Domino suo. Et huic interpretationi fauet Theophylactus, qui prædictam Christi parabolam interpretãs, ait. Mõstratur enim per hanc parabolam quod non oportet extolli in bono quopiam opere, imò neque in omnium mandatorum impletione. Seruo enim necessitas incumbit, vt faciat mandata Domini, neque vt bonum opus sibi ascribere debet. Quippe si non oporabitur, dignior est multis plagis, quum autem operatus fuerit, contentus sit quod plagas effugerit. Proinde non oportet de hoc precium vel honorẽ quærere. Liberalitatis enim

Augustinus. *Psal. 58.* *Chrysostomus.* *Celestinus* *Rom. 6.* *Zacha. 4.* *Luc. 17.* *Ioan. 15.* *Luc. 17.* *Theophylactus.*

tatis enim Domini fuerat dare, imò largiri ei: Igitur & qui seruit Deo, etiam si mandata perficiat, non debet extolli. Nihil enim magnum fecit, sed væ erit ei nisi fecerit, sicut Apostolus dicit: Væ mihi nisi euā gelizauero. Proinde si dona fuerit assecutus, non debet in illis superbire & de eis se iactari. Beneficia enim sunt, per misericordiam Dei illi cōcessa, non quòd debeat ei aliquid Dominus, imò seruus debet Domino suo, vt faciat omnia eius mandata. Hæc Theophylactus. *1.Cor. 9.*

B Scio alios verba illa Christi aliter interpretari, dicentes, ideo nos seruos inutiles esse: quia nullam Deo vtilitatem ex nostris meritis præstamus. Et huic interpretationi fauet Beda in commētariis super Lucam, vbi prædicta Christi verba interpretans vtramque expositionem illius verbi reddit, sic inquiēs. Si homo ab homine seruo non vniforme sed multiplex ministerium exigit, nec tamen ei gratiam habet: quanto magis vos qui sine me nihil potestis facere non temporum longitudine, laborum merita pensare debetis, sed amore & famulatu spontaneo nouis semper studiis augere priora. Itaque dicite, serui inutiles sumus. Serui quidem, quia precio empti estis. Inutiles verò, quia Dominus vestrorum non indiget. Si autem inutilis est qui fecit omnia, quid de illo dicendum est, qui explere quæ prēcepta sunt, vel infirmitate non potuit, vel quod peius est, superbia despexit. Aliter. Serui inutiles sumus, quia non sunt condignæ passiones huius temporis ad superuēturam gloriam, quæ reuelabitur in nobis. Hæc Beda, qui duas reddit illis verbis Christi expositiones, quarum secunda mihi multo magis placet: quia est literæ magis germana: prima autem, vt ego censeo, longè à litera recedit: propterea quod non conuenit parabola ad cuius exemplar nos admonuit, vt diceremus nos esse seruos inutiles. Nam seruus qui homini seruit, Domino vtilis est, quamuis sibi non sit: non ergo de vtilitate quæ prouenit Domino sed de vtilitate propria ipsorum seruorum Christus intellexit quum admonuit nos, vt diceremus nos seruos inutiles esse. Inutiles ergo nobis sumus, quia nihil ex natura nostrorum operum quantumlibet bonorum, meremur: sicut nec seruus meretur ex seruitio, quod impendit Domino suo: quia facit quod ratione seruitutis facere obligatur. Quartò obiiciunt nobis, dicentes, quòd si homines per bona opera sua merentur vitam æternam, eo ipso licebit eis confidere in operibus suis bonis, & ex illis sperare vitam æternam. Qui aurem hoc concederet, censeretur stultus, iudicio Salomonis, dicentis. Qui sperat in Domino saluabitur, & qui confidit in corde suo, stultus est. Neque solum stultum, sed etiam maledicto obnoxium censet illum Hieremias, dicens. Maledictus homo qui confidit in homine. Et ideo Dauid hæc incommoda metuens, dixit. Nec enim in arcu meo sperabo, & gladius meus non saluabit me. Si ex operibus nostris, non licet sperare vitam æternam, sed ex sola Dei misericordia, inde conuincitur, nos per nostra bona opera non mereti vitam æternam. Nam quilibet potest sperare præmium ex merito suo. Huic obiectioni iam satis respōdimus superius, in titulo de fiducia. Eo enim loco apertè ostendimus ex sacris literis & sanctorum testimoniis licere homini confidere in operibus suis & ex illis sperare vitam æternam: dummodo non totam suam spem ponat in illis, sed præcipuam & potissimam fiduciam collocet in merito Christi, & misericordia diuina. Ad illum ergo locum mitto lectorem: quoniam inde etiam multa arma capere poterit, quibus contra præsentem hæresim fortiter pugnare valeat. *Beda.* *Prou.28.* *Hiere.17.* *Psal.43.*

C

ORATIO.

QVidam adeò tribuerunt orationi, vt dicerent eam solam sufficere ad vitam ęternam habēdam, etiam si reliqua omnia deessent, & baptismus etiam. Huius pestiferæ hæresis autor fuit quidam Adelphius ex hæresi Psallianorum, aut Messalianorum, quod idem est. Hic Adelphius (vt historia tripartita narrat cap.11. septimi libri) dicebat nullam vtilitatem ex sancto baptismate baptizatis accedere, sed solam orationem studiosam inhabitantem dęmonem effugare, quo eiecto per illam orationem studiosam, Spiritus sanctus adueniebat, & sensibiliter & visibiliter suam designabat præsentiam: & corpus tunc liberari dicebat ab omni motu passionis, & animam à mala voluntate, ita vt nequaquam de cætero egeat neque ieiunio macerante corpus, neque doctrina refrenāte. Dicebat etiam eum qui hæc impetrasset, non solùm liberari à passionibus

D corporis, sed etiam futura præuidere, & futura oculis cernere. An autem hic error fuerit omnibus Messalianis communis, mihi non est certum, sed suspicor ita esse. Nam historia tripar. in illo. 7. lib. cap. 11. de hæresi Messalianorum differens, solùm hoc dicit, quòd Flauianus Antiochenus episcopus de hac hæresi inquirens accesit ad quēdam Adelphium senem, quem hæresi Messalianorum infectum esse credebat, vt ab eo sciret quid eorum doctrina contineret. Ab hoc autem Adelphio prędictus episcopus per blanditias & fictiones quasdam extorsit ea quę nunc proximè narrauimus. Vnde coniicio hanc fuisse omnium Messalianorum sententiam. Aduersus hanc hæresim non est opus disputare, quoniam etsi oratio bona sit & meritoria si debitè fiat, constat tamen ex sacris literis eam solam non sufficere: cùm alia multa præter orationem Dominus in lege præceperit tanquam necessaria. Et nos suprà in titulo de baptismo hæresi. 4. contra hos Messalianos, siue Psallianos, probauimus baptismum esse necessarium. Et in titulo de ieiunio ostendimus ieiunii virtutes, & eiusdem necessitatem. Ex quibus apertè colligitur orationem solam non esse sufficientem ad vitam æternam consequendam. *Adelphius* *Messaliani.*

SEcunda hæresis docet nunquam esse cessandum ab oratione. Hanc hæresim constat esse Messalianorum, siue Psallianorum. Nam August. in libro de hæresibus cap. 57. dicit illos tantum orare, vt eis, qui hoc de illis audiunt, incredibile videtur. Quapropter Græcè appellantur Euchitæ, id est orantes. Huius hæresis non meminit Guido in sua summa de hæresibus, imò nec de Messalianis in toto illo opere vllam fecit mentionem. Vt autem hanc hæresim conuincamus, non oportet multum sudare, quoniam apertissimum est non esse possibile vt homo semper oret. Nam necessarium est dormire: quo tempo- *Messaliani.* *Psalliani.* *Euchitæ.*

re nullus orare poteſt, quia tũc nullus eſt mentis vſus, qui maximè in oratione exigitur. Nullus eſt enim,
Cant.5. niſi ſolus Chriſtus Saluator noſter, qui verè poſſit dicere illud quod in Canticis habetur: Ego dormio,
& cor meum vigilat. Oportet etiam comedere & bibere, & pro his acquirendis laborem aliquem mo- A
1.Tim.5. deratum, quamuis non ſolicitudinem, adhibere. Oportet etiam curam rei familiaris habere, quoniam
beatus Paulus de viduis loquens, ait: Si qua vidua filios aut nepotes habet, diſcat primùm domum ſuam
regere, & mutuam vicem reddere parentibus: hoc enim acceptum eſt coram Deo. Et paucis interiectis
ſubiungit: Si quis autem ſuorum & maximè domeſticorum curam non habet, fidem negauit, & eſt infi-
deli deterior. Et non ſolùm hoc in laicis hominibus eſt neceſſarium, ſed etiam in Eccleſiaſticis. Nam in-
ter alia, quæ Apoſtolus enumerat tanquam neceſſaria, vt quis debitè poſsit fungi munere epiſcopatus,
hoc quoque addit, vt videlicet ſit domui ſuæ bene præpoſitus. Si quis autem (inquit) domui ſuæ bene
1.Tim.3. præeſſe neſcit, quomodo Eccleſiæ Dei diligentiam habebit? At quis non videt quantum impediat ab o-
ratione illa rei familiaris cura? Taceo de cibo & potu, quoniam cùm hi percipiuntur, nullus patet ora-
tioni locus, præſertim vocali, de qua hi Meſſaliani (vt coniicere poſſum) loquuntur, Nam alia oratione
quæ intra, cordis latebras formatur, etiam comedens & bibens quiſque orare poteſt. Sic enim orabat
Exod. 14. Moyſes, cui tacẽti dixit Dominus: Quid clamas ad me? Clamabat enim corde, quãuis tacebat ore. Cùm
ergo quis comedens aut bibens, aut quoduis aliud opus agens, Deum cogitat, pro cuius amore illa ope-
1.Cor.10. ratur, tunc verè orat. Quapropter beatus Paulus monebat Corinthios, dicens: Siue ergo manducatis, ſi-
Coloſſ.3. ue bibitis, vel aliud quid facitis, omnia in gloriam Dei facite. Et ad Coloſſen. ſcribens itetum ait: Omnia
quæcunque facitis in verbo aut in opere, omnia in nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti, gratias agentes B
2.Theſſ.3. Deo & patri per ipſum. Et hoc modo intelligendum eſt id quod Paulus alibi dicit: Sine intermiſsione
orate, Ita vt is dicatur ſine intermiſsione orare, qui omnia quæ facit, in gloriam Dei facit. Aliàs enim nõ
eſſet poſsibile ſine intermiſsione orare. Nũquid ſine intermiſsione poſſumus genu flectere, corpus pro-
ſternere, manus leuare, voces formare, vt de hoc dixerit Paulus, ſine intermiſsione orate? Vetum aliud
Luc.18. nobis obiiciunt teſtimonium Meſſaliani, quo nos vrgere putant. Nam Saluator noſter apud Lucam ait:
Oportet ſemper orare, & non deficere. Ex quo loco Meſſaliani colligunt nunquam eſſe ceſſandum ab
oratione. Hæc tamen Chriſti verba nihil illis ſuffragantur, quoniam non ita, vt putant, ſunt accipienda.
Auguſt. Auguſtinus in libro de hæreſibus, ad Quod vult Deum, cap. 57. dicit illa verba ſic eſſe intelligenda, vt
nulla dies abſque oratione intermittatur: ita quòd Auguſtino idem eſt ſemper orare, & ſine intermiſ-
ſione orare, & qualibet die orare. Eodẽ modo illa Chriſti verba & ſimiliter illa Pauli ex prima ad Theſ-
ſalonicen. epiſt. interpretatur beatus Anſelmus in commentariis ſuper epiſt. Pauli. Beda tamen in expo
Beda. ſitione ſuper Euangelium Lucæ, duplicem expoſitionem tribuit illis verbis, ſic dicens: Quis autem po-
teſt ita ſemper orate, & ſine defectu & ſine intermiſsione precibus inſiſtere, vt nec alimentum ſumendi
aut dormiendi tempus habeat? Aut ergo dicendum eſt eum ſemper orare, & ſine defectu vel intermiſ-
Pſal.33. ſione, qui horis canonicis iuxta ritum Eccleſiaſticæ traditionis pſalmodiis & precibus continuis Domi
num rogare & laudare non deſiſtit. Et hoc eſt quod Pſal. dicebat: Benedicam Dominum in omni tem-
pore, ſemper laus eius in ore meo. Aut certè omnia quæ iuſtus ſecundum Dominum gerit & dicit, id o-
rationem eſſe reputãdum. Hæc Beda. Verùm etſi horum clariſsimorum virorum expoſitiones mihi pla- C
ceant: aliter tamen & (mea quidem ſententia) melius fortè videntur illa verba poſſe intelligi, quòd vi-
delicet Chriſtus & eius Apoſtolus in illis verbis vſi fuerint quadam hyperbole ad rem exaggerandam,
ſicut & aliàs ſæpe in ſacris literis illa figura reperitur: quoniam (vt ait beatus Auguſtinus in libro de do
ctrina Chriſtiana) ſacra ſcriptura, quæ inſtar communis locutionis ſcripta eſt, eiſdem vtitur tropis & fi-
guris, quibus communis modus loquendi vtitur. Et vt res ſit apertior, vnum & alterum exemplum pro-
Acto.2. feram ex ſacris literis, in quibus hæc hyperbole reperitur. In Actis Apoſtolorum deſcribens illa hiſtoria
aduentum Spiritus ſancti, & volens innuere multitudinem gentium & nationum quæ tunc erat Hiero-
ſolymæ, ait: Erant autem in Hieruſalem habitãtes Iudæi viri religioſi ex omni natione quæ ſub cœlo eſt.
Quòd niſi hic admittatur hyperbole, erit neceſſarium fateri tunc fuiſſe Hieroſolymæ Hiſpanos, Gallos,
Anglos, Scotos, Aethiopes, Siculos, Balearicos, Sauromatas, aliaſque innumeras nationes, quas vix Ni-
niue quæ ciuitas erat magna itinere dierum trium, capere potuiſſet, nedum Hieroſolyma, quæ paruum
aut mediocre oppidum erat. Similiter Chriſtus volens nobis ſuadere vt quàm ſecretè & abſque omni ia-
Matt.6. ctantia fieri poſſet, eleemoſyna daretur, dixit: Te autem faciente eleemoſynam, neſciat ſiniſtra tua, quid
faciat dextera tua. At cùm eadẽ in vtraque manu ſit anima, fieri non poteſt vt ſiniſtra neſciat quod dex-
tera facit. Sed eſt ibi quædam hyperbole, ſiue quidam exceſſus ad rem magis commẽdandam. Ita etiam
Chriſtus vt nobis frequentiam orationis commẽdaret, dixit: Oportet ſemper orare, hyperbole quadam
1.Timo.5. vſus, ſemper pro frequenter accipiens. Eadem hyperbole vſus eſt Paulus, dicẽs: Sine intermiſsione ora-
te. Aliàs enim fieri non poſſet vt ſemper & ſine intermiſsione oraremus, quibus neceſſe eſt comedere,
& bibere, & dormire, curam rei familiaris habere, aliaque multa facere ſine quibus in hac miſera vita
eſſe non poſſumus, quorum aliqua orationis attentionem minuunt, alia in vniuerſum tollunt. Nec eſt
quod amplius aduerſus hanc hæreſim diſputemus. D

TErtia hæreſis eſt, quæ cum his duabus præcedentibus ex diametro pugnat: quoniam docet oratio-
nem eſſe prorſus inutilem, nulliuſque virtutis. Hæc hæreſis plures habet fautores: qui quamuis non
eadem via incedant, omnes tamen ad hunc tendunt ſcopum, vt orationis virtutem minuant, & pror-
Pelagius. ſus eneruent. Pelagius enim, teſte Auguſtino libro de hæreſibus, dixit orationes quas facit Eccleſia pro
infidelibus, & aliis peccatoribus vt conuertantur, ſiue pro fidelibus vt perſeuerent, fruſtra fieri, quo-
niam ad illa omnia ſufficere dicebat noſtri arbitrii liberam poteſtatem, & ita non eſſe opus à Deo pe-
tere, quæ noſipſi conſequi poſſumus. Sed huius hæreſis fundamentum iam ſuprà omnino euertimus

in titulo

in titulo de gratia, hæresi. 1. ideo non est opus vt Pelagium iterum in hanc contentionem vocemus. Hoc solùm de Pelagianis dicere decreui, quòd isti sunt sicut antiqui gigantes, qui (vt Ecclesiasticus ait) non exorauerunt Deum pro peccatis suis: ideo destructi sunt confidentes suæ virtuti. Sunt alii qui aliud non minus pernicioſum iecêre fundamentum, super quod hanc pestilentem fabricam ædificare conantur. Petrus enim Abailardus, & Ioannes Vvicleph, & Ioannes Huſs, & Martinus Lutherus, dicunt omnia necessitate absolura fieri, neque posse aliter fieri quam fiunt. Ex quo putrido fonte hic nõ minus vitiatus riuulus scaturit: superfluas videlicet & inanes esse orationes quæ ad Deum mittũtur: quoniam si omnia necessitate absoluta fiunt, frustra quis Deum orat pro ea re, quæ si futura est, etiamsi non oret, eueniet: & si futura non erat, etiam si oret, nunquam eueniet. Hac ergo ratione multi ex Lutheranis è castris suis prorsus eiecerunt orationem ranquam penitus inutilem. Lutherus tamen orationem probat: qua in re minimè sibi constat, cum aliàs dicat omnia ex necessitate absoluta euenire. Aduersus hanc hæresim tot sunt sacræ scripturæ testimonia, tamque aperta, vt mirum sit hominem in sacris literis vel mediocriter versatum, in eam fuisse prolapsum, nisi talis sit qui sacris literis detrahere velit. Illud in primis est apertissimum, quòd ipse veritatis magister docuit nos orare. Nam cùm dixisset non esse opus multiloquio in oratione, postea subiunxit modum quo orare debeamus, dicens: Sic ergo vos orabitis: Pater noster, qui es in cœlis, sanctificetur nomen tuum, adueniat regnum tuum, &c. Si res inutilis esset oratio, frustra nos docuisset Christus modum quo orare debemus. Nec solùm nos orare docuit verbo, sed etiam opere: quoniam ipsemet sæpenumero orauit, imò vt verius dicam, tota eius vita fuit quædam perpetua oratio. Nam assumptis Petro, Iacobo & Ioanne fratre eius, ascendit in montem vt oraret, & facta est dum oraret species vultus eius altera. Et cùm mors eius instaret, acerbitatẽ illius reformidans, procidit in faciem suam, orans & dicens: Pater mi, si possibile est, transeat à me calix iste. Et illi qui aduentum Spiritus sancti expectabant, omnes erant vnanimiter perseuerantes in oratione. Quomodo ergo inutilis censebitur oratio, quæ viam parat Spiritui sancto, vt ad nos venire dignetur? Cùm Christus Saluator noster eiecisset de corpore cuiusdam hominis dæmonium, quod discipuli eius prius non potuerant eiicere, dixit discipulis suis: Hoc genus non eiicitur nisi per orationem & ieiunium. Magna certè est virtus quæ dæmonia eiicere valet. Præterea cùm Paulus & Silas in carcere adorantes laudarent Deum, subitò terræ motus factus est magnus, ita vt mouerentur fundamenta carceris. Rursum: Beatus Iacobus in sua canonica epistola plures orationis virtutes enumerat. Tristatur aliquis vestrum (inquit ille) oret æquo animo, & psallat. Ecce ad depellendam animæ tristitiam. Postea subdit: Infirmatur quis in vobis: inducat presbyteros Ecclesiæ, & orent super eum, vngentes eum oleo in nomine Domini, & oratio fidei saluabit infirmum. Ecce qualiter oratio prodest ad salutem corporis acquirendam. Sed audi iam quid dicat de salute animæ. Confitemini (inquit) alterutrum peccata vestra, & orate pro inuicem, vt saluemini. Multum enim valet deprecatio iusti assidua. Erubescant iam impudentes hæretici detrahere orationi, dicẽtes, eam nihil valere, quam Iacobus Apostolus multum valere asserit. Et quò sententiam suam astruat, testimonio & exemplo Heliæ Prophetæ eam confirmat, dicens: Helias homo erat similis nobis, passibilis, & oratione orauit vt non plueret super terram, & non pluit annos tres, & menses sex. Et rursum orauit, & cœlum dedit pluuiam, & terra dedit fructum suum. Vides iam quanta sit orationis virtus, quę intra cœlum pluuias continere, & inde eas deducere valet. Demum vt paucis virtutem orationis concludamus, Christus Saluator noster ait: Quæcunque petieritis in oratione credẽtes, accipietis. Christus tanti facit orationem, vt si comitem habuerit fidem, eam sufficere dicat ad impetranda omnia quæ petiuerimus: & hæretici non verentur dicere illam nullius esse momenti. Post hæc tam aperta testimonia exrat de hac re Ecclesię definitio. Nam Concilium Toletanum quartum, capite nono suorum decretorum de oratione Dominica differens, postquam præceperat vt singulis diebus à quolibet sacerdote dicatur, virtutem illius orationis explicans, ait: Delet ergo hæc quotidiana oratio minima quotidiana peccata: delet illa à quibus vita fideliũ etiam sceleratè gesta, pœnitendo in melius discedit mutata. Ergo sicut Christus præcepit, sic Apostolus monuit. Et quemadmodũ doctores Ecclesiastici instituerunt, quia quotidie vel cogitatione vel verbo delinquimus, quotidie & hanc orationẽ effundere in conspectu Dei debemus. Quisquis ergo sacerdotum vel subiacentium clericorum hanc orationem Dominicam quotidie, aut in publico, aut in priuato officio præterierit, propter superbiam iudicatus ordinis sui honore priuetur. Hęc Concilium Toletanum. Et Concilium Mileuitanum cap. 8. suorum decretorum cõtra Pelagium, sic ait: Item placuit vt quicunque verba ipsa Dominicæ orationis, vbi dicimus: Dimitte nobis debita nostra, ita volunt à sanctis dici, vt humiliter & non veraciter hoc dicatur, anathema sit. Quis enim ferat orantem, & non hominibus sed ipsi Domino mentientem? qui labiis sibi dicit dimitti velle, & corde dicit, quę sibi dimittantur debita non habere? Hæc concilium Mileuitanum. Ex cuius definitione hæc duo colligimus. Vnum est quòd omnes quamdiu in hac vita sumus, subiacemus peccatis. Alterum, quòd ad hoc vt illa dimittantur, Dominica oratio prodest, in qua dicitur: Dimitte nobis debita nostra.

Ecclc. 16. *Petrus Abailar.* *Ioannes Vvicleph.* *Ioannes Huſs.* *Lutherus.* *Matt. 6.* *Luc. 9.* *Matt. 26.* *Acto. 1.* *Matt. 17.* *Acto. 6.* *Iacob. 5.* *Ibidem.* *3. Reg. 17.* *Matt. 21.* *Cõcilium Toletanũ* *Cõcilium Mileuitanum.*

QVarta hæresis asserit orationes quæ vni personæ specialiter applicãtur, non plus prodesse illi quã si generaliter pro omnibus fierent. Huius hæresis autor est Ioannes Vvicleph, dicens non esse orandum pro aliqua particulari persona, quia (vt dicit) oratio quæ pro vno solo fit, non plus prodest illi quàm aliis. Hanc hæresim ipse Deus ore suo damnat, qui præcepit Eliphat Themanitæ vt rogaret Iob quatenus ille rogaret Deum pro ipso, & pro aliis duobus amicis suis, qui Deum offenderant, eò quòd sic acriter reprehenderant Iob. Et Dominus (vt scriptura testatur) conuersus est ad pœnitentiam Iob cùm oraret ille pro amicis suis. Præterea cùm Petrus Apostolus esset in carcere, oratio fiebat sine intermissione ab Ecclesia ad Deum pro eo, & tandem oratio Ecclesiæ profuit Petro, quoniam misit Dominus angelum suum, & liberauit eum de carcere, & de manu Herodis, & de omni expectatione ple-

Ioannes Vvicleph. *Iob. 42.* *Acto. 12.*

bis Iudæorum. Nec tamen illa oratio sic profuit omnibus aliis qui fuerãt carceri mancipati. Aliquid ergo plus prodest specialis oratio illi pro quo fit, quàm aliis. Rursum beatus Paulus Thessalonicensibus scribens, dicit se pro illis orationem feciſſe. Gratias (inquit) agimus Deo semper pro omnibus vobis memoriam vestri facientes in orationibus nostris sine intermissione. Si æquè omnibus prosunt orationes, quo fine Paulus sic apertè iactauit se feciſſe memoriam Thessalonicensium in suis orationibus? Deinde ipsemet Paulus sæpe exhortatur, rogat, præcipit fieri orationes speciales tum pro se, tum pro aliis. Obsecro ergo vos fratres (inquit ille) per Dominum nostrum Iesum Christum, & per charitatem sancti Spiritus, vt adiuuetis me in orationibus vestris pro me ad Deum. Et alibi: Quoniam & adhuc eripiet de periculis, adiuuantibus vobis in oratione pro nobis. Et rursum: Orationi instate vigilantes in ea in gratiarũ actione, orantes simul & pro nobis, vt Deus aperiat nobis ostium sermonis ad loquendum mysterium Christi. Et in alio loco: Orate pro nobis, vt sermo Dei currat, & clarificetur. Et ex istis duobus vltimis testimoniis sumpta est in tota Catholica Ecclesia consuetudo illa inuocandi virginem Deiparam in initio cuiuslibet prædicationis verbi Dei, quatenus ipsa dignetur rogare Deum vt aperiat prædicatori ostium ad loquendum, & aliis ad audiendum mysterium Christi. Frustra Paulus toties pro se petit orari, si omnium orationes æquè illi prodesse poterant. Et pro aliis etiam speciales monet fieri orationes, dicens: Obsecro primum omnium fieri obsecrationes, postulationes, gratiarum actiones pro omnibus hominibus, pro regibus, & omnibus qui in sublimitate constituti sunt, vt quietam & tranquillam vitam agamus in omni pietate. Ideo prædicatores verbi Dei Paulum in hac parte imitantes, in suis prædicationibus hortantur populum vt speciales Deo offerant orationes pro rege aliisque principibus & prælatis Ecclesiasticis, vt nauiculam, quæ in hoc mari magno & spatioso iactatur fluctibus, ad optatum portum perducat. Demum ex. 45. articulis Ioannis Vvicleph in Concilio Constantiensi sessione octaua damnatis decimusnonus hic est, quo sic ait: Speciales orationes applicatæ vni personæ per prælatos vel religiosos, non plus prosunt eidem quam generales, cæteris paribus. Qui articulus simul cum aliis eiusdem Vvicleph vna super omnes lata sententia ibidem damnatus est.

1. Thess. 1.
Rom. 15.
2. Cor. 1.
Coloss. 4.
Thess. 3.
1. Tim. 2.
C ōcilium
C ōstant.

ORDO SACRAMENTVM.

Lutherus.

NOnum aut alterum est sacramentum cui Lutherus non detraxerit. Quædam illorum negat esse sacramenta: alia dicit non conferre gratiam: alia insuper vilipendit. Ordinem autem sic tractat, vt illum ab Ecclesia procul reiicere conetur. Dicit enim ordinẽ neque esse sacramentum, neque in eo esse aliquam imparitatem, vt vnus ordo sit alio & dignitate & potestate maior, sed omnes Christianos dicit esse in eodem ordinis gradu. Hæc ergo tria successiuè expugnare oportet. Primò ergo Lutherus dicit Ecclesiam Christi ignorare sacramentum ordinis. Nam iuxta eum sacramentum ordinis nihil aliud est quàm ritus quidam eligendi concionatorem in Ecclesia: quapropter asserit eum qui non prædicat, non esse sacerdotem, nisi æquiuocè, quemadmodum homo pictus est homo. Ordinem denique ipsum dicit esse figmẽtum ex hominibus natum, nihil de re Ecclesiastica & de sacramento intelligentibus. Primò ergo ostendere volo, in collatione ordinis gratiam conferri: deinde ostendã ex sacris literis huius rei esse aliquod signum sensibile. Ex quibus duobus concludetur ordinem esse sacramentum. Gratiam conferri suscipienti sacrum ordinem, apertè ostendit id quod Paulus Timotheo scribens, ait: Noli (inquit) negligere gratiam quæ data est tibi per prophetam cum impositione manuum presbyteri. Quibus verbis Paulus satis apertè ostendit Timotheum suscepisse gratiam cum promotus fuerit ad ordinem sacerdotii. Et in posteriore epistola quam eidem Timotheo scripsit, iterum pro hac re testimonium dicit in hunc modum. Admoneo te, vt resuscites gratiam Dei quæ in te est per impositionem manuum mearum. Præterea ex vetustissimo Ecclesiæ ritu ab Apostolis ortò semper obseruatum est, vt tam ordinãs quàm ordinatus, præsertim in sacris ordinibus, ieiunus ad ordines accedat. Et hoc scriptura ipsa testatur, quæ refert Apostolos ieiunãtes & orãtes imposuisse manus Paulo & Barnabæ, quos ex præcepto Spiritus sancti mittebant ad prædicãdum Euangelium. Si in collatione ordinis nulla infunderetur gratia, non esset opus tãta præparatione. Sed quia certò credebãt Apostoli gratiam Spiritus sancti conferri iis quos ad ordines sacros promouebant, ideo ieiunabant & orabant, vt vel sic pararentur ad gratiam Spiritus sancti recipiendam: quemadmodum olim cùm aduentum Spiritus sancti expectabant, perseuerabant vnanimes in oratione. Et hanc ieiunii causam assignat Leo papa huius nominis primus: cuius verba quoniã alteri proposito etiam deseruiunt, infrà citabimus. Et B. Aug. in lib. quæst. veteris & noui testamenti, quæst. 93. (modo is liber sit Augustini) hoc etiam apertissimè docet. Verùm quia suprà in titulo de Melchisedech apertissimè conuicimus illud opus non esse Augustini, ideo illa verba citare contempsi. Si quis tamen sibi fidem facit librum illum esse Augustini, locum illi signaui in quo illam sentẽtiam inueniat. Ecce ergo ostendimus in collatione ordinis gratiam conferri: nunc opus est vt ostendamus in tali collatione esse aliquod signum exterius sensibile. Hoc autem clarissimè ostendunt illa Pauli verba ex epistolis eius ad Timoth. nũc proximè citatis, quoniam ex illis patet eum qui alium ordinabat, manus illis imponere, per quam manuum impositionem ordinem alteri cõferebat. Quod ex aliis pluribus scripturæ locis etiam colligitur. Paulus enim admonẽs Timotheum ne leuiter aliquem ad sacerdotium promoueret, quin prius diligenter personæ meritum examinaret, sic ait: Manus citò nemini imposueris. Et cum Apostoli septem viros ex multitudine discipulorum electos, fecerunt diaconos, orantes (vt dicit historia Apostolica) imposuerunt illis manus. Ecce iterum cùm ad diaconatum promouent Apostoli, faciunt orantes, quẽadmodum cùm Paulo & Barnabæ imponũt manus, quia videlicet gratia in tali promotione erat conferenda. Concilium

Act. 13.
Act. 1.
1. Tim. 5.
Act. 6.

cilium Carthaginenſe quartum, capitibus. 1. 2. 3. & 4. decernit epiſcopum, presbyterum, & diaconũ debere ordinari per manuum impoſitionem. Et ex hoc ſigno quo Apoſtoli vſi ſunt, etiam perſuaderi poteſt gratiam conferri in ſuſceptione ordinis: quoniam non eſt vero ſimile, manus fuiſſe ordinatis impoſitas ab Apoſtolis, vt corpus inani contactu attrectarent, & nulla ſpirituali gratia prodeſſent animæ. Parum enim proderat corpori manus imponere, ſi ex hac manus impoſitione nihil anima proficere debebat. Si ergo in ordinis ſuſceptione confertur gratia, & ſub aliquo ſigno ſenſibili, conuincitur inde ordinem eſſe ſacramentum. Et vt oſtendamus hoc non eſſe recens ſcholaſticorum Theologorum inuentum, aliquod vetuſtorum doctorum citabo teſtimonia. Leo papa in epiſtola nona quæ eſt ad Dioſcorum Alexandrinum epiſcopum, dicens ordinem debere conferri & ſuſcipi à ieiunis, ſic ait: Nam præter authoritatem conſuetudinis quam ex Apoſtolica nouimus venire doctrina, etiam ſacra ſcriptura manifeſtat, quòd cùm Apoſtolum Paulum & Barnabã ex præcepto Spiritus ſancti ad Euangelium mitterent prędicandum, ieiunantes & orantes impoſuerunt eis manus: vt intelligamus quanta dantium & accipientium deuotione curandum ſit, ne tantæ benedictionis ſacramentum negligenter videatur impletum. Hæc Leo papa huius nominis primus, vir ſanctitate perinde ac doctrina illuſtris. Ex quibus verbis duo colligimus, videlicet quòd ordo ſit ſacramentum, & quòd in eius collatione conferatur gratia, quoniam ideo dicit ieiunium & orationem præceſſiſſe, vt dignè recipiatur benedictio quæ in tali ſacramento confertur. Auguſtinus de baptiſmo contra Donatiſtas, de eodem baptiſmo & ordine loquẽs, ſic ait: Vtrunque enim ſacramentum eſt, & quadam conſecratione homini datum. Illud quum baptizatur, iſtud quum ordinatur: ideo non licet in Eccleſia Catholica vtrunque iterari. Et paulò pòſt: Neutri ſacramento facienda eſt iniuria. Et addidit de ſacramento ordinis: Sicut non rectè habet qui ab vnitate recedit, ſed tamen habet: ſic etiam non rectè dat qui ab vnitate recedit, & tamen dat. Et rurſum ad vtrunque reuerſus ſubiungit: Non ergo ideo non ſunt ſacramenta Chriſti & Eccleſiæ, quia eis illicitè vtuntur non modò hæretici, ſed etiam omnes impij: ſed illi corrigendi ſunt, & puniendi: illa autem ſunt agnoſcenda, & veneranda. Hæc Auguſtinus. Quibus verbis non ſemel fatetur ordinem eſſe ſacramentum. Iam credo quiſque videt quàm effronti audacia iactauerit Lutherus Eccleſiam Chriſti ignorare ſacramentum ordinis, nouámque eſſe eius inuentionem, cùm ex Auguſtino & Leone papa clarè conſtet ordinem eſſe ſacramentum. Neque Auguſtinum aut Leonem ab Eccleſia Chriſti abigere poteſt, quos eadem Eccleſia velut ſanctos cenſuit eſſe venerandos: neque eos dicet recentes Theologos, prout ſolet, niſi talem ſe exiſtimet, vt ei mille anni ſint tanquam dies heſterna quæ præteriit. Hoc ſolùm ergo ſupereſt nobis probandum, vt videlicet oſtendamus non omnes ordines eſſe pares inter ſe, ſed eſſe diuerſos intra hoc ſacramentum gradus, ita vt vnus ordo ſit alioqui dignitate & poteſtate maior.

Et certè quiſquis debita attentione conſideraverit ea quæ in vetere illa lege Moſaica ordinata ſunt, de tabernaculo, & altari, & de ſacerdotibus & aliis miniſtris altari ſeruientibus: facilè inde cognoſcet quaſi ex vmbra corpus, varios oportere dari in Eccleſia ordines, qui diuerſis in miniſterio altaris fungantur officiis. Nam lex (vt ait Paulus) vmbram habebat futurorum bonorum. Et idem ait, omnia in figura contigiſſe patribus illis. Ab vmbra igitur ad ſuum corpus, à figura ad correſpõdentem ſibi rei veritatem, optimum & efficaciſſimum erit argumentum. Nam hoc argumentationis loco Paulus vſus eſt, volens probare licitum eſſe his qui euangelium annunciant, de Euangelio viuere: quia qui in veteri illo tabernaculo operabantur, viuebant de tabernaculo, & qui altari deſeruiebant, participabant de altari. Itaque argumentatur Paulus ibi ab vmbra & figura ad corpus & veritatem. Cùm igitur tam efficax ſit, iuxta Paulum, hic argumentationis modus, manifeſtè per illum conuincemus plures eſſe in Eccleſia Catholica ordines, variosque eſſe gradus eorum qui in altari miniſtrant. Nam ad miniſterium illius tabernaculi veteris, varii ordines diuerſique gradus fuerunt à Deo inſtituti, ita vt vnus eſſet Pontifex aut ſacerdos ſummus, alii ſacerdotes minores, alii leuitæ, qui etſi ſacerdotes non eſſent, altari tamen miniſtrabant. Quæ ad ſacerdotem pertinent ſummum, & quæ ad inferiores attinent, deſcribuntur in Exodo, vbi alia officia aliaque veſtimenta ſummo ſacerdoti, alia inferioribus ſacerdotibus tribuuntur. Supra caput Aaron & cuiuſlibet alterius ſummi ſacerdotis fuſum eſt ſanctæ vnctionis oleũ. Filios Aaron minores ſacerdotes & illorum ſucceſſores non ſunt in capite, ſed ſolum in manibus oleo ſancto vncti. Tunicæ iſtorum erant lineæ, ſummi verò ſacerdotis ornatus erat ex auro, hyacintho, purpura, gemmisque precioſis confectus. De ritu cõſecrationis Leuitici ordinis habetur in leuitico libro, in quo etſi vnus omnium Leuitarum conſecrationis ritus deſcribitur, diuerſa tamen illis diſtribuuntur officia. Nam in tres claſſes ſub ſuis capitibus & principibus diſtribuuntur, & ſuum cuique locum in excubiis & miniſterio aſſignatur, iuxta ſacerdotum imperium. Si tantus fuit ordo, tamque diſtinctus in illa veteri figura, opus eſt vt concedamus varium eſſe ordinem claréque diſtinctum, eorum qui in altari vbi nunc Euchariſtia conſecratur, miniſtrare debent. Niſi fortè Eccleſiam Catholicam confuſiſſimam quãdam Babylonem in qua nullus ſit ordo, facere velimus, cum tamen ſynagogam illam veterem, quæ huius typum tenet, velut nobiliſſimam quandam ciuitatem ordinatiſſimè conſtitutam fuiſſe, apertiſſimè conſtet. Quòd ſi quis tam impius & tam effrons eſt, vt id fateri non vereatur, is certè aut ſapientiam, aut potentiam, aut denique bonitatem cogetur minuere diuinam: quia videlicet fateri cogetur Deum aut neſciſſe, aut non potuiſſe, aut denique noluiſſe talem formare Eccleſiam ſuam, qualem prius adumbrarat & deliniarat in illo veteri populo. Certè cùm multò præſtantius ſit ſacrificium quod nunc à ſacerdotibus Eccleſiæ offertur, quàm ſacrificia omnia vetetis legis, oportebat vt maior honor illi præſtaretur, & maior etiam ordo in illius miniſterio ſeruaretur, & miniſtrorum ordines ad illius adminiſtrationem plures deputarentur.

Omitto hic minores ordines, quoniam etſi de illis apud vetuſtos autores non parua fiat mentio, ta-

Cõcilium Carthaginenſe.

Leo papa.

Auguſtinus.

Heb. 10.

1. Cor. 11.

Exod. 17.

men plures Theologi non admittunt minores ordines intra ſacramentorum numerum: quapropter nec etiam vocantur ordines ſacri: imò de ſubdiaconatu Hugo de S. Victore cenſet non eſſe ſacramentum, quamuis alii intra ſacramenta ſacramenti limites eum collocent. De hac re nonnihil ſuprà tetigimus in titulo de epiſcopis: quo loco oſtendimus epiſcopum ex Chriſti inſtitutione eſſe dignitate & poteſtate maiorem ſimplici presbytero. C

Act.6. *Ignatius.*

Diaconos Apoſtolica hiſtoria narrat fuiſſe ab Apoſtolis ordinatos. Imò de aliis omnibus ordinibus cõſtat, fuiſſe in Eccleſia eorum officia & nomina tempore Apoſtolorum. Nam beatus Ignatius diſcipulus ſancti Ioannis Euangeliſtæ in epiſtola ad Trallianos extollit dignitatem epiſcoporum, presbyterorum, & diaconorum. Et in epiſtola ad Antiochenſes hæc verba refert: Saluto ſanctum presbyterum veſtrum, ſaluto ſanctos diaconos, ſaluto ſubdiaconos, lectores, cantores, oſtiarios, laborantes, exorciſtas, atque confeſſores. Hæc ille. Canones Apoſtolorum videntur etiam innuere diſcrimen inter epiſcopum & presbyterum, diaconum, ſubdiaconum, lectorem, & cantorem. Hoc patet canone. 42. &. 43. At Apoſtolorum canones per Clementem traducti, tantæ ſunt authoritatis, vt beatus Damaſcenus illos inſerat cathalogo librorum canonicorum ſacræ ſcripturæ. Vt ergo iam finem huic negocio imponamus, producere oportebit teſtimonium Concilii Carthaginenſis quarti, quod omnes ordinis gradus deſcribit, & modum quo illorum ordinatio facienda ſit, decernit. Nam capitibus primo & ſecundo ſuorum decretorum aſſignat modum quo ordinandus ſit epiſcopus, capite tertio agit de ordinatione presbyteri: capite quarto, de ordinatione diaconi: capite quinto, de ordinatione ſubdiaconi: capite ſexto, de ordinatione acolythi: capite ſeptimo, de ordinatione exorciſtę: capite octauo, de ordinatione lectoris: capite nono, de ordinatione oſtiarii. Quorum omnium decretorum verba citare omiſi cauſa prolixitatis vitandæ, ſatis exiſtimans oſtendiſſe locum lectori. Qui de hac re amplius noſſe cupit, legat Hugonem de ſancto Victore libro ſecundo de ſacramentis, parte tertia: quo loco doctor ille non ſpernendæ authoritatis de ſingulis ordinibus pertractat, eorum omnium poteſtatem & ordinationem declarans. Ex his quæ diximus, conuictus remanet Græcorum & Vvaldenſium error. Vvaldenſes enim (vt Guido illis impingit) dixerunt eſſe tantum tres ordines in Eccleſia, diaconum videlicet, presbyterum, & epiſcopum. Verùm Æneas ſyluius libro de origne Bohemorum, capite 35. errores Vvaldenſium recenſens, nunquam huius erroris meminit, imò alium illis tribuit, qui cum hoc velut ex diametro pugnare videtur. Aut enim illos ſenſiſſe, epiſcopum non eſſe dignitate aut poteſtate ſuperiorem alio quocunque presbytero. De qua re ſuprà in titulo de epiſcopo diſputauimus. Græci iuxta eundem Guidonem poſt ordines ſacros nullum ex minoribus ordinibus admittunt præter lectorem: alios autem, videlicet oſtiarium, exorciſtam, & acolythum dicunt non debere inter ordines numerari. Nos tamen iam oſtendimus eorum nomina & officia fuiſſe à tempore Apoſtolorum in Eccleſia, & modum ordinationis eorum fuiſſe in concilio ſtatutum: quapropter non eſt quod amplius de hac re diſputemus. Aduerſus hanc hæreſim pugnant illa omnia, quæ inferius in titulo de ſacerdotio hæreprima dicemus. D

Cõcilium Carthaginenſe. *Vvaldenſes.* *Græci.*

Finis libri vndecimi. A

F. ALFONSI DE CASTRO ZAMOREN. MINORITAE ADVERSVS HÆRESES, LIBER DVODECIMVS.

PAPA.

Luther.

LVtherus, qui toties à nobis proſtratus eſt, ſolo papæ nomine audito recuperat vires, vt denuò poſſit nobiſcum de hac re congredi. Adeo nanque papæ odium imbibit, vt etiam ſi in cineres redactus fuerit, ad papam inſectandum reuiuiſcat. Omnium enim ſuorum ſcriptorum ſcopus is vnus eſt, papam videlicet à ſua ſede deiicere, omnem poteſtatem quam à Deo in terris recepit, illi adimere: & vt hoc conſequeretur, nihil intentatum reliquit, nullum non mouit lapidem. Nam pro hac ſola re tuenda totam Eccleſiæ domum euertere curauit. Quòd autẽ ex odio papæ, & non ex zelo id fecerit, inde coniiciet quiſque, ſi rerum ab eo geſtarum ordinem plenè nouerit. Cùm enim is Lutherus aliqua à vera fide aliena docere tentaſſet, fuit de hac re à Leone decimo, qui tunc vniuerſali Eccleſiæ præſidebat, admonitus: cui admonitioni cùm idem Lutherus obedire contempſiſſet, Leo decimus velut bonus paſtor hunc Lutherum excommunicauit, & velut putridam ouem ab Eccleſiæ ouili eiecit, ne reliquas attactu ſuo inficeret oues. Qua de re factum eſt vt Lutherus qui antea primatum Petri & ſucceſſoris eius probauerat, & libris æditis docuerat, poſt hanc in eum latam excommunicationem vſque adeò papatui detrahat, vt nõ ſit contentus illius poteſtatem minuere, ſed etiam illum acerbiſſimis conuitiis afficiat, & contumeliis atrocibus inſectetur. Dicit enim pontificum nomen inane prorſus eſſe, nec quicquã re aliud eſſe quàm regnum Babylonis, & potentiam Nemroth robuſti venatoris: quoniam mera tyrannide factum eſſe ait, vt papa ſuper alios epiſcopos fuerit exaltatus. Hinc ergo coniicere licet quo ſpiritu Lutherus ducatur B

catur, qui in tractanda fide Catholica magis affectu quàm ratione regitur. Huius tamen erroris primus autor non est Lutherus. Primò enim ille serpens antiquus hunc errorem persuasit Græcis, qui ab Ecclesiæ vnitate separati sunt propter errores Nestorii, Dioscori, Eutychetis: quoniam Nestorius in Ephesina synodo, Dioscorus verò & Eutyches in Calcedonensi damnati sunt. Eadem ratione Armeni ab Ecclesiæ vnitate se subtraxerunt, quòd videlicet concilij Calcedonensis decreta recipere contempserũt, & ab hoc tempore obedientiam Romano pontifici negare cœperunt vsq; ad tempus Eugenii quarti, quo tempore celebratum est Concilium Florentiæ, ad quod confluentes Græci & Armeni, post longam de hac re cum Latinis habitam disputationem, tandem veritatẽ plenè cognoscentes, Ecclesiæ Romanæ se subdiderunt. Post Græcos & Armenos venerè impii & idiotæ Vvaldenses, nihilominus omnibus episcopis inimici, quàm Græci & Armeni fuerant Romano pontifici. Hi enim Vvaldenses docent omnes presbyteros esse pares, neque vnum esse alio potestate superiorem. Vvaldensibus in hac parte consentit quidam Marcilius Paduanus. De Ioanne Vvicleph, & Ioanne Huss non est opus dicere, quoniam ille in verba Vvaldensium, & hic in verba Vviclephi iurasse videntur. Istorum ergo omnium communẽ errorem iam diu sepultum Lutherus hoc nostro seculo ab inferis reuocauit, vt facilliori modo quas conC ceperat hæreses docere posset. Nulla est enim alia via apertior ad hæreses introducendas, quàm si primatum Petri ab Ecclesia subtraxeris. Quapropter omnes oportet adhibere huic operæ vires, vt apertè primatum summi pontificis ostendamus, ne via pateat hęreticis ad suas hæreses introducendas. Pro hac re apertum testimonium est id quod Dominus dicit Petrò: Tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam, & portę inferi non præualebunt aduersus eam. Et tibi dabo claues regni cœlorum: & quodcunque ligaueris super terram, erit ligatum & in cœlis: & quodcunque solueris super terram, erit solutum & in cœlis. In quibus verbis multa sunt quæ primatum Petri manifestè docere videntur. Primò quòd mutato nomine Simonis, eum nomine Petri vocauit, quæ res sine grandi mysterio contingere non potuit. Nunquam enim Deus nomen nouum alicui homini indidit, quem non magnis donasset beneficiis, & ad altam quandam extulisset dignitatem. Sic enim in veteri testamento Abrahæ & Saræ, quos facturus erat in gentem magnam, & ex quibus Christus secundum carnem propagandus erat, nomen à Deo tribuitur nouum. Sic etiam Iacob, quoniam fortis fuerat contra Deum, mutato nomine Iacob, vocatus est Israël. Et vt ad nouum testamentum accedamus: Iacobum Zebedęi & Ioannem fratrem eius vocauit Christus Boanerges, hoc est, filios tonitrui. Hos autem duos fratres quantum præ cæteris Apostolis post Petrum extulerit, ipsa euangelica historia apertissimè docet.

Armeni. *Vvalden.* *Marsilius Paduan°.* *Ioannes Vvicleph* *Ioannes Huß.* *Matt.16.* *Gen.17.* *Gene.32.* *Mar.3.* *Matt.17.* *Luc.2.*

Nam hos duos simul cum Petro assumpsit in testes suę glorioſę transfigurationis. Hos solos permisit intrare domum Iairi Archisynagogi cùm illius filiam suscitare voluit. Et quum passione sua instante oraret, hos etiam assumpsit secum: vt vel inde coniicere possimus non sine causa istis noua illum tribuisD se nomina. Cùm ergo Petro nouum à Deo imponatur nomen, grande in eo futurum mysterium designatur: præsertim si bene quisque aduertat quale fuerit nomen illi tributum. Nomen siquidem Petrus à petra deriuatum esse videtur. At cùm Christus iuxta Paulum vocetur petra, conuincitur inde Petro tale nomen fuisse datum, quod nomini Christi simillimum foret, & quod à Christi nomine deriuationem acceperit: vt vel hac ratione nominis edoceremur Petrum Christi vicem in terris habiturum, cuius nomen tunc accepisse cognoscimus. Secundò, in illo Matthæi loco prius citato aduertere oportet quod sequitur. Nam eundem Petrum vocauit postea petram super quam fundanda erat Ecclesia. Tu es (inquit) Petrus, & super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam. Considera ergo qualis sit futurus Petrus, super quem Ecclesia ædificanda promittitur. Sic enim Theophylactus illa Christi verba exponens, ait: Remunerat Petrum Dominus, mercedem illi dans magnam, quod supra eum ædificauit Ecclesiam. Hæc ille. Quibus verbis satis apertè declarat Petrum esse Perram supra quam Deus suam Ecclesiam fundare decreuerat. Eodem modo etiam exponit Hieronymus super Matthæum decimosexto capite. Eodem modo interpretatur Hylarius canone decimosexto super Matthæum. Quanquam huius verba Erasmus detorquere conatus, adiecit in margine hæc verba: Ecclesiæ fundamentum est fides. Quibus verbis interpretari voluit Hylarium, quasi Hylarius sentiret fidem esse fundamentum & petram, non autem Petrum. Hylarius tamen apertissimè de Petro loquitur, vt facilè est videre. Idem sentit Chrysostomus super Matthæum. Simili modo illum locum exponit Augustinus sæpe præsertim in libro contra epistolam Donati, & sermone vigesimosexto de sanctis. Eodem modo etiam exponit Leo papa huius nominis tertius in sermone tertio de anniuersario die suæ assumptionis. A Istis omnibus subscribit beatus Gregorius lib. 6. sui regiſtri, epistola. 36. Quorum omnium sanctorũ virorum verba, causa prolixitatis vitandæ, omisi citare. Tertullianus etiam idem sentit in libro de prę scriptionibus hęreticorum: cuius verba infra subiiciemus. Tertium quod in illis Christi verbis Petro dictis est consideratione dignum, est, quòd soli Petro nominatim Christus promisit claues regni cœlorum: quoniam etsi aliis Apostolis datæ sint claues, non tamen cœlorum omnium, sed cœli. Petro enim dicitur: Quodcunque solueris super terram, erit solutum & in cœlis. Cùm verò omnibus Apostolis simul dantur claues, sic dicitur. Amen dico vobis, quæcunque alligaueritis super terram, erũt ligata & in cœlo: & quæcunque solueritis super terram, erunt soluta & in cœlo. Ecce vides hic dictum, in cœlo, singulari numero: quũ tamẽ Petro claues promittuntur, claues cœlorum promittuntur: & in cœlis dicitur esse ligandum quod ille ligauerit, non in vno cœlo: vt videlicet ex hoc diuerso locutionis modo intelligas fortiores & potentiores claues fuisse datas Petro quàm cæteris Apostolis. Et hoc ipsum annotauit Origenes in expositione Matthęi, & ante Origenem hoc idem innuere videtur Tertullianus. Is enim in libro de præscriptionibus hareticorũ disputans contra eos qui dicebant Apostolos non omnia ad fidem necessaria sciuisse, sic ait: Quis enim integrę mẽtis credere potest aliquid eos ignorasse, quos magistros

Matt.11. *Tertul.*

Dominus dedit? indiuiduos habitos in comitatu, in disciplinatu, in conuictu? quibus obscura quæque seorsum ediſſerebat, illis dicens datum esse cognoscere arcana quæ populo intelligere non liceret? Latuit aliquid Petrum ædificandæ Ecclesię petram dictum? claues regni cœlorum consecutum, & soluẽdi & alligandi in cœlis & in terris potestatem? Latuit & Ioannem aliquid dilectissimum Domino, pectori eius incubantem, cui soli Dominus Iudam traditorem demonstrauit? quem loco sui filium Mariæ demandauit? Quid ergo eos ignorasse voluit, quibus etiam gloriam suam exibuit, & Moysen & Heliam, & insuper de cœlo patris vocem? non quasi cæteros reprobans, sed quoniam in tribus testibus stabit omne verbum. Hactenus Tertullianus. Quibus verbis postquam omnibus Apostolis tribuerat arcana cognoscere quæ populo intelligere non licebat: postea distribuens cuique Apostolorum quæ illi fuerant propria, Ioãni dedit supra pectus Domini in cœna recubuisse: eidem & Iacobo atq; Petro tribuit vidisse Dominum in gloriæ maiestatem transfiguratum. Petro autem dedit Ecclesiæ petram esse, claues regni cœlorum consecutum, & soluendi & ligandi in cœlis & in terris potestatem. Quæ omnia si soli Petro dicuntur, ex illis apertè conuincitur Petrum fuisse cæteris Apostolis prælatum. Nam ille solus ex apostolis instituitur petra, supra quam fundetur Ecclesia: illi soli promittuntur claues regni cœlorum: ille solus accipit soluendi & ligandi in cœlis & in terris potestatem. Quapropter non
Rhenanus possum silentio præterire quæ beatus Rhenanus de hac re loquens, ait: Is enim in quodam argumento quod præfixit libro Tertulliani de præscriptionibus hæreticorum, innuit se sentire Romanum pontificem non esse à Deo institutum superiorem cæteris episcopis, & hanc dicit esse sententiam Tertulliani in illo libro, & alibi. Vt autem ostendat Tertullianum illud sentire, sic colligit. Tertullianus nominans Ecclesiam Romanam, inter Apostolicas Ecclesias illam nominat, nec tamen illam præfert aliis: inter summates illam recensет, nunquam tamen illam dicit summam. At si eam credidisset esse summam Ecclesiarum, eam vocasset aliquando supremam Ecclesiam. Nunquam vocauit eam summam, non ergo credidit eam esse summam. O fortem argumentatorem. O alterum Aristotelem. Hæccine est illa Dialectica, colligere aliquid negatiuè per locum ab authoritate? Quis hanc collectionem ignorat esse nullam? Talis aut talis doctor non dicit hoc, ergo non ita est, aut ille credidit non ita esse? Si enim tali modo semper colligere liceret, multa inde incommoda sequerentur. Sequeretur patrem non esse ingenitum: Mariam non fuisse perpetuò virginem: quoniam nullum istorum expresserunt sacræ literæ etiam cùm de his rebus mentionem fecerunt. Abeat ergo Rhenanus non beatus, sed miser: & si suam sententiam voluerit confirmare, veris testimoniis hoc faciat, & non meris calumniis & impostoris, prout nunc eum feciſſe conuicimus. Nam cùm ipse impingat Tertulliano illum sentire Ecclesiam Romanam non esse summam: nos ostendimus Tertullianum sensisse Petrum fuisse cæteris Apostolis prælatum, & hoc ostendimus illum apertè docuisse in eodem libro cui Rhenanus tale præfixerat argumẽtum. Pręterea, Christus docens Apostolos quis illorum futurus esset maior, dixit Petro: Simon, ecce Satanas expetiuit vos, vt cribraret sicut triticum: Ego autẽ rogaui pro te, vt nõ deficiat fides tua. Et tu aliquãdo cõuersus confirma fratres tuos. Quibus verbis apertè docuit Christus, Petrum esse futurum cæteris Apostolis maiorem per hoc quòd illi iniungebat onus confirmandi alios Apostolos, quos diabolus expetiuerat vt cribraret sicut triticum. Vt autem Petrus rectius posset officium sibi cõmissum exercere, Christus promittit illi se rogaturum patrem vt non permittat fidem illius perire. Quæ Christi verba exponens Theophylactus super Lucam, sic ait: Tu verò conuersus, confirma fratres tuos. Planus huius intellectus is est: Quia te habebo vt principem discipulorum postquam me negato fleueris, & ad pœnitentiam veneris, confirma cæteros. Hoc enim te decet, qui post me Ecclesiæ petra es fundamentum. Hæc Theophylactus. Petrus ergo declaratus est à Christo cæteris Apostolis maior, quia illi iniungitur onus reliquos Apostolos confirmandi. Rursum, Christus commisit Petro curam suarum ouium, cùm bis illi dixit: Pasce agnos meos. Et tertiò iterum dixit: Pasce oues meas. Quibus verbis apertissimè declarauit Christus totum ouile tam onium quàm agnorum, hoc est Ecclesiam vniuersalem esse Petro commissam. Nam (vt ait propheta (nos sumus populus eius, & oues pascuæ eius. Harum ouium curam commisit Deus Petro. Verùm Lutherus cum suis, quoniam non sunt ex ouibus his, sed ex numero illorum hœdorum quos Deus constituet ad sinistram, ideo non volunt esse sub cura huius pastoris, videlicet Romani pontificis. Deinde, illa quæ petrus operatus est, ostendunt apertissimè illum fuisse reliquis Apostolis prælatum. Pro se enim Petrus & pro Christo didrachma soluit. Cùm enim exactores didrachmatis percontarentur à Petro, num magister eius didrachma soluisset, dixit Christus Petro: Vade ad mare, & mitte hamum, & eum piscem qui primus ascẽderit, tolle, & aperto ore eius inuenies staterem: illum sumens da eis pro me & pro te. Vt autem ex hoc loco apertius nostrum pro posito doceamus, prius oportet scire qualisnam fuerit huius didrachmatis exactio. Pro cuius rei cognitione audiamus quid beatus Hieronymus de hac re loquatur. Sic enim in Cõmentariis super Matthæum hunc locum petractans, ait. Post Augustum Cæsarem Iudęa facta est tributaria, & omnes censi capite, ferebantur. Vnde & Ioseph cum Maria coniuge sua professus est in Bethleem. Rursum, quoniam nutritus erat in Nazareth, quod est opidum Galilææ Capharnaum vrbi subiacens, ex more poscunt tributa, & pro signorum magnitudine hi qui exigebant non autem ipsum repetere, sed discipulum conueniunt. Hæc Hieronymus. Si ergo tributa (vt Hieronymus ait) per capita soluuntur: quid est quòd Petrus iubetur stater em, hoc est, duplex didrachma pro se & pro Christo soluere, nisi quia iam Christus meditabatur Petrum post se caput Ecclesiæ relinquere? Quòd si hac ratione tributum fuisse solutum negatur, quare magis pro Petro quàm pro aliis Apostolis didrachma soluitur, cùm talis census non nisi procapite familię soluebatur? Cuius rei cum alia nequeat inueniri causa, nisi quia Petrus erat cæteris præferendus: fateri oportet vt Petrus qui pro se tributum quod non nisi pro capite exigebatur, soluere iubetur, sit

Luc.22.

Theophylactus.

Ioan.vlt.

Psal.94.

Matt.17.

tur, sit hac ratione declaratus caput familiæ. Quod autem cum Christo iunctus fuerit in solutione didrachmatis, ita vt vnica moneta, videlicet vno statere, pro se & Christo soluerit, declarat Petrũ eiusdem familiæ, videlicet Ecclesiæ, futurum caput, cuius est Christus. Nec tamen inde sequitur Ecclesiæ corpus esse mõstrum biceps (vt Lutherus nobis obiicit) quoniam Petrum non dicimus esse capur æquale Christo, sed caput sub Christo. Christum enim dicimus esse primum & supremum Ecclesiæ caput: Petrum autẽ non dicimus esse primum caput totius corporis quod est Ecclesia, sed vicarium caput, hoc est caput Christi loco subrogatum, & caput secundum post Christum, id est, caput aliorum omnium à Christo. Quapropter sicut Petrus non est dicendus prior omnibus simpliciter, sed prior in comparatione aliorum à Christo, ita nec dicendus est caput simpliciter & absolutè respectu omnium, sed solùm est caput respectu aliorum à Christo. Christus verò est absolutè & simpliciter caput totius Ecclesiæ, qui est principium. Et hoc modo constat non esse duo capita eiusdem corporis totalis, quoniam illius totalis corporis solus Christus est caput, & huius corporis Petrus est vnum membrum, cæteris tamen præstantius. Corporis verò mystici, quod ex aliis hominibus à Christo coalescit, Petrus est caput: & ita non est caput totius corporis integri: quoniam non est caput Christi qui ad hanc Ecclesiam pertinet. Simillimum est huic quod in aliis rebus publicis videmus. Nam Proconsul caput est illius prouinciæ quam administrat, quamuis Consul sit illo superior, & primum omnium prouinciarum caput, Prorex caput est illius regni cuius curam gerit: Rex tamen est illo superior, & primum omnium suorum regnorum caput. Prorex enim aut Proconsul est caput partialis corporis, videlicet talis regni, aut talis prouinciæ: Imperator autem est caput primum totius integri corporis. Sic Petrus & Christus. Ad hunc modum etiam oportet intelligere id quod suprà diximus, Petrum videlicet esse petram & fundamentum Ecclesiæ: fundamentum inquam nõ primum, cui scilicet totius Ecclesiæ structura innititur, quoniam tale fundamentum est solus Christus: de quo Paulus ait: Fundamentum aliud nemo potest ponere præter id quod positum est, videlicet Christus Deus noster. Et in comparatione ad hoc fundamentum Petrus est tanquam vnus ex aliis lapidibus qui fundamento innituntur. Verùm post primum lapidem pro fundamento iactum, sunt alii lapides in ipsa structura, qui licet sustentantur à primo, tamen sustentant omnes reliquos, qui suprà illos sunt in ædificio constituti. Et istorum quilibet potest dici fundamentum, non simpliciter & absolutè respectu omnium, sed respectu illorum lapidum quos sustentat. Et iuxta hunc modum plura sunt Ecclesiæ fundamenta. Nam de omnibus Apostolis dicit beatus Ioannes eos esse fundamenta Ecclesiæ. Sic enim in Apocalypsi loquens de noua ciuitate descendente de cœlo, quæ est Ecclesia, ait: Et *1.Cor.3.* *Apo.21.* mutus ciuitatis habens fundamenta duodecim, & in ipsis duodecim, nomina duodecim Apostolorum. Ecce audis omnes Apostolos dici fundamenta ciuitatis, quia eorum doctrina sustentatur hucusque Ecclesia. Quid ergo miratur Lutherus si nos dicimus Petrum esse fundamentum Ecclesiæ? Sed licet omnes sint & dicantur fundamenta, Petrus tamen cæteris omnibus præstat: quia etsi non sit lapis primarius in fundamento iactus, est tamen primus post Christum: & ita erit fundamentum non quidem omnium lapidum, qui sunt ni spirituali ædificio, quoniam non est fundamentum Christi, qui ad hoc ædificium pertinet, sed est fundamentum omnium aliorum lapidum spiritualium, & ita est fundamentum secundum post Christum, quia prima petra post Christum petram. Et ita super hanc petram, quæ est Christus, fundatur tota Ecclesiæ structura: super aliam verò petram, quæ est Petrus, fundatur reliqua Ecclesia à Christo, hoc est, tota Ecclesia dempto capite Christo. Hæc autem vnico verbo designauit Theophylactus in illis verbis quæ ex commentariis illius super Lucam nunc paulò suprà citauimus. Sic enim exponens Christi verba, ait: Quia te habeo vt principem discipulorum, postquam me negato fleueris, & ad pœnitentiam veneris, confirma cæteros. Hoc enim te decet, qui post me Ecclesiæ petra es fundamentum. Hæc Theophylactus. Ex cuius verbis constat Petrum dici fundamentum Ecclesiæ, non quidem absolutè & respectu omnium, sed fundamentum post Christum, hoc est fundamentum omnium aliorum à Christo. Et ita non sunt duo lapides primarii: quoniam solus Christus est primarius lapis: Petrus verò non primus simpliciter, sed primus post Christum. De hac re adeò diffusè & vltra metas breuitatis statutæ disseruimus: quoniam hoc est fortissimum telum quod nobis obiicit Lutherus, & quo se tueri conatur: de quo cùm iam plusquam satis dictum sit, oportet vt reliqua Petri opera breuiter percurramus. Mariæ Magdalenæ & aliis eius consortibus visitantibns Christi sepulchrum, apparens angelus, ait illis: Iesum quæritis Nazarenum crucifixum. Surrexit, non est hic. Ecce locus vbi posuerunt eum. Sed ite, dicite discipulis eius & Petro, quia præcedet vos in Galilæam. Quid est quòd solius Petri nomen exprimitur, tacitis omnibus aliorum nominibus, nisi quòd Petrus cæteris omnibus præeminet? Si enim Petrus non fuisset cæteris præstantior, sat erat dixisse: ite, dicite discipulis eius. Sed cùm addidit, & Petro, innuit aliquid esse in Petro singulare propter quod esset proprio designandus nomine, tanquam aliorum princeps. Deinde cum venirent ad monumentum Petrus & Ioannes, licet Ioannes præcurrit citius Petro, & prior peruenit ad monumentum, non tamen intrare ausus est ante Petrum, honorem ex hoc exhibens Petro tanquam superiori. Poterat quidem Ioannes monumentum intrare, qui supra pectus Domini recubuerat. Qui enim dignus fuit suprà corpus viuum recumbere, multò dignior erat monumentum in quo iacuit corpus mortuum, intrare. Verùm etsi ad hoc dignus esset, intrare tamen recusauit, hunc volens deferre Petro honorem, vt quoniam Petrus erat dignitate prior, sic etiam prius monumentum intraret. Et cùm Christus iam ascendisset ad cœlos, existente duodenario Apostolorum numero incompleto propter mortem Iudę traditoris, Petrus aliis discipulis sermonem facit, persuadens illis vt in locum Iudæ alius subrogetur. Nisi Petrus fuisset aliis superior à Deo institutus, non fuisset adeò arrogans, & glorię cupidus, vt ab aliis non rogatus in medio illorum surgeret, & cunctis sermonem faceret. Quòd si hoc ante receptum Spiritum *Mar.vlt.* *Ioan.20.* *Act.1.*

Act.2. fuisse factum causeris: quid post aduentum Spiritus sancti egerit, videamus. In illo nanque die quo Spiritus sanctus in linguis igneis descendit: cùm Apostoli omnibus linguis loquerentur, & omnis multitudo rei nouitatem miraretur, & cuidam ebrietati tribueret, Petrus omnium ipsorum condiscipulorum causam agens, sermonem ad populum habuit, docens illum discipulos non esse ebrios, vt putabat: quo sermone audito conuersi sunt circiter tria millia ex ipsis auditoribus. Quare Petrus vnus pro omnibus respondet: nisi quia vnus omnibus præest? Pastoris nanque officium est suas oues à Luporum infestatione defendere. Ideo Petrus velut bonus pastor volens suas oues defendere, sermonem pro eis ad populum fecit. Post hæc cùm Petrus & Ioannes ascēdissent in templum ad horam orationis nonam, cuidam claudo ad portas templi petenti eleemosynam, ait Petrus: Argētum & aurum non est mihi, quod autem habeo, hoc tibi do: In nomine Iesu Christi Nazareni surge & ambula. Et statim consolidatæ sunt bases eius. Hoc autem est primum miraculum quod à quouis Apostolo factum esse legimus, vt videlicet qui prior cæteris erat dignitate & potestate, prior etiam virtutem Dei sui miracula faciendo ostenderet. Nec mysterio caret quòd Ioanne existente in comitatu Petri, Ioannes tacet, & Petrus solus claudum sanat. Qui enim Drusianam mortuam postea suscitauit, bene poterat tunc claudi pedes consolidare. Verùm quia Ioannes Petrum agnoscebat superiorem, noluit quicquam in eius præsentia tentare, ne illius videretur minuere honorem. Dominus etiam post suam in cœlos ascensionem volens docere Ecclesiam suā, illum ciborum delectum, qui in lege Moysi fuerat præceptus, non esse iam necessario faciēdum, soli Petro de hoc reuelationem facit. Petro enim existenti in mentis excessu ostenditur linteum magnum submissum de cœlo in terràm, in quo erant omnia quadrupedia & serpentia terræ, & volatilia cœli, & postea facta est vox ad eum: Surge Petre, occide & manduca. Quæ res etsi omnes tangebat, soli tamen Petro reuelatur: quia Petrus persona erat communis omnium curam gerens. Cùm etiam orta esset quæstio de cessatione legitimorum, quibusdam dicentibus illa esse necessaria, aliis autem contrà, & pro huius quæstionis definitione Concilium Hierosolymis congregaretur: surgens Petrus in medio illorum primus loquitur, & illius sententiæ omnes consenserunt. Primus loquitur Petrus, cùm tamen in illa esset diœcesi in qua alius erat episcopus, videlicet Iacobus. Hoc autem non feciſſet Petrus nisi ipse superior fuisset Iacobo in sua etiam diœcesi existente. Ex his ergo omnibus quæ Petrus fecit, coniicimus illum fuisse à Deo cæteris Apostolis prælatum. Præterea, quotiescunque Apostolorum catalogus in Euangelio texitur, semper Petrus primo loco recensetur: quod non factum fuisset, si Petrus non fuisset cæteris superior: præsertim cum in aliis recensendis non idem seruetur ordo ab omnibus Euangelistis. Nam Andream, quem Matthæus posuit secundo loco, Marcus posuit quarto. Thomam Matthæus ponit septimum, quem Marcus & Lucas nominant octauum. Et Lucas ipse non eundem seruat ordinem: quoniam in Euangelio Andream posuit secundum, quem in actis Apostolorum ponit quartum. In Euangelio Bartholomæum ponit sextum: in Actis verò Apostolicis eundem scripsit septimum. At Petrum ordine nunquam variato omnes vbique scribūt primum. Neque ideo factum esse dici potest vt primus semper scribatur, quoniam primus ad Apostolatum vocatus fuit, quoniam constat Andream fuisse prius illo vocatum, & Petrum per Andream fuisse ad Christum adductum. Petrus ergo qui posterior vocatus, prior omnibus vbique scribitur, hac ratione declaratur esse cæteris omnibus superior. Et certè nisi ita à Deo fuisset institutū, vt vnus in Ecclesia esset summus sacerdos, eueniret necessariò in Ecclesia id quod in libro Iudicū dicitur: In illis diebus non erat rex in Israël, sed vnusquisque quod sibi videbatur bonum faciebat. Et hac sola de causa (vt existimo) hæretici conantur primatū Petri & eius successoris minuere, vt videlicet liberius, quas voluerint, possint docere hæreses. Ex hac enim radice putat Cyprianus hæreses in Ecclesia oriri, qui in primo libro epistolarū suarum, epistola tertia, quæ est ad Cornelium papam, sic ait: Neque enim aliunde hęreses obortę sunt, aut nata sunt schismata, quàm inde, quòd sacerdoti Dei non obtemperatur, nec vnus in Ecclesia ad tempus sacerdos, & ad tempus iudex vice Christi cogitatur: cui si secundum magisteria diuina obtemperaret fraternitas vniuersa, nemo aduersum sacerdotum collegium quicquam moueret, nemo potest diuinum iudicium, post populi suffragiū, post coēpiscoporum consensum, iudicem se non iam episcopi, sed Dei faceret. Nemo dissidio vnitatis Christi Ecclesiam scinderet, nemo sibi placens ac tumens seorsum foris nouam hæresim conderet. Hæc Cyprianus. Quapropter si aliquis est coniecturis in hac parte locus, iustè coniicere possumus hæreticos hac sola ratione motos ad primatum Petri deiiciendum, vt facilius quas cōceperant hæreses euomere possent. Post hęc tam aperta sacræ scripturæ testimonia, extat etiam omnium sacrorum doctorum de hac re concors sentētia: quorum verba citare omittam, ne promissam breuitatem transgrediar. Verùm si curiosus lector ea videre desiderat, illi designabo loca in quibus hoc sacri doctores asseuerant. Et (vt recentiores omittam) B. Gregorius in libro quadraginta homiliarum, homilia vigesima prima. Theophylactus super Matth. 16. & super Lucam, 22. Leo papa huius nominis primus in epistola ad Dioscorum Alexandrinum episcopum, quæ est in ordine epistolarum eius nona. Idem Leo papa in sermone tertio de anniuersario suę pōtificiæ assumptionis. Augustinus sæpissimè, præsertim tractatu. 56. super Ioannem libro secundo contra Donatistas, sermone. 124. de tempore, & sermone. 26. de sanctis, & epistola. 157. Hieronymus etiam sæpissimè & apertissimè, præcipuè tamen in plurimis epistolis ad Damasum papam. Ambrosius super. 1. caput epistolæ Pauli ad Galatas, & in quodam sermone de pœnitentia Petri. Chrysostomus homilia. 56. super Matthæum. Athanasius in quadam epistola ad Liberium papam. Eusebius Cęsarienſis libro secūdo Ecclesiasti. historiæ, cap. 14. Hylarius super Matthęum, & libro sexto de Trinitate. Cyprianus in plurimis epistolis, pręsertim lib. 1. epistolarum, epistola tertia: & libro quarto epistola octaua, quo loco apertissimè fatetur Ecclesiam Romanam esse omnium Ecclesiarum matricem. Origenes homilia. 6. super Matthęum. Irenęus libro 3. aduersus hæreses, capite 3. Anacletus papa & martyr, qui quartus à Petro pon-

Matt. 10. Mar. 3. Luc. 6. Act. 1. *Iud. vult.* *Cyprian°*

A B C

tro pontificatum obtinuit, in epistola tertia quæ est de patriarchis & primatibus, & reliquis episcopis. Attendat ergo lector,& bene cõsideret num iustius sit vni Luthero credere, quàm tot sacris doctoribus
D sanctitate perinde ac doctrina claris, quorum aliqui martyrio coronati sunt. Istorum omnium concors sententia sufficit ad captiuandum nostrum intellectum, etiam si scripturæ sacræ testimonium deesset (quod fieri posse non credo) certò scio talem errorem nemini fore imputandum ad culpam,si ex humilitate maluit aliorum iudicio credere,quàm propriam sentẽtiam tueri.Sed post tot apertissima testimonia vel hoc vnum sufficere posset,quod post pacatum orbem omnes Christiani paruerunt Romano pontifici. Omnes episcopi illum tanquam superiorem reueriti sunt. Omnia concilia quæ ad aliquid valuerunt,illius autoritate sunt confirmata. In Concilio Nicæno præsedit Osius Cordubensis episcopus tanquam legatus papæ Iulii.

In Concilio Ephesino legatus sedis Apostolicæ fuit Cæcilius Alexandrinus episcopus qui nomine papæ in illo Concilio præsedit.

In Concilio Chalcedonensi fuerunt legati Leonis papæ primi.

Paschasinus Lilibetanus episcopus,& Lucentius episcopus Esculanus,& Bonifacius presbyter Romanus.In quinta synodo legati Agapeti papę fuerunt quinque episcopi,vt apertè constat ex actione secunda eiusdem Concilii.In sexta synodo præsederunt legati Agathonis papæ, Theodorus & Georgius presbyteri,& Ioannes diaconus.Denique nullum fuit hactenus generale Concilium,in quo si papa fuit absens,legati illius non præsiderent.

A Concilium Mileuitanum in quo damnatus est Pelagius, confirmatum est per Innocentium papam, quoniã omnes ex concilio petierunt à papa vt vellet illius concilii decreta probare,& rata habere:quod & papa fecit,vt patet ex epist. Augustini.90.&91.Concilia Carthaginensia tertium & quartum fuerunt confirmata per Zozimum papam. Concilium Thelense quod etiam Africanum fuit,in quo damnatus est Iouinianus,petiit confirmationem suæ sententiæ à Siricio papa, qui eiusdem concilii decreta firmauit,vt patet ex decretis eiusdem Siricii papæ, quæ habentur in volumine conciliorum generalium. Reliqua concilia Africana fuerunt confirmata per autoritatem Bonifacii, qui ad illa misit quendam Faustum episcopum,tanquam legatum suum. Concilium Braccarense primum autoritate prius à Romano pontifice petita celebratum est,vt patet ex actis eiusdem concilii.

Hunc autem honorem non solùm concilia prouincialia exhibuerunt summo pontifici,sed etiam genelia,quoniam omnia illa petierunt à Romano episcopo suorum decretorum confirmationem.Nicænum siquidem concilium petiit à Siluestro tunc Romano pontifice vt quæ in concilio gesta fuerant, confirmare dignaretur: quod ille fecit vt constat ex actis eiusdem concilii. Hoc idem fecit concilium Chalcedonense cum Leone, vt constat ex tertia actione eiusdem concilii in fine. Leo tertius huius nominis papa sextæ synodi confirmationem dedit, petente Constantino Imperatore, quæ habetur in fine eiusdem synodi.

B Et non solum in conciliis hunc exercuit primatum Romanus pontifex,sed etiam in litibus sedandis: quoniam ad illum tanquam ad supremum iudicem semper sunt causæ deuolutæ ex omni terrarum orbe.Cùm enim in ipsis fermè nascentis Ecclesiæ primordiis orta esset quæstio inter orientales & occidentales de paschæ celebratione,venit hac de causa Romam Polycarpus Smyrnæ episcopus, & Ioannis Euangelistæ discipulus,vt Anicetum tunc Romanum pontificem de hac re consuleret.Cùm postea orietales vellent semper pascha.14.luna (more Iudaico) celebrare,& Victori papæ oppositũ præcipienti obedire nollent, Victor papa voluit eos excommunicare: verùm Irenæus qui ex Lugduno ad Victorem hac de causa venerat,veritus ne propter hoc Ecclesia turbaretur,& dissidium perpetuum inter orientales & occidentales maneret, consuluit Victori ne id faceret: cuius consilio Victor cessit. Cùm Athanasius fuisset ab Arrianis expulsus à sua sede Alexandrina,fuit idem restitutus per Iulium papam huius nominis primum.Chrysostomus cùm fuisset eiectus à sua sede Constantinopolitana procurante hoc Theophilo Alexandrino episcopo,fuit postea restitutus per Innocentium papam: & tamen vterque Græcus, Athanasius videlicet, & Chrysostomus. Taceo de Hispania & Gallia,quia harum prouinciarum episcopi semper obedierunt Romano pontifici, neque vnquam ab illo recesserunt, nisi fortè vnus aut alter hæreticus. Hoc enim facilè est nosse ex epistolis summorum pontificum ad episcopos istarum nationum,præsertim ex epistolis Innocentii primi,& Leonis & Gregorii etiam primi.Ergo si tantam ac tam latè fusam potestatem, non Dei iussu Romanus pontifex, sed sua vi (vt Lutherus ait) acquisiuit, ostendat obsecro Lutherus quando primùm tam latam possessionem adeptus est,quibus suffragiis,quo milite hanc tyrannidem vsurpauit. Non est enim vero simile,vt tam immensæ potentiæ obscurum sit initium.Ex historiis nobis rei initium deducat. Illud sanè coget vt huic fabulæ nulla præstetur fides,si aduer
C tat quisque minimè fieri posse,sacerdotem inermem,solum,nullo milite stipatum (qualem fuisse necesse est prius quàm hac tyrannide potiretur) nullo iure fultum, nullo fretum titulo, in tot vbique pares episcopos, apud tam varias tamque diuisas nationes, tantum obtinere imperium, vt non solùm episcopi,sed reges & imperatores, qui extra illius diœcesim vitam degunt, illi obediant. Quis etiam tam stupidus est,vt credat populos omnes,regna,prouincias fuisse sui iuris ac libertatis tam prodigos,vt externo sacerdoti, cui nulla subiectionis causa tenerentur obnoxii, tantum in se potestatis darent, quantum ipse fortè vix ausus esset optare,aut saltem petere? Abeant ergo hæretici, & nos fidem Ecclesiæ Catholicæ tenentes, fateamur vnum esse in illa summum sacerdotem, vt sicut ipsa vnum est ouile, ita sit vnus illius pastor. De hac re extat Concilii Constantiensis definitio. Nam prædictum concilium sessione octaua damnauit. 45. articulos Ioannis Vvicleph, ex quibus tricesimus sextus est iste. Ecclesia Romana est synagoga Satanæ,nec papa est immediatus & proximus vicarius Christi.Quæ assertio simul cum *Cõcilium Constant.*

aliis eiusdem ibidem damnata est. Et sessione.15.damnantur in eodem Concilio plures assertiones Ioannis Huss, quarum aliquæ sunt ad hanc rem pertinentes. Et Concilium Florentinum sub Eugenio quarto pro Græcorum vnione celebratum expressiorem de hac re protulit definitionem. Sic enim ait: Item definimus sanctam Apostolicam sedem & Romanum pontificem in vniuersum orbem tenere primatum: & ipsum Romanum pontificem sacerdotem esse beati Petri principis Apostolorum, & verum Christi vicarium, totiusque Ecclesiæ caput, & omnium Christianorum patrem ac doctorem existere: & ipsi in beato Petro pascendi, regendi, ac gubernandi vniuersalem Ecclesiã, à Domino nostro Iesu Christo plenam potestatem traditam esse: quemadmodum etiam in gestis œcumenicorum conciliorum, & in sacris canonibus continetur. Hæc Concilium Florentinum, cui Græci præsentes subscripserunt. Obiectiones Lutheri impræsentiarũ non attuli, quoniam omnes friuolæ sunt, & earum præcipuis iam cum aduersus illum nos ageremus, respondimus. Cõtra hanc hæresim scripsit egregium & grande volumen Ioannes Echius, quod inscribitur de primatu Petri: scripsit etiam Ioannes Faber in magno opere quod fecit contra Lutherum. Rem eandem optimè pertractat Ioannes Roffensis articulo vigesimoquinto assertionis quam fecit pro Lutheri damnatione. Scripsit etiam Iacobus Latomus breue opusculum de primatu Petri. D

Cõcilium Florẽtinũ

Pseudoa. SEcunda hæresis est, quæ etsi non tollat papæ potestatem, illam tamen asserit pendere ex sanctitate, ita vt si papa bonus non sit, nullam prorsus habeat potestatẽ. Huius pestiferæ sectæ autores fuerunt quidam dicti pseudoapostoli, qui docuerũt papam non posse aliquem absoluere nisi ea esset præditus sanctitate, qua polluit beatus Petrus. Quapropter asserebant isti omnem potestatem quam Christus Romano pontifici & Petri successori concessit, esse iam inanem redditã, & omnino periisse propter malitiam Romanorum pontificum. His pseudoapostolis in hac parte assentit Ioãnes Vvicleph: hunc autem semper imitatus est Ioannes Huss: qui in vniuersum de omni potestate tam laicali quàm Ecclesiastica dicũt eam per peccatum mortale amitti. Quapropter huius erroris expugnationem vsque ad illum locum differemus, quo de potestate in genere loquemur. Illo enim loco (Deo adiutore) probabimus nullã potestatem amitti propter solum peccatum mortale.

ALii sunt errores qui ad hanc materiam spectant, de quibus iam aliis locis pro nostris viribus disseruimus. Nam quòd papa possit facere constitutiones, & per illas omnes Christianos obligare, supra in titulo de Ecclesia hæresi tertia probauimus contra Vvaldenses, Begardos, Vviclephitas, &c. De potestate concedendi indulgentias, suprà in titulo de indulgentiis, nonnihil diximus.

PASCHA.

IVit quondam inter Asiaticos episcopos talis error, vt quartadecima luna Dominicum Pascha inuiolabiliter celebrarent, & ita esse necessariò faciendum, docerent. Qua de re fuit orta dissensio inter orientales & occidentales episcopos, illis dicentibus Pascha esse necessariò celebrandum. 14. luna, quacunque die veniſſet: quoniam eo die ex lege veteri Pascha erat. His autem, scilicet occidentalibus, contrà asserentibus debere celebrari Dominico die in memoriam resurrectionis Dominicæ. Et hæc quæstio orta est in Ecclesia tempore Aniceti papæ, & durauit vsque ad tempus Victoris papæ huius nominis primi, qui orientales Romanæ consuetudini & eius in hac parte decretis obedire nolentes excommunicare tentauit, & fecisset nisi illum Irenæus ob hoc redarguisset. Post victorem etiam aliquando hæc quæstio suscitata est, sed tandem in concilio Nicæno omnino finita est. Nam in illo concilio decretum est vt ab omnibus Pascha celebraretur die Dominico in memoriam Dominicæ resurrectionis quæ illo die facta est, quoniam hoc maior Ecclesiæ pars semper seruauerat, vt Dominico die semper Pascha celebrauerit. Huiusmodi decretum non reperitur inter decreta Nicæni concilii quæ modo extant, sed illud habetur in secũdo libro historiæ Tripartitæ, capi. 12. Cæterùm hic admonere oportet lectorem ne putet huius erroris tutores ideo dici hæreticos, quia. 14. luna Pascha celebrabant, sed quia ita esse necessariò faciendum credebant. Poterat enim impunè ipsum Pascha. 14. luna celebrari, si Ecclesia id statuisset, & tunc si ita celebrarẽt, non malè agerent. Verùm Ecclesia in memoriam Dominicæ resurrectionis quæ die Dominico facta esse creditur, decreuit vt Pascha semper die Dominico celebretur. Nunc ergo post Ecclesiæ statutum non licet alio die Pascha celebrare. Qui autem. 14. luna, quocunque die veniat, Pascha celebrat, quamuis malè agat, non tamen est hæreticus censendus, nisi ita esse necessariò faciendum crediderit. Nam si credit Pascha esse necessario celebrandum. 14. luna, quocunque die illa occurrat, tunc verè hæreticus est. Et sic credentes vocantur Tessarescædecatitę, hoc est, quartadecimani, sic appellati à. 14. luna, qua putant Pascha esse necessariò celebrandum. Huius hæresis autorem & primum inuentorem non expressit Augustinus in libro de hæresibus, quamuis hanc hæresim inter alias recenseat. 29. sed solùm dicit illos vocari Tessarescædecatitas. Tertullianus tamen in libello suo de hæresibus, nominat quendam Blastum quem dicit fuisse huius hæresis autorem. Huic errori (teste Augustino) adhæserunt Anthropomorphitæ. Istorum ergo sententia inde conuincitur hæreseos, quòd suprà in titulo de lege ostendimus esse hæresim asserere cæremonias & iudicia legis veteris obligare tempore legis Euangelicę. At quo tempore sit Pascha celebrandum, ad cæremonias pertinet, ideo oportet vt tale præceptum de celebratione Paschatis decimaquarta luna, sit etiam per mortem Christi inane redditum. Nam Paulus reprehendens Galatas eò quòd cæremonias legis obseruandas putarent, inter alia dicit: Dies obseruatis & menses & tempora & annos. Quibus verbis apertè docuit dierum obseruationem, qui in lege veteri præcipiebantur, iam esse malam: tantum abest vt eam esse sub præcepto crediderit. Qui rem gestam plenè nosse cupit, legat Eusebium

A

B

Tessare.

Blastus.

Anthro.

Galat. 4.

ſebium in hiſtoria Eccleſiaſtica cap. 24. libro quinto: quoniam ibi narrat quo pacto hæc quæſtio fuerit olim ventilata. Hiſtoria etiam Tripartita lib. 9. cap. 37. & 38. aliquid vltrà narrat.

PAVPERTAS.

C DE hac re eſt vnus error quo docetur neminem poſſe ad vitam æternam peruenire niſi taliter fuerit pauper, quòd nihil proprium habeat: quoniam (vt illius tutores aiunt) talis fuit Apoſtolorum vita. Huius erroris autores, teſte Auguſt. in libro de hæreſibus, ca. 40. vocati ſunt Apoſtolici, qui arrogantiſſimè ſibiipſis tale indidêre nomen, dicentes ſe Apoſtolorum vitam ſequi. Hæc ſententia apertiſſimè conuincitur eſſe hæretica, quoniam nihil eſt vitæ æternæ repugnans, niſi tale ſit expreſſa prohibitione interdictum. Nam quod nunquam eſt prohibitum, intelligitur eſſe conceſſum, & per conſequens non poteſt, cùm factum fuerit, ab ingreſſu gloriæ aliquem impedire. At proprium habere, nunquam fuit à Deo omnibus ſine diſcrimine prohibitum: erit ergo licitum. Quòd ſi quis dicat Chriſtum interdixiſſe omnibus rerum proprietatem per id quòd habetur apud Lucam: Niſi quis renunciauerit omnibus quæ poſsidet, non poteſt meus eſſe diſcipulus: falſum eſt; quoniam illis verbis ſolùm prohibuit Chriſtus affectum rerum temporalium, non autem proprietatem. Ille enim viſus eſt Chriſto omnibus renunciaſſe, qui quamuis diuitias habeat, paratus eſt omnes perdere antequam Deum propter illas offendat. Et ſi quis contenderit illa verba eſſe intelligenda de renunciatione quantum ad opus, & non de renunciatione in affectu, dicat tunc quo pacto intelligendum erit illud quod apud eundem Lucam habetur: Amen dico vobis, nemo eſt qui reliquit domum aut parentes, aut fratres, aut vxorem, aut filios propter regnum Dei, & non recipiat multo plura in hoc tempore, & in ſeculo futuro vitam æternam. Ecce qualiter præcipit relinquere domum: quoniam eodem modo iubet illam relinqui, quomodo iubet relinqui parentes & fratres, & vxorem, & filios. At hæc omnia non ita vult à nobis relinqui, vt illis careamus, ſed ne in illis cor noſtrum
D taliter figamus, quòd illarum rerum amor nos ab amore Dei ſeparet. Nam qui parentes habet, non poteſt illos relinquere ſic vt illis careat, niſi parentes moriantur, quoniam quocunque ſe vertat, dum viuũt, parentes erunt illius. Parentes autem interficere eſt impium. Non ergo ſic præcipitur parentes relinquere, vt parentes ſui eſſe deſinant, & per conſequens nec ſic etiam præcipitur domum aut aliam poſſeſsionem relinquere, vt ſua eſſe deſinat, ſed ſic præcipitur, vt ſimilia relinquat, ne videlicet illarũ rerum affectus nos quoquo pacto ad Dei amorem, aut omnino frigidos, aut tepidos efficiat. Sic ergo eas poſsidere oportet, vt fiat, iuxta Prophetæ cõſilium, dicentis: Diuitiæ ſi affluãt, nolite cor apponere. Et ſi quis obiiciat illud quod Chriſtus dixit diſcipulis ſuis cùm eos ad prædicandum miſit: Nolite poſsidere aurum, neque argentum, neque pecuniam in zonis veſtris: huic reſpondemus, illa verba non pertinere ad omnes Chriſtianos, ſed ad ſolos Apoſtolos: neque ad illos pro omni tempore, ſed ſolùm pro eo tempore quo ad prædicandum mittebantur. Verùm de hac re ſuperius in titulo de Apoſtolis, hæreſi ſecunda, longius diſputauimus. Præterea, cùm iuuenis quidam à Chriſto quæſiuiſſet quid boni faceret, vt poſſet vitam æternam habere, reſpondit illi Chriſtus, dicens: Si vis ad vitam ingredi, ſerua mandata. Exprimens autem quæ eſſent hæc mandata, nullum de abdicanda rerum proprietate explicuit: non eſt ergo neceſſarium rerum abdicationem facere, quamuis ſit maioris perfectionis: quod ipſe ordo verborum Chriſti apertiſsimè oſtendit. Nam poſtquam dixit obſeruationem mandatorum eſſe ſufficiẽtem ad vitam æternam conſequendam, poſteà exprimere volens maioris perfectionis ſtatum, dixit: Si vis perfectus eſſe,
A vade & vende omnia quæ habes, & da pauperibus, & ſequere me. Hoc inquam perfectionis maioris eſt opus, non neceſsitatis. Rurſum: Si nihil licet habere proprium, quomodo beatus Paulus iubet reddi omnibus debita? cui tributum, tributum: cui vectigal, vectigal? Si enim non licet habere proprium, nullum erit debitum principi tributum aut vectigal. At tributa debentur principibus, ergo licet habere proprium. Valeant ergo ſupercilioſi Apoſtolici, & renuncient rerum proprietati, ſi ipſi volunt: & bene facient ſi viam ſalutis non præcludant aliis qui proprium aliquid ſibi retinent.

Apoſtolici.

Luc. 14.

Luc. 18.

Pſal. 16.

Matt. 10.

Matt. 19.

SEcunda hæreſis eſt quæ adeò paupertatem extollit, vt dicat omnia peccata conſumi ſola paupertate. Huius erroris autor fuit quidam Guilielmus Antuerpienſis, vt teſtatur catalogus hæreticorum. Quo autem tempore hic Gulielmus fuerit, cùm catalogus ſubticuerit, ab alio diſcere non potui. Hunc tamen Gulielmum dicit fuiſſe hominem deliciis carnis deditum, & poſteà rebus ſuis renũciaſſe, dicentem paupertate omnia peccata deleri, & meliorem eſſe publicam meretricem pauperem, quàm ſit quicunque caſtus aliquid poſsidens. Et certè ſi de paupertate ſpiritus loqueretur, non moueremus arma cõtra eum, quoniam hæc paupertas ſpiritus, quæ eſt omnium rerum terrenarum contemptus, cùm habeat ſecum tanquam illi annexam charitatem, non patitur peccatum mortale ſecum, quemadmodum nec charitas. Ideo Chriſtus ait: Beati pauperes ſpiritu, quoniam ipſorum eſt regnum cœlorum. Verùm conſtat hunc hæreticum non loqui de hac paupertate, ſed de illa paupertate quæ alio nomine dicitur inopia, quæ eſt defectus quidam, & ſola diuitiarum priuatio. Contra hanc ſententiam eſt illud quod Dominus ait: Pauperis non miſereberis in iudicio. Si pauperem Dominus damnari præcepit in iudicio, ergo ſignũ eſt poſſe fieri vt pauper ſit, & reus. Præterea ex tribus quæ odit Sapiens, vnum eſt pauper ſuperbus. Tres
B (inquit) ſpecies odiuit anima mea, & aggrauor valde animæ illorum, pauperem ſuperbum, & diuitem mendacem, & ſenem fatuum & inſenſatum. Ecce vides pauperem ſuperbum. Si ſuperbum, ergo peccatorem: & per conſequens oportet vt non omnia peccata conſumat paupertas, cùm ſecum patiatur ſuperbiam. Rurſum, ipſe veritatis magiſter, ait: Si vis perfectus eſſe, vade & vende omnia quæ habes, & da pauperibus: & ſequere me. Si paupertas ſufficeret conſumere omnia peccata, poſtquam Chriſtus præ-

Guliel. Antuer.

Mat. 5.

Exod. 23.

Eccle. 28.

Mat. 19.

ceperat iuueni vt venderet omnia quæ habebat,& daret pauperibus,nõ erat opus posteà addere, & sequere me. Verùm quoniam possibile erat omnia vendere, & in eleemosynas pauperum distribuere, & cum his peccare:ideo Christus post illa subiunxit, & sequere me. Quod Paulus apertius exprimere volens,dixit:Si distribuero omnes facultates meas in cibos pauperum,charitatem autem non habuero,nihil mihi prodest.Ecce paupertatem nec solam,sed coniunctam eleemosynæ,non valentem consumere peccatum,quoniam illam dicit Paulus posse haberi sine charitate, & nihil prodesse.

1.Cor. 13.

Desideri⁹ Longobardus.

Guilielmus de sãcto amore.

TErtia hæresis cum secũda proximè narrata hæresi velut ex diametro pugnat. Dicit enim paupertatem non solùm esse inutilem, sed etiam noxiam.Huius erroris autor fuit quidam Desiderius Longobardus tempore Alexandri papæ huius nominis quarti, dicens non esse licitum omnia pro Christo relinquere, nisi talem religionem intret quæ possessiones habeat,vel nisi talis sit qui de labore manuum suarum viuere possit.Eodem tempore fuit alius Gulielmus de sancto amore, qui tractatũ quendam scripsit contra monachos mendicantes, præsertim contra Minores & Prædicatores, in quo libro hoc persuadere conatus est, paupertatem videlicet habitualem esse licitam, non autem actualem, hoc est,licitam esse animi promptitudinem ad relinquendum omnia pro Christo cùm necessitas vrgeret: hac tamen necessitate secluſa illicitam esse dicit paupertatem, per quam aliquis renũciat omnibus quę possidet,vt liberius Deo seruire liceat.Et licet diuersa sint istorum duorum verba, inter eos tamen de eadem re conuenit,quoniam ambo damnant paupertatem secundùm quam aliquis omnia pro Christo relinquit.De alia verò re certare videntur,quoniã Desiderius eam paupertatem se probare innuit,quæ habetur in religionibus possessiones habentibus: damnat tamen illã paupertatem cui est annexa mendicitas.At Gulielmus de sancto amore, omnem paupertatem actualem damnat. Mendicitatem esse licitam & meritoriam,superius in titulo de mendicitate satis apertè (vt existimo) ostendimus. Ad paupertatem verò extollendam sufficit illud quod veritatis magister dixit iuueni quærenti quid boni faceret,vt vitam æternam possideret.Nam postquam dixerat illi mandatorum obseruationẽ esse ad id præstandum satis efficacem,maioris perfectionis vitam ostendere illi volens,subdidit:Si vis perfectus esse, vade & vende omnia quæ habes,& da pauperibus,& sequere me.Quòd si quis fortè dicat illud esse intelligendum de affectu, vt videlicet omnia contemnat,non autem vt opere relinquat: hoc apertè conuincitur per id quod ibidem dicitur, da pauperibus.Eo enim animo debet vendere,vt det pauperibus. At qui dat pauperibus,non solùm affectu relinquit, sed etiam opere.Sed fortè dices vt illa bonorum in pauperes erogatio fit etiam illi iuueni præcepta quantum ad solum affectum.Ad hunc modum posset quilibet interpretari omnia præcepta esse intelligenda de solo affectu, & ita nullum opus erit in præcepto. Prætereà,si solùm præcipiebatur affectus, & non opus,quare iuuenis audito Christi consilio abiit tristis?Non enim fuisset tristitia affectus,si nihil fuisset illi dictum de bonorum suorum renunciatione & pauperum subuentione exercenda.Cùm audisset (inquit Euangelista) adolescens verbum hoc abiit tristis.Erat enim habens multas possessiones. Ecce causam quare abiit tristis, quia videlicet multas habebat possessiones,quas Dominus illi præcipiebat vt pauperibus distribueret. Sic enim Theophylactus super decimum octauum Lucæ caput, ait: Vt enim Christus auaro iuueni promisit cœlestem thesaurum,non attendit ille:seruus enim erat pecuniarũ: ideo vt audiuit,abiit tristis,eò quòd possessionis priuatio esset ei dicta.Hæc Theophylactus.Quo loco multa alia in laudem paupertatis dicit,declarans apertè illa Christi verba de renunciatione opere exercenda ad acquirendam illam perfectionem quam Deus iuueni consulebat.Sed hæc omnia breuitatis causa omitto.Rursum,Apostoli reliquerunt omnia pro Christo:nam relictis omnibus sequuti sunt eum.Et Petrus omnium nomine dicit Christo omnium magistro:Ecce nos reliquimus omnia,& sequuti sumus te, quid ergo erit nobis? Deinde Ecclesia cuius iudicium in rebus fidei est infallibile, probauit monachorum mendicantium paupertatem non solùm esse licitam,verum & meritoriã.Magis ergo oportet credere Ecclesię paupertatem laudanti,quàm hæreticis illam vituperantibus.Contra hanc hæresim Alexander quartus duo decreta ædidit. Cõtra illam scripsit bis beatus Bonauentura.Scripsit enim apologiam de paupertate,& alium tractatum de paupertate Christi contra præfatum Gulielmum, qui duo tractatus habentur inter opuscula beati Bonauenturæ quæ vulgo circũferuntur.Beatus Thomas scripsit contra eandem hæresim vnum tractatum, cuius titulus est, contra impugnantes religionem, qui habetur in volumine opusculorum eius.

Mat. 19.

Ibidem.

Theophy.

Mat.19.

QVarta hæresis est quæ de Ecclesiasticorum paupertate differit,asserens Ecclesiasticos viros debere esse pauperes, sola contentos eleemosyna.Verùm de hac hæresi iam suprà disputauimus in titulo de Ecclesia, hæresi quarta. Illo enim loco ostendimus licitum esse viris Ecclesiasticis habere possessiones & redditus.

PECCATVM.

Pelagi⁹.

CIrca ea quæ de peccato fides Catholica nobis credenda proponit, multifariè hæretici hucusque peccauerunt. Primò quidem errauerunt aliqui, dicentes nullum esse peccatum originale: quam ob causam dicunt paruulos nullum peccatum originale habere. Huius erroris magister fuit Pelagius monachus, dicens paruulos non ideo baptizari quia peccatũ habeant,quod per baptismum sit remittendum, sed quia non sint recepti in gratiam adoptionis filiorum Dei, ad quam dicit eos per baptismum recipi, vt in regnum cœlorum admittãtur. Nam paruulos qui sine baptismo decedunt, dicit eos habere vitam quandá beatam & æternam, extra tamen regnum Dei.Hæc omnia incommoda Pelagius admittit,eò quòd negat originale peccatum,quod intelligere non valet.Hunc eundem errorem tutãtur Armeni, quanquam

Armeni.

quam aliter, quoniam etsi dicant originale peccatum nullum esse,, fatentur tamen baptismum esse necessarium ad vitam æternam consequendam. Paruulos verò qui sine baptismo decedũt, negant habere vitam æternam, sed dicunt eos ire ad paradisum terrestrem si filii sint fidelium: quòd si fuerint infidelium filii, dicunt illos descendere in infernum cũ parentibus suis. Omissis ergo aliis erroribus qui huic proposito minimè conueniunt, constat hunc esse communem istorum errorem, quòd Armeni consentiunt Pelagio in hoc quòd peccatum originale negant. Eidem errori fauent Albanẽses. Erasmus Roterodamus suspicionem non mediocrem præbuit se malè sentire de peccato originali, nam in annotationibus suis super nouum testamentum, declarans illa Pauli verba ex epistola ad Romanos: In quo omnes peccauerunt, dicit, ideo Paulum dixisse, omnes in Adam peccasse, quia peccando omnes illum imitantur: Originale igitur peccatum Adæ ad omnes transfusum esse dicit, imitatione, non propagatione: quia ab Adam nati solam peccandi imitationem recipiunt, & non peccatũ aliquod. Quibus verbis veram peccati originalis rationem apertissimè tollit: quia infantes recens nati cùm tunc non imitentur Adam in peccato actuali, nullum tunc, iuxta doctrinam Erasmi, peccatum habebunt. Contra hanc hæresim est illud quod in tertio Regum habetur: Non est homo qui non peccat. At cùm paruuli sint homines sicut viri, conuincitur inde illos etiam aliquod peccatum habere. Non autem habent peccatum actuale, cùm non adhuc habeant vsum liberi arbitrii, qui maximè exigitur, vt peccatum possit alicui imputari: ergo oportet vt paruuli peccatum originale habeant, cùm nõ sit aliud peccatum quo infici possunt, nisi originale aut actuale. Aliàs enim non esset verum, omnem hominem aliquando esse peccato obnoxium, quod iuxta scripturam diuinam de omni homine est verum, quoniam etsi paruulus baptizatus, tunc omni peccato careat, tamen aliquando sub peccato fuit, videlicet ante baptismũ. Si tamen nullum est peccatum originale, multi erunt homines, videlicet paruuli, qui nunquam peccauerũt. Præterea, regius Propheta suã miseriam rectius quàm Pelagius agnoscens, ait: Ecce enim in iniquitatibus conceptus sum, & in peccatis concepit me mater mea. Petens enim à Deo misericordiam, quò facilius eam impetret, allegat suam miseram inclinationem, & in peccatum pronitatem, quam à parentibus contraxerat. Ac si diceret: Ideo misereri mei debes, quia non ex malitia, sed ex infirmitate peccaui: hanc autẽ infirmitatem in ipso marris vtero conceptus, passus sum. Si nullũ est peccatũ originale, ostẽdat Pelagius & eius imitatores quænam sit illa iniquitas, & quod est illud peccatum quod infans in vtero matris habet. Cùm ergo aliud non possit esse peccatum præter originale, conuincitur inde vt aliquod sit originale peccatum. Rursum, Sapiens in Ecclesiastico, ait: Graue iugum super filios Adam à die exitus de vẽtre matris eorum vsque in diem sepulturæ in matre omnium. Quod est aliud iugum super omnes filios Adam, nisi peccatum originale, quod ab Adam descendens in omnes homines pertransiit? Iugum autem dicitur peccatum originale, quia iugum ex coniunctione duorũ oritur, & illud, cui imponitur, quodãmodo premit. Sic etiam peccatum originale contrahit omnis homo qui ex coniunctione maris & fœminæ concipitur. Quapropter Christus redemptor noster, etsi verus fuerit homo & filius Adæ secundum corpulentam substantiam, nunquam tamen iugum originalis peccati suscepit, quia operante altissimi virtute incarnatus est de Spiritu sancto, & non ex coniunctione duorum, videlicet maris & fœminæ. Quod autem dixit Ecclesiasticus hoc iugum esse super omnes filios Adam vsque in diem sepulræ, ideo dixit, quia etsi peccatum originale per baptismum deleatur, manent tamen toto tempore huius præsentis vitæ multæ calamitates & miseriæ, quæ ex peccato originali tanquam ex fonte ortum habuerunt. Deinde beatus Paulus in ea quæ est ad Romanos epistola, ait: Omnes peccauerunt, & egẽt gratia Dei. Si omnes peccauerunt, ergo paruuli peccauerunt. Non autem peccauerunt peccato actuali, qui ad vsum liberi arbitrii nõdum peruenerunt: ergo peccauerunt peccato originali. Et in eadem epistola iterum ait: Sicut per vnum hominem peccatum in hunc mũdum intrauit, & per peccatũ mors, ita in omnes homines mors pertransiit, in quo omnes peccauerunt. Si per peccatum mors intrauit in omnes homines, ergo iniustè paruuli moriuntur, quoniã illi antequam ad annos discretionis perueniant, nullum, iuxa istorum hæreticorum doctrinã, peccatum habẽt. Similiter potest ab istis hæreticis peti quare paruuli sustineant dolores, patiantur famem & sitim, vexentur sæpissimè à dæmonibus, si nullum habent peccatum, ex quo hæc omnia processerunt? Cùm ergo omnia hæc paruuli patiãtur, constat eos aliquod peccatum habuisse propter quod sic puniuntur: alioqui iniustus esset Deus, qui prius aliquem puniret quàm ille esset peccator. At impium est crimen iniustitiæ Deo impingere: impium est ergo asserere nullum esse peccatum originale. Quòd si aliquod est peccatum originale, oportet vt illud per baptismum tollatur: quoniã paruulus si baptizatus decedit, saluatur, iuxta illud Saluatoris: Qui crediderit & baptizatus fuerit, saluus erit. At si post susceptum baptismum peccatum maneret, nõ saluaretur: quia in illam supernã ciuitatem sanctam Hierusalem nihil inquinatum intrat: quapropter oportet vt baptismi lauacro peccati originalis maculam deleat, qui in gloriã intrare vult. Sic enim Saluator ait: Nisi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu sancto, non potest introire in regnũ Dei. De hac re extat Concilii Mileuitani definitio, quod in secundo capite decretorum eius de hac re aduersus Pelagiũ sub verbis sequentibus definit: Item placuit vt quicunque paruulos recentes ab vteris matrum baptizandos negat, aut dicit quidem in remissionem peccatorum eos baptizari, sed nihil ex Adã trahere originalis peccati, quod regenerationis lauacro expietur, vnde sit consequens vt in eis forma baptismatis in remissionem peccatorũ, non vera, sed falsa intelligatur, anathema sit. Denique Concilium Tridentinum sub Paulo tertio celebratum hanc eandem hæresim damnauit, sessione quinta, sic inquiens. Si quis Adæ præuaricationẽ sibi soli & non eius propagini asserit nocuisse, acceptam à Deo sanctitatem & iustitiam, quam perdidit sibi soli, & non nobis etiam eum perdidisse, aut inquinatum illum, per inobedientiæ peccatum, mortẽ & pœnas corporis tantum, in omne genus humanum transfudisse, non autem & peccatum, quod mors

Albanẽ. *Erasmus.* *Rom. 8.* *3. Reg. 8.* *Psal. 50.* *Eccl. 40.* *Rom. 3.* *Rom. 5.* *Mar. vlt.* *Ioan. 3.* *Cõcilium Mileuita.* *Cõcilium Tridentinum.*

eſt animæ, Anathema ſit. Cùm contradicat Apoſtolo dicenti, per vnum hominem peccatum introiuit in mundum, & per peccatum mors, & ita in omnes homines mors pertranſiit, in quo omnes peccauerunt: Si quis hoc Adæ peccatum, quod origine vnum eſt, & propagatione non imitatione transfuſum, omnibus ineſt vnicuique proprium, vel per humanæ naturæ vires, vel per aliud remedium tolli aſſerit, quàm per meritum vnius mediatoris Domini noſtri Ieſu Chriſti, qui nos Deo reconciliauit in ſanguine ſuo factus nobis iuſtitia, ſanctificatio, & redemptio: aut negat ipſum Ieſu Chriſti meritum, per baptiſimi ſacramentũ, in forma Eccleſię ritè collatum, tam adultis quàm paruulis applicati, Anathema ſit: Quia non eſt aliud nomen ſub cœlo datum hominibus, in quo oporteat nos ſaluos fieri. Vnde illa vox.

Ioan. 1. Ecce agnus Dei, ecce qui tollit peccatum mundi. Et illa. Quicunque baptizati eſtis, Chriſtum induiſtis.

Galat. 3. Hæc Concilium Tridentinum. In quibus verbis non ſolùm Pelagii, & Armenorum, ſed etiam Eraſmi damnatur error. Cõtra hanc hæreſim ſcribit Auguſtinus in illo opere quod dicitur Hypognoſticon, libro quinto. Fecit & alium tractatum qui inſcribitur de baptiſmo paruulorum, & hic habetur in volumine epiſtolarum eius epiſtola. 23. Cæterùm quòd Armeni dicunt paruulos infidelium ſine baptiſmo decedentes, deſcendere in infernum cum ſuis parentibus, hoc ex proximè ſequenti hæreſi patebit eſſe falſum, quoniam ibi oſtendemus neminem damnari niſi propter peccatum proprium.

Armeni. SEcunda hæreſis docet omnes homines ante paſsionem Chriſti fuiſſe damnatos propter peccatum primorum parentum. Huius hæreſis autores Guido aſſerit eſſe Armenos. Dicit enim Armenos ſentire primorum parentum peccatum fuiſſe adeò noxium, vt toti poſteritati vſque ad paſsionem Chriſti nocuerit, & eam in infernum traxerit, non quidem propter originale peccatum, quod à primis parentibus deduxerunt naſcentes, quia illud (vt proximè præcedẽti hæreſi patuit) nullum eſſe dicunt, ſed dicunt omnes fuiſſe damnatos propter proprium primorum parentum peccatum, etiam ſi ipſi in ſe nullum habuerint peccatum. Hæc hæreſis adeò eſt demens & fatua, vt ſola narratio ſufficeret ad illam exterminandam. Verùm quia contra homines effrontes & duræ ceruicis agimus: ideo oportet vt aliquod in illos iaciamus telum, quo illos transfigamus. Primò ergo id conſtat eſſe falſum, omnes videlicet homines vſque ad Chriſti paſsionem fuiſſe damnatos. Abraham ſiquidem Iſaac & Iacob ante Chriſti paſsionem per multas annorum centurias fuerunt, & tamen hos fuiſſe ſaluos apertè ipſa ſcriptura docet. B

Mat. 8. Multi (inquit Chriſtus) venient ab oriente & occidente, & recumbent cum Abraham Iſaac & Iacob in regno cœlorum. Ecce Chriſtus apertè docet hos tres Patriarchas pertinere ad regnum cœlorum: ergo nunquam fuerunt in inferno damnati: quoniam aliàs nunquam inde exiuiſſent, quum in inferno nulla

Luc. 16. ſit redemptio. Præterea Chriſtus oſtendens quam latum ſit inter diuitem & pauperem diſcrimen, dixit diuitem epulonem poſt mortem eſſe ſepultum in inferno, cùm tamen Lazarus mendicus fuiſſet deportatus ab angelis in ſinum Abrahæ. Si vterque damnatus, quod ergo diſcrimen inter iſtos? Vnus ab angelis deportatur, alter autem à dæmonibus ſepelitur. Si Lazarus damnatus eſt, cur diues auxilium illius ab Abraham petit? Si Lazarus damnatus erat, quomodo poterat digito ſuo intingẽs linguam diuitis, illius ardorem temperare? Rurſum, qui iuſti fuerunt, non eſt poſsibile vt damnati ſint in iuſtitia decedentes:

Heb. 11. quoniam non eſt Deus iniuſtus, vt ſimul iuſtum cum impio damnet.

At de multis ſcriptura teſtatur eos fuiſſe iuſtos, vt de Abel, Enoch, Abraham, Moyſe, Dauide: nullus C ergo iſtorum damnatus eſt. Verùm eſto damnati ſint omnes (vt Armeni aſſerunt) impoſsibile eſt illos fuiſſe damnatos propter ſolum primorum parentum peccatum, niſi ipſi etiam aliquod proprium habuiſſent peccatum. Iniuſtus enim eſſet Deus ſi aliquem ſine culpa ſua damnaret: quoniam etſi Deus aliquando temporariam & tranſitoriam infligat pœnam alicui propter peccatum alterius, nunquam tamen aliquem propter peccatum alterius æternaliter damnat. Nam cùm aliquem Deus propter alterius peccatum pœna temporali punit, vt videlicet cùm filium propter peccatum patris, & contrà, aut ptincipem propter ſubditos, & econuerſo: tunc ipſummet peccantem in re propria punit, videlicet patrem in filii morte. Filium verò qui nihil mali egit, non propriè punit, cùm propter maius bonum eius Deus illi talem pœnam inferat. Et ſic ad patrem comparata illa pœna eſt punitio: ad ipſum verò patiẽtem, videlicet filium, illa pœna nõ eſt dicenda punitio, quia nunquam Deus illam infligit niſi vt ad maius ipſius patientis commodum cedat. At qui æternaliter damnatus eſt, ex hoc nullum maius bonum

2. *Reg.* 12. conſequi poteſt: quapropter nunquam talem damnationem Deus alicui infligit, niſi propriis eam exigentibus demeritis. Deus enim punire volens Dauid ob adulterium cum Berſabee commiſſum, filium ex illo adulterio natum mori fecit, qua morte Dauid puniuit, auferẽs illi rem propriam, & quam maxi-

Sap. 4. mè diligebat, videlicet filium ſuum. Filius autem non poteſt dici punitus, cum nullam habuiſſet culpam, quoniam etſi mortuus eſt, hæc tamen mors in maius illi bonum ceſsit, quoniam raptus eſt, ne malitia mutaret animam eius, & ſimilia patri committeret. At ſi in æternum periiſſet filius, quod quæſo il-

Eze. 18. li poterat euenire commodum ex illa damnatione? Nũquam ergo Deus aliquem ęterna morte damnat, D niſi propter propria demerita. Nam & ipſemet ſic ſe facturum pollicetur per Ezechielem prophetam, dicens: Ecce omnes animæ meæ ſunt. Vt anima patris, ita & anima filii mea eſt. Anima quæ peccauerit, ipſa morietur. Et parum infrà de filio bono habente patrem peccatorem loquens, hæc ſubiungit: Hic non morietur in iniquitate patris ſui, ſed vita viuet. Pater eius quia calumniatus eſt, & vim fecit fratri, & malum operatus eſt in medio populi ſui, ecce mortuus eſt in iniquitate ſua. Et dicitis: quare non portabit filius iniquitatem patris? videlicet quia filius iudicium & iuſtitiã operatus eſt, omnia præcepta mea cuſtodiuit, & fecit illa, viuet vita. Anima quæ peccauerit, ipſa morietur. Filius non portabit iniquitatem patris, & pater non portabit iniquitatem filii. Hucuſque Deus per Ezechielem prophetam. Vereantur ergo impii Armeni contra tam expreſſum ſcripturæ teſtimonium aliquid dicere, præſertim cùm ſua ſententia maximam Deo impingat iniuſtitiam, vt hominem videlicet iuſtum, qui nullum vnquam peccatum

catum commisit,propter culpam alterius damnet.Contra hunc errorem militant etiam illa quæ suprà cõtra errorem Donatistarum protulimus in titulo de Ecclesia hæresi prima: quo loco ostẽdimus malitiam vnius personæ nullo pacto obesse alteri ad vitam æternam.

Valẽtin⁹

TErtia hæresis asserit peccatum non esse à libero arbitrio,sed à dæmone.Huius hæresis autor fuit Valẽtinus, cui postea adhæsit impius Manichęus. Eandem hæresim postea suscitarunt Armeni, dicentes (prout Guido illis impingit) nullum fuisse futurum peccatum si dæmones non fuissent, qui homines tentatione sua ad peccandum impellerent: quapropter dicunt peccatum esse simpliciter à dęmone,& nullo modo à libero arbitrio. Armenis in hac parte consentiunt Albanenses.Hæc hæresis conuincitur per id quod Sapiens Ecclesiasticus ait: Deus ab initio constituit hominem,& reliquit illum in manu consilii sui. Adiecit mandata & præcepta sua. Si volueris mandata conseruare,conseruabunt te, & in perpetuum fidem placitam seruare. Apposuit tibi aquam & ignem: ad quod volueris, porrige manum tuam. Ante hominem vita & mors,bonum & malum.Quod placuerit ei,dabitur illi.Hęc sapiens. Ex cuius verbis cõstat peccatum etiam esse à libero arbitrio, sicut & bonum opus, quoniam potest manum suam porrigere ad aquam & ad ignem,ad vitam & ad mortem,ad bonum & ad malum.Prętereà si arbitrium hominis est liberum, ergo potest se ad vtranque partem flectere & reflectere, quoniam alioqui non esset liberum. Cùm ergo ad malum iuxta hanc libertatem se flectit, tunc malum erit ab ipso,& non à dæmone,cum dæmon non eligat,sed ipsum hominis arbitrium.Rursum,si peccatum dicis esse à dæmone, aut ergo à dæmone cogente nostram voluntatem ad peccandum, & tunc voluntas nostra non erit libera,cùm possit cogi. At voluntatem esse liberam,suprà ostendimus in titulo de Libero arbitrio.Aut peccatum dicis esse à dæmone persuadente,eò quòd solùm persuadet sine coactione:& tunc necessarium est vt peccatum sit à libero arbitrio,cui dæmon suadet vt malum eligat. Deinde quod Armeni dicunt nullum futurum fuisse peccatum, si dæmones non fuissent qui homines tentarent: hoc conuincitur esse falsum: quoniam etsi primum hominis peccatum processit à tentatione dæmonis, tamen homo potuit tunc peccare etiã si dæmon non tentaret,quia homo fuerat liber creatus a Deo, quapropter bene & malè agere poterat. Accedit ad hoc, quòd malorũ angelorum peccatum a nullo alio dæmone processit, sed a suo libero arbitrio. Si ergo primum dęmonis peccatum commissum est absque vlla alterius dæmonis tentatione:ergo etiam homo potuisset peccare etiam si nulla dæmonis tentatio præcessisset: quoniam multo maior est vis angelorum, quàm hominum.Ergo si in angelis suis reperit Deus prauitatem,quãto magis homines qui habitant domos luteas corporum suorum? Prętera vnusquisque tentatur (vt ait Apostolus Iacõbus) a concupiscentia sua abstractus & illectus. Non est ergo opus tentatione dęmonis ,vt peccatum cõmitti possit. Demum si peccatum esset a dæmone, & non à libero arbitrio, frustra suaderetur hominibus vt nõ peccent.Sed hoc si possibile foret, esset persuadendum dæmoni,a quo est peccatum.Christus tamen cuidam quem ipse a languore sanauerat,ait: Ecce iã sanus factus es,iam amplius noli peccare.Et Paul.in priore,quę est ad Corinth.epist.ait:Euigilate iusti, & nolite peccare. Si peccatum a dæmone est, & non a nostro libero arbitrio, frustra nos monet vt caueamus a peccatis. Aduersus tam apertum errorem hæc paucula sufficiant.Contra hanc hęresim neminem scio qui ex professo scripserit: quãuis Augustinus sæpe contra eum disputet:præsertim in libris de libero arbitrio,& in libro secundo de moribus Ecclesiæ.

Manichęi Armeni.

Albanẽ. Eccle.15.

Iob.4. Iacob.1.

Ioan. 5. 1.Cor.13.

Lutherus.

QVarta hęresis docet omne opus quantumlibet rectè factum, esse peccatum. Huius erroris autor est Lutherus,dicẽs iustum in omni opere bono peccare.Ex quo putrido fonte alium errorem deducit, dicens neminem esse certum se non semper peccare mortaliter. Verùm de hoc errore iam supra disputauimus in titulo de operibus.Ibi enim ostendimus ex scripturis,multa esse opera bona quæ nullam prorsus habent mixtam malitiam,& in illis certum est multos non peccasse mortaliter cùm illa operati fuerint.Sed si quis vltra illa quæ nos in titulo de operibus diximus,aliquid videre desiderat,legat Io. Roffensem episcopum in suo opere quod fecit pro assertione cõfutationis Lutheri, articulo.35.

Aëtius. Lutherus

QVintam hęresim docet Aëtius, dicens nullum peccatum quantumlibet graue imputari homini habenti fidem.Hunc eundem errorem tamdiu sepultum suscitauit hoc nostro seculo Lutherus, dicens solam fidem absque vllo alio opere esse satis ad vitam æternam consequendam. Sed hunc errorem iam supra ex sacris scripturis conuincimus.Nam in titulo de fide, hæresi.2.ostẽdimus apertissimis scripturæ sacræ testimoniis fidem solam minimè sufficere ad æternam gloriam adipiscendam, sed esse etiam necessaria alia opera,illa videlicet quæ præceptis expressis nobis iuncta sunt.Quòd si opera etiam exiguntur,& sola fides non sufficit,apertissimè colligitur posse fieri vt aliquod peccatum imputetur habenti fidem.

Armeni. Matt.16.

SExtam hæresim inuenerunt Armeni, dicentes esse aliqua peccata prorsus iremissibilia, quę a nullo vnquam sacerdote remitti possunt. Contra hoc est illud quod Christus dixit Petro: Quodcunque ligaueris super terram, erit ligatum & in cœlis: & quodcunque solueris super terram, erit solutum & in cœlis.Qui totum dicit,nihil excludit.At Christus non dixit: Si solueris hoc,aut illud,erit solutũ in cœlis:sed,quodcunque(inquit) solueris super terram,erit solutum & in cœlis.Nõ est ergo aliquod peccatum quod a Petro remitti non possit. Præterea,omnibus Apostolis dicitur:Quæcunque solueritis super terram,erũt soluta & in cœlo. Et iterum: Quorum remiseritis peccata remissa erunt.Ecce vides nõ solùm Petro,sed omnibus Apostolis datam esse potestatem soluendi non hoc aut illud peccatũ,sed omne. Quæcunque(inquit) solueritis super terram,erunt soluta & in cœlo.Verum Armeni obiicere nobis possunt illud Saluatoris, dicẽtis:Omne peccatum & blasphemia remittetur hominibus:spiritus autem blasphemiæ non remittetur.Et quicunque dixerit verbum contra filium hominis,remittetur ei: qui autem dixerit contra Spiritum sanctum,non remittetur ei neque in hoc seculo,neque in futuro.

Matt. 18. Ioan.20.

Matt. 12.

Ex quo loco videntur colligere peccatum in ſpiritum ſanctum, non poſſe ab aliquo ſacerdote dimitti. Sed hoc nõ ita ſe habet, quoniam Chriſtus non eſt locutus in vniuerſum de omni peccato in Spiritum D ſanctum, ſed de aliquo. Non enim dixit nullum peccatum in Spiritum ſanctum remittendum, ſed dixit ſpiritum blaſphemię non remittendum. Et qui dixerit (inquit ille) contra Spiritum ſanctum, non remittetur ei neque in hoc ſeculo, neque in futuro. Et hoc nos fatemur eſſe aliquod peccatum quod nũquam remiſſum eſt, neque remittetur. Hoc autem eſt duritia cordis, qua homo tenuit vſque ad finem vitæ remiſſionem peccati per pœnitentiam accipere. Tale inquam peccatum nunquam remittetur, non quòd irremiſſibile fuerit, ſed quia nunquam de illo peccator pœnituit, ideo nunquam in hac vita remittetur: poſt mortem vero etiam ſi pœniteat, non remittetur: quoniam à mortuo velut qui non eſt, periit con-

Rom. 2. feſſio. Quandiu autem peccator viuit, illum (ſicut dicit Apoſtolus) patientia Dei ad pœnitentiam expectat: etſi pœnitentiam egerit, & à ſacerdote abſolutionem recipere non contẽpſerit, eius peccatũ quantumlibet graue fuerit, abſque dubio in hoc ſeculo remittetur. Si verò perſeuerat in iniquitate, ſicut ibidem ſubiunxit Apoſtolus, ſecundùm duritiam cordis ſui, & cor impœnitẽs, theſaurizat ſibi iram in die

Auguſtinus. iuſti iudicii Dei: huic tali non remittitur in hoc ſeculo, neque in futuro. Et hoc modo interpretatur beatus Auguſtinus illum Matthęi locum in quadam epiſtola ad Bonifacium comitem, quæ eſt quinquageſima in ordine epiſtolarum eius. Aliter tamen hunc locum interpretatur Richardus de ſancto Victore,

Richard⁹ de ſancto victore. qui illa Chriſti verba dicit eſſe intelligenda non de remiſſione culpæ, ſed pœnæ. Nam dicit mitius fore agendum cum eo qui peccauerit in filium, quàm cum eo qui peccauerit in Spiritum ſanctum: qnoniam is qui peccauit in filium, habet excuſationem, eò quòd egit per ignorantiam, & ita dignus eſt venia, qua videlicet aliquid de pœna peccato debita illi remittatur. Qui autem peccauit in Spiritum ſanctum, nul- A lam habet excuſationem, eò quòd egit ex pura malitiá, & ita non eſt dignus venia, qua videlicet illi remittatur aliquid de pœna peccato debita. Itaque hanc dicit eſſe differentiam inter eum qui peccat in patrem aut filium, & eum qui peccat in Spiritum ſanctum, quòd is qui peccat in patrem aut filium peccat ex infirmitate, aut ex ignorantia: & ideo dignus eſt vt aliquid ei remittatur de pœna debita, pœniteat vel non pœniteat. Is autem qui peccat in Spiritum ſanctum, peccat ex pura malitia: quapropter nihil prorſus remittetur illi de pœna peccato debita, eò quòd nullam habeat excuſationem, cùm peccauerit ex pura malitia: quia etſi peccatum eius remittatur per pœnitentiam, omnem tamen pœnam peccato debitã ſoluet: & ita ſi pœnitentiam egerit pro peccato, erit ſolutus à culpa, ſed nullo pacto à pœna. Hæc omnia

Theophylactus. differit Richardus de ſancto Victore in qnodam libello ſuo qui inſcribitur de ſpiritu blaſphemiæ. Eodem ferè modo interpretatur Theophylactus ſuper Matthæum, quãquam hic videtur ſentire, eum qui peccauerit ex infirmitate, aut ignorãtia, ſiue in patrem, ſiue in filium, quod idem eſt, eſſe dignum venia: ita vt etiam ſi non pœniteat, remittatur illi, eò quòd infirmitas aut ignorantia illum excuſat non ſolùm à parte pœnæ, ſed etiam à culpa. Richardus autem non vult illum excuſari a culpa, ſed a parte pœnæ: & hoc dicit ille intelligendum eſſe per remiſſionem, vt ad ſolam pœnam referenda ſit. Cæterùm de peccato in Spiritum ſanctum conuenit inter eos, quoniam vterque ſentit ideo illud non remitti, quia nullam habet excuſationem, propter quam aliquid de pœna illi debita remittatur, ita vt quamuis pœnitentia facta, culpa remittatur, oportet tamen vt omnem pœnam peccato debitam ſoluat. Et hoc eſt apud iſtos peccatum illud non remitti. Lege illos, & fortè videbitur tibi eorum expoſitio eſſe literæ germanior quam Auguſtini, quamuis huius interpretatio non ſit aſpernenda. B

SEptima hęreſis aſſerit nullum capitale peccatum eſſe tolerandum, etiam ſi permittatur gratia vitandi quantumuis maioris mali. Huius hæreſis autores ſunt Vvaldenſes, quanquam Guido Carmelita in

Vvaldenſes. ſua ſumma de hæreſibus Vvaldenſium errores recenſens, nunquam huius erroris meminit. Sed Aeneas Syluius, qui poſtea papa Pius ſecundus eſt vocatus, in libro de origine Bohemorum, capite 35. hunc inter errores Vvaldenſium recenſet. Contra hunc errorem eſt illud quod Chriſtus Redemptor noſter

Matt. 19. Iudæis loquens apud Matthæum, ait: Moyſes ad duritiam cordis veſtri permiſit vobis dimittere vxores veſtras, ab initio autem non fuit ſic. Ecce diuortium viri & vxoris permiſſum a Moyſe. At tale diuortium eſſe malum Chriſtus oſtendit, dicens: Quod Deus coniunxit, homo non ſeparet. Et in his verbis (vt teſtatur ibidem Hieronymus) non dedit nouum præceptum, ſed antiquum nouauit, & inſtaurauit. Et Chriſtus ipſe ſatis apertè expreſſit, dicens: Ab initio autem non fuit ſic. Quo verbo docuit matrimonium ex ſua inſtitutione fuiſſe indiſſolubile. Quòd ſi matrimonium ex ſua inſtitutione fuit a Deo ſtatutum indiſſolubile, malum eſt illud diſſoluere. Verùm Moyſes conſpiciens gentem ſuam ad illecebras pronam, & timens ne cùm aliqua viro ſuo non placeret, occideretur à viro, vt ille aliam habere poſſet pulchriorem, permiſit illis vt poſſent vxores ſuas repudiare cum vellent, vt vxoricidium vitarent. Per- C miſit (inquit Chriſtus) vobis Moyſes ad duritiam cordis veſtri dimittere vxores veſtras. Si permiſit, ergo nunquam tale facinus probauit: quoniam (vt ibidem admonet Chryſoſtomus) illa permittimus, quæ non probamus. Præterea, minus malum maiori malo comparatum habet aliquam rationem boni, videlicet defectum illius gradus malitię, per quem maius malum excedit minus. Omnis autem declinatio a malo bona eſt. Et iuxta illam rationem boni poteſt quodammodo acceptari a voluntate. Rurſum, eaquæ fiunt per metum, ſæpiſſimè excuſantur, quæ ſecluſo metu non eſſent excuſanda. Non autem excuſantur niſi ratione maioris mali proxime vrgentis, ergo minus malum poteſt licitè quiſque ſumere tanquam medium quo poſſit euitare maius malum quod imminet. Malum eſt enim ſi aliquis in mare proiiciat merces, quas ſine vllo damno poterat ſeruare, vt in bonos vſus conuerteret. At ſi tempeſtas vrgeat, iuſtè illas mergit, timens ne ſi illas ſeruare voluerit ipſe mergatur. Et ſi hoc licet particulari perſonę & priuatæ: cur non etiam licebit perſonæ publicæ? Si de caſtitate omnium virorum firmiter confiditur, malum eſt permittere meretrices in populo. Sed ſi his de populo eiectis, violanda eſt fides coniugii, ita

gij,ita vt,ſicut quidam Propheta ait: Vnuſquiſque ad vxorem proximi ſui hinniat, & immutãdus eſt vſus naturę in eum vſum qui eſt contra naturam,vt (ſicut ait Apoſtolus) maſculi in maſculos turpitudinem ſuam operentur, & ſi hæc verè timentur euentura, expedit tolerare meretrices magis quam eas expellere. Accedit ad hæc præceptum patris familiâs,qui ſeruis ſuis volentibus tollere zizania de agro in quo erat ſeminatum triticum,præcepit vt ſinerent ea vſque ad meſſem,ne fortè colligentes zizania, eradicarent ſimul & triticum. Qui zizania permittit in agro,timens ne eradicetur triticum: minus malum permittit, vt euitet maius. Deinde,hęc ſententia cõfirmatur teſtimonio beati Gregorii,qui interpretans illa verba Iob: Nerui teſticulorum eius perplexi ſunt, hæc ait. Nerui teſticulorum Leuiathan perplexi ſunt,quia ſuggeſtionum illius argumenta impliciti in tantis illigantur vt pleroſque ita peccare faciant: D quatenus ſi fortaſſe fugere peccatum appetant,hoc ſine alio peccati laqueo non euadant,& culpam faciant dum vitant: ac nequaquam ſe ab vna valeant ſoluere,niſi in alia ſe conſentiant ligari. Et aliquibus interpoſitis poſteà ſubdit. Eſt tamen quod ad deſtruendas Beemoth verſutias ſubtiliter fiat, dum mens inter minora & maxima peccata conſtringitur. Si omnino nullus ſine peccato euadendi aditus patet, minora ſemper eligãtur: quia & qui murorum vndique ambitu ne fugiat,clauditur: ibi ſe in fugã præcipitat vbi breuior murus inuenitur. Hæc Gregorius. Eidem ſententiæ fauet concilium Toletanum octauum capite ſecundo ſuorum decretorum,hęc dicens. Duo mala,licet omnino cautiſſimè ſint præcauenda, ſi tamen periculi neceſſitas vnum ex his perpetrare compulerit, id debemus reſoluere quod minori nexu noſcitur obligari. Quid autem leuius ex his quídue grauius ſit: puræ rationis acumine inueſtigemus. Etenim dum peierare compellimur,creatorem quidem offendimus:& nos tantummodo maculamus. Cùm verò noxia pręmiſſa complemus:& Dei iuſſa contemnimus: & proximis impia crudelitate nocemus:& nos ipſos crudeliori mortis gladio trucidamus. Illinc enim duplici culparũ gladio perimus:hinc tripliciter iugulamur. Hæc Concilium Toletanum. Ex quibus verbis apertiſſimè conuincitur regem aut quamlibet aliam publicam poteſtatem, licitè & citra omnem culpam poſſe permittere populo ſibi ſubdito minus aliquod peccatum, vt per illam admiſſionem eundem populum auertat ab aliquo alio grauiori peccato, in quod iuſtè timet illum caſurum. Nam multo minus eſt permittere quàm eligere: Quia permiſſio poteſt eſſe ſine complacentia, imò cum maxima diſplicentia rei permiſſæ, electio autem nunquam fit ſine aliqua complacentia rei electæ. Hæc autem omnia quæ diximus,de illa ſo- A la permiſſione intelligi volumus, quæ ſolùm excludit culpæ punitionem, & non culpam ipſam. Poteſt quidem Rex aut quæuis alia publica poteſtas permittere, hoc eſt, non punire peccatum aliquod, vt ſic abſtineat populus ab aliquo alio grauiori. Non tamen poteſt permittere, hoc eſt,ſic indulgere culpæ veniam,vt faciendo id quod permiſſum eſt,ſi eſt contra legem diuinam,non peccet:quia nullus hoc modo contra legem diuinam diſpenſare valet.

Hiere.5. Rom.1. Matt.13. Iob.40. Grego. Cõcilium Toletanũ

Iouinianꝰ

OCtaua hæreſis aſſerit omnia peccata eſſe paria,quemadmodũ habent Stoicorum paradoxa. Hanc hæreſim tribuit beatus Auguſtinus Iouiniano monacho,Beatus tamen Hieronymus qui duobus libris contra errores huius Iouiniani diſputat, nunquam huius erroris meminit, neque illum Iouiniano vnquam impingit: ex quo tamen nõ licet colligere Iouinianum non ita ſenſiſſe. Potuit enim fieri vt ad Hieronymi notitiam hic error non deuenerit,& propterea non ſcripſerit aduerſus eum,quamũis aduerſus omnes Iouiniani errores ſcribere decreuiſſet. Verùm eſto non ſit hoc à Iouiniano aſſertum: cùm iam ſit de hoc errore notatus, oportet vt aliqua aduerſus illum proferamus. Chriſtus enim Redemptor noſter apertiſſimè docet eſſe aliquam peccatorum inæqualitatem. Sic enim apud Matthæum ait: Ego dico vobis,quia omnis qui iraſcitur fratri ſuo,reus erit iudicio: qui autem dixerit fratri ſuo Racha,reus erit concilio: qui autem dixerit,fatue,reus erit gehennę ignis. His verbis apertè oſtenditur peccatorum differentia, ex differentia reatus. Peius eſt enim eſſe reum gehennæ ignis, quàm eſſe reum iudicio,aut eſſe reum concilio: ergo peius eſt etiam dicere,fatue,quàm dicere Racha. Prætereà loquẽs Chriſtus diſcipulis ſuis de illis qui noluiſſent eos hoſpitio recipere,ait: Amen dico vobis,tolerabilius erit terræ Sodomorum & Gomorrheorum in die iudicii, quàm illi ciuitati. Si tolerabilius, ergo minus erit eorum peccatum reputandum,quoniam iuxta menſuram peccati erit plagarum modus. Rurſum,peccatum in Spiritum ſanctum grauius eſt, quàm peccatum in patrem aut filium: quod ex eo conuincitur,quòd illud nõ remittitur neque in hoc ſeculo, neque in futuro,hoc autem remittitur. Deinde,idem veritatis magiſter Pilato loquens, ait: Qui me tradidit tibi maius peccatum habet. Ecce apertiſſimum teſtimonium quo conuincitur peccatorum inæqualitas. Quapropter non opus eſt vt longius de hac re diſputemus. Neque opus eſt argumenta ex philoſophorum officina in medium adferre, quoniam non hîc diſputamus aduerſus Stoicos, ſed aduerſus Iouinianum, aut quemlibet alium huius erroris patronum, qui ſe Chriſtianum iactauerit.

Matt.5. Matt.10. B Deut.25. Ioan.19.

Iouinianꝰ Pelagius. Beguardi Beguinæ.

NOna hæreſis docet hominem qui ſemel per gratiam fuerit iuſtificatus,non poſſe amplius peccare. Hanc hęreſim impingit beatus Hieronymus Iouiniano,libro ſecundo,aduerſus eundem. Auguſt. in libro de hęreſibus tribuit illam Pelagio, quemadmodum & Iouiniano. Hanc eandem hæreſim poſt multa tempora ſuſcitarunt Beguardi & Beguinę,quamuis non ita in vniuerſum de omni iuſto ſuam aſſertionem firmauerint,prout Iouinianus & Pelagius fecêre, ſed contractius loquentes, dixeruut poſſe hominem tantã virtutis perfectionem in hac miſera vita acquirere, vt reddatur prorſus impotens ad peccatum. Et certè ſi Beguardi & Beguinę hoc dicerent poſſe fieri ex quodam particulari priuilegio, & ſpecialiſſimo Dei adiutorio alicui conceſſo, nullus illos propter hoc de hæreſi notaſſet. Poteſt enim Deus ex quodam inſigni priuilegio ſic aſſiſtere voluntati alicuius hominis, vt nunquã illam permittat in peccatum labi. Nam multi & illuſtres Theologi fatentur hoc fuiſſe conceſſum Deiparæ virgini poſtquam vnigenitum Dei filium in vtero concepit: è quibus vnum proferam Richardum de ſancto

Victore,qui li.2.de Emanuele,cap.vltimo ita dicit:Quod de exterminio peccati in beata virgine Maria factum creditur,futurum in omnibus sanctis speratur.Futurum inquam,sed non in corpore eorum adhuc mortali, sed in corpore eorum iam facto immortali. Prius siquidem oportebit corruptibile hoc induere incorruptionem, & mortale hoc immortalitem. Sed hoc fuit in beata virgine supra modũ mirabile,& præ cæteris sanctis omnibus singulare,quòd in ea simul conuenire potuit tanta corruptibilitas cum tanta incorruptibilitate, tanta incorruptibilitas cum tanta corruptibilitate.Corruptibilitas in his quæ pertinent ad pœnam,incorruptibilitas in his quæ pertinent ad culpam. Hæc Richardus. Ex cuius verbis constat tale priuilegium fuisse Deiparę virgini concessum,vt prorsus impeccabilis fuerit: quod priuilegium nulli alii hominum asserit fuisse concessum. Sed hoc dicit nos sperare vt habeamus in alia vita,quod beata virgo habuit in ista.Verùm impii Beguardi & Beguinæ docẽt hoc posse quemlibet hominem in hac vita acquirere,si per profectum virtutum deuenerit ad illum perfectionis gradum, quem illi assignant.Et propter hoc meritò damnati sunt,quoniam omni homini existenti in hac vita dicitur: 1.Cor.10. Qui stat,videat ne cadat.Et Dominus docens nos omnes orare,præcipit vt dicamus:Dimitte nobis debita nostra. Quam orationem omnes vsque ad finem vitæ dicere veraciter possunt. Et beatus Ioannes *Matt.6.* in sua prima canonica,ait: Si dixerimus quia peccatum non habemus,nosipsos seducimus,& veritas in 1.Ioan.1. nobis non est.Non est ergo veritas in his hæreticis dicentibus hominem esse talem in hac vita,qui peccare non possit.Contra hunc Iouiniani & Pelagii errorem suprà largius disputauimus in titulo de gratia, hæresi secunda. Et omnia quę ibidem contra illos protulimus, etiam pugnant contra errorem Beguardorum & Beguinarum.Verùm contra Beguardos & Beguinas extat Concilii vniuersalis definitio, in quo octo istorum errores damnati sunt,quorum iste,de quo modo agimus,est primus. Huius autem D *Cõcilium Viẽnense.* Concilii decretum habetur in volumine Constitutionum Clementinarum,in titulo de hæreticis,in capite cuius initium est,Ad nostram.

Lutherus. Melãcton Caluinus. Butzerus. DEcima hæresis est quæ asserit nullum esse peccatum mortale,nisi incredulitatem.Huius hęresis primus autor & inuentor est Martinus Lutherus,& illum in hac parte secuti sunt Philippus Melancton, Ioannes Caluinus, & Martinus Butzerus, & quotquot Lutherano nomine censentur. Hunc errorem deducit Lutherus ex alio pestilentissimo illius errore, qui est fons vberrimus, ex eo innumeri scaturiunt errores. Dicit enim solam fidem iustificare, & illam solam esse satis ad vitam æternam assequendam: Opera verò non esse necessaria ad iustificationem,neque ad vitæ æternæ consecutionem.Ex ista sententia euidenter colligitur,solam incredulitatem esse peccatum mortale,quod verè collat iustificationem & gratiam. Nam si aliquid aliud præter infidelitatem esset verum peccatum mortale, inde apertissimè sequeretur aliquid aliud præter fidem esse necessarium ad iustificationẽ, & per consequens ad vitam æternam consequendam.Quoniam si illud quod præter infidelitatem dicitur verè peccatum, est alicuius operis omissio:ergo opus illud omissum erat necessarium ad iustificationẽ: alioqui non peccasset, qui illud omisisset. Si illud peccatum fuit alicuius mali operis perpetratio, ergo abstinere ab illo opere fuit necessarium ad iustificationem conseruandam:alioqui non peccasset qui illud scelus commisit. Constat ergo nullum esse dicendum peccatum mortale nisi solam infidelitatem, si concedatur solã fidem iustificare.Cùm igitur hæc hæresis apertissimè colligitur ex alia,non erit opus impræsentiarũ disputare,quia aliam cui ista innititur,& à qua dependet,iam suprà expugnauimus in titulo de fide, hæresi secunda,solum hic addam decretũ Concilii Tridentini,quod sub Paulo tertio celebratum,sessione sexta multos fidei canones pronuntiauit,inter quos vigesimus septimus,hæc continet verba: Si quis dixerit nullum esse peccatum mortale,nisi infidelitatis,aut nullo alio,quantumuis graui & enormi, præterquam infidelitatis peccato semel acceptam gratiam amitti,anathema sit. A

VNdecima hæresis est quæ docet nullam esse differentiam inter peccatum mortale & veniale: quoniam,vt ait,nullum est peccatum veniale, sed omne peccatum est mortale. Hanc hæresim docet *Caluinus.* Ioannes Caluinus in illo suo opere de institutione religionis Christianæ. In qua sententia aliquantulum declinat a suo duce Martino Luthero: quoniam hic de infidelibus dicit,omnia illorum peccata esse mortalia, fidelium autem peccata dicit omnia esse venialia,præter incredulitatem, quam solam dicit esse peccatum mortale.Contra Lutherum non est opus nunc disputare: quia id quod ait,omnia peccata infidelium esse mortalia,quamuis ego credo esse falsum,non tamen constat esse hæreticum, nec de illo Ecclesia hactenus(quod sciam)aliquid definiuit,sed est adhuc inter scholasticos Theologos controuersum. Damnauit quidem Concilium Tridentinum sententiam dicentem: Omnia opera quæ ante iustificationem fiunt,esse verè peccata: sed non ideo damnauit sententiam dicentem: Omnia opera infidelium esse verè peccata. Reliquum verò quod ait,nullum esse peccatum mortale pręter solam infidelitatem,ad proximè præcedentem hęresim spectat.Contra solum igitur Ioannem Caluinum nunc arma sumimus:quoniam hic solus est qui prorsus irridet distinctionem illam peccatorum, quam omnes Theologi docent, dicentes: Aliqua peccata esse mortalia, & aliqua esse venialia. Dicit enim ille, omne B peccatum esse mortale, & nullum veniale. Verba Caluini in eo libello quem scripsit contra definitiones Concilii Tridentini, sunt hęc. Peccatum quoduis, quoniam Dei lege damnatum est, mortale esse fatemur. Hęc ille contra canonem. 27. sessionis sextæ præfati Concilii. Et contra doctrinam ab eodem Concilio capite vndecimo eiusdem sessionis datam, hæc ait. Si pro nihilo ducant leuiores, quos vocant, lapsus, insonat horribilis illa supremi iudicis sententia. Qui vnum ex minimis istis mandatis contempserit, minimus vocabitur in regno cœlorum. Quanquam scire velim, quę vocent saltem leuia peccata, Sic enim extenuandi gratia loquuntur. Hęc Caluinus. Contra istum disputantes, aliqua obiter contra Lutherum annotabimus. Primò quidem valde admiror Caluinum in tantam dementiam incidisse,vt non solùm contra omnes alios,sed etiam contra seipsum pugnare voluerit.

Oportebat

Oportebat quidem illum alterius mendacij fuiſſe memorem, ne ſecum poſteà pugnans conuincatur vtrobique fuiſſe mentitum: nam Caluinus Lutherum in alio dogmate ſecutus, aſſerit iuſtum in omni opere bono peccare. Si iuſtus in omni opere bono peccat, & omne peccatum, vt ait, eſt mortale, ergo iuſtus in omni opere bono peccat mortaliter, & per conſequens omne opus bonum erit peccatum mortale. Quid obſecro poteſt abſurdius, & ſtultius dici? Qui fieri poteſt, vel quomodo intelligi poteſt, vt peccatum mortale bonum opus eſſe cenſeatur? Præterea: Si homo aliquis cenſendus eſt iuſtus, oportet vt tunc careat peccato mortali: Si autem mortaliter peccat, non poterit verè dici iuſtus: quoniam peccatum mortale tollit veram iuſtitiam. Pugnant ergo tanquam ex diametro hæc duo, Iuſtus in omni opere bono peccat, Omne peccatũ eſt mortale. Sed dimiſſis aliis huius Caluini dogmatibus, hoc de quo nunc diſputamus apertè conuincam eſſe falſum & hæreticum teſtimoniis ſacræ ſcripturæ, & ſanctorum patrum, & aperta totius Catholicę Eccleſiæ ſententia definitiua. Atramen antequàm ad diſputationem accedamus, oportet declarare, quid in hac parte intelligamus per peccatum mortale, & quid per peccatũ veniale, ne fortè contingat nos in equiuoco contendere, & de ſola nominis ratione diſputare. Peccatum mortale eſt illud per quod tollitur vita ſpiritualis animæ, quæ eſt per gratiam, qua ſublata recedit ſtatim Deus ab anima in qua habitabat, & inde continuò ſequitur mors. Vnde Auguſtinus ait. Vita corporis tui eſt anima tua: vita animæ tuæ eſt Deus tuus. Quomodo ergo moritur corpus amiſſa anima, quæ vita eſt eius, ſic moritur anima amiſſo Deo, qui vita eſt eius. Hæc Auguſtinus. Hæc eſt illa mors, quam Deus minatus eſt primo parenti, quum poſt prohibitum eſum ligni ſcientiæ boni & mali, dixit ei. In quocunque die comederis ex eo, morte morieris. Non eſt enim Adam mortuus morte corporali ſtatim eo die quo de ligno vetito comedit: ſed ſtatim mortuus eſt morte ſpirituali animæ, quia ſtatim iuſtitiam amiſit, & per conſequens Deum. Solum ergo peccatum mortale eſt illa malitia, de qua Salomon ait. Homo enim per malitiam occidit animam ſuam. Et Hieremias etiam ait. Vnuſquiſque in iniquitate ſua morietur. Et Dominus per Ezechielem ait. Anima quę peccauerit, ipſa morietur. De eodem etiam peccato intelligendum eſt, quod Paulus ait. An neſcitis quoniam cui exhibetis vos ad obedientiam, ſerui eſtis eius cui obediſtis, ſiue peccati ad mortẽ, ſiue obeditionis ad vitam? Dicitur peccatum etiam aliquod mortale propter aliam mortem, quæ animam & corpus deuorat, & hæc eſt gehenna perpetua, de qua Propheta regius ait, Sicut oues in inferno poſiti ſunt, mors depaſcet eos. Et Ioannes in Apocalypſi ait. Et infernus & mors miſſi ſunt in ſtagnum ignis. Hæc eſt mors ſecunda. Peccatum ergo dicitur mortale, quia peccator qui illud committit, niſi pœniteat, morte punietur æterna. Malorum amatores, inquit ſapiens, digni ſunt morte. Peccatum autem veniale multipliciter dici ſolet, & ideo oportet varias illius ſignificationes manifeſtare, vt poſteà dicam iuxta quam ſignificationem hoc loco vtimur illo, quum illud contra peccatum mortale diſtinguimus. Peccatum aliquando dicitur veniale propter cauſam vnde oritur, quæ culpam ipſam minuere ſolet, & ſic etiam præbet aliquam rationem veniæ. Talia ſunt peccata ab ignorantia aut ab infirmitate procedentia, quę non ſunt tam grauia, quàm ſunt illa quæ ex pura malitia procedunt, & ideo illa aliquam veniam merentur, vt non tam grauiter puniantur, quàm iſta. Aliquando peccatum aliquod dicitur veniale ab euentu qui illi accidit: quia videlicet data eſt illi venia. Et iuxta hãc ſignificationem, nullum peccatum eſt tam graue, quod non dicatur veniale, ſi digna pro illo fiat pœnitentia. Sic enim intelligendus eſt Ambroſius, quum dixit, omnia peccata mortalia fieri venialia per pœnitentiam. Eodem modo interpretandus eſt Auguſtinus, qui in libro de vera & falſa pœnitentia, capite decimooctauo ait, aliqua peccata eſſe mortalia, & in pœnitẽtia fieri venialia. Fieri in pœnitentia veniala dixit, pro eo quod eſt, per pœnitentiam aſſequi veniam. Iuxta nullam iſtorum duorum ſignificationem vtimur nomine peccati venialis in præſenti diſputatione, in qua conuincere nitimur peccatum veniale natura ſua differre à peccato mortali. Tertio modo peccatum aliquod dicitur veniale ex ſua natura, & ex propria ratione: & eſt illud quod ex ſe & ſua natura eſt tam leue, & tam minutum, vt non valeat aliquem priuare gratia diuina, aut facere illum Dei inimicum, aut reddere illum dignum morte æterna. Hæc autem leuitas peccati aliquando ineſt illi ex natura ſua, & ex genere ſuo, quia materia ipſa, aut res ipſa circa quam verſatur, eſt ex genere ſuo leuis, prout eſt immodicus riſus, aut verbum ocioſum quo nemo læditur. Aliquando ipſa leuitas peccati prouenit non ex re ipſa, ſed ex imperfectione operis, quę contingere poteſt, etiam vbi res ipſa eſſet nimium grauis. Talis autem operis imperfectio poteſt oriri ex prauitate materiæ, vt contingit in furto rei leuiſſimę, aut in patua detractione per quam in minima re læditur fama proximi. Poteſt etiam talis operis imperfectio oriri ex defectu deliberationis prout contingit in motibus ſubreptitiis, propter quem defectum opus ipſum non poteſt dici plenè voluntarium, & ideo nõ habet plenam rationem peccati: & inde euenit, vt veniale ſit, quod alioqui fuiſſet mortale. Iuxta hanc tertiam peccati venialis ſignificationem, dicimus non omne peccatum eſſe mortale. Quæ peccatorum diſtinctio inde ſumitur, quod mortale infert mortem animæ, quæ eſt priuatio gratiæ, & mortem æternam inferni: veniale autem nec vnam, nec alteram mortem infert, ſed tantum facit ex ſe dignum pœna temporali. His omnibus ſic declaratis, reſpondemus Caluino dicenti ſe ſcire velle, quid nos vocemus leuia peccata. Dicimus quidem, nos omnia peccata venialia appellare leuia propter leues res circa quas verſantur, aut propter leuem pœnam, hoc eſt, temporalem ad quam damnantur, quia non habuerunt plenam peccati perfectionem. Hanc peccatorum diſtinctionem ſic declararam, prout ab omnibus Catholicis hactenus ſemper recepta fuit, nos Deo adiutore manifeſtis rationibus, & ſacrę ſcripturæ teſtimoniis comprobabimus, vt oſtendamus Caluinum iniuſtè & ſtultè illam irridere, & ſubſannare. Primò quidem offero teſtimonium Prophetæ dicentis. Dixi confitebor aduerſum me iniuſtitiam meam Domino, & tu remiſiſti impietatem peccati mei. Pro hac orabit ad te omnis ſanctus. Quum dicit, pro hac, ſubintelligendum eſt, vt anno-

Auguſtinus. Luc. 15. Sap. 16. Hiere. 31. Ezec. 18. Rom. 6. Pſal. 48. Apoc. 19. Sap. 15. Pſal. 31.

tat Hieronymus, impietate peccati, aut remissione peccati, quod eundem sensum reddit. Ex quibus prophetæ verbis conuincitur esse aliqua peccata, quæ non sunt mortalia, sed venialia. Nam si sanctus est, B
non orat pro impietate peccati mortalis, aut pro remissione illius: quia si sanctus est, non habet impietatẽ peccati mortalis, pro qua oret vt sibi remittatur: Si autem aliquam mortalis peccati impietatem olim habuit, necesse est vt illa sit tunc remissa, quando sanctus est. Et iterum, Si impietatem peccati mortalis quis habet, pro qua orat vt sibi remittatur, fieri non potest vt ille tunc sanctus sit: quia peccatum mortale, de quo nunc disputamus, omnem tollit sanctitatem, & gratiam. Ex quibus apertissimè cõuincitur, illam peccati impietatem, pro qua omnis sanctus ad Deum orat, esse solum venialem & non mortalem. Idem argumentum sumi potest ex verbis Salomonis dicentis: Septies in die cadit iustus, & resur-
Prou.24. git: impii autem corruent in malum. Si iustus est, non cadit: si cadit, non est iustus. Oportet ergo vt sit aliquis casus peccati, qui iustitiam non tollat. Et huic interpretationi fauet Beda, qui prædicta Salomonis
Beda verba declarans in commentario super tertium caput epistolæ Iacõbi: hæc ait. Et si enim iustus per fragilitatem carnis vel ignorantiam fortè offenderit, iustus tamen esse non desistit. Quia vt quotidiana est huiusmodi & ineuitabilis offensio, ita est & quotidiana orationum & bonorum operum medela, quæ offendentem iustum ne in terram proruat, & nuptialẽ charitatis ac fidei vestem, puluere vitiorum sordidet, ocyus erigit. Hæc Beda, in quibus verbis apertè docet esse aliquam offensam, quæ vestem charitatis non sordidat. Præterea, hæc peccati distinctio per mortale & veniale apertissimè colligitur ex verbis Saluatoris nostri dicentis. Omnis qui irascitur fratri suo, reus est iudicio, qui autem dixerit fratri suo
Matt.5. Rhaca, reus erit concilio: qui autem fatue, reus erit gehennæ ignis. C

In quibus verbis tria describuntur peccata, quorum duo prima leuia sunt, tertium verò est multo grauius illis duobus. Hæc autem differentia apertè colligitur ex ipsa diuersitate pœnarum, quibus peccata illa punienda esse dicuntur. Nam pro mensura delicti, vt lex diuina ait: erit & plagarum modus.
Deut.25. Cùm igitur ex tribus illis peccatis solùm tertium & vltimum dicatur puniendum gehenna ignis, hoc est, morte perpetua: & nullum duorum priorum ad talem pœnam, sed ad aliam multo leuiorem damnetur, conuincitur inde apertissimè solum tertium ex illis peccatis esse peccatum mortale, reliqua verò duo esse venialia. Et hunc esse verum illorum verborum sensum, apertè docet Chrysostomus prædicta verba interpretans homilia.16. super Matthæũ, hæc dicens: Rhaca non grandis alicuius est sermo conuitii, sed magis de contemptu veniens, impatientiaque dicentis vt ipsi nonnunquam vel seruulis vel inferioribus quibuscunque aliquid imperantes, dicimus. Vade tu, Dic illi. Sed etiam qui lingua vtũtur Syrorum, Rhaca, pro eo quod est, tu, dicere solent. Sed misericors Dominus, cum maioribus etiam, minima quæque delicta pariter euellit, præcipiens vt mutuò nobismetipsis & honorabilius vtamur & cautius, vt per hæc maiora quoque peccata moriantur: Post hęc verba Chrysostomus enumerat multa &
Chrysostomus. grauissima mala, quæ ex conuitiis oriri solent, & illis enumeratis statim hęc quæ sequuntur ait. Quæ omnia Christus iam comprimens, eum quidem qui sine causa irascitur, iudicio condemnat: & idcirco dixit. Qui irascitur fratri sine causa, reus erit iudicio. Eum verò qui dixerit Rhaca, reum pronunciat esse concilio. Sed adhuc ista non magna sunt. Hęc etiam idcirco non sunt memorata supplicia, vt eum qui fratri suo fatue dixisset, gehennæ ignibus deputaret, modò certè primum nomen gehennæ D
commemorans. Quum enim prius multa de regno dixisset, nunc istius intulit mentionem: ostendens quoniam illud quidem illius voluntatis sit atque pietatis, hæc verò nostræ profectò desidiæ.

Vide autem quemadmodum gradatim faciat augmenta pœnarum, quodammodo excusans se tibi, atque demonstrans quoniam ipse quidem nihil velit tale minari, nos verò illum ad eiusmodi denunciationes pertrahamus. Idipsum itaque diligenter expende. Dixi, inquit, noli irasci sine causa, quoniam reus erit iudicio. Contempsisti fratrem. Vide quid peperit iracundia, ad iracundiam te continuò prouocauit. Rhaca enim fratrem vocasti, cui rursus culpæ, pœnam concilii comminatur. Quod si ista quoque despiciens, ad maius volueris promoueri conuitium, non iam vltrà his in mediocribus vindicabo, sed immortali illo gehennę supplicio, ne iam etiam ad homicidium fortè prosilias. Hactenus Chrysostomus, qui apertè satis in verbis Christi nostram Catholicam notat doctrinam, aliqua dicens maiora peccata, vt puta, quæ digna sunt morte ętetna, alia verò minima & leuia, quæ videlicet non sunt tanto supplicio digna. Eodem modo illa Christi verba interpretatur Gregorius libro.21. moraliũ capite quinto,
Grego. vbi hęc ait. Sicut autem Dominus cuiusque considerat vias, sic dinumerat gressus, vt ne minutissimæ quidem cogitationes eius iudicio, ac verba tenuissima quæ apud nos viluerunt vsu, indiscussa remaneant. Hinc enim dicit. Qui irascitur fratri suo, reus erit iudicio. Qui dixerit fratri suo Rhaca, reus erit cõcilio. Qui dixerit fatue, reus erit gehennæ ignis. Rhaca quippe in Hebræo eloquio vox indignantis est. Quæ quidem animum irascentis ostendit, nec tamen plenum verbum iracundiæ exprimit. Prius ergo ira reprehenditur sine voce, postmodum verò ira cum voce, sed necdum pleno verbo formata, ad ex-
Matt.5. tremum quoque cùm dicitur fatue, ira redarguitur, quæ cùm excessu vocis expletur etiam perfectione sermonis. Et notandum quod in ira perhibet reum esse iudicio, in voce iræ, quod est Rhaca, reum concilio, in verbo oris, quod est fatue, reum gehennę ignis. Per gradus etenim culpę creuit ordo sententię: quia in iudicio adhuc causa discutitur: in concilio autem iam causæ sententia definitur: in gehenna verò ignis, ea quæ de concilio egreditur, sententia expletur. Quia igitur humanorum actuum Dominus subtili examine gressus enumerat, ira sine voce iudicio, ira in voce concilio, ira verò in voce atque sermone, gehennæ ignibus mancipatur. Hæc Gregorius. Ex istis Christi verbis conuincitur etiam error Lutheri, qui dicit omne peccatum in renatis esse veniale. Nam qui dixerit fatue, reus est gehennæ ignis. Rursum distinctio peccati mortalis & venialis apertè colligitur ex aliis Saluatoris nostri verbis, quibus ait, Quicunque dixerit verbum contra filium hominis, remittetur ei: qui

autem

autem dixerit contra Spiritum ſanctum, non remittetur ei, neque in hoc ſeculo, neque in futuro.
Ex quibus verbis conſtat eſſe aliqua peccata, quæ in hoc ſeculo remitti poſſunt: alia quæ in futuro.
At peccata mortalia non remittuntur in futuro ſeculo, quia illa ducunt hominem ad mortem æternam. Et lignum quod ad Aquilonem ceciderit, vt Salomon ait, ibi manebit. Peccata ergo quæ in alio ſeculo dimittuntur, neceſſariò ſunt venialia: quia hæc ſola ſunt quæ igne purgatorio conſumuntur. *Eccle. 11.*
B Et certè ex his Chriſti verbis conuincere ſe putat beatus Gregorius libro quarto dialogorum, capite trigeſimo tertio eſſe locum purgatorii, in quo animæ à leuioribus peccatis poſt hanc vitam purgantur, quæ in ſtatu gratiæ deceſſerunt. Idem facit Bernardus ſermone. 66. ſuper Cantica. Deinde, hæc peccatorum diſtinctio ex multis Pauli locis colligitur. Nam peccata mortalia in multis locis declarat, quum de multis peccatis dicit, illa excludere homines è regno Dei, à quo vt à principio diximus, nullus, niſi propter peccatum mortale eiicitur. Quæ omnia Pauli teſtimonia euidenter etiam conuincunt Lutherum dicentem, omne peccatum in renatis eſſe veniale, præter infidelitatem, quam dicit eſſe mortalem. Caluinus autem conuincitur alio Pauli teſtimonio ex priore epiſtola ad Corinthios, vbi ſatis clarè docet eſſe aliqua peccata venialia, ſic dicens: Fundamentum enim aliud nemo poteſt ponere, præter id quod poſitum eſt, quod eſt Chriſtus. Si quis autem ſuperædificat ſuper fundamentum hoc, aurum, argentum, lapides precioſos, ligna, fœnum, ſtipulam: vniuſcuiuſque opus manifeſtum erit. Dies enim Domini declarabit: quia in igne reuelabitur: & vniuſcuiuſque opus quale ſit, ignis probabit. Si cuius opus manſerit quod ſuperædificauit, mercedem accipiet. Si cuius opus arſerit, detrimentum patietur: ipſe tamen ſaluus erit, ſic tamen quaſi per ignem. In quibus verbis per aurum, & argentum, & lapides precioſos, bona ſignificauit opera ex gratia & charitate facta: quia ſoli illi qui huiuſmodi opera faciunt, mercedem æternam à Deo accipiunt. Per lignum autem, & fœnum, & ſtipulam, quæ in igne poſita ardent & conſumuntur, ſignificantur peccata venialia, & non mortalia: quia qui illa ſuperædificauerit ſuper fundamentum quod eſt Chriſtus, Paulus dicit fore ſaluum, ſic tamen quaſi per ignem. Et hunc eſſe verum Pauli ſenſum, iam ſuperius in titulo de fide, hæreſi ſecunda conuicimus contra hæreticos: qui illa Pauli verba nituntur in alium ſenſum detorquere: & inferius in titulo de purgatorio, hæreſi prima hoc idem teſtimoniis ſanctorum patrum comprobabimus. *Gregori⁹. Bernard. Rom. 1. 1. Cor. 6. Galat. 5. Ephe. 5. 1. Cor. 3.*
C Eſt adhuc aliud Pauli teſtimonium pro peccato veniali in epiſtola ad Hebræos, vbi de officio ſacerdotis agens, hæc ait: Omnis nanque pontifex ex hominibus aſſumptus, pro hominibus conſtituitur in iis quæ ſunt ad Deum: vt offerat dona & ſacrificia pro peccatis, qui condolere poſsit iis qui ignorant & errant, quoniam & ipſe circundatus eſt infirmitate. Et propterea debet, quemadmodum pro populo, ita etiam & pro ſeipſo offerre pro peccatis. Ex iſtis Pauli verbis Hieronymus libro 2. contra Pelagianos colligit eſſe aliqua peccata, quæ ſimul ſtant cum iuſtitia: quoniam non eſt tanta illorum malitia, neque adeò iuſtitiæ repugnant, vt illis aduenientibus ſtatim iuſtitia pereat. Sic enim ait: Nunquam pro aliis iuberetur offerre, niſi iuſtus ipſe eſſet: neque rurſus pro ſe offerret, niſi peccato careret. Hæc Hieronymus. Ex cuius verbis apertiſsimè conſtat illum ſentire, ſacerdotem iuſtum in peccato veniali exiſtentem, & pro ſuo peccato orantem, & hoſtiam offerentem impetrare à Deo ſui peccati veniam. Nam ſi in peccato mortali oraret, non ſolùm non impetraret ſui peccati indulgentiam, ſed magis augeret peccatum, & Deum magis ad iram concitaret. Concordat Paulo Iacôbus Apoſtolus, qui ſemel & iterum docet aliqua eſſe peccata, quæ non ſunt mortalia. Vnuſquiſque verò tentatur, inquit ille, à concupiſcentia ſua abſtractus & illectus. Deinde concupiſcentia cùm conceperit, parit peccatum: peccatum verò cùm conſummatum fuerit, generat mortem. In quibus verbis duo peccatorum genera manifeſtat: vnum quod non eſt conſummatum, & de hoc non dicit quod generat mortem. Alterum eſt conſummatum, & hoc dicit generare mortem. Primum peccatum eſt affectio praua à concupiſcentia carnis genita, in qua voluntas aliquam paruam moram traxit ſine vera deliberatione rationis, & hoc eſt pec
D catum veniale. Dicitur autem nõ conſummatum peccatum, quia factum eſt ſine illa aduertentia & deliberatione, quæ neceſſaria eſt ad conſommationem peccati. Quum autem intellectus rectè aduertit, & voluntas noluit reprimere illos motus à concupiſcentia procedentes, nec voluit allidere paruulos illos ad petram, ſed ex deliberatione conſentit, tunc eſt iam conſummatum peccatum, & tunc generat mortem, dicitúrque ob eam cauſam peccatum mortale. Et hunc eſſe verum & germanum illorum verborum Iacôbi ſenſum: conſtare facilè poteſt ex illis quæ dicit Beda in commentariis quæ fecit ſupra epiſtolã Iacôbi, vbi prædicta verba interpretãs, hæc ait. Tribus modis tẽtatio agitur, ſuggeſtione, delectatione, conſenſu. Suggeſtione hoſtis, delectatione autem, vel etiam conſenſu noſtræ fragilitatis: quod ſi hoſte ſuggerente, delectati aut conſentire peccato nolumus, tentatio ipſa nobis ad victoriã prouenit, qua coronam vitæ mereamur accipere. Si verò & hoſtis ſuggeſtione, paulatim à recta intentione abſtrahimur, & vitio incipimus illici, delectando quidẽ offendimus, ſed nec dum lapſum mortis incurrimus. At ſi delectationem concepti corde facinoris, etiam partus prauæ ſequitur actionis, nobis iã mortis reis victor hoſtis abſcedit. Hæc Beda. In quibus verbis apertè docet ex verbis Iacôbi eſſe quaſdam Dei offenſas, per quas non incurrimus lapſum mortis, eſſe rurſum alias, quæ nos efficiunt mortis reos. Sed oportet hic admonere minus cautum & non admodũ doctum lectorem, vt per illa verba Bedæ, partus prauæ actionis, non intelligat ſolum opus exterius perpetratum, ſed illam etiam volitionem, qua vult ipſum ſcelus operari: quia illa volitio eſt quæ verius quam opus externum dicitur actio, & quæ verè etiam ſine opere exteriori eſt peccatum mortale. Et hoc teſtimonio Iacôbi ſimul cum commentario Bedæ, nõ ſolùm conuincitur Caluinus, ſed etiam Lutherus, dicens omne peccatũ hominis baptizati eſſe veniale, præter infidelitatẽ. Nam Iacôbus de omni peccato, quod à cõcupiſcentia oritur, dixit. Peccatum cum conſummatum fuerit, generat mortem. Ex quo teſtimonio euidentiſsimè colligitur, *Iacob. 1. Beda.*

non ſolam infidelitatem eſſe peccatum mortale. Eſt adhuc aliud eiuſdem Iacôbi teſtimonium, quo apertè probatur non omne peccatum eſſe mortale, ſed aliquod eſſe veniale. In multis, inquit ille, offen- A
Iacob. 3. dimus omnes. Quæ verba nullo modo poſſunt intelligi de offenſa peccati mortalis, quia falſum eſſet quod omnes, etiam ſi de ſolis adultis loquamur, offendunt Deum in multis peccatis mortalibus. Nam aliqui fuerunt ſancti, quos nunquam peccaſſe mortaliter tota hactenus ſemper docuit Eccleſia, vt fuit ſanctiſsima virgo Dei genitrix, & Ioânes Baptiſta & Hieremias, qui duo in vtero matris ſanctificati fue-
Beda. runt. Quod autem de huiuſmodi peccatis venialibus locutus fuerit Iacôbus, teſtatur Beda in commentariis ſuper eandem epiſtolam, vbi præfata verba declarans, hæc ait: Præmiſit in multis, ſubiunxit omnes, vt tanto cautius ſe imperfecti quique in agendo vel loquendo circunſpicerent, quãto certius cognoſcerent, quia nec perfecti quidem boni, & qui ſpiritus ſancti gratia duce incedunt, huius vitæ viam abſque offenſione peccati alicuius tranſire vllatenus poſsint, iuxta quod alibi ſcriptum eſt. Cœli non ſunt
Iob. 15. mundi in conſpectu eius. Et ſicut Salomon ait: Quia non eſt homo iuſtus in terra qui faciat bonum,
Eccl. 7. & non peccet. Hæc Beda. Ecce vides, Caluine, viros perfectè bonos eſſe in peccato, & non mortali: quia tale peccatum non admittit perfectionem bonitatis, ergo aliquod eſt peccatum quod nõ eſt mortale. Præter hæc omnia tam manifeſta ſacræ ſcripturæ teſtimonia, vnũ mihi occurrit augmentum, quod ſatis mihi eſſe videtur ad conuincendum ſimul Lutherum, & Caluinum. Nam cùm hi duo in hac parte ſint in duobus oppoſitis extremis conſtituti, & ambo velut ex diametro pugnent, ambo tamen ſunt in Deum blaſphemi, & illum manifeſta iniuria afficiunt. Nam Caluinus dicẽs omne peccatum eſſe mortale, & morte perpetua diguum, Deum pronunciat nimis auſterũ, & ſeuerum, ne dicam crudelem. Se- B
Matt. 11. ueritas quidem, & auſteritas non modica eſſet, ſi ob quamlibet leuiſſimam offenſam Deus hominem morti perpetuæ adiudicaret. Non poſſet certè tunc iugum Chriſti dici ſuaue, & onus eius leue: ſed potius eſſet onus tam graue, quod nec nos, nec patres noſtri, imò nec vllus hominum portare poſſet. Vix enim vllus homo poſſet eſſe iuſtus, ſi Deus minimam quanque offenſam æſtimaret peccatum mortale: quia ferè nullus eſt, qui ſæpe quotidie non peccet. Eſſet etiam Deus leuis, & inconſtans amicus, ſi ob quamlibet leuiſſimam offenſam reſcinderet ſemel contractam amicitiam. Nam ipſa natura nos docet, multa eſſe amicis condonanda. Hæc igitur omnia conſiderans non poſſum non compati Caluino &
Iacob. 2. miſereri illius: quoniam timeo ne, iuxta id quod Iacôbus ait: Iudicium ſine miſericordia Deus faciat illi, propterea quod cenſet illum tam parum eſſe miſericordẽ. Timeo ne iuxta illam quam putat Deum ad omnes dediſſe legem, illum examinare & iudicare velit, puniens omne peccatũ illius perinde ac ſi verè peccatũ mortale fuiſſe. Quod ſi Deus ita facere decreuerit, dubito an aliquis acerbioré, & intolerabilioré gehennã in inferno patietur. Nec minorẽ quàm Caluinus facit Deo iniuriã Lutherus, quũ dicit omne peccatum poſt baptiſmũ ſuſceptum eſſe veniale, præter infidelitatem, quã ſolã dicit eſſe peccatum mortale: nam hæc dicens, cenſet Deũ nimis remiſſum, & parum iuſtum, propterea quod peſsimis & ſceleratiſsimis hominibus, & qui in multis & grauiſsimis rebus nocent proximis ſuis, facilè indulgeat. Hæc autem tanta facilitas veniæ, vt reipſa conſtat, manifeſtum præberet hominibus incentiuum delinquendi. Hoc verò ſi Lutherus Deo tribuere nõ erubeſcat, manifeſtam contra Deum dicit blaſphemiam: quia conſtat Deum tam anxium & ſollicitũ fuiſſe auertendi homines à peccatis, vt non fuerit contentus no-
Prou. 20. bis prohibere peccata, ſed etiam omnes omnium peccatorũ occaſiones. Nõ ſatis eſt credere Deum mi-
Pſal. 98. ſericordem, niſi etiam credamus iuſtum: quia, vt ait Sapiens, miſericordia & veritas cuſtodiunt regem. C
Et propheta Regius ait: Honor Regis iudicium diligit. Accedit adhęc omnia concors ſacrorum omniũ doctorum ſententia: quia omnes Catholici citra omnem controuerſiã ſemper hactenus docuerunt eſſe aliqua peccata mortalia, & aliqua venialia. Quanquam illi antiquiores doctores aliis nominibus ſunt vſi, dicentes aliqua eſſe peccata grauia, alia leuia. Quæ illi priores dixerunt grauia, poſteriores appellãt mortalia: & quæ illi dixerunt leuia, iſti appellant venialia. Scholaſticos Theologos nolo impræſentiarũ citare: quoniam Lutherus & Caluinus eos omnes hac ſola ratione, immeritò tamen, reiiciunt, quod ſcholaſtici ſunt. Richardus de ſancto Victore extra ſcholam eſt & opuſculum ædidit hoc titulo & no-
Anſel. mine inſcriptum, de differentia peccati mortalis & venialis. Anſelmus ſuper illud Apoſtoli ex priore
1.Cor. 3. epiſtola ad Corinthios. Si cuius opus arſerit, detrimẽtũ patietur, &c. apertè docet eſſe aliqua leuia peccata quæ à iuſtis in futuro ſeculo, purgatorio igne conſumuntur. Haymo eadem verba Pauli declarãs in commentariis ſuper epiſtolas Pauli eandem prorſus ſententiam docet, ſed multò melius quàm Anſelmus: & ideo iſtius verba hic citare deceui. Anſelmi verbis dimiſsis. Per aurum, inquit Haymo, & ar-
Haymo. gentum, & lapides precioſos, poſſumus intelligere bona opera virtutéſque præclaras: per fœnum verò, lignum, ſtipulam, leuia peccata, ſicut eſt ocioſus ſermo, riſus inhoneſtus, & cætera talia. Per plumbum verò, ferrum atque ſtannum, quæ ſancti doctores addunt, grauia & immaniſsima peccata quæ à regno cœlorum ſeparant. Igitur ſicut aurum & argentũ, & lapides precioſi igne probantur, & tamen non conſumuntur: ita in die iudicii qui habuerint bona opera & bonam prædicationem, licet per ignem tranſeant, tamen nullam pœnam neque læſuram ſuſtinebunt: qui verò habuerint leuia peccata, tranſeundo D
per ignem expiabuntur: quia conſumentur ibi ſicut fœnum vel ſtipula, ſiue vt ligna comburentur ab igne, tamen ipſi non remanebunt in igne, ſed mundati & probati aſcendent ad Dominum. At, qui habuerunt grauia peccata, quæ à regno cœlorum ſeparant, ſicut ferrum & plumbum ſiue ſtannum, liquefiunt quidem, ſed non deficiunt per ignem: ita illi pondere peccatorum grauati, remanebunt in igne, & ſuſtinebunt pœnas nõ deficientes. Hactenus Haymo. Deſinat ergo mirari Caluinus, & arguere patres Concilii Tridentini, propterea quod in ſuis definitionibus dixerunt eſſe aliqua leuia peccata, ac ſi patres illi fuiſſent primi qui peccata aliqua dixerunt eſſe leuia. Certè Anſelmus ante quingentos annos fuit, & Haymo ante ſeptingentos: & ambo docent eſſe aliqua peccata leuia, ſic appellata, quia non

ſunt digna vt morte æterna puniantur. Ex Beda, Gregorio, Hieronymo, Chryſoſtomo non eſt opus noua citare teſtimonia, quia ſufficiunt ea quæ ex illis iam in hac diſputatione citaui. Auguſtinus ſæpiſsimè nominat peccata venialia, & illa dicit eſſe leuia, & à peccato mortali longè diſtantiſsima. In libro de bono coniugali, capite 6. hæc ait: Coniugalis enim coucubitus generandi gratia non habet culpam: concupiſcentiæ verò ſatiandæ, ſed tamen cum coniuge, propter fidem thori, venialem habet culpam: adulterium verò ſiue fornicatio lethalem habet culpam. Et in eodem libro, capite nono iterum ait: Sanè videndum eſt nobis, alia bona nobis Deum dare, quæ propter ſeipſum expectanda ſunt, ſicut eſt ſapientia, ſalus, amicitia: quæ propter aliquid ſunt neceſſaria, ſicut doctrina, cibus, potus, ſomnum, coniugium, concubitus. Horum enim quædam neceſſaria ſunt propter ſapientiam, ſicut doctrina: quædam propter ſalutem, ſicut cibus, potus, ſomnus: quædam propter amicitiam, ſicut nuptiæ vel concubitus: hinc enim ſubſiſtit propagatio humani generis, in quo ſocietas amicabilis magnum bonum eſt. His itaque bonis quæ propter aliud neceſſaria ſunt qui non ad hoc propter quod inſtituta ſunt vtitur, peccat aliàs venialiter, aliàs damnaliter. Hæc Auguſtinus. In quibus verbis apertiſsimè diſtinguit peccatum veniale à mortali. Et peccata leuia nominat in libro de ſpiritu & litera, capite trigeſimo ſexto, ſic dicens: Peccatum erit hominis ex fide viuentis, aliquãdo alicui delectationi illicitæ conſenrire, non tantum in illis horrendis facinoribus, & flagitiis perpetrandis: verùm etiam in iſtis leuioribus, vt vel aurem alicui voci quæ audienda non eſſet, vel linguã alicui quæ dicenda non eſſet, accommodet. Et libro primo de ſymbolo, capite ſexto cathecumenos alloquens, ait: Non vobis dico, quia ſine peccato hic viuetis: ſed ſunt venialia, ſine quibus vita non eſt. Propter omnia peccata baptiſmus inuentus eſt. Propter leuia ſine quibus eſſe non poſſumus, oratio inuenta. Hæc Auguſtinus. Accuſa ergo Caluine Auguſtinum propterea quòd aliqua peccata dixit eſſe leuia: irride illum & ſubſanna, ſicut propter eandem cauſam ſubſannaſti patres Concilij Tridentini. At illi nolunt retaliare ſubſannationem tuam, ſed potius Chriſtum magiſtrum noſtrum æmulantes, cùm his qui oderunt pacem volunt eſſe pacifici, quia ſequuntur bonitatem. Timent tamen ne tibi euenìat id quod Salomonde Deo loquens, ait: Ipſe deludet illuſores. Sed iam opus eſt, vt reſpondeamus argumento quo nos premere putat Caluinus. Si pro nihilo, inquit ille, ducant leuiores quos vocant lapſus, inſonat horribilis illa ſupremi iudicis ſententia. Qui vnum ex iſtis minimis mandatis contempſerit, minimus vocabitur in regno cœlorum. Hæc ille. In hoc argumento Caluinus reſecat ipſam Euangelii literam, vt illa poſsit aliquo modo vti ad ſui erroris comprobationẽ, prout aliàs ſæpe faciunt hæretici tollentes à ſacris literis ea quæ cum ſuis aſſertionibus pugnant. Nam Caluinus in illa Chriſti verba, quæ nunc pro ſe citauit, non protulit integra, ſed abſtulit ab illis ea, ex quibus tota illius ſententiæ vis pendebat. Abſtulit enim hæc verba: Et docuerit hæc homines. Sic enim Criſtus ait. Qui ergo ſoluerit vnum de minimis mandatis iſtis, & docuerit ſic homines, minimus vocabitur in regno cœlorum. Ex quibus verbis conſtat non propter hanc ſolam cauſam vocare aliquem à Chriſto minimum in regno cœlorum, quia ſoluit vnum de mandatis minimis: ſed quia ſoluendo illa, docet alios ſic eſſe faciendum.

Auguſt.

Prouer.

Matth. 5.

Quanuis ergo ſoluendo minima qnis peccet venialiter, docendo tamen alios vt ſic faciant, peccat mortaliter, quia pernicioſè mentitur, & ſcandalum iniquitatis ponit coram proximo ſuo, dicendo ſic eſſe ab omnibus faciendum, quemadmodum ipe facit. Deinde, etſi non doceat alios facere quod facit, ſed doceat quoduis aliud: quia tamen maior in doctore quá in diſcipulo requiritur iuſtitiæ perfectio, ideo quod in aliis eſſet paruum & leue peccatum, in illo æſtimatur magnum & graue. Et huic noſtræ interpretationi fauet Hieronymus, qui in commentariis ſuper Matthæum prædicta Chriſti verba interpretans, ait: Hoc capitulum cum ſuperiori hæret teſtimonio, in quo dixerat: Iota vnum aut apex vnus non prætetibit à lege, donec omnia fiant. Suggillat ergo Phariſæos, qui contemptis mandatis Dei, ſtatuebant proprias traditiones: quod non proſit eis doctrina in populis, ſi vel paruum quod in lege præceptum eſt, deſtruat. Poſſumus autem & aliter intelligere, quod magiſtri eruditio, etiam ſi paruo peccato obnoxius ſit, deducat eum de gradu maximo: nec proſit docere iuſtitiã, quam minima culpa deſtruit. Et beatitudo perfecta ſit, quæ ſermone docueris, opere complere. Hæc Hieronymus. Errat adhuc iterum Caluinus circa intelligentiam illorum verborum Chriſti quæ pro ſe citat, nam minima mandata non appellat illo loco Chriſtus ea, per quæ ſolùm prohibentur peccata venialia, vt eſt mandatum de vitando verbo ocioſo, aut immodico riſu, aut de aliis id genus mandatis: quia non de illis tunc diſſerebat: ſed minima mandata dixit præcepta decalogi de quibus tractabat, & quæ tunc iuxta verum illorum ſenſum interpretabãtur. Vocauit autem illa præcepta minima, nõ propter res de quibus illa tractãt, quoniam hæ re vera magnæ ſunt: ſed propter ſeipſum qui illa tunc dabat, aut ſaltem interpretabatur, humilitatis cauſa temperauit ſermonem, & modeſtè locutus dixit mandata minima: quia ſua. Et hunc eſſe verum illorum Chriſti verborum ſenſum, teſtatur Chryſoſtomus homilia 16. ſuper Matthæũ. vbi prædicta Chriſti verba interpretans, hæc ait: Qua igitur gratia vocauit minima mandata, cùm tam magna certè ſint atque ſublimia? Quia conditurus erat ipſe legem: ſicut ſemetipſum humiliat, interdum & mediocria de ſeipſo loquitur: ita nunc etiam de præceptis ſuis: nos ſcilicet per hæc quoque docens mediocritatem vbique ſeruare. Hæc Chryſoſtomus. Cõſtat igitur apertiſsimè ex his omnibus Caluinum fruſtra illa Criſti verba per ſe citaſſe: quia nihil prorſus in fauorem illius dicunt. Denique hæc Caluini ſententia ſæpe condemnatur definitione Concilii Tridentini. Nam ſeſſione ſexta quæ celebrata eſt ſub Paulo tertio, capite vndecimo docens fideles ea, quæ ſunt ad ſalutem neceſſaria, inter alia hæc ait. Licet enim in hac mortali vita, quantumuis ſancti & iuſti, in leuia ſaltem & quotidiana, quæ etiam venialia dicuntur peccata quandoque cadant, non propterea deſinunt eſſe iuſti, nam iuſtorum illa vox eſt, & humilis, & verax, dimitte nobis debita noſtra. Et poſtea capite 15. hæc ait: Aduerſus etiam ho-

Chryſoſt.

Cõcilium Tridentinum.

Matth. 6.

minum quorundam ingenia, qui per dulces ſermones & benedictiones ſeducunt corda innocentium, aſſerendum eſt, non modo infidelitate, per quam & ipſa fides amittitur, ſed etiam alio quocunque peccato mortali, quanuis non amittatur fides, acceptam iuſtificationis gratiã amitti, diuinæ legis doctrinã defendẽdo, quę à regno Dei, nõ ſolũ infideles excludit, ſed & fideles quoque fornicarios, adulteros, molles, maſculorum concubitores, fures, auaros, ebrioſos, maledicos, rapaces, cæteróſque omnes, qui lethalia committunt peccata, à quibus cũ diuinæ gratiæ adiumento abſtinere poſſunt, & pro quibus à Chriſti gratia ſeparantur. Hæc Concilium Tridentinum. Ex quibus duabus definitionibus conſtat damnatas eſſe ſimul Lutheri & Caluini aſſertiones. Deinde, durante poſtea eodem Concilio ſub Iulio tertio, ſeſsione quarta, quæ ſub illo celebrata eſt, definitum eſt, confeſsionem omnium peccatorum mortaliũ eſſe neceſſariam ex iure diuino ad gratiam per peccatum perditam recuperandam: peccatorum autẽ venialium confeſsionem non eſſe neceſſariam, ſed voluntariam. Ex qua definitione conuincitur peccatum mortale ex natura, & ex proprio genere diſtingui à peccato veniali. Huius autem definitionis ſiue decreti verba nolui impræſentiarum citare, quia inferius in titulo de pœnitentia, hæreſi prima, ſunt ad aliud propoſitum per me citanda: & nolui bis eandem cantilenam canere. Si quis dicat, Caluinum non recipere decreta Concilii Tridentini: quia ſcripſit contra illud, fateor quidem ita eſſe, nec tamen Concilium illud ſuam authoritatem admittet, quia Caluinus ita redarguit: ſicut nec Concilium Nicænum amiſit ſuam, propterea quod illius decreta contempſerunt Arrius, & alii fautores illius. D

DVodecima hæreſis etſi fatetur diſcrimen aliquod eſſe inter peccatum mortale & veniale, non tamen illud, quod hactenus à Catholicis omnibus receptum eſt, ſed quod à nullo homine poteſt agnoſci, & totius Eccleſiæ definitione damnatum eſt. Nam Ioannes Vvicleph primus huius hæreſis inuentor & autor, dicit: Omne peccatum hominis prædeſtinati eſſe veniale: quia nullum tale punitur æterna morte: & omne peccatum hominis reprobi eſſe mortale, quia omne tale, vt ait, morte æterna plectendũ eſt. Hęc aſſertio apertè cõuincitur eſſe hæretica teſtimonio peccati primi parentis Adæ. Nã peccatum illius fuiſſe mortale manifeſtè probatur per verba illa quæ poſt prohibitum eſum ligni ſcientiæ boni & mali, dixit illi Deus; In quocũque die comederis ex eo, morte morieris. Quę verba potius de morte ſpirituali animæ quàm corporali ſunt intelligenda, vt optimè conuincit diuus Eucherius Lugdunenſis epiſcopus libro primo ſuper Geneſim, hæc dicens: Mortem dicit animæ, non corporis: quia non eo tempore mortui ſunt quando comederunt. Ergo hanc quam Deus homini minatus eſt mortem non eã tantùm debemus accipere, qua caro ſeparatur ab anima, ſed hanc qua hæc alienatur à Deo, qui eſt vita ſua. Sicut enim corpus viuit ex anima, ita anima, vt beatè viuat, viuit ex Deo. Ergo deſerta à Deo anima, iure dicitur mortua. Ex qua tres poſtea ſecutæ ſunt mortes, prima in anima, ſecunda in carne, tertia in damnatione. Sed vt iſtæ ſequetentur, prima præceſsit deſertio Dei. Hæc Eucherius. Et eodem modo poſt Euchetium interpretatur illa Dei verba beatus Gregorius in quadam epiſtola ad Narſi comitem, quæ eſt quartadecima libri quinti regiſtri. Si anima Adæ ſtatim poſt peccatum fuit mortua, ergo peccatum illud, quod huius mortis fuit cauſa, fuit verè mortale: quia illud eſt verè mortiferum, quod mortem alicui infert. Adam autem fuiſſe prædeſtinatum ad vitam æternam, conſtat ex eo quod illam adeptus eſt vitam, de qua Salomon teſtimonium reddit, quum vires & potentiam ſapientiæ diuinæ enarrans, ait: Hæc illum qui primus formatus eſt à Deo pater orbis terrarum, cùm ſolus eſſet creatus, cuſtodiuit & eduxit illum à delicto ſuo. Nec opus eſt plura pro ſaluatione Adæ afferre argumenta: quia ſuperius in titulo de Adam & Eua, hæreſi prima probauimus contra Tatianum, Adam fuiſſe ſaluum. Si Adam eſt ſaluus, & peccatum illius, vt probauimus, fuit mortale: ergo non omne peccatum hominis prædeſtinati eſt veniale. Præterea Dauid fuit prædeſtinatus ad vitam æternam, quod negari non poteſt, niſi fortè ab eo qui ſacram non erubeſcit negare ſcripturam. Nam præter alia prædeſtinationis ſuæ teſtimonia, vel illud eſt manifeſtum quod paulus in epiſtola ad Hebræos illum inter ſanctos enumerat. Peccatum autem adulterii quod Dauid commiſit concubans cum vxore Vriæ, conuincitur fuiſſe mortale, per id quod Nathan Propheta dixit ipſi Dauid, eum eſſe filium mortis, hoc eſt dignum pœna mortis. Quæ pœna, vt omnes Theologi concorditer docent, nunquam ex lege diuina infertur alicui, niſi propter peccatum mortale. Nam quia mors corporis, vt ex verbis Eucherii ſuprà citatis conſtat, orta eſt primò à morte ſpirituali animæ, ideo ad illius primæ mortis exemplum, quoties aliquis ex lege diuina morte corporali puniendus erat, oportebat vt mortale peccatum præcederet, quod talem meritò exigeret mortem. Et nunc in lege Euangelica, nunquam aliquis iuſtè occiditur, niſi propter peccatum mortale præcedens. Rurſus, filius ille prodigus qui viuendo luxurioſè totam ſuam ſubſtantiam conſumpſit, prædeſtinatus eſſe conuincitur ex fine vitæ ſuæ: quia perditionem ſuam agnoſcens, ad patrem à quo elongatus fuerat, rediit, & ab eo cum gaudio eſt receptus. De filio tamen illo dixit pater, quando illum recepit: Filius hic mortuus erat & reuixit. Quibus verbis manifeſtè docuit, peccatum illius filii prodigi fuiſſe mortale: quia cũ illud commiſit, tunc mortuus fuit: & reuixit, quando illum præteritæ vitæ pœnituit. Deinde ex hac Vviclephi aſſertione multa abſurda & inconuenientia ſequuntur. Primò quidem ſequitur peccata quæ Deus remiſit Magdalenæ, quoniam dilexit multum, fuiſſe omnia illa venialia: Contrarium tamen inſinuat Euangeliſta, cùm dixit anthonomaticè fuiſſe mulierem in ciuitate peccatricem. Nam propter ſola peccata venialia non diceretur per excellentiam mulier in ciuitate peccatrix. Sequitur etiam nullum prædeſtinatum poſſe ob hanc cauſam lætari, imò nec Deo gratias agere: quod aliquod ei vnquam peccatum mortale remiſerit. Sequitur tertiò ſacramentum pœnitentiæ non eſſe inſtitutum pro prædeſtinatis, quia peccata venialia non ſunt neceſſariò in auriculari confeſsione dicenda, ſed ſola mortalia, quæ nunquã, vt Vviclephus ait, poſſunt cõmittere prædeſtinati: ergo nunquã erit prædeſtinatis ſacramentũ

Ioannes Vvicleph. A

Gene. 2.

Eucheri⁹.

Gregori⁹.

Sapiẽ. 10. B

2. Reg. 12.

Luc. 15. C

pœnitentiæ

pœnitentiæ neceſſariũ. Sed neque reprobis vnquã proderit ſacramentum pœnitentiæ: quia nunquã per illud ſacramentũ remittetur aliquod peccatũ mortale. Nã ſi remittatur, iam tunc, iuxta Vviclephi ſententiã, nõ erit mortale: quia ſolum illud dicit Vviclephus eſſe peccatũ mortale, quod ducit in mortẽ ęternã. In vanum ergo inſtitutũ eſt pœnitentiæ ſacramentũ, ſi nec reprobis neque prędeſtinatis prodeſt. Et inde vlterius ſequitur falſam eſſe formam abſolutionis, quotiens aliquẽ reprobum abſoluens ſacerdos, dicit: Ego te abſoluo ab omnibus peccatis tuis. Neque ſolum ſacramentũ pœnitentiæ erit inutile, ſed ipſa etiam pœnitentia, quæ virtus dicitur, erit inutilis: quoniã nullum per illã reprobis remittetur peccatũ mortale. Cõtrarium tamen Deus per Ezechielẽ prophetã promiſit, dicens: Si autem impius egerit pœnitentiam ab omnibus peccatis ſuis quæ operatus eſt, & cuſtodierit omnia præcepta mea, & fecerit iudicium & iuſtitiam, vita viuet & non morietur. Quæ verba cum ſint abſolutè & ſine vlla limitatione dicta, neceſſariò ſunt intelligenda de omnibus, tam reprobis quàm prædeſtinatis. Accedit ad hæc omnia, quod nullus quantumlibet doctus poterit ſcire de peccato aliquo an ſit mortale an veniale: quia nullus niſi ex Dei ſpeciali reuelatione poterit ſcire de ſe, neq; de alio an ſit prædeſtinatus, an reprobus. Denique hæc ſententia damnata eſt in Concilio Tridentino, quod in ſeſſione ſexta ſub Paulo tertio celebrata, inter multos alios canones hunc decimum ſeptimum pronunciauit. Si quis iuſtificationis gratiã non niſi prędeſtinatis ad vitam contingere dixerit, reliquos verò omnes qui vocantur, vocari quidem, ſed gratiam non accipere, vtpote diuina poteſtate prędeſtinatos ad malum, anathema ſit. Hęc Concilium Tridentinum. Quibus verbis apertè declarauit reprobos aliquãdo eſſe in gratia perinde ac prædeſtinatos. Ex quibus vltra deducitur, peccatum mortale reprobi aliquando dimitti, & non omne peccatum illius eſſe mortale: quia quando iuſtus eſt, poteſt in aliquod peccatum labi, per quod non amittat iuſtitiam, prout in proximè præcedente hæreſi probatũ eſt. Contra hanc hæreſim pugnant etiam illa omnia, quæ inferius dicemus in titulo de prædeſtinatione. Contra hunc Vviclephi errorẽ ſcripſit Thomas Vvaldẽ. in libro de Sacramentis, capite. 155.

Ezech. 18.

Cõcilium Tridentinum.

ALius eſt etiam error, qui huic propoſito conuenit, & pręſentem materiam quodammodo reſpicit. Sed de illo in titulo de poteſtate diſputabimus, quoniam ibi commodius & aptius locatus eſt.

PEREGRINVS.

A DE hac re vnã ſolùm reperi hæreſim, & quidẽ nimis crudelem, & ab omni humana ratione prorſus alienam: quæ docet non eſſe impendendam humanitatis curam peregrinis. Huius erroris peſtiferi author (vt Bernardus de Lutzẽburgo in ſuo catalogo hęreticorum ait) fuit Diotrephes quidam Apoſtolis coæuus, de quo B. Ioannes Apoſtolus & Euangeliſta in ſua 3. Catho. epiſt. ita ait: Scripſiſſem fortitan Eccleſiæ, ſed is qui amat primatum gerere in eis, Diotrephes nõ recipit nos. Propter hoc ſi venero, commonebo eius opera quæ facit, verbis malignis garriẽs in nos. Et quaſi ei iſta nõ ſufficiãt, neq; ipſe ſuſcipit fratres, & eos qui ſuſcipiunt, prohibet, & de Eccleſia eiicit. Hucuſq; ex B. Ioanne. Quę verba exponẽs venerabilis Beda in cõmentariis ſuper epiſt. Canonicas, ita ait: Diotrephes (vt videtur) erat hęreſiarcha tẽporis illius, ſuperbus & inſolens, malẽs noua docendo primatũ vſurpare ſciẽtiæ, quàm antiquis ſãcte Eccleſię quæ Ioannes prædicabat, humiliter auſcultare mãdatis. Vnde bene Diotrephes inſulſus, ſiue decor inſanus dicitur, vt perfidiã cordis etiã nomine ſignificet. Hæc Beda. Sed neque ex verbis beati Ioannis Euãgeliſtæ, neque Bedæ illius interpretis, conſtat Diotrephem tale aliquid ſenſiſſe quale illi tribuit Bernardus de Lutzemburgo in ſuo catalogo. Conſtat quidem illum fuiſſe hęreticum, non tamen illius hæreſis indicatur. Nam propter hoc quòd beatus Ioannes de illo dixit: Neque ipſe ſuſcipit fratres, & eos qui ſuſcipiunt prohibet, ſuſpicari non licet illum ſenſiſſe peregrinos omnes non eſſe ſuſcipiendos, ſed ſolos fideles Catholicos, quoniam hos appellat ibi fratres beatus Ioannes. Et quidem hoc ſemper fuit ſolenne hæreticis, vt veris fidelibus eſſent infeſti. Hoc enim apud Lutheranos modo contingit, qui veros fideles apud ſe recipere nolunt, & ſi quos fortè permittunt, malè tractant, non tamen docent peregrinis aliis non eſſe impendendam humanitatem. Idem potuit contingere in Diotrephe, ita vt cùm ab Eccleſia ob aliam cauſam fuiſſet diuiſus, fratres, hoc eſt veros fideles recipere noluerit, & alios ne id facerent, prohibuerit. Eſto tamen ita ille ſenſerit, vt Bernatdus de Lutzemburgo illi tribuit: aduerſus hanc hæreſim non eſt operoſum diſputare, eò quòd apertiſſima ſint ſacræ ſcripturæ teſtimonia quæ illam oppugnant. Nam ipſemet Deus curam peregrinorum egiſſe videtur, cùm moleſtiam vllam illis inferri prohibuit, ſic inquiens: Peregrino moleſtus non eris. Nec ſolum moleſtiam vetuit, ſed miſericordiæ opera præcepit alibi, dicens: Poſtquã meſſueritis ſegetẽ terræ veſtræ, nõ ſecabitis eã vſque ad ſolũ, nec remanentes ſpicas colligetis: ſed pauperibus & peregrinis dimittetis eas. Et iterũ in alio loco: Peregrino qui intra portas tuas eſt, da vt comedat. Præterea, ſi peccatũ non eſſet peregrinis humanitatem negare, non illud Iob à ſe excuteret, dicens: Foris non mãſit peregrinus: oſtium meum viatori patuit. Deinde, quàm graue hoc ſit peccatum, ipſe Saluator oſtendit cùm apud Matthæum dicit ſe hoc peccatũ in die iudicii aliquibus exprobraturum. Hoſpes fui (inquit ille) & non recepiſtis me. Ac pòſt ſubdit, dicens illis, qui huiuſmodi peccatum commiſerunt: Ite maledicti in ignem ęternum, qui paratus eſt diabolo, & angelis eius. Cõſtat ergo non minimum eſſe peccatum pro quo autor æterna punitione damnatur: cõtrà autem iis qui peregrinos & aduenas induxerunt in domũ ſuã, dicet: Hoſpes fui, & recepiſtis me. Et poſtea: Venite benedicti patris mei, percipite regnum quod vobis paratũ eſt ab origine mundi. Non parua eſt virtus quæ regnum meretur accipere cœlorũ. Rurſum (vt Origenes annotauit homilia 5. ſuper Geneſim) Loth ab incendio Sodomorum & Gomorrhæorum propter ſolam hoſpitalitatem liberatus eſt.

B

Exod. 23. *Leuit.* 23. *Deut.* 14. *Iob.* 21. *Matt.* 25. *Ibidem.* *Ibidem.* *Gen.* 19.

Nullum enim præclarum illius geſtum ſacra narrat hiſtoria, præter humanitatem quam peregrinis impendit, propter quam ab incendio liberari meruit. Demum vt vndique hæc hæreſis profligetur, oſtendam illam non ſolùm Chriſtianis, ſed etiam Ethnicis fuiſſe exoſam, & ab illis damnatam. Nam Ariſtoteles lib. 9. de hiſtoria animalium, capite triceſimo ſecundo, de aquila loquens, ait: Seneſcentibus aquilis roſtrum ſuperius accreſcit, incuruatúrque ſubinde magis magiſque, vt Demum fame intereant. Cui rei data eſt fabula, vt hoc ita accidat aquilæ, quoniam cùm olim homo eſſet, hoſpiti iniuriam intulerit. Hæc ille. Vide quantum fuerit etiam Ethnicis abominabilis hoſpitis iniuria, vt propter hanc ſolam hominem in aquilam transformatum fabulentur. Et de re tam manifeſta pluſquàm fortè erat neceſſarium, dixi. C

POENITENTIA.

Lutherus. DE hac re vnus eſt error Lutheri, quo docet non eſſe tres partes pœnitẽtiæ, ſed optimam pœnitentiam dicit eſſe nouam vitam. Quem errorem ex ſuo cerebro fabricauit, nec ex alterius vetuſtioris hæretici officina depromſit, quòd rarò Luthero contigiſſe agnoſcimus. Nam cùm plures quàm centum hucuſque prodiderit errores, vix tres aut quatuor reperiuntur quos non hauſerit ex putridis lacubus hæreticorum iam diu ab Eccleſia eiectorum: verùm hoc loco neminem (quod ſciam) habuit huius erroris magiſtrum. Et quamuis ille in quodã libro quem fecit pro aſſertione articulorum à Leone papa huius nominis. x. damnatorum, videatur hanc aſſertionem velut non ſuam reiicere, dicens eum non negare omnes tres partes pœnitentiæ, ſed ſolam ſatisfactionem, quoniã contritionem & cõfeſsionẽ dicit inueniri & exprobari: ſatisfactionẽ autẽ negat haberi ex ſacris libris: quapropter dicit ſatisfactionem nullam debere fieri pro delictis perpetratis: ſed quod dimiſſa culpa, ſimul etiam remiſſa ſit omnis pœna peccato debita. Quãuis tamen Lutherus dicat ſe admittere contritionem & cõfeſsionem, factis tamen negat. Nã contritionem quæ fit per examinationem peccatorum, & eorundem deteſtationem irridet, dicens illã eſſe meram hypocriſim. Confeſſionem auricularem eſſe neceſſariam, negat. Satisfactionem in vniuerſum tollit. Ex quibus ſatis conſtat Luthertũ non admittere tres pœnitentiæ partes, prout à Catholicis viris admittuntur. De cõtritione & cõfeſsione in ſuis titulis aduerſus Lutherũ diſputauimus. Quapropter D ſolùm ſupereſt vt ex ſacris literis oſtendamus ſatisfactionẽ eſſe neceſſariã. Vt autem id apertius conuincamus, prius oportet oſtendere poſt dimiſſam per contritionem culpã, manere aliquã pœnã ſoluendã iuxta menſurã & pœnæ & temporis à Deo decretam. Hoc autem ſatis colligitur ex eo quod Moyſi pro populo Iſraël Deum oranti, Deus reſpondit. Nam cùm Moyſes oraſſet Dominum, dicens: Dimitte obſecro peccatũ populi huius: reſpõdit Dominus, Dimiſi: attamen omnes homines qui tẽtauerunt me, nõ videbunt terrã pro qua iuraui patribus eorũ. Ecce poſt dimiſſam culpã, reſeruatã adhuc pœnã. Præterea nõ eſt dubitandum Moyſen & Aaron ſtatim doluiſſe & reſipuiſſe de peccato incredulitatis & diffidentiæ, quod apud aquas contradictionis commiſerant: pœna tamen ob hoc illis à Domino definita nõ fuit illis relaxata, quoniam nunquã intrauerunt terrã promiſsionis, prout illis Dominus minatus fuerat. Rurſum, Dauid rex cognoſcens enormitatẽ & grauitatem culpæ quam in adulterio & homicidio cõmiſerat, ſtatim dimiſſa eſt illi culpa ſua, quoniam ſic illi denunciatũ eſt per prophetam Nathan: Tranſtulit quoque Dominus peccatum tuum. Et tamen poſt dictã remiſsionem culpæ, idẽ Propheta prædixit illi multas calamitates & pœnas eũ paſſurũ propter peccatũ cõmiſſum, quas omnes poſtea paſſus eſt, vt ſecundus liber Regum teſtatur. Ecce hic Dauid peccatũ eſt dimiſſum, pro quo tamen multæ fuerunt pœnæ poſtea tolerandæ. Deinde idẽ rex Dauid videns angelum Domini interficientẽ populũ eius peſtilẽtiſsimo morbo propter peccatũ quod ipſe prius cõmiſerat in eiuſdẽ populi numeratione, peccatũ ſuũ fatetur, dicens: Ego ſum qui peccaui, ego iniquè egi: iſti qui oues ſunt, quid fecerunt? Vertatur obſecro manus tua contra me, & cõtra domum patris mei. Poſt quã humilem cõfeſsionem non eſt dubitandum A quin ſtatim illi fuerit dimiſſum peccatũ, ſicut aliàs factum eſſe narrauimus. Et tamen culpa iam dimiſſa præcipitur illi per Gad prophetã vt extruat altare Domino in area Areunæ Hiebuſei, & ſuper illud offerat holocauſtum ad placandam Dei iram. At hæc oblatio non eſſet illi iuncta, niſi poſt dimiſſum peccatum reſtaret aliqua pœna ſoluenda, in cuius ſatisfactionem talis oblatio fieri deberet. Et hæc mihi ſufficere videntur ad oſtendendũ poſt dimiſſam culpam reſtare aliquam pœnam temporalem ſoluendam. Quòd ſi aliqua pœna ſoluenda reſtat poſt dimiſſam culpam, in illius ergo pœnæ compenſationẽ poteſt homo aliquam pœnam vltro tolerare, & hæc pœnæ voluntaria & libera tolerantia, eſt alterius pœnæ debitæ ſatisfactio. Hoc autem ſcripturæ ſacræ expreſsit teſtimoniis oſtendemus eſſe verum. Propheta Daniel regem Babylonis hortatur vt huiuſmodi ſatisfactionem pro peccatis ſuis faciat, ſic dicẽs: Peccata tua eleemoſynis redimẽ, & iniquitates tuas miſericordiis pauperum. At peccata iuxta reatum culpæ non redimuntur eleemoſynis, quoniam poteſt quis eleemoſynas facere, & eſſe in peccato. Ergo pœna peccato debita eſt, quæ redimitur eleemoſyarum largitione. Et hanc peccati redemptionem ſacri doctores non ſolùm recentes, ſed etiam vetuſtiſsimi appellarunt ſatisfactionem pro peccato. Quod ideo dixi, quia Lutherus abominatur nomen ſatisfactionis. Vbi autem res conſtat, non expedit de nudis verbis contendere. Verùm quantũ ego ſuſpicor Lutherus magis odit ipſam ſatisfactionem, quàm nomen ſatisfactionis. Ex vnguibus enim (vt eſt in prouerbio) licet æſtimare Leonem. Præterea, eleemoſynam ſatisfacere pro peccato, teſtatur ipſe veritatis magiſter, qui poſtquam reprehenderat Phariſæos B de rapina & iniquitate, dixit illis: Quod ſupereſt, date eleemoſynam, & ecce omnia munda ſunt vobis. Et conſtat eum loqui de ſatisfactione pro pœna, & non de reatu culpæ: nam alioqui exiſtenti in peccato, ſola

Num. 14.

Num. 10.

2. *Reg.* 13.

2. *Reg.* 24.

Dan. 4.

Luc. 11.

to ſola eleemoſyna nõ faciet vt omnia ſint mũda. Rurſum, de oratione quòd pro peccato ſatisfaciat, teſtatur Sapiẽs cùm ait: Fili peccaſti, ne adiicias iterum, & de præteritis deprecare vt dimittãtur tibi. Attẽdat hîc Lutherus, & videat nõ eſſe ſatis ad veram pœnitentiam vitæ innouationem. Nam poſtquàm Sapiẽs præceperat vitæ emẽdationem dicẽs, ne adiicias iterum: tãquàm hoc nõ ſatis eſſet, addidit, & de præteritis deprecare, vt dimittãtur tibi. Deinde ad oſtẽdẽdam omnem ſatisfactionem in genere, efficaciſsimum eſt illud quod Ioãnes Baptiſta prædicãs, ait: Facite fructus dignos pœnitentiæ. Quem locum pertractãs Chryſoſtomus ſuper Matthæum, ait: Quomodo fructificare poterimus? Si vtique peccatis aduerſa faciamus. Aliena rapuiſti, incipe donare iam propria. Lõgo es tempore fornicatus, à legitimo quoque vſu ſuſpẽdere cõiugij, ac perpetuam cõtinẽtiam ſæpius paucorum dierum caſtitate meditare. Iniuriam vel opere cuiquam vel ſermone feciſti, refer benedictionis verba cõuitiis: & percutiẽtes te, nũc officiis, nũc etiam beneficiis placare cõtẽde. Hæc Chryſoſtomus. Ex quibus verbis patet quæ ſint pro peccati compẽſatione faciẽda. Beatus Gregorius homilia viceſima ad eũdem modum illum locum interpretatur. Beatus Paulus in ea quæ eſt ad Romanos epiſtola, pro hac re teſtimonium reddit, dicẽs. Sicut exhibuiſtis membra veſtra ſeruire immũditiæ & iniquitati ad iniquitatem, ita exhibete membra veſtra ſeruire iuſtitiæ in ſanctificationem. Quæ verba exponẽs Theophylactus, ait: Neque enim cùm facinus aliquod vnum admittebatis, illo cõtẽti reliquis per vos finis imponebatur, ſed ſcelus vnum aliud ſuccedebat, vt veſtra nequitia in maius excreſceret. Pari ergo mẽſura exhibẽtes membra hæc veſtra pro priſtina illa immũditia, quod reliquum vobis eſt vitæ degatis. Hæc Theophylactus. Ex quibus verbis cõſtat locum illum Pauli eſſe intelligendum de compẽſatione aut ſatisfactione pro peccatis faciẽda prout mẽſura delicti exigit, ita vt iuxta mẽſuram delicti ſit plagarum modus, nõ ſolùm in alia vita, ſed etiam in iſta. Accedit ad hæc, quòd omnes ſacri doctores cõcorditer ſentiũt eſſe aliquam ſatisfactionem pro peccatis faciẽdam, etiam poſtquàm peccata per contritionem dimiſſa ſunt. Ex quibus aliquorum dicta ſubiiciam, quò res clarius pateat. Iſichius nanque libro quarto ſuper Leuiticum, ita ait: Emũdatio lepræ eſt pœnitẽtia. Hæc autem opera neceſſaria habet, quæ virtutibus & actionis ſtudio valeãt delere peccata. Propter quod Ioãnes Baptiſta, vt Matthæus teſtatur, populo Iudæorum dicebat: Facite fructum dignum pœnitẽtiæ. Cõſiderauit enim, ſicut ſubtilis legiſlator, eos qui non omnia poſsint quæ pertinent ad diſtrictam rationem pœnitentiæ exhibere. Opus enim habet pœnitentia orationem intentam, eleemoſynam, vigilias, ſacrum ieiunium, poſtremò etiam illa quæ Dauid dicit: Factæ ſunt mihi lachrymæ meæ panes die ac nocte, & lauabo per ſingulas noctes lectum meum, lachrymis meis ſtratum meum rigabo. Sed & cinerem tãquam panem mãducabam, & potum meum cum fletu miſcebam. Hæc Iſichius. In quibus verbis id potiſsimum annotãdum eſt, quod dixit, pœnitẽtiam habere opus orationem perfectam, eleemoſynam, vigilias, ſacrum ieiunium, lachrymas, & reliquos vitæ præſentis labores. Quum autem dicit, hæc omnia eſſe neceſſaria ad pœnitẽtiam, de pœnitentia ſacramentali completa, & omnibus ſuis partibus integra loquitur: quæ ſimul complectitur cõtritionem, cõfeſsionem, & ſatisfactionem, tãquàm tres illius partes integrales. Nõ enim ſunt omnes illæ tres partes eſſentiales pœnitentiæ, ita quod ſine aliqua illarum ſacramentalis pœnitentia eſſe non poſsit: quia confeſsio integra peccatorum cum qualibet parua illorum diſplicentia, pœnitentia vera eſt, quę valet ad delendum omnem culpam: ſed non eſt integra & completa pœnitentia, quia deeſt illi vna pars, videlicet ſatisfactio, quę ex ſe nõ ordinatur ad dilectionem peccati, ſed ſolùm ad deletionem pœnę. Cùm autem dico cõfeſsionem eſſe partem pœnitentię ſacramentalis, intelligo nomine confeſsionis nõ ſolam illam prolationem peccatorum ſuorum quam coram ſacerdote peccator facit, ſed etiam ipſius ſacerdotis abſolutionem: quoniam aliàs plures eſſent quàm tres partes integrales pœnitentię ſacramentalis, & oportet addere quartam, videlicet ſacerdotis abſolutionem. Concilium autem Florentinum non nominauit niſi tres, & ideo neceſſarium eſt, vt nomine confeſsionis intelligamus etiam abſolutionem. Iſichius ergo dicens illa opera laborioſa eſſe neceſſaria ad pœnitentiam, ſatis apertè declarauit ſatisfactionem eſſe partem pœnitentię, & valere ad purgandas pœnas peccato debitas poſt culpam dimiſſam. Nam opera illa, vt cõſtat, non ſunt neceſſaria ad contritionem, neque ad confeſsionem, neque ad deletionem culpæ: illud ergo ad quod ſunt neceſſaria præter confeſsionem, & cõtritionem, & deletionem culpæ, nos vocamus ſatisfactionem, quæ nõ ad purgãdum culpam, ſed ad recompẽſationem aliquam pro pœna peccato debita valet. Beatus Fulgẽtius in epiſtola ad Venantiam de recta pœnitentia, circa finem epiſtolæ, ſic ait: Conuerſi de remiſſione peccatorum nullatenus deſperemus, tenẽtes Domini fidele promiſſum, quo ait: Cùm cõuerſus fueris, & ingemueris, ſaluus eris. Preſſuras tribulationéſque præſentis temporis longanimiter toleremus, & à timore Dei nullatenus recedamus. Præcepit enim nos Apoſtolus eſſe in tribulatione patiẽtes, qui etiam correptionem præſentis temporis ad euitandam futuri iudicij pœnam multum nobis prodeſſe teſtatur, dicens: Cùm iudicamur autem, à Domino corripimur, vt non cum hoc mũdo damnemur. Hæc Fulgentius. Quibus verbis apertè docet per pœnas huius vitæ euitari pœnas alterius: & nõ ex proprio cerebro (vt Lutherus facit) hæc docuit, ſed teſtimonio Pauli idem dicẽtis. Eucherius Lugdunẽſis epiſcopus ſuper libros Regum, ſic ait: Si peccatum Dauid tam deteſtabile Dominus trãſtulit, quid eſt quod omnia quæ de eodem peccato per Prophetam ei à Domino dicta ſunt, poſtmodum tolerauit? Sed proculdubio dominus delet illud, ſed ſine vltione nõ deſerit. Aut enim ipſe hoc homo in ſe pœnitens punit, aut hoc Deus cum homine vindicãs percutit. Nequaquam igitur peccato parcit, quod nullatenus ſine vindicta dimittit. Sic enim Dauid audire poſt cõuerſionem meruit: Dominus trãſtulit peccatum tuum. Et tamẽ multis pòſt cruciatibus afflictus ac fugiẽs, reatum culpæ quam perpetrauerat, exoluit. Sic nos ſalutis vnda à culpa primi parẽtis abſoluit: ſed tamẽ reatum eiuſdem culpæ diluẽtes, abſoluti quoque adhuc

Eccle.21. *Matt.3.* *Chryſoſt.* *Roma.6.* *Theophy.* *Iſichius.* *Matt.3.* *Pſal.41.* *Pſal.6.* *Pſal.101.* *1.Cor.11.* *Eucherius.*

carnaliter obimus, quia delicta noſtra ſiue per nos ſeu per ſeipſum reſecat etiam cùm relaxat. Abelectis enim ſuis iniquitatum maculas ſtudet temporali afflictione tergere quas in eis in perpetuum non vult vindicare. Hæc Eucherius. Nihil poterat apertius dici pro ea ſatisfactione peccatorum quam conamur

Chriſtianꝰ Druthmarus.

aſſerere. Chriſtianus Druthmarus eidem ſentẽtiæ ſubſcribit, qui in expoſitione ſuper Matthæum, ita ait: Fructum dignum pœnitẽtiæ facere eſt præterita mala fletibus punire, & bona è cõtrario agere, vt ſicut exhibuimus membra noſtra ſeruire iniuſtitię, ita exhibeamus eadem ſeruire iuſtitiæ in ſanctificationem, vel fructus dignos pœnitẽtiæ, bona agere, & malè commiſſa eleemoſynis redimere. Hæc ille. Pluta certè B pro huius veritatis defenſione poſſem citare ſacrorum virorum teſtimonia: ſed cauſa vitãdæ prolixitatis omiſi: & ſi quis ea videre cupit, inueniet ea citata à Ioãne Roſſenſi epiſcopo in articulo quinto illius magni operis quod fecit cõtra Lutherum, & in Iacõbo Latomo in eo opere quod fecit pro aſſertione determinationis Louaniẽſis aduerſum Lutherum. Vterque enim iſtorum multa pro hac re coacetuauit ſacrorum virorum teſtimonia. Mihi autem placuit ex meo labore hæc pauca proferre, quoniam à nullo iſtorum virorum aliquis eorum teſtimonium petiuit. Illorum ergo teſtimonia ideo citaui, vt rem ab illis plenè cõfirmatam, firmiorem oſtẽderemus. Denique hæc Lutheri aſſertio conuincitur eſſe hæretica definitionibus aliquorum generalium Cõciliorum. Nam Cõcilium Florentinum ſub Eugenio quarto celebratum in definitione fidei circa ſacramẽta Eccleſiæ Armenis data, de ſacramẽto pœnitentiæ diſſe-

Cõcilium Florẽtinũ

rẽs, hæc ait. Quartum ſacramentum eſt pœnitentia, cuius quaſi materia ſunt actus pœnitentis, qui in tres diſtinguitur partes. Quarum prima, eſt cordis contritio: ad quam pertinet vt doleat de peccato commiſſo cum propoſito nõ peccãdi de cætero. Secũda eſt oris cõfeſsio: ad quam pertinet vt peccator omnia peccata, quorum memoriam habet, ſuo ſacerdoti cõfiteatur integraliter. Tertiò, ſatisfactio pro peccatis ſecũdùm arbitrium ſacerdotis quæ quidem præcipuè fit per orationem, ieiunium, & eleemoſynam. Hæc Concilium Florẽtinum. Cõcilium Tridẽtinum multo fuſius & copioſius hãc aſſertionem damnat. Nam ſeſſione ſexta ſub Paulo tertio celebrata, capite quartodecimo declarans modum quo

Cõcilium Tridẽtinũ

lapſi reparari poſſint per pœnitentiam, hæc ait. Etenim pro iis qui poſt baptiſmum in peccata labuntur, Chriſtus Ieſus ſacramentum inſtituit pœnitentiæ, cum dixit: Accipite ſpiritum ſanctum, quorum remiſeritis peccata, remittuntur eis, & quorum retinueritis, retenta ſunt. Vnde dicendum eſt, Chriſtia- C

Ioan. 20.

ni hominis pœnitentiam poſt lapſum, multo aliam eſſe à baptiſmali, eámque conterere, non modo eſt ceſſationem à peccatis, & eorum deteſtationem, aut cor cõtritum & humiliatum, verum etiam eorũdem ſacramẽtorum cõfeſſiones, ſaltem in voto, & ſuo tempore faciẽdam, & ſacerdotalem abſolutionem, itémque ſatisfactionem per ieiunia, eleemoſynas, orationes, & alia pia ſpiritualis vitæ exercitia, nõ quidem pro pœna æterna, quæ vel ſacramẽto, vel ſacramẽti voto, vnà cum culpa remittitur, ſed pro pœna temporali, quæ, vt ſacræ literæ docẽt, nõ tota ſemper, vt in baptiſmo fit, dimittitur illis, qui gratiæ Dei quam acceperũt ingrati, Spiritum ſanctum cõtriſtauerũt, & templum Dei violare non ſunt veriti, de qua pœnitẽtia ſcriptum eſt. Memor eſto vnde excideris, age pœnitẽtiam, & prima opera fac. Et iterum, Quæ ſecundùm Deum triſtitia eſt, pœnitentiam in ſalutem ſtabilem operatur. Et rurſus, pœni-

Apo. 2.
2. Cor. 7.
Matt 3.

tẽtiam agite, & facite fructus dignos pœnitẽtiæ. Et poſt datam hãc doctrinam ne aliquis cõtra illam docere, aut quomodolibet aſſerere auderet, idem Cõcilium canonem anathematis cõtra huiuſmodi temerarios ædidit, qui trigeſimo loco cõſtitutus, hæc verba cõtinet. Si quis poſt acceptam iuſtificationis gratiam, cuilibet peccatori pœnitẽti, ita culpam remitti, & reatum æternæ pœnæ deleri dixerit, vt nullus remaneat reatus pœnæ temporalis exoluẽdæ, vel in hoc ſeculo vel in futuro, in purgatorio, antequam ad regna cœlorum aditus patẽre poſſit, anathema ſit. Hæc Concilium Tridẽtinum in illa ſexta ſeſſione. Poſteà verò idem Concilium ſub Iulio tertio procedens ſeſſione quarta ſub eodem Iulio celebrata multo apertius declarauit omnia, quæ de ſacramento pœnitentiæ ſunt neceſſariò credenda: Quam doctrinam nouam diſtinxit capitulis, & in tertio illorum, partes integrales pœnitentiæ declarat, ſic dicẽs. Sunt autem quaſi materia huius ſacramenti, ipſius pœnitẽtis actus, nempe cõtritio, confeſsio, ſatisfactio, qui quatenus in pœnitẽte ad integritatem ſacramẽti, ad plenámque & perfectam pec- D catorum remiſsionem ex Dei inſtitutione requirũtur, hac ratione pœnitẽtiæ partes dicũtur. Hæc Concilium Tridentinum in illo capitulo, & poſteà in aliis capitulis de prædictis partibus pœnitentiæ ſigillatim diſſerit, & quia illius definitiones ad cõtritionem, & cõfeſſionem ſpectãtes iam ſuprà in ſuis titulis citatæ ſunt, non eſt opus eas nunc repetere. Quæ autem ad ſatisfactionem attinent, in octauo & nono capitulis definitionis datæ in illa præfata ſeſsione continentur, & ſunt quæ ſequuntur. Demum quo ad ſatisfactionem, quæ ex omnibus pœnitentiæ partibus, quemadmodum & patribus noſtris Chriſtiano populo fuit perpetuo tempore commendata, ita vna, maximè noſtra ætate ſummo pietatis prætextu impugnatur, ab iis qui ſpeciem pietatis habentes, virtutem eius abnegarunt. Sancta Synodus declarat falſum omnino eſſe & à verbo Dei alienum, culpam à Domino nunquam remitti quin vniuerſa etiam pœna condonetur. Perſpicua enim & illuſtria in ſacris literis exempla reperiuntur, quibus præter diuinam traditionem is error quàm manifeſtiſsimè reuincitur. Sanæ & diuinæ iuſtitiæ ratio exigere videtur vt aliter ab eo in gratiam recipiãtur, qui ante baptiſmum per ignorãtiam deliquerũt: aliter verò qui ſemel à peccati & dæmonis ſeruitute liberati, & accepto ſpiritus ſancti dono, ſciẽtes templum Dei violare & ſpiritum ſanctum contriſtare non formidauerunt: Et diuinam clementiam decet, ne ita nobis abſque vlla ſatisfactione peccata dimittantur, vt occaſione accepta peccata leuiora putantes velut iniurii & contumelioſi ſpiritui ſancto, in grauiora labamur, theſaurizantes nobis iram in die iræ. Proculdubio enim magnopere à peccato reuocãt & quaſi fræno quodam coërcent hæ ſatisfactorię pœnæ, cautioréſque & vigilantiores in futurum pœnitentes efficiunt, medentur quoque peccatorum reliquis: & vitioſos habitus malè viuendo comparatos, contrariis virtutum actionibus tollũt, nec verè A

ſecurior

ſecurior vlla via in Eccleſia Dei vnquam exiſtimata fuit ad amouẽdum imminentem à Domino pœnam, quàm vt hæc pœnitẽtiæ opera homines iam vero animi dolore frequẽtẽt. Accedit ad hæc quod dum ſatisfaciẽdo patimur pro peccatis, Chriſto Ieſu, qui pro peccatis noſtris ſatisfecit, ex quo omnia noſtra ſufficiẽtia eſt, cõformes efficimur, certiſſimam quoque arram habẽtes, quod ſi compatimur & cõglorificabimur, neque verò ita eſt noſtra ſatisfactio hæc quam pro peccatis noſtris exoluimus, vt nõ ſit per Chriſtum Ieſum. Nam qui ex nobis tãquàm ex nobis nihil poſſumus, ita nõ habet homo vnde glorietur, ſed omnis gloriatio noſtra in Chriſto eſt, in quo viuimus, in quo meremur, in quo ſatisfacimus, faciẽtes fructus dignos pœnitẽtiæ, qui ex illo vim habẽt, ab illo offerũtur patri & per illum acceptãtur à patre. Debẽt ergo ſacerdotes Domini quãtum ſpiritus & prudẽtia ſuggerit, pro qualitate criminum & pœnitentium facultate ſalutares & cõuenientes ſatisfactiones iniũgere, ne ſi fortè peccatis cõnniẽãt & indulgentius cum pœnitentibus agũt, leuiſſima quædam opera pro grauiſsimis delictis iniũgendo alienorum peccatorum participes efficiãtur. Habeant autem præ oculis vt ſatisfactio quam imponũt nõ ſit tãtùm ad nouæ vitæ cuſtodiam & infirmitatis medicamẽtum, ſed etiam ad præteritorum peccatorum vindictam & caſtigationem. Nam claues ſacerdotum nõ ad ſoluendum dũtaxat, ſed ad ligãdum cõceſſas etiam antiqui patres & credũt & docent, neque propterea exiſtimarũt ſacramentum pœnitentiæ eſſe forum iræ vel pœnarum, ſicut nemo vnquam Catholicus ſenſit: ex huiuſmodi noſtris ſatisfactionibus, vim meriti & ſatisfactionis Domini noſtri Ieſu Chriſti vel obſcurari vel aliqua ex parte imminui. Quod dum nouatores intelligere nolũt, ita optimam pœnitentiam, nouam vitam eſſe docent, vt omnem ſatisfactionis vim & vſum tollãt. Docet præterea tãtam eſſe diuinæ munificentiæ largitatem, vt nõ ſolùm pœnis ſpõtè à nobis pro vindicãdo peccato ſuſceptis, aut ſacerdotis arbitrio, pro menſura delicti impoſitis, ſed etiam quod maximum amoris argumentum eſt, temporalibus flagellis à Deo inflictis, & à nobis patienter toleratis apud Deum patrem per Ieſum Chriſtum ſatisfacere valeamus. Hactenus Cõcilium Tridentinum, in doctrina ab eo data: Sed ne quis cõtra hãc ſuam doctrinam, temere docere, aut quouis modo ſentire audeat, contra huiuſmodi temerarios contradictores, plurimos ſententiæ latæ Canones protulit, quorum quartus hæc continet verba. Si quis negauerit, ad integram & perfectam peccatorum remiſsionem requiri tres actus in pœnitente quaſi materiam ſacramenti pœnitentiæ, videlicet, contritionem, confeſsionem & ſatisfactionem, quæ, tres partes pœuitentiæ dicũtur: aut dixerit duas tãtùm eſſe pœnitentiæ partes, terrores ſcilicet incuſſos conſcientiæ agnito peccato, & fidem conceptam ex Euãgelio, vel abſolutione qua credit quis ſibi per Chriſtum remiſſa peccata, Anathema ſit. Duodecimus canon hæc verba habet. Si quis dixerit, totam pœnam ſimul cum culpa remitti ſemper à Deo, ſatisfactionémque pœnitentium non eſſe aliam quàm fidem, qua apprehendũt Chriſtum pro eis ſatisfeciſſe, Anathema ſit. Tertiuſdecimus canon ſequentia habet verba: Si quis dixerit pro peccatis quo ad pœnam temporalem minimè Deo per Chriſti merita ſatisfieri pœnis ab eo inflictis & patienter toleratis, vel à ſacerdote iniũctis, ſed nec ſpontè ſuſceptis, vt ieiuniis, orationibus, eleemoſynis, vel aliis etiam pietatis operibus, atque ideo optimam pœnitentiam eſſe tãtùm nouam vitam, Anathema ſit. Quartuſdecimus Canon ſequentibus verbis diſponitur. Si quis dixerit ſatisfactiones quibus pœnitentes per Chriſtum Ieſum peccata redimunt, non eſſe cultus Dei: ſed traditiones hominum: doctrinam de gratia & verum Dei cultum, atque ipſum beneficiũ mortis Chriſti obſcurãtis, Anathema ſit. Quintuſdecimus Canon & vltimus de pœnitentia, verba quę ſequũtur habet. Si quis dixerit claues Eccleſiæ datas ad abſoluendum: non etiam ad ligãdum, & præterea ſacerdotes dum imponũt pœnas confitentibus, agere contra finem clauium: & contra inſtitutionem Chriſti, & fictionem eſſe quod virtute clauium ſublata pœna æterna, pœna temporalis plerũque exoluenda remaneat, Anathema ſit. Hæc omnia ex Concilio Tridentino. Nunc ſupereſt vt reſpondeamus iis quæ nobis obiiciũt Lutherus, & alij ſectatores illius. Primò quidem obiiciũt nobis id, quod Dominus per Ezechielem Prophetam promittit, ſe non recordaturum amplius omnium iniquitatum impij, ſi ille egerit pœnitentiam ab omnibus peccatis ſuis. Si poſt actam pœnitentiam, Deus non recordatur iniquitatum impij, ergo poſt culpam remiſſam, nullam Deus exigit pro peccato pœnam: quoniã ſi aliquam poſt remiſsionem culpæ Deus exigeret pro illo pœnam, iam recordaretur iniquitatum impii poſt illius pœnitentiam. Hoc argumentum facillimè ſoluitur ſi ipſa Dei verba in Ezechiele Propheta cum attentione legãtur. Non enim promittit Deus ſe non recordaturum iniquitatum impii ſi ille ſolùm ob peccata ſua fuerit corde contritus, ſed hoc promiſit hac conditione, ſi impius egerit pœnitentiam. At pœnitentia integra, vt diximus, etiam complectitur ſatisfactionem, ſicut contritionem & confeſsionem: & inde eſt quod non facit integram & perfectam pœnitentiam, qui pro peccato ſuo non ſatisfacit Deo: & ideo non eſt mirum, ſi Deus recordatur illius peccati, vt temporali aliqua pœna puniat illud. Quod ſi gratis Luthero dare voluerimus, nomen pœnitentiæ in prædictis Dei verbis ſolam cordis contritionem ſignificare, nihil adhuc ex illis verbis poterit contra nos colligere Lutherus. Quia in illis verbis non ſolam pœnitentiam petit Deus ab impio vt iniquitatum illius nõ recordetur, ſed inſuper exigit ab eo, vt faciat iudicium & iuſtitiam. Qui autem nullam præter cordis cõtritionem vult pro peccato ſubire exteriorem pœnam, non facit iudicium & iuſtitiam. Niſi fortè tãta eſſet cordis contritio, quæ meritò compenſaret defectum exterioris pœnæ. Quia non pro mẽſura delicti vult ſibi pœnas infligere. Poſſumus adhuc aliter reſpondere quod Deus illis verbis non tãtam indulgentiam promittit, quantam Lutherus putat. Nam dicens ſe non recordaturum iniquitatum impii, ſolùm promittit ſe non amplius habiturum illum tanquàm inimicum, ſed hoc non obſtat, vt poſt amicitiam contractam illum amicè puniat, præſertim quod iuxta Pauli doctrinam: Flagellat Deus omnem filium quem recipit.

Roma.8.

Eze.18.

Heb.12.

SEcundò nobis obiicit Lutherus, quod Christus pro nobis omnibus satisfecit, & ideo videtur Luthero, quòd iniuriam facit Christo peccator qui pro suis peccatis Deo satisfacere conatur: quia eo ipso minuere videtur gloriam passionis Christi, quasi illa nō fuisset sufficiens ad satisfaciendum pro nostris peccatis. Hoc argumentum valde extollunt Lutherani, & per illud se triumphare putant: sed re vera argumentum hoc nullam habet vel mediocrem efficaciam, quæ viros doctos tātillum mouere possit, sed solùm habet quādam apparētiam adumbratæ religionis, & falsæ pietatis quæ viros indoctos fallere possit. Nam si hoc argumentum aliquid valeret etiam per illud probaretur nō esse necessariam pœnitētiam. Quia si peccator factus est per peccatum diaboli seruus, & ab eo captiuus tenetur, potest argui quod ad redemptionem obtinendam nō est opus vt ille de peccato doleat, aut illud cōfiteatur, aut aliquid aliud faciat: quia iam Christus seipsum dedit, vt Paulus testatur, in redemptionem pro omnibus. Si peccator irritauit iram Dei, & factus est inimicus eius per peccatum, argui etiam potest nō esse opus vt nos cōtritione nostra, aut gemitu nostro Deum placare conemur, & illum nobis facere propitium: quia ille factus est, vt Ioānes ait, propiciatio pro peccatis nostris, & nō tātùm pro nostris, sed pro totius mūdi. Nō ergo ploremus nos, quia Christus pro nobis fleuit: nō tristemur nos, quia ille pro nobis tristatus est. Ecce quid valet Lutheri argumētum, quod in multas horrēdas perditiones nos iniiceret, si illud aliquid valeret. Certè nō ideo Christus pro nobis in cruce pepēdit, vt nos desides & ignauos faceret, & vitam amplam nobis permitteret. Christus pro nobis passus est, ait Petrus, nobis relinquēs exemplum, vt sequamur vestigia eius. Nō quidem vt nos lautè comederemus, & delicatis indueremur, aut in reliquis corporis delitiis versaremur, Christus pro nobis passus est, sed vt illius exemplo nos toleremus crucem nostram propter illum: Fatemur itaque Christum pro nobis satisfeciſſe, eo modo quo factus est nobis redemptio, propitiatio, & recōciliatio: Sicut igitur nō obstāte priori redemptione per Christum facta, qui post baptismum peccat, tenetur pœnitere vt à seruitute peccati liberetur, & à captiuitate diaboli redimatur: ita etiam nō obstāte priori satisfactione per Christum facta, qui post baptismum peccat, tenetur per se satisfacere, & suam satisfactionem, quæ aliàs nō esset valida, cum Christi satisfactione cōnectere, vt per illam valeat quod per se valere non posset. Nam propheta regius quærēs quid Deo ad satisfactionem debitorum reddere possit, dixit. Calicem salutaris accipiam, & nomen Domini inuocabo. Vt autem hæc omnia clariora faciamus, operæprecium erit declarare quomodo sint intelligēdæ omnes istæ propositiones, quæ in variis sacræ scripturæ locis cōtinētur. Christus redemit omnes homines. Christus se dedit in redemptionem pro omnibus. In Christo omnes viuificabūtur. Deus vult omnes homines saluos fieri. Nā eodem modo erit interpretāda ista, de qua nūc disputamus, Christus satisfecit pro peccatis omnium hominum. Omnes istæ propositiones habēt quādam specialem vniuersalitatem, quæ à recētioribus dialecticis vocatur distributio accommoda, ita vt vox vniuersalitatem denotās non se extēdat ad omnia significata per vocem illi proximè coniunctam, sed solum ad ea quæ specificātur per verbum adiectiuum quod sequitur illam, aut per prædicarum. Sūt ergo omnes illæ propositiones hoc modo interpretandæ. Christus redemit omnes homines, hoc est, Christus redemit omnes qui redempti aut redimendi sunt. Aut, Nullus homo nisi per Christum redimitur. In Christo omnes viuificabuntur, id est, Omnes qui viuificandi sunt, in Christo viuificabuntur. Aut, Nullus qui viuificatur, habet vitam nisi per Christum. Deus vult omnes homines saluos fieri, hoc est, Deus vult omnes hòmines qui saluādi sunt, saluos fieri. Aut, Nemo nisi Deo volēte saluatur. Et certè nisi omnes istæ propositiones iuxta hūc modum iutelligātur, vix illarum veritas constare poterit. Nam multi sunt homines in perpetua dæmonis captiuitate & seruitute ab eo detenti: multi etiam in perpetua morte damnati, & in inferno sepulti, qui nullo modo redempti sunt, neque in Christo viuificati, & per consequens nec salui facti. Hoc tamē non ideo contigit, quia redemptio per Christum oblata non fuerit illis sufficiens perinde ac alijs qui redempti sunt. Neque ideo quod Christus non fuerit potens illis reddere vitam, aut saluos illos facere, perinde ac alios: sed quia illi noluerūt vti redemptione per Christum data, neque voluerūt accipere conditionem redemptionis, reconciliationis, & vitæ, & perpetuæ salutis. Non enim omnibus redemptionem, & reconciliationē, & salutem perpetuam obtulit: sed illis solis qui Dei mādata custodierint. Vos amici mei estis, inquit Christus, si mandata mea feceritis. Et iterum. Si diligitis me, mādata mea seruate. Et rursus. Si vis ad vitam ingredi, serua mādata. Ecce promittit amicitiam suam & posteà vitam, hac tamē conditione, Si mandata illius fecerint. Et inde est quod qui mandata Dei non custodit, non est amicus illius, neque ad vitam æternam perueniet & per consequēs non est redemptus à dæmonis captiuitate. Vt ergo verè cum Paulo dicamus, Christum redemisse omnes, & in Christo omnes esse viuificatos, oportet necessariò omnia verba illa, iuxta sensum quem iam diximus, interpretari. Sed ne quis putet hanc verborum Pauli interpretationem ex meo cerebro esse confictam, ac perinde illam meritò reiiciendam esse credat, ad huius interpretationis confirmationem profero testimonium beati Augustini qui in epistola ad Vitalem, hæc ait. Sicut illud quod dictum est, omnes in Christo viuificabūtur. Cùm tamē multi æterna morte puniātur, ideo dictum est, quia omnes qui vitam æternam percipiūt, non percipiunt nisi in Christo: ita quod dictum est, Omnes homines vult Deus saluos fieri, ideo dictum est: Quia omnes qui salui fiūt, nisi ab ipso volente non fiunt salui. Hæc Augustinus. Et in libro de origine animæ ad Hieronymum interpretās illa verba Pauli: Sicut in Adam omnes moriuntur, ita & in Christo omnes viuificabuntur, hæc ait. Per hanc enim Apostolicam, diuinam clarámque sententiam, satis euidēter elucet, neminem ire in mortem nisi per Adam, neminem in vitam æternam nisi per Christum: Hoc est quippe omnes, & omnes. Quia sicut omnes homines per primam, hoc est per carnalem generationem pertinēt ad Adam, sic omnes homines ad secūdam, id est spiritualem generationem veniūt, quicunque ad Christum veniunt. Hæc Augustinus. Ex interpretatione ergo

1. Tim. 2. *1. Ioan. 2.* *1. Petr. 2.* *Psal. 115.* *Ioan. 15.* *Ibidē. 14.* *Mat. 19.* *Augusti.* *1. Cor. 15.*

A B C

prædictorum

D prædictorum Pauli verborum, colligitur eodem modo intelligendam esse hanc propositionem, Christus satisfecit pro omnibus, id est, Christus satisfecit pro omnibus qui pro peccatis suis satisfaciunt. Aut aliter & melius, nemo nisi per Christum pro peccatis suis satisfacit. Nam & si quis ieiunet, aut oret, aut eleemosynas faciat, aut quoduis aliud opus pœnale faciat, nunquam per illud pro peccato suo satisfaciet, nisi mediãte merito passionis Christi, propter quam hoc largissimum munus habemus à Deo, vt per opera nostra Deo pro peccatis nostris satisfacere possimus: per quæ nũquam Deo satisfaceremus, nisi passione sua Christus hoc nobis impetrasset. Et hinc facilè constat nihil nos Dei gloriæ detrahere, quum dicimus satisfactionem nostram esse nobis necessariam ad perfectam remissionem peccatorum obtinẽdam. Nam hoc dicẽtes, potius gloriam Dei augemus, & meritum passionis Christi extollimus: quia dicimus Christum passione nõ solũm satisfeciſſe pro nobis, sed etiam meruisse vt opera nostra essent satisfactoria, quæ secluſa Christi passione, hãc tãtam dignitatem habere nõ possent. Deinde fatemur Christum pro omnibus peccatoribus satisfeciſſe, sed hanc satisfactionem nulli peccatori applicat nisi mediãte aliquo sacramẽto, aut bono opere ipsius peccatoris. Et hinc est quod qui plura aut maiora bona propter Deum pro remissione peccatorum facit, magis illi tribuit Christus de merito passionis suæ ad satisfaciẽdum pro peccatis suis. Vnde ait Paulus. Fidelis sermo. Nam si commortui sumus, & cõuiuemus: si sustinebimus, & cõregnabimus. Quum autem mediãte sacramẽto communi- *2. Tim. 2.*

A catur pœnitẽti satisfactio passionis Christi, quãto præstãtius & potẽtius ad remissionem peccati fuerit sacramẽtum, tãto magis per illud communicatur homini de merito passionis ad redemptionem peccati, & satisfactionem pro illo. Sacramẽtum autem baptismi, vt infrà dicemus, præstãtius est quàm sacramẽtum pœnitẽtiæ, & ideo quamuis per illud simul remittatur culpa & pœna, nõ tamẽ per hoc sic remittitur. Tertiò nobis obiicit Lutherus nomẽ satisfactionis, quod à Theologis scholasticis falsò cõfictum esse dicit, quia nũquam in sactis literis illud reperitur, neque à sanctis patribus, vt ille ait, fuit vnquam vsitatum. Vt autem mẽs Lutheri, imò potius illius demẽtia omnibus sit nota, verba illius hic citare decreui, quæ illi in impugnatione bullæ Leonis decimi, articulo quinto ait, & sunt quæ se- *Lutherus.*
quũtur. Quare verum dixi, arbitrariam istam satisfactionem neque in scripturis, neque in patribus inueniri, inueniri autem pœnam irremissibilem à Deo impositam pro peccatis. Et paucis interpositis subdit. Vehemẽter autem odi, & sublatum vellem hoc vocabulum satisfactio, quod nõ modo in scripturis nõ inuenitur, sed & periculosum habet sensum, quasi Deo quisquam possit pro vllo peccato satisfacere, cùm ille gratis ignoscat omnia. Hæc Lutherus, qui etsi dicat se odio habere vocabulum satisfactionis, multo tamẽ acerbiùs, vt dixi, execratur rem ipsam quàm vocabulum. Nam ille abominatur ieiunia, flagella, castitatem, vigilias, peregrinationes, & reliquos omnes corporis labores: & amat carnis illecebras. Et inde cõstat illum satisfactionem ipsam habere exosam, quia illa cõsistit in operibus duris & asperis. Sed videamus quid nobis de vocabulo obiicit, dicit primò illud in sacris scripturis nõ inueniri. Cùm de vocabulo, & nõ de re ipsa cõtẽdat, de vocabulo solo respõdeo falsum esse quod ait. Nam vocabulum satisfactionis habetur Leuitici capite 10. & Actuum 17. & 24. & 1. Petri 3. quanquam in nullo istorum locorum fit sermo de illa satisfactione quæ fit deo pro peccatis. Sed esto, vocabu-

B lum istud nõ inueniatur in sacris literis, nõ tamẽ ideo cõsequẽs est vt nõ liceat viris Catholicis illo vocabulo vti. Nam sactæ literæ præscribũt nobis leges de operibus, quæ facere debemus, & de rebus quas credere tenemur: nõ tamẽ de vocabulis quibus necessariò vti oportet. Quoniam quum de re ipsa cõstat, parum refert si hoc aut illo vocabulo vtamur. Certè vocabulum cõsubstãtialitatis minimè inuenitur in sacris literis, nec tamẽ ideo Ecclesia recusauit illo vti, dicẽs filium esse cõsubstãtialem patri: quãuis Arrius vocabuli nouitatem obiiciebat. Ita & nũc Ecclesia Catholica satisfactionis vocabulo vtitur, & vtetur, quãuis Lutherus & illius sectatores dicãt se illo vocabulo ostẽdi. Dicit deinde Lutherus, vocabulum hoc nõ esse à sanctis patribus vsitatum, neque apud illos inueniri. Sed hæc dicẽs, aut mẽtitur, aut apertè ostẽdit se tũc, cum hoc scripsit, parum fuisse versatum in lectione sacrorum doctorum, quoniam multi ex illis sunt, qui illo vocabulo vtũtur. Omitto hîc recentiores, & ex antiquis primum offero Gregorium, qui homilia trigesimaquarta super Euãgelia, sic ait. Cogitãdum summope- *Gregor.*
re est, vt qui se illicita meminit commisisse, à quibusdam etiam licitis studeat abstinere, quatenus per hoc cõditori suo satisfaciat, vt qui commisit prohibita sibimetipsi, abscindere debeat etiã cõcessa. Hæc Gregorius, qui etiam homilia vigesimaquinta, quæ est de parabola ouis errãtis, eodem vocabulo vtitur in ea significatione qua ostẽdit nos per opera nostra satisfacere Deo pro peccatis. Leo papa huius *Leo papa*
nominis primus in epistola 89. quæ est ad Theodorum Foroliniẽsem episcopum, hæc ait. Mediator Dei

C & hominum homo Christus Iesus hãc præpositis Ecclesiæ tradidit potestatem, vt & cõfitẽtibus satisfactionem pœnitẽtiæ daret, & eadem salubri satisfactione purgatos ad cõmunionẽ sacramẽtorũ per ianuam recõciliationis admitteret. Hæc Leo papa, vir sanctitate perinde ac doctrina clarus. Hierony. su- *Hierony.*
per Malachiã, ait. Qui peccator est, & quem remordet propria cõsciẽtia: cilicio pœnitẽtiæ accingatur, & plãgat vel propria delicta vel populi, & ingrediatur Ecclesiam, de qua fuerat egressus, & cubet vel dormiat in sacco, vt præteritas delitias per quas Deũ offenderat, vitę austeritate compẽsẽt. Hæc Hieronymus, qui cõpẽsationis vocabulo pro satisfactione vsus est, quia eadẽ est vtriusque vocabuli significatio, & vnũ pro altero sæpissimè apud probatos authores poni solet. Ambrosius in libro ad virginem la- *Ambros.*
psam, capite 8. hęc ait. Peccator ergo si sibi ipsi non pepercit, à Deo illi parcitur. Et si futuras pœnas gehẽnæ perpetuas in hoc paruo vitæ spacio compẽsauerit, seipsum ab æterno iudicio liberat. Grãdi plagæ alta & prolixa opus est medicina. Grãde scelus grandem habet necessariam satisfactionem. Hæc Ambrosius, qui simul compẽsationis & satisfactionis vocabulo vsus est. Cyprianus epistola tertia libri primi, quæ est ad Cornelium papam reprehendens errorem quorundam, qui specie misericordiæ seducti

lapsos in idololatriã, facilè Ecclesiæ reconciliabant, hæc ait. Intercedunt ne exoretur precibus & satisfa-
Cyprian. ctionibus Christus, qui negantem se negare profitetur. Datur opera ne satisfactionibus, & lamentatio-
nibus iustis delicta redimantur, ne vulnera lachrymis abluantur. Pax vera falsæ pacis mendacio tollitur.
Hæc Cyprianus in loco illo: Et sermone quinto de lapsis inuehens in eos qui negãt necessariam esse la-
psis satisfactionem pro peccatis, dicit multo pernicioſiores esse illos & multo crudeliores, quam tyran-
ni persequentes Christianos, & tandem hæc ait. Deus quantum patris pietate indulgens semper & bo-
nus est, tantùm iudicis maiestate metuendus est. Quàm magna deliquimus, tam granditer defleamus.
Alto vulneri diligens & longa medicina non desit: pœnitentia minor crimine non sit. Putas ne Domi- D
num cito posse placari, quem verbis perfidis abnuisti, cui patrimonium præponere maluisti, cuius tem-
plum sacrilega contagione violasti? Putas eum facilè misereri tui, quem tuum non esse dixisti? Orare o-
portet impẽsius & rogare, diem luctu transigere: vigiliis noctes, ac fletibus ducere: tẽpus omne lachry-
mosis lamentationibus occupare: stratos solo, adhærere cineri: in cilicio volutari & sordibus, post indu-
mentum Christi perditum, nullum iam velle vestitum: post diaboli cibum malle ieiunium: iustis operi-
bus incumbere, quibus peccata purgantur: eleemosynis frequenter insistere, quibus à morte animæ li-
berantur. Et paucis interpositis subdit in calce. Qui sic Deo satisfecerit, qui pœnitentia facti sui, qui pu-
dore delicti plus virtutis, & fidei de ipso lapsus sui dolore conceperit, exauditus & adiutus à Domino,
quam contristauerat nuper, lætam faciet Ecclesiam, neque solam Dei veniam merebitur, sed coronam.
Hactenus Cyprianus, qui nõ solum ipsam rem satisfactionis explicat, sed hoc declarãs, vocabulo satis-
factionis sæpe vtitur. Tertullianus in libro de pœnitẽtia hoc etiam vocabulo vtitur, hæc dicẽs. Cõfessio
Tertullia satisfactionis cõsilium est: satisfactio cõfessione disponitur: pœnitẽtia Deus mitigatur. Hæc Tertullia-
nus. nus. Ex his omnibus clarissimorũ virorũ testimoniis apertissimè cõuincitur falsum esse, quod Lutherus
cum magna temeritate asseruit, satisfactionis vocabulum non reperiri in sanctis patribus. His omnibus
probè cõsideratis nõ possum nõ mirari Lutheri & suorum sequacium demẽtiam: quia dum Deum ni-
mis misericordem facere volũt, illum iniustum facere contendunt. Nam iniustum esset quælibet gra-
uissima crimina sine punitione dimittere. Deinde illi omnes fatentur, peccatum originale quod alie- A
na volũtate contrahimus, sic nobis dimitti per baptismum, vt posteà remaneat pœna illius, videlicet cõ-
cupiscentia carnis, quæ etiam per Christi satisfactionem, vt illi dicunt, deleri non potuit quin sit pec-
catum. Ex qua sentẽtia cõuincitur illos existimare peccatum originale esse multo grauius quàm actua-
le mortale, quia mortali dimisso nulla posteà remanet pœna: originali autem dimisso, manet pœna pro-
pter illud inflicta, quæ tam grauis est, iuxta illorum sentẽtiam, vt semper sit homini peccatum, & nun-
quam occasio meriti. Conuincitur etiam eadem ratione illos pluris facere pœnitẽtiam quàm baptis-
mum: quia per pœnitẽtiam dimisso peccato actuali, vt illi dicũt, dimittitur omnis pœna quæ illi de-
bebatur: dimisso autem peccato originali per baptismum, non tollitur omnis pœna. Hoc autem fateri
Cõcilium summa est impietas: quia omnes sancti patres semper docuerũt baptismi sacramẽtũ esse multo præstã-
Tridẽtinũ tius quàm pœnitentiæ, & hoc ipsum definiuerũt patres in cõcilio Tridẽtino, sessione quarta sub Iulio
tertio celebrata, vbi capite secundo suæ doctrinæ, hæc verba me ibidem præsente protulerũt. Cæterum
1.Cor.5. hoc sacramentum multis rationibus à baptismo differre cognoscitur. Nam præterquàm quòd materia
& forma, quibus sacramenti essentia perficitur, longissimè differt, constat baptismi ministrum iudi-
cem esse non oportere, cùm Ecclesia in neminem iudicium exerceat, qui non prius in ipsum per baptis-
mi ianuam fuerit ingressus. Quid enim mihi, inquit Apostolus, de iis qui foris sunt iudicare? Secus est
de domesticis fidei, quos Christus lauacro baptismi, sui corporis membra semel effecit. Nam hos si se
posteà crimine aliquo contaminarunt, non iam repetito baptismo ablui, cùm id Ecclesiæ Catholicæ
nulla ratione liceat, sed ante hoc tribunal tanquam reos sisti voluit, vt per sacerdotum sentẽtiam nõ se-
mel, sed quotiẽs ab admissis peccatis ad ipsum pœnitentes cõfugerẽt, possent liberari. Alius est præ-
terea baptismi, & alius pœnitẽtiæ fructus. Per baptismum enim Christum induẽtes, noua prorsus in il- B
lo efficimur creatura, plenam & integram peccatorum omnium remissionem cõsequẽtes. Ad quam ta-
men nouitatem & integritatem per sacramentum pœnitentiæ sine magnis nostris fletibus, & laboribus,
diuina id exigente iustitia, peruenire nequaquam possumus, vt meritò pœnitentia laborioſus quidam
baptismus à sanctis patribus dictus fuerit. Est autem hoc sacramentum pœnitentiæ lapsis post baptis-
mum ad salutem necessarium, vt nondum regeneratis ipse baptismus. Hactenus Concilium Tridentinum.
Ex quibus verbis cõstat quantum baptismi sacramentum, excellat sacramentum pœnitentiæ: cum per illud
omnis remittatur pœna, per hoc autem non. Nam etsi post baptismum maneat concupiscentia, illa nõ
relinquitur in pœnam, sed ad cautelam, vt nos hac occasione vigilantiores & cautiores essemus, tãquam
qui domesticum hostem habent. Ob hãc enim causam Deus statuit, vt expu-
Iud.15. gnata à filiis Israël terra promissionis, semper inter eos maneret Iebusæus, & nũquam extirparetur, ne
ocio torperẽt. Sic etiam, vt necessitas eos ad laborem & cautelam cogeret, Deus hostem spiritui no-
stro reliquit, carnis videlicet cõcupiscẽtiam, cuius perpetuas insidias semper timere oporteret. Potius
igitur ad cautelam & commodum nostrum quam ad pœnam carnis motus spiritui repugnantes nobis
post baptismum reliquit Deus: quoniam etsi nobis negotium non paruum faceſſunt, vtilitatem tamen
magnam, si illos deuincimus, inde consequemur. In baptismo ergo nõ solum remittitur culpa, sed etiam
omnis pœna, quæ propter peccatum actuale erat exoluẽda. Quicunque enim baptizati sumus in Chri-
Rom.6. sto Iesu, vt ait Paulus, in morte ipsius baptizati sumus. Cõsepulti enim sumus cum illo per baptismum
in mortem, vt quomodo Christus surrexit à mortuis per gloriam patris, ita & nos in nouitate vitæ C
ambulemus. Sicut igitur nullum vestigium vitæ corporalis mansit in Christo postquàm mortuus &
sepultus est, ita nullum vestigium peccati manet in baptizato, quia consepultus est cum Christo per ba-

ptismum.

ptiſmum. Per pœnitẽtiam autem nõ eſt ſic mortuum peccatum, neque per illam pœnitens dicitur eſſe cõſepultus Chriſto: neque per illam dicitur fieri noua creatura, quemadmodum per baptiſmum. Quia etſi per ſacramẽtum pœnitẽtiæ culpa remittatur, nõ tamẽ tota ſemper remittitur pœna. Et hoc eſt quod Paulus ad Hebræos ait. Volũtariè enim peccãtibus nobis poſt acceptam notitiam veritatis iam non relinquitur hoſtia pro peccato. Hoc ideo dicit, quia nõ iterum paſſio Chriſti offerẽda eſt pro nobis ad mortem peccati, quemadmodum in baptiſmo offertur. Nam Chriſtus, vt alibi Paulus ait, ſemel pro nobis mortuus eſt. Si pro peccatis poſt mortẽm commiſſis ſola Chriſti paſſio ſufficeret ſemper ad plenam remiſſionem peccati impetrandam per ſacramentum pœnitentiæ, ſicut per baptiſmum, inde ſequeretur quod Chriſtus pro nobis pluries moreretur, & non ſemel, & quod alia eſſet hoſtia pro peccatis poſt acceptam notitiam veritatis. Nam hoc argumento probat alibi Paulus, baptiſmum non eſſe iterãdum: quia qui iterãt illud, rurſus crucifigũt ſibimetipſis filium Dei. Et hũc eſſe verum Pauli ſenſum, teſtatur Anſelmus, qui in commentariis ſuper Paulum interpretans illa prædicta verba ex epiſtola ad Hebræos, hæc ait. Non enim Chriſtus iterum immolandus eſt pro peccatis, quod ſemel factum eſt, & ſecũdo nõ eſt opus, ſed magis oportet nos in fide & bonis operibus manere. Nõ excludo pœnitẽtiam, ſed ſecũdum baptiſmum. Non dico, non eſt vltrà pœnitentia vel remiſsio, ſed hoſtia, id eſt, crux ſecũda: quia vna ſufficit, nec amplius hãc expectemus, ſed pœniteamus, quia rebaptizari in morte Chriſti nõ poſſumus. Qui enim iterat baptiſmum, iterat rurſus mortem Chriſti, vt ex ea iterata fiat iterata remiſsio. Sed hoc impoſsibile eſt. Nõ talis hoſtia nobis relinquitur, ſi poſt baptiſmum nos inquinauerimus. Hæc Anſelmus. Eodem modo interpretatur illa verba Haymo in commentariis ſuper epiſtolas Pauli. Contra hanc peſtilentiſsimam hæreſim non eſt opus amplius diſputare, quia per ea quæ diximus, ſatis apertè de ſua falſitate conuincitur.

Heb.6. *Roma.6.* *Heb.9.* *Heb.6.* *Anſelmꝰ.*

SEcũda hæreſis ait pœnitẽtiam quæ ex timore gehẽnæ oritur, eſſe non ſolùm inanem, verum etiam noxiam. Huius hæreſis autor eſt etiam Lutherus, qui ad hũc ſcopum ſuam doctrinam viſus eſt dirigere, vt peccatores à pœnitẽtia auerteret, & ad peccandum impelleret. Hic enim ait peſtiferam eſſe pœnitentiam quæ à timore gehennæ ortum habet. Quapropter ait malum eſſe talem timorem peccatoribus incutere, vt inde ad pœnitentiam conſurgant. Verùm de hoc errore iam ſuprà diſſeruimus in titulo de contritione: quapropter non erit opus nunc ea repetere. *Lutherus*

TErtia hæreſis omnem pœnitentiæ virtutem tollit, dicens eos qui ſemel lapſi ſunt, nũquam poſteà cõſequi remiſsionem, quãtumlibet poſteà pœniteant. Huius hæreſis autor fuit Nouatus quidam Romanæ Eccleſiæ presbyter, à quo Nouatiani appellati ſunt. Vocãtur etiam alio nomine Cathari, id eſt mũdi, propter munditiam quam ſuperbiſsimè de ſeipſis prædicabãt. Et hoc nomen illi ſibiipſis arrogantiſsimè indiderunt. Qui huius rei hiſtoriam plenè noſſe cupit, legat Euſebium Cæſarienſem libro ſexto hiſtoriæ Eccleſiaſticæ capite trigeſimooctãuo. Verùm & ſi omnes qui de hæreſibus ſcripſerunt, hunc errorem tribuant huic Nouato tanquam primo illius inuentori, tamen beatus Hieronymus libro ſecundo aduerſus Iouinianum dicit etiam hunc fuiſſe errorem Montani quem conſtat eſſe Nouato vetuſtiorem, quoniam ille ſub Commodo Imperatore, & Sothero papa fuit: hic autem ſub Decio & ſub Cornelio. Quicunque ergo fuerit huius hæreſis primus iuuentor, ille certè duram ſatis inuenit ſententiam, & à miſericordia diuina nimis alienam. Quapropter credo eos nõ fuiſſe miſericordiam cõſecutos qui hãc hæreſim docuerũt: quoniam (vt ait Iacõbus Apoſtolus) iudicium ſine miſericordia fiet ei qui nõ fecerit miſericordiam, preſertim cum non ſit alia res pluries & apertius in ſacris codicibus prodita, quàm miſericordia quam Deus erga peccatores maximè pœnitentes exercet, illis peccatorum ſuorum indulgentiam tribuens. Si pœnitentia non promeretur indulgentiam peccatorum, fruſtra ille qui pœnitentiam agebat in fauilla & cinere, Deum pro ſuis peccatis deprecabatur, dicens: Tu quidem greſſus meos dinumeraſti, ſed parce peccatis meis. Fruſtra petit, qui certus eſt ſe nõ poſſe impetrare quod petit. Verum ſanctus Iob melius de miſericordia diuina quàm Nouatus ſentiens, id petit quod ſe obtinere poſſe credit. Et Dauid adulterii à ſe commiſſi pœnitẽs, Dominum precatur, dicẽs: Miſerere mei Deus ſecũdùm magnam miſericordiam tuam. Et ſecũdum multitudinem miſerationum tuarum dele iniquitatem meam. Dauid magnam agnoſcit eſſe miſericordiam diuinam, & multitudinem miſerationum illius ſcit: ideo cum cõfidẽtia à Deo miſericordiam petit, tanquàm ab eo qui illam donare poterat. Tãta eſt enim benignitas omnipotentiæ, & omnipotentia benignitatis in Deo, vt nullum ſit peccatum quod nolit aut quod non poſsit remittere peccatori pœnitenti. Si enim aliquod eſſet peccatum quod remittere non poſſet, non eſſet omnipotens: aut ſi cum poſſet remittere nõ vult, iam non eſt plenè miſericors, cum ad plenam miſericordiam id exigatur, vt totum quod poſsit, velit, ſi malitia petentis non obſtet. Rex ille Euangelicus, cui ſe Dominus per parabolam ſimilauit, omne debitum dimiſit ſeruo ſuo, quoniam rogauit eum: & quia ille cum alio conſeruo non exercuerat eandem miſericordiam, coniectus eſt in vincula & carcerem. Prętereà, Salomon in libro Sapientiæ, ait: Malitia ſapientiam non vincit. At ſi aliquod peccatum eſſet quod non poſſet aut nollet benignitas remittere, ſapientia eſſet victa à malitia: aut ſuperata illius potentia, ſi non poteſt: aut ſuperata miſericordia, ſi non vult. In eodem libro iterum dicitur: Diſſimulat Deus peccata hominũ propter pœnitentiã. Quid eſt diſsimulare, niſi non punire cum poſſet? Non autem punit, quia patientia Dei (vt ait Apoſtolus) expectat peccatorem ad pœnitentiam. Si autem peccatori nihil eſſet profutura pœnitentia, fruſtra illum Deus expectat, cum ex tali expectatione peccator nullum commodum habere poteſt. Verum quia per talem pœnitentiam peccator aſſequitur ſuorum peccatorum remiſsionem, & poſteà vitã æternam, ideo Deus peccatorem nõ ſtatim poſt peccatum commiſſum punit, ſed expectat vt pœnitentiam agat, dicens: Nolo mortẽ peccatoris, ſed magis vt cõuertatur & viuat. Qui ergo cõuerſionẽ peccatoris

Ncuatus. *Nouatiani.* *Cathari.* *Mõtanus.* *Iaco.2.* *Iob.41.* *Iob.14.* *Pſal.50.* *Matt.8.* *Sap.7.* *Sap.11.* *Roma.2.* *Ezec.18.*

optat, propter ipsius peccatoris commodum optat, & nō propter suum, quoniam Deus bonorum no-
*Psal.*11. strorum nō indiget. Ecclesiasticus etiam hāc eādem docet sententiam, dicēs: Fili peccasti, ne adiicias ite-
Eccle. 21. rum: & de præteritis deprecare vt tibi dimittātur. Si peccatum per pœnitētiam nō dimitteretur, frustra Ecclesiasticus moneret peccatorem vt peteret à Deo peccatorum suorum dimissionem. Rursum,
Esa. 55. Esaias Propheta promittit peccatori si pœnituerit peccatorum indulgētiam, dicēs: Derelinquat impius viam suam, & vir iniquus cogitationes suas, & reuertatur ad Dominum, & miserebitur eius: & C
ad Deum nostrum, quoniam multus est ad ignoscēdum. Et per Hieremiam Prophetam Dominus ait:
Si pœnitētiam egerit gēs illa à malo suo quod locutus sum aduersus illam, agam & ego pœnitētiam su-
Hiere. 18. per malo quod cogitaui vt facerem ei. Hoc idem per Ezechielem Prophetam Dominus promittit, di-
Ezec. 18. cēs: Si impius egerit pœnitētiam ab omnibus peccatis suis quæ operatus est, & custodierit omnia præcepta mea, & fecerit iudicium & iustitiam, vita viuet, & nō morietur. Omnium iniquitatum eius, quas operatus est, nō recordabor. In iustitia sua quam operatus est, viuet. Quid ergo crudelissimi Nouatiani aduersus tot támque aperta testimonia docere prę sumūt? Deus promittit peccatori pœnitēti se remissurum & cōdonaturum peccata, & isti cōtra diuinas promissiones nō verētur remissionē negare pœnitēti. Sed videte quemadmodum suam impiam doctrinam exponāt, credētes illam facilius posse defendi. Fatētur enim peccata ante baptismum commissa, posse per baptismū deleri, illa autem quæ post baptismum sunt perpetrata, negāt posse per pœnitētiam dimitti. Sed tūc oportebit eos percōtari, an baptismus Dei potētiam, aut misericordiam minuat, aut fortè malitiam peccati adiuuet, vt cōtra Dei misericordiam victoriam parere valeat? Absit vt in tātam blasphemiam quis incidat, vt dicat malitiam nostram vnquam posse vincere diuinam misericordiam & sapiētiam. At sapiētia victam se fateatur oportet, si peccatum post baptismum commissum nō potest, aut nō vult remittere. Nō enim solūm credēdū
Matt. 9. est malitiam aliquādo nō vincere sapiētiam, sed nūquā. Præterea ipsemet Dominus ait: Nō est opus bene valētibus medico, sed malè habētibus. Eūtes discite quid est, misericordiam volo, & nō sacrificium. Nō enim veni vocare iustos, sed peccatores ad pœnitētiam. Mirum est quòd Deus de cœlo ad terras ve- D
nerit vt vocaret peccatores ad rem prorsus inutilem, videlicet ad pœnitētiam, quæ iuxta horum hæreticorum sententiam res est peccatori baptizato prorsus inanis. Rursum in eisdem ipsis verbis Saluator dicit se venisse tāquam medicum ad infirmum. Si ergo ille peritus est medicus, omnes potest infirmitates sanare. Nō enim est perfecta medicina, cui morbus aliquis incurabilis inuenitur. Quòd si omnes curare potest & nō vult, tūc crudelis est medicus, & nō misericors dicēdus, qui nō compatitur infirmo, quia nō illum iuuat cùm potest. At Deus misericors est, cuius miserationis nō est numerus: & ideo vult omnes saluos fieri, si ipsimet suæ ipsorum saluti nō repugnēt. Quapropter oportet vt cum Propheta regio propter hāc immēsam eius misericordiam illum laudemus, dicētes: Benedic anima mea Domino, & omnia quæ intra me sunt, nomini sancto eius. Benedic anima mea Domino, & noli obliuiſci omnes retributio-
*Psal.*102. nes eius. Qui propitiatur omnibus iniquitatibus tuis, qui sanat omnes infirmitates tuas. Qui redimit de interitu vitam tuam, qui coronat te in misericordia & miserationibus. Quid ergo esse poterit in nobis quod irremissibile sit, si Dominus propitiatur omnibus iniquitatibus nostris? Aut quomodo dicetur aliquod peccati vulnus insanabile, si Dominus sanat omnes lāguores nostros? Vel qualiter nō potitur iam plenæ remissionis beneficio, qui in misericordia & miserationibus coronatur? Deus ergo qui omnes infirmitates nostras sanat, oportet vt peccata etiam post baptismum commissa peccatori pœnitēti remittat. Deinde, multæ parabolæ sunt in Euāgelio, quibus Christus docuit nos vt crederemus peccatorum
Luc. 15. remissionem fore dādam peccatori pœnitēti. Filius enim prodigus qui acceptam substātiam quæ illi hæreditario iure competebat, abiēs in regionem lōginquam, viuēdo luxuriosè dissipauerat, cùm ad se reuersus malè actorum pœnituit, ad patrem rediit, & ab eodem receptus est, nec tamen asperè & durè A
quin potius benignè, & cum lætitia magna, quia filius qui perierat, inuentus est. Nec alius est filius prodigus quàm peccator: nec alius eius pater quàm Deus, qui ex nimia benignitate sua peccatorem ad se cōuersum recipit, & hoc cum gaudio: quoniam maius gaudium fit in cœlo super vno peccatore pœnitentiam agente, quàm super nonaginta nouem iustis qui nō indigent pœnitentia. Hominem vulneratū
Luc. 10. à latronibus, descendentem à Hierusalem in Hiericho, Samaritanus perduxit ad stabulum, vinū & oleū in vulnera infudit, duos denarios stabulario dedit expendendos in vulnerati medelam, promittens se posteà soluturū quicquid stabularius cum infirmo vltrà expendisset. Vulneratus hic peccatorem designat. Samaritanus tam anxiam illius curā habens, est Christus Redemptor noster. Si autem salus huius infirmi desperata iam esset, nō tam solicitus esset Samaritanus de eius salute. Verum quia sperabat infirmum posse in pristinam incolumitatem restitui, si debita illi applicetur medicina: ideo omnem quā po-
Cōcilium Roman. test adhibet curā, vt sanitatem recuperet. Demū aduersus hāc hæresim celebratū est Romæ à Cornelio papa Cōcilio quinquaginta episcoporū, & totidem presbyterorū, & multo pluriū diaconorum, in quo hæc pestifera hæresis dānata est. Et quamuis huius cōcilij decreta nō extent, tamen Eusebius Cæsarien-
Cōcilium Nicænum sis lib. 6. historiæ Ecclesiasticæ capite 34. de hac re testimonium perhibet. Quòd si quis pertinax Eusebio nō credit, audiat Cōcilium Nicænum, quod prohibet ne aliquis ex Nouatianis ad Ecclesiæ cōmunionem recipiatur, nisi prius hāc abiurauerit hæresim. Nam in octauo capite suorū decretorū Concilium præfatum sic ait: Si qui voluerint venire ad Ecclesiā Catholicā ex Nouatianis, placuit sancto Concilio vt ordinētur, & sic maneāt in clero. Ante omnia autem hāc habeāt confessionem, quam per scripturam exigi oportet, vt fateātur se communi consensu Catholicę Ecclesiæ statuta obseruaturos, id est, communicaturos se & his qui fortè secūdas nuptias experti sunt, vel his qui persecutionis tempore lapsi B
sunt, quibus tamen lapsis pœnitentiæ modus & tempus assc riptū est, vt in omnibus sequātur ea quæ in Ecclesia Catholica obseruātur. Hæc Concilium Nicænum. Et Concilium Tridentinū sub Paulo tertio

celebratum

celebratum seſſione sexta hanc hæresim damnat. Nam in doctrina de iustificatione impij, quæ in illa seſsione data est, capite. 14. hæc verba continẽtur. Qui verò ab accepta iustificationis gratia per peccatũ excideruntrursus iustificari poterũt cùm, excitante Deo, pœnitentiæ sacramentũ, merito Christi, amissam gratiam recuperare procurauerint. Hic enim iustificationis modus, & lapsi reparatio, quam secundam post naufragium deperditæ gratiæ tabulam sancti patres aptè nuncuparunt. Hęc Concilium illud in doctrina de iustificatione impij. Sed ne temerè contra hanc doctrinam aliquis sentire auderet, Canonem latæ sententiæ vigesimum nonum protulit, cuius hæc sunt verba. Si quis dixerit eum qui post baptismum lapsus est, non posse per Dei gratiam resurgere, aut posse quidem, sed sola fide, amissam iustitiã recuperare, sine sacramẽto pœnitentiæ, prout sancta Romana & vniuersalis Ecclesia à Christo Domino & eius Apostolis edocta, hucusque professa est, seruauit & edocuit: anathema sit. Hæc Concilium Tridẽtinum. Aduersus hanc hæresim scripsit beatus Cyprianus librum vnum in modum sermonis, qui inscribitur de lapsis. Beatus Ambrosius scripsit opus de pœnitentia duobus partitum libris, in quorum primo aduersus Nouatianum pugnat. Beatus Chrysostomus fecit alium librum qui inscribitur de reparatione lapsi. Alios non vidi. *Cõcilium Tridẽtinũ*

C

POTESTAS.

DE hac re est vna hęresis quæ asserit omnem potestatem tam laicalem quàm Ecclesiasticã amitti per peccatum mortale. Huius hæresis authores fuerunt Vvaldenses, dicẽtes, non esse parendum illi qui mortalis culpę reus sit, quoniam talem dicunt non posse Ecclesiastica neque seculari dignitate potiri. B. Bernard. qui Vvaldẽsibus est vetustior, sermone .66. super Cantica, hunc errorem tribuit quibusdam sui temporis hæreticis, quorum nomina non exprimit, sed solùm dicit illos iactare se esse Apostolorum successores, & vitam Apostolicam gerere. Quæ res ansam suspicionis mihi præbet, illos de quibus Bernardus loquitur, esse quos vocamus Pseudapostolos: quoniam & hic error, & alii quos ibidem Bernardus enumerat, à Pseudapostolis defendũtur. Verùm huic nostræ suspicioni obstare potest, quòd Gerardus Sagarellus, & Dulcinus Nouariẽsis, qui principes Pseudapostolorum dicuntur, multo posteriores fuêre Bernardo. Et certè quicunque illi fuerint, eosdem prorsus tutantur errores quos Vvaldẽses. Ioannes Vvicleph post aliquot annos hanc, vt cæteras Vvaldensium hæreses, suscitauit. Ioannem Vvicleph imitatus est in hac parte Ioannes Hus. Hi duo dicunt eum qui culpæ mortalis est reus, non esse regem, nec comitem, nec ducẽ, nec papam, nec episcopum, nec aliquid huiusmodi. Et si aliquid horum dicitur, aut vocatur, asserunt æquiuoca denominatione vocari, sicut homo pictus dicitur homo, quamuis uihil verè humanum habeat. Ad hoc autem asserendum tali argumento se firmant. Omnis potestas à Domino Deo est: Deus autem dona sua non præstat hominibus peccatoribus & sceleratis, ergo homo peccati reus nullam habet potestatem. Sed hæc argumentatio inanis est prorsus, & nullam vim habens, eò quòd falsum assumit cùm ait, Deum non concedere dona sua peccatoribus. Hoc autem esse falsum vel ex eo conuincitur quod Dominus per Hieremiam Prophetam quibusdã barbaris gentibus loquens, ait. Et nũc itaque ego dedi omnes terras istas in manu Nabuchodonosor regis Babylonis serui mei. Insuper & bestias agri dedi ei, vt seruiant illi. Et seruient ei omnes gentes, & filio eius, & filio filii eius, donec veniat tempus terrę eius, & ipsius. Et seruient ei gentes multæ, & reges magni. Ecce Nabuchodonosor malus, & dicitur rex: nec potest dicere Vvicleph eum vocari regem æquiuocè, quoniam sicut dicitur, ita est rex. Nam Deus cuius est regna donare, illi dedit regnum. Ego (inquit Deus) dedi omnes terras istas in manu Nabuchodonosor regis. Deus ergo dat regna etiam peccatoribus, sicut & iustis: quoniam (vt est apud Iob) regnare facit Deus hominem hypocritam propter peccata populi. Ecce hypocritam regnantem Deo non solùm permittente, sed faciente. At hypocritam esse malum quis dubitare poterit? Præterea Christus loquens de obedientia præstanda superioribus, ait: Super cathedram Moysi sederunt scribæ & pharisæi: quæcunque dixerint vobis, facite: secundum opera verò eorum nolite facere. Dicũt enim, & non faciunt. Ex quibus verbis apertissimè conuincitur fieri posse vt super cathedram sedeant ii quos oportet non imitari, qui dicunt & non faciunt: qui alligant onera importabilia super humeros aliorum, ipsi verò nec digito ea mouere volunt. Rursum, beatus Petrus in sua prima Canonica epist. ait: Serui subditi sint in omni timore dominis, non tantum bonis & modestis, sed etiam dyscolis. Ecce beatus Petrus vocat dyscolos dominos, & non verentur hæretici negare hoc esse possibile, vt peccator sit, & potestatem aliquam & dominium habeat. Et ne subterfugiant ad nominis æquiuocationem, dicentes illos fuisse vocatos dominos æquiuocè, sicut homo pictus dicitur homo, præcepit vt talibus dyscolis subiecti essent. Ex quo apertè constat illos non solo nomine dici dominos, sed re, cum illis debeatur obedientia & timor. Deinde aliqui fuerunt peccatores de quibus Euangelium testatur eos tunc aliquam habuisse potestatis dignitatem. Iudas Apostolus erat, & peccator tunc erat: & si hoc Ioannes Vvicleph negare non erubescit, ipsamet veritas ore proprio illum redarguit & confundit. Sic enim ait: Nonne duodecim vos elegi? & vnus ex vobis diabolus est. Ecce peccator est Iudas, & tamen Apostolus est, quoniam à Domino electus est. Nisi fortè quem Deus elegit, Vvicleph vult illum ab electione frustrari. Caiphas etiam cum esset pontifex anni illius prophetauit. Pontifex erat, & sententiam mortis aduersus Christum dicebat. Possibile est ergo vt quis sit peccator, & sit papa, aut episcopus, aut rex, aut aliquid huiusmodi. Nam qui solem suum facit oriri super bonos & malos, etiam donat regna iustis & peccatoribns. Meritò ergo hæc sententia damnata fuit in Concilio Constantiensi. Nam ex quadragintaquinque articulis Ioannis Vvicleph in illo Concilio seſsione octaua damnatis, quartus sic ait: Si episcopus vel sacerdos est in pec-

Vvaldenses. *Ioannes Vvicleph* *Ioannes Huſs.* *Hiere.27.* *Iob.14.* *Matt. 23.* *1.Pet.2.* *Ioan.6.* *Ioan. 11.* *Matt.5.* *Cõcilium Constant.*

cato,mortali,non ordinat,non conficit,non conſecrat,non baptizat.Et quintuſdecimus articulus illius eſt iſte: Nullus eſt dominus ciuilis,nullus eſt præclarus,nullus eſt epiſcopus dum eſt in peccato mortali. Qui duo articuli ſimul cum aliis vna ſuper omnes lata ſententia damnati ſunt.Et in eodem Cõcilio ſeſſione quintadecima damnati ſunt aliqui articuli Ioãnis Huſs, quorũ vltimus eandem habet ſententiã,& eiſdem verbis quibus prolatus eſt quintuſdecimus Ioannis Vvicleph. Et Concilium Tridentinum ſub

Cõcilium tridẽtinũ Paulo tertio & Iulio tertio celebratum hanc eandem hęreſim,quatenus de ſacerdotibus loquitur,damnauit.Nam ſeſſione ſeptima ſub Paulo tertio celebrata,inter multos quos condidit Canones, decimum ſub his verbis condidit. Si quis dixerit miniſtrũ in peccato mortali exiſtentem modo omnia eſſentialia, quæ ad ſacramẽtum conficiẽdum aut conferẽdum pertinent,ſeruauerit,non cõficere aut cõferre ſacramẽtum,anathema ſit.Et poſteà ſeſſione quarta ſub Iulio tertio celebrata multos ædidit Canones,quorũ decimus hęc cõtinet verba:Si quis dixerit ſacerdotes qui in peccato mortali ſunt,poteſtatẽ ligãdi & ſoluẽdi non habere,anathema ſit.Hæc Cõcilium Tridẽtinum.Cõtra hunc erroré Ioannis Vvicleph,ſcripſit Thomas Vvalden.in ſuo primo tomo doctrinalis fidei antiquæ libro tertio per tria capita eiuſdem libri, videlicet.81.82.&.83.

PRAECEPTVM.

Luthtr⁹. PRima hæreſis eſt, quæ docet nullum eſſe in tota lege Euangelica præceptum.Huius hæreſis inuentor eſt Lutherus,qui ad hunc ſolum finem totam ſuam doctrinam dirigere videtur,vt homines ab omni via veritatis auertat, & ad quæuis vitia pertrahat.Lutherum

Philippus Melancto ſecutus eſt in hac parte Philippus Melancton in locis communibus. Verba Lutheri in præfatione noui teſtamenti hæc ſunt. Non eſt aliquod in Euangelio præceptum à Deo. In ſermone de Moyſe,hæc ait. Decem præcepta ad nos non pertinent, ſed ad ſolos Iudæos. Et in eodem ſermone iterum ait. Ex textu clarè habemus quod etiam decem præcepta D ad nos non pertinent. Non enim nos, ſed ſolos Iudæos ex Aegypto eduxit Dominus. Hæc Lutherus, qui in libello de libertate Chriſtiana ita extollit fidem,vt per illam ſolam dicat totam legem impleri,& fideles ab aliis legis præceptis liberari. Quum primò hæc omnia verba Lutheri legi,non potui non mirari, quod homo qui ſe Chriſtianum profitetur,tam perfrictæ frontis fuerit, vt non dubitauerit tam temerariam, & tam apertè contrariam Euangelio ſententiam aſſerere, & per ſcripturas publicas populo venditare. Sed quia Lutherus non Dei Gloriam in ſua doctrina, ſed ſolum populi applauſum & fauorem quæſiuit,ea ſemper docere curauit, quæ populo magis grata fore intellexit. Et certè hæc potiſſima fuit cauſa propter quam breui temporis ſpacio tanta hominum multitudo ad Lutheri doctrinam defecerit. Nam maior populi pars illa ſemper magis laudat, quæ ſunt carni amica: & hæc Lutherus docere curauit.Contigit enim Luthero,quod olim Epicuro, qui, vt Lactantius refert,plures habuit ſectatores quàm omnes reliqui philoſophi, quia delicias carnis docebat, quas cæteri philoſophi auerſabantur. Contra hanc peſtilentiſſimam hæreſim pugnat ferè totum Euangelium. Non veni ſoluere legem, in-

Matt.5. quit Chriſtus Saluator noſter, ſed adimplere. Adimpleuit autem legem veterem, quum illi addidit præcepta,quę non erãt in illa,vt illis additis fieret integra & perfecta lex.Quod autem hoc modo adim pleuerit, docet Hyeronymus,qui in commentariis ſuper Matthęum prędicta Chriſti verba interpretãs,

Hieronymus. hęc ait.Siue quod de ſe per alios prophetas, adimpleuerit: ſiue quod ea quę antè propter infirmitatem audientium rudia & imperfecta fuerant,ſua prędicatione compleuerit,iam tollens, & vicem tallionis excludens, & occultam in mente concupiſcentiam. Hęc Hieronymus.Eodem modo interpretatur il-

Chryſoſtomus. la verba Chriſoſtomus homilia ſextadecima ſuper Matthęum,hęc inquiẽs. Quis enim id fuerat ſuſpi- A catus? quiſve ſtudio iſtud obiecerat, vt contrà neceſſariò videatur occurrere?Neque enim ea dictis eius iſtiuſmodi ſuſpicio naſcebatur. Nam iubens eſſe mites, modeſtos ac miſericordes, & mundo corde, & pro iuſtitia decertare,nihil vtique tale monſtrabat: ſed totum huiuſmodi quod huic potius ſuſpicationi eſſet aduerſum.Cur igitur hoc dixit? Non ocioſè omnino,nec vacuè: ſed quia veteribus pręceptis multo erat maiora poſiturus, dicens. Audiſtis quia dictum eſt antiquis, non occides: ego autem dico vobis,etiam ab iracundia temperare, & diuina quadam conuerſatione atque cœleſti, iter celebrare viuendi. Hęc Chryſoſtomus,qui poſt multa alia in eadem homilia,interpretans illa verba Chriſti,Qui ergo ſoluerit vnum de mandatis iſtis minimis.&c. hęc ait. Qua igitur gratia vocauit minima mandata, cùm tam magna certè ſint atque ſublimia? Quia enim conditurus erat ipſe legem: ſicut ſemetipſum humiliat, interdum & mediocria de ſeipſo loquitur: ita nunc etiam de pręceptis ſuis: nos ſcilicet per

Tertullianus. hęc quoque docens mediocritatem vbique ſeruare. Hęc Chryſoſtomus. Ex quibus apertè conuincitur Chriſtum pręcepta dediſſe in Euangelio,& legem ſtatuiſſe nouam,vt nõ ſolum Redemptor,ſed etiam legiſlator meritò dici debeat. Conſentit Chryſoſtomo & Hieronymo in declaratione prędictorũ Chriſti verborum Tertuilianus,qui libro quarto contra Marcionem,hęc ait. Recidit ne Chriſtus præcepta non occidendi,non adulterandi, non falſum teſtandi,diligendi patrem & matrem? Antè & illa ſeruauit,& quæ deerant, adiecit. Saluum eſt & hoc in Euangelio.Non veni diſſoluere legem & prophetas, ſed potius adimplete.Hæc Tertullianus Prætereà,Chriſtus Apoſtolos ſuos alloquens,dixit. Si præcepta mea ſeruaueritis,manebitis in dilectione mea: ſicut & ego præcepta patris mei ſeruaui,& maneo in eius dilectione. Ex quibus verbis,conſtat Chriſtum aliqua præcepta Apoſtolis ſuis dediſſe,conſtat etiam non ſolum peccatores, ſed etiam iuſtos diuinis præceptis eſſe ſubiectos. Nam Apoſtoli, quum hæc illis B

Ibidem. Chriſtus dixit, iuſti erant, & Chriſti teſtimonio probati,qui dixit illis. Iam vos mundi eſtis propter ſermonem quem locutus ſum vobis.Illud etiam eſt manifeſtum ad conuincẽdum Lutheri errorem, quòd

Chriſtus

A Christus Apostolis suis alibi dicit. Euntes ergo docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine patris, & filii, & spiritus sancti: docentes eos seruare omnia quæcunque mãdaui vobis. Ex quibus verbis apertissimè conuincitur Christum præcepta dedisse, qui mandat Apostolis, vt doceant omnes gentes seruare illa. Dicens, omnes gentes, neminem excludit, siue iustum, siue peccatorem: vt hac ratione ostenderet neminem esse liberum ab obedientia mãdatorum Dei. Vt autem Lutherus intelligat ex illis Christi verbis euidenter colligi Christum præcepta dedisse. Audiat quid Hieronymus super Matthæum prædicta verba interpretans dicat. Ordo præcipuus, inquit ille, Iussit Apostolis primùm docerent vniuersas gentes, deinde fidei iniungerent sacramẽto, & post fidem ac baptisma, quæ essent obseruanda, præciperent. Ac ne putemus leuia esse quę iussa sunt & pauca, addidit. Omnia quæcũque mãdaui vobis. Vt quicũque crediderint, qui in trinitate fuerint baptizati, omnia faciant quæ præcepta sunt. Hæc Hieronymus. Ecce Luthere, vide quomodo ex sententia Saluatoris post fidem Euangelii susceptã tenemur ad aliqua præcepta seruanda. Sed descendamus ad particularia Euangelicę legis præcepta, quoniam ex illis particularibus multo clarius veritas eluceſcet, quàm ex vniuersalibus aut indefinitis elocutionibus. Fidem Christi esse præceptam in Euangelio, apertè constat ex illis Christi verbis, Qui crediderit & baptizatus fuerit, saluus erit: qui verò non crediderit, condemnabitur. Si damnatur qui non credit, consequens est manifestum, vt omnibus sub pœna peccati mortalis præceptum sit credere: quoniam nullus nisi pro peccato mortali damnatur. Lutherus ipse fatetur fidem esse sic necessariam, vt nihil dicat esse peccatum nisi so-

B lam infidelitatem. Et propterea non possum intelligere quomodo ille sibi constare possit, dicens, nullum est præceptum in Euangelio: quoniam si fides est necessaria, consequens est vt sit præcepta. Eodem modo conuincitur præceptum esse datum de baptismo quia necessitatem illius ad salutẽ expressit Christus, dicens. Nisi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu sancto, non potest intrare in regnũ Dei. Necessitas autem illa ad salutem, apertè indicat præceptum: quoniam nullus à regno Dei excluditur, nisi propter trãsgressionẽ alicuius præcepti. Nam seruãti omnia præcepta Christus promisit vitã æternã. Et hinc euidẽter colligitur, baptismũ esse sub præcepto, quoniã aliàs posset homo sine illo saluari, si reliqua omnia præcepta seruasset: Quia Christus dixit. Si vis ad vitã ingredi, serua mãdata. Igitur homo adultus ante baptismum iustificatus, posset sine baptismo & sine illius desiderio saluari, si baptismus non esset in præcepto. Est igitur baptismus in præcepto iis, quibus est idoneè prædicatus, ita vt qui post sufficiẽtem illius prædicationem baptizari nolunt, quum possint, non solum ob alia peccata damnantur, sed etiam propter neglectum baptismum. Pœnitentiam esse in præcepto probatur non solum ex illis Christi verbis, Agite pœnitentiam, & appropinquabit regnum cœlorum: sed multo apertius ex istis eiusdem Saluatoris verbis: Nisi pœnitentiam egeritis, omnes simul peribitis. Nam illa cõminatio inferni apertũ est iudiciũ præcepti diuini obligantis ad mortem. Neque aliis verbis apertius potest vis præcepti declarari, quàm per talis pœnæ cõminationem. Apertè etiam indicat præceptum pœnitẽtiæ illa grauis & frequẽs reprehẽsio Dei, qua peccatores nõ solum propter alia peccata, sed etiã propter impœnitẽtiam percutit.

C Nam per Hieremiam prophetam filios Israël arguens, ostendit se magis offensum & exasperatum propter impœnitentiã & obstinationẽ, quã propter alia grauissima illorum scelera. Frõs mulieris meretricis, inquit Deus, facta est tibi, noluisti erubescere. Et post pauca iterum air. Quomodo si contemnat mulier amatorem suum, sic contempsit me domus Israël. Quibus verbis Deus impœnitentiã ipsam apertè vocat contemptum. Et ipsemet propheta hanc illorũ obstinationem accusat, dicens. Percussisti eos & non doluerũt, attriuisti eos & renuerunt accipere disciplinam. Indurauerunt facies suas supra petram, & noluerunt reuerti. Eodem modo accusat eos propheta Ezechiel, capite. 3. Et sapientia diuina indignata de peccatorum impœnitentia ait illis. Respexistis omne consilium meum, & increpationes meas neglexistis. Ego quoque in interitu vestro ridebo, & subsannabo quũ vobis id quod timebatis, aduenerit. Nunquam tam asperè loqueretur sapientia diuina, nisi illa propter peccatorum impœnitentiam esset grauiter exasperata. Sed his omnibus multo apertius indicat præceptum pœnitẽtiæ, quod pœnitentia nimiũ procrastinata auget pœnam vltra eam quæ propter alia peccata esset exigenda. Et hoc ipsum indicauit Paulus, quum peccatorem alloquens, dixit. Secundum autem duritiam tuam & impœnitens cor thesaurizas tibi irã in die iræ & reuelationis iusti iudicii Dei. Thesaurizare dixit, pro eo quod est, pœnas pœnis addere: quemadmodum ii qui thesaurizant, diuitias diuitiis iungunt & accumulant. Est ergo præceptum de pœnitentia, sed si quæras in quo præcepto decalogi illud cõtineatur, respõderi potest, quod in præcepto dilectionis Dei: quia ad veram amicitiam spectat, non offendere amicum, & post offensam commissam dolere propter illam. Et iuxta hanc sententiam dicere etiam oportebit, omne peccatum esse contra præceptum de dilectione Dei, sicut è contrario omne præceptum, vt Paulus docet, continetur in præcepto de dilectione Dei. Potest aliter, & fortè melius respondẽri quod præceptum pœnitentiæ,

D non est vnum sed multiplex: quia cuiuscunque peccati pœnitentia continetur in illo eodem præcepto, cõtra quod fuit peccatum commissum. Nam sicut per quodlibet præceptum prohibetur peccatum, ita etiam perseuerantia in illo, & inde colligitur præceptum de pœnitentia: quia nõ potest ab illo sine pœnitentia discedere. Verùm hæc omnia quæ de pœnitentia diximus, solum probant de pœnitentia, quæ virtus est, quod illa sit in præcepto. De pœnitentia autem sacramentali quod sit à Deo præcepta, iam suprà probatum est, in titulo de confessione, & in titulo de pœnitentia. Rursum, Lutherum negantem esse aliquod præceptum in Euangelio, suo proprio gladio facilè iugulare possumus. Nam ille omnes viros Catholicos Romano pontifici obedientes, quos ille Papistas vocat, hac ratione illos accusat, quòd Eucharistiam laici non recipiunt sub vtraque specie, neque sacerdotes illis sub vtraque specie tradunt. Dicit enim ille, vt in titulo de Eucharistia plenius retulimus, Christum præcepisse nobis Eucharistiam sub vtraque specie sumere. Si hoc Christus præcepit, quomodo verum esse potest, quod nunc ait, nul-

Matt.28.

Hierony.

Ioan.3.

Matt.19.

Matt 4. Luc.13.

Hiere.3.

Prou.6.

Rom.2.

2.Tim.1.

lum esse præceptum datum à Christo in euangelio? Deinde, Si nullum est præceptum in Euangelio, ergo nullum est peccatum in eis qui sub Euangelio viuunt. Nam Paulus docet non esse preuaricationem, vbi non est lex. Si non est præuaricatio, ergo nec peccatum? quia propheta regius censet, omnes peccatores esse præuaricantes. Hæc est ergo libertas Euãgelica, quam prędicat Lutherus, vt hominibus liceat, quicquid libuerit, citra peccatum agere. Præter hæc peculiaria Euangelij præcepta, oportet me probare illa decalogi præcepta etiá pertinere ad Christianos, sicut ad Iudæos: quod certè non magnum negotiũ nobis faceſſet. Nam præcepta illa sunt de lege naturæ, & omnia, præter tria primæ tabulæ præcepta, deducuntur ex illis duobus primis naturalis rationis notissimis principiis. Quæcunque vultis, vt faciant vobis homines, hæc & facite illis. Quod tibi non vis fieri, alteri ne feceris. At cùm Christus in Euangelio confirmauerit hæc duo legis naturæ principia, conuincitur inde etiam confirmasse omnia decalogi præcepta, quæ ex illis duobus necessariò deriuantur. Apertius autem aliqua decalogi præcepta confirmauit, in præclaro illo sermone quem habuit in monte, de homicidio, adulterio, & periurio differens, A vbi strictius illa seruari iussit quàm fuerant olim à Iudęis obseruata, tantùm abest vt homines sub Euãgelio viuentes ab illorum obseruatione liberos esse voluerit. Præterea, Adolescenti interroganti quid faceret, vt vitam æternam assequeretur, respondit illi Christus. Si vis ad vitam ingredi, serua mãdata. Et cum vltra interrogasset adolescens, quę essent illa mandata, respondit iterum illi. Non homicidium facies, Non adulterabis, Non furtum facies, Non falsum testimonium dices. Honora patrem tuum & matrem. Hæc autem omnia mandata, vt notissimum est, cum ad decalogum pertineant, nescio qua fronte aut temeritate ausus est dicere Lutherus, decem præcepta non pertinere ad Christianos, sed ad Iudæos. Rursum, si illa decem legis præcepta ideo ad solos Iudæos spectare credẽdum est, quia illos solos Deus eduxit ex Ægypto, eadẽ ratione dicere oporteret, illa iam ad nullos homines pertinere, quia neque Sarracenos, neque Paganos eduxit ex Ægypto. Iudæos autem non magis obligant quàm Christianos: quia lex Mosaica post mortem Christi prorsus reuocata quo ad cæremonias, & iudicia. Moralia verò præcepta, vt sunt omnia quæ ad decalogum pertinent, non data sunt illis solis, neque solum post exitũ ab Ægypto, sed simul cum ipsa hominis creatione scripta sunt, vt paulus docet, in cordibus hominum. Ná si tantum post exitum ab Ægypto data essent hominibus, consequens esset, vt ante illud tempus homines illa transgredientes non peccassent. Sequeretur etiam nullos homines pręter Iudæos vnquam peccasse propter transgressionem cuiuscunque præcepti ex decalogo, quia lex quæ per Moysen & non antè data fuerat, solos Iudæos obligabat. Denique hæc pestilentissima Lutheri assertio damnata est in Concilio Tridentino sessione sexta sub Paulo tertio celebrata. Nam in doctrina de iustificatione impii, quæ in illa sessione fuit data, capite vndecimo, hęc habentur verba. Nemo autem quantumuis iustificatus, liberum se esse ab obseruatione mandatorum putare debet. Et post datam totam doctrinam de iustificatione, adiecti sunt multi Canones latam sententiam contra temerarios detractores continentem, quorum decimusnonus hęc continet verba. Si quis dixerit, nihil præceptum esse in Euãgelio præter fidem, cętera esse indifferentia, neque præcepta, neque prohibita, sed libera: aut decẽ prędecepta nihil pertinere ad Christianos, Anathema sit. Proximus Canon post istum, sequẽtibus verbis describitur: Si quis hominem iustificatũ & quantũlibet perfectũ, dixerit non teneri ad obseruationẽ mandatorum Dei & Ecclesię, sed tantum ad credendũ; quasi verò Euangeliũ sit nuda & absoluta promissio vitę æternę, sine conditione obseruationis mandatorum, Anathema sit. Hęc Conciliũ Tridentinũ. Sed oportet vt Lutheri argumentis, aut potius cauillosis strophis respondeamus. Obiicit enim nobis Paulũ dicentẽ: Christus nos redemit de maledicto legis factus pro nobis maledictũ. Et iterum. In libertatẽ vocati estis fratres. Verum hæc omnia, & plurima alia his similia, de illa sola libertate loquuntur qua liberauit nos Deus à seruitute legis Mosaicæ, vt iam post mortẽ nõ simus obligati ad seruandũ cęremonias & iudicia legis Mosaicæ. Et quod iste sit verus & germanus illorũ verborũ sensus, conuincitur apertè ex statu epistolę ad Galatas, ex qua prædicta testimonia desumpta sunt. Nam in illa tota epistola hoc agit Paulus, vt doceat Galatas, Cęremonias & iudicia veteris legis post mortem Christi cessasse, & nullam iam virtutem habere: cuius contrarium putabant Galatę seducti ab aliquibus Pseudoapostolis, qui docuerant eos, legem Moysi simul cum Euangelio esse seruandam. Ipsam ergo legem, quatenus iudicia & cæremonias continebat, appellauit iugum seruitutis, & maledictum: sicut alias Apostoli cõgregati appellarunt eam onus graue, quod patres nostri portare nõ potuerũt. Verum ne quis hanc libertatem malè intelligẽs, putaret quemadmodũ Lutherus, per eam esse liberũ ab obediẽtia reliquorũ mãdatorũ, quę ad solos bonos mores spectant. Dixit ibidem Paulus, Vos enim in libertatem vocati estis fratres, tantum ne libertatẽ in occasionem detis carnis, sed per charitatẽ spiritus seruite inuicẽ. Quę verba interpretãs Hieronymus in cõmẽtariis super epistolam ad Galatas, hæc ait. Dicat quispiã, Si cessaui ô Paule esse sub lege, & de seruitute in libertate vocatus sum: ergo debeo ira viuere, vt conuenit libertati, nec aliquibus præceptis teneri, sed quodcũque placuerit & voluptas suggesserit, hoc facere, implere, sectari. Ad quod respõdit Apostolus: Vocatos quidem nos esse in spiritus libertatẽ: sed ita, vt libertas ipsa carni nõ seruiat: Nec putemus quia nobis omnia licent, omnia expedire, quin potius quia serui legis esse cessauimus: facti liberi, magis per charitatẽ nobis inuicẽ seruiamus, vt lacinioſæ legis præcepta, vno dilectionis capitulo concludãtur. Hæc Hieronymus. Eodem modo intelligẽdum est etiam illud ex posteriore ad Corinthios epistola, Vbi spiritus Domini, ibi libertas. Nã ante hæc verba dixerat Apostolus. Litera occidit, spiritus est qui viuificat. Quibus verbis docuit, non esse in scriptura testamenti literalem sensum iam suscipiendum in obseruatione legis, sed sensum spiritualem. Quem sensum Iudæi non attingunt, quia habent velamen positum super oculos suos, & carent spiritu Domini. Vbi enim spiritus Domini, ibi libertas. Quia vbi est spiritus Dei, ibi iam non erit velamen super oculos mentis, sed remoto velamine intelliget se per me-

Rom. 4.
Psal. 118.
Matt. 5.
Matt. 19.
Roma. 2.
Cõcilium Tridẽtinũ
Galat. 3.
Ibidem. 5.
Acto. 15.
Galat. 5.
Hierony.
2. Cor. 3.

rira Christi

D rita Christi esse iam liberatum à seruitute legis Mosaicæ. Potest etiam aliter intelligi vt sit libertas à seruitute peccati, vbi est spiritus Domini. De qua libertate & seruitute illi opposita, dixit Christus. Omnis qui facit peccatum, seruus est peccati. Seruus autem non manet in domo in æternum, filius manet in æternum. Si ergo vos filius liberauerit, vetè liberi eritis. Possunt adhuc verba illa Pauli, vt Anselmus ait, intelligi de libertate in executione mandatorum Dei, ita vt is qui spiritum Domini habet, non timore pœnæ coactus, sed amore Dei ductus spontè iustitiam operetur. Et iuxta hũc sensum dicit idem Anselmus intelligendum esse quod alibi Paulus ait: Iusto non est lex posita. Sic enim illum Pauli locum interpretatur. De dutitia literæ veteris testamẽti dicit Apostolus, legem non esse iusto positam, sed iniusto. Qui enim spontè facit ea quæ lex moraliter iubet vel amplius, cur ei necessitas legis imponeretur? Libertate enim fecit, non necessitate quod facit. Hæc Anselmus. Eidem interpretationi fauet Theophylactus in commentariis super Paulum, vbi prædicta verba interpretans, ait: Iustum hic intellige, qui virtutem per fecit, qui non metu legis, sed propter ipsam honestatem & malitiam odit, & virturem complectitur, ac maiora quàm lex postulet transigit, non dignatus eam institutricem habere, quæ sibi flagra admoueat, sed virilem virtutem spirans, puerilia transcendit, perinde ac medicus vulnera habenti aut ægrotanti paratus est, non valenti probè: ac frenum inordinatè se gerenti equo, non parenti vel obtemperanti heniocho necessarium est. Hæc Theophylactus. Ecce quàm parum hæc Pauli testimonia suffragantur Luthero, cùm tamen ipse illorum robore de nobis se triumphare inaniter iactet. Neque verisimile erat Pau-

A lum pro hac tam horrenda ac pestilente Lutheri doctrina testimonium vnquam dedisse, qui aliàs sæpe adulteros, homicidas, periuros, fornicarios, fures, & reliquos omnes mandatorum decalogi transgressores excludit à regno Dei, & dignos illos morte esse censet. Non est opus aduersus hanc hęresim amplius disputare, quoniam adeò est temeraria, vt vix sit credibile hominem, qui sacras literas legit, in tantam dementiam incidisse. Sed quum considero quantum superbia & delitiæ carnis valeant excæcare hominis intellectum, non miror quod Lutherus, in quo hæc duo vitia regnabant in tot tamque horrendos lapsus fuerit errores.

Ioan.8.

Anſel.

1.Tim.1.

Anſelm.

Theoph.

Roma.1.

Gal. 5.

Ephe. 5.

SEcunda hæresis est, quæ asserit nullum esse prorsus discrimen, inter præceptum & consilium, neque aliquod esse in Euãgelio consilium, sed omnia quę nobis commendantur, esse præcepta. Hunc errorem docent concorditer omnes Lutherani, nescio tamen an illum acceperint à Luthero eorum antesignano: quoniam ego in operibus Lutheri quæ legere potui, non inueni, neque illum de hac re ab aliquo notatum reperi. Primus apud quem hunc errorem legi, est Philippus Melancton, qui in libro suo de locis communibus Theologiæ, in titulo de discrimine præceptorum & consiliorum, hæc ait: Quidam finxerunt in Euangelio consilia esse de non vindicando, de paupertate, de virginitate. Et quidem putant in Euangelio doceri hoc fine, quod hæc opera magis meteantur reconciliationem, aut salutem quàm alia opera. Deinde fingunt hæc opera perfectionem esse. Sed hęc sunt plena errorum & superstitionum. Vna est lex Dei, quæ nihil nisi præcepta continet. Hæc Philippus Melancton. Ex quibus verbis, & ex illis quæ in præcedenti hęresi illum docuisse diximus, apertè colliget lector illum secum pugnare. Nam

Melanctõ

B in præcedenti hæresi notatus est, quod dixerit nullum esse in Euangelio præceptum.

Nunc verò ait, nullum esse in Euangelio consilium, sed omnia esse præcepta. Illam tamen priorem assertionem, qua negauit homines post datum Euangelium teneri ad aliquod præceptum, dixit in libro de locis communibus, quum ętate iuuenili ardens delirare cœpit: sed postea errorem intelligens, emendauit illum in eodem libro, & in Apologia confessionis Augustanæ, & incidit in hunc de quo nunc disputamus, quo dicit nullum esse in Euangelio cõsilium, sed omnia esse præcepta. Fecit itaque Philippus iste iuxta illam Horatii sententiam,

Dum vitant ſtulti vitium, in contraria currunt.

Post istum Philippum hanc eandem hæresim docet quidam Ioannes Spangebergus ex Lutheranorum familia, qui in sua Margarita Theologica, in titulo de consiliis eadem ferè verba scripsit, quæ ex Philippo Melanctone suprà citauimus, & in tota illa sua Margarita ferè nihil aliud scripsit, nisi quod à locis communibus Philippi Melanctonis furatus est. Post istos legi Ioannem Caluinum in illo suo opere de institutione religionis Christianæ, in cuius capite quarto. §. decimoseptimo, reprehendens monachos propterea quòd dicunt se vouere consilia Euangelica, hæc quæ sequuntur, ait: Age, calumniam esse dicunt, quod antea tradidi, non esse contentos præscripta à Deo regula. Atqui, etiam si taceam, ipsi plus satis se accusant. Apertè enim docent se plus oneris suscipere, quàm suis Christus imposuerit. Quoniam scilicet Euangelica consilia, de diligendis inimicis, de non appetenda vindicta, de non iurando, & cætera, se seruaturos promittant, quibus non sunt communiter astricti Christiani. In eo quam nobis antiquitatem ostendent? Nulli vnquam vetetum hoc venit in mentem. Omnes vna voce clamant, nullam penitus voculam à Christo emissam, cui non sit necessariò obtemperandum. Et hæc ipsa nominatim,

Caluinus.

C quæ isti boni interpretes, Christum duntaxat consuluisse, nugantur, iussa esse nulla dubitatione vbique doceat. Hæc Caluinus. In quibus tot inserit & accumulat mendacia, vt vix vnam veritatem reperias. Illud enim inter cætera imprimis falsum est, & mera calumnia, quod dicit monachos censere, consilium esse & non præceptum à Deo datum de diligendis inimicis, & de non appetenda vindicta. Nullus enim monachus hactenus, quod sciam, scripsit dilectionem inimicorum, esse tantùm in consilio datam: sed omnes quos legi, fatentur illam esse in præceptó. Appetitum vindictæ nos omnes damnamus, & dicimus illum esse diuino præcepto prohibitum, quãuis iniuriæ aut damni reparationem, quæ aliquando solet appellari vindicta, coram iudice petere non prohibuerit, sed tantùm dederit cõsilium ne illa petatur. Et nõ fuit cõtentus Caluinus hanc calũniam omnibus monachis inferre, sed omnibus etiam Theologis scholasticis per eandem calumniam detrahere curauit. Nam in capite tertio vbi de lege diuina

differit.§.86. hæc ait: Quapropter peſtilentiſſimæ vel ignorantiæ, vel malitiæ fuit, quod ſcholaſtici ex præceptis de non appetenda vindicta, de diligendis inimicis, quę & omnibus Iudæis tradita fuerunt, & tum omnibus in commune Chriſtianis tradebantur, cõſilia fecerunt, quibus parêre vel non parêre liberum eſſet. Eorum autem neceſſariam obedientiam ad monachos relegarunt, qui vel hoc vno ſimplicibus Chriſtianis eſſent iuſtiores, quòd vltrò ſe ſeruandis conſiliis obſtringerent. Hæc Caluinus. Nullum hactenus ſcholaſticum Theologum vidi, etiam ſi plurimos in hac parte legerim, qui neget dilectionem D
inimici eſſe nobis in præcepto à Chriſto mandatam, ſed omnes vno ore fatentur, Deum de illa præceptum ſæpe dediſſe. Debuiſſet ergo Caluinus vnum ſcholaſticum Theologum nominare, qui de dilectione inimicorum, & de vindicta non appetenda ita, vt ille aſſerit, docuiſſet. Mentitur etiam Caluinus dicens ad monachos ſolos obedientiam iſtarum duarum rerum relegatam. Quoniam etſi in omni monachatu fiat aliquorum cõſiliorum votum, vt puta de paupertate & de caſtitate, nullum tamen, quod ſciã, eſt monachatus inſtitutum, in quo votum fiat Deo de diligentibus inimicis, & de vindicta non appetẽda. Quapropter ego non poſſum non mirari tantam hominis impudentiam, vt non vereatur tot tamque aperta mendacia in tam pernicioſa in publicum effundere, quod non aliunde quàm ex inuidia monachatus eueniſſe credo. Sed multò apertius adhuc mentitur, quum ait, omnes veteres vna voce clamaſſe, nullam penitus vocem à Chriſto emiſſam, cui non ſit neceſſariò obtemperandum. Cur, ô Caluine, ad confirmationem huius tuæ ſententiæ non citaſti vnum atque alterum ex veteribus qui pro illa teſtimonium redderet? Sed nullus fuit ex illis veteribus ab Eccleſia probatis, qui tuo mendacio fauere voluit, ne tui ſimilis eſſet. Ego verò, Deo fauente, illorum teſtimonia infrà citabo, vt illorum teſtimoniis quos tibi patrocinari mendaciſſimè iactaſti, te de mendacio apertè conuincam. Prius tamen ſacrę ſcripturæ teſtimoniis cõtra hos omnes hæreticos agere oportebit. Sed antequam ad diſputationem accedamus, ne de ſola vocis ſignificatione contẽdamus, ſtatuere oportet, quid nomine præcepti, aut conſilii intelligamus. Præceptum aliquando, etiam apud probatos autores, ſumitur pro doctrina: & deſcendit ab hoc verbo, præcipio, quod ſæpe ponitur pro, docere: & ab eo deriuatur hoc nomen præceptor, quod ſignificat magiſtrum, ſiue doctorem. Sed in hac ſignificatione non capimus hanc vocem in hac diſputatione, in qua contendimus præcepta & cõſilia differre. Nam ſi iuxta hanc ſignificationem vtimur voce præcepti, nos etiam fatebimur conſilia eſſe præcepta: quia etiam conſilia nos docuit Chriſtus: perinde ac præcepta. Mandatum etiam aliquando dicitur quicquid alicui quouis modo commendatum eſt, etiam ſi non cogatur ad illud faciendum. Et iuxta hanc ſignificationem etiam conſilia dicuntur mandata: quia conſi- A
lia etiam nobis commendauit Chriſtus, adhortans, ſed non obligans nos ad illa, & ideo non vtemur impræſentiarum iuxta hanc ſignificationem voce mandati. Præceptum ergo ſiue mandatum, de quo nunc contendimus, eſt lex ſiue regula quæ obligat eos quibus datur, ad aliquid agẽdum vel omittendum, cui legi aut præcepto qui non obedierit, damnationis æternæ ſententiam à iuſto iudice audiet. Conſilium autem eſt adhortatio quædam ad bonum. Cuius obedientia laudabilis eſt, trãſgreſſio verò inculpabilis.

Hieron. Et has vocum ſignificationes proprias & germanas colligo ex Hieronymo, qui etſi aliquando nomine præcepti & mandati vtitur iuxta primam & peregrinam harum vocum ſignificationem, tamen in libro primo contra Iouinianum, vbi rem ex profeſſo tractabat, apertè diſtinguit inter præceptũ & conſilium, ſic dicens: Quod præcipitur, imperatur: quod imperatur, neceſſe eſt fieri. Quod neceſſe eſt fieri, niſi fiat, pœnam habet. Fruſtrà enim iubetur, quod in arbitrio eius ponitur, cui iuſſum eſt. Et paucis interpoſitis, ſubiungit. Vbi conſilium datur, offerentis arbitrium eſt: vbi præceptum, neceſſitas eſt ſeruientis. Hæc Hieronymus. Hac verborum ſignificatione vtentes, inquiramus an aliqua ſint in Euangelio huiuſmodi conſilia à præceptis diſtincta. Differẽt iam conſiliorum à præceptis docuit Chriſtus magiſter noſter per ea omnia quæ cuidam adoleſcenti illum interroganti reſpondit. Nam quum ille interrogaret, quid faciendo vitam æternam poſſideret, reſpondit illi Chriſtus Saluator noſter. Si vis ad vitam ingredi, ſerua

Matt.19. mandata. Quum autem dixiſſet adoleſcens, ſe omnia mandata ſeruaſſe à iuuẽtute ſua, dixit illi Chriſtus Saluator noſter: Si vis perfectus eſſe, vende omnia quæ habes, & da pauperibus, & habebis theſaurum in cœlo, & veni, ſequere me. In quibus verbis id annotare oportet, quod aliud dixit eſſe neceſſarium ad aſſequendum vitam æternam, & aliud ad perfectionem obtinendam. B

Non enim omnes qui vitam æternam ingrediuntur, vt Iouinianus dixit, ſunt æquales in gloria. Nam ſicut alia eſt claritas ſolis, alia lunæ, alia ſtellarum: ita etiam varius eſt ſplendor gloriæ in animabus beatorum. Fuerunt enim quidam ſolùm incipientes ingredi viam virtutis: Alii qui paulò pòſt progreſſi ſunt: Alii qui adeò in virtutibus profecerunt, vt in nulla re præſertim graui, Deum vnquam offende-

Iacob.3. rint, & in paruis rarò. Qui non offendit in verbo, inquit Iacõbus, hic perfectus eſt vir. Cùm autem nullus perpetuò excludatur à vita æterna propter ſolam vnius verbi ocioſi offenſionem. Conuincitur aliquos eſſe dignos vita æterna, qui tamen quum hic viuerent, non fuerint perfecti. Ad aſſequendum vitam æternam ſolùm dixit eſſe neceſſarium ſeruare mandata, inter quæ non connumerauit propriæ poſſeſſionis abdicationem. Ad ſolum ſtatum perfectionis acquirendum, dixit, vt venderet quæ habebat, & ſequeretur illum. At nullus obligatur perfectionem obtinere, vt per illam poſſet ingredi vitam æternam: nullus ergo obligatur propria bona vendere & pauperibus dare, ad conſequendum vitam æternam. Et inde conuincitur talium bonorum abdicationem non eſſe præceptam, ſed ſolùm in cõſilio datam, quia non oſtenditur à Chriſto tanquam neceſſaria ad vitam, ſed tãquam gradus ad perfectionem.

Chryſoſt. Et huic ſententiæ apertè fauet Chryſoſt. Homelia. 64. ſuper Matthæum, vbi prædicta verba ſaluatoris quibus adoleſcentem ad perfectionem hortatur, interpretans, hæc ait: Perſpice quot brauia, quot coronas huic ſtadio proponit, ſi autem ille tentaſſet, hæc ei non dicerentur: nunc verò & hæc illi manifeſtantur, & vt alliceatur, ingentem ei mercedem futuram oſtendit, & voluntati eius vniuerſa relinquit.

Ita his

Ita his omnibus, ne oneroſa videretur admonitio, facere ſtudebat, ac ideo antequam certaminis labo-
C rem oſtenderet, brauium præ oculis poſuit, dicens: Si vis perfectus eſſe: deinde inferens, Vende omnia
quæ habees, & da pauperibus: & rurſus iterum præmia inculcat, Et habebis theſaurum in cœlo, & veni
& ſequere me. Non enim parua retributio eſt diligenter Dominum ſequi. Et habebis, inquit, theſaurum
in cœlis. Nam quoniam magna illi cura de pecuniis erat, quandoquidem cunctis denudari rebus conſi-
lebat, vt oſtendat non amiſſurum bona ſua, ſed tanto plura maioráque inuenturum quantum terra cœ-
lum præſtabilius eſt, retributionis præſtãtiam theſaurum appellauit. Hæc Chryſoſtomus. In quibus ver-
bis apertè ſatis docet illa Chriſti verba eſſe conſilium, & admonitionem. Hieronymus etiam eidem ſen-
tentiæ fauet, qui in commentariis ſuper Matthæum eadem verba interpretans, hæc ait: In poteſtate eſt *Hieron.*
vtrum velimus eſſe perfecti. Tamen quicũque perfectus eſſe voluerit, debet vendere quæ habet, & non
ex parte vendere, ſicut Ananias fecit & Saphira, ſed totum vendere, & cùm vendiderit omne, dare pau
peribus, & ſic ſibi præparare theſaurum in regno cœlorum. Hæc Hieronymus. *Act. 5.*

Ex cuius verbis conſtat perfectionem illam, ad cuius conſecutionem Chriſtus exigit propriæ poſſeſ-
ſionis abdicationem, non eſſe præceptam, ſed in noſtra ſitam poteſtate, & noſtro arbitrio relictam. Et
certè hoc idem docuit Petrus, quum reprehendens Ananiam propterea quod partem precii poſſeſſio-
nis venditæ ſibi retinuerat, dixit illi: Nónne manens tibi manebat, & venundatum in tua erat poteſtate? *Chryſoſt.*
D In ſua poteſtate eſſe dixit: quia non fuerunt præcepto aliquo conſtricti ad vendendum, ſed in libertate
illorum fuit vendere, & poſt venundatum agrum, liberum erat illi dare vel non dare precium agri ven-
diti. Ex quibus Petri verbis conuincitur falſum eſſe, & à litera omnino alienam illam interpretationem
quam Ioannes Vvicleph, & poſt illum Lutherani omnes reddunt præfatis illis verbis Chriſti. Dicunt e-
nim Chriſtum illic de illa ſola bonorum renũciatione fuiſſe locutum, quæ ad veram fidei confeſſionem
vrgente perſecutione, eſt neceſſaria: & hanc dicunt eſſe in præcepto. Sed hæc interpretatio apertè repu
gnat verbis Chriſti: quia hæc bonorum abdicatio vrgente fidei confeſsione, non ſolùm eſt neceſſaria ad
perfectionem, ſed etiam ad ingreſſum vitæ æternæ. Chriſtus autem non eſt locutus, vt ipſæ literæ pro-
ceſſus oſtendit, de abdicatione bonorum neceſſaria ad ingreſſum vitæ ærernæ, ſed de abdicatione qua
itur ad perfectionem, quæ, vt Hieronymus dixit, noſtro relinquitur arbitrio. Deinde, illi qui bona ſua
omnia vendebant, & precium illorum afferebant ad pedes Apoſtolorum, iuxta hanc Chriſti doctrinam
faciebant: nec tamen ad ſic faciendum cogebat illos tyranni alicuius perſecutio: neque Ananias à bea-
to Petro punitus eſt morte, quia vrgente tyranni perſecurione noluerunt à ſe abdicare rerum omnium
proprietatem: ſed quia eligens perſecutionem quam Chriſtus in Euangelio docuerat, non iuxta illam
quam elegerat perfectionem, fecit: ſed aliquid ſibi de precio agri venditi ſeruauit. Eſt aliud nõ paruum
pro confirmatione conſiliorum, Chriſti Redemptoris noſtri teſtimonium. Nam cùm diſcipuli audiſ-
ſent à Chriſto non licere viro dimittere vxorem, niſi ob fornicationem, dixerunt illi: Si ita eſt cauſa ho-
minis cum vxore, non expedit nubere. Quibus Chriſtus reſpondit: Non omnes capiunt verbum iſtud, *Matt. 19.*
A ſed quibus datum eſt. Sunt enim Eunuchi, qui de matris vtero ſic nati ſunt: & ſunt Eunuchi, qui facti
ſunt ab hominibus: & ſunt Eunuchi qui ſeipſos caſtrauerunt propter regnum cœlorum. Qui poteſt ca-
pere capiat.

In quibus verbis tres Eunuchorum ſpecies Chriſtus expreſſit: ex quibus duo primi neceſsitate coacti
ſeruant corporis caſtitatem: quia etſi vellent, non poſſent aliter facere. Tertii verò ſunt qui ſeipſos caſtra-
uerunt propter regnum cœlorum. Et hi ſponte ſua caſtitatem ſeruant, & iſtis promittitur præmium re-
gni cœlorum. Sed quia hæc res nimium difficilis erat, noluit de illa præceptum dare: ſed ſolùm adhorta-
tus eſt, dicẽs: qui poteſt capere, capiat: & hæc admonitio, vt apertiſsimum eſt, non præcepti vim habet,
ſed ſolùm conſilium indicat. Vnde Hieronymus in commentariis ſuper Matthæum hæc Saluatoris ver- *Hieron.*
ba declarans, ait: Quaſi hortantis vox Domini eſt, & milites ſuos ad pudicitiæ præmium concitantis.
Qui poteſt capere, capiat: qui poteſt pugnare, pugnet, ſuperet, ac triumphet. Hæc Hieronymus, qui di-
cens eſſe vocem hortantis, apertè docet eſſe conſilium, non præceptum. Sed multò apertius hanc ſentẽ- *Chryſoſt.*
tiam docet Chryſoſtomus homilia ſexageſimatertia ſuper Matthæum, vbi prędicta Chriſti verba inter-
pretans, hæc ait: Ita magis animat atque incendit, vel quia magnitudinem virtutis oſtendit, vel quia in-
eſtimabili miſericordia ſua noluit rem in neceſsitatem legis concludere. Et ad hæc, poſsibile id eſſe mõ-
ſtrat, vt eligendi cupiditas creſcere poſsit, ſed ſi electionis opus id eſt, inquies, quomodo incipies, ſtatim
dixit: Non omnes capiunt, ſed quibus datum eſt. Vt ſingulare ineſſe certamen perdiſcas, non vt ſorte da
tam neceſsitatem ſuſciperis.

His enim datum eſt, qui ſponte id eligunt: quod ideo dixit, vt oſtenderet ſuperiore nobis auxilio eſſe
B opus: quod quidem omnibus paratum eſt, ſi volumus in hac luctatione ſuperiores euadere. Hæc Chry-
ſoſtomus, qui dicens Chriſtum noluiſſe rem iſtam in neceſsitatem legis concludere, apertè ſatis declara-
uit illam non eſſe datam in præcepto, ſed in conſilio.

Sed quid moror quærendo interpretes verborum Chriſti, cùm Paulus clariſsimè illa declaret, dicens
eſſe conſilium & non præceptum. De virginibus, inquit ille, præceptum Domini non habeo, Conſi- *1. Cor. 7.*
lium autem do. Quæ verba interpretans Hieronymus libro primo contra Iouinianum, ait: In propa-
rulo eſt, cur Apoſtolus dixerit: De virginibus præceptum Domini non habeo. Profectò quia præmiſe- *Hierony.*
rat Dominus. Non omnes capiunt verbum hoc, ſed quibus datum eſt: & qui poteſt capere capiat. Pro-
ponit Agonothethes prędmium, inuitat ad curſum: tenet in manu virginitatis brauium, oſtendit pu-
riſsimum fontem, & clamitat. Qui ſitit, veniat, & bibat. Qui poteſt capere, capiat. Non dicit, velitis
nolitis, bibendum vobis eſt, atque currendum: ſed qui voluerit, qui potuerit currere, atque potare, ille
vincet & ſatiabitur. Et ideo plus amat virgines Chriſtus, quia ſponte tribuunt, quod ſibi non fuerat im-

peratum. Maioriſque gratiæ eſt, offerre quod non debeas, quàm reddere quod exigeris. Hæc Hieronymus. Eandem interpretationem reddit prædictis Dei verbis Ambroſius in cõmentariis ſuper Paulũ, ſic
Ambro. inquiens: Præceptum de virginibus negat ſe accepiſſe, quia non poterat author coniugii rem aduerſam nuptiis imperare, ne factum ſuum priſtinum accuſaret. Conſilium autem, ait, do: non quod diſpliceat, neque quod adulatione fucatum ſit: quia ad hoc gratiam conſecutus eſt, vt idoneus ſit in dandis conſiliis ſalutaribus. Hæc Ambroſius illo loco: Sed multò apertius omnia quæ ad præſentis diſputationis ſtatum pertinent, docet in libro de viduis, vbi prædicta Pauli verba interpretans, hæc ait: Honorabile itaque coniugium, ſed honorabilior integritas. Nam & qui matrimonio iungit virginem ſuam, bene facit: & qui non iungit, melius facit. Quod igitur bonum eſt, non vitandum eſt: & quod eſt melius, eligen- C
dum eſt. Itaque non imponitur, ſed præponitur. Et ideo bene Apoſtolus dixit. De virginibus autem præceptum Domini non habeo, Conſilium autem do. Etenim præceptum in ſubditos fertur: conſilium
Matt.19. amicis datur. Vbi præceptum eſt, ibi lex eſt: vbi conſilium, ibi gratia eſt. Et paucis interpoſitis ſubdit. Et vt intelligas diſtantiam præcepti atque conſilii, illum recorderis, cui in Euangelio ante præſcribitur, ne homicidium faciat, ne adulterium admittat, ne falſum teſtimonium dicat. Præceptum etenim ibi eſt, vbi eſt pœna peccati. At verò cùm ſe præcepta legis memoraſſet impleſſe, conſilium ei datur vt vendat omnia, & ſequatur Dominum. Hæc enim non præcepto imperantur, ſed pro conſilio deferuntur. Duplex nanque forma mandati eſt, vna præceptiua, altera voluntaria. Vnde & Dominus in alia dicit: Non
Luc.17. occides, vbi præcepit. In alia: Si vis perfectus eſſe: vende omnia tua. Ergo hic liber eſt à præcepto, cuius defertur arbitrio. Itaque qui præceptum impleuerint, poſſunt dicere: Serui inutiles ſumus, quod debuimus facere, fecimus. Hoc ergo non dicit ille, qui bona ſua vendidit, ſed quaſi repoſita expectat præmia.
Matt. 19. Sicut ſanctus Apoſtolus ait: Ecce nos reliquimus omnia, & ſecuti ſumus te. Quid ergo erit nobis? Non enim quaſi inutilis ſeruus, quod debuit facere, feciſſe ſe dixit, ſed quaſi vtilis domino, qui commiſſa ſibi talenta quæſitis multiplicauit vſuris: mercedem fidei atque virtutis, bene ſibi conſcius, meritorumque ſecurus expectat. Et ideo ei cum cæteris dicitur: Vos qui ſecuti eſtis me in regeneratione, cùm ſederit filius hominis in ſede maieſtatis ſuæ, ſedebitis & ipſi ſuper duodecim ſedes, iudicantes tribus Iſraël, at verò illi, qui talenta ſeruauerit, etſi præmia, minora tamen pollicetur, dicens: Quia ſuper pauca fuiſti fidelis, ſuper multa te conſtituam. Fides igitur ex debito, miſericordia in præmio. Qui bene D
credidit, vt ei credatur, emeruit. Qui bene contulit quoniam ſuum non quæſiuit, quòd cœleſte eſt impetrauit. Ideo ergo præceptum non datur, conſilium datur, præceptum enim caſtitatis eſt, conſilium integritatis. Sed non omnes capiunt verbum iſtud, ſed quibus datum eſt. Sunt enim ſpadones qui de matris vtero ſic nati ſunt in quibus naturæ neceſſitas, virtus non eſt caſtitatis. Et ſunt ſpadones qui ſeipſos caſtrauerunt, voluntate vtique, non neceſſitate, & ſunt ſpadones qui facti ſunt ab hominibus. Et ideo magna in eis continentiæ gratia, quia voluntas facit, non infirmitas continentem. Hactenus Ambroſius, quem tam prolixè citaui, quia diſcrimen inter præceptum & conſilium manifeſtè declarat, & paupertatem & caſtitatem, quas Lutherani potiſſimum oderunt, conſilia Euangelica
Auguſt. eſſe, apertè demonſtrat. Auguſtinus autem toties reddit teſtimonium pro diſtantia præcepti à conſilio, vt neſciam quod cui proferam, aliqua tamen citare oportet, vt quadratum faciamus teſtimoniorum fundamentum ad ſtabiliendam firmamque faciendam veritatem. In libro primo de adulterinis coniugiis ad Pollentium, capite decimo octauo interpretans prædicta verba Pauli: De Virginibus præceptum Domini non habeo, conſilium autem do, hæc ait: Non vt hoc conſilium alienum exiſtimemus à Domino, cùm continuò ſequatur & dicat, tanquam miſericordiam conſecutus à Deo, vt fidelis eſſem. Secundum Deum ergo dat fidele conſilium in eo ſpiritu de quo ait. Puto autem quod & ego ſpiritum Dei habeam. Veruntamen aliud eſt Domini iubentis imperium, aliud conſerui, ſecundum miſericordiam charitatis, quę eſt illi à Domino inſpirata atque donata, fidele conſilium. Ibi aliud facere non A
licet, hic autem licet: ita ſanè vt ipſum licitum partim quidem expediat, partim verò non expediat. Expedit tunc, quando non ſolùm per iuſtitiam, quæ coram Domino eſt, permittitur, ſed etiam hominibus nullum ex hoc impedimentum ſalutis infertur: velut cùm dat conſilium non nubendi Apoſtolus virginibus: vnde præceptum domini ſe non habere teſtatur: licet aliud facere, id eſt nubere, & minus quàm continentiæ, bonum tamen tenere nuptiarum. Ipſumque licitum etiam expedit, quoniam inuetita & illicita ruituram carnis infirmitatem ſic excipit honeſtate nubendi, vt neminem impediat ad ſalutem: quamuis magis expediret, magiſque honeſtum eſſet, ſi virgo conſilium quo præceptum eam non compellit, arriperet. Tunc autē non expedit id quod licitum eſt, quando permittitur quidem, ſed vſus ipſius poteſtatis, aliis affert impedimentum ſalutis. Hæc Auguſtinus. Ex his ſanctiſſimorum quatuor virorum teſtimoniis conſtat euidenter, Caluinum impudentiſsimè mentitum fuiſſe, quum temerariè aſſeruit, omnes veteres vna voce clamaſſe, nullam penitus voculam à Chriſto emiſſam, cui non ſit neceſſariò obtemperandum. Nam Auguſtinus, Hieronymus, Ambroſius, Chryſoſtomus, inter vetuſtos Eccleſiæ doctores meritò recenſentur: quoniam eorum quilibet ante mille & centum annos ab hoc ſeculo deceſſit. Sed fortè à Caluino non cenſentur vetuſti, quoniam fortè talem ſe putat, vt dicere poſsit: Antequam hi omnes fierent, ego ſum. Deinde, percontari vellem Caluinum, & Philippum Melanctonem, reliquóſque omnes Lutheranos, vbinam ſit illa libertas Euangelica, quam quotidie populo vendunt? aut quomodo poterit verè dici libertas, ſi nullum eſt in Euangelio conſilium, ſed omnia ſunt præcepta? Dixit enim Chriſtus, vt non reſiſteremus alicui nos offendenti: Si quis nos percuſſerit in vna maximilla præberemus ei & alteram. Si quis in iudicio vellet nobiſcum contendere & tollere tunicam, dimitteremus & pallium, & alia id genus nonnulla quæ in ſermone in monte habito, & alibi expreſsit. Ad B
Matt. 5. quæ omnia, ſi eſſemus omnes ex præcepto obligati, non eſſet iugum Domini ſuaue, & onus eius leue, ſed

ue,ſed eſſet onus non minus importabile,imò forte magis quàm legis Moſaicæ. Et ideo Auguſtinus in expoſitione ſermonis Domini in monte,multa ex illis dicit eſſe conſilia,& non præcepta.

Aduerſus hãc hæreſim non eſt opus amplius diſputare,quoniam ea quæ contra illam obiecimus, illã apertiſsimè conuincunt.Neque reſpondeo argumentis eorum qui illam aſſerunt, quoniam nihil pro ſe aſſerunt, ſed nudam hanc hæreſim, & nulla prorſus ratione fulcitam nobis proponunt: Sed quia conſilia perinde ac præcepta verbo imperatiui modi à Chriſto dicta ſunt,ideo fortè illi putarunt omnia illa eſſe præcepta.Et certè multi ex viris Catholicis hac ſola ratione ducti circa aliqua conſilia halucinati ſunt,putantes illa eſſe præcepta.Vt igitur huic deceptionis occaſioni aliqua ex parte occurrerem, decreui regulas aliquas oſtendere lectori, quibus ille poſsit cõſilia à præceptis diſtinguere.Prima regula ſumenda eſt ex conſideratione duorũ præceptorum charitatis,quæ ſunt dilectio Dei,& dilectio proximi,ex quibus duobus,vt Chriſtus nos docuit,tota lex pendet,& prophetæ. Quicquid igitur neceſſarium eſt ad ſeruandam dilectionem Dei aut proximi,id omne credendũ eſt,eſſe nobis præceptũ: Quoniam plenitudo legis,vt Paulus ait,eſt dilectio. Quod autẽ ad augendã dilectionem Dei, aut proximi, eſt conueniens,& non neceſſarium ad illius conſeruationẽ, id pro cõſilio tantum habetur.Secunda regula ſumitur ex præmio quod promittitur obedienti,& ex pœna infligenda tranſgreſſori. Nam tranſ-
C greſſor damnandus eſt ad mortem temporalem, aut ęternam : clariſsimè conuincitur inde,præceptum eſſe illud ad mortale peccatum obligans.Quoniam nunquam Deus tam grauem pœnã minatur alicui, niſi pro ſolo peccato mortali. Et hoc modo iudicamus omnia in decalogo contenta eſſe prȩcepta: quia omnia illa dixit Saluator eſſe neceſſaria ad ingreſſum vitæ æternæ. Hoc etiam modo iudicamus mortalia peccata eſſe contra illa opera carnis,de quibus Paulus ait.:quòd qui talia agunt,regnũ Dei non conſequentur,quoniam nullus à regno Dei excluditur,niſi propter peccatũ mortale.Et inde euidenter colligitur,abſtiuentiam ab omnibus illis eſſe in præcepto. Si autem obedienti promittitur prȩmium, & nulla pœna tranſgreſſori deſignatur,iuſtè credere poſſumus illud eſſe conſilium & nõ prȩceptum.Hoc modo intelligimus virginitatem eſſe conſilium: quia illi promittitur regnum cœlorum à Chriſto, dicẽte:Sunt Eunuchi qui ſe caſtrauerunt ptopter regnum cœlorum. Quod ſi poſthabita virginitate nuptias elegerit,nulla propter hoc illi à Deo infligitur pœna:Paulo teſtante,qui ait: Si nupſerit virgo,non peccat. Eodem modo cognoſcimus paupertatem Euangelicam, eſſe tantùm in cõſilio,& non in prȩcepto: quia diuitiarum poſſeſſori nulla propter hoc pœna aſſignatur: & illas renuntianti prȩmium promittitur à Deo. Per hanc eandem regulam cognoſcimus,ieiunium nunquam in Euãgelio datum eſſe à Chriſto in præcepto,ſed ſolùm in conſilio,quia nunquam minatus eſt Chriſtus mortem, aut aliam ſimilem pœnam non ieiunãti,& promiſit præmium ieiunanti propter ſolùm Deum quum dixit : Pater tuus qui videt in abſcondito reddet tibi. Tertia regula non huic ſoli negotio,ſed omnibus quæ ad fidem, aut mores ſpectant, accommodari poteſt, & eſt totius Eccleſiæ conſenſus,vt illa pro prȩceptis habeamus,
D quę ab Eccleſia Catholica fuerunt ſemper pro prȩceptis habita,& illa tanquam conſilia,exiſtimemus, quæ concors ſacrorum omnium doctorum conſenſus, ſemper iudicauit eſſe conſilia,& non prȩcepta. Nam cùm Eccleſia, vt Paulus ait, ſit columna & firmamentum veritatis, & Chriſtus cum illa ſit vſque ad conſummationem ſeculi, conſequens eſt, vt in iis quæ ad ſalutem ſunt neceſſaria, illa errare non poſsit.

Gal. 5. *Matt. 19.* *1. Cor. 7.* *Matt. 19.* *Matt. 6.* *1. Tim. 3.*

TErtia hęreſis aſſerit,nihil eſſe bonum & Deo gratum niſi quod eſt ab illo mandatum atque præceptum. Huius hęreſis autores & primi inuentores ſunt etiam Lutherani, neque tamen inuenire illam potui in aliquo ex operibus Lutheri,quę vidi. Ioãnes Spangebergus ex Lutheranorũ familia,in ſua Margarita Theologiæ,titulo de conſiliis,de paupertate loquens, proponit ſibi quęſtionem, illíque reſpondet,hęc dicens: Quotuplex eſt deſertio facultatum? Duplex. Altera fit noſtra electione ſine mandato Dei Matt.15.Fruſtra me colunt mandatis hominum. Altera eſt quę habet mandatũ Dei & vocationem,vt quum tyranni cogunt aut facultates amittere, aut ab Euangelio diſcedere, aut deficere.Hãc laudat Chriſtus.Qui reliquerit,inquit,agrum,domum,& cętera propter Euangelium,hoc eſt,propter confeſsionem Euangelii,centuplum recipiet. Hęc ille. Martinus Butzerus vnus ex prȩcipuis ducibus Lutheranorum, in Apologia confeſſionis Auguſtanę firmiter aſſerit, nullum opus noſtrum eſſe Deo gratum,niſi fuerit primò à Deo prȩceptum, & Eraſmum Roterodamum hanc eandem ſententiam docuiſſe ait : Ego tamen vt verum fatear, id in Eraſmo non legi, neque hanc Butzeri apologiam vidi, & ideo verba illius in huuc locum citare non potui:ſed legi Apologiam Alberti Pighii aduerſus Butzerũ,vbi ille refert Butzerũ hoc aſſeruiſſe,& propter hanc cauſam,& multas alias in illa Apologia con-
A tra eundem Butzerum pugnat. Hæc hæreſis deducitur ex proximè præcedenti hæreſi, quæ dicit nullum eſſe in lege diuina conſilium, ſed omnia eſſe præcepta. Si nullum eſt conſilium, vt illi dicunt, ergo omne bonum eſt præceptum : quia nullum eſt bonum Deo gratum, quod ille nobis aut in præcepto, aut in conſilio nõ oſtenderit. Conſequens eſt igitur, vt relegato conſilio,omnia bona Deo accepta contineantur ſub præcepto. Hoc ideo hic declarare volui, vt intelligat lector contra hanc etiam hæreſim pugnare illa omnino, quæ contra proximè præcedentem hæreſim obiecimus, nam deſtructo fundamento,neceſſariò corruet huius hæreſis ſtructura,quæ illi innititur.Si conſtat eſſe aliqua in Euangelio conſilia, quæ non ſunt præcepta, conſtabit etiam multa opera humana eſſe bona & Deo accepta, quæ tamen Deus non præcepit : quoniam quæ Deus conſulit, neceſſariò fateri oportet illa eſſe bona. Verùm etſi illa quæ in præcedenti hæreſi diximus, ſatis ſint ad præſentis hæreſis expugnationem, aliqua tamen illis nunc addere oportet,quæ propius & ſpecialius contra illam pugnent,& per ſe ſola cõuincunt. Primum ergo in acie conſtituo Abel iuſtum, cuius oblationem Deo placuiſſe, ſacra teſtatur ſcriptura, hanc tamen illi fuiſſe præceptam,verbum Dei non dicit. Noë vir iuſtus tranſacta iam inun-

Ioannes Spangebergus. *Mar. 10.* *Gen. 4.* *Ibidem 8.*

datione diluuii exiccatáque aliquantulum terra, egressus arcam, ædificauit altare Domino, & tollens de cunctis pecoribus & volucribus mundis obtulit holocausta super altare. De qua re nullum illi fuerat datum à Deo præceptum, & tamen oblationem illam fuisse Deo gratam, sacra scriptura testatur, hæc dicens: Odoratúsque est Dominus odorem suauitatis. *Num.25.* Quibus verbis non solùm gratam, sed quod magis est, suauem esse dixit. Phinees filius Eleazari filii Aaron sacerdotis, absque vllo Dei præcepto interfecit virum Israëlitem coëuntem cum muliere Madianitide. Hæc tamen istorum occisio quantum placuerit Deo, verba ipsa quæ propter hoc facinus in fauorem Phinees, & ad præmium illius, dixit Dominus ad Moysen, apertè ostendunt: Phinees filius Eleazari filii Aaron sacerdotis, inquit Deus, auertit iram meam à filiis Israel, quia zelo meo commotus est contra eos, & non ipse delerem filios Israel in zelo B meo. Idcirco loquere ad eum. Ecce do ei pacem fœderis mei, & erit tam ipsi quàm semini eius pactum *Hier.35.* sacerdotii sempiternum, quia zelatus est pro Deo suo, & expiauit scelus filiorum Israel. Manifesta est etiam Rachabetarum religio, qui sine Dei præcepto vinum non bibebant, & in multis aliis austeram vitam agebant, quam illis Ionadab eorum pater præcepto iniunxerat. Hæc tamen illorum obedientia, ad quam ex præcepto diuino minimè tenebantur, valde grata fuit Deo, vt apertè sacra scriptura testa- *Dan.10.* tur. Daniel propheta nullum prorsus suscepit à Deo ieiunãdi præceptum, & tamen per illud sic placuit Deo, vt ab eo die quo se affligere cœpit, Deus exaudierit orationem eius. Iratus erat Deus contra Niniuitas, sed illi in sacco, cinere & ieiuniis se humiliantes placauerunt illum, quod per opera illa facere nõ potuissent, iuxta Butzeri doctrinam: quia opera illa non fuerunt illis à Deo præcepta, scriptura tamen dicit, Deum vidisse opera eorum, quia conuersi sunt à via sua mala, & misertum esse super malitia quam locutus fuerat, vt faceret eis. Quid dicam de Ioanne Baptista? Nónne hic laudatus est à Christo propter- *Ioann.3.* eà quod asperis vestiebatur? Hæc tamen asperitas vestium nunquam fuit illi à Deo præcepta.

Mat.11. *Heb.11.* Multos etiam sanctos laudat Paulus, propterea quòd circuierunt in melotis, & pellibus caprinis, egentes, angustiati, afflicti, quibus dignus non erat mundus, in solitudinibus errantes, in montibus & speluncis, & in cauernis terræ. Et hos omnes dicit accepturos esse repromissionis consummationem propter opera illa, quæ à Deo non sunt præcepta. Sed hæc omnia omissa faciamus, & veniamus ad paupertatem de qua bonus ille Spangebergus dixit non esse Deo gratam, quando fit nostra electione sine mandato Dei. Petrus Apostolus, & reliqui condiscipuli fuerunt pauperes propria electione sine *Matt.4.* mandato Dei. Nam etsi postea dixit, Nisi quis renunciauerit omnibus quæ possidet, non potest meus esse discipulus: tamen quum primò illi ad scholam Christi venerunt, nihil tale illis fuit dictum: sed abs- C que vllo Christi mandato relictis omnibus, secuti sunt illum. Hæc autem desertio facultatum quantum Deo fuerit grata, ipsemet declarauit, quum interroganti Petro quod præmium habituri essent ipse & *Ibidẽ.19.* sui condiscipuli, propterea quod reliquissent omnia, respondit: Amen amen dico vobis, quòd vos qui secuti estis me, in regeneratione, cùm sederit filius hominis in sede maiestatis suæ, sedebitis & vos super sedes duodecim, iudicantes duodecim tribus Israel. Et omnis qui reliquerit domum, vel fratres, aut sorores, aut patrem, aut matrem, aut vxorem, aut filios, aut agros propter nomen meum, cen- *Act.3.* tuplum accipiet, & vitam æternam possidebit. Deinde post ascentionem Christi in cœlum, vt Apostolica historia refert, omnes qui credebant, erant pariter, & habebant omnia communia. Possessiones & substantias vendebant, & diuidebant illa omnibus, prout cuique opus erat. Hanc suarum facultatum desertionem Deus illis non præcepit, neque illos tyrannus aliquis ad illam sumendam coëgit: illam tamen fuisse Deo gratam, scriptura ipsa testatur, quæ propter desertionem illam laudat eos, quod non fuisset, nisi res illa Deo placuisset. Accedit adhæc omnia, quod Christus Redemptor noster, pauper fuit quatenus homo est: & hanc paupertatem ille propria electione sumpsit, & non aliquo patris mandato aut tyranno aliquo cogente. Absurdum autem & nimis impium esset, si quis dicere auderet, illam Christi paupertatem non fuisse Deo gratam, propterea quod non fuit illi à Deo patre precepta: *1.Cor.8.* quoniam vsque adeò per illam meruit, vt nos diuites essemus. Scitis enim gratiam Domini nostri Iesu Christi, inquit Paulus, quoniam propter nos egenus factus est, cùm esset diues: vt illius inopia nos diuites essemus. Aduersus hanc hæresim Butzeri neminem vidi, qui ex professo scriberet, nisi solùm Albertum Pighium, qui in præfata Apologia pauca quędam dixit: Sed ante illum Augustinus diuino, vt cre- *Augusti.* D do, spiritu afflatus, & hanc præuidens hæresim, aliqùa non parui momenti contra illam scripsit libro primo de adulterinis coniugiis, capite 14. vbi hæc ait: Multa sunt autem facienda non iubente lege, sed libera charitate: & ea sunt in nostris officiis gratiora, quæ cùm liceret nobis non impendere, tamen causa dilectionis impendimus. Vnde prior ipse Dominus cum se tributum non debere monstrasset, soluit *1.Cor.9.* tamen, ne scandalizaret eos, quibus ad æternam salutem gerens hominem consulebat. Iam verò Apostolus quemadmodum ista commendet, eius verba testantur, vbi dicit: Cùm enim liber sim ex omnibus, omnium seruum me feci, vt plures lucrifacerem.

Cùm Paulus superius dixisset, Nunquid non habemus potestatem manducãdi & bibendi? Nunquid non habemus sororem mulierem circunducendi, sicut & cæteri Apostoli & fratres Domini & Cephas? An ego solus & Barnabas non habemus potestatem hoc operandi? Quis militat suis stipendiis vnquam? Quis plantauit vineam, & de fructu eius non edit? Quis pascit gregem, & de lacte gregis non percipit? Et paulò pòst: Si alii, inquit, potestatis vestræ participant, non magis nos? Sed nos fumus vsi hac potestate, sed omnia toleramus, ne quod impedimentum demus Euangelio Christi. Deinde post pauca: Quæ ergo, inquit, mihi merces erit? Vt euangelizans sine sumptu ponam Euangelium, vt non *1.Cor.6.* abutar potestate mea in Euangelio. Continuóque subiungit quod paulò antè commemoraui. Cùm enim liber sim ex omnibus, omnium me seruum feci, vt plures lucrifacerem. Item alio loco de quibusdam quæ ad escam pertinẽt: Omnia, inquit, mihi licita sunt, sed ego sub nullius redigar potestate, Esca

ventri

ventri,& venter eſcis,Deus autẽ & hunc & has euacuabit.Item alibi de hoc ipſo,Omnia licita ſunt,ſed
A non omnia expediunt.Omnia licita ſunt,ſed non omnia ædificant:Nemo quod ſuum eſt quærat,ſed id *1.Cor.10.*
quod alterius eſt.Atque vt oſtenderet vnde loqueretur. Omne, inquit,quod in macello venit, manducate nihil interrogantes propter conſcientiam.Et tamen alibi dicit:Non manducabo carnes in æternũ, ne fratrem meum ſcandalizem. Itemque alibi: Omnia quidem munda,ſed malum eſt homini qui per *1.Cor.8.*
offenſionem manducat.Quid eſt,omnia licita ſunt?ipſum eſt,quod malum eſt homini qui per offenſionem manducat.Ita oſtendit ea quæ licita ſunt,id eſt,nullo præcepto Domini prohibentur,ſicut expedit *Rom.4.*
potius eſſe tractanda,non præſcripto legis,ſed conſilio charitatis.Hæc ſunt quę amplius erogantur ſaucio,qui curandus ad ſtabulum,Samaritani illius miſeratione perductus eſt.Et ideo dicuntur non à Do- *Luc.10.*
mino præcipi,quamuis à Domino moneantur offerri,vt tanto intelligantur eſſe gratiora,quanto magis oſtenduntur indebita.Hactenus Auguſtinus,quem ideo tam prolixè citaui,quia tot & tam aperta contra hanc hæreſim dicit,vt videatur ex profeſſo contra illam diſputare.Non enim ſolùm dicit,opera ſine Dei præcepto facta poſſe eſſe bona & Deo grata,ſed aliquando eſſe meliora,& Deo magis accepta,quã alia quæ ex præcepto illius fiunt. Et idem etiam dixerunt Hieronymus & Ambroſius in aliis ſuis teſtimoniis,quæ nos in præcedenti hæreſi citauimus.

QVarta hæreſis ad hanc materiam præceptorum ſpectans, etiam eſt à Luthero inuenta. Dicit enim Deum præcepiſſe nobis ea quæ impoſſibilia ſunt vt à nobis ſeruentur: & dat exemplum de duo- *Lutherus*
B bus præceptis decalogi,videlicet de præcepto dilectionis Dei,& de præcepto, Non concupiſces. Hæc enim duo dicit non poſſe in hac vita ſeruari: & cauſam huius impoſſibilitatis reddit in præcepto dilectionis, quia neceſſe eſt, vt in hac vita exiſtentes aliqua præter Deum amemus: quod quum facimus, Deus iam (vt ipſe ait) non ex toto corde amamus.Quapropter colligit non eſſe poſſibile Deum in hac vita ex toto corde diligere: quod tamen (vt ille ait) nobis in primo præcepto mandatum eſt.De impoſſibilitate verò obſeruationis alterius præcepti,videlicet: Non concupiſces,talem aſſignat cauſam,quòd dicit concupiſcentiam quæ in baptizato relinquitur,eſſe peccatum propriè dictum,& tranſgreſſionem huius præcepti: Non concupiſces. Et quia caro tali concupiſcentia infecta ad omne opus liberi arbitrii concurrit,inde eſſe ait quòd omne opus humanum peccatum efficitur.Verùm hoc vltimum ſuperius in titulo de operibus oſtendimus eſſe falſum. Illo enim loco ex ſacra ſcriptura docuimus contra hunc eundem Lutherum,non omne opus humanum eſſe peccatum.Nunc ergo ſupereſt vt oſtendamus obſeruationem omnium præceptorum Dei eſſe nobis poſſibilem cum ipſius Dei adiutorio,quod tamen ipſe paratus eſt ſemper nobis præſtare,ſi nos eo vti volumus.Poſtquam Dominus præcepta dederat filiis Iſraël, oſtendere voluit omnia,quæ illis præceperat,eſſe poſſibilia,ne fortè cùm ea in poſterum omiſiſſent, cauſarentur ea fuiſſe impoſsibilia. Sic enim in Deuteronomio dicitur: Mandatum hoc quod ego præcipio *Deut.15.*
tibi hodie,non ſupra te eſt,neque procul poſitum,neque in cœlo ſitum,vt poſsis dicere: Quis noſtrùm valet ad cœlum aſcendere,vt deferat illud ad nos,vt audiamus,atque opere compleamus? Neque trans mare poſitum,vt cauſeris & dicas:Quis è nobis potepit transfretare mare,& illud ad nos vſque deferre, vt poſsimus audire & facere quod præceptum eſt? ſed iuxta te eſt ſermo valde in ore tuo, & in corde tuo vt facias illum. Hæc ibi. Quibus verbis nihil poterat expreſsius dici vt oſtenderet obſeruationem
C mandatorum Dei eſſe poſsibilem,præſertim quod in proximè præcedentibus verbis ſermonem fecerat de præcepto dilectionis Dei ex toto corde, & in ſequentibus verbis iterum idem præceptum replicat: ex quo colligitur apertè illud præceptum eſſe nobis poſsibile, cum Dei adiutorio, quod ille paratus eſt nobis præſtare:& eſſe illud de quo ſpecialiter dicit: Mandatum hoc quod ego præcipio tibi hodie,non ſupra te eſt. Præterea Dominus apud Matthæum ait:Iugum meum ſuaue eſt & onus meum leue. Præ- *Matt.11.*
cepta ſua Dominus appellat iugum & onus,& hæc dicit eſſe leuia: non ſunt ergo impoſsibilia,vt ait Lutherus.Nam ſi impoſsibile eſſet illa ſeruare,non iam leuia,ſed grauiſsima eſſent dicenda.Rurſum,beatus Ioannes in ſua prima Canonica epiſtola de mandatis Dei,dicit:Mandata eius grauia non ſunt.Ecce *1.Ioan.5.*
Ioannes dicit mandata Dei non eſſe grauia, & Lutherus non veretur dicere illa eſſe impoſsibilia. Nihil enim grauius eſſe poteſt alicui, quàm id quod nullo modo poteſt ſeruare. Si ergo mandata Dei grauia non ſunt, oportet vt impoſsibilia non ſint. Deinde maxima eſt dementia, dicere deum præcepiſſe impoſsibile,quoniam tunc deus iniuſtè ageret.Lege enim naturali docemur neminem obligari ad impoſ- *Auguſt.*
ſibile. Triſtiſsimum eſt illud Auguſtini: Nemo peccat in eo quod vitare non poteſt. Et in quodam ſermone ait:Dominus ſeruum pigrum non damnaret, ſi ea quæ fieri nullo modo poterant, imperaret. Et *Ambro.*
beatus Ambroſius libro primo de Iacob & vita beata, capite tertio: Nemo tenetur ad culpam, niſi voluntate propria deflexerit.Beatus Baſilius in regula monachorum,capite octogeſimotertio,de dilectio- *Baſilius.*
ne inimicorum loquens,ait:Nunquam autem præciperet hoc iuſtus & clemens Deus,niſi vtique etiam *Hierony.*
poſsibilitatem nobis donaſſet.Hæc ille.Et Hieronymus ad Damaſum ait:Execramur etiam eorum blaſphemiam,qui dicunt impoſsibile aliquid homini præceptum eſſe, & mandata non à ſingulis poſſe ſeruari. Hoc idem teſtatur Chryſoſtomus, dicens: Poſsibile eſt enim Dei iuſſa perficere,ſi modo velimus *Chryſoſt.*
omnem naturæ trepidationem alacriter ſuperare: nihilque impoſsibile eorum quæ à Chriſto hominibus imperantur.Hæc Chryſoſtomus.Prætereire hîc non oportet quod Lutherus ſibi ipſi non cõſtat,quia
D hoc vitio ſæpiſsimè laborat. Cùm enim de peccatorum confeſsione loquitur, dicit non oportere confiteri venialia,ſed nec etiam omnia mortalia:quia impoſsibile eſt omnia mortalia cognoſcere: ad impoſsibile autem,vt ibidem ait,nemo obligatur. Volens etiam probare Petrum Apoſtolum non fuiſſe cæteris omnibus à deo prælatum,ſic argumentatur:Primatus iſte ne vna quidem hora impletus eſt vnquam. Impoſsibile autem fuiſſet eum non impleri,ſi vel præceptus vel promiſſus fuiſſet.Et paulò poſt:Et omnia quæ deus præcepit,ſunt ab aliquibus ſaltem impleta.

Hæc Lutherus. Quæ omnia cum præsenti doctrina velut ex diametro pugnant. Sed iam opus est vt examinemus an illa duo præcepta decalogi, quæ ab eo in exemplum eius assertionis cuique proposita sunt, rectè ab illo intelligantur. De præcepto dilectionis Dei constat Lutherum malè sentire, quoniam non sic præcipitur nobis vt Deum ex toto corde diligamus, quod nihil præter Deum diligamus, aut quod omnes vires nostræ voluntatis tali dilectioni applicemus: sed sic iubemur diligere Deum, vt nihil repugnans præceptis Dei amemus. Quapropter ille dicendus est diligere Deum ex toto corde, qui deum diligens, reliqua omnia mandata eius seruat. Hoc autem expressè idem Dominus nos docuit, qui dilectionem suam nobis commendans, nihil aliud videtur à nobis exigere, quàm suorum mandatorum obseruationem. Sic enim ait: Si quis diligit me, sermones meos seruabit. Quæ verba exponens beatus Gregorius homilia trigesima, sic ait: Verè enim diligimus, si ad mandata eius à nostris nos voluptatibus coarctamus. Ecce qualiter testimonio Gregorii ex mandatorum Dei obseruatione colligitur perfecta Dei dilectio, ita vt ille dicatur impleſſe præceptum de dilectione Dei, qui reliqua Dei mãdata seruauit. Præterea, beatus Ioannes in sua prima Canonica ait: Hæc est charitas Dei, vt mandata eius custodiamus. In hoc ergo charitas custoditur, in quo mandata eius seruamus. Rursum, beatus Paulus dicit totam legem in vno mãdato impleri, in hoc videlicet: Diliges proximum tuum sicut teipsum. Qui ergo verè & prout debet, proximum diligit, is totam legem impleuit. At cùm Dominus præcepit nobis proximum diligere, ad opera nos misit, innuẽs per hoc non tam in affectu quàm in operibus esse implendum præceptum de dilectione proximi. Cùm enim iussisset diligere inimicos nostros, continuò subiunxit, dicens: Benefacite his qui odetunt vos. Præceptum ergo de dilectione proximi implemus diligentes proximos nostros sicut nosipsos, cùm præceptum illud legis naturæ seruamus: Quæcunque vultis vt faciant vobis homines, hæc & facite illis. Nec tamen hæc omnia sic intelligenda sunt, vt charitatis præceptum quis putet impleri per operum exercitium sine vlla actuali dilectione. Nam & hæc potissimum requiritur, quoniam inter multa hominum mala quæ Apostolus enumerat in secunda epistola ad Timotheum, hoc quoque addit: Sine affectione. Oportet ergo affici Deo: & si cum hoc reliqua omnia illius mandata quispiam seruauerit, ille dicendus est diligere Deum ex toto corde iuxta illum modum, secundum quem dilectio Dei nobis in hac vita præcipitur. Nam dilectio Dei ad quam producendam anima omnes adhibet vires suas, & omnem admouet conatum suum, talis, inquam, non potest in hac vita haberi: nec illa nobis in hac vita præcipitur, sed illa est quæ expectatur in præmium. Beatus Paulus de cognitione Dei loquens, ait: Nunc cognosco ex parte, tunc cognoscam sicut & cognitus sum. Sicut ergo ille de cognitione ait, idem sentire oportet de dilectione quæ sequitur cognitionem, vt videlicet hic diligamus ex parte, & in posterum diligere speremus ex toto. Hæc autem interpretatio præcepti de dilectione Dei probatur testimonio beati Bernardi, qui sermone quinquagesimo super Cantica, ita ait: Est charitas in actu, est & affectu. Et de illa quidem quæ operis est, puto datam esse legem hominibus, mandatúmque formatum. Nam in affectu quis ita habeat vt mandatur? Ergo illa mandatur ad meritum, ista in præmium datur. Cuius initium quidem profectumque vitam quoque præsentem experiri diuina posse gratia non negamus, sed planè consummationem defendimus futuræ fœlicitati. Hęc Bernardus. Et beatus Augustinus libro tertio contra duas epistolas Pelagianorum ad Bonifacium, capite septimo eandem docet sententiam, sic dicens: Sapientiam quoque & cognitionem Dei tunc perfici in nobis, & in domino tantam exultationem, vt ea sit plena & vera securitas, quis negabit, nisi tam auersus sit à vero, vt ob hoc ad eam peruenire non possit? Verùm hæc non erunt in præceptis, sed in eorum quæ hic obseruanda sunt præmio præceptorum. Et paucis interpositis, addit: Hic ergo præceptum est, vt nõ peccemus: ibi præmium non posse peccare. Hic præceptum est, vt desideriis peccati non obediamus: ibi præmium, vt desideria peccati non habeamus. Hic præceptum est: Intelligite ergo qui insipientes estis in populo, & stulti aliquando sapite: Ibi præmium est plena sapiẽtia, & perfecta cognitio. Videmus enim nunc per speculum in ænigmate, ait Apostolus, tunc autem facie ad faciem. Nunc scio ex parte, tunc autem cognoscam sicut & cognitus sum. Hic præceptum est: Exultate Deo adiutori nostro: & Exultate iusti in Domino: ibi præmium est, exultate perfecto & ineffabili gaudio. Hæc Augustinus, qui multa alia illo loco dicit, quo docet in hac misera vita non esse præceptam nobis iustitiæ perfectionem, sed illam expectari in premio. Ex quibus apertè satis colligitur Lutherum malè intellexisse preceptum de dilectione Dei. Deinde si præceptum illud esset vt Lutherus docet, intelligendum, nullus inueniretur, imò nec inueniri posset, qui illud in hac vita seruauerit. At multi sunt de quibus scriptura sacra testatur illos aut dilexisse Deum, aut quęsiuisse illum, aut seruisse illi in toto corde suo. Nam de Dauid Deus ad Hieroboam loquens, ait: Non fuisti sicut seruus meus Dauid, qui custodiuit mandata mea, & ambulauit post me in toto corde suo. Ecce Dauid ambulauit post Deum in toto corde suo, & custodiuit mandata Dei, & tamẽ Dauid fomitem carnis habebat, qui, vt in cæteris omnibus contingit hominibus, voluntati retinebatur. Conuincitur ergo ex hoc loco nec concupiscentiam carnis esse peccatum contra Dei præceptum, nec etiam illam obstare quo minus quid diligat Deum ex toto corde, prout à nobis in hac vita diligi mandabatur. Et idem Dauid non veretur ad Deum dicere: In toto corde meo exquisiui te. Et iterum: Deprecatus sum faciem tuam in toto corde meo. Et rursum: In toto corde scrutabor mandata tua. Et iterum: Ad omnia mandata tua dirigebar, omnem viam iniquam odio habui. Si ad omnia mandata dirigitur Dauid, ergo ad mandatum de dilectione Dei. Et ad aliud: Non concupisces, oportet certè alterum istorum fateri, aut quòd illa non sunt mandata prout Lutherus illa interpretatur; aut quod Dauid non ad omnia mandata fuerit directus. At Dauid testatur se ad omnia Dei mandata fuisse directum: non sunt ergo illa dei mandata intelligenda prout Lutherus illa interpretatur. Hoc idem etiam se fecisse testatur Ezechias rex cùm dominum deum orat, dicens: Obsecro domine, memento quomodo ambu-

Ioan. 3.
1. Ioan. 5.
Roma. 13.
Matt. 5.
Matt. 7.
2. Tim. 3.
1. Cor. 13.
Bernar.
Augusſt.
1. Cor. 13.
1. Reg. 14.
Psal. 118.
4. Reg. 10
A
B
C

D ambulauerim in conſpectu tuo in veritate & corde perfecto, & quod placitum eſt coram te, fecerim. Num fortè iſte non habebat fomitem reſiſtentem? Habebat certè. Qualiter ergo ambulare potuit coram Deo in corde perfecto, ſi talis dilectio Dei, qualem Lutherus docet, à nobis in hac vita exigitur, aut ſi concupiſcentia carnis eſt peccatum contra Dei præceptum? Præterea in Deuteronomio dicitur: Inuenies Deum, ſi tamen toto corde & tota tribulatione animæ tuæ quæſieris eum. Percõtemur ergo Lutherum an aliquis vnquam Deum inuenerit? Si abnuit, obſtat illud quod dicit ſponſa in Canticis: Inueni quem diligit anima mea. *Cant. 3.* Et de illis qui in regno Iuda fuerunt tempore regis Aſa, dicitur: In omni enim corde ſuo iurauerunt, & in tota voluntate quæſierunt eum, & inuenerunt. *2. Par. 15.* Si autẽ fatetur, vt oportet, omnem iſtum inuenire Deum, neceſſe eſt etiam vt fateatur omnem talem quæſiiſſe Deum in toto corde ſuo: alioqui non inueniſſet Deum: quia vt hoc peragere poſſit, talis exigitur ab illo diligentia, vt videlicet Deum toto corde ſuo quærat. Ex his ergo omnibus apertiſſimè cõuincitur præceptũ de dilectione Dei non eſſe intelligendum, vt Lutherus illud interpretatur, ſed iuxta illam interpretationem eſt præmium quod expectamus, & non præceptum quod mandatur. Hoc autem apertiſſimè colligitur ex quarto libro Regum, quo loco de Iehu rege ita dicitur: Porrò Iehu non cuſtodiuit vt ambularet in *4. Reg. 11* lege Domini Dei Iſraël in toto corde ſuo. Et huius rei cauſam ſubdens, ait: Non enim receſſit à peccatis Hieroboam qui peccare fecit Iſraël. Quia enim vnum aut alterum mandatum trãſgreſſus eſt, dictus

A eſt non ambulaſſe in toto corde. Vnde conuincitur eum ambulare in toto corde, qui omnia mandata implet. De alio præcepto, videlicet: Non concupiſces, etiam patet Lutherum erraſſe. Ex prædictis nanque ſatis conſtat per illud non prohiberi carnis concupiſcentiam, quoniam cum talis concupiſcẽtia in omnibus hominibus, præter Chriſtum & fortè virginem eius matrẽ, reperta fuerit, nullus eſſet qui tale ſeruaſſet præceptum. At Dauid cuſtodiuit omnia mandata Domini, ergo & hoc mãdatum. Non autẽ cuſtodiſſet illud ſi carnis concupiſcentia fuiſſet per illud prohibita. Conuincimus ergo vt per illud præceptum non prohibeatur concupiſcentia carnis, ſed interior voluntatis affectus. Ad quod clarius oſtendendum aliqua proferam ſacrorum virorum teſtimonia. Sed antequàm illa in medium producam, hoc vnum admonere decreui, videlicet, hanc dictionem peccatum, æquiuocam eſſe in ſacris literis. Aliquando enim capitur pro hoſtia quæ offertur pro peccato. Sic capitur à Paulo Apoſtolo in ſecunda epiſtola ad Corinthios, cùm ait: Eum qui non nouerat peccatum, pro nobis peccatum fecit, ac ſi diceret: Chriſtum, qui etiam vt homo nullã admiſerat culpam, pater cœleſtis eum pro nobis mortem ſubire fecit: qua morte pro noſtris peccatis ſuſcepta, factus eſt ipſe Chriſtus peccatum, hoc eſt hoſtia pro peccato. *2. Cor. 5.* Sed ab hac peccati ſignificatione nunquam aliquis dicitur peccator. Et ita Paulus de Chriſto loquens, non dixit quòd pater fecerit eum peccatorem, ſed quòd fecit eum peccatum. Aliquãdo etiam vocatur peccatum, cauſa alliciens aut impellens ad peccatum, vel pœna peccati: & hoc modo appella-

B uit Paulus peccatum, cùm dixit: Si autem quod nolo malum hoc facio, iam non ego operor illud, ſed *Rom. 7.* quod habitat in me peccatum. Peccatum hoc loco Paulus vocat carnis concupiſcentiam, quia ſemper ad malum impellit, vel quia in pœnam primi peccati data eſt. Hoc autem patet ex ſequentibus. Nam poſtquam dixerat peccatum quod in illo habitat, operari malum, ſtatim ſubiunxit: Scio enim quòd nõ quod habitat in me, hoc eſt, in carne mea, bonum. Et ab hac peccati ſignificatione nullus vnquam dicitur peccator. Vnde beatus Auguſtinus in commẽtariis ſuper epiſtolam ad Galatas, ait: Aliud eſt peccatum habere, & aliud peccare. Alio modo ſumitur hæc vox peccatum pro culpa, & Dei offenſa, quam voluntas noſtra tranſgrediendo Dei præceptum committit, & propter quam voluntas ſic peccans rea efficitur alicuius pœnę infligendæ. Et hæc eſt ſolenniſſima illius vocis ſignificatio, qua etiam frequentius ſacræ literæ vtuntur. Et ab hac ſola peccati ſignificatione dicitur aliquis peccator. De hac ergo peccati ſignificatione loquentes, dicimus concupiſcentiam carnis aut fomitem non eſſe peccatum, & per conſequens, non eſſe prohibitam per præceptum illud: Non concupiſces. Richardus de ſancto Victore libro ſecundo de Emanuele, capite vltimo, oſtendens excellentiam beatæ virginis Mariæ ſuper omnes alios ſanctos, ait: Cæteris ſanctis in commune præcipitur, vt in mortali eorum corpore peccatum non regnet: ſoli iſti ſingulariter datur, vt mortale corpus eius peccatum non inhabitet. Non regnet (inquit Apoſtolus) peccatum in veſtro mortali corpore. *Roma. 6.* Ecce præcipit vt non regnet, ſed nunquid vt non inhabitet? Attende ſuper hoc quid alibi dicat: Si enim quod nolo malum id ago, iam ego non operor illud, ſed quod habitat in me peccatum. *Rom. 7.* Hæc Richardus. In quibus verbis id aduertendum eſt quod ait eſſe nobis præceptum vt peccatum non regnet in noſtro mortali corpore: non autem eſſe præceptum, vt peccatum non inhabitet. Ex quo patet concupiſcentiam carnis non eſſe interdictam, quoniam hæc eſt peccatum illud quod habitat in corpore noſtro. Beatus Auguſtinus hanc ſen-

C tentiam ſæpiſsimè docet, videlicet in primo libro de Ciuitate Dei, cap. 24. & libro. 14. cap. 10. ſed expreſſius & diffuſius in libro. 1. ad Bonifacium contra duas epiſtolas Pelagianorum, cap. 13. Sic enim ibidem *Auguſt.* ait: Dicunt etiam baptiſma non dare omnem indulgentiam peccatorum, neque auferre crimina, ſed radere, vt omnium peccatorũ radices in mala carne teneantur. Quis hoc cum Pelagianis niſi infidelis affirmet? Dicimus enim baptiſma dare omnium indulgentiam peccatorũ, & auferre crimina, non radere nec vt omnium peccatorum radices in mala carne teneantur, quaſi raſorum in capite capillorum, vnde creſcant reſecanda peccata. Nam & iſtam ſimilitudinem comperi ſuæ illos adhibere calumniæ, tãquam nos hoc ſentiamus atque dicamus. Sed de iſta cõcupiſcentia carnis falli eos credo vel fallere, cũ qua neceſſe eſt vt etiam baptiſatus, & hoc ſi diligentiſsimè proficit, & ſpiritu Dei agitur, pia mente cõfligat. Sed hæc etiam ſi vocatur peccatum non vtique quia peccatum, eſt, ſed quia peccato facta eſt, ſic vocatur: ſicut ſcriptura, manus cuiuſque dicitur, quod manus eam fecerit. Peccata autem ſunt quæ ſecundũ carnis concupiſcentiam vel ignorantiam illicitè fiunt, dicuntur, cogitantur: quæ tranſacta etiam

reos tenent si non remittantur. Et ista ipsa carnis concupiscentia in baptismo sic dimittitur, vt quanquã tracta sit à nascentibus, nihil noceat renascentibus. Hæc Augustinus, qui multò plura illo loco pro hac re dicit. Et libro primo de nuptijs & concupiscentijs ad Valetium per multa capita hanc eãdem docet sententiam. Quæ omnia curioso lectori legenda committo, satis illi me feciſſe existimans, cùm ostenderim locum, vbi quæ voluerit, reperire valeat. Præter hæc omnia sanctorum virorum testimonia, extat etiam contra hanc impiam & blasphemam Lutheri sententiam aperta Ecclesiæ definitio. Nam cõ- D
Cõcilium Tridentinum. cilium Tridentinum sub Paulo tertio celebratum, sessione quinta, capite quinto hanc particularem Lutheri de concupiscentia sententiam damnauit, sic dicens: Hanc concupiscentiam, quam aliquando Apostolus peccatum appellat, sancta synodus declarat, Ecclesiam Catholicam nunquam intellexisse peccatum appellari, quod verè & propriè in renatis peccatum sit: sed quia ex peccato est, & ad peccatum inclinat. Si quis autem contrarium senserit, anathema sit. Deinde idem Cõcilium sessione sexta, capite vndecimo, doctrinam asserentem præcepta Dei esse impossibilia, damnauit, hæc dicens: nemo temeraria illa, & à patribus sub anathemathe prohibita voce vti debet, Dei præcepta homini iustificato, ad obseruandum esse impossibilia. Nam Deus impossibilia non iubet, sed iubendo monet & facere quod possis, & petere quod non possis, & adiuuat vt possis. Cuius mandata grauia non sunt. Cuius iugum suaue est, & onus leue. Qui enim sunt filij Dei, Christum diligunt: qui autem diligunt eum, vt ipsemet testatur, seruant sermones eius: quod vtique cum diuino auxilio præstare possunt. Et post datam hanc doctrinam, ne quis temerè contra illam aliquid dicere auderet, canonem latæ sententiæ adiecit, qui inter multos alios in illa sessione æditos, decimo octauo loco constitutus, hæc verba continet. Si quis dixerit, Dei præcepta, homini etiam iustificato & sub gratia constituto esse ad obseruandum impossibilia, anathema sit. Hactenus Concilium Tridentinum. Aduersus hanc hæresim iuxta vtrãque illius partem scripsit largissimè Iacõbus Latomus in eo opere quod fecit pro defensione determinationis Louanienſis contra Lutherum. Ioannes Roffensis episcopus scripsit disertissimè, vt solet, contra huius hæresis partem secundam, eam videlicet quę est de concupiscentia, in articulo secundo illius operis quod fecit cõtra. 41. Lutheri articulos à Leone 10. prius damnatos.

PRÆDESTINATIO.

SIgibertus monachus in suis chronicis refert, sub Honorio Imperatore & Zozimo papa A
fuisse quandam hæresim ortam, quæ docebat piè viuentibus non prodesse bonorum operum laborem, si à Deo ad mortem ordinati fuissent: & impiis peccatoribus nonobesse quecunque scelera & flagitia ab illis commissa, si Deus illos ad vitã æternam prædestinasset. Huius hęresis autores Sigibertus ait vocati prędestinatos, nomenà sua doctrina susciepientes. Quis autem fuerit huius hęresis princeps, Sigibertus subticuit, nec
Prædestinati. ego apud aliquem alium reperi, quoniam nullus ex his qui de hæresibus scripserunt, huius hæresis meminit, præter Bernardum de Lutzẽburgo in suo catalogo hæreticorũ, qui nihil aliud dicit quàm idquod in chronicis Sigiberti inuenit. Hunc errorẽ ferè per mille annos iam sepultũ suscitauit ab inferis Ioãnes
Ioannes Huſs. Huſs Bohemus, dicens eum, qui à Deo prædestinatus est ad vitã, etiam si mala opera agat, nunquã posse esse mẽbrum diaboli: & illũ qui est à Deo ordinatus ad mortẽ, quãtumcũque bene viuat, nunquã posse esse membrum Dei. Hanc pestilentissimam hæresim anno millesimo quingentesimo tricesimo quarto, amplexati sunt aliqui vulgares & idiotę homines in Hollandia & phrygia, dicẽtes nulli homini bonum opus prodesse, aut malum obesse, sed omnia pendẽre ex sola prædestinatione & pręsciẽtia diuina. Quæ doctrina iustos viros à bonorum operum exercitio auocat, & peccatores ad quæcunque scelera perpetranda impellit. Scripturæ ergo sacræ testimoniis apertissimis huius) falsitatem ostendamus, ne ex hac doctrina ãsam malè agẽdi peccatores accipiant. Nullus dubitat Cain fuisse dãnatum, qui de misericor-
Geneſ. 4. dia dĩuina desperauit, dicẽs: Maior est iniquitas mea, quã vtveniã merear. At cùm Dominus ad munera eius non respexisset, & ob hoc Cain esset iratus, concidisseтque vultus eius, dixit illi Dominus: Qua-
Ibidem. re iratus es? & cur concidit facies tua? Nónne si bene egeris, recipies? Ecce Deus promittit homini præscito præmium bonorum, si ea voluerit agere: & non verentur hæretici potentiam bene operandi auferre ab illis qui à Deo ad mortem ordinati sunt. Deus enim neque sua prædestinatione, sic necessitate prædestinatos ad bonum, vt malè agere & perire nequeant: neque ad gehennam ordinatos sic cogit, vt bene agere & vitam promereri non valeant. Nam (vt verbis Augustini vtar) nouit Deus mutare sententiam, si homo cœperit mutare vitam. Vnde ipsemet Deus per Hieremiam Prophetam loquitur, dicens: Si pœnitentiam egerit gens illa à malo suo quod locutus sum aduersus eam: agam &
Hiere. 18. ego pœnitentiam super malo quod cogitaui vt facerem ei. Præterea, certum est Dauid regem fuisse à Deo ad vitam æternam prædestinatum, & tamen cùm propter adulterium ab eo commissum accessisset ad illum Nathan Propheta proponens regi parabolam de homine diuite accipiente ouiculam à pau pere, qua idem pauper ălebatur: Rex Dauid dixit talem diuitem esse filium mortis. Quo dicto, pro-
2. Reg. 12 pheta Nathan dixit ad Dauid: Tu es ille vir. Quibus verbis propheta apertissimè declarauit, Dauid regem propter scelus illud esse filium mortis, & dignum qui morte plecteretur æterna, nisi Deus illius misertus, vitam illi dedisset qua malè actorum pœnitere potuisset. Rursum, Beatus petrus Apostolus prædestinatus est à Deo ad vitam æternam, qua etiam nunc iam fruitur: hic tamen cùm Christum increpasset eò quòd se moriturũm dixerat, & mori paratum audiuit ab eodem Christo: Vade post me
Matt. 16. Satana. Ecce Petrus prædestinatus, qui tamen aliquando fuit Satanas. Quod si Satanas fuit, oportet vt tunc magis ad dæmonem quam ad Christum pertineret. Nam Theophylactus illum locum Matthæi

exponens

exponens, sic ait: Satanas aduersarius dicitur. Vade igitur post me, hoc est, ne obsistas, sed sequere vo- *Theoph.*
luntatem meam. Vocat autem sic Petrum, quia etiam Satanæ displicebat Christum pati. Hæc Theophylactus. Sed quia non est valde manifestum Petrum tunc peccasse mortaliter, quanuis vocatus fuerit Satanas (nam sic dictus est, quia diuinæ voluntati aduersabatur. Satanas enim idem est quod aduersa-
C rius) ideo aliud manifestissimum illius peccatum producimus, trinam videlicet negationem, qua magistrum suum & omnium nostrum deierans negauit. Deinde Paulus vas electionis, qui testatur sibi esse repositam à Deo coronam iustitiæ, fatetur se prius fuisse blasphemum. Si tunc blasphemus, ergo tunc peccator & iniquus, & per consequens tunc dignus morte. Nisi fortè isti hæretici censent blasphemum esse dignum præmio æterno. Et si peccator tunc erat, oportet vt membrum dæmonis tunc fuerit. Vnde beatus Gregorius in homilia super Euangelium dominicæ primæ in quadragesima, sic ait: Certè iniquorum omnium caput diabolus est, & huius capitis membra sunt omnes iniqui. Hæc ille. Demum inter multas assertiones Ioannis Hus, quas Concilium Constantiense sessione decima quinta damnauit, tertia in ordine est quæ sequitur: Paulus nunquam fuit membrum diaboli, licet fecerit actus quosdam actibus Ecclesiæ malignantium consimiles. Et sexta assertio eiusdem Ioannis Hus sub his verbis *Cõcilium*
ibidem ponitur: Præscitus, ettsi aliquando sit in gratia secundum præsentem iustitiam, tamen nunquã *Constant.*
est pars sanctæ Ecclesiæ: & prędestinatus semper manet membrũ Ecclesiæ, licet aliquãdo excidat a gratia prædestinationis. Hæ autem duæ assertiones simul cum aliis pluribus eiusdem Ioannis Hus in Cõcilio Constantiensi damnatæ sunt.

SEcunda hæresis circa prædestinationem est, quæ asserit hominem sine speciali Dei reuelatione posse scire se esse a Deo prædestinatum ad vitam æternam. Hæc hæresis hoc nostro miserando seculo ad quasuis hæreses suscitandas aptissimo, in quo quicquid de dogmatibus effundere libet, licet, primò in publicum prodiit. Sed bene res habet, quòd qui ita sentiunt nõ sunt vsque adeò progressi, vt errorem
D suum per scripturam quæ multò latius quam verbum nocere solet, prodiderint: sed solo verbo suum temerarium atque adeò præsumptuosum iudiciũ manifestarunt. Nam in Concilio Tridentino, cui præsens adfui, cùm inter viros doctos, qui multi illic aderant, tractaretur ex mandato synodi quæstio de certitudine iustificationis humanæ, & res esset inter eos controuersa, ecce vnus aut alter prosilierunt, qui præsumptuosa quadam temeritate coram tanta doctorum virorum multitudine dicere non erubuerunt, hominem absque speciali Dei reuelatione posse certò scire nõ solùm se esse iustum, sed esse prædestinatum. Vnus autem ex illis, vt temeritatem suam & superbam præsumptionem pleniorem faceret, seipsum in exemplum proposuit, dicens: Nam ego quidem certò scio me esse prædestinatũ. Quod ego audiens obstupui, miratus quòd homo vel mediocriter doctus & sui iudicij compos, in tam dementem errorem incidisset, & illam coram tali ac tanto cœtu effundere non erubuisset. Postea verò rem hanc mecum tractans, & diligenti consideratione mente reuoluens, vehementer suspicatus sum, hoc tam præsumptuosæ hæresis assertores, Lutherum in pectore gestasse, & in illius verba iurasse, quamuis illi pro catholicis se nobis venditabant, & pro talibus à nobis existimari cupiebant. Nam etsi Lutherus nũquam, quod ego sciam, hanc hæresim apertè docuit, ex aliis tamen illius assertionibus euidenter colligitur. Lutherus enim asserit, omnem hominem fidelem debere certò credere se esse iustificatum gratis per misericordiam Dei. Dicit insuper hominem fidelem, etiam si ipse velit, non posse admittere illã salutem quæ sibi data est in baptismo, nisi nolit credere. Ex quibus duabus assertionibus manifestè deducitur ista tertia. Quoniã si homo est certus se esse iustum, & est certus se non posse amittere suam iustitiam, consequens est vt sit etiam certus se assecuturum vitam æternam, quam sine Dei prædestina-
A tione ad illam, assequi non posset. Contra illas duas primas Lutheri hæreses iam supra in titulo de gra- *Lutherus*
tia disputaui, & omnia quæ contra illas duas hæreses in illo loco dixi etiam in hoc loco cõtra istam hæresim, de qua nunc agimus, viriliter pugnant. Nam si homo non potest esse certus de sua iustificatione, multò minus de sua prædestinatione. Sed specialiter adhuc contra hanc hæresim pugnare volo, & apertis scripturæ testimoniis, euidentibusque argumentis illam conuincere, vt tandẽ coniuncta atque confusa discedat à toto orbe Christiano. Vt autem rem apertiorẽ faciamus, statuamus & signemus hominem aliquem qui sine speciali Dei reuelatione certò sciat se esse prędestinatũ, & fingamus illum esse Petrum. Probo igitur Petrum sine Dei reuelatione nunquam id scire posse, quoniam secluſa Dei reuelatione, nulla patet via per quam id potuerit Petro esse certum. Primò quidem Petrus non potest esse certus certitudine euidentiæ de sua prædestinatione: quoniam se esse prædestinatum, non potest sibi esse aliquo modo euidens. Nam ex sola terminorum notitia non potest esse euidens, quoniam sola prima principia per se nota, sunt hoc modo euidentia. At cùm Petrum esse prædestinatum non sit principium per se notum, consequens est vt possit hoc modo esse euidens. Et certè si hoc modo posset esse euidens Petro, se esse prædestinatum, cuicunque etiam alij homini esset euidens Petrum esse prædestinatum: quia nomina & voces huius enuntiationis, Petrus est prædestinatus, quicunque alius potest cognoscere, & ita oportet vt quicunque alius homo posset euidenter scire, Petrum esse prædestinatũ. Hoc autem fateri, summa esset dementia. Nõ potest etiam esse euidens Petro per demonstrationem, se esse
B prædestinatum: quoniam Petrum esse prædestinatum non est res necessaria, sed merè cõtingens, quippe quæ ex sola pẽdeat libera Dei voluntate. Non enim necesitate aliqua, sed libera sua voluntate Deus homines ad vitam æternam prædestinat. De qua re apertissimè nos admonet Paulus in ea quæ est ad Romanos epistola. Non volentis neque currentis, sed miserentis est Dei. Dicit enim scriptura Pharaoni. Quia in hoc ipsum excitaui te vt ostendam in te virtutem meam, & vt annuncietur nomẽ meum *Rom. 9.*
in vniuersa terra. Ergo cuius vult miseretur, & quem vult indurat. Constat igitur prędestinationem quæ ex sola libera Dei voluntate pendet, rem esse contingentem & non necessariam. Res autẽ contingentes

non possunt per demonstrationem probari: quoniam (vt Aristoteles docet) de contingentibus non potest haberi scientia. Nec potest esse euidens Petro per experientiam, se esse prædestinatum: quoniam id quod sic est euidens, oportet vt sit facialiter & intuitiuè agnitum. At prædestinationē illam qua Petrus est prædestinatus, quæ actus est diuinæ voluntatis, nemo nisi Deo volente & manifestante intueri valet. Nam talis actus diuinæ voluntatis, quo Petrum ad vitam æternam ordinat, nisi Deo viso, videri non potest, imò quod mirabilius est, etiam si Deum ipsum quis videret, nō tamen ideo necessarium esset, vt diuinam illam volitionem intueretur, qua Petro decernit dare vitam æternam. Nam (vt B. Augustinus egregiè docet) est Deus speculum quoddam voluntarium, ea quæ vult in seipso pandens & manifestās, & quæ vult abscondens. Nō est igitur possibile vt Petro qui diuinæ voluntatis decretum intueri nō valet, sit per experientiam euidēs, se esse prædestinatum. Adde quod iudicia Dei sunt hominibus tam occulta & incognita, vt nō solū illa intueti, sed neque alio modo cognoscere valeat. Ideo regius propheta
Psal.35. ostendere nobis volens, quantum nos diuina iudicia lateant, dixit: Iudicia Dei abyssus multa. Et huius
Sapien.9. filius rex Salomō ait. Quis hominū poterit scire cōsiliū Dei? Aut quis poterit cogitare quid velit Deus? Cogitationes enim mortalium timidę, & incertæ prouidentiæ nostrę. Corpus enim quod corrumpitur aggrauat animam, & terrena habitatio deprimit sensum multa cogitantē. Et difficilè æstimans quæ in terra sunt, & quæ in prospectu sunt, inuenimus cum labore. Quæ in cœlis sunt autem quis inuestigabit? Sensum autem tuū quis sciet, nisi tu dederis sapientiam, & miseris spiritū tuū de altissimis? Et Pau-
Roma.11. lus in ea quæ est ad Romanos epistola, tantam iudiciorum profunditatē admiratus exclamat, dicens: O altitudo diuitiarū sapientiæ & scientiæ Dei, quàm incomprehensibilia sunt iudicia eius, & inuestigabi-
Hiere.17. les viæ eius. Quis enim cognouit sensum Domini, aut quis cōsiliarius eius fuit? Propterea de corde hominis quod inscrutabile sit, Dominus per Hieremiam loquitur, dicens: Prauum est cor hominis & inscrutabile, & quis cognoscet illud? Ego Dominus scrutans cor, & probans renes. Si nemo potest scire ea, quæ in corde hominis versantur, multò minus poterit cognoscere quæ Deus in corde suo decernit, nisi ipse reuellet. Sūma igitur temeritas est, aliquē dicere, sine Dei speciali reuelatione, certò & euidēter scire se esse predestinatū ad vitā æternam, cùm Salomon dixerit, sensum Domini neminem scire, nisi ille dederit sapientiam, & miserit spiritum suum de altissimis. Propter quod ab illo qui se prędestiuatum
1.Cor.2. esse certo scire se dicit, interrogandum esset iuxta Pauli doctrinam, Quomodo nosti sensum Domini? Nunquid consiliarius eius fuisti? Et in priori ad Corinthios epistola iterum docet diuina iudicia esse no bis abscondita, quæ tamen Deo reuelante optimè intelligere valemus. Quæ sunt Dei (inquit Paulus) nemo nouit nisi spiritus Dei: Nos autem non spiritum huius mundi accepimus, sed spiritum qui ex Deo est, vt sciamus quę à Deo donata sunt nobis. Ex his omnibus apertissimè colligitur, neminē absque Dei clara visione posse certò scrire certitudine euidentiæ se esse ad vitam æternam prædestinatum. Superest vt ostendamus neminem etiam sine speciali Dei reuelatione posse rectitudine fidei Catholicæ certò scire se esse prædestinatum. Hoc autē facillimè quisque intelliget esse verum, si aduertat quod nihil est huiusmodi certitudine certum, nisi id solū quod ex fide Catholica credere tenemur. Alioqui o- D
portebit fateri, quod ex sola probabili ratione & pia erga dicentem affectione certò credimus, esse nobis tam certa, sicut ea quæ fide Cotholica credimus. Quod si quis concesserit, impiè ager. Quoniam circa ea quæ ex sola probabili ratione & pia affectione credimus, decipi possumus: circa illa verò quæ ex fide Catholica credimus, decipi non possumus. Si autē contingeret, ea quæ sola ratione probabili & pia affectione creduntur, talia esse vt circa illa nō possit sic credēs decipi, quod fieret, si quis hac sola ratione motus, crederet aliquam geometricam propositionem demonstrabilem, aut aliquem ex articulis fidei Catholicæ, tamen is sic credens non esset tanta certitudine certus, sicut is qui eadem crederet ex fide Catholica inclinante illum ad sic credendum. Quoniam etsi ambo essent æquè certi ad hoc quod nullus eorum sic credendo potest falli, quia obiectum vtriusque est ex se æquè certum: ex eo modo tamen tenendi ad obiectum, sunt valde dispares. Nam alter illorum mouetur à sola veritate humana & probabili ratione, alter verò innititur veritati diuinæ & ab illa mouetur ad credendum: quia credit Deū esse veracissimum: ideo firmissimè credit omne reuelatum à Deo esse verū. Quantum autem interfit inter hoc & illud motiuum, & quantum si hoc quàm illud certius, nemo est qui non videat.

Ex quo apertissimum euadit nihil quod fide solum humana creditur, esse æquè certum sicut id quod creditur ex fide Catholica inclinante & mouente animam ad sic credendum. Et indè necessariò cōsequitur vt hac certitudine fidei Catholicę nemo absque speciali Dei reuelatione possit esse certus, se esse ad vitam æternam prædestinatum. Quoniam quisquis dixerit, se tali certitudine esse de sua prędestinatione certum, fateri cogetur esse articulum fidei, se esse predestinatum, aut per euidentem & manifestam consequentiam deduci ex aliquo articulo fidei. Nam alioqui (vt nunc dicimus) non posset tali cer A
titudine esse de sua prædestinatione certus. Vtrunque tamē istorum est apertissimè falsum. Nam quod non sit articulus fidei Catholicæ, Petrum aut Ioannem esse ad viram æternam prædestinatum, adeò est manifestum, vt probatione non indigeat. Si quis autem tam effrons est, vt id negare non vereatur, petendum est ab illo vbi in Apostolorum symbolo, aut in aliquo ex sacris codicibus id ostendet, sed quia apertiora sunt ista, quàm vt in illis moram facere debeamus, ideo ad aliud pertranseo. Non potest etiam ex articulis fidei per euidentem consequentiam deducere Petrus, se esse prædestinatum. Nam si id fieri posset, non solùm Petrus, sed quicunque talem deductionem facere sciret certò cognosceret de se & de alio quouis prædestinato, illos esse ad vitam æternam prædestinatos. Nec solùm certò sciret certitudine fidei Catholicæ, sed ita credere teneretur sub interminatione gehennæ. Quoniam ea quæ per euidentem consequentiam ex arriculis fidei deducuntur, omnes sub interminatione gehennæ credere tenentur. Præterea si hoc ex aliquo articulo deduci posset, certè nō ex alio quàm ex illo quo

Deus

Deus bene operanti & ſuis mandatis obedienti promiſit ſe daturum vitam ęternam. Si vis ad vitam ingredi (inquit Saluator noſter) ſerua mandata. Verum ex hac ſola promiſſione nō poteſt quis eſſe certus de ſua prædeſtinatione, quoniam non eſt nuda & abſoluta promiſſio, ſed conditionalis, ſub hac videlicet conditione quod ſeruet mandata. Nemo autem ſine ſpeciali Dei reuelatione poteſt eſſe certus ſe habere illam mandatorum Dei adimpletionem, quæ ſatis ſit, iuxta Dei promiſsionem, ad vitam æternam
B certò aſſequendam. Nam illa obedientia qua nunc quis hoc temporis articulo diuina exequitur mādata etiam ſi certò ſciret ſe tunc perfectè diuinis obedire mandatis, non valet hominem reddere certum de vita æterna aſſequenda: Quoniam non iuxta quācunque, ſed ſolum iuxta eam, quæ erit in finalem perſeuerantiam Deus promiſit ſe vitam ęternā daturum. Qui perſeuerarit vſq; in finem (inquit Saluator) hic ſaluus erit. Et Paulus ait. Nō coronabitur niſi qui legitimè certauerit. Non certat autē legitimè, qui quamuis multa & egregia in bello geſſit facinora, tandem ſpontè & non coactus hoſti cedere voluit. Denique Salomon ait. Si ceciderit lignum ad auſtrū ſiue ad aquilonem, in quocūque loco ceciderit, ibi erit: Quæ verba interpretans Hieronymus in commentariis ſuper Eccleſiaſtem, ſic ait. Lignum quod in hac vita corruerit, & conditione mortalitatis fuerit inciſum: aut peccauit antè dum ſtaret, & in Boreæ parte poſteà ponitur: aut ſi dignos Auſtro fructus attulit, in plaga iacebit auſtrali. Hæc Hieronymus. Eandem ſententiam multo apertius declarat diuus Salonius epiſcopus Viennēſis in quæſtionibus quas in modum dialogi fecit ſuper Eccleſiaſtem, ſic inquiens. Hæc ſentētia ſpiritualiter intelligi debet. Nam per lignum homo deſignatur: quoniam vnuſquiſque eſt quaſi lignum ſyluę generis humani. Per auſtrū, qui eſt ventus calidus, deſignatur requies Paradyſi: Per Aquilonem, qui eſt frigidus, deſignatur inferni ſupplicium. Et eſt ſenſus. Vbicunque homo ſibi locum viuēdi præparauerit, ad Auſtrum cùm ceciderit, id eſt, mortuus fuerit, in requie Paradyſi & gloria regni cœleſtis permanebit in æternum. Si verò malè viuendo locum ſibi præparauerit ad Boream, inferni pœnas luet in ſecula ſeculorum. Hæc Salonius ad Veranium fratrem. Ex quibus omnibus apertè colligitur, finē ptędeſtinationis, qui eſt vita æterna, non
C dari à Deo propter quamcunque iuſtitiam niſi in illa in vltimo vitæ hiatu reperiatur. Et inde apertè conuincitur, vt ex ſola cognitione præſentis iuſtitiæ, etiam ſi illam ſe habere quis certò cognoſceret non poſſit eſſe de ſua prædeſtinatione certus, certitudine fidei Catholicæ. Quoniam etſi admittamus (quod iuxta Pauli doctrinā falſum eſt) prędeſtinationem diuinam ex meritis hominū præuiſis procedere, ita vt prædeſtinationis diuinæ cauſa ſit prędſcientia meritorum, hoc tamen de illis ſolis meritis intelligendum eſſet, quę Deus præſciuit illum in articulo mortis habiturum, vt iuxta Salomonis ſentētiam, in eo ſtatu perpetuò maneat, in quo per mortem cecidit. Sed fortè quis prædictum errorem pertinaciter tueri contendens, in Iouiniani & Pelagii hæreſim incidet, dicēs, eum qui ſemel gratiam baptiſmi ſuſcepit, nō poſſe amplius illam amittere, & per conſequens nec peccare, ſed eſſe de ſua perſeuerantia, ac proinde de vita ęterna ſecurū. Et inde fortè deducet, eum qui certus ſit ſe gratiam baptiſmi eſſe aſſequutum, eſſe inde certum de ſua prædeſtinatione ad vitam æternam, quoniam credit certò ſe ab illa gratia non poſſe excidere. Sed qui ad hoc aſylum cōfugeret, errorem tueretur peiorem priori, nam ex ſacris literis conſtat, Dauid regem fuiſſe bonum & iuſtum, quando ex Dei prędcepto illum Samuel Propheta vnxit in regem. Poſteà tamen domi ociatus vxorem Vriæ concupiuit, & tandem cum illa coiens adulterium primò & deinde homicidium perpetrauit. Sed quia fortè hoc exemplum Iouinianus & Pelagius reiicient, propterea quod Dauid non habuit gratiam baptiſmi, qui tunc non erat à Deo inſtitutus, ideo ad eos, qui gratiam baptiſmi receperunt, accedamus. Apoſtolos eſſe ante mortem Chriſti baptizatos, conſtat vel ex eo loco Ioannis vbi ad illos Saluator noſter alloquens, dixit. Qui lotus eſt non indiget niſi vt pedes lauet. Vos autem mundi eſtis, ſed non omnes. Nam illa verba de lotione per ſacramentum baptiſmi intelliguntur à ſanctis: dicens illos eſſe mūdos, oſtendit illos tunc eſſe in gratia. Quod autem addit, ſed non omnes, propter Iudam dictum eſſe conſtat, qui tunc Chriſti Saluatoris noſtri mortem meditabatur. Parum tamen poſt hæc verba, in eadem videlicet nocte, omnes Apoſtoli ſcandalum paſſi ſunt,
D quando relicto eorum magiſtro omnes fugerunt. Et Petrus qui ſe omnibus fortiorem & cōſtantiorem iactabat, peius omnibus peccauit quando anathematizans & iurans, ter magiſtrum ſuum negauit. Nec opus eſt amplius cōtra hanc Iouiniani hæreſim diſputare, quia ſuprà in titulo de de gratia, hęreſi. 2. ſatis me dixiſſe memini. Et ex illis omnibus apertiſsimè cōuincitur, quemlibet hominem quantūlibet iuſtū, niſi à Deo ſit in gratia confirmatus, poſſe mortaliter peccare, & per conſequens baptiſmi gratiam amittere. Et inde euidenter colligitur, neminem ex ſola agnitione præſentis iuſtitiæ, etiam ſi illam ſe habere certiſſimè ſciret, poſſe certò cognoſcere certitudine fidei Catholicæ ſe eſſe ad vitam æternam prædeſtinatum. Fortè is qui de ſua prædeſtinatione ſe certum eſſe contendit, prædictis rationibus victus dicet, non ex ſola cognitione præſentis iuſtitiæ, ſed etiam finalis perſeuerantiæ, eſſe ſibi certò perſuaſum certitudine fidei Catholicæ, ſe eſſe ad vitam æternam prædeſtinatum. Sed qui hoc dicetet, errorem errori adderet: quoniam nemo ſine ſpeciali Dei reuelatione poteſt ſuam finalem perſeuerātiam certò agnoſcere. Nam de hac ſola intelligendum eſt quod Salomon ait. Neſcit homo vtrum amore an odio, dignus ſit, ſed omnia in futurum ſeruantur incerta. Quæ verba etſi aliter à Hieronymo ex Hebræo ſermone in Latinum tranſlata ſint, quam nos iuxta vulgatam æditionem nunc citauimus ſuorum tamen verborum ſenſus à noſtro non differt. Tranſlatio Hieronymi, ſic habet. Et quidem charitatem & quidem odium non eſt cognoſcens homo, omnia in facie eorum. Vt autem omnibus conſtare poſſit iſtorum verborum ſenſum á noſtra vulgata æditione non differre, opus eſt vt ipſummet Hieronymū audiamus ſuam
A tranſlationem interpretantem, qui ſic ait. Neque amicitias neque inimicitias ſcit homo, ſed omnia coram eis incerta, propterea quòd omnibus eueniunt ſimilia, iuſto & iniuſto. Portò hic ſenſus eſt. Etiam in hoc dedi cor meum, & ſcire volui quos Deus diligeret, quos odiſſet, & inueni iuſtorum quidem ope

Matt. 19.

Matt. 10.
2. Tim. 2.

Eccle. 11.

Hyero ny

Salonius.

Ioan. 13.

Eccle. 9.

Hierony.

ra in manu Dei esse: & tamen virum amentur à Deo an non, nunc eos scire non posse, & ambiguo fluctuare, vtrum ad probationem sustineant quæ sustinent, an ad supplicium. Hæc Hieronymus. Quæ verba eundem explicant sensum quem vulgata æditio docet. Prætereà, idem Salomon alibi dicit. Ne glorieris in crastinum, ignorãs quid superuentura pariat dies. Per chrastinum hoc loco Sapiẽs intelligit totum tempus futurum, siue sit proxima dies sequens, aut quælibet alia post illam. Iuxta hanc enim significationem vsus est hac voce Saluator noster, quum auocare nos volens à cura & solicitudine prouidendi in futurum tempus de rebus corpori necessariis, dixit. Nolite soliciti esse in crastinum. Non enim solùm prohibuit nobis solicitudinem in diem proximam, sed multo magis in aliam longè distãtiorem. Prohibet ergo Salomon, ne gloriemur in tempus futurum, quia ignoramus quid illo tempore acturi sumus. At si homo iustus esset certus de sua perseuerantia in iustitia, posset quidem, & meritò gloriari de sua præsenti bonitate & iustitia: quia certò sciret quid superuentura dies illi parere posset. Nam si, vt Paulus docet, potest homo de bonitate in Domino gloriari, nihil prohibet quin gloriari possit in crastinum, si certus est se in crastinum non amissurum quod hodie habet. Sed quia Salomon diuino spiritu illustratus optimè agnoscebat, homines ex se ignorare quid in futuro tempore acturi sint, ideo prohibet illis ne in futurum tempus glorientur: Ideo beatus Augustinus in libro de pastoribus capite 12. temeraria iudicia esse censet ea quibus homines de se aut aliis iudicant, quales futuri sint, cùm hoc scire nõ possint. Temerariis iudiciis, inquit ille, plena sunt omnia, neque timor certus est, neque amor. Quid B sit hodie quisque homo, vix nouit ipse homo: tamen vtcunque quid hodie, quid autem cras neque ipse. Hæc Augustinus. Rursum, contra perseuerãtiæ certitudinem pugnant omnia illa, quibus sacra scriptura nos admonet, vt in futurum simus cauti, & nobis ipsis prospiciamus, Qui sibi videtur stare, inquit Paulus, videat ne cadat. Et Salomon ait: Beatus homo qui semper est pauidus. Si homo semel iustificatus certus esset de sua perseuerantia, non erat opus illum admonere de cautela, & de pauore. Deinde, perseuerantiam in bono, aut suam prædestinationem non esse alicui homini sine speciali Dei reuelatione notam, testantur concorditer omnes sacri doctores, è quibus aliquos nunc in testes citare decreui. Bernardus in sermone primo de sepuagesima, de cœlesti electorum generatione differens, hæc ait. Sed generationem istam quis enarrabit? Quis potest dicere, ego de electis sum? ego prædestinatus ad vitam? ego de numero filiorum? Quis hæc inquam dicere potest reclamante scriptura? Nescit homo an amore dignus sit, an odio. Certitudinem vtiqne non habemus, sed spei fiducia consolatur nos, ne dubitationis huius anxitate cruciemur. Hæc Bernardus, qui non suo tantum iudicio, sed sacræ scripturæ testimonio fretus, apertè docet neminem scire se in bono perseueraturum, aut à Deo ad vitam æternam esse prædestinatum. Beatus Gregorius libro 6. in regiſtro, interpretãs illud Saluatoris, Spiritus vbi vult spirat, & vocem eius audis, nescis vnde veniat aut quò vadat, hæc ait. Spiritus quidem venit & vadit, quia reprobos deserit, electos assumit. Et quia iudicium omnipotentis Dei imperscrutabile est, vnde veniat, & quò vadat homo nescit: quia sciri non potest, an quis in gratia quam recipit, perseuerare in C perpetuum debeat. Ab eo igitur qui defecit, venire spiritus dicitur, ire ad eum qui perseueraturus est: quia alios in tempore, alios assumit nec tamen deserit. Hæc Gregorius. Eidem sententiæ fauet beatus Salonius Viennensis episcopus Gregorio vetustior, qui in commentario quod in modum dialogi fecit super Ecclesiam, interpretãs illud salomonis: Quis nouit si spiritus filiorum Adam ascendat sursum, & spiritus iumentorum descẽdat deorsum, hæc ait. Filij Adam significant sanctos & electos viros, qui meritò appellantur homines, quia rationaliter, sancte, & spiritualiter viuunt. Per iumenta verò significantur carnales, quia propterea iumenta vocantur, quoniam bestialiter & carnaliter sicut iumenta & pecora viuunt. Hinc enim sanctus propheta Dauid, dicit. Homines & iumenta Saluabis Domine. Solet enim fieri, vt illi qui videntur homines iusti, peccent, & conuertantur à iustitia sua, & faciant iniquitatem. E contrario illi qui sunt mali & impii, conuertantur ab iniquitate sua, & faciant iustitiam & æquitatem. Ideo dicit Salomon: Quis nouit si spiritus filiorum Adam ascendat sursum, & spiritus iumentorum descendat deorsum: quia tamen incertus est vitæ huius status, vt & peccator qui iumentum vocatur, per pœnitentiam conuersus surgat & ascendat in cœlum, & iustus à iustitia sua ruat in peccatum, & demergatur ad inferos. Hæc Salonius. Sed multo apertius beatus Augustinus in multis locis hanc sententiam docet. Nam in epistola ad Probam, quæ est in ordine suarum epistolarum. 121. tractans illud Pauli: Nolite ante tempus iudicare, hæc ait. Sicut sibi quisque, nemo alter alteri notus est: & tamen nec sibi quisque ita notus est, vt sit de sua crastina conuersatione securus. Et libro vndecimo de ciuitate Dei, capite duodecimo, de istis viris loquens, hæc ait. Qui licet de suæ perseuerantiæ præmio certi sunt, de ipsa tamen perseuerantia sua reperiuntur incerti. Et in libro de bono perseuerantiæ, prope initium, hæc ait. D Asserimus ergo, donum Dei esse perseuerãtiam, qua vsque in finem perseueratur in Christo. Finem autem dico, quo vita ista finitur, in qua tantummodo periculum est, ne cadatur. Itaque vtrum quisque hoc munus acceperit, quandiu hanc vitam ducit, incertum est. Hactenus Augustinus. Denique Concilium Tridentinum sub Paulo tertio celebratum, sessione sexta, capite 12. & 13. manifesta definitione declarauit, quid de hac re sit necessariò credendum, sic dicens: Nemo quoque quamdiu in hac mortalitate viuitur, de arcano diuinę prædestinationis mysterio, vsque adeò præsumere debet, vt certò statuat, se omnino esse è numero prędestinatorum, quasi verum esset, quod iustificatus aut amplius peccare non possit, aut si peccauerit, certam sibi resipiscentiam promittere debeat. Nam, nisi ex speciali reuelatione, sciri non potest, quos Deus sibi elegerit. Similiter de perseuerãtiæ munere, de quo scriptum est: Qui perseuerauerit in finem hic saluus erit, quod quidem aliunde haberi non potest, nisi ab eo qui potens est eum qui stat statuere vt perseueranter stet, & eum qui cadit restituere, nemo sibi certi aliquid absoluta certitudine polliceatur: tamen in Dei auxilio firmissimam spem collocare & reponere omnes debent.

Deus

Prou.27.

Matt.6.

1.Cor.1.

Augusti.

1.Cor.10.

Bernar.

Ioannis.3

Gregor.

Salonius.

Psal.35.

Augusti.

1.Cor.4.

Cõcilium Tridẽtinum.

Matt.10.

Deus enim, niſi ipſi illius gratiæ defuerint, ſicut cœpit opus bonum, ita perficiet operans velle & perficere. Veruntamen qui ſe exiſtimant ſtare, videant ne cadant, & cum timore ac tremore ſalutem ſuam operentur in laboribus, in vigiliis, & eleemoſynis, in orationibus, & oblationibus, in ieiuniis & caſtitate.

A Formidare enim debent, ſcientes quòd in ſpem gloriæ, & nondum in gloria, renati ſunt, de pugna quæ ſupereſt cum carne, cum mundo, cum diabolo, in qua victores eſſe non poſſunt, niſi cum Dei gratia Apoſtolo obtemperent dicenti. Debitores ſumus non carni, vt ſecundum carnem viuamus: ſi enim ſecundũ carnẽ vixeritis, moriemini: ſi autẽ ſpiritu facta carnis mortificaueritis, viuetis. Et poſt datã hanc de prædeſtinatione & de perſeuerantiæ munere doctrinam, ne quis auſu temerario contra illam deinceps aliquid aſſerere auderet, canonem latæ ſententię ſtatuit, qui ſextuſdecimus eſt, & ſequẽtibus verbis exprimitur. Si quis magnum illud perſeuerantiæ donum, ſe certò habiturum, abſoluta & infallibili certitudine dixerit, niſi hoc ex ſpeciali reuelatione didicerit, anathema ſit. Hactenus Concilium Tridentinum. Verùm etſi nullus abſque ſpeciali reuelatione poſſit certò & infallibiliter ſcire ſe eſſe prædeſtinatum, aut in bonitate & iuſtitia vſque in finem vitæ perſeueraturum, nihil tamen obſtat quin per ſigna aliqua & coniecturas poſſit coniicere eſſe de numero prædeſtinatorum. Nam multa de hac re ſigna nobis oſtendunt ſacri doctores, teſtimoniis ſacræ ſcripturæ roborata, & ſunt quæ ſequuntur. Patientia in tribulationibus, miſericordia erga pauperes & afflictos, humilitas, cõtemptus rerum mundanarum, Lachrymarum vbertas, præſertim pro deſiderio patriæ cœleſtis, libens & alacris auditio verbi Dei, & alia fortè huiuſmodi plura. Sed licet aliquis hæc omnia in ſe certa experientia agnoſceret, non ideo deberet eſſe de ſua prædeſtinatione ſecurus ac certus: quia poſſibile eſt, vt illa quæ in ſe habet, talia non ſint, qualia ipſe putat. Poteſt etiam contingere, vt multa ex illis adſint cum peccato mortali, prout contigit aliquibus philoſophis gentilibus, qui multi huiuſmodi virtutibus præditi idolatræ fuerunt. *Rom.8.*

PRÆDICATIO.

B INter multos errores quos Vvaldẽſibus impingit Aeneas Syluius, libro de origine Bohemorum capite trigeſimoquinto is vnus eſt, quo docẽt liberam eſſe cuicunque Chriſtiano verbi Dei prędicationem, adeò vt quamuis à ſuperiore ſit prohibitus ne id agat, illum tamen poſſe prædicare verbum Dei aſſerunt. Verùm Guido Carmelita in ſua ſumma de hæreſibus Vvaldẽſium errores recenſens, nunquam huius erroris meminit. Eundem errorem poſtea docuit Ioannes Vvicleph. Et hunc ſequutus eſt Ioannes Huſs velut diſcipulus magiſtrum. Et quia poſteriores hæretici, quò aliquid gloriæ inanis, quam maximè optant, captare poſsint, præcedẽtium hæreticorum inſaniam augere conantur, ideo hic Ioannes Huſs hanc aſſertionem de libera verbi Dei prædicatione docens, dicit eum qui propter ſuperioris prohibitionem deſinit prædicare verbum Dei, eſſe eo ipſo à Deo excommunicatum. Hanc ſententiam damnat beatus Paulus in epiſtola ad Romanos, dicens: Quomodo prædicabunt, niſi mittantur? Arbitratur namque Paulus neminem poſſe iuſtè officium prædicationis exercere, niſi id ſibi mandatum fuerit, & ad illud exercendum miſſus fuerit. Et in epiſtola ad Hebræos iterum ait: Nec quiſquam ſumit ſibi honorem, ſed qui vocatur à Deo tanquam Aaron. Et quanquam hoc loco Paulus de Pontifice loquatur, quia tamen Pontificis munus eſt populum docere, prout ex multis Pauli locis conſtat: ideò non inconuenienter de prædicatore etiam dicitur, vt nullus eorum ſumat ſibi honorem, ſed qui vocatur à Deo tanquam Aaron. Prætereà primi prædicatores Euangelii, quos Deus ad hoc elegit, vt in omnem terram exiret ſonus eorum, vocati ſunt

C à Chriſto Apoſtoli, hoc eſt, miſſi, vt ex nominis ratione quiſque agnoſceret neminem prædicare debere, niſi ad hoc miſſus fuerit. Mittitur autem, quum à ſuperiore poteſtatem habente facultas prædicandi conceditur. Et magnus ille Ioannes Baptiſta, quo inter natos mulierum non ſurrexit maior, nunquam prædicare auſus eſt, quouſque ſibi à Deo mandatum eſt. Sic enim ait Lucas: Anno quintodecimo imperii Tiberii Cæſaris, procurante Pontio Pilato Iudæam, & cæt. factum eſt verbum Domini ſuper Ioannem Zachariæ filium in deſerto: & venit in omnem regionem Iordanis prędicans baptiſmum pœnitentiæ in remiſſionem peccatorum. Quæ verba interpretans Theophylactus, ait: Factum eſt autem verbum Domini ſuper Ioannem, vt diſcas illum non temerè, neque citra vocationem ad teſtificandum de Chriſto proſiliiſſe, ſed diuino motum ſpiritu. Per verbum intellige Spiritum ſanctum, vel mandatum Dei. Hæc Theophylactus. Et Ioannes Euãgeliſta hoc expreſſius de eodem Baptiſta refert: Fuit (inquit) homo miſſus à Deo, cui nomen erat Ioannes. Hic venit in teſtimonium, vt teſtimonium perhiberet de lumine, vt omnes crederent per illum. Ecce Ioannem Baptiſtam, qui non audet teſtari de lumine, niſi prius à Deo miſſus ad hoc fuiſſet: & non verentur ſuperbi hæretici contra ſuperioris præceptum prædicare. Accedit ad hæc exemplar legis veteris, in qua hòc fuit perpetuo tenore ſeruatum, vt nullus vnquam ex ſanctis prophetis, quales fuerunt Eſaias, Hieremias, Ezechiel, & cæteri ſimiles, populo prædicarent, niſi poſtquam ad id faciendum fuiſſent à Deo miſſi. Sed neque Moyſes ipſe qui Iſraëlitici populi dux & legifer fuit, vnquam diuina ad populum mandata, niſi Deo prius id ſibi præcipiente, explicare fuit auſus. Et ob hanc cauſam, pſeudoprophetas qui propria voluntate ſine Dei mandato ſe ad prophetandum inicerunt, reprehendit Dominus per Hieremiam prophetam, dicens: Non miſi eos, & non

D præcepi eis, neque locutus ſum ad eos: viſionem mendacem, & diuinationem fraudulentam, & ſeductionem cordis ſui prophetant vobis. Et iterum per eundem prophetam in alio capite, ait. Non mittebam prophetas, & ipſi currebant: non loquebar ad eos, & ipſi prophetant. Et iſti tales ſunt illi de quibus Chriſtus Saluator noſter locutus eſt, quum dixit: Omnes quotquot ante me venerunt, fures ſunt & latrones. Quæ verba interpretans Theophylactus ſuper Ioannem, ait. Diligenter attende ver- *Vvalden.* *Ioannes Vvicleph* *Ioannes Huſs.* *Roma.10.* *Heb.5.* *Luc.3.* *Theophy.* *Ioan.1.* *Hier.24.* *Hier.13.* *Ioan.10.*

Theophyl bum ipsum. Quicunque venerunt, inquit, non quicũque missi sunt. Nam prophetæ quidem missi aduenerunt: pseudo prophetæ autem, quales & seditiosi illi dicti, à nullo missi venerunt, sicut & Dominus dixit. Ego non mittebam eos, & illi currebãt. Hæc Theophylactus. Et huic interpretationi cõsentit Beda super Ioannem, sic dicens: Per se venerunt: quia per eum missi non fuerunt, dicente Apostolo: Quo-

Beda. modo prædicabunt, nisi mittantur? Et quia per se venerunt & non sunt ab eo missi, fures sunt & latro-

Roma. 10 nes? Nam ante aduentum Christi, falsi fuerunt in populo Dei prophetæ, falsi doctores: sicut post aduẽtum illius sub nomine Christiano quam plurimi fuerũt falsi doctores: nec doctores, sed seductores. Hæc Beda. Illi ergo qui ad prædicandum missi non sunt, sed per se venerunt, vt Saluator noster ait, fures sunt & latrones. Fures inquam, quia veritate auditores spoliauerunt, & posteà eorum animas occiderunt, ad errores & vitia seductionibus suis illas trahentes. Nullus ergo Apostolus, nisi qui missus est: nullus etiã prædicator verus, nisi cui prædicationis officium commissum est. Vnde beatus Hieronymus libro pri-

Herony. mo commentariorum super epistolam ad Galatas circa principium, sic ait: Ad distinctionem itaque eorum qui mittuntur ab hominibus, & sui, qui sit missus à Christo, tale sumpsit exordium: Paulus Apostolus non ab hominibus, neque per hominẽ, Apostolos autem, hoc est, missus. Et paulum infrà: Vndè & nos possumus colligere Ioannem quoque Baptistam & Prophetam & Apostolum appellandum: siquidem A ait scriptura: Fuit homo missus à Deo, cui nomen erat Ioãnes. Et paucis interiectis subdit: Quatuor autem genera Apostolorum sunt. Vnum, quod neque ab hominibus est, neque per hominem, sed per Iesum Christum & Deum patrem. Aliud, quod neque à Deo, neque per hominem. Tertium, quod ab homine, nõ à Deo. Quartum, quod neque a Deo, neque per hominem, neque ab homine, sed a semetipso. De primo genere potest esse Esaias, cæteríque Prophetę, & ipse Apostolus Paulus, qui neque ab hominibus, neque per hominem, sed à Deo patre & Christo missus est. De secũdo Iesus filius Naue, qui à Deo quidẽ est Apostolus constitutus, sed per hominẽ Moysen. Tertium genus est, cum hominum fauore &

2. Cor. 11. studio aliquis ordinatur: vt nũc videmus plurimos, nõ Dei iudicio, sed redẽpto fauore vulgi in sacerdotiũ subrogari. Quartũ est pseudoprophetarũ & pseudapostolorum, de quibus Apostolus: Istiusmodi (inquit) pseudapostoli, operarii iniquitatis, trãsfigurãtes se in Apostolos Christi, qui dicunt: hæc dicit Dominus, & Dominus non misit eos. Hactenus Hieronymus. Ex cuius verbis patet illum non dici apostolum, sed pseudapostolum, qui nec à Deo, neque ab hominibus electus est, sed ipse se ingerit, & officium prædicationis vsurpat. Si autem hæreticus dicat se à Deo ad prędicandum missum, quemadmodum Paulus qui nec ab homine, neque per hominem Apostolus factus est, sed à Deo: tunc oportet vt hęreti-

Matt. 10. cus miraculis & signis ostendat se missum à Deo. Nam Moyses coram Pharaone miraculorum claritate probauit se missum fuisse à Deo. Et quum Christus misit Apostolos ad prędicandum, prius dedit illis potestatem spirituum immundorum, vt eiicerent eos, & curarent omnem languorem & omnem infir- B mitatem. Rursum, vt ex sacris literis constat, prædicatio verbi Dei interdicta est etiam scientibus illud, cum aliqua causa vrgeret pro aliquo tempore & loco. Quoties ergo talis subest causa, licitè impedietur aliquis ne verbum Dei prædicet. Ipse enim veritatis magister, cum Apostolos suos ad prædicandũ misit, prohibuit illis ne in viam Gentium irent. Huius autem prohibitionis causam assignat Hieronymus super Matthæum, dicens: Oportebat primum aduentum Christi nunciare Iudæis, ne iustam haberent excusationem, dicentes se Dominum ideo reiecisse, quia ad gentes & Samaritanos Apostolos miserit. Hæc Hieronymus. Ecce vnam iustam causam, propter quam iustè potest aliquis prohiberi ne in aliquo loco prędicet, vt videlicet ne per talem prędicationẽ in tali loco, designat prædicare aliis quibus magis tenetur. Nam si quis pastor animarum, dimissis propriis ouibus, quibus ex officio tenetur prędicare, ad alium locũ accedit vt prędicet, iustè potest ibidem prohiberi, vt vel sic prohibitus ad proprias oues re currat. Potest etiam esse alia causa iustæ prohibitionis, ne videlicet verbum Dei prædicatũ tali loco aut tali tempore, ab audientibus contemnatur. Sanctus enim Paulus & Timotheus prohibiti sunt à Spiritu

Act. 16. sancto loqui verbum Dei in Asia: & cum volebant in Bithynia prędicare, non permisit eos spiritus Iesu.

Beda. Et huius prohibitionis causam reddit Beda super actus Apostolorum, dicens: Qui nouit corda Deus, beneficii gratia doctorem ab Asia remouit: ne si sanctum canibus daretur, error cordis iniqui de contempta prædicatione iudicetur. Hæc Beda. Quoties ergo apparet verbum Dei fore ab auditoribus contemnendum, tunc iustè prædicatio verbi Dei potest à superiore prohiberi. Multis autem modis contingere potest vt verbum Dei contemnatur. Aliquando enim contemnitur propter solam auditorum malitiam & duritiam. Aliquãdo etiam ipsius prædicatoris malitia est causa quod verbum Dei cõtemnatur. Nam vt dicit beatus Gregorius, cuius vita despicitur, restat vt eius prædicatio contemnatur. Quapropter quũ C publica est mala vita prędicatoris, tunc superior iustè potest eum prohibere ne prędicet: imò in-

Psal. 49. iustè facit, si non prohibet, ne occasione malæ vitæ prædicatoris, verbum Dei vilipendio habeatur. Peccatori enim dicit Deus: Quare tu enarras iustitias meas per os tuum? Aliquando etiam cõtemptus paratur sine malitia prædicãtis aut audientis, sed propter ætatem ipsius docentis. Nam iuuenes, eò quòd minus experti sunt, non sunt apti ad docendum, sed bene vt doceantur. Si ergo puer aut adolescens docereret, eius doctrina à vulgo contemneretur, quoniam indoctum vulgus non tam considerat quid,

Luc. 3. quàm à quo dicatur. Quapropter Christus qui paruulus natus summa erat sapientia, ante tamen tricesimum suæ ætatis annum prædicare noluit, vt Lucas testatur: & præcursor illius Ioannes Baptista illa eadem ætate prædicare cœpit: quoniam illa est ætas perfecta, in qua maximè omnes hominis vires pollẽt. Et hinc, quantum ego existimo, factum est vt Ecclesia decreuerit episcopos quibus ex officio prędicare competit, non ordinari ante tricesimum ætatis annum. Illos ergo propter quorum paruam ætatem verisimile est verbum Dei fore contemnendum, iustè potest superior à prædicatione arcere, ne verbum Dei pateat contemptui. Vnde beatus Gregorius in pastorali excludit inuenes & imperfectos ab officio

prædica-

prædicationis,dicens: Admonendi ſunt vt conſiderent quòd conceptas ſoboles fœminæ ſi priuſquam bene formentur proferunt, nequaquam domos ſed tumulos replent. Hinc eſt quòd ipſa veritas, quę repente quod vellet roborare potuiſſet, vt exemplum ſequentibus daret, ne imperfecti prædicare præſumerent: poſtquàm plenè de prædicationis virtute inſtruxit, illico adiunxit: Vos autem ſedete in ciuitate donec induamini virtute ex alto. Hæc Gregorius. Tertia adhuc poteſt aſſignari cauſa, & omnium maxima, propter quam prędicatio verbi Dei poteſt imò debet à ſuperiore alicui interdici, ſi talis videlicet prædicatione ſua Eccleſiam ſcandalizat, & illam conturbat. De his apoſtolus Paulus Galatis ſcribens, ait: Sunt aliqui qui vos conturbant, & volunt conuertere Euangelium Chriſti. *Grego.* *Luc.23.* *Galat.1.*

Et poſteà circa finem epiſtolę de talibus ſententiam ferens, ait: Vtinam abſcindantur qui vos conturbant. Et Sapiens in libro Prouerbiorum, ait: Eiice deriſorem, & exibit cum eo iurgium. Quæ verba interpretans Beda ſuper Prouerbia, ait. Eiice (inquit) hæreticum quem corrigere nõ potes de Eccleſia, & cùm illi libertatem prædicandi abſtuleris, Catholicę paci auxilium præſtas. Hæc Beda. Ecce multas cauſas propter quas poteſt iuſtè prohiberi alicui prædicatio verbi Dei. Et generaliter loquentes (vt iam oſtendimus) dicimus neminem iuſtè prędicare poſſe, niſi à Deo aut ab homine poteſtatem habente ad hoc miſſus fuerit, vt nemo aſſumat ſibi honorem, ſed qui vocatur à Deo tanquam Aaron. Melius ergo quàm iſti hæretici de prædicatione verbi Dei ſentiens beatus Franciſcus Minorum inſtitutor, talia fratribus ſuis in ſua regula mandat: Fratres (inquit) non prędicent in epiſcopatu alicuius epiſcopi dũ ab eo illis fuerit contradictum. Et generaliter nullus fratrum audeat populo prædicare, niſi à miniſtro generali huius fraternitatis fuerit examinatus & approbatus, & ab eo officium ſibi prędicationis conceſſum. Hæc beatus Franciſcus. Hęretici tamen cùm valde ab humilitate beati Franciſci diſtarent, longiſſimè etiam ab illius ſententia ſeparati ſunt. Demum in Concilio Conſtantienſi hæc aſſertio damnata eſt. Nam ex. 45. articulis Ioannis Vviclephi, quos Concilium Conſtantienſe ſeſſione octaua damnauit tertiuſdecimus ſic ait: Illi qui dimittunt prædicare ſiue audire verbum Dei propter excommunicationem hominum, ſunt excommunicati, & in die iudicii traditores Chriſti habebũtur. Et quartuſdecimus articulus ſic dicit: Licet alicui diacono vel presbytero prædicare verbum Dei abſque autoritate ſedis Apoſtollcę vel epiſcopi Catholici. Qui duo articuli ſimul cum aliis eiuſdem Ioannis Vvicleph vna ſuper omnes lata ſententia ibidem damnati ſunt. Et in eodem Concilio, ſeſsione decimaquinta damnati ſunt plures articuli Ioannis Huſs, ex quibus tres ſunt qui hanc damnatam doctrinam tutantur, videlicet viceſimus, & viceſimuſprimus, & viceſimuſſecundus. Aduerſus hanc hæreſim ſcripſit Thomas Vvalden. in primo tomo doctrinalis fidei antiquæ. Et nos etiam aduerſus eam plura dicemus infrà in titulo de ſacerdotio, hæreſi prima. *Fräciſcus* *Cõcilium Conſtant.*

PRÆSCIENTIA.

Albanenſes.

INter multos errores quos Guido Carmelita ttibuit Albanenſibus, vnus eſt ad hanc rem pertineus. Dicunt enim Deum non præſcire ex ſe aliquod malum, ſed per aduerſarium ſuum, ſcilicet dęmonem. De quo autem malo illi intelligant, Guido non expreſſit. Duplex enim eſſe malum ſacra docet ſcriptura. Nam eſt malum quod dicitur peccatũ ſiue culpa: & hoc notiſſimum eſt malum. Eſt etiam malum quod dicitur pœna, de quo per Etiam prophetam Deus loquẽs, ait: Ego Dominus, & non eſt alter: formans lucem, & creãs tenebras: faciens pacem, & creans malum. Malum hic dixit bellum, non quod per ſe malum ſit, ſed quia incommodum eſt illis qui bellum ſuſtinẽt. De vtroque Ionas propheta loquitur, qui deſcribens quo pacto Niniuitæ ad illius prædicationem pœnitentiam egerint, ait: Et vidit Deus opera eorum, quoniam conuerſi ſunt de via ſua mala, & miſertus eſt Deus ſuper malitiam quam locutus fuerat vt faceret eis, & non fecit. Quo loco conſtat duplicem malitiam deſignari. Cùm enim dixit, conuerſi ſunt de via ſua mala, malum culpæ indicauit. Dicens autem, miſertus eſt Deus ſuper malitiam quam locutus fuerat vt faceret eis, malitiam pœnę apertiſſimè intellexit. De quo autem malo Albanenſes intelligant Deum illud non præſcire, Guido non expreſſit. De quocunque tamen malo loquantur, conſtat illorum ſententiam eſſe hæreticam, & in Deum blaſphemiam. De malo vtroque apertiſſimum eſt teſtimonium quod ipſemet Deus Moyſi, dixit cum illum ad Pharaonem mitteret. Sed ego ſcio (inquit ille) quod non dimittet vos rex Aegypti vt eatis, niſi per manum validam: extendamque manum meam, & percutiam Aegyptum in cunctis mirabilibus meis quæ facturus ſum in medio eorum. In quibus verbis & peccatum regis prædixit, & plagas, quibus percutiendus erat ille, & populus eius. Vtrunque ergo malum præſcit Deus. De malo culpæ apertiſſimum eſt quod Ioannes ait: Sciebat enim ab initio Ieſus qui eſſent credentes, & quis traditurus eſſet eum. Vides hic Chriſtum ab initio præſciſſe Iudæ traditionem, quæ non leue fuit malum. De malo pœnę tot ſunt prophetarum vaticinia, quibus populo prædixerunt mala, vt ea enarrare non ſit opus, ſed illud ſatis eſt ad hanc hæreſim reuincendam, quod Lucas Euangeliſta de Chriſto Saluatore noſtro loquens, ait: Vt appropinquauit, videns ciuitatem, fleuit ſuper illam, dicens: Quia ſi cognouiſſes, & tu: & quidem in hac die tua, quæ ad pacem tibi: nunc autem abſcondita ſunt ab oculis tuis: quia venient dies in te, & circundabunt te inimici tui vallo, & circundabunt te, & coanguſtabũt te vndique, & ad terram proſternent te, & filios tuos qui in te ſunt, & non relinquent in te lapidem ſuper lapidem: eo quod nõ cognoueris tempus viſitationis tuæ. Ecce quot plagas, quę mala ſunt, Chriſtus prædixit: quas illum præſciſſe, euentus qui poſtea ſecutus eſt, demonſtrauit. Quod autem Albanenſes dicunt Deum per aduerſarium ſuum, videlicet dæmonem, præſcire mala, tam aperta eſt blaſphemia, vt *Grego.* *Ieſa.45.* *Ionæ.3.* *Exod.6.* *Ioan.6.* *Exod.3.* *Luc.19.*

aduersus eam disputare dedignemur. Nam quę contentio lucis ad tenebras? Quæ conuentio Christi ad Belial? Quis consiliarius eius fuit? aut quis prior dedit illi, & retribuetur ei? Et apud Iob: Nunquid A
1.Cor.6. Deum docebit quispiam scientiam, qui excelsos iudicat? Peiores sunt isti quàm Pharisęi illi qui Christo exprobrarunt quod in Beelzebuth principe dæmoniorum eiecisset dæmonium. Sed hoc non passus est
Luc.11. Christus, multo ergo minus toleraſſet Albanenses si illi dixissent quod dæmone docente Deum aliquid præsciat. Nec opus est vt in tam aperta blasphemia prosternenda tempus teramus, quoniam non puto esse aliquem Christo initiatum, cui hęc irrepere possit cogitatio. Nam quamuis illam Albanensibus tribuat Guido, nescio tamen an illi in hac parte fidam.

PROPHETA.

Apelles. DE hac re est vna satis impia hæresis, quæ dum prophetis detrahit, Deum blasphemat. Apelles enim dixit prophetas cõtrario spiritu fuisse inspiratos, & ideo cõtraria dixisse. Quapropter dicebat prophetias esse falsas, nihilque in illis esse veritatis, eò quòd seipsas (vt dicebat) arguunt, & sibiipsis aduersantur. Quia ergo Apelles in prophetis reperiebat aliqua quæ in speciem pugnare videbantur, quæ ille cõciliare nesciebat, non est veritus prophetis impingere mendacium. Et cùm cõtrarias sibimetipsis doceret esse prophetias, & contraria ab eodem esse non possent, vt hunc errorem facilius tueri posset, in alium peiorem B
lapsus est, dicens duo esse rerum principia, à quibus duobus inter se diuersis aut diuisis prophetas dicecebat fuisse inspiratos, vt contraria dixerint. Hæc ex Eusebio libro quinto historiæ Ecclesiasticæ capite duodecimo. Cùm hęc hæresis duos simul prouoluat errores, de vno solo est nunc differendum. Nam quod tantùm sit vnicum omnium principium, suprà iam conuicimus in titulo de Deo, hæresi prima. Illo enim loco aduersus Apellem & alios hęreticos ostendimus ex sacris literis Dei vnitatem. Superest vt alium huius hęresis errorem reiiciamus, quo docetur prophetas falsa docuisse, & sibi inuicem contraria dixisse. Et certè non est operosum hunc errorem reiicere, quum apertissima sit in Deum blasphemia. Quis enim dubitat supremam esse blasphemiam, Deo impingere mẽdacium? At qui dicit prophe-
Lucæ.1. tas docuisse falsa, illam falsitatem in Deum reiicit, qui prophetas, vt sic loquerentur, inspirauit. Locutus
Psal.44. est enim Deus (vt ait Zacharias apud Lucam) per os sanctorum qui à seculo sunt prophetarum eius. Et propheta regius testatur linguam suam esse calamum scribę velociter scribentis, hoc epitheto Spiritum sanctum designans, cuius gratia (vt Ambrosius ait) tarda molimina nescit. Nullus est autem adeò demens, vt falsitatem scripturæ calamo tribuat, & non potius scriptori qui calamum mouit. Si ergo Deus est scriba, & propheta calamus, ea quæ prophetæ docuit, Deo potius tribuenda erunt, quàm prophetæ: quò fiet vt si propheta aliquid falsa docuit, vt Apelles ait, Deus falsitatis sit arguendus, & nõ propheta. Absit vt in tantam blasphemiam quis incidat, vt Deum mendacem dicere præsumat. Præterea
Heb.1. beatus Paulus in ea quæ est ad Hebræos epistola, ait: Multipharíam multísque modis olim Deus loquẽs C
patribus in prophetis, &c. Ecce vides Paulum asserentem Deum fuisse loquutum ore prophetarum. Et
2.Petr.1. beatus Petrus ait: Non enim voluntate humana allata est aliquando prophetia, sed Spiritu sancto inspirati loquuti sunt sancti Dei homines. Ecce prophetas vnico Spiritu, videlicet sãcto, inspiratos, & per illius inspirationem loquutos. Sic inspirati non magis mentiti sunt quàm Deus, cuius inspiratione loquebantur. Neque opus est vt aduersus tam apertam blasphemiam amplius contendamus.

Mõtanus Priscillianus. SEcunda hęresis docet prophetas fuisse arreptitios, non intelligentes ea de quibus loquebãtur. Huius hæresis autor fuit Montanus, quem posteà sequutus est in hac parte Priscillianus. *Hoc enim illi tribuit* Bernardus de Lutzemburgo in suo catalogo hæreticorum. Non enim apud aliquem alium qui de hæresibus scripserit, inuenio Priscillianum fuisse de hac re notatum. Neque ipse Bernardus de Lutzemburgo dicit, quo testimonio fretus hoc tribuerit Priscilliano. Hæc hæresis apertissimè conuincitur
1.Reg.9. per id quod habetur in primo libro Regum. Qui enim propheta dicitur hodie, vocabatur olim videns. Si propheta est videns, quî fieri potest vt non sit etiam intelligens? Tanta est enim notitia quam prophetæ habent de illis rebus quas prophetizant, vt proxima sit illi notitię quam vsitata voce intuitiuam vocant: & propter hanc causam prophetę appellati sunt videntes, & ipsæ eorum prophetiæ vocantur
Esaiæ.1. visiones. Esaias siquidem hoc nomine suam appellat prophetiam, dicẽs: Visio Esaiæ filii Amo. Et eodẽ
Ezec.1. modo loquitur Ezechiel propheta, dicens: Visiones Dei vidi. Et prophetia Naum prophetæ tale habet
Naum.1. initium: Liber visionis Naum. Et de hac prophetarum visione dicitur in Daniele: Intelligentia opus est
Dani.10. in visione. Quò fit, vt qui non intelligit quæ dicit, propheta nõ sit dicẽdus, quãuis prophetiã aliquã di-
Eccle.48. cat. Nam corpus Helisæi mortuum prophetauit, sicut de illo narrat Ecclesiasticus: nullus tamen sanę mentis dicet corpus illud mortuum fuisse prophetam. Preterea, si prophetę fuerunt arreptitii, non in- D
telligentes quæ loquebantur, fateri oportet eorum prophetias non fuisse à Deo, quoniam (vt est apud
Iob.32. Iob) Inspiratio omnipotentis dat intelligentiam. Ex quibus verbis apertè conuincitur, vt si prophetæ non fuerint intelligentes, non fuerint etiam inspirati à Deo. Quod si inspirati sunt à Deo, intelligentes etiam eos fuisse oportet, quia inspiratio omnipotentis dat intelligentiam. Deinde beatus Paulus in pri-
1.Cor.14. ore epistola ad Corinthios apertissimè docet prophetas esse intelligentes. Nam eum solum beatus Paulus censet apellendum prophetam, qui ea quæ loquitur scit interpretari & exponere ad auditorũ vtilitatẽ & ędificationẽ. Sic enî ait: Qui pphetat, hominib⁹ loquitur ad ædificationẽ & exhortationẽ & cõsolationem. Qui loquitur lingua, semetipsum ædificat. Qui autem prophetat, Ecclesiã ædificat. Volo autem vos omnes loqui linguis: magis autem prophetare. Nam maior est qui prophetat, quam qui loquitur linguis: nisi fortè interpretur vt Ecclesia ædificationem accipiat. Ecce vides eum a Paulo appellari

Prophetam

prophetam, qui ea quæ loquitur, interpretari valet ad Ecclesię ædificationem. At fieri non potest vt intelligens non sit, qui est interpres. Accedit ad hæc, quòd de aliquibus prophetis scriptura sacra apertissimè testatur eos intellexisse ea quæ prophetabant. De propheta siquidem Daniele dicitur quòd dederit illi Deus intelligentiam omnium visionum & somniorum. Et propheta Ezechiel describens eam visionem qua vidit Cherubin ambulantia iuxta rotas, ait: intellexi quia Cherubin essent. Propheta testatur se intellexisse, & non verentur Montanus & Priscillianus dicere illos non intellexisse. Iustius est ergo vt credamus hos hæreticos fuisse areptitios, & à dæmone agitatos: prophetas autem, quos Deus inspirauit, optimè intellexisse ea quæ prophetabant: adeò vt propter excellentem quam habuerunt notitiam intuitiuæ proximam, videntes sint appellati. *Dan.1.* *Eze.10.*

PVRGATORIVM.

C VNus ex notissimis erroribus Græcorum & Armenorum est, quo docent nullum esse purgatorium locũ, in quo animę ab hac luce migrantes purgentur à sordibus quas in corpore contraxerant, antequam in æterna tabernacula recipi mereantur. Græcos & Armenos imitati sunt in hac parte Vvaldenses. Ioannes autem Vvicleph etsi alibi semper Vvaldensium errores suscipiat & tutetur, de hac tamen re à nullo malè audit nisi à fratre Bernardo de Lutzemburgo, qui in quodam opusculo de purgatorio quod adiecit in fine catalogi hæreticorum, hunc errorem impingit Ioanni Vvicleph, & Ioanni Huss. Concilium tamen Constantiense in quo damnatus est vterque, neutrũ de hoc errore notauit. Et Thomas Vvalden. qui diligentissimè omnes Ioannis Vviclephi errores inuestigauit, nunquam huius meminit vt illi impingeret. Crederem tamen facilè Ioannẽ Huss ita sensisse, vt nullũ esse purgatorium ignem docuerit, quoniam Bohemi qui ab hoc Ioanne Huss fuerunt seducti, hunc errorem (vt dicitur) hucusq; pertinaciter tuentur. Demum Lutherus hoc nostro seculo etsi purgatorium fateatur, negat tamen illud ex sacris literis ostendi posse. Qua in re valdè miror qualiter suæ sententiæ fuerit oblitus, qua docet nihil esse credendum quod non possit apertè ex sacris literis colligi. Si sacræ literæ nõ docent purgatorium, quare tu Luthere illud credis? Aut quam rationem reddes alicui petenti de hac quæ in te est fide? Petrus siquidẽ apostolus præcipit vt parati simus ad satisfactionem omni poscenti reddere rationem de ea quę in nobis est fide. Nam si credis aliquid quod nullo scripturæ sacræ testimonio roborari potest, meritò iuxta tuam sententiam, iudicaberis leuis corde, præcipuè cùm iuxta tuam doctrinam Ecclesia non possit aliquem cogere ad credendum, nisi illa quæ sunt expressa in sacra scriptura. Ne ergo nos, sicut Lutherus, leues corde iudicemur, credentes purgatorium esse post hanc vitam, oportet vt rationem reddamus de ea quæ in nobis est fide. Primò ergo hoc esse oportet manifestissimũ, in illa futura beatitudine nullam esse maculam, nullas etiam esse sordes. Hoc enim Esaias propheta testatur apertè, dicens: Via sanctorum vocabitur, non transibit per eam pollutus. Cui consentit Ioannes in Apocalypsi: Non intrabit (inquit) in eam aliquid coinquinatum. Ciuitas enim illa sancta est sponsa illa, quam, iuxta Paulum, sponsus eius Christus sanctificauit, mundans eam lauacro aquæ in verbo vitæ, vt exhiberet ipse sibi gloriosam Ecclesiam non habentem maculã neque rugam, aut aliquid huiusmodi. Nam quod ecclesia nullam habeat maculam aut rugam, tunc solùm implebitur, quando ipsa erit beata, non autem in hac vita, in qua quotidie orantes dicere debemus: Dimitte nobis debita nostra. De illa enim sola sponsa testatur Augustinus quod sit sine macula, libro vigesimo de Ciuitate Dei, capite vigesimoquinto, & in lib. de hæresibus ad Quod vult Deum, cap. 88. Et beatus Hieronymus in commentariis super Hieremiam, exponens. 31. cap. Hieremiæ, circa finem capituli idem docet. Ex his ergo conuincimus fore necessarium, vt nulla anima quæ aliquam habuerit maculam aut rugam, intret in gloriam cœlestem antequàm à tali macula mundetur. Aut multæ sunt animæ quæ discedentes ab hoc seculo, plurimas habent peccatorum venialium sordes, quas nunquam dum hic viuerent, mundauerunt. Tales autem animæ non descẽdunt in infernum, quoniam nullus in charitate decedens propter sola venialia perpetuò damnatur. Nec ad gloriam ascendunt, quoniam à sordibus peccatorum venialium nondum sunt mundatæ. Ergo oportet dare tertium A locum, in quo animæ illæ recipiantur quousque sint tanquã aurum in fornace mundatæ, vt sic purificatæ possint intrare in illam ciuitatẽ sanctam Hierusalem, in quam nihil coinquinatum intrat. Præterea supra docuimus in titulo de pœnitentia, post peccatum dimissum restare aliquam pœnã tolerandam pro punitione peccati, vt aliquo modo Deo satisfaciat peccator pro debito ad quod ex peccato tenebatur. Si ergo aliquis decedat post peccatum dimissum pro quo adhuc non satisfecit, percontari oportet hos hæreticos, quò vadat talis anima cùm primùm separatur à corpore. Non est certè æquum, neque decens misericordiã diuinã, vt descendat ad inferos propter peccatũ quod iam illi dimissum est. Neque etiam est iustũ, vt intret gloriam cœlestem, cùm nondum pro suo peccato satisfecerit, nec pro illo iustas luerit pœnas. Nam sicut nullum est bonum suo præmio fraustratum, ita nullum est malum quod non oporteat esse punitum: esset autem malum absque punitione, si quis post peccatum dimissum, pro quo non fuit in hac vita punitus, statim post mortem intraret in gloriam. Et certè (ni fallor) etiam si nullum esset scripturæ sacræ testimonium ad probãdum purgatorium: ex his duabus collectionibus quas modo protulimus, apertissimè conuinci posset. Sed vt clarius veritas fidei omnibus pateat, oportet vt aliqua scripturæ testimonia proferamus. Apud Esaiam legimus, quod abluet Dominus sordes filiarum Sion, & sanguinẽ Hierusalem lauabit de medio eius in spiritu iudicij, & in spiritu ardoris. Et Malachias Propheta ait: Ecce venit, dicit Dominus exercituũ, & quis poterit cogitare diẽ aduentus eius? & quis stabit ad videndum eum? Ipse enim quasi ignis conflans, & quasi herba fullonum. Et sedebit conflans

Græci. *Armeni.* *Vvalden.* *Lutherus* *1.Pet.3.* *Esa.35.* *Apoc.21.* *Ephe.5.* *Matt.6.* *Esa.4.* *Malac.3.*

& emundans argentum,& purgabit filios Leui,& colabit eos quasi aurum & quasi argentum,& erunt Domino offerentes sacrificia in iustitia.Ex quibus verbis satis apertè colligitur esse aliquas purgatorias pœnas in quibus animæ purgantur.Quòd si quis fortè dicat illa Malachiæ verba esse intelligenda de il B
la purgatione quæ fiet in die iudicii,in quo boni purgabuntur per hoc quod separabuntur à malis: hoc non ita esse,verba ipsius Malachię ostendunt,quibus ait: Colabit eos quasi aurum & quasi argentum, & erunt Domino offerentes sacrificia in iustitia,& placebit Domino sacrificium Iuda & Hierusalem. Quibus verbis propheta docet eos qui mundabuntur, Domino oblaturos sacrificia iustitiæ, hoc est seipsos iam iustificatos.Tunc enim ipsi erunt hostię Deo gratissimæ.Et ne quis miretur quòd hæc de igne purgatorii nos interpretati sumus,legat beatum Augustinum libro 20.de Ciuitate Dei,cap.25.Nam illo loco per hæc duo testimonia idem pater credit posse conuinci esse purgatorias pœnas post hanc vi-
Matt.12. tam.Rursum,ipse veritatis magister apud Matthæum,ait: Quicunque dixerit verbum contra filium hominis, remittetur ei :qui autem dixerit contra Spiritum sanctum,non remittetur ei neque in hoc seculo,neque in futuro.Quibus verbis satis apertè innuit aliquas esse culpas quæ in alio seculo remittuntur. Nã si nulla culpa in alio seculo remittitur,quid opus erat addere,neque in futuro?Satis enim erat dicere non remittetur ei in hoc seculo. At cùm nullum verbum fuerit ociosè aut frustrà dictum à Christo, conuincitur ideo illam particulam esse additam, propterea quòd aliquæ culpæ in hoc seculo omnino dimittantur: aliæ videlicet venales dimittantur in alio seculo, cum pro illis in hac vita non fuerit satis-
Gregorius. Bernard. factum.Hoc testiomonio vtitur B.Gregorius ad probandum purgatorium lib. 4. Dialogorum, cap.39. Eodem vtitur beatus Bernardus sermone 66.super Cãtica aduersus quosdam hæreticos qui se dicebant
Apostol. Apostolicos,negantes purgatorium.Deinde postquam beatus Paulus dixerat Christum esse fundamẽ- C
1.Cor.3. tum,statim subiungit: Si quis autem superædificat supra fundamentum hoc aurum, argentum, lapides precioſos,ligna,fœnum,stipulam,vniuscuiusque opus manifectum erit. Dies enim domini declarabit, quia in igne reuelabitur: & vnusquisque opus quale sit,ignis probabit.Si cuius opus manserit,quod superędificauit,mercedem accipiet.Si cuius opus arserit,detrimentum patietur,ipse autem saluus erit,sic tamen quasi per ignem. Ex quibus verbis satis apertè colligitur purgatorius ignis.Nam quod ait,si cuius opus arserit,detrimentum patietur ,non potest intelligi de peccato mortali nondum in hac vita dimisso,quoniam statim subiungit,ipse autem saluus erit. At qui in inferno sunt,nunquam saluabuntur. Alius ergo est locus in quo detrimentum patiuntur animæ, & posteà saluantur. Illum nos appellamus purgatorium ignem.Quòd si quis concedens locum purgationis,neget in eo esse ignem,sed animarum detrimentum quod patiuntur,dicens solum esse priuationem visionis diuinæ,attendat quid dicat Paulus:Si cuius opus(inquit) arserit,detrimentum patietur.Ipse autem saluus erit,sic tamẽ quasi per ignẽ. Ecce iam audis ignem in quo patitur detrimentum is qui saluandus est. Verum ne quis nos incusẽt quòd scripturam istam perperam simus interpretati, alio eam detorquentes quàm oporteat, duos aut tres proferam scripturæ sacræ clarissimos interpretes,quos in hac parte sum imitatus. Et primo in medium produco Origenem, qui homilia sexta super exodum, pertractans illum Pauli locũ, postquam
Origenes dixerat per ligna, fœnum,& stipulam intelligi triplicem malorum viam, sic ait:Idcirco qui saluus fit, per ignem saluus fit: vt si quid fortè de specie plumbi habuerit admixtum, id ignis decoquat & reso-
Eccle.27. luat,vt efficiantur omnes aurum bonum,quia aurum terræ illius bonum esse dicitur,quam habituri sunt sancti: & sicut fornax probat aurum , sic homines iustos tentatio. Veniendum est ergo omnibus adignem,veniendum est ad conflatorium.Sedet enim Dominus & conflat & purgat filios Leui.Sed & illuc cum venitur,si quis multa bona opera,& parum aliquid iniquitatis attulerit: illud parum tanquam D
plumbum igne resoluitur ac purgatur:& totum remanet aurum purum.Et si quis plus illuc plumbi detulerit,plus exuritur,vt amplius decoquatur,vt & si purum aliquid sit auri, purgatum tandem resideat.
Exod.15. Quod si aliquis illuc totus plumbeus venerit,fiet de illo hoc quod scriptum est: Demergetur in profundum tãquam plumbum in aqua validissima.Hæc Origenes.Beatus Augustinus in Enchiridio ad Laurentium,postquam locum illum Pauli exposuerat de igne tribulationis in hac vita, capite sexagesimo-
Augusti. nono,sic ait : Tale aliquid etiam post hanc vitam fieri incredibile non est,& vtrum ita sit, quæri potest, & aut inueniri aut latere,nonnullos fideles per ignem quendam purgatorium,quanto magis minúsve bona pereuntia dilexerunt, tanto tardius citiusque saluari: non tamen tales,de quibus dictum est,quòd regnum Dei non possidebunt,nisi conuenienter pœnitentibus eadem crimina remittantur. Hæc Au-
Hierony. gustinus. Et multo diffusius hunc Pauli locum pertractat & interpretatur de igne purgatorij, sermone quarto de commemoratione animarum,qui habetur inter sermones de sanctis.Beatus Hieronymus in fine decimi octaui libri commentariorum super Esaiam,sic ait : Sicut diaboli,& omnium negatorum & impiorum, qui dixerunt in corde suo,non est Deus, credimus æterna tormenta : sic peccatorum atque impiorum,& tamen Christianorum , quorum opera in igne probanda sunt atque purganda , moderatam arbitramur & mixtam clementiæ sententiam iudicis.Hæc Hieronymus.Beatus Gregorius lib.
Gregorius. 4.Dialogorum,capte tricesimonono hunc Pauli locum etiam citat ad probandum purgatorium ignẽ. Accedit ad hæc vniuersalis ecclesiæ consuetudo ab ipsis Apostolis deriuata , & vsque ad hæc tempora seruata , per quam semper inter missarum solemnia sacerdos pro defunctis orat Deum , & pro illis A
offert Deo sacrificium . Non autem orat pro illis qui iam Deo quietè fruuntur, quoniam illi non indigent nostris orationibus , nec possunt etiam per illas vllo pacto iuuari . Neque etiam orat pro illis qui sunt in inferno, quoniam frustra oraret, cum in inferno nulla sit redemptio . Conuincimus ergo vt solum oret pro his qui sunt in purgatorio.Et hæc Ecclesiæ consuetudo vetusta,tanti est momenti ad probandum purgatorium , vt etiam si scripturæ testimonium deesset ad illud probandum, hæc sola,iuxta Augustini sententiam,sufficeret . Nam in libro de cura pro mortuis agenda , postquam ostenderat ex

scriptu-

ſcripturis ſacris prodeſſe defunctis ea ſuffragia quæ poſt mortem eorũ fiunt, ſic ait: Si nuſquam in ſcripturis veteribus omnino legeretur, non parua hac conſuetudine claret autoritas vbi in precibus ſacerdotis quę Domino Deo ad eius altare funduntur, locum ſuum etiam habet commendatio mortuorum. Hæc Auguſtinus. Omnia ergo illa teſtimonia quæ conuincunt ſuffragia, quæ pro defunctis poſt eorum mortem fiunt, poſſe illis prodeſſe, etiam conuincunt & apertiſſimè oſtendunt purgatoriũ, quoniam ſoli in purgatorio exiſtentes poſſunt noſtris orationibus aut aliis ſuffragiis iuuari. Quapropter ad illum locum mittimus lectorem, videlicet ad titulum de ſuffragiis, vt eo loco capiat quæ hîc deſunt teſtimonia. Illo enim loco proferemus Concilii Carthaginenſis decrẽtum, quod huic negocio apertiſſimè conuenit. Denique Concilium Florentinum ſub Eugenio quarto celebratum, ad quod Græci cum ſuo Imperatore Conſtantinopolitano, & Patriarcha etiam Conſtantinopolitano, conuenerunt, aptam de hac re, ipſis etiam Græcis conſentientibus, protulit ſententiam, hæc verba continentem. Item definimus, ſi verè pœnitentes in Dei charitate deceſſerint, antequàm dignis pœnitentiæ fructibus de com-
B miſſis ſatisfecerint, & omiſſis, eorum animas pœnis purgatoriis purgari. Hæc concilium Florentinum. *Cõcilium Florent.*
Editus eſt etiam ab ipſis Græcis in eodem Concilio exiſtentibus liber quidam ad probandum purgatorij locum, in quo purgantur animæ quæ in hac vita non plenè pro peccatis ſuis ſatisfecerint, qui liber Baſilæ excuſſus eſt typis Græcis & Latinis. De hac re ſcripſit Ioannes Eccius opus diffuſum quatuor partitum libris.

SEcunda hæreſis eſt, qua docetur animas in purgatorio exiſtẽtes non eſſe extra ſtatum merendi aut demerendi. Huius hæreſis autor eſt Lutherus, docens animas in purgatorio poſſe adhuc mereri, aut demereri. Hanc Lutheri inſanam hæreſim apertiſſimè damnat Sapiens, qui in Eccleſiaſte, ſic ait: Quod cunque facere poteſt manus tua, inſtanter operare, quia nec opus, nec ratio, nec ſapientia, nec ſcientia erunt, apud inferos, quò tu properas. Non enim dicit illa apud inferos abſolutè non eſſe, quoniam ſancti patres tunc temporis apud inferos erant, in quibus tamen erat ratio, & ſapiẽtia: ſed ideo dicit hæc apud inferos non eſſe, quia per illa iam iuuari non poſſunt, vt mereri valeant. Et iterum apertius: Si ceciderit lignum ad auſtrum, aut Aquilonem, in quocunque loco ceciderit, ibi erit. Quæ verba interpretans Hieronymus in cõmentariis ſuper Eccleſiaſten, ſic ait: Lignũ quod in hac vita corruerit, & cõditione mortalitatis fuerit inciſum, aut peccauit antè dum ſtaret, & in boreæ parte poſtea ponitur: aut ſi dignos auſtro fructus attulit, in plaga iacebit auſtrali. Et parũ infrà: Nec enim poſſunt proficere ſi in priſtinis ſedibus perſeuerẽt. Hæc Hieronymus. Ex cuius verbis patet ſapientis eſſe ſententiam, neminẽ poſt hanc vi-
C tam poſſe mereri aut demereri. Præterea Saluator noſter apud Ioãnẽ, ait: Me oportet operari opera eius qui miſit me, donec dies eſt. Venit nox, quando nemo poteſt operari. In quibus verbis id aduertendum eſt, quod non dixit: Venit nox, quando ego non poſſum operari: ſed ait, vt in vniuerſum de omnibus loqui videatur. Venit nox, quando nemo poteſt operari. Noctem appellans mortem, poſt quã non licet operari. Auguſtinus hunc locum pertractans, tractatu 44. ſuper Ioannem, ſic ait: Operetur ergo homo dum viuit ne illa nocte preueniatur, vbi nemo poſſit operari. Modo eſt vt operetur fides per dilectionẽ: & ſi modo operamur, hic eſt dies, hic eſt Chriſtus. Audi promittentẽ, & ne arbitreris abſentem. Ipſe dixit: Ecce ego vobiſcum ſum. Hæc Auguſtinus. Et B. Chryſoſtomus eodem modo interpretatur illa verba. Nam homilia 55. ſuper Ioannem, ſic ait: Sanè magnum hoc eſt, donec dies eſt, dum licet hominibus in me credere. Dum hæc durat vita laborandũ eſt: venit nox, hoc eſt futurũ tẽpus quãdo nemo operari poteſt. Nõ dixit, quãdo nõ potero, operari, ſed nemo poteſt operari. Et parũ infrà: Chriſtus morte futurũ tẽpus appellat, quãdo peccatores nihil operari poterunt. Hæc Chryſoſtomus. Es beatus Hieronymus in commentariis ſuper epiſtolam ad Galatas exponens illud eiuſdem epiſtolæ: Dum tempus habemus operemur bonum, illá Chriſti verba eodem modo interpretatur. Sic enim ait: Tempus ſementis (vt diximus) tempus eſt preſens, & vita quam currimus. In hac licet nobis quod volumus, ſeminare.
Lutherus Eccle. 6. *Ibidem. 11* *Hieron.* *Ioan. 9.* *Auguſt.* *Chryſoſt.* *Galat. 6.* *Hieron.*
Cùm iſta vita tranſierit, operandi tempus auferetur. Vnde Saluator ait: Operamini dũm dies eſt: veniet nox, quando iam nullus poterit operari. Hæc Hieronymus. Ad eundem modum illa Chriſti verba interpretatur Origenes, qui in expoſitione Pſalmi triceſimiſexti, ita inquit: Saluator noſter ait: Veniet nox, quando nemo poteſt operari. Et hoc dicit de illo tempore quod erit poſt hoc ſeculum, quo vnuſquiſque recipiet pœnas. Tunc ergo dicit mortem illam futuram, cùm iam nemo poteſt operari aliquid, ſed vnuſquiſque tunc paſcitur ex operibus ſuis quæ hic poſitus operatus eſt. Hæc Origenes. Ecce quatuor ſacræ ſcripturæ illuſtres interpretes, qui omnes concorditer ſentiunt noctem illam
D in qua, iuxta ſententiam Saluatoris, nemo poteſt operari, eſſe tempus poſt mortem. Prudens ergo Lector conſideret num iuſtius ſit vni Lutheró in interpretatione ſcripturæ ſacræ aſſentire, quàm tot clariſſimis viris quorum doctrina fulget Eccleſia vt ſol & luna. Rurſum, beatus Paulus in poſteriore epiſtola ad Corinthios hoc ipſum apertè docet, ita dicens: Omnes nos manifeſtari oportet ante tribunal Chriſti, vt referat vnuſquiſque propria corporis prout geſſit, ſiue bonum ſiue malum. Ecce iuxta Paulum nullus accipiet niſi ſecundum proportionem eorum quæ geſſit in corpore: ergo poſtquam animæ ſunt exutæ corporibus, nihil amplius mereri poterunt. Vt autem clarius Pauli ſententia in hoc loco appareat, operæprecium erit videre qualiter Eraſmus Roterodamus hunc locum tranſtulit. Sic enim eius tranſlatio habet: Omnes enim nos manifeſtari oportet coram tribunal Chriſti, vt reportet vnuſquiſque ea quæ fiunt per corpus, iuxta id quod fecit, ſiue bonum ſiue malum. Quæ verba vt ſunt propinquiora veritati Græci ſermonis, ita etiam clarius & apertius explicant Pauli ſenſum, & fidem Catholicam, qua creditur poſt mortem non eſſe tempus merẽdi aut demerendi. Et in epiſtola ad Galatas idẽ
I Apoſtolus ait: Bonum autem facientes non deficiamus. Tempore enim ſuo metemus non deficientes: ergo dum tempus habemus, operemur bonum ad omnes. Quem locum exponens Theophylactus, ait:
Ioan. 9. *Origenes* *2. Cor. 5.* *Gal. 6.*

Theoph. Quemadmodum non ſemper ſerendi tempus, ita nec metendi occaſio ſemper offertur. Quod ſanè & virginum illarum & Lazari exemplo profertur. Quamdiu autem nobis in hac vita ſuppetit ętas, non ſolùm in præceptores, ſed in gentiles ipſos & Iudæos quæ bona ſunt operemur, hoc eſt, beneficentia vtamur & eleemoſyna. Hæc Theophylactus. Ex cuius verbis patet, tempus illud quod habemus ad A
Eccle.17. bene operandum, eſſe tempus huius vitæ, & non tempus poſt mortem, quoniam à mortuo velut qui non eſt, perit confeſſio. Contra hunc errorem ſcribit Ioannes Roffenſis epiſcopus, articulo tricesimo-ſeptimo, in eo opere quod fecit pro aſſertione damnationis quorundam articulorum Lutheri, factæ à Leone decimo. Scribit etiam Iacobus Latomus in eo opere quod ædidit pro aſſertione cenſuræ Louanienſis aduerſus Lutherum. Alios autem ſi qui ſunt, non vidi.

Lutherus. TErtia hęreſis etiam eſt à Luthero inuenta, & ex prędecedenti deducta. Ex hoc enim errore quo docet animas in purgatorio poſſe mereri & demereri, colligit eas non eſſe de ſua ſalute ſecuras: & ita corruptam & putridam aquam ex vitiato fonte deducit. Quapropter proſtrata hæreſi prædecedenti, quę eſt huius fundamentum, hæc nullo pacto ſtare poterit, quim ſtatim corruat. Nā ſi animæ quæ purgantur nec mereri nec demereri poſſunt, & hoc eas non latet, cōuincitur eas eſſe de ſua ſalute ſecuras. Nulla eſt anima quę purgetur, niſi quæ in Chriſto fundata eſt. Et quia ſuper hoc fundamentum ſuperædificauit lignum, fœnum, & ſtipulam, id eſt, leuia quædam & venialia peccata, ideo detrimentum patitur,
1.Cor.3. vt iuxta Pauli ſententiam, ſalua fiat, ſic tamen quaſi per ignem. Si anima quæ purgatur, charitatem habet, & illam iam (vt in prædecedenti hęreſi oſtendimus) amittere non poteſt, ergo ſecura eſt de ſua ſalu-
Rom.8. te. Charitas enim pignus quoddam eſt ſpiritus, & arra quædam fœlicitatis æternæ, per quam ſpiritus teſtimonium reddit ſpiritui noſtro quòd ſumus filii Dei. Quòd ſi filii, & hęredes, hęredes quidem Dei cohæredes autē Chriſti. Ex quibus manifeſtè patet omnē animam quę purgatur, cùm iam ſciat ſe eſſe in charitate, eſſe certam & ſecuram de ſua ſalute. Præterea, credendum eſt omnes animas antequam in purgatorium coniiciantur, prius de factis & dictis examinari, & earum examine facto, mitti ad purgatorium. Alioqui eſſet ordo præpoſterus ſi prius pœnas luerent, & poſtea producerentur ad examen, vt B
de illis ſententia feratur. Oportet ergo, vt primùm examinati rationem reddant, & ſua merita & demerita plenè agnoſcant, & poſtea dicatur illis ſententia. Ex quo iudicii ordine conuincitur vt animæ omnes quo ad purgatorium mittuntur, certæ ſint & ſecuræ de ſua ſalute, quoniam agnoſcunt ex ſententia in ſe dicta, quòd mox vt purgatæ fuerint, in cœleſtem gloriam admittentur. Rurſum, percontari oportet Lutherum an ipſe certò credat animas quę purgantur, eſſe iam extra periculum, an non. Si non credit eas eſſe extra periculum: ergo purgatorium iuxta eum erit etiam ſicut vita præſens tentatio quædam, & militia, & ſtadium in quo qui currit aut certat, incertus eſt de victoria. At ex ſententia Iob
Iob.7. conſtat militiam aut tentationem eſſe vitam hominis ſuper terram. Quòd ſi etiam vita hominis ſubtus terram eſſet militia, fruſtra addidit, cum de vita hominis diceret, ſuper terram. Si verò Lutherus certò credit animas quæ purgantur, eſſe extra periculum, qualiter ipſamet anima quæ purgatur, hoc ignorat? Nunquid per mortem oblita eſt eorum quæ antè ſciebat? Si nos ſumus certi animas in purgatorio exiſtētes eſſe iam in tuto: multò magis ipſæmet animæ erunt certæ de ſua ſalute, cum in illis ſic eadem fides, ſpes & charitas, & in illis etiam corpus corruptibile non aggrauet animam, nec intellectus earum mendicet à viſibilibus notitiam inuiſibilium, ſed ſeipſas nudas clarè intueantur. Verum hic fortè aliquis poſſit obiicere nobis illud quod Eccleſia canit in precibus quas pro defunctis effundit coram Deo: Aporta inferi erue Domine animas eorum. Et illud: Domine Ieſu rex gloriæ libera animas C
omnium fidelium defunctorum de pœnis inferni, & de profundo lacu: libera eas de ore leonis, ne abſorbeat eas tartarus, &c. Si animæ eſſent de ſua ſalute ſecuræ, ſuperuacaneum eſſet orare pro illis vt eruantur ab inferis, ad quos etiam ſi pro illis Eccleſia non oraret, iam deſcendere non poſſunt. Reſpondeamus iuxta Bedæ ſententiam, purgatorii locum eſſe maximè vicinum inferno, & propter hanc vicinitatem, & propter maximam conuenientiam & ſimilitudinem pœnarum vtriuſque loci, purgatorii locum aliquando vocari nomine inferni. Hoc autem ex eo coniici poteſt, quòd locus ille in quo erant ſancti patres ante Chriſti mortem, qui locus in Euangelio dicitur ſinus Abrahæ, ſępenumero vocatur nomine inferni, & nomine lacus: cum tamen in illo loco mitius fuerint animæ tractatæ, quàm in pur-
Pſal.48. gatorio. Propheta Regius ait: Deus redimet animam meam de manu inferi. Et iterum: Eruiſti ani-
Pſal.85. mam meam ex inferno inferiori. Et certum eſt Prophetam non deſcendiſſe ad illum locum pœnarum
Zacha.6. in quo ſunt damnati. Et propheta Zacharias ait: Tu in ſanguine teſtamenti tui eduxiſti vinctos qui erant in lacu in quo non eſt aqua. Quibus verbis deſignans liberationem animarum per Chriſtum factam, appellauit locum in quo animæ ſanctorum erāt, lacum in quo non eſt aqua. Multo ergo melius poterit appellari locus purgatorii, in quo acerbiſſimas animæ tolerant pœnas, infernus & lacus. Et vt ab hoc loco & à pœnis eius animæ liberentur, orat Eccleſia.

Poſſumus aliter & fortè melius reſpondere, dicentes non ſemper dubitari de illis quæ petuntur, an
Eccle.36. ita futura ſint vt petuntur. Nam ſæpiſſimè petuntur illa quæ certò ſciuntur euentura vt petuntur: & huius rei plurima ſunt teſtimonia. Eccleſiaſticus ſiquidem Deum orans, ſic ait: Da mercedem ſuſtinentibus te, vt prophetæ tui fideles inueniantur. Nullus tamen ſanæ mentis dicet Eccleſiaſticum dubitaſſe de fidelitate propherarum Dei, aut dubitaſſe quod Deus daturus eſſet mercedem his qui ſuſtinent illum, quod tamen ille petiit. Paulus certus erat ſe non ſeparandum à charitate Dei: certus etiam D
erat coronam iuſtitiæ à iuſto iudice Deo paratam ſibi eſſe: orabat tamen Deum vt illam aſſequi mereretur. Et ſi cui prædeſtinatio ſua fuiſſet nota, orare nihilominus deberet Deum pro ſuæ prædeſtina-
2.Pet.3. tionis impletione: vt (iuxta Petri Apoſtoli ſententiam) per bona opera certam faceret ſuam vocationem. Sic etiam Eccleſia quamuis certo ſciat animas exiſtentes in purgatorio non fore ad inferos damnandas,

nandas, pro illarum tamen liberatione orare non desinit.

C Aduersus hunc errorem scribit Ioannes Rossensis episcopus eodem loco, quo aduersus præfatam hæresim secundam.

QVartam hæresim etiam Lutherus inuenit, qua docet animas sine intermissione peccare in purgatorio, quandiu quærunt requiem, & horrent pœnas, quia quærunt (vt dicit) quæ sua sunt, contra voluntatem Dei. Et certè si res ita se haberet vt Lutherus docet, nihil aliud esset animas purgare, quàm laterem lauare, aut littus arare. Nam si animæ quæ purgantur, sine intermissione peccant quandiu horrent pœnas, cùm omni tempore horreant pœnas, quia horror pœnarum est omnibus à natura insitus: sequitur quòd omni tempore peccant, & per consequens propter peccata illa erunt iterum purgandæ. Et cùm illorum peccatorum purgatione etiam horrebunt pœnas, sequitur quòd tunc etiam peccabunt, & quòd opus erit etiam eis vt ab illis peccatis iterum purgentur. Et ita esset eundum in immensum sine fine. Præterea, suprà in expugnatione hæresis secundæ de purgatorio, ostendimus ex sacris literis neminem post mortem posse aut mereri aut peccare, peccato quidem quod sit illi imputandum: ergo animæ quæ purgantur, quamuis horreant pœnas, non tamen peccant. Rursum, etiam si animæ in purgatorio peccare possent, per hoc tamen quòd quærunt requiem, & horrent pœnas, non peccarent. Nam Dauid non peccauit cùm dixit: Sitiuit anima mea ad Deum fontem viuum, quãdo veniã & apparebo ante faciem Dei. Paulus etiam vas electionis, ait: Cupio dissolui, & esse cum Christo. Si hi non peccauerunt optantes requiem, cur animæ in purgatorio peccabunt cùm suam requiem optauerint? Et de horrore pœnarum constat non esse peccatum, cum hic non perueniat ex deliberatione, sed ex natura, cum omnibus sit à natura insitum pœnas horrere. Christus enim propinquus passioni (ait Marcus) cœpit pauere & tædere, & dixit tribus discipulis quos secum ad orationem sequestrauerat: Tristis est anima mea vsque ad mortem. At Christus neque peccauit vnquam, neque peccatum cogitare potuit: non est ergo peccatum pœnas aut molestias horrere, præsertim cùm id non ex deliberatione, sed ex quodam naturali horrore fit.

Lutherus

Psal. 41.

Philip. 2.

Mar. 14.

A

FINIS LIBRI
duodecimi.

F. ALFONSI DE CASTRO
ZAMOREN. MINORITAE, ADVERSVS
Hæreses, Liber Decimus tertius.

B

REGNVM DEI.

DE hac re fuit quidam error Cerinthi, dicentis regnum Christi futurum terrenũ post resurrectionem, & in regno illo futuras esse carnis delicias: quod regnũ dicebat duraturum in hac vita per mille annos. Verùm de hoc errore iam suprà disputauimus libro tertio in titulo de beatitudine, hæresi secunda. Et si quæ sunt aliæ hæreses quæ ad hanc materiam spectent, sub illo titulo sunt à nobis collocatæ.

Cerithus

RELIQVIAE
SANCTORVM.

VIclephistæ, qui ad hoc nati esse videntur, vt omnem ritum Ecclesiasticum tollerent, omnes cæremonias ab Ecclesia abigerent, inter alias suas blasphemias hanc vnam docent, reliquias videlicet sanctorum, hoc est carnes & ossa hominis mortui, non debere à populo venerari, neque à monumento fœtido extrahi, nec in capsa aurea, vel argentea reponi: quia sic facientes (vt illi aiunt) non honorant Deum, & sanctos eius, sed idololatriam

C committunt. Hos Vviclephistas sequuti sunt impij Lollardi, quorum vnus vocatus Guillielmus Albus, patria Anglicus, publicè & in iudicio tribunali in Anglia hæc omnia non erubuit fateri. Sed non sunt hi primi huius hæresis inuentores, Nam ante hos ferè per 90. annos fuit Vigilantius quidam Gallus Barcinonen. Ecclesię presbyter, qui (vt infrà dicemus) dixit sanctos non esse orandos. Et quo magis sanctis, in quorum sortem ipse computandus nõ erat, detraheret, docuit sanctorum corpora nõ esse veneranda. Sed neque hic Vigilãtius primus extitit huius hæresis autor, quoniam ante illum fuit Eunomius: non tamen longo tempore illum præcessit. De Eunomio autem Hieronymus testatur illum hac peste

Vvicleph

Guilliel. Albus.

Vigilantius.

Eunomi.

Hierony.

fuisse infectum. Nam in libello quem aduersus Vigilantium scripsit, hæc illi ait: Rides de reliquiis martyrum, & cum autore huius hæreseos Eunomio Ecclesiis Christi calumniam struis. Hæc Hieronymus. Verùm hoc inter Vigilantium & Vviclephistas interest, quòd Vigilantius solam sanctorum venerationem odit, Vviclephistæ autem in hoc Vigilantio pestilentiores, sicut non patiuntur sanctorum reliquias venerari, ita nec Christi Saluatoris nostri reliquias adoratione aliqua dignas esse censent. De reliquiis Christi adorandis nihil nunc dicere statui, eò quòd suprà in titulo de adoratione, hæresi prima aduersus eosdem Vviclephistas pugnaui pro adoratione crucis Dominicæ: quo loco nonnihil obiter diximus de Christi vestibus, & aliis Christo adiacentibus. Nam quod de cruce Dominica ibidem diximus, de aliis etiam omnibus Christo adiacentibus, puta de vestibus, de gladio, si quem habuisse constiterit, de mensa in qua comedit, de linteo quo manus abstersit, & de quibuscunque aliis similibus con-

Damasce. tactu suæ viuificæ carnis sanctificatis idem dici potest: Quoniam (vt ait beatus Damascenus libro 4. de A
fide orthodoxa, cap. 3.) si amatorum diligibilis domus, & lectulus & hortus, quanto magis quæ Dei &

Hierony. Saluatoris, per quæ & saluati sumus? Hæc Damascenus. Præsepe etiam sepulchrum Saluatoris adorantur. Nam beatus Hieronymus ita faciendum censet, qui libro 3. contra Ruffinum se hoc fecisse testatur, sic inquiens: Conscendi in Ægyptum, lustraui monasteria Nitriæ, & inter sanctorum choros aspides latere conspexi. Protinus concito gradu Bethlehem meam conuersus sum, vbi adoraui præsepe & incunabaula Saluatoris. Et in Epitaphio Paulæ, illam sanctam Paulam laudat, quod præsepe, in quo recens natus Christus iacuit, & sepulchrum, in quo mortuus iacuit, adorauit. Et de hoc satis. Ad sanctorum igitur reliquias nos transferamus, & ostendamus illas esse aliqua veneratione dignas, quamuis non tanta sicut Christi: quoniam nec ipsorum animæ, propter quas alia illorum veneramur, sunt tanto honore dignæ, quanto Christus, propter quem etiam & non propter seipsa adorantur illa quę Christo adiacent. Singula igitur quæ sanctis in veneratione exhibentur, suo ordine discutiamus. Primùm igitur venerationis sanctorum testimonium est, quod basilicæ in illorum honorem ex Ecclesię institu-

Cõcilium Gẽgrense. tione fiunt: & qui hoc non esse faciendum docent, Ecclesia eos anathematizat. Nam Concilium Gangrense, cap. 20. suorum decretorum, sic ait: Si quis per superbiam tanquam perfectum se existimans, conuentus qui per loca & basilicas sanctorũ martyrum fiunt, vel accusauerit, vel etiam oblationes quæ ibidem celebrantur, spernendas esse crediderit, anathema sit. De sanctorum corporibus honestè tumu-

Dionisi⁹. Areopa. landis antiquissimus est Ecclesiæ ritus, ab Apostolorum temporibus hucusque deriuatus. Nam beatus Dionysius Areopagita Pauli Apostoli discipulus, cap. 7. Ecclesiasticæ hierarchiæ in hunc modũ de hac B
re scribit. Hęc perficiens summus sacerdos, reponit in domo preciosa corpus cum aliorum æquè potentum corporibus. Si enim in anima & corpore Deo amabilem vitam, qui dormiuit, viuebat, preciosum erit cum sancta anima cõmilitans ei corpus secundum diuinas collationes, vbi diuina iustitia cum proprio corpore donabit retributas quietes tanquã coëunti & cõparticipanti sacræ, aut contrarię vitæ. Propter quod & sacrorum diuina legislatio diuinas cõmunicationes ambobus donat. Animæ quidẽ in pura contemplatione & scientia perfectorum, corpori verò per diuinissimum tãquam in imagine vnguentum, diuinęq; cõmunicationis sacratissimũ symbolum, totũ hominẽ sacrificans, & vniuersalẽ eius salutẽ sacrificans, & consummatissimã ipsius resurrectionẽ fututã fore denunciãs. Hactenus beatus Dionysius. In quibus verbis beatus Dionysius apertè satis indicauit sanctorum corpora post mortem in preciosa domo reponi: & causam propter quam sic fieri opotteat, expressit: quia videlicet illa sanctorum corpora sanctis suis animabus ad bonum sunt cooperata, & instrumenta quędam animarum fuerunt, quibus multa ad Dei honorem & suam salutem illæ operatæ sunt. Hæc tamen de illis dicta sunt quorum merita in vita claruerunt, aut martyrio vitam finierunt. Horum enim corpora statim post mortem venerationem meruerunt, & ideo in preciosa domo à summo sacerdote reponi dicit. De aliis verò, quorum vita non fuit miraculorum operatione manifesta, & ob hanc causam non sunt eorum corpora precioso loco tunc recondita, si post mortem, Deo ita volente, illorum præclara merita magis mundo innotescunt, transferuntur ad honestiorem locum illorum corpora, & maiori honore dignantur. Ad cuius rei confirmationem, præter vetustissimam Ecclesiæ consuetudinem, quę maximi est ponderis, sunt C
etiam plurimorum sanctorum virorum testimonia, quę ita fieri docent, & factum laudant. Et ante omnia patrum veteris testamenti exempla proponere placuit, vt impii Vviclephistæ agnoscant non esse re-

Gen. 50. centem hunc Ecclesiæ ritum de transferendis corporibus sanctorum. Nam corpus Iacob patriarchæ translatum est ab Aegypto in terram Chanaan contra faciem Mambre, & ibidem sepultum magna cũ

Gene. 49. veneratione filiorum suorum, & seniorum suorum Ægypti. Neque hoc casu factum est, sed ipsemet Iacob in Ægyto existens, antequam moreretur, sic fieri præcepit, dicens: Ego congregor ad populum meum: sepelite me cum patribus meis in spelunca duplici quæ est in agro Ephron Hethæi contra Mambre in terra Chanaam, quam emit Abraham cum agro ab Ephron Hethæo in possessionem sepulchri. Et Ioseph patriarcha sanctus etiam ipse in Aegypto similiter existens: cum propinquus esset morti

Geue. 50. Exod. 13. dixit fratribus suis: Deus visitabit vos, asportate ossa mea vobiscũ de loco isto. Et huius præcepti postea memor Moyses cum populum Dei ab Ægypto eduxit, ossa Ioseph secum tulit. Exeant nunc Vviclephistæ, & filios Israel, videlicet Ioseph & fratres illius, & Moysen & alios, idololatras appellent, eo quod hunc honorem ossibus Iacob & Ioseph detulerunt. Ad sanctos noui testamenti descendo, in quorum corporibus tot factę sunt translationes, vt operosum nimis esset, vel centesimam illorum partem referre. Quapropter vnam & alterã referam. De sanctis Geruasio & Prothasio, quorum corpora omnibus ferè ignota, & ideo minus decentibus sepulchris recondita fuerant, beatus Am-

Ambro. brosius, cui illorũ corpora reuelata sunt, scribens, hæc ait: Iussi eruderari terram eò loci qui est ante cancellos, S. Felicis & Naboris: inueni signa cõueniẽtia, adhibitis etiam quibus per nos manus imponẽda foret,

foret, ſic ſancti martyres eminere cœperunt, vt adhuc nobis ſilentibus arriperetur vrna, & ſterneretur
D prona ad locum ſepulchri. Inuenimus mirę magnitudinis viros, vt priſca ætas ferebat, oſſa omnia integra, ſanguinis plurimum, ingens concurſus populi per totum illud biduum. Quid multa? cõdiuimus integra, ad ordinem trãſtulimus veſpere iam incumbente ad baſili cam Fauſtæ: ibi vigiliæ, tota nocte manus impoſitio: ſequenti die tranſtulimus ea in baſilicam quam appellant Ambroſianam. Dum transferi mus, cæcus ſanatus eſt. Hæc Ambroſius. Quid ad hæc dicent Vviclephiſtæ? fortè etiam damnare nõ verebuntur Ambroſium, propterea quòd iſtorum ſanctorum martyrum corpora in honeſtiorem & precioſiorem locum tranſtulerit. Verùm quo pacto traſlationem illam culpare poterunt, quam Deus tanto miraculo confirmare voluit, vt eo temporis articulo quo illa corpora transferebantur, cæco viſum reſtituerit? Quòd ſi hoc verum eſſe negant, & Ambroſio quamuis ſancto velut vnico teſti diffidunt, producam eiuſdem miraculi alterum teſtem, non quidem auritum, ſed ocularum, beatum Auguſtinum: vt in ore duorum maneat hæc veritas ſtabilita. Beatus nãque Auguſt. lib. 22. de ciuitate Dei, cap. 8. ſic ait: *Auguſt.*
Miraculum quod Mediolani factum eſt cum illic eſſemus, quando illum inatus eſt cæcus, ad multorum notitiam potuit peruenire: quia & grãdis eſt ciuitas, & ibi erat tunc Imperator, & immenſo populo teſte res geſta eſt, concurrente ad corpora martyrum Prothaſii & Geruaſii. Quæ cùm laterent, & penitus neſcirentur, epiſcopo Ambroſio per ſomnium reuelata, reperta ſunt: vbi cæcus ille depulſis veteribus tenebris diem vidit. Hæc Auguſtinus. Alterum huius rei proponam exemplum à ſancto Cornelio papa & martyre nobis propoſitum, qui ſanctorum Petri & Pauli corpora in varia loca tranſtulit. Nam ipſemet *Cornelius papa.*
teſtatur ſe hoc feciſſe, qui in quadam epiſtola ſua, ſic ait: Quapropter rogo vos nobis congratulari: quia rogatu cuiuſdã deuotæ fœminæ atque nobiliſſimæ matronæ Lucinæ, leuata ſunt corpora Petri & Pauli
A de Catacumbis: & primò quidem beati Pauli corpus leuatum ſilentio, ac poſitum eſt in prædium prædictæ matronæ via Hoſtienſi, ad latus vbi decolatus eſt. Poſteà verò beati Apoſtolorum principis Petri accepimus corpus, & condecenter poſuimus illud iuxta locum vbi crucifixus eſt, inter corpora ſanctorum epiſcoporum, in templo Apollinis in monte aureo, in Vaticano palatii Neronis, tertio calendarum Iuliarum die, orãtes Deum & Dominum noſtrũ Ieſum Chriſtum vt intercedentibus ſuis ſanctis Apoſtolis, maculas veſtrorum purget peccatorum, & in ſua vos conſeruet volũtate diebus vitæ veſtræ, & in fructu boni operis vos perſeuerabiles reddat. Hæc Cornelius Papa & martyr, cuius vitam & opera ab eo geſta, martyrium pro Chriſto conſummatum maximè commendat. Et vt finem huic liti imponam, Auguſtinum profero in huius rei teſtimonium. Is enim libro 1. de Ciuitate Dei, cap. 13. de corporibus ſanctorum honorandis, hęc ait: Nec ideo tamen contemnenda ſunt corpora defunctorum, maxime iuſto- *Auguſt.*
rum atque fidelium, quibus tãquam organis & vaſis ad omnia opera ſanctus vſus eſt ſpiritus. Si enim paterna veſtis & annulus, ac ſi quid huiuſmodi tanto charius eſt poſteris, quanto erga parentes maior extitit affectus, nullo modo ipſa ſpernẽda ſunt corpora, quæ vtique multo familiarius atque cõiuncti⁹ quã quælibet indumenta geſtamus. Hæc enim non ad ornamentum vel adiutorium quod exhibetur extrinſecus, ſed ad ipſam naturam hominis pertinet. Vnde & antiquorum iuſtorũ funera officioſa pietate curata ſunt, & exequiæ celebratæ, & ſepultura prouiſa: ipſíque dum viuerent, de ſepeliendis vel transferendis ſuis corporibus, filiis mandauerunt. Hæc Auguſtinus: Et epiſtola 103. commendat idem ſanctus matrem quandam viduam & filiam eius virginem propter reliquias Stephani martyris quas ſecum defere
B bant, ſic inquiens: Portant ſanè ſecum reliquias beatiſſimi & glorioſiſſimi martyris Stephani, quas non ignorat ſanctitas veſtra, ſicut & nos fecimus, quã conuenienter honorare debeatis. Hæc ille. Beatus Auguſtinus teſtatur ſe honoraſſe reliquias ſancti Stephani & alios, vt id faciant, hortatur. Et lib. 22. de Ciuitate Dei, cap. 8. plurima recenſet miracula quæ ante corpus illius ſancti ob illius merita Deo facere placuit. Quid ergo impii Vviclephitæ contra tot ſanctorum teſtimonia oblatrant, & ſanctorũ venerationi detrahunt? Sed dicunt: Mortua ſunt corpora, nec ſentiunt vt eorum animæ, non ergo licet ea venerari, aut honorem vllum illis exhibere. O forte argumentum. Non ſunt fortè memores quòd Chriſtus Saluator noſter Seducæis negãtibus reſurrectionem apud Matth. dixit: Deus Abrahã, Deus Iſaac, & Deus *Matt. 22.*
Iacob: non eſt Deus mortuorum, ſed viuentium. Viuunt ergo Deo ſancti, propter quem, famen, ſitim, & alias corporis ærumnas & cruciatus tolerauerunt. Eſto illorum carpora non viuant Vviclephitis, viuũt tamen Deo: in cuius conſpectu ſunt omnia quę illorum corpora pro Deo ſuſtinuerunt. Eſto etiam nullatenus viuant: nunquid ideò nullo honore ſunt digna? Non viuebat arca teſtamenti, non ſentiebãt tabulæ intus latentes, non manna, non vrna: non ſentiebat virga, imò nec viuebat, quæ olim frõduerat. Et tamen his rebus magnus eſt olim datus honos, adeo vt nulli præterquam ſacerdoti arcam tangere liceret. Et cùm illã Dauid educeret de domo Obeth, accinctus erat Ephod lineo, & omnis domus Iſrael ducebant in iubilo, & clãgore buccinę. Et huic arcæ quaſi diuinos impendit honores, dicente ſcriptura: *2. Reg. 6.*
Et Dauid ſaltabat totis viribus ante dominum. Et rurſum: Cũque intraſſet arca domini in ciuitatem Dauid, Michol filia Saul proſpiciens per feneſtram vidit regem Dauid ſubſilientẽ atque ſaltantem coram domino. Et cum illum Michol ob hãc cauſam reprehenderet, reſpondit Dauid: Ante dominum qui elegit me potius quàm patrem tuum, & quàm omnem domũ eius, & præcepit mihi vt eſſem dux ſuper po
C pulum domini in Iſraël, & Ludam, & vilior fiam pluſquam factus ſum. Vides quãtum cultũ Dauid exhibuerit arcæ domini: quia ſignum quoddam erat deum repręſentans, cùm tamen non viueret, nec ſentiret. Ad hunc modum ſãctorum corpora venerari debemus, quamuis nõ viuant, nec ſentiant: ſed quia animabus ſanctorum fuerunt coniunctiſſima, & iuxta Pauli ſentẽtiam habitacula & templum ſunt Spi *1. Cor. 9.*
ritus ſancti. Sed fortè non erubeſcẽt Vviclephiſtæ Dauidem ob hãc cauſam reprehendere. Nec mirabor ſi tentauerint: nam qui omnes ſãctos & vniuerſam Eccleſiam de hac re arguere nõ verentur, mirum non erit ſi Dauidem ſimul cum aliis ſanctis ob eandem cauſam reum etiam facere cõtendãt. Sed

opus eſt vt nos de idololatria quam nobis obiiciunt, purgemus. Nam eos omnes qui corpora ſanctorum
Auguſt. & illorũ reliquias venerãtur, idololatras eſſe cenſent, propterea quòd (vt ipſi aiunt) creaturis diuinos
honores deferunt. Huiuſmodi obiectioni ego reſpondere nolo, quia melius quàm ego reſpondit Auguſtinus. Is enim lib. 22. de ciuitate Dei, cap. 10. hanc refellit obiectionem, ſic inquiens: Nos martyribus noſtris non templa ſicut diis, ſed memorias ſicut hominibus mortuis, quorum apud deum viuunt ſpiritus, fabricamus: Nec ibi erigimus altaria, in quibus ſacrificemus martyribus, ſed vni deo & martyrum & noſtro ſacrificium immolamus. Ad quod ſacrificium ſicut homines dei, qui mundum in eius confeſſione vicerunt, ſuo loco & ordine nominantur, non tamen à ſacerdote qui ſacrificat, inuocãtur. Deo quippe non ipſis ſacrificat, quamuis in memoriam ſacrificet eorum: quia Dei ſacerdos eſt, non eorum. Ipſum verò ſacrificium corpus eſt Chriſti, quod nõ offertur ipſis, quia hoc ſunt & ipſi. Hæc Auguſtinus. In quibus verbis præter intentum obiter annotare decreui quod ait corpus Chriſti eſſe ſacrificium quod à ſa- D
cerdote in altari Deo offertur. Quod teſtimonium apertè pugnat contra Lutherum & Oecolampadium. Nam Oecolampadius (vt in titulo de Euchariſtia indicauimus) negat in eo ſacrificio verum corpus Chriſti contineri, ſed ſolùm materialem panem. Lutherus autem etſi fatetur verum corpus Chriſti Saluatoris illic adeſſe, negat tamen à ſacerdote offerri: propter quod dicit miſſam non eſſe ſacrificium. Sed aduerſus hanc hæreſim iam ſuprà in titulo de miſſa abũdè me dixiſſe arbitror. Verum quoniam nõ erat prætereundum quod nunc Auguſt. dixit, obiter annotare decreui. Hunc igitur intermittẽtes ſermonem eò vnde digreſſa eſt, orationem reuocemus, & exultemus quòd tam facilè & luculenter aduerſariorum calumniã beatus Auguſtinus reiecerit. Sed quia nimis leniter & pro ſuo ingenio manſuetiſſimè reſpon-
Hieronymus. dit, & hi contra quos agimus, quemadmodum Phryges (vt eſt in Prouerbio) non niſi plagis emendãtur, beatum Hieronymum, qui durius & acerbius pugnare ſolet, obiicio: vt illos pro ſuis meritis tractet. Is enim beatus patet aduerſus Vigilãtium, qui huius erroris etiam extitit autor, ſcribens, ita ait: Quis enim
Act. 14. ô inſanum caput, aliquando martyres adorauit? Quis hominem putauit Deum? Nonne Paulus & Barnabas cum à Lycaonibus Iupiter & Mercurius putarentur, & eis vellent hoſtias immolare, ſciderũt veſtimenta ſua, & ſe homines eſſe dixerunt? Non quòd meliores nõ eſſent olim mortuis hominibus Ioue
Acto. 10. & Mercurio, ſed quòd ſub gentilitatis errore honor eis, Deo debitus, deferretur. Quod & de Petro legimus, qui Cornelium ſe adorare cupientem manu ſubleuauit, & dixit: Surge, nam & ego homo ſum. Et audes dicere, illud neſcio quid, quod in modico vaſe trãsferendo colis? Quid eſt illud, neſcio quid, ſcire deſidero. Expone manifeſtius, vt tota libertate blaphemes: Puluiſculum neſcio quod in modico vaſculo A
precioſo linteamine circundatum. Dolet martyrum reliquias precioſo operiri velamine, & non vel pannis vel cilicio colligari, vel proiici in ſterquilinium, vt ſolus Vigilãtius ebrius & dormiens adoretur. Ergo ſacrilegi ſumus, quando Apoſtolorum baſilicas ingredimur? Sacrilegus fuit Conſtãtinus Imperator qui ſanctas reliquias Andreæ, Lucæ, & Timothei tranſtulit Conſtantinopolim, apud quas dæmones rugiunt, & inhabitatores Vigilantii, illorũ ſe ſentire præſentiam confitentur? Sacrilegus dicendus & nunc Auguſtus Arcadius, qui oſſa beati Samuelis longo poſt tempore de Iudæa tranſtulit in Thraciam? Omnes epiſcopi non ſolum ſacrilegi, ſed & fatui iudicandi, qui rem viliſſimam, & cineres diſſolutos in ſerico & vaſe aureo portauerunt? Stulti omnium Eccleſiarum populi, qui occurrerunt ſanctis reliquiis, & tanta lætitia quaſi preſentem viuentẽque prophetam cernerẽt, ſuſceperunt, vt de Palæſtina vſque Chalcedonem iungerentur populorum examina, & in Chriſti laudem vna voce reſonarent? Hæc Hieronymus: qui non contentus eſt Vigilantii calumnias refellere, niſi illum confoderet, & pro ſuo merito tractaret. Sed vt nullus controuerſię pateat locus, concilii generalis definitionem in medium proferã. Cõ
cilium namque Lateranenſe ſub innocẽtio 3. celebratum: hanc quæ ſequitur tulit definitionem. Cum ex
Cõcilium Lateranẽ eo quòd quidam ſanctorum reliquias exponunt venales, & eas paſſim oſtentant, Chriſtianæ religioni detractum ſit ſępius, ne in poſterum detrahatur præſenti decreto ſtatuimus, vt antiquæ reliquię amodo extra cauſam nullatenus oſtendantur, nec exponatur venales inuentas autem de nouo, nemo venerari præſumat, niſi prius autoritate Romani pontificis fuerint approbatę. Prælati vero non permittant eos qui ad eorum Eccleſias cauſa venerationis accedunt, variis figmentis aut falſis documentis decipi, ſicut in pleriſque locis occaſione quæſtus fieri conſueuit. Hactenus Cõciliũ Lateranẽſe. Quæ verba ha- B
bentur in volumine decretalium epiſtolarum titulo de reliquis & veneratione ſanctorum. In quibus verbis ſicut ſapienter cauit ne nouæ reliquiæ faciliter honorentur ſine Romani pontificis licẽtia: ita cõtra concedit eas quę iam exploratæ virtutis ſunt, honorari. Et de hac re abũdè me dixiſſe cenſeo, pro ea breuitate quam ſtatui ſeruare. Scripſit aduerſus hanc hæreſim Hieronymus libellum contra Vigilantiũ, quo loco teſtatur ipſe Tertullianum ſcripſiſſe inſigne volumen quod vocauit Scorpiacum aduerſus hãc hæreſim, quæ olim contra Eccleſiam erupit, & refert illam olim vocatam fuiſſe Cainam hæreſim. Vnde conſat Eunomium etiam non fuiſſe huius hæreſis inuentorem, ſed lõgo tempore illum pręceſſiſſe: quæ multo tempore dormiens, poſteà ab Eunomio, dein à Vigilantio, demum à Ioãne Vvicleph ſuſcitata eſt. Scripſit etiam aduerſus hanc hærſim Thomas Vvalden. in opere illo inſigni quod fecit de ſacramentalibus.

RESTITVTIO.

Græci. EST quædam hęreſis, aſſerens nõ eſſe neceſſariam rei furto ſublatæ reſtitutionem, vt quis vitam poſſit aſſequi æternam. Hanc hæreſim inter alios Græcorum errores rucenſet Guido Carmelita, qui ait quòd Greçorum ſacerdotes, pro furtis, vſura, rapina manifeſta, non iniungunt vt ſatisfaciant aut reddãt, ſed oleo ſimplici inungunt raptorem, quem aſtringunt vt aliquam pecuniæ portionem illis diſtribuat, vt abſolutionem illi impendant: quã

pecuniam à fure aut raptore recipientes, ipſum raptorem abſoluũt. Eraſmus Roterodamus de hac re nõ
C paruam præbuit anſam ſuſpicionis. Nam in annotationibus ſuper nouum teſtamentum, innuit reſtitutionem rapinæ non eſſe faciendam, ſed ſatis eſſe eleemoſynam facere, vt furti & rapinæ peccatum deleatur. Et ne quis verbis meis fidem deroget, putãs me hoc falſò tribuere Eraſmo, verba illius quæ in quarta huius operis æditione habentur, referam. Is enim Eraſmus in annotationibus ſuper. 11. cap. Lucę, pertractans illud Saluatoris dictum: Quod ſupereſt, date eleemoſynam: poſt multa denique hęc dicit: Illud annotandum, cùm modo fecerit mentionem rapinæ, in remedio non fieri mentionem reſtitutionis: tãtum pollicetur eleemoſyna data omnia fore munda. Hęc Eraſmus. Quid hæc verba doceant, lector prudens & candidus facilè intelliget. Verùm hanc ſuſpicionẽ in quinta eiuſdem operis æditione Eraſmus amouit, quoniam poſt verba illa quæ proximè citauimus, hæc quæ ſequũtur, addidit. Sed qui iubetur dare iis quibus nihil debet, multo magis iubetur reddere ſiquid cui debet. Quæ verba omnem propſus tollunt de reſtitutione nõ facienda ſuſpicionem. De hac tamen re admonere volui lectorem, ne ſi fortè in tertiam aut quartã operis illius æditionem inciderit, verba Eraſmi quæ illic habẽtur legens, illius autoritate fretus in hunc fortè labatur errorem. Nam in verbis illis quæ in quarta æditione habebãtur, magnã erroris præbuerat occaſionem, propter quod huic malo medeti voluit. Vtinam hanc mentem in cęteris ſuis erroribus habuiſſet. Sed iam ad Græcorum errorem accedamus, & oſtendamus quam aliena ſit à fide Catholica hæc ſententia. Primò hęc ſententia pugnat aperte cum lege naturæ, quę ait: Ne feceris alicui quod tibi oderis fieri. Et rurſum: Diliges proximum tuum ſicut teipſum. At rarus eſt qui non odiat ſe re ſua ſpoliari. Et quiſque iuſtè optare poteſt, vt quod ſibi furto ſublatũ eſt, reſtituatur: hoc igitur alteri quẽ vi ſpoliauit, viceuerſa reddere tenebitur. Prætereà Paulus Apoſtolus hoc præcepit, ſic inquiens:
D Omnibus reddite debitum: cui tributum, tributum: cui vectigal, vectigal: cui honorem, honorem: cui timorem, timorem. Nemini quicquam debeatis, niſi vt inuicem diligatis. In quibus verbis poſtquam omnibus debita reddenda præcepit, ne fortè ſolo præcepto parum dixiſſe videretur, prohibitionẽ, quę fortius & perpetuum eſt vinculum, ſubiunxit, dicens: Nemini quicquã debeatis. Deinde, ſanctus ille Thobias cùm vocem balantis hœdi, quem vxor illius domum detulerat, audiuit, dixit: Videte ne fortè furtiuus ſit, reddite eum dominis ſuis: quia nõ licet nobis aut edere ex furto aliquid, aut contingere. Rurſũ, Deus ipſe ab illo, qui veram agit pœnitentiam, exigit vt rapinam reſtituat, ſi ſuorum peccatorum remiſſionem impetrare optat, ſic inquiens: Si dixero impio, morte morieris: & egerit pœnitentiam à peccato ſuo, feceritque iudiciũ & iuſtitiã, & pignus reſtituerit ille impius, rapinãque reddiderit, in mãdatis vitæ ambulauerit, nec fecerit quicquã iniuſtum, vita viuet, & non morietur. Omnia peccata eius quæ peccauit, non imputabuntur ei. Nihil hoc teſtimonio apertius dici potuit. Nam hac lege & cõditione promittit Deus ſe pœnitenti peccata donaturũ, ſi rapinam reddiderit. Quò fit, vt cõditione ſublata, hoc eſt non reddita rapina, Deus peccata non dimittat. Vnde beatus Auguſt. in epiſtola ad Macedoniũ, ait: Si res aliena, propter quam peccatum eſt, reddi poſſit, & non redditur, pœnitentia non admittitur, ſed ſimulatur. Si autem veraciter agitur, non remittitur peccatum niſi reſtituatur ablatũ. Hęc Auguſtinus. Quæ verba habentur in volumine Decretorum 14. q. 6. Vereantur ergo ſacerdotes Græcorum, fures & raptores à rapina abſoluere, quos Deus ſine reſtitutione abſoluere non vult. De his enim ſacerdotibus Hieremias propheta mihi dixiſſe videtur, cum ait: Curabant contritionem filiæ populi mei cum ignominia, dicentes, pax, pax, & non erat pax. Cum ignominia contritionem filiæ populi curat, qui peccanti & non legitimè pœnitenti facilè abſolutionem impendit. Neque opus eſt vt aduerſus tam peſtiferum errorem amplius immoremur.

Eraſmus.
Thob. 4.
Matt. 22.
Rom. 18.
Thob. 2.
Ezec. 33.
Auguſt.
Hiere. 6.

RESVRRECTIO.

Matt. 22.
Simon Magus.
Baſilides
Hymenæus
Philetus.
Valentinus.
Apelles.
Marcion
Ophitæ.
Marcus.
Cerdon.
Caiani.
Seueriani.
Archontici.
Hierarchitæ.
Seleucia
Troclian
Almari.
Albigen.
Albanẽ.
Origenes

A MVLTI ex vetuſtis hæreticis negauerunt carnis reſurrectionem eſſe futuram. Quę hæreſis apud Iudæos fuit primùm orta. Nam Saducæi (vt patet ex Euangelio Matth.) negabant carnis reſurrectionem. Ex illis autem qui ſemel Chriſtum per baptiſmum induerunt, primus qui hãc hæreſim ſuſcitauit, fuit Simõ ille Magus, de quo in Actibus Apoſtolorum fit mentio. Hoc enim illi impingit Auguſti. quamuis Tertulianus in libro de hæreſibus de hoc Simone faciens ſermonem nihil tale illi tribuit. Baſilidem tamen dicit in hunc errorem fuiſſe lapſum, cui ſimilem errorem non tribuit Auguſti. Hymenæus & Philetus, teſte Apoſtolo Paulo, dixerunt reſurrectionem iam eſſe factam, nec amplius futuram. Carpocratitę etiam (vt Auguſti. ait) negarunt carnis reſurrectionem. Valentinus & Apelles, iuxta Auguſtinum & Tertulliani, hoc idẽ ſenſerunt. Marcioni & Ophitis hoc idem tribuit Tertulianus, ſed non Auguſtinus. Marco & Cerdoni, & Caianis, & Seuerianis, & Archonticis, & Hierarchitis eundem errorem impingit Auguſtinus, non autem Tertulianus. Seleucianis, & Proclianitis obiicit hunc errorem Philaſter Brixienſis epiſcopus, quem etiam in hac parte ſequitur Auguſti. Frater Bernardus de Lutzemburgo in ſuo catalogo hæreticorum refert Almaricum, Albigenſes, Albanẽſes hunc errorem fuiſſe tutatos. De Origene refert Auguſti. ex Epiphanii ſententia illum negaſſe carnis reſurrectionem. Verùm Theophilus Alexãdrinus epiſcopus (vt mox infrà dicemus) alium errorem impingit Origeni, qui cum hoc velut ex diametro pugnat, quoniam ex eo conuincitur Origenem conceſsiſſe carnis reſurrectionem. Vtri autem iſtorum ſit in hac parte credendum, videlicet Epiphanio, an Theophilo, ego non video. Mea quidem ſententia
B neutri eorum credetur, quoniam aut vtrique eorũ credendum eſt, aut neutri. Nõ eſt autem poſsibile vt vtrique credatur, cum eorum teſtimonia aduerſus Origenem non ſint conueniẽtia, ſed inter ſe pugnantia: eſt ergo neceſſarium vt nulli credatur, præſertim cũ conſtet ex lib. 10. hiſtoriæ tripartitæ Caſsiodori,

vtrũque, videlicet Epiphanium & Theophilum, fuisse Origenis nomini infestum. Aduersus hanc here
sim non est operosum disputare, cùm tam aperta & tam clara sint scripturæ sacræ testimonia quibus il-
la reuinci potest, præsertim quòd non aduersus Ethnicos philosophos nunc arma sumimus, sed aduer-
sus eos qui se Christianos iactant, quos oportet scripturæ sacrę testimoniis credere. Saducæos enim ne-
Matt.22. gantes resurrectionem Saluator noster testimonio scripturæ sacræ conuincit, dicens: Erratis nescientes
scripturas, neq; virtutẽ dei. In resurrectione enim neq; nubẽt neque nubẽtur, sed sunt sicut angeli dei in
cœlo. De resurrectione autẽ mortuorũ nõ legistis quod dictũ est à Deo dicẽte vobis: Ego sum Deus A-
Exo. 13. braham, & Deus Isaac, & Deus Iacob. Deus non est mortuorũ, sed viuentium. Et Paulus Apostolus in
priore epistola ad Corinthios redarguens eos qui carnis resurrectionem negant, sic ait: Si autem Chri
1. Cor. 15. stus prædicatur quòd resurrexerit à mortuis, quomodo quidam dicunt in vobis, quoniã resurrectio mor
tuorum non est? Si autem resurrectio mortuorum non est, neque Christus resurrexit. Si autem Christus D
non resurrexit, inanis est prædicatio nostra, inanis & fides vestra. Inuenimur autem & falsi testes, quo-
niam testimonium diximus aduersus Deum, quòd suscitauerit Christum, quem non suscitauit si mor-
tui non resurgunt. Nam si mortui non resurgunt, neque Christus resurrexit. Quòd si Christus nõ resur-
2. Tim. 2. rexit, vana est fides vestra. Et in posteriore epist. ad Timoth. dicit Hymenæũ & Philetum à veritate ex-
cidisse, dicentes resurrectionem iam factam, & subuertisse quorũdam fidem. In symbolo Apostolorum
docetur carnis resurrectio. Eandem docet symbolum fidei æditum in Concilio Constantinopolitano.
Piget plura citare testimonia pro re tam manifesta. Si quis autem plura de hac re nosse cupit, legat quẽ-
dam libellum beati Ambrosij in modum orationis qui inscribitur de fide resurtectionis: in quo libro
non solùm testimoniis scripturæ conuincit, sed etiam aliis argumentis persuadet resurrectionem.

Eutichi⁹. SEcunda hæresis est quæ docet corpus nostrum in illa resurrectionis gloria futurum impalpabile, &
inuisibile. Huius hæresis autor fuit quidam Eutychius Constantinopolitanus episcopus, dicens cor-
pus post resurrectionis gloriam futurum aërem & vento subtilius, ita vt nec palpari nec videri possit.
Huius autem hæresis causa beatus Gregorius postea summus pontifex fuit à sede Apostolica missus
legatus Constantinopolim: quò perueniens coram Tyberio Constantino tunc Imperatore eundẽ Eu-
tychium in fide nostræ resurrectionis errasse conuicit. Quo facto, ipse Imperator librum quem Euty-
chius de resurrectione æditerat, comburi iussit. Aduersus hunc errorem est illud quod ait Iob. Scio
enim quòd Redemptor meus viuit, & in nouissimo die de terra surrecturus sum, & rursum circunda- A
bor pelle mea, & in carne mea videbo Deum: quem visurus sum ego ipse, & oculi mei conspecturi sunt
& non alius. Si corpus quod modo palpabile & visibile est, posteà neque palpabile erit neque visibile,
sed aërem & omni vento subtilius: ergo alius erit homo qui posteà resurget, & alius qui modo viuit. Et
Iob. 19. hoc innuere videtur glossa super illum locum Iob, quæ sic ait. Expresse indicat veritatẽ resurrectionis.
Non enim alius moritur, & alius resurgit (vt qui dicunt inuisibile & impalpabile corpus futurum (si-
cut Eutychius dixit) sed idem ipse. Hæc glossa, quæ dicitur ordinaria. Vnde patet quam miserè fuerit
deceptus frater Bernardus de Lutzemburgo, qui in suo catalogo hæreticorũ duos scribit fuisse hæretico-
s, vnum Eutycium, & alium Eutychium per aspiratum. Et vt cognoscas eum sentire non fuisse eun-
dem, aduerte quòd postquam Eutycium in prima ęditione catalogi texuerat, in posteriore ęditione ad-
dens in fine eiusdem catalogi alios hæreticos qui sibi videbantur deesse in prima ęditione, posuit Euty-
chium per c aspiratum, tanquam hic alius esset ab illo quẽ prius scripserat. Et cùm duos esse crediderit
duas etiam nobis vult ostendere illorum hæreses. Eutycium quidem dicit sensisse alium hominem mo-
ri, & alium resurgere. De Eutychio vero refert illum docuisse corpora nostra resurgere impalpabilia &
inuisibilia. Quòd si rectè, rem, prout decebat, inspexisset, agnouisset eundem esse hominem qui illa do-
cuit, quanquam in diuersis cordibus diuersis literis scriptum reperiamus, in aliquibus per simplex, in
aliis verò par c aspiratum.

Quæ diuersitas, ex vitio scriptorum oriri potuit, qui sæpe aliter quam oporteret, transcribunt, & or-
thographiam suo arbitrio peruertunt.

Cæterum quòd hæresis sit eadem, ex verbis glossæ ordinariæ quæ proximè citauimus, apertissimè B
conuincitur. Nam eadem glossa innuit Eutychium sensisse alium hominem mori, & alium resurgere, &
mori corpus palpabile & visibile, & resurgere impalpabile & inuisibile. Quòd si glossa non satis eper-
tè illud ostendit, saltem ex beato Gregorio poterat illud cognoscere, qui in libro moralium exponens
illa verba Iob quæ proximè citauimus, narrat acta sua cum eodem Eutychio Episcopo Constantinopo-
litano, & refert illum sensisse quòd alius sit homo qui moritur, & alius qui resurgit: propterea quòd cre
2. Reg. 6. didit corpus hominis mortui esse palpabile & visibile, & corpus illius qui resurgit, esse impalpabile &
inuisibile, quia dicebat istud esse futurũ aëreum, & omni vento subtilius. Et ita aduersus errorem huius
Eutychij Constantinopolitani Episcopi beatus Gregorius profert illum locum Iob quem proximè cita
uimus. Hæc dixi vt videant omnes quã facilè errent ij qui facilè pronunciant antequàm res fuerit pro-
bè (vt decet) examinata. Sed his omissis ad nostrum scopum redeamus. Eundẽ hominem resurgere qui
Ioan. 11. & moritur, conuincunt illa Christi verba quæ dixit Marthæ de Lazaro eius fratre tunc mortuo: Resur-
get frater tuus. Si enim corpus resurgentis esset aëreũ & impalpabile, tunc Lazarus qui resurrexit, non
fuisset frater Marthæ, postquam tunc non habuisset illud corpus per quod erat inter illos iuncta cogna
Luc. 24. tio. Præterea, Redemptor noster dubitantibus de sua resurrectione discipulis ostendens manus & la-
tus, palpanda ossa carnémque præbuit, dicens: Palpate & videte, quia spiritus carnem & ossa nõ habet
sicut me videtis habere. Qui de hac hæresi amplius nosse cupit, legat beatum Gregorium in moralibus
super decimumnonum caput Iob, circa finem.

Tertia

TErtia hæresis asserit corpora post resurrectionē futura iterum mortalia, & post illam resurrectionē multis seculis transactis dicit corpora in nihilū redigenda. Huius hæresis autor fuit Origenes. Hoc enim illi impingit Theophilus Alexandrinus episcopus in lib. secundo sui paschalis, quod opus beatus Hieronymus è Græco vertit in Latinum sermonem. Et si verum est Origenem hoc sensisse, oportet vt falsum sit quod Epiphanius de illo refert, illum videlicet negasse resurrectionem. Nam qui dicit corpora post resurrectionem futura mortalia, satis apertè resurrectionem fatetur. Verùm quia post istā resurrectionem Origenes, teste Theophilo, docet corpora in nihilum redigenda, nec amplius resurrectura, fieri potest vt Epiphanius de hac secūda morte intellexit, cùm dixit Origenem docuisse post mortem non esse resurrectionem. An autem Origenes ita senserit, an secus, ignoro. Hoc certò scio, quòd Theophilus ita illum sensisse narrat. Quapropter cùm iam sit de hac re Origenes notatus, oportet vt ad illius errorem reuincendum aliqua proferamus scripturæ sacræ testimonia. Paulus Apostolus in ea quæ est ad Romanos epistola, ait: Christus resurgens ex mortuis, iam non moritur, mors illi vltra non dominabitur. Si Christus post resurrectionem amplius non moritur, nec nostra corpora post resurrectionem erunt mortalia: quoniam resurrectio Christi exemplar fuit aut signum quoddam futuræ in nobis resurrectionis. Et in priore epistola ad Corinthios expressius de hac re nos docet, vbi postquam proposuerat similitudinem de grano seminis mortificati, quod tandem viuificatur, ad corporis nostri resurrectionem reuersus, ita dicit: Seminatur in corruptione, surget in incorruptione. Seminatur in ignobilitate, surget in gloria. Seminatur in infirmitate, surget in virtute. Et parum infrà: Ecce mysterium vobis dico: Omnes quidem resurgemus, sed non omnes immutabimur. In momento, in ictu oculi, in nouissima tuba. Canet enim tuba & mortui resurgent incorrupti, & nos immutabimur. Oportet enim corruptibile hoc inducere incorruptionem, & mortale hoc induere immortalitatem. Non poterat quicquam apertius dici ad hunc errorem reiiciendum. Sed audi quid adhuc Apostolus subiūgat: Cùm autem (inquit) corruptibile hoc induerit incorruptibilitatem, & mortale hoc induerit immortalitatem, tūc fiet sermo qui scriptus est: Absorpta est mors in victoria. At non perfectè esset deuicta mors, si resurgentibus corporibus, iterum mors sæua dominaretur. Neque Christus perfectè deuicisset eum qui mortis habebat imperium, hoc est diabolum, si mors iterum nostra corpora possessura esset. Præterea, beatus Ioannes in Apocalypsi de iustis post resurrectionem loquens, ait: Et absterget Deus omnem lachrymam ab oculis eorum, & mors vltra non erit, neque luctus, neque clamor, neque dolor erit vltra, quia prima abierunt. Cùm hæc testimonia apertissima sint, non est opus in hac parte longiore disputatione.

Origenes.

Roma. 6.

1. Cor. 15.

QVarta hæresis docet Christum surrexisse à mortuis die sabbati post parasceuen hora sexta. Hunc errorem tribuit Guido Armenis: quem semper in recensendis erroribus Armenorum sequutus sum: quia (vt ingenuè fatear) neminem alium scriptorem reperire potui quem in hac re consulerem. Et quantum ad hunc errorem spectat, certè miror quòd homo qui Euangelia legerit, in tam apertum errorem potuerit labi. Nam cùm sit manifestum Christum fuisse mortuum feria sexta in parasceue, si sabbato proximo resurrexit, quomodo verum erit illum resurrexisse die tertia? At ipse Saluator prænuncians discipulis suis ea quæ futura erant circa ipsummet, ait illis: Ecce ascēdimus Hierosolymā & consummabuntur omnia quæ scripta sunt per prophetas de filio hominis. Tradetur enim gentibus, & illudetur, & flagellabitur, & conspuetur: & postquam flagellauerint, occidēt eum, & die tertia resurget. Præterea, ipse idem Saluator noster Iudæis petentibus signum de cœlo ab eo, ait: Generatio mala & adultera signum quærit, & signum non dabitur ei nisi Ionę prophetæ. Sicut enim fuit Ionas in ventre ceti tribus diebus & tribus noctibus, sic erit filius hominis in corde terræ tribus diebus & tribus noctibus. Si Christus moritur feria sexta & post mortē manet in corde terræ tribus diebus & tribus noctibus fieri non potest vt proximo die sabbati resurrexit. Sed de hoc satis.

Armeni.

Luc. 18.

Mat. 12.

QVinta de hac re hæresis est, quæ docet omnes homines in sexu virili resurrecturos, nullumque esse post resurrectionem futurum fœmineum sexum. Hunc errorem Guido tribuit Armenis, & vigesimo loco inter errores Armenorum illum recensēt. Beatus Augustinus libro 22. de Ciuitate Dei cap. 17. huius erroris meminit, dicens fuisse aliquos qui ita sentirent: non iudicat tamen qui fuerint huius heresis patroni. Fœminas post resurrectionem esse futuras, vel ex eo constare potest, quòd Dominus fœminam fecit sicut virum. Sic enim scriptura ait: Masculum & fœminam fecit eos. Ex quibus verbis constat sexum fœmineum nō esse vitium, aut ex vitio, sed ex natura. Quoniam enim ante peccatum fœmina erat, non ex vitio contigit vt fœmina fierer. Nec sexus ipse vitium est: quoniam non fuisset à Deo factus. Cùm ergo non sit vitium neque ex vitio fœmineus sexus, sed ab ipsis naturæ incunabulis à Deo factus, consequens est, vt qui vtrunque sexum fecit, vtrunque etiam reficiat, & qui vtrunque instituit, vtrunque similiter restituat. Præterea, Paulus scribens ad Galatas, ait: Quicūque in Christo baptizati estis, Christū induistis. Non est Iudæus neque Græcus: nō est seruus, neque liber: nō est masculus neque fœmina. Omnes enim vos vnū estis in Christo Iesu. Si fœmina est in christo Iesu sicut masculus, cur nō erit in gloria sicut masculus? Accedit ad hæc, quòd interrogatus Dominus à Saducæis negātibus resurrectionē, de muliere quæ septem fratribus nupserat vt quisque illorū defuncti fratris semen susciaret, cuius illorum futura esset post resurrectionē, respōdit: Erratis, nescientes scripturas, neque virtutem Dei. In resurectione enim neque nubent, neque nubentur: sed erunt omnes sicut angeli Dei. At si nulla esset post resurrectionē futura mulier, facilius illorū errorem destruxisset, dicens non esse futurum muliebrem sexum post resurrectionem. Et cùm locus esset aptissimus, debuisset illos de hac re docere: vt diceret illam mulierē de qua erat quæstio, virum illam esse futuram, non fœminam. Verùm non illud dixit, sed hoc: In resurrectione non nubent neque nubentur. Nuptias ergo post resurrectionem futuras negauit: non sexus varietatem. Imò hanc varietatem illic futuram innuit, cum dixit: Non nubent: quod

Armeni.

Geneſ. 1.

Galat. 3.

Matt. 22.

conuenit fœminis: neque nubentur, quod viris. Erunt ergo fœminæ quæ hic nubere solent, & viri qui hic vxores duxerunt quoniam cùm nuptias negauit, sexus varietatem latenter innuit, qui ad nuptias exigitur. Erunt quidem membra illa, sed non ad antiquum vsum deputata, sed ad decorem nouum, & ad Dei sapientiam & bonitatem commendandam. Sed qui hunc errorem tuentur, obiiciunt nobis illud Pauli ex epistola ad Ephesios. Donec occurramus omnes in vnitatem fidei, in virum perfectum, in mẽ-
Ephes. 4. suram ætatis plenitudinis Christi. Ex quo loco arguunt omnes in virili sexu resurrecturos: quoniã Apostolus ait omnes nos occursuros in virum perfectum. Huic obiectioni beatus Augustinus respondet, il-
August. lo loco virum capi pro homine siue masculus ille sit, siue fœmina. Sic enim alibi scriptura sæpissimè capere consueuit. Nam illud est manifestum (vt alia interim omittam) quod in Psalmo dicitur: Beatus
Psal. 31. vir, cui non imputauit Dominus peccatum. Quo loco constat nomine viri fœminam intelligi: quoniã beata etiam fœmina, cui non imputauit Dominus peccatum. Et beatus Gregorius in homilia illius euan-
Grego. gelij. Sint lumbi vestri præcincti, hoc idem admonet, sic inquiens: Quia viris luxuria in lumbis sit, fœ-
Iob. 40. minis in vmbilico, testatur Dominus qui de diabolo ad beatum Iob loquitur, dicẽs: Virtus eius in lumbis eius: & fortitudo illius in vmbilico ventri eius. A principali igitur sexu lumborum nomine luxuria designatur cum Dominus dicit: Sint lumbi vestri præcincti. Hæc Gregorius. In quibus verbis manifestè satis admonet, nomine sexu masculini tanquã principalioris fœmineum sexum designari. Potest etiam aliter responderi, & fortè propius ad literæ significationem, vt dicamus illo loco Paulum nec meminisse resurrectionis, sed de perfectione doctrinæ, & agnitione veritatis. Nam postquam dixerat datos B
esse à Christo quosdam Apostolos, quosdam Prophetas, alios Euangelistas, alios doctores ad consummationem sanctorum, in opus ministerij, in ædificationem corporis Christi, statim subdidit: donec occurramus in vnitatem fidei, & agnitionem filij Dei, in virum perfectum, in mensuram ætatis plenitudinis Christi. Quæ verba pertractans beatus Ambrosius in commentariis super epistolas Pauli, hæc ait: Tamdiu dicit manere ordinationem, quam diu cũcti destinati ad vitam, vnius sint fidei. In cognitionẽ Christi ita elaborandum hortatur, vt perfectio fidei apprehendatur. Cuius hæc ratio est, vt Christum perfectum & plenum Deum teneat fides, ne mensura humana metiatur, sed in plenitudine diuinitatis quasi perfectus Deus habetur. Nec enim perfectum dicens virum, temporali ætate & mensura significat, sed per hoc dictum perfectos nos vult fieri in plenitudine intellectus diuinitatis filii Dei. Hactenus
Ambros. Ambrosius. Et ad eundem modum interpretatur Theophylactus illum Pauli locum. Demum opus est vt Ecclesiæ diffinitionẽ de hac re audiamus. Nam inter Ecclesiastica dogmata vnũ de hac re septuagesimo loco habetur, quod tale est. In resurrectione ex mortuis, sexus forma non mutabitur, sed vir mortuus resurget in forma viri, & fœmina in forma fœminæ. Hæc ibi, & de hoc satis. Aduersus hanc hæresim neminem scripsisse scio præter beatum Augustinum, qui libro vigesimosecundo de Ciuitate Dei, capite. 17. paucula quædam disserit.

SACERDOTIVM.

Lutherus VNus ex pernicioſis & execrandis erroribus Lutheri eſt quo docet omnes Chriſtianos eſ- C
ſe ſacerdotes, & omnes Chriſtianos æqualem poteſtatem, nulla ſtatus aut ſexus diſcretione facta. Verùm etſi omnes Chriſtianos dicat eſſe ſacerdotes, docet tamen neminĩ licere illa poteſtate vti niſi per conſenſum communitatis: quia (vt ille ait) quod eſt omniũ communiter, nullus ſingulariter poteſt vſurpare, niſi vocetur. Poteſtas ergo hæc, iuxta Lutheri ſententiam, primò ad communitatem ipſam deriuata fuit, deinde ab ipſa communitate in eum qui ſacerdotio fungeretur. Verba Lutheri in libro de captiuitate Babylonica ſunt iſta. Eſto itaq; certò certus, & ſeſe agnoſcat quicunque ſe Chriſtianũ eſſe cognouerit, omnes nos æqualiter eſſe ſacerdotes, hoc eſt, eandẽ in verbo ſacramento quocũque poteſtatẽ habere. Hæc Lutherus. Et poſteà dicit, nihil eſſe ſacerdotium niſi poteſtatem concionandi, & ſacerdotis officio conſiſtere in ſola doctrina. Sed hic Lutherũ percontari oportet, an ſacerdotium Euangelicum credat eſſe abiectius & vilius, quàm ſacerdotium ve-
Exo. 28. teris legis? Non puto illum adeò inſanire vt inficietur ſacerdotium Euangelicum eſſe multo præſtãtius ſacerdotio Leuitico. At ſacerdotium veteris legis non fuit adeò abiectum & vile, vt omnibus ſine vlla differentia creditum fuerit. In exodo enim legimus Dominum Deum Moyſi hæc verba dixiſſe: Applica quoq; ad te Aaron fratrem tuum cum filiis ſuis de medio filiorum Iſraël, vt ſacerdotio fungantur mihi,
Hebr. 7. Aaron, Nadab, & Abihu, Eleazar & Ithamar filij Aaron: faciéſque veſtem ſanctam Aaron fratri tuo in gloriam & decorem. Ecce vides Aaron & filios eius ſegregatos ex præcepto Domini à tota plebe vt ſacerdotio fungerentur coram eo. Et huic legi conſonat id quod Paulus mirificus legis interpres, in epi- D
ſtola ad Hebræos de Chriſto Saluatore noſtro diſſerens, ait. In quo enim hæc dicuntur, de alia tribu eſt, de qua nullus altario præfuit. Manifeſtum eſt enim quòd ex Iuda ortus ſit Dominus noſter: in qua tribu nihil de ſacerdotibus Moyſes locutus eſt. Ecce Paulum teſtantem, neminem de tribu Iuda, iuxta legis Moſaicæ præceptum, poſſe eſſe ſacerdotem. Et idem teſtimonium dedit propheta Samuel cõtra re-
1. Reg. 17 gem Saul, qui de tribu Beniamin erat. Nam illum grauiter reprehendit propterea quod holocauſtum & pacifica Deo obtuliſſet, ſacerdotis officio functus: pœnamq; illi ob hoc peccatum Deo decretam manifeſtauit, ſic dicens: Stulte egiſti, nec cuſtodiſti mãdata Domini Dei tui, quę præcepit tibi. Quod ſinõ feciſſes, iam nunc præparaſſet Dominus regnum tuum ſuper Iſraël in ſempiternum: ſed nequaquam regnum tuum vltra conſurget: Quæſiuit Dominus ſibi virum iuxta cor ſuum, & præcepit ei Dominus vt eſſet dux ſuper populum ſuum, eo quod non ſeruaueris quæ præcepit Dominus. Et nũc certè videmus

Ducem

Ducem Saxoniæ Ioannem Fredericum ſimili pœna propter ſimile peccatum à Deo punitũ. Nam hic mirum in modum fauit Luthero ſacerdotij Euangelici prophanatori: & ob hoc peccatum, fuit à Carolo Cæſare huius nominis quinto, Hiſpaniarumque rege eiuſdem nominis primo debellatus, & bello captus, maximaque ſuæ ditionis parte ſpoliatus, necnon priuatus in æternum dignitate electoris Imperij. Quæ omnia, Deo ita volente, ſucceſſerunt cõtra communem populi opinionem, propterà quòd cum maior pars Germaniæ eſſet Lutherana hæreſi infecta, ferè tota Germania ſimul cum iſto duce cõtra Cæſarem ob ſolam hæreſis cauſam rebellauerat, & magno exercitu congregato eundem Cæſarem
A à tota Germania profligare voluerat. Deus tamen in cuius manu ſunt omnes bellorum victoriæ, dedit victoriam Carolo Cæſari, & omnes poteſtates, qui duci Saxoniæ adhæſerant, tanquã oues ſine paſtore diſperſit, & illũ in manus Cæſaris tradidit, qui illũ tandem patrimonio & dignitate priuauit, quem ſi etiam vita priuaſſet, nihil ab eodem Cæſare homines verè Chriſtiani meritò deſiderare potuiſſent. Sed hæc, quia ſolùm per occaſionem dicta, miſſa faciamus: & ad ſcopum noſtræ diſputationis reuertamur. *Num.* 4. In libro Numerorũ legimus tribum leuiticam eſſe à Domino peculariter electã ad miniſterium tabernaculi, & filios Caath deſtinatos ad portanda vaſa ſanctuarij inuoluta ab Aaron & filiis eius, vt non tãgerent ea, ne fortè morerẽtur. Quid hic dicet Lutherus? Si tantam reuerentiam Deus præcepit exhiberi vaſis ſanctuarij, vt non ab alio quàm à ſacerdote tangi poſſent, quanto maiorem reuerentiam credendũ eſt nos oportere exhibere ſanctiſsimæ Euchariſtiæ, vt vaſa quibus illa reconditur, ne dicam ipſammet, nõ permittamus ab alio quàm à ſacerdote contrectari? Si enim tãtus honor præſtatur vmbræ, nónne iuſtum eſt vt maiorẽ multò honorẽ tribuamus corpori? Dathan, Chore, & Abiron ob ſorpti ſunt à terra, & *Num.* 16. viui deſcẽderunt vſque ad inferos, eò quòd ſacerdotale officium vſurpare tentarunt, & ducẽti quinquaginta viri illis conſentientes ab igne conſumpti ſunt. Et Oza quoniam extẽdit manum ad arcã Dei, & tenuit eam cõtra ſuę ſortis cõditionem, ſubitò percuſſus eſt à Domino ſuper temeritate ſua, & mortuus 2. *Reg.* 6. eſt ſtatim ibi iuxta arcam Dei. Et Ozias rex Iuda fuit à Domino lepra percuſſus in fronte, eò quòd ſacerdotalis ordinis munus vſurpare præſumpſit, offerendo incenſum ſuper altare thym iamais. Balthaſar rex temulentus bibens ex vaſis aureis & argẽteis quæ Nabuchodonoſor pater eius abſtulerat de tẽ- 2. *Par.* 26 plo Dei quod erat Hieroſolymis, vidit manum ſcribentem in pariete, Mane, Thetel, phares, & eadẽ nocte illo interfecto Darius Medus ſucceſsit in regnũ. *Dan.* 3. Si Dominus tantũ zelatus eſt pro figura, quanto magis zelabitur pro veritate? Vmbram non permiſit tangi niſi à ſolo ſacerdote, & corpus permitter cõtrectari indiſcretè à quolibet? Caueant ergo laici Lutherani, & ad Dominum conuertantur, ne fortè ſicut Dathan, Chore & Abiron viuos illos Dominus in infernum coniiciat. Præterea ſi inſtitutio ordinis ſacerdotalis, & eiuſdem inſtitutionis tempus bene circunſpiciantur, facilè huius rei veritas patebit. Nam ſacerdotes fuerunt à Domino initiati in cœna vltima, quãdo Saluator noſter cum diſcipulis ſuis cœnãs, dixit illis: Hoc facite in meam cõmemorationẽ. Fuerunt autem conſummati in ſacerdotio, cùm poſt re- *Luc.* 22. ſurrectionem dixit eiſdem: Quorum remiſeritis peccata, remiſſa erunt: & quorum retinueritis, retenta *Ioann.* 20 ſunt. At multò antè hæc tempora ipſi diſcipuli Chriſtiani erant, quia iam fuerant Chriſtum per baptiſmum induti, cùm tamen tunc non erant ſacerdotes. Non ergo (vt Lutherus ait) in baptiſmo efficitur quiſque ſacerdos: nec oportet vt eo ipſo quo aliquis eſt Chriſtianus, ſit etiam ſacerdos, qui poteſtatem habeat ſupra corpus Chriſti verum & myſticum, hoc eſt, poteſtatem conſecrandi & abſoluendi. Rurſum, beatus Paulus Timotheo ſcribens, ait: Noli negligere gratiam quæ in te eſt, quæ data eſt tibi per *1. Tim.* 4. prophetiam cũ impoſitione manuum presbyteri. Vel (vt Eraſmus apertius tranſtulit) autoritate ſacerdotij. Et iterum ad eundem Timotheum: Vt reſuſcites (inquit) gratiam quæ eſt in te per impoſitionem manuum mearum. Ex quibus Pauli locis, duo aduerſus Lutherum colligimus. Vnum, quòd Timotheus fuerit ſacerdos ordinatus à Paulo. Alterũ, quòd talis ordinatio fuerit facta per autoritatẽ ſacerdotũ & nõ (vt Lutherus ait) per cõſenſum plebis. Et ad Titũ ſcribẽs, ait: Huius rei gratia reliqui te Cretæ, *Titum.* 1. vt ea quę deſunt corrigas, & cõſtituas per ciuitates presbyteros, ſicut & ego diſpoſui tibi. Si omnes Chriſtiani ſunt ſacerdotes: nõ erat neceſſarium relinquere Titũ Cretę ad conſtituendos presbyteros per ciuitates. Aduerte etiam qualiter Titus fuerit ordinatus à Paulo, & officium ſacerdotale exercuerit Cretæ ex ſolo iuſſu Pauli, & non ex conſenſu aut conceſsione populi. Sicut & ego (inquit Paulus) diſpoſui tibi. Deinde in epiſtola ad Hebræos idem Apoſtolus ait: Nec quiſquam ſumit ſibi honorem, ſed qui vo- *Heb.* 5. catur à Deo tanquã Aaron. At Aaron non à plebe fuit vocatus aut inſtitutus ſacerdos, ſed à Deo, neque à plebe fuit ſacerdotium deriuatum. Multò ergo minus erit ſacerdotium Euangelicum à plebe deriuatum: cùm hoc ſit multò auguſtius illo. Et in priore epiſtola ad Corinth. idem Apoſtolus enumeratis of-
C ficia à Chriſto in eccleſia diuiſa, ait: Et quoſdam quidem poſuit Deus in eccleſia, primò Apoſtolos, ſecundò Prophetas, tertiò doctores, deinde virtutes, exinde gratias curationum, opitulationes, gubernationes, genera linguarum, interpretationes ſermonũ. Quòd ſi vnuſquiſque omnia poteſt (vt ait Lutherus) fruſtra tot diſtribuit officia. Ideo meritò ibidem ſubiungit Paulus. Nunquid omnes Apoſtoli? Nũquid omnes prophetæ? Nunquid omnes doctores? Nunquid omnes virtutes? Nunquid omnes gratiam habent curationum? Nunquid omnes linguis loquuntur? Nunquid omnes interpretantur? Ecce, iuxta Pauli ſententiam, non omnes doctores, non omnes prophetæ, non omnes interpretantur: vnde colligitur vt etiam non omnes ſint ſacerdotes: præſertim quum, iuxta Lutherum, ſacerdotium nihil aliud ſit quàm poteſtas concionandi. *1. Cor.* 12.

Deinde ipſa ratio excellentiſsimi ſacrificij quod eſt in Eccleſia Catholica, cogit vt ad illius oblationem faciendam aliquis ſit deſtinatus ſacerdos qui ſit à reliquo populo diſtinctus. Mam & gentiles hoc intellexerunt, qui ad oblationem eorum ſacrificiorum quæ diis ſuis ſacrificabant & offerebant, peculiares ſemper habuerunt ſacerdotes à reliquo populo diſtinctos. Neque hoc ſacerdotii munus o-

mnibus passim commissum esse voluerunt. Cùm ergo Ecclesia excellentissimum omnium habeat sacrificium, conuincitur inde vt optimum etiam habeat sacerdotium à populo distinctum. Lutherus tamen negat missam esse sacrificium, sed de hoc suprà in titulo de Missa, disputauimus. D

Admoneo tamen lectorem, ne ex hoc argumento quod nunc à sacerdotio gentilium formaui, existimet me gentilium sacerdotia probare: & ideo illa in exemplum proposuisse. Absit à me talis cogitatio. Non enim sum tam delyrus aut tam rudis, vt non optimè intelligam omnia illorum sacrificia fuisse sacrilega, & omnem illorum sacerdotum ritum fuisse sacrilegum, & superstitiosum. Sed hoc malum inde proueniebat, quod verum Deum ignorabant & sacrificia illa sua offerebant nõ vero Deo, sed dæmonibus quos putabant esse deos. Laudo igitur gentiles, in hoc tamen non laudo quod diis sacrificabant, sed in hoc quòd sic sacrificantes non permiscuè & sine vllo personarum discrimine per quemlibet ex populo hoc fieri permittebant. Nam lumine quodam naturalis rationis illustrati omnes intellexerunt, summos honores esse Deo impendendos, & sacrificia Deo offerenda, quæ non per quemlibet hominem offerenda esse consueuerunt: sed per peculiares aliquos probatæ virtutis viros ad hoc munus obeundum potissimum addictos. Hoc autem ita esse, tum ex libris gentilium, tum etiã
Gene.47. ex sacra scriptura constat, quæ dicens totam terram AEgypti propter nimiam frumenti penuriam, factam esse Regi Pharaoni tributariam, eó quòd fame cogente omnes vendebant possessiones suas Regi: terram sacerdotalem excepit, dicens: Præter terram sacerdotum, quæ à Rege tradita fuerat eis. Et postea enarrans sacra scriptura, quod Regibus quinta pars frugum dabatur in tributum, etiam terram sacerdotum excepit, dicens: Absque terra sacerdotali quæ libera ab hac conditione fuit.

Ad hunc ergo solùm finem hoc gentilium exemplum adducimus, vt ex hoc quod omnes homines vbique gentium, & omni tempore, & omni lege semper fecerunt, conuincamus hoc esse naturali A
rationis lumine cognitum, non quoslibet sine discrimine debere esse sacerdotes Dei: sed aliquos à reliquo populo diuisos, qui hoc munus obirent. Et hinc meritò reprehendimus eos, qui sacerdotium Euangelicum prophanantes contendunt, illud omnibus sine vllo discrimine esse commune. Ad eundem enim modum olim Deus, vt Iudæos de inconstantia reprehenderet, gentiles in exemplum ad-
Hiere. 2. duxit, sic per Hieremiam dicens: Transite ad Insulas Cethin & videte: & in Cedar mittite & considerate vehementer, & considerate si factum est huiusmodi: si mutauit gens deos suos, & certè ipsi non sunt dij. Populus verò meus mutauit gloriam suam in idolum.

His verbis, vt manifestum est, Deus non probauit idola gentium, nec venerationem in idolorũ, quę apertè declarauit non esse deos: sed gentilium constantiam, qua perpetuò coluerunt eos quos semel crediderunt esse deos, obiecit Iudæis, vt ex illa posset meritò Iudęorum leuem mutabilitatem reprehendere, qui verum Deum multis nominibus agnoscentes, defecerunt ab eo, & ad Deos alienos, qui dij non erant, transierunt. Hoc exemplum Dei ego imitatus, ex religione gentilium, quæ vbique & omni tempore fuit apud eos, vt sacerdotium non omnibus sine vllo discrimine facerent commune, meritò conuinci posse existimaui Lutheranos, qui sacerdotium Euangelicum, quod est omnibus aliis multò excellentius, asserunt esse commune omnibus cuiuscunque conditionis & ætatis hominibus: neque solum viris, sed etiam mulieribus, quod est hactenus inauditum. Præterea, si omnes Christiani sunt sacerdotes, consequens est vt nullum sit legis Euangelicæ peculiare sacerdotium: quia quodcunque illud esse dicatur, omne illud reperietur fuisse in lege Mosaica. Hoc Lutherus concedens, cogetur etiam fateri nullam esse paculiarem legem pro tempore gratiæ: quia sacerdotium, & lex sunt sibi inuicem adeò connexa, vt altero sublato necesse sit tollere reliquum: & altero posito necesse sit al- B
terum sequi. Nam hac ratione motus Paulus, dixit: Translato sacerdotio, necesse est vt legis translatio
Heb.7. fiat. Ergo si nullum est tempore gratiæ peculiare sacerdotium, nulla etiam erit lex pro hoc tempore peculiaris. Lutherus tamen adeò desipuit, vt hoc fateri non erubescat dicens, nullam esse peculiarem legem in Euangelio: sed contra hunc errorem iam superius disputauimus in titulo de præcepto, hæresi prima: & ideo non est opus nunc denuò contra illam pugnare.

Rursum ex verbis quæ Christus post resurrectionem dixit Apostolis simul congregatis, conuinci
Ioan. 20. potest sacerdotalem potestatem non omnibus esse communem. Hæc enim dixit illis: Accipite Spiritum sanctum, quorum remiseritis peccata remittuntur eis: & quorum retinueritis, retenta sunt. In quibus verbis aliqua annotare oportet, quæ sunt digna consideratione. Primum est quod ait: Accipite Spiritum sanctum. Non autem dedit tunc Spiritum sanctum ad miraculorum operationem: quia illud sancti Spiritus donum iam illis dederat, quando illos ad prædicandum miserat. Tunc enim, vt
Luc.9. Lucas testatur, dedit illis virtutem & potestatem super omnia dæmonia, & vt langores curarent.

Nec dedit Spiritũ sanctum ad sanctificationem illorum, & Ecclesiæ illuminationem: quia hoc modo datus fuit illis in die Pentecostes. Dedit ergo illis Spiritum sanctum in die resurrectionis: quia tunc dedit illis potestatem remittendi peccata. Nam remissio peccatorum etsi à tota trinitate detur hominibus, tamen peculiari quadam ratione tribuitur Spiritui sancto, sicut illi etiam peculiariter attribuitur bonitas quæ tribus est communis. Potestas autem remittendi peccata, iudiciaria quædam potestas est, ad cuius executionem necessarium est, duas saltem esse personas, altera quæ sit reus peccatis obnoxius: altera quæ sit iudex illum à peccato absoluens. Et inde colligitur non omnes esse sacer- C
dotes, sed alterum esse sacerdotem, & alterum esse reum. Fortè dicet Lutherus, vtrunque alteri pec-
Iacob. 5. cata remittere. Sed si ita res haberet, dicere debuisset Christus, Remittite inuicem, prout Iocobus orationem commendans, dixit: orate pro inuicem. Est adhuc aliud in illis verbis considerandum, quod cùm Christus verba illa dixit, nulla aderat mulier, imò nec alij viri quàm Apostoli: & inde cõuincitur vt

potestas

poteſtas illa remittendi peccata nõ omnibus hominibus, ſed ſolis Apoſtolis, & illis ad quos poſtea per Apoſtolos fuit deriuata, intelligatur eſſe conceſſa: nam quoties per aliquod ſignum ſenſibile diuinitus conceditur aliquod munus, illis tantum credendum eſt fuiſſe conceſſum, in quos ſignum illud ceciderit, & non cæteris abſentibus. Nam gratia baptiſmi non conceditur niſi illis tantum, quod loti ſunt aqua. Sacramentum Euchariſtiæ ex eo tantum pane & vino conficitur, ſuper quæ conſecrationis verba fuerunt prolata. Ergo poteſtas illa remittendi peccata, illis ſolis duntaxat credenda eſt fuiſſe tradita, ſu per quos cecidit ſignum ſenſibile illius traditionis. At ſignum ſenſibile illius traditionis, quod fuit flatus Chriſti, in ſolos Apoſtolos cecidit cùm inſuflauit eis, dicens: Accipite Spiritum ſanctum, quorum remiſeritis peccata, remittuntur eis, & quorum retinueritis, retenta ſunt. Soli igitur Apoſtoli tunc illam poteſtatem receperunt, & inde alij, quibus ipſi, aut epiſcopi ipſorum ſucceſſores illam conceſſerunt.

Sed fortè hic aliquis mihi obiiciet, quod ſi hoc argumentum alicuius eſſet valoris, probaret etiam Thomam vnum de duodecim Apoſtolis non habuiſſe poteſtatem remittendi peccata, & per conſequens non habuiſſe plenam ſacerdotis poteſtatem, nec fuiſſe perfectum ſacerdotem: quia, vt Ioannes teſtatur, *Ioan. 20*
D Thomas non erat cum aliis Apoſtolis quando Chriſtus apparuit illis, & dixit illis prædicta verba, quibus conceſsit illis poteſtatem remittendi peccata. Hanc difficultatem mouit olim Cyrillus, & illi reſpõdit, dicens: Omnes duodecim Apoſtolos fuiſſe à Deo electos, vt principes eſſent ſuper omnem terram & poteſtatem haberent tanquam illius miniſtri, remittendi & retinendi peccata. Chriſtus igitur, cuius potentia non præſcribitur loco, nõ indiguit præſentia Thomæ, vt hanc illi poteſtatem ſimul cum aliis concederet. Illud ergo quod omnibus dare decreuerat, Thomæ quamuis abſenti donauit, quando aliis omnibus donauit. Neque hoc cuiquam debet videri difficile, cùm certò cõſtat, aliud ſimile in tempore veteris legis præceſsiſſe. Nam præcepit Dominus Moyſi congregare ſeptuaginta virõs ex ſenibus Iſraël, vt illis daret Deus de ſpiritu eiuſdem Moyſi, ſi ad ſuſtentandum ſimul cùm eo onus populi, *Num. 11.* quod Moyſes ſolus ferre non poterat. Venit igitur Moyſes, & narrauit populo verba Domini, congregans ſeptuaginta de ſenibus Iſraël quos ſtare fecit circa tabernaculum. Deſcenditque Dominus per nubem, & locutus eſt ad eum auferens de ſpiritu qui erat in Moyſe, & dans ſeptuaginta viris. Cúmque requieuiſſet in eis ſpiritus, prophetauerunt nec vltrà ceſſauerunt. Remanſerunt autem in caſtris duo viri, quorum vnus vocabatur Eldad, & alter Medad, ſuper quos requieuit ſpiritus. Nam & ipſi deſcripti fuerant, & non exierant ad tabernaculũ. Cumque prophetarent in caſtris, cucurrit puer & nunciauit Moyſi, dicens: Eldad & Medad prophetant in caſtris. Statim Ioſue filius Nun, miniſter Moyſi, & electus è pluribus, ait: Domine mi Moyſes prohibe eos. At ille. Quid, inquit, æmularis pro me? Quis tribuat, vt
A omnis populus prophetet, & det ei Dominus ſpiritum ſuum? Sic hæc omnia olim contigiſſe ſacra narrat hiſtoria, non eſt vlla iuſta cauſa, vt quis dubitet Chriſtum Saluatorem noſtrum dediſſe Thomæ abſenti, ſed ab eo electo ſpiritum ſuum, quemadmodum olim Eldad & Medad abſentibus, quia ad hoc electi erant, dederat ſpiritum ſuum. Nam quos deus ad muneris alicuius functionem elegit, etiam ſi abſentes corpore ſint à comitatu & congregatione illorum, quibus munus ſuum donat, nihilominus tamen recipiunt perinde ac alij: quia etſi aliis ſociis abſentes ſint, Deo tamen qui vocat ea quæ non ſunt tanquam ea quæ ſunt, & cui nulla eſt inuiſibilis creatura, abſentes eſſe non poſſunt. Accedit ad hæc omnia, quod iuxta Lutheri doctrinam, oportet fateri Eccleſiam eſſe miſerrimam quandam rempublicam, in qua peſſima omnium eſſet politia qualis nulla vnquam fuit, etiam apud rudes & barbaras nationes. Nam ſi Eccleſia illa eſſet ordinata atque diſpoſita, vt Lutherus contendit, nulla eſſet Hierarchia in ea, nullúsque ordo: ſed omnia eſſent confuſa, eſſétque Eccleſia velut altera Babylon: quoniam nullus in ea, in ijs quæ pertinent ad ſpiritum, & quæ propriè ſunt ipſius Eccleſiæ, alteri ſubderetur: ſed omnes eſſent ſibi æquales. Nam Lutherus negat Romanum Epiſcopum eſſe ſummum Eccleſiæ pontificem: & dicit omnes epiſcopos eſſe pares, negátque aliquem eſſe quouis alio ſuperiorem. Dicit inſuper epiſcopos non eſſe ſuperiores aliis presbyteris, ſed omnes ſacerdotes eſſe pares epiſcopis. Nunc tandem ait, omnes Chriſtianos eſſe ſacerdotes. Ex quibus omnibus euidenter colligitur omnes Chriſtianos eſſe Epiſcopos, & nullum Chriſtianum in iis quæ ſunt ſpiritualia, & quæ ad Eccleſiam pertinent, eſſe alio ſuperiorem. Erit igitur hoc modo Eccleſia, tanquam grex ſine paſtore, aut regnum ſine rege, aut quiuis populus ſine gubernatore. Fieret itaque neceſſariò in Eccleſia, quod Solomon ait: Vbi non eſt gubernator, populus corruet. In cœleſti illa Eccleſia beatorum angelorum, non omnes ſunt æquales: ſed multi in ea ſunt ordines dignitate & potentia differentes, quorum primus & infi- *Prouer. 11*
B mus eſt angelorum, & ſecundus iſto ſuperior dicitur archangelorum, & ſic deinceps vſque ad vltimum & ſupremum ordinem, qui dicitur Seraphin. De quibus omnibus diſſerit Dionyſius Areopagita in libro de cœleſti Hierarchia. Ad exemplum illius cœleſtis Eccleſiæ, vt idem Dionyſius in libro de Eccleſiaſtica Hierarchia docet, formata eſt hęc Eccleſia militans, ita vt etiam diuerſi ſint in hac ordines, perinde ac in illa. Et ideo in illo eodem libro diuerſos eccleſiæ ſtatus explicans, dicit ſupremum in Eccleſia principatum habere pontificem: ſub illo conſtituit ſacerdotes: iſtis ſubiicit alios miniſtros, quos diaconos nuncupant: poſtremum denique locum dicit tenere plebem iſtis miniſtris ſubiectam. Propter hanc enim ſimilitudinem iſtius Eccleſiæ inferioris ad illam ſuperiorem, dicit Bernardus libro tertio de conſideratione ad Eugenium prope finem, Ioannem in Apocalypſi dixiſſe, ſe vidiſſe ſanctam ciuitatem Hieruſalem nouam deſcendentẽ de cœlo. Verba Bernardi ſunt hæc. Nec vilem reputes formã *Apoc. 21.* hanc, quia quæ in terra eſt, exemplar habet è cœlo. Neque enim filius poteſt facere quidquam niſi quę *Bernard* viderit patrem facientem, præſertim cum ei ſub Moyſi nomine dictum ſit. Vide omnia facias ſecundum exemplar, quod tibi in monte monſtratum eſt. Viderat hoc qui dicebat. Vidi ciuitatem ſanctam, *Exod. 25.* Hieruſalem nouam, deſcendentem de cœlo, à Deo paratam. Ego enim propter ſimilitudinem di-

ctum reor, quod ſicut illic Seraphin & Cherubin, ac cæteri quique vſque ad angelos & archangelos ordinantur ſub vno capite Deo: ita hic quoque ſub vno ſummo pontifice, primates vel patriarchæ, archiepiſcopi, epiſcopi, presbyteri vel abbates, & reliqui in hũc modũ. Hæc Bernar. qui ſatis apertè declarat ex Dei inſtitutione non omnes Chriſtianos eſſe ſacerdotes, neque omnes epiſcopos, ſed diſtinctionem & ordinem eſſe inter illos: quemadmodum eſt inter ſuperiores ſpiritus diſtinctio & ordo, ita vt non omnes ſint Cherubin, neque omnes Seraphin, aut throni, aut dominationes.

Poſſem ego hic pro huius rei confirmatione plura ſacrorum doctorum citare teſtimonia, ſed prudens omitto, eò quòd ſacræ ſcripturæ teſtimonia, quæ protulimus, ſunt ſatis aperta. Vnum tamen ſolùm citabo Tertullianum, & alterum Cyprianum, vt ex eis pateàt quàm vetuſta ſit hæc Lutheri hæreſis. Nam in libro de præſcriptionibus hæreticorum, illorum mores deſcribens, illóſque reprehendens, ſic ait: Ordinationes eorum temerariæ, leues, inconſtantes. Nunc neophytos collocant, nunc ſeculo obſtrictos, nunc apoſtatas noſtros, vt gloria eos obligent, quia veritate nõ poſſunt. Nuſquã facilius proficitur quàm in caſtris rebelliũ, vbi ipſum eſſe illic, promereri eſt. Itaq; alius hodie epiſcopus, cras alius: hodie diaconus, qui cras lector: hodie presbyter, qui cras laicus. Nã & laicis ſacerdotalia munera iniungunt. Hæc Tertullianus. Ex cuius verbis hoc vltimum eſt aduertendum, quod reprehendens ait hæreticos iniungere ſacerdotalia munera laicis. Si ergo hic eſt hęreticorum mos, hoc debuit Lutherus etiam facere, vt à moribus hæreticorũ parentũ ſuorũ non eſſet alienus. Idem ferè ait Cyprianus in epiſtola nona libri tertij epiſtolarum, quæ eſt ad Rogatianum epiſcopum, cui ſcripſit de quodam diacono, qui eidem Rogatiano ſuo epiſcopo rebellis fuerat. In qua poſtquàm veteris & noui teſtamenti quàm plurimis teſtimoniis oſtendit, quanto honore digni ſunt ſacerdotes, hęc ait. Meminiſſe autẽ diaconi debent, quoniam Apoſtolos, id eſt epiſcopos & præpoſitos Dominus elegit: Diaconos autem, poſt aſcenſum Domini in cœlos, Apoſtoli ſibi conſtituerunt, epiſcopatus ſui & Eccleſiæ miniſtros. Quod ſi nos aliquid audere contra Deum poſſumus, qui epiſcopos facit: poteſt & hic contra nos audere, à quibus diaconi fiunt. Et ideo oportet diaconum, de quo ſcribis, agere audaciæ ſuæ pœnitentiam, vt honorẽ ſacerdotis agnoſcat, & epiſcopo præpoſito ſuo plena humilitate ſatisfaciat. Hæc ſunt enim initia hæreticorum, & ortus atque conatus ſchiſmaticorum malè cogitantium, vt ſibi placeant, vt præpoſitum ſuperbo tumore contemnant. Sic de Eccleſia receditur, ſic altare prophanum foris collocatur: ſic contra pacem Chriſti & ordinationem, atque vnitatem Dei rebellatur. Hæc Cyprianus. In quibus verbis, præter id quod ſacerdotes dixit eſſe ex Dei inſtitutione diaconis ſuperiores, hoc potiſsimum annotare oportet quod ait, tales rebelliones eſſe hæreticorũ initia: Quam ſententiam veram eſſe, ipſius hęreſeos Lutheranæ initium, progreſſus & exitus docuit. Aduerſus hanc hæreſim pugnant ea quę ſuprà in titulo de ordinis ſacramento, & in titulo de mulieribus digeſsimus. Sunt etiam aduerſus eam plurimorum conciliorum decreta. Concilium Carthaginenſe quartum præſcribit modum quo aliquis ſit in presbyterum ordinandus. At ſi omnes Chriſtiani (vt Lutherus ait) ſunt ſacerdotes, ſuperflua eſſet talis ordinatio. Concilium Lateranenſe ſub Innocentio tertio celebratum, de ſacramento Euchariſtiæ loquens, ita definit: Et hoc vtique ſacramentũ nemo poteſt conficere niſi ſacerdos qui ritè fuerit ordinatus ſecundum claues Eccleſiæ, quas ipſe cõceſſit Apoſtolis & eorum ſucceſſoribus Ieſus Chriſtus. Hæc Conciliũ Lateranenſe. Hoc autem decretum habetur in libro epiſtolarum decretalium in titulo de ſumma trinitate & fide Catholica, cap. 1. Concilium Remenſe, capite 2. ſuorum decretorum per hæc verba definit: Peruenit ad notitiam noſtram, quòd quidam presbyteri in tãtum paruipendant diuina myſteria, vt laico aut fœminæ ſacrum corpus Domini tradant ad deferendum infirmis: & quibus prohibetur ne ſacrarium ingrediantur, nec ad altare appropinquent, illis ſancta ſanctorum committũt. Quod quàm ſit horribile, quámque deteſtabile, omnium religioſorum animaduertit ptęcellentia. Igitur interdicit per omnia ſynodus, ne talis temeraria præſumptio vlterius fiat, ſed omnimodo presbyter per ſemetipſum infirmum communicet, quòd ſi aliter fecerit, gradus ſui periculo ſubiacebit. Hæc Concilium Remenſe. Et habentur hæc verba in volumine decretorum de conſecratione diſtinctione ſecunda, in capitulo, Peruenit. Quod ideo præmonui, quia illius concilij decreta nõ habẽtur in eo volumine, in quo ſunt aliorum conciliorum decreta congeſta per Iſidorum. Ex huius autem concilij verbis patet non ſolùm eſſe interdictam fœminis & laicis corporis Dominici conſecrationem, ſed eiuſdem corporis cõtactũ: & hoc dicit eſſe horribile & deteſtabile, vt fœminę & laici ſacrũ Domini corpus cõtrectent. Quid igitur dicturum eſſet concilium, ſi audiret laicos tentantes idem Domini corpus conſecrando conficere? Non eſt dubium quin atrociorem punitionem in eos excercuiſſet. Sed iam opus eſt vt videamus quo argumento ſuum confirmet propoſitum Lutherus. Sic enim ait: Omnes ſumus ſacerdotes ſecundum illud Petri: Vos eſtis genus electũ, regale ſacerdotium. Sed alius alio non poteſt magis eſſe ſacerdos, quẽadmodum alius alio non poteſt eſſe magis homo: igitur ſacerdotes qui vocantur, nihil aliud ſunt quàm laici quidam ſolo vel conſenſu populi, vel epiſcopi vocatione non abſque populo delecti ad concionãdum: & ordo nihil aliud eſt quàm merum ſine ſacramento miniſterium. Hæc Lutherus. O fortem argumentatorem. O alterum Ariſtotelem. Si nihil eſt ſacerdotis officium, quia omnes vocantur ſacerdotes: oportebit te eadem ratione fateri, vt Chriſtus nihil ſit ſupra quenquam eorum de quibus dictum eſt: Nolite tangere Chriſtos meos. Prætereà, ſi iuxta Petrum omnes ſunt ſacerdotes, nónne iuxta eundem omnes etiam ſunt reges? Vos eſtis (inquit) genus electum, regale ſacerdotium. Non qualecunque ſacerdotium, ſed regale: vt oſtenderet eos eſſe reges, perinde ac ſacerdotes. Et viginti quatuor ſeniores qui figuram tenent iuſtorum, in Apocalypſi Ioannis clamabant, dicentes. Feciſti nos Deo noſtro regnũ & ſacerdotes, & regnabimus ſuper terrã. Si ergo nihil magis eſt ſacerdos ritè ordinatus, quàm quilibet Chriſtianus, quia omnes dicuntur ſacerdotes: oportet etiã vt nihil magis habeat Rex quã quilibet alius Chriſtia-

Tertul.

Cyprianꝰ

Cõcilium Carthaginenſe.

Cõcilium Lateranẽſe.

Cõcilium Remenſe.

1. Pet. 2.

Pſal. 104

Apoc. 5.

C

D

A

B

Christianus, qua omnes etiam dicuntur reges. Quò fiet vt nemo sit rex Luthero, sicut nemo est illi sacerdos. Rursum, si propter illa Petri verba oportet fateri omnes Christianos esse veros sacerdotes, oportebit etiam dicere omnes Iudæos fuisse sacerdotes, cùm in Exodo dictum sit à Domino: Si audieritis vocem meam, & custodieritis pactum meum, eritis mihi in peculium de cunctis populis. Mea est enim omnis terra, & vos eritis, mihi in regnum sacerdotale, & gens sancta. Cùm ergo apertissimè constet non omnes Iudæos fuisse sacerdotes, quamuis fuerint à Deo vocati regnum sacerdotale, conuincitur vt etiam non oporteat Chrystianos omnes esse sacerdotes, quamuis eos Petrus vocauerit regale sacerdotium. Verùm superest vt nos verum illius literæ sensum ostendamus. Iuxta Bedæ sententiam ideo vocati sunt à Petro omnes Christiani sacerdotes, quia vniti sunt Christo qui est rex & sacerdos. Didymus Alexandrinus in expositione quæ eius nomine super septem epistolas canonicas circunfertur, dicit Christianos dici genus electum, regale sacerdotium, quia eorum pater, videlicet Christus, est rex, & sacerdos. Nam postquam ostendit Christum esse regem & sacerdotem, hæc verba subiungit: His itaque dispensatis necessarium erat dispersos ab eo qui simul rex & sacerdos est, electum esse genus, & regale simul atque sacerdotale. Patre siquidem eorum vtrunque habente principatum, necesse est eos tanquam ex rege regale, & tanquam ex sacerdote sacerdotale esse genus. Quapropter gens sancta dicuntur vocati ab eo, qui sanctus est, vt sancti sint. Hæc Didymus.

Exod.19. *Beda.* *Dydimus.*

Possent huic literæ aliæ dari interpretationes, sed eas omitto, quoniam expositio Didymi, mea sententia, reliquas omnes excellit, eò quòd est literæ germanior. Obiicit etiam nobis Lutherus, in libro suo de missa abroganda, hæc dicens: Ad sacerdotes Ecclesiasticos & nouæ legis potissimum spectat ministerium docendi verbum Dei, teste Malachia propheta, cum ait: Labia sacerdotis custodiunt scientiam & legem requirent ex ore eius: quia angelus Domini exercituum est. Atqui officium docendi verbum Dei ad omnes promiscuè spectat, etiam laicos & mulieres. Siquidem Apostolus de omnibus loquens Christianis, scribit ad Corinthios. Fiduciam talem habemus per Christum ad Deum, non quod sufficientes simus cogitare aliquid à nobis, quasi ex nobis, sed sufficientia nostra ex Deo est: qui & idoneos nos fecit ministros noui testamenti, non litera sed spiritu. Et beatus Petrus ad omnes in Christum credentes, quibus suam dirigit primam epistolam, verba faciens, ait: Vt virtutes annuntietis eius, qui de tenebris vos vocauit in mirabile lumen suum. Rursum, Paulus ad fideles Corinthios verba dirigens, inquit: Potestis enim omnes, per singulos prophetare, vt omnes discant & omnes exhortentur. Hæc Lutherus. Sed in hac sua argumentatione operam & oleum perdidit, propterea quòd vtraque pars sui assumpti est falsa. Primò quidem falsum est quod ait, potissimum sacerdotis officium esse prædicare verbum Dei. Hoc enim non ad omnes sacerdotes spectat, sed ad illos solos qui curam animarum habent, tanquam pastores illarum, & ideo tenentur pascere illas doctrina verbi Dei, & de his solis est locutus Malachias. Et de his solis dixit Paulus: Qui bene præsunt presbyteri, duplici honore digni sunt, maximè qui laborant verbo & doctrina. Aliqui sunt ergo presbyteti, qui non laborant doctrina. Alioqui non fuisset opus, illos qui verbo & doctrina laborant, magis commendare. Illi autem ad quos spectat laborare verbo & doctrina, satis innuit esse illos qui præsunt. Ad alios verò qui pastores animarum non sunt, quales sunt multi sacerdotes, non spectat prædicare verbum Dei: Et inde conuincitur, non esse potissimum sacerdotis officium, prædicare verbum Dei, nec in eo opere consistere ministerium sacerdotale. Omnis nanque pontifex ex hominibus assumptus, aut Paulus pro hominibus constituitur in iis quæ sunt ad Deum, vt offerat dona & sacrificia pro peccatis. Ex quibus verbis constat, officium sacerdotale esse offerre, & non docere. Nam hac sola ratione Paulus in illo loco probat Christum esse sacerdotem, quia obtulit, non quia docuit. Deinde, non omnes doctores legis veteris erant sacerdotes, neque è contrario: ergo nec in lege Euangelica.

Lutherus. *Malac.2.* *1.Cor.3.* *1.Pet.2.* *1.Tim.5.* *Heb.5.*

Apostoli siquidem à Christo ordinati fuerunt sacerdotes primò in cœna, quando dedit illis potestatem conficiendi ex pane & vino corpus & sanguinem suum, & postremò consummauit in resurrectione, quando dedit illis potestatem remittendi peccata. Ante tamen hoc tempus missi fuerunt ad prædicandum, vt constat ex Matthæo & Luca. Philippus etiam prædicabat Samariæ, vt in Actis Apostolorum refert Lucas, & hic neque episcopus neque sacerdos erat, vt ex eadem historia constat: quoniam aliàs non fuisset opus mittere ad Samaritanos Petrum & Ioannem, si Philippus potuisset omnia sacerdotis officia exercere. Falsa est etiam alia pars quam assumpsit Lutherus in sua argumẽtatione dicens, officium docẽdi verbum Dei, ad omnes promiscuè spectare: etiam laicos & mulieres. Nam superius in titulo de prædicatione apertè probauimus hæreticam esse hãc sententiam, neminique licere absque missione prædicare verbũ Dei, prout Paulus docet, sic inquiens: Quomodo prædicabunt, nisi mittantur? Quod autem mulieribus docendi potestatem tribuat, manifesta est adulatio, qua illis placere voluit, vt vel hac ratione illas quas ardẽter amabat, in sui amorem alliceret. Nam Paulus hoc mulieribus prohibet, sic dicens: Mulier in silentio discat, cum omni subiectione. Docere autem mulierem nõ permitto. Lutherus tamen hanc Pauli sententiam sciens sibi aduersari, illam à mente Pauli in alium sensum detorquet, sic in prædicto libello dicens: Quamuis secundum sententiam Pauli, vbi viri sunt loquendi officio fungentes, non debent mulieres loqui: attamen nullis loquentibus viris, necesse est vt mulieres loquantur. Hæc Lutherus. Hanc esse falsam interpretationem, & à mente Pauli longissimè distantem, facilè constare potest, si consideremus causam propter quam Paulus mulierem docere nõ permittit. Non est enim causa virorum absentia, sed timor seductionis, quia videlicet mulier facilè seduci potest: & hoc facilius contingere potest viro absente, quàm si vir esset præsens, à quo admoneri posset. Hoc enim contigit Euæ, quæ viro presente non fuit seducta, sed viro absente. Ideo Paulus postquam dixit se non admittere, vt mulier doceat, statim subdidit: Adam enim primus formatus est, deinde Eua.

Matt.10. *Luc.10.* *Acto.8.* *Roma.10.* *1.Tim.5.* *Lutherus.*

Theophy. Et Adam nõ eſt ſeductus, mulier autem ſeducta in præuaricatione fuit. Quæ verba Theophylactus interpretans, ait: Quia ſemel mulier virum edocuit, & cuncta peruertit, idcirco nequaquam hæc habeat velim docendi de cætero poteſtatem. Eſt namque mulier natura leuior, & facilè fallitur. Aduerte autem quemadmodum non Euam dixerit deceptam eſſe, ſed mulierem, tanquam de ipſo muliebri genere diſſeruiſſet. Nam quemadmodum natura omnis humana in Adam perdita eſt, ſic & per Euam in omne fœmineum genus delapſa eſt leuitas, qua & præuaricatio ipſa primùm Euam inuaſit. Hæc Theophylactus. Leuior igitur & leuiſſimus merito cenſendus eſt Lutherus, qui mulieribus natura leuiſſimis, & ad deceptionem paratiſſimis, docendi poteſtatem tribuit. Sed videamus quàm falſis argumẽtis probare conetur Lutherus, omnibus Chriſtianis eſſe commiſſam poteſtatẽ prædicandi verbum Dei.

1.Cor.3. Illud enim quod citat ex poſteriore ad Corinthios epiſtola, Idoneos nos fecit miniſtros noui teſtamenti, non de omnibus Chriſtinis eſt intelligendum, ſed de ipſo ſolo Paulo, & aliis Apoſtolis prædicationis Euangelicæ conſortibus. Nam hi ſoli facti fuerunt à Chriſto miniſtri noui teſtamenti, alii verò qui poſtea fuerunt eiuſdem prędicationis miniſtri, nõ ab ipſo Chriſto immediatè, ſed ab hominibus illud miniſterium ſuſceperunt. Et huic iuterpretationi fauet Ambroſius, qui in commentariis ſuper Paulum,

Ambro. prædicta Pauli verba interpretans, ait: Quamuis præferat Apoſtolicam dignitatem, in Die tamen laudem prorumpit, non iſtud meritis humanis aſcribens, ſed eius gratiæ, qui dignatus eſt pro vita humana ſalutarem prædicationem ordinare, quæ quos lex vetus reos tenebat, ſaluaret data remiſſione peccatorum per Ieſum Chriſtum Dominum noſtrum. Hęc Ambroſius. In quibus verbis id potiſſimum an-

Anſelm⁹. notandum eſt, quod ait Paulum per illa verba præferre Apoſtolicam dignitatem, & non omnes Chriſtianos. Ambroſio conſentit Anſelmus, qui eadem Pauli verba interpretans, ait: Incipit ſe nunc alio modo quàm ſuperius cõmendare, vt & pſeudoapoſtolos deformet, innuẽs eſſe miniſtros veteris teſtamenti, dum oſtendit ſe miniſtrum eſſe noui. Hæc Anſelmus. Et certè quamuis iſti duo illuſtres viri hoc nobis non declaraſſent, ipſe tamen Paulus ſatis fuiſſet clarus ex iis quæ à principio capituli dixerat, quæ non ad omnium Chriſtianorum, ſed ad ſolam ſui commendationem conſtat fuiſſe dicta. Incipimus, in- C
quit Paulus, noſmetipſos commendare? Aut nunquid egenus ſicut quidam, cõmendaticiis epiſtolis ad nos, aut ex vobis? Et poſt pauca ſubdidit illa, de quibus nunc diſputamus, Idoneos nos fecit miniſtros noui teſtamenti. Alterum quod ex beato Petro citat teſtimonium etiam detorquet à vera mente eiuſdem authoris. Non enim Petrus eo loco agebat de prædicatione verbi Dei, ſed de laude & gratiarum actione quam tenentur omnes Chriſtiani reddere Deo propter immẽſa beneficia ab eo recepta. Nam

1.Pet.2. Prophetæ & Apoſtoli ſępe vtuntur hoc verbo annũciare pro laudare, aut gratias agere. Vt autem apertè oſtendamus hanc eſſe beati Petri mentem, ipſius verba paulò altius repetere oportet. Vos autem, inquit ille, genus electum, regale ſacerdotium, gens ſancta, populus acquiſitionis, vt virtutes annuncietis eius, qui de tenebris vos vocauit in admirabile lumen ſuum. In quibus verbis alludit ad ea quæ filiis Iſ-

Oſeæ.11. rael Deus donauit, & oſtendit illa omnia figuram eſſe eorum beneficiorum quę toti populo Chriſtiano per filium dedit. Populus Iſrael fuit à Deo peculiariter electus: vt ipſemet Deus pe Oſeam ait, Puer meus & dilexi eum. Sic populus Chriſtianus eſt modo à Deo electus, & ob hanc cauſam vocat eum Petrus populum acquiſitionis. Populum Iſrael vocauit Deus ex Aegypto: & de populo Chriſtiano dicit

Eſaiæ.9. Petrus, quod de tenebris ignorantiæ aut peccati vocauit illum Deus in admirabile lumen legis Euangelicæ, cui conſonat illud Eſaiæ, Populus qui ambulabat in tenebris, vidit lucem magnam. Sicut igitur populus Iſrael poſtquam eductus fuit ab Aegypto, gratias egit Deo, & laudes cantauit ob beneficia ab eo recepta: ita nunc admonet Petrus populum Chriſtianum, vt gratias agat Deo ob beneficia ſibi data quia factus eſt populus acquiſitionis, vel, vt Eraſmus tranſtulit, populus qui in lucrum acceſſit: & quia vocatus eſt de tenebris in admirabile lumẽ ſuum. Et hoc eſt quod multò antè prædixerat Deus per Eſa-

Eſaiæ.42. iam prophetam. Populum iſtum, inquit, formaui mihi, laudem meam narrabit. Deinde, etſi illa Petri D
verba intelligenda eſſent, nõ ſolum de laude & gratiarum actione, ſed etiam de prædicatione verbi Dei non tamẽ deberẽt illa intelligi de publica & ſolẽni prædicatione, ſed de priuata. Et de hac fatemur, omni Chriſtiano illã licere: quia quilibet poteſt ſic particulariter proximũ ſuum ad fidẽ exhortari, iuxta il-

Eccle.17. lud quod Sapiens ait. Cuilibet mandauit Deus de proximo ſuo: ſed ex hac prædicationis poteſtate, ineptè colliget Lutherus omnes eſſe ſacerdotes: quia vt iam diximus, nõ conſiſtit in ea præcipuũ ſacerdotis officium. Priori interpretationi fauet Beda, & mihi etiam magis placet, quia eſt magis literæ germana. Simile contingit in alio teſtimonio quod citat Lutherus ex priore ad Corinthios epiſtola, vbi Paulus dicit. Poteſtis omnes per ſingulos prophetare, vt omnes diſcant. Nam hoc verbum, prophetare, non ſignificat Paulo idem quod prędicare, ſed interpretari: quia vt Ambroſius annotat, propheta idem eſt in lege Euangelica, interpres qui obſcuta declarat. Nam ſicut olim propheta dicebatur, qui videbat illa quæ ab aliis videri non poterant: ita nunc propheta dicitur, qui intelligit, & ſcit declarare ea quæ aliis ſunt obſcura: & tunc prophetare dicitur, quando interpretatur obſcura. Hoc autem modo interpretari, non omnibus Chriſtianis conceſſum eſt, vt ex ipſa Pauli litera conſtar, ſed illis ſolis qui donum huiuſmodi prophetiæ, aut interpretationis ſermonum à Deo acceperunt. Conſtat etiam non om-

Ephe.2. nes Chriſtianos poſſe prophetare, ex eo quod in epiſtola ad Epheſios, Paulus ait. Et ipſe dedit quoſdam quidem Apoſtolos, quoſdam autem Prophetas, alios verò Euangeliſtas, alios autem paſtores & doctores ad conſummationem ſanctorum in opus miniſterii in ædificationem corporis Chriſti. Ex quibus verbis conſtat non omnes Chriſtianos eſſe prophetas, neque omnes doctores: ſed quoſdam eſſe doc- A
tores & quoſdam prophetas. Et ideo quamuis gratis daremus Luthero, præcipuum ſacerdotis munus conſiſtere in prædicatione verbi Dei, malè ex illo teſtimonio prioris epiſtolæ ad Corinthios, colligeret Lutherus omnes Chriſtianos eſſe ſacerdotes: quia ſecundũ Paulũ nõ omnes ſunt prophetæ, neque omnes

doctores.

doctores. Reliquũ verò quod Lutherus ait, ſacerdotes, populi electione & vocatione fieri, apertè damnatum eſt in Concilio Laodiceno, capite 13. ſuorum decretorum, vbi hæc verba habentur. Non eſt populis concedendum electionem facere eorum, qui altaris miniſterio ſunt applicandi. Hæc Concilium Laodicenum. In quibus verbis non ſolùm ſacerdotes, ſed nec alios altaris miniſtros permittit populi electione fieri. Contra primam huius hæreſis aſſertionem eſt canon decimus pronunciatus, ſeſsione ſeptima Concilij Tridentini ſub Paulo Tertio celebrati, cuius verba ſunt, quæ ſequuntur. Si quis dixerit Chriſtianos omnes in verbo & omnibus ſacramentis adminiſtrandis, habere poteſtatem, anathema ſit. Hæc Concilium Tridentinum. Aduerſus hunc Lutheri errorem ſcripſere Ioannes Eccius in libro de ſacrificio Miſſæ in Enchiridio capite 7. & Iodocus Clichthoueus in ſuo Antiluthero. Ioannes Meſingus ſcripſit de Eccleſiæ Chriſti ſacerdotio libros duos. Ioãnes Romberch Kirſpenſis fecit panegyricum de dignitate & officio ſacerdotij Euangelici.

Cõcilium Laodicenum.

Cõcilium Tridentinum.

SEecunda de hac re hæreſis docet omnes ſacerdotes eſſe pares, nullúmque eſſe inter illos diſcrimen. Huius hæreſis autor fuit Aërius. Eandem poſteà ſuſcitarunt Vvaldenſes, Marcilius Paduanus, Ioannes Vvicleph. Sed de hoc errore iam ſuprà in titulo de epiſcopis diſputauimus. Illo enim loco aduerſus hos eoſdem hæreticos probauimus epiſcopum eſſe ſimplici ſacerdote & dignitate & poteſtate ſuperiorem.

Aerius. *Vvaldenſes.* *Marcilius Paduanus.*

B TErtia hæreſis aſſerit ſacerdotem amittere conſecrandi poteſtatem ſi peccatum mortale commiſerit. Huius hæreſis autores (teſte Guidone) fuerunt Vvaldenſes, dicentes omnẽ hominem iuſtum ſuæ factionis poſſe conſecrare corpus Domini, etiam ſi laicus ille fuerit. Si autem peccatum mortale commiſiſſet, dicebant illum perdidiſſe illam poteſtatem. Primam huius hæreſis particulam nunc in principio huius tituli de ſacerdotio, expugnauimus. Ibi enim oſtendimus nullum hominem laicum poſſe ſacerdotalia munera exercere. Alteram eiuſdem hęreſis particulã ſuprà in titulo de poteſtate proſtrauimus. Nam in illo loco conuicimus nullam poteſtatem ſiue laicam ſiue Eccleſiaſticam amitti per lethale crimen, ita vt ſit Rex, aut Imperator, aut epiſcopus, aut Papa, aut ſacerdos, in eodem ſtatu & dignitate maneat peccato quouis non obſtante, niſi fortè eſſet crimen hæreſeos, propter quod, iuxta aliquorum Catholicorum ſententiam, amittitur dignitas illa aut poteſtas in cuius collatione non imprimitur character, cuiuſmodi eſt regnum, aut imperium, aut papatus. Nec tamen per tale crimen hæreſeos amittitur ſacerdotalis poteſtas, quia character qui in ſacerdotij collatione imprimitur, indelebilis eſt: quapropter ſacerdos ſemel ritè ordinatus qualecunque poſteà committat crimen, ſemper erit ſacerdos.

Ioannes Vvicleph. *Vvaldenſes.*

QVarta hæreſis reprehendit ſacerdotum cœlibatum, dicens ſacerdotes non debere eſſe cœlibes. Huius hæreſis autor primus (quod ſciam) eſt Lutherus, qui Eccleſiã irridet eò quòd cogat ſacerdotes abſtinere ab vxoribus. Vt autem quod verbo docebat, opere confirmaret, monialem quandam ſeduxit, & eam matrimonio ſibi copulauit, & ex ea filios aliquot genuit, qui nunc iuuenes ſunt. Idem fecit Ioannes Oecolampadius, qui monachus fuerat ordinis ſanctæ Brigittæ. Eidem errori adhæſit verbo & opere Volfangus Capito Argentinenſis: Huius vxorem, illo mortuo, accepit Martinus Butzerus, monachus & ipſe ordinis ſancti Dominici. Et hoc idem fecerunt omnes qui Lutherano nomine cenſẽtur. Et ideo Lutherum puto primum huius hæreſis authorem. Nam qui hunc errorem cõfundunt cum errore Iouiniani, non rectè mihi facere videntur, quoniam & ſi Iouinianus æquauerit nuptias virginitati, nunquam tamen reprehendit eos qui volebant cœlibes manere, nec reprehendit ſacerdotes carentes vxoribus, quoniã ipſemet Iouinianus (teſte Auguſtino in libro de hæreſibus, capite 82.) carere voluit vxore non propter maius meritum in futura vita habendum, ſed vt moleſtiis nuptiarum careret.

Lutherus.

C

Vnde patet minimè inter Lutherum & Iouinianum conuenire de cœlibatu ſacerdotum, quanquam de virginitatis merito inter eos conueniat. Aduerſus ergo ſolùm Lutherum ſunt nobis arma ſumenda. Et primò vt clatius pateat Lutheri temeritas, qui non veretur Eccleſiæ matris ſuæ, in qua per baptiſmum genitus fuit, decreta & ordinationes floccipendere, oſtendamus vetuſtiſsimum huius rei in Eccleſia conſuetudinem, eámque non leuem, ſed perpeti decreto firmatam. Pro cuius rei intelligentia admonere oportet quòd ſacerdotem eſſe coniugatum, duobus modis intelligi poteſt. Vno modo, vt is qui prius fuerat matrimonio alligatus, poſteà conſecretur ſacerdos, in matrimonio eodem manẽs. Alio modo, vt prius ſacerdos, poſt ſuſceptum ſacerdotium vxorem ducat. Et certè inter hos duos modos latum eſt diſcrimen: quoniam in primitiua Eccleſia obſeruatum eſt, vt qui vxorem duxerat, promoueretur ad ſacerdotium, non tamen requirebatur ab eo qui promouendus erat, vt prius vxorem duxiſſet. Nam Ioannes Euangeliſta virgo fuit, & beatus Paulus, iuxta omnium ſacrorum doctorum ſententiam, fuit etiam virgo: eos tamen conſtat fuiſſe ſacerdotes & epiſcopos. Non erat ergo neceſſarium vt vxorem duxiſſet qui conſecrandus erat ſacerdos, quamuis id licuiſſet. Hæc ergo conſuetudo iuxta quam matrimonio alligatus promouebatur ad ſacerdotium, inualuit vſque ad tempora Nicæni Concilij, in quo

D (vt fertur) generali decreto ſtatuum eſt ne aliquis vxorem habens, conſecretur ſacerdos. Quod ſtatutum cum ab aliquibus minimè (vt decebat) obſeruaretur, Siricus papa, qui parum poſt prædictum Nicænum Concilium Eccleſiæ vniuerſali præfuit, de hac re illos acerbiſſimè reprehendit. Decretum Nicæni Concilij cùm non inueniatur, ideo hic non eſt incertum. Multa enim illius Concilij decreta (teſte Iſidoro) per incuriam, aut fortè Arrianorum malitiam deperdita ſunt. Verba Siricii papæ ſubiungam, quoniam per illa ſatis apertè redarguitur petulentiſſima Lutheranorum libido. Is enim pontifex ſummus in quadam epiſtola ad Cumerium Taraconenſem epiſcopum, cap. 7. eiuſdem epiſtolæ, ita ait: Veniamus nunc ad ſacratiſsimos ordines clericorum quos in venerandæ religionis iniuriam ita per veſtras prouincias calcatos atque confuſos charitate tua inſinuante reperimus, vt Hieremiæ nobis

Hiere. 9. dicendum ſit voce: Quis dabit capiti meo aquam, aut oculis meis fontem lachrymarum, & flebo populum hunc die ac nocte? Et infrà crimen illorum narrans, ait: Plurimos enim ſacerdotes Chriſti atque Leuitas poſt longa conſecrationis ſuæ tempora tam de cõiugibus propriis quàm etiam de turpi coitu ſobolem didicimus procreaſſe, & crimen ſuum hac præſumptione defendere, quia in veteri teſtamento ſacerdotibus ac miniſtris generandi facultas legitur attributa. Dicat mihi quiſquis ille eſt ſectator libidinum, præceptórque vitiorum, ſi æſtimat quòd in lege Moyſi paſsim ſacris ordinibus à Deo noſtro laxata ſunt frena luxuriæ, cur eos quibus committebantur ſancta ſanctorum, præmonet dicens: Sancti eſtote, quia & ego ſanctus ſum Dominus Deus veſter? Cur etiam procul à ſuis domibus anno vicis ſuæ in templo habitare iuſsi ſunt ſacerdotes? Hac videlicet ratione, ne vel cum vxoribus poſſent carnale exercere commercium, vt conſcientiæ integritate fulgentes, acceptabile Deo munus offerrent. Quibus expleto deſeruitionis ſuæ tempore, vxoris vſus ſolius ſucceſsionis cauſa fuerat relaxatus, quia non ex A
alia niſi ex tribu Leui quiſquam ad Dei miniſterium fuerat præceptus admitti. Vnde & Dominus Ieſus cùm nos ſuos illuſtraſſet aduentu, in Euangelio proteſtatur, quia legem venerit adimplere, nõ ſoluere: & ideo Eccleſiam, cuius ſponſus eſt ſpecioſus forma, caſtitatis voluit ſplendore radiare, vt in die iudicij cùm rurſus aduenerit, ſine macula & ſine ruga eam poſſit (ſicut per Apoſtolum inſtituit) reperire.

Ephe. 5. Quarum ſanctionum ſacerdotes omnes atque Leuitæ inſolubili lege conſtringimur, vt à die ordinationis noſtræ, ſobrietati ac pudicitiæ & corda noſtra mancipemus & corpora, dummodo per omnia Deo noſtro in his quæ quotidie offerimus ſacrificiis placeamus. Hucuſque Siricius papa: qui multa alia de hac re in eadem epiſtola differit. Nec tamen per illa verba videtur nouum condere decretum, vt noua lege ſacerdotes obliget ad cœlibatum, ſed potius eos eſſe aliàs obligatos declarat. Poſt hæc tempora non reperitur quòd aliquis matrimonio alligatus impunè fuerit inſtitutus ſacerdos manente matrimonii vſu. Cæterùm quòd conſecratus ſacerdos poſt ſuam conſecrationem ducat vxorem, nunquam Eccleſia permiſit, nec aliquando impunè factum eſſe reperietur. Vnde apertiſsimè conuincitur effrenata Lutheranorum audacia, & petulans eorum libido, qui non verentur poſt ſacerdotium receptum noua nuptiarum fœdera inire, cùm hoc nunquam vſitatum fuerit in Eccleſia, neque huius rei veſtigium aliquod reperire poſsint, imò multis conciliorum decretis cautum eſt ne quid ſimile fiat. Nam 27. Canon

Canõ Apoſtolorũ Apoſtolorum ſic ait: In nuptiis autem qui ad clerum prouecti ſunt, præcipimus vt ſi voluerint vxores accipiant, ſed lectores cantoréſque tantummodo. Hæc ibi. Ex quibus verbis apertiſſimè conuincitur ab B
ipſis Eccleſiæ primordiis non licuiſſe diaconis aut presbyteris poſt ſuſceptos ſacros ordines ducere vxores. Concilium Neocæſarienſe, capite primo ſuorum decretorum per hæc verba definit: Presbyter ſi vxorem duxerit, ab ordine illum deponi debere ſtatuimus. Quòd ſi fornicatus fuerit, vel adulterium commiſerit, extra Eccleſiam abiici, & ad pœnitentiam inter laicos redigi oportet. Hæc Cõcilium Neocæſarienſe. Et quod maximè hanc ſententiam confirmat, eſt, quod Græci, quibus mos eſt coniugatos ad ſacerdotium promouere, nunquam permiſerũt aliquem poſt ſuſceptum ſacerdotium ducere vxorem. Pro cuius rei probatione duos proferam teſtes. Innocentius papa huius nominis tertius, in capitulo: Cum olim, titulo de clericis coniugatis, talia verba refert: Orientalis Eccleſia votum continentiæ non admiſit, quoniam orientales in minoribus ordinibus contrahunt, & in ſuperioribus vtuntur matrimonio iam contracto. Hæc ibi. In quibus verbis id eſt aduertendum quod ait, oriẽtales in ſuperioribus ordinibus vti matrimonio iam cõtracto. Vnde conuincimus illos poſt ſuſceptos ordines ſacros non contrahere matrimonia, quoniam iuxta vulgatam iuriſtarum regulam caſus exceptus firmat regulã in contrarium. Et Gratianus in volumine decretorum diſtinctione 28. cap. de Syracuſanæ, propè finem capitis idem refert expreſsius, dicens: Orientalis Eccleſia non ſuſcepit votum caſtitatis. Hoc tamen indeſinenti obſeruatione cuſtodit, vt poſt adeptum ſacerdotium, defuncta priori vxore, cum qua ſacerdos factus fuerat, ſi alteram duxerit, deponatur. Hæc Gratianus. Ex quibus cõuincitur Lutheranos peiores eſſe Græcis ſciſmaticis, & Eccleſiæ rebellibus, quia Lutherani & ſi cum ſacris fuerunt initiati, continentiæ votum emiſerunt, non verentur tamen poſt ſuſceptum ſacerdotium vxores ducere. At Græcis hæc fuit perpetua religio, vt nunquam fuerint auſi aliquid ſimile attentare. Ex his ergo omnibus colligere C
oportet hæc duo. Vnum eſt, quod ab ipſis naſcentis Eccleſiæ primordiis nunquam licuit alicui poſt ſuſceptum ſacerdotium vxorem ducere. Alterum eſt, quòd & ſi aliquando licuit matrimonio ligatũ promoueri ad ſacerdotium, iam modo non licet, quoniam decretum eſt, vt nullus ad ſacros ordines ſuſcipiatur niſi prius continentiam vouerit. Nam Gratianus in diſtinctione illa 28. capite, Ecce oſtenſum

Grego. eſt, citat beati Gregorii decretum, ſic dicens: Nullum facere ſubdiaconum præſumant epiſcopi, niſi qui ſe caſtè victurum promiſerit: quia nullus ad miniſterium altaris accedere debet, niſi cuius caſtitas ante ſuſceptum miniſterium fuerit approbata. Hæc Gregorius. Neque hoc decretum Eccleſia leuiter & ſine cauſa inſtituit, imò multis vrgentibus cauſis ita ſeruandum eſſe decreuit. Nam in lege veteri nullus car-

Exod. 12. nes agni qui in figura corporis & ſanguinis Chriſti immolatus eſt, comedere permittebatur, niſi renes accinctos haberet. Per illam autem renum cincturam deſignabatur libidinis refrenatio, quoniam Dominus in Euangelio caſtitatem commendans, hoc vſus eſt elogio. Sint lumbi (inquit) veſtri præcincti. Et in primo Regum libro legimus quòd cùm veniſſet Dauid ad Achimelech ſacerdotem, non prius pa-

Lucæ. 12. nes ſanctificatos, etiam fame vrgente, recepit, quàm ſe ſuósque mundos à mulieribus teſtaretur, & hoc

1. Reg. 21. non ſolùm ab alienis aut cõcubinis, ſed etiam ab vxoribus propriis. Ita enim ſentit beatus Hieronymus in commentariis ſuper epiſtolam ad Titum. Ex quo facto ſacerdotis Achimelech, idem beatus patet colligit oportere multo magis eum qui ſacrum Domini corpus ſit ſuſcepturus, eſſe caſtum & pudicum: quoniam (vt ille ait) tantum intereſt inter panes propoſitionis, & corpus Chriſti, quantum inter vmbram & corpora, inter imaginem & veritatem, inter exemplaria futurorum, & ea ipſa quæ per exem-

plaria

D plaria præfigurabantur. Prætereà beatus Paulus in priore ad Corinthios epistola admonet matrimonii vinculo ligatos, vt non fraudent se inuicem officio coniugii, nisi fortè ad tempus, vt vacent orationi. 1. Cor. 7. Per quæ verba satis apertè innuit oportere eos qui orationi vacant, abstinere ab officio coniugii. Cum ergo ad sacerdotes nouæ legis pertineat quotidie pro se & populo Deum orare, cõuincitur apertè, iuxta Pauli sententiam, vt quotidie ab officio coniugii abstineant. Et certè ex hoc Pauli loco colligunt Ambrosius & Hieronymus, oportere sacerdotes esse adeò castos, vt ab omni coitu abstineant. Nam beatus Ambrosius in expositione prioris epistolæ beati Pauli ad Timotheum, sic ait: Si plebis hominibus orationis causa ad tempus se abstinere præcipit Paulus, vt vacent orationi: quanto magis Leuitis ac sacerdotibus, quos die noctuque pro plebe sibi commissa oportet orare? Mundiores ergo debent esse cæteris, quia actores Dei sunt. Hæc Ambrosius. Et beatus Hieronymus in commentariis super epistolam ad Titum, eandem facit colectionem, sic dicens: Si laicis imperatur vt propter orationem abstineant se ab vxorum coitu, quid de ipso sentiendum est qui quotidie pro suis populique peccatis illibatas Deo oblaturus est victimas? Hæc Hieronymus. Ecce iam vides quot sint causæ vrgentes ad statuendum decretum de sacerdotum cœlibatu. Magna est ergo Lutheranorum temeritas, qui aduersus tot patrum sententias, contra tot Conciliorum decreta, non verentur post votum continentiæ quod in sacrorum ordinum susceptione emiserunt, matrimonia contrahere, aliisque vt similiter faciant persuadere. *Ambro.* 1. *Tim.* 3. *Hieron.*

Sed opus est vt respõdeamus his quæ nobis obiiciunt Lutherani. Dicũt enim oportere castitatem, sicut omne aliud opus bonum, esse liberam & non coactam: quia non placent Deo coacta seruitia. At
A Ecclesia (vt illi aiunt) cogit sacerdotes ad castitatem, non facit ergo bene illos cogendo. Respondeo, Ecclesia neminem cogit ad castitatem, sed ipsemet qui consecratur sacerdos seipsum obligat ad castitatis obseruationem. Ecclesia autem neminem cogit ad sacerdotii susceptionem. Si Ecclesia cogeret absolutè & sine vlla conditione aliquem ad sacerdotium, iustam ille haberet querimoniæ occasionem. Cum autem neminem illa cogat sacerdotium suscipere, non est quòd ob hanc causam quis Ecclesiam de tyranni de arguat. Si non tibi placet cœlebs sacerdotium, abstine à sacerdotio & noli fieri sacerdos quòd nosti huiusmodi conditionem sacerdotium annexam habere. Sed volo (inquit Lutheranus quisque) sacerdos esse & vxorem ducere. Respondeo, hoc non esse electionis tuæ, aut tui arbitrii, sed solius Ecclesiæ quæ quos voluerit potest ad sacerdotium promouere si dignos illos inuenerit, & à sacerdotio repellere quos nouerit indignos. Non facit seipsum homo sacerdotem, sed Ecclesia illum per prælatos episcopos instituit sacerdotem. Ecclesia autem non vult aliquem ad sacerdotium recipere, nisi ille vellit cœlibem vitam perpetuo agere, & cætera habeat quæ ad bonum sacerdotem exiguntur. Si placet conditio, oportet vt promissum serues. Si vero ante susceptum ordinem sacrum hæc non placet conditio, aliud tibi placens vitę institutum elige, & noli ordines sacros quibus est castitas annexa, recipere. Secundò obiiciunt illud Pauli: Melius est nubere quàm vri. Cum ergo (vt dicunt) omnes à concupiscentia vrantur, bonum erit nubere vt per nuptias talis carnis adustio tollatur. Respondeo: Non omnis qui à carne tentatur, vritur, sed solùm ille qui à carne superatur, alioqui Paulus ipse quum carnis stimulum patiebatur, adustus fuisse dicetur. Qui à carne vincitur, is aduritur. Et de his qui voto alligati non sunt, sed liberam habent sui potestatem, Paulus loquens, dicit quòd melius est nubere quàm sic vri, id est, à carne su-
B perari. Tertiò obiciunt, difficillimum esse & impossibile castitatem perpetuò seruare, præsertim aliquibus qui vehementer à carne impelluntur, & ardentissimos patiuntur carnis ardores. Propter quod Saluator de his qui se propter regnum cœlorum castrauerunt, loquens, dixit: Non omnes capiunt verbum hoc, qui potest capere, capiat. Respondeo, difficilem certè rem esse castitatem, sed esse difficilem homini sibiipsi & suis solis viribus relicto: non est autem difficilis illi qui à Dei gratia adiuuatur. Omnia (inquit Paulus) possum in eo qui me confortat. Hanc autem gratiam nemini facienti quod in se est, Deus negat: sed omni petenti tribuit. Fidelis est Deus (inquit Paulus) qui nõ patietur vos tẽtari suprà id quod potestis: sed faciet cum tentatione prouentum. Et ipse Saluator ait: Quæcunque orantes petitis, accipietis. Si ergo Lutheranus se adeo stimulatum à carne sentit, vt resistere non possit, petat adiutorium à Deo qui seipsum negare nunquam sciuit faciẽti quod potest. Si quis indiget sapientia (inquit Iacõbus) postulet illam à Deo qui dat omnibus affluenter. Faciat igitur Lutheranus quod Sapiens de seipso ait: Et vt sciui (inquit ille) quoniam aliter non possem esse continens, nisi Deus det, & hoc ipsum erat sapientiæ scire cuius esset hoc donum, adii Dominum & deprecatus sum illum. Sed Ioannes Caluinus etsi fatetur bonum esse, vt à Deo adiutorium petamus ad continendum, tamen dicit hanc diuini auxilii
C inuocationem, non esse sufficiens remedium pro continentia seruanda: & tunc necessarium dicit esse coniugium. Nam in suo illo opere de institutione Christianæ religionis, capite quarto. ¶. 18. Monachos propter votum castitatis reprehendens, hæc ait: Virginitatem Deo perpetuã permittũt, quasi cũ Deo ante pepigerint, vt se à coniugii necessitate liberarent. Non est quod causentur, se non, nisi Dei gratia fretos, votum hoc nuncupare. Nam cum ipse non omnibus dari pronunciet, fiduciam specialis doni capere, nostrum non est. Qui habent, eo vtantur: si quando se a carne sua inquietari sentiunt, confugiant ad eius opem, cuius sola virtute possunt resistere. Si non proficiunt, nec remedium quod ipsis offertur, contemnant. Certa enim Dei voce citantur ad coniugium, quibus continendi facultas denegatur. Hæc Caluinus. In quibus verbis multa sunt quæ absque reprehensione, & redargutione prętereire non licet, & ideo ea omnia singulatim examinare & corrigere oportet. Primò quidem irridet eos qui castitatem vouent, propterea quod hac ratione ostẽdunt se cum Deo pepigisse, vt eos à coniugii necessitate liberet. Iniustè quidem illos ob hanc causam subsannat. Nam ille paterfamilias, qui Dei figuram gerit, conuentione facta cum operariis ex denario diurno misit illos in vineam suam. 1. *Cor.* 17. *Matt.* 19. *Philip.* 3. 1. *Cor.* 10. *Mar.* 13. *Sap.* 8. *Caluinus* *Matt.* 20.

Si Deus pro vita æterna, vt omnes sancti doctores illam vineę parabolam interptetantur, nobiscum conuentionem fecit: immerito subsannat Caluinus, propterea quod ij qui castitatem Deo promiserunt, dicant se cum Deo pepigisse, vt illos in castitate conseruet. Nam sicut Deus promisit vitam æternam seruanti mandata sua: ita promisit opem & auxilium suum omni inuocanti illum, & ad suum auxiliũ confugienti. Sed ne Caluinus dicat, figmentum nostrum esse, & nouum dogma, quo dicimus Deum pactis nobiscum in hac re agere, audiat quid dicat Clemens Alexandrinus libro tertio stromatum parum post initium libri. Est ergo continentia, inquit ille, corporis displicentia, conuenienter pactis conuentis cum Deo initis. Hæc Clemens Alexandrinus, quem tanquam recentem aut trecentenarium non poterit reiicere Caluinus: quia ante mille & trecentos annos obiit. Si fortè obiicit Caluinus, quod non semper Deus pactum hoc seruat, quia multi sunt qui votum castitatis non seruant. Fateor multos esse tales: hic tamen non deficit Deus in custodia pacti, sed deficiunt ipsi, qui non faciunt quod possunt, neque Dei opem & fauorem, vt oportebat, implorant. Dixit deinde Caluinus, quod non debemus capere fiduciam specialis doni castitatis, quia Deus non omnibus dari pronunciat. Et certè si hæc sentẽtia quicquam valeret, ex ea colligeretur, nunquam esse capiẽdam fiduciam in Deo ad faciendum aliquod virtutis opus, videlicet credere, sperare, Deum & proximum diligere, mandatis Dei obtemperare, à peccatis resipiscere, aut quoduis aliud bonum opus agere. Nam omne tale etiam est donum Dei, nec istud nisi Deo operante fecere possumus. Et hoc ipse Caluinus in multis locis, præsertim in libello contra acta Concilii Tridentini fatetur: quia Deus est, vt Paulus ait, qui operatur in nobis velle & perficere. Cum igitur certum sit, non omnes illa virtutum opera habere, & per consequens non omnibus à Deo dari: oporteret iuxta Caluini doctrinam nunquam alicuius doni fiduciam à Deo habere, propterea quòd ille non omnibus dare pronunciat. Non enim omnes coniugati abstinent ab adulterio, neque omnes abstinẽt à furto, neque omnes abstinent ab ebrietate: & tamen ad istorum quodlibet non minus est necessarium auxilium Dei quam ad continentian, imò aliquãdo magis: quia sunt magis proni & procliues ad ebrietatem, aut ad furtum, quàm ad libidinem, semper tamen fidendum est in Deo, & nunquam de illo desperandum in opere cuiuscunque virtutis: quia etsi ille non omnibus dare pronunciet, nescimus tamẽ an nos simus illi, quibus Deus virtutem illam dare decreuit. Et ideo debemus satagere, iuxta beati Petri doctrinam, vt per bona opera certam nostram vocationem faciamus. Et hanc fiduciam esse in Deo habendam, docet Paulus in priore ad Timotheum, hæc dicens. Qui enim bene ministrauerint, gradum bonum sibi acquirent, & multam fiduciam in fide quæ est in Christo Iesu. Quæ verba interpretans Ambrosius in commentariis super Paulum, ait. Qui si filios bene gubernauerint, & domos suas, id est, vernaculos aut domesticos, poterunt digni fieri sacerdotio, & fiduciã habere apud Deum, vt sciant se posse impetrare quod postulant, iam de cæteto ab vsu fœminæ cohibentes. Hæc Ambrosius. Sed multò fortius & clarius est testimonium quod pro hac fiducia reddit Ioannes in sua priore epistola, sic dicens. Et hæc est fiducia quam habemus ad Deum, quia quodcunque petierimus secundum voluntatem eius, audit nos. Dixit insuper Caluinus in verbis illis proximè citatis, eos qui sentiunt se à carne sua inquietari, confugere debere ad opem Dei: & si non impetrant, oportere illos accipere coniugii remedium, quia dicit illos certa Dei voce vocari ad coniugium, quibus continendi facultas denegatur. Hęc sententia est omnibus aliis peior, quia magis impia, & Deo nimium iniuriosa. Vt autem hoc manifestum omnibus faciam, petere volo à Caluino, an illi quibus dicit Deum negasse facultatem continendi, fecerunt quid quid ex se poterant ad continentiam seruandam, & sic orauerunt Deum, vt oportebat, cum feruore & confidentia, an fortè nihil horum fecerunt. Si illi fecerunt quod ad illos attinebat pro continentia seruanda, & posteà Dei fauorem & auxilium cum feruore & fiducia implorauerunt, certissimum est & fide Catholica tenendum, Deum huiusmodi petenti non defuturum. Quisquis autem dixerit quod huic sic petenti continẽdi facultatem, Deus aliquãdo denegabit, maximam irrogat Deo iniuriam: quia dicit illum infidelem, & promissa minimè seruantem. Deus enim nulli volenti continere, aut quoduis aliud bonum agere, denegat fauorem & auxilium suum. Vulgatũ siquidẽ est illud Augustini, Deus recipit confugientes ad se, aliter in eo esset iniquitas. Nam ille per regium prophetam hoc promisit, dicens: Quoniam in me sperauit, liberabo eum: protegam eum, quoniam cognouit nomen meum. Clamabit ad me, & ego exaudiam eum: cum ipso sum in tribulatione, eripiam eum, & glorificabo eum. Et ipsemet sine vlla exceptione omnibus promisit subuentionem, quum dixit. Venite ad me omnes qui laboratis, & onerati estis, & ego reficiam vos. Negari non potest, quod tentatio carnis sit graue onus ipsi animæ, iuxta illud sapientis: Corpus quod corrumpitur aggrauat animam. Qui hoc onus portant, magno labore fatigantur. Omnes ergo istos sicut & alios quoslibet laborãtes, & oneratos Deus ad se vocat, & illis promittit refectionem, hoc est, concessionem eorum quæ esuriunt & iustè sitiunt. Et iterum alibi idem Saluator patris sui benignitatem & fauorem promittit, dicẽs: Si quid petieritis patrem in nomine meo dabit vobis. Et hic etiam vniuersaliter sine vlla exceptione locutus est, non particulariter hoc aut illud promittens, sed quidquid petitum fuisset. His & aliis huiusmodi promissionibus semper Deus satisfacit, faciẽs iuxta id quod promisit. Nam propter hãc causam dicit Paulus, nos tenere spei nostræ cõfessionem indeclinabilem, quia fidelis est qui repromisit. Si illos quibus Deus denegat cõtinendi facultatem, Caluinus dicit nõ feciſſe quod poterãt pro cõtinentia seruanda, nec Deum pro illa ardẽter & fiducialiter orasse, tunc ipsorum erit culpa, quia nõ fecerunt quod potuerunt. Petitis & non accipitis, inquit Iacôbus, eò quòd male petitis. Culpa ergo est sacerdotum, qui dicũt, se nõ posse cõtinere: quia si bene Deum orassẽt, impetrassẽt illius fauorem & auxilium. Nam, vt Propheta ait, propè est Dominus omnibus inuocantibus eum: inuocãtibus eum in veritate. Voluntatem timentium se faciet, & deprecetionem eorum exaudiet, & saluos faciet eos. Quæ verba interpretãs Hieronymus, ait.

Clemens Alexan.

Philip. 2.

2. Pet. 1.

1. Tim. 3.

Ambros.

1. Ioan. 5.

Augusſt.

Psal. 90.

Matt. 11.

Sap. 9.

Ioan. 16.

Heb. 10.

Iacob. 4.

Psal. 144.

Dum

C Dum eos eruit vel ab inſtigatione diaboli, vel ab ardore peccati. Hæc ille. Sed illud annotare oportet quod propheta addidit, inuocantibus eum in veritate. Nam ſunt aliqui, qui non in veritate, ſed in mendacio petunt: vt ſunt illi qui tepide petunt, quia nollent ſibi dari quod petunt, & dolerent poſteà ſi petita concederentur. Iſtis Deus non eſt propè, quum inuocant illum, nec eorum preces exaudit, nec ſaluos facit eos ab inſtigatione diaboli, nec ab ardore peccati. Talem ego exiſtimo eſſe Caluinum, & reliquos Lutheranos ſacerdotes, qui poſt ſacerdotium acceptum vxores duxerunt, dicentes ſe cõtinere non poſſe. Fateor illos continere non poſſe: quia nihil ad continentiam ſeruandã neceſſarium, faciunt. Nam horrent ieiunia, nullam ciborum abſtinentiam habent, ſunt gulones & carnium voratores: vino ſe inebriant, & reliqua omnia continentię inimica amplexantur. Nolite, inquit Paulus, inebriari vino, in quo eſt luxuria. Et Hieronymus ait. Venter mero æſtuans facilè deſpumat in libidinem. Et Iſidorus dicit. Ciborum fomentis, libidinis ignes increſcunt: corpus autem quod abſtinentia atterit, tentatio non exurit. Hæc ille. Caluinus autem & cæteri Lutherani ſacerdotes quia libidinem appetunt, & cõtinere nolunt, ideo nolunt etiam abſtinere ab iis, quæ ad libidinem prouocant: & poſteà dicunt ſe non poſſe continere. Qua in re ſimiles mihi videntur famulo, qui ſtupam ad cuſtodiam ſibi à domino ſuo commiſſam, igni proximam faceret, & poſteà diceret ſe non poſſe ab igne illæſam ſeruare, ſed hunc meritò Dominus puniret, propterea quod illam ad ignem approximauit. Vt autem Caluinus & cæteri Lutherani ſacerdotes intelligant ſuam eſſe culpam, quia non continent: & falſam eſſe excuſationem qua dicunt, Deum hoc continentiæ donum illis denegaſſe, volo contra eos producere nobiliſſimos quatuor teſtes, & omni exceptione maiores. Hieronymus in commentariis ſuper Matthæum, interpretans illa Saluatoris verba. Non omnes capiunt verbum iſtud, ſed quibus datum eſt, hæc ait. Nemo putet ſub hoc verbo vel fatum, vel fortunam introduci, quod hi ſunt virgines, quibus à Deo datum ſit, aut quos quidam ad hoc caſus adduxerit: ſed his datum eſt qui petierunt, qui voluerunt, vtque acciperent, laborauerunt. Omni enim petenti dabitur, & quærens inueniet, & pulſanti aperietur. Et poſteà ſuper illa verba. Qui poteſt capere, capiat. Hæc ait. Quaſi hortantis vox Domini eſt, & milites ſuos ad pudicitiæ præmium concitantis. Qui poteſt capere, capiat: qui poteſt pugnare, pugnet, ſuperet ac triumphet. Hæc Hieronymus. Chryſoſtomus homilia 63. ſuper Matthæum interpretans illa verba Saluatoris, quibus de iis qui ſe propter regnum cœlorum caſtrauerũt, dixit: Qui poteſt capere, capiat. Hæc ait. Ita magis animat atque incendit, vel quia magnitudinem virtutis oſtendit, vel quia inæſtimabili miſericordia ſua noluit rem in neceſſitatem legis concludere. Et ad hæc, poſſibile id eſſe demonſtrat, vt eligẽdi cupiditas creſcere poſſit. Sed ſi electionis opus eſt id, inquies, quomodo incipiens, ſtatim dixit: Non omnes capiunt, ſed quibus datum eſt? Vt ſingulare id eſſe certamen perdiſcas, vt non ſorte datam neceſſitatem ſuſpiceris. His enim datum eſt, qui ſponte id eligunt: quod ideo dixit, vt oſtenderet ſuperiore nobis auxilio eſſe opus, quod quidem omnibus paratum eſt, ſi volumus in hac luctatione ſuperiores euadere. Hæc Chryſoſtomus. Quibus verbis nihil potuit apertius contra Caluinum dici. Et Theophylactus eadem Saluatoris verba interpretans, ait. Poſtquam dixerunt Apoſtoli, melius eſſe non venire ad nuptias, dicit Dominus magnam eſſe virginitatis poſſeſſionem: at eam non ab omnibus rectè ſeruari, ſed ab his duntaxat, quorum cooperator Deus eſt. Nam hoc loco datum eſſe, valet, quibus cooperatur Deus. Illis autem datum eſt, qui petunt. Petite enim, inquit, & dabitur. Omnis enim, inquit, qui petit accipit. Hæc

A Theophylactus idem quod Chryſoſtomus docens. Et ante hos tres eodem modo interpretatus eſt illa Saluatoris verba Origenes, qui homilia ſeptima ſuper Matthæum, hæc ait. Quoniam autem quidam calumniantur quod Chriſtus ait: quibus datum eſt, quaſi excuſationem habentes, & volentes quidem eſſe in caſtitate, non autem præualentes. Quibus eſt reſpondendum, ſiquidem accipimus ſimpliciter quod dictum eſt, Sed quibus datum eſt. Non autem attendimus, quod alibi dicit. Petite & dabitur vobis: Et omnis qui petit accipit, aut fideles non ſumus, aut ſcientes ſcripturas. Qui enim vult capax eſſe verbi, quod de caſtitate poſitum eſt, petat credens dicenti, & accipiet: non dubitans de illo quod dictum eſt, Omnis qui petit accipit. Quis ergo eſt qui petit, Qui credit Chriſto dicenti. Si ſteteritis orantes, credite, quia accipietis. Debet enim qui petit, omnia facere quantum ad ſe, vt oret ſpiritu, oret & mente, memor Apoſtolici verbi quod ait. Sine intermiſſione orantes. Hæc Origenes. Ex quibus verbis conſtat fuiſſe olim tempore ſuo, qui eandem excuſationem violatæ continentiæ dabant, quam nunc Lutherani ſacerdotes reddunt: ſed illos Origenes dicit eſſe aut infideles, aut neſcientes ſcripturas. Videant ergo Lutherani & eligant cui cenſuræ ſe velint ſubdere: an infideles ſe dici mallint, an ignaros ſcripturarum: quoniam in eorum alterum oportet eos incidere, iuxta Origenis cenſuram. His quatuor fideliſſimis teſtibus volo coniungere quintum illis omnibus vetuſtiorem, Tertullianum ſcilicet, qui in libro de monogamia, hæc ait: Eunuchi Euangelici ne tantum ignominia caruerunt, ſed & gratiam meruerunt, inuitati ad regna cœlorum, abolita lege ſuccedendi in matrimonium fratris, atque ait. Qui poteſt capere, capiat: id eſt, qui non poteſt diſcedat. Elige quod bonum eſt. Si non potes, quia non vis (poſſe enim te ſi velis oſtendit, quia vtrumque tuo arbitrio propoſuit) diſcedas ab eo oportet, cuius non facis voluntatem. Hæc Tertullianus. Ex his quinque teſtibus fide dignis conuincitur hominem poſſe continere, ſi velit & faciat ea quæ ad continentiam ſunt neceſſaria: quoniam facienti quod poteſt, ſemper Deus paratus eſt ſubuenire. Sed his teſtimoniis omiſsis, vt apertius Caluinum & reliquos Lutheranos conuincam, peto ab illis qui iam vxores duxerunt, quid facerent ſi illorum vxores perpetua ægritudine ſic laborarent, vt illis nequaquam copulari poſſent: aut quoduis aliud impedimentum occurreret, propter quod illarum commercio perpetuo priuarentur. Nunquid aliam capient vxorem, vt appetitui carnis obtemperent? Sed hoc non licere, apertiſſimè conſtat, quia duas ſimul habere vxores, eſt lege diuina prohibitũ, prout ſuprà probauimus in titulo de Nuptiis, hæreſi quarta. Neq; licebit alicui alteri fœminę

Hierony. *Epheſ.5.* *Hierony.* *Iſidorus.* *Matt.19.* *Hierony.* *Theophyl* *Mar.11.* *2.Theſ.5.* *Tertullianus.*

copulari, quia id esset apertius a dulterium: quia prima neque propter perpetuum morbum, neque propter perpetuam absentiam desiit esse vxor. Illa ergo viuente nō poterit maritus illius citra adulterij crimen alteri mulieri adhærere. Quid igitur faceret in eo casu Caluinus & quiuis alius sacerdos Lutheranus? Certè necessarium est illi continere, nisi Deum offendere mallit. Quod igitur faceret tunc pro continentia seruanda, hoc faciat nunc antequam vxorem ducat, & non dicat, se non posse continentiam seruare.

Quartò nobis obiiciunt illud Pauli ex priori ad Corinthios epistola. Propter fornicationem vnus-
1. Cor. 7. quisque suam vxorem habeat. Quæ verba Lutherani in hunc sensum interpretantur, vt Paulus senserit liberum esse cuilibet ducere vxorem, quando à carne sua fuerit nimium solicitatus ad venerem. Sed falluntur re vera Lutherani in intellectu istorum verborum, aut falli se fingunt, vt saltem horum colore verborum suam libidinem adumbrent. Non enim est verisimile, vt Paulus nuptias præcipiat, qui post C
pauca verba in eadem epistola & in eodem capite, sæpe dedit consilium de non nubendo, & sæpe hortatus est ad illud. De virginibus autem, inquit ille, præceptum Domini non habeo, cōsilium autem do.
Ibidem. Et iterum, Solutus es ab vxore, noli quærere vxorem. Et rursum: Qui sine vxore est, solicitus est quæ Domini sunt, quomodo placeat Deo. Et post pauca subdit sic colligens. Igitur & qui matrimonio iungit virginem suam, bene facit: & qui non iungit, melius facit. Hæc autem omnia contradicerent verbis à Lutheranis citatis, si vt illi dicunt, Paulus per illa aut præciperet aut consuleret iis qui matrimonio iuncti non sunt, vt matrimonium contraherent. De illis ergo in illis verbis loquitur Paulus qui iam vxores habebant, de quibus, quoniam gentiles erant, dubium erat apud illos, an ad Christianismum conuersi, deberent necessariò illas relinquere, aut ob illarum commercio abstinere: & de hac re ipsum Paulum interrogauerant Corinthii. Illis ergo Paulus respondens, ait. De quibus autem scripsistis mihi, Bonum est homini mulierem non tangere. Propter fornicationem autem, vnusquisque suam vxorem habeat, & vna quæque suum virum. Et consequenter declarat obligationem quam coniuges habent ad debitum sibi inuicem reddendum. Et deinceps ex occasione oblata differit de virginibus, cuius statum matrimonio præfert, etsi vtrunque bonum esse censeat. Denique ad coniugatos de quibus loqui cœperat rediēs, indissolubilem illorum coniunctionem iterum repetit, sic dicens. Mulier alligata est legi quanto tēpore vir eius viuit. Ex toto itaque illius literæ decursu colligitur apertè, Paulum in illis verbis quæ pro se citant Lutherani, nihil prorsus in illorum fauorem dicere: quoniam de coniugatis illic loquitur, & non de iis qui nullo matrimonii vinculo tenentur. De illis ergo dicit: Bonum est mulierem non tangere, id est, commodum & vtile est viro abstinere à commercio vxoris & copula cum carne illius, si ex consensu illius fiat. Nam si illa viro suo vti vellet, obligaretur ille, vt statim Paulus docet, vxori debitum D
reddere. Sed ne ex hac abstinentia vxoris per Apostolum commendata, occasionem adulterii sumerent, statim occasionem istam sustulit, sic dicens. Propter fornicationem autem vnusquisque suam vxorem habeat. Non dixit accipiat: sed habeat, id est retineat & illa vtatur. Dicens etiam suam, manifestè ostendit se de retentione & vsu illius, quæ iam erat sua, loqui: & non de illa quæ ducenda erat, & adhuc non erat sua. Vt autem hunc esse verum & germanum verborum Pauli sensum
Ambros. manifestè conuincam, aliquot illustres viros sanctitate perinde ac doctrina clarissimos in huius rei testimonium proferam, quorum cuilibet iustius adhibenda erit fides, quàm omnibus Lutheranis simul. Ambrosius in commentariis super Paulum prædicta verba interpretans, ait. Prauis sensibus pseudapostolorum exagitati, qui nuptias per hypocrisim, vt puriores cæteris viderentur, spernendas docebant, hæc per epistolam ab Apostolo requirebant. Quia enim non oblectabantur hac sententia, prætermissis cæteris hoc solum requirunt. Quibus tamen respondit, bonum esse quidē mulierem non contingere, quanquam non illi istud simpliciter asserant. Tamē propter fornicationem, hoc est ne quid contra legem admittatur, cum quando quod lex non prohibet, vetatur, vnusquisque suam vxorem habeat, & vnaquæque suum virum habeat. Solent enim qui compendium quærunt, errare. Quī enim fieri posset, vt hi ab vxoribus se abstinerent, quos in tantis vitiis reperit? Ideo ergo non permittit, ne ab licitis se abstinentes, inconcessa præsumerent, sicut faciunt Manichæi. Hæc Ambrosius. Huic per omnia consen A
Hierony. tit Hieronymus, qui libro primo aduersus Iouinianum, hæc ait. Paulus, inquit, Propter fornicationem vnusquisque vxorem suam habeat. Non ait, ducat vxorem: sed habeat, id est, prius ducta ante fidem vtatur, cum ea coeat, remque habeat. Omnis hæc quæstio de his est, qui in matrimonio sunt deprehensi, an
1. Cor. 7. eis liceat vxores dimittere, quod & Dominus in Euangelio prohibuit, vnde & Apostolus ait, Bonum est homini vxorem non tangere. Sed quia qui semel duxit vxorem, non valet, nisi ex consensu se abstinere, nec dare libellum repudii non peccanti, reddat coniugi debitum: spōte quippe se alligauit, vt reddere cogeretur. Hæc Hieronymus, qui non potuit apertius contra Lutheranos loqui: Huic sententiæ
Chrysost. etiam fauet Chrysostomus, qui homilia nona super priorem epistolam ad Corinthios, hæc ait. Quare, inquit Paulus, de quibus scripsistis mihi. Etenim nonnulli scripserant, oportet ne ab vxore abstinere, an non? Quos literis suis Paulus admonens, in virginitatis sermonem deuenit. Inquit enim, Bonum est homini mulierem non tangere. Si bonum, inquit, & quod longè præstat, inquitis: melius omnino est, cum muliere non conuersari. Sin autem verisimile esset, quod in præsentia cōtingit, virum quidem velle, scilicet continenter viuere, mulierem autem minimè, vel è contrario. Animaduerte quo pacto de vtroque disputet. Vxori vir debitum reddat honorem, similiter & vxor viro. Hęc Chrysostomus. Huic subscribit Oecumenus, qui prædicta Pauli verba interpretans, hæc ait. Scripserunt Corinthii Paulo vtrum oporteret ab vxore abstinere, an non. Pulchrum est, inquit Paulus, & eximium, mulierem omni-
Oecumenus. no non tangere, quod autem securum est, & in auxilium nostræ datum imbecillitati, vir legitima vtatur vxore, & vxor legitimo vtatur viro. Hæc Oecumenus. Nolo pro hac sententia plures testes adducere, ne

B cere,ne prolixior ſim: præſertim cum iſti quatuor ſatis eſſe poſſint homini nõ prorſus obſtinato. Si quis tamen plures videre voluerit, indice illos oſtendam. Auguſtinus in epiſtola 199. quæ eſt ad Eodiciam. Fulgentius epiſtola ſecunda, in qua agit de ſtatu coniugali: & in epiſtola tertia, vbi agit de coniugali debito. Theophylactus in commentariis ſuper Paulum. Haymo ſuper epiſtolas Pauli prædicta verba interpretans. Anſelmus in eodem loco eadem ferè verba dicit quæ Ambroſius. Iuſtius ergo erit his illuſtribus viris, quorum doctrina fulget Eccleſia, credere, quàm bis mille Lutheranis, Epicuri & Veneris diſcipulis.

Quintò nobis obiiciunt illud Pauli, Oportet epiſcopum eſſe vnius vxoris virum. Ex quibus verbis colligunt Lutherani, non ſolùm licitum ſed & neceſſarium eſſe, vt epiſcopus & ſacerdos vnam habeat vxorem, ne fortè alienas capiat dum propria caret. Si hæc dicerentur à Lutheranis idiotis, non mirarer: ſed cum hæc dicantur ab iis, qui ſe doctiſſimos eſſe iactant, & pro doctiſſimis haberi cupiunt, non poſſum non mirari, quod adeò delyrent, vt hæc dicere non erubeſcant. Aut ergo malitia eorum excæcauit eos: aut ita ſe Paulum intelligere fingunt, vt populo, cui potiſſimum placere cupiũt, perſuadeant, ſe non abſque ratione & authoritate vxores duxiſſe. Paulus enim in illis verbis non exigit matrimonium in eo
C qui ad epiſcopatum aſſumendus eſt, vt tanquam indignus ſacerdotio habeatur, qui liber ab vxoris vinculo viuere voluerit: ſed per illa verba bigamum à ſacerdotio relegauit, ita vt ſacerdotio fungi non poſſit, qui bigamus fuerit. Nam aliàs, quî fieri poterat vt à ſacerdote matrimonium tanquam rem neceſſariam exigeret Paulus, qui alibi virginitatem commendat, illam matrimonio præferens, & omnes ad illam hortans? Non enim eſt vero ſimile, vt excelſiore virtute præditum velit eſſe populum, quàm epiſcopum. Et ideo omnes ſacri doctores ab Eccleſia recepti, qui de hac re diſſeruerunt: ita illa verba Pauli interpretati ſunt, ſicut nos modo declarauimus. Ex illis ergo aliquot in teſtimoniũ proferam, vt illorum teſtimoniis conuincam Lutheranos longiſſimè à Pauli ſententia abeſſe. Hierony. lib. 1. contra Iouinianum, hæc ait. Non dicit Paulus, Eligatur epiſcopus, qui vnam ducat vxorem, & filios faciat: ſed qui vnã habuerit, & filios in omni diſciplina ſubditos. Alioqui ſi epiſcopi eſſe non debeãt, niſi mariti: ipſe Apoſtolus epiſcopus eſſe non debeat, qui dixit. Volo omnes homines eſſe, ſicut ego ſum. Item, tunc Ioannes Euangeliſta epiſcopus non fuiſſet, vt qui virgo mãſerit. Ergo oportet eſſe vnius vxoris virum, id eſt, qui vnam habuerit, non habeat. Et in epiſtola ad Oceanum ait. In vtraque Pauli epiſtola, nempe ad Timothæum & ad Titũ, ſiue epiſcopi ſiue presbyteri iubentur monogami in clerum eligi. Hæc Hieronymus. Huic ſententiæ fauet Tertullianus, qui in libro de exhortatione ad caſtitatem, ait. Apud nos plenius atque ſtrictius præſcribitur vnius matrimonii eſſe oportere, quos eligi oportet in ſacerdotalem ordinem, ac memini quoſdam digamos loco deiectos. Hæc Tertullianus qui ferè per duo ſecula Nicænum Concilium præceſſit. Nolo plures ex Latinis citare: quoniam hi omnes ſunt in ſacerdotum cœlibatum hæreticis ſuſpecti, propterea quòd dicunt illos in hac parte fuiſſe nimium auſteros. Si quis autem plures videre optat, videat Ambroſium in commentariis ſuper epiſtolam ad Timothæum, Auguſtinum in libro de bono cõiugali, capite 10. Primaſium huius diſcipulum ſuper primum caput epiſtolæ ad Titum. Haymonem, & Anſelmum ſuper epiſtolas Pauli. Ad Græcos igitur tranſeo, quos oporter maioris eſſe authoritatis apud iſtos hæreticos, propterea quòd vulgo iactatum eſt illos in Concilio Nicæno contradixiſſe
D legi de ſacerdotum cœlibatu. Oecumenus ſuper primum caput epiſtolæ ad Titum, ait. Vnius vxoris vir, hoc eſt, ſolam vnam nouerit, quæ legitima fuerit. Hæreticis coniugium abominantibus ſilentiũ imponit, cum poſſint alicui præeſſe epiſcopatui cum matrimonio: bigamum vero repellit, tanquam vituperio & contemptui obnoxium. Hæc ille. Multo apertius docet hoc Chryſoſtomus, qui homilia 1. ſuper epiſtolam ad Timothæum, ait. Oportet epiſcopum eſſe vnius vxoris virum. Non hoc veluti ſanciens dicit, quaſi non liceret abſque vxore epiſcopum fieri, ſed eius rei modum cõſtituẽs. Hæc Chryſoſtomus, qui multa alia pro hac ſententia in illo loco dicit: & idem rurſum cõfirmat in homilia 2. de patiẽtia Iob. Theophylactus ſicut aliàs ſemper, ita etiam nũc Chryſoſtomo ſubſcribit, ſic dicens. Porro non vt legem ſanciat, hoc dixit, quòd omnino oporteat epiſcopum vxoratum eſſe: qui enim iſtuc ſtatuerer, cùm aliàs dicat, Volo vos omnes eſſe ſicut meipſum: Verũ quia tẽpus ita tum poſtulabat, at ſi contingat, inquit, ſit vnius vxoris vir. Id verò Iudæorum cauſa dicebat: illis enim permittebatur polygamia, hoc eſt cum multis connubia iungere. Hæc Theophylactus. Epiphanius lib. 2. tomi primi cõtra hæreſes, dum agit aduerſus Catharos, hæc ait. Re vera non ſuſcipit Dei prædicatio poſt Chriſti aduentum eos, qui à primis nuptiis coniuncti ſunt, propter excellentem ſacerdotum dignitatem & honorem. Et hęc certò ſancta Dei Eccleſia cum ſynceritate obſeruat. Sed & adhuc viuentem, & liberos gignentem, vnius vxoris virũ non ſuſcipit: ſed eum qui ſe ab vna continuit, aut in viduitate tranſegit vitam, diaconum, presbyterum, epiſcopum, & hypodiaconum, maximè vbi ſynceri ſunt Canones Eccleſiaſtici. Hæc Epiphanius, qui proximus fuit Concilio Nicæno: & cum ſit Græcus, eandem dicit tunc de ſacerdotũ cœlibatu legem apud illos ſeruare, quæ nunc in Eccleſia Latina ſeruatur. Caluinus etſi agnoſcat illa verba Pauli ita ab antiquis Eccleſię doctoribus intelligi, illis tamen omnibus contradicere non dubitat, & illos omnes velut alter
A Goliath ad certamen prouocare non reformidat. Nam in illo ſuo opere de inſtitutione Chriſtiana, capite 3. §. 68. de ſacerdotum cœlibatu contra Catholicos diſputans, poſtquam illis obiecerat hęc Pauli verba, oportet epiſcopum eſſe vnius vxoris virum, hæc ait. Scio qualiter hoc interpretentur, nempe eligendum non eſſe, qui ſecundam habuerit vxorem. Atque hanc interpretationem non eſſe nouam concedo, ſed falſam eſſe ex ipſo textu palam eſt: quia ſtatim præſcribit, quales epiſcoporum & diaconorum vxores eſſe oporteat. Paulus inter epiſcopi virtutes numerat coniugium, iſti intolerabile vitium in ordine Eccleſiaſtico eſſe docent. Hæc Caluinus. Quis iam ferat hominem tam arrogantem, & toties tam apertè mentientem? Agnoſcit illam interpretationem non eſſe nouam, ſed falſam eſſe con-

1. Cor. 7.

Hierony.

1. Cor. 7.

Oecumenus.

Chryſoſt.

Theophy.

Epiphanius.

Caluinus

1. Tim.3. tendit. Semper ergo Ecclesia fuit in errore: quia semper illam interpretationem susscepit, & iuxta illam semper operata est. Quomodo ergo illa erit, prout Paulus illam appellat, columna & firmamentum veritatis, si tanto tempore in errore permansit? Misera ergo censenda esset Ecclesia, quæ per tot secula fuit decepta quousque Caluinus illam docens ab errore liberaret. Sed videamus arma quibus illos omnes se vincere putat. Dicit primò, Paulũ præscribere quales episcoporum & diaconorum vxores esse oporteat. Vbinam hoc præscripsit Paulus? Dispeream si hoc apud Paulum vnquam inuentum fuerit. Fortè hoc dicit Caluinus propter illa verba, quę statim subiecit Paulus: Mulieres similiter pudicas, non detrahentes, sobrias, fideles in omnibus. Sed in illis verbis, vt omnes hactenus interpretati sunt, nihil prorsus de vxoribus episcoporum & diaconorum, imò nec de vlla particulari vxore agit Paulus. Neque vllus vnquam Catholicus interpres Pauli, dixit Paulum illo loco de vxoribus differere. Nã Primasius, Theophylactus, & Anselmus dicunt illo loco de diaconissis mulieribus, quæ olim habebantur in Ecclesia, & aliquod in illa ministerium habebant, Paulum loqui. Ambrosius autem dicit de omnibus in vniuersum mulieribus illic agere Paulum, sic dicens. Quia sanctum præcepit creari episcopũ, addéque & diaconum: non vtique disparem vult esse plebem: quippe cum dicat Dominus, Sancti estote, quia & ego sanctus sum. Ideoque etiam mulieres quæ inferiores videntur, sine crimine vult esse, vt munda sit Ecclesia Dei. Hæc Ambrosius, qui longissimè abest à sensu Caluini. Haymo non probat sententiam eorum, qui dicunt Paulum illo loco agere de diaconissis: non tamen declarat de quibus loquatur. Dicit insuper illam sententiam de diaconissis reiectam esse ab Augustino, sed ego hoc in Augustino inuenire non potui. Scio aliquos in hac nostra ætate locum illum Pauli interpretari de vxoribus episcoporum & diaconorum, verum hi omnes & si non sint ab Ecclesia pro hæreticis habiti, sunt tamen omnes illi quos noui, de hęresi suspecti. Dicit insuper Caluinus, Paulum inter virtutes episcopi numerare coniugium. Forte hoc dicit propter illa verba, Oportet episcopum esse vnius vxoris virum. Hæc tamen verba, vt iam multis testimoniis ostendimus, non præcipiunt coniugium: sed tollunt bigamiam. Si igitur contra hanc interpretationem arguens Caluinus, denuò ipsa Pauli verba obiicit, vitium in disputando committit, quod à dialecticis dicitur petitio principii. Sed esto, Paulus in illis verbis loquatur de vxoribus episcoporum & diaconorum, non tamen inde poterit colligere Caluinus, quod Paulus præcipiat episcopis habere vxores: sed satis est quod permittit pro illo tempore, quo liberum erat eis, vti illis quas ante sacerdotium habebant, non tamen nouas accipere, aut plures quàm vnam habuisse.

Primasius Theophy. Anselmus Ambro. *Haymo.* B

Sexto obiicit Caluinus, sic dicens: Quid potuit vehemẽtius dici, quàm vbi ex Spiritu sancto Paulus denunciat, fore nouissimis temporibus homines impios, qui coniugium prohibeant, eosq; non modo impostores nũcupat, sed dæmones. Hæc Caluinus, qui ex verbis Pauli in priore ad Timothæũ epistola nos accusat, propterea quod nos prohibeamus sacerdotibus nuptias, quasi illę essent ex se illis illicitæ, & natura malæ. Sed ego credo Caluinum optimè intelligere, nos non ita sentire, vt putemus nuptias esse ex se malas: quoniam nos apertissimè docemus contrarium, & pro hac causa cõtra Encratitas & Manichæos pugnamus. Et ideo persuasus sum Caluinum, quoniam in aliis ostendit se doctum, ex industria calumniam hanc nobis parasse, vt obiecerit nobis id, quod Paulus dixit contra hostes nuptiarum. Hoc etiam Pauli testimonium obiectum est olim Hieronymo, propterea quod nuptiis præferebat virginitatem, & hortabatur ad illam. Cui obiectioni respondens idem Hieronymus in apologia ad Pamachium, hæc ait. Nónne quæso in principio operis mei ista præfatus sum? Neq; nos Manichæi & Marcionis dogma sectãtes, nuptiis detrahimus, neque Tatiani Encratitarum principis errore decepti, omnem coitum spurcum putamus, qui non solùm nuptias sed cibos quoque quos Deus creauit ad vtendum, damnat & reprobat. Non ignoramus honorabiles esse nuptias, & cubile immaculatum. Legimus primam Dei sententiam, Crescite & multiplicamini & replete terram. Sed ita nuptias recipimus, vt virginitatem quæ de nuptiis nascitur, præferamus. Nunquid argentum non erit argentum, si aurum argento pretiosius est? Hæc Hieronymus. Paulus ergo cum in illis verbis contra Manichæos, & Marcionistas, & Encratitas, qui nuptias damnant, agit, nihil contra nos dicit, qui longissimè ab illis distamus. Hanc nostram & Catholicorum omnium interpretationem subsannat Caluinus, qui in capite 3. suæ institutionis Christianæ. §. 67. postquam retulit nos verbis illis Pauli præfatam reddere interpretationem, hæc ait. Quasi verò, etiam si in illis superioribus completum sit primo hoc vaticinium, non in istos etiam competat: aut quasi auditu digna sit puerilis ista argutiola quod prohibere se negant, quia non omnibus prohibent. Perinde enim est, ac si tyrannus iniquam non esse legem contendat, cuius iniquitate pars duntaxat ciuitatis prematur. Hæc Caluinus. In quibus perinde ac in aliis, & suam arrogantiam & manifestam calumniam ostendit. Non enim ideo negamus nos prohibere matrimonium, quia non omnibus prohibemus: sed quia non prohibemus damnando matrimonium, prout Manichæi & Encratitæ prohibuerunt. Aliter enim prohibet doctor qui sine imperio aliquo, sed sola doctrina asserit aliquid esse malum, & ideo hortatur alios vt abstineant ab illo. Aliter verò prohibet ille, qui etsi fatetur aliquid ex sua natura bonum esse, attamen quia quod aliis bonum est, alicui certæ personæ non conuenit, imperio vtens præcipit huiusmodi personæ ab illo abstinere. Primo modo prohibuerunt Encratitæ & Manichęi, & ideo à Paulo damnantur. Secundo modo prohibet Ecclesia sacerdotibus matrimonium: quia sacerdotem oportet esse Deo intentum, & cogitantem quæ Dei sunt. Qui autem cum vxore est, vt Paulus ait, solicitus est quæ sunt mundi, quomodo placeat vxori? Hanc autem prohibitionem non damnat Paulus, nec de illa locutus est, vt omnes illius loci interpretes declarant. Verius tamen & rectius loquemur, si dicamus prout in responsione ad primam obiectionem diximus, Ecclesiam non prohibere matrimonium sacerdotibus: sed Deũ, cui cœlibatum promiserunt, quum ad sacerdotiũ promoti sunt. Deus enim qui per os prophetæ dixit: Vouete & reddite Deo, petit vt sibi reddatur quod sibi promissum est. Ipse etiam qui sa-

Caluinus. C D

1. Tim. 4. Heb. 13. 1. Cor. 7. Psal. 75.

qui ſacerdotium ab Eccleſia ſuſcepit, ſibiipſi matrimonium prohibuit, quia hac conditione ſuſcepit, vt perpetuo cœlibem vitam ageret. Ille ergo qui ſacerdotium ſub hac conditione ſuſcepit, accepti datíque conditionem ſeruare tenetur, à qua reſilire non poteſt, ſicut nec à ſacerdotio ſemel ſuſcepto. Quod au-
A tem Eccleſia non prohibeat huiuſmodi matrimonium teſtatur Theophylactus, qui in commentariis ſu per Paulum, prædicta verba ex priore epiſtola ad Thimotheum interpretans, hæc ait. Nuptias detractã tem impræſentiarum oſtendit. Quid igitur? Nunquid ipſi nuptias prohibemus? Abſit. Quin potius ad cœlibatum eum adhortamur, qui nuptias fugiat, eóque & honoratior ſit: haud tamen propterea ignominioſæ ſunt nuptiæ: ſicut neq; ad id contemnitur argentum, quia maioris ſit prętij aurum. Hęc Theophylactus, Chryſoſtomum ſecutus. Idem per omnia docet eo loco Oecumenus: Eis omnibus conſentit Ambroſius, & reliqui omnes ſacri doctores Pauli interpretes. Septimo, obiicit nobis Caluinus Concilij Nicæni decretum, quo, vt ille ait, ſancitum eſt, liberum fore ſacerdotibus, vt vxores, ſi vellent, ducerent. Nam in illo ſuo opere de inſtitutione Chriſtiana, cap. 3. §. 70. hęc ait. Agitatum quidem fuit in Nicœna Synodo, de indicendo cœlibatu: vt nunquam deſunt ſuperſtitioſuli, qui ſemper nouũ aliquid cõminiſcuntur, vnde admirationem ſibi concilient. Sed quid conſtitutum fuit? Nempe in ſentẽtiã Paphnutij diſceſſum eſt, qui pronunciauit caſtitatem eſſe cum propria vxore concubitum. Manſit ergo inter ipſos ſacrum coniugium, neque aut ipſis dedecori ceſsit, aut maculam vllam aſpergere miniſterio, creditum eſt. Hæc Caluinus. Quæ verba ego legens non potui non abominari tam impudentem hominis audaciam, vt non ſit veritus hoc tam apertum mendacium ſcribere, ad decipiẽdum. In Concilio ſiquidem Nicæno nunquam diſputatum eſt, an ſacerdotes poſsint ducere vxorẽ, neque de hac re aliquid dixit Paphnutius: quia hoc nunquam fuerat vſitatum apud viros Catholicos. Hoc ſolùm quæſitum eſt in illo Concilio, an ſacerdotes aut diaconi, qui antequam ad huiuſmodi miniſteriũ fuiſſent promoti, vxo-
B res habebant, poſſent ſuis vxoribus vti poſt ſacrum ordinem ſuſceptum. Cùm igitur aliquis vellet perſuadere, vt lex ſtatueretur, quæ prohiberet ſacerdotes vti vxoribus quas antea duxerant: huic ſententiæ Paphnutius reſtitit, & illi omnes conſenſerunt. Vt autem hęc quę dixi, certa faciam, & Caluini mendacium conuincam, profero teſtem fidelem Sozomenum, qui citatus à Caſsiodoro libro ſecundo hiſtoriæ tripartitæ, cap. 14. de ſynodo Nicęna differens, hæc ait. Synodus autem corrigere volens hominum vitam, & in Eccleſiis commorãtium, poſuit leges, quas Canones appellamus. In quorum tractatu videbatur aliquis introducere legem, vt epiſcopi, & presbyteri, diaconi, & ſubdiaconi, cum cõiugibus quas ante conſecrationem duxerant, non dormirent. Surgens autem in medio Paphnutius confeſſor cõtradixit, honorabiles confeſſus nuptias, & caſtitatẽ eſſe dicens concubitum cum propria cõiuge. Suaſitque concilio ne talem ponerent legem, grauem aſſerens eſſe cauſam, quæ aut ipſis, aut eorum iugalibus occaſio fornicationis exiſteret. Et hæc quidem Paphnutius, licet nuptiarum eſſet inexpertus expoſuit. Synodúſque laudauit ſententiã eius, & nihil eo hac parte ſanciuit, ſed hoc in vniuſcuiuſque voluntate, nõ in neceſsitate dimiſit. Hęc Sozomenus. In quibus verbis id potiſsimè annotandũ eſt, quod dixit, in Cõcilio Nicæno tractatum eſſe, vt ſacerdotes non dormirent cum vxoribus quas ante duxerant. Ex quibus apertiſsimè conſtat, Caluinum falsò citaſſe hyſtoriam Nicæni Concilij ad ſuæ ſententiæ comprobationem. Meritò igitur Caluinus & alij eiuſdem farinæ dicere poterunt id, quod alij apud Eſaiam dixerũt. Poſuimus mendacium ſpem noſtram, mendacio protecti ſumus. Fortè Caluinus reliquam hiſtoriã prę-
C termittens, ſolis Paphnutii verbis vult contra nos agere, quibus ille dixit, caſtitatẽ eſſe concubitum cum propria vxore, & inde deducere conatur caſtos eſſe ſacerdotes, qui poſt ſacerdotium ſuſceptum vxores ducunt, & cum illis coëunt. Sed fallitur Caluinus talem faciens collectionem, quoniam etſi cõcubitus cum vxore propria ſit caſtus, tamen ſacerdos qui ante ſuſceptum ſacerdotiũ non habebat vxorem, quãdo coit cum aliqua muliere, quamuis ſe illam tunc ducere dicat, non coit cum vxore propria: quia non poteſt illam ducere in vxorem, propterea quod ſacerdotium ſuſcipiens ſeipſum fecit inhabilem ad matrimonium contrahendum. Sed Caluinus volẽs culpam ſui coitus excuſare, facit id quod Didonem ab Aenea cognitam ad ſuæ fornicationis excuſationem dixiſſe, Virgilius in quarto Aeneidos libro refert.

Coniugium vocat, hoc texit nomine culpam.

Idem facit Caluinus, & reliqui omnes illius conſortes, qui vt ſuos inceſtuoſos concubitus excuſent, illos coniugia vocant, cum nihil minus ſint.

Octauo denique nobis obiicit Caluinus exemplum Apoſtolorum, & aliorũ ſanctorum epiſcoporũ qui vxores habuerũt. Nam in illo ſuo opere ſæpe citato de inſtitutione Chriſtiana, capitulo 3. §. 71. poſtquam reprehendit illos, qui docent, oportere ſacerdotes eſſe cœlibes, hæc ait. Sed ſi mihi antiquitatem obiiciant aduerſarii, primum reſpondeo, hanc libertatem & ſub Apoſtolis, & aliquot poſteà ſeculis, extitiſſe, vt coniuges eſſent epiſcopi: hac, ſine difficultate vſos eſſe Apoſtolos, & alios primatiæ autoritatis paſtores, qui in eorum locum ſucceſſerunt. Illius antiquitatis Eccleſię exemplum pluris meritò deberet eſſe, quàm vt illicitum, vel indecorum nobis putemus, quod tunc cum laude receptũ vſitatúmque fuit. Hæc Caluinus. In quo argumento non minus errat, & mendacio nititur, quàm in proximè præcedenti argumento. Nam etſi verum ſit, Apoſtolos aliquos habuiſſe vxores, quando à Chriſto fuerunt ad munus Apoſtolatus aſſumpti, falſiſsimum tamen eſt, aliquem eorum poſtquam fuit ad Apoſtolatum
D aſſumptus, nouam duxiſſe vxorem. Neque vnquam inter Catholicos vſitatum fuit, vt ſacerdos vxore carens, poſt ſacerdotium ſuſceptum vxorem duceret, ſicut fecit Lutherus, Oecolampadius, Martinus Butzerus, Caluinus, & reliqui omnes ſacerdotes Lutheranæ factionis. Et propter hanc cauſam illos accuſamus, quia ſacerdotio ſuſcepto vxores, vel, vt verius dicam, concubinas duxerunt, quod nunquam Eccleſia Catholica probauit: Caluinus tamen impudentiſsimè mentiens, dicit hoc cum magna laude receptum, vſitatúmque fuiſſe in Eccleſia. Peto ergo à Caluino, vt ex hyſtoria fide digna proferat nobis

Theophy.

Caluinus

Sozomenus.

Eſa. 28.

virgilius

Caluinus

saltem vnum aut alterum sacerdotem Catholicum ex illa antiqua Ecclesia, qui post susceptum sacerdotium duxerit cum laude, vt ille ait, vxorem, & statim cedo. Certus tamen sum quod nullum talem nobis proferre poterit, & ideo miror quod cum tanta impudentia ausus fuerit dicere, in illa antiqua Ecclesia hoc cum laude receptum vsitatumque fuisse. Candidum ergo lectorem precor, vt diligenter attendat, qualibus quantisque mendaciis isti hæretici populum decipere, & in suos errores trahere procurent.

Verùm hic admonere oportet lectorem ne arbitretur nos ideo inussisse Lutherum & eius sequaces hæreseos nota, quòd nos credamus ex diuina institutione esse necessarium cœlibatum ad sacrorum ordinum susceptionem, quoniam (vt iam proximè docuimus) in primordiis Ecclesię coniugatos legimus fuisse sacerdotes. Nam coniugium non obest ex institutione diuina sacerdotio. Concilium siquidem Gangrense capite quarto suorum Decretorum sic definit: Si quis discernit presbyterum coniugatum, tanquam occasione nuptiarū offerre non debeat, & ab eius oblatione ideo se abstineat, anathema sit. Hæc Concilium Gangrense. Ex cuius decreto apertissimè constat non esse ex lege diuina necessarium cœlibatum ad sacrorum ordinum susceptionem. Neque nos ob hanc causam Lutherum & eius sequaces notauimus, sed ideo illos de hæresi accusamus, quia contra Ecclesiæ statutum de sacerdotum continentia, illi docent sacerdotes vt matrimonia contrahāt, & ad sic faciendum alliciunt, irridentque Ecclesiam eò quòd tale statuerit decretum, dicúntque illam in sic statuēdo errasse. Ob quam causam omnis qui rectè (vt decet) de Ecclesiæ firmitate & certitudine censerit, sensebit meritò illos fuisse de hæresi notatos. De hac re aliquid infrà adhuc dicemus, quoniam ea de quibus in titulo de virginitate, & in titulo de votis differemus, nonnihil ad hoc negotium spectare videntur. Sunt enim illa huic materiæ valde vicina.

Cōcilium Gāgrēse.

A

Armacanus.

QVinta hæresis docet infirmum quēque sacerdotē posse in absentia episcopi excercere munus episcopale. Huius hęresis author est Richardus Armacanus Hibernicus, qui in libro sexto de quęstionibus Armenorum, cap. sexto, dicit minores sacerdotes in absentia episcopi exercere posse officia sacramentalia, qualia sunt consecrationes altarium, olei vel chrismaris benedictio, ordinum collatio, &c.

Hic Armacanus floruit anno Domini M. CCCLX. sub Carolo quarto Imperatore, & Innocentio sexto summo pontifice.

Ioannes Vvicleph.

Eundem errorem tutatus est Ioannes Vvicleph. Aduersus hunc errorem sæpe iam disputauimus. Nam in titulo de confirmatione, probauimus illud sacramentum à solis episcopis posse cōferri, & non ab aliquo minore sacerdote. In titulo de episcopis, conuicimus tum ex sacris literis, tum ex Conciliorū definitionibus, episcopos esse & dignitate & potestate aliis sacerdotibus superiores. At si minores sacerdotes possent omnia quæ episcopi faciunt, & ipsi facere, essent proculdubio illi episcopis pares, neque esset inter eos vllum discrimen. Sed quoniam in illis locis nihil de ordinum collatione disputauimus, pro illius rei definitione solùm proferam quoddam decretum Concilij secundi Hispalēsis. Nam quinto capite Decretorum præfati Concilii, hæc quæ sequuntur habētur verba: Quinto iudicio ad agnitionem nostri examinis, Agabrensis diaconi relatu deductum est de quibusdam ipsius Ecclesiæ clericis, quorum dum vnus ad presbyteri, duo ad Leuitarum ministerium sacrarentur, episcopus eorum oculorum dolore detentus fertur manum suam super hos tantum posuisse, & presbyter quidam contra Ecclesiasticum ordinem benedictionem dedisse, qui licet propter tantam præsumptionis audaciam poterat accusatus præsenti iudicio damnari, si adhuc in corpore positus, non fuisset mortis vocatione præuentus, sed quia iam ille examini diuino relictus, humano iudicio accusari non potest, hi qui supersunt, & ab eo non consecrationis titulum, sed ignominiæ elogium perceperunt, ne sibi licentiam talis vsurpatio faciat, decreuimus vt à gradu sacerdotalis vel leuitici ordinis, quem peruersè adepti sunt, depositi, æquo iudicio abiiciantur. Tales enim meritò iudicati sunt remouendi, quia prauè inuenti sunt cōstituti. Hæc Concilium Hispalense. Ecce de ordinum collatione concilii definitionem, per quam decernitur eos non esse ordinatos quibus episcopus manus imposuit, quoniam benedictionem non ab episcopo sed à presbytero receperunt. Post tanti ergo cōcilii definitiōnem iniustum esset nos amplius de hac re disputare. Quòd si fortè lector curiosus plura de hac re nosse cupit, legat Thomam Vvalden. in libro de sacramētalibus, titulo 7. quoniam illo loco præfatus author satis copiosè de hac re disputat aduersus Armacanum & Ioannem Vviclephum.

B

Cōcilium Hispalense.

SACRAMENTA.

ILle antiquus humani generis hostis, inuidiam humanæ gloriæ semel cōceptā nunquam deposuit, & ita quacunque potest semper homini nocere satagit, & illum à consecutione æternæ beatitudinis impedire nititur. Quapropter perspiciens dæmon quātum adiutorium præbeant hominibus sacramenta quæ Deus illis reliquit ad consecutionem vitæ æternæ, omni qua potuit via tentauit homines ab illorū perceptione & vsu abducere. Vt autem hoc melius faceret, quosdā hæreticos decepit, quos tanquā suę militiæ principes instituens, per eorū manus alios quos posset, subuerteret Catholicos & fideles. Fuerunt enim plures hęretici qui sacramenta Ecclesiæ omnia negarent, vt Cathari, non inquam illi Cathari qui alio nomine vocantur Nouatiani, sed alii multo illis recentiores, de quibus iam aliàs diximus. Alii fuerunt hæretici qui & si aliqua admittant sacramenta, plura tamen alia negant, prout iam ostendimus cùm de vnoquoque sacramento in propriis eorum titulis differuimus. Alii rursum aliqua sacramenta admittētes, negant aliquod eorum conferre gratiam susципienti, quantumlibet ad illius susceptionem præparet animam

Cathari.

C

animam ſuam. Huius erroris autores ſunt Armeni. Iſtorum errorem tamdiu ab Eccleſia exploſum recepit tutandum Martinus Lutherus, qui talia de ſacramentis verba profert: Hæretica eſt, ſed vſitata ſententia, ſactamenta nouæ legis dare gratiã illis qui non ponunt obicem. Hæc Lutherus. Quapropter videtur mihi eſſe Lutherus tanquam alter Nabuzardam princeps militiæ Nabuchodonoſor regis Babylonis, qui muros Hieruſalem in circuitu deſtruxit, & ſuccendit domum Domini, & ſuſtulit omnia vaſa
D aurea & argentea & ærea, in quibus miniſtrabãt ſacerdotes in templo Domino. Quid aliud ſunt ſacramenta, & aliæ Eccleſiæ cæremoniæ quàm vaſa quædam in quibus Deo in hac vita miniſtratur? Vaſa inquam aurea & argentea ſunt ſacramenta: reliquæ autẽ omnes Eccleſiaſticæ cæremoniæ vaſa ſunt ærea. Quæ omnia cùm Lutherus ab Eccleſia auferre conatur, apertè demõſtrat ſe eſſe alterum Nabuzardam, vnum videlicet ex principibus diabolicæ militiæ. Aduerſus hanc peſtiferam hæreſim, & ſi de quolibet ſacramento ſigilatim diſputatum ſit, tamen hoc impræſentiarum agendum eſt, vt oſtendamus breuiſſimè de omnibus ſacramentis in genere, ea fore pro ſacramentis habenda quæ ſancta mater Eccleſia ve lut talia recipit & tuetur. Nam quòd Eccleſia non poteſt errare ex Dei adiutorio illi aſsiſtente, præſertim in illis in quibus oportet non errare, iam aliàs ſæpe oſtendimus. Et ex hoc colligimus Eccleſiam habere facultatem diſcernendi diuinas ſcripturas ab humanis, verúmque earum ſenſum à falſo, Deo illam quotidie illuſtrante, ne videlicet erret in his, in quibus error fuiſſet periculoſus. At nullibi periculoſior fuiſſet iactura, quàm ſi falſa pro veris ſacramenta, & traditiones hominum, imò figmenta diaboli pro traditionibus Dei Eccleſia recepiſſet, quoniam tunc ſpem ſuam Eccleſia in fictis ac vanis corporalium rerum ſignis, prout magi faciunt, tanquam in Chriſti ſacramentis collocaſſet. Si ergo Eccleſia hanc habet à Deo collatam poteſtatem, vt verba Dei à verbis hominum diſcernat, neceſſarium eſt etiam fateri illam etiam hanc habere poteſtatem à Deo ſimiliter illi collatam, vt traditiones Dei diſcernat à traditionibus hominum. Nam aliàs vtrobique poſſet pari ratione vitandus error oriri. Chriſtus enim ſuæ Eccleſiæ vſque ad conſummationem ſeculi aſsiſtens, non ſolùm hoc agit vt Eccleſia hoc aut illo modo nõ erret, ſed ne erret vllo. At nullibi maiore cum iniuria Chriſti poſſet errare, quàm ſi fiduciam in illo ponendã ſolo, ponat in ſignis nulla prorſus fultis gratia, ſed omni bono fidei vacuis atque inanibus, quo-
A niam id notiſsima eſſet idololatria, quam Deus ſuper omnia alia vitia abominatur. Colligitur ergo Eccleſiam non poſſe errare in ſuſcipiendis ſacramentis fidei, non inquam magis quàm in ſuſcipiendis ſcripturis diuinis, in quibus diſcernendis eam non poſſe errare iam aliàs oſtendimus. Quapropter meritò decretum eſt vt quiſquis aliter ſenſerit de ſacramentis Eccleſiæ quàm ſancta Romana Eccleſia ſentit, hæreticus reputetur. Et quia contra ſingulas hæreſes, quæ aduerſus ſingula ſacramenta exortæ ſunt, iam ſuis locis diſputauimus, non eſt opus vt nunc aliquid addamus: ſed ſatis erit citare Canones, quos Concilium Tridentinum ſub Paulo tertio celebratum ſeſsione ſeptima protulit pro aſſertione ſacramentorum, & ſunt qui ſequuntur.

Armeni.
Lutherus.
4. Re. 26.
Cõcilium Tridẽtinum.

Si quis dixerit ſacramenta nouæ legis non fuiſſe omnia à Ieſu Chriſto Domino noſtro inſtituta, aut eſſe plura vel pauciora quàm ſeptem, videlicet Baptiſmum, Confirmationem, Euchariſtiam, Pœnitentiam, Extremam vnctionem, Ordinem, & Matrimonium, aut etiam aliquod horum ſeptẽ non eſſe verè & propriè ſacramentum, anathema ſit.

Si quis dixerit ea ipſa nouæ legis ſacramenta, à ſacramentis antiquę legis non differre, niſi quia cęremoniæ ſunt aliæ, & alij ritus externi, anathema ſit.

Si quis dixerit hæc ſeptem ſacramenta ita eſſe inter ſe paria, vt nulla ratione aliud ſit alio dignius, anathema ſit.

Si quis dixerit ſacramenta nouę legis non eſſe ad ſalutem neceſſaria, ſed ſuperflua: & ſine eis aut eorum voto, per ſolam fidem, homines à Deo gratiam iuſtificationis adipiſci, licet omnia ſingulis neceſſaria non ſint, anathema ſit.

B Si quis dixerit, hæc ſacramenta propter ſolam fidem nutriendam inſtituta fuiſſe, anathema ſit.

Si quis dixerit, ſacramenta nouæ legis non continere gratiam, quam ſignificant: aut gratiam ipſam, non ponentibus obiecta, non conferre, quaſi ſigna tantum externa ſint acceptæ per fidem gratiæ, vel iuſtitiæ, & notæ quædam Chriſtianæ profeſsionis; quibus apud homines diſcernuntur fideles ab infidelibus, anathema ſit.

Si quis dixerit, non dari gratiam, per huiuſmodi ſacramenta, ſemper & omnibus, quantũ eſt ex Dei parte, etiam ſi ea ritè ſuſcipiant: ſed aliquando & aliquibus, anathema ſit.

Si quis dixerit, per ipſa nouæ legis ſacramenta, ex opere operato non conferri gratiam: ſed ſolam fidem diuinæ promiſsionis ad gratiam conſequendam ſufficere, anathema ſit.

Poſt ipſos Canones, qui ad omnia ſimul ſacramenta ſpectant, ſuccedunt alij Canones, videlicet nonus & decimus, qui ad particularia ſacramenta ſpectant: & ideo illos nunc omittimus, quoniam in illis locis ad quos pertinent, iam illos citauimus. Sequitur deinde canon vndecimus ad hunc locũ pertinẽs, qui ſequentibus verbis continetur.

Si quis dixerit, in miniſtris dum ſacramenta conficiunt, & conferunt, non requiri intentionem ſaltem faciendi quod facit Eccleſia, anathema ſit. Hactenus Concilium Tridentinum. Aduerſus hanc hęreſim ſtrenuè pugnat illuſtriſsimus Rex Angliæ vno integro libello quem pro aſſertione ſacramentorum Eccleſiæ ædidit.

SEcundus de hac re error eſt qui negat in aliquo ſacramento imprimi characterem. Et huius erroris autor eſt etiam Lutherus. Verùm de hoc errore iam ſatis (vt exiſtimo) ſuprà diſputauimus in titulo de charactere. Non eſt ergo iuſtum vt iterum hunc errorem in contentionem reuocemus.

Lutherus.

SANCTI.

NIhil est quod intentatum reliquerit aduersarius noster diabolus, vt nos à vitæ æternæ consecutione impediret. Nam quicquid nos ad illam beatam vitam capescendam iuuare potest, à nobis auferre conatur. Qui enim à sacramentorum perceptione hominum mentes auocare nitebatur, idem etiam à veneratione sanctorum homines reuocare molitus est, quoniam videlicet scit nos plurimùm illorum orationibus iuuari, ideo quosdam misit qui in spiritu erroris loquentes mendacium, dicerent sanctos non esse ab hominibus honorandos, neq; oportere illos orare, vt vel sic homines hîc viuentes sanctorum qui in cœlis sunt defraudarent auxiliis. Huius pestiferæ hæreseos autor primus (quod sciam) fuit Eustachius quidam, propter hunc errorem & multos alios in Concilio Gangrensi damnatus. Post hunc in eodem errore succescit Vigilantius Gallus Barchinonensis Ecclesiæ presbyter, aduersus quē beatus Hieronymus bis de hac re scripsit. Eundem errorem post multos annos tutati sunt Vvaldenses, qui omnium sanctorum festiuitates ab Ecclesia auferre conati sunt. Ioannes Vvicleph cùm semper pro Vvaldēsium secta pugnauerit, noluit in hac parte ab illis deficere, vt semper sui similis esset. De Ioanne Huss non est opus dicere, cùm hic in verba Vvicleph magis quàm in verba Christi iurasse videatur. Bohemi verò captiuantes intellectus suos in obsequium Ioannis Huss, hunc inter alios tutantur errores. Martinus Lutherus hodie in eadem dānatione persistit. Ioannes Oecolampadius in expositione quam ędidit super Esaiam prophetam, hunc errorem sæpissimè inculcat. Sanctos esse honorandos apertè docet propheta regius, dicēs: Mihi autem nimis honorati sunt amici tui Deus. Amicos Dei vocat Apostolos & reliquos sanctos, qui Deum syncero quodam amore diligunt. Nam ipsemet Christus promisit illis vt post hanc trāsactam vitam in suam reciperet amicitiam, dicens: Iam non dicam vos seruos, sed amicos. Qui ergo à Dauid honorati esse perhibētur, non est dignū vt à nobis sine vllo honore relinquātur. Præterea ipsamet veritas apud Ioannē ait: Si quis mihi ministrauerit, honorificabit eum pater meus qui in cœlis est. Quid ergo incipientes hæretici garriunt? Nunquid iustum est vt quos Deus pater honorat in cœlis, nos dedignemur honorare in terris? Præsertim cùm honor exhibitus sanctis, exhibeatur Deo qui glorificatur in honore sanctorum. Glorioſus est enim Deus in sanctis suis, ait propheta regius. Rursum, ad honorandos sanctos hortatur nos Ecclesiasticus, dicens: Laudemus viros glorioſos, & parentes nostros in generatione sua. Et postquam aliquas laudes patrum veteris testamenti protulerat, statim subdit: Omnes isti in generationibus gentis suæ gloriam adepti sunt, & in diebus suis habentur in laudibus. Qui de illis nati sunt, reliquerunt nomen narrādi laudes eorum. Si ergo licet eos laudare, licebit etiam eos honorare, quoniam laus quædam honoris species est. Nam per verba laudatoria testamur quam habeamus de illo, quem laudamus, existimationem, quemadmodum per genuflexiones, & capitis denudationes testamur eam quam habemus ad alium venerationem. Accedit ad hæc ipsius vniuersalis Ecclesiæ autoritas, quæ dies festos in venerationem sanctorum quotannis celebrat, & à toto populo christiano celebrari præcipit. Et vltra hoc præceptum quod fortè recens est quo ad plurimos dies festos, est vetusta nimis, & sine initij memoria semper obseruata consuetudo, vt in veneratione sanctorum aliqui semper fuerint dies festi celebrati. Nam hoc ipsum testantur sermones antiquorum Ecclesiæ doctorum, quos in celebritatibus sanctorum, & in illorum laudem coram populo faciebant. Extant sermones Ambrosij, multo plures Augustini, quos in festiuitatibus sanctorum coram populo prædicarūt, vt eundem populum allicerent ad sanctorum & imitationem, & venerationem. At si sancti non essent venerandi, Ecclesia illorum festiuitates esse celebrandas nunquam pręcepisset, nec Deus Ecclesiam suam, cui semper vsque ad consummationem seculi asistit, tamdiu errare permisisset. Ostenso ergo qualiter sacris litēris consona sit sanctorum veneratio, superest vt ostendamus licitum esse, ne dicam meritorium, sanctos orare. Nam hoc etiam hæretici negant, quasi diuinæ clementiæ derogent, quòd qui Christo ministrauerit, hoc honore dignus habeatur, vt pro aliis intercedat. Abraham orat pro Abimelech qui Saram illius vxorem acceperat, & exaudita est oratio Abraham. Et in libro Iob legimus: Voca, si est qui tibi respondeat, & ad aliquem sanctorum conuertere. Quæ quidem verba quamuis illa Eliphat Themanites ad Iob dixerit, non tamen ea Iob reprehendit, sed consilium eius velut sanum libēter suscipit, cùm tamen alias illum de malè ab eo dictis reprehenderit. Ad eundem modum Heliu dixit: Si fuerit pro eo angelus loquens vnus de millibus, & annunciet hominis æquitatem, miserebitur eius Deus, & dicet: Libera eum, vt non descēdat in corruptionem. Inueni in quo ei propitier. Et in eodem libro post descriptam omnem disputationem quam Iob habuit cum amicis suis, in qua illi amici Deum offenderant, statim ponitur præceptum Dei quo iussit illos ire ad ipsum Iob, vt rogarent illum quatenus pro eis ad Deum orare vellet. Quod cùm illi (vt Dominus præceperat) fecissent, Iob pro illis orans exauditus est. Et Centurio qui puerum habebat paralyticum, seniores Iudæorum misit ad Christum vt pro salute pueri deprecarentur, eò quòd se indignum putauit qui hoc impetrare posset à Christo. Cur non etiam nos de nostris meritis diffidentes, ad sanctos recurremus, vt ipsi pro nobis Deum orent, quò facilius nostras petitiones obtineamus? Sed quoniam hæc & alia sunt plurima testimonia sacræ scripturæ, quibus conuincitur iustos viros pro aliis Deum orantes ab eo exaudiri, ad hoc asylum confugēre hæretici, vt dicant licere nobis recurrere ad sanctos viros dum hîc viuunt, & illos pro nobis hîc orantes exaudiri, non autem cùm iam ex hac vita decesserint. Sic enim docet Oecolampadius in commentariis super Esaiam. Hoc etiam olim, teste Hieronymo, dixit Vigilantius. Quapropter audiamus quid de illo Hieronymus referat. Sic enim in quodam libro aduersus Vigilātium, ait: Dicis in libello tuo, quòd dum viuimus, mutuò orare possumus: postquam autem mortui fuerimus, nullius sit pro alio exaudientia

Eustachi⁹
Vigilāti⁹.
Vvaldenses.
Ioannes Vvicleph
Ioannes Huss.
Bohemi.
Lutherus
Oecolam.
Psal. 138.
Ioan. 12.
Ibidem.
Psal. 67.
Eccle. 44.
Gene. 20.
Iob. 5.
Iob. 33.
Iob. 42.
Lucæ. 7.

dientia oratio, præsertim cum martyres vltionem sui sanguinis obsecrantes impetrare nequiuerunt. Si Apostoli & martyres adhuc in corpore constituti possunt orare pro cæteris, quando de se adhuc debẽt esse soliciti, quanto magis post victorias, coronas, & triumphos? Vnus homo Moyses sexcentis millibus armatorum impetrat à Domino veniam. Et Stephanus imitator Domini sui, & primus martyr in Christo, persecutoribus veniam deprecatur. Et postquam cum Domino esse cœperint, minus valebunt? Paulus Apostolus ducentas septuaginta sex sibi dicit in naui animas condonatas. Et postquam resolutus esse cœperit cum Christo, tunc ora clausurus est, & pro iis qui in toto orbe ad suum Euangelium crediderunt, mutire non poterit? Meliorque Vigilantius canis viuens, quàm ille leo mortuus? Rectè hoc de Ecclesiaste proponeres, si Paulum in spiritu mortuum, confiterer. Hucusque Hieronymus. Sed præter hæc quæ Hieronymus obiicit, sunt alia scripturæ sacræ testimonia multò apertiora ad conuincendum, sanctos qui iam vita defuncti sunt, pro nobis orantes exauditi. Iacob enim propinquus morti, cum benediceret filium suum Ioseph, ait: Deus in cuius conspectu ambulauerunt patres mei Abraham & Isaac, Deus qui pascit me ab adolescentia mea vsque in præsentem diem. Angelus qui eruit me de cunctis malis, benedicat pueris istis, & inuocetur super eos nomẽ meum, nomina quoque patrum meorum, Abraham & Isaac: & crescant in multitudinem super terram. In quibus verbis illud est aduertendũ, quod Iacob præcipit inuocari super filios Ioseph nomina patrũ iam defunctorum: quoniam etsi mortui sint corpore, & mundo, viuunt tamen coram Deo. Nam & veritas in Euangelio ait: Non est Deus mortuorum, sed viuorum. Omnes enim viuunt ei. Propterea Moyses pro peccato populi Deum orans, sic ait: Quiescat ira tua, & esto placabilis super nequitia populi tui. Recordare Abraham, Isaac, & Israël seruorum tuorum, &c. Sequitur infrà: Placatusque est Dominus ne faceret malum quod loquutus fuerat aduersus populum suum. Ecce vides Moysen orantem Deum per merita patrum, videlicet Abrahã, Isaac, & Iacob. Si ergo Moysi licet offerre merita patrum, quare ipsim & patres non melius offerre poterunt sua? Si dicas illos iam recepisse præmium bonorum quæ hic egerunt, nec posse amplius mereri, fateor: verùm nos non dicimus sanctos orantes exaudiri ad cumulum meritorũ suorum, sed hoc dicimus eos meruisse in via, vt orãtes pro nobis in patria exaudirẽtur. Quapropter cùm exaudiuntur, potius cedit illis in præmium meritorũ præcedentium, quàm in nouum meritum. Et si eos esse extra tempus merendi est sufficiens causa vt non possint pro nobis orantes, nobis prodesse, etiam erit sufficiens causa vt illorũ merita prodesse non possint, cùm Moses illa pro populo orans, Deo offerebat. Et si merita illorum prodesse potuerũt cum Moyses illa offerebat Deo, multò magis prodesse poterunt si illi offerant eadem Deo. Eodem modo etiam orabat Azarias positus in fornace accensa igni: Ne quæsumus (inquit) tradas nos in perpetuum propter nomen tuum, & ne dissipes testamentũ tuum, neque auferas misericordiam tuã à nobis propter Abraham dilectum tuũ, & Isaac seruum tuum, & Israel sanctum tuum, quibus loquutus es, pollicens quòd multiplicares semen eorum sicut stellas cæli, & sicut arenam quæ est in littore maris. Sic autem orans exauditus est, quoniam liberatus est cum sociis suis de fornace ardenti. Si merita sanctorum iam defunctorum nihil prodesse possunt post eorũ mortem, frustra Azarias Deum orans merita illorum patrũ obtulisset Deo. At cum non frustra orauerit, sed exauditus fuerit, conuincitur merita sanctorum defunctorum nobis post eorũ mortem posse prodesse, quoniam hoc viuentes meruerunt, vt post mortem suam nobis prodesse possent. Rursum, apud Zachariam prophetam angelus Dei orat Deum pro populo Iudaico in captiuitate posito, dicens: Domine exercituum vsquequo tu non misereberis Hierusalem, & vrbium Iuda quibus iratus es? Iste iam septuagesimus annus est. Quibus verbis angelus orat Deum pro redemptione populi Iudaici, ducens in recordationem Hieremiæ prophetæ oraculum quo ex præcepto Dei prædixerat post septuaginta annos in suam patriam & libertatem populum Iudaicum fore reducendum.

Apoc.6. *Exod.32.* *Act.7.* *Eccle.12.* *Gen.48.* *Matt.22.* *Exod.32.* *Dan.3.* *Zacha.1.* *Hiere.29*

Ex hoc loco Zachariæ prophetæ conuincitur istorum hæreticorum impudentia, qui dicunt sanctos qui sunt in cœlo non esse à nobis inuocandos, quia ipsi iam non possunt Deum pro nobis orare. Ideoque dicunt inanem esse talem inuocationem sanctorum, quæ ad nihilum valitura est. Istorum tamen sententiam damnat Zacharias propheta, cum ait angelum Domini iam beatum, orasse Deum pro populo Iudaico in captiuitate detento, vt illum Deus à captiuitate illa eriperet.

Deinde, Onias summus sacerdos Iudæorum post mortem suam apparuit Iudæ Machabæo, manus suas extendens, & orãs pro omni populo Iudæorum. In qua visione alius similiter apparuit eidẽ Oniæ socius, de quo ad Iudam Machabæum Onias ait: Hic est fratrũ amator, & populi Israel. Hic est qui multum orat pro populo, & vniuersa sancta ciuitate. Hieremias propheta Domini. Si ergo sancti in limbo extra statum meriti, & non adhuc Deo fruentes pro suis orabant, quantò libentius id facient cum iam Deo fruentur, præsertim quòd pro aliio Deum orare, est opus charitatis? Cùm ergo charitas, iuxta beati Pauli sententiam, non excidat, imò perficiatur in patria, conuincitur vt ibidem pro nobis multò feruentius orent, quàm fecerunt dum hîc viuerent, aut cùm in limbo fuerunt.

2.Mac.15.

Sed hoc testimonium ex libro Machabæorum Lutherani contemnunt, propterea quòd librum illũ dicunt non pertinere ad canonem librorum sacræ scripturæ, sed esse mera somnia hominis nullam habentis authoritatem. Hoc tamen falsissimum esse, suprà libro primo ostendimus, vbi probauimus libros Machabæorum esse verè canonicos & sacros.

Deinde beatus Ioannes in Apocalypsi vidit quatuor animalia & vigintiquatuor seniores qui ceciderũt coram agno, habentes singuli citharas & phialas aureas plenas odoramẽtorum, quæ sunt orationes sanctorum. Et in eadem Apocalypsi iterum vidit angelum stantem ante altare, habentem thuribulum aureum, & data sunt illi incensa multa, vt daret de orationibus sanctorum omnium super altare aureum, quod est ante thronum Dei. Et ascendit fumus incensorum de orationibus sanctorum de

Apoc.5. *Apoc.7.*

Luc. 20. manu angeli coram Deo. Cùm autem ex doctrina Saluatoris homines ſancti in gloria ſint æquales angelis Dei: conuincitur, vt ſi angeli pro nobis orant in patria, etiam homines ſancti pro nobis orare poſſint,& exaudiri.

Denique diues epulo in tormentis poſitus, orauit pro fratribus ſuis in hac vita exiſtentibus, multò ergo magis credendum eſt, ſanctorum animas in cœlo poſitas, quæ ardentiori erga proximos flagrant charitate,orare Deum pro ſalute fratrum in hoc ſeculo manentium.Nam ſi diues ille,qui dum viueret, nullam ſalutis fratrum curam habuit, pro ſalute illorum mortuus intercedit, multò iuſtius eſt credere ſanctos qui dum viuerent pro hominibus orabant, hoc ipſum poſt mortem, quando iam Dei viſione fruuntur,feruentius facturos. B

Vereantur ergo hæretici contra tot ſacræ ſcripturæ teſtimonia,ſanctorum gloriæ & honori detrahere, & illorum ſuffragiis viuos homines defraudare. Poſſem etiam ad huius rei confirmationem plura ſacrorum doctorum teſtimonia citare, quæ prudens omitto, ne metas breuitatis promiſſę excedam. Quòd ſi curioſus lector ea videre deſiderat,aſſignabo ei loca vnde illa petere poſſit. Bernardus ſermone ſexageſimoſexto ſuper Cant.reprehendit quoſdam ſui temporis hæreticos, qui negabant ſanctos eſſe orandos. Beda in homilia ſuper Euangelium Matthæi de muliere Chananea. Damaſcenus libro quarto de fide orthodoxa,cap.16. Auguſtinus ſuper Ioannem tractatu 84.& ſuper Pſalmum 120. Cyrillus libro 6.aduerſus Iulianum Apoſtatam. Hieronymus in libro contra Vigilantium. Cyprianus ad Cornelium papam ſcribens petit,vt ſi quis eorum prior deceſſerit, pro fratribus & ſororibus noſtris Deum oret: & eſt hæc epiſtola omnium prima. Dionyſius Areopagita capite ſeptimo Eccleſiaſticæ Hierarchię.

Cõcilium Gãgrẽſe. Poſt tot apertiſſima & efficaciſſima teſtimonia extant plurima conciliorum decreta quæ de hac re definiunt. Concilium Gangrenſe cap.vigeſimo ſuorum decretorum in hunc modum ait: Si quis perſuperbiam tanquam perfectum ſe exiſtimans,conuentus qui per loca & baſilicas ſanctorum martyrum fiunt,vel accuſauerit,vel etiam oblationes,quę ibidem celebrantur, ſpernendas eſſe crediderit, memoriasque ſanctorum contemnendas, anathema ſit. Hæc ibi. Sunt etiam alia plurima Concilia quæ præcipiunt Litanias, hoc eſt rogationes ſanctorum quotannis ſolemniter in Eccleſia fieri, in quibus ad omnes ſanctos orationes & preces emittuntur,vt Deum pro populo orent. Nam Concilium Aurelianenſe,cap.23.ſuorum decretorum,ſic ait:Rogationes,id eſt litanias,ante aſcenſionem Domini placuit celebrari,ita vt præmiſſum triduanum ieiunium in Dominicæ paſſionis ſolemnitate ſoluatur:per quod triduum ſerui & ancillæ ab opere relaxentur,quo magis plebs vniuerſa conueniat:quo triduo omnes abſtineant,& quadrageſimalibus cibis vtantur. Hæc Concilium. Litanias etiam fieri præcipit Concilium Gerundenſe, capite tertio. Concilium Toletanum quintum,capite primo,& Concilium Toletanum ſextum,capite ſecundo. Concilium Braccarenſe ſecundum,cap.9. Verùm hæ rogationes quæ ab his tribus vltimis Conciliis celebrari mandantur, aliæ ſunt ab illis quas celebrari præcepit Concilium Aurelianenſe: quoniam ille in vere ante aſcenſionem Domini fieri mandantur,hæ autem in menſe Decembri celebrati præcipiuntur. De hoc tamen inter omnia illa Concilia conuenit, quoniam omnia illa Concilia decernunt & mandant vt aliquo tempore rogationes ſolennes celebrentur. At ſi ſancti non eſſent orandi,nunquam Concilia præcepiſſent tales litanias celebrari. Si enim ipſi non audiunt orationes noſtras, aut orantes pro nobis nunquam exaudiuntur,fruſtra illos orare præcipimur. Veneremur ergo ſanctos quos pater cœleſtis ſic honorificauit, vt amicitia ſua dignos iudicauerit. In noſtris neceſſitatibus ad eos confugiamus, eos orantes, vt pro nobis ad Deum interceſſores eſſe velint. Nec tamen hac fiducia illos orare debemus,vt in illis omnem noſtram ſpem collocemus, tanquam illi potẽtes ſint ad præſtandum ea quæ cupimus,quoniam hoc modo ſolum Deum orare debemus,& in illo ſolo puppim(vt dicitur)& proram conſtituere. Sed hoc ſolùm à ſanctis petere & ſperare debemus,vt ipſi velint à Deo petere id quod nos aſſequi optamus. Hoc enim apertè innuit diuinus Pſaltes,dicens: Leuaui oculos meos in montes,vnde veniet auxilium mihi. Et ne quis deciperetur, credens quòd ipſi montes, hoc eſt ſancti,eſſent auxilium daturi,ſtatim ſubiunxit: Auxilium meum à Domino,qui fecit cœlum & terram. Quæ verba exponens beatus Auguſtinus ſuper Pſalmos,ait: Noli putare quia ipſi montes tibi dabunt auxilium. Accipiunt enim quod dent: non de ſuo dant. Hæc ille. Propter hoc Eccleſia à Spiritu ſancto edocta,in litaniis ſiue rogationibus quas celebrat,alio modo orat Deum,& alio modo orat ſanctos. Nam Deum orans,ſic ait: Pater de cœlis Deus,miſerere nobis. Fili redemptor mundi Deus,miſerere nobis. Cùm aurem aliquem ſanctorum orat,non dicit illi, miſerere nobis,ſed ait: Ora pro nobis. Itaque Eccleſia orans,à Deo petit miſericordiam, à ſanctis autem interceſſionem. Argumenta quibus ſe hæretici tuentur, quoniam ridicula ſunt, & nullius roboris, breuitati ſtudens omiſi, præſertim quòd ex iis quæ diximus,facillimè reiici poſſunt. Aduerſus hanc hæreſim diſputat Iodocus Cliththoueus vno integro libro quem inſcripſit de veneratione ſanctorum. Thomas de Vio Caietanus Cardinalis paruum quoddam opuſculum de hac re ædidit. Albertus Pighius Campenſis hanc rem perdoctè tractat, in libro controuerſiarum Ratiſponæ habitarum, controuerſia tertiadecima. C D *Pſal.*129.

SATISFACTIO.

Lutherus. VNus ex peſtilentiſſimis Lutheri erroribus eſt, quo docet non eſſe opus peccatori vlla ſatiſfactione pro peccatis perpetratis,quoniam,vt ille ait,dimiſſa culpa,omnis etiã pœna quæ culpæ debebatur,dimiſſa manet. Sed contra hunc errorem iam ſatis ſuprà diſputauimus in titulo de pœnitentia. Illo enim loco oſtendimus ex ſacris literis, poſt dimiſſam à Deo culpam oportere peccatorem pro illa aliquam,aut in hoc mundo,aut in purgatorio pati pœnam. A

pœnam. Et ita non est opus vt iterum de hac re disputemus.

SCRIPTVRA SACRA.

OMnibus ferè hæreticis hoc vnum fuit commune, sacris videlicet scripturis detrahere. Nam eas sæpissimè aliter quàm decet pro libito interpretantur. Et si fortè contra aliquam eorum assertionem locus aliquis adferatur tam patens, vt interpretationibus eorum quantumlibet tenebrosis minimè valeat eius claritas offuscari, statim librum illum ex canone scripturæ sacrę reiicere conantur, dicentes librum illum indignum esse qui in tali catalogo sacrorum librorum connumeretur. Nam cùm scriptura sacra sit mystica quædam turris Dauid, ex qua omnis armatura fortium & Catholicorum virorum pendet, ideo hæretici conantur scripturas sacras minuere, ne arma habeamus quibus eorum insanas doctrinas prosternere valeamus. Ideo ab aliquibus vnus liber, ab aliis alius reiitur, prout cuiq; expediens videtur, & suæ assertioni talis libri doctrina repugnat. Hoc tamen loco non est opus aduersus singulas eorum hæ- B reses disputare. Nam cùm suprà libro primo, cap. 2. iam ostenderimus sacrorum librorum catalogum, satis nunc erit solùm narrare eas hęreses, quæ ex canone librorum ab ecclesiæ recepto aliquos reiiciunt libros velut apocryphos, & nullius autoritatis. *Cant. 4.*

PRima ergo hæresis est, quæ totum vetus testamentum reiicit. Huius hęresis primus author extitit Carpocrates, à quo Carpoctatiani siue Carpocratitæ hæretici dicti sunt. Post hunc Carpocratem successit in eodem errore Cerdon, tempore Iginii papæ & martyris, qui nonus à beato Petro totius ecclesiæ summus pontifex fuit. Hoc enim tribuit Cerdoni Augustinus in libro de hæresibus, cap. 21. Post Cerdonem hanc eandem tutatus est hæresim Seuerus, à quo Seueriani dicti sunt. Hoc enim de Seuero refert Augustinus in eodem libro de hæresibus, cap. 24. Eandem hæresim post aliquot annorum curricula suscitauit Manichæus, sub quo magis innotuit: qua de causa factum est vt à multis credatur Manichæum fuisse primum huius hæresis autorem. Constat tamen Manichæum fuisse ferè ducentis annis posteriorem Cerdone. Post Manichæum eandem amplexati sunt hæresim Albanenses. Nam Guido Carmelita in sua summa de hæresibus, Albanensium errores enumerãs, hunc inter alios sexto loco collocat. Hi omnes hæretici conuenerunt in vnum aduersus testamentum vetus, illi exprobrantes, quòd à malo principio factum fuerit: quapropter malum esse etiam illud dicebant. Aduersus hanc hæresim iam suprà disputauimus in titulo de lege, hæresi secunda. Illo enim loco per testimonia sumpta ex nouo testamento probauimus legem esse bonam, & à bono principio procedentem. Et in titulo de Deo, hæresi prima, probauimus ex sacris literis vnum tantum esse Deum, qui sit omnium rerum principium. *Carpocr.* *Cerdon.* *Seuerus.* *Manichęi Albanenses.*

C Non est ergo opus vt amplius aduersus hanc hæresim disputemus.

SEcunda hæresis non recipit libros Machabæorum. Huius hæresis author est Lutherus, dicens libros illos non esse canonicos, nec dignos qui sacris libris annumetentur. Hoc autem ideo facit Lutherus, quia doctrina in illis contenta apertissimè contra suam doctrinam pugnat. Lutherus enim ait orationes aut alia suffragia quæ à viuentibus pro mortuis fiunt, nihil mortuis prodesse. In secundo autem Machabæorum libro laudantur talia suffragia quæ pro mortuis fiunt. Ideo Lutherus suum pertinaciter defendens errorem, hos Machabæorũ libros, quia suæ doctrinæ repugnantes, reiicit. Quòd autem hi libri inter sacros sint connumerãdi, testantur beatus Augustinus, Damascenus, Innocentius papa huius nominis primus: demum Concilium Carthaginense tertium inter canonicas scripturas, hos Machabæorum libros censuit collocandos. Quæ omnia suprà lib. 1. cap. 2. protulimus. Verùm Lutherus & illius imitatores obiiciunt nobis Hieronymum dicentem tales libros non esse canonicos. Sed re vera aliter Hieronymus sentit quàm ipsi putant. Nam in præfatione in libros Machabæorum, Hieronymi verba sunt hæc: Machabæorum libri licet non habeantur in canone Hebræorum, tamen ab Ecclesia inter diuinorum voluminum annotantur historias. Hæc Hieronymus. Ex cuius verbis constat hos libros esse ab Ecclesia in sacrorum numerum coaptatos. Quòd si Ecclesia censuit hos libros esse pro diuinis recipiendos, quamuis in canone Hebræorũ non habeantur, nullus citra hæresis notã illis repugnare valebit. *Lutherus.*

TErtia hæresis est, quæ euangelia sacra reiicit. Nam Cerdon, de quo suprà diximus, solùm recipiebat euangelium Lucæ, alia tria reiiciens. Hoc enim de illo refert Tertullian⁹ in libro de hæresibus. Cerdonis errorem posteà susceptt Marcion, eiusdem Cerdonis discipulus, prout Irenæus testatur libro primo aduersus hæreses. *Cerdon.* *Marcion.*

D QVarta hæresis est, quæ ex omnibus quatuor Euangeliis, solùm recipit euangelium Matthæi, reliqua tria contemnens. Hanc hæresim tribuit Philaster Cerintho, in suo libro de hęresibus. Verùm Augustinus in capite 8. sui opusculi de hæresibus, de hoc Cerintho differens, nunquam huius hæresis meminit. Irenæus lib. 1. aduersus hæreses, cap. 26. tribuit hunc errorem Ebioni, à quo dicti sunt Ebionitæ hæretici. *Cerinthꝰ* *Ebion.*

QVinta hæresis est, quæ Actus Apostolorum non recipit, sed illum librum conatur auferre ex catalogo sacrorum librorum. Hanc hæresim tribuit etiam Philaster Cerintho simul cum præcedente, cuius nec meminit Augustinus, sicut nec præcedentis. Eusebius Cæsariensis lib. 4. historiæ ecclesiasticæ, refert Seuerum, à quo Seueriani hæretici dicuntur, non recepisse librum Actuum Apostolorum. *Cerinthꝰ*

SExta hæresis est, quę omnes Pauli Apostoli epistolas docet nullius esse momenti. Huius pestiferæ hæresis primus autor fuit Ebion. Hoc enim illi tribuit Irenæus lib. 1. aduersus hæreses, cap. 26. Et hoc ideo Ebionem fecisse constat, quia Ebion docebat legem veterem simul cum noua esse obseruandam. Cui doctrinæ cum tam apertè repugnet Paulus in pluribus suis epistolis, ideo Ebion, vt suum tutaretur errorem, ad hoc confugit asylum, vt omnes Pauli epistolas reiiceret. Post Ebionem succesſit in eodem *Seuerus.* *Ebion.*

Seuerus. errore Seuerus: quanquam Augustinus in libro de hęresibus de Seuero faciens sermonem, nunquam huius erroris meminit. Verùm Eusebius Cęsarienſis lib. 4. historiæ Eccleſiasticę, cap. 26. refert Seuerum
Tatianus. obtrectasse Paulo, & omnes illius epistolas refutasse. Et hoc idem feciſſe Tatianum Encratitarum principem apertè innuit, quanquam de Tatiano Augustinus disſerens, nunquam hoc illi impingit. Hãc eã-
Elceſaitæ dẽ hæresim ſuſcepiſſe Elceſaitas teſtatur etiam Euſebius libro ſexto Eccleſiasticæ hiſtoriæ, cap. 27. A

Lutherus. SEptima hæresis non recipit epistolam Iacôbi. Huius hæresis author est Martinus Lutherus. Nam licet olim ab aliquibus de illa dubitatum fuerit an esſet Iacôbi, tunc tamen non erat adhuc aliquid de illa definitum ab Eccleſia. At cùm modo iam sit ab Eccleſia in multis conciliis recepta, non licet iam de illa dubitare. Quapropter Lutherus illam contra Eccleſiæ definitionem reiicit, meritò hæreticus hac ratione cenſetur. Quare autem Lutherus hanc Iacôbi Apoſtoli epiſtolam reiiciat, apertum eſt. Lu-
Iacobus. therus enim, vt in titulo de fide relatum eſt, ſentit ſolam fidem iuſtificare, eamque ſolam eſſe ſatis ad vitam æternam aſſequendam, etiam ſi opera deſint: Iacôbus autem in ſua Canonica epiſtola docet fidem ſine operibus eſſe mortuam. Quia ergo Lutherus vidit Iacôbi epiſtolam ſuæ repugnare ſententiæ, ideo hanc epiſtolam negat, dicens non eſſe Iacôbi Apoſtoli, nec dignam Apoſtolico ſpiritu. Et certè miror quod Lutherus tam effrons ſit, vt negare audeat epiſtolam illam eſſe Iacôbi, cùm tot illuſtres viri, iiſque vetuſtiſſimi teſtentur eſſe Iacôbi. Hieronymus in libro de meritis, & peccatorũ remiſſionibus, citat teſtimonium ex hac epiſtola ſub nomine Iacôbi. Hieronymus in epiſtola ad Cteſiphontem diſputãs contra Pelagianos, vtitur teſtimonio huius epiſtolæ. Vrbanus papa huius nominis primus, vir martyrio clarus, in epiſtola de communi vita & oblatione fidelium, citat teſtimonium ex hac epiſtola ſub nomine Iacôbi Apoſtoli. Et Anacletus Papa & martyr, qui (vt ipſe in quadam epiſtola teſtatur) fuit à beato Petro Apoſtolo preſbyter ordinatus, in epiſtola de oppreſſione epiſcoporum circa medium, citat etiam reſtimonium ex hac epiſtola ſub nomine Iacôbi. Iuſtius eſt ergo vt his ſanctiſſimis & vetuſtiſſimis te- B
ſtibus credamus, quàm vni Luthero fatuo atque amenti, præſertim cùm de hac re extet totius Eccleſiæ definitio, quæ illam epiſtolam ſub nomine Iacôbi inter canonicas ſcripturas collocauit.

Alogiani. OCtaua hæresis non recipit Ioannis Euangelium, nec illius Apocalypſim. Huius hæreſis autores dicti ſunt Alogiani, eò quòd filium Dei negabant eſſe verbũ. Nam Logos Græcè, idem eſt quod Latinè ſermo, ſiue verbum: hinc Alogiani dicti ſunt, tanquam ſine verbo. Cùm ergo Euangelium Ioannis apertiſſimè teſtetur filium Dei eſſe verbum, ideo illi negant Ioannem ſcripſiſſe Euangelium, negant etiam eum ſcripſiſſe Apocalypſim. Euſebius Cæſariẽſis lib. 7. hiſtoriæ Eccleſiaſticæ refert fuiſſe aliquos qui Apocalypſim Ioannis reiecerint, dicentes nihil in illa eſſe Apoſtolica grauitate dignum, ſed librum eſſe à Cerintho hæretico fictum dicebant. Sed hoc non ita eſſe, præter Eccleſiæ definitionem, quæ maximum eſt teſtimonium, plures ſacri vetuſtiſſimique ſcriptores teſtantur, qui Apocalypſim tanquã ſcripturam ſacram, & à beato Ioanne compoſitam, interpretati ſunt. Omitto recentiores, quibus non tanta fides in hac parte debetur. Auguſtinus interpretatus eſt Apocalypſim, quam dicit eſſe Ioãnis Apoſtoli. Dionyſius Alexandrinus epiſcopus, vt teſtatur Euſebius lib. 7. hiſtoriæ Eccleſiaſticę, eandem Apocalypſim interpretatus eſt ſub nomine beati Ioannis, quanquam dicit illum dubitaſſe an fuerit Ioannis Apoſtoli, an alterius Ioannis, ſancti quidem viri, non tamen Apoſtoli. Cuiuſcunque tamen fuerit, dicit illum fateri ſcripturam illam eſſe ſacram, & velut talem ab illo fuiſſe receptam. Melito Aſianus Sardenſis epiſcopus, & Hippolytus, & Irenæus, hi omnes, teſte Hieronymo in libro de viris illuſtribus, Apocalypſim Ioãnis ſunt interpretati. Sed licet horum virorum teſtimonia magnam habeant vim ad hanc rem ſtabilendam, multò tamen maioris autoritatis eſt ipſius Eccleſiæ teſtimoniũ. Concilium nanque Toletanum quartum, cap. 16. ſuorum decretorum de hac re ita definit: Apocalypſim librum, multorum Con- C
ciliorum autoritas, ſynodica ſanctorum præſulum Romanorum decreta, Ioannis Euangeliſtæ eſſe præſcribunt, & inter diuinos libros recipiendã conſtituerunt. Et quia plurimi ſunt qui eius autoritatem non recipiunt, eamque in Eccleſia Dei prædicare cõtemnunt: ſi quis eum deinceps aut nõ receperit, aut à paſcha vſque ad pentecoſten in Eccleſia non prædicauerit, excommunicationis ſententiam habebit. Hæc
Cõcilium Toletanũ. Concilium Toletanum. Franciſcus Titelmanus ordinis Minorum ſcripſit libellum pro aſſertione huius libri contra Eraſmum Roterodamum, qui in annotationibus ſuper nouum teſtamentum autoritati Apocalypſis detrahere conatus eſt. Titelmanus autem in illo libello multis euidentibuſque rationibus conuincit illum librum eſſe inter canonicos ſacræ ſcripturæ libros connumerandum, & à Ioanne Euangeliſta fuiſſe æditum. Deinde reſpondet obiectionibus quas Eraſmus contra illum librum protulerat, & illas nullius eſſe momenti apertè demonſtrat.

ADuerſus omnes has hæreſes quæ ex catalogo ſacrorun librorum aliquem librum auferre conantur, nõ eſt opus nunc diſputare, quoniam illa quæ ſuprà in libro primo, cap. 2. diximus, ſufficiunt ad omnes has hæreſes refellendas. Ibi enim adduximus aliqua concilia, videlicet Laodicenum, & Carthaginenſe tertium, Florentinum, & Tridentinum, ex quibus conſtat omnes hos libros, quos modo narrauimus, fuiſſe à variis hæreticis reiectos, eſſe ex canone ſacræ ſcripturæ. Quanta autem ſit in hac parte
Auguſtin⁹ Eccleſiæ autoritas, non eſt nunc opus oſtendere, cum non ſit alia res in qua magis Eccleſiæ autoritas pateat. Vulgatiſsimum eſt illud Auguſtini: Euãgelio nõ crederem, niſi Eccleſiæ credderem. Non enim D
aliunde quis ſcire valet (ſecluſa Dei reuelatione) talem aut talem ſcripturam eſſe euangelium, niſi ab eccleſia dicente nobis illam ſcripturam eſſe euangelium. Cum ergo eccleſia iam nos docuerit, omnes hos, quos modo numerauimus libros, eſſe Canonicos, & ſacros, non eſt quòd aliquis citra hæreſim illis repugnare quomodolibet valeat.

SCIEN-

SCIENTIA.

NIhil eſt quod non temerarit Lutherus: qui non eſt cõtentus omnia hominum opera dãnare,& de peccato notare,niſi etiã ſciẽtias omnes infamaſſet. Nã dicit ſciẽtias omnes ſpecu latiuas,errores eſſe dicẽdas. Quis iã ferre poterit hominẽ tã temerariũ & effrontẽ,qui nõ ſolùm ea quæ fides docet,negat,ſed illa quę ſunt euidẽti veritate manifeſta,cõdẽnat? Credo firmiter illũ neſcire quid ſit error:quoniam ſi ſciuiſſet,nequaquã dixiſſet omnes ſpeculatiuas ſciẽtias eſſe errores. Pugnãt enim inter ſe ſciẽtia & error:quò fit vt nunquã in vnũ coire poſsint. Si ſciẽtia eſt,error eſſe nõ poteſt:ſi error eſt,ſciẽtia immeritò dicitur. Et vt hæc apertiora ſint,audiamus Auguſtinũ dicẽtẽ quid ſit error. Errare (inquit ille Enchiridio,cap.17.) eſt approbare falſa proveris,aut improbare vera pro falſis,aut habere incerta pro certis,aut certa pro incertis. Hęc Auguſtin⁹. Cùm ergo ſciẽtiæ plures ſpeculatiuę doceãt multas veritates euidentiſsimas,quomodo dicẽtur errores? Vera ſunt quæ docent & certa,& euidẽtiſsimè manifeſta,ſicut ſunt illa quæ docentur in Arithmetica & Geometria:nõ ſunt ergo illæ de errore notandæ. Sed vt mendaciũ ſuũ aliquo colore depingat,dicit propterea ſcientias omnes cẽſeri ab eo errores,quia procedunt neceſſariò ex corde malo & nondũ ſanato per gratiam. Nam iuxta illum (vt ſuprà in titulo de operibus,& titulo de peccato docuimus) omnia opera quãlibet bona ſunt peccata: & iuſtus in omni bono opere peccat. Et propter hanc eandem cauſam docet omnes ſcientias ſpeculatiuas eſſe cenſendas errores, quia ex corde malo per gratiam nondum plenè in hac vita ſanato procedunt. Quæ argumentatio ſi benè colligeret, probaret omnes mechanicas artes, imò & omnes artes liberales,Grammaticam ſcilicet,Logicam,Rhethoricam,eſſe errores,& mathematicas diſciplinas quæ ſunt omnium certiſsimę: ſed hoc arguit Paulus,qui in ea quę eſt ad Rom. epiſt. ait: Lex peccatum eſt? Abſit: ſed peccatum non cognoui niſi per legem: legem (inquam) vocalem, aut ſcriptam aut mentalem. At cùm lex doceat nos cognoſcere peccatum,ſcientia meritò dicetur. Et hanc Paulus negat eſſe peccatum. Non ergo omnis ſcientia dicenda eſt error,etiam ſi à peccatore procedat. Prętera etſi daremus Luthero omnem hominem eſſe peccato deprauatũ, non propterea cogeremur concedere,omnia quę ab homine peccatore procedunt,eſſe peccata & errores: quia non neceſſariò procedunt ab homine ſecundum id quo malus eſt: ſed poſſunt ab illo oriri ſecundum id quo bonus eſt: puta ſecundum dona naturæ,ſecundùm quòd illa rationalis eſt,& capax diſciplinæ,per quam virtutem naturalem nil obſtat quin homo malus bonam artem inuenire poſsit, & veram & certam ſcientiam intelligere & docere. Nam (iuxta diuinum Dionyſium) naturalia in demonibus manſerũt integra etiam poſtquam obdurati ſunt in peccato. Nõ igitur mirũ,ſi in hominibus adhuc viatoribus,quantũlibet peccato deprauatis,natura ſit capax veritatis,præſertim cùm tot ſint artes & ſcientię generi humano vtiliſsimæ à malis hominibus repertæ: quod non niſi impudentiſsimè negari poteſt, cùm tot ſint graues autores qui de hac re teſtentur. Demum hanc peruerſam Lutheri doctrinam cum aliis multis illius eiuſdem claſsis damnauit facultas Theologię Pariſienſis:hoc idem fecit Academia Louaniẽſis. Nec dignũ putaui amplius pro hac re digladiari.

Lutherus.

Auguſt.

Rom. 7.

Dionyſi⁹.

SEPVLTVRA.

AEneas Syluius in libro de origine Bohemorum, cap.35. errores Vvaldenſium recenſens, hunc inter alios miſcet,quo illos aſſerere air,nihil diſtare quacunque tellure corpora humana ſepeliãtur,ſiue locus ſit ſacer,ſiue non. Et certè neſcio an hæc aſſertio hęreſis dici mereatur: quoniam ſic hoc ſolum docet,quòd locus nihil faciat ad augendã vel minuẽdam animæ miſeriam,verum eſt quod ait. Nam hoc ipſum docet Auguſtinus libro de cura pro mortuis agenda. Et libro 1. de Ciuitate Dei,cap.12. eandem aſtruit ſententiam,ſic inquiens: Nullo modo enim diceret veritas: Nolite timere eos qui occidũt corpus,animam autem non poſſunt occidere: ſi quicquam obeſſet vitæ futuræ, quicquid inimici de corporibus occiſorum facere potuiſſent. Niſi fortè quiſpiam ſic abſurdus eſt, vt contendat eos qui corpus occidunt,nõ debere timeri ante mortem, ne corpus occidant: & timeri debere poſt mortem, ne corpus occiſum ſepeliri non ſinant. Falſum eſt ergo quod ait Chriſtus: Qui corpus occidunt,& poſtea non habent quid faciant, ſi habent tanta quæ de cadaueribus faciant. Abſit vt falſum ſit quod veritas dixit. Et quibusdam interpoſitis, ſubdit: Proinde iſta omnia: id eſt,curatio funeris,conditio ſepulturę,pompa exequiarum,magis viuorum ſolatia ſunt,quàm ſubſidia mortuorum. Si aliquid prodeſt impio ſepultura precioſa,oberit pio vilis aut nulla. Hęc Auguſt. Et hoc ipſum quod modò dixit,funera magis eſſe viuorum ſolatia, quàm mortuorũ ſubſidia,in libro de cura pro mortuis agenda,cap.7. iterum confirmat,ſic inquiens: Et tamen ex illo humani cordis affectu,quo nemo vnquam carnem ſuã odio habuit,ſi cognoſcant homines aliquid poſt mortem ſuam ſuis corporibus ſuorúmque defunctorum deeſſe quod in ſua cuiuſque gente vel patria poſſit ſolennitas ſepulturæ, contriſtantur homines, & quod ad eos poſt mortem non pertinet, ante mortem ſuis corporibus timent,ita vt inueniatur in libris Regum,Deum per propheram minari alteri prophetæ qui eius tranſgreſſus eſt verbum,quòd non inferretur cadauer eius in ſepulchrum patrum eius.

Et poſt pauca ſubdit Auguſtinus,quãti hæc pœna pendẽda ſit,ſi ſecundum Euangelium cogitemus, vbi poſt corpus occiſum nihil metuendum eſſe didicimus, ne mẽbra exanima patiantur, nec pœna dicenda eſt: ſi autem humanum erga ſuam carnem conſideremus affectum,potuit inde terreri vel cõtriſtari viuus,quod ſenſurus nõ erat mortuus: & hæc pœna erat,quoniã dolebat animus id de ſuo corpore

Vvaldenſes.

Auguſt.

Matt.10.

3.Reg.13.

Extra de sepulturis ca. sacris.

futurum, quãuis cùm fieret non doleret. Hactenus Augustinus. Ex cuius verbis apertè satis patet, locũ sepulturę nihil prodesse animæ ad gloriam vel miseriam eius augendam vel minuendam. Et hoc idem docet Innocentius papa huius nominis tertius, sic inquiens: Licet non obsit iustis sepultura nulla, vel vilis, impiis tamen celebris vt speciosa non prodest. Hæc ille. Itaque si hoc solùm Vvaldenses dixerunt nihil videlicet prodesse corporum sepulturam ad gloriam animæ augendam, vel miseriam inferni minuendam, bene quidem senserunt, neque illorum sententia esset de hęresi notãda. Verùm quoniam absolutè dixerunt nihil prorsus prodesse animæ quòd corpus in loco sacro sepeliatur, ideo meritò illorum sententia damnatur: quoniam etsi non prosit ad gloriam animę augendam, aliam tamen habet non cõtemnendam vtilitatem. Nam viui qui locum sacrum ingrediuntur, in quo corpus sepultum est, quoties recolunt vbi sepultum sit amici vel consanguinei corpus, & venit in mentem sanctus aut sancta, in cuius honorem ille locus sacratus est, illi sancto aut sanctæ animam dilectam commedant, vt Deum pro illa intercedere dignetur. Nec dubium est tales orationes illis prodesse qui in statu salutis decesserunt, quoniam cùm hîc viuerent, hoc meruerunt, vt talia sibi post hanc vitam prodesse possent: quamuis & hoc viui facere possint pro illis qui in locis sacris non sunt sepulti: sed non ita recordarentur nisi illos, vt ita faciant, admoneat sepultura. Nam cùm sepulchra in locis sacris visuntur, defuncti qui illic sepulti sunt, ad memoriam reuocantur: & si ibi sepulti non essent, fortè nulla esset in loco sacro defunctorum memoria. Si autem extra locum sacrum illorum meminisse contingat, animus tamen non solet ibi tam paratus esse, vt Deum pro illis precetur. Propter hoc enim sepulchra monumenta Latinè dicuntur, quòd moneant mentem, & viuos admoneant, vt illic sepultorum recordentur. Quòd si tanta propinquorum & amicorum habeatur obliuio, vt etiam defunctorum sepulchris inspectis non meminerint Deum pro illis orare, est adhuc aliud quod manifestè cadaueribus in locis sacris sepultis prodesse possit: suffragia scilicet quæ in vnoquoque sacro loco ab illius loci ministris fieri solent pro illis qui intra septa suorum cœmiteriorum sunt sepulti. Propter hanc causam sicut semper religio fuit corpora sepelire: ita etiam religio fuit quo loco sepelienda forent, considerare, vt ab impiis fideles mortui perinde ac viui discernantur. Et hoc non solùm à Christianis, vetùm etiam à Iudæis fuit obseruatum. Nam patriarchæ de suorum corporum sepultura anxiè dum viuerent curauerunt. Abraham siquidem agrum emit ab Ephron Etheo quadringentis siclis argenti in sepulturam Saræ vxoris suæ: in quo Iacob illius nepos sepeliri se iusit, & Thobias mortuos sepeliendo Deum promeruit. Hanc suorum corporum sepulturam patriarchæ reliqui & prophæte curauerunt. Sed & apud sanctorum cadauera sepeliri optimum censebant: sicut de propheta illo Samariæ, quem filiis suis præcepisse Regum narrat historia: Sepelite (inquit) me quum mortuus fuero, in sepulchro in quo vir Dei sepultus est: iuxta ossa eius ponite ossa mea. Quæ res profuit illi: quoniam Iosias Rex cùm templa idolorum euerteret post multos annos, & honorem prophetæ sancto deferret, iusit vt alterius prophetæ, qui iuxta illum sepultus erat, ossa intacta manerent. Et ex triginta argenteis à Iuda proditore relatis principes sacerdotum emerunt agrum figuli in sepulturam peregrinorum, ne aut insepulti manerent, aut in prophano loco sepelirẽtur. Et de hoc satis.

Gene. 22. Gene. 50. Tob. 12.

3. Reg. 23. 4. Re. 27.

Matt. 27.

A

SILENTIVM.

Psal. 144 Pattalorinchitæ.

IEverunt quidam hæretici in tantum silentio studentes, vt digitum naribus & labiis suis opponentes, silentium quasi semper exercuerint, non aliæ rei quàm taciturnitati studium accommodantes. Qua in re se prophetas imitari dicebant, quoniam Dauid propheta ait: Pone Domine custodiam ori meo, & ostium circunstantiæ labiis meis. Hi hæretici Græca voce vocati sunt Pattalorinchitæ πάτταλος Græcè, Latinè dicitur palus. ῥίγχος est nasus. Constat ergo ideo dictos esse Pattalorinchitas, quasi palum vel digitum in modum pali super narem ponentes. Ex quo patet hanc vocem in Philastro esse deprauatam propter librariorum ignorantiam: quoniam apud Philastrum vocantur Passalorinchitæ, cùm tamen Augustinus vocet eos Pattalorinchitas: reddens hanc vocis etymologiam quam nos proximè descripsimus.

Quo autem tempore hęc hęresis cœperit, aut quis illius fuerit inuentor, nec Philaster neque Augustinus expressit.

Vt autem de eorum assertione dicam, magis mihi videntur hi Pattalorinchitæ sequi Pythagoricam vanitatem, quàm prophetarum sapientiam & pietatem. Nam illud prophetæ quod ex Psalmis citauimus, minimè illis suffragatur. Non enim petit propheta in custodiam labiorum suorum murum, sed ostiũ. Pone (inquit Psalmista) custodiam ori meo, & ostium circunstantiæ labiis meis. Non dixit murum, quoniam si petiisset murum, omnem videretur loquendi facultatem à se abiecisse. Sed dixit ostium & non qualecunque, sed circunstantiæ, quod videlicet loco & tempore aperiri valeat. Quibus verbis solam moderatam & temperatam petiuit loquutionem, & non perpetuum silentium: vt videlicet cùm tacendum esset, taceret: cum oporteret loqui, loqueretur. Nam (vt eiusdem prophetæ filius post eum docuit) tempus est loquendi, quemadmodum & tacendi. Et si taciturnitas esset semper commendatione digna, nunquam Esaias deplorasset obseruatum à se silentium, dicens: Væ mihi, quia tacui. Certè aduersus tam vanam superstitionem piget amplius disputare. Huius hæresis nunquam meminit Guido Carmelita in sua summa de hæresibus, cum tamen Augustinus, quem ille in recensendis hæresibus imitatur, illam sexagesimotertio loco inter alias hæreses collocauerit.

B

Eccle. 3. Esaiæ. 6.

SIMONIA.

C IVit quędam execranda hæreſis, qua creditum eſt ſpiritualia Dei dona poſſe pecunia cõparari. Huius hæreſis autor fuit Simon ille Magus, de quo in Actibus Apoſtolorum dicitur, quòd poſtquam baptizatus fuerat in Samaria à Philippo diacono, videns quia per impoſitionem manus Apoſtolorum daretur Spiritus ſanctus, obtulit Apoſtolis pecuniam, dicẽs: Date & mihi hanc poteſtatem, vt cuicunque impoſuero manus, accipiat ſpiritum ſanctum. Quia ergo hic primus poſt ſuſceptum baptiſmum credidit ſpiritualia eſſe venalia, ideo peccatũ illud & hæreſis ab illo nomen accepit, vt à Simone ſimonia dicatur. In eundem errorẽ labuntur Græci, qui, teſte Guidone Carmelita, dicunt licere ptælationes Eccleſiaſticas vendere, & ſic ab eorum patriarcha fieri aſſerit. Eodem notantur errore Armeni. Et hæc prima fuit hæreſis, quæ poſt Chriſti in cœlos aſcenſionẽ in Eccleſia eſt orta, quã ſtatim beatus Petrus redarguit, dicens: Pecunia tua tecum ſit in perditionẽ, quoniam donum Dei exiſtimaſti pecunia poſſideri. Et ſtatim illũ declarauit excommunicatum, & à conſortio fidelium eiectum, ideoque ſubdit illi, dicens: Non eſt enim tibi pars neque ſors in ſermone iſto, hoc eſt in ſermone fidei. Cor enim tuum nõ eſt rectũ corã Deo. Pœnitentiam itaque age ab hac nequitia tua, & roga Deum ſi fortè remittatur tibi hęc cogitatio cordis tui. In felle enim amaritudinis & obligatione iniquitatis video te eſſe. Præterea Giezi famulus prophetæ Heliſei fuit à Deo lepra perpetua percuſſus, quia pecuniã recipit pro beneficio ſanitatis quod Heliſeus contulerat Naamã leproſo. Rurſum, ipſe veritatis magiſter diſcipulos ſuos ad prędicandũ mittens, poſt quam illis dedit poteſtatem curandi infirmos, ſanãdi leproſos, eiiciendi dæmonia, ſtatim ſubiunxit, dicens: Gratis accepiſtis, gratis date. Deinde, cùm in omni emptione rerum & venditione, ſeruanda ſit in pretio rerum æqualitas, cõuincitur vt is qui credit ſpiritualia Dei Dona poſſe pretio comparari, credat etiam pecuniam eſſe æquè bonam & æquè pretioſam ſicut ſpiritualia Dei dona. At Sapiens in prouerbiis contrarium ſentit, dicens: Accipite diſciplinam meã, & non pecuniam: doctrinam magis quàm aurum eligite. Melior eſt enim ſapientia cunctis opibus pretioſiſsimis, & omne deſiderabile ei nõ poteſt comparari. Vnde Tharaſius Conſtãtinopolitanus epiſcopus in quadam epiſtola ad Hadrianum papã, ſic ait: Tolerabilior eſt Macedonii, & eorum qui circa ipſum ſunt, ſancti ſpiritus impugnatorũ hæreſis impia. Illi enim creaturam & ſeruum Dei patris & filij ſpiritũ ſanctum delirando fatentur: iſti verò eũdem ſpiritum ſanctum efficiunt ſuum ſeruum. Omnis enim dominus quod habet, ſi vult, vẽdit, ſiue ſeruum, ſiue aliquid aliud eorum quæ poſſidet. Similiter & qui emit, dominus eius volens eſſe quod emerit, per pretium pecuniæ illud acquirit. Hæc ille. Quæ verba citantur à Gratiano in volumine decretorũ in prima cauſa, quæſtione etiam prima, cap. Eos. Cùm ergo tam graue peccatum ſit ſimonia, per quam tam peruerſa de Deo habetur opinio, ideo iuſtiſsimè multis conciliorum decretis cautum eſt ne pro alicuius rei ſpiritualis collatione aliquod pretium recipiatur. Concilium nanque Elibertinum, cap. 48. ſuorum decretorum, ſic ait: Emendare placuit, vt hi qui baptizãtur (vt fieri ſolebat) nummos in conchã non mittant, ne ſacerdos quod gratis accepit, pretio diſtrahere videatur. Hæc ibi. Concilium Toletanũ vndecimum, cap. 8. ſuorum decretorũ, ſic definit: Quicquid inuiſibilis gratiæ collatione tribuitur nunquam quæſtu vel quibuſlibet præmiis venundari penitus debet, dicente Domino: Quod gratis accepiſtis, gratis date. Et ideo quicunque deinceps in Eccleſiaſtico ordine conſtitutus, aut pro baptizãdis cõſignandíſque fidelibus, aut collatione chriſmatis, vel promotionibus graduum, pretia quęlibet vel præmia, niſi voluntariè ablata pro huiuſmodi ambitione, ſuſceperit, equidem ſi ſciente loci epiſcopo tale quicquam à ſubditis perpetratur, idem epiſcopus duobus menſibus excõmunicationi ſubiaceat pro eo quòd ſcienter mala contexit, & correptionem neceſſariam non adhibuit. Sin autem ſuorum quiſpiam eodem neſciente de ſupradictis quodcunque capitulis accipiendum eſſe ſibi crediderit, ſi presbyter eſt, trium menſium excommunicatione plectatur: ſi diaconus, quatuor. Subdiaconus verò vel clericus his cupiditatibus ſeruiens, & competenti pœna & debita excommunicatione plectendus eſt. Hæc Concilium Toletanum. Et Concilium Braccarenſe ſecundum, cap. 3. idem decernit eſſe faciẽdum. Sed de hac re ſatis. Cõtra Simoniacos ſcripſit librum vnum Petrus Damianus ex monacho Benedictino Cardinalis & epiſcopus hoſtienſis. Hunc tamen librum fateor me non vidiſſe, ſed teſtimonio Ioannis Thrithemij in libro de Eccleſiaſticis ſcriptoribus id aſſerentis, dixi.

Simon Magus.

Act. 8.

Acto. 8.

4. Reg. 5.

Matt. 10.

Prou. 8.

D

Matt. 10.

A

SPES.

NOT ſunt peruerſa Lutheri dogmata, vt vix ſit res aliqua ad fidem aut mores pertinens, de qua non docuerit impium aliquid Lutherus. Malè quidem ſentit de virtute fidei, malè docet de charitate: peſsimè etiam docet de ſpe. Dicit enim ſpem non procedere ex meritis. Nec mirum quòd hæc doceat: quoniam fieri nequit, vt ex impuro & corrupto fonte puram quis hauriat aquam, aut ex putrida arboris radice bonos colligat fructus. Lutherus autem dixerat omnia noſtra opera nil prorſus valere: nam omnia opera noſtra dicit eſſe peccata: ac proinde cõſequens eſt vt nullus iam (iuxta illũ) operib⁹ fidat, aut propter illa aliquid à Deo cõſequuturũ ſe ſperet. Totam enim ſpem ſuã Lutherus in fide collocat: & ſic (vt aliàs diximus) fidem extollit, vt prorſus operibus detrahat: & ob hanc cauſam docet nequaquã ſpẽ noſtrã eſſe in operibus figendã. Quò fit, vt dum nimium fidei tribuat, ſpem omnino euertat: quoniam loco ſpei docet præſumptionem, cùm homines abſque operibus docet gloriã ſperare. Nã etſi opera ſuapte natura indigna ſunt quæ tãta mercede, quãta eſt gloria cœleſtis, donẽtur: tamẽ propter cõuentionẽ

Lutherus

quam Deus cum hominibus fecit, qua gloriam bene operantibus se daturum promisit, iam nostra ope-
Matt. 10. ra gloria digna censentur. Nam bonus ille paterfamilias conuentionem fecit cum operariis ex donario B
diurno. Et cùm operarij qui primo mane venerant, sperarent se aliquid amplius accepturos, dixit vni ex
illis paterfamilias: Nónne ex denario cõuenisti mecum? Tolle quod tuum est, & vade: Amice nõ facio
tibi iniuriam. Iniuriam quidem se fuisse facturum censer, si iuxta cõuentionem denarium non dedisset.
Propter hanc causam dixit denarium esse mercenario debitũ, sic inquiẽs: Tolle quod tuũ est. Quid tuũ?
certè denarium, nam ex illo conuenerat. Propter hanc eandẽ causam alibi dicit idem saluator: Dignus
Matt. 10. est mercenarius mercede sua. Ex quibus omnibus cõstat gloriam esse debitã iusto, velut mercedem mer
cenario. Debitam quidem, quia promissa: quoniam nisi promissa esset, debita non esset. Nunc ergo hoc
iacto fundamento, percontari volo Lutherũ, quid mercenarius qui in alieno agro desudat, speret. Certũ
est illum sperare mercedem sui laboris: pro hac enim laborat. Sed quare sperat? Nunquid propter solã
Domini in cuius agro laborat, bonitatem & misericordiam? Nõ certè, sed etiam propter suum laborẽ.
Sperat quidem in bonitate Domini: quoniam nisi illi credidisset, & in promissis illius confidisset, nun-
quam in agro illius laborasset. Verùm etsi illius fidem exploratam habeat, & misericordiam & bonita-
tem agnoscat: scit tamẽ certò illũ mercedem nõ daturum nisi in agro illius laborauerit: & propter hoc
dictis Domini fidens, sperat se propter labores suos mercedẽ accepturum. Ad hunc modum iusti om-
nes faciunt, qui in bonitate Domini & clementia confidunt quòd gloriam illis dabit æternam. Verùm
quia sciunt quòd tam magnam mercedem non dabit pigris & inertibus, ideo laborare satagunt, vt per
Iob 7. labores suos gloriam assequi mereantur. Hinc apud Iob dicitur: Militia est vita hominis super terrã, & C
Gregorius sicut mercenarij dies eius. Quæ verba pertractãs B. Gregorius in moralibus, ait: Sciendũ quoque quòd
mercenarius solicitè curat inspicere ne vnquã dies vacuus labatur ab opere, & expectatus finis tẽporis,
ne inanis veniat ad remunerationem. In laboris namque studio cõspicit quid percipere in tẽpore remu
nerationis possit. Nam cùm opus crescit, præmij fiducia proficit. Cùm verò opus torpuerit, spes à remu
neratione labascit. Vnde & electus quisque vitam suam quasi mercenarij dies pensans, tantò fidentius
spe tendit ad præmium, quantò nunc robustius perdurat ad laboris incrementũ. Qui sit decursus præ-
sentis temporis, pensat. Dies cum operibus numerat. Ne à labore vacua transeãt vitæ momenta, formi-
dat. Aduersis gaudet, passione reficitur, mœrore fouetur: quia subsequentis vitæ præmiis tanto se remu
nerari largius conspicit, quanto pro amore illius quotidianis se mortibus verius impẽdit. Hinc namque
Psal. 43. est quòd ciues supernæ patriæ, conditori eius, psalmiste vocibus dicunt: Propter te mortificamur tota
die. Hinc Paulus ait: Quotidie morior propter gloriam vestram fratres. Hinc iterum dicit: Ob quã cau-
1. Cor. 15. sam hęc patior, sed nõ confundor. Scio enim cui credidi, & certus sum quia potens est depositum meũ
2. Tim. 1. seruare in illum diem. Sancti igitur viri quod labores nunc veritati cõmendantes exhibent, tot iam re-
munerationis suæ pignora intra spei cubiculum clausa tenent. Hactenus Grægorius. Ex cuius verbis a-
pertissimè constat iustorum spem à meritis suum ortum habere, propterea quòd illorum vita est sicut
Rom. 5. mercenariorum, qui non sperant se suscepturos mercedem, nisi labores præcedant. Præterea hoc ip-
sum docet Apostolus Paulus in ea quæ est ad Romanos epistola, sic inquiens: Non solùm autem, sed &
Ambro. gloriamur in tribulationibus, scientes quòd tribulatio patientiam operatur, patientia autem probatio-
nem, probatio verò spem. Quem locum interpretans Ambrosius, ait: Spes, in eo qui probatus videtur,
non immeritò dicitur. Dignus enim scietur accepturus remunerationem in regno Dei. Hæc Ambro- D
Anselm. sius. In quibus verbis apertè docet illam solam meritò dici spem, quæ bonis operibus atque probatis
innititur. Sed apertius hoc docet Anselmus, qui in commento super epistolas Pauli, præfatum Pauli lo-
cum interprætans, sic ait: Probatio operatur spem, quia vnusquisque ex eò quòd per tribulationes insu-
perabilis probatus est, incipit habere spem, id est, certitudinem futuræ gloriæ, quæ humanæ rationi va-
na videtur, sed testimonio virtutis firmatur. Si quis enim nondum sibi probatus præmium sperat, non-
dum sperat, sed præsumit. Nam tribulationes quibus patientia fidelium probatur, nõn solùm eas debe-
mus intelligere, quę extrinsecus accidũt, id est de damnis vel languoribus, vel ex quolibet corporis cru-
ciatu, sed eas etiam quas intus sibi faciunt aut perferunt, dum in requie positi semetipsos affligũt & at-
terunt, obsistendo voluptatibus suis, refrenando libidinem: & cætera quæ ad bonum continentiæ vel
abstinentiæ pertinent, faciendo, ex quibus sine dubio nascitur patientia, quæ probabilis effecta generat
spem. Spes autem est bonorũ expectatio futurorũ. Hæc Anselmus. Quid hic dicet Lutherus contra tam
præclara testimonia? Si Ambrosium & Anselmum contemnere non veretur, dignum tamen est vt sal-
tem paulum vereatur, qui ait: Probatio autẽ operatur spem. Spes ergo nascitur ab operibus bonis, pro-
batis & examinatis. Deinde ipsemet Paulus propter bona opera quæ multa fecerat, sperat haud dubiè
2. Tim. 4. se gloriam accepturum. Sic enim ait: Ego enim iam delibor, & tempus resolutionis meæ instat. Bonũ
certamen certaui, cursum consummaui, fidem seruari, in reliquo reposita est mihi corona iustitiæ, quã
reddet mihi Dominus in illa die iustus iudex: non solùm autem mihi, sed iis qui diligunt aduentum e- A
ius. Si aliquis à beato Paulo interroget, vnde tam certam conceperit spem, vt magna cum fiducia di-
cat repositam sibi esse coronam iustitiæ, respondebit inde se certum esse de sua corona, quia bonum
certamen certauit, cursum consummauit, fidem seruauit. Nec in hoc solùm sperat, sed etiam in iu-
stitia iudicis, hoc est Dei, qui nemini bene certanti vnquam coronam meritã denegauit. Accedit ad hęc
quòd ipsamet scriptura sacra docet nos ex parte in bonis operibus sperare. Nam propheta regius ita ait:
Psal. 4. Sacrificate sacrificiũ iustitiæ, & sperate in Domino. Quæ verba exponens Hieronymus super Psalmos,
Hierony. ita ait: Sacrificium Deo immolate iustitiam, & consequenter sperabitis in Domino. Hæc ille.
Quibus verbis propheta apertè docet veram non esse spem quam non præcedit sacrificium iustitiæ. Idẽ
etiam docet Paulus in epistola ad Titum, sic inquiens: Sobriè & piè & iustè viuamus in hoc seculo,

expectantes

expectantes beatam ſpem, id eſt, vt ſecuri poſsimus futuram beatitudinem ſperare. Hanc enim nomine ſpei ibi intellexit Paulus, prius admonuit ſobriè & piè & iuſtè viuere. *Titum. 2.*

Ex quibus conſtat verā ſpem aliqua ex parte ab operibus naſci. Verùm Lutherus quoniam non vult ſobriè aut iuſtè aut piè viuere, vellet ſpem veram abſque his omnibus habere. Rurſum, ſpem omnium illorum qui ſine meritis ſperant, vanam eſſe ſacræ literę prædicāt. Nam in libro Iob legimus quòd ſpes hypocritę peribit. Nō ei placebit vecordia ſua, & ſicut tela aranearum fiducia eius. Innitetur ſuper domum ſuam, & non ſtabit, fulciet eam, & non conſurget. Et in eodem libro iterum: Oculi impiorum deficient, & effugium peribit ab eis, & ſpes impiorum abominatio animæ. Et Sapiens in Prouerbiis ait: Spes impiorū peribit. Et in lib. Sapien. Spes impii tanquā lanugo eſt, quæ à vēto tollitur: & tanquā ſpuma gracilis, quæ à procella diſpergitur: & tanquā fumus, qui à vēto diffuſus eſt: & tanquā memoria hoſpitis vnus diei prætereuntis. Et in Eccleſiaſtico: Vana ſpes & mendacium viro inſenſato. Vana eſt ergo Lutheri inſenſati ſpes, qui ſine operibus confidit ſe gloriam æternam aſſequuturum. Demum hæc Lutheri impia & inſana ſententia reprobata eſt ab vniuerſitate Pariſienſi inter alias illius multas quas facultas illa damnauit. Contra iſtam hæreſim pugnant illa omnia quæ ſupra diximus in titulo de fiducia. *Iob. 8. Iob. 11. Prou. 10. Sapien. 5. Eccle. 34.*

STVDIA GENERALIA.

QVemadmodū tyrānus aliquis qui vi & violētia dominatur in populo, omnia arma quibus populus reſiſtere poſſet tyrānicę dominationi, ab eo aufert, quò facilius prout libuerit, ſuā exerceat tyrannidē, ſic mihi feciſſe videtur Ioānes Vvicleph: qui cùm plurimas in populo ſparſiſſet hæreſes, ne per literarū notitiā impię illius doctrinę reſiſti poſſet à populo, omne literarū ſtudiū ab eo auferre tētauit, dicēs ſtudia generalia eſſe vana gentilitate in Eccleſiā introducta, & tantū prodeſſe Eccleſiæ, quantū prodeſt diabolus. Ex qua ſentētia ſatis apertè cōuincitur iſtū voluiſſe eneruare potentiā Chriſtianæ religionis, ſublata Chriſtianorū ſcientia. Arma enim militiæ noſtrę (vt ait Paulus) nō ſunt carnalia, ſed ſpiritualia. Nec fides noſtra defendēda eſt armis carnalibus, ſed verbis & rationibus & argumētationib⁹, præſertim iis quæ ex ſacris literis depromi poſſunt. Paul⁹ enim prępарās Epheſios ad ſpiritualē pugnā, ait: In omnibus ſumētes ſcutum fidei, in quo poſsitis omnia tela nequiſsimi extinguere: & galeam ſalutis aſſumite, & gladium ſpiritus, quod eſt verbum Dei. Hæc ſunt arma quibus Catholicus pugnat contra hæreticum. Hunc gladium habuerunt in manibus ſuis omnes doctores ſancti & catholici, & per illum fecerūt vindictā in nationibus, increpationes in populis. Vindictam inquam, quia Iudæos & Gentiles, à quibus perſecutionem paſsi ſunt, per virtutem gladii ſpiritualis, ſcilicet verbi Dei, occiderunt mundo, & conuerterunt ad fidē: ſeparauerūt à vitiis, & conuerterunt ad virtutes, increpādo eorū malè acta. Viuus eſt enim ſermo Dei, & efficax, & penetrabilior omni gladio ancipiti. At ſi hæc ſunt arma quibus præliandum eſt, oportet in illis exerceri, ne fortè cùm tempus belli aduenerit, miles nūquam excercitatus, in bello ſuccumbat. Dexterius enim pugnat militiæ aſſuetus, quàm is qui nunquam arma ſumpſit. Ideo meritò milites haſtiludia inter ſe exercent, vt ibidem diſcant qualiter hoſtes inuadere, & quo pacto illis reſiſtere oporteat. Ad hunc modum oportet eſſe exercitium armatorum ſpiritualium, eſſe laudi magiſtros qui doceant, eſſe inter diſcipulos certamina, cōtentiones, quęſtiones, vt ſic acutius ex contentione penetrent rectum earum rerum quas diſcūt intellectum, vt vel ſic paratiores & promptiores fiant ad reſiſtendum hoſtibus, hoc eſt, hæreticis. Cùm autem hæc in ſtudiis generalibus melius quàm alibi fiant conuincitur inde iuſtum eſſe, imò neceſſarium vt ſtudia generalia & collegia inſtituantur ad literarum excercitium habendum. Prætereà, ſi ſtudia non eſſent, nec doctores qui alios docerent, à quo docerentur idiotæ? Nunquid quilibet ſufficit ſibiipſi, vt nullo egeat doctore? Si hoc concedit Vvicleph, audiat Salomonem contradicentem illi: Ne innitaris (inquit) prudentiæ tuæ. Et iterum: Ne ſis ſapiens apud temetipſum. Et beatus Paulus ait: Nolite eſſe prudentes apud voſmetipſos. Quæ verba exponens Theophylactus, ait: Hōc eſt, nolite veſtræ prudētiæ vel viribus ita confidere, vt exiſtimetis nemine vos indigere conſultore, & quæ recta ſunt, ſuggerente. Moyſes enim etſi Dei colloquio frueretur, opus tamen habuit quem conſuleret ſocero. Hæc Theophylactus. Dic ergo mihi Vvicleph, víſne contra Sapientis & Pauli præceptum, vt quiſque innitatur prudentiæ ſuæ? Si non oportet eſſe ſapientes apud noſmetipſos, oportet ab aliis diſcere: quapropter neceſſarium eſt vt ſint doctores, à quibus ii qui neſciunt, diſcant. At cum hi doctores non paſsim habeantur, iuſtum eſt vt aliqua ſint publica loca, vtputa ciuitates aut oppida aliqua, in quibus ſint aliqui parati docere omnem diſcere volentem: ſicut in republica qualibet bene gubernata ſunt ſua plurimis mercimoniis loca deputata, vt emere volens non diſcurrat vagus per oppidum, & incertus quo loco illa vendantur. Diſcere ergo eſt bonum & neceſſarium, præſertim ignoranti. Ergo docere eadem lege erit bonum & neceſſarium. Nam ſicut quoſdam poſuit Deus in Eccleſia ſua Apoſtolos, & quoſdam prophetas, ita etiam poſuit quoſdam doctores. Si vtrunque, videlicet docere & diſcere, bonum eſt, cur ſtudia generalia in quibus docent aliqui, diſcunt alii, mala erunt? Et ſi docentes proſunt, quomodo verum erit quod ait Vvicleph, quòd ſtudia generalia in quibus docteres docent, non magis proſunt Eccleſiæ, quàm diabolus? Cæterum quòd ait hæc ſtudia generalia fuiſſe introducta in Eccleſiam vana quadam gentilitate, falſum eſt perinde ac reliquum. Nam apud Iudæos olim ante Chriſti aduentum fuerunt doctores, qui vocabantur Scribæ, & fuerunt qui curam habebant docendi populum, & hi vocabantur Rabbini. Vnde Auguſtinus ſuper Ioannem tractatu 44. exponens illud Ioannis: Et interrogauerunt eum diſcipuli eius: Rabbi, quis peccauit, &c. ſic ait: Scitis quia Rabbi magiſter eſt. Magiſtrum *Vvicleph* *2. Cor. 10.* *Ephe. 6.* *Pſal. 149.* *Heb. 4.* *Prouer. 3.* *Ibidem.* *1. Cor. 12.* *Ioan. 9.*

appellabant, quia discere desiderabant. Quæstionem quippe Domino proposuerunt tanquam ma-
Ioan. 7. gistro. Hæc Augustinus. Ex cuius verbis patet, quod apud Iudæos à Rabbinis discebatur tanquam à ma
gistris, quorũ munus erat docere. Rursum, Iudęi admirati de doctrina Christi, dicebant: Quomodo hic A
2. Tim. 3. literas scit, cùm nunquam didicerit? Et beatus Paulus in posteriore epist. ad Timo. ait: Tu verò permane
in his quæ didicisti, & credita sunt tibi, sciens à quo didiceris, & quia ab infantia sacras literas nosti. Ex
quibus duobus locis satis apertè conuincitur quod apud Iudæos sacrarum literarum intelligẽtia disce-
batur ab aliquibus, & docebatur ab aliis. Cùm ergo tam aperta sint testimonia comprobãtia doctrinam
& disciplinam, videamus quid Ioannem Vvicleph mouerit ad damnandum studia generalia. Quia in
eis (inquit ille) pullulãt inuidiæ, cõparationes personarum & patrię, & multa alia seminaria patris mẽ-
dacii. Fateor hæc ibi adesse, sicut etiam alibi extra vniuersitates & studia hæc vitia adsunt: nec tamen
ista oriuntur à studiis, sed à malitia ipsorum studentium. Nam alioqui nullus posset studere: quin illis
vitiis macularetur. At cùm multi sint studentes etiam in generalibus studiis huiusmodi vitiorũ exper-
tes, conuincitur illa vitia non proficisci à studio, sed ab ipsis personis quæ alibi etiam eisdẽ inficeren-
tur vitiis. Non est (vt credo) ciuitas aut oppidulum quantumlibet paruum, in quo huiusmodi vitia, puta
inuidiæ, rixæ, contentiones, suspiciones, mendacia, non sępe contingant. Nunquid fortè damnan-
da erit omnis vita quæ in congregatione aut aliorũ societate habetur, eò quòd semper in qualibet mul-
titudine nascantur? Absit, quoniam talis congregatio sine his vitiis haberi posset. Quòd autem talia
habeantur, à malitia aliquorum prouenit: non tamen omnium, quoniam multi sine his vitiis in con-
gregatione viuunt. Non sunt ergo hac occasione damnanda generalia studia, alioqui eadem lege esset
damnanda omnis populi congregatio. Accedit adhæc, quòd iste scholarum & studiorum vsus non est
tam recens vt Vvicleph putat, sed ab ipsis Ecclesiæ primordiis incepit. Nam Antiochiæ fuerat ab Apo- B
stolis constituta schola ad docendum, in qua erant insignes doctores ad id munus obeundum. Hoc
Act. 14. autem ex libro Actorum Apostolorum coniici potest, vbi sic dicitur: Erant autem in Ecclesia quæ e-
rat Antiochiæ, prophetæ & doctores, in quibus Barnabas & Simon qui vocabatur Niger, & Lucius
Cyrenensis, & Manahen, qui erat Herodis Tetrarchæ collactaneus, & Paulus. Ministrantibus autem
illis Domino, dixit Spiritus sanctus: Segregate mihi Paulum & Barnabam in opus ad quod assumpsi
eos. Ecce opus & officium ad quod ex omnibus Christi discipulis soli quinque sunt electi, qui Antio-
chiæ doceant: & ex his quinque duo fuerunt ad Apostolatum euecti, videlicet Paulus & Barnabas: Ex
quo patet tunc aliud fuisse doctoris officium, aliud Apostoli. Post hanc Antiochiæ scholam alia fuit e-
recta Alexandriæ schola, de qua Eusebius Cæsariẽsis libro quinto historiæ Ecclesiasticæ, capite decimo
Eusebius Cæsariẽ. de tẽporibus Antonini Imperatoris loquens, per hæc verba testatur: Cùm per idem tẽpus scholæ Eccle
siasticæ & doctoris officio præesset vir in omni eruditione nobilissimus Panthenus, ex quo apud eos
consuetudo antiquitus tradita vsque in hodiernum permanet, diuinarum scripturarum doctores inibi
scolæ Ecclesiasticæ haberi viros duntaxat in scientia & in eruditione probatissimos. Huius ergo offi-
cij velut autor quidam & dux, vir de quo suprà diximus, satis illustris habebatur: quippe qui etiam in
philosophis prius, qui Stoici appellantur, nobiliter floruisset. Hæc Eusebius. Post hunc Panthenum di-
cit idem autor succesisse in eadem schola Clementem: & post Clementem, Origenem, & sic succes-
siuè alios narrat doctores qui illi scholæ præfuerunt. Non est ergo tam recens scholarum & studiorum
inuentio: vt Ioannes Vvicleph putat. Sed vt huic finem liti imponamus, videamus quid Conciliũ Cõ-
stantiense de hac re definiat. Concilium namque Constantiense, sesione octaua damnauit 45. articu
los huius Ioannis Vvicleph, quorum vicesimus nonus sub his verbis ibidem ponitur: Vniuersitates, stu- C
dia & collegia, graduationes & magisteria in eisdem, sunt vana gentilitate introducta, & tantum pro-
sunt Ecclesiæ sicut diabolus. Hæc ibi. Qui articulus simul cum aliis, vna super omnes lata sententia, ibi-
dem damnatus est.

SVBDITVS.

Vvicleph NVllus est Ecclesiæ status quem non momorderit Ioannes Vvicleph, nulla est potestas
cui non detraxerit. Nec contentus est ipse obedientiam & subiectionem suis superio-
ribus denegare, nisi etiam subditis id idem faciendum persuaderet. Neque hoc satis
esse putauit, nisi subditos superiores suis prælatis, & vasallos superiores suis dominis
facerent. Dicit enim populares homines posse ad libitum suum prælatos & dominos
delinquentes corrigere, & ita asserit populum iustè subtrahere decimas à sacerdotibus cùm eos pec-
catores esse cognouerunt, & ab aliis dominis subtrahere tributa propter illorum peccata. Qua in re
eueniisse comperimus quod Paulus de hæreticis ait: Mali homines & seductores proficient in peius,
errantes, & in errorem mittentes. Talis est Vvicleph, qui vt fauorem populi acquireret, in hunc lapsus
2. Tim. 3. est vesanum & pestiferum errorẽ, quo nullus alius pestilẽtior esse posset. Nihil est enim quod magis pos
sit nocere paci & tranquillitati alicuius reipublicæ, quàm si cuilibet populari homini tribuas potestatẽ
corrigendi prælatum aut dominũ suum. Erit tunc quælibet respublica vmbra quædã aut imago inferni,
in quo, teste Iob, nullus ordo sed sempiternꝰ horror inhabitat. Qualis quæso esse potest ordo, vbi is qui D
Iob 10. corrigendus est, corrigere vult? & qui corrigere debebat, correctionem patitur? Nullus certè est ordo,
imò maximè ordini contrarium est, vt is qui prẽest, corrigatur ab illo cui præest. Nullus enim tunc esset
alio superior si cùm eorũ aliquis delinquit, se inuicẽ possent corrigere. O miserãda talis respublica, quę
iuxta Vvicleph sententiã gubernãda esset. In ea enim omnes rudes homines, idiotę, sceleśti, raptores,
adulteri, mẽdaces, prælatos & dominos suos corrigere vellẽt, & qui peior esset, vehemẽtius dominũ &

supe-

ſuperiorem inuaderet, vt ipſe à nullo puniretur, ſed in ſua nequitia impunis maneret. Tunc enim omnia eſſent confuſa. Puer contra ſenem tumultuaretur, ignobiles ſurgerent in nobilem, idiotæ contra ſapientes, diſcipuli contra magiſtrum, filii aduerſus parentes. Et ita eſſet reſpublica puteus quidam, vel (vt verius dicam) abyſſus ſcandalorum. Quid non faceret populus tali licentia donatus? Eſt enim populus fera quædam & immaniſſima beſtia, qua non eſt alia ferior aut truculentior. Præterea, ſi licet cuilibet homini ex plebe dominum delinquentem corrigere: cur Dauid in ſpelunca exiſtens quam ingreſſus eſt Saul vt purgaret ventrem, non interfecit eundē Saulem, cùm tunc facillimè id agere potuiſſet? Nónne Saul rex iam malus erat, & regno à Domino Deo priuatus? Nunquid non iam occiderat Achimelech ſacerdotem, & alios 85. viros veſtitos Ephod lineo, propterea quòd Dauid eſurienti panes propoſitionis dediſſet? Nunquid non ipſummet Dauid ſæpiſſimè occidere tentauerat iniuſtè, feciſſetque niſi dominus ſeruum ſuum de manu illius ſeruaſſet? Et tamen cùm hæc omnia notiſſima eſſent ipſi Dauid & omni populo, noluit Dauid illum punire cùm poſſet, ſed ſolùm oram chlamydis Saul ſilenter præſcidit, nec tamen fortè ſine aliqua quauis leui culpa id fecit: quod ex eo conuincitur, quòd poſtea pœnituit ipſum Dauid, eò quòd abſcidiſſet oram chlamydis Saul. Quò fit vt multò magis pœnituiſſet eum ſi per ſonam Saul percuſſiſſet. Ideo viris ſuis conſulentibus illi vt occideret Saul, dixit Dauid: Propitius ſit mihi Dominus, ne faciam hanc rem Domino meo Chriſto Domini, vt mittam manum in eum, quia Chriſtus Domini eſt. Rurſum, beatus Gregorius exponens illud Iob: Qui regnare facit hominem hypocritam, ſic ait: Sed quia rectores habent iudicem ſuum, magna cautela ſubditorum eſt nō temere vitam iudicare regentium. Neque enim fruſtra per ſemetipſum Dominus æs numulariorum fudit, & cathedras vendentium columbas euertit, nimirum ſignificans, quia per magiſtros quidem vitam iudicat plebium: ſed per ſemetipſū facta examinat magiſtrorū. Et aliquibus interiectis, ſubdit: Igitur ſicut prælatis curādum eſt ne eorū corda æſtimatione ſingularis ſapientiæ locus ſuperior extollat, ita ſubiectis prouidēdū eſt ne ſibi rectorum facta diſpli ceant. Si autem magiſtrorum vita iure reprehenditur, oportet vt eos ſubditi etiam cum diſplicent, venerentur. Hęc Gregorius. Ex cuius verbis conſtat non licere ſubditis de vita paſtoris iudicare: minus ergo licebit eis paſtoris malam vitam punire. Deinde, cùm ſuperius in titulo de poteſtate iam probauerimus, nullam poteſtatem nullumque dominium amitti per peccatum mortale, conuincitur ex eo ſubditis non licere dominos ſuos delinquentes punire. Alioqui cum deliquiſſēt, iam poteſtatem amiſiſſent, propterea quia peccantes ſubſunt illis ad correctionem quibus ante peccatum præerant. Demum ex 45. articulis Ioannis Vvicleph in Concilio Cōſtantienſi ſeſſione octaua damnatis, decimuſſeptimus ſic ait: Populares poſſunt ad ſuum arbitrium dominos delinquentes corrigere. Qui articulus ſimul cum aliis eiuſdem ibidem damnatus eſt.

1.Reg.24

1.Reg.22.

1.Reg.24

Iob.24. Grego. Matt.12.

SVFFRAGIA DEFVNCTORVM.

NOn ſatis viſum eſt Luthero viuentibus nocere, niſi etiam defunctis nocuiſſet. Viuentes enim à veneratione ſanctorū auocat, ne videlicet eorum orationibus iuuentur, qui plurimum apud Deum poſſunt. Defunctos vero viuorum ſuffragiis fraudat. Itaque & viuorum & defunctorum hoſtem ſe eſſe demonſtrat. De ſanctorum veneratione iam diſputauimus, ſupereſt vt pro ſuffragiis defunctorum aduerſus Lutherum pugnemus. Dicit enim Luther⁹ nihil prodeſſe defunctis orationes, ſacrificia, eleemoſynas quæ à viuis pro illis fiūt. Nec tamen huius erroris primus autor eſt Lutherus, quoniam ante eum fuēre Vvaldenſes, & Albigenſes, qui hunc tutati ſunt erroré. Et ante iſtos eundem erroré docuerunt Greci & Armeni, qui (vt aliàs diximus) negarunt omnino purgatorium, quapropter, iuxta eorū ſententiam, oporteret orationes pro defunctis eſſe inutiles. Primus huius erroris autor, quod ſciam, fuit Aërius quidā preſbyter. Hunc enim errorem illi impingit Auguſtinus libro de hæreſibus, cap. 55. Et certè ſi defuncti tales ſunt quales hi hæretici, fateor nō oportere ſacrificia autorationes pro illis Deo offerre, quoniam fruſtra offerūtur talia pro iis qui in inferno ſunt. Verùm pro iis qui ſunt in purgationis loco, pium eſt & vtile Deum orare, aut alia ſacrificia offerre. Nā in purgatorio exiſtentes cum charitatē habeant per quam Chriſto capiti cōiuncti, fit vt membra ſint corporis Eccleſiæ, cuius & mēbra ſunt alii viuentes. At hoc à natura inſitum eſt, vt vni membro patienti reliqua cōpatiantur, & ſe inuicem mēbra iuuent cum alterutro egent. Cum ergo in purgatorio exiſtentes patiantur, opus eſt vt viuentes eos iuuent orationibus & ſacrificiis. Nam ſi viuētes pro viuis orātes exaudiuntur, cur nō etiam cum pro mortuis orāt, ſi illi egent, & tales ſunt qui iuuari poſſunt. Membro ſiquidē præciſo nullum auxilium præſtare poteſt aliud membrū in corpore manens. Membrū tamen quantumlibet languidum dum corpori adhęret, ab aliis membris iuuari poteſt. Et hac de cauſa orationes viuentium non proſunt exiſtentibus in inferno: quoniam hi ſunt mēbra præciſa: exiſtentes autem in purgatorio, membra ſunt corpori coniuncta, & ideo à reliquis membris iuuari poſſunt. Cum vidiſſet Ieſus fidem quorundam offerentium illi paralyticum, ait paralytico: Fili, dimittūtur tibi peccata tua. Si fides iſtorum offerentium tantum profuit paralytico viuenti, cur non fides offerentium ſacrificia poterit prodeſſe defunctis, cum iſti ſint eiuſdem corporis membra coram Deo viuētia? Præterea Thobias ſenior filium ſuum bonis conſiliis erudiens, ait: Panem tuum & vinum tuum ſuper ſepulturam iuſti conſtitue. Niſi enim oblationes pro defunctis factę aliquid illis prodeſſent, fruſtra Thobias ſuaſiſſet filio conſtituere panem & vinum ſuper ſepulturam iuſti. Non enim ponuntur illa ad paſcenda corpora defunctorum, ſed viuentium, pauperum videlicet, & ſacerdotū, vt hæc eleemoſyna pauperibus oblata, in vtilitatem cedat ipſius defuncti. Rurſum, in 2. Macbab. lib. apertiſſimum habetur pro ſuffragiis defunctorum teſtimonium, vbi ſic dicitur: Iudas facta collatione duodecim mille

Lutherus.

Vvalden. Albigen. Graci. Armeni. Aerius.

Mar.2.

Thob.4.

2.Mac.12

drachmas argenti misit Hierosolymam offerri pro peccatis mortuorum in sacrificium, bene & religio- D
sè de resurrectione cogitans. Nisi enim eos qui ceciderant, resutrecturos speraret, superfluum videre-
tur & vanum orare pro mortuis: sed quia considerabat quòd hi qui cum pietate dormitionem accepe-
rant, optimā haberent repositam gratiam: Sancta ergo, inquit, & salubris est cogitatio pro defunctis
exorare, vt à peccatis soluantur. Hæc ibi. Quibus verbis nihil potuit expressius dici ad hunc errorem
prosternendum. Quapropter videntes hæretici se hoc testimonio vehementissimè vrgeri, ad hoc com-
mune illis asylum confugiunt, dicētes illum Machabæorum librum non esse canonicum, neque esse
tantæ autoritatis, vt eius testimonium sufficiat ad aliquam doctrinam refellendam. Verùm de hoc nō
est opus nunc disputare, quoniam ne passim talem susciperemus laborem, suprà libro primo, capite se-
cundo ostendimus catalogum eorum librorum qui Canonici appellantur, quorum testimonio vti o-
portet in disputatione quæ de rebus ad fidē spectantibus fit. In quo catalogo inserti sunt duo libri Ma-
chabæorum, qui licet non fuerint ab Hebręis in canone computati, vt beatus Hieronymus ait: Eccle-
sia tamen tanquam canonicos recipit illos libros. Cæterùm, & si hi libri canonici non essent, neque
vllum esset scripturæ sacræ testimonium apertum, efficacissimum esset testimonium pro huius rei con-
Augusti. firmatione, totius Ecclesiæ Catholicæ vetustissima consuetudo. Vnde beatus Augustinus in libro de
cura pro mortuis agēda, cap. 1. sic ait: In Machabæorum libris legimus oblatum pro mortuis sacrificiū.
Sed & si nusquam in scripturis veteribus omnino legeretur, non parua est vniuersæ Ecclesiæ quæ in A
hac consuetudine claret autoritas, vbi in precibus sacerdotis quæ Domino Deo ad eius altare fundun-
tur, locum suum habet etiam commendatio mortuorum. Hæc Augustinus. Sunt etiam plures alii sacri
Gregorius. doctores, sanctitate perinde ac doctrina illustres, qui pro hac re testimonium dicunt. Et (vt recentio-
res omittam) à beato Gregorio initium sumo, qui libro quarto Dialogorum, capite quinquagesimo-
quinto, sic ait: Si culpæ post mortem insolubiles non sunt, multum solet animas etiam post mortem
sacra oblatio hostiæ salutaris adiuuare, ita vt hanc nonnunquam ipsæ defunctorum animæ expetere vi-
deantur. Hæc ille. Quod autem dixit, si culpæ post mortem insollubiles nō sunt, propter eos qui sunt in
inferno, dixit, quorum peccata solubilia non sunt, nec vlla possunt iam satisfactione redimi. Theophy-
Luc. 12. lactus super Lucam exponens illud Lucæ: Timete eum qui potest corpus & animam mittere in gehen
Theophy. nam, sic ait: Vide enim quòd non dixit, metuatis eum qui postquam occiderit, mittit in gehennam, sed
habentem potestatem mittendi. Non enim semper qui moriuntur peccatores, mittuntur in gehēnam
sed sunt in potestate Dei, vt etiam dimitti possint. Hoc autē dico propter oblationes & distributiones
quæ fiunt pro defunctis, quæ non parum conducunt etiam iis qui in grauibus peccatis mortui sunt. Nō
omnino igitur postquam occiderit, mittit in gehennam, sed potestatem habet mittendi. Ne igitur ces-
semus per eleemosynas & intercessiones propitium reddere eum qui potestatem habet mittendi, non
semper potestate hac vtentem, sed & valentem remittere quicquam. Hæc Theophylactus, qui satis a-
Chrysost. pertè suffragia quæ pro defunctis fiunt, cōmendat, & ad illa facienda suadet. Beatus Chrysostomus ho-
milia sexagesimanona, Bernardo Brixiano interprete, huius rei vetustissimam assignat originem, dicens:
Non temere ab Apostolis hæc sancita fuerunt, vt in tremēdis mysteriis, defunctorum agatur commemo
ratio. Sciunt enim illis inde multum contingere lucrum, vtilitatem multam. Hæc Chrysostomus. Ex cu
ius testimonio constat hanc ab Apostolis manasse institutionem, vt in missæ sacrificio defunctorū fie-
Athana. ret commemoratio, vt inde aliquid lucri defuncti consequerentur. Athanasius in libro de variis quæ-
stionibus ad Antiochum principem, quæstione tricesimaquarta, hoc modo quærit: Quid ergo? Num
sentiunt aliqua beneficia etiam peccatorum animæ, cùm super illis fiunt conuentus & peractiones bo-
norum operum & oblationum? Cui quæstioni per sequentia verba respondet: Si non aliquo benefi- B
cio participarent ex illo, non vtique in cura & exequiis fieret commemoratio. At sicut vitis floresc it ex-
tra in agro, & odorem eius sentit in vase vinum reclusum, sicque conflorescit etiam ipsum: ita intelli-
gimus peccatorum animas participare aliqua beneficia ab exangui immolatione, & gratificatione pro
ipsis facta, sicut solus ordinat & præcipit, qui viuorum & mortuorum potestatem gerit Deus noster.
Dionysius Areopa. Hæc Athanasius. Et beatus Dionysius Areopagita Pauli Apostoli discipulus, libro de Ecclesiastica Hie
rarchia, capite septimo, describens cæremonias quæ in defunctorum exequiis suo tempore fiebant, ait:
Accedens deinde venerandus antistes precem suam super mortuum peragit, postque precem & ipse
præsul eum salutat, & suo deinceps ordine qui astant omnes. Precatur oratio illa diuinam clementiam,
vt cuncta dimittat per infirmitatem humanam admissa peccata defuncto, eumque in luce statuat, & re
gione viuorum, in sinibus Abrahæ, Isaac, & Iacob, in loco vnde effugit dolor, tristitia, & gemitus. Hæc
Dionysius Areopagita. Ex cuius verbis satis cōstat tempore Apostolorum fuisse seruatū hunc modum
orandi pro defunctis. Post hæc illustrium virorū testimonia, vt finem huic contentioni imponam, mul-
Concilia diuersa. ta diuersorum Conciliorum decreta in medium producā. Concilium Carthaginense quartū, capite 95.
tale statuit decretum: Qui oblationes defunctorum aut negant Ecclesiis, aut cum difficultate reddūt,
tanquam egentium necatores excommunicentur. Hæc ibi. Concilium Valense capite quarto suorum
decretorum ita definit: Qui oblationes defunctorum retinent, & Ecclesiis tradere demorantur, vt infi
deles sunt ab ecclesia abiiciendi, quia vsque ad inanitionem fidei peruenire, certum est hanc diuinę pie
tatis exacerbationem, quia & fideles de corpore recedentes votorum plenitudine, & pauperes conso-
latu alimoniæ & necessaria sustentatione fraudantur. Hi enim tales quasi egentium necatores, nec cre-
dentes iudicium Dei habendi sunt. Vnde & quidam patrū hoc scriptis suis inseruit congruente senten-
tia, quæ ait: Amico quippiam rapere furtum est, & Ecclesiam fraudare sacrilegium. Hæc Cōcilium Va- C
lense. Et Concilium Agathense, cap. 4. idem sub eisdem ferè verbis definit. Concilium Toletanum ter-
tium, cap. 22. hanc ponit definitionem: Qui diuina vocatione ab hac vita recedunt, cum psalmis tan-
tummodo

tummodo & pſallẽtium vocibus debere ad ſepulchra deferri prẽcipimus. Nam funeris precamẽ quod vulgo defunctis cantari ſolet, omnino prohibemus. Sufficiat autem quòd in ſpe reſurrectionis Chriſtianorum corporibus famulatus diuinorum impeditur canticorum. Hæc Concilium Toletanum 3. Denique Concilium Florentinum, quod pro vnione Græcorum ſub Eugenio 4. celebratum eſt, ita de hac re definit. Item ſi verè pœnitentes in Dei charitate deceſſerint antequam dignis pœnitentiæ fructibus de commiſsis & omiſsis ſatisfecerint, eorum animas pœnis purgatoriis poſt mortem purgari, & vt à pœnis huiuſmodi relèuentur, prodeſſe eis fidelium viuorum ſuffragia, miſſarum, ſcilicet ſacrificia, orationes, & eleemoſynas, ac alia pietatis officia, quæ à fidelibus pro aliis fidelibus fieri conſueuerũt ſecun
D dùm Eccleſiæ inſtituta. Hæc Concilium Florentinum. Poſſem adhuc plura citare conciliorum decreta, ſed hæc ſunt ſatis ad conuincedos hæreticos.

FINIS LIBRI XIII.

F. ALFONSI DE CASTRO
ZAMOREN. MINORITAE, ADVERSVS Hæreſes, Liber Decimus quartus.

TEMPLVM.

A NAbuchodonoſor rex Babylonis, qui dæmonis figuram gerit, cùm Hieroſolymam inuaſit, non fuit contentus templum Domini ſpoliare, & omnia vaſa illius precioſa diripere, ſed & ipſum templum fœdauit, conſpurcauit, imò magna ex parte deſtruxit, quoniam columnæ templi, & baſes, & capitellum, multáque alia ab eo inde ſublata ſunt. 4. Reg. 25
Ad eundem modum fecit Anthiochus Rex, qui violenta manu templum Domini inuadens, poſtquam ſuſtulit ab eo altare aureum, candelabrum luminis, & vniuerſa vaſa eius, & menſam propoſitionis, & libatoria, & phialas, & mortariola aurea, & velum, & coronas, & ornamẽtum aureum, quod in facie templi erat, & comminuit omnia: non fuit contentus hæc omnia ſuſtuliſſe, ſed quo nocentiſsimum ſe oſtenderet ſynagogæ hoſtem, prohibuit holocauſta & ſacrificia & placationes fieri in templo Dei. Eodem modo ille antiquus humani generis hoſtis, omni qua potuit via facere tentauit. Nam (vt ſuprà narrauimus) miniſtros ſuos, quoſdam videlicet hæreticos ſubmiſit, qui vaſa & alia templi ornamenta, hoc eſt ſacramenta, & omnia ſacramentalia, omneſque cæremonias & ritus ab Eccleſia auferrẽt, dicẽtes ea omnia eſſe prorſus inutilia, meraſque nugas. Ecce nunc adſunt alij miniſtri
B eius, qui templum euertãt, prohibeãtque, ſi potuerint, ſacrificia & orationes in tẽplo fieri, dicẽtes templa Dei nullius eſſe vtilitatis, neque aliquo pacto prodeſſe in Eccleſia Dei. Huius hæreſis primus author fuit Euſtachius quidam de quo in Concilio Gangrẽſi fit mentio. Hic baſilicas martyrum, & templa ſub nomine diuorum Deo dedicata contemnebat, & omnes quiad illa conueniebant ibidem aut ſacrificaturi, aut oraturi, reprehendebat. Hunc autem errorem iam diu ſepultum, poſt multa ſecula ſuſcitarunt Vvaldenſes, qui vt illuſtriores hæretici mundo apparerent, Euſtachij errorem multo fuſius extenderũt, quoniãm ille ſola templa quæ in diuorum nomine ſunt cõſecrata, irridebat: hi autem omni templo detraxerunt, dicentes templum Dei late patentis ipſum mũdum eſſe, & coarctare maieſtatem eius, qui Eccleſias, monaſteria, oratoriáque conſtruunt, tanquam propitio in eis diuina maieſtas inueniatur. Hoc enim illis impingit Æneas Syluius in libro de origine Bohemorum, quanquam Guido nihil tale illis tribuit etiam cum Vvaldenſiũ errores recenſet. Poſt Vvaldenſes fuerunt alij hæretici dicti Pſeudapoſtoli, qui adhuc maiori cum iniuria de templo Dei loquuti ſunt, dicentes Eccleſiam conſecratam non plus valere ad orandum, quàm ſtabulum porcorum. Eundem errorẽ tutati ſunt magis vi & armis quàm ſcripturæ teſtimoniis, quidam Bohemi hæretici Thaboritæ appellati. Iſtorum dux & princeps fuit Ziſcha quidam nobilis genere, erroribus Ioannis Huſs iufectus, qui copiam perditorum hominum congregans, Eccleſias inuaſit, ſpoliauit, euertítque. Monaſteria deſtruxit, monacóſque fugauit, aliáque ſimilia facinora perpetrauit. Vt autem tutus in facinore eſſet, & alia cum vellet ſecurus poſſet perficere, locum natura munitum elegit: hunc mœnibus cinxit, & vt quiſque ex militibus tentoria fixerat, ita ædificare ſibi domos imperauit. Huic loco Thabor indidit nomen, & comites ſuos fratres Thaboritas appellauit, tanquam cum tribus Apoſtolis Saluatoris Chriſti transfigurationem in monte Thabor vidiſſent, indéque ſuas opiniones mutuati eſſent, quas fidei veritates appellabãt. Hi ergo omnes præfati hęretici concorditer ſentientes, templum Dei contemnunt, quamuis vnus plus alio inſaniens magis illud vilipendat. Ad hunc autem errorem reuincendum ſatis eſt quòd Salomon rex ex præcepto Dei ædificauit templum Hieroſolymæ. Nam cum Dauid prius illud ædificare cogitaſſet, reiectus eſt à Domino
C velut indignus ad id munus obeundum, eò quod vir bellator fuerat, & ſanguinem fuderat: & hoc onus ædificandi templum tranſtulit in Salomonem. Si templum Dei nullius eſſet vtilitatis, nunquam tantum in eius conſtructione laboraſſet Salomon, nec tantam auri & argenti materiam in eo expendiſſet, nec dominus Deus templũ illud tot tantíſque priuilegiis decoraſſet, qualia deſcribuntur libro ſecũdo, 1. Mach. 1. Euſtach. Vvaldenſes. Pſeudo. Thabo. 1. Par. 28.

Paralipomenon, cap.7. Præterea si Dei templum non magis valeret (vt impii pseudapostoli asserunt)
Matt. 21. quàm stabulum porcorum, nunquam Dominus iecisset vendentes & ementes ab illo. Nam cùm in foro vendere & emere liceat, non autem in templo, satis apertè conuincitur templum Dei esse maiori veneratione dignũ quam forum, ne dicam quam stabulum. Rursum, Dominus noster Iesus Christus eiiciens ementes & vendentes de templo ad operis confirmationem citauit pro se testimonium Esaiæ dicentis. Domus mea, domus orationis vocabitur. Ex quibus verbis satis apertè conuincitur templũ Dei
Esa. 56. esse locum magis orationi destinatum quam quicunque alius. Accedit ad hæc, quod vsus templorũ nõ
Eusebius. est recens in Ecclesia, sed ab ipsis Apostolis introductus. Nam Eusebius Cęsariensis libro secundo historiæ Ecclesiasticæ, capite 17. narrans ea quæ Philo Iudæus de moribus Christianorum scripserat, sic ait: Post hæc descriptis eorum habitaculis, vt se habeat singulorum qualitas & situs, etiam de Ecclesiis quæ D
apud eos sunt, ita dicit: Est autẽ (inquit) in singulis locis consecrata orationi domus, quæ σεμνεῖον vel μοναστήριον dicitur. σεμνεῖον autem in nostra lingua significare potest honestorum conuenticulum, in quo secedentes, inquit, honestæ & castæ vitæ mysteria celebrant. Hæc Eusebius Philonem scripsisse narrat. Hic autem Philo (eodem Eusebio teste) fuit tempore claudii Imperatoris, ad quem à suis legatus est missus, & Romam hac de causa venit, vbi beatum Petrum vidit. Patet ergo fuisse tempore Apostolorũ loca aliqua orationi consecrata, quæ nos Ecclesias appellamus. Demum concilium Gangrense, cap. 5.
Cõcilium Gangrẽse suorum Decretorum ita definit: Si quis docet domum Dei contemptibilem esse debere, & congregationes quæ in ea fiunt, anathema sit. Hęc ibi. Nec opus est aduersus tam apertũ errorem pluribus agere.

TENTATIO.

Petrus Abailar. INter multos errores quos beatus Bernardus epistola 190. tribuit Petro Abailardo, vn° est quo illum sentire ait, dæmonum in nobis suggestiones cõtactu fieri lapidum & herbarũ, prout illorum sagax malitia nouit harum rerum vires diuersas diuersis incitandis & incendẽdis vitiis conuenire. Et certè si Petrus Abailardus non in vniuersum de omni tẽtatione dæmonis loquatur, sed de aliqua, ita vt non omnes, sed aliquas dæmonũ tẽtationes in nobis virtute lapidũ & herbarum fiant, ego nõ putarem hæresim, sed veram doctrinã.
Galat. 5. Nam certum est multas animæ tentationes à carne propria oriri, quoniam Paulus ait: Caro concupiscit A
Iacob. 1. aduersus spiritum. Et talis carnis concupiscentia, quędam tentatio est, qua anima ad peccatum impellitur, sicut Iacõbus Apostolus ait: Vnusquisque tantatur à concupiscentia sua abstractus & illectus. Quoniam nemo est qui carnis impulsionibus nõ agitetur. Et iuxta variam carnis complexionem, variæ sunt hominum à propriis corporibus tentationes. Et dæmon qui vniuscuiusque corporis qualitates & com-
Iob. 38. plexiones optimè nouit, cõuenientia adhibet incentiua, quibus caro iuxta suam qualitatem magis possit incendi.
Grego. Vnde beatus Grægorius exponẽs illud Iob. Diuiditur æstus super terram, hęc ait: Prius enim complexionẽ vniuscuiusque antiquus aduersarius perspicit, & tunc tentationis laqueos apponit. Alius nanque lætis, alius tristibus, alius timidis, alius elatis moribus existit. Quò ergo occultus aduersarius facilè capiat, vicinas conspersionibus deceptiones parat. Quia enim lætitiæ voluptas iuxta est, lætis moribus luxuriam proponit. Et quia tristitia in iram facilè labitur, tristibus poculum discordiæ porrigit. Quia timidi supplicia formidant, pauentibus terrores intentat. Et quia elatos extolli laudibus cõspicit, eos ad quæque voluerit blandis fauoribus trahit. Singulis igitur hominibus vitiis conuenientibus insidiatur. Hæc Grægorius. Cùm ergo dæmon variè hominem teneret iuxta variam (quam optimè nosci) illius complexionem: cogimur certè fateri illum posse hominem tentare per lapidum aut herbarum contactum. Multæ enim sunt lapidum & herbarum virtutes, quæ hominum complexionibus conueniunt. De Smaragdo dicitur & Topazione, quòd libidinis ardores mitigent. Cur etiam non erit alius virtutis contratiæ lapis, qui ardores hominum augeat? Pyropum aiunt cordis mœstitiam prorsus expellere: propter quod possibile etiã censeo alium esse lapidem, qui contra hunc virtute sua pugnet, ita vt cor hominis mœstitia absorbeat. Nullus autem dubitat dæmonem hæc omnia optimè nosse: quapropter nec ego etiam dubito dæmonem per illarum rerum applicationem & contactum posse aliquan- B
do homines tentare, si à Deo permittatur. Præterea multi non contemnendæ authoritatis theologi fatentur dæmonum afflictiones & vexationes posse per rerum sensibilium applicationem mitigari, sicut
1. Reg. 16. de Saule legimus, qui cùm à dæmone vexaretur, Dauide citharam pulsante leuius ferebat. Hoc concedit Nicolaus de Lyra interpretans illum locum in 1. Reg. lib. Idem etiam fatetur Richardus de media villa, quod libeto 3. quęst. 8. qui tam paruam dicit posse cõtingere dæmonis afflictionem, tantamq; esse lapidis aut herbæ virtutem, vt non solùm mitiget, sed prorsus tollat dæmonis afflictionem. Si lapides & herbæ possunt dæmonis afflictionem impedire, quid obstat vt alii sint contrarię virtutis lapides aut herbæ, qui dæmonem in affligendis hominibus iuuare possint? Non est ergo cõtra Catholicam fidem putare, quòd dæmon possit per cõtactum lapidum & herbarum homines ad peccatũ impellere. Et si hoc solum sensit Petrus Abailardus, non erat hac ratione de hæresi notandus. Verùm quia ego credo B. Bernardum virum doctum perinde ac sanctum, qui non gratis & immeritò Petrum Abaillardũ de hæresi hoc loco notasset: ideo puto illum de omni dæmonis tentatione fuisse locutum: ita vt nulla sit dæmonis in nobis tentatio, quæ hoc modo non fiat contactu lapidum aut herbarum. Et si ita sensit Petrus Abailardus, apertissimè errauit. Nam prima dæmonis tentatio non fuit mediãtibus lapidibus & herbis,
Gene. 3. sed serpente medio, cuius figuram assumpsit, vt per os illius verba formaret, quibus Euam primam omnium matrem alloquens, persuaderet prohibiti cibi esum. Vt autem Adam tentaret, ipsam Euam adhibuit, non lapides, nõ herbas. Cognouerat quippe vxorem ad hoc opus potentiorẽ esse omnibus lapidibus &

C bus & herbis. Et cùm Satan appetit tentare Iob,& ad hoc licentiam à Deo petit,non poſtulat ſibi permitti lapides aut herbas applicare: ſed vallum,quo Deus vniuerſam illius ſubſtantiam circumcinxerat, auferre:vt libere poſſet illum per omnis ſubſtantiæ denaſtationem tentare. Cùm autem ſic parũ ſe proficere videret, licentiam iterum poſtulat perſonam illius tangendi & percutiendi. Et percuſſit illum vlcere peſſimo,ſperans illum aduerſis frangere poſſe. Deinde,cùm Saluatorem noſtrum tentauit in deſerto,nõ applicatione herbarum aut lapidum tentauit,ſed locutione,vt Euangelica narrat hiſtoria. Primò enim illi dixit: Si filius Dei es,dic vt lapides iſti panes fiãt,& reliqua deinceps. Præterea multa alia ſunt tentationum genera,quibus nos à dæmone tentari ſacra docet ſcriptura. Nam aliquando (vt Paulus Apoſtolus ait) transfigurat ſe in angelum lucis,quoniã frequenter multos tentat Sataną oſtendens ſe illis quaſi angelum lucis,vt facilius illos decipere valeat. Vnde Apoſtoli in naui perterriti, putabãt phantaſma eſſe. Et Petrus Apoſtolus dicenti Domino: Nolite timere,ego ſum: non facile credens,ait: Si tu es, iube me venire ad te ſuper aquas. Vt ſi firmiter poſuiſſet pedem ſuper aquas,ſciret verum eſſe quòd non erat phantaſma quod apparebat. At nullus ſanę mentis dicet talem dæmonis transfigurationem qua ſe in angelum lucis transfigurat,fieri contactu herbarum aut lapidum. Rurſum,aliqua ſunt ſpiritualia peccata,quæ nullam habent cum carne vicinitatem,& propterea ab illa minimè oriri poſſunt, quæ Paulus vocat ſpiritualia nequitiæ in cœleſtibus. Nullus autem eſt adeò demens,vt dicat tentationẽ quæ ad huiuſmodi peccata ſolicitat,fieri cõtactu lapidum aut herbarum: quoniam cùm hæ res ſint corporeæ, nullam habent poteſtatem mouendi ſpiritum,niſi quatenus cognoſcuntur & amantur. Poſſunt etiam dæmones mouere phantaſmata hominum,ita vt quod illis magis placuerit,offerãt imaginationi,& ſic hominem tentent: quoniam quod magis mouet phantaſiam,illud magis vrget vt cognoſcatur ab intelle-
D ctu,quod autem magis cogniſcitur,illud vehementius voluntatem ſolicitat ad amorem: præſertim ſi concomitetur carnis delectatio. Et de hac re dicta ſufficiant. Nec vidi aliquem qui aduerſus hanc hæreſim diſputauerit: quoniam B. Bernardus ſola illius relatione fuit contentus.

Iob.1. Matt.4. 2. Cor.11 Matt.13. Ephe.5.

TERRA.

DE hac re fuit vna hæreſis, quæ docuit terram eſſe Deo coæternam. Huius hæreſis autor dicitur Felix quidam Manichæus,cum quo B. Auguſtinus publicè diſputauit. Et de actis cum hoc Felice ſunt duo libri æditi qui inter opera B. Auguſtini circunferuntur: & in primo illorum lib. de hac hæreſi fit mentio. Aduerſus hanc hæreſim non eſt operoſum diſputare: cum tam expreſſa ſint ſcripturæ ſacræ teſtimonia. Nam in libro Geneſeos dicitur: In principio creauit Deus cœlum & terram. Si Deus in principio terram creauit, non eſt ergo terra æterna: quia quod creatur, aliquando habuit initium. Et in lib. Pſal. propheta: Initio tu Domine terram fundaſti. Et B. Paulus Apoſtolus in epiſtola ad Hebræos eadem prophetæ verba repetit. Præterea apud Eſaiam prophetam Deus ait: Ego feci terram,& hominẽ ſuper eam creaui. Et iterum: Hæc dicit Dominus creans cœlos,ipſe Deus formans terrã,& faciens eam,ipſe plaſtes eius, Nõ in vacuum creauit eam,ſed vt habitetur formauit eam. Si Deus terrã fecit,& illam formauit,fieri nõ poteſt vt ſit Deo coæterna: quoniã quod factũ eſt,aliquando habuit initiũ. Deniq, aduerſus hanc hæreſim extat Concilii generalis definitio. Nam Conciliũ Lateranenſe ſub Innocentio 3. celebratũ,de tribus in Deo perſonis loquens,hæc ait: Vnum vniuerſorum principium,creator omnium viſibilium & inuiſibi-
A lium,ſpiritualium & corporalium, qui ſua omnipotenti virtute ſimul ab initio temporis vtrãque de nihilo condidit creaturam, ſpiritualem & corporalem, angelicam videlicet & mundanam,ac deinde humanam quaſi communem ex ſpiritu & corpore conſtitutam. Hæc Concilium. Quæ verba habentur in volumine decretalium cap. 1. de ſumma trinitate & fide Catholica. In quibus verbis illud annotandum eſt quod ait: Ab initio temporis omnia creata eſſe ſpiritualia & corporalia. Si omnes creaturæ ſunt ab initio temporis,ergo etiam terra. Si terra eſt ab initio temporis,non eſt poſsibile vt ſimul ſit æterna. Aduerſus tam apertam hæreſim hæc pauca ſufficiunt.

Felix. Gene.1. Pſal.101. Heb.3. Eſa.45. Cõcilium Lateranenſe.

TIMOR DEI.

VNus ex Lutheri erroribus peſtiferis eſt, quo docet timorem Dei ſeruilem eſſe prorſus inutilem,imò etiam noxium: quoniam dicit illum eſſe dignum pœna. De hoc errore ſuprà ſatis diſputauimus in titulo de contritione. Quoniã Lutherus damnat eam peccatorum contritionem,quæ ex odio gehennæ oritur: ideo opus fuit tunc de timore ſeruili diſputare. Quo loco ex ſacræ ſcripturę teſtimoniis oſtendimus timorem Dei ſeruilem eſſe bonũ,& eſſe numerandũ inter dona Spiritus ſancti: quamuis nullus per illũ mereatur, niſi ſit ſimul cum charitate: quoniã nullum eſt opus quod ſit præmio dignum, niſi quod ex radice charitatis oritur. Verùm & ſi loco illo dictũ ſit quod ad hunc errorem reuincendum ſufficiat, non tamẽ erit inutile hoc loco aliquid ſuperaddere quo veritas magis eluceſcat: præſertim cũ hic ſit titulus aptior, ſub quo hæc diſputatio fieri debeat. Et primò oſtendamus vnde habeat ortum iſte timor ſeruilis & à quibus cauſis generetur, vt
B oſtenſa bonitate arboris clarius pateat bonitas fructus: quoniam, iuxta Saluatoris noſtri ſententiam, arbor bona fructus bonos facit. Et certè,quantum ego coniicere poſſum, timor Dei ſeruilis,cum videlicet quis propter pœnã quã timet,abſtinet ab offenſa Dei,duas habet origines in ipſomet peccatore. Vna eſt amor ſui,& ſui commodi: vnde prouenit,vt fugiat incõmoda. Ideo enim peccator odit & timet pœnã, quia illa aufert quietẽ,pacem,delectationem, & integritatem patiẽtis. Altera origo eſt conſideratio

Lutherus Matt.7.

omnipotentiæ diuinæ,& eius ſapientiæ,& iuſtitiæ. Conſiderat enim Deum adeò potentem,quòd nullus illi reſiſtere,aut manus illius euadere poteſt:tam ſapiẽtem,quòd nihil illum latere poteſt: tam iuſtũ, vt nullius aut precibus aut muneribus poſſit à iuſtitia flecti,vt malefactorem nõ puniat. Cùm ergo peccator odiat pœnam, ad quam infligendam certò credit Deum eſſe potentem,ſapientem & iuſtum,abſtinet ab opere peccati,ne talem pœnam patiatur,ſic tamen, vt in eo peccandi voluntas etiã auferatur. Talis inquam fuga peccati ad euitandum pœnam,eſt timor ſeruilis,quem dicimus eſſe bonum & vtilem,niſi voluntas peccati(vt in titulo de Contritione ex preſſimus) ſit illi admixta.Hoc enim ſatis apeMatt. 18. tè oſtendit parabola illa de Rege volente ponere rationem cum ſeruis ſuis,quam cùm incepiſſet ponere,oblatus eſt ei vnus debens decem millia talentorum:qui cùm non eſſet ſoluendo,iuſſus eſt vendi, id eſt,(vt Auguſtinus interpretatur)tormentis ſubiici,cum vxore & liberis,hoc eſt,cum cupiditate & operibus.Quam ſentẽtiam cùm audiſſet ſeruus debitor,horrore & odio pœnæ,cui erat iam deſtinatus,preces ad dominum fudit,illi humiliter ſupplicãs vt dilationem ſolutionis illi indulgeret.Nec tamen paſſus eſt repulſam,ſed dilationem petens,ſuſcepit remiſſionem : quæ rata permanſiſſet, niſi ipſe poſtmo- C dum meruiſſet ne talis indulgentia caſſaretur,propter inhumanitatem quam erga cõſeruum ſuum exercuit.Ecce iſtum ſeruum, qui non aliter ad dominum ſuum conuertitur quàm ex odio pœnæ cui viderat ſe adiudicatum:& ſic conuerſus exauditur. At ſi ille timor ſeruilis eſſet peccatum (vt Lutherus ait) conuerſio ex illo orta etiam eſſet mala : & ſi illa mala fuiſſet,nunquam fuiſſet exaudita.Præterea SaluaMatt. 5. tor noſter ſuadens nobis pacem & concordiam,per hunc timorem nos ad illam inducit. Sic enim ait: Eſto conſentiens aduerſario tuo cito,dum es in via cum eo,ne fortè tradat te aduerſarius iudici,& iudex Prou. 13. tradat te miniſtro, & in carcerem mittaris. Amẽ dico tibi,non exies inde donec reddas nouiſſimũ quaProu. 22. drantem.Rurſum:Sapiens conſulit parentibus vt filios ſuos corrigere & flagellare non deſinant, vt vel ſic filii diſcant abſtinere à malo.Qui parcit virgæ(inquit ille)odit filium ſuum:percuties eum virga, & liberabis animam eius à morte.Et iterum:Stultitia alligata eſt in corde pueri:virga diſciplinæ effugabit eam.Quid ergo de charitate patris noſtri,qui in cœlis eſt,erga filios ſuos cenſebis?Nónne ille etiam puniet & flagellabit filios ſuos, vt vel ſic diſcant declinare à malo?Nónne caſtigat eos quos amat? Amat autem filios.Omnem ergo filium quem diligit,corripit.Sed quare corripit?Certè non ob aliam cauſam niſi propter diſciplinam,vt videlicet diſcant declinare à malo,&facere bonum.Hoc autem ex ipſis Pau Heb. 12. li verbis apertiſſimè colligitur. Nam poſtquam dixerat Deum flagellare omnem filium quem recipit, Ibidem. ſtatim ſubiunxit,dicens:In diſciplina perſeuerate.Tanquam filiis nobis offert ſe Deus.Quis enim filius quem non corripit pater? Quòd ſi extra diſciplinam eſtis,cuius participes facti ſunt omnes,ergo adulterini & non filii eſtis. Vides iam ob quam cauſam Deus corripiat & flagellet filios ſuos, quia propter Eſaiæ. 28. ſolam diſciplinam.Sunt enim aliqui adeò indiſciplinati, vt benignitate & miſecordia nunquam molleſcant,imò duriores & peiores fiant.Hos flagellare oportet,vt flagellati diſcant:quoniam,vt ait quidã propheta, vexatio dabit intellectum. At ſi timor ſeruilis malus eſſet,aut operatio ab illo timore proce- D dens eſſet mala: Deus nunquam flagellis cingeret aliquem hac intentione,vt ex odio flagelli conuerPſal. 118. teretur ad bene operandum.Deinde propheta regius ait:Bonum mihi quia humiliaſti me,vt diſcam iuſtificationes tuas.Dauid teſtatur ſe didiciſſe iuſtificationes Dei,propterea quòd fuerit à Deo humiliatus : & propterea reddit gratias Deo,quia humiliauerit illum:eò quòd ex tali humiliatione magnũ illi euenerit bonum, videlicet diſcere Dei iuſtificationes.Non eſt ergo opus aliquod cenſendum malum hac Matt. 7. ſola ratione quòd à timore ſeruili procedit. Et ſi opus ab illo procedens,non eſt hac ratione malum dicendum,nec ipſe timor erit de malitia notandus:quoniam iuxta Saluatoris ſententiam,arbor mala nõ Bernard⁹ poteſt bonos fructus facere. Pro hac re ſunt plura ſanctorum virorũ teſtimonia : quorum aliqua in medium producere non erit inutile.Beatus Bernardus in libro de præcepto & diſpenſatione,ſic ait:Bonus quidem obedientiæ gradus eſt, ſi iuxta magiſtri noſtri ſententiam propter metum gehennæ,ſiue proRichard⁹ de S. Victore. pter profeſsionem ſanctam quam profeſſus eſt quiſpiam, obedierit, melior tamen cum ex Dei amore obeditur. Hæc Bernardus. Richardus de ſancto Victore libro primo de præparatione animi ad contẽplationem, cap.8.dicit timorem gehennæ eſſe initium ſapientiæ, & capite ſequente,videlicet 9. de eodem timore loquens,ſic ait: Quanto quis vehementius metuit pœnam quam meruit,tãto acerbius plan Pſal. 50. git culpam quam fecit. Sed ſciendum quia quacũque hora peccator conuerſus fuerit, & ingemuerit, ſaluus erit,ſecundùm illud:Cor contritum & humiliatum Deus non deſpicies.Quid tibi videtur?Nónne merito talis filius Simeon,id eſt,exauditio vocatur?Qui enim verè pœnitet,qui veraciter dolet,abſque dubio & abſque mora indulgentiam accipiet.Oratio quæ ex corde contrito & humiliato profertur,citius exauditur.Humiliato per timorem, contrito per dolorem.HæcRichardus.Quibus verbis ſatis apertè docet timorem ſeruilem eſſe bonum:quoniam aſſerit illum eſſe primum gradum ad ſapientiam,eiusque primam prolem dicit eſſe dolorem de peccato commiſſo,aut contritionem,quam fatetur Auguſt. mereri exauditionem,tantum abeſt vt illam damnare velit.Beatus Auguſtinus cùm hoc pluribus in locis aſſerat,expreſſius tamen ſuper primam Ioannis Apoſtoli epiſtolam,tractatu nono, vbi exponens illum locum Ioãnis:Timor non eſt in charitate,ſic ait:Quid ergo dicimus de illo qui cœpit timere diem iudicii?Si perfecta in illo eſſet charitas,non timeret:perfecta enim charitas faceret perfectam iuſtitiam & non haberet quare timeret, imò haberet quare deſideraret vt tranſeat iniquitas,& veniat regnũ Dei: Ergo timor non eſt in charitate.Sed in qua charitate? Non in inchoata.In qua ergo? Sed perfecta (inquit) charitas foras mittit timorem.Ergo incipiat timor,quia initium ſapientiæ timor Domini. Timor quaſi locum præparat charitati. Cùm autem cœperit charitas habitare,pellitur timor qui ei præparauit locum.Quantum enim illa creſcit,ille decreſcit: & quantum illa fit interior,timor pellitur foras.Maior charitas,minor timor; minor charitas,maior timor.Si autem nullus timor,non eſt quà intret charitas.

Sicut

Sicut videmus per ſetam introduci linum,quãdo aliquid ſuitur:ſeta prius intrat,ſed niſi exeat,non ſuccedit linum:ſic timor primò occupat mentem : non autem ibi remanet timor,quia ideo intrauit,vt introduceret charitatem.Hucuſque Auguſtinus.Ex cuius verbis conſtat quòd & ſi timor ſeruilis non ſtet cum perfecta charitate,ſtat tamen cum charitate inchoata,& via eſt ad charitatem perfectam.Si timor
B ſeruilis (vt Lutherus ait) peccatum eſſet,nunquam pararet locum charitati.Parat autem locum charitati,non eſt ergo peccatum.Beatus Baſilius in expoſitione Pſalmi triceſimitertii ſic ait: Timor enim Saluatoris qui ad ſanctitatem deducit,& animæ diuinitus inſitus eſt,qualis exiſtat,ſi cupis audire,attende. *Baſilius.* Quando fortè te ad aliquod peccatum videris paratum,illud horrible mandatum, & Chriſti iudicium cogita,in quo iudex in alto ſedens tribunali,circunfuſos vndique populos coràm habebit,aſtabitq, omnis creatura eius aduentum glorioſum exhorrens , rationem geſtorum redditura . Deinde qui multa in vita admiſerunt,timidi ac triſtes apparebunt,vicinum aſpicientes ignem,ſęuas flammas reſpirantes,ob malorum præteritorum impœnitentiam ingemiſcentes,ob ingentem dolorẽ & odium ad omne commune noctis aſpectibus æquiparandi. Deinde barathrum & tenebras inacceſſas,ignemq́ obſcurum, cauſticas alioqui vires habentem,conſpicientes.Inde vermium ſerpentiumq́ innumerabilium genus venenoſum ac carniuorum nunquam ſaturum,intolerabiles dolores morſibus infligens.Poſtremò omnium duriſſimam pœnam,probrum illud & verecundiam ſempiternam . Hæc tu timebis , hoc demum timore inſtitutus, quodam quaſi fræno tuam cohibebis à prauis concupiſcentiis animam.Talem itaque Domini timorem nos pater ille ſe recipere docet, non quidem eos qui audire negligũt, & ab eo procul abſunt,in peccata facilè ruentes,ſed qui de ſalute propria ſoliciti,ad eius properant doctrinam:non inquam hoſpites & peregrinos à fide vtriuſque teſtamenti, ſed qui per baptiſmum & adoptionẽ Dei ſunt facti domeſtici. Propterea, inquit,venite,hoc eſt,per benefacta mihi vos reddite propinquos : filij lucis eſtote,filii per generationem dignati . Audite vos qui aures cordis patentes habetis, timorem Domini docebo vos,hunc quem paulò antè vobis deſcripſi.Hucuſque Baſilius.Quibus verbis nil potuit expreſſius aduerſus Luthetum dici.Nam cùm de timore ſeruili ſatis apertè loquatur,dicit illum nos ad ſanctiC tatem deducere,& eſſe diuinitus inſpiratum , & quem pater cœleſtis nos docet . Cùm ergo tot & tam aperta produxerimus aduerſus hunc errorem teſtimonia , non eſt opus vt amplius de illo diſputemus, præſertim cum in titulo de contritione alia multa dicta ſint.

SEcunda hæreſis timore Dei eſt,quam docuit Petrus Abailardus,dicens timorem Domini non eſſe in futuro ſeculo. Hunc enim inter alios errores illi impingit beatus Bernardus epiſtola 190. Et certè miror quòd homo alioqui doctus in tantum tamq́ apertum errorem lapſus fuerit : cum ad illum reuincendum tam manifeſtum ſit teſtimonium prophetæ,dicentis : Timor Domini ſanctus permanet in ſeculum ſeculi: Quæ verba exponens Auguſtinus ſuper Pſalmos,ſic ait : Timor Domini non ſeruilis ſed caſtus,gratis amans,non puniri timens ab eo quem tremit,ſed ſeparari ab eo quem diligit.Iſte eſt timor caſtus,non quem conſummata charitas foras mittit, ſed permanens in ſeculum ſeculi.Hæc Auguſtinus . Et Saluianus Maſſilienſis epiſcopus libro tertio Anticimenon prope finem , ſic ait : Quomodo perfecta charitas foras mittit timorẽ,ſi timor Domini caſtus permanet in ſeculum ſeculi?Eſt ergo timor ſeruilis,eſt & timor caſtus.Timor ſeruilis eſt ne patiaris pœnam : timor caſtus ne amittas iuſtitiam. Ergo quod Apoſtolus dixit, de ſeruili timore egit. Quod autem Pſalmiſta loquitur, de caſto illo timore quo in æternum Domino copulabimur,ſentiendum eſt.Hæc Saluianus.Præterea,de ãgelis in cœlo manentibus beatus Iob loquens,ait:Columnæ cœli contremiſcunt & pauent ad nutum eius.Quòd autem angelos columnarum nomine appellet,teſtatur beatus Hieronymus,qui in commentariis ſuper librum Iob,hunc locum interpretans,ait:Stabilitatem ergo ſolum modo permanentem in natura angelorum,
D columnarum nomine ſentiamus , quia non ſolùm immobiliter in ſanctitate perſeuerantes ſunt , ſed etiam æternæ beatitudinis gloria ſpecioſi. Nam de futura immobilitate hominum ita ait filius Dei : Qui vicerit,faciam illum columnam in templo Dei mei.Hæc Hieronymus,vel quicunque eſt illorum commentarium author . Nam ex eo conſtat non eſſe Hieronymi , quia idem Hieronymus citatur in eis. Et beatus Gregorius in moralibus poſtquam illa verba Iob interpretatus eſt de iuſtis hominibus, ad angelos conuerſus,dicit: Quod (ſicut ſuperius diximus) de ſanctis quoque angelis nil obſtat intelligi:quia ipſæ quoque virtutes cœleſtium quæ hunc ſine ceſſatione conſpiciunt,in ipſa ſua contemplatione contremiſcunt.Sed idem tremor ne eiſdem pœnalis ſit,non timoris eſt,ſed admirationis.Hæc Gregorius. Et certè quantum ego poſſum coniicere,ex hoc fonte proceſſit error Petri Abailardi quo putauit non eſſe aliquem timorem qui non ſit pœnalis. Aduertere enim debuiſſet eſſe aliquem timorem ſine pœna, qui dicitur timor reuerentialis,vel,vt verius dicam, nihil eſt aliud quam ipſa reuerentia. Nam & timoris nomine ipſa reuerentia appellatur ſæpiſſimè in ſacris literis.In Euangelio Lucæ legimus quòd poſtquam Dominus ſuſcitauit adoleſcentem filium viduæ,accepit omnes timor, & magnificabant Deum. Quo loco timor reuerentiam deſignat. Omnes enim qui aſtabant, viſo tanto miraculo reueriti ſunt Deum, eò quòd talem prophetam miſiſſet in mundum, qui tam miraculoſa opera faceret . Hoc autem ex iis quæ ſequuntur , facilè eſt coniicere . Nam poſtquam dixit timorem occupaſſe omnium animos, addidit,& magnificabãt Deum.Magnificare autem Deum magis eſt effectus reuerentiæ quàm pœnalis timoris . Similiter Paulus Apoſtolus in ea quæ eſt ad Romanos epiſtola , ait . Reddite ergo omnibus debita : cui tributum, tributum : cui vectigal,vectigal : cui timorem, timorem : cui honorem, ho-
A norem . Quæ verba interpretans Theophylactus , ſic ait: Nec ſolùm pecunias debere illis affirmat, quin & timorem, hoc eſt pudorem & verecundiam, & honoris plurimum principibus exhibendum: ita vt cui debeatur hic honos , honos reddatur . Timor autem duplex eſt . Altero noxij ex malorum facinorum conſcientia corripiuntur : alterum viciſſitudine quadam impertiuntur qui mu-

Petrus Abailar.

Pſal.18.

1.Ioan.4.

Iob.26.

Apoc.3.

Lucæ.7.

Roma.13.

tuo detinentur amore, cuiusmodi timor honor est quidam præcipuus, qualis ille videtur, cùm inquit: Ni
Psal.33. hil deest timentibus eum. Et, Timor Domini permanet in seculum seculi. Timor autem hoc loco vene-
Psal.18. rationem quandam prætendit. Hæc Theophylactus. Aliquis est ergo timor omni carens pœna, & hunc dicimus inesse beatis. Quòd si bene intellexisset Petrus Abailardus, nunquam negasset timorem Domini esse in futuro seculo.

TIRANNVS.

DE hac re fuit quædam hæresis docens quemlibet tyrannum posse licitè & meritoriè occidi per quemcunque vasallum suum etiam per clanculares insidias, non obstante quocunque fœdere inter eos inito, etiam per iuramentum confirmato, & hoc absque sententia aut mandato iudicis cuiuscunque. Huius hæresis autor fuit (vt testatur Ioannes Gerson) quidam Ioannes parui. Aduersus hunc errorẽ multæ patent viæ per quas illum expugnare valemus. Primò ex definitione tyranni. Tyrannus siquidem, iuxtà eam vocis significationem qua nunc omnes vtũtur, ille dicitur, qui non iure dominatur in republica, aut vltra iustas dominii sui leges potestatem suam exercet. Quapropter nomen tyranni non solùm conuenit B
regi aut alteri principi, sed cuicunque alteri aliquod dominium exercenti, si illud tale dominium illi nõ conuenit: aut si conuenit, ad plura se extendit quam permittat lex sui dominii. Et ita episcopus est tyrãnus si per vim & violentiam tener episcopatum, aut si iure possidet, non tamen secundùm iura regit & gubernat, sed exactiones vltra debitum extorquet, aut alia similia exercet quæ episcopo non licent. Eodem modo papa posset esse tyrannus. Ad eundem modum maritus potest dici tyrannus erga vxorem, si illam non tanquam carnem suam, sed tanquam mancipium quoddam tractauerit. Si ergo quilibet tyrannus potest occidi à subdito suo, ex hoc sequeretur confusio totius iustitiæ: quoniam tunc etiam vxor posset occidere marium suum quum tyrannicè in illam dominatur: possent oues interficere suũ pastorem, siue ille esset vnus simplex parochus, siue episcopus, siue papa, si istorum aliquis tyrannicè regeret: possent etiam filii interficere parentem suum, si pater legem paternæ dominationis quoquo pacto excederet. Et ita assertio illa viam aperit cuilibet subdito non solùm ad inobedientiam, sed etiam ad inferendam necem suo superiori, quoniam posset causari illum esse tyrannum. Hoc autem quam sit pernicioſum, non est nunc opus docere, cùm sit ipsa luce clarius. Præterea, multo peius est crimen hæreseos quàm tyrannidis. Sed nõ licet cuilibet occidere hæreticum, ergo nec licebit etiam cuilibet occidere tyrannum. Secunda via oppugnare possumus hanc pestiferam hæresim ex ratione insidiarum: quoniã etsi licitum esset tyrannum occidere, nõ tamẽ per insidias & fraudes & deceptiones. Quamuis enim non teneamur hosti reuelare veritatem omnẽ, tenemur temen nunquam illi dicere mẽ-
Sap.1. daciũ: quoniã os quod mentitur, occidit animã. Ideo Deus dedit locum refugii in quẽ posset tutè con-
Exod.21. fugere iis, qui casu fortuito alium occiderat sine insidiis. De illo verò, qui per insidias occiderit, opposi- C
tam tulit legem, dicens: Si quis per industriam occiderit proximum suum, & per insidias, ab altari meo euelles eum vt moriatur. Tertia via patet qua eadem hæresis expugnetur ex ratione fœderis iuramento firmati, quia non obstante tali iuramento, asserit licitum esse vasallo interficere tyrannum. Diuinus psal
Psal.5. tes ait: Perdes omnes qui loquuntur mendacium. Virum sanguinum & dolosum abominabitur Dominus. Si omnes qui loquuntur mendacium, Deus perdet, quid illum facturum censebis de iis qui peierãt? Nunquid omnes mentientes perdens, saluabit peierantes? Absit. Nam & periurium mendacium est, & non qualecunque, sed iuramento firmatum. Quod si quis dicat iuramentum illud cum tyranno factum non obligare vasallum ad eius obseruationem, obstant huic responsioni plura sacræ scripturæ testimonia quibus probatur pactum quodcunque aut fœdus etiam cum hostibus factum debere seruari. Nam
Gene.34. hac sola de causa Iacob turbatus est & iratus contra Simeonem & Leui filios suos, quia violauerant pactum cum Sychimitis initum. Et hac de causa quum alios filios moriens benediceret, istis maledixit, in-
Gene.49. quiens: Simeon & Leui fratres vasa iniquitatis bellantia. In consilium eorum non veniat anima mea, & in cœtu illorum non sit gloria mea, quia in furore suo occiderunt virum, & in voluntate sua suffoderũt
2.Par.26 murum. Maledictus furor eorum, quia pertinax: & indignatio eorum, quia dura. Diuidam eos in Iacob & disperdam eos in Israel. Propter eandem etiam causam reprehenditur Sedechias rex Iuda, quia vide licet rebellauit contra Nabuchodonosor regem Babylonis, cùm tamen prius illi feciſſet iuramentum
Auguſt. de fidelitate seruanda. Beatus Augustinus lib.1. de Ciuitate Dei, cap.15. laudat Marcum Attilium Regulum Consulem Romanum, quia ne violaret fidem quam iuramento firmatam Carthaginensibus hosti bus dederat, mortem elegit, eámque pati maluit, quam fidem hosti præstitam violare. Accedit ad hæc quod si licet rumpere fœdera etiam iuramento stabilita, via tunc aperiretur latissima ad omnem dif- D
fidentiam & omnem controuersiam patens. Nullus enim iam fidet alteri aliquid promittẽti, quoniam etsi promissa iuramento confirmet, quisque iustè metuere potest ne posteà contra iuramentum faciat, cùm id licitè facere possit. Nullus etiam erit controuersiæ finis, si nulla est obligatio iuramenti, quoniã
Heb.6. (vt ait Apostolus) omnis controuersiæ finis est iuramentum. Alia adhuc patet via eáque apertissima, qua hæc pestifera hæresis prosterni possit, defectus videlicet potestatis in occidente vt aliquem iustè occidere possit. Quamuis enim aliquis sit quãtumlibet sceleſtus & criminosus, qui mille mereatur mortes, non potest tamen iustè ab aliquo occidi nisi ab habente potestatem & iurisdictionem. Sceleſtiſſimus homo fuit Cain, qui primus sanguinem humanum fudit, fratrémque occidit: qui cùm timeret ne
Gene.4. ob sua scelera occideretur à quolibet qui illum inueniſſet, dixit illi Deus. Nequaquam ita fiet, sed omnis qui occiderit Cain, septuplum punietur. Præterea, quemadmodum regula iuris docet, sententia non à

suo iudice

suo iudice lata, nulla est. Et Paulus Apostolus hunc & similes tyrannicidas apertè reprehendit, dicens: Quis es tu qui iudicas seruum alienum? Posset enim ab illo subdito, qui occidit tyrannum non expectata sententia iudicis superioris, iustissimè peti: In qua autoritate hoc facis? Quis te constituit iudicem per eum? Si potestatem occidendi habes, oportet vt illam habeas à Deo: quoniam nullus habet in aliquem potestatem, nisi illa sit desuper data. Omnis enim potestas à Domino Deo est. Ostende ergo vbi
A Deus dederit subditis hanc potestatem, vt absque iudicis sententia possint occidere tyrannos. Nos autem facilius ostendemus hoc esse à Deo prohibitum. Nam per præceptum illud: Nõ occides, iuxta omnium sacrorum doctorum interpretationem, prohibetur illa hominis occisio quæ propria autoritate & absque iudicis sententia fit. Qui inscio principe (inquit lex) bellum gerit, reus est læsæ maiestatis. Rursum: Rex qui supremam habet autoritatem, non potest citra iuris ordinem, aliquem non monitum, non vocatum, non conuictũ interficere: multo ergo minus hoc poterit subditus. At qui per insidias aliquem interficit, contra iuris ordinem id facit: non ergo licet subdito per insidias interficere tyrannum. Deinde, contra naturalem legem est quòd in alicuius controuersiæ definitione aut decisione idem sit pars iudex & testis, quoniam hoc soli Deo conuenit propter summam illius sapientiam & bonitatem. Cùm autem subditus sine superioris iudicis sententia tyrannum occidit, tũc ipsemet est iudex, pars opposita reo, & testis. Multa sunt ergo propter quæ hæc pestifera assertio reiici meretur. Quapropter Concilium Constantiense sessione. 15. hanc doctrinam velut fidei Catholicæ repugnantem damnauit, ita dicens: Præcipua solicitudine volens hæc sacrosancta synodus ad extirpationẽ errorum & hæresum in diuersis mundi partibus inualescentium prouidere sicut tenetur, ad hoc collecta est. Nuper accepit quòd nonnullæ assertiones erroneæ in fide & bonis moribus multipliciter scandalosæ, reipublicę statum & ordinem subuertere molientes dogmatizatæ sunt, inter quas hæc assertio delata est: Quilibet tyrannus potest & debet licitè & meritoriè occidi per quemcunq; vasallum suum & subditum, etiam per clanculares insidias, & subtiles blãditias, vel adulationes, non obstante quocunque præstito iuramento seu cõfœderatione factis cum eo, non expectata sententia vel mandato iudicis cuiuscunque. Aduersus hunc errorem
B satagẽs hæc sancta synodus insurgere, & ipsum funditus tollere, præhabita deliberatione matura, declarat, decernit, definit huiusmodi doctrinam erroneam esse in fide, & in moribus: ipsamque tanquam scãdalosam, & ad fraudes, deceptiones, mendacia, proditiones, periuria, vias dantem, reprobat, & cõdemnat. Declarat insuper, decernit, & definit quòd pertinaciter doctrinam hanc pernicioſissimam asserentes sunt hæretici, & tanquam tales iuxta canonum sanctiones puniendi. Hucusque Concilium Cõstantiense. Ioannes Gerson testatur fuisse æditum in Concilio Constantiensi librum quendam aduersus hũc errorem. Sed fateor me illum non vidisse. Monere tamen volui lectorem, vt si forte illum inuenire posse crediderit, diligentiam apponat.

Cõcilium Constan.

VERECVNDIA.

Ture Lupini.

TVit quædam hæresis docens de nulla re quæ nobis est à natura donata, erubescendum esse. Huius hæresis autores fuere Ture Lupini, qui ob hanc sententiam more Cynicorum philosophorum omnia verenda publicitus nudata gestabant, & in publico velut iumenta coibant. Et certè hanc hæresim natura ipsa redarguit, à qua insitam habemus quarundam rerum verecundiam. Quapropter partes illæ inferiores corporis humani per quas mares & fœminæ in coitu commiscentur, à verecundia & pudore sortitæ sunt nomen, vt verẽda & pudenda dicantur. Præterea sicut virtus parit honorẽ, & inde gloriã: ita vitium parit vituperium, & inde verecundiam. At licet partes illæ inferiores corporis humani ex se non magis vitiosæ sint quàm reliquæ corporis partes, tamen hoc habent vt testimonium referant illius peccati quod primus homo per inobedientiam cõmisit. Nam cum Adam pòst habito præcepto diuino de pomo vetito comedit, reciproca inobedientia punitus est, ita vt in suo corpore suorum membrorum pateretur inobedientiam, quam in membris genitalibus statim expertus est. Hæc autem membrorum inobediẽtia, velut perpetua quædam punitio in memoriã pristini peccati in nobis omnibus remãsit. Cùm enim om-
C nes reliquæ corporis partes ad nutum & imperiũ voluntatis nostræ moueantur & quiescant, sola membra genitalia nutui voluntatis repugnant, & obedire recusant. Si vis leuare manum, leuatur illa. Si vis illam inclinari deorsum, inclinatur eadem: & ad eundem modũ reliquæ omnes corporis partes obediũt voluntati. Sæpe tamen cõtingit vt membra genitalia repugnante voluntate erigantur, & eadem aliquãdo renitente deprimantur. Patimur ergo in partibus illis inobedientiam & rebellionem in testimoniũ illius inobedientiæ quam primus parens noster aduersus Deum exercuit. Si ergo de vitio quolibet iustè erubescimus, oportet vt de illis corporis partibus erubescamus, in quibus & punitio & testimoniũ pristini peccati hucusque remãsit. Rursum, postquam Adam peccauerat peccatum suum cognoscens, volensq; à facie domini in paradiso ambulãtis fugere, dixit Deo: Vocem tuã Domine audiui in paradiso, & timui, eò quòd nudus essem. Quo loco constat timorem capi pro verecundia, quod patere facile potest ex ea quam reddidit timoris causa. Timui (inquit) eò quòd nudus essem. Inde enim erat timor, hoc est verecundia, quia in corpore suo nudo experiebatur iam sui coporis inobedientiam, quæ sui peccati erat testimoniũ. Hanc etiam Adæ & Euę erubescentiã testantur ea perizomata quæ illi fecerũt cùm cognouerunt se nudos, vt illas inferiores corporis partes tegerẽt. Deinde, si de nulla re naturaliter data esset erubescendum, iniustè reprehenditur Cham filius Noë eò quòd videns patrem inebriatum habentem verenda nudata, nunciauit fratribus suis: immeritò etiã alij fratres, videlicet Sem & Iaphet, laudarentur quia verenda patris operuerũt. At cùm ob illud facinus fuerit Cham maledictus à patre, & alij

Gene. 3.

Ibidem.

Ibidem. 9.

filii, propterea quòd patrem operuerunt, fuerint à patre benedicti, conuincitur meritò vt aliqua sint de quibus erubescere debeamus, etiam si à natura sint nobis data. Nam ob hanc solam verecundiæ causam D
Exod. 39. Sem & Iaphet videntes patrē nudum auerterunt facies suas, vt verenda patris non viderent. Adde quòd pars vestis sacerdotalis, qua iuxta præceptum Domini vestiendus erat sacerdos, cum intrabat in sancta erant femoralia in tegumentum earum partium, ex quibus nudatis maxima oritur verecundia. Abeant ergo effrontes Turelupini, & quos Deus tegit, ipsi denudare ver eantur.

VINVM.

Seuerus. Seueriani

SEuerus, à quo Seueriani hæretici originem duxerunt, docuit non licere vllo pacto bibere vinum, eò quòd fabulosa quadam vanitate (vt Augustinus ait) dicebat de Satana & terra germinasse vitem. Hunc erroré nullus ex his qui de hæresibus scripserunt (quos tamen vidisse licuit) tribuit alicui alteri quam huic Seuero. Beatus tamen Hieronymus dicit hunc fuisse errorem Tatiani. Nam in commētariis super prophetā Amos, interpretans illum prophetæ locū: Propinabatis Nazaræis vinū, &c. sic ait: De hoc loco hæ-

Tatianus Amos. 1. Hierony.

resim suā Tatianus Encratitarū princeps struere nititur, vinum asserens non bibendū, cùm & lege præceptū sit ne Nazaræi bibāt vinū, & nunc accusentur à propheta qui propinent Nazaræis vinū. Qui si literā sequūtur in omnibus, & Iudaicas fabulas Ecclesiis ingerūt Christi, ergo & comā nutrire debent & vnā passam ac viridē nō comedere, & super matre & patre mortuis nō ingredi: & si fortè hęc fecerint, A
& fuerint humana vel fragilitate vel necessitate superati, radāt capita, & irriti sint omnes dies consecrationis & laboris eorū. Quòd si hæc nō faciunt, neque possunt more Iudaicorum cauponū miscere aquā vino, vmbras veritati, Euangelii gratiæ legis necessitatem, ebrietatem illam intelligant, qua curis seculatibus inebriatur & obruitur animæ vigor, & illos prophetis mandare dicentes: Ne prophetetis, quo liuore superati, prohibent eruditos viros doctrinæ proferre sermonem. Hucusque Hieronymus. Ex cuius verbis constat Tatianum etiam hanc docuisse hæresim. Augustinus tamen, aut Philaster, etiam cùm errores Tatiani recēset, nunquam huius hæresis meminit. Et certè (vt candidè loquar) hęc hæresis non

Eccle. 31. Ioan. 2.

solùm nocet animæ, sicut & quælibet alia, sed etiam nocet corpori: quoniam et si vinū immodicè sumptum multum noceat, moderate tamen potatum plurimas corpori præstat vtilitates. Ideo Sapiens Ecclesiasticus ait: Exultatio animæ & corporis vinum moderate potatum. Sanitas est animæ & corporis sobrius potus. Prætereà, si vinum malum esset ex sua natura, Saluator noster non vertisset aquam in vinū:

Matt. 26. Luc. 22. 1. Tim. 5.

neque initium signorum illius fuisset vinum ex aqua factum. Et si non liceret bibere vinum, idem Saluator non præcepisset ministrantibus in conuiuio nuptiarum, vt ferrent vinum Architriclino. Rursum, ipsemet Saluator cum discipulis cœnās bibit vinum, & potandum dedit discipulis suis: & vinū in sanguinem suum mutauit, eosque eodem modo facere docuit, dicens: Hoc facite in meam commemorationem. Deinde Paulus Apostolus Timotheo scribens consulit vt aquam non bibat, sed modico vino vtatur propter stomachum suum, & frequentes eius infirmitates. Nec opus est plura citare testimonia, cùm hęresis sit tam manifesta. Cæterùm quod Seuerus docuit vinum non bibendum, quia malum, & ideo malum, quia dicebat de Satana & terra germinasse vitem: hoc non est opus nunc oppugnare: quo- B
niam iam suprà in titulo de creatura, ostendimus omnes creaturas esse ex se bonas, easque omnes esse à Deo, & non ab aliquo alio principio.

VIRGINITAS.

Iouinianꝰ

IOuinianus monachus docuit virginitatē non esse apud Deum maioris meriti quàm cōiugium, sed pares dixit esse nuptias virginitati. Ob cuius doctrinam multę virgines sacrę prouectæ ætatis, posthabito voto quod emiserant, nupserūt. Ipse tamen Iouinianus, quāuis monachatum deposuit vxorem ducere noluit: nō quia inde maius apud Deum meritum se habiturū sperabat, sed ne nuptiarū pateretur molestias, se cōtinere dicebat. Hunc

Heluidiꝰ.

errorem etiam impingit Heluidio Hieronymus. Quis autē istorū prius errorem hunc docuerit, mihi nō est certū: hoc tamē constat, vtrūq; eorum fuisse Hieronymo coæuū, & Hieronymū prius scripsisse aduersus Heluidiū quàm aduersus Iouinianū: quoniam in 1. lib. cōtra Iouinianum meminit

Basilides Hierony.

illius libri quem aduersus Heluidium scripserat. Sed vterlibet istorum prior altero hunc erroré docuerit, constat ex verbis Hieronymi nullum istorum fuisse primū huius hæresis autorem quia huius hæresis principatum tribuit Basilidi. In 2. enim libro aduersus Iouinianum circa finē sic ait Hieronymus: Quadringenti ferè anni sunt quòd Christi prædicatio fulget in mundo, ex quo innumerabiles hæreses runicam illius conciderunt. Vniuersus penè error de Chaldæo & Syro & Græco sermone processerat. Basilides magister luxuriæ & turpissimorum complexuum, post tot annos ita in Iouinianū quasi in Euphorbum transformatus est, vt Latina quoque lingua haberet hęresim suā. Hęc Hieronymus. Ex cuius verbis C
constat hanc hæresim à Basilide initium sumpsisse. Augustinus tamen in libro de hæresibus de hoc Basilide differens, nihil tale illi impingit. Philaster etiam Basilidis errores recensens, nunquam huius erroris meminit. Credamus ergo Hieronymo tanquam diligētissimo rerum inquisitori, præsertim cùm alii non contradicant, sed taceant. Epiphanius tamen libro 1. cōtra hæreses tomo 2. de Basilide differens, & omnes illius errores enarrās non dicit illum æquasse nuptias virginitati, sed dicit illum promiscuum coitum & liberum, aliasque nefādas libidinis species docuisse, prout Saturninus illius magister fecerat. Et fortè propter hanc causam Hieronymus dixit Basilidem transformatum fuisse in Iouinianum quamuis

Lutherus

nihil ille de virginitate dixerit. Post istos hac nostra ætate surrexit Martinus Lutherus, qui Hiericho iam diu destructam cum Dei maledictione reædificauit, multo peiorem illam faciens quam olim

ſub Iouiniano fuerat. Nam hic non eſt contentus nuptias æquare virginitati, prout Iouinianus fecerat: ſed adeò virginitatem deiicere conatus eſt, vt non ſit veritus illam dicere malam eſſe, & Dei præcepto contrariam. Vt autem omnibus demẽtia iſtius ſit nota, verba illius citabo, quæ ille in libro de votis monaſticis ſcripſit. Cœlibatus, inquit ille, virginitas, aureolæ, nugæ ſunt, & mera ſathanæ mendacia. Et in libro de coniugali vita volens oſtendere, eſſe impoſſibile ſeruare virginitatem, hæc ait. Sicut in poteſtate mea non eſt, quo minus ſim mas, ita minimè ſitum in me eſt, vt ſim ſine muliere. Et aliquibus interpoſitis ſubdit. Creſcite & multiplicamini, non eſt præceptum, ſed pluſquàm præceptum, quòd nos nõ poſſumus impedire, vel prætermittere: ſed perinde neceſſarium eſt, & magis neceſſariũ quàm edere, & bibere, purgari, expuere, dormire, & vigilare. Hæc Lutherus. Vt autẽ hanc ſuam turpem & impudicam doctrinam melius toti populo perſuaderet, non fuit contentus verbo & ſcriptura illam docere: ſed eam opere confirmauit, faciens id quod aliis prædicabat. Nam cùm monachus eſſet ex familia Eremitarum
D ſancti Auguſtini, velut canis impudicus ad vomitum rediens, omnem monachatum reiecit, & vxorem duxit, quam non niſi monialem eſſe voluit, vt ſimiles haberẽt labra lactucas. Hæc doctrina, cùm ſit carni amiciſſima placuit illis omnibus, qui carni potius quàm Deo obediunt, & ob hanc cauſam maxima pars monachorum & monialium Germaniæ, reiecit monachatum, & matrimonium ſuſcepit. Et hæc fuit vna ex præcipuis cauſis vnde ſuſcepit vires hæreſis Lutherana, quia videlicet ea ſemper docuit quæ populo placent, & ideo magna pars populi Lutherum tãquam Dei prophetam venerata eſt, & illius doctrinam tanquam Dei oracula ſuſcepit. Nam maior ſemper eſt in omni populo ſtultorum quàm ſapientum numerus. Stultorum ſiquidem, vt ait Sapiens, infinitus eſt numerus. Ob hanc enim cauſam, vt notum eſt omnibus qui rectè ſapiũt, tam magna pars mundi legi Mahometis ſubiicitur: quia maxima pars hominum carnis delitiis afficitur, quas ille ſua lege omnibus indulſit. Et hinc patet quàm male Lutherus gloriatur in multitudine diſcipulorum ſuorum: quoniam eadem ratione etiam gloriari poſſet Mahumetes contra Chriſtum: cùm ille etiam plures quàm Chriſtus habeat diſcipulos & ſectatores. Ioannes Caluinus etſi parum faueat virginitati, modeſtius tamen agit contra illam, quàm Lutherus: Quæ omnia poſtea, verbis illius hic primum citatis, manifeſtè omnibus demonſtrabo. Pro virginitatis commendatione efficaciſsimum teſtimonium eſt quod Chriſtus Saluator noſter ait: Sunt eunuchi qui ſe caſtrauerunt propter regnum cœlorum, qui poteſt capere, capiat. Nam cùm dixiſſet non licere alicui dimittere vxorem ſuam niſi ob fornicationem: diſcipuli hoc audito graue admodum exiſtimantes onus matrimonii ob vinculum illius indiſſolubile, dixerunt: Si ita eſt cauſa hominis cum vxore, non expedit
A nubere. Quibus Chriſtus reſpondit: Non omnes capiunt verbum iſtud, ſed quibus datum eſt. Sed quod eſt hoc verbum quod non capiunt niſi illi quibus datum eſt? Certè hoc quod ſtatim ſubiungit, dicens: Sunt enim eunuchi qui de matris vtero ſic nati ſunt. Et ſunt eunuchi qui facti ſunt ab hominibus. Et ſunt eunuchi qui ſeipſos caſtrauerunt propter regnum cœlorum. Qui poteſt capere, capiat. Ecce verbum quod non omnes capiunt niſi quibus datum eſt, videlicet caſtrare ſeipſum propter regnum cœlorum. Et quia non omnes hoc capere poſſunt, ne videretur aliquem cogere ad id quod aſſequi non poterat, in cuiuſque arbitrio illud reliquit, dicens: Qui poteſt capere, capiat. Ex iſtis verbis Chriſti apertiſſimè conſtat virginitatem eſſe prælatam matrimonio. Quis enim non videt multo excellentius eſſe illud ad quod aſſequendum non omnium vires ſufficiunt, quam illud quod tam facile eſt, vt omnes illud capeſſere poſſint? Nullus eſt cui integra eſt natura, qui coire non poſſit. At rarus eſt qui poſsit ab omni ſpecie coitus abſtinere. Non enim omnes hoc capiunt. Prætereà, Apoſtolus Paulus in priore epiſtola ad Corinthios, viduitatem præfert nuptiis, & virginitatem præfert ambabus, dicens: Qui matrimonio iungit virginem ſuam, bene facit: & qui non iungit, melius facit. Quid iam amplius deſideramus aduerſus 1. Cor. 7.
Iouinianum? Poterat ne fortè expreſſius aliquid pro virginitatis aſſertione proferri? Qui non iungit matrimonio virginem (inquit ille) melius facit. Et poſteà viduam præferens nuptæ, ait: Mulier alligata eſt legi quanto tempore vir eius viuit. Quòd ſi dormierit vir eius, liberata eſt à lege. Cui autem vult, nubat, tantùm in Domino. Beatior autem erit ſi ſic permanſerit, ſecundùm meum conſilium. Puto autem quòd & ego ſpiritum Dei habeam. Antè tamen quam hanc ſententiam Paulus diceret, plura diſſeruit, per quæ oſtendit latam eſſe inter matrimonium & virginitatem diſtantiam. Qui ſine vxore eſt (inB quit) ſolicitus eſt quæ Domini ſunt, quomodo placeat Deo. Qui autem cum vxore eſt, ſolicitus eſt quæ ſunt mũdi, quomodo placeat vxori, & diuiſus eſt. Et mulier innupta & virgo cogitat quæ Domini ſunt, vt ſit ſancta corpore & ſpiritu. Quæ autem nupta eſt, cogitat quæ ſunt mundi, quomodo placeat viro. Circunſpiciamus bene & perpendamus fideliter virginitatis & matrimonij diſcrimen. Virgo Domino, maritus vxori placere cupit, & vt vxori placeat, ſolicitudinem gerit de iis rebus quæ in mundo ſunt, & ad mundum ſpectant: & ita diuiſus eſt, quia qui adhæret Deo, vnus ſpiritus efficitur cum eo. Vbi autem vnitas, ibi non eſt diuiſio. Virgo igitur non eſt diuiſus, quia ſoli Deo placere cupiens, vnicum ſolùm habet ſpiritum, & hunc diuinum. At maritus qui etiam placere cupit vxori, ac Deo, hic diuiſus eſt in duas partes, vnam qua Deo placere optat, ſi modò optat: & aliam qua cupit placere vxori. Dicat ergo nunc Iouinianus: Nonne melius eſt placere Deo, quàm placere vxori? Nonne præſtantius eſt adhærere Deo, & effici vnum ſpiritum cum eo, quam diuiſum eſſe in multas ſolicitudinum partes & miſeriarum? Si placere Deo melius, conſequens eſt vt virginitas ſit præſtantior matrimonio. Rurſum, Saducæis quæ- Matt. 22.
rentibus à Saluatore noſtro de muliere quæ ſeptem fratribus ſucceſsiuè nupſerat, quem illorum poſt reſurrectionem habitura eſſet, reſpondit idem Saluator: In reſurrectione neque nubent, neque nubentur, ſed ſunt ſicut angeli Dei in cœlo. Ex quibus verbis conſtat nuptias eſſe hominum: Continentiam autem angelorum proprium munus. Quantum ergo angeli hominibus præſtant, tantum virginitas præponitur matrimonio. Deinde hoc etiam conuincit multitudo virtutum quas ad ſui ſuſtentationẽ exigit

virginitas, vt tanquam altera Hester illis velut suis ancillis innitatur. Oportet enim virginem esse abstemium: quoniam luxuriosa res est vinum. Exigitur abstinentia cibi: quoniam libidinis ignes, ciborum fomentis increscũt. Summè necessarium est pacisci fœdus cum oculis, prout se feciſſe testatur Iob, ne cogitaret quidem de virgine: quoniam, vt ait Ecclesiasticus, speciem mulieris multi admirati reprobi facti sunt. Nec minus oportet obserare aures ad turpiloquia: quoniam (vt ait Menander apud Paulum) corrumpunt bonos mores colloquia mala. Est etiam necessaria oris & labiorum custodia, vt non declinet cor illius in verba malitiæ, ne fortè ex leui verbo tuo aliqua vulneretur, & vt par pari referat, illa posteà similibus verbis transfigat cor tuum, & blanditiis labiorum suorum protrahat te & statim sequaris eam quasi bos ductus ad victimam. Plutimas certè passurus est molestias, qui virginitatem intemeratam custodire cupit. Propter quod meritò virginitas similari solet ebori, quod propter nimiam vetustatem vertitur in colorem rubeum, cum tamen à natura sit album, quia virginitas diu conseruata æquiualet martyrio, & est quasi quædam sanguinis effusio. Denique nunquam potest esse virginitas sola, sed oportet eam velut reginam esse ingenti ancillarum comitatu stipatam. At qualiter fieri posset vt non sit nobilior virginitas, cui multo plures deseruiunt virtutes quàm matrimonio? Demum hæc Iouiniani assertio, prout ratio & fidei regula exigebat, totius Catholicæ Ecclesiæ sententia bis damnata est. Nam Syricius papa, habito Romæ sacerdotum concilio, primus eam damnauit, vt ex epistola eius de condemnatione Iouiniani ad episcopos Africanos patere potest, in qua sic habetur: Nos sanè nuptiarum vota non aspernanter accepimus, quibus velamine interfuimus, sed virgines Deo deuotas maiore honorificentia muneramus. Facto ergo presbyterio, constitit doctrinæ nostræ, id est, Christianæ legi hæc omnia esse contraria: vnde Apostolicum sequuti præceptum, quia aliter quam accepimus, annunciabant, omnium nostrorum tum presbyterorum, tam diaconorum, quàm etiam totius cleri vnam factam constat esse sententiam, vbi Iouinianus, Ausentius, Genialis, Geminator, Felix, Plotinus, Martianus, Ianuarius, & Ingeniosus, qui accentores nouæ hæresis & blasphemiæ inuenti sunt, diuina sententia, & nostro iudicio in perpetuum damnati extra Ecclesiam remanerent. Hæc Syricius papa. Et Africani episcopi hanc Syricij recipientes epistolam, Concilium in plebe Thelensi congregarunt, in quo re (vt decebat) plene exanimata, approbarunt damnationem Iouiniani per Syricium factam, & eidem Syricio papæ de hoc negocio rescripserunt. In quorum epistola hæc habentur verba: Agrestis enim vlulatus est, nullam virginitatis gratiam, nullum castitatis ordinem reseruare, promiscuè omnia velle confundere, diuersorum gradus abrogare meritorũ, & paupertatem quandam cœlestium remunerationum inducere, quasi Christo vna sit palma quam tribuit, ac non plurimi abundent tituli præmiorum. Simulant se isti non donare coniugio. Sed quæ potest laus esse coniugij, si nulla virginitatis est gloria? Neque verò nos negamus sanctificatum à Christo esse coniugium, diuina voce dicente: Erunt ambo in vna carne, & in vno spiritu. Sed prius est quod nati sumus, quàm quod effecti, multoque præstantius diuini operis mysterium, quàm humanæ fragilitatis remedium. Iure laudatur bona vxor, sed melius pia virgo præfertur, dicente Paulo: Qui iungit virginem suam, bene facit: & qui non iungit, melius facit. Hæc enim cogitat quæ Dei sunt, illa quæ mũdi: illa coniugalibus vinculis colligata est, hæc libera vinculorum: illa sub lege, ista sub gratia. Bonum coniugium, quo est inuenta posteritas succesionis humanæ: sed melior virginitas, per quam regni cœlestis hæreditas acquisita, & cœlestium meritorum reperta succesio. Per mulierem cura succesit, per virginem salus euenit. Denique speciale sibi donum virginitatis elegit, & integritatis munus exhibuit, atque in se repræsentauit, quod elegit in matre. Et aliquibus interiectis, circa finem epistolæ hęc verba subiunguntur. Itaque Iouinianum, Ausentium, Geminatorem, Felicem, Plotinum, Genialem, Martianum, Ianuarium, & Ingeniosum, quos sanctitas tua damnauit, scias apud nos quoque secundùm iudicium tuum esse damnatos. Hæc Concilium Thelense. Sed quia virginitatis honorem & excellentiam illius contra illius hostes defendere statuimus, opus est vt aduersariorum obiectionibus respondeamus. Hoc autem tanto libentius faciemus, quanto illorum obiectiones minus negocium nobis facesſere conspicimus. Primò quidem nobis obiiciunt illud quod primis parentibus, statim postquam illos condidit Deus, dixit. Crescite, inquit illis, & multiplicamini. In quibus verbis, vt ex verbis Lutheri supra citatis constat, dicunt virginitatis hostes, Deum omni homini dediſſe præceptum de matrimonio contrahendo. Ioannes Caluinus, quem dixi non esse tam acerbum virginitatis hostem, sicut Lutherus, hoc idem asserit. Nam in illo suo opere, de institutione Christianæ religionis, capite 3. vbi agit de lege, interpretans præceptum illud: Non mœchaberis §. 63. hæc ait. Hac lege conditus est homo, vt solitariam vitam non agat, sed adiuncto sibi subsidio vtatur: deinde ex peccati maledictione in hanc necesitatem magis addictus est. Hæc Caluinus. Sed quia ista poterant in bono sensu accipi, vt pro solo illo tempore intelligerentur esse dicta: ne à nobis ita possent intelligi, mentem suam nobis magis aperire voluit. Nam in eodem capite §. 66. postquam dixerat melius esse nubere quàm cum scorto coire, contra sacerdotes & monachos qui castitatem perpetuam Deo promittunt, hæc ait. Nostri verò sacrifici, monachi, & moniales, omissa huiusmodi consideratione, cœlibatui se pares esse confidunt. Quo enim oraculo edocti sunt, constaturum sibi tota vita castitatem, in cuius finem eam vouerit. Audiunt de vniuersali hominum conditione Dei vocem: Non est bonum homini esse soli. Intelligunt, atque vtinam non sentirent peccatum in nobis manens, non carere acerrimis aculeis. Illam generalem vocationem qua fiducia audent excutere in toram viram? cum donum continentiæ sæpius in certum tempus, prout oportunitas requirit, concedatur. Hæc Caluinus. In quibus multa sunt, per quæ ostendit se sentire, etiam hoc tempore gratiæ stare adhuc præceptum vniuersale, quod omnes obliget ad nuptias contrahendas. Nam ait omnibus etiam nunc dici: Non esse bonũ homini esse solũ, sine vxore. Dicit etiam

Iob.31. *Eccle.9.* *1.Cor.15.* *Syricius papa.* *Iouinian⁹.* *Auſenti⁹* *Genialis.* *Geminator.* *Felix.* *Plotinus.* *Marcian⁹* *Ianuarius* *Ingenioſus.* *Cõcilium Thelenſe.* *Matt.19.* *1.Cor.7.* *Gene.1.* *Caluinus.*

C D A B

etiam non licere generalem vocationem in totam vitam excutere. Generalem autē vocationē dicit esse illam, qua omnes à Deo vocamur ad matrimoniū, quæ vocatio etsi differri possit, non tamen in perpetuum, vt ait, poterit reiici. Virginitatem ergo ad certum aliquod tempus limitatam, commendat: perpetuam verò damnat, quia est, vt verbis illius loquar, contra generalem Dei vocationē, hoc est, cōtra generale præceptum. Si tamen Deus virginitatis donū alicui in speciali cōcesserit, illud fatetur esse virtutē, sed hanc nemini nisi ad tempus cōcessam esse dicit. Verba illius in illo tertio capite §. 64. sunt hæc. Virginitas, fateor, virtus est nō contemnenda: sed quoniā aliis negata est, aliis non nisi ad tempus concessa, qui ab incontinentia vexantur, & superiores in certamine esse nequeunt, ad matrimonij subsidiū se cōferant, vt ita in suæ vocationis gradu castitatem colant. Hæc Caluinus. Ex cuius verbis cōstat, illum hoc solo à Luthero differre, quòd Lutherus omnem prorsus virginitatē damnat: Caluinus autem non omnem, sed illam solam quæ est per totum vitæ decursum: quoniam hanc dicit, nunquam esse à Deo con-
C cessam. Nam postquam dixit virginitatem esse virtutem, statim virginitatem ipsam diuidens, dixit illā aliis esse negatam, aliis non nisi ad tempus concessam. Caluinus siquidem, vt opinor, vidit apertissima sacræ scripturę testimonia virginitatem commendantia, quibus contradicere nō potuit: & ideo summo studio quæsitam viam inuenit, per quam minimam virginitatē cōmendaret, videlicet ad certū tempus limitatam: perpetuā verò, quæ maior & verior virginitas est, damnat. De hoc ergo cōuenit inter Lutherum & Caluinū, quod vterq; dicit, nuptias esse omnibus præceptas, & virginitatē perpetuā esse diuino præcepto ptohibitā. Quæ sententia est tam apertè hæretica, vt non esset opus cōtra illam disputare, nisi aduersus homines effrontes ageremus, quibus manifestissima quæq; probare oportet. Si virginitas temporalis & limitata, virtus est, vt ait Caluinus, multo maior erit virtus virginitas perpetua: quia ipsa virtutis ratio multo magis repetitur in ista, quā in illa. Virtutis siquidē obiectū est, bonū difficile: quia nō potest esse virtus, nisi circa difficilia versetur. Quæ res adeò nota est, vt non solùm Christianis, sed ipsis etiā gentilibus fuerit manifesta. Nam vt Aristotelem & reliquos philosophos omittā. Virgilius vel quisquis ille est, qui literam Pythagoræ mystico sensu interpretatus est, hæc dixit.

Litera Pythagoræ discrimine secta bicorni, *Virgilius.*
Humanæ vitæ speciem præferre videtur.
Nam via virtutis dextrum petit ardua callem,
Difficilémque aditum primum spectantibus offert.
Sed requiem præbet fessis in vertice summo.

Et Ouidius libro secundo de Ponto, ait. *Ouidius.*

Difficile est, fateor, sed tendit in ardua virtus.

Si virtutis materia est bonum difficile, consequens est necessariò inde deductum, vt maior sit in illo bono virtus, in cuius assecutione maior est difficultas. Et hoc etiam docuit nobilis quidam alius poëta, Lucanus scilicet libro nono Pharsaliæ, sic dicens:

D *Serpens, sitis, ardor, arenæ* *Lucanus.*
Dulcia virtuti, gaudet patientia duris.
Lætius est, quoties magno sibi constat honestum.

Cùm igitur multo maior sit difficultas in conseruatione perpetuæ virginitatis, quàm temporalis ad certum tempus limitatæ, apertè conuincitur virginitatem perpetuam multo excellentiorem esse virtutem quā illa quę ad tempus limitatū seruatur. Fortè hic dicet Caluinus, virginitatem perpetuam, quāuis magnam habeat difficultatem, non esse virtutem sed peccatum, propterea quod Deus illam prohibuit, quando matrimonium præcepit, dicens: Crescite & multiplicamini. Si ita respondeat Caluinus, cogetur fateri, vt Deus hominibus prohibuerit, id quod ex se virtus est: quoniā virginitas perpetua, nisi Deus illam prohibuisset, vt Caluinus ait, virtus ex sua natura erat. Deinde, mirum est, vt id quod hodie virtus est, cras nulla rerum mutatione facta sit vitiū. Sed hæc missa faciamus, & discutiamus an verū sit quod nobis obiiciunt, omnibus hominibus datum esse generale nuptiarum præceptum per illa verba, Crescite & multiplicamini. Hoc falsissimum est, apertissimumque mendacium: quia non possum mihi persuadere vt non aliter sentiant quàm dicunt, nisi fortè nimius libidinis affectus intellectum eorum excæcauit. Non est enim verisimile illos non legisse Paulum, vbi ait. De virginibus autem pręceptum Domini non habeo, consilium autē do. Et post pauca. Solutus es ab vxore? noli quærere vxorem. Si Deus generale nuptiarum pręceptum omnibus dedit, vt Lutherani dicunt, ergo Paulus Deo contradicit, quum contra Dei præceptum virginitatem consulit. Absit tamen vt Paulum Deo contrariū esse dicamus. Fortè Caluinus dicet, Paulum solam virginitatem illam cōsuluisse, quæ ad certum tēpus restringetur, quam Deus non prohibuit. Sed Pauli verba sunt tam clara & tam manifesta, vt nullo modo patiantur se in ta-
A lem sensum detorqueri. Nam soluto ab vxore dicit Paulus, Noli quærere vxorem: Nō dixit, noli ad hoc aut illud tempus quærere vxorē. Sed absolute & sine vlla temporis limitatione dixit, Noli quærere vxorem. Præterea, si fuisset generale præceptū nuptiarum ōmnibus sine vlla exceptione datum, peccassent omnes qui perpetuò virginitatem seruauerunt, quia præceptū Dei transgressi sunt. Peccasset ergo Ioannes Euāgelista, peccasset & Ioannes Baptista: imò, quod his omnibus multo horribilius est, peccasset illa mater Dei virginitatem perpetuam seruans. Nullæ tamen sunt piæ aures quæ hoc vel audire patiātur. Deinde, si illud est præceptum, ergo steriles quamuis matrimonio copulētur, peccant: quia nō multiplicant genus humanum, neque replent terram. Quis autem prudēs illos peccare dicet propter omissionem illius rei quam præstare non possunt? Fatemur ergo illa Dei verba continere præceptum, quod olim ante Christi aduentum & prope conditionem humanæ naturæ, homines obligabat ad solas nuptias vt per illas humanum genus propagaret. At posteà humano genere satis propagato, iam

non obligat illud præceptum, ſed liberum eſt cuique aut virginem eſſe, aut matrimonio ligatum. Et in
Hierony. huius rei teſtimonium eſt quod Hieronymus olim Heluidio illud idem præceptum cõtra virginitatem
Gene.1. obiicienti, reſpondit, ſic dicens. Pro conditione temporum ſancti veteris teſtamenti aliæ ſubiacuerunt
Deut.7. ſententiæ: & aliæ nos in nouo teſtamento, in quos fines ſeculorum deuenerunt. Quamdiu lex illa per-
& 25. manſit; Creſcite & multiplicamini, & replete terram: & maledicta ſterilis, quæ non parit ſemẽ in Iſraël, nubebant omnes, & nubebantur, & derelictis parentibus fiebant vna caro. Quando verò vox illa pertonuit, tempus breuiatum eſt, vt qui habẽt vxores ſic ſunt quaſi non habentes: iam plenus eſt orbis, nos non capit, quotidie bella ſecant, morbi ſubtrahunt, naufragia abſorbent, & nihilominus de terminis litigamus. Hęc Hieronymus contra Heluidium. Et libro primo aduerſus Iouinianum iterum ait. Neceſſe fuit prius plantare ſyluam, & creſcere, vt eſſet quod poſteà poſſet excidi. Simulque conſideranda eſt vis verbi, quum dicit: Creſcite & multiplicamini & replete terram. Nuptiæ terram replẽt, virginitas paradiſum. Qui in lege præceſſerunt, ſeruierũt temporibus & conditionibus ſuis, & illã Domini implerũt ſententiam: Creſcite & multiplicamini & replete terram. Nobis dicitur, tempus in collecto eſt, ſupereſt vt qui habent vxores, ſint tanquam non habentes. Hęc Hieronymus. Sed ante Hyeronymum hoc etiam
Cyprianꝰ docuit Cyprianus in libro de habitu virginum, hæc dicens. Prima ſententia creſcere & generare præcepit: Secunda ad continentiam ſuaſit. Cùm adhuc rudis mundus & inanis eſt, copia fœcunditatis generante propagamur, & creſcimus ad humani generis augmentum. Cùm iam refertus eſt orbis, & mundus impletus: qui capere continentiam poſſunt, ſpadonum more viuentes caſtramur ad regnum cœlorum. Hęc Cyprianus. Sed quia in hieronymi verbis dictum eſt præceptum illud duraſſe pro tempore veteris teſtamenti, admoneo lectorem, vt intelligat illo tempore fuiſſe præceptum, non tamen omnibus ſingulatim datum, ſed toti hominum multitudini. Sunt enim aliqua præcepta, quæ ſic obligant omnes, vt etiam obligẽt ſingulos, cuiuſmodi ſunt omnia præcepta decalogi. Sunt rurſus alia præcepta, quę totam rempublicam obligant, non tamen ſingulos quoſque eiuſdem reipublicę. Talia ſunt præcepta de magiſtratibus in ciuili republica: & præcepta de diuerſitate paſtorum in republica Eccleſiaſtica. Præce C
ptum ſiquidem diuinum eſt, vt varij ſint in Eccleſia epiſcopi, & vnus ſupremus totius Eccleſiæ paſtor: non tamen obligantur omnes Chriſtiani vt ſint epiſcopi, neque omnes vt ſint ſummi pontifices: ſed illi ſoli qui ad hoc munus ſubeundum fuerint electi. Primam cõditionem habuit præceptum illud nuptiarum, in principio quando conditus eſt homo: quia tunc omnes & ſingulos obligabat, propterea quod tunc cauſa præcepti, videlicet multiplicatio generis humani, integra ſtabat. Poſteà verò quando genus humanum erat ſatis multiplicatum ante Chriſti aduentum, iam nõ ſingulos homines obligabat: ſed totam rempublicam humanam, in qua neceſſarium erat vt aliqui matrimonio iungerentur, ſed non omnes. Satis enim erat tunc ad multiplicationem generis humani, aliquos eſſe qui generationi vacarent. Nam ſi omnes tunc obligarentur ad nuptias contrahendas, conſequens eſſet vt peccaſſe dicamus Hieremiam, Heliam, Heliſæum, tres illos pueros in Babylonis fornacem miſſos: & Danielem, & Ioannem Baptiſtam, propterea quod virginitatem ſeruauerunt. Abſit tamen vt hoc illis vertamus in peccatum, de quo illos tanquam de virtute maxima, quamuis ſub lege Moſaica vixerint, laudant Ignatius, Epiphanius, Hieronymus, Ambroſius, Damaſcenus, aliique multi viri ſancti ac docti. Poſtquam autem Domi
Mat. 19. nus ſub lege Euangelica dixit, Qui poteſt capere capiat: tunc data eſt omnibus libertas, vt virgines poſſint eſſe ſi velint. Et inde extinctum eſt illud nuptiarum præceptum, quod olim viuebat, ita vt neque ſinguli, neque omnes teneantur ad matrimonium contrahendum. Et hoc apertè docet Auguſtinus in li-
Auguſt. bro de bono coniugali, vbi primum ait, ſanctos patres veteris legis non debuiſſe abſtinere à concubitu, propterea quod ex illis carnem humanam filius Dei aſſumpturus erat: deinde in fine capitis noni hæc quæ ſequuntur ait. Nunc verò, quum ad ineundam ſanctam & ſynceram ſocietatem vndique ex omnibus gentibus copia ſpiritalis cognationis exuberet, etiam propter filios ſolos connubia copulare cupiẽtes, vt ampliori continentiæ bono potius vtantur, admonendi ſunt. Sed noui quoſdam, qui murmurẽt. D
Quid ſi, inquiunt, omnes velint ab omni concubitu abſtinere, vnde ſubſiſtet genus humanum? Vtinam omnes hoc vellent, duntaxat in charitate de corde puro, & conſcientia bona, & fide non ficta: multo citius Dei ciuitas compleretur, & acceleraretur terminus ſeculi. Quid enim aliud hortari apparet Apo
1. Cor. 7. ſtolum vbi ait, quum inde loqueretur: Vellem omnes eſſe ſicut meipſum. Hæc Auguſtinus, qui cum aliàs ſit coniugalis boni propugnator, virginitatem tamẽ matrimonio præferens optat omnes eſſe virgines. Lutherus autem, & Caluinus, & cæteri omnes eiuſdem farinæ neminem vellent eſſe virginem & continentẽ, ne ſoli ipſi incontinentes videãtur. Sed eſt aliud, quod in his Auguſtini verbis obiter annotare oportet, illum videlicet ſenſiſſe Paulum virginem: quod ille colligit ex eiuſdem Pauli verbis, vbi ait: Volo omnes eſſe ſicut meipſum, & eandem ſententiam multo fuſius aſſerit libro de opere monachorum, capite 4. vbi ex profeſſo videtur pro Pauli virginitate pugnare. Et idem docet Ambroſius prædicta Pauli verba interpretans. Idem aſſerit Hieronymus in epiſtola ad Gerontiam, & in alia epiſtola ad Marcellam de laudibus Aſellæ, & in alia ad Euſtochium de ſancta virginitate. Hæc obiter annotare fuit neceſſarium propter iſtos hæreticos Lutheranos, qui errorẽ ſuum Pauli teſtimonio & exemplo tutari nituntur, dicentes Paulum fuiſſe matrimonio ligatum, & ideo vt omnes ad matrimonium hortaretur, dixiſſe contendunt: Volo omnes eſſe ſicut meipſum. Hæc autem omnia falſa eſſe, conſtat ex teſtimoniis ſanctorum virorum quos modo citaui. Obiiciunt tamen nobis Ignatium, qui epiſtola quinta recenſens ſanctos viros coniugatos, inter eos numerat Paulum. Nõ eſt tamẽ verum quod aiunt: quoniam Ignatius nũquã illud de Paulo aſſeruit, ſed hæretici, quibus mos eſt ſcripturas deprauare, illas aut A
addendo aut minuendo, Pauli nomen, quod Ignatius nõ poſuerat, in illius epiſtola inſeruerũt. Et huius rei teſtimoniũ efficaciſsimũ eſt, quod in epiſtolis Ignatij manu ſcriptis, quæ in antiquis bibliotecis reperiuntur,

periuntur, Pauli nomen in illo loco non habetur. Oxoniæ siquidem, quæ Anglicana est academia, est quoddam collegium Magdalenæ, in quo habentur hæ Ignatij epistolæ antiquis & pulcherrimis characteribus scriptæ: & in illa epistola citata, non est pauli nomen, imò nec vllum illius vestigium. Secundò obiicit Lutherus impossibile esse seruare virginitatem, & ideo non esse bonam: quia omnes humanas vires superat: nec solùm superat, vt ait, sed vitæ propriæ dicit esse valde inimicam: quoniam ad vitę proprię conseruationem dicit esse ita necessarium vxoris vsum, sicut cibus & potus. Et hoc ante Lutherum Iouinianus dicebat ad sui erroris defensionem. Nam, vt Hieronymus de illo refert, dicebat neminem posse mutare quod insitum est illi à natura, neque potest reniti inditæ coëundi inclinationi. Sed re vera isti suo pede, omnium aliorum pedes metiri volunt. Quia enim illi ventri & non Deo seruientes non possunt continenter viuere, iudicant illud omnibus esse impossibile. Posset ergo istis congruentissimè adaptari, id quod in alia simili causa Christianus quidam poëta eleganter dixit.

Noctua Phœbæum visu non sustinet orbem.
Hoc etiam Iouis armigero putat esse negatum.
Sic genus exangue suis quod viribus impar
Autumat, Herculeos excellere deputat ausus.

B Dicunt ergo isti omnes impossibilem esse continentiam, quia illi, propterea quod carni obedire volunt, continere non possunt. Hoc tamen quod obiiciunt, si bene consideretur, potius censebitur excusatio sui peccati, quàm argumentatio. Sed hanc illorũ excusationem esse falsam, & merum mendacium, inde apertissimè conuincitur, quod licet verum sit nos ex nostris viribus non posse virginitatem seruare, & ab omni prorsus coitu abstinere, cùm diuino tamen adiutorio, quod deus ipse semper paratus est omnibus petentibus dare, possumus virginitatem illæsam seruare, & si quæ sunt alia multo maiora facere. Nam Paulo roganti Deum, vt auferret ab eo stimulum carnis à quo nimium affligebatur, respondit illi Deus. Sufficit tibi gratia mea. Et postquã hoc diuinum adiutorium multis in rebus fuerat expertus, dixit. Omnia possum in eo qui me confortat. Si omnia, ergo & virginitatem toto vitæ decursu custodire. Sed huic argumento respondet Caluinus in illa sua institutione Christianæ religionis, cap. 3. §. 64. hæc dicens: Ne que mihi quispiam obstrepat, quod multi hodie faciunt, Dei se auxilio adiutũ omnia posse. Dei enim auxilium nõ nisi iis adest, qui in viis suis ambulant: hoc est in sua vocatione, à qua omnes se subducunt, qui præteritis Dei subsidiis: necessitates suas superare eluctarique inani temeritate contendunt. Hæc Caluinus. Quæ omnia tam falsa & impia sunt, vt multò peiora mihi videantur, quàm ipsum huius disputationis caput, propter cuius defensionem hæc ab eo dicta sunt. Caluinus siquidem putat nullum aliud esse remedium illi, qui à carne tentatur, nisi vxorem ducere, & illi copulari. Dicit enim illum præterire Dei subsidia, qui à carne vexatus, non volat ad matrimonium: quasi nullum aliud esset Dei subsidium nisi illud. Non putat esse remedium aliquod abstinentia cibi & potus. Sine Cerere tamen & Baccho, vt dixit quidam, friget Venus. Neque putat Caluinus remedium cõtra carnis ardores esse flagella, aut alias similes carnis castigationes: cùm tamen in contrariam sententiam dicat Ecclesiasticus: Malitia vnius horæ C obliuionem facit luxuriæ maximæ. Non denique putat Caluinus orationem esse remedium in omni tribulatione aut afflictione, nedum in sola carnis tentatione. Qua in re iniuriam facit Deo, qui dixit: Quidquid orantes petieritis, accipietis. Si quidquid, ergo virginitatẽ petentes, accipiemus. Dicit insuper Caluinus inanem temeritatem esse illius qui Dei adiutorio fretus contendit superare omnem carnis tentationem præsertim vehementẽ. Aut ergo Deum impotentẽ credit, aut adiuuare nolentem. De omnipotentia illius nõ puto illum dubitare: de voluntate Dei si dubitat, aut credit illam nõ omnibus esse paratã, audiat quid propheta dicat. Prope est dominus omnibus inuocantibus eum. Cùm dicat omnibus inuocantibus esse propè, conuincitur dominum nemini rectè inuocanti suum auxilium, denegare illud. De hac re quia satis me dixisse memini in titulo de sacerdotio, hæresi 4. in quo loco pro sacerdotũ cœlibatu pugnaui, nolo amplius nunc disputare: sed solùm volo addere aliqua testimonia sanctorum virorum; quæ non fuerunt in illo loco citata, ad probandum nos posse vincere carnis tentationes, quum volumus. Augustinus lib. 2. de meritis & peccatorum remissione, cap. 17. ait. Casti non sumus, non quia nõ possumus, sed quia non volumus. Et super Psalmum 55. iterum ait. In te est quod voueas, & reddas. Et rursum super Psalmum 131. hæc ait. Nemo suis viribus præsumat se posse reddere, quod vouerit. Qui te hortatur vt voueas, ipse adiuuat vt reddas. Hæc Augustinus. Idem etiam docet Chrysostomus homilia 16. super epistolam ad Hebræos, hæc dicens. Quid difficilius, quàm cùm gladiis pilarum more ludere? Quid autẽ grauius, dic mihi, quàm profundum pelagi scrutari? Et decem millia alias artes quis dicere posset? sed omnium istarum facilior est virtus, si voluerimus & in cœlum ascendere. Velle enim hic opus est tantum, & omnia sequuntur. Non potes enim dicere, non possum: neque accusare potes conditorem. Si enim impotẽtes nos fecit & deinde imperat, culpa eius est. Quomodo ergo inquis, multi non possunt? Quomodo ergo multi nolunt? si enim voluerint omnes poterunt: propter hoc & Paulus dixit: Volo omnes D homines esse sicut meipsum. Quoniam sciebat quod omnes poterant esse sicut ipse. Nequaquam enim hoc diceret, si impossibile esset. Vis fieri, principium tantum apprehende. Dic autem mihi: in artibus cunctis, cùm voluerimus in eis perfecti fieri, num sufficit nobis velle, an non etiam aggredimur ipsas res? Veluti quod dico: Vult aliquis fieri gubernator, non dicit volo, & hoc ei sufficit: sed etiam rem ipsam aggreditur. Vult fieri negociator, non dicit volo tantum, sed etiam rem ipsam aggreditur: in longinquo vult proficisci, non tantum dicit volo, sed etiam rem ipsam aggreditur. Et sic in omnibus nõ sufficit velle tantum, sed etiam opus oportet addere, in cœlum autem volens ascendere, dicis tantũ volo. Quomodo ergo dicebas, inquis, quia velle sufficit. De voluntate dixi, cui sit adiunctum opus ipsum: quæ laboranti in ipsa re concertet. Habemus quippe cooperatorem & adiutorem Deum, tantum ve-

2. Cor. 2. *Philip. 4.* *Caluinus* *Eccl. 12.* *Matt. 7.* *Psal. 144.* *Augusti.* *Chryso.*

limus,tantum opere accedamus ad rem ipſam, tantum curam geramus,tantum in mentem ponamus
Origenes. & cuncta ſequentur. Hæc Chryſoſtomus. Sed ante illum Origenes eandem ſententiam apertius docuit homilia nona ſuper librum Leuitici,ſic dicens: Non audiſtis ex diuinis ſcripturis, quod certamen eſt inter homines carni aduerſus ſpiritum, & ſpiritui aduerſus carnem? Neſcitis, quod ſi carnem ſolam nutriatis, & ipſam frequenti mollicie, ac iugi delitiarum fluxu foueatis, inſoleſcet neceſſariò aduerſus ſpiritum,& fortior illo efficietur? Quod ſi fiat, ſine dubio eum in ſuam ditionem reductum, ſuis coget legibus ac vitiis obedire. Si verò ad Eccleſiam veniens frequenter, aurem admoueas diuinis literis, explanationemque mandatorum cœleſtium capias,ſicut cibis & delitiis caro,ita ſpiritus verbis diuinis cõ ualeſcet,ac ſenſibus,& robuſtior effectus,carnem ſibi parere coget,ac ſuis obſequi legibus. Nutrimenta igitur ſpiritus ſunt,diuina lectio,orationes aſsiduæ, ſermo doctrinæ. His alitur cibis,his conualeſcit, his victor efficitur. Quia non facitis, nolite conqueri de carnis infirmitate: nolite dicere quia volumus,ſed non poſſumus: volumus continenter viuere,ſed carnis fragilitate decipimur, & impugnamur ſtimulis eius. Tu das ſtimulos carni tuæ. Tu eam aduerſus ſpiritum tuum armas: & potentem facis, quum eam carnibus ſatis,vino nimio inundas, omni mollicie palpas,& ad illecebras nutris. Hactenus Origenes. Ex cuius & aliorum verbis conſtat,ideo Lutheranos non poſſe virginitatem ſeruare. quia nolunt. Vellent quidem vincere,ſed non pugnare: vellent peruenire ad quietem, ſed nollent ire per viam qua eſt neceſſariò eundum ad illam. Præterea, iſtorum temeraria ſententia conuincitur teſtimonio Heliæ,Ioannis baptiſtæ,& Ioannis euangeliſtæ,quos conſtat fuiſſe virgines, & tamen non propter hoc deſierunt eſſe maſculos. Erubeſcat ergo Lutherus,dicens: Sicut in poteſtate mea non eſt qnin ſim maſculus,ita in poteſtate mea non eſt vt ſim ſine muliere. Ex ſua malitia vult Lutherus colligere omnium impotentiam. A

Tertiò nobis obiiciunt exempla patriarcharum & Apoſtolorum,qui cùm ſanctiſsimi fuerint,vxores tamen habuerunt. Quis autem tam arrogans aut inſolens eſt,vt dicere audeat ſe, propterea quod virgo eſt, meliorem eſſe beato Petro Apoſtolo, aut ſanctiſsimo Abraham? Huic obiectioni ego non poſſum
Auguſt. melius reſpondere quàm beatus Auguſtinus,ac proinde illum impræſentiarum citabo, vt pro nobis reſpondeat,qui in libro de bono coniugali,cap. 21. hæc ait: Ex quo venit plenitudo temporis, vt diceretur, Qui poteſt capere,capiat: ex illo vſque adhuc,& deinceps vſque in finẽ,qui habet operatur,qui operari noluerit,non ſe habere mentiatur. Ac per hoc ab eis qui corrũpunt bonos mores colloquiis,inaniter & vana verſutia dicitur homini Chriſtiano cõtinenti & nuptias recuſanti. Tu ergo melior quàm Abraham? Quod ille quum audierit,nõ perturbetur, neque audeat dicere, melior: nec à propoſito delabatur, B illud enim non verè dicit,hoc non rectè facit. Sed dicat,ego quidem nõ ſum melior Abraham: ſed melior eſt caſtitas cœlibum, quàm caſtitas nuptiarum. Quarum Abraham vnam habebat in vſu, ambas in habitu. Caſtè quippe coniugaliter vixit: eſſe autem caſtus ſine coniugio potuit, ſed tunc non oportuit. Hæc Auguſtinus. In quibus verbis duo potiſsimum ſunt annotanda. Primum eſt,quod vocat corruptores bonorum morum,eos qui prædicta obiectione conantur detrahere virginitati, & illius meritum & dignitatem minuere. Alterum eſt,quod apertè aſſerit,caſtitatem cœlibum eſſe meliorem,quàm caſtitas nuptiarum. Quartò nobis obiicit Caluinus, non quidem argumentum inſolubile,ſed ſugillationem im-
Caluinus. pudentiſsimam,& mendaciſsimam,imitatus in hac parte illum, qui eſt pater mendacij, velut filius patrem. Is enim in illo ſuo libro de inſtitutione Chriſtianæ religionis,qui verius diceretur deſtitutio Chriſtianæ religionis,cap. 3. §. 66. inuehens contra ſacerdotes,& monachos & moniales,qui cœlibatũ tuentur,hæc ait: Quaſi verò non aliud cœlibatum eſſe,aliud virginitatem,luculentum ipſi documentũ præbeant in ſua vita: quam tamen impudentiſsimè angelicam vocant. In hoc certè angelis Dei nimium iniurij,quibus ſcortatores,adulteros,& aliquid multò peius ac fœdius comparant. Hæc Caluinus. Ex quibus verbis,tanquam ex vnguibus leonem,poteſt facilè quiuis prudens & candidus homo æſtimare Caluinum. Nam omnia ſunt plena mendaciis,contumeliis,& impoſturis. Fatemur quidem multos eſſe ſacerdotes ſcortatores,adulteros,ſtupratores: & aliquos etiã ſimiles eſſe monachos, & moniales: ſed nullius iſtorum vitam,dicimus eſſe angelicam: neque illos angelis comparamus,vt Caluinus mẽdaciter calumniatur,ſed potius eos omnes vocamus ſacrilegos,fœdifragos,Veneris progenies: propterea quòd à C ſui monachatus parentibus degenerarunt,& Veneri potius quàm Deo omnium parenti obedierunt. Quanuis autem tanta ſit horum malicia,etſi multò maior adhuc eſſet,nihil tamen iſtorum omnium ſtatui derogarer. Coniugium plenis buccinis laudat Caluinus,quod & nos etiam laudamus, multi tamen ſunt coniugati adulteri, & quod multò peius eſt, maſculorum concubitores: ſed iſtorum effrænata & peruerſa libido nihil derogat coniugio. Optimum eſt magiſtratus eſſe in republica ad rectam illius gubernationem: multi tamen huiuſmodi magiſtratus habent, qui peſsimè illis vtuntur, magnas in illis tyrannides exercentes: Sed horum malicia non cogit vt ipſe magiſtratus in ſe malus ſit, cùm à multis aliis bene exerceatur. Optimus quidem fuit Apoſtolorum ſtatus, quanuis peſsimus in eo fuerit Iudas. Quum de dignitate aut merito alicuius ſtatus ſiue cuiuſcunque alterius rei diſputamus,non oportet ea quæ accidunt aut contingunt,inſpicere: ſed quid in ſe habeant, & quid illi neceſſariò & ex natura ſua conueniat. At perſona hæc aut illa accidit ſtatui, quia ſtatus iſte poteſt eſſe in aliis valde diuerſis & diſsimilibus perſonis. Cùm ergo dicimus virginitatis aut monachatus ſtatum eſſe vitam Angelicam,ad huius inueſtigationem non ſunt proponendæ in teſtimonium virgines fatuæ, quibus regni cœleſtis ianua clauditur,& quas ſponſus ipſe ſe neſcire teſtatur: ſed virgines prudentes, quæ veram virginitatis rationem tenent. Neque proponendi ſunt in teſtimonium mali monachi ſcortatores,adulteri, quorum deus venter eſt, & gloria eorum in confuſione: ſed illos qui iuxta ſui ſtatus rationem viuunt caſtè,& continẽtiſsimè, quique omnes libidinis occaſiones fugiunt,& Deum frequentiſsimè orant,& in illo puppim

& proram,

& proram, vt dicitur, constituunt. Caluinus autem, vt mẽdacio calumniã suam foueret, dixit nos comparare angelis monachos scortatores, adulteros, aut fœdiore alia obscenitate infectos: quod maximum
D est mendacium. Nam illos solos angelis comparamus, qui in carne existentes, carnis voluptates nõ experiuntur. Sed neque hoc, vt ego censeo, concedit Caluinus, imò nec audire potest: quia neque ille, neque illius quiuis Lutheranorum magister, quę sua est superbia & ambitio, pati potest vt illis aliquis præferatur. Et hinc euenit, vt non possint audire aliquam virginitatis excellentiam, ne aliquos sibi præferri audiant: neque possunt pati vel modicam virginitatis laudem, ne videãtur carere aliquo quod sit laude dignum. Sed ne nos solos accuset Caluinus propterea quòd dicimus, verè virgines, aut verè continentes esse angelis similes: & quod hoc dicẽtes nullam angelis iniuriam facimus, profero ad huius sententiæ confirmationem testimonia sanctorum patrum, quorum cuilibet iustius est credere quàm mille Caluinis. Bernardus in sermone de natiuitate virginis Mariæ ipsam beatissimam virginem alloquens, hæc ait. Ne timeas Maria, ne mireris angelum venientem, & maior angelo venit. Ne mireris angelũ Do- *Bernard.*
mini, & Dominus angeli tecum. Postremò quídni videas angelum, cùm iam angelicè viuas? quídni visitet angelus vitæ sociam? Quídni salutet ciuem sanctorum, & domesticam Dei? Angelica plenè vita, virginitas: & qui non nubẽt neque nubentur, erunt sicut angeli Dei. Hæc Bernardus. Sed multò maius est quod dicit Hieronymus in sermone assumptionis virginis Mariæ ad Paulam & Eustochiam, vbi *Hierony.*
hæc ait: Et bene angelus ad virginem mittitur, quia semper est angelis cognata virginitas. Profectò in carne præter carnem viuere, non terrena vita est, sed cœlestis. Vnde in carne angelicam gloriam acquirere maioris est meriti, quàm habere. Hæc Hieronymus, qui nõ solùm dicit virgines esse angelis æqua-
A les, sed maiores illas facit. Ambrosius in eo libro qui dicitur exhortatio ad virgines, hęc ait: Audisti fili *Ambro.*
quantum sit præmium integritatis, regnum acquiritur, & regnum cœleste, vitam angelorum exhibet. Hoc vobis suadeo, quo nihil pulchrius, vt inter homines angeli sitis, qui nulla sibi ligantur nuptiali copula: quoniam quæ non nubunt & qui vxores non ducunt, sicut angeli in terris sunt, vt tribulationem carnis non sentiant, seruitutem ignorent, à mundanæ cogitationis abluẽtur cõtagio, diuinis rebus mẽte intendant, vt tanquam exuti corporis infirmitate, non quæ hominis sunt, sed quæ Dei sunt cogitent. Hæc Ambrosius, qui satis apertè virgines angelis facit æquales: sed his dictis non contentus, postea in libro de viduis, illas angelis facit superiores, hæc dicens: Supergreditur virginitas conditionem humanæ naturæ, per quam homines angeli assimulantur. Maior tamen est victoria virginum, quàm Angelorum. Angeli enim sine carne viuunt, virgines verò in carne triumphant. Hæc Ambrosius. His omnibus consentit Cyprianus, qui in libro de habitu virginum, prope finem libri virgines alloquens, hæc *Cyprian.*
ait: Domini vox est illa dicentis: Filij seculi huius generant & generantur. Qui autem habuerint dignationem seculi illius & resurrectionis à mortuis, non nubunt, neque matrimonium faciunt, neque enim incipient mori, æquales enim sunt angelis Dei, cùm sint filii resurrectionis. Quod futuri sumus, iam vos esse cœpistis: vos resurrectionis gloriam in isto seculo iam tenetis: per seculum sine seculi cõtagione transitis. Quum castæ perseueratis & virgines, angelis Dei estis æquales, tantùm maneat & duret solita & illæsa virginitas, & vt cœpit fortiter, iugiter perseueret. Hæc Cyprianus. Ecce testimonia sanctorum atque doctissimorum virorum, qui virginitatis statum angelicam vitam esse dicũt, & virgi-
B nes angelis æquales faciunt, imò aliqua ex parte maiores. Desinat ergo nobis succẽsere, & nos calumniari Caluinus, quia virgines coniugatis præferimus, & eas angelis cõparamus. Qui plura aduersus hãc hæresim desiderauerit, legat primum librum beati Hieronymi è duobus quos aduersus Iouinianũ scripsit. Nam ibidem omnes suæ eloquentiæ vires pro virginitatis assertione exeruit: adeóque illam extulit, vt aliquibus (quamuis immeritò) parum æquus videatur fuisse matrimonio. Beatus Augustinus scripsit etiam alium librum pro eiusdem virginitatis assertione, qui inscribitur, de sancta virginitate.

VNCTIONIS EXTREMAE SACRAMENTVM.

NOn minus est ab hæreticis conculcatum extremæ vnctionis sacramentum, quàm reliqua alia. Nam Græci, teste Guidone Carmelita, asserunt hoc sacramentum non prodesse infirmis ad salutem corporis. Vvaldenses autem (vt testatur Aeneas Syluius libro de origine Bohemorum, cap. 35.) extremam vnctionem inter Ecclesiæ sacramenta non admittunt. Huius tamen erroris non meminit Guido, cùm errores Vvaldensium recenset. Hũc errorem impingit Heracleonitis F. Bernardus de Lutzemburgo in suo catalogo hæreticorum, nescio quem secutus: quoniam August. de Heracleonitis loquens, nihil tale illis tribuit. Philaster de eisdem differens, nullam huius erroris facit mentionem. Guido qui augustinum & Isidorum in enarrãdis hęresibus imitatur, nũquã huius erroris meminit vt eum Heracleonitis impingeret. Omitto quod bonus homo in suo catalogo cõfundit Heracleonitas cum Hierarchitis hæreticis, credens esse eosdem, solo nomine differentes. Cõstat autem ex Augustino & Isidoro diuersas esse factiones sub altero & altero principe militantes. Nam de Heracleonitis differit Augu. cap. 16. libri de hæresibus, dicítque illos sic vocari ab Heracleone eorũ ptincipe. At Hierachitarum principẽ vocat Hierachã, & de his differit
C ca. 47. Et illa quæ de Heracleonitis catalogus refert, quos ipse putat etiã dici Heraclitas, sumpta sunt ex hoc 47. ca. Augustini, & eisdẽ verbis quibus ab Augustino referũtur, nisi quòd bonus homo aliqua inserit ex suo cerebro, quale est hoc de sacramento extremæ vnctionis, de quo ait illos asserere quod non fuerit à Deo institutum: cùm tamen Augustinus, neque Heracleonitis, neque Hierachitis quicquam simile impingat. Quapropter mirari nõ desino quòd Iodocus Clichthouæus vir alioqui doctissimus eo-

Græci. *Vvalden.* *Hæracleonitæ.*

dem modo fuerit deceptus, tribuens hunc errorem Heracleonitis, prout catalogus fecerat. Nam in eo libro quem fecit pro assertione veritatum in Concilio Senonensi definitarum, capitulo de sacramentis Ecclesiæ, de sacramento extremæ vnctionis differens, dicit quòd negare extremam vnctionem esse sacramentum, fuerit error Heracleonitarũ. Et tamen idem Iodocus in eodem capite de sacramẽto baptismi disputans, testatur se in notandis hæreticis imitari eam hæreticorum descriptionem quam Guido Carmelita fecit, de quo Guidone iam diximus quod nihil tale Heracleonitis impingit. Hunc eundem errorem Iodocus Clichthouæus impingit Ioanni Vviclepho, cùm tamen in Concilio Constantiensi, in quo errores illius damnati sunt, non fuerit de hoc errore notatus: sed apud Thomam Vvalden. qui diligẽtissimè huius Vviclephi errores explorauit, certum huius erroris reperio vestigium. De Luthero tamen certò constat illum reiicere sacramentum extremæ vnctionis: quoniam negat extremam vnctionem esse inter sacramenta computandam. Nam in illo suo libro de captiuitate Babylonica, hæc ait: Si vsquam antea deliratum est, in extrema vnctione nunc præcipuè deliratum est. Et iterum ibidem. Figmentum est, ex hac Apostoli sententia: Si quis infirmatur, &c. à nobis oportere hominem vngi, cùm nõ sacramentum, sed figmentum sit. Hæc Lutherus. Huic consenserunt reliqui omnes, qui Luthero nomina dederunt. Martinus Butzerus, Philippus Melãcton, & alii multi quos longum esset omnes recensere. Ioannes Caluinus in illo suo opere, quod vocauit institutionem Christianæ religionis, cap. 19. postquam negauit vnctionem illam, de qua Iacõbus Apostolus loquitur, esse sacramentum, dixitque illam non ad hanc ætatem, sed tantum ad tempus Apostolorum pertinere, fuisseque solam gratiam curationum, hæc ait. Quanquam etiam si obtinuerint, huic ætati cõuenire, quod de vnctione ab Iacõbo præcipitur (à quo longissimè absunt) nec sic quidem adhuc multum promouerint in approbãda sua vnctione, qua hactenus nos illeuerunt. Iacõbus omnes homines vult inungi: isti non infirmos, sed semimortua cadauera, sua pinguedine inficiunt: quum iamiam anima in primoribus libris laborat, vel vt ipsi loquuntur, in extremis. Si præsentem habent medicinam in suo sacramento, qua vel morborum acerbitatem leniãt, vel saltem aliquod animæ solatium adferant, crudeles sunt, qui nunquam in tempore medentur. Iacõbus vult infirmum vngi à senioribus Ecclesiæ: isti vnctorẽ nõ admittunt, nisi sacrificulum. Hęc Caluinus. Quamuis tamẽ Caluinus oblatret, & totis viribus reluctetur, nos, Deo duce, probabimus vnctionem illam, qua ægroti, iuxta ritum à beato Iacõbo declaratum vnguntur, esse verum sacramentũ à Christo Iesu institutum, haberéque omnia quæ ad cõsummatam sacramenti rationẽ exiguntur: Nam illud est manifestum quod Marcus Euangelista describens executionem illius mandati, quando Christus misit duodecim Apostolos binos, dans illis certam quandam legationis regulam quam sequi deberent, ait: Et exeuntes prædicabant, vt pœnitentiam agerent: & dæmonia multa eiiciebant, & vngebant oleo multos ægros & sanabantur. Hanc autem olei vnctionem Apostolos non ex sua sola autoritate & præsumptione, sed ex Christi mandato feciſſe, inde piè & christianè conuincitur, quia non est credendum Apostolos in tali ac tanta legatione formam mandati à Christo illis dati excessisse. Nam si quid, quod non fuisset illis mandatum, in ea legatione fecissent, postquam ad Christum redierũt, meritò fuissent ab eo reprehensi, quia cùm essent illius discipuli, noluerunt supra magistrum suum esse, tentantes facere id de quo non fuerant ab eo admoniti. De hac enim re, ne quid simile facerent, illos tunc, vt Mathæus refert, admonuit sic dicens: Non est discipulus super magistrum, nec seruus super Dominum suum. At Apostoli ex hac legatione ad Christum redeuntes: vt Marcus testatur, renunciauerunt ei omnia quæ egerant, & docuerant: neque tamen de illa olei vnctione ad ægrorum sanitatem, fuerant à Christo reprehensi. Christus autem quum illos ad prædicandum misit, vt Matthæus ait. Præcepit illis vt infirmos curarent, & cùm ipsi Apostoli hoc mandatum exequentes olei vnctione ægros sanarent, & ad Christum reuertentes, & hoc illi renunciantes, non reprehendantur ab eo, conuincitur inde hanc olei vnctionem fuisse illis à Christo mandatam. Si illi non ex propria autoritate, sed ex Christi mandato ægros oleo vnxerunt, & hac vnctione sanauerunt, illud non sola naturali olei virtute faciebant: quia etsi oleum in aliquibus ægritudinibus medicinale sit, non tamen in omnibus: quia multæ sunt ægritudines quibus magis potest obesse quàm prodesse oleum. Deinde, si oleum ex sua naturali virtute sanitatem præstare posset, nulla ex illa curatione poterat sumi cõfirmatio aut comparatio doctrinæ Euãgelicæ, prout sumebatur ex aliis eorum operationibus miraculosè factis, quarum potestatem ad sermonis confirmationem Christus illis dedit, quando illos ad prædicandum Euangelium misit. Quanuis etiam hæc esset olei naturalis virtus vt omnibus subuenire posset corporis ægritudinibus, non tamẽ animæ sanitatem perinde præstare potest. Christus autem quum discipulos ad prædicãdum misit, non fecit illos corporum chyrurgos, aut medicos, vt solis corporibus mederentur: sed potius animabus. Nã ipse Christus illorum magister, vt omnes sacri doctores concorditer docẽt, neminem sanauit in corpore, cui non etiam animæ salutem præstaret, vt verè dicere possit, se totum hominem in sabatto sanasse. Ex his omnibus cõuincitur illam olei vnctionem à Christo Apostolis mandatam & ab ipsis factam, sacramenti alicuius rationem habuisse, quod magis ad salutem animæ, quàm corporis fuit institutum. Et huic nostræ & Catholicæ assertioni testimonium reddunt, nõ solùm scholastici Theologi, quos isti hæretici dedignantur, & trecentenarios vocant, sed antiqui doctores sancti perinde ac docti, ex quibus aliquot impræsentiarum citabo. Beda in commentariis super Marcum, interpretans illa verba, quibus ait Apostolos oleo vnxisse multos ægrotos, hæc ait: Dicit Apostolus Iacõbus: Infirmatur quis in vobis, inducat presbyteros Ecclesiæ, & orent super ipsum, vngentes eum oleo in nomine Domini. Et si in peccatis sit, dimittentur ei. Vnde patet ex ipsis Apostolis hunc sanctæ Ecclesiæ morem esse traditum, vt energumeni, vel alij quilibet ægroti vngantur oleo, pontificali benedictione consecrato. Hæc Beda. In quibus verbis multa sunt, quæ annotare oportet. Primum est, quod oleum illud, quo Apostoli, Christo viuente,

vviclepb. *Lutherus.* *Caluinus* Mat. 10. *Mar. 6.* Mat. 10. *Ioan. 7.* *Beda.*

D A B

viuente, ægrotos vngebant, dicit esse idem cum eo de quo Iacôbus Apostolus loquitur. Alterum est, quod oleum illud debet esse pontificali benedictione consecratum, & hoc non ex recenti Ecclesiæ cõstitutione, sed ipsorum Apostolorum traditione. Ex qua sententia redarguitur Caluinus, & alij omnes Lutherani, qui hanc olei benedictionẽ pontificalem irrident atque subsannant. Theophylactus prædi-
C cta Marci verba interpretãs, ait: Quod vnxerint oleo Apostoli, solus Marcus narrat, quod & frater Do- *Theoph.*
mini Iacôbus in Catholica epistola dicit. Infirmatur quis inter vos, aduocet presbyteros Ecclesiæ, & orent super illum vngentes eum oleo. Est igitur oleum, & ad labores vtile, & lucis fomentum, & hilaritatis effectiuũ, significátque misericordiam Dei & gratiam spiritus, per quam à labore liberamur, & lucem ac gaudium, & hilaritatem spiritualẽ accipimus. Hæc Theophylactus. In quibus verbis id potissimum annotare oportet, quod dicit oleum illud esse signum gratiæ spiritualis. Quæ sententia satis est ad cõuincendum vnctionem illam esse sacramentum, iuxta illam sacramenti definitionem, quæ ab omnibus recepta est, & sic ait: Sacramentũ est signum sensibile ex institutione diuina gratiam significans, quã Deus dare promisit omnibus illud suscipientibus. Caluinus tamen, & reliqui Lutherani negãt gratiam in tali vnctione dari, & huius gratię vllã à Deo esse datam promissionem. Sed præter Theophylactum qui illis in hac parte contradicit, audiãt Hieronymum, qui in cõmentariis super Marcũ, prędicta *Hierony.*
illius verba interpretans, hęc ait: Mittuntur deinde duodecim Apostoli, & datur eis potestas præcepta docendi, vt comitetur verbũ simul & factũ: & cũ promissis inuisibilibus visibiles virtutes miscẽt: & cũ vngebant oleo ęgros, infirmitatem fidei virtute corroborant. Hęc Hieronymus, qui virtutem illius vnctionis dicit esse infirmitatem fidei virtute corroborare: dicit etiam promissa inuisibilia esse mixta cum visibilibus virtutibus. Plura adhuc aliorum sanctorũ virorũ testimonia infra in aliud propositũ citabo, quæ etiam huic rei seruire poterunt, si illa diligens lector bene aduerterit. Ex his omnibus conuincitur apertissimè, falsum esse quod Caluinus & reliqui eiusdem farinæ aiunt, vnctionem illam ad tẽpus Apostolorum, in quo vigebat gratia curationum, spectasse, & nõ ad hanc nostram ętatem, in qua talis gratia non floret. Nam Beda dicit ab Apostolis ad suã vsque ætatẽ vnctionem illã per oleum episcopali benedictione cõsecratum in Ecclesia durasse. Et Iacôbus Apostolus qui hanc vnctionẽ diuino spiritu actus
D expresit, nõ præscripsit vllum tempus ad illius exercitium & virtutem: sed sine vlla temporis limitatione locutus est. Vos igitur Lutherani, qui tam improbè soletis à nobis in omnibus exigere verbum Dei, date nobis verbum Dei: quod dicat illam vnctionem pro solo illo tempore fuisse datam. Hoc autẽ verbum cùm non possitis ostendere, cõsequens est vt iuxta vestram doctrinam, vobis in hac parte non sit credendum: quia pro vestra sententia nullum Dei verbum profertis. Deinde, quòd vnctio illa non sit sola gratia sanitatum dicenda, conuincitur ex eo, quod non est data ad solam corporis medelam, sed ad augendam animæ gratiam, vt fortior sit anima in illo tempore, in quo dæmon solet diligentius & fortius ad peccatum solicitare. Nam constat, quod tempore Apostolorum nõ omnes presbyteri hanc gratiam curationum habebant: quia diuersa sunt, vt Paulus ait, dona gratiarum: Aliquibus enim datã esse
ait Paulus, gratiam sanitatum, non omnibus. At Iacôbus de omnibus presbyteris loquitur, adhortans *1. Cor. 12.*
eos vt vngant infirmos: ergo vnctio illa de qua Iacôbus loquitur, plus aliquid habet quàm gratiam sanitatum, videlicet gratiam per quam remittuntur peccata venialia, sed quia istos hæreticos parum mouent testimonia quorumcunque hominum etiam sanctorum & doctissimorum, cùm tamen ipsi aliàs totis viribus conantur illorum suffragiis adiuuari, ideo alio apertissimo sacræ scripturæ testimonio cõtra illos iam agere volo. Contra hanc hæresim apertissimum profert testimonium beatus Iacôbus, qui
in sua canonica epistola ita inquit: Infirmatur quis in vobis? inducat presbyteros Ecclesiæ, & orent *Iacob. 5.*
super eum, vngentes eum oleo in nomine Domini, & oratio fidei saluabit infirmum, & alleuiabit eum Dominus: & si in peccatis sit, remittentur ei. Ecce huius sacramenti proclamationem ab Apo-
A stolo Iacôbo factam. Nam ex verbis Apostoli constat in extremæ vnctionis collatione omnia adesse quæ ad sacramentum perfectum exiguntur. Est enim ibi materia, videlicet oleum sacrum quo vngendus est infirmus. Exprimitur etiam forma, sacerdotis videlicet oratio. Effectum autem huius sacramenti expresit, dicens: Et si in peccatis fuerit, remittentur ei. Verùm Lutherus videns se hoc testimonio conuinci, illud ita reiicere conatur, vt epistolam illam neget esse Apostoli Iacôbi. Et si Apostoli Iacôbi esset, dicit nõ licere Apostolo sua autoritate sacramentum instituere, hoc est diuinam promissionem cum adiuncto signo dare, cùm hoc solius Christi sit munus proprium. Duobus itaque modis eneruare conatur illud Apostoli testimonium. Primò, quòd epistola illa non sit Iacôbi Apostoli. Deinde, & si sit Apostoli, illi tamen dicit non fuisse facultatem instituendi sacramentum. Horum primum iam satis (vt existimo) suprà lib. 1. cap. 2. confutauimus, cùm de canonicis scripturæ libris disputauimus. Illo enim loco ex pluribus Conciliorum decretis ostendimus eam Iacôbi Apostoli epistolam in catalogo librorum canonicorum esse locatam. Veniamus ergo ad id in quo apertè oppugnat Apostolum, dicens: Et si sit Iacôbi Apostoli, illi tamen non licuit instituere sacramentum. Non est iam quod miretur aliquis Lutherũ conuitiis insectari pontificem & Cæsarem, cùm de tam atroci crimine notet Apostolũ, vt sine autoritate & contra fas ausus sit instituere sacramentum. Nullus certè fuit vnquam tam demẽs, ac impiæ maledicentiæ, qui diceret Apostolum fuisse tam arrogantem, vt pro sacramento traderet populo quod non esset sacramentum. Ceterùm, quòd ait Apostolum non habere potestatem instituendi sacramentum, nos etiam fatemur: quanquam aliorum sit opinio, quæ mihi nunquam placuit, Ecclesiam posse instituere sacramentum. Dicimus ergo Apostolum non instituisse sacramentum, sed verbis
B illis id tradidisse populo quod ipse acceperat à Christo, qui alia mundo volebat insinuare per Matthæũ, alia per Marcum, per Lucam alia, alia rursum per Ioannem. Sunt enim peculiaria quædã cuique Euangelistæ, quorum nullus aliorum meminit: de qua re extat canon ab Eusebio Cæsarienſi æditus.

Quid ergo vetat vt quædam etiam nobis innotescere voluerit Christus per Apostolum suum Iacôbũ, de quibus nec Euangelistæ vllum sint verbum loquuti? Præsertim cùm constet multa nobis per Apostolum Paulum insinuasse, quæ omnino ab euangelistis prætermissa sunt. Hoc autem ita esse testimonio beati Augustini persuademus, qui lib. 2. de visitatione infirmorum, docens infirmũ debere confiteri, & Eucharistiam sumere, & oleo sancto vngi, ita inquit: Nec prætermittendũ est illud Apostoli Iacôbi præceptum: Infirmatur quis in vobis, inducat presbyteros Ecclesiæ, & orent super eum, vngentes eum oleo
Iacob. 5. in nomine Domini, & oratio fidei saluabit infirmũ, & alleuiabit eum Dominus, & si in peccatis sit, remittentur ei. Ergo si roges de te & pro te fieri, sicut dixit Apostolus Iacôbus, imò per Apostolum suum Dominus, ipsa videlicet olei sacri delibutio, intelligitur Spiritus sancti typica vnctio. Hæc Augustinus.

Innocẽtius primus. In quibus verbis illud est aduertendum quod ait, imò per Apostolum suum Dominus. Quibus verbis satis apertè innuit Apostolum Iacôbum fuisse illius sacramenti duntaxat præconem, non autem institutorem. Præterea, Innocẽtius papa, huius nominis primus, in quadam epistola ad Decẽtium Eugubinũ episcopum, capite vltimo, sic ait: Sanè quoniam de hoc sicuti de cæteris cõsulere voluit dilectio tua, adiecit etiam filius meus Celestinus diaconus in epistola sua esse à tua dilectione positum illud quod in Apostoli Iacôbi epistola conscriptum est: Infirmatur quis in vobis, inducat bresbyteros, & orent super eum, vngentes eum oleo in nomine Domini, & oratio fidei saluabit infirmum, & suscitabit illum Dominus: & si in peccatis fuerit, remittentur ei. Quod non est dubium de fidelibus ægrotantibus accipi vel intelligi debere, qui sancto oleo chrismatis perungi possunt, quod ab episcopo confectũ, non solùm sacerdotibus, sed omnibus vti Christianis licet in sua aut suorum necessitate inungendo. Cæterùm illud superfluum videmus adiectum, vt de episcopo ambigatur quod presbyteris licere nõ dubium est. Nam idcirco de presbyteris dictum est, quia episcopi occupationibus aliis impediti, ad omnes languidos ire non possunt. Cæterùm si episcopus postea dignum ducit aliquem à se visitandum, & benedicere, & tãgere chrismate sine cunctatione potest, cuius est ipsum chrisma conficere. Hæc Innocẽtius, vir quidem sanctitate perinde ac scientia illustris. Ex cuius verbis constat nõ esse recentẽ (vt Lutherus somniat) huius sacramenti institutionem. Innocentius siquidem ante mille & centũ annos Ecclesiæ vniuersali præ-
Beda. fuit, qui ex testimonio Iacôbi Apostoli docet infirmos oleo sancto debere inungi. Sed ad plenioremẽ huius rei declarationem, attendat lector quid dicat Beda prædicta Iacôbi verba interpretans in commentariis super epistolas canonicas. Nam super illa verba, Et orent super eum, vngentes eum oleo in nomine Domini, hæc ait: Hoc & Apostolos fecisse in Euangelio legimus, & nunc Ecclesiæ cõsuetudo tenet, vt infirmi oleo consecrato vngantur à Presbyteris, & oratione comitante sanentur. Nec solùm presbyteris, sed vt Innocentius papa præscribit, etiam omnibus Christianis vti licet eodem oleo in sua aut suorum necessitate vngendo. Quod tamen oleum non nisi ab episcopo licet cõfici. Nam quod ait, Oleo in nomine Domini, significat oleum cõsecratum in nomine Domini. Vel certè quia etiam cùm vngunt infirmum, nomen domini super eum inuocare debent. Hæc Beda. In quibus verbis etiam annotare oportet illa duo, quæ suprà annotauimus in aliis verbis illius ex commentariis super Marcum. Sed illud Innocentii vbi concedit omnibus Christianis, vt hoc oleo benedicto possint vti, in sua aut suorum necessitate inungendo, sic intelligendum est, quod permittitur cuilibet Christiano, vt necessitate occurrente se aut alios illo oleo vngere possit, si illum ad hoc faciendum mouet deuota olei illius affectio, & ideo spe rat ex illo salutem assequi posse. Non tamen est sic intelligendum, quod quilibet christianus sic vngens oleo illo infirmum, conficiat sacramentum vnctionis: quia papa non posset hoc cõcedere cuilibet Christiano, vt posset esse minister huius sacramenti, quod ex institutione diuina à solo sacerdote ministrari potest. Quod autem hoc solum concesserit Innocentius, ex ipsius Innocentii verbis, quæ proximè citauimus, facilè colligi potest. Nam solùm cõcessit vt oleo vngerent, nõ autem vt verba quibus hoc sacramentum conficitur, dicerent. De qua re opus fuit admonere lectorem propter calumnias Caluini. Nam is in loco supra citato de extrema vnctione loquens, & volens probare illam non esse sacramentum, neque solos sacerdotes esse illius ministros, hæc ait. Referũt enim Innocentium papam, qui Augustini ætate Romanæ Ecclesię pręfuit, instituisse, vt nõ presbyteri modo, sed omnes etiam Christiani oleo vterentur, in suam suorumque necessitatem vngendo. Author Sigibertus in Chronicis. Hæc Caluinus, qui apertè testatur se non legisse Innocẽtiũ, sed illud didicisse ex Chronicis Sigiberti: quod si ipsum Innocentium legisset, illiúsque sententiæ acquiescere voluisset, planè intellexisset vnctionẽ olei à beato Iacôbo descriptam, quæ non solùm oleum, sed etiam verba complectitur, à solis presbyteris aut episcopis posse ministrari: sed huic non obstat quod simplicem tantũ olei vsum cuilibet Christiano concesserit, qui non cõcessit, vt reliqua faceret, ex quibus à vero ministro peractis, integrũ constat sacramentum. Demũ hoc ipsum cõfirmat Ecclesiæ Catholicæ definitio, quæ ad hunc vsque diem semper & vbique sensit extremam vnctionem esse sacramentum vnum è septem ab ea receptis. Concilium nanque Florentinum
Cõcilium Florẽtinũ sub Eugenio quarto celebratum, sic ait: Quintum sacramẽtum est extrema vnctio, cuius materia est oleum oliuæ per episcopum benedictum. Hoc sacramentum nisi infirmo, de cuius morte timetur, dari non debet: qui in his locis vngendus est, in oculis propter visum: in auribus propter auditum: in naribus propter odoratum: in ore propter gustum vel locutionem: in manibus propter tactum: in pedibus propter gressum: in renibus propter delectationẽ ibidem vigentem. Forma huius sactamenti est hæc: Per istam vnctionem & suam piissimam misericordiam indulgeat tibi dominus quicquid deliquisti per visum: & similiter in aliis membris. Minister huius sacramenti est sacerdos: effectus verò eius est mentis sanatio, & in quantum animæ expedit, etiam corporis. Hactenus concilium Florentinum. Sed multò
Cõcilium Tridẽtinũ locupletius & apertius de hoc sacramento differuit concilium Tridentinum, quod in sessione quarta sub Iulio tertio celebrata, fuerunt enim in eodem concilio aliæ plures sessiones sub Paulo tertio illius

prædece s-

prædeceſſore, hanc dedit circa hoc ſacramẽtum doctrinam. Viſum eſt autem ſanctæ ſynodo, præcedẽti doctrinæ de pœnitentia adiungere ea quæ ſequuntur de ſacramento extremæ vnctionis, quod non
B modo pœnitentiæ, ſed totius Chriſtianæ vitæ, quæ perpetua pœnitentia eſſe debet, conſummatiuum exiſtimatum eſt à pátribus. Primum itaque circa iſtius inſtitutionem declarat & docet, quod clementiſſimus Redemptor noſter, qui ſeruis ſuis quouis tempore voluit de ſalutaribus remediis aduerſus omnia omnium hoſtium tela eſſe proſpectum, quemadmodum auxilia maxima in ſacramentis aliis præparauit, quibus Chriſtiani conſetuare ſe integros dum viuerent ab omni grauiori ſpiritus incommodo poſſint: ita extremæ vnctionis ſacramento finem vitæ tanquam firmiſſimo quodam præſidio muniuit. Nam et ſi aduerſarius noſter occaſiones per omnem vitam quærat, & captet, vt deuorare animas noſtras quoquo modo poſſit, nullum tamen tempus eſt, quo vehementius ille omnes ſuæ verſutiæ neruos intendat ad perdendum nos penitus, & à fiducia etiam, ſi poſſit diuinæ miſericordiæ deturbandos, quam cum impendere nobis exitum vitæ proſpicit. Inſtituta eſt autem ſacra hæc vnctio infirmorum tanquam verè & propriè ſacramentum noui teſtamenti à Chriſto Domino noſtro, apud Marcum quidem inſinuatum, per Iacôbum autem Apoſtolum, ac Domini fratrem fidelibus commẽdatum ac promulgatũ. *Iacob. 5.* Infirmatur, inquit, quis in vobis inducat presbyteros Eccleſiæ, & orent ſuper eum, vngentes eum oleo ſancto in nomine Domini, & oratio fidei ſaluabit infirmum, & alleuiabit eum Dominus, & ſi in peccatis ſit remittentur ei. Quibus verbis, vt apoſtolica traditione per manus accepta Eccleſia didicit, docet materiam, formam, proprium miniſtrum, & effectum huius ſalutaris ſacramenti. Intellexit quidem Eccleſia, materiam eſſe oleum ab epiſcopo benedictum: nam vnctio aptiſſimè Spiritus ſancti gratiam, qua inuiſibiliter anima ægrotantis inungitur, repręſentat: formam deinde eſſe illa verba, per iſtam vnctionem, &c. Res porrò & effectus huius ſacramenti illis verbis explicatur: Et oratio fidei ſaluabit in-
C firmum, & alleuiabit eum Dominus, & ſi in peccatis ſit, dimittentur ei. Res etenim hæc, gratia eſt Spiritus ſancti, cuius vnctio delicta, ſi quæ ſint adhuc expianda, ac peccati reliquias abſtergit, & ægroti animam alleuiat, & confirmat, magnam in eo diuinæ miſericordiæ fiduciam excitando, qua infirmus ſubleuatus, & morbi incommoda ac labores leuius fert, & tentationibus dæmonis calcaneo inſidiantes facilius reſiſtit, & ſanitatem corporis interdum, vbi ſaluti animæ expedierit, conſequitur. Iam verò quod attinet ad præſcriptionem eorum, qui & ſuſcipere & miniſtrare hoc ſacramentum debent, haud obſcurè fuit illud etiam in verbis prædictis traditum. Nam & oſtenditur illic proprios huius ſacramenti miniſtros eſſe Eccleſię presbyteros, quo nomine eo loco non ætate ſeniores, aut primores in populo intelligendi veniunt, ſed aut epiſcopi, aut ſacerdotes ab ipſis ritè ordinati per impoſitionem manuum presbyterii. Declaratur etiam eſſe vnctionem infirmis adhibendam, illis verò præſertim, qui tam periculoſè decumbunt vt in exitu vitæ conſtituti videantur, vnde & ſacramentum exeuntium nuncupatur. Quod ſi infirmi poſt ſuſceptam hanc vnctionem conualuerint, iterum huius ſacramenti ſubſidio iuuari poterunt, quum in aliud ſimile vitæ diſcrimẽ inciderint. Quare nulla ratione audiendi ſunt, qui contra tam apertam & dilucidam beati Apoſtoli Iacôbi ſententiam docent, hanc vnctionem vel figmentum eſſe humanum, vel ritum à patribus acceptum nec mandatum Dei, nec promiſſionem gratiæ habentem, & qui illam iam ceſſaſſe aſſerunt, quaſi ad gratiam curationum duntaxat in primitiua Eccleſia referenda eſſet: & qui dicunt ritum & vſum quem ſancta Romana Eccleſia in huius ſacramẽti adminiſtratione obſeruat, Iacôbi Apoſtoli ſententiæ repugnare, atque ideo in alium commutandum eſſe: & denique qui hanc extremam vnctionem à fidelibus ſine peccato contemni poſſe affirmant. Hæc enim omnia manifeſtiſsimè pugnant cum perſpicuis tanti Apoſtoli verbis. Nec profectò Eccleſia
D Romana aliorum omnium mater & magiſtra aliud in hac adminiſtranda vnctione, quantum ad eą quę huius ſacramenti ſubſtantiam perficiunt, obſeruat, quàm quod beatus Iocôbus præſcripſit: neque verò tanti ſacramenti contemptus abſque ingenti ſcelere, & ipſius ſancti Spiritus iniuria eſſe poſſet. Hactenus doctrina Concilij Tridentini. Verùm ne quis contra illam docere, aut quouis modo loqui temerè auderet quatuor canones latam anathematis ſententiam continentes contra huiuſmodi temerarios aſſertores protulit, & ſunt qui ſequuntur.

Si quis dixerit, extremam vnctionem non eſſe verè & propriè ſacramentum à Chriſto Domino noſtro inſtitutum, & à Iacôbo Apoſtolo promulgatum: ſed ritum tantum acceptum à patribus, aut figmẽtum humanum, anathema ſit. *1. Canon.*

Si quis dixerit, ſacram infirmorum vnctionem non conferre gratiam, neque remittere peccata, neque Alleuiare infirmos: ſed iam ceſſaſſe, quaſi olim tantum fuerit gratia curationum, anathema ſit. *2. Canon.*

Si quis dixerit, extremæ vnctionis ritum & vſum, quem obſeruat ſancta Romana Eccleſia repugnare ſententiæ beati Iacôbi Apoſtoli, ideoque eum mutandum, poſſeque à Chriſtianis abſque peccato contemni, anathema ſit. *3. Canon.*

Si quis dixerit, presbyteros Eccleſiæ, quos beatus Iacôbus adducendos eſſe ad infirmum vngendum hortatur, non eſſe ſacerdotes ab epiſcopo ordinatos: ſed ætate ſeniores in quauis communitate, ob idque proprium extremæ vnctionis miniſtrum non eſſe ſolum ſacerdotem, anathema ſit. *4. Canon.*

Hi ſunt Canones Concilii Tridentini de extremæ vnctionis ſacramento. Inter quos primus à Catholicis annotandus eſt, vt ex illo intelligant, reiectam eſſe illam ſententiam quorundam Theologorum ſcholaſticorum dicentium, ſacramentum extremæ vnctionis eſſe à beato Iacôbo inſtitutum. Quæ ſen-
A tentia, vt in principio huius capitis dixi, nunquam mihi placuit: & quamuis ante Cõcilii huius definitionẽ abſque crimine hæreſis vtcunque defendi potuit, nunc tamen citra hæreſim eam tueri non licet. Sed opus eſt vt hæreticorum obiectionibus reſpõdeamus, quanquam illæ tam ridiculæ ſunt, vt reſpõſione indignæ merito cẽſeri poſſint. Caluinus in illo loco ſuprà citato, hæc obiicit nobis: Cur nõ aliquam nata

toriam Siloe deſtinãt,in quam certis temporum vicibus ſe immergant malè habentes ? Cur nõ mortuis incumbant,quoniam puerum mortuum illi incubãdo ſuſcitauit Paulus?Cur non lutũ ex ſputo & puluere ſacramentũ eſt?Hæc Caluinus.Et eodem argumento ſe tuentur Vvirtẽbergenſes in confeſſione fidei quã obtulerunt in Cõcilio Tridentino.Hoc Lutheranorum omniũ argumentũ manifeſtiſſimè oſtẽdit illorum omnium ignorantiam:quia ſic argumentantur,qnaſi nos ideo ſolùm dicamus extremam vnctionem eſſe ſacramentum,quia Apoſtoli illa vngentes ſanabant corporũ infirmitates. Nos tamen non ideo vnctionem dicimus eſſe ſacramentũ: quia Apoſtoli vnctione illa ægrotis ſanitatem corporis conferebant: ſed quia ſic corpora ſanãtes,animam ad bonum per gratiam roborabant,quam Deus illis ægrotis per Apoſtolorum miniſterium tunc dabat,& nunc per aliorum ſacerdotũ miniſterium confert. Lutum illud,quo cæcus vnctus eſt,nullam habuit ſanandi virtutem,aut ſi aliquã habuit,tunc ſolùm illã continuit, cùm Chriſtus illo liniuit oculos cæci: neque poſtea vllo cæco dediſſet viſum,etiam ſi illo aliquis alius linitus & poſtea in natatoria Siloe lotus fuiſſet.Eſto,cæcis corporis viſum dediſſet, non tamẽ perinde animæ gratiam contuliſſet: quia Deus nullam de his dederat promiſſionem,& ideo ſacramẽtum dici non poteſt, cum abſit diuina promiſſio de donatione gratiæ .Et idem per omnia de natatoria Siloe dicimus.At vnctio illa qua Apoſtoli vngebant infirmos, vſque ad finem ſeculi durat,& æqualem ſemper circa animam, ad quam potius quàm ad corpus reſpicit,habebit virtutem ex Dei promiſſione, B quã ipſemet Deus per Iacõbum ſuum miniſtrũ & præconem manifeſtauit.Et ſi in peccatis ſit,inquit Iacõbus,remittẽtur ei.Ecce Dei promiſſionem:quia talis peccatorũ remiſſio nõ niſi à Deo donari poteſt neque vnquã ſine gratiæ collatione donatur. Nunquã autem tantus Apoſtolus illam promiſſionem remiſſionis peccatorũ fuiſſet auſus dare,niſi deo inſpirante, qui ſolus remiſſionem peccatorũ dare poteſt. Et hinc apertiſſimè cõuincitur mendacium Vvirtembergenſium,qui iu ſua fidei cõfeſſione de extrema vnctione differentes dicunt,nõ extare vllum verbũ Dei quod promitter, diuulgato Euangelio Chriſti
Caluinus. externam vnctionem valere ad delenda peccata.Secundò ſic obiicit Caluinus. Affirmant quidẽ eandem etiamnum vim ſuæ vnctioni ineſſe:ſed aliter experimur. Hæc ille.Et idem dicunt Vvirtembergenſes in ſuæ fidei confeſsione. Et iſti omnes etiam in hoc argumento ſuã miſeram ignorantiam oſtendunt perinde ac in præcedẽti.Sic enim argumentãtur,ac ſi nos diceremus,effectũ indubitatum huius ſacramẽti & verum illius ſignatum eſſe corporis ſanitatem:&ideo dicunt ſe certa experientia cognoſcere,nõ eſſe talem vim conferendæ ſanitatis corporalis in hoc ſacramento,quia vident multos qui poſt ſuſceptam vnctionem magis à ſua ęgritudine grauantur, tantum abeſt vt ſanentur. Sed nos dicimus indubitatum huius ſacramenti effectum eſſe animæ cõſolationem & robur per gratiam quam Deus ſemper,niſi malitia obſtet,animæ ægrotanti confert,vt dæmoni tunc fortiter tentanti viriliter reſiſtere poſſit. An autem Deus hanc gratiam ægrotis poſt ſuſceptam vnctionem conferat,an non,neque Caluinus neq; vuirtembergenſes experiri poſſunt:quia gratia Dei non ſubeſt hominum experientiæ, ſanitas autem corporalis & ſi ſæpe per vnctionis ſacramentum conferatur, non eſt tamen certus & indubitatus illius ſacramenti effectus:quia non habet Dei promiſſionem, niſi quatenus ſaluti animæ,quam potius hoc ſacramen- C
Caluinus. tum reſpicit,Deus magis conuenire optimè proſpicit.Tertiò nobis obiicit Caluinus,hæc dicens: Iacõbus omnes infirmos vult inungi, iſti non infirmos, ſed ſemimortua cadauera ſua pinguedine inficiunt,quum iamiam anima in primoribus labris laborat,vel,vt ipſi loquũtur,in extremis. Si præſentem habent medicinam in ſuo ſacramento, qua vel morborum acerbitatẽ leniant,vel ſaltem aliquod animæ ſolatium adferant,crudeles ſunt,qui nunquã in tempore medentur.Hæc Caluinus.Idem prorſus argumentum cõtra nos mouent Vvirtembergenſes, paucioribus tamen verbis maiorem parãt calumniam, dicentes nos nõ ſolere hanc vnctionem adhibere,niſi iis de quorũ corporali vita deſperatũ eſt. Sed hoc argumentum ex eadem ignorantia procedit,ex qua & alia duo præcedentia proceſſerunt,& falſam inſuper addit calumniam.Semper enim argumentantur,ac ſi nos diceremus,certum & indubitatum huius ſacramenti effectum eſſe ſanitatem corporalem, & quaſi nos doceremus, hoc ſacramentum ad hoc tantum eſſe inſtitutum,vt tantum corporum ſit medicina,& nõ animarum. Quod autẽ dicunt, nos hãc vnctionem illis ſolis miniſtrare,qui in extremis laborant,vel de quorum ſalute deſperatum eſt, manifeſta eſt calumnia,& apertiſſimum mendacium.Nam Eccleſiæ regula aut cõſuetudo hoc non habet, ſed docet & hortatur,vt omnes qui propter infirmitatem habent veriſimile mortuis periculum hanc olei ſacri vnctionem recipiant: vt tunc gratiæ robur per hoc ſacramentum accipiant,quando fortius à dæmone tentantur. Et ob eandem cauſam in minutis & leuibus infirmitatibus non adminiſtratur hoc ſacramentum: quia cum dæmon tẽpore illo nõ ſemper ita fortes adhibeat tentationes,ſicut quando eſt proxima mors,ideo non eget tam potente adiutorio gratiæ Dei,vt dæmoni reſiſtere poſſit: ſed ſatis eſt illi gratia diuina,quam per alia ſacramẽta acquiſiuit,aut per pœnitentiam tunc aſſequi poteſt.Fortè iſti hæ D retici aſpicientes ad nomen extremæ vnctionis,putarunt illam ſolis iis qui in extremis laborant,eſſe dãdam : quia extrema vocatur vnctio.Sed ſi ita ex nomine colligunt,maximè falluntur :quia non ob eam cauſam extrema vocatur : ſed quia vltima eſt ex illis quatuor quas Eccleſia omnibus Chriſtianis adminiſtrare conſueuit vnctiones.Nam etſi plures quàm quatuor Eccleſia habeat vnctiones, illas tamen non omnibus Chriſtianis, ſed aliquibus ſpecialibus quos conſtituit ſacerdotes aut epiſcopos miniſtrare ſolet.Quatuor autem tantum ſunt,quas omnibus Chriſtianis Eccleſia parata eſt congruis temporibus miniſtrare:& iſtarum vltima eſt,qua per manus ſacerdotum vnguntur infirmi.Prima eſt,qua vnguntur cathecumeni : Altera qua iam baptizati vnguntur.Tertia eſt qua vnguntur qui confimationis ſacramentum ſuſcipiunt : Quarta & vltima,qua per manus ſacerdotum vnguntur ægroti,quum aliquod habent mortis periculum : & quia hæc eſt vltima : Ideo vocatur extrema vnctio à recẽtioribus Theologis,quæ
Caluinus. ab antiquis patribus vnctio ægrotantiũ, aut infirmorum vocata eſt.Quartò nobis obiicit Caluinus, ſic dicens:

dicens: Iacôbus vult infirmum vngi à ſenioribus Eccleſiæ: iſti vnctorem non admittunt niſi ſacrificulũ. hęc ille. In quibus verbis nos apertè accuſat de miniſtro huius ſacramenti, quem dicimus eſſe ſolum ſacerdotem: ille verò, quamuis concederet vnctionem hanc eſſe ſacramentum, dicit non ſolum ſacerdotẽ eſſe miniſtrum huius ſacramenti: quia Iacôbus dicit, Inducat preſbyteros, quæ vox cum Græca ſit, ſignificat idem quod Latinè dicimus ſeniores. Fateor quidem vocem illam eſſe Græcam, & ſignificare eos, quos Latinè dicimus ſeniores: ſed ſacra ſcriptura ſeniores iſtos non ætate, ſed ſapientia indicat, & ſæpe preſbyteros vel ſeniores vocat, non qui multos ætatis annos habent, ſed qui multa ſapientia pollent: & quia ſapientem eſſe oportet illum qui ſacerdotali dignitate decorãdus eſt, ideo ſacerdotes potius quàm alios ſacra ſcriptura preſbyteros appellat. Vnde Anacletus papa à beato Petro Apoſtolo preſbyter ordinatus, in epiſtola ſecunda differens quales oporteat eligi ſacerdotes, hęc ait. Porrò & Moſi præcipitur vt eligat preſbyteros. Vnde & in Prouerbiis dicitur: Gloria ſenum canicies. Hæc verò canicies ſapientiã deſignat, de qua ſcriptum eſt. Canicies hominum prudentia eſt. Cumque nongentos & amplius annos ab Adam vſque ad Abraham vixiſſe homines legerimus, nullus alius prius appellatus eſt preſbyter, id eſt ſenior, niſi Abraham, qui multò paucioribus vixiſſe annis conuincitur. Nõ ergo propter decrepitam ſenectutem, ſed propter ſapientiam preſbyteri nominantur. Hæc Anacletus. Ex cuius verbis cõſtat, ideo omnes ſacerdotes vocatos eſſe preſbyteros, quia oportet eſſe ſapientes eos qui ad ſacerdotium eligendi ſunt. Nã de ſacerdotum electione loquitur Anacletus, quũ illa dixit. Prẽterea, quod ſolos ſacerdotes Paulus appellet preſbyteros: conuincitur ex illis verbis quibus ad Titum loquitur, ſic dicens: Huius rei gratia reliqui te Cretæ, vt ea quæ deſunt, corrigas, & cõſtituas per ciuitates presbyteros, ſicut & ego diſpoſui tibi. In quibus verbis epiſcopos, qui etiam ſacerdotes ſunt, appellauit presbyteros, prout omnes ſacri doctores interpretantur. Nam Titus ad hoc relictus eſt Cretæ, vt presbyteros, per ſuæ manus impoſitionẽ faceret, & illos per ciuitates diſtribueret, vt ſinguli ſingulis ciuitatibus præeſſẽt, & nõ vnus omnibus. At ſi per presbyteros, interpretamur ſeniores, abſurdum erit Pauli mãdatũ: quia Titus eos qui ſenes non erant, nõ poterat facere ſenes. Quia ergo nomen presbyteri ſolis ſacerdotibus in quibus potiſſimũ neceſſaria eſt ſapientia, attributum eſt: ideo Iacôbus Apoſtolus ſolos ſacerdotes vocauit presbyteros, cũ dixit, inducat presbyteros Eccleſię. &c. Et quod de iſtis ſolis locutus fuerit Iacôbus, teſtatur Chryſoſtomus, qui libro tertio de ſacerdotio, ſacerdotum dignitatem laudans, inter alia multa hæc paucula ait. Neque enim ſolùm cùm nos regenerant, ſed poſtmodum etiam condonandorum nobis peccatorum facultatem obtinent: Infirmatur, inquit, inter vos aliquis? accerſat presbyteros Eccleſiæ, & orent ſuper eum, vngentes eum oleo in nomine Domini: & oratio fidei ſaluũ reddet laborantem, & eriget eum dominus, & ſi in peccatis erit, remittentur ei. Hæc Chryſoſtomus. In quibus verbis duo potiſſimũ annotare oportet. Primum eſt, Iacôbum in prædictis verbis ſolos ſacerdotes appellaſſe presbyteros, nam aliàs malo illorum verborum teſtimonio vſus eſſet Chryſoſtomus ad probandam ſacerdotum dignitatẽ. Alterum eſt, quod ſacerdotes dicit per illam vnctionem nobis peccata cõdonare. Intelligant ergo Caluinus & Vvirtẽbergenſes, cęterique omnes recentes hęretici, vnctionem infirmorum non ad ſolũ tempus Apoſtolorum eſſe referendam, neque illam eſſe ſolam gratiam curationum, quũ per illam remittantur peccata.

A

B

Anacletꝰ Exod. 29. Num. 11. Prou. 20. Sapien. 4

Titum. 1.

Chryſoſto

VOTVM.

C

QVorundam hæreticorum ſententia fuit, nihil eſſe ex neceſſitate faciendum, ſed omnia debere fieri liberè, propterea quòd Propheta dixit: Voluntariè ſacrificabo tibi. Huius hæreſis autores dicti ſunt Lamperiani, qui hac ratione ducti, omnia vota damnabant, dicentes ea nihil prodeſſe, eò quod neceſſitatem & coactionem quandam videntur hominibus inferre. Hanc hæreſim iam diu ſepultam, poſt multa ſecula ſuſcitarunt Pſeudapoſtoli, dicentes opera illa quæ ſine voto fiunt, eſſe ad maius prẽmium deſtinata, quàm illa quæ ex voti neceſſitate fiunt. Eãdem hæreſim tutatus eſt Ioannes Vvicleph. Vltimus huius hæreſis propugnator eſt nunc Martinus Lutherus, cuius verba in libro de votis monaſticis ſunt hæc. Vota monaſtica ſunt impia, Gẽtilia, Iudaica, ſacrilega, mẽdacia,, erronea, dæmoniaca, hypocritica, apoſtatica, etiã ſanctorum exemplis aduerſantia: quare cum fiducia reuocanda & deferenda ſunt, etiam ſi pia & ſeria opinione emiſſa fuerint. Hæc Lutherus. Sed neque his contentus, vt apertius oſtẽderet odiũ quod aduerſus monaſtica vota cõceperat, contra monachos qui talia vota profitentur, hæc in illo eodem libro ait: Cupio eradicata, extincta, & abolita eſſe omnia monaſteria, quę vtinã dominus igne & ſulphure cœleſti ad exemplum Sodomæ & Gomorrhæ demergat, adeo vt ne memoria quidẽ illorum ſuperſit, neque enim ſatisfuerit, illis anathema imprecari. Hæc Lutherus, qui cùm monachus fuiſſet, & à monachatu ad ſeculũ rediiſſet, vellet vt nullũ eſſet alicuius monaſterii veſtigiũ, ne vllũ maneret ſuæ apoſtaſiæ teſtimoniũ. Hunc Lutherum ſecuti ſunt in hac parte omnes recentes hæretici, imò propter hanc ſolã hæreſim multi ex omni ordine monachi alios huius eroris amplexati ſunt. Aduerſus hanc hæreſim diſputantes, duo nos oportet ex ſacris literis probare. Primum, quod vota ſemel emiſſa ſunt opere complenda, & non debent pro cuiuſque arbitrio tolli. Alterum, quod opus ex voto factum cedit in maius ipſius operãtis præmium, quàm ſi liberè & abſque voti neceſſitate fuiſſet effectum. Ad prioris partis probationem ſatis efficax teſtimonium eſt illud quod in libro Numerorum Dominus ait: Si quis virorum votum Domino vouerit, aut ſe conſtrinxerit iuramento, non faciat irritum verbum ſuum, ſed omne quod promiſit, implebit. Præterea idem præceptũ iterum in lib. Deuteronomii expreſſius reperitur, vbi ſic dicitur: Cùm votum voueris Domino Deo tuo, non tardabis reddere, quia requiret illud Dominus Deus tuus. Et ſi moratus fueris, reputabitur tibi in peccatũ. Si nolueris polliceri, abſque peccato eris. Quod autem

D

Pſal. 53. Lãperia. Pſeudap. Vvicleph Lutherus

Num. 30. Deut. 23.

Eccle.5. ſemel egreſſum eſt de labiis tuis, obſeruabis, & facies ſicut promiſiſti Domino Deo tuo, & propria voluntate & ore tuo loquutus es. Rurſum, Sapiens Eccleſiaſtes ait: Si quid vouiſti Deo, ne moreris reddere. Diſplicet enim ei infidelis & ſtulta promiſſio. Sed quodcunque voueris, redde. Multoque melius eſt non vouere, quàm poſt votum promiſſa nō reddere. Deinde per prophetam Baruch de Diis Gentium

Baruc.6. Dominus loquens, ait: Neque ſi quid mali patiuntur ab aliquo, neque ſi quid boni, poterunt retribuere: neque regem conſtituere poſſunt, neque auferre. Similiter neque dare diuitias poſſunt, neque malū retribuere. Si quis illis votum vouerit, & non reddit, neque hoc requirūt. Ex quibus verbis cōſtat quòd Deꝰ requiret ab eo qui votū vouit, ſi nō redderit. Et propheta regius ſæpiſſimè in ſuis Pſalmis quos Deo decantabat, votorum meminit, nō vt tollenda ſint, ſed vt opere compleantur & reddantur Deo ea quæ

Pſal.94. ſemel promiſſa ſunt. Immola Deo (inquit ille) ſacrificium laudis, & redde altiſſimo vota tua. Et rur-

Pſal.55. ſum: Reddam tibi vota mea, quæ diſtinxerunt tibi labia mea. Et iterum: Vouete & reddite Domino

Pſal.25. Deo veſtro omnes qui in circuitu eius adfertis munera. Ecce vides quot ſint teſtimonia ex veteri inſtrumento, quæ vota comprobent. Verùm quidam ex iſtis hæreticis, nempe Lutherani, videntes tam aperta teſtimonia pro votorum aſſertione, ad hoc aſylum confugiunt, vt dicant vota pro certo tempore tenenda poſſe emitti: non autem illa, quibus homines ad perpetuam aliquarum rerum obſeruationem ſe aſtringunt: quoniam (vt aiunt) per talia vota fiunt homines ſerui, quos tamen Deus libertate A
donauit. Et non attendunt miſeri quòd ſeruire Deo, regnare eſt, & quòd ab hac ſeruitute Chriſtus non liberauit nos, ſed à ſeruitute peccati: quam libertatem nullus melius tenet, quàm is qui Deo ſeruit. Nam

Roma, 6. Apoſtolus ait: Liberati autem à peccato, ſerui facti eſtis iuſtitiæ. Præterea, qui duxit vxorem, ſeipſum irretiuit vinculo indiſſolubili, ita vt viuente vxore non poſſit ab ea ſeparari, neque aliam ſuperducere. Quid igitur obſtat vt in voto perpetuo aliquid ſimile contingat? Si illa ſeruitus in quā homo per matrimonium incidit, non repugnat libertati per Chriſtum donatæ: nec etiam repugnabit libertati Chriſtianæ ſeruitus illa quę per votum ſuſcipitur, præſertim quòd per matrimonium vterque coniugū ſubditur alteri: per votum autem ſubditur Deo. Sed iam ipſam quam execrantur votorum perpetuitatem

1.Reg.1. per ſcripturas ſacras examinemus. Pro qua re audiamus quid in primo Regum libro de Anna Samuelis matre antequam illum concepiſſet, dicatur. Et Heli ſacerdote (inquit hiſtoria) ſedente ſuper ſellam ante poſtes domus Domini, cum eſſet Anna amaro animo, orauit ad Dominum flens largiter, & votū vouit, dicens: Domine exercituum, ſi reſpiciens videris afflictionem famulæ tuæ, & recordatus mei fueris, nec oblitus ancillæ tuæ, dederisque ſeruæ tuæ ſexum virilem, dabo eum Domino omnibus diebus vitæ eius. Ecce vides votum matris de filio conſecrando Deo in miniſterium tēpli omnibus diebus vitæ eius: poſt quod votum exaudiri meruit, tantum abeſt vt votum illius apud Deum fuerit damnatum. Et ſi Anna de filio, quem adhuc non conceperat, potuit tale votum perpetuum emittere, cur non poterit quilibet de ſeipſo aliquid ſimile vouere? præſertim quòd quilibet habet plus iuris in ſe, & in ſuam voluntatem, quàm mater quæcunque in filium. Præterea, beata illa Deipara virgo votum de virginitate perpetuò obſeruanda emiſerat, quod manifeſtè teſtantur illa verba quæ ipſa angelo annuncianti

Luc.1. conceptionem filii Dei reſpondit, dicens: Quomodo fiet iſtud, quoniam virum non cognoſco? Illa B
enim negatio verbo præſentis temporis adiuncta, non ſic accipienda eſt, vt ſolùm neget actum præſentis temporis, ſed vt dicat votum de negatione actus in poſterum. Nam alioqui nulla ſuberat dubitationis cauſa, & ſine occaſione quæſiuiſſe videtur, quoniam vt mulier quæ nunquam antea virum cognouit, in poſterum concipiat, non eſt quid difficile, neque illa duo vel in ſpeciem pugnare inter ſe videntur. At votum de perpetua virginitate, & cōcipere, velut ex diametro pugnare videntur. Ideo meritò quærit: Quomodo fiet iſtud, quoniam virum non cognoſco? hoc eſt, nunquam me virum cogni-

Bernard. turam ſpopondi. Hunc autem eſſe verum & germanum literæ ſenſum teſtantur aliqui doctores ſacri. Beatus Bernardus homilia quarta ſuper Euangelium: Miſſus eſt, ſic ait: Non dubitat de facto, ſed modum requirit & ordinem. Nec enim quærit an fiet iſtud, ſed quomodo. Quaſi dicat: Cum ſciat dominus meus teſtis conſcientiæ meæ, votum eſſe ancillæ ſuæ nō cognoſcere virum, qua lege, quo ordine placebit ei vt fiat iſtud? Si oportuerit me frangere votum, vt pariam talem filium: & gaudeo de filio, &
doleo de propoſito. Fiat tamē volūtas eius. Hæc Bernardus. Et venerabilis Beda in homilia eiuſdem

Beda. Euangelii, ſic ait: Quomodo (inquit Maria) fieri poteſt vt cōcipiam pariamque filium, quæ in caſtimonia virginitatis vitam conſummare diſpoſui? Non autem quaſi incredula verbis angeli, quomodo hæc impleri valeant, requiriti ſed certè quia oporteret impleri quod & tunc ab angelo audiebat, & prius à propheta dictum legerat: ſed quo id ordine implendum ſit, interrogat: quia videlicet propheta qui

Auguſt. hoc futurum prædixit, quomodo fieri poſſet, non dixit, ſed angelo dicendum reſeruauit. Hæc Beda. Et beatus Auguſtinus libro de ſancta virginitate, cap 4. de virgine Deipara loquens, ſic inquit: Ipſa quo- C
que virginitas eius gratior & acceptior, quia non eam conceptus Chriſtus viro violaturo quam conſeruauerat ipſe præripuit, ſed priuſquam cōciperetur, iam Deo dicatam, de qua naſceretur, elegit. Hoc indicant verba, quæ ſibi fœtum annuncianti Angelo Maria reddidit. Quomodo, inquit, fiet iſtud, quoniam virum non cognoſco? Quod profectò non diceret, niſi Deo virginitatem antè vouiſſet. Sed quia hoc Iſraëlitarū mores adhuc recuſabant, deſpōſata eſt viro iuſto, nō violenter ablaturo, ſed potius cōtra violētos cuſtodituro quod illa iam vouerat. Hęc Auguſtinus. Ecce protulimus trium ſacrorum doctorum teſtimonia, ex quibus apertiſsimè conſtat virginem Deiparam emiſiſſe votum de perpetua virginitate ſeruanda. Hoc etiam votum creduntur emiſiſſe Apoſtoli de paupertate ſeruanda, quando reli

Matt.19. ctis omnibus ſecuti ſunt Chriſtum. Sic enim ſentit Auguſtinus, qui libr. 17. de ciuitate Dei, cap. 4. ita inquit: Dixerant enim potentes illi: Ecce nos dimiſimus omnia, & ſecuti ſumus te. Hoc votum potentiſſimi vouerant. Sed vnde hoc illis, niſi ab illo de quo dictum eſt: Dans votum vouenti? Hæc Auguſtinus. Rur-

nus. Rursum,hoc ipsumapertissimè comprobatur ex beati Pauli testimonio, qui in priore ad Timoth. epistola sic ait: Adolescentiores viduas deuita. Cùm enim luxuriatæ fuerint,in Christo nubere volunt habentes damnationem, quia primam fidem irritam fecerunt. Quid est dicere,primam fidem irritam fecerunt? Hoc est, quòd votum, quod in viduitate emiserant de continentia seruanda, violauerunt, cùm post tale votum emissum nupserunt. Et si Paulus dicit viduas iuniores habere damnationem, quia primam fidem irritam fecerunt: quid dicturus esset de Luthero, Oecolampadio, Conrado Pellicano, Lamberto, Martino Butzero, aliisque eiusdem farinæ hominibus, qui reiecta cuculla quam semel induerunt, contempto voto quod Deo vouerant, tanquam vxor Loth respexerunt retrò, vxores ducentes? Sed hæc verba Pauli, quamuis clarissima sunt, hæretici in alium sensum à litera & mente Pauli longissimè distantem detorquere conantur. Nam Caluinus in illo suo opere de institutione Christianæ religionis, capite quarto vbi de votis differit, obiiciens contra suam sententiam præfata Pauli verba, illis respondens, hęc quæ sequuntur ait: Ego verò illis minimè nego viduas, quæ sese suasque Ecclesiæ operas addicebant, perpetui cœlibatus legem suscepisse: non quia in eo religionem aliquam statuerent, vt postea fieri cœptum est: sed quoniam nisi sui iuris, & iugo maritali solutæ, functionem illam sustinere nõ possent. Quod si data fide ad nouas nuptias respectarent, quid hoc erit aliud quàm Dei vocationẽ excutere? Non igitur mirum quod talibus desideriis lasciuire in Christum eas dicit. Postea verò amplificandi causa subiungit, adeò ipsas quod Ecclesiæ pollicitæ sunt, non præstare, vt primam quoque fidem in baptismo datam violent ac irritam faciant, in qua hoc comprehenditur, vt vocationi quisque suæ respondeat. Et aliquibus interpositis subdit. Sed primum nego, alia ratione professas esse cœlibatum, nisi quia coniugium, cum ea quam subibant functione minimè conueniret: ac omnino se ad cœlibatum adstrinxisse, nisi quatenus ferret vocationis suæ necessitas. Deinde, ita obligatas non concedo fuisse, quin illis tunc quoque satius esset nubere, quàm vel carnis aculeis solicitari, vel in aliquam prolabi obscœnitatem. Hæc Caluinus. Quibus verbis vt priorem sententiam, quam temerè protulerat contra votorum obligationem, tueatur, mendacium mendacio addit. Dicit itaque fidem illam, quã primò viduas dedisse ait Paulus, esse fidem Christianæ religionis in baptismo promissam, & non votum castitatis perpetuò seruandæ, quamuis fatetur illas, quum ad ministerium Ecclesiæ fuerant electæ, accepisse castitatis seruandæ conditionem, non tamen se ad perpetuam illius obseruationem obligasse. Sed hæc Caluini interpretatio longissimè distat à Pauli litera. Nam Paulus in illo loco differit de viduarum electione, & docet, vt notissimum est, quales oporteat esse viduas quæ sunt intelligendæ: inter cætera præscribit ætatem sexaginta annorum: quia ætas illa, vt in plurimum, caret improbis carnis solicitationibus, & ideo aptior est ad castitatem seruandam. Ob eandem causam præcipit iuuenculas viduas non esse eligendas: quia ætas illa feruet ad libidinem, præsertim in illis quæ carnis delicias sunt semel expertæ. Et hinc euenit, vt carne nimium stimulante facilè luxurientur: quod cùm contigerit, nubere volunt vt carni placeant. De his autem sic nubentibus dicit Paulus eas habere damnationem: causam autem huius damnationis dicit esse, quia primam fidem irritam fecerunt. At fidès data in baptismo non fuit promissio de non nubendo, sed de obseruatione mandatorum Dei, inter quę nullum est de viduali castitate perpetuò seruanda: ergo viduæ illę non fecerunt irtitam fidem in baptismo datam, propterea quòd nupserunt. Et inde apertissimè conuincitur, vt fides illa quam viduæ nubentes violauerunt, non sit alia quàm votum de seruanda castitate viduali. Et huic interpretationi fauent omnes sacri doctores qui de illis Pauli verbis vllam fecere mẽtionem, quorum cuilibet multò iustius est credere quàm mille Caluinis, aut Lutheris, aut quibusuis aliis similis farinæ hominibus.

1. *Tim.5.*

Caluinus

Augustinus in multis variisque locis hãc reddit prædictis Pauli verbis interpretationem, sed apertius in expositione Psalmi 75. interpretans illa verba: Vouete, & reddite Domino Deo vestro, vbi hæc ait: Quis quod vouere voluerit, voueat: illud attendat, vt quod vouerit, reddat vnusquisque Deo. Quod vouet, si respicit retrorsum, malum est. Nescio quæ castimonialis nubere voluit. Quid voluit? Quod & virgo quælibet. Quid voluit? Quod & mater ipsius. Aliquid malè voluit? Malè plané. Quare? Quia iam vouerat Domino Deo suo. Quid enim dixit de talibus Apostolus Paulus, cùm dicat viduas adolescentulas nubere si velint? Sed tamen ait quodam loco: Beatior autem erit si sic permanserit secundum meum consilium. Ostendit beatiorem si sic permanserit, non tamen damnandam, si nubere voluerit. Quid autem ait de quibusdam quæ vouerunt, & non reddiderunt? Habentes, inquit, damnationem, quia primam fidem irritam fecerunt. Quid est, primam fidem irritam fecerunt? Vouerunt, & non reddiderunt. Et paucis interiectis subdit: Vidua quæ iam sic permanere vouerat, voluit nubere. Hoc voluit quod licuit ei quæ nupsit: sed illi non licuit, quia de loco suo retrò respexit. Hæc Augustinus. Et in libro de sancta virginitate, capite 33. iterum ait: Curiosas & verbosas malas nuptas Paulus Apostolus notat, & hoc vitium dicit venire ex ocio. Simul autem, inquit, & ociosæ discunt circumire domos, non solùm autem ociosæ, verum etiam curiosæ & verbosæ, loquentes quæ non oportet: de his superius dixerat: Iuniores autem deuita. Cum enim in deliriis egerint, in Christo nubere volunt, habentes damnationem, quoniam primam fidem irritam fecerunt, id est, in eo quod primo vouerunt, non steterunt. Nec tamen ait, nubunt sed nubere volunt: multas enim earum reuocat à nubendo, non amor pręclari propositi, sed aperti dedecoris timor, veniens & ipse à superbia, qua formidatur magis hominibus displicere quàm Deo. Hæ igitur quæ nubere volunt, & ideo non nubunt, quia impunè non possunt, quæ melius nuberent quàm vrerentur, id est, quàm occulta flãma concupiscentiæ in ipsa concupiscentia vastarentur, quas pœnitet professionis, & piget confessionis, nisi correctum cor dirigant, & Dei timore rursus libidinem vincant, in mortuis deputandæ sunt. Hactenus Augustinus. Ex cuius verbis constat, primam fidem, de qua Paulus in prædictis verbis locutus est, non esse promissionem in baptis-

Augusti.

1. *Cor.7.*

1. *Tim.5.*

Ibidem.

mo factam, sed votum continentiæ, contra quod agunt non solùm viduæ quæ post tale votum nubunt, sed etiam quæ nubere volunt, & illas dicit esse inter mortuas computandas. Augustino consentit in hac parte Primasius illius discipulus, qui interpretans illa Pauli verba, Habentes damnationem, & cętera. hæc ait: Quæ se viduas promiserant permansuras. Hæc verò regula non solùm in viduis, sed etiã in virginibus continentibus, quę primam fidem irritam fecerunt, intelligenda est. Hæc ille.

Primasi⁹.

Isidorus. Isidorus libro secundo de officiis Ecclesiasticis, capite decimooctauo eodem modo prædicta Pauli verba interpretatur, sic dicens: Prædicat autem idem Apostolus damnationem habere viduas quæ post propositum continentiæ nubere cupiunt. Cùm enim, inquit, luxuriatæ fuerint, in Christo nubere volunt, habentes damnationem, quia primam fidem irritam fecerunt, id est, quia in eo quod primo vouerunt, non steterunt. Hæc Isidorus. His omnibus consentit Hieronymus illis vetustior, qui libro primo contra Iouinianum, interpretans illa verba Pauli: Si nupserit virgo, non peccat, hæc ait: Non illa virgo, quæ semet Dei cultui dedicauit. Harum enim, si qua nupserit, habebit damnationem, quia primam fidem irritam fecit. Si autem hoc de viduis dictum obiecerit Iouinianus, quanto magis de virginibus prævalebit, cum enim his non liceat, quibus aliquando licuit? Virgines enim, quæ post consecrationem nupserint, non tam adulteræ sunt quàm incestæ. Et in commẽtariis super caput 44. Ezechielis iterum ait: Quicunque aliquid vouerit & non impleuerit reus voti est. Vnde & de viduis dicitur, cùm luxuriatæ fuerint in Christo, nubere volunt, habentes damnationem, quia primam fidem irritam fecerunt. Melius est enim non promittere, quàm promittere & non facere. Hæc Hieronymus. Neque latum, vt dicitur, pilum ab his discedit Ambrosius, qui in commentariis super Paulum interpretans illa verba, Cùm luxuriatæ fuerint in Christo, nubere volunt, hæc ait: Prohibet adolescentulas viduas in hac susci pi professione. Lubricæ enim ętati fides facilè haberi non debet: quippe cum quarundam exempla prędecedant, quæ post professionem vitæ, delitiarum oblectatione, nomen non opera viduitatis habent, & conuersæ nuptiis solicitantur. Et postea interpretans illa verba, Habentes damnationem, quia primam fidem irritam fecerunt, hæc ait: Quid maneat tales ostendit, ne facilè audeant quod implere difficilè est: aut si animus est huic deuotioni deditus, apud se interim teneat: quia dicit temerariam esse profiteri quod adhuc iuuenili ætati credi non debet. Hæc Ambrosius, qui satis apertè declarat, fidem illam, quam adolescentulæ viduæ fecerunt irritam, esse continentiæ professionem: & quia illam violauerunt, dicit illas habere damnationem. Basilius magnus sanctissimus perinde ac doctissimus in libro de virginitate, cap. 55. hæc ait: Quum inordinatè se gesserint erga Christum, nubere volũt, habentes iudicium quia fidem reprobauerunt: non nuptias, sed adulterium per vitam malè persequentes. Nullus igitur seruus in tãtam impietatem stimuletur, vt herilem sponsam contrectet. Nullus adeò furiosus sit sacrilegus, vt impollutam sacerdotem petulantibus manibus contingat. Hæc Basilius ille magnus. In quibus id attendat lector, quod virginem Deo dicatam appellauit sacerdotẽ inpollutam: quia cùm Deo virginitatem promisit, sui corporis sacrificium fecit, illudque Deo obtulit. Eodem modo interpretatur illa verba Chrysostomus homilia 19. super priorem epistolam ad Corinthios, cuius verba inferius in alium finem citabuntur in hoc eodem capite. Possem adhuc plures alios sanctos & peruetustos Ecclesiæ doctores pro hac re in testimonium citare, qui omnes prædicta Pauli verba interpretantur de voto continentiæ, & non de fide in baptismo data: sed ne prolixitate nimia fastidirem lectorem, illos omnes prætermittere decreui, præsertim quia isti satis sunt ad conuincendum Caluinũ & reliquos Luthetanos de praua intelligentia verborum Pauli. Nam iustum est, vt in rebus fidei, & in interpretatione sacræ scripturæ potius his sanctis viris sanctitate perinde ac doctrina clarissimis, quàm Caluino & Luthero & reliquis omnibus eiusdem farinæ credamus. Neque singuli sacri doctores seorsum scribentes verba illa Pauli, vt diximus, interpretantur; sed aliquot Concilia, in quibus multi viri doctissimi congregati sunt, ita illa verba intelligenda esse docuerunt. Nam Concilium quartum Carthaginense, in capite vltimo suorum decretorum, ita ait: Sicut bonum castitatis præmium, ita & maiori obseruantia & præceptione custodiendum est, vt si quæ viduæ quantumlibet adhuc in minoribus annis positæ, & matura ætate à viro relictæ se deuouerunt Domino, & veste laicali abiecta sub testimonio episcopi & Ecclesiæ, religioso habitu aparuerunt, posteà verò ad nuptias seculares transierunt, secundum Apostolum damnationem habebunt, quoniam fidem castitatis, quam Domino vouerunt, irritam facere ausæ sunt. Tales ergo personæ sine Christianorum communione maneant, quæ etiam nec in conuiuiis cum Christianis communicent. Nam si adulteræ coniuges reatu sunt viris suis obnoxiæ: quantò magis viduæ quæ religiositatem mutauerunt, crimine adulterii notabuntur, si deuotionem, quam Deo sponte obtulerunt, libidinosa corruperint voluptate, atque ad secundas nuptias transitum fecerint? Quæ etsi violentia irruente ab aliquo præreptæ fuerint, ac postea delectatione libidinis permanere in coniugium raptori vel violento viro consenserint, damnatione superius comprehensa teneantur obnoxiæ. De talibus ait Apostolus: Cùm luxuriatæ fuerint, nubere volunt, habẽtes damnationem, quia primam fidem irritam fecerunt. Hucusque concilium quartum Carthaginense. Et Concilium Toletanum quartum, capite 55. sic inquit: Duo sunt genera viduarum, seculares, & sanctimoniales. Seculares viduæ sunt, quæ adhuc disponentes nubere, laicalem habitum non deposuerunt. Sanctimoniales sunt quæ iam mutato habitu seculari, sub religioso cultu in cõspectu sacerdotis & Ecclesiæ apparuerũt. Hæ si ad nuptias transierint, iuxta Apostolum, non sine damnatione erunt, quia se primùm Deo vouentes, postea castitatis propositum abiecerunt. Hæc Concilium Toletanum quartum. Ex quorum duorum Conciliorum verbis constat hãc esse Apostoli Pauli sententiam, viduas videlicet quæ perpetuam castitatem Domino vouerunt, forte damnandas si ad secundas nuptias transierint. Et certè quòd nuptiæ eorum qui semel se Domino deuouerunt, sint damnandæ, plurima testãtur concilia. Nam Concilium Valentinum, capite 2.

Hierony. 1. Cor. 7.

Ambro.

Basilius.

Cõcilium Carthaginense.

Cõcilium Toletanũ

Cõcilium Valẽtinũ.

pite 2. suorum decretorum, sic ait: De puellis verò quæ se Deo vouerunt, si ad terrenas nuptias sponte transierint, id custodiendum esse decreuimus, vt pœnitentes non statim ad pœnitentiam recipiãtur, & cùm data tamen fuerit, nisi plenè satisfecerint Deo in quantum ratio poposcerit, eisdem communio differatur. Hæc ibi. Et Concilium Auraicense, cap. 27. sic definit: Vt viduitatis obseruandæ professione coram episcopo in secretario habita, impositam à presbytero vestem vidualem non esse violandam. Eius verò repudiatorem, vel ipsam talis professionis desertricem meritò esse damnandã. Et cap. 28. idẽ Concilium iterum ait: Hi verò qui sunt desertores professæ castitatis, præuaricatores habendi, & omnibus per pœnitentiam legitimã consulendũ. Hæc ibi. Multáque alia sunt conciliorũ decreta huic fauentia proposito, quæ citare omisi, ne nimia prolixitate grauarem lectorem. Verùm quia aliquis fortè ea legere desiderabit, loca solùm lectori designabo vbi illa inuenire possit. Concilium Aurelianense, capite decimoseptimo. Concilium Elibertinum, cap. 13. Concilium Toletanum quartum, capitibus quadragesimo octauo & quinquagesimoprimo. Ex his omnibus patet quàm iniustè aliqui votis monasticis conantur inferre calumniam: quoniam si de aliqua re perpetuum votum emitti licet, multò iustius id licebit de illis tribus rebus per quas triplex mundi huius concupiscentia prosternitur, videlicet obedientia, castitate, & paupertate. Nam per obedientiam superbia vitæ domatur. Per castitatis votum, carnis concupiscentia coërcetur. Per votum verò paupertatis, illa insatiabilis concupiscentia oculorum cohibetur. Vnde conuincitur, vt si noxiæ sunt illæ tres mundi concupiscentiæ, salutifera contrà sint tria quę in monachatu emittũtur vota, quoniam hæc velut quędam antidota sunt aduersus illa tria quę mũdus propinat venena: præsertim quòd hæc tria de quibus sunt monachorum vota, sunt valde à Christo commendata. Nam obedientiam commendauit, dicens: Si quis vult venire post me, abneget semetipsum, & tollat crucem suam, & sequatur me. Non enim potest quis verius seipsum abnegare, quàm cùm se totum superioris arbitrio committit, vt non suam iam velit facere voluntatem, sed sui superioris. Castitatem perpetuam extulit, dicens: Sunt eunuchi qui se castrauerunt propter regnum cœlorum, qui potest capere capiat. Paupertatem verò commendauit, cùm dixit: Si vis perfectus esse, vade, & vende omnia quæ habes, & da pauperibus, & sequere me, & habebis thesaurum in cœlo. Cùm ergo tam aperta sint testimonia vota monastica comprobantia, vereantur Lutherani Monachi respicere terrò ad seculum, cùm iam semel manum ad aratrum miserint: & caueant ne illis contingat quemadmodum vxori Loth, quæ de Sodomis exiens, conuersa est in statuam salis, eò quòd retrorsum ad Sodomam vnde exierat, respexit. Cùm enim vnus ex discipulis suis dixisset Christo: Dimitte me vt sepeliam patrem meum: respondit illi Christus: Sine mortuos sepelire mortuos suos. Quæ verba interpretans Theophylactus, ait: Si autem illis nec patrem sepelire licuit, væ his qui monasticen professi, ad mundana regrediuntur negotia. Hæc ille. Væ ergo libidinoso Luthero, eiúsque complicibus, qui monasticen professi, suæ professionis immemores ad seculum redeuntes, vxores duxerunt. Ex duobus quæ probanda suscepimus aduersus hos hæreticós, iam vnum eorum (vt existimo) absoluimus. Supereſt iam vt alterum probemus, opus videlicet ex voto factum, esse melioris conditionis, maioríque apud Deum meriti, quàm si fieret sine voto. Diuinus Psaltes suadet nobis vt Domino Deo aliquid voueamus, dicens: Vouete & reddite Domino Deo vestro omnes qui in circuitu eius adfertis munera. At si nullum ex voto accresceret meritum vouenti, malè consuleret Propheta vt voueremus: præsertim cùm non reddentes, rei fiant eorum, quorum non essent rei si non vouissent: & ita, iuxta hæreticorum sententiam, vouens exponeret se per votum periculo peccati si non reddit, & sub nulla spe præmii si reddit. Si ergo ista esset voti conditio, apertè conuincitur malè egisse prophetam cum votum consulit: Præterea quantò aliquod opus à meliore virtutis radice oritur, tantò melius est. Nam inde est quòd opus ex charitate factum sit melius, quàm quòduis opus ex alia virtute procedens: quia videlicet charitas à qua procedit, melior est quæuis alia virtus. Non enim aspicit Deus quantum quis offerat, sed ex quanto. Et ideo laudata est vidua illa, quæ cùm solùm duo minuta obtulisset, dicta est obtulisse plus omnibus aliis. Ex quo apertè conuincitur, apud Deum non tam æstimari rei oblatæ quantitatem, quàm ipsius offerentis affectum. Cùm ergo opus ex voto factum procedat ex radice obedientiæ, quæ melior est quàm victima: opus autem simile liberè & non ex voto factum, ex illa virtute non oriatur, sequitur vt hoc non sit ita bonum sicut illud. Nam is qui ex voto aliquid facit, obediens facit, & vt obediat facit: ergo cum sic facit, per meritum quod habet respondens operi, habet iam meritum ex obedientia: quod meritum alius non habet qui liberè aliquid facit. Rursum, pro hac re sunt plurima sacrorum virorum testimonia. Beatus Hyeronimus pertractans illud Hieremiæ in Threnis: Bonum est viro cum portauerit iugum ab adolescentia sua, habebit: Militum ergo Christi profectio est exutam mentem habere à cunctis terrenis negotiis, & tumultu seculi, iuxta illud Apostoli: Nemo militans Deo, implicat se negotiis secularibus, & cætera: eámque quantum humana imbecillitas sinit, festinat venire cum Christo: quam quidem speciem conuersationis boni eternitæ, & monachi qui voto monasticæ disciplinæ obligati sunt, imitari conteudunt: sed rara est, & paucissimis dono Dei hæc perfectio concessa. Is enim verè & non ex parte perfectus, qui & in eremo squalorem solitudinis, & in cœnobio infirmitates fratrum æquali magnanimitate sustentat. Et ideo in vtraque professione perfectionem inuenire difficile est: quia nec anachoreta contemptum ac priuationem materialium rerum, nec cœnobita theoricam ad integrum potest assequi puritatem. Sed tamen quantum superexcellat serenitas tranquillæ vitæ turbulentam secularis conuersationis, nouit qui hanc expertus est. Hactenus Hieronymus. In quibus verbis multa sunt notatu digna. Primum est quòd tempore Hironymi monachi se voto astringebant, quòd tamen Erasmus Rotherodamus pertinacissimè negat in plerisque suis operibus, præsertim in vita Hieronymi quam idem Erasmus scripsit.

Cõcilium Auraicẽ.

Matt. 16.

Matt. 19.

Ibidem.

Luc. 9.

Gene. 19.

Mat. 8.

Theophy.

Psal. 75.

Threu. 3.

Hierony.

2. Tim. 2.

At non ita esse vt Erasmus ait, verba quæ nunc ex Hieronymo citauimus, apertè conuincunt. Secundũ est, quòd talis monachorum vita voto obligata est bona, & ad imitationem perfectionis Christianæ. Tertium est, quòd hæc monachorum vita præferenda est vitæ aliorum qui secularibus miscentur negotiis. Et hoc est quod nostro proposito deseruit, quod etiam Erasmus negare non erubescit. Nec tamen miror: quoniam hoc experientia docente cognouimus, nullum esse acerbiorem & magis infestũ hostem aliquorum, quàm qui transfuga & desertor ab illis defecit: Erasmus autem monachatum, quẽ semel vouerat, reiicere non erubuit, & hinc euenit vt monachis semper detraheret, & illos quoad licuit atrocissimè persequeretur: vt vel hoc argumento aliis persuaderet se bene feciſſe cùm monachatus iugum, quod semel susceperat, reiecit. Et tamen Hieronymus bonum esse iudicat portare hoc monachatus iugum.

Sed, vt apertius Erasmum Roterodamum aliósque monasticæ professionis hostes de impudentissimo mendacio conuincam, alium testem multò Hieronymo vetustiorem proferre volo, Diuum videlicet Dionysium Areopagitam Pauli discipulum, qui in libro Ecclesiasticæ Hierarchiæ, capite sexto, describens ritum consecrationis professionisque monasticæ, qualis ab Apostolis institutus tunc seruabatur in Ecclesia, sic ait: Porrò purgandorum omnium excelsior & sublimior est ordo Monachorum C sacra dispositio, aut sancta distinctio. Expiatione omni, tota virtute, atque exactissima suarum operationum castitate mundata, & cætera. Inde diuini duces nostri appellationibus eos sacris dignati sunt, partim Therapeutas, id est cultores, à syncero Dei famulatu & cultu: partim monachos, ab indiuidua & singulari vita vni Deo intenta, appellantes: tanquam quæ sanctis complicationibus, aut conuolutionibus inseparabilium, illos ipsos in diuinam, & Deo gratam vnitatem promoueant. Quapropter & perficientem eis donauit gratiam diuina sanctio: & quadam eos consecratiua inuocatione dignata est. Deinde formam illius consecratiuæ inuocationis, & monasticæ professionis describens, ait: Stat quidem sacerdos ante sacrum altare, monasticam imprecationem psallens. Ille autem post sacerdotem astat, non vtrunque ponens genu, non alterum, non habens imposita sacra eloquia capiti: verum sacerdoti tantum astans, mysticam super illum inuocationem persequenti. Qua finita, sacerdos ad eum accedens, interrogat primùm, an renunciet diuisibilibus omnibus, non solùm conuersatione, sed etiam phantasiis eorundem. Deinde perfectissimam ei vitam exponit. Illud apertè contestans, oportere illum medio longè antecedere. Vbi verò ille hæc omnia intentè promiserit, consignans eum signo crucis sacerdos tondet, trinas diuinæ beatitudinis personas inclamans, exutúmque veste omni, aliam induit. Et cum sanctis aliis qui ipsum astant viris, ipsum salutans, diuinorum mysteriorum participem facit. Hactenus beatus ille Dionysius. In quibus verbis multa notare oportet. Primum est, Monachos tunc professionem per voti promissionem facere. Quod manifestè ostendit, cùm dixit: Vbi verò ille hæc omnia intente promiserit. Non solùm ergo tempore Hieronymi, sed multo antè tempore, vtputa in ipsis Ecclesiæ primordiis, Monachi se voto Domino obligabant, promittentes rerum diuisibilium, hoc est, rerum terrenarum quæ à nobis per mortem diuiduntur & separantur, renunciationem. Alterum quod ex Dionysio constat, est monasticam vitam in qua soli Deo vocatur, & curis secularibus renunciatur, esse omnibus aliis excelsiorem & sublimiorem.

Augustꝰ. Beatus Augustinus in epistola ad Armentarium, qui mundo contempto & relicto votum simul cum vxore vouerat, sic ait: Priusquam esses voti reus, liberum fuit quo esses inferior: quamuis non sit gratulanda libertas, qua fit vt non debeatur quod cum lucro redditur. Nunc verò quia tenetur apud Deum sponsio tua, non te ad magnam iustitiam inuito, sed à magna iniquitate deterreo. Non enim talis eris si non feceris quod vouisti, qualis manssisses si nihil tale vouisses. Minor enim tunc esses, non peior. Modo autem tanto, quod absit, miserior, si fidem Deo fregeris, quanto beatior si persolueris. Nec ideo te vouisse pœniteat, imò gaude iam tibi sic non licere, quod cum tuo detrimento licuisset. Aggredere itaque intrepidus, & dicta imple factis: ipse te adiuuabit, qui vota tua expetit. Fœlix est necessitas, quæ ad meliora compellit. Hæc Augustinus. In quibus verbis multa sunt, si bene lector

Gregoriꝰ. aduertat, quæ vota commendant. Beatus Gregorius homilia vicesima super Ezechielem, sic ait: Hoc inter sacrificium & holocaustum distat, quòd omne holocaustum sacrificium est, sed non omne sacrificium holocaustum. In sacrificio enim pares pecudis, in holocausto verò totum pecus offerri consueuerat. Vnde & holocaustum Latina lingua totum incensum dicitur. Pensemus ergo quid est sacrificiũ, quid holocaustum. Cùm enim quis suum aliquid Deo vouit, & aliquid non vouit, sacraficium est. Cùm verò omne quod habet, omne quod viuit, omne quod sapit, omnipotenti Deo voluerit, holocaustum est. Nam sunt quidam qui adhuc mente in mundo retinentur, sed tamen ex possessis rebus subsidia egentibus ministrant, oppressos defendere festinant. Isti in bonis quæ faciunt, sacrificium offerunt, quia aliquid de actione sua Deo immolant, & aliquid sibimetipsis reseruant. Et sunt quidam hîc qui nihil sibimetipsis reseruant, sed sensum, linguam, vitam atque substantiam quam acceperunt, omnipoten-

Exod. 12. ti Deo immolant. Quid isti nisi holocaustum Domino offerunt? imò magis holocaustum fiunt. Israëliticus etenim populus primum sacrificium in Aegypto obtulit: secundum verò in eremo. Qui ita adhuc mentem habet in seculo, sed boni iam aliquid operatur, Deo sacrificium obtulit in Aegypto. Qui

Exod. 15. verò præsens seculum deserit, & agit bona quæ valet, quasi iam Aegypto derelicta sacrificium præbet in eremo; quia repulso strepitu desideriorũ carnalium in mentis suæ quiete atq; solitudine Deo immolat quicquid operatur. Quamuis ergo, sicut dictũ est, sacrificiũ sit etiam holocaustum: maius tamen est holocaustum sacrificio: quia mente quæ huius mundi delectatione non premitur, totam in omnipotentis Dei sacrificio incenditur quod habetur. Hucusque Gregorius. In quibus verbis illud est aduertendum quod ait, maius esse holocaustum sacrificio: maiúsque fuisse sacrificiũ eremi, quàm sacrificiũ Aegypti.

Et qui

Ex quibus verbis constat, monachos qui ex toto negauerunt voluntatem suam, sed totos in professione Deo per votum obedientiæ immolantes, feciſſe holocaustum. Et ita conuincitur eadem lege eorum votum esse sacrificium eremi, & per consequens melius quàm opus à secularibus liberè factum, quoniam illud est sacrificium Aegyptii. Beatus Chrysostomus pro voto perpetuæ paupertatis testimonium reddit, qui homilia vndecima super epistolam ad Hebræos ita inquit: Sunt alia sacrificia quæ verè sunt holocaustomata, vt sanctorum martyrum corpora, vbi & anima & corpus sunt. Illa enim olfactum magnum bonę odorationis habent. Potes & tu si volueris tale sacrificium offerre, non vtique comburendo corpus, sed alio igne potes, igne scilicet inopiæ voluntariæ, qui est ignis magnæ tribulationis. Cùm enim liceret in deliciis & multis impensis esse, eligis laboriosam & duram vitam: nónne tunc holocaustum fis? id est holocaustum mortificatiuum corporis, corpus crucifigens, & accipiens martyrii huius coronam? Quod enim illic gladius operatur, hic desiderium facit, ne te comburat neque detineat pecuniarũ amor, sed cõburatur & extinguatur desideriũ hoc incõpetens igne spiritus, & incidatur cultro gratiæ. Hęc Chryso. qui satis apertè ait in professore volũtariæ paupertatis hoc agere eiusdẽ paupertatis electionẽ, hoc est votũ, quod gladius materialis operatur in carne: hic enim facit martyrẽ Christi corporaliter in publico, illic autẽ fit martyr in occulto. Et sicut sine gladio vel aliqua alia re æquiualente non posset esse martyr Christi publicus, ita secluso voto & desiderio paupertatis, quamuis ab inopia sua prematur, non erit tamen martyr priuatus. Accedit ad hæc, quod omittens id quod se facturum Deo vouerat, grauius peccat quàm si non vouisset. Sapiens nanque ait: Multo melius est non vouere, quàm post votum promissa non reddere. Hoc loco certè dicitur melius id quod est minus malum, sicut alibi dicitur: Melius erat ei si natus non fuisset. Non quod alterum illorum esset bonum, sed quia minus malum esset non nasci, quàm Christum vẽdidisse. Ita etiam hoc loco intelligendũ est, quòd minus malum est (prout malum est omnis bonitatis defectus) non vouere, quàm post votum promissa non reddere. Sic enim Vrbanus primus huius nominis põtifex in epistola de communi vita & oblatione fidelium ait: Et quicunque vestrum communem vitam susceptam habet, & vouit se nihil propriũ habere, videat ne pollicitationem suam irritam faciat, sed hoc quod Domino est pollicitus, fideliter custodiat, ne damnationem, sed præmium sibi acquirat: quoniam satius est non vouere, quàm votum, prout melius potest, non perficere. Grauius enim puniuntur qui votum fecerunt, & votum non perfecerunt: aut fidem perceperunt, & in malis vitam finierunt, quàm illi qui vitam sine voto finierunt, aut sine fide mortui sunt, & tamen bona egerunt opera. Hæc Vrbanus papa & martyr. Ex cuius verbis cõstat tunc temporis fuisse iam homines qui paupertatem vouentes in communitate viuerent, prout nunc monachi faciunt. Constat etiam grauius fore puniendos qui votum fecerunt, & votum non perfecerunt: quàm illos qui vitam sine voto malè finierunt. Si grauius puniuntur qui vota non reddunt, opportet vt etiam largius præmientur cum reddunt. Alioqui enim non esset Deus pronior ad misericordiam quàm ad punitionem. Demum ne amplius de hac re contendamus, audiamus Ecclesiæ definitionem. Concilium Toletanum 4. cap. 49. suorum Decretorum sic ait: Clerici qui monachorum propositum apetunt, quia meliorem vitam sequi cupiunt, liberos eis ab episcopo in monasteriis largiri oportet ingressus, nec interdici propositum eorum qui ad contemplationis desiderium transire nituntur. Hæc Concilium Toletanum 4. Ex cuius sententia hoc constat, quòd monachorum vita est perfectior quàm aliorum secularium: quod non aliunde prouenit nisi ex voto quod emiserunt, quòd maiorem perfectionem maiusque meritum illorum operibus tribuit. Superest autem vt hæreticorum obiectionibus, quibus nos oppugnant, respondeamus, & ostendamus illas omnes esse prorsus inanes. Primò nobis obiiciunt illud Pauli ex priore ad Corinthios epistola. Si nupserit virgo, non peccauit. Ex quibus verbis colligere nituntur hæretici sanctimoniales, quæ castitatem Deo vouerunt, non peccare, quum viris nubunt, & illis copulantur. Sed aliter se res habet: quoniam Paulus in prædictis verbis loquitur de virginibus quæ sunt sui iuris, quibus nubere aut non nubere licet, & non de illis quæ per votum castitatis quod vouerunt, nubendi potestatem à se prorsus reiecerunt. Et iuxta hunc sensum interpretatur illa verba Hieronymus libro primo aduersus Ioulnianum, prout facilè est videre in verbis illius, quæ suprà in aliũ finem citauimus. Eidem interpretationi fauet beatus Chrysostomus, qui homilia 19. super priorem ad Corinthios epistolam, interpretans prædicta Pauli verba, ait. Neque de ea quæ sibi elegerit virginitatem, loquitur, quippe quæ iam peccauit. Nam si viduæ, quę secundis se nuptiis alligarunt, iudicium subeunt, si semel viduitatem elegerint: multo magis virgines. Hæc Chrysostomus, qui obiter etiam docet illa verba Pauli ex priore ad Timothæum epistola, de quibus supra disputauimus, esse intelligenda de voto continentiæ & non de voto in baptismo emisso. Eandem interpretationem prædictis Pauli verbis reddit Theophylactus perpetuus Chrysostomi imitator, sic inquiens. Virginem hic dicit, non eam quæ Deo consecrata sit: ea enim si nupserit, peccauit omnino, ceu ea quæ mœchum superinduxerit sponso suo Christo: sed innuptã dum puellam. Ea enim si nupserit, non peccauit: nec enim res impura est matrimonium. Hæc Theophylactus. Eodem modo interpretatur Isidorus, qui libro 2. de officijs Ecclesiasticis, cap. 17. hæc ait. Qui tentationem carnis non tolerãt, necesse est vt portum coniugii petant. Vnde & idem Apostolus, qui se, inquit, nõ cõtinet, nubat: melius est enim nubere quàm vri. Et iterum si acceperis, inquit, vxorem, nõ peccasti. Si nupserit virgo non peccauit: & si non vis maior esse esto vel minor; quia liberæ voluntatis es. Nuptias enim peccatum nõ sunt, sed per solicitudinem mundi, qui nubunt, legem Dei vix seruãt. Sed illos dicit peccare si nubant, qui nõdum vouerũt Deo castitatẽ: cæterũ vel qui in corde suo promisit, si aliud fecerit, habet damnationẽ. Quod enim erat per naturam licitũ, per votũ sibi fecit illicitũ. Hæc Isidorus. His omnibus in hac parte cõsentit Photius, qui ab Oecumenio citatus, hæc ait: Virginẽ hic Paulus intelli

Chrysost.

Ezec. 5.
Matt. 26.

Vrbanus Papa.

Cõcilium Toletanũ

Chrysost.

Theophy.

Isidorus.

git non Deo consecratam, sed innuptam puellam. Illa enim, quæ iam Deo consecrata est, si nupserit, adulterium inducit Christo, cui nupta est. Hæc Photius. Ex verbis istorum omniũ sacrorum doctorum apertissimè constat, illa Pauli verba non contra nos, sed potius pro nobis pugnare.

Secundo obiicit Lutherus in illo suo libro de votis monasticis, sic inquiens: Vota monastica rectæ
Lutherus rationi contra nituntur: & in primis votum castitatis, quandoquidem recta ratio decernit, si quicquam impossibile nobis factum fuerit, nos amplius ad illud non astringi. Quare quoduis votum, quãtumcunque rectum & pium fuerit, si nõ possit à nobis impleri, desinit esse votum. Sed in religioso, qui voto castitatis se astrinxit infirmitas carnis potest esse tanta, vt nec ieiuniis, nec orationibus, nec exercitiis domari possit. Is igitur impunè votum castitatis, quod implere non valet, soluere poterit: & ad coniugalem statum se conferre. Quinimo quum tale coram Deo votum ædidit, id sub conditione debuit interpretari, se scilicet seruaturum cœlibatum, si modo senserit illum sibi possibilem, & quamdiu potuerit, integre illum conseruare. Hęc Lutherus. Ex quibus verbis facilè quisque, si diligenter aduertat, agnoscet ingenium Lutheri, & intelliget quàm parum sibi constet, & qualiter in omnem figuram, velut alter Protheus se vertat. Nunc vt vota oppugnet, dicit hominem non obligari ad impossibile, qui cum aliàs contenderet de intelligentia duorum præceptorum, videlicet de dilectione Dei, & de concupiscẽtia vitanda, dixit hominem à Deo obligatum esse ad impossibile: Nos verò obiectioni illius respondentes, fatemur neminem ad impossibile posse obligari: ac proinde si quis aliquid vouet, quod tunc aut posteà est illi impossibile, non obligatur ad illius voti impletionem. An autem illud sit sibi impossibile, an non, non debet ille solus iudicare: quia nullus in causa propria potest esse bonus iudex, præsertim vbi res ipsa habet aliquam dubitandi rationem: sed oportet consulere superiorem, qui re bene vndique circumspecta iudicabit de possibilitate & impossibilitate illius, & si ille censuerit esse impossibilem, eo ipso erit liber ab illius voti obligatione. Negamus tamen tantã posse esse infirmitatem carnis, vt illi necessariò cedere homo aliquando cogatur, quia nunquam potest esse tam vehemens carnis tentatio, vt diuino adiutorio fulti, quod Deus omni rectè petenti semper paratus est dare, non possimus resistere. De qua re satis me dixisse memini suprà in titulo de virginitate, & in titulo de sacerdotio, hæresi quarta. Cæterum quod ait votum castitatis vouendum esse sub conditione, ridicula res est, quoniam ea conditio sæpe ansam violationis voti præberet. Nam quoties carnis delitias experiri vellet, diceret se continentiam seruare non posse, propterea quod tanta sit carnis tentatione vexatus, vt iam illi resistere non valeat.

Lutherus Tertia Lutheri obiectio est, qua hæc ait. Prorsus rectæ rationi aduersum est, pariter & absurdum, id aliquem vouere Deo, quod nullo modo in sua est collocatum potestate; sed omnino in alterius arbitrio constitutum. Vt ineptus is haberetur, qui voueret Deo se fore episcopum, Apostolum, Principem, aut Regem, cum sciat nihil horum esse in potestate vouentis: sed in alterius, vt vocantis autoritate. At, qui castitatem Deo vouet, rem vouet quæ prorsus nõ est, nec potest esse in manibus suis, cum sit solius Dei donum, quod accipere non offerre potest homo. Hæc Lutherus. Si hęc argumentatio aliquas haberet vires, etiam probaret nos nihil posse Deo vouere, imò ipsam Christianam promissionem, quam in baptismo facimus, nullius prorsus esse valoris: quia nihil eorum quæ in baptismo promittimus, in sola nostra situm est potestate. Nam fidei firmitatem, mandatorum Dei integram obedien-
Ioann. 15. tiam, sathanæ abrenunciationem sine speciali Dei adiutorio præstare non possumus. Sine me, inquit
2. Cor. 3. Saluator, nihil potestis facere. Et Paulus Apostolus ait: Non quod sufficientes simus cogitare aliquid ex nobis, quasi ex nobis: sed sufficientia nostra ex Deo est. Fatemur ergo neminem vouere posse id, quod in sua non est situm potestate: negamus tamen castitatis obseruationem non esse in nostra potestate collocatam: quia & si homo suis solis viribus innitens illam tenere non valeat, valet tamen cum
Philip. 4. Dei adiutorio, quod ille paratus est dare omnibus in veritate inuocãtibus illum. Omnia possum, inquit Paulus, in eo qui me confortat. Si omnia potest, ergo & castitatem integram seruare. At quod Deus ipse
Mar. 11. petentibus auxilium suum, nunquam illud deneget, ipsemet testatur, quia apud Marcũ ait: Omnia quęcunque orantes petitis, credite quia accipietis, & eueniet vobis. Si omnia, ergo carnis continentiam. Nunquam autem dicimus aliquid in nostra esse potestate, propterea quod illud sine Dei auxilio effice re possumus: sed quia illud possumus cum Dei adiutorio, quod ille semper paratus est dare. Et ob hanc causam dicimus non esse in nostra potestate situm, esse episcopum aut Apostolum, Regem aut Principem: quia etsi ad quoduis munus istorũ possimus cum Dei adiutorio peruenire, Deus tamen nõ semper est paratus ad conferendum omni homini tale adiutorium. Inepta igitur & ridicula est similitudo quam proposuit Lutherus: quia longe alia est potestas in nobis ad episcopatum consequendum, & ad castitatem seruandam. Nam ad hanc semper Deus est paratus nos adiuuare, ad illum autem non.

Lutherus. Quarta Lutheri obiectio sequentibus illius verbis continetur: Nonnulli leguntur etiam viri sancti ex monasteriis assumpti in episcopatum, in cardinalatum & summum pontificatum, vbi certè in res proprias è voto paupertatis sunt trãslati. Neque enim hic quid dicere potest, Papam, Episcopos, & Cardinales, atque similes Ecclesiasticos rectores, non possidere res proprias, cum eis pro arbitrio vtantur. Esto siquidem quod monachorum prepositi curent res non proprias: at illi certè præsules Ecclesiastici proprias curant res, quanquam de Ecclesia acceptas, vt nihil sit quod dicere quis possit, non suas sed Ecclesiæ esse res eas, quas administrant. Quod si in præsulibus propter obedientiam & statum perfectionis quem assumunt, soluitur votum paupertatis; nam tunc sunt diuites propriarumque rerum possessores: cur propter eandem causam non soluitur in eis votum castitatis? Hæc Lutherus. Ex quibus verbis constat apertè quàm irreconciliabili odiõ prosequatur Lutherus votum castitatis quod in monachatus professione vouerat. Nam vt hoc à se excutere possit nullũ non mouet lapidẽ, & ideo contra hoc multo vehe-

A to vehementius & frequentius quàm contra alia vota pugnat. Sed in hoc argumento nihil prorſus agit: quoniam vt falſum probet, aliud perinde falſum aſſumit. Falſum enim eſt, eos qui ex monachatu ad epiſcopatum aſſumpti ſunt, liberos eſſe à voto paupertatis: quia etſi ad epiſcopatum aſſumantur, manẽt tamen ad paupertatem obligati, prout antea obligabantur. Et hoc apertè declarauit Innocentius Papa in capit. De monachis 16. quæſt. 1. Cuius hæc ſunt verba: De monachis, qui diu morantes in monaſteriis, ſi poſteà ad clericatus ordinem peruenerint, ſtatuimus nõ debere eos à priori propoſito diſcedere. Hęc ille. Verùm hæc ſententia de illis ſolis rebus intelligenda eſt, quæ ad ſubſtantiam monachatus ſunt neceſſaria, & quę ſimul cum dignitate epiſcopali ſeruari poſſunt, qualia ſunt caſtitas & paupertas: nam ab aliis quæ cum ipſo munere epiſcopali pugnant, prout eſt obedientia, ieiunium, ſilentium, fatemur eos eſſe liberos: quia illa non poſſunt ſimul cohærere cum functione muneris epiſcopalis. Quod autem obiicit Lutherus illos eſſe dominos illarum rerum, quæ ratione muneris epiſcopalis illis obueniunt, falſum eſt: quia illarum rerum non domini, ſed tantum diſpẽſatores & adminiſtratores ſunt. De qua re videat qui volet ſanctum Thomam Aquinatem in ſua ſecunda ſecundæ, quæſtione 185. articulo octauo, vbi optimè de hac re diſſerit. *Innocentius.*

Quinto Lutherus obiicit contra votum obedientiæ, hæc dicens: Circa obedientiæ votum bifariam peccant religioſi, tum quod illam reponunt ſub conſilio, cùm ſit de præcepto: ſcilicet quod inferior obediat ſuperiori, vt filius patri, vxor viro, & ſeruus Domino: tum quia per eam vni ſcilicet ſuo præſiden- B ti ſe obligant, & ab omnibus aliis ſuperioribus & æqualibus ſe ſubtrahunt, dicentes ſe ſoli ſuo ſuperiori eam debere. Eſt igitur illud obedientię votum irrationabile & damnandum. Hæc Lutherus. In quibus verbis bis ille mentitus eſt. Primò quidem quum dicit, illam obedientiam quam monachi vouent eſſe ſub prȩcepto. Eſt enim illa ſub præcepto poſt votum obedientiæ emiſſum: tamen non eſt ſub præcepto ante votum illud, ſed tantum ſub conſilio. Nam etſi lege diuina omnis inferior teneatur præſtare obedientiam ſuo ſuperiori, non tamen lege diuina ſancitum eſt, vt prælatus alicuius monaſterij ſit ſuperior illo, qui monachatum non eſt profeſſus, & ideo hic non tenetur ex lege diuina illi obedire, quãdiu non fuerit illi ſubditus. Eſt ergo ſub conſilio, vt homo, qui aliàs liber eſt, ſpõte ſua ſe velit alteri propter amorem Dei ſubdere, vt ab illo regatur & gubernetur: eſt autem ſub prȩcepto vt illi obediat, poſtquam obedientiam illi præſtare, Deo promiſit. Secundò mentitus eſt Lutherus, quum dixit monachos per votum obedientiæ vni ſoli præſidenti ſe alligare, & ab omnibus aliis ſuperioribus ſe ſubtrahere. Nam ea ratione qua monachus ſubditur proximo prȩſidenti ſuo, eadem ratione ſubditur etiam omnibus aliis, quibus prȩſidens ille ſubditus eſt, & omnibus illis non minorem, immo multo maiorem obedientiam exhibere tenetur. Et hoc ſemper à monachis fuit obſeruatum, neque contrarium lex aliqua vnquam apud eos ſtatuit, nec vſus ſeruauit. Ex quibus omnibus apertiſsimè conuincitur, hanc quintam Lutheri obiectionem magis eſſe falſam calumniam, quàm vel apparens argumentum. *Lutherus*

Sexta Lutheri obiectio non aliquod particulare votum, ſed omnia ſimul vota in vniuerſum op- *Lutherus*
pugnat, ſic dicens: Monaſticæ profeſsionis vota repugnant libertati Euangelicæ. ſeu Chriſtianæ, quæ C non ſolùm eſt ea libertas in ſpiritu regnans, ait Lutherus, qua ſoluitur conſcientia ab operibus: ſed etiam qua ſublata ſunt vniuerſa hominum mandata, & quicquid in externis cæremoniis ſeruari poteſt, vt ſunt omnes cibi, omnes veſtes, omnes perſonæ, omnes geſtus, omnia loca, omnia vaſa, omnes dies: vt ea liceat obſeruare, & non obſeruare: quandiu, vbi, & quomodo, quando & quoties placuerit, aut res ipſa obtulerit. Et omnino quicquid non eſt mandati diuini abrogatum & libertate donatum eſt. At vouendi inſtitutum, nónne meriſsimè humanum eſt? nónne ſitum eſt in raſura, veſte, cibo, potu, diebus, locis, geſtibus, & aliis cæremoniis? Et paucis interpoſitis, tandem colligit, ſic dicens: Sunt itaque vota monaſtica contra libertatem Euangelicam, & diuinis mandatis omnino prohibita: eſtque votorum inſtitutum ſeruilis hominum doctrina nequaquam toleranda. Hæc Lutherus. In quibus verbis Lutherus aperuit totius ſuæ doctrinæ baſim & fundamentum, per quod tantam hominum multitudinem ad ſe traxit. Nam ſub fuco & nomine Chriſtianæ libertatis effrenatam omnium vitiorum licentiam, hominibus prædicauit, indulgens illis quicquid facere liberet, dummodo crederent ſe per miſericordiam Dei fore ſaluos. Hæc vitiorum licentia, quam Lutherus libertatem Chriſtianam vocat, peſsima ſeruitus eſt: quoniam vt Saluator noſter ait, qui facit peccatum, ſeruus eſt peccati. Cæterùm, falſum eſt *Ioan. 8.*
quod ait, libertatem Chriſtianam in hoc ſitam eſſe, vt nullis hominum mandatis obedire teneamur. Nam hac ratione oporteret fateri nullum eſſe in Chriſtiana religione magiſtratum, nullum regem, nullum principem, nullum ducem: periretque hac ratione omne regnum, omniſque reſpublica, ſi nullis hominum mandatis homines obedire tenerentur. Sed de hac re memini iam ſatis me dixiſſe ſuprà in titulo de Eccleſia, hæreſi tertia: illo enim loco oſtendimus ex ſacris literis, eſſe in Eccleſia poteſtatem condendi leges, cui omnes Chriſtiani obedire teneantur. Deinde, falſum eſt etiam quod Lutherus ait: D votorum obligationem eſſe ex inſtituto humano. Fateor quidem, votum ipſum ex humana voluntate pendere, & non ex præcepto diuino: quia Deus non prȩcepit, ſed tantum conſulit nobis, vt aliquid illi voueamus. At poſtquam quis aliquid ſponte ſua vouit Deo, tunc iam ex præcepto diuino obligatur ad reddendum Deo id quod vouit. Pro qua ſententia tot ac tam aperta protulimus ſuprà in hoc capite, ſacræ ſcripturę teſtimonia, vt non niſi cum ſumma impudentia, poſsit illis contradici. Non eſt ergo votorum inſtitutum, vt Lutherus impudentiſsimè ait, ſeruilis hominum doctrina: ſed doctrina Dei dicentis: Vouete, & reddite Domino Deo veſtro. Falſum eſt etiam quod Lutherus ait: vota mo- *Pſal. 75.*
naſtica eſſe diuinis mandatis prohibita, quia omnia illa, vt iam probauimus, ſunt quædam Chriſti conſilia, quæ monachi non ſolùm facere, ſed ad illa per voti emiſsionem ſe obligare voluerunt.

Omnia itaque quæ Lutherus in hac obiectione coniunxit, falsa sunt, & plena mendaciis, & à patre mendacij procedentia.

Septimo contra votum castitatis pugnat Caluinus in illo suo opere de institutione Christiana, cap. 4. §. 18. quo loco nobis obiicit quædam verba Cypriani, & tacet locum vnde illa sumpsit: quod ideo illum subticuisse suspicor, ne lector ad ipsum Cyprianum recurrens, posset facilè deprehendere mendacem calumniam: Ego verò, vt Caluini astutiam reuelem, & verba Cypriani copiosius quàm Caluinus citabo, & locum indicabo lectori, vt ipse possit ad illum accedere, & in illo verum sensum agnoscere.

Caluinus

Cyprianꝰ

Cyprianus libro primo, epistola vndecima, quæ est ad Pomponium, hæc ait: Virgines quæ semel statum suum continenter ac firmiter tenere decreuerunt, secundum traditiones Euãgelicas & Apostolicas nõ pati debemus cum masculis cohabitare: non dico simul dormire, sed nec simul viuere: cùm & sexus infirmus, & ætas adhuc lubrica per omnia frenari & regi debeat, ne diabolo insidianti & sæuire cupienti, ad nocendum detur occasio, cùm & Apostolus dicat: Nolite locum dare diabolo. Liberanda est vigilãter de periculo suis locis nauis, ne inter scopulos & saxa frangatur. Exuenda est velociter de incẽdio sarcina, priusquàm flammis superuenientibus concremetur. Nemo diu tutus est periculo proximus. Nec euadere Dei seruus poterit, qui se diaboli laqueis implicauerit. Quod si ex se fide Christo dicauerũt, pudicæ & castæ sine vlla fabula perseuerent, ita fortes & stabiles præmium virginitatis expectent. Si autem perseuerare nolunt, vel non possunt, melius est vt nubant, quàm in ignem delitiis suis cadant. Hæc Cyprianus. Post hæc Cypriani verba Caluinus hæc ait: Quibus probris non lacerarent nunc eum, qui continentiæ votum tali æquitate temperare vellet? Longe ergo ab illo vetusto more discesserunt, qui non modo nullam admittunt moderationem aut veniam, si quis præstando voto impar deprehendatur: sed grauius peccare nullo pudore pronunciant, si acceptavxore, carnis intemperantiæ medetur, quã si scortando corpus & animam contaminet. Hæc Caluinus. Esto illa Cypriani verba ita, vt Caluinus putat, intelligenda essent, non tamen illi soli plus credere oporteret quàm reliquis omnibus tam multis, quorum testimonia contra Lutherum & Caluinum suprà citauimus. Sed bene res habet quod Cyprianus in illa eadem epistola nobis apertissimè fauet, tantum abest vt pro Lutheranis sententiã dicat. Nam in illis verbis Cyprianus non loquitur de virginibus, quæ virginitatem Deo vouerunt: sed de iis quibus liberum est nubere vel non nubere, prout sunt illæ quas moniales appellare solent nouitias, propterea quod sunt in eo anno, qui datus est illis ad probationem, vt in illo experiri vires suas possint, & videre an sentiant se idoneas ad votum castitatis seruandum. Hæ siquidem virgines, etsi firmum virginitatis propositum habuerunt, & per tale propositum se Deo dicauerunt: quia tamen non vouerũt adhuc virginitatem, si perseuerare nolunt vel non possunt, melius est vt nubant, quàm in ignem, vt ait Cyprianus, delitiis suis cadant. Istæ enim sunt illæ virgines, de quibus ait Paulus. Et si nupserit virgo, non peccauit. Quod autem hic sit verus & germanus verborum Cypriani sensus, apertissimè colligitur ex aliis quæ circa calcem eiusdem epistolæ, de virginibus quæ virginitatem vouerunt, loquitur, sic inquiens: Si superueniens maritus sponsam suam iacẽtem cum altero videat nõne indignatur & fremit, & per zeli doloré fortasis & gladium in manum sumet? Quia Christus Dominus & iudex noster, quum virginem suam sibi dicatam, & sanctitati suæ destinatam iacere cum altero cernat, quam dignatur & irascitur? Et quas pœnas incestis huiusmodi coniunctionibus comminatur? Et post pauca de eisdem virginibus Deo dicatis subdit. Si autem ex eis aliquæ corruptæ fuerint deprehensæ, agant pœnitentiam plenam: quia quæ hoc crimen admisit, non mariti sed Christi adultera est. Hæc Cyprianus. Ex quibus verbis apertissimè conuincitur Cyprianum in aliis verbis prius citatis nõ fuisse locutum de virginibus quæ iam virginitatem suam Deo vouerant, sed de aliis. Nam si de illis tunc loquebatur, quomodo potest esse verum quod dixit, melius esse vt nubant, quàm in ignem delitiis suis cadant, si illa quæ cuiuis homini copulatur, vt in verbis vltimo citatis dicit, adulterium committit & incestum? Nam de illa quæ cum altero viro, quicunque ille sit, iacet, dicit illam incesta coniunctione pollutam. Si illius coniunctio cum quouis altero viro est incestus & adulterium, consequens est vt illa etiam in ignem delitiis suis cadat: & ideo non est possibile vt melius sit illi nubere: quia siue nubat, siue absque nuptiis fornicetur, semper adulterium aduersus Christum, cui desponsata fuerat, committit. Ne ergo Cyprianum secum pugnare dicamus, necessariò fateri oportet priora illius verba de virginibus quæ virginitatem nondum vouerunt, esse intelligenda: posteriora verò de aliis quæ se per votum Deo astrinxerunt. Hinc facilè intelligi potest hæreticorũ versutia, qui sanctorum testimonia, quæ aliquoties in fauorem suæ sententiæ proferunt, ferè semper manca & truncata citant, vt ipsorum fallacia non detegatur. Contra hanc hæresim scripsit Iodocus Clichthoueus in suo antiluthero, libro tertio. Scripsit etiam Richardus Smithæus Anglus libellum paruum, pro defensione cœlibatus, & votorum monasticorum.

1. Cor. 7.

Secunda hæresis est, quæ & si fatetur vota esse bona & sancta, negat tamen aliquid posse Deo vouerì quod non sit ab illo præceptum. Et ob hanc causam damnat omnia vota monastica, quamuis multa alia vota probat: quia vota monastica sunt de illis rebus, quas Deus non præcepit, videlicet de castitate, & paupertate, & obedientia. Huius hæresis authores sunt posteriores Lutherani, qui apertè cognoscentes esse contra sacram scripturam, damnare omnia vota, & obstinatè volentes vota monastica persequi, hoc commentum finxerunt, vt dicerent, illa sola vota Deo placere quæ sunt de iis quæ ille præcepit, reliqua verò omnia nimium Deo displicere, & esse prorsus damnata. Hanc hæresim docẽt Vvirtembergenses in sua confessione fidei, vbi in titulo de votis, hæc dicunt. Non est dubium, quin vota pia, iusta & legitima, seruanda ac soluenda, & vota impia sint rescindenda. Sed haud immeritò disputatur, in quo votorum genere collocanda vota sint monachorum, de virginitate seu cœlibatu, paupertate,

Cyprianꝰ

Vvirtembergenses

paupertate,& obediẽtia.Nam manifeſtum eſt,quòd cœlibatus non ſit verbo Dei præceptus.Et aliquibus interpoſitis,hæc addunt.Quare qui vouet virginitatem vel cœlibatum, aut vouet eum vt ſingularem Dei cultum,tunc quia ſtatus cœlibum non eſt verbo Dei mandatus,pertinet hoc votum ad mãdata hominum, de quibus Chriſtus dicit: Fruſtra colunt me docentes doctrinas & præcepta hominum: Aut vouent eum, vt meritum remiſſionis peccatorum & vitæ æternæ, tunc eſt manifeſtè impium votum,cui nullus eſt obnoxius.Hęc illi Vvirtẽbergẽſes, qui idem poſtea dicunt de paupertate & obediẽtia. Caluinus in ſuo illo opere de inſtitutione Chriſtiana, capite quarto,in quo de monachatu & votis diſſerit. ¶.ſecundo,hæc ait:Porro ſi nolumus errare iudicando quæ vota ſint legitima, quæ præpoſtera, tria expendere conuenit:nempe quis ſit is cui votum nuncupatur, qui ſimus nos qui vouemus,quo animo denique voueamus.Primum eò ſpectat,vt cogitemus nobis cum Deo eſſe negociũ, quem adeò delectat noſtra obedientia vt ἰθελοθρησκίας, omnes,quàmlibet in oculis hominum ſpecioſæ ſint, ac ſplẽdidæ,maledictas eſſe pronunciet. Si volũtarij omnes cultus,quos ſine mandato excogitamus,Deo ſunt abominales, ſequitur nullum ei acceptum eſſe poſſe, niſi qui eius verbo approbetur. Ergo ne tantum licentiæ nobis ſumamus, vt audeamus Deo vouere,quod nullum teſtimonium habeat, qualiter ab ipſo æſtimetur.Hæc Caluinus.Ex quibus verbis conſtat illum ſentire,nihil poſſe Deo voueri,niſi quod ab illo præceptum eſt:quia hoc ſolum,vt ille docet,habet apertum teſtimonium, quod Deo placeat. Nam iſti hæretici nullã,prout in titulo de præcepto, hæreſi ſecunda,retulimus,inter præceptum & cõſilium ponunt differentiam,& ideo dicũt nihil Deo placere niſi quod ab illo pręceptũ eſt. Ex hac itaque falſiſsima ſententia deducunt,nihil poſſe Deo voueri,niſi quod ab illo præceptum eſt:quia nihil aliud dicunt,conſtat nobis placere Deo. Ad hanc hęreſim reuincendã ſatis eſſe poſſunt ea,quæ in titulo de pręcepto hęreſi ſecunda & tertia, diximus. Nam in illis locis probauimus latum eſſe diſcrimen inter præceptum & conſilium, & aliquid deo placere quod non ſit ab illo præceptum.Ex quibus omnibus facilè colligitur homines poſſe aliquid Deo vouere,quod ille non præcepit, ſed præter illa omnia volo aliqua in ſpeciali cõtra hanc hæreſim proferre argumẽta,vt multo apertius illius falſitas omnibus innoteſcat.

Caluinus

Num.30.

Primum quidem offero teſtimonium ex libro Numerorum, vbi Dominus per Moyſen ait: Si vxor vouerit,& iuramento ſe conſtrinxerit, vt per ieiunium & cæterarum rerum abſtinentiam affligat animam ſuam,in arbitrio viri erit ſiue faciat,ſiue non faciat.Quod ſi audiens vir tacuerit,& in alterã diem tranſtuleritſentẽtiam,quicquid vouerat atque promiſerat,reddet,quia ſtatim vt audiuit,tacuit. Ex hac Dei lege apertiſſimè conſtat, aliquid poſſe Deo voueri, quod non ſit ab eo præceptum.Nam ieiunium poterat vxor vouere,& tale non erat à Deo præceptum,quia ſi fuiſſet à Deo præceptum, non poſſet maritus illius contradicere tali voto,& irritum facere illud.Poterat autem maritus, vt ex ipſa lege conſtat, ſtatim vt audiſſet,irritare votum:ergo ieiunium illud quod vxor vouerat, non erat à Deo præceptum. Rurſum,illud eſt manifeſtum quod ſacra hiſtoria refert de Anna vxore Elcanæ,quę cum filium non haberet,& illum anxiè deſideraret, ſurrexit poſtquam comederat,& biberat in Silo. Et Heli ſacerdote ſedente ſuper ſellam ante poſtem domus Domini, cùm eſſet Anna amaro animo, orauit ad Dominum flens largiter,& votum vouit,dicens: Domine exercituum ſi reſpiciẽs videris afflictionem famulæ tuæ, & recordatus mei fueris,nec oblitus ancillæ tuę,dederiſque ſeruę tuæ ſexum virilem,dabo eum Domino omnibus diebus vitæ eius, & nouacula non aſſendet ſuper caput eius. Hoc votum quod emiſit Anna, vt manifeſtè conſtat, non fuit de re quam Deus vnquam illi præceperat, & tamen votum illud ſic placuit Deo, vt propter illius meritum Deus dederit Annæ petitionem ſuam. Nam poſt circulum dierum concepit Anna,& peperit filium, vocauitque nomen eius Samuel, eò quòd à Domino poſtulaſſet eum.Placet igitur Deo votum de re bona,quamuis non ſit ab illo pręcepta.Præterea,virginitatẽ Deus non præcepit,Paulo teſtante,qui ait:De virginibus præceptum Domini non habeo. At de ipſa virginitate perpetuò ſeruanda votum Deo vouit glorioſa Dei genitrix ſemper virgo Maria, quæ Deo vſque adeò placuit, vt illam in matrem ſuam elegerit. Non igitur diſplicet Deo votum omne, quod eſt de re ab illo non præcepta. Deinde, Apoſtoli votum paupertatis emiſerunt, prout conſtat ex teſtimonio Auguſtini,quod in proximè pręcedente hæreſi citauimus.Nullum eſt autem datum à Deo pręceptum, ſed ſolùm conſilium de paupertate ſeruanda,per quam omnia bona temporalia actu deſerũtur. Quantùm autem hoc paupertatis votum Deo placuerit, apertè oſtendit illa magnificentiſsima Dei promiſſio, qua largiſsimam propter illud votum promiſit illis mercedem. Quæſiuerat enim Petrus à Chriſto redemptore noſtro, quid daturus eſſet illi & ſuis condiſcipulis,propterea quod omnia reliquiſſent, vt illum ſequerentur. Cui interrogationi Saluator noſter reſpondit, ſic dicens: Amen dico vobis, quod vos qui ſecuti eſtis me, in regeneratione quum ſederit filius hominis in ſede maieſtatis ſuæ ſedebitis & vos ſuper ſedes duodecim, iudicantes duodecim tribus Iſraël. Quis ergo tam demens,vt dicat,diſplicuiſſe Deo,id propter quod tantum præmium reddere dignatus eſt?Iuſtè igitur & ſanctè poteſt homo vouere Deo, quod ille non præcepit. Accedit ad hæc omnia concors ſanctorum virorum ſententia, qui omnes docent, poſſe hominem ſancte Deo vouere, quod minimè ab illo præceptum eſt. Auguſtinus libro primo de adulterinis coniugiis, capite vigeſimoquarto,hæc ait: Quod enim cuiquam antequam vouiſſet, licebat, quum ſe nunquam facturum vouerit, non licebit: ſi tamen id vouerit quod vouendum fuit: ſicut eſt perpetua virginitas, vel continentia poſt experta connubia ſolutis à vinculo coniugali: vel ex conſenſu viuentibus, & carnalia debita ſibi inuicem relaxantibus fidelibus caſtiſque coniugibus: quod alterum ſine altera, vel alteram ſine altero vouere fas non eſt. Hæc ergo & ſi quæ alia ſunt, quæ rectiſsimè vouentur, quum homines vouerint nulla conditione rumpenda ſunt, quæ ſine vlla conditione vouerunt. Quia in hoc Dominum præcepiſſe intelli-

1.Reg. 1.

1.Cor. 7.

Mat. 19.

Auguſt.

Psal. 75. *2. Tim. 5.* gendum est, vbi legitur. Vouete & reddite Domino Deo vestro. Vnde Apostolus de quibusdam, quæ continentiam vouent, & postea nubere volunt, quod eis antequam vouissent, vtique licebat: Habentes, inquit, damnationem, quoniam primam fidem irritam fecerũt. Hæc Augustinus. In quibus verbis multa contra istos hæreticos annotare possumus: sed illud est præcipuum, quod inter vota iusta & minimè rumpenda numerat votum virginitatis, quam constat non esse à Deo præceptam. Neque votum temporariæ sed perpetuæ virginitatis dixit esse iustum, & per omnia seruãdum. Ex quibus verbis etiam conuincitur Caluinus, qui & si aliqua vota admittat & probet, omnia tamen vota perpetua damnat. Et in *August.* commentariis super Psalmos, declarans versum illum ex Psalmo 75. Vouete & reddite Domino Deo vestro, iterum ait Augustinus. Alius vouet Deo castitatem coniugalem, vt præter vxorem suam non noverit aliam: sic & fœmina, vt præter virum suum non noverit alium. Alij etiam vouent, & si experti tale coniugium, vltra nihil tale pati, nihil tale concupiscere aut sustinere: & ipsi vouerunt aliquid maius quàm illi. Alij virginitatem ipsam ab ineunte ætate vouent, vt nihil tale vel experiãtur, quale illi experti reliquerunt: & isti vouerunt plurimum. Alij vouent domũ suam esse hospitalem omnibus sanctis aduenientibus, magnum votum vouent. Alius vouet relinquere omnia sua distribuendo pauperibus, & ire in communem vitam, & societatem sanctorũ: magnum votum vouit. Vouete & reddite Domino Deo vestro. Quisque quod voluerit, voueat: illud attendat, vt quod vouerit, reddat. Hactenus Augustinus. In quibus verbis vota illarum rerum quas Deus non præcepit, non solùm laudat, sed dicit esse multo meliora quàm vota illarum rerum, quas Deus iussit. Huic sententiæ fauent Hieronymus, Chrisostomus, Photinus ab Oecumeno citatus, Theophylactus, Isidorus. Nam hi omnes interpretãtes illa verba Pauli: Si nupserit virgo, non peccat, dicunt seruandum esse votum virginitatis, quam constat non esse à Deo præceptam. Horum verba non est opus nunc impręsentiarum citare, quia in proximè præcedente hæresi fuerunt per me citata.

VSVRA.

Græci. GVIDO Carmelita in sua summa de hæresibus, dicit Græcos sentire non esse peccatum dare aliquid ad vsuram. Et certè miror quòd homines in sacris literis versati, & qui illis aliquam fidem præbent, in tam apertam hæresim lapsi sint, contra quam tot tamque manifesta sint sacræ scripturæ testimonia. In Exodo enim lex Domini ait: Si *Exo. 25.* pecuniam mutuo dederis pupillo meo pauperi qui habitat tecum, non vrgebis eum quasi exactor, nec vsuris opprimes. Et in Leuitico. Si attenuatus fuerit frater tuus, non accipies ab eo vsuras. Et in Deuteronomio: Non fœneraberis fratri tuo ad vsuram pecuniam, nec fru- *Leuit. 25.* ges nec quamlibet aliam rem, sed alieno. Quod autem dixit, sed alieno, permissio est Iudęis cõcessa ob *Deut. 2.* eorum nimiam auaritiam: sicut & alias permissus est illis libellus repudij ad duritiam cordis eorũ. Non autem permittuntur nisi ea quæ mala sunt. Malum est ergo ad vsuras dare etiam alieno. Diuinus Psaltes cùm prius interrogasset Deum quisnam esset in tabernaculo illius habitaturus, postea eidem quæstioni ipsemet respondens, ait: Qui pecuniam suam non dedit ad vsuram, & munera super innocentem nõ *Psal. 14.* accepit. Sunt & alia multa in veteri instrumento pro hac re testimonia, quæ quoniam apertissima sunt, prudens omitto. Ex nouo etiam instrumento apertissimum est illud quod saluator noster apud Lucam *Lucæ. 6.* ait: Mutuum date, nihil inde sperantes. Verùm ne aliquis proteruus etiam his auditis testimoniis adhuc Catholicæ fidei pertinaciter repugnare conetur, operæprecium erit de hac re Ecclesiæ definitionem in *Cõcilium Vienense.* medium producere. Concilium Viennense sub Clemente papa huius nominis quinto celebratum, talem de vsuris definitionem præbet: Sanè si quis in illũ errorem inciderit, vt pertinaciter affirmare præsumat exercere vsuras non esse peccatum, decernimus eum velut hæreticum puniendum, locorum nihilominus ordinariis, & hæreticę prauitatis inquisitoribus iniungentes, vt cõtra eos quos de errore huiusmodi diffamatos inuenerint aut suspectos, tanquàm contra diffamatos vel suspectos de hæresi procedere non omittant. Hæc Concilium Vienneuse. Quæ verba habentur in libro Clementinarum Decretalium, in titulo de vsuris, capitulo Ex graui. Neque opus est vt aduersus hanc hæresim plura citemus testimonia, aut de hac re amplius disputemus. Nam discutere quid sit vsura, & qualiter committatur, prolixum nimis exigit tractatum, & à nostro instituto nimis alienum: quoniam non de alia re suscepimus disputationem, quàm de hæresibus. Cùm ergo iam satis (vt opinor) conuicimus esse hæresim asserere licitas esse vsuras, non est quod, iuxta promissum nostrum, amplius possit à nobis exigi.

HAE ſunt Sereniſsime REX, hæreſes quæ ab Apoſtolicis temporibus ad hunc vſque diem Eccleſiam vexauerunt. An autem omnes collegerim, me latet, quoniam multæ fuerunt hæreſes adeò occultæ, vt in paucorum & forte nullius notitiam venerint. Aliæ rurſum quæ & ſi multis fuerunt notæ, non tamen fuerunt qui de illis vllam in ſuis libris facerent memoriam: quapropter neceſſum eſt vt ſint longo temporis decurſu traditæ obliuioni. Hoc tamen fateor, me nullam aſſertionem in hoc opere omiſiſſe ex iis quas Eccleſia proſcripſit, cuius memoria apud aliquem ſcriptorem ex his quos videre licuit, habeatur. *Peroratio*

FINIS.

AVGVST. IN CANONICAM IOAN.

Omnia quæ leguntur in ſcripturis ſanctis, ad inſtructionem & ſalutem noſtram intentè oportet audire. Maximè tamen memoriæ commendanda ſunt, quæ aduerſus hæreticos valent plurimum, quorum inſidiæ, infirmiores quoſque negligentiores circunuenire non ceſſant.

SOLI DEO GLORIA.

EXCVDEBAT
Oliuarius de Harſy.

